NAZIONALE
8
18 — F
19
VITT. EMANUELE
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

16.1.5
16
G
5
16
F
5

Digitized by Google

NAZIONALE
VITT. EMANUELE
8
18 — F
19
ROMA

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

16. 15.
16. 16
G F
5 5

Digitized by Google

Digitized by Google

MAXIMA
BIBLIOTHECA
VETERVM PATRVM,
ET ANTIQVORVM SCRIPTORVM
ECCLESIASTICORVM,

PRIMO' QVIDEM A' MARGARINO DE LA BIGNE,
in Academiâ Pariſienſi Doctore Sorbonico, in lucem edita.

DEINDE CELEBERRIMORVM IN VNIVERSITATE COLONIENSI
Doctorum ſtudio, plurimis Authoribus, & Opuſculis aucta, ac hiſtoricâ methodo
per ſingula ſæcula quibus Scriptores quique vixerunt, diſpoſita.

HAC TANDEM EDITIONE LVGDVNENSI,
ad eandem Colonienſem exacta, novis ſupra centum Authoribus, & Opuſculis
hactenus deſideratis, locupletata,

ET IN TOMOS XXVII. DISTRIBVTA.

Huic etiam Editioni acceſſerunt INDICES QVATVOR *præclari, in hac tàm multiplicium Scriptorum vaſtiſſimâ collectione verè faces, & vt quis ad ipſorum lectionem introducatur, vtiliſſimi, imò omninò neceſſarij.*

I. AVTHORVM ALPHABETICVS, ipſorum ætates, & ſcripta indicans.
II. CLASSICVS, Authores per materias de quibus egerunt, exactè diſtribuens.
III. SYNOPSIS appellatus, operum omnium Authorum analyſim continens, & argumenta exhibens.
IV. GENERALIS materiarum ampliſſimus.

Conſule quæ de his indicibus in ipſorum frontiſpicio, circa eorum vtilitatem, & vſum prænotata ſunt.

TOMVS VNDECIMVS,

Continens Scriptores ab ann. Chriſti 580. ad ann. 600.

Coll. Rom. S. J.



Soc. Jesu

LVGDVNI,
Apud ANISSONIOS.
M. DC. LXXVII.
CVM APPROBATIONIBVS, ET SVPERIORVM PERMISSV.

SERIES AVTHORVM, ET OPVSCVLORVM, QVÆ HAC SÆCVLI SEXTI PARTE III. ſeu TOMO XI. BIBLIOTHECÆ MAXIMÆ VETERVM PATRVM comprehenduntur.

GREGORIVS FLORENS ſeu FLORENTIVS, *Vir Magnæ nobilitatis & ſimplicitatis*, inquit Sigebertus, *Turonenſis Epiſcopus*, cujus vitam operibus ejus præfixam habes, & qui de ſe ipſo rebuſque ſuis ſæpe loquitur, præcipuè extremo 10 libro Hiſtoriæ Francorum, multa ſcripſit, ex quibus hîc extant de geſtis Francorum libri decem cum appendice ſol.707. De gloria Martyrum & Confeſſorum libri tres ibid. fol.831. De miraculis S. Martini libri quatuor fol.896. De vitis Patrum liber unus, ſol.932. de ſeptem Dormientibus liber unus, fol.959. Vivendi finem fecit anno 594, S. Gregorij Papæ 5. Childeberti Francorum Regis 20.

FREDEGARIVS *Scholaſticus*, jubente Childebrando Comite Pipini Francorum Regis Patruo, Chronicon ſcripſit, & à fine hiſtoriæ Gregorij Turonenſis uſque ad Pipini ipſius coronationem perduxit, quod hactenus nomine appendicis ad eundem Gregorium vulgatum fuit. Extat fol.815, vide Miræum in auctuario Bibliothecæ Eccleſiaſticæ cap.227

EVAGRIVS *Scholaſticus*, *Epiphaniâ Syriæ urbe oriundus*, poſt Euſebium, Socratem, Sozomenum atque Theodoretum, ſcripſit libros ſex Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ, ab anno circiter 431 uſque ad annum 597, qui extant fol.961. In fine autem libri ſexti aſſerit ſcriptum à ſe aliud quoque opus fuiſſe, quod Relationes, Epiſtolas, decreta, &c. complectebatur. Sed jam illud non extat. De Evagrio vide Photium Codice 29, Voſſium de hiſtoricis latinis, & alios.

JSAACOS *Syros Monachos* duos invenio, unum cujus ſcripta recenſent Gennadius, Trithemius & Gelaſius, qui ſcribunt eum obiiſſe temporibus Leonis & Martiani Imperatorum: Alterum quem uſque ad extrema Gothorum tempora ſupervixiſſe teſtatur Gregorius libro 3 Dialogorum. Utriuſnam autem ſit liber ille de contemptu mundi, quem poſuimus ſol.1019 incertum eſt. Invenio quidem à Poſſevino tribui Jſaaco priori, ſed neque Trithemius neque Gelaſius, qui ſcripta Jſaaci recenſent, hujus libri meminerunt. Unde non minus probabile eſt pertinere ad Jſaacum poſteriorem, propter ea, quæ in principio hujus libri annotata reperies.

CHRYSIPPVS quidam *Presbyter Hieroſolymitanus*, ſcripſit ſermonem de S. Maria Deipara, qui ſol.1044. hunc authorem ſæculo ſexto ponit Margarinus, & fortaſſis idem ille eſt quem Photius in ſua Bibliotheca tradit ſcripſiſſe de martyrio Nicodemi, Gamalielis & Abibonis, Codice 171, quem conſule.

ANASTASIVS *Antiochenus Patriarcha Sinaitæ in eadem ſede ſucceſſor & Martyr*, de quo multa Baronius tom.8. Annalium, ſcripſit compendiariam Orthodoxæ fidei explicationem, quæ ſub nomine Anaſtaſij & Cyrilli extat ſol.1045. quamquam fortè

hæc

hæc explicatio potius eſt Anaſtaſij Sinaitæ, de quo hoc eodem ſæculo parte 1, ſeu tom. 9. fol. 808. Scripſit etiam Profeſſionem ſuæ fidei ad Gregorium Magnum, ut patet ex ipſo Gregorio libro 7 Epiſtolarum epiſt. 48. indictione 2. ſed ea non extat. Martyrio affectus eſt ſub Phoca Imperatore anno Christi 609. Vide ibi Annales Baronij num. 3, & P. Labbe tom. 1. in Bellarm. verbo, Anaſtaſius Sinaita.

S. GALLUS *Abbas*, *diſcipulus ſancti Columbani*, cujus vitam conſcripſit Vualafridus Strabo, ſermonem habuit in conſecratione Joannis Epiſcopi Conſtantienſis, qui extat fol. 1046. hic author per incuriam hoc in ſæculo relictus eſt, cum debuiſſet poni ſæculo 7. obiit namque annno Domini 640 vide Martyrologium Romanum 16 Octobris.

JORNANDES ſive JORDANUS *ex notario Gothorum Epiſcopus Ravennæ*, ex Caſſiodori libris 12 concinnavit Epitomen Geticæ Hiſtoriæ, quæ extat fol. 1052. Scripſit item de Geſtis Romanorum, aliarumque gentium, ſeu de Regnorum & temporum ſucceſſione, qui liber extat fol. 1074. Floruit ſub Juſtiniano Imperatore.

EVANTIUS *Abbas*, qui putatur vixiſſe circa annum Domini 590, de quo vide præfationem Henrici Caniſij ad Lectorem, ſcripſit, contra eos qui ſanguinem immundum eſſe iudicant, & carnem mundam eſſe dicunt, Epiſtolam, quæ extat fol. 1092. De argumento Epiſtolæ ab Evantio ſcriptæ, vide Lorinum S. I. in caput 15. Actuum Apoſtolorum, & alios qui docent primitivam Eccleſiam à ſanguine animalium abſtinuiſſe.

SEDATUS *Epiſcopus* ſcripſit homiliam de Epiphania quæ extat fol. 1093. Is fortè eſt *Sedatus* vel *Sedatius Biterrenſis Epiſcopus* (ut conjicit P. Labbe S. I. in Bibliotheca Chronologica) qui ſubſcripſit Concilio Toletano tertio anno 589, & in Narbonenſi eodem anno. Vide Galliam Christianam tom. 2. in Epiſcopis Biterrenſibus.

AURELIUS CASSIODORUS *Senator*, Conſulatum ſolus geſſit anno 514, atque Theodorico Oſtrogothorum Regi & Athalarico à ſecretis, atque Epiſtolis fuit. Plurima ſcripſit, quæ hîc extant à fol. 1094 uſque ad finem hujus tomi, quorum Elenchus habetur initio operum. Omiſſa eſt ejus hiſtoria Tripartita, quæ invenitur in calce Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Nicephori Calliſti. Deſiderantur quoque hîc ejus Commentaria in Pſalmos & in Cantica. Vivebat adhuc anno 562 Nonagenario major, obiitque circa hoc tempus in ſuo Vivarienſi, prope Vrbem Scyllitanam in Calabria, Monaſterio, quod extruxerat, ac refertâ optimis libris Bibliothecâ ditaverat. Vide plura de eo apud Sixtum Senenſem in Bibliotheca ſancta libro 4, P. Labbe S. I. tom 1. in Bellarminum verbo Caſſiodorus, & Miræum in Bibliotheca Eccleſiaſtica.

A ✠ E

GREGORII TVRONICI Hiſtoriæ Francorum, Libri Decem.

In quibus omnibus non ſolum Francorum res geſtæ, ſed etiam Martyrum cum infidelibus bella & Eccleſiaſtica cum hæreticis concertationes exponuntur.

GREGORII TVRONENSIS vitæ Breuiarium.

B

GRegorivs Celtico Gallarum tractu fuit
exortus, Aruernicæ regionis indigena, patre
Florentino, matre Armentaria procreatus,
quod & Fortunatus ſcribit his verſibus: Forte decus
generis Toronicenſis apex, Alpibus Aruernis veniens
mons altior ipſis. Et de Armentaria matre: Fœlix bis
merito ſibi Machabæa, vel orbi, Nobilitas gentis nobi-
lior generis: Quæ ſeptem palmas cœlo tranſmiſit ab
aloo, Martyriique decus promſit ille vetus: Tu quo-
que prole potens recte Armentaria fœlix, Nec minor
ex partu quam prior illa ſinu. Illa vetus numero maior,
tu maxima loco. Quod poterant plores, vnicus hicce
tuus. Fœtu clara tuo geniti circondara fructus, Eſt tibi
Gregorius palma corona nouus. Hic vere Gregorius,
inuigilans primo literis nauauit operam, vt ætas tulit,
ſub patruo Gallo Epiſcopo: quo tempore Nicetius Lug-
dunenſis Epiſcopus, neſcio quid excelſum in ipſo con-
C ſpicatus, benedixit ei atque proſpera precatus eſt: po-
ſtea factus eſt S. Auiti præſulis Aruernorum diſcipulus:
& creſcente eius fama ea monacho ſucceſſor Euphronij
viri ſancti & Prophetici ſpiritus in Epiſcopatu Turo-
nenſi, anno 172. poſt tranſitum B. Martini regnante Si-
giberto iam duodecimum. Compulit autem reluctantem
plebs ad Epiſcopatum, cui ſe iam ſubducebat: niſi re-
gis authoritas, & Brunechildis preces adduxiſſent, eum
autem ordinauit Egydius Rhemenſis Archiepiſcopus,
ſicuti ſcribit Fortunatus his verſibus: Quem patris
Egydij Domino manus alma ſacrauit, Vt populum re-
creet, quem Radegundis amet. Poſt adeptum vero præ-
ſulatum qualis & quantus fuerit, colligi poteſt ex iis
paucis quæ dicemus. Integritatem fidei defendit pro
Catholicis contra Arianos, libri prioris hiſt. initio
lib. 5. cap. 43. lib. 6. cap. 40. contra Chilpericum pro di-
ſtinctione perſonarum lib. 5. cap. 44. diſſerit cum Iudæo
lib. 6. cap. 5. diſputat cum Sadducæo de Reſurr. cap. 13
lib. 10. Prætextati nomine clerum defendit libella com-
D ponit cart. l. 7. legatus ad Gonthranum vadit pro Chil-
deberto l. 9. cap. 20. calumniis Leudaſti apud Fredegun-
dam vexatur, quod tamen nihil nocuit quominus no-
men eius Fauſtum inuocaretur in populo: pro cuius &
præſertim languentium ſalute multa operatus eſt ob-
tentu ſanctorum, quorum ſubinde reliquias ferebat. A la-
tronibus aliquando deprehenſus reuocauit eos, & ad
menſam inuitauit: adeo mitis fuiſſe dicitur & humilis,
tantæ præterea ſanctitatis & puritatis, vt etiam in vita
miraculis coruſcauerit. Apoſt. Petri & Pauli limina
viſitans à Beato Papa Gregorio cum maxima reueren-
tia & charitate, vt vere ſanctus ſuſceptus eſt, vt amicus
ſingularis, & vnicus ab eo dilectus: conſiderabat enim
in eiuſmodi homine, qui erat ſtatura breuiſſimus, tan-
tam gratiam cœlitus profluxiſſe, vnde à noſtro Grego-
rio dictum Papæ ferunt: Dominus fecit nos, & non
ipſi nos: idem in paruis, qui & in magnis. Quibus
auditis maiori Pontifex veneratione eum deinceps ha-
buit Turonicamque ſedem nobilitauit. Scripſit autem
ſimplici & aperto ſermone: de laude ſanctorum Mar-
tyrum lib. vnum. De vita quorundam Confeſſ. l. 2. de
miracul. S. Iuliani martyris l. 3. de mirac. S. Martini l. 4.
hiſt. Franc. l. 10. Epitome eiuſdem l. 1. Chronicorum
Eccleſiaſticæ hiſt. l. 1. & præterea meminit l. 5. hiſt. c. 7.
& 25. de gloria Conf. l. ſe vnum ſcripſiſſe de virtutibus
Senoch. Abbatis, quas fecit ſuper infirmos. c. 95. teſta-
tur ſe dediſſe l. de mirabilib. S. Medardi, c. vlt l. de mi-
rac. B. Iuliani, mentionem facit ſe reliquiſſe l. de vita
& moribus S. Nicetij. In præf. l. de gloria ſcribit ſe
priore l. inſeruiſſe aliqua de miraculis Domini ac ſan-
ctorum Apoſt. reliquorumque martyrum: quia valde
moleſtum erat vt ea quæ hactenus latuerant traderentur
obliuioni. In ſecundo ait tractaſſe de virtutibus S. Iulia-
ni. Quatuor vero inſequutos de virtutib. S. Martini. Se-
ptimum vero de quorundam fœliciorum vita. Octauum
ſe tunc ſcribere de mirac. Conf. non quod inſtantia
mundialis erigeret, & ad ſcribendum, ſed quia deprimit
pudor vt ſileat, amor Chriſti impellit vt referat. l. 5. F
c. 45. hiſt. refert ſe l. de vita Hilydij Aruernorum Epiſc.
exaraſſe. l. 3. c. 12. l. alterum de virtutibus Quintiani l. 5.
cap. 6. dicit ſe componere tentaſſe libellos de virtut. S.
Mart. l. 2. c. 21. fatetur ſe libellum de vita Abbatis Abra-
hæ reliquiſſe. Item cap. 22 ſe coniunxiſſe præfationem
ad librum quem de miſſis à ſe compoſitis ediderat Sido-
nius. Rurſus l. 5. cap. 9. l. vitæ Calupþæ reclauſi emi-
ſiſſe: tum cap. 10. vnum de vita Patrocli. Demum ſub
finem l. decimi & vltimi commemorat quænam ſcri-
pſerit, primo decem hiſtoriarum, ſeptem miraculorum,
vnum de vitis patrum. In Pſalteria tractatum vnum
De curſibus etiam Eccleſiaſticis l. vnum. Quos omnes
libros an. 21. ordinationis ſuæ perſcripſerit, quidquam
ruſticiore ſtilo, adiurat tamen omnes quicunque lege-
rint, exſcripſerint, aut verſibus reddiderint, vt ſunt ab
ipſo tradita mutare ne præſumant. Cætera quæ com-
poſuit, ad notitiam lectionis noſtræ nondum venerunt.
Clauit temporibus Mauritij Imperatoris anno Domi-
ni. DC. De quo Aloyſius plura tom. 3. eius feſtum in G
Martyrol. Yſuardi habetur. 17. Nouembr.

GRegorius Turonenſis Epiſcopus floruit imperante Mauritio. & ſancto Gregorio Papa aliquando ſenior fuit: ſiquidem anno ſeptimodecimo inchoante Epiſcopatus Gregorij Turonici, Gregorius Papa creatus eſt: & anno vicesimo primo completo in Epiſcopatu ſuo Gregorius Turonicus obiit cui ſuperuixit Gregorius Papa annis octo. Itaque Gregorius Turonicus obiit anno Dom. 596 Gregorius autem Papa an. Domini 604. Hæc ex Breuiario vitæ S. Gregorij Turonici, & ex vita S. Gregorij Papæ decerpta ſunt. Scripſit ſanctus Gregorius Turonicus.

De hiſtoria Francorum, lib.	10.
De gloria Martyrum	1.
De gloria Confeſſorum	2.
De miraculis S. Iuliani	1.
De miraculis S. Martini	4.
Epitomen hiſtoriæ Francorum	1

H Alia præterea ſcripſiſſe dicitur, quæ vel non extant,
vel, certe ad notitiam meam non peruenerunt.

IN DEI NOMINE.

GREGORII TVRONENSIS Hiſtoriarum,

LIBER I.

SCriptvrvs bella Regum cum gentibus
aduerſis, Martyrum cum paganis, Eccleſiarum
cum hæreticis, prius fidem meam proferre cu-
pio, vt qui legerit, me non dubitet eſſe Catholicum.

Finem frauli præmiū credidere veteres vt dece

illud

A

Animus fuſe annot. noſtra in Tertull. Apol.

illud etiam placuit, propter eos qui appropinquante mundi fine deſperant, vt collecta per chronica vel per hiſtorias anteriorum annorum ſumma, explanetur aperte, quot ab exordio mundi ſint anni. Sed prius veniam a legentibus precor, ſi aut in literis, aut in ſyllabis Grammaticam artem exceſſero, de qua ad plene non ſum imbutus, illud tantum ſtudens, vt quod in Eccleſia credi prædicatur, ſine aliquo fuco aut cordis hæſitatione retineam: quia ſcio peccatis obnoxium, per credulitatem puram obtinere poſſe veniam apud noſtrum pium Dominum. Credo ergo in Deum patrem omnipotentem. Credo in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum Deum noſtrum, natum à patre, non factum: non poſt tempora, ſed ante cunctum tempus ſemper fuiſſe cum patre: nec enim pater dici potuerat, niſi haberet filium: neque filius eſſet, ſi patrem vtique non haberet. Illos vero qui dicunt, Erat quando non erat, execrabiliter renuo: & ab Eccleſia ſegregari conteſtor. Credo Chriſtum hunc verbum eſſe patris,

B

Trinitatis fides.

per quem facta ſunt omnia. Hunc verbum carnem factum Credo: cuius paſſione mundus redemptus eſt: & humanitatem, non deitatem ſubiacuiſſe paſſioni credo. Credo eum die tertia reſurrexiſſe: hominem perditum liberaſſe: aſcendiſſe in cœlos: ſedere ad dexteram patris: venturum ac iudicaturum viuos & mortuos. Credo ſanctum Spiritum à Patre & Filio proceſſiſſe, non minorem, & quaſi ante non eſſet, ſed æqualem, & ſemper cum patre & filio coæternum Deum, conſubſtantialem natura, æqualem omnipotentia, conſempiternum eſſentia, & nunquam ſine patre fuiſſe vel filio, neque minorem patre vel filio. Credo hanc Trinitatem ſanctam in diſtinctionem ſubſiſtere perſonarum, & aliam quidem perſonam patris, aliam filij, aliam Spiritus ſancti. In qua Trinitate vnam deitatem, vnam potentiam, vnam eſſentiam confiteor. Credo Beatam Mariam, vt Virgi-

Animæ immortalitas.

nem ante partum, ita Virginem & poſt partum. Credo animam immortalem, nec tamen partem habere deitatis. Et omnia quæ à trecentis decem & octo Epiſcopis

C

Antichriſtus circumciſionem inducet idololatriam.

Niceæ conſtituta ſunt, Credo fideliter. De fine vero mundi ea ſentio quæ à prioribus didici. Antichriſtus vero primum circuncisionem inducet, ſe aſſerens Chriſtum, deinde in templo Hieroſolymis ſtatuam ſuam, & collocabit adorandam, ſicut Dominum dixiſſe legimus: Videbitis abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto. Sed diem illam omnibus hominibus ignorari, ipſe Dominus manifeſtat dicens: De die autē illa & hora nemo ſcit, neque Angeli cœlorum, neque filius niſi Pater ſolus. Sed & hic reſpondebimus hæreticis, qui nos impugnant, aſſerentes minorem eſſe filium patre, qui hanc diem ignoret. Cognoſcant ergo hunc filium, Chriſtianum populum nuncupatum, de quo à Deo prædicitur: Ego ero illis in patrem & ipſi erunt mihi in filios, ſi enim hæc de vnigenito filio prædixiſſet, nunquam ei Angelos præpoſuiſſet; ſic enim ait: Neque Angeli cœlorum, neque filius, oſtendens, non de vnigenito, ſed de adoptiuo populo hæc dixiſſe. Noſter vero finis ipſe Chriſtus eſt, qui nobis vitam æternam, ſi ad

D

Euſebij chronicon. Oroſius Victorius

eum conuerſi fuerimus, larga benignitate præſtabit.

De ſupputatione vero huius mundi euidenter Chronicæ Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi ac Hieronymi presbyteri proloquuntur, & rationem de omnium annorum ſerie pandunt, nam & Oroſius diligentiſſime hæc inquirens, omnem numerum annorum ab initio mundi vſque ad ſuum tempus in vnum collegit, hoc etiam & Victorius cum ordinem Paſchalis ſolemnitatis inquireret fecit. Ergo & nos ſcriptorum ſupra memoratorum exemplaria ſequentes, cupimus à primi hominis conditione, ſi Dominus dignabitur ſuum commodare auxilium, vſque ad noſtrum tempus cunctam annorum congeriem computare. Quod facilius adimplebimus, ſi ab ipſo Adam ſumamus exordium.

Cap. 1. Gen. 2.

In principio Dominus cœlum terramque in Chriſto ſuo qui eſt omniū principiū id eſt, in filio ſuo formauit, qui poſt creata mundi elementa, glebam aſſumens fragillimam, hominem ad ſuam imaginem ſimilitudinemque plaſmauit, & inſufflauit in faciem eius ſpiraculum

E

Adam typus Chriſti.

vitæ, & factus eſt in animam viuentem: cui dormienti ablata coſta, mulier Eua creata eſt. Nec dubium enim eſt quod hic primus homo Adam antequam peccaret, typum Domini noſtri Redemptoris prætuliſſet, ipſe enim in ſopore paſſionis obdormiens de latere ſuo dum aquam cruoremque produxit, Virginem immaculatamque Eccleſiam ſibi exhibuit, redemptam ſanguine latice emundatam, non habentem maculam aut rugam, id eſt lymphis ablutam propter maculam: in Cruce extenſam propter rugam. Hi ergo primi homines in amœna Paradiſo Beate viuentes, Anguis aſtu illecti, diuina

Cap. 2. Cain fratrem occidit.

præcepta tranſiliunt. Electique ab Angelica ſede, mundi laboribus deputantur.

Cognita autem a conſorte mulier concepit, peperitque duos filios. Sed dum Deus vnius ſacrificium dignanter ſuſcipit, alter inuidia inflammante tumeſcit, & in fratrem ſanguinis effuſionem nouus fratricida conſurgens, fratrem opprimit, vincit, interimit. Et hinc cun-

Cap. 3. Enoch

F

translatio.

ctum genus in facinus execrabile ruit: præter Enoch iuſtum, qui ambulans in viis Dei, ab ipſo Domino propter iuſtitiam aſſumptus, de medio peccantis populi liberatur, ſic enim legimus: Ambulauit Enoch cum Deo, & non comparuit, quia abſtulit eum.

Cap 4. Diluuii

Dominus ergo commotus contra iniquitates populi non in ſuis ſemitis gradientis, diluuium immiſit, cunctamque animam viuentem de ſuperficie terræ diluuio inundante deleuit Tantumque Noë fideliſſimum ac peculiarem ſibi, ſuique typi ſpeciem præferentem, cum ſua & trium natorum coniugibus, poſteritatis reparandæ gratia, in arca reſeruauit. Increpant nos hic hæretici, cur ſcriptura ſacra Dominum dixiſſet iratum. Cognoſcant ergo quia Dominus noſter nō vt homo iraſcitur,

Iraſci Deum quid.

commouetur enim vt terreat: pellit, vt reuocet: iraſcitur, vt emendet. Sed nec hoc ambigo, quod ſpecies illa arcæ typum matris geſſerit Eccleſiæ: ipſa enim inter fluctus & ſcopulos huius ſæculi tranſiens, nos ab imminentibus malis materno geſtamine fouens, pio amplexu

G

ac protectione defendit. Ab Adam ergo vſque ad Noë, generationes decem: id eſt, Adam, Seth, Enos, Cainam, Malaleel, Iared, Enoch, Mathuſalem, Lamech, Noë. In his ergo decem generationibus inueniuntur anni mille ducenti quadraginta duo. Adam vero in terra Enachim ſepultum, quæ prius Ebron vocabatur, liber Ieſu Naue euidenter explanat.

Cap. 5. Noemi ſoboles.

Habebat ergo Noe poſt diluuium tres filios, Sem, Cham, & Iafeth. De Iafeth egreſſæ ſunt gentes, ſimiliter & de Cham, & de Sem. Et ſicut ait vetus hiſtoria ab his diſſeminatum eſt genus humanum ſub vniuerſo cœlo. Primogenitus vero Cham, Chus. Hic fuit totius ar-

Cham magia & idololatria repertor.

tis Magicæ imbuente diabolo, & primus idololatriæ adinuentor. Hic primus ſtatunculam adorandam diaboli inſtigatione conſtituit; qui & ſtellas, & ignem de cœlo cadere, falſa virtute hominibus oſtendebat. Hic ad Perſas tranſit. Hunc Perſæ vocitauere Zoroaſtrem, id eſt, viuentem ſtellam. Ab hoc etiam ignem adorare conſueti, ipſum diuinitus igne conſumptum vt Deum colunt.

H

Cap. 6. Turris Babel.

Cumque multiplicati homines diſpergerentur per vniuerſas terras, egreſſi ab Oriente, Senaar gramineum reperiūt campum. In quo ædificantes ciuitatem, turrem quæ cœlos attingeret nituntur ſtruere. Quorum vanam cogitationem ſimul & linguam, ipſoſque confuſos Deus, per mundum late patentem in vniuerſa terra diſperſit: vocatumque eſt nomen ciuitatis, Babel, hoc eſt confuſio, eo quod ibi confudiſſet Deus linguas eorum. Hæc eſt Babylonia à Nemroth gigante ædificata, filio Chus. Et ſicut Oroſij narrat hiſtoria, mira campi planitie in quadrum diſpoſita eſt. Murus eius ex coctili latere infuſo bitumine, in latum habet cubitos quinquaginta, altitudinis cubitos ducentos, in circuitu ſtadia quadraginta ſeptuaginta. Vnum ſtadium habet aripennes quinque. Vicenæ quinæ portæ per vnumquodque latus ſitæ ſunt, quæ faciunt centum. Harum portarum oſtia miræ magnitudinis, ex ære fuſili ſunt formata. Multa & alia de hac ciuitate idem hiſtoriographus narrat, ad-

dens

A

dens. Et cum tanta fuiſſet honeſtas ædificij, attamen victa atque ſubuerſa eſt.

Cap. 7.

Primus autem filius Noe, Sem: de quo, generatione decima, natus eſt Abraham: id eſt, Noe, Sem, Arphaxad, Sale, Heber, Falee, Ragau, Saruch, Thare, qui genuit Abraham. In his decem generationibus, hoc eſt, à Noe vſque ad Abraham, inueniuntur anni DCCCCXLII. Eo tempore regnabat Ninus, qui ædificauit ciuitatem quam Niniuem vocauit: cuius in tribus manſionibus ſpatium amplitudinis Ionas Propheta determinat. Huius quadrageſimotertio regni anno, natus eſt Abraham. Hic eſt Abraham, initiũ fidei noſtræ: hic accepit repromiſſiones: huic ſe Chriſtus Dominus noſter naſciturum, ac pro nobis paſſurum in victimæ commutatione monſtrauit ipſo in Euangeliis ſic dicente: Abraham exultauit vt videret diem meum: & vidit, & gauiſus eſt. Hoc vero holocauſtum monte Caluariæ, quo Dominus Crucifixus eſt, oblatum fuiſſe, Seuerus narrat in Chronica, ſicut & hodieque in ipſa Hieroſolymorum vrbe celebre fertur. In hoc monte Crux ſancta in qua redemptor affixus eſt, ſtetit, de qua & Beatus ille cruor effluxit. Hic ergo Abraham accepit ſignum circunciſionis, oſtendens vt quod ille geſſit in corpore, nos portemus in corde, & dicente Propheta: Circuncidite vos Deo veſtro, & circuncidite præputium cordis veſtri, & nolite ſequi Deos alienos. Et iterum: Omnis incircunciſus corde, non intret in ſancta mea. Hunc Abraham Deus poſt adiectam nomini ſyllabam, patrem multarum gentium nuncupauit.

Niniue.

Abrahæ ſacrificiũ in monte Caluaria.

B

Cap. 8. *Iſaac. Iacob & Eſau.*

Is cum centum eſſet annorum, genuit Iſaac. Porro Iſaac ſexageſimo ætatis anno, nati ſunt filij gemini de Rebecca. Primus Eſau, qui & Edom, id eſt, terrenus: qui propter gulam vendidit primogenita ſua. Ipſe eſt pater Idumæorum: de cuius generatione quarta, natus eſt Iobab, hoc eſt, Eſau, Raguel, Zara, Iobab, qui & Iob. Is vixit annos CCXLIX. octogeſimonono anno ab infirmitate liberatus eſt, poſt infirmitatem autem, CLXX. annis reſtituta in duplum omni facultate cum tot quot perdiderat filiis iocundatus eſt.

C

Iobi afflictio & proſperitas.

Cap. 9. *Iacobi generatio.*

Secundus autem filius Iſaac, Iacob, dilectus Dei, ſicut ait per Prophetam, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Hic poſt Angelicam luctam vocatus eſt Iſraël, à quo Iſraëlitæ. Hic genuit duodecim Patriarchas, quorũ hæc ſunt nomina: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Iſachar, Zabulon, Dan, Nephtalim, Gad, & Aſer. Poſt hos genuit Ioſeph de Rachel, cum eſſet nonageſimo ſecundo ætatis ſuæ anno. Hunc cæteris filiis plus dilexit. Habuit ex ea & Beniamin vltimum omnium. Ioſeph autem XVI. ætatis annum habens, typum præferens redemptoris, vidit ſomnia quæ fratribus retulit: Quaſi manipulos legens, quos ſuorum fratrum manipuli adorarent. Et iterum: Quaſi Sol & Luna cum vndecim ſtellis prociderent ante eum, quæ res magnum ei cum fratribus odium generauit. Vnde & inflammati inuidia, triginta cum argenteis Iſmaëlitis in Ægyptum tranſeuntibus vendiderunt. Imminente autem fame, cum deſcendiſſent hi in Ægyptum, cogniti ſunt à Ioſeph, nec tamen ipſi Ioſeph cognouerunt. Ipſe tamen ſe his poſt multas fatigationes, & adducto Beniamin declarauit, de Rachel cum matre ſua natus & hic fuerat. Poſt hæc deſcendunt cuncti Iſraëlitæ in Ægyptum, & per Ioſeph Pharaonis gratia vtuntur. Iacob autem poſt benedictos filios ſuos in Ægypto moritur, & in ſepulchro Patris ſui Iſaac ſepelitur in terra Chanaan. Mortuo autem Ioſeph atque Pharaone, ſubiicitur cuncta generatio ſeruituti, quæ per Moyſen poſt decem plagas Ægypti liberantur, demerſo Pharaone in mari rubro.

D

Migratio in Ægyptum.

Cap. 10.

Et quoniam de hoc maris tranſitu plures multa diſſerunt, viſum eſt, vt de ſitu loci illius vel ipſius tranſitu, aliqua huic inſeram lectioni. Nilus per Ægyptum, ſicut optime noſtis, decurrit, & ipſe eam impetu ſuo irrigat: vnde & Ægyptij Nilicolæ appellantur. Cuius nunc littora, multi locorum peruſtratores, referta ſacris Monaſteriis dicunt eſſe. Super ripam vero eius non Babylonia, de qua ſupra meminimus, ſed Babylonia ciuitas collocatur: in qua Ioſeph horrea miro opere de lapidibus quadris & cemento ædificauit: ita vt ad fundum capacia, ad ſummum vero conſtricta ſint, vt per paruulum foramen ibidem triticum iaceretur. Quæ horrea vſque hodie cernuntur. De hac ciuitate rex ad perſequendum Hebræos, cum exercitibus curruum, ac multa pedeſtri manu directus eſt. Antedictus vero fluuius ab Oriente veniens, ad Occidentalem plagam verſus Rubrum mare vadit: ab Occidente vero ſtagnum ſiue brachium de mari Rubro progreditur, & vadit contra Orientem, habens in longo milia circiter quinquaginta: in lato autem decem & octo. In huius ſtagni capite Clyſma ciuitas ædificata eſt, non propter fertilitatem loci, cum nihil ſit plus ſterile: ſed propter portum, quia naues ab Indis venientes, ibidem ob portus opportunitatem quieſcunt. Vbi comparatæ merces, per totam Ægyptum deportantur. Ad hoc ſtagnum per deſertum Hebræi tendentes, vſque ad ipſum mare venerunt, inuentiſque dulcibus aquis caſtrametati ſunt. In hoc ergo arcto loco, tam ab eremo quam ab ipſo mari, conſederunt, ſicut ſcriptum eſt, Audiens Pharao, quod concluſiſſet eos mare atque deſertum, nec eſſet eis via qua poſſent pergere, ad perſequendum eos direxit. Cumque imminentibus his Moyſi populus adclamaſſet, ſecundum iuſſum diuinitatis protecta virga ſupra mare diuiſum eſt, illiſque per ſicca gradientibus, & vt ſcriptura ait: Muro aquarum vndique vallatis, in littus illud quod eſt contra montẽ Syna illæſi prorſus, demerſis Ægyptiis, Moyſe duce, tranſgrediuntur de quo tranſitu multa vt dixi narrantur, ſed nos quod à ſapientibus & certe illis hominibus qui in eodem loco acceſſerant, verum cognouimus, ea inſerere ſtuduimus paginæ. Aiunt enim ſulcos quos rotæ curruum fecerant vſque hodie permanere: & quantum acies oculorum videre poteſt, in profundo cerni. Quos ſi modicum commotio maris obtexerit, illo quieſcente ruſum diuinitus renouantur vt fuerant. Dicunt alij quod ad ipſam ripam, facto modico per mare circuitu, vnde ingreſſi fuerant, ſint reuerſi. Alij vero adſerunt, vnum cunctis ingreſſum: nonnulli, vnicuique tribui ſuam patuiſſe viam, illud teſtimonium Pſalterij adducentes: Qui diuiſit mare rubrum in diuiſiones, quas nos diuiſiones ſpiritualiter, & non ſecundum literam intelligere oportet. Sunt enim & in hoc ſeculo, quod figuraliter mare dicitur, multæ diuiſiones, non enim æqualiter poſſunt per vnam viam ad vitam cuncti tranſire. Alij autem tranſeunt in horam primam, id eſt qui renati per baptiſmum, immaculati ab omni inquinamento carnis, perdurare vſque ad vitæ præſentis exitum poſſunt. Alij ad horam tertiam, videlicet qui maiori ætate conuertuntur. Alij ad ſextam, qui luxuriæ feruorem coërcent: & per has quaſque horas, ſicut Euangeliſta commemorat, ad operam Dominicæ vineæ, ſecundum fidem propriam conducuntur. Hæ ſunt diuiſiones, quibus per hoc mare tranſitur. Illud vero quod ad mare vſque venientes, iuxta ſtagni tenentes retorquentur, illud eſt quod Dominus ad Moyſen dixit: Reuerſi caſtrametentur è regione Phiahyroth, quæ eſt inter Magdalum & mare contra Beelſefon. Nec enim dubium eſt quod tranſitus ille maris, vel columna nubis typum geſſerint noſtri Baptiſmatis, dicente Beato Paulo Apoſtolo: Nolo vos ignorare fratres, quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes in Moyſen baptizati ſunt in nube & in mari. Columna vero ignis, typum ſancti Spiritus prætulit. A natiuitate ergo Abrahæ vſque ad egreſſum filiorum Iſrael ex Ægypto, vel tranſitum maris Rubri, qui fuit Moyſi octogeſimus annus, ſupputantur anni numero CCCCLXII.

Horrea Ioſeph.

E

F

Veſtigia curruũ Ægyptiorum.

G

Hæc ex Oroſio li. 1. c. 10.

H

Columna, typus baptiſmatis.

Tranſitus maris quando.

Cap. 11.

Per quadraginta annos Iſraëlitæ eremo vtuntur, imbuuntur legibus, probantur, victibuſque paſcuntur Angelicis. Deinceps enim poſt acceptam legem, tranſgreſſoque cum Ieſu Naue Iordane, terram Repromiſſionis accipiunt.

A

Poſt cuius tranſitum, dum præcepta diuina poſtponunt, ſæpe in alienigenarum ſeruitio ſubiunguntur. Sed cum conuerſi ingemiſcunt, tribuente Domino, per virorum fortium brachium liberantur. Poſt hæc per Samuelem, regem (ſicut reliquæ gentes habent) à Domino poſtulantes,

Saul Rex eligitur.

accipiunt primum Saul, deinde Dauid. Ab Abraham ergo vſque ad Dauid generationes X I V. id eſt Abraham, Iſaac, Iacob, Iudas, Phares, Eſrum, Aram, Aminadab, Naaſſon, Salmon, Obeth, Ieſſe, Dauid, Dauid autem genuit Salomonem de Betſabeæ. Is per Nathan Prophetam, fratrem ſuum, & matrem in regno euectus eſt.

Cap. 13. Salomon elegit ſapientiam.

Defuncto autem Dauid, cum regnare cœpiſſet Salomon, apparuit ei Dominus, & quod peteret, vt indulgeat pollicetur. At ille terrenas diuitias poſtponens, ſapientiam magis expetiit: quod gratum Domino fuit, ita vt ab eodem audiret, Quia non quæſiſti regna mundi, nec diuitias eius, ſed poſtulaſti ſapientiam, ideo accipies eam: ante te non fuit tam ſapiens, ſic & poſt te

B

non erit. Quod poſtea iudicium illud, quod inter duas mulieres de vno infante litigantes, intulit, comprobauit. Hic Salomon ædificauit templum nomini Domini miro opere, multum ibi auri argentique, æris ac ferri ingerens, ita vt diceretur à quibuſdam, nunquam ſimile in mundo fuiſſe ædificium fabricatum.

Templi ædificatio.

Ab egreſſu ergo filiorum Iſraël ex Ægypto vſque ad ædificationem templi, qui fuit annus ſeptimus regni Salomonis inueniuntur anni CCCCLXXX. ſicut Regum teſtatur hiſtoria.

Cap. 14. Roboam.

Poſt mortem autem Salomonis, diuiſum eſt per duritiam Roboæ regnum in duas partes. Reſtiterunt duæ tribus ad Roboam, quod Iuda appellabatur ad Hieroboam autem, decem tribus, quod Iſraël vocabatur. Poſt hæc igitur ad idololatriam declinantes, nec Prophetarum vaticinia, nec eorum interitus, nec cladis patriæ, nec ipſorum etiam regum eos excidio domuerunt.

Cap. 15.

Donec iratus contra eos Dominus, excitauit Nabuchodonoſor, qui eos in Babyloniam cum omnibus

C

Tranſmigratio in Babyloniam.

templi ornamentis captiuos abduxit: in qua captiuitate & Daniel Propheta eximius inter eſurientes Leones illæſus, & tres pueri in medio ignium roſulenti, abiere captiui. In hac captiuitate & Ezechiel Prophetauit, & Eſdras Propheta natus eſt. A Dauid autem vſque ad deſolationem templi, & tranſmigrationem in Babyloniam, generationes quatuordecim: id eſt, Dauid, Salomon, Roboam, Abia, Aſa, Ioſaphat, Ioram, Ozias, Ioatham, Achaz, Ezechias, Manaſſes, Amon, Ioſias. In his ergo quatuordecim generationibus, anni inueniuntur numero CCCXL. De hac vero captiuitate per Zorobabel liberantur: qui poſtea & templum & ciuitatem reſtituit. Sed hæc captiuitas typum illius captiuitatis, vt puto gerit, in qua anima peccatrix abducitur. Quam niſi Zorobabel, id eſt Chriſtus liberauerit, horribiliter exſulabit. Ipſe enim Dominus in Euangelio dicit: Si vos filius liberauerit vere liberi eritis. Ipſe oro ſibi in nobis templum, in quo dignetur habitare, conſtituat, in quo fides vt aurum, luceat: in quo eloquium præ-

D

dicationis, vt argentum ſplendeat: in quo omnia viſibilis templi illius ornamenta, in noſtrorum ſenſuum honeſtate clareſcant. Bonæ etiam voluntati noſtræ ipſe ſalubrem effectum indulgeat. Quia niſi ipſe ædificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam.

Captiuitas Babylonica.

Hæc vero captiuitas annos LXX. fuiſſe dicitur.

Cap. 16.

Reuerſi autem per Zorobabel, ſicut diximus, nunc contra Deum murmorantes, nunc poſt idola corruentes, dum Dei Prophetas contemnunt, gentibus traduntur, ſubiugantur, intercidunt: donec ipſe Dominus Patriarcharum Prophetarumque vocibus repromiſſus, Virginis Mariæ vtero per ſpiritum ſanctum illapſus, ad redemptionem naſci, tam illius gentis, quam omnium gentium dignaretur. A tranſmigratione ergo vſque ad natiuitatem Chriſti, generationes quatuordecim: id

Zorobabel.

eſt, Iechonias, Salathiel, Zorobabel, Abiud, Eliachim, Azor, Sadoch, Achim, Eliud, Eleazar, Matthan, Iacob, Ioſeph vir Mariæ, de qua Dominus noſter I E S V S

E

C H R I S T V S naſcitur: qui Ioſeph, quartus decimus computatur.

Cap. 17. Reges gentium.

Ergo ne videamur vnius tantũ Hebrææ gentis habere notitiam, reliqua regna, quæ, vel quali Iſraëlitarum fuerint tempore, memoremus. Tempore Abrahæ Ninus regnabat ſuper Aſſyrios: Sicyonius, Europos: apud Ægyptios autem ſexta decima erat, poteſtas, quam ſua lingua Dynaſtian vocabant. Tempore Moyſi apud Argiuos regnabat ſeptimus Tropias: in Attica Cecrops primus: apud Ægyptios, Cenchis duodecimus, qui & in mari obrutus eſt rubro: apud Aſſyrios, ſextus decimus Agatadis: apud Sicyonos Maratis. Tempore vero Salomonis, quando regnabat ſuper Iſraël, apud Latinos Quintus regnabat Siluius, Lacedemoniis Fiſtus: Corinthiis, ſecundus Oxion: Ægyptiorum, Thebei, centeſimo viceſimoſexto anno ſuper Aſſyrios, Eutropes: Athenienſibus, ſecundus Agaſaſtus. Tempore quo Amon regnabat ſuper Iudæam quando captiuitas in Babyloniam abiit: Macedoniis præerat Argeus: Lydorum, Gy-

F

ges: Ægyptiorum, Vaſtes: apud Babyloniam, Nabuchodonoſor, qui eos captiuus abduxit: Romanorum Sextus Seruius Tullus.

Cap. 18. Rom. Imp.

Poſt hus, Imperatores: primus, Iulius Cæſar fuit qui totius imperij obtinuit monarchiam: ſecundus, Octauianus, Iulij Cæſaris nepos, quem Auguſtum vocant: à quo & menſis Auguſtus eſt vocitatus. Cuius nonodecimo imperij anno, Lugdunum Galliarum vrbem conditam manifeſtiſſime reperimus: quæ poſtea illuſtrata Martyrum ſanguine, nobiliſſima nuncupatur.

Cap. 19. Chriſtus naſcitur. Niceph. lib. 1. cap. 10.

Anno quadrageſimotertio Imperij Auguſti, Dominus noſter I E S V S C H R I S T V S, vt diximus, ex Virgine Maria in Bethleem Dauid oppido, ſecundum carnem natus eſt: cuius immenſum ſidus Magi ab Oriente cernentes, cum muneribus veniunt: & puerum ſupplices oblatis donis adorant. Herodes vero ob cœlum regni ſui, dum Deum Chriſtum perſequi nititur paruulos infantes interimit. Ipſe quoque poſtmodum iudicio diuino percuſſus eſt.

G

Cap. 20. Chriſti prædicatio, miracula, & paſſio.

Domino autem Deo noſtro I E S V C H R I S T O pœnitentiam prædicante baptiſmi gratiam tribuente, vel cœleſte regnum cunctis gentibus promittente atque prodigia & ſigna per populos operante: hoc eſt, dum de aquis vina profert dum febres extinguit, dum cæcis lumen tribuit, dum ſepultis vitam reſtituit, dum obſeſſos ab immundis ſpiritibus liberat, dum leproſos miſerabili turpentes cute reformat, ac dum alia ſigna multa faciens, manifeſtiſſime ſe Deum populis eſſe declarat: in Iudæis ita ſuccenditur, inuidia exagitatus ac mens de ſanguine Prophetarum paſta, vt iuſtum interimat, iniuſte molitur. Ergo vt veterum vatum complerentur oracula, à diſcipulo traditur, à Pontificibus condemnatur, à Iudæis illuditur, cum iniquis crucifigitur, à militibus emiſſo ſpiritu cuſtoditur. His igitur actis tenebræ ſuper vniuerſum mundum factæ ſunt, & multi conuerſi ingemiſcentes I E S V M Filium Dei confeſſi ſunt.

Cap. 21.

Adprehenſus autem & Ioſeph, qui eum aromatibus conditum in ſuo monumento recondidit, in cellulam includitur & ab ipſis Sacerdotum principibus cuſtodi-

H

tur, maiorem in eum habentes ſæuitiam † (vt geſta Pilati ad Tyberium imperatorem miſſa referunt) quam in ipſum Dominum, vt cum ille à militibus, hic ipſis Sacerdotibus cuſtodiretur: ſed reſurgente Domino, cuſtodibus viſione Angelica territis, cum non inueniretur in tumulo, nocte parietes de cellula in qua Ioſeph tenebatur, ſuſpenduntur in ſublimi, ipſe vero de cuſtodia, abſoluente Angelo, liberatur, parietibus reſtitutis in locum ſuum. Cumque Pontifices cuſtodibus exprobarent, & ſanctum corpus ab eiſdem inſtanter requirerent, dicunt eis milites: Reddite vos Ioſeph, & nos reddemus Chriſtum: ſed vt verum agnoſcimus neque vos benefactorem Dei, neque nos filium Dei reddere nunc valemus. Tunc illis confuſis, milites ſub hac excuſatione liberantur.

† Hæc ſumpta ſunt ex lib. Nicodemi qui acta Pilati inſcribitur. Quem commentitium putat Niceph. lib. 7. c. 16. inter Apoc. damnauit & Gel.

Cap. 22.

Fertur Iacobus Apoſtolus, cum Dominum iam mortuum vidiſſet in Cruce, deteſtatum eſſe atque iuraſſe,

nun

A

nunquam ſe comeſturum panem niſi Dominum cerneret reſurgentem: tertia demum die rediens Dominus, ſpoliato Tartaro cum triumpho Iacobo ſe oſtendens ait: Surge Iacobe, comede, quia iam à mortuis reſurrexi. Hic eſt Iacobus Iuſtus quem fratrem Domini nuncupant, pro eo quod Ioſeph fuerit filius, ex alia vxore progenitus.

Cap. 23. Dominica reſurrectionis.

Dominicam vero reſurrectionem, de prima factam credimus, non ſeptima ſicut multi putant. Hic eſt dies reſurrectionis Domini noſtri IESV CHRISTI, quem nos proprie Dominicum, pro ſancta eius reſurrectione vocamus. Hic primus lucem vidit in principio, & hic primus Dominum reſurgentem contemplari meruit de ſepulchro. A captiuitate vero Hieroſolymæ & deſolatione templi vſque ad Paſſionem Domini noſtri IESV CHRISTI eſt a Tyberij ſeptimodecimo anno ſupputantur anni DCLXVIII.

Cap. 24

B

Pilatus de Chriſto ſcribit ad Tyber. Niceph. lib. 2. c. 8. ex Tertull. Oroſ. lib. 7. c. 4.

Reſurgens autem Dominus per quadraginta dies cum diſcipulis de regno Dei diſputans, viuentibus illis in nube ſuſceptus, euectuſque in cœlos, ad patris dexteram reſidet glorioſus. Pilatus autem geſta ad Tyberium Cæſarem mittit, & ei tam de virtutibus Chriſti, quam de paſſione vel reſurrectione eius inſinuat. Quæ geſta apud nos hodie retinentur ſcripta. Tyberius autem hoc ad ſenatum retenſuit: quod ſenatus cum ita reſpuit, pro eo quod non ad eum primitus aduenillet. Hinc etenim contra Chriſtianos prima odiorum germina pullularunt. Pilatus autem non permanens impunitus, pro ſuæ malitiæ ſcelere, hoc eſt pro nece quã in Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum exercuit, propriis ſe manibus interficit: quem Manichæum fuiſſe multi putant, ſecundum illud quod in Euangelio legitur: Venerunt quidam de Galilæis nuntiantes ei, quorum ſanguinem miſcuit Pilatus cum ſacrificiis eorum. Sic & Herodes Rex, dum in Apoſtolos Domini ſæuit, percuſſus diuinitus ob tanta ſcelera, intumeſcens ac ſcatens vermibus, accepto cultro vt malum purgaret propriæ ſe manus ictu liberauit.

C

Cap. 25. B. Petrus Romam acceſſit. Niceph. lib. 2. cap. 35. Nero ſeſe interficit.

Beatus Petrus Apoſtolus ſub Imperatore Claudio quarto ab Auguſto Romam adgreditur: ibique prædicans, in multis virtutibus manifeſtiſſime Chriſtum eſſe Dei filium comprobauit: ab illis enim diebus Chriſtiani apud ciuitatem Romam eſſe cœperunt. Cum autem nomen Chriſti per populos magis ac magis dilataretur, oritur contra hæc antiqui ſerpentis inuidia, & totis ſe Imperatoris præcordiis immittit ſæua malignitas. Nam Nero ille luxurioſus, vanus atque ſuperbus, virorum ſuccuba, & ruſſus virorum appetitor, matris, ſororum ac proximarum quarumque mulierum ſpurciſſimus violator, ad complendam malitiæ ſuæ molem, primus contra Chriſti cultum, perſecutionem excitat in credentes: habebat enim ſecum Simonem Magum, virum totius malitiæ & omnis magicæ artis argumento magiſtrum.

Simon Magus.

Hoc eliſo per Apoſtolos Domini Petrum atque Paulum commotus contra eos, quod Chriſtum filium prædicarent, & idola adorare contemnerent, Petrum Cruce, Paulum gladio iubet interfici. Ipſe quoque excitatam ſuper ſe ſeditionem fugere tentans quarto ab Vrbe lapide, propria ſe manu interfecit.

D

Cap. 26. Iacobus, Marcus & Stephanus pro Chriſto moriuntur. Ioan. Apoſt. ſeruatur in aduentũ D. Nic. lib. 2. c. 42.

Tunc & Iacobus frater Domini, & Marcus Euangeliſta, pro Chriſti nomine glorioſo martyrio coronati ſunt. Primus tamen omnium hanc viam Leuita Stephanus & Martyr intrauit. Magna poſt Iacobi Apoſtoli necem, Iudæos calamitas adiecta eſt. Nam adueniente Veſpaſiano, & templum incenſum aſt, & ſexcenta millia Iudæorum eo bello gladio & fame affecta ſunt. Domitianus autem ſecundus poſt Neronem, in Chriſtianos ſæuit: Ioannem Apoſtolum in inſulam Pathmos relegat in exilium, & diuerſas crudelitates in populos agitat. Poſt cuius mortem, Beatus Ioan. Apoſt. & Euangeliſta de exilio rediit: qui ſenex & plenus dierum, perfectæque in Deum vitæ viuens, ſe depoſuit in ſepulchro. Hic fertur non guſtare mortem donec iterato Dominus iudicaturus adueniat, ipſo in Euangeliis ita dicente, ſi eum volo manere donec veniam.

B

Cap. 27. Traianus perſecutio.

Tertius poſt Neronem, perſecutionem in Chriſtianos Traianus mouet: ſub quo Beatus Clemens, tertius Romanæ Eccleſiæ Epiſcopus paſſus eſt; ſanctus Simeon, Hieroſolimitanus Epiſcopus, Cleophæ filius pro Chriſti nomine Crucifixus aſſeritur: & Ignatius Antiochenſis Epiſcopus Romam ductus beſtiis deputatur. Hæc ſub Traiani temporibus acta ſunt.

Cap. 28. Adrian. imper. Niceph. lib. 3. c. 24.

Poſt hunc Ælius Adrianus, imperator creatus eſt vnde & Hieroſolyma Ælia ab Ælio Adriano vocatur, ſucceſſor Domitiani, eo quod eam reparauerit. Poſt has vero Paſſiones ſanctorum, non fuit ſatis patri aduerſæ, gentes incredulas contra Chriſticolas excitaſſe, niſi, commoueret & in ipſis Chriſtianis ſchiſmata. Concitat hæreſes, & diuiſa fides Catholica, aliterque diſſeritur: nam ſub Antonij imperio Marcionitana & Valentiniana hæreſis inſana ſurrexit: & Iuſtinus Philoſophus poſt ſcriptos Catholicæ Eccleſiæ libros, martyrio pro Chriſti nomine coronatur. In Aſia autem, orta perſecutione, Beatiſſimus Polycarpus, Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ diſcipulus octogeſimo ætatis ſuæ anno, velut holocauſtum puriſſimum, per ignem Domino conſecratur.

Polycarpus Niceph. F *cap. c. 30. & 35. lib. 3.*

Sed & in Galliis multi pro Chriſti nomine ſunt per martyrium gemmis cœleſtibus coronati: quorum paſſionum hiſtoriæ apud nos fideliter vſque hodie retinentur.

Cap. 29. Photinus.

Ex quibus & ille primus Lugdunenſis Eccleſiæ Photinus Epiſcopus fuit qui plenus dierum, diuerſis affectus ſuppliciis pro Chriſti nomine paſſus eſt. Beatiſſimus vero Irenæus huius ſucceſſor martyris, qui à Beato Polycarpo ad hanc vrbem directus eſt, admirabili virtute enituit: qui in modici temporis ſpatio, prædicatione ſua maxime in integro ciuitatem reddidit Chriſtianam. Sed veniente perſecutione, talia ibidem diabolus bella per tyrannum exercuit, & tanta ibi multitudo Chriſtianorum ob confeſſionem Dominici nominis eſt iugulata, vt per plateas flumina currerent de ſanguine Chriſtiano: quorum nec numerum, nec nomina colligere potuimus. Dominus enim eos in libro vitæ conſcripſit.

Irenæus. Niceph. lib 4. cap. 13. & 14.

G

Beatum Irenæum diuerſis in ſua carnifex præſentia pœnis affectum, Chriſto Domino per Martyrium dedicauit. Poſt hunc & 48. Martyres paſſi ſunt, ex quibus primum fuiſſe legimus Vettium Epagatum.

Cap. 30. Trithemius ſub Domitiano.

Sub Decio vero Imperatore multa bella aduerſum nomen Chriſtianum exoriuntur, & tanta ſtrages de credentibus fuit, vt nec numerari queant. Babylas Epiſcopus Antiochenus, cum fratribus paruulis, id eſt Vrbano, Prilidano, & Epolono: & Sixtus, Romanæ Eccleſ. Epiſcopus: & Laurentius Archidiaconus, & Hippolytus ob Dominici nominis confeſſionem per Martyrium conſummati ſunt. Valentinianus & Nouatianus maximi tunc hæreticorum principes, contra fidem noſtram inimico impellente graſſantur.

Babylas Niceph. lib 5. cap. 26.

Huius tempore ſeptem viri Epiſcopi ordinati ad prædicandum in Gallias miſſi ſunt, ſicut hiſtoria paſſionis ſancti Martyris Saturnini denarrat. Ait enim, Sub Decio & Grato conſulibus, ſicut fideli recordatione retinetur, primum ac ſummum Tholoſana ciuitas S. Saturninũ habere cœperat Sacerdotem. Hi ergo miſſi ſunt: Turonicis, Gratianus Epiſcopus: Arelatenſibus, Trophimus Epiſcopus: Narbonæ, Paulus Epiſcopus: Tholoſæ Saturninus Epiſcopus: Pariſiacis, Dionyſius Epiſcopus: Aruernis, Stremonius Epiſcopus: Lemouicinis, Martialis eſt deſtinatus Epiſcopus.

† Hunc eſſe Dionyſium Areop.

H

qui ad prædicationem Pauli credidit docte demonſtrãt Scapulenſis, Carthuſianus & Trithem. vt ſatis ex eis Abbas Veſpergenſis coniicit poſſit iuſtificatur.

De his vero, Beatus † Dionyſius Pariſiorum Epiſcopus, diuerſis pro Chriſti nomine adfectus pœnis præſentem vitam gladio immінente finiuit: Saturninus vero, iam ſecurus de Martyrio, dicit duobus presbyteris ſuis: Ecce ego iam immolor, & tempus meæ reſolutionis inſtat, rogo vt vſque dum debitum finem impleam, à vobis penitus non relinquar. Cumque comprehenſus ad Capitolium duceretur, relictus ab his ſolus adtrahitur. Igitur cum ſe ab illis cerneret derelictum, oraſſe fertur: Domine Ieſu Chriſte audi me de cœlo ſancto tuo, vt nunquam Eccleſia de his ciuibus mereatur habere Pontificẽ in ſempiternũ. Quod vſq; nunc in ipſa ciuitate ita eueniſſe cognouimus: hic vero Tauri

A furentis veſtigiis alligatus, ac de Capitolio præcipitatus, vitam finiuit. Gratian. vero, Trophimus, Stremoniuſque, & Paulus atque Martialis, in ſumma ſanctitate viuentes, poſt acquiſitos Eccleſiæ populos, ac fidem Chriſti per omnia dilatatam, fœlici confeſſione migrarunt. Et ſic iam iſti per martyrium, quam hi per confeſſionem relinquentes terras, in cœleſtibus pariter ſunt coniuncti.

Cap. 31. Biturigenſium conuerſio. De horum vero diſcipulis quidam Bituriges ciuitatem adgreſſus, ſalutare omnium, Chriſtum dominum populis nunciauit. Ex his ergo pauci admodum credentes, clerici ordinati, ritum pſallendi ſuſcipiunt: & qualiter Eccleſiam conſtruant. vel omnipotenti Deo ſolemnia celebrare debeant: imbuuntur. Sed illis paruam adhuc ædificandi facultatem habentibus, ciuis cuiuſdam domum, de qua Eccleſiam faciant expetunt. Senatores vero vel reliqui meliores loci, fanaticis erant tunc cultibus obligati qui vero crediderant, ex pauperibus erant, iuxta illud Domini, quod Iudæis exprobrat B dicens, Quia meretrices & publicani præcedent vos in regno Dei, Hi vero non obtenta à quo petierant domo, Leocadium quendam primum Galliarum ſenatorem, qui de ſtirpe Vetij Epagati fuit, quem Lugduni paſſum pro Chriſti nomine ſuperius memorauimus, repererunt. Cui cum petitionem ſuam, & fidem pariter intimaſſent, ille reſpondit: Si domus mea, quam apud Biturigam vrbem habeo, huic operi digna eſſe, præſtare non abnegarem. Illi autem audientes, pedibus eius proſtrati, oblatis trecentis aureis cum diſco argenteo, dicunt eam huic miniſterio eſſe congruam. Qui acceptis de his tribus aureis pro benedictione, clementer indulgens reliqua, cum adhuc eſſet in errorem idololatriæ implicitus, Chriſtianus factus domum ſuam fecit Eccleſiam. Hæc eſt nunc Eccleſia apud Bituriges vrbem prima, miro opere compoſita, & primum martyris Stephani reliquiis illuſtrata.

Leocadius, domum ſuam cedit in Eccleſiam.

Cap. 33. Valeriani perſecutio. Vigeſimo ſeptimo loco, Valerianus & Gallienus Ro- C manorum imperium ſunt adepti, qui grauem contra Chriſtianos perſecutionem ſuo tempore commouerunt. Tunc Romam Cornelius, Cyprianus Carthaginem fœlici ſanguine illuſtrarunt. Horum tempore & Chrocus ille Alamannorum rex, commoto exercitu, Gallias peruagauit. Hic autem Chrocus multæ arrogantiæ fertur fuiſſe. Qui cum nonnulla inique geſſiſſet, per cõſilium, vt aiunt, matris iniquæ collectam (vt diximus) Alamannorum gentem, vniuerſas Gallias peruagatur, cunctaſque ædes, quæ antiquitus fabricatæ fuerant, a fundamentis ſubuertit. Veniens vero Aruernos, delubrum illud quod Gallica lingua Vaſſo Galatæ vocant, incendit, diruit, atque ſubuertit. Miro enim opere factum fuit atque firmatum: cuius paries duplex erat. Ab intus enim de minuto lapide, à foris vero, quadris ſcalptis fabricatum fuit, habuit enim paries ille craſſitudinem, pedes triginta. Intrinſecus vero marmore ac muſiuo variatum erat. Pauimentum quoque ædis marmore ſtratum, deſuper vero plumbo tectum.

Vaſſo templu euertitur.

Cap. 34. D Iuxta hanc vrbem Liminius, Anatolianuſque Martyres requieſcunt. ibi Caſſius ac Victorinus in dilectione Chriſti fraterno affectu ſociati, per effuſionem cruoris proprij, cœlorum regna pariter ſunt adepti. Nam refert antiquitas Victorinum ſeruum fuiſſe ante dicti templi ſacerdotis. Qui dum plerunque vicum quem Chriſtianorum vocant, ad perſequendos Chriſtianos adit, Caſſium reperit Chriſtianum: cuius prædicationibus atque miraculis motus, credidit Chriſto: relictiſque fanaticis ſordibus, ac baptiſmo conſecratus, magnus in virtutum operatione enituit. Nec multo poſt, per Martyrium (vt diximus) in terris ſociati, ad cœleſtia pariter regna migrauerunt.

Liminius. Anatolianus. Caſſius. Victorinus.

Cap. 34. Priuatus martyr. Irruentibus autem Alamannis in Gallias, ſanctus Priuatus Gaballitanæ vrbis Epiſcopus, in crypta Memmatenſis montis, vbi ieiuniis orationibuſque vacabat, reperitur, populi Gredonenſis caſtri munitione concluſus. Sed dum oues ſuas bonus paſtor lupis tradere non conſentit, dæmoniis immolare compellitur. Quod ſputum ille tam execrans quam refutans; tamdiu fuſtibus cæditur quouſque putaretur exanimis. Sed ex ipſa quaſſatione, interpoſitis paucis diebus, ſpiritum exhalauit. Chrocus vero apud Arelatenſem Galliarum vrbem comprehenſus, diuerſis adfectus ſuppliciis, gladio verberatus interiit, non immerito pœnas quas ſanctis Dei intulerat, luens. E

Chrocus.

Cap. 35. Sub Diocletiano, qui trigeſimotertio loco Romanum rexit imperium grauis contra Chriſtianos per annos IV. perſecutio exagitata eſt: ita vt quadam vice in ipſo ſacratiſſimo die Paſchæ, magni Chriſtianorum populi ob veri Dei cultum interficerentur. Eo tempore, Quirinus Siſtienſis Eccleſiæ ſacerdos glorioſum pro Chriſti nomine martyrium tulit: quem ligato ad collum molari ſaxo, in fluminis gurgitem ſæuitia impulit paganorum. Igitur cum cecidiſſet in gurgitem diu ſuper aquas diuina virtute ferebatur, nec ſorbebant aquæ quem pondus criminis non premebat, Quod factum admirans multitudo populi circunſtantis deſpecto furore gentilium, ad liberandum properant ſacerdotem. Hæc ille cernens, non paſſus eſt ſe à Martyrio ſubtrahi, ſed erectis ad cœlum oculis ait, IESV Domine, qui glorioſus reſides ad dextram Patris, ne patiaris me ab hoc ſtadio remoueri, ſed ſuſcipiens animam meam, coniungere me tuis martyribus in requie ſempiterna dignare. His dictis reddidit ſpiritum, Cuius corpus à Chriſtianis ſuſceptum, venerabiliter ſepulturæ mandatum eſt. F

Quirinus martyr.

Cap. 36. Conſtantinus. Romanorum triceſimuſquartus imperium obtinuit Conſtantinus annis triginta regnans fœliciter. Huius imperij anno vndecimo cũ poſt exceſſum Diocletiani, pax reddita fuiſſet Eccleſiis, beatiſſimus præſul Martinus, apud Sabariam Pannoniæ ciuitatem naſcitur, parentibus gentilibus, non tamen infimis. Hic Conſtantinus anno viceſimo imperij ſui, Criſpum filium veneno, Fauſtam coniugem calente balneo interfecit, ſcilicet, quod proditores regni eius voluiſſent. Huius tempore venerabile Crucis dominicæ lignum per ſtudium Helenæ matris eius repertum eſt, prodente Iuda Hebræo, qui poſt baptiſmum Quiriacus eſt vocitatus. Vſque hoc tempus hiſtoriographus in Chronicis ſcribit Euſebius. A viceſimo primo enim imperij anno, Hieronymus presbyter addidit, indicans Iuuencum presbyterum, Euangelia verſibus conſcripſiſſe, rogante ſupradicto Imperatore. Sub Conſtantis autem imperio, Iacobus Niſibenus fuit ad cuius preces inclinatæ aures diuinæ clementiæ, multa pericula à ciuitate eius repulerunt. Sed & Maximinus Treuerorum Epiſcopus potens in omni ſanctitate reperitur. Nonodecimo Conſtantini iunioris anno, Antonius Monachus tranſiit, centeſimo ætatis ſuæ anno Beatiſſimus Hilarius Pictauienſis Epiſcopus, ſuaſu hæreticorum exilio deputatur: ibique libros pro fide Catholica ſcribens, Conſtantio miſit, qui quarto exilij anno eum abſolui iubens ad propria redire permiſit.

Crucis inuentio. G

Cap. 37. Ia. Niſibenus Nicep. lib. 15. cap 22.

Cap 38. Sulpit. lib. 1. vita S. Martini.

Cap. 39. Tunc iam & lumen noſtrum exoritur, nouiſque lampadum radiis Gallia perluſtratur, hoc eſt eo tempore Beatiſſimus Martinus in Galliis prædicare exorſus eſt: qui Chriſtum Dei filium per multa miracula verum Deum in populis declarans, Gentilium incredulitatem auertit. Hinc enim fana deſtruxit, hæreſim oppreſſit, Eccleſias ædificauit, & cum aliis multis virtutibus refulgeret, ad conſummandum laudis ſuæ titulum, tres mortuos vitæ reſtituit. Quarto Valentiniani & Valentis anno, ſanctus Hilarius apud Pictauos, plenus ſanctitate & fide multis vndique virtutibus editis, migrauit ad cœlos. Nam & ipſe legitur mortuos ſuſcitaſſe.

H *S. Martinus infra autr. lib. 10.*

Cap. 40. Melania. Melania vero matrona nobilis, & incola vrbis Romanæ Hieroſolymam ob deuotionem adiit, Vrbano filio Romæ relicto. Quæ ita ſe in cuncta bonitate ac ſanctitate omnibus præbuit, vt Tecla vocaretur ab incolis.

Cap. 41. Valens monachos ad militiam cogit. Oroſius li 7. cap. 33. Poſt mortem autem Valentiniani, Valens integre ſucceſſor imperij, Monachos ad militiam cogi iubet, nolentes fuſtibus præcipit verberari. Poſt hæc bellum ſæuiſſimum in Thracas Romani geſſere: in quo tanta

ſtrages

A

ſtrages fuit, vt Romani amiſſo equorum præſidio, pedibus fugerent. Cumque à Gothis internecione maxima cæderentur, & Valens fugeret, ſagitta ſauciatus, paruum tugurium adgreſſus imminentibus hoſtibus, ſuper ſe incenſa caſula, optata caruit ſepultura. Sicque vltio diuina ob ſanctorum effuſum ſanguinem, tandem emiſſa proceſſit. Hucuſque Hieronymus, ab hoc vero tempore, Oroſius presbyter plus ſcripſit.

Cap. 42. Gratianus Theodoſium.

Igitur cum Gratianus imperator, deſtitutam cerneret eſſe rempublicam, Theodoſium collegam imperij facit. His Theodoſius omnem ſpem atque fiduciam in Dei miſericordiam ponit. Qui multas gentes non tam gladio, quam vigiliis & orationa compeſcuit, Rempublicam confirmauit, Conſtantinopolim vrbem victor ingreſſus eſt.

Cap. 43. Maximus. Bed. Hiſt. Angl. lib. 1.

Maximus vero cum per tyrannidem oppreſſis Britannis ſumpſiſſet victoriam, à militibus imperator creatus eſt. In vrbe Trauerica ſedem inſtituens, Gratianum imperatorem circumuentum dolis interfecit. Ad

B

hunc Maximum beatus Martinus iam Epiſcopus venit: in loco ergo Gratiani, Theodoſius ille qui totam ſpem in Deum poſuerat, totum ſuſcipit imperium. Qui deinceps diuinis affatibus fretus, Maximum ſpoliatum imperio interfecit.

Cap. 44. Aruernorum Epiſcopi.

Apud Aruernos vero poſt Stremonium Epiſcopum prædicatoremque primus Epiſcopus Vrbicus fuit, ex ſenatoribus conuerſus, vxorem habens: quæ iuxta conſuetudinem Eccleſiaſticam, remota à conſortio ſacerdotis religioſe viuebat, vacabant enim ambo orationi, eleemoſynis, atque operibus bonis. Cumque hæc agerent liuor inimici, qui ſemper eſt æmulus ſanctitati, commouetur in fœminam: quam in concupiſcentiam viri ſuccendens, nouam Euam efficit. Nam ſuccenſa mulier à libidine, operta peccati tenebris, pergit ad domum Eccleſiæ per tenebras noctis. Cumque obſeratam omnia reperiſſet, pulſare fores Eccleſiæ domus cœpit, ac voces huiuſmodi dare: Quouſque ſacerdos dormis? quouſque oſtia clauſa non reſeras? cur coniugem ſpernis? cur obduratis auribus, Pauli præcepta non audis?

Eccleſiaſtici renuntiabát vxoribus.

C

Scripſit enim: Reuertimini ad alterutrum, ne tentet vos Satanas. Ecce ego ad te reuertor, nec ad extraneum, ſed ad proprium vas recurro. Hæc & his ſimilia diu declamanti, tandem ſacerdotis tepeſcit religio, iubet eam cubiculo intromitti, viſuſque concubitu eius diſcedere iubet. Dehinc tardius ad ſe reuerſus, & de perpetrato ſcelere condolens acturus pœnitentiam, diœceſis ſuæ Monaſterium expetit: ibique cum gemitu ac lachrymis quæ commiſerat diluens, ad vrbem propriam eſt reuerſus: qui impleto vitæ curſu migrauit à ſeculo: nata eſt enim ab hoc conceptu filia, quæ in religione permanſit. Ipſa quoque ſacerdos cum coniuge & filia in crypta Cantobenenſi, iuxta aggerem publicum eſt ſepultus. In cuius loco Legonus Epiſcopus ſubrogatur.

Cap. 45. Hillidius dæmoniacam liberat.

D

Quo defuncto ſanctus Hillidius ſucceſſit, vir eximiæ ſanctitatis ac præclaræ virtutis, qui in tanta ſanctitate enituit, vt fama eius etiam extraneos fines adiret: vnde factum eſt vt ab imperatoris Treuerici filia expetitus, vt ſpiritu immũdo curaret: quod in libro illo quem de eius vita conſcripſimus, memorauimus. Fuit autem, vt fama refert, valde ſenex & plenus dierum, plenuſque bonis operibus, qui felici conſummatione, vitæ huius perfunctus tramite migrauit ad Chriſtum, ſepultuſque in crypta, ſuburbano ciuitatis illius. Habuit autem & archidiaconum nomine & merito Iuſtum, qui & curſum vitæ bonis conſummans operibus, magiſtri tumulo ſociatur. Iam vero poſt tranſitum beati Hillidij confeſſoris, ad glorioſum eius ſepulchrum tantæ virtutes apparent, vt nec ſcribi integra queant, nec memoria retineri. Huic ſanctus Nepotianus ſucceſſit.

Iuſtus Archidiac.

Cap. 46. Nepotianus oleo ſancto febricitantem.

Igitur apud Aruernos ſanctus Nepotianus quartus habebatur Epiſcopus. A Treueris vero legati in Hiſpaniam mittebantur, ex quibus Artemius quidam admirabilis ſapientiæ atque pulchritudinis, & prima ætate

E

florens, vi febrium eſt correptus. Præcedentibus vero aliis, hic apud Aruernos ægrotus relinquitur; nam eo tempore apud Treueros, ſponſali erat vinculo nexus. A ſancto autem Nepotiano viſitatus, atque oleo ſancto perunctus, tribuente domino redditur ſanitati. Qui cum ab eodem ſancto verbum prædicationis accepiſſet, oblitus tam ſponſam terrenam, quam facultates proprias; ſanctæ copulatur Eccleſiæ, factuſque clericus in tanta prælatus eſt ſanctitate, vt beato Nepotiano ſucceſſor exiſteret, ad regendas gregis dominici caſas.

Cap. 47. Iniurioſus.

Per idem tempus Iniurioſus quidam de ſenatoribus Aruernis, cum magnis opibus ſimilem ſibi in coniugio puellam expetiit, datoque arrabone diem conſtituit nuptiarum. Erat autem vterque vnicus patri. Adueniente vero die, celebrata nuptiarum ſolennitate, in vno ſtrato ex more locantur. Sed puella grauiter contriſtata, auerſa ad parietem, amariſſime flebat. Cui ille, Quid, inquit, turbaris? indica quæſo mihi. Illaque ſilente, adiecit, Obſecro te per Ieſum Chriſtum filium Dei, vt

F

mihi quid doleas ſapienter exponas. Tunc illa conuerſa ad eum ait, Si omnibus diebus vitæ meæ plangam, nunquid tantæ erunt lachrymæ vt queant abluere tam immenſum pectoris mei dolorem? Statueram enim, vt corpuſculum meum immaculatum Chriſto à virili tactu ſeruarem: ſed væ mihi quæ taliter ab eo relicta ſum, vt quod optabam perficere non valerem: & quod ab initio ætatis meæ ſeruaui, in hac nouiſſima die quam videre non debueram, perdidi. Ecce enim relicta ab immortali Chriſto, qui mihi dotem promittebat paradiſum, mortalis hominis ſum ſortita conſortium: & pro roſis immarceſcibilibus, arentium me toſarum non ornat, ſed deformat ſpolium. Et cum debui ſuper quadrifluo agni flumine, puritatis ſtolam induere: hæc mihi veſtis onus exhibuit, non honorem. Sed quid amplus verba protrahimus? Infelix ego quæ debui ſorte mereri polos, hodie demergor in abyſſos! O ſi mihi hæc futura erant, quare non dies vitæ meæ ipſe fuit finis, quæ fuit initium! O ſi ante introiſſem mortis ianuam, quam

G

lactis acciperem alimenta! O ſi mihi dulcium nutricum oſcula, in funere fuiſſent expenſa. Horrent enim mihi terrenæ ſpecies, quia pro mundi vita tranſfixas manus ſuſpicio redemptoris. Nec cerno diademata gemmis inſignibus coruſcantia, cum illam ſpineam miror mente coronam. Reſpuo longe lateque diffuſa ſpatia terræ tuæ, quia amœnitatem concupiſco paradiſi. Horrent tua ſolaria, cum dominum reſidentem ſuſpicio ſupra aſtra. Talia cum magno fletu iactanti, commotus pietate iuuenis ait: Vnicos nos nobiliſſimi Aruernorum habuere parentes, & ad propagandam generationem coniungere voluerunt, ne recedentibus de mundo ſuccederet hæres extraneus. Cui illa: Nihil eſt mundus, nihil ſunt diuitiæ, nihil eſt pompa ſeculi huius: nihil eſt vita ipſa qua fruimur: ſed illa magis vita quærenda eſt, quæ morte terminata non clauditur, quæ labe vlla non ſoluitur, nec aliquo occaſu finitur, vbi homo in beatitudine æterna permanens, luce non occidente viuit. Et quod ma-

H

ius eſt his omnibus, ipſius domini præſentia, iugi perfruens contemplatione, in angelico tranſlatus ſtatu, indiſſolubili lætitia gaudet. Ad hæc ille: Dulciſſimis, inquit, eloquiis tuis æterna mihi vita tanquam magnum iubar illuxit: & ideo ſi vis à carnali abſtinere concupiſcentia, particeps tuæ mentis efficiar. Illa reſpondit, difficile eſt ſexum virilem mulieribus iſta præſtare. Tamen ſi feceris vt immaculati permaneamus in ſeculo, ego tibi partem tribuam dotis, quam promiſſam habeo à ſponſo domino meo Ieſu Chriſto, cui me & famulam deuoui eſſe & ſponſam. Tunc ille armatus crucis vexillo, ait: Faciam quæ hortaris: & datis inter ſe dextris, quieuerunt. Multos poſtea in vno ſtrato recumbentes annos, vixerunt cum caſtitate laudabili. Quod poſtea in eorum tranſitu declaratum eſt, nam cum impleto certamine, puella migraret ad Chriſtum, peracto vir funeris officio, cum puellam in ſepulchrum deponeret, ait: Gratias tibi ago æterne

Coniuges abſtinent commixtione.

A Adiuro te per Ieſum Chriſtum filium Dei omnipotentis, vt ſi ego te generaui, coram cunctis edicas. Et ille Non es, inquit, tu pater meus. Populis autem rogantibus, vt quis eſſet pater, interrogaret, ait ſacerdos: Non eſt hoc meum, quod ad me pertinet, ſollicitus ſum. Vobis ſi aliquid ſuppetit, per vos quærite. Tunc illis magicis hæc artibus facta aſſeuerantes, inſurgunt contra eum in vna conſpiratione: & trahentes eum dicebant: Non diutius nobis falſo paſtoris nomine dominaberis. Ille autē ad ſatisfaciendum adhuc populo, prunas ardentes in byrrum ſuum poſuit: & ad ſe ſtringens vſque ad ſepulchrum beati Martini, vna cum populorum turbis accedit, proiectiſque ante ſepulchrum prunis veſtimentum eius inuſtum apparuit. Illo quoque ſic proſequēte, Sicut iſtud veſtimentum ab his ignibus videtis illæſum, ita & corpus meum à mulieris coitu eſt impollutum. Illis vero non credentibus, ſed contradicentibus, trahitur, calumniatur, eiicitur, vt ſermo ſancti adimpleretur: Noueris te in epiſcopatu multa aduerſa paſſurum. Hoc enim eiecto, Iuſtinianum in epiſcopatu conſtituunt. Denique

Infans trigintа dierū loquitur.

Igne Bricij probatur innocentia.

B Briccius Romanæ vrbis Papam expetiit flens, & eiulans, atque dicens: Merito hæc patior, quia peccaui in ſanctum Dei, & eum delirum & amentem ſæpe vocaui: cuius videns virtutes, non credidi. Poſt cuius abſceſſum, aiunt Turonici ſacerdoti ſuo: Vade poſt eum & exerce negocium tuum: quia ſi eum proſecutus non fueris, ad noſtrum omnium contemptum humiliaberis. Iuſtinianus vero egreſſus à Turonis, Vercellas Italiæ ciuitatem adgreſſus, iudicio Dei percuſſus obiit peregrinus. Turonici eius obitum audientes, & in ſua malitia perdurantes, Armentium in eius loco conſtituunt. At Briccius Epiſcopus Romam veniens, cuncta quæ pertulerat Papæ refert. Qui ad ſedem apoſtolicam reſidens plerunque miſſarum ſolemnia celebrans, inibi quicquid in ſanctum Dei deliquerat, deflendo diluit. Septimo igitur regreſſus anno à Roma, cum auctoritate Papæ illius, Turonos redire diſponit: & veniens ad vicum cuius nomen eſt Laudiſeum, ſexto ab vrbe miliario,

Armentius ſucceſſit.

C manſionem accepit, Armentius vero febre corripitur, & media nocte ſpiritum exhalauit. Quod protinus Briccio epiſcopo per viſum reuelatum eſt: qui ait ſuis, Surgite velocius, vt ad tumulandum fratrem noſtrum Turonicum pontificem occurramus. Cumque illi venientes portam ciuitatis ingrederentur, ecce iſtum per aliam portam mortuum efferebant. Quo ſepulto, Briccius in cathedram ſuam regreſſus eſt, ſeptem poſtea feliciter viuens annos. Cui poſt X L V I I. epiſcopatus annum defuncto, ſanctus Euſtochius ſucceſſit, magnificæ ſanctitatis vir.

Cap. 11. *De Vandalis & Chriſtianorū perſecutione Oroſ. lib. 7. c. 40.*

Poſt hæc Vandali à loco ſuo digreſſi, cum Gunderico rege in Gallias ruunt. Quibus valde vaſtatis, Hiſpanias appetunt. Hos ſecuti Sueui, id eſt, Alamanni, Galliciam adprehendunt. Nec multo poſt, ſcandalum inter vtrunque oritur populum, quoniam propinqui ſibi erant: cumque ad bellum armati procederent, ac iamiamque in conflictu parati eſſent, ait Alamannorum

D rex, Quouſque bellum ſuper cunctum populum commouetur? ne pereant quæſo populi vtriuſque phalangæ: ſed procedant duo de noſtris in campum cum armis bellicis, & ipſi inter ſe confligant. Tunc ille cuius puer vicerit, regionem ſine certamine obtinebit. Ad hæc cunctus conſenſit populus, ne vniuerſa multitudo in ore gladij rueret. His enim diebus Gundericus rex obierat, in cuius loco Tranſimundus obtinuerat regnum. Confligentibus vero pueris, pars Vandalorum victa ſuccubuit, interfectoque puero, placitum egrediendi Tranſimundus ſpopondit, vt ſcilicet præparatis itineri neceſſariis, ſe à finibus Hiſpaniæ remoueret. Per idem vero tempus perſecutionem in Chriſtianos Tranſimundus exercuit, ac totam Hiſpaniam, vt ad perfidiam Arrianæ ſectæ conſentiret, tormentis ac diuerſis mortibus impellebat. Vnde factum eſt, vt puella quædam religioſa, prædites opibus, ac ſecundum ſeculi dignitatem, nobilitate ſenatoria florens: & quod his omnibus eſt nobilius, fide catholica pollens, Deoque omnipotenti irreprehenſibiliter ſeruiens, ad hanc quæſtionem adduceretur. Cumque regis fuiſſet oblata conſpectibus, cœpit eam primum ad rebaptizandum blandis ſermonibus illicere. Quæ cum venenoſum eius iaculum fidei parma propelleret, præcepit rex facultates eius auferri, quæ iam mente poſſidebat regna paradiſi: deinde ſupplicijs adplicatam ſine ſpe præſentis vitæ torqueri. Quid plura? Poſt multas quæſtiones, poſt ablatos terrenarum diuitiarum theſauros, cum ad hoc frangi non poſſet, vt beatam ſcinderet Trinitatem, ad rebaptizandum inuita deducitur. Cumque in illud cœnoſum lauacrum vi cogeretur immergi, ac proclamaret: Patrem cum filio, ac Spiritum ſanctum vnius credo eſſe ſubſtantiæ eſſentiæque, digno aquas vnguine cunctas infecit, id eſt fluxu ventris aſperſit. Ex hinc ad legitimam deducta quæſtionem, poſt equuleos, poſt flammas & vngulas, Chriſto domino capitis deciſione dicatur. Poſt hæc proſequentibus Alamannis vſque ad Traductam, tranſito mari Vandali per totam Africam ac Mauritaniam ſunt diſperſi. Sed quoniam eorum tempore perſecutio in Chriſtianos inualuit, ſicut ſuperius mentio facta eſt, videtur vt aliqua ex his quæ circa Dei Eccleſias intulerunt, vel quemadmodum de regno expulſi ſint, memorare. Defuncto igitur Tranſimundo, poſt ſcelera quæ in ſanctos Dei exercuit, Honoricus mente crudelior Africanum occupat regnum, atque ea electione Vandalorum ipſis præponitur. Cuius ſub tempore quanti Chriſtianorum populi pro ipſo Chriſti ſacratiſſimo nomine cæſi ſint, ab hominibus non poteſt comprehendi. Teſtis eſt tamen Africa quæ miſit, & Chriſti dextera, quæ gemmis immarceſcibilibus coronauit. Legimus tamen quorundam ex ipſis martyrum paſſiones ex quibus quædam replicanda ſunt, vt ad ea quæ ſpopondimus veniamus. Igitur Cirola falſo vocatus epiſcopus, hæreticorum tunc maximus habebatur aſſertor. Cumque ad perſequendum Chriſtianos rex per diuerſa tranſmitteret, ſanctum Eugenium epiſcopum, virum inenarrabili ſanctitate, qui tunc ferebatur magnæ prudentiæ eſſe, in ſuburbano ciuitatis ſuæ reperit perſecutor. Quem ita violenter rapuit, ut nec ad hortandum gregem Chriſti, vllum abire permitteret. Ille vero cum ſe videret abduci, Epiſtolam ciuibus pro cuſtodienda fide catholica, hoc modo tranſmiſit. *Dilectiſſimis & in Chriſti amore dulciſſimis filiis & filiabus Eccleſiæ mihi à Deo commiſſæ, Eugenius Epiſcopus.* Regalis emanauit auctoritas, & pro exercenda fide catholica, edicto nos à Carthagine venire præcepit. Et ideo ne abiens à vobis Eccleſiam Dei in ambiguo, hoc eſt, in ſuſpenſo dimitterem, aut oues Chriſti non verus paſtor ſilentio relinquerem, neceſſarium duxi has pro me vicarias veſtræ dirigere ſanctitati, in quibus non ſine lachrymis peto, hortor, moneo, & ſatis abundeque obteſtor per Dei maieſtatem, & per tremendum iudicij diem, atque aduentus Chriſti terribilem claritatem, vt fixius teneatis catholicam fidem adſerentes filium patri eſſe æqualem; & ſpiritum ſanctum eandem habere cum patre & filio deitatem. Seruate itaque vnici baptiſmatis gratiam, cuſtodientes chriſmatis vnctionem. Nemo poſt aquam regeneratus ad aquā reuertatur ex aqua. Nutu enim Dei ſal in aqua conficitur: ſed ſi in aqua redactum fuerit, omnis ſpecies eius confeſtim euacuatur. Vnde non immerito dominus in euangelio ait, Si ſal infatuatum fuerit, in quo ſalietur? Et vtique hoc eſt infatuari, velle ſecundo condiri, cum ſemel factum ſufficiat. Non audiſtis Chriſtum dicentem: Qui ſemel lotus eſt, non habet neceſſitatem iterum lauandi. Ideoque fratres, & filij filiæque meæ in domino, non vos contriſtet abſentia mea, quia catholicæ diſciplinæ adhæreatis; ego vos nec longinquitate aliqua obliuiſcor, nec morte à vobis diuellor. Scitote quia quocūque me fecerint diuidi agones, mecū eſt palma: ſi ad exilium abiero, beati Ioannis euangeliſtæ exemplum: ſi ad mortis exitium, viuere mihi Chriſtus eſt & mori lucrum. Si rediero, fratres implebit Deus deſiderium veſtrum. Attamen ſufficit modo, quod vobis non tacui: monui, inſtruxi quomodo potui:

E *Puella ab Arrianis rebaptizari renuit.*

F Cap. 3. *Honorici perſequutio, ex Procop. Niceph. l. 17. 1 in & ſeq.*

G *Eugenij ad plebē Epiſtola.*

H *Trinitatis aſſertio.* *Baptiſma non reiterandum.*

A *Seruatius Romam pergit oraturus ad tumulũ B. Petri.*

ſibi Apoſtolicæ virtutis patrociniis quæ humiliter ad Dominum flagitabat, mereretur facilius obtinere. Accedens ergo ad B. Apoſtoli tumulum, deprecabatur auxilium bonitatis eius, in multa abſtinentia, maxima inedia ſe conſumens, ita vt biduo triduoque ſine vllo cibo potuque maneret, nec eſſet interuallum aliquod in quo ab oratione ceſſaret. Cumque ibidem multorum dierum ſpacia in tali afflictione moraretur, fertur hoc à Beat. Apoſtolo accepiſſe reſponſum: Quid me vir ſanctiſſime inquietas? ecce enim apud Domini deliberationem prorſus ſancitum eſt, Chunos in Gallias aduenire, eaſque maxima tempeſtate debere depopulari. Nunc igitur ſume conſilium, accelera velociter, ordina domum tuam, ſepulturam compone, require linteamina munda. Ecce enim migrabis à corpore: nec videbunt oculi tui mala quæ facturi ſunt Chuni in Galliis, ſicut locutus eſt Dominus Deus noſter. Hoc à ſancto Apoſtolo Pontifex reſponſo ſuſcepto, iter accelerat, Galliaſque velociter repetit: venienſque ad vrbem

B

Tungrorum, quæ erant neceſſaria ſepulturæ ſecum citius leuat, valeque dicens clericis, ac reliquis ciuibus vrbis, denunciat cum fletu & lamentatione, quia non viſuri eſſent vltra faciem illius. At illi cum eiulatu magno & lachrymis eum proſequẽtes, ſupplicabant humili prece dicentes, Ne derelinquas nos pater ſancte, ne obliuiſcaris noſtri paſtor bone. Sed cum eum fletibus reuocare non poſſent, accepta benedictione cum oſculis redierunt. Hic vero ad Traiectenſem vrbem accedens, modica pulſatus febre, receſſit à corpore. Ablatuſque a fidelibus, iuxta ipſum aggere in publicum eſt ſepultus. Cuius beatum corpus qualiter poſt multorum temporum ſpacia ſit tranſlatum, in libro Miraculorum ſcripſimus.

Cap.6.

Igitur Chuni à Pannoniis egreſſi, vt quidam ferunt, in ipſa ſanctæ Paſchæ vigilia, ad Metenſem vrbem, reliqua depopulando, perueniunt, tradentes vrbem incendio, & populum in ore gladij trucidantes, ipſoſque ſacerdotes Domini ante ſacroſancta altaria perimentes.

C

Nec remanſit in ea locus inuſtus, præter oratorium beati Stephani primi Martyris ac Leuitæ. De quo oratorio quæ à quibuſdam audiui, narrare non diſtuli. Aiunt enim priuſquam hi hoſtes venirent, vidiſſe ſe virum fidelem in viſu quaſi conferentem cum ſanctis Apoſtolis Petro ac Paulo, beatum Leuitam Stephanum

Oratoriũ Stephani precibus inter incendia ſeruatur.

de hoc excidio, ac dicentem: Oro Domini mei, vt non permittatis obtentu veſtro Metenſem vrbem ab inimicis exuri, quia locus in ea eſt in quo paruitatis meæ pignora continentur, ſed potius ſentiant ſe populi aliquid me poſſe cum Domino. Quod ſi tantum facinus populi ſupercreuit, vt aliud fieri non poſſit, niſi ciuitas tradatur incendio ſaltẽ vel hoc oratorium non crementur. Cui illi aiunt, Vade in pace dilectiſſime frater, oratorium tantum tuum carebit incendio. Pro vrbe vero non obtinebimus, quia Dominicæ ſanctionis ſuper eam ſententia iam proceſſit: inualuit enim peccatum populi, & clamor malitiæ eorum aſcendit coram Deo: ideo ciuitas hæc cremabitur incendio. Vnde proculdubio eſt, quod horum obtentu vrbe vaſtata, oratorium permanſit illæſum.

D

Attila vero Chunorum rex, à Metenſi vrbe egrediens, cum multas Galliarum ciuitates

Cap.7. Attila Aureliã expugnat.

opprimeret, Aurelianam aggreditur, eamque maximo arietum impulſu nititur expugnare. Erat autem eo tempore beatiſſimus Auianus, in ſupradicta vrbe Epiſcopus, vir eximiæ prudentiæ, ac laudabilis ſanctitatis, cuius virtutum geſta nobiſcum fideliter retinentur. Cumque incluſi populo ſuo Pontifici quid agerent acclamarent, ille fiſus in Deo, monet omnes in orationem proſterni, & cum lachrymis præſens ſemper in neceſſitatibus Domini auxilium implorare. Denique his vt præceperat deprecantibus, ait ſacerdos: Aſpicite de muro ciuitatis, ſi Dei miſeratio iam ſuccurrat. Suſpicabantur enim per Domini miſericordiam, Ætium aduenire, ad quem & Arelatem abierat, prius ſuſpectus futuri. Aſpicientes autem de muro, neminem viderunt. Et ille Orate, inquit, fideliter, Dominus enim liberabit

E

vos hodie. Orantibus autem illis, ait, Aſpicite iterum. Et cum aſpexiſſent, neminem viderunt qui ferret auxilium. Ait eis tertio, Si fideliter petitis, Dominus velociter adeſt. At illi cum fletu & eiulatu magno, Domini miſericordiam implorabant. Exacta quoque oratione, tertio iuxta ſenis imperium aſpicientes de muro, viderunt à longe quaſi nebulam de terra conſurgere. Quod renuncians, ait ſacerdos, Domini auxilium eſt. Interea iam trementibus ab impetu arietum muris, iamque ruituris, ecce Ætius & Theudo Gothorum rex, ac Thoriſmodus filius eius, cum exercitibus ſuis ad ciuitatem adcurrunt, verſumque hoſtem eiiciunt, repelluntque.

Aniani precibus obſidione Aurelia liberatur.

Itaque liberata obtentu beati Antiſtitis ciuitate, Attilam fugant, qui Mauriacum campum adiens, ſe præcingit ad bellum. Quod hi audientes, ſe contra eum viriliter præparant. His diebus Romam ſonus adiit, Ætium in maximo diſcrimine inter phalangas hoſtium laborare. Quo audito vxor eius anxia atque mœſta, aſſidue baſilicam ſanctorum Apoſtolorum adibat, atque vt virum ſuum de hac expeditione ſuſciperet ſoſpitem precabatur.

F

Quæ cum die noctuque hæc ageret, quadam nocte homo pauperculus, crapulatus à vino, in angulo baſilicæ beati Petri Apoſtoli obdormiuit. Clauſis autem ex more oſtiis à cuſtodibus, non eſt eiectus, de nocte vero conſurgens, relucentibus per tota ædis ſpacia lichnis, pauore perterritus, aditum per quem foris euaderet, quærit. Verum vbi primi atque alterius oſtij clauſtra pulſat, & obſerata cuncta cognoſcit, ſolo decubuit, trepidus præſtolans locum, vt cum venientibus ad matutinos hymnos populis, hic liber abſcederet. Interea vidit duas perſonas ſe inuicem venerabiliter ſalutantes, ſollicituſque de ſuis eſſe proſperitatibus. Tunc qui erat ſenior, ita exorſus eſt: Vxoris Ætij lachrymas diutius ſuſtinere non patior. petit enim aſſidue, vt virum ſuum de Galliis reducam incolumem, cum aliud exinde fuiſſet apud diuinum iudicium præfinitum, ſed tamen obtinui immenſam pietatem pro vita illius. Et ecce nunc illuc propero, viuentem eum exinde reducturus.

G

Verumtamen obteſtor, vt qui hæc audierit, ſileat, arcanumque Dei vulgare non audeat ne pereat velociter è terra. Ille autem hæc audiens, ſilere non potuit, ſed mox illuceſcente cœlo omnia quæ audierat, matrifamiliæ pandit: expletiſque ſermonibus lumine caruit oculorum.

Ætius vxoris oratione ſeruatur.

Igitur Ætius cum Francis Gothiſque coniunctus, aduerſus Attilam confligit. At ille ad internecionem vaſtari ſuum cernens exercitum fuga dilabitur. Theudo vero Gothorum rex huic certamini ſuccubuit. Nam nullus ambigat Chunorum exercitum obtentu memorati antiſtitis fuiſſe fugatum. Verum Ætius patritius cum Thoriſmodo victoriam obtinuit, hoſteſque deleuit. Expletoque bello, ait Ætius Thoriſmodo, Feſtina velociter redire in patriam, ne inſiſtente Germano patris regno priueris. Hæc ille audiens, cum velocitate diſceſſit, quaſi anticipaturus fratrem, & prius patris cathedram adepturus. Simili & Francorum regem dolo fugauit. Illis autem recedentibus, Ætius ſpoliato campo, victor in patriam cum grandi eſt reuerſus ſpolio.

H *Attila Aquileiã diripit.*

Attila vero cum paucis reuerſus eſt, nec multo poſt Aquileia à Chunis capta, incenſa atque diruta, Italia peruagata atque ſubuerſa eſt. Thoriſmodus de quo ſupra meminimus, Alamannos bello edomuit: ipſe deinceps poſt multas lites & bella à fratribus oppreſſus ac iugulatus interiit.

Cap. 8. Ætij res & geſta.

Igitur his ita digeſtis ac per ordinem expletis, quid de Ætio ſupra memorato Renati Frigeridi narrat hiſtoria tacere nefas putaui. Nam cum in duodecimo hiſtoriarum libro referat, poſt diui Honorij exceſſum, Valentinianum puerulum, vno tantum luſtro peracto, à conſobrino Theodoſio Imperatorem fuiſſe creatum & apud vrbem Romam, tyrannum Ioannem in imperium ſurrexiſſe, legatoſque eius à Cæſare dicat fuiſſe deſpectos, adiecit: Dum hæc ita gererentur, legati ad tyrannum reuerſi ſunt, mandata atrocia reportantes: quibus permotus Ioannes, Ætium id temporis curam palatij gerentem, cum ingenti auri pondere ad Chunos tranſmittit, notos ſibi obſidiatus ſui

tempora

A

tempore & familiari amicitia deuinctos cum mandatis huiuſmodi: Cum primum partes aduerſæ Italiam ingreſſæ forent, ipſe à tergo adoriretur, ſe à fronte venturum. Et quia de hoc viro conſequenter plura memoranda ſunt: genus moreſque ordiri placet. Gaudentius pater, Scythiæ prouinciæ primoris loci, à domeſtica exorſus militia vſque ad magiſterij equitum culmen prouectus eſt. Mater Itala, nobilis ac locuples fœmina. Ætius filius, à puero prætorianus, tribus annis Alarici obſes: dehinc Chunnorum, poſt hæc Carpilionis gener, ex comite domeſticorum, & Ioannis curam palatij gerere cœpit: medij corporis, virilis habitudinis, decenter formatus, quo neque infirmitudini eſſet neque oneri: animo alacer, membris vegetus, eques promptiſſimus, ſagittarum iactu peritus, conto impiger, bellis aptiſſimus, pacis artibus celebris, nullius auaritiæ, minimæ cupiditatis, bonus animi præditus, nec impulſoribus quidem prauis ab inſtituto ſuo deuians, iniuriarum patientiſſimus, laboris adpetens, impauidus periculorum, famis ſitiſque atque vigiliarum tolerantiſſimus. Cui ab ineunte ætate prædictum liquet quantæ potentiæ fatis deſtinaretur temporibus ſuis locisque celebrandus. Hæc ſupradictus hiſtoriographus de Ætio narrat. Adultus autem Valentinianus Imperator, metuens ne ſe per tyrannidem Ætius opprimeret, eum nullis cauſis extantibus interemit. Ipſe poſtmodum Auguſtus, dum in campo Martio pro tribunali reſidens concionaretur ad populum, Occylla buccellarius Ætij ex aduerſo veniens eum gladio perfodit. Talis vtriſque extitit finis.

B

Aetij interitum. Renatus Frigeridus Hiſt. reg.

Cap. 9. Francorũ quis rex primus.

De Francorum vero regibus, quis fuerit primus à multis ignoratur. Nam cum multa de eis Sulpitij Alexandri narret hiſtoria, non tamen regum primum eorum vllatenus nominat; ſed duces eos habuiſſe dicit: quæ tamen de eiſdem refert, memorare videtur. Nam cum dicit, Maximum intra Aquileiam, amiſſa omni ſpe imperij quaſi amentem reſidere, adiungit: Eo tempore Genobaldo, Marcomere, & Sunnone ducibus, Franci in Germaniam prorupere, ac pluribus mortalium limite irrupto cæſis, fertiles maxime pagos depopulati Agrippinenſi etiam Coloniæ metum incuſſere. Quod vbi Treuiros perlatum eſt, Nannius & Quintinus militares magiſtri, quibus infantiam filij & defenſionem Galliarum Maximus commiſerat, collecto exercitu apud Agrippinam conuenere. Sed onuſti præda hoſtes, prouinciarum opima depopulati, Rhenum tranſiere, pluribus ſuorum in Romano relictis ſolo, ad repetendam depopulationem paratis, cum quibus congreſſus Romanis accommodus fuit, multis Francorum apud Carbonariam ferro peremptis. Cumque conſultaretur de ſucceſſu, an in Franciam tranſire deberent, Nannius abnuit, quia non imparatos & in locis ſuis indubie fortiores futuros ſciebat. Quod cum Quintino & reliquis viris militaribus diſplicuiſſet, Nannio Moguntiacum reuerſo, Quintinus cum exercitu circa Nitiſium caſtellum Rhenum tranſgreſſus, ſecundo à fluuio caſtris, caſas habitatoribus vacuas atque ingentes vicos deſtitutos offendit. Franci enim ſimulato metu, ſe in remotiores ſaltus receperant, concidibus per extrema ſiluarum procuratis. Itaque vniuerſis domibus exuſtis, in quas ſæuire ſtoliditas ignaua, victoriæ conſummationem reponebat, noctem ſollicitam milites ſub armorum onere duxerant. Ac primo diluculo, Quintino prælij duce ingreſſi ſaltus, in medium fere diem implicantes ſe erroribus viarum, toto peruagati ſunt, tandem cum ingentibus ſeptis omnia à ſolo clauſa offendiſſent, in paluſtres campos qui ſiluis iungebantur, prorumpere: molientibus, hoſtium rari apparuere, qui coniunctis arborum truncis, vel concidibus ſuperſtantes, velut è faſtigiis turrium, ſagittas tormentorum ritu effudere, illitas herbarum venenis, vt ſummæ cutis, neque letalibus inflicta locis vulnera, haud dubiæ mortes ſequerentur. Dehinc, maiori multitudini hoſtium circumfuſus exercitus, in aperta camporum, quæ libera Franci reliquerant, auide effuſus eſt: ac primi

C

Carbonaria Francorum cades.

D

E

equites voraginibus immerſi, permixtis hominum iumentorumque corporibus, ruina inuicem ſuorum oppreſſi ſunt. Pedites etiam, quos nulla onera equorum calcauerant, implicati limo, ægrè explicantes greſſum, rurſus ſe, qui paulo ante vix emerſerant, ſiluis trepidantes occulebant. Perturbatis ergo ordinibus cæſæ legionis, Heraclio Iouinianorum tribuno ac pene omnibus qui militibus præerant extinctis, paucis effugium tutum nox & latibula ſiluarum præſtitere. Hæc in tertio Hiſtoriæ libro narrauit. In quarto vero libro cum de interfectione Victoris filij Maximi tyranni narraret, ait: Eo tempore Carietto & Syrus in locum Nannenij ſubrogati, in Germania cum exercitu oppoſito Francis diuerſabantur. Et poſt pauca, cum Franci de Germanis prædas tuliſſent, adiecit: Nihil Arbogaſtes differre volens, commonet Cæſarem pœnas debitas à Francis exigendas, niſi vniuerſa quæ ſuperiori anno cæſis legionibus diripuerant, confeſtim reſtituerent, auctoreſque belli traderent: in quos violatæ pacis perfidia puniretur. Hæc acta cum duces eſſent, retulit, & deinceps ait, Poſt dies pauculos Marcomere & Sunnone Francorum regalibus tranſacto curſim colloquio imperatiſque ex more obſidibus ad hiemandum Treueros conceſſit. Cum autem eos regales vocet, neſcimus vtrum reges fuerint, an vices tenuerint regum. Idem tamen ſcriptor, cum neceſſitates Valentiniani Auguſti commemorat, hæc adiungit: Dum diuerſa in oriente per Thracas geruntur, in Gallia ſtatus publicus perturbatur. Clauſo apud Viennam palatij ædibus principe Valentiniano, & pene infra priuati modum redacto, militaris rei cura Francis ſatellitibus tradita, ciuilia quoque officia tranſgreſſa in coniurationem Arbogaſtis: nulluſque ex omnibus Sacramentis militiæ obſtrictis reperiebatur qui familiari principis ſermoni aut iuſſis obſequi auderet. Dehinc refert, quod eodem anno Arbogaſtes Sunnonem & Marcomerem ſubregulos Francorum gentilibus odiis inſectans, Agrippinam rigente maxime hieme, petiit: ratus tuto omnes Franciæ receſſus penetrandos vrendoſque, cum decuſſis foliis nudæ atque arentes ſiluæ inſidiantes occulere non poſſent. Collecto ergo exercitu, tranſgreſſus Rhenum, Bructeros ripæ proximos, pagum etiam quem Chamaui incolunt, depopulatus eſt, nullo vnquam occurſante, niſi quod pauci ex Ampſiuariis & Chattis Marcomere duce in vlterioribus collium iugis apparuere. Iterum hic relictis tam ducibus quam Regalibus, aperte Francos regem habere deſignat: huiuſque nomen prætermittens ait. Dehinc Eugenius tyrannus ſuſcepto expeditionali procinctu, Rheni limitem petit, vt cum Alamannorum & Francorum regibus vetuſtis fœderibus ex more initis, immenſum ea tempeſtate exercitum gentibus feris oſtentaret. Hæc ſupra ſcriptus hiſtoriographus de Francis diſſeruit. Renatus Profuturus Frigeridus, cuius iam ſupra meminimus, cum Romam refert à Gothis captam atque ſubuerſam, ait: Interea Reſpendial rex Alamannorum Goare ad Romanos tranſgreſſo, de Rheno agmen ſuorum conuertit, Vandalis Francorum bello laborantibus, Godigiſilo rege abſumpto, acie viginti ferme millibus ferro peremptis, cunctis Vandalorum ad internecionem delendis, ni Alanorum vis in tempore ſubueniſſet. Mouet nos hæc cauſa, quod cum aliarum gentium reges nominat, cur non nominet & Francorum. Tamen cum ait, quod Conſtantinus aſſumpta tyrannide Conſtantium filium ad ſe de Hiſpaniis venire iuſſiſſet ita diſſeruit: Accito Conſtantinus tyrannus de Hiſpaniis Conſtante filio, itemque tyranno, quo de ſumma rerum conſultarent præſentes, factum eſt vt Conſtans inſtrumento aulæ & coniuge ſua Cæſaraugustæ dimiſſis, Gerontio intra Hiſpanias omnibus creditis ad patrem continuato itinere decurreret. Qui vbi in vnum venere, interiectis diebus plurimis, nullo ex Italia metu, Conſtantinus gulæ & ventri deditus, redire ad Hiſpanias filium monet. Qui præmiſſis agminibus, dum cum patre reſideret, ab Hiſpania nuncij commeant, à Gerontio maximum

Sulp. Alexander.

F

Marcomeres & Sunnõ regales viri & ſubreguli Francorum.

G

Renatus hiſtoriog.

H

vnum

A

Gerbinm.

vnum è clientibus ſuis imperio præditum, atque in ſe comitatu gentium Barbararum accinctum parari. quo exterriti, Edobecco ad Germanas gentes præmiſſo, Conſtans, & præfectus iam Decimius Ruſticus ex officiorum magiſtro petunt Gallias cum Francis & Alamannis, omnique militum manu, ad Conſtantinum iamiamque redituri. Item cum Conſtantinum obſideri ſcribit, ita dicit: Vix dum quartus obſidionis Conſtantini menſis agebatur, cum repente ex vlteriori Gallia nuncij veniunt, Iouinum abſumpſiſſe ornatus regios, & cum Burgundionibus, Alamannis, Francis, Alanis, omnique exercitu imminente obſidentibus, ita accelerati moris, reſerata vrbe Conſtantinus deditur. Confeſtimque ad Italiam directus miſſis à principe obuiam percuſſoribus, ſupra Mincium flumen capite truncatus eſt. Et poſt pauca idem refert. Hiſdem diebus præfectus tyrannorum Decimius Ruſticus Agroëtius ex primicerio notariorum Iouini, multique nobiles apud Aruernos capti à ducibus Honorianis, & crudeliter interempti ſunt.

B

Treueris à Francis incenditur.

Treuerorum ciuitas à Francis direpta incenſaque eſt ſecunda irruptione. Cum autem Aſterius codicillis imperialibus patritiatum ſortitus fuiſſet, hæc adiungit: Eodem tempore Caſtinus domeſticorum comes, expeditione in Francos ſuſcepta, ad Gallias mittitur. hæc hi de Francis dixere.

c. cap. 37.

s. Oroſius autem & ipſe hiſtoriographus in ſeptimo operis ſui libro, ita commemorat: Stilico congregatis gentibus Francos proterit, Rhenum tranſit, Gallias peruagatur, & ad Pirenæos vſque perlabitur. Hanc nobis notitiam de Francia memorati hiſtorici reliquere, regibus non nominatis. Tradunt enim multi eoſdem de Pannonia fuiſſe digreſſos. Et primum quidem littora Rheni amnis incoluiſſe: dehinc tranſacto Rheno, Thoringiam tranſmeaſſe: ibique iuxta pagos vel ciuitates, s reges crinitos ſuper ſe creauiſſe, de prima, & vt ita dicam, nobiliori ſuorum familia.

a Francorum Criniti reges apud Francos inquit

C

Paul. Aemil. lib. 1 [illegible] Sicambri incultiores promitterent.

Quod poſtea probatum Chlodouei victoriæ tradidere, idque in ſequenti digerimus. Nam & in conſularibus legibus Theodomerem regem Francorum, filium Richimeris quondam, & Aſcilam matrem eius, gladio interfectos. Ferunt etiam tunc Chlogionem vtilem ac nobiliſſimum in gente ſua regem Francorum fuiſſe, qui apud Diſpargum caſtrum habitabat, quod eſt in termino Thoringorum, in his autem partibus, id eſt, ad meridionalem plagam, habitabant Romani vſque Ligerim fluuium. Vltra Ligerim vero Gothi dominabantur. Burgundiones quoque Arrianorum ſectam ſequentes, habitabant trans Rhodanum, qui adiacet ciuitati Lugdunenſi. Chlogio autem miſſis exploratoribus ad vrbem Camaracum, perluſtrata omnia ipſe ſecutus, Romanos proterit, ciuitatem adprehendit: in qua paucum tempus reſidens, vſque Suminam fluuium occupauit. De huius ſtirpe quidam Merouecum regem fuiſſe adſerunt, cuius fuit filius Childericus.

Cap. 10. Franci idololatria dediti.

Sed hæc generatio fanaticis ſemper cultibus viſa eſt obſequium præbuiſſe, nec prorſus agnouere Deum: ſibique ſiluarum atque aquarum, auium, beſtiarumque, & aliorum quoque elementorum finxere formas, ipſaſque

Deut. 20.

D

vt Deum colere eiſque ſacrificia delibare conſueti. O ſi eorum fibras cordium, vox illa terribilis attigiſſet, quæ per Moyſem populo locuta eſt, dicens: Non ſint tibi dij alij præter me: non facies tibi ſculptile, neque adorabis, omnem ſimilitudinem quæ in cœlo ſunt & quæ in terra, & quæ verſantur in aquis: non facies ea, & non coles ea, & illud. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomen eius iurabis.

Contra idola.

Quid ſi intelligere potuiſſent quæ pro vituli conflatilis veneratione Iſraeliticum populum vltio ſubſecuta compreſſerit, cum poſt epulum & cantica, poſt luxurias atque ſaltationes; cum ore immundo proferrent de eodem ſculptili, Hi ſunt dij tui Iſraël qui te eduxerunt de terra Ægypti: ceciderunt ex eis vigintiquatuor millia hominum: quid de his qui initiati Beelphegor cum Moabitibus ſcortis commixti, à proximis cæſi & proſtrati ſunt; in qua plaga Phinees ſacerdos interemptis

E

adulteris, ſedauit furorem Dei, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Quid ſi illa & eorum auribus illata fuiſſent, quæ Dominus per Dauid intonat, dicens: Quia omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cœlos fecit. &c. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum: ſimiles illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis, vel illud, Confundantur omnes qui adorant ſculptile, & qui gloriantur in ſimulacris ſuis. Et iterum quod Abacuc Propheta teſtatur dicens: Quid prodeſt ſculptile his, quia ſculpſit illud fictor ſuus: conflatile & imaginem falſam, &c. Ecce iſte coopertus eſt auro & argento, & omnis ſpiritus non eſt in eis: Dominus autem in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius vniuerſa terra. Sed & alius propheta dicit: Dij qui cœlum & terram non fecere, pereant à terra, & de his quæ ſub cœlis ſunt. Item illic: Hæc dicit Dominus, creans cœlos, ipſe Deus formans terram, & quæ in ea ſunt: ipſe plaſtes eius, non in vanum fundauit eam, vt habitaretur creauit eam. Ego Dominus,

F

hoc mihi nomen eſt, gloriam meam alteri non dabo, neque virtutem meam ſculptilibus, quæ ab initio tranſiere, & alibi: Nunquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant; Et per Iſaiam iterum dicit; Ego primus & nouiſſimus, & abſque me non eſt Deus & formator, quem ego non nouerim. Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt, & amantiſſima eorum non proderunt eis. Ipſi ſunt teſtes eorum, quia non vident neque intelligunt, & confundantur in ais; ecce omnes participes eius confundentur, fabri enim ſunt ex hominibus. Quis formauit Deum, & ſculptile conflauit ad nihil vtile; in prunis & malleis formauit illud, & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuæ. Similiter & artifex lignarius, in circino tornauit illud, & fecit imaginem viri quaſi ſpecioſi hominis habitantis in domo. Succidit lignum, operatus eſt, fecit ſculptile, & adorauit vt Deum. Clauis & malleis compaginauit, vt non diſſoluatur. Portata tolluntur, quia incedere non valent: reliquum vero

G

ligni, factum eſt hominibus in focum, & calefacti ſunt. Ex alio vero Deum fecit, & ſculptile ſibi: curuatur ante illud, & adorauit illud, & obſecrat dicens: Libera me, quia Deus meus es tu, medietatem eius igni combuſſi, & coxi ſuper carbones eius panes, coxi carnes, & comedi, & de reliquo eius idolum faciam. Ante truncum ligni procidam: pars eius cinis eſt. Cor inſipiens adorauit illud, & non liberauit animam ſuam: neque dicit, forte mendacium eſt in dextra mea. Hæc autem Francorum generatio non intellexit primum, intellexerunt autem poſtea, ſicut ſequens hiſtoria narrat.

Cap. 11. Auitus Aruernus.

Auitus enim vnus ex ſenatoribus, & vt valde manifeſtum eſt ciuis Aruernus, cum Romanum ambiſſet imperium, luxurioſè agere volens, à ſenatoribus eiectus, apud Placentiam vrbem Epiſcopus ordinatur. Comperto autem, quod adhuc indignans ſenatus, vita eum priuare vellet, baſilicam ſancti Iuliani Aruerni martyris cum multis muneribus expetiuit: ſed impleto in itinere vitæ curſu obiit, delatuſque ad Briuatenſem vicum, ad pedes ante dicti martyris eſt ſepultus: cui Martianus ſucceſſit.

H

Cap. 12. Childericus ob ſtupra regno pellitur.

In Galliis autem Egidius ex Romanis magiſter militum datus eſt. Childericus. Vero cum eſſet nimia in luxuria diſſolutus, & regnaret ſuper Francorum gentem, cœpit filias eorum ſtuproſe detrahere. illique ob hoc indignantes, de regno eum eiiciunt. Comperto autem, quod eum etiam interficere vellent, Thoringiam petiit. relinquens ibi hominem ſibi charum, qui vicomio furentium animos verbis lenibus mollire poſſit: dans etiam ſignum quando redire poſſit in patriam: id eſt, diuiſere ſimul vnum aureum, & vnam quidem partem ſecum detulit Childericus, aliam vero amicus eius retinuit, dicens: Quando hanc partem tibi miſero, parteſque coniunctæ vnum effecerint ſolidum, tunc tu ſecuro animo in patriam repedabis. Abiens ergo in Thoringiam, apud regem Biſinum vxoremque eius Baſinam latuit: denique Franci hoc electo, Egidium ſibi quem ſuperius magiſtrum militum à Republica miſ-

ſum

A ſum diximus, vnanimiter regem adſciſcunt. Qui cum octauo anno ſuper eos regnaret, amicus ille fidelis, pacatis occultè Francis, nuncios ad Childericum cum parte illa diuiſi ſolidi, quam retinuerat, miſit. Ille vero certa cognoſcens indicia, quod à Francis deſideraretur, ipſis etiam rogantibus, à Thoringia regreſſus, in regnum ſuum eſt reſtitutus. His ergo regnantibus ſimul Baſina illa quam ſupra memorauimus, relicto viro ſuo, ad Childericum venit. Qui cum ſolicite interrogaret, qua de cauſa ad eum de tanta regione veniſſet, reſpondiſſe fertur: Noui, inquit, vtilitatem tuam, quod ſis valde ſtrenuus: ideoque veni vt habitem tecum: nam noueris, ſi in tranſmarinis partibus aliquem cognouiſſem vtiliorem te, expetiſſem vtique cohabitationem eius. At ille gaudens, eam ſibi in coniugio copulauit: quæ concipiens, peperit filium, vocauitque nomen eius Chlodoueum. Hic fuit magnus & pugnator egregius.

Chlodoueus naſcitur.

Cap. 13. B *Venerandi ac Ruſtici Epiſcopatus.*

Apud Aruernum vero poſt tranſitum ſancti Artemij, venerandus è ſenatoribus Epiſcopus ordinatur. Qualis autem fuerit hic Pontifex teſtatur presbyter Paulinus, dicens: Si enim hos videas dignos Domino ſacerdotes, vel Exuperium Tholoſæ, vel Simplicium Viennæ, vel Amandum Burdegalæ, vel Diogenianum Albigæ, vel Dinamium Engoliſmæ, vel Venerandum Aruernis, vel Aliſhium Cadurcis, vel nunc Pegaſium Petrugoriis, vtcunque ſe habent ſeculi mala, videbis profecto digniſſimos totius fidei religioniſque cuſtodes. Hic in ipſa Dominici Natalis vigilia tranſiſſe refertur. Mane autem facto, proceſſio ſolemnitatis funeris eius obſequium fuit: poſt cuius obitum fœda apud ciues pro Epiſcopatu contentio vertebatur. Cumque partes inter ſe diuiſæ, alium aliumque erigere vellent, magna colliſio erat populi. Reſidentibus tamen Epiſcopis, die dominico, mulier quædam velata atque deuota Deo, audenter ad eos ingreditur: quæ ait, Audite me ſacerdotes Domini: ſcitote enim, quod non eſt in his beneplacitum Deo, quos hi ad ſacerdotium elegere. Ecce enim Dominus hodie ipſe ſibi prouidebit antiſti-C tem: itaque nolite conturbare neque collidere populum, ſed patientes eſtote parumper: Dominus enim nunc dirigit, qui regat Eccleſiam hanc. His itaque mitantibus hæc verba, ſubito Ruſticus nomine, qui erat ex ipſa vrbis Aruernæ diœceſi presbyter aduenit: ipſe enim iam mulieri per viſionem fuerat indicatus. Quo viſo ait: En ipſum quem elegit Dominus: ecce qualem vobis Dominus Pontificem deſtinauit: hic ordinetur Epiſcopus. Hæc ea loquente, omnis populus cuncta contentione poſtpoſita, clamauit dignum ac iuſtum eſſe. Qui in cathedra poſitus, ſeptimus in eodem loco Pontificatus honorem populo gaudente, ſuſcepit.

Ruſticus diuinitus legitur.

Cap. 14 *Euſtochius ac Perpetuus Epiſc.*

Apud vrbem vero Turonicam, defuncto Euſtochio Epiſcopo, ſeptimodecimo ſacerdotij ſui anno, quintus poſt beatum Martinum, Perpetuus ordinatur. Qui cum virtutes aſſiduas ad ſepulcbrum eius fieri cerneret, cellulam quæ ſuper eum fabricata fuerat, videns paruulam indignam talibus miraculis iudicauit. Qua ſubmota, magnam ibi baſilicam quæ vſque hodie per-D manet, fabricauit: quæ habetur à ciuitate paſſus DL. habet in longum pedes centum ſexaginta, in latum ſexaginta: habet in altum, vſque ad cameram, pedes quadraginta quinque. Feneſtras in altario triginta duas, in capſo viginti columnas, quadraginta vnas in toto ædificio, feneſtras 52. columnas, 120. oſtia octo, tria in altario, quinque in capſo. Solemnitas enim ipſius baſilicæ triplici virtute pollet: id eſt dedicatione templi, tranſlatione corporis ſancti: ordinatione eius Epiſcopatus. Hanc enim quarto nonas Iulias obſeruabis: depoſitionem vero eius tertio Idus Nouembris eſſe cognoſces. Quod ſi fideliter celebraueris & in præſenti ſæculo, & in futuro, patrocinia beati antiſtitis promereberis. Et quoniam camera cellulæ illius prioris eleganti opere fuerat fabricata, indignum duxit ſacerdos, vt opera eius deperirent: ſed in honore B. Apoſtolorum Petri & Pauli aliam conſtruxit baſilicam, in qua cameram illam affixit, multas & alias baſilicas ædificauit, quæ vſque hodie in Chriſti nomine conſtant.

S. Martini baſilica.

E

Eo tempore & baſilica beati Symphoriani Auguſtodunenſis martyris, ab Eufronio presbytero ædificata eſt. Et ipſe Euphronius, huius deinceps vrbis Epiſcopatum ſortitus eſt. Hic enim marmor quod ſuper ſanctum ſepulchrum beati Martini habetur, cum grandi deuotione tranſmiſit.

Cap. 15. *Symphoriani baſilica. Namatius Eccleſiam Aruer fabricauit.*

Sanctus vero Namatius, poſt obitum Ruſtici Epiſcopi, apud Aruernos in diebus illis octauus erat Epiſcopus. Hic Eccleſiam quæ nunc conſtat, & vetertima intra muros ciuitatis habetur, ſuo ſtudio fabricauit, habentem in longum pedes centum quinquaginta, in latum pedes ſexaginta, in altum infra capſum vſque cameram, pedes quinquaginta: in ante abſidem rotundam habens, ab vtroque latere aſcellas eleganti conſtructas opere, totumque ædificium in modum crucis habetur expoſitum. Habet feneſtras 42. columnas 70. oſtia octo. Terror namque ibidem Dei, & claritas magna conſpicitur: & vere plerumque inibi odor quaſi aromatum ſuauiſſimus aduenire à religioſis ſentitur: Parietes ad altarium opere ſarſurio: ex multo marmorum genere exornatos habet. Exacto ergo in duodecimo anno beatus Pontifex ædificio, Bononiam ciuitatem F Italiæ ſacerdotes dirigit, vt ei reliquias ſanctorum Vitalis & Agricolæ exhibeant, quos pro nomine Chriſti Dei noſtri, crucifixos manifeſtiſſime eſſe cognouimus.

Cap. 16. *Vitalis & Agricola reliquiæ.*

Cuius coniunx baſilicam ſancti Stephani ſuburbano murorum ædificauit. Quam cum fucis colorum adornare vellet, tenebat librum in ſinu ſuo, legens hiſtorias Actionis antiquas, pictoribus indicans quæ in parietibus fingere deberent. Factum eſt autem quadam die, vt ſedente illa baſilica ac legente, aduenirct quidam pauper ad orationem: & aſpiciens eam in veſte nigra, ſenio iam prouectam, putauit eſſe vnam de egentibus, protulitque quadram panis, & poſuit in ſinu eius & abſceſſit. Illa vero non dedignans munus pauperis, qui perſonam eius non intellexit, accepit & gratias egit repoſuitque hanc ſuis epulis anteponens, & benedictio-G nem ex ea ſingulis diebus ſumens, donec expenſa eſt.

Cap. 17. *Namatij Coniux B. Stephano fecit Eccleſiam.*

Igitur Childericus Aurelianus pugnas egit: Odouacrius vero cum Saxonibus Andegauos venit: magna tunc lues populum deuaſtauit. mortuus eſt autem Egidius, & reliquit filium Syagrium nomine: Quo defuncto Odouacrius de Andegauo & alijs locis obſides accepit. Britanni de Biturica à Gothis expulſi ſunt, multis apud Dolenſem vicum peremptis. Paulus vero comes cum Romanis ac Francis, Gothis bella intulit, & prædas egit. Veniente vero Odouacrio Andegauos, Childericus rex ſequenti die aduenit, interemptoque Paulo comite, ciuitatem obtinuit. Magno ea die incendio domus Eccleſiæ concremata eſt.

Cap. 19. *Præliantur Saxones cũ Rom.*

His ita geſtis inter Saxones atque Romanos bellum geſtum eſt: ſed Saxones terga vertentes, multos de ſuis, Romanis inſequentibus gladio reliquere: inſulæ eorum cum multo populo interempto, à Francis captæ atque ſubuerſæ ſunt. Eo anno menſa nono terra tre-H muit. Odouacrius cum Childerico fœdus iniit, Alamannoſque, qui partem Italiæ peruaſerant, ſubiugarunt.

Cap. 20. *Victorius.*

Euricus autem Gothorum rex Victorium ducem ſuper ſeptem ciuitates præpoſuit anno quartodecimo regni ſui. Qui protinus Aruernos adueniens, ciuitatem addere voluit: vnde & cryptæ illæ vſque hodie perſtant ad baſilicam ſancti Iuliani, & columnas quæ ſunt in æde poſitæ exhibari iuſſit. Baſilicam ſancti Laurentij & ſancti Germani Licaniacenſis vici iuſſit ædificari. Fuit autem Aruernis annis nouem. Super Eucherium vero ſenatorem calumnias deuoluit: quem in carcere poſitum, nocte extrahi iuſſit, ligatumque iuxta parietem antiquum, ipſum parietem ſuper eum elidi iuſſit. ipſe vero dum nimium eſſet in amore mulierum luxurioſus, & ab Aruernis vereretur interfici, Romam aufugit, ibique ſimilem tentans exercere luxuriam, lapidibus eſt obrutus. Poſt cuius exceſſum re-

Victorius luxurioſus creditur.

guauit

A gnauit Eoricus annos quatuor, obiit autem anno vigeſimo ſeptimo tegni ſui. Fuit etiam & tunc terræmotus magnus.

Cap. 21. Dæmonibus repletur Eccleſia, quorum princeps ſpecie mulieris conſpicitur.

Defuncto autem apud Aruernos Nametio Epiſcopo, Epatchius ſucceſſit vir ſanctiſſimus atque religioſus. Et quia eo tempore Eccleſia patuam infra muros vrbis poſſeſſionem habebat, ipſi ſacerdoti in ipſo quod modo Salutatorium dicitur, manſio eret, atque ad gretias Deo tempore nocturno reddẽdas ad altarium Eccleſiæ conſurgebat. Factum eſt autem, vt oocte quadam ingrediẽs, plenam Eccleſiam dæmonibus reperiret, ipſumq; principem in modum ornatæ mulieris, in throni illius cathedram reſidentem. Cui ait pontifex, O meretrix execrãda, non ſufficit tibi ioca cuncta variis pollutionibus inficere, adhuc & cathedram à domino conſectatam fœtide ſeſſionis tuæ acceſſione coinquinas: abſcede à domo Dei, ne à te amplius polluatur. Cui ait, Et quia mibi meretricis nomen imponis, multas tibi parabo inſidias ob deſideria mulierum. Et hæc dicens, ſicut fumus euanuit.

B *Eparchius ſigno crucis pellit tentationes.*

Veruntameo ſacerdos tentatus eſt per commotionem corporis ad concupiſcentlam: ſed ſigno crucis ſanctæ munitus, nihil ei inimicus oocere potuit. Ferunt etiam ipſum In etce Centobennici montis muneſteriũ collocaſſe, vbi nunc oratorium eſt, & ibi ſe diebus quadrageſimæ ſanctæ tecludere: die autem cœnæ dominicæ cum magno pſallentio comitãtibus clericis, ciuibúſque ad Eccleſiam ſuam reuertebatur. Quo migrante, Sidonius ex præfecto ſubſtituitur, vir ſecundum ſeculi dignitatem oobiliſſimus, & de primis Galliarum ſenatoribus: ita vt filiam ſibi Auiti Imperatoris in matrimonio ſociaret. Huius tempore, cum adhuc apud vrbẽ Aruernam Victorius, cuius ſupta meminimue, moraretur, fuit in Munaſterio beati Cyriaci, vrbis ipſius abbas, Abraham nomine: qui fide atque operibos Abrahæ illius prioris tefulgebat, ſicut in libro vitæ eius ſcripſimus.

Cap. 22. Sidonius C deſtitutus libro memoriter celebrauit.

Sanctus vero Sidonius tantæ facundiæ erat, vt plerumque ex improuiſo lucolentiſſime quæ voluiſſet, nulla obſiſtente mora componeret. Contigit autem quadam die, vt ad feſtiuitetem baſilicæ monaſterij, cuius ſupra meminimus, inuitatus accederet: ablatoque ſibi nequiter libello, per quem ſacroſancta ſulennia agere conſueuerat, ita paratus à tempore cunctum feſtiuitatis opus explicuit, vt ab omnibus miraretur, nec puteretur ab adſtantibus ibidem hominem locutum fuiſſe, ſed Angelum. Quod in præfatione libri quem de Miſſis ab eo compoſitis, coniunximus, plenius declarauimus. Cum autem eſſet magnificæ ſanctitatis, atque vt diximus, ex ſenatoribus primis, plerumque neſciente coniuge, vaſa argentea auferebet à domo, & pauperibus erogabat. Quod ille cum cognoſceret, ſcandalizabatur in eum: ſed tamen dato egenis pretio, ſpecies domi reſtituebat.

Cap. 23. Presbyter prauus in Epiſcopũ moliens cœnaculi viſitara. D

Cumque ad officium dominicum fuiſſet mancipatus, & ſanctam ageret io ſeculo vitam, ſurrexere contra eum duo presbyteri, & ablata ei omni poteſtate à rebus Eccleſiæ, arctum ei victum & tenuem relinquentes, ad ſummam eum contumeliem redegere. Sed non longi tempori ſpacio inultam eius iniuriem diuina voluit ſuſtinere clementia: nam vnus ex his nequiſſimis & indignis dici presbyteris, cum ante noctem minatus fuiſſet dum de Eccleſie vellet extrahere, ſignum ad matutinas eudiene fuiſſe commotum, feruens velle contra ſanctum Dei ſurrexit, hoc iniquo corde explere cogitans, quod die præcedente tractauerat. Ingreſſus autem in ſeceſſum ſuum, dum ventrem purgare nititur, ſpiritum exhalauit. Expectabat enim puer à foris cum cereo dominum egreſſurum. Iemque aduenetat lux, & ſatelles eius, id eſt elius presbyter, mittit nuncium dicens: Veni ne tardaueris, vt quæ nobis die heſterna conuenerant, pariter expleamus. Sed cum reſponſa date differret exanimis, eleuato puer velo oſtij, repetit dominum ſuper cellulam ſeceſſus defunctum. Vnde indubitatum eſt, non minoris criminis hunc reum eſſe, quam Arrium illum, cui ſimiliter io ſeceſſu fuere interna depoſita per partes

Arrij mors ſancta.

inferiores egeſta: quia nec iſtud ſine hæreſi poteſt accipi, vt in Eccleſia non obediatur ſacerdotl Dei, cui ad paſcendum oues commiſſæ ſunt: & ille ſe ingerat poteſtati, cui neque à Deo, neque eb hominibus aliquid eſt commiſſum. Dehinc beatus ſacerdos, vno adhuc manente nihllominus inimico, ſuæ reſtituitur poteſtati. Factum eſt autem poſt hæc, vt accedente febre ægrotare cœpiſſet, qui rogat ſuos, vt eum in Eccleſiam ferrent. Cumque illuc illatus fuiſſet, conueniebet ed eum multitudo virorum ac mulierum, ſimulque etiam & infantium plangentium atque dicentium: Cur nos deſeris paſtor bone, vel cul nos quaſi orphanos derelinquis? Nunquid erit nobis poſt tranſitum tuum vita? nunquid erit poſtmodum qui nos ſapientiæ ſede ſic condiat? cut ad dominici nominis timorem talis prudentiæ ratione redarguat? Hæc & his ſimilia, populis cũm magno fletu dicentibus, tandem ſacerdos ſpiritu in ſe ſancto influente reſpondit: Nolite timere ô populi, ecce frater meus Aptunculus viuit, & ipſe erit ſacerdos veſter. Qui non intelligentes, putabant eum loqui aliquid in extaſi.

Niceph. lib. 8. cap. 51. B

F

Quo migrante, presbyter ille nequam alter ex duobus qui remanſerat, protinus omnem facultatem Eccleſiæ tanquam ſi iam Epiſcopus eſſet, inhians cupiditate, præoccupat, dicens: Tandem reſpexit in me Deus, cognoſcens me iuſtiorem eſſe Sidonio, largituſque eſt mibi hanc poteſtatem. Cumque per totam vrbem ſuperbus ferretur, adueniente die dominico qui imminebat poſt tranſitum ſancti viri, præparato epulo, iuſſit cunctos oues in domo Eccleſiæ inuitari, deſpectiſque ſenioribus, primus recumbit in toto. Cui oblato pincerna poculo ait: Domine mi, vidi ſomnium, quod ſi permittis edlcam. Videbam hac nocte dominica, & ecce erat domus magne, in domo erat thronus poſitus, in quo quaſi iudex reſidebat, cunctis poteſtate præſtantior, cul adſiſtebant multi ſacerdotum io albis veſtibus, ſed & promiſcuæ populorum turbæ valde innumerabiles. Verum cum hæc trepidus contemplarer, conſpicio eminus inter eos beatum adſtare Sidunium, & cum presbytero illo tibi chariſſimo, qui ante hos paucos annos de hoc mundo migrauit, attente litigentem: quo deuicto, iubet rex vt in imis carceris anguſtiis retrudatur: ablatoque iſto, contra te iterum ſuggetit, dicens: Te in eo ſcelere propter quod ille prior damnatus fuerat, fuiſſe participem. Verum vbi iudex, quem ad te tranſmitteret, ſollicite cœpit inquirere, ego me inter reliquos occulere cœpl & à tergo ſtatui, tractans apud memetipſum, ne forte ego qui notus ſum homini, mittar. Dum hæc mecum tacitus voluerem, amotis omnibue remanſi ſolus io publico: vocatuſque à iudice, propius accedo. Cuius virtutem atque ſplendorem contuens cœpi hebes effectus riturbare præ metu: Et ille, Ne timeas puer, inquit: ſed vade dic presbytero illi: Veni ad reſpondendam cauſam, quia Sidonius te accerſiri deprecatus eſt. Tu vero ne moram facias ad eundum, quia ſub grandi teſtificatione mihi præcepit rex ille tibi hæc loqui, dicens, Si tacueris, morte peſſima morieris. Hæc eo loquente, exterritus presbyter, elapſo de manu calice, reddidit ſpiritum. Ac de recubitu ablatus, mortuus ſepulturæ mandatus eſt poſſeſſurus Infernum cum ſatellite ſuo. Tale iudicium ſuper contumaces clericos dominus in hunc prætulit mundum, vt vnus Arrij ſortiretur mortem, alius tanquam Simon Magus, Apoſtoli ſancti oratione ab excelſa arce ſuperbiæ præceps allideretur. Qui non ambiguntur pariter poſſidere tartarum, quia ſimul egerunt nequiter contra ſanctum Epiſcopum ſuum. Interea cum iam terror Francorum reſoneret in his partibus, & omnes eos amore deſiderabili cuperent regnare, ſanctus Aptunculus Lingonicæ ciuitatis Epiſcopus, apud Burgundiones cœpit haberi ſuſpectus. Cumque odium de die in diem creſceret, iuſſum eſt vt clam gladio feriretur. Quo ad eum perlato nuntio nocte à caſtro Diuionenſi per murum demiſſus; Aruernos

G

H

Aptunculus Aruer. fit Epiſcopus.

A

aduenit, ibique iuxta verbum domini, quod poſuic in ure ſancti Sidonij, vndecimus datur Epiſcopus.

Cap. 24. Fames Burg.

Sed tempore Sidonij Epiſcopi, magna Burgundiam fames oppreſſit. Cumque populi per diuerſas regiones diſpergerentur, nec eſſet vllus qui pauperibus alimoniam largiretur, Ecdicius quidam ex ſenatoribus huius propinquus, magnam tunc rem in Deo confiſus feciſſe perhibetur. Nam inualeſcente fame, miſit pueros ſuos cum equis, & plauſtris per vicinas ſibi ciuitates, vt eos qui hac inopia vexabantur, ſibi adducerent. At illi euntes, cunctos pauperes quotquot inuenire potuerunt, adduxere ad domos eius ibique eos per omne tempus ſterilitatis paſcens, ab interitu famis exemit. Fueruntque vt multi aiunt, amplius quam quatuor milia promiſcui ſexus. Adueniente autem vbertate, ordinata iterum euectione, vnumquemque in locū ſuum reſtituit. Poſt quorum diſceſſum, vox ad eum è cœlis lapſa peruenit: dicens: Ecdici, quia feciſti rem hanc tibi & ſemini tuo panis non deerit in ſempiternum, eo quod obedictis verbis meis, & famem meam refectione pauperum ſatiaueris. Quem Ecdicium miræ velocitatis fuiſſe, multi commemorant; nam quadam vice multitudinem Gothorum cum decem viris fugaſſe perſcribitur Sed & ſanctus Patiens Lugdunenſis Epiſcopus, ſimile huic in ipſa fame populis præſtitiſſe perhibetur beneficium. Extat enim hodieque apud nos beati Sidonij epiſtola, in qua eum declamatorie collaudauit.

Ecdicius ſenator paſcit pauperes.

B

Cap. 25. De Enarico perſequutore.

Huius tempore & Euarix rex Gothorum, excedens Hiſpanum limitem, grauem in Galliis ſuper Chriſtianos intulit perſecutionem. Truncabat paſſim peruerſitati ſuæ non conſentientes, clericos carceribus ſubigebat: ſacerdotes vero, alios dabat exilio, alios gladio trucidabat. Nam & ipſos ſacrorum templorum aditus, ſpinis iuſſerat obſerari, ſcilicet vt raritas ingrediendi, obliuionem faceret fidei. Maxime tunc nouem Populanæ Geminæque Germaniæ vrbes, ab hac tempeſtate depopulatæ ſunt. Extat hodieque & pro hac cauſa ad Baſilium Epiſcopum nobilis Sidonij ipſius epiſtola, quæ hæc ita loquitur. Sed perſecutor non poſt multum tempus, vltione diuina percuſſus interiit.

C

Cap. 26. Perpetuus Turon. Epiſcopus. Voluſ. Virus.

Poſt hæc beatus Perpetuus Turonicæ ciuitatis Epiſcopus, impletis triginta annis, in pace quieuit: in cuius loco Voluſianus, vnus ex ſenatoribus, ſubrogatus eſt. Sed à Gothis ſuſpectus habitus, Epiſcopatus ſui anno ſeptimo, in Hiſpanias eſt quaſi captiuus abductus ſed protinus vitam finiuit. In cuius loco Virus ſuccedens, ſeptimus poſt beatum Martinum ordinatur Epiſcopus.

Cap. 27. Chlodoueus arripit regnum.

His ita geſtis, mortuo Childerico, regnauit Chlodoueus filius eius pro eo. Anno autem quinto regni eius, Syagrius Romanorum rex, Egidij filius, ad ciuitatem Sueſſonas, quam quondàm ſupra memoratus Egidius tenuerat, ſedem habebat. Super quem, Chlodoueus cum Regnacario parente ſuo, quia & ipſe regnum tenebat, veniens campum pugnæ præparari depoſcit. Sed nec iſte diſtulit, ac reſiſtere metuit. Itaque inter ſe vtriſque pugnantibus, Syagrius eliſum cernens exercitum, terga vertit, & ad Alaricum regem, Tholoſam curſu veloci perlabitur. Chlodoueus vero ad Alaricum mittit, vt eum redderet: alioquin nouerit, ſibi bellum ob eius retentionem inferri. At ille metuens ne propter eum iram Francorum incurreret, vt Gothorum pauere mos eſt, vinctum legatis tradidit. Quem Chlodoueus receptum, cuſtodiæ mancipari præcepit: regnoque eius accepto eum gladio clam feriri mandauit. Eo tempore multæ Eccleſiæ à Chlodouei exercitu deprædatæ ſunt, quia erat ille adhuc fanaticis erroribus inuolutus. Igitur de quadam Eccleſia vrceum miræ magnitudinis ac pulchritudinis hoſtes abſtulerant, cum reliquis Eccleſiaſtici miniſterij ornamentis: Epiſcopus autem Eccleſiæ illius, miſſos ad regem dirigit, poſcens vt ſi aliud de ſacris vaſis recipere non mereretur, ſaltem vel vrceum Eccleſiæ ſuæ recipiat. Hæc audiens rex, ait nuncio: Sequere nos vſque Sueſſionas, quia ibi cuncta quæ acquiſita ſunt, diuidenda erunt. Cumque mihi vas illud ſors dederit, quæ papa poſcit, adimpleam de

D

Chlod. Syagriū occidit.

E

hinc aduenientes Sueſſionas, cuncto onere prædæ in medium poſito, ait rex: Rogo vos, ó fortiſſimi præliatores, vt ſaltem mihi vas iſtud (hoc enim de vrceo ſupra memorato dicebat) extra partem concedere non abnuatis. Hæc rege dicente, illi quorum erat mens ſanior, aiunt: Omnia glorioſè rex, quæ cernimus tua ſunt: ſed & noſipſi tuo ſumus dominio ſubiugati. Nunc quod tibi beneplacitum videtur, facito: nullus enim poteſtati tuæ reſiſtere valet. Cum illi hæc ita dixiſſent, vnus leuis, inuidus ac cerebroſus, cum voce magna eleuatam bipennem vrceo impulit, dicens: Nihil hinc accipies, niſi quæ tibi ſors vera largitur. Ad hæc obſtupefactis omnibus, rex iniuriam ſuam patientiæ lenitate coërcuit: acceptumque vrceum nuncio Eccleſiaſtico reddidit, ſeruans abditum ſub pectore vulnus. Tranſacto vero anno, iuſſit omnem cum armorum apparatu aduenire phalangam, oſtenſuram in campo Martio ſuorum armorum nitorem. Verum vbi cunctos circuire deliberat, venit ad vrcei percuſſorem, cui ait, Nullus tam inculta, vt tu detulit arma: nam neque tibi haſta, neque gladius, neque ſecuris eſt vtilis: & adprehenſam ſecurim eius in terram deiecit: at ille cum paululum inclinatus fuiſſet ad colligendum eam, rex eleuatis manibus, ſecurim ſuam capiti eius defixit. Sic, inquit, tu apud Sueſſionas in vrceo illo feciſti. Quo mortuo, reliquos abſcedere iubet. Magnum ſibi per hanc cauſam timorem ſtatuens: multa deinde bella victoriaſque fecit. Nam decimo regni ſui anno, Thoringis bellum intulit, eoſdemque ſuis ditionibus ſubiugauit. Fuit autem & Gundeuchus rex Burgundionum, ex genere Athanarici regis perſecutoris, de quo ſupra meminimus. Huic fuerunt quatuor filij Gundobaldus, Godegiſilus, Chilpericus, & Godomarus. Igitur Gundobaldus Chilpericum fratrem ſuum interfecit gladio, vxoremque eius ligato ad collum lapide, aquis immerſit. Huius duas filias exilio condemnauit, quarum ſenior, mutata veſte Mucuruna, iunior Chrothildis vocabatur. Porro Chlodoueus, dum legationem in Burgundiam ſæpius mittit, Chrothildis puella reperitur à legatis eius. Qui cum eam vidiſſent elegantem atque ſapientem, & cognouiſſent quod de regio eſſet genere, nunciauerunt hæc Chlodoueo regi. Nec moratus ille, ad Gundobaldum legationem dirigit, eam ſibi in matrimonio petens. Quod ille recuſare metuens, tradidit eam viris: illique accipientes puellam, regi velocius repræſentant, qua viſa, rex valde gauiſus, ſuo eam coniugio ſociauit, habens iam de concubina filium nomine Theodoricum. Igitur ex Chrothilde regina habuit filium primogenitum: quem cum mulier baptiſmo conſecrare vellet, prædicabat aſſidue viro dicens, Nihil ſunt dij quos colitis, qui neque ſibi, neque aliis poterunt ſubuenire: ſunt enim aut ex lapide, aut ex ligno, aut ex metallo aliquo ſculpti: nomina vero quæ in eis indidiſtis, homines fuere, non dij: vt Saturnus qui à filio ne regno depelleretur, per fugam elapſus aſſeritur: vt ipſe Iupiter omnium ſtuprorum ſpurciſſimus perpetrator, inceſtator virorum propinquarum deriſor, qui nec ab ipſius ſororis propriæ potuit abſtinere concubitu, vt ipſa ait: Iouiſque & ſoror & coniunx? Quid Mars Mercuriuſque potuere. Qui potius ſunt magicis artibus præditi, quam diuini numinis potentiam habuere. Sed ille magis coli debet qui cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis ſunt verbo ex non extantibus procreauit, qui ſolem lucere fecit, & cœlum ſtellis ornauit: qui aquas reptilibus, terras animantibus, aera volatilibus adimpleuit: cuius nutu terræ frugibus, pomis arbores, vuis vineæ decorantur: cuius manu genus humanum creatum eſt: cuius largitione ipſa illa creatura omnis, homini ſuo quem creauit & obſequio & beneficio famulatur. Sed cum hæc regina diceret nullatenus ad credendum regis animus mouebatur: ſed dicebat: Deorum noſtrorum iuſſione, cuncta creantur ac prodeunt: Deus vero veſter nihil poſſe manifeſtatur, & quod magis eſt, nec de deorum genere eſſe probatur. Interea regina fidelis filium ad baptiſmum

Chlodoueus adhuc gentilis cultum D. Remigio reddi iuſſit Pau. Æmil. lib. 1. vltio dilata.

F

Cap. 28. Chlodoueus Chrotildem ducit vxorē Guag. & Æmil. 1.

G

Cap. 29.

H

Ioannis verba ſunt apud Virgil. 1. Æneid.

A

exhibet: adornari Eccleſiam velis præcipit atque cortinis, quo facilius vel hoc myſterio prouocaretur ad credendum, qui flecti prædicatione non poterat. Baptizatus autem puer, quem Ignomerum, in ipſis ſicut regeneratos fuerat albis obiit. Qua de cauſa commotus felle rex, non ſegniter increpabat reginam, dicens: Si in nomine deorum meorum puer fuiſſet dicatus, vixiſſet vtique: nunc autem quia in nomine Dei veſtri baptizatus eſt viuere omnino non potuit. Ad hæc regina, Deo, inquit, omnipotenti creatori omnium gratias ago, qui me non vſquequaque iudicauit indignam, vt de vtero meo genitum regno ſuo dignaretur adſcire. Mihi autem dolore huius cauſæ animus non attingitur, quia ſcio in albis ab hoc mundo vocatos, Dei obtutibus nutriẽdos. Poſt hunc vero genuit alium filium quem baptizatum Chlodomerem vocauit: & hic cum ægrotare cœpiſſet, dicebat rex: Non poteſt aliud fieri niſi & de hoc, ſicut & de fratre eius, contingat, vt baptizatus in nomine Chriſti veſtri, protinus moriatur: ſed orante matre Domino iubente conualuit.

Ignomerum primogenitum baptizatum in albis moritur.

B

Cap. 30. Chlodoueus Chriſto vouẽ ſpõdet ſi vinceret Guag. Compend. Aemil. lib. 1.

Regina vero non ceſſabat prædicare, vt Deum verum cognoſceret, & idola negligeret: ſed nullo modo ad hæc credenda poterat commoueri, donec tandem aliquando bellum contra Alamannos commoueretur: in quo compulſus eſt confiteri neceſſitate, quod prius voluntate negauerat. Factum eſt autem vt confligente vtroque exercitu, vehementer cæderentur; atque exercitus Chlodouei valde ad internecionem ruere cœpit. Quod ille videns, eleuatis ad cœlum oculis, compũctus corde, cõmotus in lacrymis ait: Ieſu Chriſte quẽ Chlothildis prædicat eſſe filiũ Dei viui, qui dare auxilium laborantibus, victoriamq; in te ſperantibus tribuere diceris, tuæ opis gloriam deuotus efflagito: vt ſi mihi victoriam hãc ſuper hoſtes indulſeris, & expertus fuero illam virtutem quã de te populus tuo nomini dicatus probaſſe ſe prædicat, credam tibi, & in nomine tuo baptizer. Inuocaui enim Deos meos, ſed vt experior, elongati ſunt ab auxilio meo: vnde credo eos nullius eſſe poteſtatis præditos, qui ſibi obedientibus non ſuccurrunt. Te nunc

C

inuoco, & tibi credere deſidero, tantum vt eruar ab aduerſariis meis. Cumque hæc diceret, Alamanni terga vertentes, in fugam labi cœperunt: Cumque regem ſuum cernerent interemptum, Chlodouei ſe ditionibus ſubdunt, dicentes: Ne amplius, quæſumus, pereat populus: iam tui ſumus. At ille prohibito bello, coarctatoque populo, cum pace regreſſus, narrauit reginæ qualiter per inuocationem nominis Chriſti, victoriam meruit obtinere.

Cap. 31. Paul. Aemil. adiũgit etiam D. Medardum.

Tunc Regina accerſiri clam ſanctum Remigium, Remenſis vrbis Epiſcopum iubet, deprecans vt regi verbum ſalutis inſinuaret. Quem ſacerdos accerſitum, ſecretius cœpit inſtigare: vt Deum verum factorem cœli & terræ crederet, idola negligeret, quæ neque ſibi, neq; aliis prodeſſe poſſunt. At ille ait: Libenter te ſanctiſſime pater audiam, ſed reſtat vnum, quod populus qui me ſequitur, non patitur relinquere Deos ſuos: ſed vado & loquor eis iuxta verbum tuum. Conueniens autem cum

D

ſuis, priuſquam ille loqueretur, præcurrente potentia Dei, omnis populus pariter adclamauit, Mortales Deos abigimus, pie rex, & Deum quem Remigius prædicat, immortalem ſequi parati ſumus. Nunciantur hæc antiſtiti, qui gaudio magno repletus, iuſſit lauacrum præparari. Velis depictis adumbrantur plateæ Eccleſiæ, cortinis albentibus adornantur, baptiſterium componitur, balſama diffunduntur, micant flagrantes odore cerei, totumque templum baptiſterij diuino reſpergitur ab odore. Talemque ibi gratiam adſtantibus Deus tribuit, vt æſtimarent ſe Paradiſi odoribus collocari. Rex ergo prior popoſcit ſe à Pontifice baptizari: procedit nouus Conſtantinus ad lauacrum, deleturus lepræ veteris morbum, ſordenteſque maculas geſtorum antiquorum recenti latice deleturus. Cui ingreſſo ad baptiſmum, ſanctus Dei ſic infit ore facundo: Mitis depone colla Sicamber, adora quod incendiſti, incende quod adoraſti. Erat enim ſanctus Remigius Epiſcopus egregiæ

Chlodoueus baptizatur.

E

ſcientiæ, & rhetoricis apprime imbutus ſtudiis: ſed & ſanctitate ita prælatus, vt Sylueſtri virtutibus æquaretur. Eſt enim nunc liber vitæ eius, qui eum narrat mortuum ſuſcitaſſe. Igitur rex omnipotentem Deum in Trinitate confeſſus, baptizatus eſt in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, delibutuſque ſacro chriſmate cum ſignaculo crucis Chriſti. De exercitu vero eius baptizati ſunt amplius tria millia. Baptizata eſt & ſoror eius Albofledis, quæ non poſt multum tempus migrauit ad Dominum: pro qua cum rex contriſtaretur, ſanctus Remigius conſolatoriam miſit epiſtolam, quæ hoc modo ſumpſit exordium: Angit me & ſatis me angit veſtræ cauſa triſtitiæ, quod bonæ memoriæ germana veſtra tranſiit Albofledis. Sed de hac re conſolari poſſumus: quia talis de hoc mundo migrauit, vt ſuſpici magis debeat quam lugeri. Conuerſa eſt enim & alia ſoror eius Lanthildis nomine, quæ in hæreſin Arrianorum dilapſa fuerat, quæ confeſſa æqualem Filium Patri & Spiritum ſanctum chriſmata eſt.

Remigius mortuum ſuſcitauit.

F

Cap. 32. Bellũ aduerſus Gundobaldum.

Tunc Gundobaldus & Godegeſilus fratres, regnum circa Rhodanum aut Ararim cum Maſſilienſi prouincia retinebant. Erant autem tam illi quam populi eorum, Arianæ ſectæ ſubiecti. Cumque ſe inuicem impugnarent, audiens Godegiſilus Chlodouei regis victorias, miſit ad eum legationem occultè, dicens: Si mihi ad perſequendum fratrem meum præbueris auxilium, vt eum bello interficere aut de regno eiicere poſſim, tributum tibi quale tu ipſe velis iniungere, annis ſingulis diſſoluam. Quod ille libenter accipiens, auxilium ei vbicunque neceſſitas poſceret, repromiſit. Et ſtatuto tempore contra Gundobaldum, exercitum commouit. Quo audito Gundobaldus ignorans dolum fratris, miſit ad eum dicens: Veni in adiutorium meum, quia Franci ſe commouent contra nos, & regionem noſtram adeunt vt eam capiant: ideoque ſimus vnanimes aduerſus gentem inimicam nobis, ne ſeparati inuicem, quod aliæ gentes paſſæ ſunt, perferamus. At ille, Vadam, inquit cum exercitu meo, & tibi auxilium præbebo. Mouenteſque ſimul hi tres exercitum, id eſt Chlodoueus contra Gundobaldum, & Godegiſilus cum omni inſtrumento belli ad caſtrum cui Diuione nomen eſt, peruenerunt. Confligenteſque ſuper Oſcaram fluuium, Godegiſilus Chlodoueo coniungitur, ac vterque exercitus Gundobaldi populum atterit. At ille dolum fratris, quem non ſuſpicabatur, aduertens, terga dedit, fugamque iniit, Rhodanique ripas percurrens, Auenionem vrbem ingreditur. Godegiſilus vero obtenta victoria, promiſſa Chlodoueo aliqua parte regni ſui, cum pace diſceſſit, Viennamque triumphans, tanquam ſi iam totum poſſideret regnum, ingreditur. Auctis adhuc Chlodoueus rex viribus, poſt Gundobaldum abiit, vt eum de ciuitate extractum interimeret. Quod ille audiens pauore perterritus, metuebat ne ei mors repentina ſuccederet. Habebat tamen ſecum virum illuſtrem Aredium, ſtrenuum atque ſapientem, ad quem ad ſe accerſitum ait, Vallant me vndique anguſtiæ, & quid faciam ignoro, quia venerunt hi Barbari ſuper nos, vt nobis interemptis regionem totam euertant. Ad hæc Aredius ait, Oportet te lenire feritatem hominis huius, ne pereas, nunc ergo ſi placet in oculis tuis, ego à te fugere, & ad eum tranſire conſimulo: cumque ad eum acceſſero, ego faciam vt neque te, neque hanc euertat regionem. Tantum, vt quod tibi per meum conſilium demandauerit, implere ſtudeas, donec cauſam tuam Dominus proſperam facere ſua pietate dignetur. Et ille; Faciam, inquit, quæcunque mandaueris. Hæc eo dicente, valedicens Aredius diſceſſit, & ad Chlodoueum regem abiens, ait, Ecce ego humilis ſeruus piiſſime rex, ad tuam potentiam venio, relinquens illum miſerrimum Gundobaldum. Quia ſi me pietas tua recipere dignatur, integrum in me famulum atque fidelem & tu & poſteri tui habebitis. Quem ille promptiſſime colligens, ſecum retinuit: erat enim iocundus in fabulis, ſtrenuus in conſiliis, iuſtus in iudiciis, & in commiſſo fidelis. Deniq; Chlodoueo cum omni exercitu circa muros vrbis reſi-

Gundobaldus vincitur.

G

H

Aredius deſertor Gundobaldi.

A deote, ait Aredius, Si dignaoter, ô rex, gloria celſitodiois tuæ paucos bumilitatis meæ ſermones velie accipete, conſilio licet non egeatis tamen fide integtu miniſtrabo, idemque vel tibi congruum, vel ciuitanbus erit per quas traoſire delibetas. Cot, ioquit, eetines exercitum, cum loco firmiſſimo euus reſideat inimicus? Depopularis agros, prata depaſcis, vioeas diſſipas, oliueta ſuccidis, omneſque regionis fructus euettis: interim & illi oocere uoo præuales. Mitte potius legationem, & tributum quod tibi annis ſingulis diſſoluat, impoue, vt & regio ſalua ſit, & in tribura diſſoluenti perpetuo domineris: quod ſi ooluerie, tunc quod libuerit facies. Quo cooſilio rex accepto hoſtem patriæ tedire iubet ad propria. Tunc miſſa legatione ad Gundobaldum, vt ei per ſingulos annos tributa impoſita reddcee debeat, iubet. At ille & de præſeoti ſoluit & deinceps ſolutu- rum eſſe ſe promittit.

Gũdobaldus tributarius Chlodouei.
Cap. 33.

Poſt bæc reſumptis viribus, iam deſpiciena regi Chlodoneo tributa peomiſſa diſſoluere, contra Godegiſilum fratrem ſuum exercitum commouit, eomque apud Viennam ciuitatem iuclusum obſedie. Verum vbi

B minoti populo alimenta deficere cœperune, timens Godegiſilus, ne ad ſe vſque fames extenderetur, iuſſit expelli minores populi ab vrbe. Quo facto expulſus eſt inter cæteros artifex ille ab vrbe, cui de aquæ ductu cura manebat. Ille vero indignans, quod fuerat eiectus ab vrbe cum cæteris ad Gundobaldum furibuodus vadit, indicaus qualitee ciuitatem irrumpens, vltionem exercere in fratrem. Illo quoque duce exercitu per aquæ ductum directo, multis cum ferreis vectibus præcedentibus (erat autem ſpiculum illius lapide magno concluſum) quo cum vectibus illis per magiſterium artificis repulſo, ciuitatem intrueunt: illiſque de muro ſagittantibus, hi terga premuut. Dato autem de medio ciuitatis ſono buccinæ, obſidentes portas capiunt, apertiſque pariter ingrediuntur. Cumque inter duas has acies populus vrbis ab vtroque exercitu cæderetur, Godegiſilus ad Eccleſiam hæreticorum coofugit, ibique cum Epiſcopo Arriano interfectus eſt. Denique Franci qui apud Godegiſilum erant, in vnam ſe turrim congregant. Gondobaldus autem iuſſit, ne vni quidem ex ipſis aliquid noceretur, ſed adprehenſos eos Tholoſæ in exilium ad Alaricum regem tranſmiſit, interfectis ſenatoribus Burgundionibuſque qui Godegiſilo conſenſerant. Ipſe vero regionem omnem quæ nunc Burgundia dicitur, in ſuo dominio reſtaurauit. Burgundionibus leges mitiores inſtituit, ne Romanos opprimerent.

Eiectus artifex prodit ciuitatem.

Godegiſilus occiditur.

C

Cap. 34. *Gũdobaldus conuertitur Arrianiſmo.*

Cum autem cognouiſſet aſſertiooes hæreticorum nihil eſſe, à ſancto Auito Epiſcopo Viennenſi, Chriſtum filium Dei & Spiritum ſanctum æqualem Patri confeſſus, clam vt chriſmaretur expetiit. Cui ait ſacerdos, Si vere credis quod nos ipſe Dominus edocuit, exaquere. Ait autem, Si quis me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo qui eſt in cœlis: qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre

D meo qui eſt iu cœlis. Sic & ipſos ſanctos, ac dilectos ſuos beatos Apoſtolos cum de futuræ perſecutionis tentationibus doceret, inſinuauit, dicens: Attendite vobis ab hominibus, tradent enim vos in conciliis & in ſynagogis ſuis, flagellabunt vos, & ante reges & præſides ſtabitis propter me in teſtimonium illis & gentibus. Tu vero cum ſis rex, & à nullo apprehendi formides, ſeditionem paueſcis populi ne creatorem omnium in publico fatearis. Relinque hanc ſtultitiam, & quod corde te dicis credere, ore profer in plebe. Sic et enim & beatus Apoſtolus ait: Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Sic & propheta ait: Confitebor tibi Domino in Eccleſia magna, in populo graui laudabo te. Et iterum, Confitebor tibi in populis Domine, pſalmum dicam nomini tuo inter gentes. Metuens enim populum, ô rex, ignoras quia ſatius eſt vt populus ſequatur fidem tuam, quam tu infirmitati faueas populari? Tu enim es caput populi, non populus caput tuum. Si enim ad bellum proficiſcaris, tu præcedis cateruas hoſtium, &

E illæ quo abieris, ſubſequuntur. Vnde melius eſt, vt te præcedente cognoſcant veritatem, quam te pereunte permaneant in errore. Nam Deus non irridetur: nec enim diligit illum, qui propter terrenum regnum, eum non confitetur in ſeculo. Iſta ille ratione confuſus, vſque ad exitum vitæ ſuæ in hac inſania perdurauit, nec publicè æqualitatem Trinitatis voluit confiteri. Magnæ enim facundiæ erat tunc temporis beatus Auitus, namque inſurgente hæreſi apud vrbem Conſtantinopolitanam illa quam Eutychius, quam illa quam Sabellius docuit, id eſt nihil diuinitatis habuiſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: rogante Gundobaldo rege, ipſe contra eas ſcripſit. Extant exinde nunc apud nos epiſtolæ admirabiles, quæ ſicut tunc hæreſim oppreſſerunt, ita nunc Eccleſiam Dei ædificant. Scripſit enim Homiliarum librum vnum de Mundi principio, & de diuerſis aliis conditionibus libros ſex verſu compaginatos: Epiſtolarum libros nouem, inter quas ſupra dictæ continentur epiſtolæ: referens in quadam homilia quam de Rogationibus ſcripſit, has ipſas Rogationes quas ante Aſcenſionis Dominicæ triumphum celebramus, à Mamerto ipſius Viennenſis vrbis Epiſcopo, cui & hic eo tempore præerat, inſtitutas fuiſſe, dum vrbs illa multis terreretur prodigiis. Nam terræmotu frequenter quatiebatur: ſed & ceruorum atque luporum feritas, portas ingreſſa, per totam, vt ſcripſit, vrbem, nihil metuens oberrabat. Cumque hæc per anni circulum gererentur, aduenientibus Paſchalis ſolennitatis diebus, expectabat miſericordiam Dei plebs tota deuote, vt vel hic magnæ ſolennitatis dies huic terrori terminum daret. Sed in ipſa glorioſæ noctis vigilia, dum Miſſarum celebrarentur ſolennia, ſubito palatium regale intramuraneum diuino igne ſuccenditur, pauore omnibus perterritis, & Eccleſiam egreſſis, credentibus, ne aut hoc incendio vrbs tota conſumeretur, aut certe diſrupta tellure dehiſceret, ſanctus ſacerdos proſtratus ante altare cum gemitu & lacrymis, Domini miſericordiam imprecatur. Quid plura? penetrauit excelſa poli oratio Pontificis inclyti, reſtinxitque domus incendium flumen profluentium lacrymarum. Cumque hæc agerentur, adpropinquante Aſcenſione, vt iam diximus, Maieſtatis Dominicæ, indixit populis ieiunium, inſtituit orandi modum, edendi ſeriem, erogandi hilarem diſpenſationem. Ceſſantibus quoque exinde terroribus, per cunctas prouincias diſperſa facti fama, cunctos ſacerdotes imitari commonuit quod ſacerdos fecit ex fide, quæ vſque nunc in Chriſti nomine, per omnes Eccleſias in compunctione cordis & contritione ſpiritus celebratur.

Auiti ſcripta.

F

Rogationes Mamertus inſtituit.

G

Oratio reſtinguit incendiũ.

Cap. 35. *Alaricus & Clodoueus conueniunt.*

Igitur Alaricus rex Gothorum, cum videret Chlodoueum regem gentes aſſidue debellare, legatos ad eum dirigit, dicens: Si frater meus velit, inſederat animo vt nos Deo propitio pariter videremus. Quod Clodoueus non reſpuens, ad eum venit. Coniunctique in inſula Ligeris, quæ erat iuxta vicum Ambacienſem territorij vrbis Turonicæ, ſimul locuti, comedentes pariter ac bibentes, promiſſa ſibi amicitia pacifici diſceſſerunt.

H

Cap. 36. *Quintianus Rutenorum Epiſcopus.*

Multi iam tunc ex Galliis habere Francos dominos, ſummo deſiderio cupiebant. Vnde factum eſt vt Quintianus Rutenorum Epiſcopus, per hoc odium ab vrbe depelleretur, dicebant enim ei: Quia deſiderium tuum eſt, vt Francorum dominatio poſſideat terram hanc. Poſt dies autem paucos, orto inter eum & ciues ſcandalo, Gothos qui in hac vrbe morabantur, ſuſpicio attigit exprobrantibus ciuibus, quod velit ſe Francorum ditionibus ſubiugare, conſilioque accepto, cogitauerunt eum perfodere gladio. Quod cum viro Dei nunciatum fuiſſet, de nocte conſurgens cum fideliſſimis miniſtris ſuis, ab vrbe Rutena egrediens, Aruernos aduenit. Ibique à S. Euſtaſio Epiſcopo, qui quondam Aprunculo Diuionenſi ſucceſſerat, benigne ſuſceptus eſt, largitiſque ei tam domibus quam agris & vineis, ſecum retinuit dicens, Sufficit huius facultas Eccleſiæ vt vtrunque ſuſtineat:

A

tantum charitas quam beatus Apoſtolus prædicat, permaneat inter ſacerdotes Dei. Sed & Lugdunenſis Epiſcopus largitus eſt ei aliqua poſſeſſionis Eccleſiæ ſuæ quam in Aruerno habebat. Reliqua vero de ſancto Quintiano tam inſidiæ quas pertulit, quam illa quæ per eum Dominus operari dignatus eſt, ſcripta ſunt in libro vitæ eius.

Cap. 28. *Bellū cum Alarico.*

Igitur Chlodoueus rex ait ſuis: Valde moleſte fero, quod hi Arriani partem teneant Galliarum. Eamus cum Dei adiutorio, & ſuperatis redigamus terram in ditionem noſtram. Cumque placuiſſet omnibus hic ſermo, commoto exercitu Pictauos dirigit. Ibi tunc Alaricus commorabatur. Sed quoniam pars hoſtium per territorium Turonicum tranſibat, pro reuerentia beati Martini dedit edictum, vt nullus de regione illa aliud quam herbarum alimenta aquamque præſumeret. Quidam autem de exercitu, inuento cuiuſdam pauperis fœno, ait, Nonne rex herbam tantum præſumi mandauit, & nihil aliud, & hoc, inquit, herba eſt. Non enim erimus tranſgreſſores præcepti eius ſi eam præſumimus. Cum vim faciens pauperi, fœnum vi abſtuliſſet, factum peruenit ad regem: quo dicto citius gladio peremptus ait, Et vbi erit ſpes victoriæ, ſi beatus Martinus offenditur, ſatiſque fuit exercitui, nihil vlterius ab hac regione præſumere. Ipſe vero rex direxit nuncios ad beatam baſilicã, dicens, Ite, & forſitan aliquod victoriæ auſpicium ab æde ſancta ſuſcipietis. Tunc datis muneribus, quæ loco ſancto exhiberent, ait, Si tu Domine adiutor mihi es, & gentem hanc incredulam, ſemperque æmulam tibi, meis manibus tradere decreuiſti, in ingreſſu baſilicæ ſancti Martini dignare propitius reuelare, vt cognoſcam quia propitius dignaberis eſſe famulo tuo. Maturantibus autem pueris, & ad locum accedentibus, iuxta imperium regis, dum ſanctam ingrederentur baſilicam, hanc Antiphonam ex improuiſo primicerius qui erat, incepit: Præcinxiſti me Domine virtute ad bellum: ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me, & inimicorum meorum dediſti mihi dorſum, &c. odientes me diſperdiſti. Quod ſatellites audientes, & Domino gratias agentes & vota beato confeſſuri promittentes, læti nuntiauerunt regi. Porro ille cum ad fluuium Vigennam cum exercitu adueniſſet, per quem locum tranſire deberet, penitus ignorabat: intumuerat enim ab inundatione pluuiarum. Cumque illa nocte Dominum deprecatus fuiſſet, vt ei vadum quo tranſire poſſit dignaretur oſtendere, mane facto cerua miræ magnitudinis ante eos nutu Dei, flumen ingreditur, illaque vadante, populus quo tranſire poſſit, agnouit. Veniente autem rege apud Pictauos, dum eminus in tentoriis commoraretur, Pharus ignea de baſilica ſancti Hilarij egreſſa, viſa eſt ei tanquam ſuper ſe aduenire, ſcilicet vt lumine beati confeſſoris adiutus Hilarij, liberius hæreticas acies, contra quas ſæpe idem ſacerdos pro fide conflixerat, debellaret. Conteſtatus eſt autem omni exercitui, vt nec ibi quidem aut in via aliquid ſpoliarent, aut res cuiuſquam diriperent. Erat in his diebus vir laudabilis ſanctitatis Maxentius abbas recluſus in monaſterio ſuo ob Dei timorem: intra terminum Pictauienſem. Cuius monaſterij nomen lectioni non indidimus, quia locus ille vſque hodie Cellula ſancti Maxentij vocatur. Cuius monachi cum hoſtium cuneum vnum ad monaſterium cernerent propinquare, abbatem exorant, vt de cellula ſua egrederetur ad conſulendum eis. Illoque demorante, hi timore percuſſi, eum aperto oſtio producunt de cellula ſua. At ille in occurſum hoſtium, quaſi pacem rogaturus pergit intrepidus. Vnus autem ex his euaginato gladio, vt caput eius libraret, manus ad aurem erecta diriguit, gladiuſque retrorſum ruit. At ipſe ad pedes beati viri veniam depoſcens ſternitur. Quod videntes reliqui, cum timore maximo ad exercitum redierunt, timentes ne ipſi pariter interirent. Huius vero brachium, beatus confeſſor cum oleo benedicto contrectans, impoſito ſigno crucis reſtituit ſanum. Eiuſque obtentu monaſterium permanſit illæſum. Multaſque & alias virtutes operatus eſt, quas ſi quis diligenter inquirat, librum vitæ illius legens, cuncta reperiet. Interea Chlodoueus rex cum Alarico rege Gothorum in campo Vocladenſe, decimo ab vrbe Pictaua milliario conuenit: & confligentibus his eminus reſiſtunt, comminus ille. Cumque ſecundum conſuetudinem Gothi terga vertiſſent, ipſe rex Chlodoueus victoriam; Domino adiuuante, obtinuit. Habebat autem in adiutorium ſuum filium Sygiberti Claudi, nomine Chloderícum. Hic Sygibertus pugnans contra Alamannos apud Tulbiacenſe oppidum, percuſſus in geniculo claudicabat. Porro rex cum fugatis Gothis Alaricum regem interfeciſſet, duo ex aduerſo ſubito aduenientes, cum contis vtraque ei latera feriunt. Sed auxilio tam loricæ quam velocis equi, ne periret, exemptus eſt. Maximus ibi tunc Aruernorum populus, qui cum Apollinare venerat, & primi qui erant ex ſenatoribus, corruerunt. De hac pugna Amalaricus filius Alarici in Hiſpaniam fugit; regnumque patris ſagaciter occupauit. Chlodoueus vero filium ſuum Theodoricum per Albigenſem ac Rutenam ciuitatem ad Aruernos dirigit. Qui abiens, vrbes illas à finibus Gothorum vſque Burgundiorum terminum, patris ſui ditionibus ſubiugauit. Regnauit autem Alaricus viginti-duos annos. Chlodoueus vero apud Burdegalenſem vrbem, hyemem agens, cunctos theſauros Alarici à Tholoſa auferens, Engoliſmam venit. Cui Dominus tantam gratiam tribuit vt in eius contemplatione muri ſponte corruerent. Tunc excluſis Gothis vrbem ſuo dominio ſubiugauit. Patrata poſt hæc victoria, Turonos regreſſus eſt, multa ſanctæ Baſilicæ beati Martini munera offerens.

Turonum poſſeſſiones pro reuerētia B. Martini vetetur Chlo- B *dou. attingere.*

C *Auſpicia victoriæ petitā ab Eccleſia.*

D

Percuſſoris viri ſācti manus diriguit. Oleum benedictum. Crux.

E

F

Chlodoueo veniēti Engoliſmæ muri corruunt.

Cap. 38. *Claudou. fit ſenator patric. Rom.*

Igitur ab Anaſtaſio Imperatore codicillos de conſulatu accepit, & in baſilica beati Martini tunica blatea indutus eſt, & chlamyde, imponens vertici diadema. Tunc aſcenſo equo, aurum argentumque in itinere illo quod inter portam atrij, & Eccleſiam ciuitatis eſt, præſentibus populis manu propria ſpargens voluntate benigniſſima erogauit, & ab ea die tanquam conſul & Auguſtus eſt vocitatus. Egreſſus autem à Turonis Pariſios venit: ibique cathedram regni conſtituit. Ibi & Theodoricus ad eum venit.

G

Cap. 39. *Licinius Epiſcopus loca redēptionis viſitauit.*

Denique migrante Euſtochio Turonorum Epiſcopo, octauus poſt ſanctum Martinum Licinius Turonicus Epiſcopus ordinatur. Huius tempore bellum ſuperius ſcriptum geſtum eſt. Et huius tempore Chlodoueus rex Turonos venit. Hic fertur in oriente fuiſſe, ac loca viſitaſſe ſanctorum, ipſamque adiſſe Hieroſolymam, & loca paſſionis ac Reſurrectionis Dominicæ, quæ in Euangeliis legimus, ſæpe vidiſſe.

Cap. 40.

Cum autem Chlodoueus rex apud Pariſios moraretur, miſit clam ad filium Sygiberti dicens. Ecce pater tuus ſenuit, & pede debili claudicat. Si ille, inquit, moreretur, recte tibi cum amicitia noſtra regnum illius redderetur. Qua ille cupiditate ſeductus, patrem molitur occidere. Cumque ille egreſſus de Colonia ciuitate, tranſacto Rheno, per Buconiam ſiluam ambulare diſponeret, meridie in tentorio ſuo obdormiens, immiſſis ſuper eum filius percuſſoribus, eum ibidem interfecit, tanquam regnum illius poſſeſſurus. Sed iudicio Dei in foueam quam patri hoſtiliter fodit, incidit. Miſit igitur nuncios ad Chlodoueum regem de patris obitu nunciantes atque dicentes: Pater meus mortuus eſt, & ego theſauros cum regno eius penes me habeo. Dirige tuos ad me, & ea quæ tibi de theſauris illius placent, bona voluntate tranſmittam. Et ille, Gratias, inquit, tuæ voluntati ago, & rogo vt venientibus noſtris patefacias, cuncta ipſe deinceps poſſeſſurus quibus venientibus iſte patris theſauros pandit. Qui dum diuerſa reſpicerent, ait, In hanc arcellulam ſolitus erat pater meus numiſmata auri congerere. Immitte, inquiunt illi, manum tuam vſque ad fundum, vt cuncta reperias. Quo-

H

Sigibertus occiditur à filio: & filius à Chlodoueo.

A

cum feciſſet, & eſſet valde declinus, vnus eleuata manu bipennem cerebro eius illiſit: & ſic quæ in patrem egerat indignus incurrit. Quod audiens Chlodoueus, quod ſcilicet interfectus eſſet Sygibertus, & filius eius, in eundem locum adueniens conuocat omnem populum illum, dicens: Audite quid contigerit: dum ego, inquit, per Scaldem fluuium nauigarem, Chlodericus filius parentis mei, patrem ſuum inſequebatur verbo ferens, quod ego eum interficere vellim. Cumque ille per Buconiam ſiluam fugeret, immiſſis ſuper eum latrunculis morti tradidit & occidit. Ipſe quoque dum theſauros eius aperit, à neſcio quo percuſſus interiit. Sed in his ego nequaquam conſcius ſum. Nec enim poſſum ſanguinem parentum meorum effundere: quod fieri nefas eſt. Sed quia hæc euenerunt, conſilium vobis præbeo, ſi videtur, acceptum: conuertimini ad me, vt ſub mea ſitis defenſione. At illi iſta audientes, plaudentes tam palmis quam vocibus, eum clypeo euectum ſuper ſe regem conſtituunt, regnumque Sygiberti acceptum cum

B

theſauris, ipſos quoque ſuæ ditioni adſciuit. Proſternebat enim quotidie Deus hoſtes eius ſub manu ipſius, & augebat regnum eius, eo quod ambularet recto corde coram eo, & faceret quæ placita erant in oculis eius.

Cap. 41.

Poſt hæc ad Charaticum regem dirigit. Quando autem cum Syagrio pugnauit, hic Charaticus euocatus ad auxilium Chlodouei eminus ſteterit, neutram adiuuans partem, ſed euentum rei expectans, vt cui eueniret victoria, cum illo & hic amicitiam colligaret. Ob hanc cauſſam contra eum indignans Chlodoueus abiit, quem circumuentum dolis cœpit cum filio, vinctoſque totondit, & Charaticum quidem presbyterum, filium vero eius diaconum ordinari iubet. Cumque Charaticus de humilitate ſua conquereretur & fleret, filius eius dixiſſe fertur: in viridi, inquit, ligno hæ frondes ſuccisæ ſunt, nec omnino areſcunt, ſed velociter emergent vt creſcere queant: vtinam tam velociter qui hæc fecit, intereat. Quod verbũ ſonuit in aures Chlodouei, quod ſcilicet minarentur ſibi cæſariem ad creſcendum laxare: ipſumque interficere. At ille iuſſit eos pariter

Charari- s · x eum filio occiduntur.

C

capite plecti. Quibus mortuis, regnum eorum cum theſauris & populis acquiſiuit.

Cap 42.

Erat autem tunc Regnacarius rex apud Camaracum, tam effrenis in luxuria, vt vix vel propinquis quidem parentibus indulgeret. Is habebat Farronem conſiliarium ſimili ſpurcitia lutulentum, de quo fertur, cum aliquid aut cibi aut muneris vel cuiuſlibet rei allatum fuiſſet, dicere ſolitum: Hoc ſibi ſuoque Farroni ſufficere: pro qua re Franci maxima indignatione tumebant. Vnde factum eſt, vt datis aureis ſine armillis vel baltheis Chlodoueus (ſed totum adſimilatum auro: erat enim æreum deauratum ſub dolo factum) hæc dedit proditoribus eius, vt ſuper eum inimicarentur. Porro cum exercitum contra eum commouiſſet, & ille ſpeculatores plerunque ad cognoſcendum tranſmitteret, reuerſis nunciis interrogat, quam valida hæc manus foret. Qui reſponderunt, Tibi tuoque Farroni maximum eſt ſupplementum. Veniens autem Chlodoueus, bellum contra eum inſtruit.

D

At ille deuictum cernens exercitum ſuum, fuga labi parat, ſed ab exercitu comprehenſus, ac ligatis poſt tergum manibus in conſpectu Chlodouei vna cum Richario fratre ſuo perducitur. Cui ille, Cur, inquit, humiliaſti genus noſtrum, vt te vinciri permitteres? Melius enim tibi fuerat mori, & eleuatam ſecurim capiti eius defixit. Conuerſuſque ad fratrem eius ait, Si tu auxilium fratri tribuiſſes, alligatus vtique non fuiſſet, ſimiliter & hunc ſecuri percuſſum interfecit. Poſt quorum mortem, cognoſcunt proditores eorum, aurum quod à rege acceperant eſſe adulterum. Quod cum regi dixiſſet, ille reſpondiſſe fertur, Merito, inquit, tale aurum accepit, qui Dominum ſuum ad mortem propria voluntate deducit. Hoc illis quod viuerent deberet ſufficere, ne male proditionem Dominorum ſuorum luiſſeri, inter tormenta deficerent. Quod illi audientes, obrabant gratiam adipiſci, illud ſibi aſſerentes ſufficere ſi viuere mererentur. Fuerunt autem ſupradicti reges propinqui huius: quorum frater Rignomeris nomine apud Cenomanniam ciuitatem, ex iuſſu Chlodouei interfectus eſt. Quibus mortuis omne regnum eorum & theſauros Chlodoueus accepit. Interfectiſque & aliis multis regibus vel parentibus ſuis primis, de quibus zelum habebat, ne ei regnum auferrent, regnum ſuum per totas Gallias dilatauit. Tamen congregaris ſuis, quadam vice dixiſſe fertur de parentibus quos ipſe perdiderat: mihi qui tanquã peregrinus inter extraneos remãſi Væ & nõ habeo de parentibus qui mihi, ſi venerit aduerſitas poſſit aliquid adiuuare. Sed hoc non de morte horum condolens, ſed dolo dicebat, ſi forte potuiſſet adhuc aliquem reperire, vt interficeret.

Regnacarius cũ fratribus interficitur.

Chlodou. proditoribus a-

B

dulterina dat munera.

Cap. 43. Chlodou. obiit Lutetia, ſepultuſque eſt in ſede Petri & Pauli ſuburbana

His ita tranſactis, apud Pariſios obiit: ſepultuſque in baſilica ſanctorum Apoſtolorum, quam cum Chrotilde regina ipſe conſtruxerat. Migrauit autem poſt Vocladenſe bellum anno quinto. Fueruntque omnes dies regni eius, triginta anni. Ætas tota, quadraginta quinque anni. A tranſitu ergo ſancti Martini, vſque ad tranſitum Chlodouei regis, qui fuit vndecimus annus Epiſcopatus Lycinij Turonici Sacerdotis, ſupputantur anni cxis. Chrotildis autem regina, poſt mortem viri ſui Turonos venit: ibique ad Baſilicam ſancti Martini deſeruiens, cum ſumma pudicitia atque benignitate in hoc loco commorata eſt omnibus diebus vitæ ſuæ, raro Pariſios viſitans.

F

quã Viſigotico vuerat bello: Genouefua nunc appellatur. in cuius diua turrela vrbs eſt: quam regiam eſſe ſuſſerat Paul. Æmil. lib. 1.

GREGORII TVRONENSIS Hiſtoriarum,

LIBER III.

VELIM ſi placet, parumper conferre quæ Chriſtianis Beatam confitentibus Trinitatem proſpera ſucceſſerint: & quæ hæreticis eamdem ſcindentibus fuerint in ruinam. Omittamus autem qualiter illam Abraham venerator ad ilicem, Iacob prædicat in benedictione, Moyſes cognoſcit in ſente, populus ſequitur in nube, eandemque paueſcit in monte: vel qualiter eam Aaron portat in logio, aut Dauid vaticinatur in Pſalmo, orans innouari ſe per ſpiritum rectum, nec ſibi auferri Spiritum ſanctum, atque ſe confirmari per ſpiritum principalem: magnum & ego hic cerno myſterium, quod ſcilicet quem hæretici minorem adſerunt, principalem vox Prophetica nunciauit. Sed his, vt diximus, omiſſis, ad noſtra tempora reuertamur. Arrius enim, qui huius iniquæ ſectæ primus iniquuſque inuentor fuit, interioribus in ſeceſſum depoſitis, infernalibus ignibus ſubditur. Hilarius vero Beatus indiuiduæ Trinitatis defenſor, propter hanc in exilium deditus & patriæ paradiſo reſtauratur. Hanc Chlodoueus Rex confeſſus, ipſos hæreticos adiutorio eius oppreſſit, regnumque ſuum per totas Gallias dilatauit. Alaricus hanc denegans, à regno de populo, atque ipſa, quod maius eſt, vita multatur æterna. Dominus autem ſe vere credentibus, etſi inſidiante inimico aliqua perdant, hic centuplicata reſtituit, hæretici vero, nec adquirunt, ſed quod videntur habere auferetur, ab eis. Probauit hoc Godegiſili, Gundobaldi, atque Godomari interitus, qui & patriam ſimul, & animas perdiderunt. Nos vero vnum atque inuiſibilem, immenſum, incomprehenſibilem, inclytum, perennem atque perpetuum Dominum confitemur, vnum in Trinitate propter perſonarum numerum, id eſt Patris & Filij & Spiritus ſancti: confitemur & Trinum in vnitate, propter æqualitatem ſubſtantiæ, deitatis, omnipotentiæ, vel virtutis, qui eſt vnus ſummus atque omnipotens Deus in ſempiterna ſæcula regnans. Defuncto igitur Chlodoueo rege, quatuor filij eius, id eſt Theodoricus, Chlodomeris, Childebertus, atque Chlotharius, regnum eius accipiunt, & inter ſe æqua lance diuidunt, habebat iam tunc Theodoricus filium nomine Theodobertum,

Trinitatem Patriarcha venerati ſunt.

G

Arrij mors & damnatio. Niceph lib. 8 cap. 31.

H

Cap. 1. Clodouei liberi.

A dobertum, elegantem atque vtilem. Cumque magna virtute pollerent, & eis de exercitu robur copioſum ineſſet, Amalaricus filius Alarici Rex Hiſpaniæ, ſororem eorum in matrimonium poſtulat: quod illi clementer indulgent, & eam ipſi in regionem Hiſpaniæ cum magnorum ornamentorum mole transmittunt. Lycinio autem vrbis Turonicæ defuncto Epiſcopo, Dinifius Cathedram Pontificalem aſcendit. Apud Aruernos vero poſt obitum Beati Aprunculi, ſanctus Eufraſius duodecimus Epiſcopus habebatur. Hic quatuor annos poſt Chlodouei obitum, viuit, vicesimoquinto Epiſcopatus ſui anno tranſiens. Cumque populus S. Quintianum, qui de Ruteno eiectus fuerat, elegiſſet, Alchima & Placidina vxor, ſororque Apollinaris, ad ſanctum Quintianum venientes, dicunt: Sufficiat Domine ſanctæ ſenectuti tuæ, quod es Epiſcopus ordinatus: permittat, inquiunt, pietas tua ſeruo tuo Apollinari locum huius honoris adipiſci. Ille vero cum ad hūc apicē aſcenderit, ſicut tibi placitum fuerit obſequetur: tu quoq; imperabis, & ille tuæ patebit in omnib. iuſſioni: tantū vt humili ſuggeſtioni noſtræ aurem tuæ benignitatis accommodes. Quibus ille, Quid ergo, inquit, præſtabo, cuius poteſtati nihil eſt ſubditum? ſufficit enim vt orationi vacans, quotidianum mihi victum præſtet Eccleſia. Illæ autem hæc audientes, Apollinarem ad regem dirigunt. Qui abiens oblatis multis muneribus, in Epiſcopatu ſucceſſit, quo quatuor abatens menſibus, migrauit à ſæculo. Cum autem hæc Theodorico nunciata fuiſſent, iuſſit mihi ſanctum Quintianum conſtitui, & omnem ei poteſtatem tradi Eccleſiæ, dicens. Hic ob noſtri amoris zelum ab vrbe ſua eiectus eſt. Et ſtatim directi nuncij, conuocatis pontificibus & populo, eum in Cathedram Aruernæ Eccleſiæ locauerunt, qui quartuſdecimus illi Eccleſiæ præpoſitus eſt. Reliqua vero quæ geſſit, tam virtutes quam tempus migrationis eius, ſcripta ſunt in libro quem de eius vita compoſuimus.

Cap. 2. Dinifius Epiſcopus. Quintianus Apollinaris.

B

Cap. 3. Dani C Galliam inuadūt.

His ita geſtis, Dani cum rege ſuo nomine Chochilaicho, euecti nauali per mare Gallias appetunt, Egreſſique ad terras, pagum vnum de regno Theodorici deuaſtant atque captiuant: oneratiſque nauibus tam de captiuis quam de reliquis ſpolis, reuerti ad patriam cupiunt. Sed rex eorum in littus reſidebat, donec naues altum mare comprehenderent, ipſe deinceps ſecuturus. Quod cum Theodorico nuntiatum fuiſſet, quod ſcilicet regio eius fuerit ab extraneis deuaſtata, Theodobertum filium ſuum in illas partes cum valido exercitu ac magno armorum apparatu direxit. Qui interfecto rege, hoſtes nauali prælio ſuperatos opprimit, omnemque rapinam terræ reſtituit.

Cap. 4. Thoringi reges ſimultat.

Porro tunc apud Thoringos, tres fratres regnum gentis illius retinebant; id eſt Badericus, Hermiuefredus, atque Berthatius. Denique Herminefredus Berthatium fratrem ſuum vi opprimens interfecit. Is moriens Radegundem filiam orphanam dereliquit autem & alios filios, de quibus in ſequentibus ſcribemus. Herminefredi vero vxor iniqua atque crudelis, Almaberga nomine, inter hos fratres bellum ciuile diſſeminat. Nam veniens quadam die ad conuiuium vir eius, menſam mediam opertam reperit. Cumque vxorem quid ſibi hoc velit interrogaret, reſpondit: Qui inquit, à medio regno ſpoliatur, decet eum menſæ medium habere nudatum. Talibus & his ſimilibus ille permotus, contra fratrem inſurgit, ac per occultos nuncios Theodoricum regem ad eum perſequandum inuitat, dicens, Si hunc interficis regionem hanc pari ſorte diuidemus. Ille autem gauiſus hæc audiens, cum exercitu ad eum dirigit. Coniunctique ſimul fidem ſibi inuicem dantes, egreſſi ſunt ad bellum. Confligenteſque cum Baderico, exercitum eius adterunt, ipſumque obtruncant gladio: & obtenta victoria, Theodoricus ad propria eſt reuerſus. Protinus Herminefredus oblitus fidei ſuæ, quod regi Theodorico indulgere pollicitus eſt implere deſpexit, ortaque eſt inter eos grandis inimicitia.

D

Almaberga ſollicita.

Cap. 5. Sygimundus

Igitur mortuo Gundobaldo, regnum eius Sygimundus filius eius obtinuit monaſteriumque Agaunenſe ſolerti cura cum domibus baſiliciſque ædificauit: qui perdita priori coniuge filia Theodorici regis Itali ci, de qua filium habebat nomine Sygiricum, aliam duxit vxorem: quæ valide contra filium eius, ſicut nouercarum mos eſt, malignari ac ſcandalizare cœpit. Vnde factum eſt, vt vna ſolemnitatū die, cum puer ſuper eam veſtimenta matris agnoſceret commotus felle diceret ad eā: Non enim eras digna, vt hæc indumenta tua terga contingerent, quæ Dominæ tuæ, id eſt, matris meæ fuiſſe noſcuntur. At illa furore ſuccenſa, inſtigat verbis doloſis virum ſuum, dicens: Hic iniquus regnum tuum poſſidere deſiderat, teque interfecto, id vſque in Italiam dilatare diſponit, ſcilicet vt regnum quod auus eius Theodoricus Italiæ tenuit, & iſte poſſideat. Scit enim quod te viuente hæc non poteſt adimplere, & niſi tu cadas, ille non ſurget. His & huiuſcemodi ille incitatus verbis, vxoris iniquæ conſilio vtens, iniquus efficitur parricida: nam ſopitum vino dormire poſt meridiem filium iubet cui dormienti, lorum ſub collo poſitum, ac ſub mento ligatum, trahentibus ad ſe inuicem duobus pueris, ſuffocatus eſt. Quo facto pater ſero iam pœnitens, ſuper cadauer exanime ruens, flere cœpit amariſſime. Ad quem ſenex quidam ſic dixiſſe fertur: Te, inquit, plange amodo qui per conſilium nequam factus eſt parricida ſæuiſſimus, nam hunc qui innocens iugulatus eſt neceſſarium non eſt plangi. Nihilominus ille ad ſanctos Agaunenſes abiens, per multos dies in fletu & ieiuniis durans veniam precabatur, pſallentium ibi aſſiduum inſtituens: Lugduno regreſſus eſt, vltione diuina de veſtigio eum proſequente. Huius filiam Rex Theodoricus accepit.

E dus Agaunenſe monaſterium ædificauit.

F

Sigiſmundus nouerca dolo Sygiricum filium occidit.

Cap. 6.

Chrotildis vero regina Chlodomerem, & reliquos filios ſuos alloquitur, dicens: Non me pœniteat, chariſſimi, vos dulciter enutriſſe: indignamini, quæſo, iniuriam meam, & patris matriſque meæ mortem ſagaci ſtudio vindicate. Hæc illi audientes, Burgundias petunt, & contra Sygimundum & fratrem eius Godomarum dirigunt: deuictoque exercitu eorum, Godomarus terga vertit: Sygimundus vero dum ad ſanctos Agaunos fugere nititur, à Chlodomere captus cum vxore & filiis captiuus abducitur, atque intra terminum Aurelianenſis vrbis in cuſtodia poſitus, detinetur. Diſcedentibuſque his regibus, Godomarus reſumptis viribus, Burgundiones colligit, regnumque recipit. Contra quem Chlodomeris iterum ire diſponens, Sygimundum interficere deſtinauit: cui à Beato Auito Abbate Nutiacenſi magno tunc temporis Sacerdote, dictum eſt: Si, inquit, reſpiciens Deum, emendaueris conſilium tuum, vt hos homines interfici non patiaris, erit Deus tecum: & abiens victoriam obtinebis: ſi vero eos occideris, tu ipſe in manus inimicorum traditus, ſimili ſorte peribis: fietque tibi vxorique & filiis tuis, quod feceris Sygimundo & coniugi ac liberis eius. Sed ille auſcultare deſpiciens conſilium eius, ait, Stultum enim conſilium eſſe puto vt inimicis domi relictis, contra reliquos eam: eiſque à tergo, hoc à fronte ſurgente, inter duos hoſtium cuneos ruam ſatius enim & facilius victoria patrabitur, ſi vnus ab alio ſeparetur quo interfecto facile & alius morti poterit deſtinari Statimque interfecto Sygimundo cum vxore & filiis apud Columnam Aurelianenſis vrbis vicum, in puteum iactari præcipiens, Burgundias petiit, vocans in ſuppetias Theodoricum regem. Ille autem iniuriam ſoceri ſui vindicare volens, ire promiſit. Cumque pariter apud Viſoruntiam locum vrbis Viennenſis coniuncti fuiſſent, cum Godomaro confligunt. Cumque Godomarus cum exercitu terga vertiſſet, & Chlodomeris inſequeretur, ac de ſuis non modico ſpacio elongatus eſſet, aſſimilantes illi ſignum eius, dant ad eum voces dicentes: Huc huc conuertere, tui enim ſumus. At ille credens, abiit, irruitque in medium inimicorum ſuorum cuius amputatum caput, & conto defixum, eleuant in ſublime: quod Franci cernentes, atque cognoſcentes Chlodomerem interfectum, reparatis viribus Godomarum fugant, Bor-

Chlodomeris occiditur.

G

H

A gundiones opprimunt, patriamque in ſuam redigunt poteſtatem. Nec moratus Chlodarius, vxorem germani ſui Guntheucam nomine, ſibi in matrimonium ſociauit: filios quoque eius Chrotildis regina, exactis diebus luctus, ſecum recepit ac tenuit: quorum vnus Theodoualdus, alter Guntharius, tertius Chlodoualdus vocabatur. Cum Godomarus iterum regnum recepit.

Cap. 7. Theodoricus procedit aduerſus Thoringos.

Poſt Theodoricus non immemor periurij Herminefredi regis Thoringorum, Chlotharium fratrem ſuum in ſolatium ſuum euocat, & aduerſum eum ire diſponit, promittens regi Clothario partem prædæ, ſi eis munus victoriæ diuinitus conferretur. Conuocatis igitur Francis, dicit ad eos, Indignamini quæſo tam meam iniuriam, quam interitum parentum veſtrorum, ac recolite Thuringos quondam ſuper parentes noſtros violenter adueniſſe, ac multa illis intuliſſe mala. Qui datis obſidibus, pacem cum his inire voluerunt: ſed illi obſides ipſos diuerſis mortibus peremerunt: & irruentes ſuper parentes noſtros, omnem ſubſtantiam abſtulerunt, pueros per neruum fœmoris ad arbores appendentes, B puellas amplius ducentas crudeli nece interfecerunt: ita vt ligatis brachiis ſuper equorum ceruicibus, ipſique acerrimo moti ſtimulo per diuerſa petentes, diuerſas in partes fœminas diuiſerunt. Aliis vero ſuper orbitas viarum extenſis ſudibuſque in terram confixis, plauſtra deſuper onerata, tranſire fecerunt, confractiſque oſſibus, canibus auibuſque eas in cibaria dederunt. Nunc autem Herminefredus, quod mihi pollicitus eſt fefellit, & omnino hæc adimplere diſſimulat: ecce verbum directum habemus: Eamus cum Dei adiutorio contra eos. Quod illi audientes, & de tanto ſcelere indignantes, vno animo eademque ſententia, Thoringiam petierunt. Theodoricus autem Chlotharium fratrem ſuum, & Theodobertum filium in ſolatium adſumens cum exercitu abiit. Thoringi vero venientibus Francis dolos præparant: in campo enim in quo certamen agi debebat, foſſas effodiunt: quarum C ora operta denſo ceſpite, planum adſimulant campum. In has ergo foueas cum pugnare cœpiſſent, multi Francorum equites corruerunt. Et fuit eis valde impedimentum: ſed poſt cognitum hunc dolum obſeruare cœperunt. Denique cum ſe Thoringi cædi vehementer viderent, fugato præ timore Herminefredo rege ipſorum, terga vertunt, & ad Oneſtrudem fluuium vſque

Herminefredus fugatur.

peruenerunt. Ibique tanta cædes ex Thoringis facta eſt, vt alueus fluminis congerie cadauerum repleretur: & Franci tanquam per pontem aliquem ſuper ea in litus vlterius tranſirent. Patrata ergo victoria regionem illam capeſſunt, & in ſuam redigunt poteſtatem, Chlotharius vero rediens, Radegundem filiam Berthatij regis ſecum captiuam abduxit, ſibique eam in matrimonium ſociauit: cuius fratrem poſtea iniuſte per homines iniquos occidit. Illa quoque ad Deum conuerſa, mutata veſte monaſterium ſibi intra Pictauienſem vrbem conſtruxit, quæ orationibus, ieiuniis atque eleemoſynis prædita in tantum emicuit, vt magna in populis haberetur. Cum autem adhuc ſupradicti reges in

Rhadegundes monaſterium Pictaui conſtruxit.

D Thoringia eſſent, Theodoricus Chlotharium fratrem ſuum occidere voluit. Et præparatis occulte cum armis viris, eum ad ſe vocat quaſi ſecretius cum eo aliquid tractaturus, expanſoque in parte domus illius tentorio, de vno pariete in alterum, armatos poſt eum ſtare iubet. Cumque tentorium illud eſſet breuius, pedes armatorum apparuere detecti. Quod cognoſcens Chlotharius, cum ſuis armatus ingreſſus eſt domum. Theodoricus vero intelligens hunc hæc cognouiſſe, fabulam fingit, & alia ex aliis inquirit. Denique neſciẽs qualiter dolum ſuũ deliniret, diſcum ei magnum argenteum pro gratia dedit. Chlotharius vero vale dicens & pro munere gratias agens, ad metatum regreſſus eſt: Theodoricus vero queritur ad ſuos, nulla exſtanti cauſa ſuum perdidiſſe catinum: & ad filium ſuum Theodobertum ait, Vade ad patrem tuum, & roga vt munus quod ei dedi, tibi ſua voluntate concedat. Qui abiens, quod petiit E impetrauit, in talibus enim dolis Theodoricus multum callidus erat.

Cap. 8. Herminefredus præcipitatur.

Idem vero regreſſus ad propria, Herminefredum ad ſe data fide ſecurum venire præcepit, quem & honorificis ditauit muneribus. Factum eſt autem dum quadam die per murum ciuitatis Tulbiacenſis confabularentur, à neſcio quo impulſus de altitudine muri ad terram corruit, ibique ſpiritum exhalauit. Sed quis eum inde deiecerit, ignoramus: multi tamen adſerunt Theodorici in hoc dolum manifeſtiſſime patuiſſe.

Cap. 9. Childebertus tranſit ad Aruernos.

Cum autem adhuc Theodoricus in Thoringia eſſet, Aruernis ſonuit eum interfectum fuiſſe. Archadius quoque vnus ex ſenatoribus Aruernis, Childebertum inuitat, vt regionem illam deberet accipere. Ille quoque nec moratus Aruernos adiit. Tantaque in illa die condenſa fuit nebula, vt nihil ſuper duas iugeri partes diſcerni poſſet. Dicere enim erat ſolitus Rex, Velim vnquam Aruernam Lemanem, quæ tantæ iocunditatis gratia refulgere dicitur, oculis cernere. Sed non ei à F Deo conceſſum eſt. Cumque portæ ciuitatis obſeratæ eſſent, & vnde ingrederetur peruium patulum non haberet, inciſa Archadius ſera vnius portæ, eum ciuitati intromiſit. Dum hæc agerentur, nuntiatur Theodoricum viuum de Thoringia fuiſſe regreſſum.

Cap. 10. Chrotbildis ob fidẽ multa patitur.

Quod certiſſime Childebertus cognoſcens, ab Aruerno rediit, in Hiſpaniam vero propter ſororem ſuam Chrotildem dirigit. Hæc vero multas inſidias ab Amalarico viro ſuo propter fidem Catholicam patiebatur. Nam plerunque procedente illa ad ſanctam Eccleſiam, ſtercora & diuerſos fœtores ſuper eam proiici imperauit. Ad extremum autem tanta eam crudelitate dicitur cæcidiſſe, vt infectum de proprio ſanguine ſudarium, fratri tranſmitteret: vnde ille maxime commotus, Hiſpanias appetiit. Amalaricus vero hæc audiens, naues ad fugiendum parat. Porro imminente Childeberto, cum Amalaricus nauem deberet aſcendere, ei in mentem venit, multitudinem ſe precioſorum lapidum in ſuo theſauro reliquiſſe. Cumque ad eoſdem petendos in ciuitatem regrederetur, ab exercitu à porta excluſus eſt. G Videns autem ſe non poſſe euadere, ad Eccleſiam Chriſtianorum confugere cœpit. Sed priuſquam limina ſancta contingeret, vnus emiſſa manu lancea eum mortali ictu ſauciauit, ibique decedens reddidit ſpiritum. Tunc

Amalaricus perimitur. Childebertus Eccleſiæ reddidit.

Childebertus cum magnis theſauris ſororem aſſumpram ſecum adducere cupiebat: quæ neſcio quo caſu in via mortua eſt, & poſtea Pariſius allata, iuxta patrem ſuum Chlodoueum ſepulta eſt. Childebertus vero inter reliquos theſauros miniſteria Eccleſiarum precioſiſſima detulit. Nam ſexaginta calices, quindecim patens, viginti Euangeliorum capſas detulit, omnia ex auro puro ac gemmis precioſis ornata: ſed non eſt paſſus ea confringi. Cuncta enim Eccleſiis & baſilicis ſanctorum diſpenſauit ac tradidit. Poſt hæc Clotharius &

Cap. 11. Childeb. & Chlothar. petũt Burgundiam.

Childebertus Burgundias petere deſtinant. Conuocatuſque Theodoricus in auxilium eorum ire noluit, Franci vero qui ad eum aſpiciebant, dixerunt: Si cum fratribus tuis in Burgundiam ire deſpexeris, te relinquimus, H & illos ſatius ſequi præoptamus. At ille infideles ſibi exiſtimans, ad Aruernos ait, Me ſequimini, & ego vos inducam in patriam, vbi aurum & argentum accipietis quantum veſtra poteſt deſiderare cupiditas, de qua pecore, de qua mancipia, de qua veſtimenta in abundantiam adſumatis: tantum hos ne ſequamini. His promiſſionibus hi illecti, ſuam voluntatem facere promittunt. Ille vero illuc tranſire diſponit, promittens iterum atque iterum exercitui cunctam regionis prædam cum hominibus in ſuas regiones transferri permittere. Chlotharius vero & Childebertus in Burgundiam dirigunt, Auguſtodunumque obſidentes, cunctam fugato Godomaro Burgundiam occupauerunt.

Theod. Aruernos.

Cap. 12. Theodoricus Aruernos populatur.

Theodoricus vero cum exercitu in Aruernos veniens, totam regionem deuaſtat ac proterit. Interea Archadius ſceleris illius auctor, cuius ignauia regio deuaſtata eſt, Bituriges vrbem petiit. Erat autem tunc temporis vrbs illa in regno Childeberti regis. Placidina vero ma-

ter

A

ter eius, & Alchima ſoror patris eius, comprebenſæ apud Cadurcum vrbem rebus ablatis exilio condemnatæ ſunt. Rex igitur Theodoricus ad vrbem Aruernam vſque accedens, in vicillius ſuburbano caſtra fixit. Beatus vero Quintianus his diebus erat Epiſcopus. Interea exercitus cunctam circumit miſeram regionem illam, cuncta delet, vniuerſa debellat. De quibus nonnulli ad baſilicam S. Iuliani peruenerunt, confringunt oſtia, ſeras remouent: reſque pauperum quæ ibidem fuerant adgregatæ diripiūt, & multa in hoc loco perpetrant mala. Veruntamen auctores ſcelerum à ſpiritu immundo correpti, infeſti dentibus propriis ſe morſibus lacerant, clamantes atque dicentes: Cur nos martyr ſancte ſic crucias? Sicut in libro virtutum eius conſcripſimus.

Dæmoniaci dentibus ſe ipſos lacerant.

Cap. 13

B

Proculus presb. occiditur.

Louolotrum autem caſtrum hoſtes expugnant, Proculumque presbyterum qui quondam ſancto Quintiano iniuriam intulerat, ad altarium Eccleſiæ miſerabiliter interficiunt. Et credo ob illius cauſam, quod fuerit ipsū caſtrum in manibus traditum iniquorum: quod vſque in illa die defenſatum eſt. Nam cum illud hoſtes expugnare non poſſent, & ad propria iam redire diſponerent, audientes hæc obſeſſi, iam læti atque ſecuri decipiuntur: ſicut ait Apoſtolus: Cum dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperueniet interitus: deniq; per ipſius Proculi presbyteri ſeruum, iam ſecuri populi traduntur in manus hoſtium. Cumque vaſtato Caſtello ducerentur captiui, immanis pluuia quæ per triginta dies fuerat abnegata, deſcendit. Tunc obſeſſi Meroliacenſis caſtri, ne captiui abducerentur, redemptione data liberantur: ſed hæc ignauia eorum effecit: caſtrum enim propria natura munitum erat.

Meroliacenſe caſtrum.

Nam centenorum aut eo amplius pedum ab exciſo vallatur lapide, ſine murorum ſtructione: in medio autem ingens ſtagnum aquæ, liquore gratiſſimum: ab alia vero parte fontes vberrimi, ita vt per portam riuus diffluat aquæ viuæ. Sed in tam grandi ſpacio, munitio iſta diſtenditur, vt manentes intra murorum ſepta, terram excolant, frugeſque in abundantia colligant. Huius munitionis tutamine elati, qui obſeſſi erant, egreſſi foras, vt arrepta aliqua præda, iterum ſe intra caſtelli ſepta reconderent, ab hoſtibus comprehenſi ſunt.

Epiſcop. ...

C

Erant autem quinquaginta viri. Tunc ante ora parentum vinctis poſt tergum manibus oblati, imminente iam gladio, adquieuerunt obſeſſi, ne interficerentur, ſingulos trientes dare in redemptionem ſuam. Theodoricus autem ab Aruerno diſcedens, Sygiualdum parentem ſuum in ea quaſi pro cuſtodia dereliquit. Erat autem ibi tunc temporis quidam Lytigius ex minoribus, qui magnas ſancto Quintiano parabat inſidias: & cum ſe ſanctus Epiſcopus pedibus eius proſterneret, nunquam vt ſe ei ſubderet monebatur: ita vt & quadam vice vxori quæ ſanctus fecerat, pro ridiculo indicaret. Quæ melioris intelligentiæ modo commota, ait: Si ſtra es hodie peſſundatus, nunquam erigeris. Die autem tertia, aduenientes nuncij de præſentia regis vinctum cum vxore ac liberis pariter abduxerunt. Qui abiens nunquam Aruernum regreſſus eſt.

Cap. 14.

D

Mundericus regem ſe haberi voluit.

Mundericus igitur qui ſe parentē regū adſerebat, elatus ſuperbia, ait: Quid mihi & Theodorico regi; Sic enim mihi ſolium regni debetur, vt illi: egrediar, & colligam populum meum, atque exigam Sacramentum ab eis, vt ſciat Theodoricus, quia rex ſum ego, ſicut & ille. Et egreſſus cœpit ſeducere populum ſuum dicens: Princeps ego ſum, ſequimini me, & erit vobis bene. Sequebatur autem eum ruſtica multitudo, vt plerunque fragilitati humanæ conuenit, dantes Sacramentum fidelitatis, & honorantes eum vt regem. Quod cum Theodoricus comperiſſet, mandatum mittit ad eum, dicens: Accede ad me, & ſi tibi aliqua de dominatione regni portio debetur, accipe. Doloſe enim hæc Theodoricus dicebat, ſcilicet vt cum ad eum veniſſet, interficeretur. Ille vero noluit, dicens. Ite renunciate regi veſtro, quia Rex ſum ſicut & ille. Tunc Rex commoueri iuſſit exercitum, quo oppreſſus vi puniretur. Quod ille cognoſcens, & ſe non præualens defenſare, Victoriaci caſtri muros expetens, cum rebus omnibus in eo ſe ſtuduit

E

communire, his ſecum quos duxerat adgregatis. Igitur commoto exercitu caſtrum vallat, ac per ſeptem dies obſedit. Mundericus autem repugnabat cum ſuis dicens: Stemus fortes, & vſque ad mortem pariter dimicemus, & non ſubdamur inimicis. Cumque exercitus à circuitu in contra iacula tranſmitteret, nec aliquid præualeret, nunciauerunt hæc regi. At ille miſit quendam de ſuis Aregiſilum nomine, dixitque ei: Vides, inquit, quod præualeat hic perfidus in contumacia ſua, vade, & redde ei Sacramentum, vt ſecurus egrediatur, Cum autē egreſſus fuerit, interfice eum, & dele memoriam eius à regno noſtro. Qui abiens, fecit iuxta quod ei præceptum fuerat, dederat tamen prius ſignum populo, dicens: Cum ego hæc & hæc locutus fuero, ſtatim irruentes interficite eum. Ingreſſus autem Aregiſilus ait Munderico, Quouſque hic reſides, tanquam vnus ex inſipientibus; Nunquid poteris diu regi reſiſtere? Ecce ablato tibi cibo, cum te fames oppreſſerit vltro egredieris, & traderis in manus inimicorum, & morieris quaſi vnus ex canibus? audi potius conſilium meum, & ſubde te regi, vt viuere poſſis tu & filij tui.

F

Tunc ille his mollitus ſermonibus ait, Si egredior, comprehenſus à rege interficior & ego, & filij mei, & omnes amici qui mecum ſunt congregati. Cui Aregiſilus ait, Noli timere, ſed ſi vis egredi, accipe Sacramentum de hac culpa, & ſta ſecurus coram rege, ne timeas: ſed eris cum eo ſicut prius fuiſti. Ad hæc Mundericus reſpondit: Vtinam ſecurus ſim, quod non interficiar. Tunc Aregiſilus poſitis ſuper altare ſanctum manibus; iurauit ei vt ſecurus egrederetur. Dato igitur Sacramento, egrediebatur Mundericus de porta caſtelli, tenens manum Aregiſili, populus autem ſpectabat à longe aſpiciens eum. Tunc pro ſigno ait Aregiſilus, Quid aſpicitis tam intente, ô populi; an nunquid vidiſtis prius Mundericum; Et ſtatim irruit populus in eum. At ille intelligens, ait, Euidentiſſime cognoſco, quod feceris per hoc verbum ſignum populis ad me interficiendum; veruntamen dico tibi, quia periurus me decepiſti: te viuum vltra nullus aſpiciet: & emiſſa lancea in ſcapulas eius, perfodit eum, ceciditque & mortuus eſt. Euaginatoque deinceps Mundericus gladio cum ſuis, magnam ſtragem de populo illo fecit, & vſquequo ſpiritum exhalauit, interficere quemcunque adſequi potuiſſet, non deſtitit. Quo interfecto, res eius fiſco collatæ ſunt.

G

Mundericus occiditur.

Cap. 15

Theodoricus vero & Childebertus fœdus inierunt, & dato ſibi Sacramento vt nemo contra alterum moueretur, obſides ab inuicem acceperant, quo facilius firmarentur quæ fuerant dicta. Multi tunc filij ſenatorum in hac obſidione dati ſunt: ſed orto iterum inter reges ſcandalo, ad ſeruitium publicum ſunt addicti. Et quicunque eos ad cuſtodiendum accepit, ſeruos ſibi ex his fecit. Multi tamen ex eis per fugam elapſi, in patriam redierunt: nonnulli in ſeruitio ſunt retenti: inter quos Attalus nepos Beati Gregorij Ligonici Epiſcopi, ad publicum ſeruitium mancipatus eſt, cuſtoſque equorum deſtinatus.

Attalus capitur.

H

Erat enim intra Treuerici termini territorium, cuidam barbaro ſeruiens. Denique Beatus Gregorius ad inquirendum eum miſit pueros, quo inuento, obtulerunt homini munera, ſed reſpuit ea dicens: Hic de tali generatione decem auri libris redimi debet. Quibus redeuntibus, Leo quidam de coquina Domini ſui ait: Vtinam me permitteres, & forſitan ego poteram eum reducere de captiuitate. Gauiſo autem Domino, directus venit ad locum voluitque puerum clam abſtrahere, ſed non potuit. Tunc locato ſecum homine quodam, ait, Veni mecum, & venunda me in domo barbari illius, ſitque tibi lucrum precium meum: tantum liberiorem aditum habeam faciendi id quod decreui. Accepto vero Sacramento homo ille abiit, & vendito eo duodecim aureis diſceſſit: ſciſcitanti autem emptor à rudi famulo quid operis ſciret, reſpondit, In omnibus quæ mandi debent in menſis dominorum, valde ſcitus ſum operari: nec metuo quod reperiri poſſit ſimilis mei in hac ſcientia: verum

enim

A enim dico tibi, quia etiam ſi regi epulum cupias præparare: fercula regia componere poſſum: nec quiſquam me melius, & ille, Ecce enim dies ſolis adeſt (ſic enim barbaries vocitare diem dominicum conſueta eſt,) in hac die vicini atque parentes mei inuitabuntur in domo mea, rogo vt facias mihi prandium quod admirentur: & dicant, quia in domo regis melius non aſpeximus. Et ille, Iubeat, inquit, Dominus meus congregari pullorum gallinaceorum multitudinem, & faciam quæ præcipis. Præparatis ergo quæ dixerat puer, illuxit dominica dies, fecitque epulum magnum deliciiſque refertum Epulantibus autem omnibus & laudantibus prandium, parentes illius diſceſſerunt. Dominus enim dedit gratiam puero huic, & accepit poteſtatem ſuper omnia quæ habebat Dominus ſuus in promptu. Diligebatque eum valde, & omnibus qui cum eo erant ipſe diſpenſabat cibaria & pulmenta. Poſt anni vero curriculum, cum iam ſecurus eſſet Dominus illius de eo, abiit

Dies ſolis.

B in pratum quod erat domui proximum, cum Attalo puero cuſtode equorum: & decubans in terra cum eo à longe, auerſis dorſis, vt non cognoſceretur quod loquerentur ſimul, dicit puero: Tempus eſt enim, vt iam cogitare de patria debeamus. Ideoque moneo te, vt hac nocte cum equos ad claudendum adduxeris, ſopore non deprimaris, ſed cum primum te vocitauero adſis, & ambulemus. Vocauerat enim Barbarus ille parentum Multos ſuorum ad epulum, inter quos erat & gener eius qui acceperat filiam illius. Media autem nocte à conuiuio ſurgentibus, & quieti datis, proſecutus eſt Leo generum Domini ſui cum potu, porrigens ei bibere. in metatu eius ait ad eum homo: Dic mi! ô creditor ſoceri mei, ſi valeas, quando voluntatem adhibebis, vt adſumptis equis eius eas in patriam tuam. Hoc quaſi ioco delectans, dixit. Similiter & ille ioculariter veritatem reſpondens, ait: Hac nocte delibero, ſi Dei voluntas fuerit. Et ille. Vtinam, inquit, cuſtodiant me famuli mei, ne aliquid de rebus meis adſumas. Et ridentes diſceſſerunt. Dormientibus autem cunctis, vocauit

C Leo Attalum ex ſtrato ſuo. Interrogat, ſi haberet gladium. Reſpondit: Non eſt mihi, niſi tantum lancea paruula: at ille ingreſſus manſionem Domini ſui apprehendit ſcutum eius ac frameam. Quo interrogante quis eſſet, aut quid ſibi velit, reſpondit: Ego ſum Leo ſeruus tuus & ſuſcito Attalum vt ſurgat velocius, & deducat equos ad paſtum: detinetur enim ſopore, quaſi ebrius. Qui ait, fac vt libet. Et hæc dicens obdormiuit. Ille vero egreſſus foras, muniuit puerum armis, inuenitque ianuas atrij diuinitus reſeratas, quas initio noctis cum cuneis malleo percuſſis obſerauerat pro cuſtodia caballorũ. Et gratias agens Domino, ſumptis reliquis equis ſecũ diſceſſerunt: vnum etiam volucrum, cum veſtimentis tollentes. Venientes autem ad Moſellam fluuium, cum tranſirent illum, & detinerentur à quibuſdam relictis equis & veſtimentis, enatantes parma poſiti ſuper amnem, in vlteriorem egreſſi ſunt ripam: & inter obſcura noctis ingreſſi ſiluam, latuerunt. Tertia enim nox aduenerat, quod nullum cibum guſtantes iter terebant. Tunc

D nutu Dei reperta arbore plena pomis quam vulgo prunum vocant, comedunt, & parumper ſuſtentati ingreſſi ſunt iter Campaniæ: quibus pergentibus, audiunt pedibulum equitum currentium, dixeruntque: Proſternamur terræ, ne appareamus hominibus venientibus. Et ecce ex improuiſo ſtirps rubi magnus adfuit, poſt quem tranſeuntes, proiecerunt ſe terræ cum gladiis euaginatis, ſcilicet vt ſi aduerterentur, confeſtim ſe quaſi ab improbis framea defenſarent: veruntamen cum veniſſent in locum illum coram ſtirpe ſpineo reſtiterunt: dixitque vnus dum equi vrinam proiicerent, Væ mihi quia fugiunt hi deteſtabiles, nec reperiri poſſunt, verum dico per ſalutem meam, quia ſi inuenirentur, vnum patibulo condemnari, & alium gladiorum ictibus in fruſta diſcerpi iuberem. Erat enim barbarus ille qui hæc aiebat, Dominus eorum, de Remenſi vrbe veniens, & hos inquirens, & reperiſſet vtique in via, ſi nox obſtaculum non præbuiſſet. Tunc motis equis diſ-

Attalus cum ſeruo euadit.

E ceſſerunt. Hi autem nocte ipſa adtigerunt ad vrbem, ingreſſique inuenerunt hominem quem ſciſcitati ſunt, Vbinam eſſet domus Paulelli presbyteri. Indicauitque eis. Qui dum per plateam præterirent, ſignum ad matutinas motum eſt. Erat enim dies dominica. pulſanteſque ianuam presbyteri, ingreſſi ſunt: expoſuitque puer de Domino ſuo. Cui ait presbyter, Vera eſt enim viſio mea. nam videbam in hac nocte columbas aduolare, & conſedere in manu mea. Ex quibus vna alba, alia autẽ nigra erat. Dixeruntque pueri presbytero, Indulgeat Dominus pro die ſua ſancta Nam nos rogamus, vt aliquid victus præbeas, quarta enim illuceſcit dies, quã nihil panis pulmentique guſtauimus. Occultatis autem pueris, præbuit eis infuſum cum vino panem, & abiit ad matutinas. Secutuſque eſt & barbarus, iterum inquirens pueros: ſed illuſus à presbytero regreſſus eſt, presbyter enim amicitiam cum Beato Gregorio antiquam habebat. Tunc reſumptis pueri epulo viribus, per duos dies in

Viſio Paulelli

F domo presbyteri commorantes, abſceſſerunt, & ſic vſque ad ſanctum Gregorium perlati ſunt. Gauiſus autem Pontifex viſis pueris, fleuit ſuper collum Attali nepotis ſui: Leonem autem à iugo ſeruitutis abſoluens, cum omni generatione ſua, dedit ei terram propriam, in qua cum vxore ac liberis liber vixit omnibus diebus vitæ ſuæ. Sygiualdus autem cum in Aruerno habitaret, multa mala in ea faciebat. Nam & res diuerſorum peruadebat, & ſerui non deſiſtebant à furtis, homicidiis, ac ſuper numerum diuerſis ſceleribus: nec vllus mutire auſus erat coram eis Vnde factum eſt, vt ipſe villam Bulgiatenſem, quam quondam Benedictus Tetradius Epiſcopus Baſilicæ ſancti Iuliani reliquerat, temerario auſu peruaderet. Sed cum ingreſſus in domum illam fuiſſet ſtatim amens effectus, lecto decubuit. Tunc mulier admonita per Sacerdotem, eleuatum in Baſternam, vt in aliam villam transferret. ſanum recepit. Et accedens, expoſuit ei omnia quæ pertulerat. Quod ille audiens, vota Beato Martyro vouens, ea quæ vi abſtulerat, duplicata reſtituit. Me

Cap. 16.

Sygiualdus Eccleſiaſtica diripiens amens efficitur.

G minimus & huius virtutis in libro Miraculorum ſancti Iuliani. Igitur Dionyſio Epiſcopo apud Turonos decedente, Ommatius tribus annis præfuit. Hic enim ex iuſſu Chlodomeris regis, cuius ſupra meminimus, ordinatus eſt. Illo quoque migrante, Leo ſeptem menſibus miniſtrauit. Hic fuit vir ſtrenuus atque vtilis in fabrica operis lignarij. Quo defuncto, Theodorus & Proculus Epiſcopi, qui de partibus Burgundiæ aduenerant, ordinante Chrothilde regina tribus annis Turonicam rexerunt Eccleſiam. Quibus defunctis, Francilio ex ſenatoribus ſubſtituitur. Anno igitur tertio Epiſcopatus ſui, cum dominici Natalis nox alma populis effulſiſſet, idem Pontifex priuſquam ad vigilias deſcenderet, iuſſit ſibi poculum miniſtrari. Adueniens puer, ſine mora porrexit. Quo hauſto, mox ſpiritum fudit: vnde indubitatum eſt veneno eum fuiſſe necatum. Quo decedente, Iniurioſus vnus è ciuibus quindecimus poſt Martinum, cathedram Pontificalem ſortitus eſt Dum autem Chrotildis regina Pariſiis moraretur, videns Childebertus quod mater ſua filios Chlodomeris, quos ſupra memorauimus, vnico affectu

Cap. 17. Turonenſes Epiſcopi.

Cap. 18.

H diligeret, inuidia ductus, ac metuens ne fauente regina admitterentur in regnum, miſit clam ad fratrem ſuum Chlotharium regem dicens: Mater noſtra filios fratris noſtri ſecum retinet, & vult eos regno donari: debes velociter adeſſe Pariſiis, & habito communi conſilio pertractare oportet, quid de his fieri debeat: Vtrum inciſa cæſarie vt reliqua plebs habeatur, an certe his interfectis regnum germani noſtri inter noſmetipſos æqualitate habita diuidatur. De quibus ille verbis valde gauiſus Pariſios venit: iactauerat enim. Childebertus verbum in populo: ob hoc hos coniungi reges, quaſi paruulos illos eleuaturos in regno. Coniuncti autem miſerunt ad reginam, quæ tunc in ipſa vrbe morabatur, dicentes, Dirige paruulos ad nos, vt ſublimentur in regno. At illa gauiſa, neſciens dolum illorum, dato pueris eſu potuque, direxit eos dicens,

Non

A

Non me puto amiſiſſe filium, ſi vos videam in eius regno ſubſtitui. Qui abeuntes, adprehenſi ſunt ſtatim, ac ſeparati à pueris & nutritoribus ſuis, cuſtodiebantur vtrique ſeorſum pueri, & ſeorſum hi paruuli. Tunc Childebertus atque Chlotharius miſerunt Archadium, cuius ſupra meminimus, ad reginam, cum forcipe atque euaginato gladio. Qui veniens oſtendit reginæ vtraque dicens: Voluntatem tuam, ô glorioſiſſima regina, filij tui domini noſtri expetunt, quid de pueris agendum cenſeas, vtrum inciſis crinibus eos viuere iubeas, an vtrumque iugulari. At illa exterrita nuncio, & nimium felle commota, præcipuè cum gladium cerneret euaginatum ac forcipem, amaritudine præuenta, ignorans in ipſo dolore quid diceret, ait ſimpliciter: Satius enim mihi eſt, ſi ad regnum non eriguntur, mortuos eos videre quam tonſos. At ille parum admirans dolorem eius, nec ſcrutans quid deinceps plenius pertractaret, venit celeriter nuncians ac dicens; Fauente regina opus cœptum perficite: ipſa enim vult expleri conſilium veſtrum. Nec mora, apprehenſum Chlotharius puerum ſeniorem, brachio eliſit in terram, defigénſque cultrum in axillam crudeliter interfecit. Quo vociferante, frater eius ad pedes Childeberti prouer-

B

Chlodouei filij interficiuntur à patruis.

nitur: adprehenſiſque eius genibus, aiebat cum lachrymis, Succurre piiſſime pater, ne & ego peream ſicut frater meus. Tunc Childebertus lachrymis reſperſa facie ait; Rogo dulciſſime frater, vt eius mihi vitam tua largitate concedas: & quæ iuſſeris pro eius anima conferam, tantum ne interficiatur. At ille furore actus, ait, Aut eiice eum à te, aut certe pro eo morieris. Tu, inquit, es incœptator huius cauſæ, & tam velociter de fide reſilis? hæc ille audiens, repulſum à ſe puerum proiecit ad eum: ipſe vero accipiens transfixum cultro in latere, ſicut fratrem prius fecerat, iugulauit: deinde pueros cum nutritiis peremerunt. Quibus interfectis, Chlotharius aſcenſis equis abſceſſit, paruipendens de interfectione nepotum: ſed & Childebertus in ſuburbana conceſſit. Regina vero compoſitis corpuſculis feretro, cum magno pſallentio immenſoque luctu vſque ad baſilicam ſancti Petri proſecuta, vtrumque pariter tumulauit: quorum vnus decem annorum erat, alius vero ſeptennis. Tertium vero Chlodoualdum comprehendere non potuerunt, quia per auxilium virorum fortiũ liberatus eſt. Is poſtpoſito regno terreno, ad dominum tranſiit, & ſibi manu propria capillos incidens, clericus factus eſt: boniſque operibus inſiſtens, presbyter ab hoc mundo migrauit. Hi quoque regnum Chlodomeris inter ſe æqua lance diuiſerunt. Chrothildis vero regina, talem ſe tantamque exhibuit, vt ab omnibus honoraretur: aſſidua in eleemoſynis, peruigil in vigiliis, in caſtitate atque omni honeſtate pura ſe ſemper exhibuit: prædia Eccleſiis, monaſteriis vel quibuſcunque locis ſanctis neceſſaria prouidit, larga ac prona voluntate diſtribuit, vt putaretur eo tempore non regina, ſed propria Dei ancilla ipſi ſedulo deſeruire. Quam non regnum filiorum, non ambitio ſeculi, nec facultas extulit ad ruinam, ſed humilitas euexit ad gratiam.

C

Chlodoualdus decem an. fit.

D

Cap. 19.

Gregorius Lingonenſis.

Erat enim tunc & beatus Gregorius apud vrbem Lingonicam, magnus Dei ſacerdos, ſignis & virtutibus clarus. Sed quia huius pontificia meminibus, gratum arbitratus ſum, vt ſitum loci Diuionenſis, in quo maxime erat aſſiduus, huic inſeram lectioni. Eſt autem caſtrum firmiſſimis muris, in media planitie & ſatis iocunda compoſitum, terra valde fertilis atque fœcunda, ita vt aruis ſemel ſciſſis vomere, ſemina iaciantur, & magna fructuum opulentia ſubſequatur: à meridie habet Oſcarum fluuium, piſcibus valde prædiuitem: ab aquilone vero, alius fluuiolus venit, qui per portam ingrediens ac ſub pontem decurrens, per aliam rurſus portam egreditur, totum munitionis locum placida vnda circumfluens: ante portam autem molendina mira velocitate diuertit. Quatuor portæ à quatuor plagis mundi ſunt poſitæ: totumque ædificium triginta tres turres exornant: murus vero illius, de quadris lapidi-

Diuionēſe caſtrū ædificatū ab Aureliano.

E

bus vſque in viginti pedes, deſuper à minuto lapide ædificatus habetur, habens in altum pedes triginta, in latum pedes quindecim. Quæ cur non ciuitas dicta ſit, ignoro. Habet enim in circuitu precioſos fontes: à parte autem occidentis, montes ſunt vberrimi, vineiſque repleti, qui tam nobile incolis Falernum porrigunt, vt reſpuant Scalonum nam veteres ferunt ab Aureliano hoc imperatore fuiſſe ædificatum.

Theodoricus autem filio ſuo Theodoberto Vuiſigardem cuiuſdam regis filiam deſponſauerat. Cap. 20.

Gothi vero cum poſt Chlodouei mortem multa de his quæ ille acquiſierat, peruaſiſſent, Theodoricus Theodobertum, Chlotharius vero Guntharium ſeniorem filium ſuum, ad hæc requirenda tranſmittunt. Sed Guntharius vſque Ruthenos accedens, neſcio qua faciente cauſa, regreſſus eſt: Theodobertus vero vſque ad Biterrenſem ciuitatem abiens, Deas caſtrum obtinuit, atque hinc prædam diripuit. Deinde ad aliud caſtrum nomine Caprariam legatos mittit, dicens niſi ſe illi ſubdant, omnem locum illum incendio concremandum, eoſque qui ibidem reſident captiuandos. Erat autem ibidem tunc matrona Deuteria nomine vtilis valde atque ſapiens, cuius vir apud Biternas vrbem conceſſerat. Quæ miſit nuncios ad regem dicens: Nullus tibi Domine piiſſime, reſiſtere poteſt cognoſcimus Dominum noſtrum: veni, & quod fuerit beneplacitum in oculis tuis facito. Theodobertus autem ad caſtrum veniens, cum pace ingreſſus eſt: ſubditumque ſibi cernens populum nihil ibi male geſſit. Deuteria vero ad occurſum eius venit: at ille ſpecioſam eam cernens, amore eius capitur, ſuoque eam copulauit ſtrato. In illis diebus, Theodoricus parentem ſuum Sygiualdum occidit gladio, mittens occulte ad Theodobertum, vt & ille Gyualdum filium eius neci daret, quem tunc ſecum habebat: ſed quia eum de ſacro fonte exceperat, perdere noluit. Literas vero quas ei pater tranſmiſerat, ipſi ad legendum dedit, dicens: Fuge hinc, quia patris mei præceptum accepi vt te interficiam: ſi vero ille defunctus fuerit, & me regnare audieris, tunc ſecurus ad me reuerteris. Quod audiens, gratias agens, & valedicens abſceſſit. Arelatenſem enim tunc vrbem Gothi peruaſerant, de qua Theodobertus obſides retinebat ad eam Gyualdus confugit. Sed parum ſe ibidem cernens eſſe munitum, Latium petiit, ibique & latuit. Dum hæc agerentur nunciatus Theodoberto patrem ſuum grauiter ægrotare, & ad quem niſi velocius properaret, vt eum inueniret viuum à patruis excluderetur, & vltra illuc non rediret. At ille his auditis, cunctis poſtpoſitis illuc dirigit, Deuteria cum filia ſua Aruerno relicta. Cumque abiiſſet, Theodoricus non poſt multos dies obiit, viceſimotertio regni ſui anno. Conſurgentes autem Childebertus & Chlotharius contra Theodobertum, regnum eius auferre voluerunt. Sed ille muneribus placatis, à Leodibus ſuis defenſatus eſt, & in regno ſtabilitus. Mittens poſtea Aruernum, Deuteriam exinde accerſiuit, eamque ſibi matrimonio ſociauit.

Theodobertus à Gothis inuaſa vindicat.

F

Cap. 21.

Theodobertus Deuteriæ capitur amorib.

Cap. 23.

Sygualdus occiditur.

G

Gyualdi fuga.

Theodorici obitus.

Videns autem Childebertus quod ei præualere non potuiſſet, legationem ad eum miſit, & ad ſe venire præcepit, dicens: Filios non habeo, te tanquam filium habere deſidero. Quo veniente, tantis eum muneribus ditauit, vt ab omnibus miraretur, nam de rebus bonis tam de armis quam de veſtibus, vel reliquis ornamentis quæ regem habere decet, ternis ei paria condonauit, ſimiliter & de equis atque catenis. Hæc audiens Gyualdus, quod ſcilicet Theodobertus regnum patris obtinuiſſet, ad eum de Italia rediit. Cui ille congaudens ac deoſculans, tertiam partem ei de muneribus quæ à patruo acceperat, eſt largitus: & omnia quæ in fiſco ſuo pater poſuerat, de rebus Sygiualdi patris eius, ipſi reddi præcepit. At ille in regno firmatus, magnum ſe atque in omni bonitate præcipuũ reddidit. Erat enim regnum cum iuſtitia regens, ſacerdotes venerans, Eccleſias munerans, pauperes eleuans, & multa multis beneficia pia ac dulciſſima accommodans voluntate. Omne tributum quod in fiſco ſuo ab Eccleſiis in Aruerno ſitis

Cap. 24.

Childebertus Theodobertum quantis donauit.

H

Theodob. in Gyuald. liberalitas.

Cap. 25.

reddeba

A

Cap. 26. *Deuteria filiam occidit.*

reddebatur, clementer indulſit. Denteria vero cernens filiam ſuam adultam valde eſſe, timens ne eam concupiſceus rex ſibi adſumeret, in Baſterna poſitam indomitis hobus coniunctis eam de ponte præcipitauit, quæ in ipſo flumine ſpiritum reddidit, hoc apud Viridunum ciuitatem actum eſt.

Cap. 27. *Theodob. renūciat concubinæ.*

Cumque iam ſeptimus annus eſſet, quod Vuiſigardem deſponſatam haberet & eam propter Deuteriam accipere nollet, coniuncti Franci contra eum valde ſcandalizabātur, quare ſponſam ſuam relinqueret. Tunc commotus, relicta Deuteria, de qua paruulum filium habebat Theodoualdum nomine, Vuiſigardem duxit vxorem. Quam nec multo tempore habens, defuncta illa aliam accepit. Veruntamen Deuteriam vltra non habuit.

Cap. 28.

Childebertus autem & Theodobertus commouentes exercitum, contra Chlotharium ire diſponunt. Ille autem hæc audiens, æſtimans ſe horum exercitum non ſuſtinere, in ſiluam confugit, & concides magnas in ſiluis illis fecit, totamque ſpem ſuam in Dei pietatem transfundens.

B

Chrothildis precibus plumia cœleſtis acies fratrum diremit. Paul. Æmil. lib 1.

Sed & Chrothildis regina hæc audiens, beati Martini ſepulchrum adiit, ibique in oratione proſternitur, & tota nocte vigilat, orans ne inter filios ſuos bellum ciuile conſurgeret. Cumque hi venientes cum exercitibus ſuis, eum obſiderent, tractantes illum die ſequenti interficere, mane facto in loco quo erant congregati, orta tempeſtas tentoria diſſecat, res diripit, & cuncta ſubuertit, immiataque fulgura cum tonitruis ac lapidibus ſuper eos deſcendunt. Ipſi quoque ſuper infectam grandine humum in faciem proruunt & à lapidibus deſcentibus grauiter verberantur, nullum enim eis tegumen remanſerat, niſi parmæ tantum, hoc maxime metuentes ne ab ignibus cœleſtibus cremarentur. Sed & equi eorum ita diſperſi ſunt, vt via in viceſimo quoque reperirentur ſtadio, multi enim prorſus ex eis non ſunt inuenti. Tunc illi, vt diximus, à lapidibus cæſi & humo proſtrati, pænitentiam agebant, ac precabantur veniam à Deo, quod iſta

C

contra ſanguinem ſuum agere voluiſſent. Super Chlotharium vero neque vna quidem pluuiæ gutta decidit, aut aliquis ſonitus tonitrui eſt auditus: ſed nec anhelitum vllius venti in illo loco ſenſere. Hi quoque mittentes nuncios ad eum, pacem & concordiam petierunt, qua data, ad propria ſunt regreſſi. Quod nullus ambigat hanc per obtentum reginæ, beati Martini fuiſſe virtutem.

Cap. 29.

Tunica Vincentij martyris, quam eodem 525 delatam Lutetia, atque adē extructā qua nunc eſt S. Germani in ſuburbiis ſcribit Æmil. lib 1.

Poſt hæc Childebertus rex in Hiſpaniam abiit: quam ingreſſus cum Chlothario, Cæſar Auguſtanam ciuitatem cum exercitu vallant atque obſident. At illi in tanta humilitate ad Deum conuerſi ſunt, vt induti ciliciis, abſtinentes à cibis & poculis, cum tunica beati Vincentij martyris, muros ciuitatis pſallendo circuirent: mulieres quoque amictæ nigris palliis, diſſoluta cæſarie, ſuperpoſito cinere, vt eas putares virorum funeribus deſeruire, plangendo ſequebantur. Et ita totam ſpem locus ille ad domini miſericordiam retulit, vt diceretur ibidem Niniuitarum ieiunium celebrari: nec æſtimaretur aliud poſſe fieri, niſi eorum precibus, diui-

D

na miſericordia inflecteretur. Hi autem qui obſidebant, neſcientes quid obſeſſi agerent, cùm viderēt ſic murum circuiri, putabant eos aliquid agere maleficij. Tunc adprehenſum vnum de ciuitate ruſticum, ipſi interrogant, quid hoc eſſet quod agerent. Qui ait: Tunicam beati Vincentij deportant, & cum ipſa vt eis dominus miſereatur, exorant. Quod illi timentes, ſe ab ea ciuitate remouerunt, tamen acquiſita maxima Hiſpaniæ parte, cum magnis hi ſpoliis in Gallias redierunt.

Cap. 30. *Gothi reges pro arbitrio ſtatuunt & occidunt.*

Poſt Amalaricum vero Teoda rex ordinatus eſt in Hiſpaniis: quo interfecto, Theudegyſilum leuauerunt regem. Is dum ad cœnam cum amicis ſuis epularetur, & eſſet valde lætus, cereis ſubito extinctis, in recubitu ab inimicis gladio percuſſus interiit: poſt quem Agyla regnum accepit. Sumpſerant enim Gothi hanc deteſtabilem conſuetudinem, vt ſi quis eis de regibus non placuiſſet gladio eum adpeterent: & qui libuiſſet animo, hunc ſibi ſtatuerent regem.

Cap. 31. *Theodorici filia ſeruo nupſit.*

Et quia Theodoricus Italiæ, Chlodouei regis ſororē in matrimonio habuit, mortuus paruulam filiam cum vxore reliquit. Hæc autem cum adulta

E

facta eſſet, per leuitatem animi ſui, relicto matris conſilio, quæ ei regis filiū prouidebat, ſeruum ſuum Traguilanem nomine accepit, & cum eo ad ciuitatem qua defenſari poſſit, aufugit. Cumque mater eius contra eam valde ſæuiret, peteretque ab ea ne humiliaret diutius nobile genus, ſed dimiſſo ſeruo ſimilem ſibi de genere regio quem mater prouiderat, deberet accipere, nullatenus voluit adquieſcere. Tunc mater eius contra eam frendens, exercitum commouit. At illi venientes ſuper eos, Traguilanem interfecerunt gladio, ipſam quoque cædentes in domum matris reduxerunt. Erant autem ſub Arriana ſecta viuentes: & quia conſuetudo eorum eſt, vt ad altarium venientes, de alio calice reges communicent, & de alio populus minor, venenum in calice illo poſuit, de quo mater communicatura erat. Quo illa hauſto, protinus mortua eſt, non enim dubium eſt, tale maleficium eſſe de parte diaboli.

Filia matrem cōmunicantem veneno ſuſtulit.

F

Quid contra hæc miſeri hæretici reſpondebunt, vt in ſancta eorum locum habeat inimicus? Nos vero trinitatem in vna æqualitate pariter & omnipotentia confitentes, etiam ſi mortiferum bibamus, in nomine patris & filij & Spiritus ſancti, veri atque incorruptibilis Dei, nihil nos nocebit. Indignantes ergo Itali contra hanc mulierem, Theodadum regem Tuſciæ inuitantes ſuper ſe regem ſtatuunt. Hic vero cum didiciſſet, quæ meretrix iſta commiſerat, qualiter propter ſeruum quem acceperat in matrem extiterat parricida, ſuccenſo vehemēter balneo, eam in eodem cum vna puella includi præcepit. Quæ nec mora, inter arduos vapores ingreſſa, in pauimento corruens, mortua atque conſumpta eſt. Quod cognoſcentes hi reges Childebertus & Chlotharius conſobrini eius, nec non & Theodobertus, quod ſcilicet tam turpi fuerit interfecta ſuplicio, ad Theodadum legationem dirigunt, exprobrantes de morte eius, atque dicentes, Si hæc quæ egiſti nobiſcum non compoſueris, regnum tuum auferemus, & ſimili pœna te

G

damnabimus. Tunc ille timens, quinquagena eis millia aureorum trāſmiſit. Childebertus autem, vt erat ſemper contra Chlotarium regem inuidus atque verſutus, cum Theodoberto nepote ſuo coniunctus, diuiſo inter ſe hoc auro, nihil exinde dare regi Chlothario voluerunt. At ille ſuper theſauros Chlodomeris adgreſſus, multum illis amplius quam hi fraudauerant, abſtulit.

Cap. 32. *Theodobertus Italiam occupat.*

Theodobertus vero in Italiam abiit, & exinde multum adquiſiuit. Sed quia loca illa, vt fertur, morbida ſunt, exercitus eius in diuerſis febribus corruens, vexabatur. Multi enim ex his, in illis locis mortui ſunt. Quod videns Theodobertus, ex ea reuerſus eſt, multa ſecum ſpolia ipſe vel ſui deferentes: dicitur tamen tunc temporis vſque Ticinum acceſſiſſe ciuitatem, in qua Buccilenum rurſum direxit. Qui minore illa Italia capta, atque in ditionem regis autedicti redacta, maiorem petiit: in qua contra Belliſſarium multis vicibus pugnans, victoriam obtinuit. Cumque Imperator vidiſſet, quod Belliſſarius crebrius vinceretur, amoto eo, Narſetem in eius locum ſtatuit: Belliſſarium vero Comitem ſtabu-

H

li quaſi pro humilitate quod prius fuerat, poſuit. Buccillenus vero contra Narſetem magna certamina geſſit, capta omni Italia, vſque in mare terminum dilatauit; Theſauros vero magnos ad Theodobertum de Italia direxit. Quod cum Narſes imperatori poſuiſſet in notitiam, imperator conductis precio gentibus Narſeti ſolatium mittit, confligenſque poſtea victus abſceſſit.

Bucillenus Siciliā capit.

Deinceps vero Buccillenus Siciliam occupauit, de qua etiam tributa exigens, regi tranſmiſit. Magna enim ei felicitas in his conditionibus fuit.

Cap. 34. *Secundini & Aſterioli contentio.*

Aſteriolus tunc & Secundinus magni cum rege habebantur. Erat autem vterque ſapiens, & rhetoricis imbutus literis. Sed Secundinus plerunque legationem Imperatori à rege miſſus intulit. Et ob hoc iactantiam ſumpſerat, ac nonnulla contra rationem exercebat. Qua de cauſa factum eſt, vt inter illum atque Aſteriolum lis ſæua conſurgeret: quæ vſque ad hoc profecit, vt oblitis verborum obiectionibus, propriis ſe manibus verberarent. Cumque hæc per regem pacificata fuiſſent,

&

A & Secundinus adhuc de ſua cæde timeret, nata eſt inter eos ruſum contentio. Et rex ſuſcipiens Secundini cauſam, Aſteriolum in eius poteſtatem dedidit. Qui valde humiliatus eſt, & ab honore depoſitus, ſed per Vviſigardem reginam iterum eſt reſtitutus. Mortua autem illa, conſurgens iterum Secundinus, eum interfecit: nam hic moriens filium dereliquit. Qui cum creuiſſet, & eſſet adultus, cœpit patris ſui velle iniuriam vindicare, tunc Secundinus timore perterritus, dum de villa in villam ante eum fugeret, cum ſe iam videret eo imminente non poſſe euadere, ne in manus inimici corrueret, veneno ſe, vt dicitur, interfecit.

Cap. 34. Deſideratus autem Viridunenſis Epiſcopus, cui Theodoricus rex multas irrogauit iniurias, cum poſt multa exitia, damna atque ærumnas, ad libertatem propriam iam Domino iubente rediiſſet, & Epiſcopatu, vt diximus apud Vidurunenſem vrbem potiretur, videns habitatores eius valde pauperes atque deſtitutos, dolebat ſuper eis: & cum ipſe per Theodoricum de rebus B ſuis remanſiſſet extraneus: nec haberet de proprio qualiter eos conſolaretur, bonitatem & elementiam circa omnes Theodoberti regis cernens, miſit ad eum legationem dicens: Fama bonitatis tuæ in vniuerſam terram vulgatur, cum tanta ſit tua largitas, vt etiam non petentibus opem præſtes, rogo ſi pietas tua habet aliquid de pecunia, nobis commodes, qua ciues noſtros releuare valeamus: cumque hi negotium exercentes, ſponſionem in ciuitate noſtra ſicut reliquæ habent, præſtiterint, pecuniam tuam cum vſuris legitimis reddemus. Tunc ille pietate commotus, ſeptem ei millia aureorum præſtitit. Quæ ille accipiens, per ciues ſuos erogauit. At illi negotia exercentes, diuites per hoc effecti ſunt, & vſque hodie magni habentur. Cumque antedictus Epiſcopus debitam pecuniam obtuliſſet regi, reſpondit rex: Non habeo neceſſarium hoc recipere: illud mihi ſufficit, ſi diſpenſatione tua pauperes qui opprimebantur inopia, per tuam ſuggeſtionem, vel per meam largitatem ſunt releuati. Et nihil exigens, antedictos ciues diuites fecit.

Theodobertus magnis muneribus ditauit Virdunenſes.

C

Cap. 35. Defuncto autem apud vrbem ſupradictam memorato antiſtite, Agyricus quidam è ciuibus, in cathedram eius ſubrogatur. Syagrius autem filius eius reminiſcens iniurias patris, qualiter à Syriuuldo ad regem Theodoricum incuſatus, non ſolum ſpoliatus, verumetiam ſupplicijs affectus fuiſſet, oppreſſum cum armata manu Syriuuldum taliter interfecit. Tunc mane facto, cum nebula eſſet condenſa, & vix adhuc diſrumpentibus tenebris aliquid quis poſſet diſcernere, venit ad villam eius in Diuionenſi territorio, cui nomen eſt Floriacum: egreſſoque domum vno amicorum, putantes ipſum Syriuuldum eſſe, interfecerunt eum: & reuertentibus quaſi victoriam obtinuiſſent de inimico, indicat eis vnus ex familia, non eos Dominum interfeciſſe, ſed ſubditum. At illi regreſſi, requirentes eum, cellulam in qua dormire ſolitus erat, repertam adgrediuntur. Ad cuius oſtium diutiſſime pugnantes, nihil ei poterant præualere. Denique eruto ab vno latere pariete ingredientes, gladio D eum interimunt. Poſt mortem enim Theodorici hic interfectus eſt.

Syriuuldus occiditur.

Cap. 36. His denique geſtis, Theodobertus rex ægrotare cœpit. Ad quem medici multa ſtudia impenderunt: ſed nihil valuit, quia eum iam Dominus vocari iubebat. Ergo cum diutiſſime ægrotaſſet, ab ipſa infirmitate deficiens, reddidit ſpiritum. Franci vero cum Parthenium in odio magno haberent, pro eo quod eis tributa antedicti regis tempore inflixiſſet, eum perſequi cœperunt. Ille vero in periculo poſitum ſe cernens, confugium ab vrbe facit, & à duobus Epiſcopis ſuppliciter exorat, vt eum ad vrbem Treuericam deducentes, populi ſæuientis ſeditionem ſua prædicatione comprimerent. Quibus euntibus, nocte dum in ſtratu ſuo decumberet, ſubito per ſomnium vocem magnam emiſit dicens: Heu heu, ſuccurrite qui adeſtis, & auxilium ferte pereunti! A quo clamore expergefacti qui aderant, interrogant quid hoc eſſet: reſpondit ille: Auſanius amicus meus

Theodobertus obijt.

E cum Papianilla coniuge, quos olim interfeci, ad iudicium me arceſſebant, dicentes, Veni ad reſpondendum, quia cauſatus es nobiſcum coram Domino. Zelo enim ductus ante annos aliquot coniugem innocentem amicumque peremerat. Igitur accedentibus Epiſcopis ad antedictam vrbem cum ſtrepentis populi ſeditionem ferre non poſſent, eum in Eccleſia abdere voluerunt, ſcilicet ponentes eum in arca, & deſuper ſternentes veſtimenta quæ erant ad vſum Eccleſiæ. Populus autem ingreſſus, perſcrutatuſque vniuerſos angulos Eccleſiæ, cum nihil repperiſſet, frendens egrediebatur. Tunc vnus ex ſuſpicione locutus ait: En arca in qua non eſt inquiſitus aduerſarius noſter. Dicentibus vero cuſtodibus, nihil in ea aliud niſi ornamenta Eccleſiæ contineri, illi clauem poſtulant aientes, Niſi reſeraueritis velocius, ipſi eam ſponte confringimus. Denique reſerata arca, amotis linteaminibus, inuentum extrahunt plaudentes atque dicentes: Tradidit Deus inimicum noſtrum in manus noſtras. Tunc cædentes eum pugnis, ſputiſque perungentes, vinctis poſt tergum manibus ad columnam lapidibus obruunt. Fuit autem in cibis valde vorax: ſed quæ ſumebat, quo celerius ad manducandum commoueretur, ſumpto aloë velociter digerebat, ſed & ſtrepitus ventris abſque vlla auditorum reuerentia in publico emittebat. Hoc ergo exitu cōſummatus interiit.

Parthenius nouum vectigalium inuentor occiditur.

F

Cap. 37. Grauis eo anno & ſolito aſperior hiems fuit, ita vt torrentes concatenati gelu, peruium populis iter tanquam reliqua humus præberent. Aues quoque rigore affectæ vel fame, abſque vllo hominum dolo cum magnæ eſſent niues, manu capiebantur. A tranſitu igitur Chlodouei vſque in tranſitum Theodoberti, computantur anni triginta ſeptem. Mortuo ergo Theodoberto, quartodecimo regni ſui anno, regnauit Theodoualdus filius eius pro eo.

Hyems & frigus inſolitum.

GREGORII TVRONENSIS Hiſtoriarum,

G

LIBER IV.

Cap. 1. IGITVR Chrothildis regina plena dierum boniſque operibus prædita apud vrbem Turonicam obiit, tempore Iniurioſi Epiſcopi: quæ Pariſios cum magno pſallentium præconio deportata, in ſacrario baſilicæ S. Petri, ad latus Chlodouei regis ſepulta eſt, à filiis ſuis Childeberto atque Chlothario regibus: nam baſilicam illam ipſa conſtruxerat, in qua & Genoueſua beatiſſima eſt ſepulta.

Chrotildis moritur.

Cap. 2. Denique Chlotharius rex indixerat vt omnes Eccleſiæ regni ſui tertiam partem fructuum fiſco diſſoluerent. Quod, licet inuiti, cum omnes Epiſcopi conſenſiſſent atque ſubſcripſiſſent, viriliter hoc beatus Iniurioſus reſpuens ſubſcribere dedignatus eſt, dicens: Si volueris res Dei tollere, Dominus regnum tuum velociter auferet, quia iniquum eſt vt pauperes quos tuo debes alere horreo, ab eorum ſtipe tua horrea repleantur. Et iratus contra regem, nec valedicens, abſceſſit. Tunc commotus rex, timens etiam virtutem beati Martini, miſit poſt eum cum muneribus, veniam precans, & hoc quod fecerat damnans, ſimulque rogans vt pro ſe virtutem B. Martini antiſtitis exoraret.

Paul. Æmil. lib. 1. Chlothario trientem Eccleſiarum ablaturo obſiſtit Iniurioſus Epiſcopus.

H

Cap. 3. Chlotharius denique ipſe rex de diuerſis mulieribus ſeptem filios habuit, id eſt de Ingunde, Guntharium, Childericum, Charibertum, Guntchramnum, Sygibertum, & Chlotſindam filiam. De Aregunde vero ſorore Ingundis, Chilpericum. De Chunſena habuit Chramnum. Quæ autem cauſa fuerit vt vxoris ſuæ ſororem acciperet, dicam. Cum iam Ingundem in coniugio accepiſſet, & eam vnico amore diligeret, ſuggeſtionem ab ea accepit dicēte: Fecit Dominus meus de ancilla ſua vt libuit, & ſuo me ſtrato adſciuit: nunc ad complendam mercedem, quid famula tua ſuggerat, audiat Dominus meus rex: Precor vt ſorori meæ ſeruæ veſtræ vtilem

Chlotharij vxores & liberi.

A

atque habentem virum ordinare dignemini, vnde non humiliter, ſed potius exaltata ſeruire fidelius poſſim. Quod ille audiens, cum eſſet nimium luxurioſus, in amorem Arègundis incenditur, & ad villam in qua ipſa reſidebat dirigit, eamque ſibi in matrimonio ſociauit. Qua accepta, ad Ingundem rediens ait, Tractaui mercedem illam implere, quam me tua dulcedo expetiit. Et requirens virum diuitem atque ſapientem, quem tuæ ſorori deberem adiungere, nihil melius quam meipſum inueni, itaque noueris, quia eam coniugem accepi, quod tibi diſplicere non credo, At illa, Quod bonum inquit, videtur in oculis Domini mei, faciat tantum ancilla tua cum gratia regis viuat. Guntharius vero Chramnus atque Childericus, viuente patre mortui ſunt. Exitum vero Chramni in poſterum ſcribemus.

Alboinus nubit Chlotſindæ.

Alboinus quoque rex Longobardorum, Chlotſindam filiam regis accepit. Obiit autem Iniuricſus Epiſcopus vrbis Turonicæ, decimo & ſeptimo Epiſcopatus ſui anno. Cui Baudinus ex domeſtico Chlothatij regis ſucceſſit XVI. poſt exitum beati Martini.

B

Cap. 4. De Britannorum comitibus.

Chanao quoque Britannorum comes tres fratres ſuos interfecit. Volens autem adhuc Maclianum interficere, comprehenſum atque catenis oneratum in carcere detinebat: qui per Felicem Namneticum Epiſcopum à morte liberatus eſt. Poſt hæc iurauit fratri ſuo, vt ei fidelis eſſet: ſed neſcio quo caſu Sacramentum irrumpere voluit. Quod Chanao ſentiens, iterum eum perſequebatur. At ille, cum ſe euadere non poſſe videret, poſt alium comitem regionis illius fugit, nomine Chonomorem. Is cum ſentiret perſecutores eius adpropinquare, ſub terra eum loculo abſcondit, componens deſuper ex more tumulum, paruumque ei ſpiraculum reſeruans vnde halitum reſumere poſſet. Aduenientibus autem perſecutoribus eius, dixerunt: Ecce hic Maclianus mortuus atque ſepultus iacet. Quod illi audientes, atque gaudentes, & ſuper tumulum illum bibentes, renuntiauerunt fratri, cum mortuum eſſe. Quod ille audiens, regnum eius integrúm accepit, nam ſemper Britanni ſub Francorum poteſtate poſt obitum regis Chlodouei fuerunt, & comites, non reges appellati ſunt.

C

Britanni ſubditi Francorum.

Maclianus autem de ſua terra conſorgens, Veneticam vrbem expetiit, ibique tonſuratus & Epiſcopus ordinatus eſt. Mortuo autem Chanaone, hic apoſtatauit, & demiſſis capillis, vxorem quam poſt clericatum reliquerat, cum regno fratris ſimul accepit. Sed ab Epiſcopis excommunicatus eſt: cui qualis fuerit interitus, ſequenter ſcribemus.

Baudinus Epiſcopus obiit.

Obiit autem Baudinus Epiſcopus anno VI. Epiſcopatus ſui: in cuius locum Guntharius abbas ſubrogatur XVII. poſt tranſitum ſancti Martini.

Cap. 5. Lues inguinaria Galli oratione pellitur l. 2. de mir. cap. 15.

Denique cum beatus Quintianus, ſicut ſupra diximus, ab hoc mundo migraſſet, ſanctus Gallus in eius cathedram rege opitulante, ſubſtitutus eſt. Huius tempore, cum lues illa quam Inguinariam vocant, per diuerſas regiones deſæuiret, & maxime tunc Arelatenſem prouinciam depopularetur, ſanctus Gallus non tantum pro ſe, quantum pro populo ſuo trepidus erat. Cumque die noctuque Dominum deprecaretur, vt viuens plebem ſuam vaſtari non cerneret, per viſum noctis apparuit ei Angelus Domini, qui tam cæſariem quam veſtem in ſimilitudine niuis candidam efferebat:

D

Viſio Galli.

& ait ad eum: Benè enim facis ô ſacerdos, quod ſic Dominum pro populo ſupplicas: exaudita eſt enim oratio tua, & ecce eris cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus, nulluſque te viuente in regione iſta ab hac ſtrage deperiet, nunc autem ne timeas: poſt octo vero annos time. Vnde manifeſtum fuit, tranſactis his annis, eum à ſeculo diſceſſurum. Expergefactus autem & Deo gratias pro hac conſolatione agens, quod eum per cœleſtem nuncium confortare dignatus eſt, Rogationes illas inſtituit, vt media quadrageſima pſallendo, ad baſilicam beati Iuliani martyris itinere pedeſtri venirent. Sunt autem in hoc itinere, quaſi ſtadia CCCLX Tunc etiam in ſubita contemplatione, parietes vel domorum vel Eccleſiarum ſignari videbantur. Vnde à ruſticis hæc ſcriptio Thau vocabatur. Cum autem regiones alias, vt diximus, lues illa conſumeret, ad ciuitatem Aruernam, ſancti Galli intercedente oratione, non attigit,

E

Vnde hæc non paruam cenſeo gratiam, qui hoc meruit vt paſtor poſitus oues ſuas deuorari defendente Domino non videret. Cum autem ab hoc mundo migraſſet, & ablutus in Eccleſiam deportatus fuiſſet, Cato presbyter continuo à Clericis de Epiſcopatu laudes accepit: & omnem rem Eccleſiæ tanquam ſi iam eſſet Epiſcopus, in ſuam redegit poteſtatem: ordinatores remouet, miniſtros reſpuit, cuncta per ſe ordinat.

Cap. 6. Cato Epiſcopus deſignatur.

Epiſcopi tamen qui aduenerant ſanctum Gallum ſepeliendum, poſtquam eum ſepelierant, dixerunt Catoni presbytero: Videmus quia te elegit pars maxima populorum: veni, conſenti nobis, & benedicentes conſecremus te ad Epiſcopatum. Rex vero paruulus eſt, & ſi qua tibi adſcribitur culpa, nos ſuſcipientes te ſub defenſione noſtra, cum proceribus & primis regni Theodoualdi regis agemus, nec tibi vlla exerceatur iniuria: nos quoque in totum fideliter crede, vt ſpondeamus pro te omnia, etiam ſi damni aliquid superuenerit, de noſtris propriis facultatibus id reddituros. At ille cothurno vanæ conflatus gloriæ, ait: Noſtis enim fama

F

accurrente, me ab initio ætatis meæ ſemper religioſè vixiſſe, vacaſſe ieiuniis, eleemoſynis delectatum fuiſſe, continuatas ſæpius exercuiſſe vigilias, pſallentio vero iugi crebra perſtitiſſe ſtatione nocturna. Nec me Dominus Deus meus patitur hac ordinatione priuari, cui tantum famulatum exhibui, nam & ipſos clericatus gradus canonica ſum ſemper inſtitutione ſortitus: lector decem annis fui, ſubdiaconatus officium quinque annis miniſtraui, diaconatui vero quindecim annis mancipatus fui, presbyterij autem iam honore viginti annis potior. Quid enim mihi nunc reſtat niſi vt Epiſcopatum quam fideliis ſeruitus promeretur, accipiam? Vos igitur reuertimini ad ciuitates veſtras, & ſi quid vtilitati veſtræ competit, exercete, nam ego canonice adſumpturus ſum hunc honorem. Hæc audientes Epiſcopi, & in eum vanam gloriam execrantes, diſceſſerunt.

Catonis præſumptio.

G

Cap. 7. Cautinus Catoni ſubſtituitur.

Igitur cum conſenſu clericorum ad Epiſcopatum electus, cum adhuc non ordinatus cunctis ipſe præeſſet, Cautino Archidiacono diuerſas minas intendere cœpit, dicens: Ego te remouebo, ego te humiliabo, ego tibi multas neces impendi præcipiam. Cui ille, Gratiam, inquit, tuam Domine piiſſime habere deſidero: quam ſi merear, vnum tibi beneficium præſtabo: ſine vllo enim labore tuo, & abſque vllo dolo, ego ad regem pergam, & Epiſcopatum tibi obtinebo, nihil petens niſi vt promerear gratiam tuam. At ille ſuſpicans eum ſibi velle illudere, hæc valde deſpexit. Hic vero cum ſe cerneret humiliari, atque calumniæ ſubiici, languore ſimulato, & per noctem ciuitatem egrediens, Theodoualdum regem petiit, adnuncians tranſitum ſancti Galli. Quod ille audiens vel qui cum eo erant, conuocatis ſacerdotibus apud Meteoſem ciuitatem, Cautinus Archidiaconus, Epiſcopus ordinatur. Cum autem veniſſent nuncij Catonis presbyteri, hic iam Epiſcopus erat. Tunc ex iuſſu regis traditis ei clericis, & omnibus quæ hi de rebus Eccleſiæ exhibuerant, ordinatiſque qui eum en pergerent Epiſcopis, & camerariis, Aruernos eum direxerunt. Qui à clericis & ciuibus libenter exceptus, Epiſcopus Aruernis eſt datus.

H

Cato recuſat ſubeſſe Cautino.

Grandes poſtea inter ipſum & Catonem presbyterum inimicitiæ, ortæ ſunt; quia nullus vnquam potuit flectere Catonem, vt Epiſcopo ſuo ſubditus eſſet. Nam & diuiſio clericorum facta eſt, & alij Cautino Epiſcopo erant ſubditi, alij Catoni presbytero quod eis fuit maximum detrimentum. Cautinus autem Epiſcopus videns eum nulla ratione poſſe flecti, vt ſibi eſſet ſubditus, tam ei quam amicis eius vel quicunque ei conſentiebant, omnes res Eccleſiæ abſtulit, reliquitque eos inanes ac vacuos. Quicunque tamen ex ipſis ad eum conuertebantur, iterum quod perdiderant recipiebant.

Cap. 8. Hiſp. euerſio.

Regnante vero Agilane apud Hiſpaniam, cum populum grauiſſimo dominationis ſuæ iugo adtareret, exercitus imperatoris Hiſpanias eſt ingreſſus, & ciuitates

aliquas

A aliquas peruaſit. Interfecto autem Agilane, Athanagildus regnum accepit. Qui multa bella contra ipſum exercitum poſtea egit, & eos plerunque deuicit, ciuitateſque quas male peruaſerant, ex parte auferens de poteſtate eorum.

Cap. 9. Theodoualdi fallax auaritia.

THEODOVALDVS vero cum iam adultus eſſet, Vuldetradam duxit vxorem. Hunc Theodoualdum mali fuiſſe ingenij, ita vt iratus cuidam quem ſuſpectum de rebus ſuis habebat, fabulam fingeret, dicens: Serpens ampullam vino plenam reperit, per cuius os ingreſſus, quod intus habebatur auidus hauſit. A quo inflatus vino exire per aditum quo ingreſſus fuerat non valebat. Veniens vero vini Dominus, cum ille exire niteretur, nec poſſet, ait ad ſerpentem, Euome prius quod inglutiſti, & tunc poteris abſcedere liber. Quæ fabula magnum ei timorem atque odium præparauit. Sub eo enim & Bucellinus, cum totam Italiam in Francorum regnum redegiſſet, à Narſete interfectus eſt: Italia ad partem imperatoris capta: nec fuit qui eam vltra reciperet. Sub huius tempore vuas in arbore quam ſambucum vocamus, abſque vitis coniunctione natas vidimus: & flores ipſarum arborum, quæ nigra, vt noſtis, grana proferre ſolitæ ſunt, racemorum grana dederunt. Tunc & in circulum lunæ quintæ, ſtella ex aduerſo veniens introiſſe viſa eſt. Credo hæc ſigna mortem ipſius regis adnunciaſſe. Ipſe vero valde infirmatus, à cinctura deorſum ſe volutare non poterat. Qui paulatim decidens, ſeptimo regni ſui anno mortuus eſt, regnumque eius Chlotharius rex accepit, copulans Vuldotradam vxorem eius ſtrato ſuo. Sed increpitus à ſacerdotibus, reliquit eam, dans ei Garinaldum ducem, dirigenſque Aruernos Chramnum filium ſuum.

Sambucus protulit vuam. B

Theod. obiit.

Cap. 10. Saxonum rebellio.

Eo anno rebellantibus Saxonibus, Chlotharius rex commoto contra eos exercitu, maximam eorum partem deleuit, peruagans totam Thoringiam ac deuaſtans, pro eo quod Saxonibus ſupperias præſtitiſſent.

Cap. 11. C

Decedente vero apud vrbem Turonicam Gunthario Epiſcopo, per emiſſionem, vt ferunt, Cautini Epiſcopi, Cato presbyter ad gubernandam Turonicæ vrbis Eccleſiam petebatur. Vnde factum eſt, vt coniuncti clerici cum Leubaſte martyrario & abbate, cum magno apparatu Aruernum properarent. Cumque Catoni regis voluntatem patefeciſſent, ſuſpendit eos à reſponſo paucis diebus. Hi vero regredi cupientes, dicunt: Pande nobis voluntatem tuam, vt ſciamus quid debeamus ſequi: alioquin reuertimur ad propria. Non enim noſtra te voluntate expetiuimus, ſed regis præceptione. At ille, vt erat vanæ gloriæ cupidus, adunata pauperum caterua, clamorem dari præcepit his verbis: Cur nos deſeris bone pater filios, quos nunc vſque educaſti? Quis nos cibo potuque reficiet, ſi tu abieris? rogamus ne nos relinquas, quos alere conſueſti. Tunc ille conuerſus ad clerum Turonicum ait: Videtis nunc fratres chariſſimi, qualiter hæc multitudo pauperum me diligit: non poſſum eos relinquere & ire vobiſcum. Iſtud hi reſponſum accipientes, regreſſi ſunt Turonos. Cato autem amicitias cum Chramno nexuerat, promiſſionem ab eo accipiens, vt ſi contigerit in articulo temporis illius regem mori Chlotharium, ſtatim eiecto

D Cautino ab Epiſcopatu iſte præponeretur Eccleſiæ. Sed qui cathedram beati Martini contemptui habuit; quam voluit non accepit: impleturque eſt in eo quod David cecinit dicens: Noluit benedictionem, & prolongabitur ab eo, erat enim vanitatis cothurno elatus, nullum ſibi putans in ſanctitate haberi præſtantiorem. nam quadam vice conductam pecunia mulierem clamare fecit in Eccleſia, quaſi per energiam, & ſe ſanctum magnum, Deoque charum conſiteri. Cautinum autem Epiſcopum omnibus ſceleribus criminoſum, indignumque qui ſacerdotium debuiſſet adipiſci.

Cato ſubornat mulierem ad miraculum.

Cap. 12. Cautinus vinolentus.

Denique Cautinus adſumpto Epiſcopatu, talem ſe reddidit, vt ab omnibus execraretur, vino vltra modum deditus, nam plerumque in tantum infundebatur potu, vt de conuiuio vix à quatuor portaretur. Vnde factum eſt vt epilepticus fieret in ſequenti: quod ſæpius populis manifeſtatum fuit, erat enim & auaritiæ in tantum incumbens vt cuiuſcunque poſſeſſionis fines eius E termino adhæſiſſent: interitum ſibi putaret ſi ab eiſdem aliquid non minuiſſet, & à maioribus quidem cum rixa & ſcandalo auferebat: à minoribus autem violenter diripiebat. Quibus & à quibus, vt Sollius noſter ait, nec dabat precia contemnens, nec accipiebat inſtrumenta deſperans. Erat enim tunc temporis Anaſtaſius presbyter, ingenuus genere, qui per chartas glorioſæ memoriæ Chrothildis reginæ, proprietatem aliquam poſſidebat: quem plerunque conuentum Epiſcopus rogabat humiliter ac ſuppliciter: vt ei chartas ſupradictæ reginæ daret, ſibique poſſeſſionem hanc ſubderet: ſed illic cum voluntatem Sacerdotis ſui implere differret, cumque Epiſcopus nunc blanditiis prouocaret, nunc minis terreret, ad vltimum inuitum vrbi exhiberi præcepit, ibique impudenter teneri: & niſi inſtrumenta daret, iniuriis adfici, & fame necari iuſſit. Sed ille virili repugnans ſpiritu, nunquam præbuit inſtrumenta, dicens: Satius ſibi eſſe ad tempus inedia tabeſcere, quam ſobolem in poſterum miſeram derelinqui. Tunc ex iuſſu F Epiſcopi traditur cuſtodibus vt niſi has chartulas proderet, fame necaretur. Erat enim ad baſilicam ſancti Caſſii martyris crypta antiquiſſima abditiſſimaque, vbi erat ſepulchrum magnum ex marmore Pario, in quo grandæui cuiuſdam hominis corpus poſitum videbatur. In hoc ſepulchro ſuper ſepultum viuens presbyter ſepelitur, operiturque lapide quo prius ſarcophagum fuit obtectum, datis ante oſtium cuſtodibus. Sed cuſtodes fiſi quod lapide premeretur, cum eſſet hyems, accenſo igne, vino ſopiti calido obdormiunt. At presbyter tanquam nouus Ionas velut de ventre Inferi, ita de concluſione tumuli Domini miſericordiam flagitabat. Et quia ſpacioſum erat, vt diximus ſarcophagum, etſi ſe integrum vertere non poterat, manus tamen in parte qua voluiſſet libere extendebat. Manabat enim ex oſſibus mortuis, vt ipſe referre erat ſolitus, fœtor lethalis, qui non ſolum externa, verumetiam interna viſcerum quatiebat. Cumque pallio aditus narium obſeraret, quamdiu flatum continere poterat, nihil peſſimum ſentiebat: vbi G autem ſe quaſi ſuffocari putabat, remoto paululum ab ore pallio, non modo per os, aut per nares, verumetiam per ipſas, vt ita dicam, aures, odorem peſtiferum hauriebat. Quid plura? Quando diuinitati, vt credo, condoluit manum dexteram ad ſpondam ſarcophagi tetendit, reperitque vectem, qui decedente opertorio, inter ipſum ac labium ſepulchri remanſerat. Quem paulatim commouens: ſenſit cooperante Dei adiutorio lapidem amoueri. Verum vbi ita remotus fuit, vt presbyter caput foras educeret, maiorem quo totus egrederetur aditum liberius patefecit: interea operientibus nocturnis tenebris diem nec adhuc vſquequaque diffuſis, aliud cryptæ oſtium petit: erat enim ſeris fortiſſimis clauiſque firmiſſimis obſeratum: verumtamen non erat ita leuigatum, vt inter tabulas aſpicere homo non poſſet. Ad hos aditus presbyter caput reclinat, aduertitque hominem viam prætereuntem. Hunc licet voce tenui vocat. Exaudit ille, nec mora, ſecurim manu te- H nens ſudes ligneas quibus ſeræ continebantur, incidit, aditumque presbytero patefecit. At ille de nocte conſurgens, ad domum pergit, ſatis virum obſecrans, ne de eo cuiquam aliquid enarraret. Domum igitur ſuam ingreſſus, inquiſitis chartis quas ei memorata regina tradiderat, ad Chlotharium regem defert, indicans qualiter ab Epiſcopo ſuo viuens ſepulturæ fuerat mancipatus. Stupeſcentibus autem omnibus, & dicentibus, nunquam vel Neronem vel Herodem tale facinus perpetraſſe, vt homo viuens ſepulchro recondereur, aduenit ad Chlotharium regem Cautinus Epiſcopus. Sed accuſante presbytero, victus confuſuſque diſceſſit. Preſbyter autem acceptis à rege præceptionibus, res ſuas vt libuit defenſauit, poſſeditque ac ſuis poſteris dereliquit. In Cautino autem nihil ſancti, nihil penſi fuit, de omnibus enim ſcripturis tam Eccleſiaſticis quam ſecularibus, ad plene immunis fuit: Iudæis valde charus ac ſubditus

Presbyter viuus ſepelitur.

A

erat, non pro ſalute, vt paſtoris cure debet eſſe ſollicite, ſed pro comparandis ſpeciebus, ques cum bic blandiretur, & illi ſe aduſetoces manifeſtiſſime declararent, maiori quam conſtabant precio venundabant. Chramnus vero his diebus epud Aruernum reſidebat, multæ enim ceuſæ tunc per eum irretionabiliter gerebantur, & ob hoc celerius ablatus eſt de mundo. multum enim maledicebatur à populo: nullum autem hominem diligebat, a quo conſilium bonum vtileque poſſet accipere, niſi collectas viles perſonas ætate iuuenili fluctuantes fouebat & diligebat, eorumque conſilium audiens, ita vt filias ſeuetorum dans prædonibus, eiſdem vi detrahi iuberet. Firminum à comitetu vrbis grauiter iniuriatum abegit, & Saluſtium Euodij filium ſubrogauit. Sed Firminus cum ſocru ſua Eccleſiam petiit. Erant eutem quadregeſimæ dies: & Cautinus Epiſcopus, in Briuarenſem diœceſin pſallendo adire diſpoſuerat, iuxta Inſtitutionem ſanct Galli, ſicut ſupraſcripſimus. Egreſſus eſt igitur Epiſcopus ab vrbe cum magnu fletu, metuens ne eliquid in itinere aduerſi perferret: intendebat enim & ipſe rex Chramnus minas. Qui dum iter ageret, miſit res Imnacharium & Scaptarium primos de latere ſuo, dicens: Ite & vi abſtrahite Firminum, Cæſariamque ſocrum eius de Eccleſia. Deſcendente vero Epiſcopo cum pſallentio, ſicut ſupre memorauimus, hi qui miſſi fuerant à Chramno, ingrediuntur Eccleſiam, ac Firminum Cæſariamque variis collocutionum dolis mulcere tentant. Verum vbi diutiſſime, alia es aliis deambulantes per Eccleſiam colloquuntur, & in hoc qui confugerant, intenderent ex animo quæ dicebantur ad regias ædis ſacræ quæ tunc reſeratæ fuerant, adpropinquant. Tunc Imnacharius Firminum, Scaptarius Cæſariam adpreheuſos, inter brachia ab Eccleſia eiiciunt, paratis puerie qui ſuſciperent: quos ſtatim in exilium direxerunt. Sed de altera depreſſis ſomno cuſtodibus, ipſi ſe liberos ſentientes, ad beati Iuliani baſilicem confugiunt, & ſic ab exilio liberantur, res tamen eorum fiſco collatæ ſunt. Cantinus eutem

C

Epiſcopus, cum ſuſpectus eſſet, quod & ipſe iniuriaretur, ac memoratum iter terens equum haberet ſtratum, vidit poſt tergum homines venientes cum caballis, quod ad occurſum eius veniebant & ait: Væ mihi, quia hi ſunt quos Chramnus direxit ad me comprehendendum. Et aſcenſo equo, relicto pſallentio, ſolus vſque in porticum baſilicæ ſancti Iuliani, embobus vrgens calcaneis cornipedem, pene exanimis percurrit. Sed nos hæc narrantes, Salluſtij ſententiam, quam in detractores hiſtoriographorum protulit, memorauimus, ait enim: Arduum videtur res geſtas ſcribere, primum quod facta dictis exequenda ſunt: deinde quia plerique delicta quæ reprehenderis, maleuolentia & inuidia dicta putant. Sed cœpta ſequamur.

Hiſtoricis quid neceſſarium.

Cap. 14. Chlotharius expeditionem parat in Saxones.

Igitur Chlotharius poſt mortem Theodoualdi, cum regnum Franciæ ſuſcepiſſet, atque illud circuiret, audiuit à ſuis iterata inſania efferueſcere Saxones, ſibique eſſe rebelles, & quod tributa quæ annis ſingulis conſueuerant miniſtrare, contemnerent reddere. His incitatus verbis, ed eos dirigit. Cumque iam prope terminum illorum eſſet, Saxones legatos ed eum mittunt, dicentes: Non enim ſumus contemptores tui, & ea quæ fratribus ac nepotibus tuis reddere conſueuimus, non negamus, & maiora edhuc ſi quæſieris reddemus: vnum tantum expoſcimus, vt ſit pax, ne tuus exercitus & noſter populus collidatur. Hæc audiens Chlotharius rex, ait ſuis: Bene loquuntur hi homines, non incedamus ſoper eos, ne forte peccemus in Deum, at illi dixerunt: Scimus enim, eos mendaces, nec omnino quod promiſerint impleturos: eamus ſuper eos. Rurſum Saxones obtulerunt medietatem facultatis ſuæ, pacem petentes. Et Chlotharius rex ait ſuis: Deſiſtite quæſo eb his hominibus, ne ſuper nos Dei ira concitetur. Quod illi non adquieuerunt. Rurſum Saxones obtulerunt veſtimenta, pecora, vel omne corpus facultatis ſuæ, dicentes: Hæc omnia tollite cum medietate terræ noſtræ: tantum vxores & paruulos noſtros relinquite liberos, & bellum in-

Saxones iniquè & crudeliter ſpoliantur.

E

ter nos non committatur. Franci autem nec hoc adquieſcere voluerunt. Quibus ait Chlotharius rex, Deſiſtite quæſo, deſiſtite ab hac intentione, verbum enim directum non habemus, nolite ad bellum ire in quo diſperdamini. Tamen ſi eo ire volueritis, ſpontanea voluntate ego non ſequar. Tunc illi ira commoti contra Chlotharium regem, ſuper eum irruunt, & ſcindentes tentorium eius, ipſum quoque conuiciis exaſperantes, ac vi detrahentes, interficere voluerunt, ſi cunctantius ab ire differret. Hæc videns Chlotharius, inuitus fuit cum eis. At illi inito certamine, maxima ab aduerſarus internecione cæduntur: tantaque ab vtroque exercitu multitudo cecidit, vt nec æſtimari nec numerari penitus poſſit. Tunc Chlotharius valde confuſus pacem petiit, dicens, ſe non ſua voluntate ſuper eos veniſſe. Qua obtenta, ad propria rediit.

Cap. 15. Euphronius Epiſcoparur.

Turonici eutem audientes regreſſum fuiſſe regem de cæde Saxonum, facto conſenſu in Eufronium presbyterum, ad eum pergunt, dataque ſuggeſtione, reſpondit rex: Præceperam enim vt Cato presbyter illic ordinaretur, & cur eſt ſpreta iuſſio noſtra? Reſponderunt ei: Petiuimus enim eum, ſed noluit venire. Hæc illis dicentibus, aduenit ſubito Cato presbyter, deprecans regem, vt eiecto Cautino, ipſum Aruerno iuberet inſtitui. Quod rege irridente, petiit iterum vt Turonis ordinaretur, quod ante deſpexerat. Cui rex ait: Ego primum præcepi, vt Turonis te ed Epiſcopatum conſecrarent: ſed quantum audio, deſpectui habuiſti Eccleſiam illam, ideoque elongaberis à dominatione eius, & ſic confuſus abſceſſit. De ſancto vero Eufronio interrogans, dixerunt, eum nepotem eſſe beati Gregorij, cuius ſupra meminimus. Reſpondit rex, Prima hæc eſt & magna generatio. Fiet voluntas Dei, & B. Martini, electio compleatur: & data præceptione, XVIII. poſt B. Martinum ſanctus Eufronius ordinatur Epiſcopus.

F

Cap. 16. Chramnus ægrotat.

Chramnus autem apud Aruernos, diuerſa vt diximus, exercebat mala, ſemper aduerſus Cautinum Epiſcopum inuidiam tenens. Eo tempore grauiter ægrotauit, ita vt capilli eius à nimia febre deciderent. Habebat autem tunc ſecum virum magnificum, & in omni bonitate perſpicuum ciuem Aruernum, Aſcouindum nomine, qui eum vi ab hac malitia quærebat auertere, ſed non poterat. Habebat enim & Leonem Pictauenſem, ad omnia mala perpetranda grauem ſtimulum, qui nominis ſui tanquam leo erat in omni cupiditate ſæuiſſimus. Hic fertur quadam vice dixiſſe, quod Martinus & Martialis confeſſores Domini, nihil fiſci viribus vtile reliquiſſent. Sed ſtatim percuſſus à virtute confeſſorum, ſurdus & mutus effectus, amens eſt mortuus. Venit enim miſer ad baſilicam S. Martini Turonos, celebrauitq; vigilias, dedit munera: ſed non eum reſpexit virtus conſueta: cum ipſa enim qua venerat infirmitate, regreſſus eſt. Chramnus autẽ ab Aruerno regreſſus ad Pictauorum ciuitatem venit. Vbi cum in magna potentia reſideret, ſeductus per malorum conſilium, ad Childebertum patruum ſuum tranſire cupit, patri inſidias parare diſponens. Ille vero doloſè quidem, ſed ſuſcipere illum promittit, quem monere ſpiritualiter debuerat, ne patri exiſteret inimicus. Tunc per occultos nuncios inter ſe coniurati, contra Chlotharium vnanimiter conſpiterunt. Sed nec memor fuit Childebertus, quod quotieſcunque aduerſus fratrem ſuum egit ſemper confuſus abſceſſit. Chramnus vero hoc fœdere intro Lemouicinum rediit, & illud per quod prius ambulauerat in regno patris ſui, in ſua dominatione redegit. Tunc Aruernus populus intra muros tenebatur incluſus, & diuerſis infirmitatibus oppreſſus grauiter interibat. Porro Chlotharius rex duos filios ſuos, id eſt Charibertum & Guntchramnum ad eum dirigit. Qui per Aruernum venientes, audienteſque quod in Lemouicino eſſet, vſque ad montem quem Nigrum nomine dicunt, accedunt, eumque reperiunt. Figenteſque tentoria, contra ſe reſederunt, mittentes legationem, vt res paternas quas male peruaſerat, reddere deberet: ſin autem aliud, campum præpararet ad bellum. Cumque ille patri ſubditum ſe eſſe confingeret, diceretque, Omne

Leo blaſphemans obſurduit.

G

H

A quod circumini laxare non potero, ſed ſub mea hac poteſtate cum gratia patris mei cupio retinere, illi vt prælium hoc inter ipſos diiudicaret, poſtulant. Cumque moto vtrinque exercitu cũ magno armorum apparatu, ad bellum conueniſſent, ſubito exorta tempeſtas cum graui coruſcatione atque tonitruo, eos ne pugnarent inhibuit. *Pugnam diſſoluit cœli tempeſtas.* Redeuntes autem ad caſtra Chramnus doloſe per extraneam perſonam, patris mortem fratribus pronunciat. Eo enim tempore bellum contra Saxones, quod ſupra diximus, gerebatur. At illi timentes, cum ſumma velocitate Burgundiam redierunt. Chramnus verò cum exercitu poſt eos dirigens, vſque ciuitatem Cauillonenſem venit, eamque obſidens adquirſiuit. Exinde vſque Diuionenſe caſtrum pertendit, ibique cum die dominico adueniſſet, quid geſtum fuerit dicam. Erat ibi tunc Sanctus Tetricus Epiſcopus, cuius in ſuperiori libello memoriam fecimus, poſitis clerici tribus libris ſuper altarium, id eſt, Prophetiæ, Apoſtoli, atque Euangeliorum, orauerunt ad Dominum, vt Chramno quid eueniret oſtenderet: aut ſi ei fœlicitas ſuccederet, aut certe ſi regnare poſſet, diuina potentia declararet. *Auſpicium Euág. & proph.* *B* Simulque vnam habentes conniuentiam, vt vnuſquiſque in libro quod primum aperiebat, hoc ad Miſſas etiam legeret. Aperto ergo primum omnium Prophetarum libro, reperiunt: Auferam maceriam eius, & erit in deſolationem pro eo quod debuit facere vuam, fecit autem labruſcam. Reſeratoque Apoſtoli libro inueniunt: Ipſi enim diligenter fratres, quia dies Domini ſicut fur in nocte, ita veniet, cum dixerint, Pax & ſecuritas, tunc repentinus illis ſuperueniet interitus: ſicut dolores parturientis, & non effugient. Dominus autem per Euangelium ait: Qui non audit verba mea, adſimilabitur viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam: deſcendit pluuia, aduenerunt flumina, flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit & facta eſt ruina eius magna. Chramnus vero ad baſilicas ab antedicto Sacerdote ſuſceptus eſt, ibique comedens panem ad Childebertum pertendit. *C* Intra tamen muros Diuionenſes non eſt permiſſos intrare. Fortiter tunc rex Chlotharius contra Saxones decertabat. Saxones enim vt adſerunt, per Childebertum commoti atque indignantes, contra Francos ſuperiori anno, exeunteſque de regione ſua in Franciam venerunt, & vſque ad Nuſiam ciuitatem prædas egerunt, nimiumque grande ſcelus perpetrati ſunt.

Cap. 17. Chramnus ad Childebert. venit. Tunc Chramnus iam accepta VVillacharij filia, Pariſios accedens, ſecum Childebertum regem conſtringit in fide atque charitate, iurans ſe patri eſſe certiſſimum inimicum. Childebertus autem rex, dum Chlotharius contra Saxones decertaret, in Campaniam Remenſem accedit, & vſque Remos ciuitatem properans cuncta prædis atque incendio deuaſtauit. Audierat enim fratrem ſuum à Saxonibus fuiſſe peremptum, & regi ſuo cuncta ſubiici æſtimans, quæ adire potuit, vniuerſa peruaſit.

Cap. 18. Auſtrapius incarceratur. Tunc & Auſtrapius dux Chramnum metuens, in baſilicam ſancti Martini confugit: cui tali in tribulatione poſito, non defuit diuinum auxilium, *D* nam cum Chramnus ita eum conſtringi iuſſiſſet, vt nullus illi alimenta præbere præſumeret: & ita arctius cuſtodiretur, vt nec aquam quidem ei haurire liceret, quo facilius compulſus inedia, ipſe ſponte ſua de baſilica ſancta periturus exiret, accedens quidam vaſculum illi cum aqua semiuiuo detulit ad potandum. Quo accepto, velociter iudex loci aduolat, ereptumque de manu eius, terræ diffudit. Quod velox Dei vltio & Beati antiſtitis virtus eſt ſubſecuta, ea namque die iudex qui iſta geſſerat, correptus à febre, nocte media expirauit: nec peruenit in craſtinum, ad illam horam qua in Baſilica ſancti poculum de manu excuſſerat fugitiui. Poſt iſtud miraculum omnes ei opulentiſſime quæ erant neceſſaria, detulerunt. Redeunte autem in regnum ſuum rege Chlothario, magnus cum eo eſt habitus. Tempore vero eius, ad clericatum accedens apud Sellenſe caſtrum, quod in Pictaua habetur diœceſi, ordinatur: futurum vt decedente Pientio antiſtite, qui tunc Pictauam regebat Eccleſiam, ipſe ſuccederet. *E* *Paſcentius.* Sed rex Charibertus in aliud vertit ſententiam. Denique cum Pientius Epiſcopus ab hac luce migraſſet, apud Pariſios ciuitatem Paſcentius, qui tunc abbas erat Baſilicæ S. Hilarij, ei ſuccedit, ex iuſſu regis Chariberti, clamante Auſtrapio ſibi hunc redhiberi locum: ſed parum ei iactati profuere ſermones. Ipſe quoque regreſſus ad caſtrum ſuum, mota ſuper ſe Theifalorũ ſeditione, quos ſæpe grauauerat, lancea ſauciatus crudeliter vitam finiuit. Diœceſes vero ſuas Eccleſia Pictaua recepit.

Cap. 19. Medardi obitus. Tempore quoque Chlotharij regis, S. Dei Medardus Epiſcopus, conſummato boni operis curſu, & plenus dierum, ſanctitate præcipuus, diem obiit. Quem Chlotharius rex cũ ſummo honore apud Sueſſionas ciuitatẽ ſepeliuit, & baſilicam ſuper eum fabricare cœpit: quam poſtea Sygibertus filius eius expleuit atque compoſuit. Ad cuius B. Sepulchrum, vidimus vinctorum compedes atque catenas diſruptas confractaſque iacere, quæ vſque hodie in teſtimonium virtutis eius, ad ipſum B. ſepulchrum reſeruantur: ſed ad ſuperiora redeamus. *F*

Cap. 20. Childebertus moritur. Childebertus igitur rex ægrotare cœpit, & cum diutiſſime apud Pariſios lectulo decubaſſet, obiit: & ad Baſilicam Beati Vincentij, quam ipſe conſtruxerat, eſt ſepultus. Cuius regnum & theſauros Chlotharius rex accepit: Vultrogotham vero & filias eius duas, in exilium poſuit. Chramnus autem patri repræſentatur, ſed poſtea infidelis extitit. Cumque ſe cerneret euadere non poſſe, Britannias petiit, ibique cũ Conoobro Britannorum comite, ipſe & vxor eius ac filiæ, latuerunt. VVilliacharius autem ſocer eius, ad baſilicã S. Martini confugit. Tunc S. Baſilica à peccatis populi ac ludibriis quæ in ea fiebant, per VVilliacharium coniugemque eius ſuccenſa eſt, quod non ſine graui ſuſpirio memoramus. Sed & ciuitas Turonica ante annum iam igni conſumpta fuerat, & totæ Eccleſiæ in eadem conſtructæ, deſertæ & relictæ ſunt. *Turonicum incendium.* Protinus B. Martini baſilica ordinante Chlothario rege, ſtamno cooperta eſt, & in illa qua prius fuerat elegantia, reparata. *G* Tunc duæ acies locuſtarum apparuerunt, quæ per Aruernum atque Lemouicinum tranſeuntes, vt ferunt, Romaniacum campum venerunt, in quo prælio magno inter ſe acto maximæ ſunt colliſæ. *Locuſtarum acies.* Chlotharius autem rex contra Chramnum frendens, cum exercitu aduerſus eum in Britanniam dirigit. Sed nec ille contra patrem egredi timuit. Cumque in vno campo conglobatus vterque reſideret exercitus, & Chramnus cum Britannis contra patrem aciem inſtruxiſſet, incumbente nocte à bello ceſſatum eſt: ea quoque nocte Conoober comes Britannorum dicit ad Chramnum: Iniuſtum cenſeo te contra patrem tuum debere egredi. *Chramnus cum vxore & filiabus crematur.* Permitte me hac nocte, vt irruam ſuper eum, ipſumque cum toto exercitu proſternam. Quod Chramnus (vt credo) virtute Dei præuentus, fieri non permiſit: mane autem facto vterque commoto exercitu ad bellum contra ſe properant. Ibatque Chlotharius rex tanquam nouus Dauid contra Abſalonem filium pugnaturus, plangens atque dicens: Reſpice Domine de cœlo, & iudica cauſam meam, quia iniuſte à filio iniurias patior. *H* reſpice & iudica iuſte: illudque impone iudicium, quod quondam inter Abſalonem & patrem eius Dauid poſuiſti. Confligentibus igitur pariter Britannorum comes terga vertit, ibique & cecidit: denique Chramnus fugam iniit, naues in mari paratas habens, ſed dum vxorem & filias ſuas liberare voluit, ab exercitu patris oppreſſus, captus atque ligatus eſt. Quod cum Chlothario Regi nunciatum fuiſſet, iuſſit eum cum vxore & filiabus igni conſumi: incluſiſque in tugurio cuiuſdam pauperculæ, Chramnus ſuper ſcamnum extenſus orario ſuggillatus eſt, & ſic poſtea ſuper eos incenſa caſula, cum vxore & filiabus interiit.

Cap. 21. Chlotharius delicta confitetur. Rex vero Chlotharius anno quinquageſimo primo regni ſui, cum multis muneribus limina B. Martini expetiit & adueniens Turonos ad ſepulchrum antedicti antiſtitis, cunctas actiones quas fortaſſe negligenter

A

getat, replicans, & orans cum grandi gemitu, vt pro ſuis culpis Beatus confeſſor Domini miſericordiam exoraret, & ea quæ irrationabiliter commiſerat, ſuo obtentu dilueret. Exin regreſſus, quinquageſimo primo regni ſui anno, dum in Cotia ſilua venationem exerceret, a febre corripitur, & exinde Compendium villam redit: in qua cum grauiter vexaretur à febre, aiebat, Vua quid putatis? qualis eſt ille Rex cœleſtis, qui ſic tam magnos reges interficit? in hoc enim tædio poſitus, ſpiritum exhalauit. Quem quatuor filij ſui cum magno honore Sueſſionas deferentes, in baſilica Beati Medardi ſepelierunt. Obiit autem poſt vnum decurrentis anni diem, quo Chramnus fuerat interfectus

Cap. 22. Clotharij filij regnum diuidunt

Chilpericus vero poſt patris funera, theſauros qui in villa Brannaco erāt congregari, accepit, & ad Francos vtiliores petiit, ipſoſque muneribus mollitus ſibi ſubdit. Et mox Pariſios ingreditur, ſedemque Childeberti regis occupat, ſed non diu hoc ei licuit poſſidere, nam coniuncti fratres eius, eū exinde repulere, & ſic

B

inter ſe hi quatuor, id eſt, Charibertus, Gunthchramnus, Chilpericus, atque Sygebertus, diuiſionem legitimam faciunt: deditque ſors Chariberto regnum Childeberti ſedemque habere Pariſios: Gunthchramno vero regnum Chlodomeris, ac tenere ſedem Aurelianenſem: Chilperico vero, regnum Chlotharij patris eius, cathedramque Sueſſionas habere: Sygiberto quoque regnum Theodorici, ſedemque habere Remenſem.

Cap. 23. Sygibertus vicit Hunos & Chilpericum.

Nam poſt mortem Chlotharij regis Chuni Gallias appetunt, contra quos Sygibertus exercitum dirigit, & geſto contra eos bello, vicit atque fugauit: ſed poſtea rex eorum amicitias cum eodem per legatos meruit. Dum autem cum eis turbatus eſſet Sygibertus, Chilpericus frater eius Remos peruadit, & alias ciuitates quæ ad eum pertinebāt, abſtulit. Ex hoc enim inter eos, quod peius eſt, bellum ciuile ſurrexit. Rediens autem Sygibertus victor à Chunis Sueſſionas ciuitatem occupat, ibique inuentum Theodobertum Chilperici regis filium apprehendit, & in exilium tranſmittit. Accedens autem

C

contra Chilpericum, bellum commouit: quo victo atque fugato, ciuitates ſuas in ſuam dominationem reſtituit Theodobertum vero filium illius, apud Ponticonem villam cuſtodiri iuſſit per annum integrum, quem poſtea, vt erat clemens, muneribus ditatum patri reddidit ſanum: dato tamen ſibi Sacramento, ne vnquam contra eum agere deberet, quod poſtea peccatis facientibus eſt irruptum.

Cap. 24.

Cum autem Gunthchramnus rex regni partem, ſicut fratres ſui obtinuiſſet, amoto Agroecula patritio, Celſum patritiatus honore donauit, virum proceram ſtatura, in ſcapulis validum, lacerto robuſtum, in verbis tumidum, in reſponſis opportunum, iuris lectione peritum: cui tanta deinceps habendi cupiditas extitit, vt ſæpius Eccleſiarum res auferens, ſuis ditionibus ſubiugatit, Nam cum audiſſet quadam vice Eſaiæ Prophetæ lectionem in Eccleſia legi, in qua ait: Væ his qui iungunt domum ad domum, & agrum ad agrum copulant vſque ad terminum loci, exclamaſſe fertur: Incongrue hoc, Væ mihi & filiis meis. Sed reliquit filium, qui abſque liberis functus, maximam partem facultatis Eccleſiis quas pater expoliauerat, dereliquit.

Celſi ſacrilegi vox impia.

D

Cap. 25. Gunthchramni vxores.

Gunthchramnus autem rex bonus, primo Venerandam cuiuſdam ſuorum ancillam, pro concubina thoro ſubiunxit, de qua Gundobaldum filium ſuſcepit. Poſtea vero Marcatrudem filiam Magnarij in matrimonium accepit. Gundobaldum vero filium ſuum Aurelianis tranſmiſit: Æmula autem Marcatrudis poſt habitum filium, in huius mortem graſſatur: & tranſmiſſum (vt aiunt) venenum in potum ei dari curauit. Quo mortuo ipſa iudicio Dei filium ſuum quem habebat perdidit, & odium regis incurrit, dimiſſaque ab eodem, non multo poſt tempore mortua eſt. Poſt quam rex Auſtrigildem cognomento Bobilam accepit, de qua iterum duos filios habuit, quorum ſenior Chlotharius, iunior Chlodomeris dicebatur.

E

Cap. 26. Hariberti vxores.

Porro Haribertus rex Ingobergam accepit vxorem, de qua filiam habuit, quæ poſtea in Cantia virum accipiens eſt deducta. Habebat tunc temporis Ingoberga in ſeruitium ſuum duas puellas pauperis cuiuſdam filias, quarum prima vocabatur Marcouefa religioſam veſtem habens, alia vero Meroſledis, in quarum amore rex valde detinebatur: erant enim vt diximus, artificis lanarij filiæ. Æmula ex hoc Ingoberga, quod à rege diligerentur, patrem earum ſecretius operari fecit, futurum vt dum hæc rex cerneret, odio filias eius haberet, quo operante vocauit regem. Ille autem ſperans aliquid noui videre, aſpicit hunc eminus laſcias regias componentem: quod videns commotus in ira, reliquit Ingobergam, & Meroſledem accepit. Habuit & aliam puellam Opilionis filiam nomine Theodogildem, de qua & fertur filium habuiſſe, qui vt proceſſit ex aluo, protinus delatus eſt ad ſepulchrum. Huius regis tempore apud vrbem Sanctonicam Leontius congregatis

F

Emerius Epiſcopatu deiicitur.

Prouinciæ ſuæ Epiſcopis, Emerium ab Epiſcopatu depulit, adſerens non canonice eum fuiſſe hoc honore donatum. Decretum enim regis Chlotharij habuerat, vt abſque metropolitani conſilio benediceretur, qui non erat præſens: quo eiecto conſenſum fecere in Heraclium tunc Burdegalenſis vrbis presbyterum, quod regi Hariberto ſubſcriptum propriis manibus per nuncupatum presbyterum tranſmiſerunt: qui veniens Turonos rem geſtam Beato Euſronio pandit, deprecans vt hoc conſenſum ſubſcribere dignaretur, quod vir Dei manifeſte reſpuit. Igitur poſtquam presbyter Pariſiacæ vrbis portas ingreſſus regis præſentiam adiit, hæc effatus eſt: Salue rex glorioſe: ſedes enim Apoſtolica eminentiæ tuæ ſalutem mittit vberrimam Cui ille, Nunquid, ait, Turonicam adiſti vrbem, vt Papæ illius nobis ſalutem deferas? Pater (inquit presbyter) tuus Leontius cum prouincialibus ſuis ſalutem tibi mittit, indicans Æmulium (ſic enim vocitare conſueuerant Emerium in infantia ſua) eiectum ab Epiſcopatu, pro eo quod prætermiſſa canonum ſanctione vrbis Sanctonicæ Epiſcopatum ambiiit: ideoque conſenſum ad te direxerunt, vt alius in loco eius ſubſtituatur: quo fiat vt dum tranſ-

De eo ipſo Leontio vit. Epiſcop. lib. 2 ſcripſit Fortunatus.

G

greſſores canonum regulariter arguuntur, regni veſtri potentia æuis prolixioribus propagetur. Hæc eo dicente frendens rex eum à ſuis conſpectibus extrahi iuſſit, & plauſtro ſpinis ſuppleto imponi deſuper, & in exilium protrudi præcepit, dicens: putaſne quod non eſt ſuper quiſquam de filiis Chlotharij regis, qui patris facta cuſtodiat, quod hi Epiſcopum, quem eius voluntas elegit, abſque noſtro iudicio proiecerunt? & ſtatim directis viris religioſis, Epiſcopum in loco reſtituit, dirigens etiam quoſdam de camerariis ſuis, qui exactis à Leontio Epiſc. mille aureis, reliquos iuxta poſſibilitatem condemnarent Epiſcopos, & ſic patris eſt vltus iniuriam. Poſt hæc Marcouei Fameroſledis ſcilicet ſororem, coniugio copulauit. Pro qua cauſa à ſancto Germano Epiſcopo excommunicatus vterque eſt. Sed cum eam rex relinquere nollet, percuſſa iudicio Dei obiit. Nec multo poſt & ipſe rex poſt eam deceſſit Charibertus; cuius poſt obitum Theodogildis vna reginarum eius nuncios ad Gunthchramnum regem dirigit, ſe vltro offerens

H

Charibertus moritur.

matrimonio eius. Quibus rex hoc reddidit in reſponſis: Accedere ad me ei non pigeat cū theſauris ſuis: ego enim accipiam eam, faciamque magnam in populis, vt ſcilicet maiore mecum honore quā cum germano meo, qui nuper defunctus eſt, potiatur. At illa gauiſa collectis omnibus, ad eum profecta eſt. Quod cernens rex ait: Rectius eſt enim, vt hi theſauri penes me habeantur, quam apud hanc quæ indigne germani mei thorū adiuit. Tunc ablatis multis, paucis relictis, Arelatenſi eam monaſterio deſtinauit. Hæc vero ægre adquieſcens, ieiuniis ac vigiliis adfici, per occultos nuncios Gothum quendam adiuit, promittens ſi ſe in Hiſpanias deductā coniugio copularet, quod cū theſauris ſuis de monaſterio egrediēs, libenti cū animo ſequeretur. Quod ille nihil dubitans, repromiſit. Cumque hæc collectis rebus factiſque volueris, à cœnobio pararet egredi, anticipauit voluntatem eius indu-

A ſtriaabbatiſſæ: deprehenſaque fraude, eá grauiter cæſam cuſtodiæ mancipare præcepit, in qua vſque ad exitum vitæ præſentis, non mediocribus attrita paſſionibus, perdurauit.

Cap. 27. *Sygibertus ducit Brunichildem.*

Porto Sygibertus rex, cum videret quod fratres eius indignas ſibimet vxores acciperent, & per vilitatem ſuam etiam ancillas in matrimonium ſociarent, legationem in Hiſpaniam mittit, & cum multis muneribus Brunichildem Atanagildi regis filiam petiit. Erat enim puella elegans opere, venuſta aſpectu, honeſta moribus atque decora, prudens conſilio, & blanda colloquio. Quam pater eius non denegans, cum magnis theſauris ante dicto regi tranſmiſit. Ille vero congregatis ſenioribus ſecum, præparatis epulis cum immenſa lætitia atque iocunditate eam accepit vxorem. Et quia Arrianæ legi ſubiecta erat, per prædicationem ſacerdotum atque ipſius regis commotionem conuerſa, beatam in vnitate confeſſa Trinitatem credidit, atque chriſmata eſt, quæ in nomine Chriſti catholica perſeuerauit.

Chriſma Catholicum. B

Cap. 28. *Chilperici vxores.*

Quod videns Chilpericus rex, cum iam plures haberet vxores, ſororem eius Galſuintham expetiit, promittens per legatos ſe alias relicturum: tantum condignam ſibi, regiſque prolem mereretur accipere. Pater vero eius has promiſſiones accipiens, filiam ſuam ſicut anteriorem, ſimiliter ipſi cum magnis opibus deſtinauit. Nam Galſointha ætate ſenior quam Brunichildis erat. Quæ cum ad Chilpericum regem veniſſet, cum grandi honore ſuſcepta, eiuſque eſt ſociata coniugio: à quo etiam magno amore diligebatur, detulerat enim ſecum magnos theſauros, ſed per amorem Fredegundis, quam prius habuerat, ortum eſt inter eos grande ſcandalum. Iam enim in lege Catholica conuerſa fuerat, & chriſmata. Cumque ſe regi quereretur aſſidue iniurias perferre, diceretque nullam ſe dignitatem cum eodem habere, petiit vt relictis theſauris quos ſecum detulerat, liberam redire permitteret ad patriam. Quod ille per ingenia diſſimulans, verbis eam lenibus demulſit. Ad extremum eam ſuggillari iuſſit à puero, mortuamque reperit in ſtrato. Poſt cuius obitum, Deus virtutem magnam oſtendit. Lychnus enim ille qui fune ſuſpenſus coram ſepulchro eius ardebat, nullo tangente, fune diſrupto in pauimentum corruit: & fugiente ante eum duritia pauimenti tanquam in aliquod molle elementum deſcendit, atque medios eſt ſuffuſus, nec omnino contritus: quod non ſine magno miraculo videntibus fuit. Rex autem cum eam mortuam defleſſet, poſt paucos dies Fredegundem recepit in matrimonio. Poſt quod factum reputantes eius fratres, quod ſua emiſſione antedicta regina fuerit interfecta, eum à regno deiiciunt. Habebat autem tunc Chilpericus tres filios de Audoueta priore regina ſua: id eſt Theodobertum, cuius ſupra meminimus, Merouecum atque Chlodoueum. Sed ad cœpta redeamus.

Galſuintha ſuffocatur. C

Cap. 29. *Sygibertus pergit aduerſus Hunos.* D *Huni nituntur magicis.*

Chuni vero iterum in Gallias venire conabantur, aduerſus quos Sygibertus cum exercitu dirigit, habens ſecum magnam multitudinem virorum fortium. Cumque confligere deberent, iſti magicis artibus inſtructi diuerſas eis fantaſias oſtendunt, & eos valde ſuperant. Fugiente autem exercitu Sygiberti, ipſe incluſus à Chunis retinebatur, niſi poſtea vt erat elegans & verſutus, quos non potuit ſuperare virtute prælij, ſuperauit arte donandi. Nam datis muneribus fœdus cum rege iniit, vt omnibus diebus vitæ ſuæ, nulla inter ſe prælia committerent: idque ei magis ad laudem, quam ad aliquod pertinere opprobrium iuſta ratione penſatur. Sed & rex Chunorum multa munera regi Sygiberto dedit, vocabatur autem Gaganus, omnes enim reges gentis illius hoc appellantur nomine.

Hunorum reges Gagani.

Cap. 30. *Aruerni Arelatẽſes veniunt expugnaturi.*

Sygibertus vero rex Arelatenſem vrbem capere cupiens Aruernos commoueri præcepit. Erat enim tunc Firminus comes vrbis illius, qui cum ipſis in capite abiit, ſed & de alia parte Adouarius cum exercitu aduenit, ingreſſique vrbem Arelatenſem, Sacramenta pro parte Sygiberti regis exegerunt. Quod cum Guntheramnus rex comperiſſet, Celſum patritium cum exercitu illuc dirigit: qui abiens Auennicam vrbem abſtulit. Accedens autem Arelatem, & vallans eam, impugnare exercitum Sygiberti qui intra muros continebatur, cœpit: tunc Sabaudus Epiſcopus dixit ad eos. Egredimini foras, & inite certamen, quia non poteritis ſub murorum concluſione degentes, neque nos, neque vrbis iſtius ſubiecta defendere. Quod ſi vos Deo propitio illis deuinceritis, nos fidem quam promiſimus cuſtodiemus: ſi vero illi contra vos inualuerint, ecce reſeratas reperietis portas. Ingredimini ne pereatis. Hoc illi dolo deluſi, egreſſi foras bellum parant, ſed ſuperati ab exercitu Celſi, fugam ineunt, venienteſque ad vrbem, portas reperiunt obſeratas. Cumque exercitus à tergo iaculis foderetur, operireturque lapidibus ab vrbanis, ad amnem Rhodanum dirigunt, ibique parmis ſuperpoſitis, vlteriorem ripam expetunt. Sed multos ex his violentia amnis direptos enecauit, fecitque Rhodanus tunc Aruernis, quod feciſſe quondam Simois legitur de Troianis:

E

F *Virg. Æn. 1.*

——corrupta ſub vndis
Scuta virum, galeáſque & fortia corpora voluit.
Apparent rari nantes in gurgite vaſto.

Qui vix nandi, vt diximus, impulſu, parmarumque adiuti adminiculo, litoris alterius plena contingere potuerunt. Qui nudati à rebus, ab equis deſtituti, non ſine grandi contumelia patriæ reſtituti ſunt. Firmino tamen & Adouario diſcedendi via indulta eſt. Multi ibi tunc viri ex Aruernis non ſolum torrentis impetu rapti, verumetiam gladiorum ictibus ſunt proſtrati. Ac ſic Guntheramnus rex recepta vrbe illa, iuxta conſuetudinem bonitatis ſuæ, Auennicam ditionibus patris ſui reſtituit.

Cap. 31. *Terra mugit, mons magna ſtrage diuiditur.* G

Igitur in Galliis magnum prodigium de Tauriduno caſtro apparuit, ſuper Rhodanum enim fluuium in monte collocatum erat. Qui cum per dies amplius ſexaginta, neſcio quem mugitum daret, tandem ſciſſus atque ſeparatus mons ille ab alio monte ſibi propinquo, cum hominibus Eccleſiis opibuſque ac domibus in fluuium ruit, excluſoque amnis illius littore, aqua retrorſum petiit. Locus etenim ille ab vtraque parte à montibus concluſus erat, inter quorum anguſtias torrens defluit. Inundans ergo ſuperiorem partem, quæ ripæ inſidebant, operuit atque deleuit, accumulata enim aqua erumpens deorſum inopinatos reperiens homines, vt deſuper fecerat, ipſos enecauit, domos euertit, iumenta deleuit, & quæ cuncta litoribus illis inſidebant, vſque ad Ianabam ciuitatem, violentia atque ſubita inundatione diripuit vel ſubuertit. Traditur à multis tantam congeriem inibi aquæ fuiſſe, vt in antedictam ciuitatem ſuper muros ingrederetur. Quod dubium non eſt, quia vt diximus, Rhodanus in locis illis inter anguſtias montium defluit, nec habuit in latere cum fuit excluſus, quo ſe diuerteret: commotumque montem qui deſcenderat adſemel erupit, & ſic cuncta deleuit. Quod cum factum fuiſſet, 30. monachi, vnde caſtrum ruerat: aduenerunt: & terram illam quæ monte deruente remanſerat, fodientes, æs ſiue ferrum reperiunt. Quod dum agerent, mugitum montis vt prius fuerat, audierunt. Sed dum à ſæua cupiditate retinentur, pars illa quæ nondum ruerat, ſuper eos cecidit, quos operuit atque interfecit, nec vltra inuenti ſunt. Similiter & ante cladem Aruernam, magnam regionem illam prodigia terruerunt: nam plerumque tres aut quatuor ſplendores magni circa ſolem apparuerunt, quos ruſtici Soles vocabant, dicentes: Ecce tres vel quatuor ſoles in cœlo. Quadam tamen vice in Calend. Octobr. ita ſol obſcuratus apparuit, vt nec quarta quidem pars in eodem lucens remaneret, ſed teter atque decolor apparens quaſi ſaccus videbatur: nam & ſtellam, quam quidem cometem vocant, radium tanquam gladium habens ſuper regionem illam per annum integrum apparuit, & cœlum ardere viſum eſt, & multa alia ſigna apparuere. In Eccleſia vero Aruerna, dum matutinæ celebrarentur vigiliæ in quadam feſtiuitate,

H *Monachi montis quaſſatione obruuntur.*

Tres ſoles.

Cometes.

A auis corydalus, quam alaudam vocamus, ingreſſa, omnia luminaria quæ lucebant, aſis ſuperpoſitia in tanta velocitate extinxit, vt putares ea in vnius hominis manu poſita, aqua fuiſſe ſubmerſa: in ſacrarium autem ſub velo tranſiens, cicindelem extinguere voluit, ſed ab oſtiariis prohibita atque occiſa eſt. Simile & in baſilica B. Andreæ de Lyehñis incenſibus auis alia fecit. Iam vero adueniente ipſa clade, tanta ſtrages de populo illo facta eſt per totam regionem illam, vt nec numerari poſſit quantæ ibidem ceciderint legiones: nam cum iam ſarcophagi aut tabulæ defeciſſent, decem aut eo amplius in vna humi foſſa ſepeliebantur. Numerata ſunt autem quadam Dominica in vna B. Petri baſilica, trecenta defunctorum corpora: erat enim & ipſa mors ſubita. Nam cum naſcente in inguine aut in aſcella vulnere in modum ſerpentis, ita interficiebatur homo ille à veneno, vt die altera aut tertia ſpiritum exhalaret. Sed & ſenſum vis illa veneni auferebat ab homine.

Mortes ſubitaneæ.

B Tunc & Cato presbyter mortuus eſt: nam cum de hac lue multi fugiſſent, ille tamen populum ſepeliens, & Miſſas dicens viritim, nunquam ab eo loco diſceſſit. Hic autem presbyter multæ humanitatis, & ſatis dilector pauperum fuit: & credo hæc cauſa ei, ſi quid ſuperbiæ habuit, medicamentum fuit. Cautinus autem Epiſcopus cum diuerſa loca, hanc cladem timens, circumiſſet, ad ciuitatem regreſſus eſt, & hanc incurrens, paraſceue Paſſionis Dominicæ obiit. Nam & ipſa hora & Tetradius conſobrinus eius mortuus eſt. Tunc & Lugdunum Bituria, Caualonum atque Diuionum oppida ab hac infirmitate valde depopulata ſunt.

Lues inguinaria.

Cap. 32. *Hiſp. reges.* Eo autem tempore, mortuo apud Hiſpaniam Athanoldo rege, Leuuan cum Leuuieldo fratre regnum accepit. Defuncto igitur Leouane, Leuuieldus frater eius totum regnum occupauit. Qui vxore mortua, Gunſuintham reginæ Brunichildis matrem accepit, duos filios de prima vxore habens; quorum vnus Sygiberti, alius Chilperici filiam deſponſauit. Ille quoque inter eos regnum æqualiter diuiſit, interficiens omnes illos

C qui reges interimere conſueuerant, non relinquens ex eis mingentem ad parietem.

Cap. 33. *Iuſtin. Imp. auarus.* Defuncto igitur apud vrbem Conſtantinopolitanam Iuſtiniano Imperatore, Iuſtinus ambiuit imperium, vir nimiæ auaritiæ deditus, contemptor pauperum, ſenatorum ſpoliator: cui tanta fuit cupiditas, vt arcas iuberet fieri ferreas, in quas numiſmatis aurei talenta congereret: quem etiam ferunt in hæreſim Pelagianam dilapſum. Nam non poſt multum tempus, demens effectus, Tyberium Cæſarem ſibi adſciuit ad defenſandas prouincias ſuas, hominem iuſtum, eleemoſynarium, æquum diſcernentem, obtinentemque victorias: quod omnibus ſupereminet bonis, etiam veriſſimum Chriſtianum. Denique Sygibertus rex legatos ad Iuſtinianum Imperatorem miſit, pacem petens, id eſt Vuarniarium Francum, & Firminum Aruernum, qui euntes euectu nauali, Conſtantinopolitanam ſunt vrbem ingreſſi, locutique cum Imperatore, quæ petierant obtinuerunt. Ad ſequentem tamen annum in

Sygibertus à Iuſtino pacë petit.

D Galliam ſunt regreſſi. Poſt hæc autem Antiochia Ægypti, & Appama Syriæ, maximæ ciuitates, à Perſis captæ ſunt, & populus captiuus abductus. Baſilica tunc ſancti Iuliani Antiochenſis martyris graui incendio concremata eſt. Ad Iuſtinianum autem imperatorem cum magni auri pondere venerunt, petentes amicitias eius, atque narrantes ſe imperatori Perſarum eſſe infenſos. Venerat enim ad eos, dicens: Solicitudo imperialis ſciſcitatur ſi fœdus initum cum eo cuſtodiatis intactum. Reſpondentibus illis, omnia ab his pollicita illibata ſeruari, dixerunt legati, In hoc apparebit vos eius amicitias cuſtodire, ſi ignem vt ille veneratur, & vos veneremini. Reſpondente populo, nequaquam ſe hæc facturum, ait Epiſcopus, Quæ eſt in igne deitas, vt venerari queat; quem Deus ad vſus hominum procreauit, qui fomentis accenditur, aqua reſtinguitur: at vbi erit neglectus, tepeſcit: hæc & his ſimilia Epiſcopo proſequente, legati furore ſuccenſi, actum conuitiis, fuſtibus cædunt. Cernens autem populus ſacerdotē ſuum ſanguine cruentum ſuper legatos irruunt, manus iniiciunt, interimuntque, & ſicut diximus, huius imperatoris amicitias petierunt.

Perſæ ignem colentes.

E

CAPVT XXV.

Hoc caput integrum ex vetuſto exemplari addidimus, & ſuperius.

Cap. 34. *Palladius comitatū aſſequitur.* PAlladius autem Brictiam quondam comitis ac Cæſariæ filius comitatum in vrbe Gallicana Sygiberto rege impertiente promeruit, ſed orta contentio inter ipſum & Parthenium Epiſcopum, valde populum collidebat, nam plerunque conuitiis ac diuerſis opprobriis ac criminibus obtuebat Epiſcopum, peruadens res Eccleſiæ, ſpoliansque homines eius: vnde factum eſt, vt hac contentione creſcente, cum ad præſentiam iam dicti principis properaſſent, & diuerſa ibi inuicem obiectarent, mollem Epiſcopum, effœminatum Palladius vocitaret: Vbi ſunt mariti tui cum

F quibus ſtuproſe ac turpiter viuis? ſed hæc in ſacerdotem verba prolata, diuina confeſtim vltio ſubſequens aboleuit. Nam anno ſequenti ſemotus à comitatu Palladius Aruernum regreſſus eſt: Romanus vero comitatum ambiuit. Factum eſt autem, vt quadam die in vrbe Aruerna vterque coniungeretur, & altercantibus inter ſe pro hac actione comitatus, audiuit Palladius ſe à Sygiberto rege debere interfici, ſed falſa hæc & maxime à Romano emiſſa deprehenſa ſunt. Tunc ille timore perterritus ita in anguſtiam grauem redactus eſt, vt minaretur ſe propria dextra perimere. Cumque à matre vel a cognato ſuo Firmino intente attenderetur, ne perficeret quod mente amara conceperat, per interualla horarum elapſus à matris aſpectu, ingreſſus cubiculum accepto ſpatio ſolitudinis, euaginat gladium, cornuaque enſis pedibus calcans, acumen ad pectus erexit, impreſſuſque deſuper gladius ab vna ingreſſus mamilla in ſpatulam dorſi regreſſus eſt: erectus iterum ſimiliter altera mamilla perfoſſus cecidit,

Palladius in gladiū incubit.

G & mortuus eſt, quod non ſine diaboli opere perfectum ſcelus mirati ſumus. Nam prima eum plaga interficere potuit, ſi non diabolus ſuſtentaculum præbuiſſet, quod hæc nefanda perageret, currit mater exanimis & ſupra filij corpuſculum orbata collabitur, atque omnis familia voces planctus emittit. Veruntamen ad monaſterium Dironenſium delatus ſepulturæ mandatur, ſed non iuxta Chriſtianorum cadauera poſitus, ſed nec miſſarum ſolennia meruit, quod non ob aliam cauſam, niſi ob iniuriam Epiſcopi hæc ei euenisse probantur.

Miſſa non celebratur, pro ſui interfectore.

Cap. 35. *Alboinus cum Longobardis Italiam occupat. Mulieris vindicta.* Alboinus vero Longobardorum rex, qui Chlothoſindam regis Chlotharij filiam habebat, relicta regione ſua, Italiam cum quatuor millium Longobardorum gente petiit. Nam commoto exercitu, cum vxoribus & liberis abiere, illic manere deliberantes. Quam regionem ingreſſi, maxime per ſeptem annos peruagantes, ſpoliatis Eccleſiis, ſacerdotibus interfectis, in ſuam redigunt poteſtatem. Mortua autem Chlotoſinda vxo-

H re Alboini, aliam duxit coniugem: cuius Patrem ante paucum tempus interfecerat. Qua de cauſa mulier in odio ſemper virum habens, locum opperiebatur, in quo poſſet iniurias Patris vlciſci: vnde factum eſt vt vnum ex famulis concupiſcens, virum veneno necaret: quo defuncto, cum famulo abiit: ſed adprehenſi pariter interfecti ſunt. Longobardi deinceps alium ſuper ſe regem ſtatuunt.

Cap. 36. *Mummoli bella cum eiſdem.* Eunius quoque cognomento Mummolus, à rege Gunthchramno patritiatū promeruit. De cuius militiæ origine, altius quædam repetenda putaui. Hic etenim Pœonio patre ortus, Altiſſiodorenſis vrbis incola fuit: Pœonius vero huius municipij comitatū regebat. Cumque ad renouandam actionem munera regi per filium tranſmiſit, ille datis rebus paternis, comitatum patris ambiuit, ſupplantauitque genitorem quem ſublcoare debuerat. Ex hoc vero gradatim proficiens, ad maius

culmen

A culmen euectus eſt. Igitur prorumpentibus Longobardis in Gallias, armatur Pericius qui nuper Celſi ſucceſſor. Concurruntque ibi, tantamque tunc ſtragem Longobardi feruntur feciſſe de Burgundionibus, vt non poſſit colligi numerus occiſorum: oneratique præda aſcenderunt iterum in Italiam: quibus aſcendentibus Enius, qui & Mummolus, arceſſitus à rege, patriciatus culmen meruit. Irruentibus iterum Longobardis in Gallias, & vſque Muſcias Calmes accedentibus, quod adiacet ciuitati Ebredunenſi, Mummolus exercitum mouet, & cum Burgundionibus illuc proficiſcitur. Circundatiſque Longobardis cum exercitu, actiſque concidibus, per diuortia ſiluarum irruit ſuper eos: multos interfecit, nonnullos cepit, & regi direxit. Quos ille per loca diſperſos cuſtodire præcepit, paucis quodammodo per fugam lapſis qui patriæ nunciarent.

Cap. 37. *Epiſcopi ſanguinarij.* Fueruntque in hoc prælio Saluius & Sagittarius fratres atque Epiſcopi, qui non cruce cœleſti muniti, ſed galea aut lorica ſeculari armati, multos manibus
B propriis quod peius eſt, interfeciſſe referuntur. Hæc prima Mummoli certaminis victoria fuit. Poſt hæc Saxones, qui cum Longobardis in Italiam venerant, & iterum prorumpentes in Gallias, & infra territorium Regenſe, id eſt apud Stablonem villam, caſtra ponunt, diſcurrentes per villas vrbium vicinarum, diripientes prædas, captiuos abducentes, vel etiam cuncta vaſtantes. *Mummolus Saxones cædit.* Quod cum Mummolus comperiſſet, exercitum mouet, irruenſque ſuper eos multa ex bis millia interfecit, & vſque ad veſperam cædere non deſtitit, donec nox quietē faceret, ignaros enim repererat homines, & nihil de his quæ acceſſerunt autumantes. Mane autem facto ſtatuunt Saxones exercitum, præparantes ſe ad bellum, ſed intercurrentibus nunciis pacem fecerunt: Datiſque muneribus Mummolo relicta vniuerſa regionis præda, cum captiuis diſceſſerunt, iurantes prius, quod ad ſubiectionem regnumque Frācorum redire deberent in Gallias. Igitur regreſſi Saxones in Italiam, aſſumptis ſecum vxoribus & paruulis vel omni ſupelle-
C ctile facultatis, redire in Gallias deſtinant, ſcilicet vt à Sygiberto rege collecti, in loco vnde egreſſi fuerant, ſtabilirentur. Feceruntque ex ſe duos, vt aiunt, cuneos: & vnus quidem per Niceam vrbem, alius vero per Ebredunenſem venit, illam reuera tenentes viam, quam anno ſuperiore tenuerant: coniunctique ſunt in Aruernico territorio. Erat enim tunc tempus meſſium, & locus ille maxime fructus terræ ſub dio habebat, nec quicquam ex his domi incolæ recondiderant: denique accedentes in areas, ſegetes inter ſe diuidunt. Colligenteſque ac triturantes, frumenta dabant, nihil ex his eis qui laborauerant relinquentes. Verum poſtquam expenſis fructibus ad litus Rhodani amnis acceſſerunt, vt tranſacto torrente, regno ſe regis Sygiberti conferrent, occurrit eis Mummolus, dicens: *Mummolus Saxones intercipit.* Non tranſibitis torrentem hunc: ecce res Domini mei regis depopulaſtis, collegiſtis regis pecora, deuaſtaſtis, trucidaſtis: non aſcendetis, niſi ſatisfaciatis prius his quos exiguos reliquiſtis, alioquin non effu-
D gietis manus meas, niſi ponam gladium ſuper vos, & vxores & paruulos veſtros, & vleiſcar iniuriam Domini mei Guntchramni regis. Tunc illi timentes valde, dantes multa numiſmatis aurei milia pro redemptione ſua, tranſire permiſſi ſunt: & ſic Aruernum peruenerunt. Erat tunc tempus, quo ferebant ibi tegulas æris inciſas pro auro: quas quiſque videns, non dubitabat aliud, niſi quod aurum probatum atque examinatum eſſet. *Tegula adulterina.* Sic enim coloratum ingenio neſcio quo fuit: vnde nonnulli hoc dolo ſeducti, aurum dantes & æs accipientes, pauperes facti ſunt. Hi vero ad Sygibertum regem tranſeuntes, in locum vnde prius egreſſi fuerant ſtabiliti ſunt.

Cap. 38. In regno autem Sygiberti regis, remoto ab honore Iouino rectore prouinciæ, Albinus in loco eius ſubrogatur. Magnam inter eos inimicitiam hac cauſa geſſit. Igitur aduenientibus tranſmarinis, Vigilij archidiaconi homines, ſeptuaginta vaſa, quæ vulgo Orcas vocant, olei liquaminiſque furati ſunt, neſciente domino. Ne-
E gociator autem cum cognouiſſet ſibi rem furto ablatam fuiſſe, inquirere diligenter cœpit, quo furtum fuiſſet conditum. Hæc quærens, audiit à quodam, quod homines Vigilij archidiaconi perpetraſſent: peruenit hæc ad archidiaconum, qui inquirens & inueniens, nequaquam publicare, ſed excuſare ſuos cœpit, dicens: Nunquam de domu mea egreſſus eſt qui tale auderet admittere. Taliter, inquam, excuſante archidiacono, negociator ad Albinum pergit: cauſam exerit, & archidiaconum in crimine fraudis huius mixtum accuſat. *Die natali Archidiac. fur comprehenditur.* Die autem ſancto Natalitij Epiſcopo in Eccleſia adueniente, archidiaconus indutus alba adeſt, Epiſcopum, vt mos eſt, inuitans ad altare debere procedere, ac ſolemnitatem diei ſancti opportuno debere tempore celebrare. Nec mora, Albinus de ſede exiliens, adprehenſum archidiaconum coarctat. Pro quo nunquam obiicere potuerunt, nec Epiſcopus, nec ciues, nec vllus maior natu, nec ipſa vox totius populi adclamantis, vt datis
F fideiuſſoribus, diem ſāctum archidiaco liceret cum reliquis celebrare, atque accuſationem eius in poſterum debere audiri: ſed nec ob ipſa ſacroſancta ſolennia metum habuit, vt miniſtrum diuini altaris tali in die non auderet adripere. Quid plura? Quatuor milibus ſolidorum archidiaconum condemnauit: quod in præſentia regis Sygiberti veniens, quadrupli ſatisfactione, inſequente Iouino, compoſuit.

Cap. 39. *Zaban, Valentiam obſidet, Amo, Arelatenſes debellauit.* Poſt hæc tres Longobardorum duces, id eſt Amo, Zaban, ac Rhodanus Gallias irrupere. Et Amo quidem Ebredunenſem carpens viam vſque Machao villam Auennici territorij, quam Mummolus munere meruerat regio, acceſſit, ibique fixit tentoria. Zaban vero per Deinſem deſcendens vrbem, vſque Valentiam venit: ibique caſtra poſuit. Rhodanus autem Gratianopolitanam vrbem adgreſſus eſt, ibique papiliones extendit. Et Amo quoque Arelatenſem debellauit prouinciam cum vrbibus quæ circumpoſitæ ſunt. Et vſque ipſum Lapideum campum, qui adiacet vrbi Maſſilienſi acce-
G dens, tam de pecoribus, quam de hominibus denudauit: Aquenſibus autem obſidionem parauit, de quibus viginti duabus libris argenti acceptis abſceſſit. Sicque & Rhodanus ac Zaban in locis quibus acceſſerant fecerunt. Quæ cum Mummolo perlata fuiſſent, exercitum mouit, & Rhodano qui Gratianopolitanam vrbem debellabat, occurrit. Sed cum Eſeram fluuium exercitus laborioſe tranſiret, nutu Dei animal amnem ingreditur, vadum oſtendit: & ſic populus in vlteriorem ripam egreditur. Quos videntes Longobardi, morati, euaginatis gladiis hos adpetunt. Commiſſoque bello, intantum cæſi ſunt, vt Rhodanus ſauciatus lancea, ad montium excelſa confugeret. Exinde cum quingentis viris qui ei remanſerant, per auia ſiluarum prorumpens, ad Zabanem peruenit, qui tunc vrbem Valentiam obſidebat: narrauitque ei omnia quæ acta fuerant. Tunc datis pariter cunctis in prædam, ad Ebredunenſem vr-
H bem regreſſi ſunt, ibique eis cum innumero exercitu Mummolus in faciem venit: commiſſoque prælio, *Longobardi cæduntur.* Longobardorum phalangæ vſque ad internecionem cæſæ: cum paucis duces in Italiam ſunt regreſſi. Cumque vſque Seguſium vrbem perlati fuiſſent, & eos incolæ loci dure ſuſciperent, præſertim cum Siſinnius magiſter militum à parte imperatoris in hac vrbe reſideret, ſimulatus Mummoli puer in conſpectu Zabanis, Siſinnio literas protulit, ſalutemque ex nomine Mummoli dedit dicens, En ipſum in proximo. Quod audiens Zaban, curſu veloci ab vrbe ipſa digreſſus, præteriit. His auditis Amo collecta omni præda, in itinere proficiſcitur: ſed reſiſtentibus niuibus, relicta præda, vix cum paucis erumpere potuit. Exterriti enim erant virtute Mummoli.

Cap. 40. Multa enim Mummolus bella geſſit, in quibus victor extitit. Nam poſt mortem Chariberti, cum Chilpericus Toronos ac Pictanos peruaſiſſet, quæ Sygiberto regi per pactum in partem venerant, coniunctus rex ipſe cum Guntchramno fratre ſuo, Mummolum eli- *Mummolus Turo-*

gunt,

A

...num venit, Pictauos ſubegit.

gunt, qui has vrbes ad verum dominum reuocare deberet. Qui Turonos veniens, fugato ex inde Chlodoueo Chilperici filio, exactis à populo ad partem regis Sygiberti ſacramentis, Pictauos acceſſit. Sed Baſilius ac Sygarius Pictaui ciues, collecta multitudine, reſiſtere voluerunt: quos de diuerſis partibus circundatos oppreſſit, obruit, interemit, & ſic Pictauos accedens, ſacramenta exegit. Hæc interim de Mummolo dicta ſufficiant: reliqua in poſterum ſunt digerenda.

Cap. 41. Andarchij educatio.

Andarchij vero interitu locuturus, prius genus edici placet & patriam. Hic igitur, vt adſerunt, Felicis ſenatoris ſeruus, qui ad obſequium domini deputatus, ad ſtudia literarum cum eo poſitus, bene inſtitutus emicuit. Nam de operibus Virgilij legis Theodoſianæ libris, arteque calculi ad plene eruditus eſt. Hac igitur ſcientia tumens, deſpicere Dominos cœpit: & ſe patrocinio Lupi ducis, cum ad vrbem Maſſilienſem ex iuſſu Regis Sygiberti accederet, commendauit. De qua regreſſus, hunc ſecum abire præcepit, inſinuauitque eum diligenter Sygiberto Regi atque ad ſeruiendum tradidit. Quem

B

ille per loca diuerſa dirigens, locum præbuit militandi. Ex hoc quaſi honoratus habitus, Aruernum venit: ibique cum Vrſo ciue vrbis eius amicitias inligat. Interim vt erat acris ingenij, filiam eius deſponſare deſiderans, loricã, vt ferunt, in libellari quo cartæ abdi ſolitæ ſunt, recõdit, dicens mulieri coniugique Vrſi, quia multitudinem aureorum meorum amplius quam ſexdecim milia in hoc libellari reconditam tibi commoneo, quod tuum eſſe poterit, ſi mihi filiam tuam præſtiteris deſponſari.

Sed quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames?

Promiſit mulier hæc ſimpliciter credens, abſente viro, huic deſponſari puellam. At ille regreſſus ad regem, præceptionem ad iudicem loci exibuit, vt puellam hanc ſuo matrimonio ſociaret, dicens, Quia dedi arram in deſponſatione eius. Negauit autem vir ille dicens, Quia neque te noui vnde ſis, neque aliquid de rebus tuis habeo. Qui intentione pullulante ac vehementius increſcente, Andarchius expetiit Vrſum regis præſentia acceſſiri. Cumque veniſſet apud villam Brennacum requirit hominem alium Vrſum nomine quem ad altare clam adductum, iurare fecit ac dicere, Per hunc locum ſanctum & reliquias martyrum beatorum, quia ſi filiam meam tibi in matrimonio non tradidero, ſexdecim milia ſolidorum tibi ſatisfacere non morabor.

C

Andarchius dolis appetit Vrſi filiæ matrimoniũ.

Stabant enim teſtes in ſecretario, auſcultantes occulte verba loquentis, ſed perſonam quæ loqueretur penitus non videntes. Tunc Andarchius demulſit verbis lenibus Vrſum, fecitque eum ſine regis præſentia reuerti ad patriam, Factoque ex hoc iuramento, breue ſacramentorum, regi illo protulit diſcedenti dicens: Hæc & hæc mihi Vrſus ſcripſit: & ideo gloriæ veſtræ præceptionem depoſco, vt filiam ſuam mihi tradat in matrimonio. Alioquin mihi liceat res eius poſſidere, donec ſexdecim milibus ſolidorum acceptis, me ab hac cauſa remoueam. Tunc adeptis præceptionibus, Aruernum rediit: oſtendit iudici iuſſionem regis. Vrſus autem ſe

D

in Villauum territorium contulit. Cumque res eius huic conſignarentur, & hic in Villauum acceſſit. Ingreſſuſque vnam Vrſi domum, cœnam ſibi præcepit præparari atque aquas quibus ablueretur calefieri iubet. Sed cum ſerui domus minime rudi Domino parerent, alios fuſtibus, alios virgis cædit, nonnullis capita percutiens ſanguinem elicuit. Turbata ergo familia, præparatur cœna, abluitur his aquis calidis, inebriatur vino, & ſe collocat ſuper ſtratum. Erant autem cum eo

Andarchius cũ ſuis & domo comburitur.

ſeptem pueri tantum. Cumque non minus ſomno quam vino ſepulti altius obdormiſſent, congregata familia, oſtia domus quæ erat ex ligneis fabricata tabulis, claudit. Acceptiſque clauibus, metas annonæ, quæ aderant elidit: ac circa domum & ſupra domum adgregatis his aceruis annonæ quæ tunc in manipulis erat, ita vt operta ex his domus cerneretur omnino, tunc immiſſo per partes diuerſas igne, cum iam ſuper hos infelices materia ædificij exuſta rueret excitantur, emittunt voces: ſed non fuit qui exaudiret, donec tota domo aduſta ipſos pariter ignis abſorberet. Vrſus vero metuens, baſilicam ſancti Iuliani expetiit: datiſque regi muneribus res ſuas in ſolidum recepit.

E

Cap. 42.

Chlodoueus vero Chilperici filius de Toronico eiectus, Burdegalam abiit. Denique cum apud Burdegalenſem ciuitatem nulla penitus inquietante reſideret, Sigulfus quidam à parte Sygiberti, ſe ſuper eum obiecit quem fugientem cum tubis & buccinis quaſi labentem ceruum fugans, inſequebatur, qui ad vix patrem ac regredi liberum habuit aditum. Tamen per Andegauos regreſſus, ad eum rediit. Cum autem contentio inter Guntheramnum & Sygibertum reges verteretur, Guntheramnus rex apud Pariſios omnes Epiſcopos regni ſui congregat, vt inter vtroſque quid veritas haberet, edicerent ſed vt bellum ciuile in maiore pernicitate creſceret eos audire peccatis facientibus diſtulerunt.

Synodus Lutetiæ.

Chilpericus autem rex in ira commotus, per Theodobertum filium ſuum ſeniorem, qui à Sygiberto quondam adprehenſus ſacramentum dederat vt ei fidelis eſſet, ciuitates eius peruadit, id eſt Turonos & Pictauos & reliquas citra Ligerim ſitas. Qui Pictauos veniens contra Gundobaldum ducem pugnauit. Terga autem vertente exercitu partis Gundobaldi, magnam ibi ſtragem de populo illo fecit. Sed & de Turonica regione maximam partem incendit, & niſi ad tempus manus dediſſent, totam continuo debellaſſet. Commoto autem exercitu Lemouicinum, Caducinum, vel reliquas illorum prouincias peruadit, vaſtat, euertit, Eccleſias incendit, miniſteria detrahit, clericos interficit, monaſteria virorum deiicit, puellas deludit, & cuncta deuaſtat, fuitque illo in tempore peior in Eccleſiis gemitus, quam tempore perſecutoris Diocletiani.

Theodobertus ciuitates vaſtat Galliæ.

F

Cap. 48.

Et adhuc obſtupeſcimus & admiramur cur tantæ ſuper eos plagæ irruerant: ſed recurramus ad illud quod parẽtes eorum egerunt, & iſti perpetrant: illi poſt prædicationem ſacerdotum, de fanis ad Eccleſias ſunt conuerſi: iſti quotidie de Eccleſiis prædas detrahunt. Illi ſacerdotes domini ex toto corde venerati ſunt, & audierunt: iſti non ſolum non audiunt, ſed etiam perſequuntur. Illi monaſteria & Eccleſias ditauerunt; iſti eas diruunt ac ſubuertunt. Quid de Latta monaſterio referam, in quo beati Martini habentur reliquiæ? cum ad eum vnus cuneus hoſtium adueniret, & fluuium qui propinquus eſt, tranſire diſponeret, vt monaſterium ſpoliaret, clamauerunt monachi dicentes: Nolite ô barbari, nolite huc tranſire! Beati enim Martini iſtud eſt monaſterium. Hæc audientes eorum multi compuncti à Dei timore regreſſi ſunt. Viginti tamen ex ipſis, qui non metuebant Deum, neque beatum confeſſorem honorabant, aſcendentes nauem illuc tranſgrediuntur, & inimico ſtimulante, monachos cædunt, monaſterium euertunt, reſque diripiunt, de quibus facientes ſarcinas, naui imponunt, ingreſſique fluuium, protinus vibrante carina huc illucque feruntur. Cumque amiſſo auxilio remorum, haſtilibus lancearum in fundum alueí defixis remeare conarentur, nauis ſub pedibus eorum dehiſcit, & vniuſcuiuſque ferrum quod contra ſe tenebat, pectori defigitur, tranſuerberatique cuncti à propriis iaculis interimuntur. Vnus tantum ex ipſis qui eos increpabat, ne iſta committerent, remanſit inlæſus. Quod ſi hoc quis fortuitò eueniſſe iudicat, cernat vnum inſontem plurimis euaſiſſe de noxiis. Quibus interfectis, monachi ipſos & res ſuas ex alueo detrahentes, illos ſepelientes res domi reſtituunt.

G

Latta monaſterium.

H

Sacrilegi miſere pereunt.

Cap. 49. Sygibertus inſurgit in fratrem.

Dum hæc agerentur, Sygibertus tres gentes illas quæ vltra Rhenum habentur, commouet, & bellum ciuile ordiens, contra fratrem ſuum Chilpericum ire deſtinat. Quod audiens Chilpericus, ad fratrem ſuum Guntheramnum legatos mittit. Qui coniuncti pariter fœdus ineunt, vt nullus fratrem ſuum perire fineret. Sed cum Sygibertus gentes illas adducens veniſſet, & Chilpericus de alia parte cum ſuo exercitu reſideret, nec haberet rex Sygibertus ſuper fratrem iturus, vbi Sequanam fluuium traſmearet fratri ſuo Guntheramno mandat dicens:

A censː Niſi me permiſeris per tuam ſortem hunc fluuium tranſire, cum omni exercitu meo ſuper te pergam. Quod ille timens, fœdus cum eodem iniit, eumque tranſire permiſit. Denique ſentiens Chilpericus, quod Guntheramnus, ſcilicet relicto eo ad Sygibertum tranſiſſet, caſtra mouit, & vſque Aualocium Carnotenſem vicum abiit. Quem Sygibertus inſecutus, campum ſibi præparari petiit. Ille vero timens ne conliſo vtrinque exercitu, etiam regnum eorum corrueret, pacem petiit, ciuitateſque eius quas Theodobertus male peruaſerat, reddidit, deprecans vt nullo caſu culparentur earum habitatores, quos ille iniuſte igni ferroque opprimens adquiſierat. Vicos quoque qui circa Pariſios erant, maxima tunc flamma conſumpſit, & tam domus, quam res reliquæ ab hoſte direptæ ſunt, vt etiam & captiui ducerentur. Obteſtabatur enim rex ne hæc fierent: ſed furorem gentium quæ de vlteriore Rheni amnis parte venerant, ſuperare non poterat, ſed omnia patienter ferebat donec redire poſſet ad patriam. Tunc ex gentilibus illis contra eum quidam murmurauerunt, cur ſe à certamine ſubtraxiſſet. Sed ille, vt erat intrepidus, aſcenſo equo ad eos dirigit, eoſque verbis lenibus demulſit, multos ex eis poſtea lapidibus obrui præcipiens. Sed nec hoc ſine beati Martini fuiſſe virtute ambigitur, vt hi ſine bello pacificarentur. Nam in ipſa die qua hi pacem fecerunt, tres paralytici ad beati baſilicam ſunt directi quod in ſequentibus libris domino iuuante differemus.

Sigibertus pacificatur.

B *Milites præda auidi vix cohibentur.*

Cap. 50. Bellũ inter reges Francos.

Dolorem enim ingerit animo, iſta ciuilia bella referre. Nam poſt annum iterum Chilpericus ad Guntheramnum fratrem ſuum legatos mittit dicens: Veniat frater meus, & videamus nos, & pacificati perſequamur Sygibertum inimicum noſtrum. Quod cum fuiſſet factum; ſeque vidiſſent, ac muneribus honoraſſent, commoto Chilpericus exercitu vſque Rhemos acceſſit, cuncta incendens atque debellans. Quod audiens Sygibertus, iterum conuocatis gentibus illis quarum ſupra memoriam fecimus, Pariſios venit, & contra fratrem

C ſuum ire diſpouit, mittens nuncios, Dunencibus & Turonicis, vt contra Theodobertum ire deberent. Quod illi diſſimulantes, rex Godegiſilum & Guntheramnum duces in capite dirigit. Qui commouentes exercitum aduerſus eum, pergunt. At ille derelictus à ſuis cum paucis remanſit: ſed tamen ad bellum exire non dubitat. Ineuntes autem prælium, Theodobertus euictus, in campo proſternitur, & ab hoſtibus exanime corpus, quod dici dolor eſt, ſpoliatur. Tunc ab Arnulfo quodam collectus, ablutuſque ac dignis veſtibus eſt indutus, & ad Engoliſmenſem ciuitatem ſepultus. Chilpericus vero cognoſcens, quod iterum ſe Guntheramnus cum Sygiberto pacificaſſet, ſe infra Tornacenſes muros cum vxore & filiis ſuis communiuit.

Theodobertus occiditur.

Cap. 51. Fulgur diſcurrit.

In eo anno fulgur per cœlum diſcurriſſe viſum eſt ſicut quondam ante mortem Clotharij factum vidimus. Sygibertus vero obtentis ciuitatibus illis, quæ citra Pariſios ſunt poſitæ, vſque Rothomagenſem vrbem acceſſit, volens eaſdem vrbes hoſtibus cedere. Quod

D ne faceret, à ſuis prohibitus eſt, regreſſus inde, Pariſios eſt ingreſſus: ibique ad eum Brunichildis cum filijs venit. Tunc Franci, qui quondam ad Childebertum aſpexerant ſeniorem, ad Sygibertum legationem mittunt, vt ad eos veniens, derelicto Chilperico, ſuper ſeipſum regem ſtabilirent. Ille vero hæc audiens, miſit qui fratrem ſuum in ſupra memorata ciuitate obſideret, ipſe illuc properare deliberans. Cui ſanctus Germanus Epiſcopus dixit, Si abieris, & fratrem tuum interficere nolueris, viuus & victor redibis, ſin autem aliud cogitaueris, morieris: ſic enim dominus per Salomonem dixit: Foueam quam fratri tuo parabis, in eam corrues. Quod ille peccatis facientibus, audire neglexit. Veniente autem illo ad villam, cui nomen eſt Victoriacum, collectus eſt ad eum omnis exercitus, impoſitoque ſuper clypeo ſibi regem ſtatuunt. Tunc duo pueri cum cultris validis, quos vulgo Scramaſaxos vocant, infecti veneno, maleficati à Fredegunde regina,

Scramaſaxi gladij.

E cum aliam cauſam ſe gerere ſimularent, vtraque ei latera feriunt. At ille vociferans, atque corruens, non poſt multo ſpatio emiſit ſpiritum: ibique & Caregiſilus cubicularius eius corruit: ibi & Sygila qui quondam ex Gothia venerat, multum laceratus eſt: & poſtea ab Chilperico rege comprehenſus, incenſis cum cauteriis candentibus omnibus iuncturis, ac membratim ſeparatus, crudeliter vitam finiuit. Fuit autem Charegiſilus ille tam leuis opere quam grauis cupiditate: de minimis conſurgens, magnus per adulationes cum rege effectus eſt: competitor rerum alienarum, teſtamentorumque effractor: cui talis fuit vitæ exitus, vt non mereretur voluntatem propriam morte imminente complere, qui aliorum voluntates ſæpe deſtruxerat. Chilpericus autem in ancipiti caſu defixus, in dubium habebat, an euaderet, an periret, donec ad eum miſſi veniunt de fratris obitu nuntiantes. Tunc egreſſus, à Tornaco cum vxore & filiis, eum veſtitum apud Lambros vicum ſepeliuit. Vnde poſtea Sueſſionas in baſilica ſancti Medardi, quam ipſe ædificauerat, tranſlatus, ſecus Chlotharium patrem ſuum ſepultus eſt. Obiit autem quartodecimo regni ſui anno, ætate quadragenaria. A tranſitu ergo Theodoberti ſenioris vſque ad exitum Sygiberti, ſupputantur anni 29. Inter exitum vero eius & nepotis ſui Theoberti, fuere dies 18. Mortuo autem Sygeberto, regnauit Childebertus filius eius pro eo. A principio vſque ad diluuium, anni bis mille ducenti quadraginta duo. A diluuio autẽ vſque ad Abraham, anni nongenti quadraginta duo. Ab Abraham vero vſque ad egreſſum filiorũ Iſrael ex Ægypto, anni CCCCLXII. Ab egreſſu filiorum Iſrael ex Ægypto vſque ad ædificationem templi Salomonis, anni CCCCLXXX. Ab ædificatione ergo templi vſque ad deſolationem in Babiloniam, anni CCCLX. A tranſmigratione igitur vſque ad paſſionem Domini, anni CCCCCCLXVIII. A paſſione Domini vſque ad tranſitum S. Martini, anni CCCCXII. A tranſitu S. Martini vſque ad tranſitum Chlodouei regis, anni CXII. A tranſitu Chlodouei regis vſque ad tranſitum Theodoberti, anni XXXVII. A tranſitu Theodoberti vſque ad exitum Sygiberti, anni XXIX. Qui ſunt ſimul anni, quinquies mille ſeptingenti quadraginta quatuor.

Sigibertus dolo Fredegũda occiditur.

Charegiſilus teſtamentorum corruptor.

F

G

GREGORII TVRONENSIS Hiſtoriarum

LIBER V.

TAEDET me bellorum ciuilium diuerſitates quæ Francorum gentem & regnum valde proterunt, memorare: in quo quod peius eſt, tempus illud quod Dominus de dolorum prædixit initio, iam videmus. Conſurgit pater in filium, filius in patrem: frater in fratrem: proximus in propinquum. Debebant enim eos exempla anteriorum regum terrere, qui vt diuiſi, ſtatim ab inimicis ſunt interempti. Quotiens

H & ipſa vrbs vrbium, & totius mundi caput, ineins bella ciuilia ruit? quo ceſſante, rurſum quaſi ab humo ſurrexit. Vtinam & vos ô reges in his præliis in quibus parentes veſtri deſudauerunt, exerceremini vt gentes veſtra pace conterritæ, veſtris viribus premerentur. Recordamini quid caput victoriarum veſtrarum Chlodoueus fecerit, qui aduerſos reges interfecit, noxias gentes eliſit, patrias gentes ſubiugauit: quarum regnum vobis integrum inlæſumque reliquit. Et cum hoc faceret, neque aurum, neque argentum, ſicut nunc eſt, in theſauris veſtris habebatur. Quid agitis? quid quæritis? quid non abundatis? In domibus deliciæ ſupereſcunt: in promptuariis vinum, triticum, oleumque redundat: in theſauris aurum atque argentum coacetuatur. Vnum vobis deeſt, quod pacem non habentes, Dei gratia indigetis. Cur vnus tollit alteri ſuum, cum alter concu-

Roma caput mundi.

piſcit

A piſcit alienum? Cauete illud quæſo Apoſtoli: Si inuicem mordetis & comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini. Scrutamini diligenter veterum ſcripta, & videbitis quid ciuilia bella parturiant. Requirite
Lib. 4. c. 6. & 23. quid de Carthaginenſibus ſcribat Oroſius: qui cum poſt ſeptingentos annos ſubuerſam dicat ciuitatem & regionem eorum, addidit: Quæ res eam tamdiu ſeruauit? concordia. Quæ res eam poſt tanta deſtruxit tempora? diſcordia. Cauete diſcordiam, cauete bella ciuilia quæ vos populumque veſtrum expugnant. Quid aliud ſperandum erit, niſi cum exercitus veſter ceciderit, vos ſine ſolatio relicti, atque à gentibus aduerſis oppreſſi protinus corruatis? Si te ô rex, bellum ciuile delectat, illud quod Apoſtolus in hominem agi meminit, exerce, vt ſpiritus concupiſcat aduerſus carnem, & vitia virtutibus cedant, & tu liber capiti tuo, id eſt Chriſto ſerulas, qui quondam radici malorum ſeruieras compeditus.

Cõcordia regna tuetur.

Cap. 1. Igitur interempto Sygiberto rege apud Victoriacum
B villam, Brunichildis regina cum filiis Pariſiis reſidebat. Quod factum cum ad eam perlatum fuiſſet, & conturbata dolore ac luctu, quid ageret, ignoraret: Gundobaldus dux adprehenſum Childebertum filium eius paruulum furtim abſtulit: ereptumque ab imminenti morte, collectiſque gentibus, ſuper quas pater eius regnum tenuerat, regem inſtituit, vix luſtro ætatis vno iam peracto, qui die Dominici natalis regnare cœpit. Anno igitur primo regni eius, Chilpericus rex Pariſios venit, adprehenſamque Brunichildem, apud Rothomagenſem ciuitatem in exilium truſit, theſauroſque eius quos Pariſios detulerat, abſtulit. Filias vero eius Meledis vrbe teneri præcepit. Tunc Rucculenus cum Cœnomannicis Turonos venit, & prædas egit & multa ſcelera fecit: quod in ſequenti qualiter à virtute Beat. Martini pro tantis malis quæ geſſit, percuſſus interiit, memorauimus.

Childeberti inauguratio regnum.

Brunichildis pellitur in exilium. Rucculenus occiditur.

Cap. 2. Chilpericus vero filium ſuum Meroneum cum exer-
C citu Pictauos dirigit. At ille relicta ordinatione patris, Turonos venit, ibique & dies ſanctos Paſchæ tenuit: multum enim regionem illam exercitus eius vaſtauit. Ipſe vero ſimulans ad matrem ſuam ire velle, Rothomagum petiit, & ibi Brunichildi reginæ coniungitur: eamque ſibi in matrimonio ſociauit. Hæc audiens Chilpericus, quod ſcilicet contra fas legemque canonicam vxorem patrui accepiſſet, valde amarus, dicto citius ad ſupra memoratum oppidum dirigit. At illi cum hæc cognouiſſent, quod eoſdem ſeparare decerneret, ad Baſilicam S. Martini quæ ſuper muros ciuitatis ligneis tabulis fabricata eſt, confugium faciunt. Rex vero adueniens, cum in multis ingeniis eos exinde auferre niteretur, & illi doloſe eum putantes facere non crederent, iurauit eis dicens: Si, inquit, voluntas Dei foret, ipſe hos ſeparare non conaretur. Hæc illi Sacramenta accipientes, de baſilica egreſſi ſunt, exoſculatiſque & dignanter acceptis epulauit cum eis. Poſt dies vero paucos, adſumpto ſecum rex Meroueo, Sueſſionas rediit.

Meroueus patrui vxorem Brunechildem accepit.

D Cum autem ibidem commorarentur, collecti aliqui
Cap. 3. de Campania, Sueſſionas vrbem adgrediuntur, fugataque ex ea Fredegunde Regina, atque Chlodoueo filio Chilperici volebant ſibi ſubdere ciuitatem. Quod vt Chilpericus rex comperit, cum exercitu illuc dirigit, mittens nuncios ne ſibi iniuriam facerent, & excidium de vtroque eueniret exercitu. Illi autem hæc negligentes, præparantur ad bellum: commiſſoque prælio inualuit pars Chilperici, atque fugauit partem ſibi aduerſam, multos ex ea ſtrenuos atque vtiles viros proſternens, fugatiſque reliquis Sueſſionas ingreditur. Quæ poſtquam acta ſunt, rex propter coniugationem Brunichildis, ſuſpectum habere cœpit Meroueum filium ſuum, dicens, hoc prælium eius nequitia ſurrexiſſe: ſpoliatumque armis, datis cuſtodibus libere cuſtodiri præcepit, tractans quid de eo in poſterum ordinaret. Godinus autem, qui à ſorte Sygiberti ſe ad Chilpericum tranſtulerat, & multis ab eo muneribus locupletatus eſt, caput belli iſtius fuit: ſed in campo victus
E primus fuga dilabitur: villas vero quas ei rex à fiſco in territorio Sueſſionico indulſerat, abſtulit, & baſilicæ contulit beati Medardi. Ipſe quoque Godinus non poſt multum tempus repentina morte preuentus interiit. Cuius coniugem Rauchingus accepit, vir omni vanitate repletus, ſuperbia tumidus, elatione proteruus: qui ſe ita cum ſubiectis agebat, vt non cognoſceret in ſe aliquid humanitatis habere, ſed vltra modum humanæ malitiæ atque ſtultitiæ in ſuos deſæuiens, nefanda mala gerebat. Nam ſi ante eum, vt adſolet, conuiuio vtentem puer cereum tenuiſſet, nudari eius tibias faciebat, atque tamdiu in his cereum comprimi donec lumine priuaretur: iterum cum illuminatus fuiſſet, ſimiliter faciebat, vſque dum totæ tibiæ famuli tenentis exurerentur. Quod ſi vocem emittere, aut ſe de loco illo alia in parte mouere conatus fuiſſet, nudus illico gladius imminebat: fiebatque vt hoc flente, iſte magna lætitia exultaret. Aiebant enim quidam, eo
F tempore duos de famulis eius, vt ſæpe contingit, mutuo ſe amore dilexiſſe, virum ſcilicet & puellam. Cumque hæc dilectio per duorum annorum aut eo amplius ſpacia traheretur, coniuncti pariter Eccleſiam petierunt. Quod cum Rauchingus comperiſſet, accedit ad ſacerdotem loci: rogat ſibi protinus reddi ſuos famulos excuſatos. Tunc ſacerdos ait ad eum: Noſti enim quæ veneratio debeat impendi Eccleſiis Dei: non enim poteris eos accipere, niſi vt fidem facias de permanente eorum coniunctione: ſimiliter & vt de omni pœna corporali liberi maneant, repromittas. At ille, cum diu ambiguus cogitatione ſiluiſſet, tandem conuerſus ad ſacerdotem, poſuit manus ſuas ſuper altare cum iuramento, dicens: Quia nunquam erunt à me ſeparandi, ſed potius ego faciam vt in hac coniunctione permaneant: quia quanquam mihi moleſtum fuerit, quod abſque mei conſilij conniuentia talia ſint geſta, illud tamen libens amplector, quod nec hic ancillam alterius, neque hæc extranei ſeruum acceperit. Credidit ſacerdos ille ſimpliciter promiſſioni hominis callidi, reddiditque homines excuſatos. Quibus ille ac-
G ceptis, & gratias agens, abſceſſit ad domum ſuam: & ſtatim iuſſit elidi arborem, truncatamque columnam eius per capita cuneo ſciſſam præcepit excauari: effoſſaque in altitudine trium aut quatuor pedum, humo deponi vas iubet in foueam. Ibique puellam vt mortuam componens, puerum deſuper iactari præcepit poſitoque operculo, foſſam humo repleuit, ſepeliuitque eos viuentes dicens, Quia non fruſtraui iuramentum meum, vt non ſepararentur hi in ſempiternum. Quæ cum ſacerdoti nunciata fuiſſent, cucurrit velociter: & increpans hominem vix obtinuit vt detegerentur. Veruntamen puerum viuum extraxit, puellam vero reperit ſuffocatam. In talibus enim operibus valde nequiſſimus erat, nullam aliam habens potius vtilitatem, niſi in cachinnis ac dolis, omnibuſque peruerſis rebus. Vnde non immerito taliter exceſſit à vita quia talia geſſit cum frueretur hac vita, quod
H in poſterum digeſturi ſumus. Syggo quoque referendarius quia annulum regis Sygiberti tenuerat, & ab Chilperico rege ita prouocatus erat, vt ſeruitium quod tempore fratris ſui habuerat, obtineret, ad Childebertum regem Sygiberti filium relicto Chilperico tranſiuit, reſque eius quas in Sueſſionico habuerat, Anſoualdus obtinuit. Multi autem & alij de his qui ſe ſe regno Sygiberti ad Chilpericum tradiderant, receſſerunt. Vxor quoque Syggonis non poſt multo temporis ſpacio obiit: ſed ille aliam rurſus accepit.

Rauchingi calliditas.

Rauchingus ſeruum & ancillam viuos defodit, quod ſe inſcio nupſiſſent.

Syggo Referendarium.

Cap. 4. His diebus Rucculenus ab Chilperico miſſus, Turonos aduenit cum magna iactantia, & vltra Ligerim caſtra ponens, nuncios ad nos direxit, vt ſcilicet Guntheramnum, qui tunc de morte Theodoberti impetebatur, à Baſilica ſancta deberemus extrahere. Quod ſi non faceremus, & ciuitatem, & omnia ſuburbana eius iuberet incendio concremari. Quo audito mittimus ad eum legationem, dicentes: Hæc ab antiquo facta non

fuiſſe

A

Aſſiiſi eſt Eccleſia.

Rocculenus regio morbo corripitur.

fuiſſe quæ hic fieri depoſcebat: ſed nec modo permitti poſſe vt baſilica ſácta violaretur. Quod ſi fieret, nec ſibi fore proſperũ, nec regi qui hæc iuſſa mandaſſet: metueretq; magis ſanctitatem antiſtitis, cuius virtus heſterna die paralyticam direxiſſet. Nihil ex his ille formidans, cum in domo Eccleſiæ vltra Ligerim reſideret, domum ipſam quæ clauis adfixa erat diſſecat. Ipſos quoq; clauos Cœnomanuici qui tunc cum eodem aduenerant, impletis follibus portant, annonas euertũt, & cũcta deuaſtant. Sed dũ hæc Rocculenus agit, à Deo percutitur, morboq; regio crocceus effectus, mandata aſpera remittit, dicens: Niſi hodie proieceritis Guntchramnum ducem de baſilica, ita cuncta virentia quæ ſunt circa vrbem adteram, vt dignus fiat aratro locus ille. Interim aduenit dies ſanctus Epiphaniæ: & hic magis ac magis torqueri cœpit. Tunc accepto à ſuis conſilio, amne tranſacto, ad ciuitatẽ accedit. Deniq; cum pſallentes de Eccleſia egreſſi ad ſãctam baſilicã properarent hic poſt crucẽ præcedentibus ſignis, equo ſuperpoſitus ferebatur. Verum vbi baſilicã ſanctã introiit, mox furor minantis intepuit: regreſſuſq; ab Eccleſia, nihil cibi ea die accipere potuit. Exinde cum valde anhelus eſſet, Pictauum abiit. Erant enim dies ſanctæ quadrageſimæ, in qua fœtus cuniculorum ſæpe comedit. Diſpoſitis vero actionibus, quibus in Calendis Martiis ciues Pictauos vel adfligeret, vel damnaret, pridie animam reddidit: & ſic ſuperbia tumorque quieuit.

B

Rocculenus quadrag. carnes comedit.

Eo tempore Fœlix Namneticæ vrbis Epiſcopus, literas mihi ſcripſit, plenas opprobriis, ſcribens etiam fratrem meum ob hoc interfectum, eo quod ipſe cupidus Epiſcopatus, Epiſcopum interfeciſſet. Sed vt hæc ſcriberet, villam Eccleſiæ concupiuit. Quam cum dare nollẽ, euomuit in me, vt dixi, plenus furore, opprobria mille. Cui aliquando ego reſpondi: Memento dicti prophetici: Væ illis qui iungunt domum ad domum, & agrum ad agrum copulant, nunquid ſoli inhabitabunt terram? ſi te habuiſſet Maſſilia ſacerdotem, nunquã naues oleũ, aut reliquas ſpecies detuliſſent, niſi tãtum chartam quo maiorem opportunitatem ſcribendi ad bonos infamandos haberes. Sed paupertas chartæ finem imponit verboſitati: immenſæ enim erat cupiditatis atq; iactantiæ. Sed ego iſta poſtponens ne illis ſimilis appaream, illud explicabo, qualiter germanus meus ab hac luce migrauerit, & quam velocem in percuſſorem eius Dominus præſtiterit vltionem. Conſeneſcente B. Tetrico, Eccleſiæ Lingonicæ ſacerdore, cum Lampadium diaconum quẽ creditorem habuit, deieciſſet, & frater meus dum pauperibus quos ille male ſpoliauerat, opitulari cupiens conſenſiſſet in eius humiliationem, odium ex hoc incurrit. Interea B. Tetricus à ſanguine ſauciatur: cui cum nulla medicorum fomenta valerent, cõ turbati clerici, & à paſtore vtpote deſtituti, Mondericum expetunt: qui à rege indultus ac tonſuratus, Epiſcopus ordinatur, ſub ea ſpecie, vt dum B. Tetricus viueret, hic Tornodorenſe caſtrũ, vt Archipresbyter regeret, atq; in eo cõmoraretur: migrante vero deceſſore iſte ſuccederet. In quo caſtro dum habitaret, iram regis incurrit: adſerebatur enim contra eum, quod ipſe Sygiberto regi aduerſus fratrem ſuum Guntchramnum venienti, alimenta & munera præbuiſſet. Igitur extractus à caſtro, in exilium ſuper ripã Rhodani in turri quadam arcta atque detecta retruditur: in qua per duos fere annos cum grandi cruciatu commoratur. Obtinente B. Nicetio Epiſcopo, Lugdunum regreditur: habitauitq; cum eo per duos menſes. Sed cum obtinere non poſſet à rege, vt in locum vnde deiectus fuerat, reſtitueretur, nocte perfugam lapſus ad Sygiberti regnum tranſiit, & apud Ariſitenſem vicum Epiſcopus inſtituitur habens ſub ſe plus minus diœceſes quindecim, quas primum Gothi quidam tenuerant, nunc vero Dalmatius Ruthenenſis Epiſcopus vendicabat. Quo abeunte iterum Lingonici Syluestrum propinquum, vel noſtrum, vel B. Tetrici Epiſcopum expetunt. Sed vt eum peterent, fratris mei hoc inſtinctu fecerũt. Interea trãſeunte B. Tetrico, hic tonſo capite, Presbyter ordinatur, accepta omni poteſtate de rebus Eccleſiæ qui vero benedictionem Epiſcopalem Lugduni accipiat, iter parat.

Anthorii frater ambiens Epiſcopatum occiditur.

C

Mondericus ordinatur.

D

Dalmatius.

E

Quæ dum aguntur, ipſe quia iamdiu epilepticus erat, ab hoc morbo correptus, aſperius extra ſenſum factus, & per dies duos aſſidue dans mugitum, tertia die ſpiritum exhalauit. Quibus peractis, Lampadius, vt ſuperius diximus, ab honore & facultate priuatus in odio Petri Diaconi, cum filio Sylueſtri coniungitur, machinans atque confirmans patrem ſuum ab ipſo fuiſſe maleficiis interfectum. At ille ætate iuuenis, ſenſu leuis, contra eum cõmouetur, ipſum impetens publice parricidam. Porro ille hæc audiens, facto placito in præſentia S. Nicetij Epiſcopi auunculi matris meæ, Lugdunum dirigitur: & ibi Syagri Epiſcopo coram adſtante, & aliis ſacerdotibus multis cum ſeculariũ principibus, ſe Sacramento exuit; nunquam ſe in mortem Sylueſtri mixtum fuiſſe. Poſt duos vero annos inſtigatus iterum à Lãpadio filius Sylueſtri adſequutus in via Petrum Diaconum, lancea ſauciatum interfecit. Quod cum factum fuiſſet, de eo loco eleuatus, & ad Diuionenſe delatus caſtrum, ſecus S. Gregorium proauum noſtrum ſepelitur. Ille vero fugã iniẽs ad Chilpericum regem trãſiit, facultatibus ſuis fiſco regis Guntchramni dimiſſis. Cumque per diuerſa loca vagaretur pro cõmiſſo ſcelere, nec ei eſſet locus firmus ad commorandum: tandem, vt credo, contra eum ſanguine innocente ad diuinam potentiam proclamante, in quodam loco dum iter ageret, innocentem hominem euaginato gladio interemit. Cuius parentes condolentes propinqui exitum, commota ſeditione, extractis gladiis, eum in fruſta concidunt, membratimque diſpergunt. Talẽ iuxta iudicium Dei exitum miſer accepit, vt qui propinquum innocentem interemerat, ipſe nocens diutius non maneret: nam tertio hæc ei euenerunt anno. Deniq; Sylueſtri poſt tranſitum, Lingonici iterum Epiſcopum flagitantes, Pappolum qui quondam Archidiaconus Auguſtodunenſis fuerat, accipiunt: qui multa, vt adſerunt, egit iniqua, quæ à nobis prætermittuntur, ne detractores fratrum eſſe videamur: tamen qualem habuerit exitum, non omittam. Anno octauo Epiſcopatus ſui, dum diœceſes ac villas Eccleſiæ circumiret, quadam nocte dormienti apparuit ille B. Tetricus vultu minaci. Cui ita, Quid tu, inquit, hic Pappole; vt quid ſedem meam polluis? vt quid Eccleſiam peruadis? vt quid oues mihi creditas ſic diſpergis? cede loco, relinque ſedẽ, abſcede longius à regione. Et hæc dicens, virgam quam habebat in manu, pectori eius cum ictu valido, impulit. In quo ille euigilans, dum cogitat quid hoc eſſet, fixa in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur. Abhorret cibum potumque, & mortem iam ſibi proximam præſtolatur. Quid plura? Tertia die cum ſanguinem ore proiiceret, expirauit. Exinde elatus Lingonas, eſt ſepultus. In cuius locum Mummolus Abbas quem Bonum cognomento vocant, Epiſcopus ſubſtituitur: quem multi magnis laudibus proſequuntur, eſſe eum caſtum, ſobrium, moderatum, ac in omni bonitate promptiſſimum, amantem iuſtitiam, charitatẽ, omni intentione diligentem. Qui accepto Epiſcopatu, cognoſcens quod Lampadius multum de rebus fraudaſſet Eccleſiæ, ac de ſpoliis pauperum, agros vineaſque, vel mancipia congregaſſet, eum ab omni re nudatum à præſentia ſua iuſſit abigi. Qui nunc in maxima paupertate degens, manibus propriis victum quærit. Hæc de his ſufficiant.

Nicetius auũculus matris authoris.

F

G

Pappolus Epiſcopus viſione ſcelerum caſtigatur.

Mummolus Abbas.

H

Cap. 6. Virtutes ad ſepulchrum B. Martini.

Anno vero quo ſupra, id eſt quo mortuo Sygiberto Childebertus filius eius regnare cœpit, multæ virtutes ad ſepulchrum B. Martini apparuerunt, quas in illis libellis ſcripſi quos de ipſis miraculis componere tentaui. Et licet ſermone ruſtico, tamen celare paſſus nõ ſum, quæ aut ipſe vidi, aut à fidelibus relata cognoui, hic tãtum quid negligentibus euenerit, qui poſt virtutem cœleſtem terrena medicamenta quæſierunt, exſoluam quia ſicut per gratiam ſanitatem, ita & per caſtigationem ſtultorum virtus eius oſtenditur. Leonaſtes Biturigis Archidiaconus decidentibus cataractis, lumine caruit oculorum. Quid cum per multos medicos ambulans, nihil omnino viſionis recipere poſſet, acceſſit ad baſilicam B. Martini: vbi per duos aut tres menſes conſiſtens, & ieiunans aſſidue, lumen vt reciperet flagitabat.

A *Cæcus illuminatur.*

Adueniente autem feſtiuitate, clarificatis oculis cernere cœpit: regreſſus quoq; domum, vocato quodam Iudæo, ventoſas quorum beneficio oculis lumen augeret, humeris ſuperponit. Decedente quoque ſanguine, rurſus in recidiuam cæcitatem redigitur. Quod cum factum fuiſſet, rurſum ad templum ſanctum regreſſus eſt. Ibiq; iterum longo ſpacio commoratus, lumen recipere non meruit. Quod ei ob peccatum non præſtitum reor, iuxta illud dominicum oraculum, Qui habet, dabitur ei, & abundabit: & qui non habet, ipſum quod habet auferatur ab eo & illud, Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius eueniat. Nam perſtitiſſet hic in ſanitate, ſi Iudæum non induxiſſet ſuper diuinam viſitationem. Tales enim admonet & arguit Apoſtolus, dicens, Nolite enim iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate? aut quæ ſocietas lucis cum tenebris? Quæ autem communicatio Chriſti cum Belial? aut quæ pars fideli cum infideli? quis autem conſenſus templo Dei cum idolis? Vos eſtis enim templum Dei viui, propterea exite de medio eorum, & ſeparamini ab his, ait Dominus. Ideo doceat vnumquemque Chriſtianum hæc cauſa, vt quando cœleſtem accipere meruerit medicinam, terrena non requirat ſtudia.

B

Cap. 7. Senoch reclauſus.

Sed & illud commemorare libet, qui vel quales viri hoc anno à Domino ſunt conuocati. Vnde magnum eum & Deo acceptabilem ego cenſeo, qui tales de noſtra terra ſuo paradiſo collocauit. Nam Benedictus Senoch presbyter, qui apud Turonos morabatur, ſic migrauit à ſæculo. Fuit autem genere Theifalus, & in Turonico clericus factus, in cellulam quam ipſe inter parietes antiquos compoſuerat, ſe remouit: collectiſque monachis, oratorium quod multo tempore dirutum fuerat, reparauit. Idem ſemper infirmos multas virtutes fecit, quas in libro vitæ eius ſcripſimus.

Cap. 8. D. Germanus Pariſiorũ Epiſcopus obiit.

Eo anno & B. Germanus Pariſiorum Epiſcopus tranſiit: in cuius exequiis, multis virtutibus quas in corpore geſſerat, hoc miraculum confirmationem fecit. Nam carcerariis adclamantibus, corpus in platea adgrauatum eſt. Solutiſque eiſdem ſurſum ſine labore leuatur: ipſi quoque qui ſoluti fuerant, in obſequium funeris vſque ad baſilicam in qua ſepultus eſt, liberi peruenerunt. Ad ſepulchrum autem eius multas virtutes Domino tribuente, credentes experiuntur: ita vt quiſque ſi iuſta petierit, velociter exoptata reportet. Si quis tamen ſtrenuus virtutes illius quas in corpore fecit, ſollicite vult inquirere, librum vitæ illius qui à Fortunato presbytero compoſitus eſt, legens cuncta reperiet.

C

Cap. 9. Caluppa.

Eodem quoque anno & Caluppa reclauſus obiit. Hic autem ab infantia ſua ſemper religioſus fuit, & apud monaſterium Melitenſe termini Aruerni conuerſus, in magna ſe humilitate fratribus præbuit ſicut in libro vitæ eius ſcripſimus.

Cap. 10. Patroclus. l. 1. de mi- racul. c. 64.

Fuit autem in Biturico termino reclauſus nomine Patroclus, presbyterij honore præditus, miræ ſanctitatis ac religionis, vir magnæ abſtinentiæ: qui plerunq; ob inediam, diuerſis incommodis vexabatur. Vinum, ſiceram, vel omne quod inebriare poteſt, nõ bibebat, præter aquam parumper melle linitam: ſed nec pulmento aliquo vtebatur. Cuius victus erat panis in aquam infuſus atq; ſale reſperſus: huius oculi nunquam caligauerunt. Erat autem in oratione aſſiduus: quam ſi parumper prætermiſiſſet, aut legebat aliquid, aut ſcribebat. Frigoriticis puſtulis laborantibus, vt reliquis morbis, ſæpe per orationem remedia conferebat. Sed & alia ſigna multa fecit, quæ per ordinem longum eſt enarrare. Cilicium ſemper puro adhibebat corpori. Qui octogenaria ætate abſcedens à ſeculo, migrauit ad Chriſtum. Scripſimus & de huius vita libellum.

D

Frigoriticis oratione medebatur Patroclus.

Cap. 11. Iudæi Auitus baptizãtur.

Et quia ſemper Deus noſter ſacerdotes ſuos glorificare dignatur, quid Arverno de Iudæis hoc anno contigerit, pandam. Cum eoſdem plerumque B. Auitus Epiſcopus commoneret, vt relicto velamine legis Moſaicæ, ſpiritualiter lecta intelligerent, & Chriſtum filium viuentis Dei prophetica & legali auctoritate promiſſum, corde puriſſimo in ſacris literis contemplarentur, manebat in pectoribus eorum, iam non dicam velamen illud quo facies Moyſi obumbrabatur, ſed paries: ſacerdote quoque orante vt conuerſi ad Dominum, velamen ab eis literæ rumperetur, quidam ex his ad ſanctum Paſcha, vt baptizaretur expetiit, renatuſque Deo per baptiſmi Sacramentum, cum albatis reliquis in albis & ipſe procedit. Ingredientibus autem populis portam ciuitatis, vnus Iudæorum ſuper caput conuerſi Iudæi oleum fœtidum diabolo inſtigante diffudit. Quod cum cunctus abhorrens populus voluiſſet eum vrgere lapidibus, pontifex vt fieret non permiſit. Die autem beato quo Dominus ad cœlos poſt redemptum hominem aſcendit glorioſus: cum ſacerdos de Eccleſia ad Baſilicam pſallendo procederet, irruit ſuper ſynagogam Iudæorũ multitudo tota ſequentium, deſtruenſque à fundamentis, campi planitiei locus adſimilatur. Alia autem die ſacerdos eis legatos mittit, dicens: Vi ego vos confiteri Dei filium non impello, ſed tamen prædico, & ſalem ſcientiæ veſtris pectoribus trado. Paſtor ſum enim dominicis ouibus ſuperpoſitus, & de vobis ille verus paſtor qui pro nobis paſſus eſt, dixit habere ſe alias oues quæ non ſunt ex ouili ſuo, quas eum oporteat adducere, vt fiat vnus grex & vnus paſtor. Ideoq, ſi vultis credere vt ego, eſtote vnus grex, cuſtode me poſito: ſin vero aliud, abſcedite à loco. Illi autem diu æſtuantes atque dubitantes, tertia die, vt credo, obtentu pontificis coniuncti in vnum, ad eum mandata remittunt dicentes, Credimus Ieſum filium Dei viui nobis prophetarum vicibus repromiſſum: & ideo petimus vt abluamur baptiſmo, ne in hoc delicto permaneamus. Gauiſus autem nuncio pontifex, nocte ſancta Pentecoſtes vigiliis celebratis, ad baptiſterium foras muraneum egreſſus eſt: ibique omnis multitudo coram eo proſtrata, baptiſmum flagitauit. At ille præ gaudio lachrymans, cunctos aqua abluens, chriſmate liniens, in ſinu matris Eccleſiæ congregauit. Flagrabant cerei, lampades refulgebant, albicabat tota ciuitas de grege candido, nec minus fuit vrbi gaudium, quam quondam ſpiritu Sancto deſcendente ſuper Apoſtolos, Hieruſalem videre promeruit. Fuerunt autem qui baptizati ſunt, amplius quingenti. Hi vero qui baptiſmum percipere noluerunt, diſcedentes ab illa vrbe, Maſſiliæ redditi ſunt.

E

Dies Aſcenſionis.

F

Iudæi ab Auito conuertuntur.

G

Cap. 12. Brachio Abbas.

Trãſiit poſt hæc & Brachio Abbas cellulæ Manatẽſis. Fuit autẽ genere Thoringus, in ſeruitiũ Sygiualdi quondam ducis venationem exercens, ſicut alibi ſcripſimus.

Cap. 13. Mummolus Lemouicas vaſtat.

Ergo vt ad propoſitum reuertamur, Chilpericus rex Chlodoueum filium ſuum Turonos tranſmiſit, qui congregato exercitu inter terminum Turonicum, & Andegauum vſque Sanctonas tranſiit, eamque peruaſit. Mummolus vero patritius Guntheramni regis cum magno exercitu vſque Lemouicinum tranſiit: & contra Deſiderium ducem Chilperici regis bellum geſſit. In quo prælio ceciderunt de exercitu eius quinque millia: de Deſiderij vero vigintiquatuor Millia. Ipſe quoque Deſiderius fugiens vix euaſit. Mummolus vero patritius per Aruernum rediit, eamque per loca exercitus eius deuaſtauit, & ſic in Burgundiam peraccellit.

Cap. 14. Merouæus tonſuratur.

H

Poſt hæc Merouæus cum in cuſtodia à patre retineretur, tonſuratus eſt, mutataque veſte qua clericis vti mos eſt, presbyter ordinatur, & ad monaſterium Cœnomannicum, quod vocatur Aninſula, dirigitur, vt ibi ſacerdotali erudiretur regula. Hæc audiens Guntheramnus, Boſo, qui tunc in baſilica ſancti Martini, vt diximus, reſidebat, miſit Riculfum ſubdiaconum, vt ei conſilium occulte præberet expetendi baſilicam S. Martini. Qui cum abiiſſet ab alia parte, Gailenus puer eius aduenit. Cumque paruum ſilentium qui eum ducebant haberent, ab ipſo Gaileno in itinere excoſſus eſt, operto; capite, induturſq, veſte ſeculari, B. Martini templum expetiit. Nobis autẽ Miſſas celebrantibus, in ſanctã baſilicã, aperta reperiens oſtia, ingreſſus eſt. Poſt Miſſas autem petiit, vt ei eulogias dare deberemus. Erat autem tunc nobiſcum Ragnemodus Pariſiacæ ſedis Epiſcopus, qui S. Germano ſucceſſerat. Quod cum refutaremus, ipſe clamare cœpit & dicere, quod non recte eum à commu-

Miſſas celebrante Greg. Turon.

nione

A nione ſine fratrum conniuentia ſuſpenderamus. Illo autem hæc dicente, cum conſenſu fratris qui præſens erat, conteſtata cauſa canonica, eulogias à nobis accepit. Veritus autem ſum, ne dum vnum à communione ſuſpenderam, in multos exiſterem homicida: Minabatur enim aliquos de populo noſtro interficere, ſi communionem noſtram non meruiſſet. Multas tamen pro hac cauſa Turonica regio ſuſtinuit clades. His diebus Nicetius vir neptis meæ, propriã habens cauſã, ad Chilpericum regẽ abiit cum Diacono noſtro, qui regi fugã Merouei narraret. Quibus viſis Fredegundis regina ait: Exploratores ſunt, & ad ſciſcitandũ quid agat rex, aduenerunt, vt ſciãt quid Merouec renuncient. Et ſtatim ſpoliatus in exilium retrudi præcepit, de quo menſe ſeptimo relaxati ſunt. Igitur Chilpericus nuncios ad nos direxit dicens: Eiicite apoſtatam illum de baſilica: ſin autem aliud, totã regionem illã igni ſuccendã. Cumq; nos reſcripſiſſemus, impoſſibile eſſe quod tẽporibus hæreticorũ non fuerat, Chriſtianorum nunc tẽporibus fieri, ipſe exercitum cõmouet, & illud dirigit. Anno autem ſecundo Childeberti regis, cum videret Merouens patrem ſuum in hac deliberatione intẽtum, adſumpto ſecum Gunthcrãno duce ad Brunichildẽ pergere cogitat, dicens: Abſit vt propter meam perſonam baſilica domini Martini violentiã perferat, aut regio eius per me captiuitati ſubdatur. Et ingreſſus baſilicã, dum vigilias ageret, res quas ſecum habebat, ad ſepulchrum B. Martini exhibuit, orans vt ſibi ſanctus ſuccurreret, atq; ei concederet gratiam ſuam, vt regnum accipere poſſet. Leudaſtes tunc comes cum multas ei in amore Fredegundis inſidias tenderet ad extremum pueros eius qui e pago egreſſi fuerant, circumuẽtos dolis gladio trucidauit, ipſumq; interimere cupiẽs, ſi reperire loco opportuno potuiſſet. Sed ille conſilio vſus Gunthcrãni, & ſe vlciſci deſiderans, redeunte Marileifo archiatro de præſentia regis regis, cõprehendi præcipit: cæſumq; grauiſſime, ablato auro argentoq; eius, & reliquis rebus quas ſecum exhibebat nudum reliquit. Et interfeciſſet vtiq; ſi non inter manus cædentium elapſus, Eccleſiam expetiſſet: quẽ nos poſtea indutum veſtimẽtis obtenta vita Pictauum remiſimus. Merouens vero de patre atq; nouerca, multa crimina loquebatur: quæ cum ea parte vera eſſent, credo acceptum non fuiſſe Deo, vt hæc per filium vulgarẽtur, ſicut in ſequẽtibus cognoui. Quadam autem die ad conuiuium eius adſcitus, dum pariter ſederemus, ſuppliciter petiit aliqua ad inſtructionẽ animæ legi. Ego vero reſerato Solomonis libro, verſiculum qui primus occurrit arripui, qui hæc continebat: Oculum qui aduerſus adſpexerit patrem, effodiant eum corui de conuallibus. Illo quoq; non intelligente, conſideraui hũc verſiculum à domino præparatum. Tunc direxit Gunthcrannum puerum ad mulierem quandã ſibi iam cognitam à tempore Chariberti regis, habente ſpiritum Pythonis, vt ei quæ erant euẽtura narraret. Adſerebat præter ea ipſam ſibi ante hoc tempus, nõ ſolum annum, ſed & diem & horam, in qua rex Charibertus obiret, denunciaſſe. Quæ ei per pueros mandata remiſit: Futurũ eſt enim vt rex Chilpericus hoc anno deficiat, & Merouens excluſis fratribus omne capiat regnum. Tu

D vero ducatum totius regni eius annis quinque tenebis. Sexto vero anno in vna ciuitatũ quæ ſuper Ligeris alueum ſita eſt, in dextra eius parte fauente populo Epiſcopatus gratiã adipiſceris, ac ſenex & plenus dierum ab hoc mundo migrabis. Cumq; hæc pueri redeuntes omnino nunciaſſent, ſtatim ille vanitate elatus tanquã ſi iã cathedra Turonicæ Eccleſiæ reſideret, ad me hæc detulit verba. Cuius ego arridens ſtultitiæ, dixi: A Deo hæc poſcẽda ſunt: nam credi non debẽt quæ diabolus repromittit. Ille autẽ ab initio mendax eſt, & in veritate nũquam ſtetit. Illo quoq; cum cõfuſione diſcedente, valde irridebam hominem qui talia credi putabat. Deniq; quadam nocte vigiliis in baſilica ſancti antiſtitis celebratis, dum lectulo decubans obdormiſſem, vidi Angelum per aëra volantem, cumq; ſuper ſanctam baſilicam præteriret, voce magna ait: Heu heu, percuſſit Deus Chilpericũ, & omnes filios eius: nec ſuperabit de his qui proceſſerunt ex lumbis eius, qui regat regnum illius in æternũ.

Eulogia datur poſt Miſſam.

Greg. Turon. à Chilperico eiicitur.

Leudaſtes pueros Merouei trucidauit.

Merouechi Pythoniſſam conſulit.

Credi non debet quod diabolus repromittit.

E Erant ei eo dein tempore de diuerſis vxoribus filij quatuor, exceptis filiabus. Cum autẽ hæc in poſterum impleta fuiſſent, tunc ad liquidum cognoui falſa eſſe quæ promiſerant arioli. Igitur commorãtibus his apud baſilicam S. Martini, miſit ad Gunthcrannum Boſonẽ Fredegũdis regina, quæ ei iam pro morte Theodoberti patrocinabatur occultè, dicẽs: Si Merouenum eiicere potueris de baſilica vt interficiatur: magnũ de me munus accipies. At ille præſto putãs eſſe interfectores, ait ad Merouenum: Vt quid hic quaſi ſegnes & timidi reſidemus, & vt hebetes circa baſilicam occulimus? Veniãt enim equi noſtri & acceptis accipitribus, cum canibus exerceamur venatione, ſpectaculiſq; patulis iocundemur. hoc enim aiebat callide, vt eum a ſancta baſilica ſepararet. Gunthcrannus vero alias ſane bonus (nam ad periuria nimium præparatus erat, verumtamẽ nulli amicorum Sacramentum dedit, quod non protinus omiſiſſet) egreſſi itaq; vt diximus, de baſilica, ad Iocundiacenſem domum ciuitati proximã progreſſi ſunt: ſed à nomine Merouens noxius eſt. Et quia imperebatur tunc Gũtchramnus de interitu, vt diximus, Theoduberti, miſit Chilpericus rex epiſtulã ſcriptam ad ſepulchrum S. Martini, quæ habebat inſertum, vt ait B. Martinus reſcriberet, vtrum liceret extrahi Gunthcrannum de baſilica eius, an non. Sed Baudinus Diaconus qui hanc epiſtulam exhibuit, chartam puram cum eadem quam detulerat, ad ſanctum tumulum miſit. Cumq; per triduum exſpectaſſet, & nihil reſcripti reciperet, rediit ad Chilpericum. Ille vero miſit alios qui à Gunthcramno Sacramenta exigerent, vt ſine eius ſcientia baſilicam nõ relinqueret. Qui ambienter iurans pallam altaris fideiuſſorem dedit nunquam ſe ex inde ſine iuſſione regia egreſſurum. Merouens vero non credens Pythoniſſæ, tres libros ſuper ſancti ſepulchrum poſuit, id eſt Pſalterij, Regum, Euangeliorum: & vigilans tota nocte, petiit vt ſibi beatus cõfeſſor, quid eueniret, oſtenderet, & vtrum poſſit regnum capere, an non, vt domino indicante cognoſceret. Poſt hæc cõtinuato triduũ in ieiuniis, vigiliis, atq; orationibus beatum tumulum iterũ accedens reuoluit librum qui erat Regum. Verſus autem primus paginæ quã reſerauit, hic erat: Pro eo quod dereliquiſtis Dominum Deum veſtrum, & ambulaſtis poſt deos alienos, nec feciſtis rectum ante conſpectum eius, ideo tradidit vos Dominus Deus veſter in manibus inimicorum veſtrorum. Pſalterij autem verſus hic eſt inuẽtus: Veruntamen propter doloſitatem poſuiſti eis mala: deieciſti eos, dum alleuarentur. Quomodo facti ſunt in deſolationem? ſubito defecerunt: perierunt propter iniquitates ſuas. In Euangeliis autẽ hoc eſt repertum: Scitis quia poſt biduum Paſcha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. In his reſponſionibus ille cõfuſus, flens diutiſſime ad ſepulchrum beati antiſtitis, adſumpto ſecũ Gunthcrãno duce cum quingentis aut eo amplius viris diſceſſit. Egreſſus autẽ baſilicam ſanctam, cum iter agẽret per Autiſſiodorenſe territorium, ab Erpone duce Gunthcramni regis comprehenſus eſt. Cumq; ab eo detineretur, caſu neſcio quo dilapſus, baſilicam S. Germani ingreſſus eſt. Audiens hæc Gunthcramnus rex in ira commotus Erponem ſeptingentis aureis damnat, & ab honore remouet, dicens: Retinuiſti, vt ait frater meus, inimicũ ſuum: quod ſi hoc facere cogitabas, ad me eum debuiſti prius adducere: ſin autem aliud, nec tangere debueras quem tenere diſſimulabas. Exercitus autẽ Chilperici regis vſq; Turonos accedens, regionem illam in prædas mittit, ſuccendit, atq; deuaſtat: nec rebus S. Martini pepercit, ſed quod manu tetigit, ſine vllo Dei intuitu, aut timore diripuit. Merouens prope duos menſes, ad ante dictam baſilicam reſidens, fugam iniit, & ad Brunichildem reginam vſque peruenit, ſed ab Auſtraſiis non eſt collectus. Pater vero eius exercitum contra Campanenſes commouit, putans eum ibidem occultari, ſed nihil nocuit, nec eum potuit reperire.

Et quia tẽpore illo quo Alboinus in Italiã ingreſſus eſt, Chlotharius & Sygibertus Sueuos, & alias gẽtes in loco illo poſuerũt, hi qui tẽpore Sygiberti regreſſi sũt, id eſt qui cũ Alboino fuerãt cõtra hos conſurgunt, volẽtes eos à regione illa extrudere ac delere. At illi obtu-

Viſio & reuelatio Gregorio exhibita de ſucceſſoribus Chilperici.

Chilpericus ſcripſit ad ſepulchrum B. Martini.

Diuinatio capta ex ſcripturis.

Bella inter Saxones & Sueuos.

A lerunt eis tertiá parté terræ, dicentes, Simul viuere ſine colliſione poſſumus. Sed illi contra eos irati, eo quod ipſi hoc antea tenuiſſent, nullatenus pacificari voluerũt. Dehinc obtulerunt eis iterũ iſti medietaté: poſt hæc duas partes, ſibi tertiã relinquentes. Nolentibus auté illis, obtulerunt eum terra omnia pecora, tantũ vt à bello ceſſarent. Sed nec hoc illi adquieſcentes, certamen expetunt. Et inter ſe ante certamen, qualiter vxores Sueuorũ diuiderent, & qui quã poſt eorũ exitũ acciperet, tractant, putantes eos iam quaſi interfectos habere. Sed Domini miſeratio quæ iuſtitiã facit, in aliam partem voluntaté eorum retorſit. Nam cõfligentibus illis: erant autem viginti ſex millia Saxonum, ex quibus viginti millia ceciderunt: Sueuorum quoque ſex millia, ex quibus quadringenti & octoginta tantum proſtrati ſunt. reliqui vero victoriam obtinuerunt. Illi quoque qui ex Saxonibus remanſerant, deteſtati ſunt, nullum ſe eorum barbam, neque capillos inciſurum, niſi prius ſe de aduerſariis vlciſcerentur. *Votum ex vindicta.* Quibus iterum decertantibus, in maiore exeidio corruerunt: & ſic à bello ceſſatum eſt. *B*

Cap. 16. In Britanniis hæc acta ſunt. Maclianus quondam & Bodiccus Britannorum comites, Sacramentum inter ſe dederant, vt qui ex eis ſuperuiueret, filios partis alterius tanquam proprios defenſaret. Mortuus autem Bodiccus *Maclianus perfidia & interitus.* reliquit filium Theodoricum nomine. Quo Maclianus oblitus Sacramenti, expulſo à patria, regnum patris eius accepit. Hic vero multo tempore profugus vaguſq; fuit. Qui tandem miſerante Deo, collectis ſecum à Britannia viris, ſe ſuper Maclianum obiecit, eumque cum filio eius Iacob gladio interemit, partemque regni quam quondam pater eius tenuerat, in ſua poteſtate reſtituit: parté vero aliam Vuarochus Macliani filius vindicauit.

Cap. 17. Magnacharij nati pereunt. Guntheramnus vero duos Magnacharij quondam filios gladio interemit, pro eo quod in Auſtrigildé reginã, eiuſq; ſobolẽ multa deteſtabilia atque exſecranda proferrent, facultateſque eorũ fiſco ſuo redegit. Ipſe quoq; duos filios ſuos ſubito morbo oppreſſos perdidit: de quorũ funere valde cõtriſtatus eſt, eo quod orbatus abſque liberis remanſiſſet. Eo anno dubietas Paſchæ fuit. *C* In Galliis vero nos cum multis ciuitatibus, quartodecimo Calendas Maias ſanctum Paſcha celebrauimus: alij vero cũ Hiſpanis, duodecimo Calendas Aprilis, ſolennitaté hanc tenuerunt tamen vt ferunt, fontes illi qui in Hiſpaniis nutu Dei cõplentur, in noſtro Paſcha repleti ſunt. *Paſcha celebratio traditur miraculo.* Canone vero Turonico vico, dũ ipſo glorioſo Reſurrectionis Dominicæ die Miſſæ celebrarentur, Eccleſiã contremuit, populuſq; cõterritus à pauore, vnam vocem dedit dicens, quod Eccleſia caderet: cunctiſque ab ea etiã effractis oſtiis per fugã lapſi ſunt, magna poſt hæc lues populũ deuaſtauit. Poſt hæc Guntheramnus rex ad Childebertũ nepoté ſuos legatos mittit, pacé petens, ac deprecans eum videre. Tunc ille cum proceribus ſuis ad eum venit: qui ad ponté qué Petreum vocant, coniuncti ſunt, conſalutantes atq; inuicé oſculãtes ſe. Guntheramnus rex ait, Euenit impulſu peccatorũ meorũ, vt abſque *Guntheramnus Childebertum ſucceſſoré deſignat.* liberis remanerẽ: & ideo peto vt hic nepos meus mihi ſit filius. Et imponẽs eum ſuper cathedrã ſuã, cunctũ ei regnũ tradidit, dicẽs, Vna nos parma protegat, vnaq; haſta defendat. *D* Quod ſi filios habuero, te nihilominus tãquã vnũ ex his reputabo, vt illa cũ meis, tecumq; permaneat charitas, quã tibi hodie ego polliceor teſte Deo: proceres vero Childeberti ſimiliter pro eodẽ polliciti ſunt. Et mãducantes ſimul atq; bibentes, digniſq; ſe muneribus honorãtes, pacifici diſceſſerũt, ad Chilpericũ regẽ legationẽ mittentes, vt redderet quod de eorũ regno minueret. Quod ſi differret, campũ præpararet ad bellũ. Quod ille deſpiciens, apud Sueſſionas atq; Pariſios, circos ædificare præcepit, eos populis ſpectaculũ præbẽs.

Cap. 18. Prætextatus Epiſc. Rothõ. ob munera data nuptias periclitatur. His ita geſtis, audiens Chilpericus, quod Prætextatus Rothomagenſis Epiſcopus, contra vtilitaté ſuã populis munera daret, eũ ad ſe acceſſiri præcepit. Quo diſcuſſo, reperit cum eodẽ res Brunichildis reginæ cõmendatas: ipſiſq; ablatis, eum in exilio vſq; ad ſacerdotalé audientiã retineri præcepit. Cõiuncto auté concilio, exhibitus eſt. erant auté Epiſcopi qui aduenerãt apud Pariſios, in baſilica S. Petri Apoſtoli: cui rex ait, Quid tibi viſũ eſt ô *E* Epiſcope, vt inimicũ meũ Merouecum, qui filius eſſe debuerat, cum amita ſua, id eſt patrui ſui vxore, cõiungeres? An ignarus eras, quæ pro hac cauſa canonũ ſtatuta ſanxiſſent? Etiã non hic ſolũ exceſſiſſe probaris, ſed etiã cũ illo egiſti, datis muneribus, vt ego interficerer. Hoſté auté filiũ patri feciſti, ſeduxiſti pecunia plebẽ, vt nullus mecũ fidẽ habitã cuſtodiret: voluiſtiq; regnũ meum in manum alterius tradere. Hæc eo dicẽte, infremuit multitudo Francorũ, voluitq; oſtia baſilicæ rũpere, quaſi vt extractũ ſacerdotũ lapidibus vrgerẽt: ſed rex prohibuit fieri. Cumq; Prætextatus Epiſcopus ea quæ rex dixerat, facta negaret, aduenerũt falſi teſtes, qui oſtendebãt ſpecies aliquas, dicentes, Hæc & hæc nobis dediſti, vt Merouco fidẽ promittere deberemus. Ad hæc ille dicebat, Verũ enim dicitis, vos à me ſæpius muneratos, ſed non hæc cauſa extitit, vt rex eiiceretur à regno. Nam & cum vos mihi & equos optimos, & res alias præberetis, nunquid poteram aliud facere, niſi & ego vos ſimili ſorte remunerarẽ? Recedente vero rege ad metatum ſuum, nos collecti in vnũ ſedebamus in ſecretario baſilicæ B. Petri. *F* Confabulantibuſq; nobis ſubito aduenit Aetius Archidiaconus Pariſiacę Eccleſiæ, ſalutatiſq; nobis, ait, Audite me ô ſacerdotes Domini, qui in vnũ collecti eſtis: aut enim hoc tẽpore exaltabitis nomen veſtrũ, & bonæ famæ gratia refulgebitis: aut certe nullus vos amodo pro Dei ſacerdotibus eſt habiturus, ſi perſonas veſtras ſagaciter non erigitis, aut fratrẽ perire permiteritis. Hæc eo dicente, nullus ſacerdotũ, ei quicquã reſpondit: timebant enim reginæ furoré, cuius inſtinctu hæc agebãtur. Quibus intentis & ora digito cõprimentibus, ego aio, Attenti eſtote quæſo ſermonibus meis, ô ſanctiſſimi ſacerdotes Dei, & præſertim vos qui familiariores eſſe regi videmini: adhibete ei conſiliũ ſanctũ atq; ſacerdotale, *Eccleſiaſtici ſuccurrant Eccleſiaſticis.* ne exardeſcens in miniſtrũ Dei, pereat ab ira eius, & regnũ perdat & gloriã. Hæc me dicente, ſilebant omnes. Illis vero ſilentibus, adieci, Mementote, Domini mei ſacerdotes, vbi prophetiæ quod ſit, Si viderit ſpeculator iniquitaté hominis, & non dixerit, reus erit animæ pereuntis. Ergo nolite ſilere, ſed prædicate, & ponite ante *G* oculos regis peccata eius, ne forte aliquid mali contingat, & vos rei ſitis pro anima eius. An ignoratis quid nouo geſtũ fuerit tẽpore? quomodo adprehenſum Sygimũdũ Chlodomeris retruſit in carceré, dixitq; ei Auitus *Chlodomeris interitus.* Dei ſacerdos, Ne iniicias manũ in eum, & cum Burgundiã petieris, victoriã obtinebis. Ille vero abnuẽs quæ ei à ſacerdote dicta fuerant abiit ipſumq; cum vxore & filiis interemit; petiitq; Burgundiam: ibiq; oppreſſus ab exercitu, interẽptus eſt. Quid Maximus Imperator? nõne cum B. Martinum cõpuliſſet cõmunicare cuidam homi- *B. Martinus communicat homicidæ Epiſc.* cidæ Epiſcopo: & ille quo facilius addictos morti liberaret, Regi impio cõſenſiſſet, proſequente Regis æterni iudicio, ab imperio depulſus Maximus, morte peſſima condẽnatus eſt? Hæc me dicente, nõ reſpõdit vllus quicquam ſed erant omnes intenti & ſtupentes. Duo tamen adulatores ex ipſis, quod de Epiſcopis dici dolendũ eſt, nunciauerunt regi, dicẽtes, quia nullũ maioré inimicũ in ſuis cauſis, quã me haberet. Illico vnus ex aulicis curſu rapido ad me repræſentandũ dirigitur. Cumq; veniſſem, *H* ſtabat rex iuxta tabernaculũ ex ramis factũ, & ad dexteram eius Bertchramnus Epiſcopus, ad læuã vero Regnemodus ſtabat: & erat ante eos ſcãnum pane deſuper plenum cum diuerſis ferculis. Viſoq; me rex ait, O Epiſcope, iuſtitiam cunctis largiri debes: & ecce ego iuſtitiã à te non accipio: ſed vt video, conſentis iniquitati, & impletur in te prouerbium illud, quod Coruus oculum corui non eruet. *Coruus corui non eruit oculum.* Ad hæc ego, Si quis de nobis, ô rex, iuſtitiæ tramitem tranſcendere voluerit, à te corrigi poteſt: ſi vero tu exceſſeris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, ſed ſi volueris, audis: ſi autem nolueris, quis te condemnabit, niſi is qui ſe pronunciauit eſſe iuſtitiam? Ad hæc ille, vt erat ab adulatoribus contra me accenſus, ait, Cum omnibus enim inueni iuſtitiam, & tecum inuenire non poſſum, ſed ſcio quid faciam vt noteris in populis & iniuſtum te eſſe omnibus perpateſcat. Conuocabo enim populum Turonicum, & dicam eis, Vociferamini contra Gregorium quod ſit iniuſtus, & nulli ho-

minum

A minom iaſtitiam præſtet. Illis quoque hæc clamantibus reſpondebo, Ego qui rex ſum iuſtitiam cum eodem inuenire non poſſum,& vos qui minores eſtis, inuenietis? Ad hæc ego, Quod ſim iniuſtus, tu neſcis, ſcit enim ille conſcientiam meam, cui occulta cordis ſunt manifeſta. Quod vero falſo clamore populus te inſultante vociferatur, nihil eſt, quia ſciũt omnes à te hæc emiſſa. ideoque non ego, ſed potius tu in adclamatione notaberis. Sed quid plura: Habes legem & canones. hæc te diligenter rimari oportet:& tunc quæ præceperint, ſi non obſeruaueris, noueris tibi Dei iudicium imminere. At ille, quaſi me demulcens, quod doloſè faciens putabat me non intelligere conuerſus ad iuſcellum quod corã erat poſitum, ait: propter te hæc iuſcella paraui: in quibus nihil aliud præter volatilia, & parumper ciceris continetur. Ad hæc ego, cognoſcens adulationes eius, dixi, Noſter cibus eſſe debet facere voluntatem Dei, & non his deliciis delectari: vt ea quæ præcipit nullo caſu prætermittamus. Tu vero qui alios de iuſtitia culpas, pollicere

Chilpericus rex authori fuit infenſus.

B prius quod legem & canones non omittas:& tunc credimus quod iuſtitiam proſequaris. Ille vero porrecta dextera, iurauit per omnipotentem Deum, quod ea quæ lex & canones edocebant, nullo prætermitteret pacto. Poſt hæc accepto pane, hauſto etiam vino diſceſſi. Ea vero nocte, decantatis nocturnalibus hymnis, oſtium manſionis noſtræ grauibus audio cogi verberibus: miſſoque puero, nuncios Fredegundis reginæ adſtare cognoſco. Quibus introductis, ſalutationem reginæ ſuſcipio. Deinde precantur pueri vt in eius cauſis contrarius non exiſtam, ſimulque ducentas argenti promittunt libras, ſi Prætextatus me impugnante opprimeretur, dicebant enim. Iam omnium Epiſcoporum promiſſionem habemus, tantum tu aduerſus non incedis. Quibus ego, Si mihi mille libras auri argentique donetis, numquid aliud facere poſſum, niſi quod Dominus agi præcipit? vnum tantum polliceor, quod ea quæ cætera ſecundum canonum ſtatuta conſenſerint ſequar. At illi non intelligentes quæ dicebam, gratias agentes diſceſſerunt. Ma-

Fredegundis vult Greg. corrumpere.

C ne autem facto, aliqui de Epiſcopis ad me venerunt, ſimile mandatum ferentes: quibus ego ſimilia reſpondi. Conuenientibus autem nobis in baſilica ſancti Petri, mane rex adfuit, dixitque Epiſcopus enim in furtis deprehenſus ab Epiſcopali officio vt auellatur, canonum auctoritas ſanxit. Nobis quoque reſpondentibus. Quis ille ſacerdos eſſet, cui furti crimen irrogaretur: reſpondit rex, Vidiſtis enim ſpecies quas nobis furto abſtulit. Oſtenderat enim nobis ante diem tertiam rex duo volucra, ſpeciebus & diuerſis ornamentis referta: quæ prætiabantur amplius quam tria millia ſolidorum. Sed & ſacculum cum numiſmatis auri pondere tenentem quaſi millia duo: hæc enim dicebat rex, ſibi ab Epiſcopo fuiſſe furata. Qui reſpondit, Recolere vos credo, diſcedente à Rotbomagenſi vrbe Brunichilde regina, quod venerim ad vos, dixique vobis, quia res eius, id eſt quinque ſarcinas commendatas haberem:& frequentius aduenire pueros eius ad me vt ea redderem, & nolui ſine conſilio veſtro: tu autem dixiſti mihi ô rex, Eiice hæc à te,

D & reuertantur ad mulierem res ſuæ: ne inimicitia inter me & Childebertum nepotem meum pro his rebus debeat pullulare. Reuerſus ergo ego ad vrbem, vnum volucrum tradidi pueris; non enim valebam amplius ferre. Reuerſi iterum requirebãt alia, iterum conſului magnificentiam veſtram: tu autem præcepiſti dicens, Eiice, eiice hæc à te ô ſacerdos, ne faciat ſcãdalum hæc cauſa. Iterum tradidi eis duo ex his: duo autem alia remanſerunt mecum. Tu autem quid nunc calumniaris, & me furti arguis, cum hæc cauſa non ad furtũ, ſed ad cuſtodiã debeat deputari? Ad hæc rex, Si hoc depoſitũ penes te habebatur ad cuſtodiẽdũ, cur ſoluiſti vnũ ex his & limbũ aureis contextũ filis in partes diſſecaſti, & dediſti per viros qui me à regno deiicerent? Prætextatus Epiſcopus reſpõdit, Iam dixi tibi ſuperius, quia munera eorũ acceperã, ideoque cum non haberẽ de præſenti quod darẽ, hinc præſumpſi, & eis viciſſitudinẽ munerũ tribui, propriũ mihi eſſe videbatur quod filio meo Meroueo erat, quẽ de la-

E uacro regenerationis excepi. Videns autẽ rex Chilpericus quod eum hic calũniis ſuperare nequiret, attonitus valde ac cõſcientia confuſus, diſceſſit à nobis: vocauitq; quoſdã de adulatoribus ſuis, & ait, Victũ me verbis Epiſcopi fateor, & vera eſſe quæ dicit ſcio: quid nunc faciã vt reginæ de eo voluntas adimpleatur? Et ait, Ita, & accedẽtes ad eum dicite, quaſi conſiliũ ex vobiſmetipſis dãtes: Noſti quod ſit rex Chilpericus pius atq; cõpunctus, & cito flectatur ad miſericordiã: humiliare ſub eo, & dicito ab eo obiecta à te perpetrata fuiſſe: tunc nos proſtrati omnes corã pedibus eius, date tibi veniã impetrabimus. His ſeductus Prætextatus Epiſcopus, pollicitus eſt ſe ita facturũ. Mane autẽ facto, conuenimus ad conſuetũ locũ: adueniente que & rex, ait ad Epiſcopũ, Si munera pro muneribus his hominibus es largitus, cur Sacramenta poſtulaſti, vt fidẽ Merouco ſeruarent? Reſpondit Epiſcopus, Petij, fateor, amicitias eorum haberi cum eo & non ſolũ hominẽ, ſed ſi fas fuiſſet, Angelũ de cœlo euocaſſẽ, qui eſſet adiutor eius: filius enim mihi erat, vt ſæpe dixi, ſpiritalis ex lauacro. Cumq; hæc altercatio

Adulatorũ prauũ conſiliũ.

F altius tolleretur, Prætextatus Epiſcopus proſtratus ſolo, ait, Peccaui in cœlũ & coram te, ô rex miſericordiſſime: ego ſum homicida nefãdus: ego te interficere volui, & filiũ tuum in ſolio tuo erigere. Hæc eo dicente, proſternitur rex corã pedibus ſacerdotũ, dicens, Audite, ô piiſſimi ſacerdotes, reum crimen execrabile confitentẽ. Cumq; nos flentes regẽ eleuaſſemus à ſolo iuſſit eum baſilicã egredi. Ipſe vero ad metatũ diſceſſit, tranſmittẽs librũ canonũ in quo erat quaternio nouus adnexus, habens canones quaſi Apoſtolicos, continentes hæc, Epiſcopus in homicidio, adulterio, & periurio deprehenſus, à ſacerdotio diuellatur. His ita lectis, cum Prætextatus ſtaret, ſtupens Bertheramnus Epiſcopus ait, Audi ô frater & coepiſcope, quia regis gratiã non habes, ideoque nec noſtra charitate vti poteris, priuſquam regis indulgentiam merearis. His ita geſtis petiit rex vt aut tunica eius ſcinderetur, aut centeſimusoctauus pſalmus, qui maledictiones Iſcarioticas cõtinet, ſuper caput eius recitaretur: aut certe iudiciũ contra eum ſcriberetur, ne in perpetuũ cõmunicaret. Quibus conditionibus ego reſtiti,

Prætextatus damnatio.

G iuxta promiſſum regis vt nihil extra canones gereretur. Tũc Prætextatus à noſtris raptus oculis in cuſtodiã poſitus eſt. De qua fugere tentans, nocte grauiſſime cæſus, in inſulam maris quod adiacet ciuitati Conſtantinæ, in exiliũ eſt detruſus. Poſt hæc ſonuit quod Merouéus iterum baſilicã S. Martini conaretur expetere; Chilpericus vero cuſtodiri baſilicam iubet, & omnes claudi aditus. Cuſtodes autẽ vnum oſtiũ per quod pauci clerici ad officium ingrederentur, relinquentes, reliqua oſtia clauſa tenebant. Quod non ſine tædio populis fuit. Cum autẽ apud Pariſios moraremur, ſigna in cœlo apparuerunt, id eſt viginti radij à parte aquilonis qui ab oriente ſurgẽtes, ad occidentẽ properabant. Ex quibus vnus prolixior & aliis ſupereminens, vt eſt in ſublime elatus, mox defecit: & ſic reliqui qui ſecuti fuerant, euanuerunt. Credo interitũ Merouei prænunciaſſe. Merouéus vero dum in Remẽſi cãpania latitaret, nec palã ſe Auſtraſiis crederet,

Signa in cœlo.

H à Tarabanenſibus circumuentus eſt, dicentibus quod relicto patre eius Chilperico, ei ſe ſubiugarent, ſi ad eos accederet. Qui velociter adſũptis ſecũ viris fortiſſimis, ad eos venit. Hi præparatos detegentes dolos, in villam eum quandam concludunt, & circũſeptum cum armatis, nuncios patri dirigunt. Quod ille audiens, illuc properare deſtinat. Sed hic cum in hoſpitiolo quodam retineretur, timens ne ad vindictam inimicorũ multas lueret pœnas, vocato ad ſe Gaileno familiari ſuo, ait, Vna nobis vſque nunc & anima & conſilium fuit: rogo ne patiaris me manibus inimicorum tradi: ſed accepto gladio irruas in me: quod ille nec dubitãs, eum cultro cõfodit. Adueniente autem rege, mortuus eſt repertus. Extiterunt tunc qui adſererent verba Merouei, quæ ſuperius diximus, à regina fuiſſe conficta: Merouéum vero eius fuiſſe iuſſu clam interemptum. Gailenum vero adprehenſum, abſciſſis manibus & pedibus auribus, & narium ſummitatibus & aliis multis cruciatibus adfe-

Merouéus occiditur.

A

ctum, infeliciter necauerunt. Grindionem quoque intextum totæ in ſublime ſuſtulerunt: Gucilionem, qui quondam comes palatij Sygiberti regis fuerat, abſciſſo capite interfecerunt. Sed & alios multos qui cum eodem venerant, crudeli nece diuerſis mortibus adfecerunt: Loquebantur etiam tunc homines in hac circumuentione Egidium Epiſcopum & Guntheramnum Boſonem fuiſſe maximum caput, eo quod Guntheramnus Fredegundis reginæ occultis amicitiis potiretur pro interfectione Theodoberti: Egidius vero, quod ei iam longo tempore eſſet charus.

Cap. 19. *Iuſtinus Imp. deſipit. Tyberius multa largitur pauperibus. Niceph. lib. 18.*

Cum autem Iuſtinus Imperator amiſſo ſenſu amens effectus eſſet, & per ſolam Sophiam Auguſtam eius Imperium regeretur, populi, vt in ſuperiore libro iam diximus, Tyberium Cæſarem elegerunt, vtilem, ſtrenuum, atque ſapientem eleemoſynarium, inopumque optimum defenſorem. Qui cum multa de theſauris quos Iuſtinus adgregauit, pauperibus erogaret, & Auguſta illa eum frequentius increparet, quod rempublicam redegiſſet in paupertatem: diceretque Quod ego multis annis congregaui, tu infra paucum tempus prodige diſpergis: aiebat ille, Non deerit fiſco noſtro: tantum pauperes eleemoſynam accipiant, aut captiui redimãtur. Hic

B

eſt enim magnus theſaurus dicẽte domino, Theſaurizate vobis theſauros in cœlo, vbi neque ærugo neque tinea corrumpit, & vbi fures non effodiũt nec furantur. Ergo de quo Deus dedit, congregemus per pauperes in cœlo, vt Dominus nobis augere dignetur in ſeculo. Et quia vt diximus magnus & verus Chriſtianus erat, dũ hilari diſtributione pauperibus opem præſtat, magis ac magis ei Dominus ſubminiſtrat, nam deambulans per palatium, vidit in pauimento domus tabulam marmoream, in qua crux dominica erat ſculpta, & ait Cruce tua domine frontem noſtram munimus & pectora: & ecce crucem ſub pedibus conculcamus. Et dicto citius, iuſſit eam auferri, defoſſaque tabula atque erecta, inueniunt ſubter & aliam hoc ſignum habentem: nunciantesque iuſſit & illam auferre. Qua amota, reperiunt & tertiam: iuſſitque eius & hæc auferri. Qua ablata, inueniunt magnum theſaurum habentem ſupra mille auri centenaria. Sublatumque aurum, pauperibus adhuc abundantius vt conſueuerat, ſubminiſtrat: nec ei dominus aliquid deficere permittebat pro bona voluntate ſua. Quid ei in poſterum Dominus tranſmiſerit, non omittam. Narſes ille dux Italiæ, cum in quadam ciuitate domum magnam haberet, in Italiam cum multis theſauris egreſſus ad ſupra memoratam vrbem aduenit ibique in domo ſua occulte ciſternam magnam fodit, in qua multa millia centenariorum auri argentique repoſuit: ibique interfectis conſciis vni tantum modo ſeni per iuramentum condita commendauit. Defunctoque Narſete hæc ſub terra latebant: cumque ſupradictus ſenex huius eleemoſynas aſſidue cerneret, pergit ad eum, dicens, Si, inquit, mihi aliquid prodeſt, magnam rem tibi Cæſar edicam, Cui ille, Dic, ait, quod volueris. Proderit enim tibi, ſi quiddam nobis profuturum eſſe narraueris. Theſaurum, inquit, Narſetis reconditum habeo, quod in extremo vitæ poſitus celare non poſſum Tunc Cæſar Tyberius gauiſus, mittit vſque ad locum pueros ſuos. Præcedente vero ſene, hi ſequuntur attoniti. Peruenientesque ad ciſternam, deopertamque ingrediuntur, in qua tantum aurum argentumque reperiunt vt per multos dies vix euacuaretur à deportantibus. Ex hoc ille amplius hilari erogatione diſpenſauit egenis.

Crucem dum cal C cari vetat Tyberius theſaurum reperit.

Tyberio theſaurum D Narſetis oſtendit ſenex.

Cap. 20.

Igitur contra Salonium Sagittariumque Epiſcopos, tumultus exoritur, hi enim à ſancto Nicetio Lugdunenſi Epiſcopo educati, diaconatus officium ſunt ſortiti: huiuſque tempore Salonius Ebredunenſis vrbis, Sagittariuſque Vapigenſis Eccleſiæ, ſacerdotes ſtatuuntur. Sed adſumpto Epiſcopatu in proprium relati arbitrium, cœperunt in peruaſionibus, cædibus, homicidiis, adulteriis, diuerſiſque in ſceleribus inſano furore graſſari: ita vt quodam tempore celebrante Victore Tricaſſinorum Epiſcopo ſolennitatem natalitij ſui emiſſa cohorte, cum gladiis & ſagittis irruerent ſuper

E

eum. Venientesque ſciderunt veſtimenta eius, miniſtros ceciderunt, vaſa & omnem adparatum prandij auferentes, relinquentes Epiſcopum in grandi contumelia. Quod cum rex Guntchramnus comperiſſet, congregari ſynodum apud vrbem Lugdunẽſem iuſſit. Coniunctique Epiſcopi cum patriarcha Nicetio beato, diſcuſſis cauſis, inueniunt eos de his ſceleribus quibus accuſabantur, valde conuictos, præceperuntque vt qui talia commiſerant, Epiſcopatus honore priuarentur. At illi cum adhuc propitium ſibi regem eſſe noſſent, ad eum accedunt, implorantes ſe iniuſte remotos: ſibique tribui licentiam; vt ad Papam vrbis Romanæ accedere debeant. Rex vero annuens petitionibus eorum, datis epiſtolis eos abire permiſit. Qui accedentes coram Papa Ioanne, exponunt ſe nullius rationis exiſtentibus cauſis dimotos. Ille vero epiſtolas ad regem dirigit, In quibus locis ſuis eoſdem reſtitui iubet. Quod rex ſine mora, caſtigatis prius illis verbis multis, impleuit. Sed nulla, quod peius eſt, fuit emendatio ſubſecuta: tamen Victoris Epiſcopi pacem petierunt, traditis hominibus quos in ſeditionem direxerant. Sed ille recordatus præcepti dominici, non debere reddi inimicis mala pro bonis, nihil his mali faciens, liberos abire permiſit. Vnde in poſterum à communione ſuſpenſus eſt, pro eo quod publice accuſans, clam inimicis pepercit ſine conſilio, quibus accuſauerat, fratrum. Sed per fauorem regis iterum in communionẽ reuocatus eſt. Hi vero in maioribus ſceleribus quotidie miſcebantur: & in præliis, ſicut iam ſupra meminimus, quæ Mummolus cum Longobardis geſſit, tanquam vnus ex laicis, accincti arma, plurimos propriis manibus interfecerũt. In ciues vero ſuos nõnullos commoti felle, verberantes fuſtibus vſque ad effuſionem ſanguinis, ſæuiebant. Vnde factum eſt vt clamor populi ad regem denuo procederet. Eoſdemque rex acceſſiri præcepit. Quibus aduenientibus noluit ſuis obtutibus præſentari, ſcilicet vt prius habita audientia, ſi idonei inuenirentur ſic regis præſentiam mererentur. Sed Sagittarius felle commotus, hanc rationem dure ſuſcipiens, vt erat leuis ac vanus, & in ſermonibus irrationalibus profluus, declamare plurima de rege cœpit, ac dicere quod filij eius regnum capere non poſſent, eo quod mater eorum ex familia Magnacharij quondam adſcita, Regis thorum adiiſſet: ignorans quod prætermiſſis nunc generibus feminarum, regis vocitantur liberi qui de regibus fuerint procreati. His auditis, rex commotus valde, tam equos quam pueros vel quæcumque habere potuerant, abſtulit, ipſoſque in monaſteriis à ſe longiori acceſſu dimotis, in quibus pœnitentiam agerent, includi præcepit, non amplius quam ſingulos eis clericos relinquens, iudices locorum terribiliter commonens, vt ipſos cum armatis cuſtodire debeant, ne cui ad eos viſitandos vllus pateat aditus. Superſtites enim erant his diebus filij regis, ex quibus ſenior ægrotare cœpit. Accedentes autem ad regem familiares eius, dixerunt, Si propitius audita dignareris, verba ſeruorum ſuorum, loquerentur in auribus tuis. Qui ait, Loquimini quæ libet, dixeruntque: Ne forte innocentes hi Epiſcopi exilio condemnati fuiſſent, & peccatum regis augeatur in aliquo: & ideo filius domini noſtri pereat. Qui ait: Ite quantocyus & laxate eos, deprecantes vt orent pro paruulis noſtris. Quibus abeuntibus dimiſſi ſunt. Egreſſi igitur de monaſteriis, coniuncti ſunt pariter, ſe oſculantes, eo quod olim à ſe viſi non fuerant, ad ciuitates ſuas regreſſi ſunt: & intantum compuncti ſunt, vt viderentur nunquam à pſallentio ceſſare, celebrare ieiunia, eleemoſynas exercere, librum Dauidici carminis explere per diem, noctesque in hymnis à lectionibus meditando deducere. Sed non diu hæc ſanctitas inlibata permanſit: conuerſique ſunt iterum retrorſum & ita plerumque noctes epulando atque bibendo ducebant, vt clericis matutinas in eccleſia celebrantibus hi pocula poſcerent, & vina libarent. Nulla prorſus de Deo erat mentio, nullus omnino curſus memoriæ habebatur. Renidente aurora ſurgẽtes à cœna, mollibus ſe

Salonius & Sagittarius ſeditioſi Epiſc. deponuntur.

F

Epiſcopi bellatores.

G

Sagittarius regi detrahit.

H

Epiſcopi conuerſi retrorſum.

indumentis

A

indumentis operientes, ſomno vinoque ſepulti vſque ad horam diei tertiam dormiebant. Sed nec mulieres deerant cum quibus polluerentur. Exurgentes igitur abluti balneis, ad conuiuium diſcumbebant: de quo veſpere ſurgentes, cœnæ inhiabant vſque ad illud lucis tempus quod ſuperius diximus. Sic faciebant ſingulis diebus, donec ira Dei irruit ſuper eos quod in poſterum memoraturi ſumus.

Cap. 21. *Vinnochus in eulotis.*

Tunc Vinnochus Britto in ſumma abſtinentia à Britannis venit Turonos, Hieroſolyma accedere cupiens, nullum aliud veſtimentum niſi de pellibus ouium lana priuatis habens: quem nos facilius teneremus, quia nobis religioſus valde videbatur, presbyterij gratia honorauimus. Ingerendis autem religioſa conſuetudinem habebat, aquam de ſepulchro ſancti Martini colligere: qua aqua deficiente, rogat vas cum vino ad beati tumulum deportari. Tranſacta autem nocte, id exinde hoc presbytero præſente adſumi mandanit: & ad ſe delato, ait presbytero, Aufer hinc vinum, & vnam tantum guttam de aqua benedicta, vnde parum ſupereſt, funde. Quod cum feciſſet, mirum dictu, vaſculum quod ſemiplenum erat, ad vnius guttæ deſcenſum impletum eſt. Idem bis eſt impletum: quod non ambigitur, & in hoc B. Martini fuiſſe virtutem.

B

Guttæ miraculo bis impletur vaſculum.

Cap. 22. *Sampſon Chilperici filius obiit.*

His ita geſtis, Sampſon filius Chilperici regis iunior, à dyſenteria & febre comprehenſus, è rebus humanis exceſſit. Hic vero cum Chilpericus rex Tornaci à fratre obſideretur, natus eſt: quem mater ob metum mortis, à ſe abiecit, & perdere voluit. Sed cum non potuiſſet obiurgata à rege, eum baptizari præcepit. Qui baptizatus, & ab ipſo Epiſcopo ſuſceptus, luſtro vno nec perfecto, defunctus eſt: nam & mater eius Fredegundis, in his diebus grauiter ægrotauit, ſed conualuit.

Cap. 23. *Lunata ſtella emicuit.*

Poſt hæc in nocte quæ erat tertio Idus Nouembris, adparuit nobis B. Martini vigilias celebrantibus magnum prodigium, nam in medio lunæ ſtella fulgens viſa eſt elucere: & ſuper ac ſubter lunam aliæ ſtellæ propinquæ adparuerunt. Sed & circulus ille qui pluuiam plerumque ſignificat, circa eam adparuit. Sed quæ hæc figurauerint, ignoramus, nam & lunam hoc anno ſæpe in nigredinem verſam vidimus, & ante natalem Domini grauia fuere tonitrua. Sed & ſplendores illi circa ſolem, ſicut iam ante cladem Aruernam fuiſſe commemorauimus, quos ruſtici ſoles vocant, apparuerunt, & mare vltra modum egreſſum adſerunt, & multa alia ſigna adparuerunt.

C

Cap. 24. *Guntheramnus filias de Baſilica S. Hilarij abſtulit. Chilp. Pictauos inuaſit.*

Guntheramnus Boſo Turonos cum paucis armatis veniens filias ſuas quas in baſilica ſancta reliquerat, vi abſtulit, & eas Pictauos ciuitatem, quia erat Childeberti regis, perduxit. Chilpericus quoque rex Pictauum peruaſit, atque nepotis ſui homines ab eius ſunt hominibus effugati. Ennodium ex comitatu ad regis præſentiam perduxerunt. Quo exilio damnato, facultates eius fiſco ſubdiderunt. Sed poſt annum, & patriæ facultatibus redditus eſt. Gunteramnus Boſo relictis filiabus ſuis in baſilica beati Hilarij, ad Childebertum regem tranſiit.

D

Cap. 25.

Anno quoque tertio Childeberti regis qui erat Chilperici & Guntheramni ſeptimus decimus annus, cum Dacco Dagarici quondam filius, relicto rege Chilperico, huc illucque vagaretur, à Draccoleno duce, qui dicebatur Induſtrius, fraudulenter adprehenſus eſt: quem vinctum ad Chilpericum regem, Brennacum deduxit, dato ei Sacramento, quod vitam illius cum rege obtineret. Sed oblitus Sacramenti, egit cum principe, nefarias res aſſerens, vt moreretur. Ille quoque cum vinctus detineretur, & cerneret ſe penitus non euaſurum, à presbytero rege neſciente pœnitentiam petiit. Qua accepta, interfectus eſt. Cum autem idem Draccolenus velociter reuerteretur in patriam, his diebus Guntheramnus Boſo filias ſuas à Pictauo auferre conabatur. Quod audiens Draccolenus, ſe ſuper eum obiecit. Sed illi ſicut erant parati reſiſtentes, ſe defenſare nitebantur, Guntheramnus vero miſit vnum de amicis

Dacco occiditur.

E

ſuis ad eum dicens, Vade & dic ei, Scis enim quod fœdus inter nos initum habemus: rogo vt te de meis remoueas inſidiis. Quantum vis rebus tollere non prohibeo: tantum mihi etſi nudo liceat cum filiabus meis accedere quo voluero. At ille vt erat vanus ac leuis, Ecce, inquit funiculum in quo alij culpabiles ligati, ad regem me ducente directi ſunt: in quo & hic hodie ligandus illuc deducitur vinctus. Et hæc cum dixiſſet, calcaneorum ictibus vrgens equum, ad illum veloci curſu dirigit: & eraſſo eum verberans ictu, haſtili diuiſo enſis ad terram ruit. Guntheramnus vero cum ſuper ſe mortem cerneret imminere inuocato nomine Domini, & virtute magna beati Martini, eleuatoque conto, Draccolenum arctat in faucibus: ſuſpenſumque a de equo ſurſum, vnus de amicis ſuis eum lancea latere verberatum finiuit: fugatiſque ſociis, ipſoque ſpoliato, Guntheramnus cum filiabus liber abſceſſit. Poſt hæc Seuerus ſocer eius à filiis apud regem grauiter accuſatur. Hæc ille audiens, cum magnis muneribus ad regem petit. Qui in via adprehenſus & ſpoliatus, atque in exilium deductus morte peſſima vitam finiuit. Sed & dum filij eius Burſolenus & Dodo ob crimen Majeſtatis læſæ iudicio mortis ſuſcepto, ab exercitu vi oppreſſus eſt. alius in fuga adprehenſus, truncatis manibus & pedibus interiit: reſque omnes iam eorum quam patris, fiſco conlatæ ſunt. Erant enim eis magni theſauri.

Draccolenus lancea traiicitur.

F

Cap. 26. *Franci in Britanniā copias ducunt.*

Dehinc Turonici, Pictaui, Baiocaſſini, Cœnomannici, Andegaui cum aliis multis in Britanniam ex iuſſu Chilperici regis abierunt, & contra Varochum filium quondam Machaui ad Vicinoniam fluuium reſident: Sed ille doloſè per noctem ſuper Saxones Baiocaſſinos ruens, maximam exinde partem interfecit. Poſt diem autem tertia cum ducibus regis Chilperici pacem faciens, & filium ſuum in obſidatum donans, Sacramento ſe conſtrinxit, quod fidelis regi Chilperico eſſe deberet. Venetos quoque ciuitatem reſoluit ſub ea conditione, vt ſe mereretur eam per iuſſionem regis regere, tributa vel omnia quæ exinde debebantur, annis ſingulis nullo admonente diſſolueret. Quod cum factum fuiſſet, exercitus ab eo loco remotus eſt. Poſt hæc Chilpericus rex de pauperibus & iunioribus Eccleſiæ vel baſilicæ bannos iuſſit exigi, pro eo quod in exercitu non ambulaſſent: non enim erat conſuetudo, vt hi vllam exſoluerent publicam functionem. Poſt hæc Varochus obliuiſcens promiſſionis ſuæ volens inrumpere quod fecerat, Eunium Epiſcopum Veneticæ vrbis, ad Chilpericum regem dirigit. At ille ira commotus, obiurgatum eum exilio damnari præcepit.

Chilp. ſe non ſequentes ad bellum ſcamnis

G

priuat in Eccleſia.

Cap. 27. *Salonius & Sagittarius deponuntur.*

Anno quoque quarto Childeberti, qui fuit decimus octauus Guntheramni & Chilperici regum, apud Cabillonum ciuitatem ſynodus acta eſt, ex iuſſu principis Guntheramni. diſcuſſiſque diuerſis cauſis contra Salonium & Sagittarium Epiſcopos, iteratur illa antiqua calamitas: obiiciuntur eis crimina: & non ſolum de adulteriis, verumetiam de homicidiis accuſantur. Sed hæc per pœnitentiam purgari cenſentes Epiſcopi, illud eſt additum, quod eſſent rei majeſtatis & patriæ proditores. Qua de cauſa ab Epiſcopatu diſcincti, in baſilicam beati Marcelli ſub cuſtodia detruduntur. Ex qua per fugam lapſi, diſceſſerunt per diuerſa vagantes, donec in ciuitatibus eorum alij ſubrogati ſunt.

H

Cap. 28. *Chilpericus vexat ſuos tributis grauibus inuiſis.*

Chilpericus vero rex, deſcriptiones nouas & graues in omni regno ſuo fieri iuſſit. Qua de cauſa multi relinquentes ciuitates illas, vel poſſeſſiones proprias, alia regna petierunt, ſatius ducentes alibi peregrinari, quam tali periculo ſubiacere, ſtatutum enim fuerat, vt poſſeſſor de propria terra vnam amphoram vini per aripennem redderet. Sed & aliæ functiones infligebantur multæ tam de reliquis terris, quam de mancipiis: quod impleri non poterat. Lemouicinus quoque populus cum ſe cerneret tali faſce grauari congregatus in Calendis Martiis, Marcum referendarium, qui hæc agere iuſſus fuerat, interficere voluit: & feciſſet vtique, niſi eum Epiſcopus Ferreolus ab imminenti diſcrimine liberaſſet. Arreptis quoque libris deſcriptionum, in-

A

cendio multitudo coniuncta cremauit: vnde multum moleſtus rex, dirigens de latere ſuo perſonas, immenſis damnis populum adflixit, ſuppliciiſque conteruit, morte mulctauit. Ferunt etiam tunc abbates atque preſbyteros, ad ſtipites extenſos diuerſis ſubiacuiſſe tormentis. Calumniantibus regalibus miſſis, quod in ſeditione populi, ad incendendos libros ſatellites adfuiſſent, acerbiora quoque deinceps infligentes tributa.

Cap. 26. Britannorum vaſtatio.

Britanni quoque grauiter regionem Redonicam vaſtauerunt incendio, præda, captiuitate: qui vſque Cornutium vicum debellando progreſſi ſunt. Euiuius vero Epiſcopus de exilio reductus, Andegauo ad paſcendum delegatur, nec ad ciuitatem ſuam Veneticam redire permittitur. Bypppulenus vero dux contra Britannos dirigitur, & loca aliqua Britanniæ ferro incendioque opprimit: quæ res maiorem inſaniam excitauit.

Cap. 30. Tiberius vocatur ad imperium.

Dum hæc gererentur in Galliis, Iuſtinus impleto imperij octanodecimo anno, amentiam quam incurrerat, cum vita finiuit. Quo ſepulto Tyberius Cæſar arripuit iam olim adgreſſum imperium. Sed cum eum ſecundum cõſuetudinem loci ad ſpectaculum circi præſtolaretur populus proceſſurum, parare ei cogitans pro parte Iuſtiniani inſidias, qui tunc nepos Iuſtini habebatur, ille per loca ſancta proceſſit. Completaque oratione, vocato ad ſe vrbis Papa, cum conſulibus ac præfectis, palatium eſt ingreſſus dehinc indutus purpura, diademate coronatus, throno imperiali impoſitus, cum immenſis laudibus imperium confirmauit. Factionarij quoque operientes ad circum, cum cognouiſſent quæ acta fuerant, pudore confuſi ſine effectu regreſſi ſunt, nihil homini, qui in Deo ſpem poſuerat aduerſari valentes. Tranſactis igitur paucis diebus, adueniens Iuſtinianus, pedibus ſe proiecit Imperatoris, quindecim ei centenaria auri deferens ob meritum gratiæ. Quem ille ſecundum patientiæ ſuæ ritum colligens, in palatium iuſſit adſiſtere. Sophia vero Auguſta immemor promiſſionis quam quondam in Tiberium habuerat, inſidias ei tentauit intendere. Procedente autem eo ad villam, vt iuxta ritum imperialem, xxx. diebus ad vindemiam iocundaretur, vocato clam Iuſtiniano, Sophia voluit eum erigere in imperium. Quo comperto, Tyberius curſu veloci ad Conſtantinopolitanam ciuitatem regreditur. Adprehenſamque Auguſtam ab omnibus theſauris ſpoliauit, ſolum ei victus quotidiani alimentum relinquens. Segregatiſque pueris eius ab ea, alios poſuit, de fidelibus ſuis, mandans prorſus vt nullus de anterioribus ad eam haberet acceſſum. Iuſtinianum vero obiurgatum tanto in poſterum amore dilexit, vt filio eius filiam ſuam promitteret, rurſumque filio ſuo filiam eius expeteret: ſed non eſt res ſortita effectum. Exercitus eius Perſas debellauit, victorque regreſſus, tantam molem prædæ detulit, vt crederetur cupiditati humanæ poſſe ſufficere. Viginti elephanti capti ad Imperatorem deducti ſunt.

Imperator 30.

C

diebus vindemiat.

Cap. 31. Britannorum incurſiones.

Britanni eo anno valde infeſti circa vrbem fuere Namneticam atque Redonicam, qui immenſam auferentes prædam, agros peruadunt, vineas à fructibus vacuant, & captiuos abducunt. Ad quos cum Felix Epiſcopus legationem miſiſſet emendare promittentes, nihil de promiſſis implere voluerunt.

D

Apud Pariſios autem mulier quædam ruit in crimen adſtantibus multis, quaſi quod relicto viro cum alio miſceretur. Igitur parentes illius acceſſerunt ad patrem dicentes, Aut idoneam redde filiam tuam, aut certe moriatur, ne ſtuprum hoc generi noſtro notam infligat. Noui, inquit pater, ego filiam meam bene idoneam, nec eſt verum verbum hoc quod mali homines proloquuntur. Tamen ne crimen conſurgat vlterius, innocentem eam faciam Sacramento. Et illi, Si inquiunt, eſt innoxia, ſuper tumulum hoc B. Dionyſij martyris Sacramentis adfirma. Faciam, inquit pater. Tunc inito placito ad baſilicam martyris ſancti conueniunt, eleuatiſque pater manibus ſuper altarium, iurauit, filiam non eſſe culpabilem. E contrario vero periuraſſe eum alij à parte viri pronunciant. His ergo altercantibus

E

euaginatis gladiis in ſe inuicem proruunt, atque ante ipſum altarium ſe trucidant: erant autem maiores natu & primi apud Chilpericum regem. Sauciantur multi gladiis, reſpergitur ſancta humano cruore baſilica, oſtia iaculis fodiuntur & enſibus, atque vſque ad ipſum ſepulchrum tela iniqua deſæuiunt. Quod dum vix mitigatur, locus officium perdidit, donec iſta omnia ad regis notitiam peruenirent. Hi vero properantes ad præſentiam principis, non recipiuntur in gratiam: ſed ad Epiſcopum loci illius remitti eos iuſſum eſt: vt ſi de hoc facinore culpabiles non inuenirentur, ſociarentur communioni. Tunc ab Epiſcopo Regnamodo qui Pariſiacæ Eccleſiæ præerat, componentes quæ male geſſerant, in communionem Eccleſiaſticam ſunt recepti. Mulier vero non poſt multis diebus cum ad iudicium vocaretur, laqueo vitam finiuit.

Dionyſij ædes cæde polluitur.

Cap. 32. Inundationes.

Anno quinto Childeberti regis Aruernorum regionem diluuia magna preſſerunt, ita vt per dies duodecim non ceſſaret à pluuia, tantaque inundatione Limane eſt infuſum, vt multos ne ſementem iacerent prohiberet. Flumina quoque Liger Flauariſque, quem Elaverem vocitant, vel reliqui torrentes percurrentes in eum, ita intumuerunt, vt terminos quos nunquam exceſſerant, præterirent: quæ grande de pecoribus excidium, de culturis detrimentum, de ædificiis fecere naufragium. Pari modo Rhodanus cum Arari coniunctus ripas excedens, graue damnum populis intulit, muros Lugdunenſis ciuitatis aliqua ex parte ſubuertit. Quieſcentibus vero pluuiis, arbores denuo floruerunt: erat enim menſis September. In Turonico vero eo anno mane priuſquam dies illuceſceret, fulgor per cœlum eucurriſſe viſus eſt, & ad orientis plagam cecidiſſe. Sed & ſonitus tanquam diruentis arboris, per totam terram illam auditur eſt: quod ideo non eſt, & de arbore æſtimandum, quia in quinquaginta aut amplius milliaria eſt auditum. Ipſo anno grauiter vrbs Burdegalenſis à terræmotu concuſſa eſt, mœniaque ciuitatis in diſcrimine euerſionis extiterunt; atque ita omnis populus metu mortis exercitus eſt, vt ſi non fugeret, putaret ſe cum vrbe dehiſcere. Vnde & multi ad ciuitates alias tranſierunt. Qui timor ad vicinas ciuitates porrectus eſt & vſque Hiſpaniam attigit, ſed non tam valide. Tamen Pyrenæis montibus immenſi lapides ſunt commoti, qui pecora homineſque proſtrauerunt. Nam & vicos Burdegalenſes incendium diuinitus ortum exuſſit, ita vt ſubito comprehenſæ igni tam domus quam areæ cum annonis, incendio cremarentur: nullum penitus incitamentum habens ignis alieni, niſi forſitan iuſſione diuina, nam & Aurelianenſis ciuitas graui incendio conflagrauit, in tantum vt ditioribus nihil penitus remaneret: & ſi aliquis ab igne quicquam eripuit, ab inſiſtentibus furibus eſt direptum. Apud terminum Carnotenum, verus de effracto pane ſanguis effluxit. Grauiter tunc & Biturica ciuitas à grandine verberata eſt.

Arboribus in anno florent.

F

G

Terræmotus Burdegal.

Incend. Aurelianum.

Panis fluxit ſanguinem.

Cap. 34. Lues.

Sed hæc prodigia grauiſſima lues eſt ſubſecuta. Nam diſcordantibus regibus & iterum bellum ciuile parantibus, dyſentericus morbus pene Gallias totas præoccupauit. Erat enim his qui patiebantur, valida, cum vomitu febris, renumque nimius dolor, caput graue, vel ceruix. Ea vero quæ ex ore proiiciebantur colore croceo aut certe viridia erant; à multis autem adſerebatur venenum occultum eſſe. Ruſticiores vero corales hoc puſulas nominabant, quod non eſt incredibile, quia miſſæ in ſcapulis ſiue cruribus ventoſæ, præcedentibus erumpentibuſque veſicis, decurſa ſanie multi liberabantur: ſed & herbæ quæ venenis medentur potui ſumptæ, pleriſque præſidia contulerunt. Et quidem primum hæc infirmitas à menſe Auguſto initiata, paruulos adoleſcentes arripuit, lethoque ſubegit. Perdidimus dulces & charos nobis infantulos, quos aut gremiis fouimus, aut vlnis baiulauimus, aut propria manu miniſtratis cibis ipſos ſtudio ſagaciore nutriuimus: ſed abſterſis lachrymis cum beato Iob diximus, Dominus dedit, Dominus abſtulit: quomodo Domino placuit ita factum eſt: ſit nomen eius benedictum in ſecula.

H

Igitur

A Igitur in his diebus Chilpericus rex grauiter ægrotauit: quo conualeſcente filius eius iunior needum ex aqua & ſpiritu ſancto renatus, ægrotare cœpit, quem in extremis videntes baptiſmo abluerunt. Quo parumper melius agente frater eius ſenior nomine Chlodobertus, ab hoc morbo corripitur: ipſumque in diſcrimine mortis Fredegundis mater cernens, ſero pœnitens ait ad regem, Diu nos male agentes pietas diuina ſuſtentat, nam ſæpe nos febribus & aliis malis corripuit, & emendatio non ſucceſſit. Ecce iam perdimus filios: ecce iam eos lacrymæ pauperum, lamenta viduarum, ſuſpiria orphanorum interimunt, nec ſpes remanet cui aliquid congregemus: theſaurizamus neſcientes cui congregemus ea: ecce theſauri remanent à poſſeſſore vacui, rapinis ac maledictionibus pleni. Numquid non exundabant promptuaria vino? nunquid non horrea replebantur frumento? nunquid non erant theſauri referti auro, argento, lapidibus pretioſis, monilibus, vel reliquis imperialibus ornamentis? ecce quod pulchrius habebamus, perdidimus. Nunc ſi placet venite, incendamus omnes deſcriptiones iniquas: ſufficiatque fiſco noſtro, quod ſuffecit patri regique Chlotario. Hæc effata regina, pugnis verberans pectus, iuſſit libros exhiberi qui de ciuitatibus ſuis per Marcum venerant: proiectiſque in ignem, iterum ad regem conuerſa, Quid tu, inquit moraris? Fac quæ vides à me fieri, vt & ſi dulces natos perdimus, vel pœnam perpetuam euadamus. Tunc rex compunctus corde tradidit omnes libros deſcriptionum igni; conflagratiſque illis miſit qui futuras prohiberent deſcriptiones. Poſt hæc infantulus iunior dum nimio labore tabeſcit, extinguitur, quem cum maximo mœrore deducentes à villa Brennaco Pariſios, ad baſilicam ſancti Dionyſij ſepelire mandauerunt. Chlodobertum vero componentes in feretro, Sueſſionas ad baſilicam ſancti Medardi duxerunt, proiicientesque eum ad ſanctum ſepulchrum vouerunt vota pro eo, ſed media nocte anhelus iam & tenuis ſpiritum exhalauit: quem in baſilica ſanctorum Criſpini atque Criſpiniani martyrum ſepelierunt: magnus vſque huc planctus omni populo fuit nam viri lugentes mulieresque lugubribus veſtimentis indutæ, vt ſolet in coniugum exequiis fieri, ita hoc funus ſunt proſecutæ. Multa poſtea Chilpericus rex Eccleſiis ſiue baſilicis vel pauperibus eſt largitus.

Reguli ægrotant.

B

Chilpericus tributa remiſit.

C

Cap. 35. Auſtrigildis medicos qui curabant ſi moreretur occidi iuſſit.

His diebus Auſtrigildis Gunthramnum principis regina, ab hoc morbo conſumpta eſt ſed priuſquam nequam ſpiritum exhalaret, cernens quod euadere non poſſet, alta trahens ſuſpiria, voluit leti ſui habere participes agens vt in exequiis eius aliorum funera plangerentur. Fertur enim Herodiano more regem petiiſſe dicens, Adhuc ſpes viuendi fuerat, ſi non inter iniquorum medicorum manus interiiſſem: nam potiones ab illis acceptæ, mihi vi abſtulerunt vitam, & fecerunt me hanc lucem velociter perdere: & ideo ne inulta mors mea prætereat, quæſo & cum ſacramenti interpoſitione coniuro, vt cum ab hac luce diſceſſero, ſtatim ipſi gladio trucidentur: vt ſicut ego amplius viuere non queo, ita nec illi poſt meum obitum glorientur, ſed ſit vnus dolor noſtris pariter ac eorum amicis. Hæc effata, infelicem animam tradidit. Rex vero peracto ex more iuſtitio, oppreſſus iniquæ coniugis iuramento, impleuit præceptum iniquitatis: nam duos medicos qui ei ſtudium adhibuerant gladio feriri præcepit: quod non ſine peccato fuiſſe, multorum cenſet prudentia.

D

Cap. 36. Nantinus comes interiit.

Hac itaque ægritudine & Nantinus Engoliſmenſis comes exinanitus interiit, ſed quæ contra ſacerdotes vel Eccleſias Dei egerit, altius repetenda ſunt. Denique Maracharius auunculus eius, diu in ipſa vrbe vſus eſt comitatu, quo officio expleto, Eccleſiæ ſociatur, clericuſque factus ordinatus Epiſcopus. Qui multum vigilanter vel Eccleſias, vel Eccleſiæ domos, & erigens, & componens, ſeptimo ſacerdotij anno iniecto ab inimicis in caput piſcis veneno, ſimpliciter accipiens crudeliter enecatur: Sed non diu inultam eius mortem pertulit diuina clementia: nam Frontonius, cuius conſilio hoc ſcelus eſt perpetratum, adſumpto confeſtim Epiſcopatu, vno in eo degens anno, præcurrente iudicio Dei interiit. Cuius poſt obitum Heraclius Burdegalenſis presbiter, qui quondam legatus Childeberti ſenioris fuerat, Epiſcopus ordinatur. Nantinus vero ob requirendam auunculi ſui mortem, comitatum in ipſa vrbe expetiit. Quo accepto, multas Epiſcopo iniurias irrogauit: aiebat enim, Homicidas illos qui auunculum meum interfecerunt tecum retines: ſed & presbyteros huic noxæ admixtos, ad conuiuium recipis. Deinde inimicitia increſcente paulatim cœpit villas Eccleſiæ quas Maracharius teſtamento ſcripto reliquerat, violenter inuadere, adſerens non debere Eccleſiam eius facultatem adipiſci, à cuius clericis teſtator fuerat interfectus. Poſt iſta vero iam aliquibus ex laicis interfectis, addidit vt adprehenſum presbyterum adligaret, ac conto perfoderet. Cui adhuc viuenti retortis poſt tergum manibus, adpenſo ad ſtipitem elicere quærebant ſi in hac cauſa fuiſſet admixtus. Quod cum ille negaret, profluente cruore de vulnere, reddidit ſpiritum. Qua de cauſa commotus Epiſcopus, iuſſit eum ab Eccleſiæ foribus prohiberi. Conuenientibus autem apud ciuitatem Sanctonas ſacerdotibus, deprecabatur Nantinus vt pacem Epiſcopi mereretur, promittens ſe omnes Eccleſiæ res quas ſine ratione abſtulerat, redditurum, atque humilem exhibere ſe ſacerdoti. At ille fratrum iuſſioni obaudire procurans, cuncta quæ petebantur indulſit: cauſam tamen presbyteri omnipotenti Deo commendans, comitem in charitate recepit. Qui poſt iſta regreſſus vrbem, domos illas quas male peruaſerat, ſpoliat, elidit, ac diruit, dicens, Et ſi hoc ab Eccleſia recipitur, vel deſertum inueniatur. Qua de cauſa iterum motus Epiſcopus, eum à communione ſuſpendit. Quæ dum aguntur, impleto beatus pontifex vitæ curſu, migrauit ad dominum. Nantinus quoque ab aliquibus Epiſcopis, intercedentibus præmiis atque adulationibus communicatur. Poſt paucos vero menſes à ſupradicto morbo corripitur: qui nimia exuſtus febre clamauit dicens, Heu heu, ab Heraclio antiſtite exuror, ab illo crucior, ab illo ad iudicium vocor, cognoſco facinus, reminiſcor me iniuſte iniurias intuliſſe pontifici: mortem deprecor, ne diutius cruciet hoc tormento. Hæc cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, infœlicem animam fudit, indubia relinquens veſtigia, hoc ei ad vltionem beati antiſtitis conuiniſſe; nam exanimum corpus ita nigredinem duxit, vt putares cum prunis ſuperpoſitum fuiſſe combuſtum. Ergo omnes hæc obſtupeſcant, admirentur, & metuant ne inferant iniurias ſacerdotibus, quia vltor eſt dominus ſeruorum ſuorum ſperantium in ſe.

B

F

G

Nantinus agnoſcit ſcelera.

Hoc tempore & beatus Martinus Galliciẽſis Epiſcopus obiit, magnum populo illi faciente planctum: nam hic Pannoniæ ortus fuit, & exinde ad viſitanda loca ſancta in orientem properans, in tantum ſe literis imbuit, vt nulli ſecundus ſuis temporibus haberetur. Exinde Galliciam venit, vbi cum B. Martini reliquiæ portarentur, Epiſcopus ordinatur: in quo ſacerdotio impletis plus minus triginta annis, plenus virtutibus migrauit ad dominum. Verſiculos qui ſuper oſtium ſunt à parte mediana in baſilica ſancti Martini, ipſe compoſuit.

Cap. 37. Martinus Gallicienſis.

H

Magna eo anno in Hiſpaniis Chriſtianis perſecutio fuit, multique exiliis dati, facultatibus priuati, fame decocti, carcere mancipati, verberibus adfecti, & diuerſis ſuppliciis trucidati ſunt. Caput quoque huius ſceleris Goiſuintha fuit, quam poſt Athanachildi regis connubium, rex Leuuichildus acceperat: ſed quæ Dei ſeruis notam humilitatis inſluxerat, proſequente viſione diuina, ipſa quoque eſt omnibus populis facta notabilis: nam vnum oculum nubes alba contegens, lumen quod mens non habebat, pepulit à palpebris. Erant autem Leuuichildo regi ex alia vxore duo filij, quorum ſenior Sygiberti, iunior Chilperici regis filiam deſponſauerat. Sed Ingundis Sygiberti regis filia cum magno apparatu in Hiſpanias directa, ab auia Goiſuintha cum

Cap. 38. Chriſt. perſecutio Hiſpanica.

gaudio

A *Arriani rebaptizant.*

gaudio magno ſuſcipitur: quæ nec paſſa eſt in religione Catholica diu commorari, ſed vt rebaptizaretur in Ariana hæreſi blandis cœpit ſermonibus illicere: ſed illa viriliter reluctans cœpit dicere, Sufficit ſatis me ab originali peccato baptiſmo ſalutari ſemel ablutam fuiſſe, & ſanctam Trinitatem in vna æqualitate eſſe confeſſam: hæc me credere ex toto corde confiteor, nec vnquam ab hac fide ibo retrorſum. Hæc illa audiens, iracundiæ furore ſuccenſa, adprehenſam per comam capitis puellam in terram conlidit, & diu calcibus verberatam ac ſanguine cruentatam, iuſſit ſpoliari & piſcinæ immergi: ſed vt adſerunt multi nunquam animum ſuum à fide noſtra reflexit. Leuuichildus autem dedit eis vnam de ciuitatibus, in qua reſidentes regnarent. Ad quam cum abiiſſent, cœpit Ingundis prædicare viro ſuo, vt relicta hæreſis fallacia catholicæ legis veritatem agnoſceret. Quod ille diu refutans, tandem commotus ad eius prædicationem conuerſus eſt ad legem Catholicam: ac dum chriſmaretur, Ioannes eſt vocitatus. Quod cum Leuuichildus audiſſet, cœpit cauſas quærere qualiter eum perderet. Ille vero hæc intelligens, ad partem ſe imperatoris iungit, ligans cum præfecto eius amicitias, qui tunc Hiſpaniam impugnabat. Leuichildus autem direxit ad eum

B

Chriſmatur hæretici conuerſi.

nuncios, dicens, Veni ad me, quia extant cauſæ quas conferamus ſimul. Et ille, Non ibo, quam infenſus es mihi, pro eo quod ſim Catholicus. At ille datis præfecto imperatoris triginta millibus ſolidorum, vt ſe ab eius ſolatio reuocaret commoto exercitu contra eum venit. Herminigildus vero vocatis Græcis, contra patrem egreditur, relicta in vrbe coniuge ſua. Cumque Leuuichildus ex aduerſo veniret, relictus à ſolatio, cum videret nihil ſe præualere poſſe, eccleſiam quæ erat propinqua, expetiit, dicens, Non veniat ſuper me pater meus: nefas eſt enim aut patrem à filio, aut filium à patre interfici. Hæc audiens Leuuichildus, miſit ad eum fratrem eius qui dato ſacramento, ne humiliaretur, ait, Tu ipſe accede & proſternere pedibus patris noſtri, & omnia in-

C *Leuuichildus filium capit. eiicit.*

dulgebit tibi. At ille popoſcit vocari patrem ſuum. Quo ingrediente, proſtrauit ſe ad pedes illius: ille vero adprehenſum oſculatus eſt eum, & blandis ſermonibus delinitum duxit ad caſtra, oblituſque ſacramenti, innuit ſuis, & adprehenſum ſpoliauit eum indumentis ſuis, induitque illum veſte vili: regreſſuſque ad vrbem Toletum, ablatis pueris eius, miſit eum in exilium cum vno tantum puerulo.

Cap. 39

Igitur poſt mortem filiorum Chilperici, rex menſe Octobri in Cotia ſilua plenus luctu cum coniuge reſidebat. Tunc Chlodoueum filium ſuum, Brennacum, faciente regina, tranſmiſit, vt ſcilicet & ipſe ab hoc interitu deperiret. Grauiter ibi his diebus morbus ille qui fratres interfecerat, ſæuiebat ſed nihil ibidem incommodi pertulit: ipſe enim rex Galam Pariſiacæ ciuitatis villam aduenit. Poſt paucos vero dies Chlodoueum ad ſe venire præcepit. Cui qualis interitus fuerit, dicere non pigebit. Igitur cum in ſupradicta villa apud patrem

D

habitaret, cœpit immature iactare vel dicere, Ecce mortuis fratribus meis ad me reſtitit omne regnum: vniuerſæ Galliæ ſubiicientur, imperiumque vniuerſum mihi fata largita ſunt. Ecce inimicis in manu poſitis, inferam quæcunque placuerit. Sed & de nouerca ſua Fredegunde regina non condecibilia detrectabat. Quæ illa audiens pauore nimio terrebatur. Poſt dies vero aliquot, adueniens quidam reginæ, vt orbata filiis ſedeas, dolus id Chlodouei eſt operatus: nam ipſe concupiſcens vnius ancillarum tuarum filiam, maleficiis tuos per matrem eius filios interfecit: ideoque moneo ut ne ſperes de te melius, cum tibi ſpes per quam regnare debueras ſit ablata. Tunc regina timore perterrita, & furore ſuccenſa, noua orbitate compuncta, adprehenſa puella in quam oculos iniecerat Chlodoueus, & grauiter verberata, incidi comam capitis eius iuſſit: ac ſciſſa, ſudi impoſitam defigi ante metatum præcepit Chlodouei: matre quoque puellæ religata, & tormentis diu cruciata, elicuit ab ea profeſſionem quæ hos ſermones veros eſſe firmaret: Regi exinde hæc & alia huiuſcemodi inſi-

E

nuans vindictam de Chlodoueo popoſcit. Tunc rex in venationem directus, eum præcepit arceſſiri ſecretius. Quo adueniente ex iuſſu regis adprehenſus in manicis à Deſyderio atque Bobone ducibus, nudatur armis & veſtibus, ac vili indumento contectus reginæ vinctus adducitur. At illa in cuſtodia eum retineri præcepit, elicere ab eo cupiens, ſi hæc ita vt audierat ſe haberent, vel cuius conſilio vſus fuerit, aut cuius hæc inſtinctu feciſſet, vel cum quibus maxime amicitias conligaſſet. At ille reliqua denegans, amicitias multorum detexit. Denique

Chlodoueus Fredegundæ dolis occiditur.

poſt triduum, regina vinctum iuſſit eum tranſire Matronam fluuium, & in villa cui Nocero nomen eſt, cuſtodiri. In qua cuſtodia cultro percuſſus, interiit: ipſoque in loco ſepultus eſt. Interea aduenerunt nuncij ad regem qui dicerent quod ipſe ſe ictu proprio perfodiſſet: & adhuc ipſum cultrum de quo ſe perculit, in loco ſtare vulneris adfirmabant. Quibus verbis rex Chilpericus inluſus, nec fleuit, quem ipſe, vt ita dicam, morti tradiderat, inſtigante regina. Seruientes quoque illius per

F

diuerſa diſperſi ſunt. Mater autem eius crudeli morte necata: ſoror illius in monaſterium recluſa à pueris reginæ tranſmittitur: in quo nunc veſte mutata conſiſtit: opeſque eorum omnes reginæ delatæ ſunt. Mulier quæ ſuper Chlodoueum locuta fuerat, adiudicatur incendio

Delatrix punitur.

concremari. Quæ cum duceretur reclamare cœpit miſera, ſe mendacia protuliſſe: ſed nihil proficientibus verbis ligata ad ſtipitem viuens exuritur flammis. Theſaurarius Chlodouei à Cuppane ſtabuli comite de Biturico retractus, vinctus reginæ tranſmiſſus eſt, diuerſis cruciatibus exponendus: ſed eum regina & à ſuppliciis & vinculis iuſſit abſolui, liberumque nobis obtinentibus abire permiſit.

Cap. 40. *De Elaſio & Eonio epiſcopis.*

Poſt hæc Elaſius Catalaunenſis Epiſcopus propter cauſas Brunichildis reginæ in Hiſpanias in legationem directus, correptus à febre nimia, ſpiritum exhalauit: & exinde delatus mortuus ad ciuitatem ſuam, ſepultus eſt. Eonius quoque epiſcopus, quem legatum Britannorum ſupra meminimus, ad ciuitatem ſuam rege di non per-

G

miſſus, vt Andegauis paſceretur de publico, à rege præceptum eſt. Qui Pariſios adueniens, dum die Dominica facto ſancta ſolemnia celebraret, emiſſa cum hinnitu voce terræ corruit. Erumpente vero ab ore eius & naribus ſanguine inter manus deportatus eſt: ſed conualuit: nimium enim vino deditus erat, & plerumque ita deformiter inebriabatur, vt greſſus facere non valeret.

Cap. 41. *Lupus Pictauum ingreditur.*

Mirus rex Galliciensis legatos ad Guntchramnum regem direxit. Cumque per Pictauum terminum præterirent, quem tunc Chilpericus rex tenebat, nunciata ſunt ei. At ille ſub cuſtodia ſibi eos exhiberi præcipit, & Pariſiis cuſtodiri. Eo tempore apud Pictauenſem ciuitatem lupus ex ſiluis veniens per portam ingreſſus eſt: clauſiſque portis intra muros ipſius vrbis oppreſſus, occiſus eſt. Adſerebant enim quidam & cœlum ardens ſe vidiſſe. Liger fluuius maior ab anno ſuperiore fuit, poſtquam ei Caris torrens ſe adiunxit: ventus auſter nimium vio-

H

lenter cucurrit, ita vt ſiluas proſterneret, domos erueret, ſepes efferret, ipſoſque homines ad internecionem vſque volutaret. Erat enim ſpatium eius in latitudinem quaſi iugera ſeptem. Longitudo autem non potuit æſtimari: nam & galli plauſum cantus in initio noctis ſæpe dederunt. Luna contenebricata eſt, & cometes ſtella apparuit. Grauis autem lues in populo ſubſecuta eſt. Legati autem Sueuorum poſt annum dimiſſi, ad propria redierunt.

Cap. 42. *S. Maurilioni vitam lib. vnico deſcripſit Fortunatus.*

Maurilio Cadurcenſis vrbis epiſcopus grauiter ægrotabat ab humore podagrico, ſed ſuper hos dolores quos ipſe humor commouit, magnos ſibi cruciatus addebat: nam ſæpe candens ferrum tibiis ac pedibus defigebat, quo facilius cruciatum ſibi amplius adderet. Sed cum epiſcopatum eius multi expeterent, ipſe Vrſicinum quia quondam referendarius Vltrogotho reginæ fuerat, elegit. Quem dum adhuc viueret, benedici deprecans, migrauit à ſeculo. Fuit autem valde eleemoſynarius, in ſcripturis Eccleſiaſticis valde inſtructus, ita vt ſeriem diuerſarum generationum, quæ in libris veteris Teſta-

menti

A

menti deſcribitur, quam à multis difficile remetur, hic pleromque memoria recenſeret Fuir etiam & in iudiciis iuſtus, ac defendens pauperes Eccleſiæ iuæ de manu malorum iudicum, iuxta illud Iob, Conſeruaui egenum de manu potentis, & inopl coi non erat adiutor, auxiliatus ſum: os viduæ benedixit me, cum eſſem oculus cæcorum, pes claudorum, & inualidorum pater.

Cap. 43. Arriani altercatio.

Leuuteldus vero rex Agilanem legatum ad Chilpericum mittite virum nullius ingenij aut diſpoſitionis ratione peritum, ſed tantum voluntate in catholica lege peruerſum: quem cum via Turonos detuliſſet, laceſſire nus de fide, & impugnare Eccleſiaſtica dogmata cœpit. Iniqua enim, inquit, fuit antiquorum epiſcoporum lata ſententia qua æqualem adſeruit filium patri: nam qualiter, inquit, poterit eſſe patri æqualis in poteſtate, qui ait, Pater maior me eſt? Non ergo æquum vt ei ſimilis æſtimetur quo ſe minorem dicit, cui triſtitiam mortis ingemit, cui poſtremo moriens, ſpiritum quaſi nulla præditus poteſtate commendat. Vnde patet eum & ætate & poteſtate paterna minorem. Ad hæc ego interrogo ſi crederet Ieſum Chriſtum filium Dei eſſe, ſi eundemque eſſe Dei ſapientiam, ſi lumen, ſi veritatem, ſi, vitam, ſi iuſtitiam fateretur. Qui ait, Credo hæc omnia eſſe filium Dei. Et ego, Dic ergo mihi, quando pater ſine ſapientia, quando ſine lumine, quando ſine vita, quando ſine veritate, quando ſine lumine, quando ſine vita, quando ſine veritate quando ſine iuſtitia fuerit ſicut enim pater ſine iſtis eſſe non potuit, ita & ſine filio eſſe non potuit, quæ maxime ad dominici numinis myſterium coaptantur: ſed nec pater eſſet vtique, ſi filium non haberet. Quod autem cum dixiſſe ais, Pater maior me eſt, ſcias eum hoc ex adſumptæ carnis humilitate dixiſſe vt cognoſcas non poteſtate, ſed humilitate te fuiſſe redemptum: nam tu qui dicis, Pater maior me eſt, oportet te meminiſſe quod alibi ait, Ego & pater vnum ſumus, nam & mortis timor & commendatio ſpiritus ad infirmitatem corporis eſt referenda, vt ſicut verus Deus, ita & verus homo credatur. Et ille, Cuius quis implet voluntatem, eo & minor eſt; ſemper filius minor eſt patre, quia ille facit voluntatem patris, nec pater illius voluntatem facere comprobatur. Ad hæc ego. Intellige quia pater in filio, & filius in patre in vna ſemper deitate ſubſiſtit: nam vt cognoſcas patrem filij facere voluntatem, ſi in te fides euangelica manet, audi quid ipſe Ieſus Deus noſter cum ad reſuſcitandum venit Lazarum, ait, Pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me: & ego ſciebam quia ſemper me audis: ſed propter turbam quæ circunſtat, dixi, vt credant quia tu me miſiſti. Sed & cum ad paſſionẽ venit, ait, Pater clarifica me claritate quam habui apud temetipſum, prioſquã mundus fieret. Cui Pater de cœlo reſpondit, Et clarificaui, & iterum clarificabo. Æqualis eſt ergo filius in deitate, non minor: ſed neque aliquid minus habens, nam ſi Deum confiteris, neceſſe eſt integrum fatearis, & nihil egentem: ſi vero integrum eſſe negas, Deum eſſe non credis. Et ille, Ex adſumpto homine cœpit Dei filius vocitari: nam erat quando non erat. Et ego, Audi Dauid dicentem ex perſona patris, Ex vtero ante luciferum genui te. Et Ioannes Euangeliſta ait, in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum: hoc ergo verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: per quem facta ſunt omnia: nam vos cæcati veneno perſuaſionis, nihil dignum de Deo ſentitis. Et ille, Nunquid & ſpiritum ſanctum Deum dicitis, aut æqualem patri filioque decernitis? Cui ego, Vna in tribus eſt voluntas poteſtas, operatio: vnus Deus in trinitate, & trinus in vnitate. Tres perſonæ, ſed vnum regnum, vna maieſtas, vna potentia omnipotentiaque Et ille, Spiritus ſanctus, inquit, quem æqualem patri profeteris ac filio, vtriuſque minor accipitur, quia & à filio promiſſus, & à patre legitur miſſus: nemo enim promittit, niſi quod ſuæ dominationi ſubſiſtit: & nemo mittit, niſi inferiorem ſe, ſicut ipſe ait in Euangelio, Niſi ego abiero, paracletus ille non veniet: ſi autem abiero, mittam illum ad vos. Ad hæc ego reſpondi, Bene filius ante paſſionem ait, quia niſi ille ad patrem victor remeaoerit, ac proprio ſanguine redempto mundo dignum Deo ex homine præparet habitaculum, non poteſt ſanctus Spiritus idem Deus in pectore fanatico, & originalis criminis labe infecto deſcendere. Spiritus enim ſanctus, ait Salomon, fugiet fictum. Tu autem ſi ſpem aliquam reſurrectionis habes, noli loqui aduerſus Spiritum ſanctum quia iuxta ſententiam Domini, Spiritum ſanctum blaſphemanti non remittetur, neque in hoc ſeculo, neque in futuro. Et ille, Deus eſt quia mittit, non eſt Deus qui mittitur. At hæc ego interrogo ſi crederet doctrinam Petri Paulique Apoſtolorum: reſpondente autem eo, Credo: adiecl, Cum argueret Petrus Apoſtolus Ananiam pro fraude fundi, vide quid dicat, Quid tibi viſum eſt mentiri Spiritui ſancto? non es enim mentitus hominibus ſed Deo. Et Paulus, cum gratiarum ſpiritualium diſtingueret gradus, Hæc omnia, inquit, operatur vnus atque idem ſpiritus: diuidens vnicuique prout vult. Qui enim quod voluerit facit in nullius redigitur poteſtatem: nam vos vt ſuperius dixi, nihil recte de Trinitate ſancta ſentitis, & quam iniqua ſit huius ſectæ peruerſitas, ipſius auctoris veri, id eſt Arrij expreſſit interitus. Ad hæc ille reſpondit, Legem quam non colis, blaſphemare noli. Nos vero quæ creditis, etſi non credimus, non tamen blaſphemamus: quia non deputatur crimini, ſi & illa & illa colantur, ſic enim vulgato ſermone dicimus, Non eſſe noxium ſi inter gentilium aras, & Dei Eccleſiam quis tranſiens vtraque veneretur. Cuius ego ſtultitiam cernens, aio, Vt video, & gentilium defenſorem, & hæreticorum adſertorem te eſſe manifeſtas, cum & Eccleſiaſtica dogmata maculas, & paganorum ſpurcitias prædicas adorari. Satius, inquio, faceres, ſi ea te armaret fidea, quam Abraham ad ilicem, Iſaac in ariete, iacob in lapide, Moyſes vidit in fente: quam Aaron portauit in logio, Dauid exultauit in tympano, Salomon prædicauit in intellectu: quam omnes Patriarchæ, Prophetæ, ſiue lex ipſa vel oraculis cecinit, vel ſacrificiis figurauit: quam & nunc præſens ſuffragator Martinus noſter vel poſſedit in pectore, vel oſtendit in opere: vt & tu conuerſus crederes inſeparabilem trinitatem, & accepta à nobis benedictione, purgatoque à malæ credulitatis veneno pectore deleantur iniquitates tuæ. At ille furore commotus, & neſcio quid quaſi inſanus frendens ait: Ante anima ab huius corporis vinculis emicet, quam ab vllo religionis veſtræ ſacerdote benedictionem accipiam, & ego, Nec noſtram Dominus religionem ſiue fidem ita tepeſcere faciat, vt diſtribuamus ſanctum eius canibus, ac precioſarum margaritarum ſacra porcis ſqualentibus exponamus. Ad hæc, ille relicta altercatione ſurrexit, & abiit. Sed poſt hæc cum in Hiſpanias reuerſus fuiſſet, infirmitate debilitatus, ad noſtram religionem neceſſitate cogente conuerſus eſt.

B

Deus vnumquam ſine ſapientia aut lumine, ſit nec abſque filio.

C

D

E

F

S. ſpiritus ſunt diſtributiones gratiarum.

Supra initio lib. 3.

G

Cap. 44. Chilpericus conatus eſt

H

perſonas & Trinitatis terminos tollere.

Per idem tempus Chilpericus rex ſcripſit Indiculum, vt ſancta trinitas non in perſonarum diſtinctione, ſed tantum Deus nominaretur: adſerens indignum eſſe vt Deus perſona, ſicut homo carneus nominetur. Adfirmans etiam ipſum eſſe patrem qui eſt filius, idemque ipſum eſſe Spiritum ſanctum, qui pater & filius: ſic, inquit, prophetis ac patriarchis apparuit; ſic eum ipſa lex nunciauit. Cumque hæc mihi recitari iuſſiſſet, ait, Sic, inquit, volo vt tu & reliqui doctores Eccleſiarum credatis. Cui ego reſpondi, Hac credulitate relicta, pie rex, hoc te oportet ſequi quod nobis poſt Apoſtolos alij doctores Eccleſiæ reliquerunt: quod Hilarius Euſebiuſque docuerunt, quod & in baptiſmo es confeſſus. Tunc iratus rex ait, Manifeſtum eſt mihi in hac cauſa Hilarium Euſebiumque validos inimicos haberi. Cui ego reſpondi, Obſeruare te conuenit, neque Deum neque ſanctos eius habere offenſos. Nam ſcias quia in perſona aliter pater, aliter filius, aliter ſpiritusſanctus. Non pater adſumpſit carnem, neque ſpiritusſanctus, ſed filius: vt qui erat Dei filius, ipſe ad redemptionem hominis, filius haberetur & virginis. Non pater paſſus neque ſpiritusſanctus ſed filius: vt qui carnem adſumpſerat in mundo,

ipſe

Digitized by Google

A ipſe offerretur pro mundo. De perſonis vero quod ais, non corporaliter, ſed ſpiritualiter ſentiendum eſt. In his ergo tribus perſonis, vna gloria, vna æternitas, vna poteſtas. At ille commotus, ait, Sapientioribus te hæc pandam, qui mihi conſentiant & ego. Nonquam erit ſapiens, ſed ſtultus, qui hæc quæ proponis ſequi voluerit. Ad hæc ille frendens, ſiluit. Non poſt multos vero dies adueniente Saluio Albigenſi Epiſcopo, hæc ei præcepit recenſeri, deprecans vt ſibi conſentaneus fieret. Quod ille audiens ita reſpuit, vt ſi chartam in qua hæc ſcripta tenebantur, potuiſſet adtingere, in fruſta diſcerperet. Et ſic rex ab hac intentione quieuit. Scripſit alios libros idem rex verſibus, quaſi Sedulium ſecutus: ſed verſiculi illi nulli penitus metricæ conueniunt rationi. Addidit autem & literas literis noſtris, id eſt ω ſicut Græci habent, ae, the, vvui: quarum characteres ſub ſcripſimus, hi ſunt: O. Ψ. Z. Π. Et miſit Epiſtolas in vniuerſas ciuitates regni ſui vt ſic pueri docerentur, ac libri antiquitus ſcripti, planati pumice reſcriberentur.

Chilpericus verſus compoſuit noua ratione.

B Agroecula autem Cabillonenſis Epiſcopus, hoc obiit tempore fuitque homo valde elegans ac prudens, genere ſenatorio; multa in ciuitate illa ædificata fecit, domos compoſuit, Eccleſiam fabricauit, quam columnis fulciuit, variauit marmore, muſiuo depinxit. Magnæ autem abſtinentiæ fuit; nam nunquam prandio vſus eſt, niſi tantum cœna: ad quam ſic temporiue reſidebat, vt ſole ſtante conſurgeret. Humanitatis exiguæ, facundiæ vero magnæ erat. Obiit autem Epiſcopatus anno quadrageſimo octauo, æui autem octogeſimo tertio: cui Flauius referendarius Guntheramni regis ſucceſſit.

Cap. 45. Agroecula Epiſcop. comedit tantum veſperi.

Eo tempore & Dalmatius Ruthenæ ciuitatis Epiſcopus migrauit à ſeculo, vir in omni ſanctitate præcelſus abſtinens vel à cibis, vel è concupiſcentiis carnis: valde eleemoſynarius, & cunctis humanus, in oratione & vigiliis ſatis ſtabilis: Eccleſiam conſtruxit. Sed dum eam ad emendationem ſæpius deſtruit, in compoſitam dereliquit. Poſt cuius obitum, multi, vt fit, Epiſcopatum petebant. Tranſobadus vero presbyter, qui quondam Archidiaconus, eius fuerat, maxime in hoc intendebat, fiſus quod filium ſuum cum Gogone, qui tunc regis erat nutritius, commendauerat. Condiderat autem Epiſcopus teſtamentum in quo regi Sexenium, qui poſt eius obitum acciperet, indicabat, adiurans terribilibus ſacramentis, vt in Eccleſia illa ordinaretur non extraneus, non cupidus, non coniugali vinculo nexus, ſed ab his omnibus expeditus, quæ in ſolis tantum dominicis laudibus degebat, ſubſtitueretur. Tranſobadus autem presbyter epulum in ipſa vrbe clericis præparat. Reſidentibus autem illis, vnus presbyterorum cœpit antiſtitem memoratum impudicis blaſphemare ſermonibus & vſque ad hoc erupit, vt eum delirum & fatuum nominaret. Hæc eo dicente, pincerna poculum oblaturus aduenit. At ille acceptum dum ori proximat, tremere cœpit: laxatoque de manu calice, ſuper alium qui ſibi erat proximus caput reclinans, reddidit ſpiritum. Ablatuſque ab epulo, ad ſepulchrum humo contectus eſt. Poſt hæc relecto teſtamento antiſtitis, in præſentia Childeberti regis ac procerum eius, Theodoſius qui tunc Archidiaconatu vrbis illius potiebatur, Epiſcopus ordinatus eſt.

Cap. 46 Dalmatius Epiſcop. obiit.

C

Tranſobadus exagitatione conuiciorum in menſa expirauit.

D

Audiens autem Chilpericus omnia mala quæ faciebat Leudaſtes Eccleſiis Turonicis & omni populo, Anſoualdum illuc dirigit: qui veniens ad feſtiuitatem ſancti Martini, data nobis & populo optione, Eunomius in comitatum erigitur. Denique Leudaſtes cernens ſe remotum, ad Chilpericum dirigit, dicens, Vſque nunc, ô piiſſime rex, cuſtodiui ciuitatem Turonicam: nunc autem me ab actione remoto, vide qualiter cuſtodiatur. Nam noueris quia Gregorius Epiſcopus eam ad filium Sygiberti tradere deſtinat. Quod audiens rex, ait, Nequaquam, ſed quia remotus es, ideo hæc adponis. & ille, Maiora, inquit, de te ait Epiſcopus: dicit enim reginam tuam in adulterio cum Epiſcopo Bertheramno miſceri. Tunc iratus rex, cæſum pugnis & calcibus, oneratum ferro, recludi præcepit in carcere.

Cap. 47. Anſoualdus Leudaſti ſubſtituitur.

E Sed quia liber finem poſtulat, narrare aliqua de eius actionibus libet: ſed prius videtur, genus ac patriam moreſque ordiri. Gracina Pictauenſis inſula vocitatur, in qua e Fiſcalis vinitoris ſeruo Leocadio nomine naſcitur. Exinde ad ſeruitium arceſſitus, culinæ regiæ deputatur. Sed quia lippis erat in adoleſcentia oculis, quibus fumi acerbitas non congruebat, amotus à piſtillo promouetur ad cophinum. Sed dum inter fermentatas maſſas ſe delectari conſimulat, ſeruitium fugam iniens dereliquit. Cumque bis aut tertio reductus è fugæ lapſu teneri non poſſet, auris vnius inciſione multatur. Dehinc cum notam inflictam corpori occulere nulla auctoritate valeret, ad Marcouefam reginam quam Charibertus rex nimium diligens, in loco ſororis thoro adſciuerat fugit. Quæ libenter eum colligens, prouocat, equorumque meliorum deputat eſſe cuſtodem. Hinc iam obſeſſus vanitate, ac ſuperbiæ deditus comitatum ambit ſtabulorum: quo accepto, cunctos deſpicit ac poſtponit: inflatur vanitate, luxuriis diſſoluitur, cupiditate ſuccenditur, & in cauſis patronæ alumnus proprius huc illucque defertur. Cuius poſt obitum refertus prædis, locum ipſum cum rege Chariberto oblatis muneribus tenere cœpit. Poſt hæc, peccatis populi ingruentibus Comes Turonus deſtinatur: ibique ſe amplius honoris glorioſi ſupercilio iactat: ibique ſe exhibet rapacem prædis, turgidum rixis, adulteriis lutulentum: vbi ſeminando diſcordias, & inferendo calumnias, non modicos theſauros adgregauit. Poſt obitum vero Chariberti cum in Sigiberti ſortem ciuitas illa veniſſet, tranſeunte eo ad Chilpericum, omnia quæ inique adgregauerat, à fidelibus nominati regis direpta ſunt. Peruadente igitur Chilperico rege per Theobertum filium vrbem Turonicam, cum iam ego Turonos aduenissem, mihi à Theodeberto ſtrenue commendatur, vt ſcilicet comitatu quem prius habuerat potiretur. Multum ſe nobis humilem ſubditumque reddebat, iurans ſæpius ſuper ſepulchrum ſancti antiſtitis, nunquam ſe contra rationis ordinem eſſe venturum: ſeque mihi tam in cauſis propriis, quam in Eccleſiæ neceſſitatibus in omnibus eſſe fidelem. Timebat enim quod poſtea euenit, ne vrbem illam iterum rex Sygibertus in ſuum dominium reuocaret. Quo defuncto, ſuccedente iterum Chilperico in regnum, iſte in comitatum accedit. Adueniente autem Turonos Merouæo, omnes res eius vſquequaque diripuit. Sed dum Sygibertus duos annos Turonos tenuit, hic in Britanniis latuit: qui adſumpto, vt diximus, comitatu, in tali leuitate elatus eſt, vt in domo Eccleſiæ cum thoracibus atque loricis, præcinctus pharetra, & contum manu gerens, capite galeato ingrederetur: de nullo ſecurus, quia omnibus erat aduerſus. Iam ſi in iudicio cum ſenioribus vel laicis, vel clericis reſediſſet, & vidiſſet hominem iuſtitiam proſequentem, protinus agebatur in furias, ructabat conuicia in ciues: presbyteros manicis iubebat extrahi, milites fuſtibus verberari: tantaque vtebatur crudelitate, vt vix referri poſſit. Diſcedente autem Merouæo qui res eius diripuerat, nobis calumniator exiſtit, adſerens fallaciter Merouæum noſtro vſum conſilio, vt res eius auferret. Sed poſt inlata damna, iterat iterum ſacramenta, palliamque ſepulcri beati Martini fideiuſſorem donat, ſe nobis nunquam aduerſaturum.

Cap. 48. Leudaſtis turpis adoleſcentia & promotio.

F

G

Leudaſti malitia.

H Sed quoniam longum eſt per ordinem perſequi periuria vel reliqua mala eius, veniamus ad illud, qualiter me voluit iniquis ac nefariis calumniis ſupplantare, vel qualiter in eum vltio diuina deſcendit, vt illud adimpleretur, Omnis ſupplantans ſupplantabitur: & iterum, Qui fodit foueam, incidet in eam. Igitur poſt multa mala quæ in me meoſque intulit, poſt multas direptiones rerum Eccleſiaſticarum, adiuncto ſibi Riculfo presbytero, ſimili malitia peruerſo, ad hoc erupit vt diceret me crimen in Fredegundem reginam dixiſſe, adſerens ſi Archidiaconus meus Plato, aut Gallienus amicus noſter, ſubderentur pœnæ, conuincerent me vtique hæc locutum. Tunc rex iratus, vt ſupra diximus, iuſſit eum pugnis calcibuſque cæſum, oneratum catenis,

Cap. 49 Leudaſtis in authorem calumnia.

A nis, recludi in carcerē. Nam Riculfum clericū ſe habere dicebat, per quem hæc loquutus fuiſſet. Hic vero Riculfus ſubdiaconus, ſimili leuitate perfacilis, ante hunc annum conſilio cum Leudaſte de hac cauſa habito, cauſas offenſionis requirit, quibus ſcilicet me offenſo, ad Leudaſtem tranſiret: nactuſque tandem, ipſum adiuit, ac per menſes quatuor dolis omnibus ac muſcipulis præparatis, ad me cum ipſo Leudaſte reuertitur, deprecans vt eum debeam recipere excuſatum. Feci, fateor, & occultum hoſtem publicè in domum ſuſcepi. Diſcedente vero Leudaſte, ipſe ſe pedibus meis ſtrauit, dicens, Niſi ſuccurras velociter, periturus ſum. Ecce inſtigante Leudaſte loquutus ſum quod loqui non debui: nunc vero aliis me regnis emitte: quod niſi feceris, à regalibus comprehenſus, mortales pœnas ſum luiturus. Cui ego aio, Si quid incongruum rationi effatus es, ſermo tuus in caput tuum erit: nam ego alteri te regno non mittam, ne ſuſpectus habear coram rege. Poſt iſta Leudaſtes extitit accuſator eius, dicens ſe ſermones, iam dictos à
B Riculfo audiſſe ſubdiacono. At ille iterum vinctus, relaxato Leudaſte, cuſtodiæ deputatur, dicens, Gallienum eadem die & Platonem Archidiaconus fuiſſe præſentes, cū hæc eſt Epiſcopus eloquutus. Sed Riculfus Presbyter, qui iam promiſſionem de Epiſcopatu à Leudaſte habebat, intantum elatus fuerat, vt magi Simonis ſuperbiæ æquaretur. Qui tertio aut eo amplius mihi Sacramentum ſuper ſepulchrum S. Martini dederat: in die ſexta Paſchæ intantum me conuiciis & ſputis egit, vt vix manibus temperaret, fidus ſcilicet doli quem præparauerat. In craſtina autem die, id eſt ſabbati, in ipſo Paſcha, venit Leudaſtes in vrbem Turonicam, adſimulanſque aliud negotium agere, adprehenſos Platonem Archidiaconum, & Gallienum in vincula connectit: catenatoſque ac exutos veſte iubet eos ad reginam deduci. Hæc ego audiens, dum in domo Eccleſiæ reſiderem, mœſtus turbatuſque, ingreſſus oratorium, Dauidici carminis ſumo librum, vt ſcilicet apertus aliquem conſolationis verſiculum daret.
Auſpicia ex ſacris literis. In quo ita repertum eſt, Eduxit eos in ſpe, & non timuerunt, & inimicos eorum operuit mare. Interea ingreſſi
C in fluuium ſuper pontem qui duabus lintribus tenebatur, nauis illa quæ Leudaſtem vehebat, demergitur: & niſi nandi fuiſſet adminiculo liberatus, cum ſociis forſitan interiſſet. Nauis vero alia quæ huic innexa erat, quæ & vinctos vehebat, ſuper aquas, Dei auxilio, eleuatur. Igitur deducti ad regem qui vincti fuerant, incuſantur inſtanter, vt capitali ſententia finirentur. Sed rex recogitans abſolutos à vinculo, libera cuſtodia reſeruat inlæſos. Ad ciuitatem vero Turonicam Berulfus dux cum Eunomio comite fabulam fingit, quod Gonthchramnus rex capere vellet Turonicam ciuitatem: & idcirco ne aliqua negligentia accaderet, oportere ait vrbem cuſtodia conſignari. Ponunt portis dolosè cuſtodes, qui ciuitatem tueri adſimulantes, me vtique cuſtodirent. Mittunt etiam qui mihi conſilium miniſtrarent, vt occultè adſumptis melioribus rebus Eccleſiæ, Aruernum fuga ſecederem: ſed non adquieui. Igitur rex arceſſitis regni ſui Epiſcopis, cauſam diligenter iuſſit exquiri. Cumque Riculfus
D clericus ſæpius diſcuteretur occultè, & contra me vel meos multas fallacias promulgaret, Modeſtus quidam faber lignarius ait ad eum, O infœlix qui contra Epiſcopum tuum tam contumaciter iſta meditaris! Satius tibi erat ſilere: & petita venia Epiſcopi gratiam impetrares. Ad hæc ille clamare cœpit voce magna ac dicere: En ipſum qui mihi ſilentium indicit, ne proſequar veritatem: en reginæ inimicum, qui cauſam criminis eius non ſinit inquiri. Nunciantur protinus hæc reginæ. Adprehenditur Modeſtus, torquetur, flagellatur: & in vincula compactus, cuſtodiæ deputatur. Cumque inter duos cuſtodes catenis & cippo teneretur vinctus, media nocte dormientibus cuſtodibus, orationē fudit ad Dominum, vt dignaretur eius potentia miſerum viſitare: & qui in-
Modeſtus diuinitus liberatur. nocens conligatus fuerat, viſitatione Martini præſulis ac Medardi abſolueretur. Mox diſruptis vinculis, confracto cippo, reſerato oſtio, ſancti Medardi baſilicam nocte nobis vigilantibus introiuit. Congregati igitur apud Brennacum villam Epiſcopi, in vnam domum reſidere iuſſi ſunt. Dehinc adueniente rege data omnibus
E ſalutatione, ac benedictione accepta, reſedit. Tunc Berthchramnus Burdegalenſis ciuitatis Epiſcopus, cui hoc cum regina crimen impactum fuerat, cauſam proponit, méque interpellat, dicens, à me ſibi ac reginæ crimen obiectum: negaui ego in veritate me hæc locutum: & audiſſe quidem hæc alius: nam non excogitaſſe. Nam extra domum rumor in populo magnus erat dicentium, cur hæc ſuper Sacerdotem Dei obiiciuntur? cur talia rex proſequitur? nunquid potuit Epiſcopus talis dicere vel de ſeruo? Heu, heu, Domine Deus largire auxilium ſeruo tuo. Rex autem dicebat, Crimen vxoris meæ, meum habetur opprobrium: ſi ergo cenſetis vt ſuper Epiſcopum teſtes adhibeantur, ecce adſunt. Certè ſi videtur vt hæc non fiant, & in fidem Epiſcopi committantur, dicite: libenter audiam quæ iubetis. Mirati ſunt omnes Regis prudentiam vel patientiam ſimul. Tunc cunctis dicentibus, Non poteſt perſona inferior
Teſtes aduerſum Eccleſiaſticos non laici. ſuper Sacerdotem credi, reſtitit ad hoc cauſa, vt dictis miſſis, in tribus altaribus me de his verbis exuerem Sa-
F cramento. Et licet canonibus eſſent contraria, pro cauſa tamen regis impleta ſunt. Sed nec hoc ſileo, quod Riginthis regina condolens doloribus meis, ieiunium cum omni domo ſua celebrauit, quouſque puer nunciaret me omnia ſic impleſſe, vt fuerant inſtituta. Igitur regreſſi Sacerdotes ad regem, aiunt, Impleta ſunt omnia ab Epiſcopo quæ imperata ſunt, ô Rex: quid nunc ad te, niſi vt cum Berthchramno accuſatore fratris, communione priueris? & ille, Non, inquit, ego niſi audita narraui. Quærentibus illis, Quis hæc diceret? reſpondit ſe hæc à Leudaſte audiſſe: ille autem ſecundum infirmitatem vel conſilii, vel propoſitionis ſuæ, iam fugam inierat. Tunc placuit omnibus Sacerdotibus vt ſator ſcandali, inficiator reginæ, accuſator Epiſcopi ab omnibus arceretur Eccleſiis, eo quod ſe ab audientia ſubtraxiſſet. Vnde & epiſtolam ſubſcriptam, aliis Epiſcopis qui non adfuerant tranſmiſerunt. Et ſic vnuſquiſque in locum ſuum regreſſus eſt. Leudaſtes vero hæc audiens, baſilicam S. Petri Pariſius expetiit. Sed cum audiſſet edi-
G *Leudaſtes latitat.* ctum regis, vt in ſuo regno a nullo colligeretur: & præſertim quod filius eius quem domi reliquerat obiiſſet, Turones occultè veniens, quæ optima habuit in Biturico, tranſpoſuit. Proſequentibus vero regalibus pueris, ipſe per fugam labitur. Capta quoque vxor eius, in pagum Tornacenſe exilio truditur. At Riculfus clericus ad interficiendum deputatur: pro cuius vita vix obtinui: tamen de tormentis excuſare non potui. Nam nulla res, nullum metallum, tanta verbera potuit ſuſtinere, ſicut hic miſerrimus. Ab hora tertia diei, reuinctis poſt tergum manibus, ſuſpenſus ad arborem dependebat: ad horam vero nonam depoſitus, extenſus ad trocleas, cædebatur fuſtibus, virgis, ac loris duplicibus, & non ab vno vel duobus, ſed quot accedere circa miſeros potuiſſent artus, tot cæſores erant. Cum autem iam in diſcrimine eſſet, tunc aperuit veritatem, & arcana doli publicè patefecit: dicebat enim ob hoc reginæ crimen obiectum, vt eiecta de regno interfectis fratribus &
H patre, Chlodoueus regnum acciperet, Leudaſtes ducatum: Riculfus vero Presbyter qui iam à tempore beati Eufronii Epiſcopi amicus erat Chlodouei, Epiſcopatum Turonicum ambiret, huic Riculfo clerico Archidiaconatu promiſſo. Nos vero cum Dei gratia Turonos reuerſi, inuenimus Eccleſiam conturbatam per Riculfum Presbyterum: nam hic ſub Eufronio Epiſcopo de pauperibus prouocatus, Archidiaconus ordinatus eſt. Exinde ad Presbyterium admotus, receſſit ad propria, ſemper elatus, inflatus, præſumptuoſus: nam me adhuc commorante cum rege, hic quaſi iam eſſet Epiſcopus, in domum Eccleſiæ ingreditur impudenter, argentum deſcribit Eccleſiæ, reliquaſque res ſub ſuā redigit poteſtatem. Maiores clericos muneribus ditat, largiter vineas, prata diſtribuit: minores vero fuſtibus plagiſque multis etiam manu propria adfecit, dicens, Recognoſcite Dominum veſtrum qui victoriam de inimicis obtinuit, cuius inge-

A

nium Turonicam vrbem ab Aruernis populis emundauit: ignorans miſer, quod præter quinque Epiſcopos, reliqui omnes qui ſacerdotium Turonicum ſuſceperunt, parentum noſtrorum proſapiæ ſunt coniuncti: illud ſæpe ſuis familiaribus dicere erat ſolitus, quod hominem prudentem non aliter niſi in periuriis quis decipere poſſit. Sed cum me reuerſum adhuc deſpiceret, nec ad ſalutationem meam ſicut reliqui ciues fecerant, adueniret, ſed magis me interficere minitaretur, cum conſilio comprouincialium eum in monaſterium remoueri præcipio. Cumque ibidem arctius diſtringeretur, intercedentibus Felicis Epiſcopi miſſis, qui memoratæ cauſæ fautor extiterat, circumuento periuriis abbate, fuga elabitur, & vſque ad Fœlicem accedit Epiſcopum: cumque ille ambienter colligit quem exectari debuerat. Leudaſtes vero in Bituricum pergens, omnes theſauros quos de ſpoliis pauperum detraxerat, ſecum tulit. Nec multo poſt irruentibus Bituricis, cum Iudice loci ſuper eum, omne aurum argentumque vel quod ſecum detulerat, abſtulerunt, nihil que ei niſi quod ſuper ſe habuit relinquentes: ipſamque abſtuliſſent vitam, niſi fuga fuiſſet elapſus. Reſumptis dehinc viribus cum aliquibus Turonicis iterum irruit ſuper prædones ſuos interfectoque vno aliqua de rebus ipſis recepit, & in Turonicum reuertitur. Audiens hæc Berulfus dux miſit pueros ſuos cum armorum adparatu ad comprehendendum eum. Ille vero cernens ſe iamiamque capiendum relictis rebus baſilicam ſancti Hilarij Pictauenſis expetiit. Berulfus vero dux res captas regi tranſmiſit. Leudaſtes enim egrediebatur de baſilica, & irruens in domos diuerſorum, prædas publicas exercebat. Sed & in adulteriis ſæpe intra ipſam ſanctam porticum deprehenſus eſt. Commota autem regina, quod ſcilicet locus Deo ſacratus taliter pollueretur, iuſſit eum à baſilica ſancti eiici. Qui eiectus, ad hoſpites ſuos iterum in Bituricum expetiit, deprecans ſe occuli ab eis.

Leudaſtes ſpoliatur à Bituricenſibus.

B

Et licet de beati Saluij Epiſcopi conlocutione ſuperius memorare debueram, ſed quia mentem exceſſit, eſſe ſacrilegum non arbitror, ſi in poſterum ſcribatur. Igitur cum Vale poſt ſynodum memoratam regi iam dicto, ad propria redire vellem, non ante diſcedere placuit, niſi hunc virum liberis oſculis linqueremus. Quem quæſitum in atrio domus Brinacenſis domus reperi. Cui dixi, quia iam eram ad propria rediturus: tunc remoti paululum, dum binc inde ſermocinaretur, ait mihi, Videſne ſuper hoc tectum quæ ego ſuſpicio? cui ego, Video enim ſuper tegulum quod nuper rex poni præcepit: & ille, Aliud, inquit, non aſpicis? cui ego, Nihil aliud, inquam, video: ſuſpicabar enim quod aliquid iocullariter loqueretur: & adieci. Si tu aliquid magis cernis, enarra: at ille alte trahens ſuſpiria ait, Video ego euaginatum iræ diuinæ gladium ſuper domum hanc dependentem: veruntamen non fefellit dictio ſacerdotem: nam poſt dies viginti, duo filij regis quos ſuperius mortuos ſcripſimus, obierunt.

Cap. 50. Saluius que de Chilperico prædixerit. eius Saluij vita habetur lib. 7. cap. 1.

C

Explicitus eſt liber quintus, finitus in anno quinto Childeberti Regis.

D

INCIPIT LIBER SEXTVS,

Inchoatus ab anno ſexto eiuſdem Childeberti.

GREGORII TVRONENSIS Hiſtoriarum,

LIBER VI.

ANNO igitur ſexto regni ſui Childebertus rex, reiecta pace Gunthcramni regis cum Chilperico coniunctus eſt. Non poſt multum tempus Gogo moritur, in cuius locum Vuandelinus ſubrogatur. Mummolus à regno Guntbcramni fuga dilabitur, & ſe intra murorum Auennicorum munitionem concludit. Apud Lugdunum ſynodus Epiſcoporum coniungitur, diuerſarum cauſarum altercationes incidens, negligentioreſque iudicio damnans. Synodus ad regem reuertitur, multa de fuga Mummoli ducis, nonnulla de diſcordiis tractans.

Synodus Epiſcoporum.

E

Interea legati Chilperici regis qui ante triennium ad Tiberium Imperatorem abierant, regreſſi ſunt, non ſine graui damno atque labore. Nam cum Maſſilienſem portum propter regum diſcordias adire auſi non eſſent, Agathen vrbem quæ in Gothorum regno ſita eſt, aduenerunt. Sed priuſquam littus adtingerent, nauis acta vento impulſa terris in fruſta minuitur. Legati vero cum pueris ſe in periculo cernentes, arreptis tabulis vix tipæ relati ſunt, multis puerorum amiſſis: ſed plurimi euaſerunt: res autem quas vndæ littori inuexerant, incolæ rapuerunt: ex quibus quod melius fuit recipientes, ad Chilpericum regem retulerunt: multa tamen ex his Agathenſes ſecum retinuerunt. Tunc ego Nouigentum villam, ad occurſum regis abieram: ibique nobis rex miſſorium magnum, quod ex auro gemmiſque fabricatur in quinquaginta librarum pondere, oſtendit, dicens, Ego hæc ad exornandam atque nobilitandam Francorum gentem feci. Sed & plurima adhuc ſi vita comes fuerit, faciam. Aureos etiam ſingularum librarum pondere, quos imperator miſit, oſtendit, habentes ab vna parte iconem imperatoris pictam, & ſcriptum in circulo, TIBERII CONSTANTINI PERPETVI AVGVSTI: ab alia vero parte habentes quadrigam & aſſeſſorem, continenteſque ſcriptum, GLORIA ROMANORVM: multa autem & alia ornamenta quæ à legatis ſunt exhibita, oſtendit.

Cap. 2. Chilpericus legatos ad Tiber. Imp. mittit.

F

Dona Imperatoris.

Denique cum apud eandem villam commoraretur, Egidius Rhemenſis Epiſcopus cum primis Childeberti proceribus, in legationem ad Chilpericum regem venit, ibique conlocutione facta, vt ablato Gunthcramni regis regno, hi ſe coniungere debeant in pace, ait Chilpericus rex, Filij mihi peccatis increſcentibus non remanſerunt, nec mihi nunc alius ſupereſt hæres, niſi fratris mei Sygiberti filius, id eſt Childebertus rex. Ideoque in omnibus quæ laborare potuero, hic hæres exiſtat: tantum dum aduixero liceat mihi ſine ſcrupulo aut diſceptatione cuncta tenere. At illi gratias agentes, pactionibus ſubſcriptis ea quæ locuti fuerant, firmauerunt, & ad Childebertum cum magnis muneribus ſunt regreſſi. Quibus diſcedentibus, Chilpericus rex Leudoualdum Epiſcopum cum primis regni ſui direxit. Qui dato ſuſceptoque de pace Sacramento, pactionibuſque firmatis, munerati regreſſi ſunt.

Cap. 3. Chilpericus & Childebertus contra Gunthcramnum conſpirant.

G

Lupus vero dux Campanenſis, cum iam diu à diuerſis fatigaretur & ſpoliaretur aſſidue, & præſertim ab Vrſione & Berteſredo, ad extremum conuentione facta vt occideretur, commouerunt exercitum contra eum. Quod cernens Brunichildis regina, condolens fidelis ſui inſecutiones iniuſtas, præcingens ſe viriliter, irrupit medios hoſtium cuneos, dicens, Nolite ô viri, nolite malum hoc facere, nolite perſequi innocentem: nolite pro vno homine committere prælium, quo ſolatium regionis intereat. Hæc illa loquente, reſpondit Vrſio, Recede à nobis ô mulier, ſufficiat tibi ſub viro tenuiſſe regnum. Nunc autem filius tuus regnat, regnumque eius non tua ſed noſtra tuitione ſaluatur. Tu vero recede à nobis, ne te vngulæ equorum noſtrorum cum terra confodiant. Hæc & alia cum diutiſſime inter ſe protuliſſent, obtinuit reginæ induſtria ne pugnarent. Tamen ab illo loco diſcedentes, irruerunt in domos Lupi. Et direpto omni præſidio, fingentes ſe illud in theſauro regis recondere, ſuis eum domibus intulerunt, intendentes Lupo minas atque dicentes, Viuus virtutem noſtram non euadet. At ille cernens ſe in diſcrimine, tutata intra vrbis Lugduni clauati muros coniuge ſua, ad Gunthcramnum regem confugit. A quo benigne ſuſceptus cum eo latuit, expectans vt Childebertus ad legitimam perueniret ætatem.

Cap. 4. Lupus dux Campanenſ. fugatur.

H

Brunichildis interceſſio pro Lupo.

Igitur Chilpericus rex, cum adhuc apud ſupradictam villam moraretur, impedimenta moueri præcipiens, Pariſios venire diſponit. Ad quem cum iam Valedi-

Cap. 5.

A ſtus accederem, Iudæus quidam Priſcus nomine, qui ad ſpecies coemendas familiaris erat, aduenit. Cuius ſarie rex blande adprehenſa manu, ait ad me dicẽs, Veſacerdos Dei, & impone manum ſuper eum. Illo autẽ nitente, ait rex, O mens duta, & generatio ſemper incedula, quæ non intelligit Dei filium ſibi prophetarū icibus repromiſſum: non intelligit Eccleſiaſtica myſtia in ſuis ſacrificiis figurata. Hæc eo dicente, Iudæus t, Deus non eget coniugio, neque prole ditatur, neque lum conſortem regni habere patitur, qui per Moyſe mait, Videte, videte, quia ego ſum Dominus, & abſque e non eſt Deus. Ego occidam, & viuere faciam: percutiam, & ego ſanabo. Ad hæc rex ait, Deus ab ſpiritali tero filium genuit ſempiternum, non ætate iuniorem, non poteſtate minorem, de quo ipſe ait, Ex vtero ante ueiferum genui te. Hunc ergo ante ſecula natum, in nouiſſimis ſeculis mũdo miſit ſanatorem, ſicut ait propheta tuus, Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos. Quod autem ais, quia ipſe non generet, audi prophetam tuum B dicentem ex voce dominica: Nunquid ego qui alios parere facio, ipſe non pariam? hæc enim populo qui in eum per fidem renaſcitur ait. Ad hæc Iudæus reſpondit, Nunquid Deus homo fieri potuit, aut de muliere naſci, verberibus ſubdi, morte damnari? Ad hæc rege tacente, in medium me ingerens dixi, Vt Deus Dei filius homo fieret, nõ ſuæ, ſed noſtræ neceſſitatis extitit cauſa. Nam captiuum peccato hominem, & diaboli ſeruituti ſubiectum redimere non poterat, niſi hominem adſumpſiſſet. Ego vero non de Euangeliis & Apoſtolo quæ non credis, ſed de tuis libris teſtimonia præbens, proprio te mucrone confodiam, ſicut quondam Dauid Goliam legitur trucidaſſe. Igitur quod Deus homo futurus eſſet, audi prophetam tuum: Et Deus, inquit, & homo, & quis cognouit eum: Et alibi. Hic Deus noſter, & non reputabitur alius præter eum, qui inuenit omnem viam ſcientiæ, & dedit illam Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo: poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt. Quod autem de virgine naſcitur, audi ſimiliter prophetam tuum dicentem, Ecce virgo in vtero concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod eſt interpretatum, Nobiſcum Deus. Quod verberibus ſubdi, quod clauis adfigi deberet, & aliis iniuriis vel ſubiacere, vel adfici, alius propheta ait: Foderunt manus meas & pedes meos: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, &c. & iterum, Dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto. Et quod per ipſum crucis patibulum labentem mundum & diaboli ditioni ſubiectum reſtitueret in regno ſuo, idem Dauid ait, Dominus regnauit à ligno. Non quod antea non regnauerit apud patrem ſed ſuper populum quem à diaboli ſeruitute liberauerat, inde regnum accepit. Iudæus ad hæc reſpondit. Quæ Deo fuit neceſſitas vt iſta pateretur? Cui ego, Iam dixi tibi, Deus hominem creauit innoxiũ, ſed aſtu ſerpentis circumſcriptus, præuaricator præcepti factus eſt: & ideo à ſede Paradiſi eiectus, mundanis laboribus deputatus eſt: qui per mortem vnigeniti Dei D Chriſti, Deo reconciliatus eſt patri. Iudæus dixit, Non poterat Deus mittere prophetas aut Apoſtolos, qui eum ad viam reuocarent ſalutis, niſi ipſe humiliatus fuiſſet in carne? Ad hæc ego, A principio genus ſemper deliquit humanum: quem nunquam terruit nec ſubmerſio diluuij, nec incendium Sodomæ, nec plagæ Ægypti, nec miraculum maris Iordaniſque diuiſi, qui ſemper legi Dei reſtitit, prophetis non credidit: & non ſolum non credidit, verum etiam ipſos prædicatores pœnitentiæ interemit. Ideo niſi ipſe ad eum deſcendiſſet, redimeret, hæc explere non poterat alter: cuius nos natiuitate renati, baptiſmo abluti, vulnere curati, reſurrectione erecti, aſcenſione glorificati ſumus. Quod autem morbis noſtris mederi venturus erat, propheta tuus ait: Liuore eius ſanati ſumus: & alibi, Ipſe peccata noſtra portabit, & orabit pro tranſgreſſoribus: & iterum, Sicut ouis ad occiſionem ductus eſt: & quaſi agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum. In humiliatione iudicium eius ſublatum eſt. Generationẽ eius quis enarrabit? Dominus exercituum nomen eius. De hoc & Iacob ille de cuius te iactas veniſſe generatione in illa filij ſui Iudæ benedictione, quaſi ad ipſum Chriſtum filium Dei loquens, ait; Adorabunt te filij Patris tui. Catulus leonis Iuda: de germine filij mei aſcendiſti, recubans dormiſti, quaſi leo, quaſi catulus leonis: quis ſuſcitabit eum? Pulchriores oculi eius vino, & dẽtes eius lacte candidiores. Quis, inquit, ſuſcitabit eum? Et licet ipſe dixerit, Poteſtatem habeo ponendi animam meam, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam, tamẽ Paulus Apoſtolus ait, Qui non crediderit quod Deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eſſe non poterit. Hæc & alia nobis dicentibus, nũquam compunctus eſt miſer ad credendum. Tunc rex ſilente illo, cum videret eum his ſermonibus non compungi ad me cõuerſus, poſtulat vt accepta benedictione diſcederet: ait enim, Dicam, inquit, tibi ô ſacerdos, quod Iacob dixit ad Angelum qui ei loquebatur, Non dimittã te niſi benedixeris mihi. Et hæc dicens, aquam manibus porrigi iubet: quibus ablutis, F facta, oratione, accepto pane, gratias Deo agentes, & ipſi accepimus & regi porreximus, hauſtoque mero. Valde dicentes, diſceſſimus. Rex vero aſcenſo equo Pariſios eſt regreſſus, cum coniuge & filia, & omni familia ſua.

Altercatio cum Iudæo.

Deus ... à Triſmegiſto ...

Chr... prouer...

Benedictio.

Fuit autem apud vrbem Nicenſem eo tempore Hoſpitius recluſus magnæ abſtinentiæ, qui conſtrictus catenis ad purũ corpus ferreis, induto deſuper cilicio, nihil aliud quam purum panẽ cum paucis dactylis comedebat. In diebus autem quadrageſimæ, de radicibus herbarum Ægyptiarum, quibus eremitæ vtuntur, exhibentibus ſibi negociatoribus alebatur. Et primum quidẽ ius in quo coxerant hauriens ipſas ſumebat in poſterũ. Magnas enim per eum Dominus virtutes dignatus eſt operari. Nam quodam tempore reuelãte ſibi Spiritu ſancto aduentum Longobardorum in Gallias, hoc modo prædixit: Venient, inquit, Longobardi in Gallias deuaſtabũt ciuitates ſeptem eo quod increuerit malitia eorum in conſpectu Domini quia nullus eſt qui faciat bonũ, quo G ira Dei placetur. Eſt enim omnis populus infidelis, periuriis deditus, furtis obnoxius, in homicidiis promptus, à quibus nullus iuſtitiæ fructus vllatenus gliſcit: non decimæ dantur, non pauper alitur, non tegitur nudus non peregrinus hoſpitio recipitur, aut cibo ſufficienti ſatiatur: ideo hæc plaga ſuperuenit. Nunc autem dico vobis, congerite omnem ſubſtantiam veſtram intra murorum ſepta, ne à Longobardis diripiatur: & voſipſos in locis firmiſſimis communite. Hæc eo loquente, omnes obſtupefacti, & Vale dicentes, cũ magna admiratione ad propria ſunt regreſſi. Monachis quoque dixit, Abſcedite & vos à loco, auferentes vobiſcum quæ habetis, ecce enim appropinquat gens quam prædixi. Dicentibus autẽ illis, Non relinquimus te ſanctiſſime Pater, ait, Nolite timere pro me: futurum eſt enim vt inferãt mihi iniurias, ſed non nocebunt vſq; ad mortem. Diſcedentibus autẽ Monachis, venit gens illa: & dum cuncta quæ reperit vaſtat, peruenit ad locum vbi ſanctus Dei recluſus erat. At ille per feneſtram turris oſtendit ſe eis. Illi vero circumeuntes turrem, aditum per quem ingrederentur ad eum in- H uenire non poterant. Tunc duo aſcendentes detexerunt tectum, & videntes eum cinctum catenis, indutumque cilicio dicunt, Hic malefactor eſt & homicidium fecit: ideo in his ligaminibus vinctus tenetur: vocatoque interprete, ſciſcitantur ab eo quid mali fecerit, vt tali ſupplicio arctaretur. At ille fatetur, ſe homicidã eſſe, omniſque criminis reũ. Tunc vnus extracto gladio, vt in caput eius libraret, dextera in ipſo ictu ſuſpẽſa, diriguit, nec eã ad ſe potuit reuocare. Tũc gladium laxans, terræ deiecit. Hæc vidẽtes ſocij eius, clamorẽ in cœlũ dederũt, flagitãtes à ſancto, vt quid agi oporteret, clementer inſinuaret. Ipſe vero impoſito ſalutis ſigno, brachiũ ſanitati reſtituit. Ille autẽ in eodem loco conuerſus, tonſurato capite fideliſſimus monachus nunc habetur. Duo vero duces qui eum audierunt, incolumes patriæ redditi ſunt: qui vero contempſerunt præceptum eius miſerabiliter in ipſa prouincia ſunt defuncti. Multi autem ex ipſis à

Cap. 8. Hoſpitius aduentum Longobardorum prædixit.

Hoſtilis percuſſoris manus diriguit.

A dæmoniis correpti, clamabant: Cur nos ſancte & beatiſſime ſic crucias & incendis? ſed impoſita eis manu, mundabat eos. Poſt hæc homo erat Andegauenſis incola, quæ per nimiam febrem eloquium pariter auditumque perdidarat. Et cum de febre conualuiſſet, ſurdus permanebat ac mutus. Igitur diaconus ex prouincia illa Romam directus eſt, vt beatorum Apoſtolorum pignora, vel reliquorum ſanctorum qui vrbem illam muniunt, exhiberet. Qui cum ad parentes infirmi illius perueniſſet, rogant vt eum ſibi comitem itineris ſumere dignaretur, confiſi quod ſi beatiſſimorum Apoſtolorum adiret ſepulchra, protinus poſſet adſequi medicinam. Euntibus autem illis, venerunt ad locum vbi beatus Hoſpitius habitabat. Quo ſalutato ac deoſculato, cauſas itineris diaconus pandit, ac proficiſci ſe Romam indicat, ſeſeque his qui ſancto viro de naucleris amici eſſent commendari depoſcit. Cumque ibi adhuc moraretur, ſenſit vir beatus per ſpiritum Domini adeſſe virtutem. Et ait diacono: Infirmum qui comes tui nunc eſt itineris, rogo vt meis conſpectibus repræſentes. At ille nihil B moratus, velociter ad metatum vadit, inuenitque infirmum febre plenum, qui per nutum aures ſuas dare tinnitum indicabat: adprehenſumque ducit ad ſanctum Dei. At ille adprehenſa manu cæſarie, attraxit caput illius in feneſtram, aſſumptoque oleo benedictione ſanctificato, tenens manu ſiniſtra linguam eius, ori verticique capitis infundit, dicens: In nomine Domini mei Ieſu Chriſti aperiantur aures tuæ, reſeretque os tuum virtus illa quæ quondam ab homine ſurdo & muto noxium eiecit dæmonium. Et hæc dicens interrogat nomen. Ille vero clara voce ait: Sic dicor. Cum hæc vidiſſet diaconus, ait: Gratias tibi immenſas refero Chriſte, qui talia per ſeruum tuum dignaris oſtendere. Quærebam Petrum, quærebam Paulum, Laurentiumque, vel reliquos qui Romam proprio cruore inluſtrant: hic omnes reperi, hic cunctos inueni. Hæc eo cum maximo fletu & admiratione dicente, vir Dei omni intentione vanam vitans gloriam, ait: Sile, ſile dilectiſſime frater, non hæc C ego facio, ſed ille qui mundum ex nihilo condidit, qui pro nobis hominem ſuſcipiens, cæcis viſum, ſurdis auditum, mutis præſtat eloquium, qui leproſis cutem priſtinam, mortuis vitam, & omnibus infirmis affluentem medicinam indulget. Tunc diaconus gaudens, & Vale dicens, abſceſſit cum comitibus ſuis. Quibus diſcedentibus, homo quidam Dominicus (ſic enim erat viro nomen) à natiuitate cæcus, aduenit ad iſtius miraculi virtutem probandam. Qui dum in monaſterio duobus aut tribus menſibus reſideret, orationi ac ieiuniis vacans, tandem vocat eum ad ſe vir Dei, & ait: Vis recipere viſum? Cui ille ait: Voluntas, inquit, mea erat, ignota cognoſcere. Nam quæ ſit lux ignoro. Vnum tantum ſcio, quod ab omnibus conlaudatur: ego autem ab initio ætatis meæ vſque nunc videre non merui. Tunc cum oleo benedicto ſuper oculos eius crucem ſanctam faciens, ait: In nomine Ieſu Chriſti redemptoris noſtri, aperiantur oculi tui. Et ſtatim aperti ſunt oculi eius: & erat admirans, cernenſque magnalia Dei quæ in hoc mundo videbat. Dehinc mulier quædam, quæ vt ipſa D reclamabat, tria habens dæmonia, ad eum adducta eſt: quam cum tactu ſacro benedixiſſet, atque ex oleo ſancto crucem fronti eius impoſuiſſet, eiectis dæmonibus purgata diſceſſit. Sed & aliam puellam ab ſpiritu immundo vexatam, benedictione ſanauit. Cum autem iam dies obitus eius appropinquaret, vocauit ad ſe præpoſitum monaſterij, dicens: Exhibe ferramentum, & inrumpe parietem, & mitte nuncios ad Epiſcopum ciuitatis, vt veniat ad me ſepeliendum. Die enim tertia ab hoc egredior mundo, & vado in requiem deſtinatam, quam mihi Dominus repromiſit. Hæc eo dicente, miſit præpoſitus ad Epiſcopum ciuitatis Nicenſis, qui ei hæc nunciarent. Poſt hæc Creſcens quidam venit ad feneſtram, & videns eum catenis vinctum, vermibus plenum ait: O Domine mi, qualiter tam valida tormenta tolerare tam fortiter potes? cui ille ait: Confortat me ille pro cuius nomine hæc patior. Dico autem tibi, quia iam abſoluor ab his vinculis, & vado in requiem meam. Adueniente autem die tertia, depoſuit catenas quibus vinctus erat, & proſtrauit ſe in orationem: & cum diutiſſime cum lachrymis oraſſet, collocans ſe ſuper ſcamnum, extenſis pedibus, eleuatiſque ad cœlum manibus, gratias agens Deo, tradidit ſpiritum. Et ſtatim omnes vermes illi qui ſanctus artus perforabant, euanuerunt. Adueniens autem Auſtadius Epiſcopus beatum corpus ſtudioſiſſimè ſepulturæ mandauit. Hæc omnia ab ipſius ore cognoui, quē ſuperius mutum & ſurdum ab eo ſanatum expoſui: qui multa mihi & alia de eius virtutibus narrauit, ſed prohibuit me rea illa loqui, quia audiui vitam ipſius à multis fuiſſe conſcriptam.

Dæmoniaci curantur.

Oleo benedicto ſanatur infirmus.

Cæcus illuminatur. Dæmoniaca ſanatur.

Eo tempore Ferreolus Vcecenſis Epiſcopus, magnæ vir ſanctitatis, obiit plenus ſapientia & intellectu: qui libros aliquos epiſtolarum, quaſi Sidonium ſecutus, cōpoſuit. Poſt cuius obitum, Albinus ex præfecto per Dynamium rectorem prouinciæ extra regis conſilium ſuſcepit Epiſcopatum: quo non amplius quam tribus vtens menſibus, cum ad hoc cauſa reſtitiſſet, vt remoueretur, defunctus eſt. Iouinus iterum qui quondam prouinciæ rector fuerat, regium de Epiſcopatu præceptum accipit. Sed præuenit eum Marcellus diaconus, Felicis ſenatoris filius. Qui conuocatis comprouincialibus, per conſilium Dynamij Epiſcopus ordinatus eſt. Sed & ipſe vi pulſatus, deinceps à Iouino, vt remoueretur, concluſus in ciuitate, virtute ſe defenſare nitebatur: ſed cum non valeret, muneribus vicit.

Obiit & Eparchius reclauſus Engoliſmenſis, vir magnificæ ſanctitatis, per quem Deus multa miracula oſtendit: de quibus relictis plurimis, pauca perſtringam. Petrogoricæ vrbis incola fuit, ſed poſt conuerſionem clericus factus, Engoliſmam veniens, cellulam ſibi ædificauit. In qua collectis paucis monachis, in oratione morabatur aſſidue: & ſi ei aliquid auri argentique offerebatur, aut in neceſſitatibus pauperum, aut in redemptione captiuorum diſtribuebat. Panis in cellola illa eo viuente coctus nunquam fuit, ſed à deuotis cum neceſſitas exegiſſet, inferebatur. Magnam enim cateruam populorum de oblationibus deuotorum redemit: puſtularum G malarum venenum crucis ſigno ſæpe compreſſit: dæmonas de obſeſſis corporibus oratione abegit: & iudicibus plerumque vt culpabilibus ignoſcerent, dulcedine profuſa imperauit potius quam rogauit: nam ita erat dulcis adloquio, vt ei negare non poſſent, cum fuiſſet indulgentiam deprecatus. Quondam vero tempore dum pro furto quis ad pendendum duceretur, qui & in aliis multis ſceleribus tam in furtis, quam in homicidiis accuſabatur ab incolis criminoſus, & hæc ei nunciata fuiſſent, miſit monachum ſuum ad deprecandum iudicem, vt ſcilicet culpabilis ille vitæ concederetur. Sed inſultante vulgo atque vociferante, quod ſi hic dimitteretur, neque regioni, neque iudici poſſit eſſe conſultum, dimitti non potuit. In terra extenditur, ad trocleas virgis ac fuſtibus cæditur, & patibulo condemnatur. Cumque mœſtus monachus abbati renunciaſſet: Vade, inquit, attende à longe, quia ſcito quod quem homo reddere noluit, Dominus ſuo munere donabit. Tu vero cum eum cadere videris, protinus adprehenſum adducito in monaſterium. Monacho vero iuſſa complente, ille H proſternitur in oratione: & tam diu in lachrymis ad Dominum fudit preces, quoadvſque diſrupto obice cum catenis terræ reſtitueretur adpenſus. Tunc monachus adprehenſum eum, abbatis conſpectibus incolumem repræſentat. At ille gratias Deo agens, comitem arceſſiri iubet, dicens: Semper me benigno animo ſolitus eras audire, fili dilectiſſime, & cur hodie induratus, hominem pro cuius vita rogaueram, non laxaſti? At ille: Libenter te, inquit, audio ſancte ſacerdos: ſed inſurgente vulgo, aliud facere non potui, timens ſuper me ſeditionē moueri. Et tu: Tu, inquit, me audiſti: Deus antē audire dignatus eſt: & quem tu tradidiſti morti, ille vitæ reſtituit. En, inquit, corā te adſtat ſanus. Hæc eo dicente, proſternitur ad pedes comitis ſtupentis, quod videbat viuere quem in mortis interitu reliquiſſet. Hæc ego ab

Eparchius infirmos ſanat, dæmoniacos liberat.

Vinctus Eparchij oratione ſoluitur.

A ipſius comitis ore cognoui: ſed & multa fecit, quæ inſequi longum putaui. Poſt quadraginta quatuor vero annos reclusionis ſuæ parumper febre pulſatus, tradidit ſpiritum. Protractuſque à cellula, ſepulturæ mandatus eſt. Magnus autem conuentus, vt diximus, de redemptis, in eius proceſſit exequiis.

Cap. 9. Domnolus vero Cœnomannorum Epiſcopus ægrotare cœpit: tempore enim Chlotharij regis apud Pariſios ad baſilicam ſancti Laurentij gregi monaſteriali præfuerat, ſed quoniam Childeberto ſeniore viuente ſemper Chlothario regi fidelis extitit, & nuncios illius ad ſpeculandum miſſos, crebrius occulebat, præſtolabatur rex locum in quo pontificatus honorem acciperet. Migrante autem Auenionenſis ciuitatis pontifice, iſtum illuc dare deliberauerat. Sed beatus Domnolus hæc audiens, ad baſilicam ſancti Martini antiſtitis, quo tunc Chlotharius rex ad orationem venerat, acceſſit, & nocte tota in vigiliis, excubans, per priores qui aderant, regi ſuggeſtionem intulit, vt non quaſi captiuus ab eius elongaretur aſpectu: nec permitteret ſimplicitatem illius inter ſenatores ſophiſticos ac iudices philoſophicos fatigari, adſerens hunc locum humilitatis ſibi eſſe potius, quam honoris. Ad hæc rex annuens migrante Innocentio Cœnomannorum Epiſcopo, ipſum Eccleſiæ illi antiſtitem deſtinauit. Iam adſumpto Epiſcopatu, talem ſe tantumque præbuit, vt in ſummæ ſanctitatis culmen euectus, debili vſu greſſuum, cæco reſtitueret viſum. Qui poſt viginti duos Epiſcopatus annos, dum ſe cerneret morbo regio calculoque grauiſſime fatigari, Theodulfum Abbatem in locum ſuum prælegit: cuius adſenſui rex præbuit voluntatem: ſed non multum poſt tempus mutata ſententia, in Badechiſilum domus regiæ maiorem transfertur electio. Qui tonſuratus gradus quos clerici ſortiuntur, aſcendens, poſt quadraginta dies migrante ſacerdote ſucceſſit.

Domnolus Cœnomānorū Epiſcopus.

B

Cap. 10. His diebus baſilica ſancti Martini à furibus effracta fuit. Qui ponentes ad feneſtram abſidæ cancellum, qui ſuper tumulum cuiuſdam defuncti erat aſcendentes per eum, effracta vitrea ſunt ingreſſi: auferenteſque multum auri argentique, & palliorum holoſericorum, abierunt, non metuentes ſuper ſanctum ſepulchrum pedem ponere, vbi vix vel os adplicare præſumimus. Sed virtus ſancti voluit hanc temeritatem etiam cum iudicio manifeſtare terribili, nam hi perpetrato ſcelere ad Burdegalenſem ciuitatem venientes, orto ſcandalo, vnus alterum interemit: ſicque patefacto opere, furtum repertum eſt: ac de hoſpitali eorum argentum communitum, & pallia ſunt extracta. Quod cum regi Chilperico nunciatum fuiſſet, iuſſit eos alligari vinculis, & ſuo conſpectui præſentari. Tunc ego metuens, ne ob illius cauſam homines morerentur, qui viuens in corpore pro perditorum vita ſæpius deprecatus eſt, epiſtolam regi precationis tranſmiſi, ne nobis non accuſantibus ad quos proſecutio pertinebat, hi interficerentur. Quod ille benigne ſuſcipiens vitæ reſtituit. Species vero quæ diſſipatæ fuerant, ſtudioſiſſime componens, loco ſancto reddi præcepit.

C

Fures ornamentorum templi S. Martini ſe inuicem perimunt.

D

Cap. 11. Apud Maſſilienſem vero vrbem Dynamius rector prouinciæ, grauiter inſidiari Theodoro Epiſcopo cœpit. At ille ad regem properare diſponens, comprehenſus ab eo, in medio ciuitatis tenetur, & grauiter iniuriatus, tandem laxatus eſt. Clerici autem Maſſilienſes dolum cum Dynamio moliabantur, vt ab Epiſcopatu eiiceretur. Sed dum ad regem Childebertum ambularet cum Iouino ex præfecto à Guntheramno rege detinere iubetur. Quod audientes Maſſilienſes clerici, gaudio magno repleti, quod iam teneretur, iam deputaretur exilio, quod iam in hoc res perſtitiſſet, vt nunquam Maſſiliam reuerteretur, domos Eccleſiæ adprehendunt, miniſteria deſcribunt, regeſtoria reſerant, promptuaria expoliant, omneſque res Eccleſiæ tanquam ſi iam mortuus eſſet Epiſcopus, peruadunt, diuerſa crimina de pontifice proloquentes, quæ falſa, Chriſto adſpice, deprehendit. Childebertus vero poſtquam cum Chilperico pacificatus eſt, legatos ad Guntheramnum regem mittit, vt medietatem Maſſiliæ quam ei poſt obitum patris ſui dederat, reddere deberet, Quod ſi nollet, nouerit ſe multa perditurum pro partis iſtius retentione. Sed ille cum hæc reddere nollet, vias claudi præcepit, vt nulli per regnum eius tranſeundi aditus panderetur. Hæc cernens Childebertus Gundulfum, ex domeſtico duce facto de genere ſenatorio, Maſſiliam dirigit. Qui cum non auderet ambulare, iam per Guntheramni regnum Turonus venit. Quem benigne ſuſceptum, recognoſco matris meæ auunculum eſſe, retentumque mecum quinque diebus, impoſitiſque neceſſariis, abire permiſi. Ille vero progreſſus, Maſſiliam ingredi obſiſtente Dynamio non valebat. Sed nec Epiſcopus qui iam tunc cum Gundulfo venerat in Eccleſia ſua recipiebatur. Dynamius autem vna cum clericis, portas obſerat vrbis, inſultans pariter ac vtrumque deſpiciens, Epiſcopum ſcilicet & Gundulfum. Tandem ad colloquium ducis adſcitus, in baſilicam beati Stephani quæ vrbi eſt proxima, venit. Oſtiarij enim cuſtodiebant ædis ingreſſum, vt introëunte Dynamio, valuæ protinus clauderentur. Quo facto excluſæ armatorum turbæ poſt Dynamium ingredi nequiuerunt. Quo non intelligente, dum diuerſa inter ſe ſuper altarium conferunt, recedentes ab altario, ſalutatorium ingrediuntur. Introëuntes cum his Dynamium nudatumque iam à ſuorum ſolatio terribiliter increpant. Fugatiſque ſatellitibus, qui cum armis eo adducto circumſtabant, ſeniores ciuium ad ſe dux vna cum Epiſcopo collegit, vt ciuitatem ingrederetur. Tunc Dynamius hæc omnia cernens, veniam petens datis duci multis muneribus, reddito etiam Sacramento, ſe fidelem Epiſcopo deinceps regique futurum, ſuis induitur indumentis. Tunc reſeratis tam portarum quam ſacrarum ædium valuis, ingrediuntur vtrique ciuitatem, dux ſcilicet & Epiſcopus, cum ſignis & laudibus diuerſiſque honorum vexillis. Clerici autem qui ſceleri huic mixti fuerant, quorum caput Anaſtaſius abbas, & Proclus presbyter erant, intra Dynamij tecta confugiunt, petentes ab eo opem refugij a quo fuerant incitati. Multi tamen eorum per idoneos fideiuſſores dimiſſi, ad regem iuſſi ſunt ambulare. Interea Gundulfus ſubiugata ciuitate in Childeberti regis ditionem, reſtitutoque in locum ſuum antiſtite, ad regem Childebertum regreſſus eſt. Sed Dynamius immemor fidei quam Childeberto regi promiſerat, ad Guntheramnum regem nuncios dirigit dicens, quod partem ſibi debitam ciuitatis per Epiſcopum perderet: nec vnquam Maſſilienſem vrbem ſuo potiretur dominio, niſi hic euellatur ab ea. At ille ira commotus, iubet contra fas religionis vt pontifex ſummi Dei, arctatus vinculis ſibi exhiberetur, dicens, Tradatur exilio inimicus regni noſtri, ne nobis nocere amplius valeat. Sed cum Epiſcopus de his ſuſpectus eſſet, nec facile poſſet ab vrbe erui, aduenit feſtiuitas Dedicationis oratorij ruris ſuburbani. Cumque ad hæc feſta egreſſus ciuitate, properaret, ſubito armati cum magno fremitu ab occultis inſidiis ſcaturientes, ſanctum vallant antiſtitem: deiectoque ab equo, fugant omnes comites eius, ſeruientes alligant, clericos cædunt, ipſumque ſuper miſerabilem imponentes caballum, nullum de ſuis ſequi permittentes, ad regis deducunt præſentiam. Cumque per Aquenſem præterirent vrbem, Pientius Epiſcopus loci, condolens fratri, datis clericis ad ſolatium, impoſitiſque neceſſariis, abire permiſit. Dum hæc agerentur, clerici iterum Maſſilienſes domos Eccleſiæ reſerant, arcana rimantur, & alia deſcribunt, alia ſuis domibus inferunt. Epiſcopus vero ad regem deductus, nec culpabilis inuentus, ad ciuitatem ſuam redire permiſſus, cum grandi eſt à ciuitatibus laude ſuſceptus. Ex hoc autem grauis inimicitia inter Guntheramnum regem, & Childebertum nepotem ſuum exoritur, diſruptoque fœdere ſibi inuicem inſidiabantur.

Dynamius inſidiatur Theodoro.

E *Maſſiliæ partem vendicat Childebertus.*

Gundulfus authoris auunculus.

F

G

H

Cleri Maſſilienſis commotio.

Cap. 12. Igitur Chilpericus, rex cernens has diſcordias inter fratrem ac nepotem ſuum pullulare, Deſiderium ducem euocat, iubetque vt aliquid nequitiæ inferat fratri. At ille commoto exercitu, Ragnoualdo duce fugato,

A

Petrogoricum peruadit Exactoque Sacramento, Aginnum pergit. hæc audiens vxor Ragnoualdi, quod ſcilicet fugato viro ſuo, hæ ciuitates in poteſtatem regis Chilperici redigerentur, baſilicam ſancti martyris Capraſij expetiit. Sed extracta exinde & ſpoliata facultate ac ſolatio famulorum, datis fideiuſſoribus Tholoſam dirigitur: ibique iterum in baſilica ſancti Saturnini ingreſſa reſidebat. Deſiderius vero cunctas ciuitates quæ in parte illa ad regem Guntheramnum aſpiciebant, abſtulit & ditionibus regis Chilperici ſubegit. Berulfus vero dux, cum Biturigas muſſitare, quod Turonicum terminum ingrederentur, audiſſet, exercitum commouet, & ſe in ipſos fines ſtatuit. Grauiter tunc pagi Iſidunenſis ac Berrauenſis vrbis Turonicæ deuaſtati ſunt. Sed & poſtea crudeliter qui in hac obſidione adeſſe non poterant, ſunt damnati. Blandaſtes vero dux in Vaſconiam abiit, maximamque partem exercitus ſui amiſit.

Chilpericus per Deſiderium vaſtat regnũ Guntheramni.

Cap. 13. Lupus vero vrbis Turonicæ ciuis, cum vxore perditis ac liberis clericatum expeteret, à fratre Ambroſio prohibitus eſt, timens ne heredem inſtitueret Dei Eccleſiam, ſi ei coniungeretur, rurſuſque illi vxorem prouidit, & diem in quo ad ſponſalia donanda coniungerent, male ſuaſus frater indicit. Dehinc ad Cainonenſe caſtrum, vbi hoſpitium habebant, pariter aduenerunt. Sed vxor Ambroſij cum eſſet adultera, & alium amore lupanario exoſo marito diligeret, inſidias viro tetendit. Cumque hi germani pariter epularentur, & nocte vſque ad ebrietatem vino maduiſſent, in vno ſtrato pariter quieuerunt. Tunc † mœchus vxoris Ambroſij nocte veniens, quieſcentibus cunctis, & vino depreſſis, accenſis igne paleis, vt videret quid ageret, extracto gladio, Ambroſium in capite librat, ita vt deſcendens per oculos gladius, ceruical capitis amputaret: in quo ictu expergefactus Lupus, & ſe in ſanguinem volutari decernens, exclamat voce magna, dicens, Heu heu ſuccurrite, frater meus interfectus eſt. Mœchus vero qui iam perpetrato ſcelere diſcedebat, hæc audiens, regreſſus ad lectum, Lupum adit. Quo repugnante, multis plagis laceratum oppreſſit, & mortali ictu ſauciatum, ſemiuiuum reliquit: ſed nullus de familia ſenſit. Mane autem facto, ſtupebant omnes de tanto ſcelere. Lupus tamen adhuc viuens inuentus, ſicut actum fuerat referens, ſpiritum exhalauit. Sed nec longum meretrix lugendi ſumpſit ſpatium: ſed paucis diebus interpoſitis, coniuncta mœcho diſceſſit.

B

† Vt alias Auus infra nominatur. c. 3. lib. 7.

C

Adulter Lupum & Amb. cædit.

Cap. 14. Anno igitur ſeptimo Childeberti regis, qui erat Chilperici & Gunthchramni viceſimus & primus, menſe Ianuario, pluuiæ, coruſcationes atque tonitrua grauis fuerunt: flores in arboribus oſtenſi ſunt: ſtella quam cometem ſuperius nominaui, adparuit, ita vt in circuitu eius magna nigredo eſſet. Et illa tanquam in foramine aliqua poſita, ita inter tenebras relucebat, ſcintillans ſpargenſque comas. Prodibat autem ex ea radius miræ magnitudinis qui tanquam fumus magnus incendij adparebat à longe. Viſa eſt autem ad partem occidentis in hora noctis prima. In die autem ſancto Paſchæ apud Sueſſionas ciuitatem cœlum ardere viſum eſt, ita vt duo apparerent incendia, & vnum erat maius, aliud vero minus. Poſt duarum vero horarum ſpatium coniuncta ſunt ſimul: factaque pharo magna euanuerunt. In Pariſiaco vero termino, verus ſanguis ex nube defluxit, & ſuper veſtimenta multorum hominum recidit, & ita tabe maculauit, vt ipſi propria indumenta horrentes abnuerent. Tribus enim locis in termino ciuitatis illius hoc prodigium adparuit. In Siluanectenſi vero territorio hominis cuiuſdam domus, cum ille mane ſurgeret, ſanguine reſperſa abintus adparuit. Magna igitur eo anno lues in populo fuit, valitudines variæ, milinæ cum puſulis & veſicis, quæ multum populum adfecerunt morte. Multi tamen adhibentes ſtudium, euaſerunt. Audiuimus enim eo anno in Narbonenſem vrbem inguinarium morbum grauiter deſæuiſſe, ita vt nullum eſſet ſpacium, cum homo correptus fuiſſet ab eo.

Prodigia.

Cometes terrificus.

D

Cap. 15. Felix vero Epiſcopus Namneticæ ciuitatis, in hanc valetudinem corruens, grauiter ægrotare cœpit. Tunc vocatis ad ſe Epiſcopis qui propinqui erant, ſupplicat vt conſenſum quem in Burgundionem nepotem ſuum fecerat, ſuis ſubſcriptionibus roborarent. Quod cum factum fuiſſet, eum ad me dirigunt. Erat tunc temporis Burgundio quaſi annorum viginti quinque. Qui veniens, rogat vt accedens vſque Namnetas, Epiſcopum eum in locum auunculi qui adhuc ſuperſtes erat, tonſuratum conſecrare deberem. Quod ego abnui, quia Canonibus non conuenire cognoui: conſilium tamen præbui, dicens: Habemus ſcriptum in Canonibus fili, Non poſſe quemquam ad Epiſcopatum accedere, niſi prius Eccleſiaſticos gradus regulariter ſortiatur. Tu ergo dilectiſſime, reuertere illuc, & pete vt ipſe te qui elegit debeat tonſurare. Cumque presbyterij honorem acceperis, ad Eccleſiam aſſiduus eſto: & cum Deus migrare voluerit, tunc facile Epiſcopalem gradum aſcendes. At ille regreſſus, conſilium acceptum adimplere diſſimulauit, eo quod Felix Epiſcopus ab incommodo leuius agere videretur. Sed poſtquam febris diſceſſit, tibiæ eius ab humore puſulas emiſerunt. Tunc cantharidarum cataplaſmam nimium validam ponens, computreſcentibus tibiis, anno Epiſcopatus ſui triceſimotertio, ætate ſeptuagenaria, vitam finiuit. Cui Nonnichius conſobrinus, rege ordinante, ſucceſſit.

B

Felix Epiſcopus nepoti moriens ceſſit Epiſcopatũ.

Epiſcopus debet eſſe presbyteratus.

F

Audiens autem Pappolenus eius obitum, neptem illius de qua ſeparatus fuerat, recepit. Ante hoc autem tempus deſponſatam eam habuerat: ſed diſſimulante de nuptiis Felice Epiſcopo, hic cum magna cohorte veniens, ab oratorio puellam abſtraxit, & in baſilicam beati Albini confugit. Tunc Felix Epiſcopus ira commotus, circumuentam puellam dolis à marito ſeparauit, mutataque veſte apud Vaſatenſem vrbem in monaſterio poſuit: ſed illa occultos puero nuncios dirigit, vt ſcilicet eam ereptam à loco in quo poſita erat, acciperet. Quod ille non abnuens, adſumptam de monaſterio puellam ſuo coniugio copulauit, regalibuſque munitus præceptionibus, timere parentum diſtulit minas.

Cap. 6. Pappolenus uxorem ſuam recepit.

G

Rex vero Chilpericus multos Iudæorum eo anno baptizari præcepit, ex quibus plures excepit è ſancto lauacro. Nonnulli tamen eorum corpore tantum, non corde abluti, ad ipſam quam prius perfidiam habuerant, Deo mentiti regreſſi ſunt, ita vt & ſabbatum obſeruare, & diem dominicum honorare viderentur. Priſcus vero ad cognoſcendam veritatem nulla penitus potuit ratione deflecti. Tunc iratus rex, iuſſit eum cuſtodiæ mancipari, ſcilicet vt quem credere voluntariè non poterat, ſaltem credere faceret vel inuitum. Sed ille datis quibuſdam muneribus, ſpatium poſtulat, donec filius eius Maſſilienſem Hebræam accipiat: pollicetur doloſè ſe deinceps quæ rex iuſſerat impleturum. Interea oritur intentio inter illum & Pathirem ex Iudæo conuerſum, qui iam regis filius erat ex lauacro. Cumque die ſabbathi. Priſcus præcinctus oratorio, nullum in manu ferens ferramentum, Moſaicas leges quaſi impleturus ſecretiora competeret, ſubito Pathir adueniens, ipſum gladio cum ſociis qui aderant iugulauit. Quibus interfectis, ad baſilicam ſancti Iuliani cum pueris ſuis, qui ad propinquam plateam erant, confugit. Cumque ibidem reſiderent, audiunt quod rex Domino vitæ ceſſo famulos tanquam malefactores à baſilica tractos iuberet interfici. Tunc vnus ex his euaginato gladio, Domino iam fugato, ſocios ſuos interficit, ipſe poſtmodum cum gladio de baſilica egreſſus: ſed irruente ſuper ſe populo, crudeliter interſectus eſt. Pathir autem accepta licentia, ad regnum Gunthchramni vnde venerat eſt regreſſus: ſed non poſt multos dies à parentibus Priſci interfectus eſt.

Cap. 17. Iudæos Chilpericus ad fidem cogit.

H

Priſcum Iudæum occiditur.

Cap 18. Igitur legati Chilperici regis, id eſt Anſoualdus & Domichiſilus, qui ad conſpiciendam dotem in Hiſpanias fuerant miſſi, regreſſi ſunt. His diebus Leuuichildus rex in exercitu contra Hermenichildum filium ſuum reſidebat: cui & Emeritam ciuitatem abſtulit. Nam nobis qualiter cum ducibus Imperatoris Tyberij fuerit

Leuuichildus cum filio præliatur.

coniunctus,

A

coniunctus iam ſuperius expoſuimus. Nam & legatis hæc cauſa nexuit moras vt tardius regrederentur. Quibus viſis, ego ſollicitus eram qualiter in ipſis Chriſtianis qui pauci in eo loco remanſerant, fides Chriſti ferueret. Cui hæc Anſoualdus reſpondit, Chriſtiani qui nunc apud Hiſpanias commorantur, Catholicam fidem integre ſeruant: ſed rex nouo nunc ingenio eam nititur exturbare, dum doloſe & ad ſepulchra martyrum, & in Eccleſiis religionis noſtræ orare confingit. Dicit enim, Manifeſtè cognoui eſſe Chriſtum filium Dei æqualem patri, ſed Spiritum ſanctum, Deum penitus eſſe non credo, eo quod in nullis legatur codicibus Deus eſſe. Heu heu quam iniquam ſententiam, quam venenoſum ſenſum, quam prauam mentem! Et vbi eſt illud quod Dominus ait, Spiritus Deus eſt: & illud Petri quod ad Ananiam ait, Quid tibi viſum eſt tentare Spiritum ſanctum? Non es hominibus mentitus, ſed Deo. Vbi eſt & illud quod Paulus myſtica dona commemorans, ait, Hæc enim operatur vnus atque idem ſpiritus, diuidens vnicuiq; prout vult. Qui enim operatur quod vult, nulli cognoſcitur eſſe ſubiectus. Accedente autem Anſoualdo ad Chilpericum regem, legatio Hiſpanorum eſt ſubſecuta. Quæ de Chilperico ad Childebertum accedens, in Hiſpanias eſt regreſſa.

Spiritus ſanctus Deus.

B

Cap 19. *Aſclepius Chilperici cuſtodes occidit.*

Apud pontem vero Vrbienſem ciuitatis Pariſiacæ, Chilpericus rex cuſtodes poſuerat, vt inſidiatores de regno fratris, ſui ne nocerent aliquid, arcerentur. Quo Aſclepius ex duce præcognito, nocte irruens, interfecit omnes, pagumque ponti proximum grauiter depopulatus eſt. Cumque hæc regi Chilperico nunciata fuiſſent, mittit nuncios comitibus, ducibuſque & reliquis agentibus vt collecto exercitu in regnum germani ſui irruerent. Sed prohibitus eſt conſilio bonorum, ne faceret, dicentium ſibi, Illi peruerſe egerunt, tu vero ſapienter age. Mitte fratri nuncios, & ſi iniuriam tuam emendare voluerit, nihil mali quæras: ſi vero noluerit, tractabis deinceps quid ſequaris. Et ſic ratione accepta, prohibito exercitu legationem fratri dirigit. Sed ille cuncta emendans, fratris quæſiuit integre charitatem.

C

Cap 20. *Chrodini eleemoſynarij obitus.*

Eo anno Chrodinus obiit, vir magnificæ bonitatis & pietatis, eleemoſynarius valde, pauperumque refector, profluus ditator Eccleſiarum, clericorumque nutritor, nam ſæpe à nouo fundans villas, ponens vineas, ædificans domos, culturas erigens, vocatis Epiſcopis quorum erat parua facultas, dato epulo ipſas domos cum cultoribus & culturis, cum argento, periſtromatibus, vtenſilibus, miniſtris & famulis benigne diſtribuebat, dicens: Sint hæc Eccleſiæ data, Et dum de his pauperes reficiuntur, mihi veniam obtineant apud Deũ. Multa autem & alia bona de hoc viro audiuimus, quæ inſequi longum eſt. Tranſiit autem ætate ſeptuagenaria.

Cap. 21. *Portenta.*

Hæc in hoc anno iterato ſigna apparuerunt: luna eclipſin paſſa eſt, intra Turonicum territorium, verus de effracto pane ſanguis effluxit: muri vrbis Sueſſionicæ corruerunt: apud Andegauam vrbem tremuit: intra muros vero Burdegalenſis oppidi ingreſſi lupi canes deuorauerunt, nequaquam hominem metuentes: per cœlum ignis diſcurrere viſus eſt: ſed & Vaſatenſis ciuitas incendio concremata eſt, ita vt Eccleſiæ & domus Eccleſiaſticæ vaſtarentur. Miniſterium tamen omne ereptum fuiſſe cognouimus.

Lupi deuorãt canes Burdeg.

D

Cap. 22

Rex igitur peruaſis Chilpericus ciuitatibus fratris ſui, nouos comites ordinat, & cuncta iubet ſibi vrbium tributa deferri. Quod ita impletum fuiſſe cognouimus. His diebus adprehenſi ſunt duo homines à Nonnichio Lemouicinæ vrbis comite, deferentes ex nomine Charterij Petrogoricæ vrbis Epiſcopi, literas quæ multa improperia loquebantur in regem: in quibus inter reliqua erat inſertum, quaſi quereretur ſacerdos ſe à paradiſo ad inferos deſcendiſſe, ſcilicet quod à regno Guntheramni in Chilperici fuerit ditiones commutatus: has literas cum his hominibus iam dictis comes ſub arcta cuſtodia regi direxit. Rex vero patienter propter Epiſcopum mittit, qui eum [illegible] conſpectui præſentarent, diſcuſſuri vtrique ſi vera eſſent quæ ei opponebantur, an non. Adueniente vero Epiſcopo, rex homines illos cum literis repræſentat: interrogat ſacerdotem, ſi ab eo directæ fuerint. Negat ille à ſe directas. Interrogantur vero homines, à quo eas acceperint. Frontonium Diaconum proferunt. Interrogatus de Diacono, ſacerdos reſpondit, ſibi eum eſſe præcipuum, inimicum, nec dubitari debere ipſius eſſe nequitias, qui contra eum ſæpius cauſas cõmouiſſet iniquas. Adducitur Diaconus ſine mora: interrogatur à rege, confitetur ſuper Epiſcopum dicens: Ego hanc Epiſtolam Epiſcopo iubente dictaui. Proclamante vero Epiſcopo & dicente, quod ſæpius hic ingenia quæreret, qualiter eum ab Epiſcopatu deiiceret, rex miſericordia motus, commendans Deo cauſam ſuam, ceſſit vtriſque, deprecans clementer Epiſcopum pro Diacono, & ſupplicans vt pro ſe ſacerdos oraret: & ſic cum honore vrbi remiſſus eſt. Poſt duos vero menſes Nonnichius comes qui hoc ſcandalum ſeminauerat, ſanguine percuſſus interiit, reſque eius quia abſque liberis erat, diuerſis à rege conceſſæ ſunt.

Charterij litera regis diffamatoria.

E

Chilpericus ignoſcit clementer calumniatoribus.

F

Cap. 23.

Dehinc Chilperico regi poſt multa funera filiorum, filius naſcitur: ex hoc iubet rex omnes cuſtodias relaxari, vinctos abſolui, compoſitioneſque negligentum fiſco debitas præcepit omnino non exigi. Sed magnum deinceps dolum hic intulit infans.

Cap. 24. *Gundobaldi adoleſcentia.*

Noua iterum contra Theodorum Epiſcopum bella conſurgunt. nam Gundobaldus qui ſe filium Chlotharij regis eſſe dicebat, de Conſtantinopoli veniens, Maſſiliam eſt aduectus: de cuius origine quædam ſtrictim libuit memorare. Hic cùm natus eſſet in Galliis, & diligenti cura nutritus, vt regum iſtorum mos eſt, crinium flagellis per terga demiſſis, literis eruditus Childeberto regi à matre repræſentatur, dicente ea, Ecce, inquit, nepotem tuum Chlotharij regis filium. Et quia inuiſus habetur patri: ſuſcipe eum, quia caro tua eſt. Quem ille, eo quod ei filij non eſſent, accipiens, retinebat ſecum. Nuntiantur hæc regi Chlothario: miſitque fratri nuncios dicens, Dimittite puerum, vt veniat ad me. Nec moratus ille, iuuenum fratri direxit. Quo viſo, Chlotharius iuſſit tonderi comam capitis eius, dicens, Hunc ego non generaui. Igitur poſt Chlotharij regis obitum, à Chariberto rege ſuſceptus eſt: quem Sygibertus arceſſitum iterum amputauit comam capitis eius, & miſit eum in Agrippinenſem ciuitatem, quæ nunc Colonia dicitur. Ille quoque ab eo loco delapſus, dimiſſis iterum capillis, ad Narſetem abiit, qui tunc Italiæ præerat: ibi accepta vxore, filios procreauit, & ad Conſtantinopolim acceſſit. Inde vt ferunt, poſt multa tempora, à quodam inuitatus vt veniret in Gallias, Maſſiliam adpulſus, à Theodoro Epiſcopo ſuſceptus eſt. Et ab eodem etiam acceptis equis, Mummolo duci coniunctus eſt. Erat autem tunc Mummolus in ciuitate Auennica, ſicut ſupra iam diximus. Guntheramnus vero dux adprehenſum Theodorum Epiſcopum, in cuſtodiam pro hac cauſa detruſit, reputans cur hominem extraneum intromiſiſſet in Gallias, voluiſſetque Francorum regnum imperialibus per hæc ſubdere ditionibus. At ille epiſtolam, vt aiunt manu maiorum Childeberti regis ſubſcriptam, protulit dicens, Nihil per me feci, niſi quæ mihi à dominis noſtris & ſenioribus imperata ſunt. Cuſtodiebatur igitur ſacerdos in cellula, nec permittebatur Eccleſiæ propinquare. Quadam vero nocte, dum attentius oraret ad Dominum, refulſit cellula nimio ſplendore, ita vt comes qui erat cuſtos eius, ingenti pauore terreretur: viſuſque eſt ſuper eum lucis immenſæ globus per duarum horarum ſpatium. Mane autem facto, narrabat hæc comes ille cæteris qui cum eo erant, Poſt hæc autem ductus eſt ad Guntheramnum regem cum Epiphanio Epiſcopo: qui tunc Longobardos fugiens, Maſſiliæ morabatur, ſcilicet quod & ipſe conſcius huius cauſæ fuiſſet. Diſcuſſi igitur à rege, in nullo inuenti ſunt crimine: Rex tamen iuſſit eos ſub cuſtodia degere, in qua poſt

Accuſatur Epiſcopus hoſtis intromiſſi.

H

A multa ſupplicia, Epiphanius Epiſco[illegible]s obiit. Gundobaldus vero in inſulam maris ſeceſſit, expectans euentum rei. Guntheramnus vero dux cum duce Guntheramni regis res Gundobaldi diripuit, & ſecum in Aruernum detulit immenſum, vt ferunt, argenti pondus & auri, & reliquarum rerum.

Cap. 25. *Signa & prodigia.* Anno octauo Childeberti regis, pridie Calendas Februarias cum die dominico ad vrbem Turonicam ad matutinas ſignum commotum fuiſſet, & populus ſurgens, ad Eccleſiam conueniret, cœlo nubilo cum pluuia globus magnus ignis de cœlo dilapſus in ſpacio multo cucurrit in aëre. Qui tantam lucem dedit, vt tanquam media die omnia cernerentur. Quo iterum in nubem ſuſcepto, nox ſucceſſit. Aquæ vero extra ſolitum inualuerunt: nam tantam inundationem Sequana Matronaque circa Pariſios intulerunt, vt inter ciuitatem & baſilicam ſancti Laurentij naufragia ſæpe contingerent.

Cap. 26. B *De Guntheramno & Mummolo.* Guntheramnus quoque dux Aruernum cum ſupradictis theſauris reuerſus, ad Childebertum regem abiit. Cumq; exinde regrederetur cū vxore & filiis, a Guntheramno rege comprehenſus retinebatur, dicente ſibi rege, Tua inuitatio Gundobaldum adduxit in Gallias, & ob hoc ante hos annos abiſti Conſtantinopolim. Cui ille, Mummolus, inquit, dux tuus ipſe ſuſcepit eum, & in Auenione ſecum retinuit: nunc autem permitte me, & adducam ipſum tibi, & tunc immunis ero ab his quæ reputantur mihi. Cui rex ait, Non permittam te abire, niſi dignas luas pœnas pro his quæ commiſiſti. At ille cernens ſe morti propinquum, ait, Ecce filium meum, ſuſcipe illum, & ſit obſes pro his quæ promitto Domino meo regi: & niſi Mummolum adducam tibi, perdam paruulum meum. Tunc rex permiſit eum abire, retento ſecum eius infantulo. At ille adſumptis ſecum Aruernis atque Vellauis Auenionem abiit. Sed aſtu Mummoli, naues in Rhodano infirmæ paratæ ſunt. Aſcendentesque ſimpliciter, vt in medio amnis venerunt, impletis nauibus mergebantur. Tunc in periculo

C poſiti, alij nando euaſerunt, nonnulli vero arreptis ipſarum nauium tabulis attigerunt litus. Plerique autem quorum minor fuit aſtutia, in amne demerſi ſunt. Guntheramnus vero dux aduenit Auenionem: prouiderat enim Mummolus, poſtquam intra muros vrbis illius eſt ingreſſus, vt quia pars parua reſidebat, quæ non vallabatur à Rhodano, educta ex eo parte, locus ille totus hoc alluuio muniretur in quo loco foſſas magnæ profunditudinis fodit, præparatoſque dolos aqua decurrens operuit. Tunc adueniente Guntheramno, ait ex muro Mummolus, Si fides eſt integra, veniat ille ab vna parte ripæ, ego ex alia, & quod voluerit eloquatur. Quo cum conueniſſent, ait Guntheramnus econtra, (hoc enim brachium fluminis inter vtrumque erat poſitum.) Si licet, inquit, vadam: quia ſunt aliqua quæ inter nos ſecretius conferantur. Cui ille, Veni, ait, ne timeas. Ingreſſus cum vno amicorum ſuorum, vt erat loricæ pondere adgrauatus: illico amicus ille, vt

D foueam amnis attigit, ſub aquis demerſus, nunquam comparuit. Guntheramnus vero cum demergeretur atque portaretur ab vnda veloci, vnus de aſtantibus porrecta manui eius haſta, eum littori reddidit. Et tunc illatis ſibi conuitiis ipſe & Mummolus diſceſſerunt: obſidente quoque Guntheramno ipſam vrbem cum exercitu Guntheramni, regi nunciata ſunt hæc Childeberto. At ille ira commotus, cur hæc non iuſſus ageret, Gundulfum ſuperius dictum illuc direxit. Qui amota obſidione Mummolum Aruernos adduxit: ſed poſt paucos dies Auenionem regreſſus eſt.

Cap. 27. *Chilpericus Lutetia filium tingit.* Chilpericus rex pridie quam Paſcha celebraretur, Pariſios adiit. Et vt maledicto quod in pactione ſua & fratrum ſuorum conſcriptum erat, vt nullus eorum Pariſios ſine alterius voluntate ingrederetur, carere poſſet reliquiis ſanctorum multorum præcedentibus, vrbem ingreſſus eſt: dieſque Paſchæ cum multa iocunditate tenuit, filiumque ſuum baptiſmo tradidit, quem Ragnemodus ipſius vrbis ſacerdos, de lauacro ſancto

E ſuſcepit, ipſumque Theodoricum vocitari præcepit.

Cap. 28. *Marcus exactor tonſuratur.* Marcus quoque referendarius, cuius ſupra meminimus, poſt congregatos de iniquis deſcriptionibus theſauros, ſubito lateris dolore detentus, caput totondit, atque pœnitentiam accipiens, ſpiritum exhalauit, reſque eius fiſco collatæ ſunt (nam magni ibidem theſauri ex auro argentoque, & multarum ſpecierum reperti ſunt) nihil exinde ſecum aliud portans, niſi animæ detrimentum.

Cap. 29. Legati de Hiſpaniis reuerſi nihil certi renunciauerunt, eo quod Leuuichildus contra filium ſuum ſeniorem in exercitu reſideret. In monaſterio autem beatæ Radegundis, puella quædam nomine Diſciola, quæ beati Saluij Albigenſis Epiſcopi neptis erat, obiit hoc modo: Cum ægrotare cœpiſſet, & ei aſſidue ſorores

De puella Pictauenſis monaſterij. aliæ deſeruirent, venit dies ille quo migraret à corpore: & circa horam nonam ait ſororibus, Ecce iam leuiorem me ſentio: ecce nihil doleo nunc autem non eſt neceſſe ſollicitudini veſtræ, vt mihi curæ aliquid impendatis, ſed potius diſcedite à me, quo facilius ſopori

F *Viſio morientis.* relaxer. Hæc audientes ſorores eius receſſerunt parum à cellula. Et poſt paululum aduenerunt: denique ſtantibus illis coram ea expectabant quid ab illa elocutionis audirent. Ipſa tamen expanſis manibus, benedictionem à neſcio quo efflagitans, ait: Benedic, inquit, mihi, ſancte ac famule Dei excelſi. Ecce enim iam tertio fatigatis hodie mei cauſa. Et cur ſancte pro infirma muliercula crebras iniurias ſuſtines? Interrogantibus vero illis, ad quem hæc verba proferret, penitus non eſt effata. Tunc facto modico internallo, emiſit vocem magnam cum riſu: & ſic tradidit ſpiritum. Et ecce quidam energumenus qui tunc ad beatæ crucis gloriam mundandus aduenerat, arrepta manibus cæſarie, collidit ſe in terram, dicens. Heu heu heu nobis qui tale damnum perpeſſi ſumus: vel licuiſſet prius cauſas inquirere, & ſic de poteſtate noſtra fuiſſet ablata hæc anima. Inquirentibus vero his qui aderant, quod eſſet hoc verbum quod loquebatur, reſpondit, Ecce animam puellæ Michaël Angelus ſuſcepit: & ipſe eam ad cœ-

G los euehit. Princeps vero noſter quem vos diabolum nominatis, nihil in ea participatur. Poſt hæc corpus aquis ablutum ita candore niueo refulgebat, vt nullum linteum reperire abbatiſſa potuiſſet in promptu, quod corpore candidius cerneretur: induta tamen linteis mundis, ſepulturæ mandata eſt: nam & alia puella huius monaſterij viſum vidit, quod ſororibus retulit. Putabat, inquit, ſe iter aliquod conficere, & erat ei votum vt ad fontem viuum gradiens perueniret. Cumque viam neſciret, vir quidam ſe obuiam obtulit, dicens. Si inquit, vis ad fontem viuum accedere, ego ero præuius itineris tui. At illa gratias agens, ſequebatur præcedentem. Quibus ambulantibus, peruenerunt ad fontem magnum, cuius aquæ tanquam aurum ſplendebant, herbæ vero in modum diuerſarum gemmarum vernante luce radiabant. Et ait vir ad eam. Ecce fontem viuum quem multo labore quæſiſti. Satiare nunc ab eius fluentis, vt fiat tibi fons aquæ vitæ ſalientis in vitam æternam. Cumque illa auide ex his aquis hauriret, ecce ab

H alia parte veniebat abbatiſſa: & denudatam puellam induit veſte regia, quæ tanta luce auroque & monilibus refulgebat, vt vix poſſet intendi, dicente ſibi abbatiſſa. Sponſus enim tuus mittit tibi hæc munera. Hæc cum puella vidiſſet, compuncta eſt corde, & poſt dies paucos rogauit abbatiſſam, vt ſibi in qua includeretur, cellulam præpararet. At illa velociter perfecta ait, Ecce, inquit, cellulam, quid nunc deſideras? Puella vero petiit vt recludi permitteretur. Quod cum ei præſtitum fuiſſet, congregatis virginibus cum magno pſallentio accenſis lampadibus, tenente ſibi beata Radegunde manu, ad locum vſque perducitur. Et ſic Vale faciens omnibus, & oſculans ſingulas quaſque, recluſa eſt. Obſtructoque aditu per quem ingreſſa fuerat, ibi nunc orationi ac lectioni vacat.

Cap. 30. *Tiberij Imperatoris.* Hoc anno Tyberius Imperator migrauit à ſeculo, magnum luctum relinquens populis de obitu ſuo, erat

enim

A *Tiberii obitus.* *Niceph. l. 18. c. 7.*

enim ſummæ bonitatis, in eleemoſynis promptus, in iudiciis iuſtus, in iudicando cautiſſimus, nullum deſpiciens, ſed omnes in bona voluntate complectens, omnes diligens, ipſe quoque diligebatur ab omnibus. Hic cum ægrotare cœpiſſet, & ſe iam viuere deſperaret, vocauit Sophiam Auguſtam dicens, Ecce iam impletum ſentio tempus vitæ meæ, nunc cum conſilio tuo eligam qui reipublicæ præeſſe debeat. At illa Mauricium quendam elegit, dicens, Valde ſtrenuus & ſagax eſt vir iſte: nam & ſæpius contra inimicos reipub. dimicans, victorias obtinuit. Hæc enim dicebat, vt iſto tranſeunte, huius coniugio necteretur. Sed Tyberius poſtquam conſenſum cognouit Auguſtæ de huius electione, iuſſit exornari filiam ſuam ornamentis imperialibus, & vocato Mauricio ait, Ecce cum conſenſu Sophiæ Auguſtæ ad imperium eligeris: in quo vt firmior ſis filiam meam tradam tibi. Et accedente puella, tradidit eam pater Mauricio, dicens, Sit tibi imperium meum cum hac puella conceſſum. Vtere ea felix, memor ſemper vt æquitate & iuſtitia delecteris. At ille accepta puella, duxit eam ad domum ſuam, & tranſacta ſolennitate nuptiarum, Tyberius obiit. Igitur celebrato iuſtitio, Mauricius indutus diademate & purpura, ad circum proceſſit: acclamatiſque ſibi laudibus, largitis populo muneribus, in imperio confirmatur.

Mauricius Imperator eligitur. *Niceph. l. 18. c. 8.*

B

Cap. 31. *Chilperico fratris regnū promittitur.*

Denique Chilpericus rex legatos nepotis ſui Childeberti ſuſcepit, inter quos primus erat Egidius Rhemenſis Epiſcopus: quibus intromiſſis ad regem, data ſuggeſtione dixerunt, Pacem quam cum Domino noſtro nepote ſuo feciſti, petit à te omnimodis conſeruari: cum fratre vero tuo pacem habere non poteſt, quia partem Maſſiliæ ei poſt mortem abſtulit patris, fugaceſque ſuos retinet, nec eos vult ei remittere. Ideo Childebertus nepos tuus charitatem quam nunc tecum retinet integrè vult ſeruare. Et ille, in multis, inquit, frater meus acceſſit culpabilis: nam ſi ordinem rationis filius meus Childebertus inquirat, cognoſces protinus, quod huius colludio pater eius eſt interfectus. Hæc eo dicente, Egidius Epiſcopus ait, Si cum nepote tuo coniungeris, & ipſe coniungitur tibi. Commoto exercitu, vltio quæ debetur ſuper eum velocius infertur. Quod cum iuramento firmaſſent, obſideſque inter ſe dediſſent, diſceſſerunt. Igitur fidens in promiſſis eorum Chilpericus, commoto regni ſui exercitu, Pariſios venit: vbi cum reſediſſet, magnum diſpendium rerum incolis intulit. Beruifus vero dux cum Turonicis, Pictauis, Andegauiſque, atque Namneticis, ad terminum Biturigum venit: Deſiderius vero & Bladaſtes cum omni exercitu prouinciæ ſibi commiſſæ ab alia parte Biturigum vallant multum vaſtantes per quas venerunt regiones. Chilpericus vero iuſſit exercitum, qui ad eum acceſſit, per Pariſios tranſire. Quo tranſeunte & ipſe tranſiit, atque ad Mecledonenſe caſtrum abiit, cuncta incendio tradens atque deuaſtans. Et licet exercitus nepotis ſui ad eum non veniſſet, tamen duces & legati eius cum ipſo erant. Tunc miſit nuncios ad ſupradictos duces, dicens, Ingredimini Bituricum, & accedentes vſque ad ciuitatem, Sacramenta fidelitatis exigite de nomine noſtro. Bituricí vero cum quindecim millibus ad Mecledonenſe caſtrum confluunt: ibique contra Deſiderium ducem confligunt: factaque eſt ibi ſtrages magna, ita vt de vtroque exercitu amplius quam ſeptem millia cecidiſſent: duces quoque cum reliqua parte populi, ad ciuitatem peruenerunt, cuncta diripientes vel deuaſtantes, taliſque depopulatio inibi acta eſt, qualis nec antiquitus eſt audita fuiſſe, vt nec domus remaneret, nec vinea, nec arbores, ſed cuncta ſuccidereut, incenderent, debellarent: nam & ab Eccleſiis auferentes ſacra miniſteria ipſas incendio concremabant. Guntheramnus vero rex cum exercito contra fratrem ſuum aduenit, totam ſpem in Dei iudicio collocans. Qui die vna iam veſpere, miſſo exercitu maximam partem de germani ſui exercitu interfecit. Mane autem concurrentibus legatis, pacem fecerunt, pollicentes alter alterutri, vt quicquid ſacerdotes vel ſeniores

C

D

Guntheramnus in Deo fiduciam ponit.

E

populi iudicarent, pars parti componerent quæ terminum legis exceſſerat: & ſic pacifici diſceſſerunt. Chilpericus vero rex cum exercitum ſuum à prædis arcere non poſſet, Rhotongenſem comitem gladio trucidauit: & ſic Pariſios rediit, omnes relinquens, prædam, captiuoſque relaxans. At iſti qui Biturigas obſidebant, accepto mandato vt reuerterentur ad propria, tantas prædas ſecum ſuſtulerunt, vt omnis regio illa vnde egreſſi ſunt, valde putaretur euacuata, & de hominibus, & pecoribus. Ingreſſus quoque exercitus Deſiderij atque Bladaſtis per Turonicum, incendia, prædas & homicidia tanta fecerunt, ſicut ſolet contra inimicos fieri: nam & captiuos abduxerunt, de quibus ſpoliatos plurimos poſtea dimiſerunt. Subſecutus eſt morbus pecorum hanc cladem, ita vt vix vnicum remaneret: nouumque eſſet, ſi aliquis aut iumentum videret, aut cerneret buculam. Sed dum hæc agerentur, Childebertus rex cum exercitu ſuo vno in loco reſidebat. Nocte autem quadam commoto exercitu, magnum murmur contra Egidium Epiſcopum, & duces regis minor populus eleuauit, ac vociferari cœpit, & publicè proclamare. Tollantur à facie regis qui regnum eius venundant, ciuitates illius dominationis alteri ſubdunt, populum ipſius principis alterius ditionibus tradunt. Dum hæc & his ſimilia vociferando proferrent, facto mane adprehenſo armorum adparatu, ad tentorium regis properant, ſcilicet vt adprehenſis Epiſcopo & ſenioribus, vi opprimerent, verberibus adficerent, gladiis lacerarent. Quo comperto, ſacerdos fugam iniit, aſcenſoque equo ad vrbem propriam tendit. At populus ille cum clamore ſequebatur, proiiciens poſt eum lapides, conuiciſque conuicia. Fuit tunc ei hæc cauſa præſidium, quod hi paratos equos non habebant. Attamen laſſatis ſociorum equis, ſolus pertendit Epiſcopus, tanto timore perterritus, vt vnam caligam de pede elapſam colligere non curaret & ſic vſque ciuitatem veniens, ſe intra murorum Rhemenſium ſepta concluſit.

Pecorum clades.

F

Plebs vociferatur poſt Egid. Epiſcopū.

Cap. 32. *Leudaſtes* G *à communione arcetur.*

Ante paucos autem menſes Leudaſtes in Turonicum cum præcepto regis aduenit, vt vxorem reciperet, ibique commoraretur. Sed & nobis epiſtolam ſacerdotum manu ſubſcriptam detulit, vt in communionem reciperetur. Sed quoniam literas reginæ non vidimus, cuius cauſa maxime à communione remotus fuerat, ipſum recipere diſtuli, dicens, Cum reginæ mandatum ſuſcepero, tunc eum recipere non morabor. Interea ad eam dirigo, quæ mihi ſcripta remiſit dicens: Compreſſa à multis, aliud facere non potui, niſi vt eum abire permitterem: nunc autem rogo vt pacem tuam non mereatur, neque eulogias de manu tua ſuſcipiat donec à nobis quid agi debeat, plenius pertractetur. At ego hæc ſcripta relegens, timui ne interficeretur: accerſitoque ſocero eius hæc innotui, obſecrans vt ſe cautum redderet, donec reginæ animus leniretur. Sed ille conſiliū meum quod pro Dei intuitu ſimpliciter inſinuaui, doloſe ſuſcipiens, cum adhuc nobis eſſet inimicus, noluit agere quæ mandaui: impletumque eſt autem illud prouerbium quod quendam ſenem narrantem audiui: Amico inimicoque bonum ſemper præbe conſilium, quia amicus accipit, inimicus ſpernit. Spreto ergo hoc conſilio, ad regem dirigit, qui tunc cum exercitu in pago Megleduneuſi degebat: deprecatuſque eſt populum, vt regi preces funderet, vt eius præſentiam mereretur. Deprecante igitur omni populo, rex ſe videndum ei præbuit. Proſtratuſque pedibus eius, veniam flagitauit: cui rex, Cautum, inquit, te redde paulisper, donec viſa regina conueniat, qualiter ad eius gratiam reuertaris, cui multum inueneris eſſe culpabilis. At ille, vt erat incautus ac leuis, in hoc fidens, quod regis præſentiam meruiſſet, rege Pariſius reuertente, die Dominico in Eccleſia ſancta reginæ pedibus prouoluitur, veniam deprecans. At illa frendens & execrans aſpectum eius, à ſe repulit, fuſiſque lachrymis ait, Et quia non extat de filiis qui criminia mei cauſas inquirat, tibi eas, IESV Domine, inquirendas committo. Proſtrataque pedibus regis, adiecit, Væ mihi quæ video inimicum

Eulogia.

H *Conſiliū ſanum amicus capit, inimicus ſpernit.*

meum,

Digitized by Google

A meum, & nihil ei præualeo. Tunc repulſo eo à loco ſancto, Miſſarum ſolennia celebrata ſunt. Igitur egreſſo rege cum regina de Eccleſia ſancta, Leudaſtes vſque ad plateam eſt proſecutus, inopinans quid ei accideret; domoſque negociantum circumiens, ſpecies rimatur, argentum penſat, atque diuerſa ornamenta proſpicit, dicens. Hæc & hæc comparabo, quia multum mihi aurum argentumque reſedit. Iſta illo dicente, ſubito aduenientes reginæ pueri, voluerunt eum vincire catenis. Ille vero euaginato gladio, vnum verberat: reliqui exinde ſuccenſi felle, adprehenſis parmis & gladiis ſuper eum ruunt. E quibus vnus librans ictum, maximam partem capitis eius à capillis & cute detexit. Cumque per pontem vrbis fugeret, elapſo inter duos axes, qui pontem faciunt, pede effracta oppreſſus eſt tibia: ligatiſque poſt tergum manibus, cuſtodiæ mancipatur: iuſſitque rex vt ſtuderetur à medicis, quoadusque ab his ictibus ſanatus, diuturno ſupplicio cruciaretur. Sed cum ad villam fiſcalem ductus fuiſſet, & computreſcentibus

Leudaſtes int.

B plagis extremam ageret vitam: iuſſu reginæ in terram proiicitur reſupinus, poſitoque ad ceruicem eius vecte immenſo, ab alio ei gulam verberant, ſicque ſemper perfidam agens vitam iuſta morte finiuit.

Cap. 33. *Locuſta depaſcijs vereta.*

Anno nono Childeberti regis, partem Maſſiliæ Gunthchramnus rex ipſi nepoti ſuo refudit. Legati principis Chilperici de Hiſpaniis regreſſi, nunciauerunt prouinciam Carpitaniam grauiter à locuſtis fuiſſe vaſtatam, ita vt non arbor, non vinea, non ſilua, non fructus aliquis, aut quicquam viride remaneret, quod non à locuſtis euerteretur. Aiebant enim, inimicitias illas quæ inter Leuuichildum & filium ſuum pullulauerant vehementer augeri; per loca enim eius lues vaſtabat. Sed maxime apud vrbem Narbonenſem validius deſæuiebat, etiam tertio anno, quod ibidem adprehenderat & requieuerat, populique reuertentes à fuga, iterum morbo

C bo conſumpti ſunt. Nam & Albigenſis ciuitas maxime ab hoc incommodo laborabat. His diebus apparuerunt à parte aquilonis nocte media radij multi, fulgore nimio relucentes, qui ad ſe venientes, iterum ſeparabantur, vſque quo euanuerant. Sed & cœlum ab ipſa ſeptentrionali plaga ita reſplenduit, vt putaretur auroram producere.

Cap 34. *Chilperici ambitur filia & filius moritur.*

Legati iterum ab Hiſpania venerunt, deferentes munera, & placitum accipientes cum Chilperico rege, vt filiam ſuam ſecundum conuinentiam anteriorem, filio regis Leuuichildi tradere deberet in matrimonium: denique dato placito, & omnibus pertractatis, legatus ille reuerſus eſt. Sed Chilperico regi egreſſo de Pariſiis, vt in pagum Sueſſionicum accederet, nouus luctus aduenit: filius enim eius quem anno ſuperiore ſacro baptiſmate abluerat, à dyſenteria correptus, ſpiritum exhalauit; hoc enim fulgor ille quem ſuperius ex nube dilapſum memorauimus, figurauit. Tunc cum immenſo fletu regreſſi Pariſios, ſepelierunt puerum, mittentes

D poſt legatum, vt reuerteretur, ſcilicet vt placitum, quod poſuerat, prolongaret, dicente rege, Ecce planctum in domo ſuſtineo, & qualiter nuptias filiæ celebrabo? Voluit enim tunc aliam filiam illuc dirigere, quam de Audoueta habebat, & eam in monaſterio Pictauenſi poſuerat: ſed illa diſtulit, reſiſtente præcipue Beata Radegunde, & dicente, Non eſt enim dignum vt puella Chriſto dicata, iterum ad ſeculi voluptates reuertatur.

Monialis ad ſeculi voluptates non reuertatur.

Cap. 35. *Filius regis à ſagis ſubducitur.*

Dum autem hæc agerentur, nunciatur reginæ puerum qui mortuus fuerat, maleficiis & incantationibus fuiſſe ſubductum, ibique Mummolum præfectum, quem iam diu regina inuiſum habebat, conſcium eſſe. Vnde factum eſt, vt epulante eo in domo ſua, quidam de aulicis regis puerum dilectum ſibi, qui à dyſenteria correptus fuerat, lamentaretur: cui præfectus reſpondit, Habetur mihi herba in promptu, de qua ſi dyſentericus hauriat, quamlibet deſperatus ſit, mox ſanatur. Nunciatis his reginæ, maiore furore ſuccenditur. Interea adprehenſas mulieres vrbis Pariſiacæ tormentis applicat, ac verberibus cogit fateri quæ nouerant. At illæ confitentur ſe maleficas eſſe, & multos occumbere iero

Sortilega morti traduntur.

E ſe feciſſe teſtatæ ſunt: addentes illud, quod nulla ratione credi patior: Filium, aiunt tuum ô regina pro Mummoli præfecti vita donauimus. Tunc regina tormentis grauioribus mulieribus adfectis, alias enecat, alias incendio tradit, alias rotis oſſibus confractis innectit, & ſic Compendium villam vna cum rege ſeceſſit: ibique vniuerſa regi quæ de præfecto audierat reuelauit. Rex vero miſſis pueris, iuſſit eum arceſſiri, diſcuſſumque catenis onerant, & ſuppliciis ſubdunt. Trabi poſt tergum reuinctis manibus adpenditur, & ibi quid malefícij nouerit, interrogatur. Sed nihil de his quæ ſuperiùs memorauimus, confitetur. Hoc tamen protulit, ſæpius ſe iunctiones & potiones quæ ei regis reginæque gratiam præberent, ab his mulieribus ſuſcepiſſe. Depoſitus igitur de pœna, vocat ad ſe lictorem dicens, Nuncia domino meo regi quia nihil mali ſentio de his quæ illata ſunt. His auditis rex, Verumne eſt, inquit, hunc eſſe maleficum, ſi de his nihil eſt læſus pœnis. Tunc extenſus ad trocleas, tamdiu loris triplicibus

F cæſus eſt, quoadusque ipſi laſſarentur tortores: poſt hæc ſudes vngulis manuum pedumque defigunt. Cumque in hoc cauſa ageretur, vt ad decidendam ceruicem eius, gladius immineret, à regina vitam obtinuit, ſed non fuit minor morte humilitas ſubſequuta. Nam impoſitus plauſtro, ad Burdegalenſem vrbem in qua ortus fuerat, ablata omni facultate, tranſmittitur: in via vero ictuatus ſanguine, vix accedere quo iuſſus eſt valuit: ſed non poſt multum tempus ſpiritum exhalauit. Poſt hæc regina adprehenſo pueruli theſauro, tam veſtimenta quam reliquas ſpecies, vel ex ſerico, aut quocunque vellere inuenire potuit, igne conſumpſit: quod ferunt quatuor plauſtra leuaſſe: aurum vero & argentum fornace conflatum repoſuit, ne aliquid integrum remaneret quod ei planctum filij in memoriam reuocaret.

Mummolus maleficus torquetur.

Cap. 37. *Scortator clericus punitur.*

Ætherius vero Lyxoenſis Epiſcopus, cuius ſupra meminimus, hoc ordine à ciuitate ſua vel expulſus eſt, vel receptus. Clericus quidam extitit ex Cœnomannica vrbe, luxurioſus nimis, amatorque mulierum, & gulæ ac fornicationis omnique immunditiæ valde deditus.

G Hic mulieris cuiuſdam ſæpius ſcorto commixtus, comam capitis totundit, mutatoque virili habitu, ſecum in aliam ciuitatem deduxit, vt ſuſpicio adulterij auferretur, cum inter incognitos deueniſſet. Erat enim mulier ingenua genere, & de bonis orta parentibus. Comperto autem poſt dies multos propinqui eius quæ acta fuerant, ad vlciſcendam humilitatem generis ſui velocius properant, repertumque clericum vinctum cuſtodiæ mancipant: mulierem vero igni conſumunt. Et ſicut cogit auri ſacra fames, clericum ſub precio venundari procurant, ea videlicet ratione, vt aut eſſet qui redimeret, aut certe morti addiceretur obnoxius. Cumque hæc Ætherio Epiſcopo delata fuiſſent, miſericordia motus, datis viginti aureis, eum ab imminenti exemit interitu. Igitur poſtquam vitæ donatus eſt, profert

Ætherius Epiſcopus ſcortatorem redimit.

H ſe literatum eſſe doctorem, promittens ſacerdoti, quod ſi ei pueros delegaret, perfectos eos in literis redderet. Gauiſus auditu ſacerdos, pueros ciuitatis collegit, ipſique delegat ad docendum. Denique cum iam honoraretur à ciuibus, & Pontifex ei aliquid terræ vinearumque largitus fuiſſet, ac per domos parentum eorum quos erudiebat, inuitaretur, reuerſus ad vomitum, vnius pueruli matrem, immemor anterioris iniuriæ, concupiſcit. Quod cum pudica viro mulier declaraſſet, coniuncti parentes eius grauiſſimis clericum tormentis ſubdentes, interimere voluerunt. Quem ſacerdos iterum miſericordia motus, caſtigatum verbis lenibus liberauit, honorique reſtituit. Sed mens læua nunquam ad bonitatem potuit inclinari, ſed potius factus eſt eius inimicus à quo ſæpius fuerat de morte redemptus. Coniunctus eſt enim Archidiacono ciuitatis: & ſe Epiſcopatu dignum proferens, Epiſcopum molitur necidere: locatoque clerico qui cum bipenne percuteret, ipſi vbique diſcurrunt, muſſitant, amicitias clam illigant, proferunt præmia, vt ſi ſacerdos obiret, ipſe ſuccederet. Sed miſericordia domini anticipauit eorum perfi-

Scortatoris ingratitudo.

diam

A diam crudelitatemque iniquorum hominum veloci pietate repreſſit. Die vero quo ſacerdos operarios in agro adgregauerat ad ſulcandum, clericus antadictus cum ſecuri proſequitur ſacerdotem, nihil de his penitus ſcientem. Tandem igitur hæc aduertens, Quid tu, inquit, me attentius cum hac bipenne proſequaris? At ille timore perterritus, ad genua viri peruoluitur, dicens, Fortis eſto ſacerdos Dei. Nam ſcias me emiſſum ab Archidiacono ac præceptore, vt te ſecuri percuterem. Quod cum ſæpius facere voluiſſem, & ictum dextra ſuſpenſa librarem tegebantur tenebris oculi mei, & aures obſerabantur, totumque corpus tremore quatiebatur: ſed & manus abſque virtute erant, & quæ optabam implere non poteram. Cum vero manus depoſuiſſem, nihil mali ſentiebam omnino: cognoui enim quoniam tecum eſt Dominus, eo quod non potui aliquid tibi nocere. Hæc eo dicente, fleuit ſacerdos, imponens ſilentium clerico: reuerſuſque domum cœnæ diſcubuit. Qua exacta, in ſtrato ſuo quieuit habens circa lectum ſuum B multos lectulos clericorum. Denique diffiſi hi de clerico per ſe nefas proficere cogitantes noua argumenta machinantur, per quæ aut eum vi extinguerent, aut certe crimen quo à ſacerdotio diuelleretur, imponerent. Interea quieſcentibus cunctis media fere nocte cubiculum ſacerdotis irrumpunt, exclamantes voce magna atque dicentes, Vidiſſe ſe mulierem à cubiculo egredi ipſamque ob hoc dimiſiſſe, dum ad Epiſcopum feſtinaſſent. Et ſane pars hæc & conſilium diaboli fuit, vt in tali ætate crimen imponerent ſacerdoti, qui erat fere 70. annorum. Nec mora, coniuncto ſecum iterum antedicto clerico, adligatur ſacerdos catenis ab eius manibus de cuius collo ſæpius vincla diſcuſſerat, & arduæ cuſtodiæ mancipatur ab eo quem de cœnoſis carceribus plerumque liberauerat. At ille cognoſcens inimicos ſibi vehementer inualuiſſe, domini miſericordiam cum lachrymis ſit vincula compactus exorat. Mox opprimuntur ſomno cuſtodes, ſolutiſque diuinitus vinculis de cuſtodia procedit innoxius, noxiorum frequentiſſimus C liberator: deinde dilapſus ad regnum Gunthchramni regis tranſiit. Quo diſcedente, liberius iam coniuncti ſatellites ad regem Chilpericum properant pro Epiſcopatu petendo, multa crimina de Epiſcopo proloquentes, addentes iſta, In hoc cognoſce rex glorioſiſſime, vera eſſe hæc quæ dicimus, quia mortem pro ſceleribus timens ad fratris tui tranſiit regnum. Quod ille non credens, hos ad ciuitatem redire iubet. Dum hæc agerentur, mœſti ciues de paſtoris abſentia, cognoſcentes omnia quæ de eo acta fuerant, per inuidiam & auaritiam perpetrata, adprehenſo cum ſatellita Archidiacono, iniuriæ ſubdentes, ad regem perlerunt vt reciperent Sacerdotem ſuum. Ac rex legatos fratri ſuo dirigit, adſerens nihil ſe criminis in Epiſcopo repetiſſe. Tunc Gunthchramnus rex vt erat benignus & profluus ad miſerandum, multa ei munera contulit, dans etiam epiſtolas per omnes Epiſcopos regni ſui, vt peregrinum aliquo pro Dei intuitu conſolarentur. Tunc circumiens ciuitates, tanta ei à Sacerdotibus Dei colla- D ta ſunt, tam in veſtibus quam in auro, vt vix ciuitati quæ meruerat poſſet inferri: impletumque eſt illud quod ait Apoſtolus, Quia diligentibus Deum omnia concurrunt in bonum. Nam huic peregrinatio diuitias attulit, & exilium opes multas inuexit: poſt hæc regrediens, à ciuibus cum tali honore ſuſceptus eſt, vt præ gaudio flerent, & benedicerent Deum qui tandem Eccleſiæ tantum reſtituit Sacerdotem.

Calumnia.

Gunthchramnus.

Cap. 37. *Lupētius ab Innocentio comite occiditur.*

Lupentius vero Abbas baſilicæ ſancti Priuati martyris vrbis Gabalitanæ, à Brunichilde regina arceſſitus, aduenit. Incuſatus enim, vt ferunt, fuerat ab Innocentio ſupradictæ vrbis comite, quod prophanum aliquid effatus de regina fuiſſet. Sed diſcuſſis cauſis, cum nihil de crimine maieſtatis conſcius eſſet inuentus, diſcedere iuſſus eſt. Verum vbi viam carpere cœpit, iterum ab ante dicto comite captus, & ad Ponticonem villam deductus, multis ſuppliciis eſt adfectus: dimiſſuſque iterum vt rediret, cum ſuper Axonam fluuium tentorium tetendiſſet, iterum irruit ſuper eum inimicus eius. Cuius B vi oppreſſi amputatum caput in culeum oneratum lapidibus poſuit, & flumini dedit: reliquum vero corpus vinctum cum ſaxo immerſit gurgiti. Poſt vero paucis adparuit quibuſdam paſtoribus, & ſic extractum à flumine ſepulturæ mādatum eſt. Sed dum neceſſitates funeris pararentur, & ignoraretur quis eſſet è populo, præſertim cum caput truncati non inueniretur, ſubito adueniens aquila leuauit culeum à fundo fluminis, & ripæ depoſuit: admirantesque qui adpreſenſo culeo dum ſollicite quid contineret inquirunt, caput truncati reperiunt: & ſic cum reliquis artubus eſt ſepultum. Nam ferunt nunc & lumen ibi diuinitus adparere: & ſi infirmus ad hunc tumulum fideliter deprecatus fuerit, accepta ſoſpitate recedit.

Cap. 38. *De obitu Epiſcop. Theodoſij & ſucceſſore eius.*

Theodoſius Ruthenorum Epiſcopus, qui ſancto Dalmatio ſucceſſerat, diem obiit: in qua Eccleſia intantum pro Epiſcopatu intentiones & ſcandala orta conualuerunt, vt pene ſacris miniſteriorum vaſis & omni facultate meliori nudarentur: verumtamen Tranſobadus F Presbyter reiicitur, & Innocentius Cabalidanorum comes eligitur ad Epiſcopatum, opitulante Brunichilde regina, ſed adſumpto Epiſcopatu confeſtim Vrſicinum Cadurcinæ vrbis Epiſcopum, laceſſere cœpit, dicens, quia diœceſes Ruthenæ Eccleſiæ debitas retineret. Vnde factum eſt vt diuturna intentione gliſcente, poſt aliquot annos coniunctus metropolitanus cum ſuis Prouincialibus apud vrbem Aruernam reſidens iudicium emaneret, ſcilicet vt Parochias quas nunquam Ruthena Eccleſia tenuiſſe recolebatur, reciperet, quod ita factum eſt.

Cap. 39. *Remigius Biturig. Epiſcop. obiit. Sacerdotes precib non promoueantur.*

Remigius Biturigum Epiſcopus obiit: cuius poſt tranſitum graui incendio, pars maxima ciuitatis cremata eſt: ibique illa quæ hoſtilitati reſederant perierunt. Poſt hæc Sulpitius in ipſa vrbe ad Sacerdotium Gunthchramno rege fauente, præeligitur. Nam cum multi munera offerrent, hæc rex Epiſcopatum quærentibus reſpondiſſe fertur: Non eſt principatus noſtri conſuetudo, Sacerdotium venundare ſub precio: ſed nec veſtrum G cum præmiis comparare: ne & nos turpis lucri infamia notemur, & vos mago Simoni comparemini. Sed iuxta Dei præſcientiam Sulpitius vobis erit Epiſcopus, & ſic ad clericatum deductus, Epiſcopatum Eccleſiæ ſupradictæ ſuſcepit. Eſt enim vir valdè nobilis, & de primis ſenatoribus Galliarum, in literis bene eruditus rhetoricis, in metricis vero artibus nulli ſecundus. Hic ſynodum illam, cuius ſupra meminimus, pro Parochiis Caducinis fieri commonuit.

Cap. 40.

Legatus vero Oppila nomine, de Hiſpaniis aduenit, multa munera Chilperico regi deferens. Timebat enim rex Hiſpanorum, ne Childebertus exercitum ad vlciſcendam ſororis ſuæ iniuriam commoueret, quia Leuuichildus adprehenſum filium ſuum Herminichildum, qui ſororem Childeberti regis acceperat, retruſerat in cuſtodiam, ipſaque muliere cum Græcis relicta. Igitur cum die ſancto Paſchæ hic legatus Turonos adueniſſet, ſciſcitati ſumus vtrum noſtræ religionis eſſet. Reſpondit H ſe hoc credere quod Catholici credunt: exinde procedens nobiſcum ad Eccleſiam, Miſſarum ſolemnia tenuit, ſed neque pacem cum noſtris fecit, neque de ſacrificiis communicauit. Cognitúmque eſt, mendacium eſſe quod dixerat ſe eſſe Catholicum: nihilominus ad conuiuium inuitatus adfuit. Cumque ego ſollicitus requirerem quid crederet, reſpondit: Credo Patrem & Filium, & Spiritum ſanctum vnius eſſe virtutis. Cui ego reſpondi: Si hæc, vt adſeris, credis, quæ obſtitit cauſa vt de ſacrificiis quæ Deo offerimus, communicare differres? & ille: Quia, inquit, Gloriam non rectè reſpondetis: nam iuxta Paulum Apoſtolum non dicimus, Gloria Deo Patri per filium; vos autem dicitis, Gloria Patri & Filio & Spiritui ſancto: cum Doctores Eccleſiarum doceant, Patrem per Filium nunciatum fuiſſe in mundo, ſicut ipſe Paulus ait: Regi autem ſæculorum immortali, inuiſibili ſoli Deo, honor & gloria in ſæcula ſæculorum, per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Et

Diſputatio cum Arriano.

reſpondit

A reſpondi : Patrem per Filium adnunciatum nulli Catholico eſſe incognitum ieut : ſed ſic prædicauit Patrem in ſeculo, vt & ſe virtutibus oſtenderet Deum. Deo autem Patri hæc neceſſitas fuit filium mittendi ad terras, vt oſtenderet Deus : vt quia mundus Patriarchis, & Prophetis, atque ipſi latori legis non crediderat, ſaltem vel filio crederet. Idcoque neceſſe eſt, vt ſub ſignificatione perſonarum, gloria detur Deo. Dicimus ergo, Gloria Deo Patri, qui miſit filium : gloria Dei filio, qui ſanguine ſuo redemit mundum : gloria Deo Spiritui ſancto, qui ſanctificat hominem iam redemptum. Nam tu qui dicis : Gloria Patri per filium, adimis gloriam filio, quaſi ipſe non ſit glorioſus cum Patre : propterea quod eum adnunciauit in mundo, onnciauit, vt diximus, filius patrem in mundo, ſed multi non crediderunt, dicente Ioanne Euangeliſta : in propria venit, & ſui eum non receperunt. Quotquot autem eum receperunt, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Nam tu qui Paulo Apoſtolo
B derogas, & ſenſum eius non intelligis : percipe quam caute loquitur, & iuxta vt recipere quis poteſt, aduerte, qualiter prædicat inter gentes incredulas, vt nullum vnus graue videatur imponere, ſicut quibuſdam dicit : Lac vobis potum dedi, non eſcam : nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidem poteſtis : perfectorum eſt enim ſolidus cibus. Sed & aliis dicit : Nihil vobis prædicaui, niſi Chriſtum & hunc crucifixum : Nunc autem quid vis ô tu hæretice, quia Paulus Chriſtum tantum crucifixum prædicauit, reſurrexiſſe tu dubitas ? aduerte potius cautelam eius, & vide aſtutiam, quid aliis dicit quos robuſtiores videbat in fide ? Et ſi inquit, nouimus Ieſum Chriſtum crucifixum, nunc autem iam non nouimus. Nega ergo tu accuſator Pauli, ſi tanta mentem dementia cepit, quia nec crucifixus eſt : ſed quæſo relinque iſta, & audi conſilium melius : adhibe collyria oculis lippis, & lucem prædicationis Apoſtolicæ præcipe. Secundum homines enim loquebatur Paulus humilior, vt eos ad celſioris fidei faſtigia ſubleuaret, ſicut
C alibi ait, Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem. Nunquid homo mortalis non eſt daturus gloriam filio, quem ipſe pater non ſemel, ſed bis & tertio glorificauit è cœlo ? Auſculta quid de cœlis loquitur, cum idem filius deſcendente Spiritu ſancto ſub Ioannis manu baptizaretur : Hic eſt ait, filius meus dilectus, in quo bene complacui : certè ſi opilatas habes aures, vt iſta non audias, crede Apoſtolis quid in monte audierint, cum transfiguratus Ieſus in gloria loqueretur cum Moyſe & Helia : nempe de nube ſplendida Pater, ait, Hic eſt filius meus chariſſimus, ipſum audite. Ad hæc hæreticus reſpondit, Nihil in his teſtimoniis pater de gloria loquitur filij, niſi tantum ipſum filium monſtrat ; & ego : Si enim iſta ſic recipis, proferam tibi aliud teſtimonium, in quo pater reddidit filium glorioſum. Veniente autem Domino ad paſſionem, cum ille diceret, Pater glorifica filium tuum, vt filius tuus glorificet te, quid ei Pater reſpondit de cœlo ? Nonne ait & glorificaui, & iterum glorificabo ? Ecce enim pater glorificat eum propria voce : & tu ei gloriam conaris
D adimere ? Voluntatem quidem oſtendis, ſed poteſtas nulla ſuppetit. Nam qui Pauli Apoſtoli accuſator exiſtis, audi ipſum, immo Chriſtum in ipſo loquentem : Omnis lingua confiteatur, quia Dominus Ieſu Chriſtus in gloria eſt Dei patris. Quod ſi nunc communis eſt cum patre gloria & in ipſa qua nunc pater eſt gloria commoratur, qualiter cum tu quaſi inglorium exhonoras ? aut cur non erit ei reddenda gloria inter homines, qui pari gloria cum patre regnat in cœlis ? Confitemur ergo Chriſtum filium Dei Deum verum. Ideoque quia deitas vna, vna erit & gloria. Poſt hæc dato ſilentio, ab altercatione ceſſatum eſt. Ille quoque ad Chilpericum regem accedens, oblatis muneribus quæ rex Hiſpanorum miſerat in Hiſpaniam eſt regreſſus.

Chriſtum Deum glorificat, hæreticus exhonorat.

Cap. 41. Chilpericus cum theſauris Cameracum vadit.

Comperto autem Chilpericus rex quod Guntchramnus frater eius cum Childeberto nepote ſuo pacem fecerat, & ciuitates quas violenter inuaſerat ei ſi-
E mul vellent auferre, cum omnibus theſauris ſuis in Cameracenſem vrbem diſceſſit, & omnia quæ melius habere potuerat, ſecum tulit. Miſitque ad duces & comites ciuitatum nuntios, vt muros componerent vrbium, reſque ſuas cum vxoribus & filiis intra murorum omnimenta concluderent, atque ipſi, ſi neceſſitas exigeret, repugnarent viriliter, ne his pars aduerſa noceret, illud addens : Et ſi aliquid perdideritis, cum de inimicis vlciſcemur, maiora conquiretis, neſciens patrationem victoriarum in manu Dei conſiſtere. Deinde ſæpius exercitum commouet, & iterum intra terminum requieſcere iubet. His diebus ei filius natus eſt, quem in villa Victoriacenſi nutrire præcepit, dicens : Ne forte dum publicè videtur, aliquid mali incurrat & moriatur.

Cap. 42. Childebertus in Italiam proficiſcitur.

Childebertus vero rex in Italiam abiit. Quod cum audiſſent Longobardi, timentes ne ab eius exercitu cæderentur, ſubdiderunt ſe ditioni eius, multa ei dantes munera, ac promittentes ſe parti eius eſſe fideles atque
F ſubiectos : patratiſque cum his omnibus quæ voluit rex, in Gallias eſt regreſſus, atque exercitum commoueri præcipit, quem in Hiſpaniam dirigi iuſſit, ſed quieuit. Ab imperatore autem Mauricio ante hos annos quinquaginta millia ſolidorum acceperat, vt Longobardos de Italia extruderet. Audito autem Imperator, quod cum his in pace coniunctus eſt, pecuniam repetebat : ſed hic fidus à ſolatiis, ne reſponſum quidem pro hac re voluit reddere.

Cap. 43. Galliciæ reges. Herminichildus patri mortem molitur.

In Gallicia quoque nouæ res actæ ſunt, quæ de ſuperius memorabuntur. Igitur cum Herminichildus, ſicut ſupra diximus, patri infenſus eſſet, & in ciuitate quadam Hiſpaniæ cum coniuge reſideret, ſolatio fretus Imperatoris atque Mironis Gallicienſis regis, patrem ad ſe cum exercitu venire cognouit, conſiliumque iniit qualiter venientem aut repelleret, aut necaret : neſciens miſer iudicium ſibi imminere diuinum, qui contra genitorem quamlibet hæreticum talia cogitaret : Habito ergo tractatu de multis virorum millibus, trecentos viros elegit armatos, & intra caſtrum Oſſer, in cuius
G Eccleſia fontes diuinitus complentur, includit : vt ſcilicet primo impetu ab his pater territus ac laſſatus, facilius ab inferiori manu quæ erat plurima, vinceretur. Denique his dolis Leuuichildus rex cognitis, cogitatione maxima fatigatur. Si inquit, illuc cum omni exercitu abiero, conglobatus in vnum exercitus aduerſorum iaculis crudeliſſime fauciatur. Si vero cum paucis vadam, virorum fortium manum nequeo ſuperare : tamen cum omnibus ibo. Et accedens ad locum viros proterit, caſtrumque combuſſit, ſicut iam ſuperius memoratum eſt. Patrata quoque victoria, cognouit Mironem regem contra ſe cum exercitu reſidere. Quo circumdato, ſacramento exigit ſibi in poſterum fore fidelem. Et ſic datis ſibi inuicem muneribus, vnuſquiſque ad propria eſt regreſſus. Sed Miro poſtquam in patriam redit, non multos poſt dies conuerſus ad lectulum, obiit : infirmatus enim ab aquis Hiſpaniæ fuerat malis, aeribuſque incommodis. Quo defuncto, filius eius Euricus Leuuichildi regis amicitias expetit. Deinde vt pater fecerat ſacramento regnum Gallicienſe ſuſcepit.
H Hoc vero anno cognatus eius Audeca qui ſororem illius deſponſatam habebat, cum exercitu venit. Adpræhenſumque clericum facit, ac Diaconatus ſiue presbyterij ei imponi honorem iubet, ipſe vero accepta ſoceri ſui vxore, Gallicienſe regnum obtinuit. Leuuichildus vero filium ſuum Herminichildum cepit, & ſecum vſque Toletum adduxit, condemnans eum exilio : vxorem tamen eius à Græcis eripere non potuit.

Miro rex moritur.

Cap. 44. Locuſtarum exercitus.

Locuſtæ quoque de Carpitania prouincia, quam per quinque vaſtauerant annos, hoc anno progreſſæ, aggeremque publicum tenentes, ad aliam ſe prouinciam quæ huic vicina erat prouinciæ contulerunt. Quarum ſpacio in centum quinquaginta extenditur millia longitudo : latitudo vero in centum millibus terminatur. Hoc anno multa prodigia adparuerunt in Galliis, vaſtationeſque multæ fuerunt in populo. Nam menſa Ianuario roſæ viſæ ſunt : circa ſolem quoque circulus magnus adparuit

diuerſis

A

Signa in cœlo.

diuerſis coloribus mixtus, vt ſolet in illo cœleſtis Iris ambitu pluuia diſcedente monſtrari. Proina grauiter Lineas exeuſſit: tempeſtas etiam ſubſecuta vineas ſegeteſque per plurima loca vaſtauit, reſiduum quoque grandinis ſiccitas immenſa conſumpſit. Exiguuſque fructus in aliquibus vineis viſus, in aliis vero nullus, ita vt irati contra Deum homines patefactis aditibus vinearum, pecora vel iumenta intromitterent, noxias ſibi immiſcentes miſeri preces, atque dicentes, Nunquam in his vineis palmes naſcatur in ſempiternum. Arbores vero quæ menſe Iulio poma protulerant, menſe Septembri fructus alios ediderunt. Morbus pecorum iteratus inualuit, ita vt vix quicquam remaneret.

Pecudum morbus.

Cap. 45. Chilpericus magno tumultu Pariſios cum filia ad Gothos tranſmittit.

B

Interim aduenientibus Calendis Septembribus, Gothorum magna legatio ad regem Chilpericum accedit. Ipſe vero iam regreſſus Pariſios, familias multas de domibus fiſcalibus auferri præcipit, & in plauſtris componi. Multos quoque flentes & nolentes abire, in cuſtodiam retrudi iuſſit, vt eos facilius cum filia tranſmittere poſſet. Nam ferunt multos ſibi ob hanc amaritudinem vitam laqueo extorſiſſe, dum de parentibus propriis auferri metuebant. Separabatur autem filius à patre, mater à filia, & cum graui gemitu ac maledictionibus diſcedebant: tantuſque planctus in vrbe Pariſiaca erat, vt planctui compararetur Ægiptio. Multi vero meliores natu qui, vi compellebantur abire, teſtamenta condiderunt, reſque ſuas Eccleſiis deputantes, atque petentes vt cum in Hiſpanias puella introiſſet, ſtatim teſtamenta illa tanquam ſi iam eſſent ſepulti, reſerarentur. Interea legati regis Childeberti Pariſios aduenerunt conteſtantes Chilperico regi, vt nihil de ciuitatibus quas de regno patris ſui tenebat, auferret, aut de theſauris eius in aliquo filiam muneraret, ac non mancipia, non equos, non iuga boum, neque aliquid huiuſmodi de his aduerteret attingere. De quibus legatis vnum ferunt clam interemptum: ſed neſcitur à quo: ſuſpicio tamen vertebatur ad regem. Promittens vero Chilpericus rex, nihil de his contingere, conuocatis melioribus Francis reliquiſque fidelibus, nuptias celebrauit filiæ ſuæ.

C

Traditaque legatis Gothorum, magnos ei theſauros dedit: ſed & mater eius immenſum pondus auri argentique ſiue veſtimentorum protulit, ita vt videns hæc rex, nihil ſibi remanſiſſe putaret. Quem cernens regina commotum, conuerſa ad Francos, ita ait, Ne putetis ô viri, quicquam hic de theſauris anteriorum regum haberi: omnia enim quæ cernitis, de mea proprietate oblata ſunt qui mihi glorioſiſſimus rex multa largitus eſt. Et ego nonnulla de proprio congregaui labore & de domibus mihi conceſſis tam de fructibus quam de tributis, plurima reparaui. Sed & vos plerunque me muneribus veſtris ditaſtis, de quibus ſunt iſta quæ nunc coram videtis, nam hic de theſauris publicis nihil habetur & ſic animus regis deluſus eſt, nam tanta fuit multitudo rerum, vt aurum argentumque, & reliqua ornamenta, quinquaginta plauſta leuarent. Franci vero multa munera obtulerunt: alij aurum, alij argentum, nonnulli equos, plerique veſtimenta: & vnuſquiſque vt potuit donatiuum dedit. Iam vero Vale faciens puella, poſt lachrymas & oſcula cum de porta egrederetur, vno carrucæ effracto axe, omnes Mala hora dixerunt. Quod à quibuſdam pro auſpicio ſuſceptum eſt. Denique hæc de Pariſiis progreſſa, octauo ab vrbe milliario tentoria figi præcepit, ſurgentes enim quinquaginta viri de nocte, adprehenſis centum equis optimis totidemque frenis aureis, ac duabus catenis magnis, ad Childebertum regem fuga dilapſi abierunt. Sed & per totum iter cum labi quis potuiſſet, effugiebat, ferens ſecum quæ arripere potuiſſet. Adparatus quoque magnus expenſæ de diuerſis ciuitatibus in itinere congregatus eſt: in quo nihil de fiſco ſuo rex dari præcepit, niſi omnia de pauperum coniecturis. Sed quoniam ſuſpicio erat regi, ne frater aut nepos aliquas inſidias puellæ in via pararent, vallatam ab exercitu pergere iuſſit. Erant autem cum ea viri magnifici, Bobo dux filius Mummoleni cum vxore quaſi paranymphus, Domigiſilus, & Anſouualdus, maior domus Vuaddo, qui olim Sanctonicum rexerat comitatum: reliquum vero vulgus, ſuper quatuor millia erat. Cæteri autem duces & camerarij, qui cum ea properauerant, de Pictauo regreſſi ſunt: iſti vero iter conficientes, pergebant vt poterant. Per quam viam tanta ſpolia tantæque prædæ factæ ſunt, vt vix valeant enarrari: nam hoſpitiola pauperum ſpoliabant: vineas deuaſtabant: ita vt inciſis caudicibus cum vuis auferrent, leuantes pecora, vel quicquid inuenire potuiſſent: nihilque per viam qua gradiebantur relinquentes: impletumque eſt quod dictum eſt per Iohel prophetam reſiduum locuſtæ comedit eruca, & reſiduum erucæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo. Ita & hoc actum eſt tempore, vt reſiduum pruinæ protereret tempeſtas, & reſiduum tempeſtatis exureret ſiccitas, & reſiduum ſiccitatis auferret hoſtilitas.

Munera dotis maxima Regunthaſ-lia regis.

D

E

F

Cap. 46. Chilpericus Nero ſui temporis occiditur.

His itaque cum hac præda pergentibus, Chilpericus, Nero noſtri temporis & Herodes, ad villam Calenſem quæ diſtat ab vrbe Pariſiaca quaſi centum ſtadiis, accedit, ibique venationes exercet. Quadam vero die regreſſus de venatione, iam ſubobſcura nocte dum de equo ſuſciperetur, & vnam manum ſuper ſcapulam pueri retineret, adueniens quidam, eum cultro percutit ſub aſcellam, iteratoque ictu ventrem eius perforat. Statimque profluente copia ſanguinis, tam per os quam per aditum vulneris, iniquum fudit ſpiritum. Quam vero malitiam geſſerit, ſuperior lectio docet, nam regiones plurimas ſæpius deuaſtauit atque ſuccendit. De quibus nihil doloris, ſed lætitiam magis habebat, ſicut quondam Nero cum inter incendia palatij tragœdias decantaret. Perſæpe homines pro facultatibus eorum iniuſte puniuit: in cuius tempore pauci quodammodo Epiſcopatum clerici meruerunt, erat enim gulæ deditus, cuius Deus venter fuit: nullumque ſe aſſerebat eſſe prudentiorem: confecitque duos libros, quaſi Sedulium meditatus, quorum verſiculi debiles nullis pedibus ſubſiſtere poſſunt: in quibus dum non intelligebat, pro longis ſyllabas breues poſuit, & pro breuibus longas ſtatuebat, & alia opuſcula vel hymnos ſiue miſſas, quæ nulla ratione ſuſcipi poſſunt. Cauſas pauperum exoſas habebat, ſacerdotes domini aſſidue blaſphemabat: nec aliunde magis dum ſecretus eſſet exercebat ridicula vel iocos, quam de Eccleſiarum Epiſcopis: illum ferebat leuem, alium ſuperbum: illum abundantem, iſtum luxurioſum, illum aſſerebat elatum, hunc tumidum, nullam rem plus odio habens quam Eccleſias, aiebat enim plerunque, Ecce pauper remanſit fiſcus noſter, ecce diuitiæ noſtræ ad Eccleſias ſunt tranſlatæ. Nulli penitus, niſi ſoli Epiſcopi regnant: periit honor noſter, & tranſlatus eſt ad Epiſcopos ciuitatum. Hæc agens aſſiduè, teſtamenta quæ in Eccleſiis conſcripta erant, plerunque diſrupit, ipſaſque patris ſui præceptiones, putans quod non remaneret qui voluntatem eius ſeruaret, ſæpè calcauit. Iam de libidine atque luxuria non poteſt reperiri in cogitatione, quod non perpetraſſet in opere. Nouaque ſemper ad lædendum populum ingenia perquirebat, nam ſi quos hoc tempore culpabiles reperiſſet, oculos eis iubebat erui, & in præceptionibus ad iudices pro ſuis vtilitatibus dirigebat, hæc addebat: Si quis præcepta noſtra contempſerit, oculorum auulſione mulctetur. Nullum vnquam pure dilexit, à nullo dilectus eſt: ideoque cum ſpiritum exhalaſſet, omnes eum reliquerunt ſui. Malluſus autem Siluanectenſis Epiſcopus, qui iam tertia die in tentorio reſidebat, & ipſum videre non poterat, vt eum interemptum audiuit, aduenit: ablutumque veſtimentis melioribus induit: noctem in hymnis deluctam; in nauim leuauit, & in baſilica ſancti Vincentij, quæ eſt Pariſiis, ſepeliuit, Fredegunda regina in Eccleſia derelicta.

G

Chilperici poëmata.

Chilper. ſcommatibus agitabat Sacerdotes.

H

A

GREGORII TVRONENSIS Hiſtoriarum.

LIBER VII.

Cap. 1.

LICET ſit ſtudium, hiſtoriam proſequi, quam priorum librorum ordo reliquit, tamen prius aliqua de beati Saluij Epiſcopi obitu expoſcit loqui deuotio, qui hoc anno obiiſſe probatur. Hic enim, vt ipſe referre erat ſolitos, diu in habitu ſeculari commotatus, cum iudicibus ſeculi mundiales cauſas eſt executus: nunquam tamen ſe in his concupiſcentiis obligans, quibus adoleſcentum animus ſolitus eſt implicari. Iam cum diuini ſpitamenti odor interna viſcerum attigiſſet relicta ſeculari militia monaſterium expetiuit, intellexitque vir iam tunc diuinitati deditus, melius eſſe vti paupertate cum Dei timore, quam ſeculi pereuntis lucra ſectari: in quo monaſterio diu ſub regula à patribus inſtituta verſatus eſt. Iam vero cum in robore maiori tam intellectus quã ætatis euectus eſſet, defuncto abbate qui huic monaſterio præerat, alendi gregis ſuſcipit officium. Et qui ſe magis fratribus publicum pro correctione reddere debuerat, fit aſſumpto honore remotior: illico ſibi ſecretiorem cellulam quærit. Nam in priore, vt ipſe adſerebat, amplius quam nouem vicibus nimia exeſus abſtinentia, pellem corporis demutauit: denique accepto honore cum in hac contentius parſimonia orationi & lectioni vacaret, illud plerumq; reuoluebat, melius ſibi fieri ſi eſſet inter monachos occultus, quam nomen acceperis abbatis in populos. Quid plura? Includitur, Valedicens fratribus, ſibique ipſis Vale dicentibus: in qua incluſione in omni abſtinentia magis quam prius egerat, commoratur: ſtudens pro charitatis obſequio: vt eum quiſque veniſſet extraneus, & orationem tribueret, & Eulogia gratia pleniſſima miniſtraret, quæ multis infirmis plerumque ſalutem integram detulerunt. Quodam autem tempore, febre nimia exhauſtus, anhelus iacebat in lectulo. Et ecce ſubito, magno lumine cellula clarificata contremuit. At ille extenſis ad cœlum manibus, cum gratiarũ actione ſpiritum exhalauit. Mixto quoque vlulatu monachi cum ipſius genitrice corpus defuncti extrahunt, aqua diluunt, veſtimentis induunt, & feretro ſuperponunt, atque in pſallentio fletuque labentem exigunt noctem. Mane autem facto, funeris officio præparato, corpus moueri cœpit in feretro. Et ecce malis rubeſcẽtibus, vir quaſi de graui ſomno ſuſcitatus, excutitur, apertiſque oculis & manibus eleuatis, ait, O Domine miſericors quid feciſti mihi, vt me in tenebroſum mundanæ habitationis locum redire permitteres, cum mihi melior eſſet in cœlo tua miſericordia, quam iſtius mũdi vita nequiſſima? Stupentibus autem ſuis, & interrogantibus quid fuerit tale prodigium, nihil interrogantibus ille reſpondit. Surgens autẽ de feretro, nihil mali ſentiens de incommodo quo laborauerat, triduo abſque cibi ac poculi perſtitit alimento. Die autem tertio, conuocatis monachis & matre ait, Audite ô dilectiſſimi & intelligite, nihil eſt quod cernitis in hoc mundo, ſed ſunt iuxta id quod Salomon Propheta cecinit, Omnia vanitas, felix eſt enim qui ea agere poteſt in ſeculo, vt gloriam Dei cernere mereatur in cœlo. Et cum hæc diceret, dubitare cœpit, vtrum loqueretur amplius, an ſileret. Quo tacente implicitus fratrũ precibus, vt quid vidiſſet exponeret, ait, Cum me ante hos quatuor dies contremiſcente cellula exanimem vidiſtis, adprehenſus à duobus Angelis in cœlorum excelſa ſublatus ſum; ita non ſolum hoc ſqualidum ſeculum, verum etiam ſolem ac lunam, nubes & ſidera ſub pedibus habere putarem: deinde per portam luce iſta clariorem introductus ſum in illud habitaculum, in quo omne pauimentum erat quaſi aurum argentumque renitens, lux ineffabilis, amplitudo inenarrabilis quam ita multitudo promiſcui ſexus obtexerat, vt longitudo ac latitudo cateruæ prorſus peruideri non poſſit. Cumque nobis via inter comprimentes ab his qui præcedebant Angelis pararetur, peruenimus ad locum quem iam de longinquo contẽplabamur: in quo ſuperpendebat nubes omni luce lucidior, in quo non ſol, non luna, non aſtrum cerni poterat, ſed ſuper his omnibus naturali luce ſplendidius effulgebat. Et vox procedebat de nube, tanquã vox aquarum multarum. Ibi etiam me peccatorem humiliter ſalutabãt viri in veſte ſacerdotali ac ſeculari, quos mihi qui præcedebant enarrauerunt eſſe martyres ac confeſſores, quos hic ſummo excolimus famulatu. Stans igitur io loco, in quo iuſſus ſum, operuit me odor nimiæ ſuauitatis, ita vt ab hac ſuauitate refectus, nullũ adhuc cibum potumque deſiderem. Et audiui vocem dicentem, reuertatur hic in ſeculum, quoniam neceſſarius eſt Eccleſiis noſtris Vox enim audiebatur, nam qui loqueretur, penitus cerni non poterat Et ego proſtratus ſuper pauimentum, cum fletu dicebam, Heu, heu, domine cur mihi hæc oſtendiſti, ſi ab his fruſtrandus eram: Ecce hodie eiicis me à facie tua, vt reuertar ad ſeculum fragile, & huc vltra redire non valeam Ne quæſo domine auferas miſericordiam tuam à me ſed deprecur vt permittas me hic habitare, ne illuc decidẽs peream, Et ait vox quæ loquebatur mihi, Vade in pace: ego enim ſum cuſtos tuus, donec reducam te in hunc locum. Tum relictus a comitibus meis, deſcendẽs cum fletu, per portam qua ingreſſus fuerã huc ſum egreſſus. Hæc eo loquente ſtupentibus cunctis qui aderant cœpit iterum ſanctus Dei cum lachrymis dicere, Væ mihi quia tale myſteriũ auſus ſum reuelare Ecce enim odor ſuauitatis quem de loco ſancto hauſeram, & in quo per hoc triduum ſine vllo cibo potuque ſuſtentatus ſum, receſſit à me. Sed & lingua mea grauibus eſt operta vulneribus, & ita tumefacta, vt omne os meum videatur implere. Et ſcio quod non fuit beneplacitum domino Deo meo, vt hæc arcana vulgarentur Sed tu noſti domine, quia in ſimplicitate cordis hæc feci, non in iactantia mentis. Sed quæſo indulgeas, & non me derelinquas iuxta pollicitationẽ tuam, Et hæc dicens ſiluit, & accepit cibum potumque. Ego vero hæc ſcribens, vereor ne alicui legenti ſit incredibile, iuxta id quod Saluſtius hiſtoriam ſcribẽs ait, vbi de virtute atque gloria bonorum memor eſt. Quæ ſibi quiſque facilia factu putat, æquo animo accipit: ſupra ea veluti ficta pro falſis ducit. Nam teſtor Deum omnipotentem quia ab ipſius ore omnia quæ retuli, audita cognoui. Poſt multum vero tempus ipſe vir beatus cellula ſua extractus, ad Epiſcopatum electus, inuitus eſt ordinatus: in quo vt opinor, decimũ annum eum ageret, inualeſcente apud Albigenſem vrbem inguinario morbo, & maxima iam parte de populo illo defuncta, cum iam pauci de ciuibus remanerẽt, vir beatus tanquam bonus paſtor, nunquam ab illo loco recedere voluit, ſed ſemper hortabatur eos qui relicti erant orationi incũbere, ac vigiliis inſtanter inſiſtere: & bona ſemper tam in operibus quam in cogitatione verſare, dicens, Hæc agite, vt ſi vos Deus de huc mundo migrare voluerit, non in iudicium, ſed in requiem introire poſſitis. Cum autem vt credo, iam reuelante domino, tempus ſuæ vocationis agnoſceret, ipſe ſibi ſarcofagum compoſuit, corpus abluit, veſtem induit: & ſic intentum ſemper cœlo beatum ſpiritum exhalauit. Fuit autẽ magnæ ſanctitatis minimæq; cupiditatis, aurum nunquam habere volens, nam ſi coactus accepiſſet, protinus pauperibus erogabat. Cuius tempore cum Mummolus patritius multos captiuos ab vrbe deduxiſſet, proſecutus ille omnes redemit. Tantamque ei dominus gratiam cum populo illo tribuit, vt ipſi etiam qui captiuos duxerant, & de precio ei concederent, & in reliquo munerarent: & ſic patriæ ſuæ captiuos libertati priſtinæ reſtaurauit. Multaque de hoc viro bona audiui: ſed dum ad hiſtoriæ cœptũ reuerti cupio, plurima prætermitto.

Cap. 2.

Defuncto igitur Chilperico, inuentaque quam diu quæſierat morte, Aurelianenſes cum Bleſenſibus iuncti ſuper Dunenſes irruunt, eoſque inopinantes proterunt, domos annonaſque, vel quæ mouere facile non poterãt,

incendio

Margin notes: B — C — D (left); E — F — G — H (right); *Eulogiæ.* — *Saluio morienti lux diuinitus effulſit.* — *Saluius reſurrexit.* — *Saluij viſio.* — *Viſio beatitudinis.* — *Credit quæ quiſque facilia putat.* — *Inguinarius morbus.* — *Aurelianenſes ſuper Dunenſes irruunt.*

A incendiis tradunt, pecora diripiunt, atque res quas leuare poterant, ſuſtulerunt: quibus diſcedentibus coniuncti Dunenſes cum reliquis Carnotenis, de veſtigio ſubſequuntur, ſimili ſorte eos adficientes qua ipſi adfecti fuerant, nihil in domibus, vel extra domos, vel de domibus relinquentes. Cumque adhuc inter ſe iurgia commouentes deſæuirent, & Aurelianenſes contra hos arma conuerterent, interuenientibus comitibus pax vſque ad audientiam data eſt ſcilicet vt in die quo iudicium erat futurum, pars quæ contra partem iniuſte exarſerat, iuſtitia mediante componeret, & ſic à bello ceſſatum eſt.

Cap. 3. Vedaſtes adulter occiditur ſupra l. 6. cap 13.

Vedaſtes cognomento Auo, qui ante hos annos Lupum Ambroſiumque pro amore vxoris Ambroſij interfecerat, & ipſam ſibi quæ conſobrina ſua eſſe dicebatur, in matrimonium acceperat, dum multa ſcelera infra Pictauum terminum perpetraret, quondam loco cum Childerico Saxone coniunctus, dum ſe inuicem conuiciis laceſſerent, vnus ex pueris Childerici Auonem haſta transfixit. B Qui ad terram ruens, pleriſque adhuc ictibus fauciatus, iniquam animam ſanguine defluente refudit fuitque vltrix diuina Maieſtas ſanguinis innocentis, quem propria effuderat manu. Multa enim furta, homicidia, adulteriaque miſerrimus ſæpe commiſerat, quæ ſilere melius puto. Compoſuit tamen filiis Saxo ille mortem eius.

Cap. 4. Fredegũda fugit ad Eccleſiã, cuius theſauros Child. inuadit.

Interea Fredegundis regina iam vidua Pariſios aduenit, & cum theſauris quos intra murorum ſepta concluſerat, ad Eccleſiam confugit, atque a Ragnemodo fouetur Epiſcopo reliquos vero theſauros, qui apud villam Calam remanſerant, in quibus erat miſſorium illud aureum, quod nuper fecerat, theſaurarij leuauerunt, & ad Childebertum regem, qui tunc apud Meldenſem commorabatur vrbem velociter tranſierunt.

Cap. 5. Fredeg. Gunther. petit ſuppetias.

Fredegundis igitur regina accepto conſilio, legatus ad Guntheramnum regem mittit, dicens, Veniat Dominus meus, & ſuſcipiat regnum fratris ſui. Eſt, inquit, mihi infans paruulus, quem in eius vlnis ponere deſiderans, meipſam eius humilio ditioni. C Comperto autem Guntheramnus rex de fratris exceſſu, amariſſime fleuit. Moderato quoque planctu, commoto exercitu Pariſios dirigit. Cumque ille intra muros ſuſceptus fuiſſet, Childebertus rex nepos eius, ab alia aduenit parte.

Cap. 6. Gunther. Chariberti regnum ſubegit.

Sed eum cum Pariſiaci recipere nollent, legatos ad Guntheramnum regem dirigit, dicens, Scio piiſſime pater, non latere pietatem tuam, qualiter vtrumque vſque præſens tempus pars oppreſſerit inimica, vt nullus de rebus ſibi debitis poſſit inuenire iuſtitiam: idcirco ſupplex nunc deprecor, vt placita quæ inter nos poſt patris mei obitum ſunt inuenta cuſtodiantur. Tunc Guntheramnus rex legatis illius ait, O miſeri & ſemper perfidi, nihil in vobis verum habentes, neque in promiſſis permanentes, ecce omnibus quæ mihi polliciti eſtis relictis, cum Chilperico rege nouam pactionem ſcripſiſtis, vt me à regno depulſo, ciuitates meas inter ſe diuiderent. Ecce pactiones ipſas, ecce manus veſtræ ſubſcriptiones, quibus hanc coniuentiam confirmaſtis: & qua nunc fronte quæritis, vt nepotem meum Childebertum D ſuſcipere debeam, quem mihi veſtra peruerſitate voluiſtis facere inimicum? Cui legati dixerit: Si tantum mentem iracundia cœpit, vt nihil nepoti tuo de his quæ pollicitus es indulgeas, vel illa quæ de regno Chariberti debentur, auferre deſiſte. Quibus ille ait, Ecce pactiones quæ inter nos factæ ſunt, vt quiſquis ſine fratris voluntate Pariſios vrbem ingrederetur, amitteret partem ſuam, eſſetque Polyoctus martyr cum Hilario atque Martino confeſſoribus iudex ac retributor eius. Poſt hæc ingreſſus eſt in eam germanus meus Sygibertus qui in iudicio Dei interiens, amiſit partem ſuam: ſimiliter & Chilpericus geſſit. Per has ergo tranſgreſſiones amiſerunt partes ſuas: ideoque quia illi iuxta Dei iudicium & maledictiones pactionum defecerunt, omne regnum Chariberti cum theſauris eius, meis ditionibus lege opitulante, ſubiiciam: nec exinde alicui quicquam niſi ſpontanea voluntate indulgeam. Abſiſtite igitur vos ſemper mendaces ac perfidi, & hæc regi veſtro referte.

E Quibus diſcedentibus, legati iterum Childeberti ad antedictum regem veniunt, Fredegundem reginam requirentes, atque dicentes, Redde homicidam quæ amitam meam ſuggillauit, quæ patrem interfecit, & patruũ: quæ ipſos quoque conſobrinos meos gladio interemit.

Cap. 7. Childebertus per legatos Fredegũdam requirit.

At illa, In placito, inquit, quod habemus, cuncta decernimus, tractantes quid oporteat fieri. Nam Fredegundem patrocinio ſuo fouebat, ipſamque ſæpius ad conuiuium euocans, promittens ſe ei fieri maximum defenſorem. Quadam vero die dum pariter ad menſam epularentur, regina conſurgens, & Valedicens, à rege detinebatur dicente ſibi, Adhuc aliquid cibi ſume. Cui illa, Indulge, inquit, deprecor Domine mi, quia iuxta conſuetudinem mulierum contigit mihi, vt pro concepto conſurgam. Hæc ille audiens obſtupuit, ſciens quartum eſſe menſem, ex quo alium ediderat filium: tamen permiſit eam conſurgere. Priores quoq; de regno Chilperici, vt erat Anſoualdus & reliqui, ad filiũ eius qui erat, vt ſuperius diximus, quatuor menſium, ſe collegerũt, quem Chlotharium vocitauerunt, exigentes Sacramenta per ciuitates F quæ ad Chilpericum prius aſpexerant, vt ſcilicet fideles eſſe debeant Gũtheramno regi, ac nepoti ſuo Chlothario. Guntheramnus vero rex omnia quæ fideles regis Chilperici, non recte diuerſis abſtulerant, iuſtitia intercedente reſtituit. Multa & ipſe Eccleſiis conferens, teſtamenta quoque defunctorum qui Eccleſias hæredes inſtituerant, & ab Chilperico compreſſa fuerant, reſtaurauit, multiſque ſe benignum exhibens, ac multa pauperibus tribuens.

Donationes Eccleſiæ cõfirmat Guntheramnus.

Sed quia non erat fidus ab omnibus inter quos veniebat, armis ſe muniuit, nec vnquam ad Eccleſiam aut reliqua loca, quem ire delectabat, ſine grandi pergebat cuſtodia. Vnde factum eſt vt quadam die Dominica, poſtquam Diaconus ſilentium populis vt Miſſæ auſcultarentur, indixit: rex conuerſus ad populum diceret. Adiuro vos ô viri cum mulieribus qui adeſtis, vt mihi fidem inuiolatam ſeruare dignemini, nec me vt fratres meos nuper feciſtis, interimatis: liceatque mihi vel tribus annis nepotes meos, qui mihi adoptiui facti ſunt filij enutrire, ne forte contingat quod diuinitas æterna non patiatur, vt cum illis paruulis me defuncto, ſimul pereatis, G cum de genere noſtro robuſtus non fuerit qui defenſet. Hæc eo dicente, omnis populus orationem pro rege fudit ad Dominum.

Cap. 8. Guntheramnus munit ſe cuſtodia, & populũ adiurat ne ſe interimat.

Dum hæc agerentur Rigunthis Chilperici regis filia, cum theſauris ſupra ſcriptis, vſque Tholoſam acceſſit: & cernens ſe iam ad terminũ Gothorũ eſſe propinquam, moras innectere cœpit, dicentibus ſibi tũ præterea ſuis oportere eam ibidem commorari, cum ipſi fatigati de itinere, veſtimenta haberent inculta, calciamenta ſciſſa ipſoſque equorum atque carrucarum adparatus adhuc ſicut plauſtris euecti erat, ſeorſum eſſe diſiunctos. Oportere potius omnia hæc prius diligẽter ſtabiliri & ſic itinere proficiſci, ac ſuſcipi cum omni elegantia ab ſpõſo, ne forte ſi inculti inter Gothos adparerent, irriderentur ab ipſis. Dũ ergo his retardarentur ex cauſis, mors Chilperici regis in aures Deſiderij ducis inlabitur. Ipſe quoque collectis ſecum viris fortiſſimis Tholoſam vrbem ingreditur repertoſque theſauros abſtulit de poteſtate reginæ & in domum quãdam ſub ſigillorum munitione ac virorum fortium cuſtodia mancipat, deputans reginæ victum arctum, donec ad vrbem regrederetur. H

Cap. 9.

Deſiderius Rigundis theſauros diripit.

Ipſe vero ad Mummolum cum quo fœdus ante duos annos inierat, properauit. Morabatur tunc Mummolus intra muros Auennicæ vrbis cum Gundobaldo, cuius in libro ſuperiore meminimus. Qui coniunctus cum ſupradictis ducibus Lemouicinum accedens, Briuam Curretiam vicum in quo ſanctus Martinus noſtri, vt aiunt, Martini diſcipulus, requieſcit, aduenit: ibique parmæ ſuperpoſitus, rex eſt leuatus. Sed cum tertio cum eodem gyrarent, cecidiſſe fertur, ita vt via manibus circunſtantium ſuſtentari potuiſſet. Deinde ibat per ciuitates in circuitu poſitas. Rigunthis vero in baſilica S. Mariæ Toloſæ, in quam Ragnoualdi vxor, cuius ſupra meminimus, Chilpericum metuens confugerat, reſidebat.

Cap. 10.

Gundobaldus in regem eleuatur.

Rigundis latitat.

A

Ragnoualdus vero de Hiſpaniis rediens, vxori facultatique reſtituitur. Legationis enim cauſa Hiſpaniam petierat à rege Guntheramno direptus. Magno ea tempeſtate incendio baſilica antedicti Martini beati apud Briuam vicū ab imminēti hoſte cremata eſt, ita vt tam altarium quam columnæ quæ de diuerſis marmorum generibus aptatæ erant, ab igne diſſoluerentur. Sed ita hæc ædes in poſterum à Ferreolo Epiſcopo reparata eſt tanquam ſi nihil mali pertulerit: vehementer enim admirantur venerantúrque hunc ſanctum incolæ, eo quod plerunque virtutes eius experiantur.

Cap. 11. Prodigia.

Erat enim cum hæc agebantur, menſis decimus. Tūc adparuerūt in caudicibus vinearum, palmites noui cum vuis deformatis: in arboribus flores, pharus magna per cœlum diſcurrens, quæ priuſquam lux in die fieret, late mundum illuminauit. Adparuerunt etiam in cœlo & radij: & à parte ſeptentrionali, columna ignea quaſi de cœlo pendens per duarum horarum ſpacium viſa eſt, cui ſtella magna ſuperpoſita erat. In Andegauo autem terra tremuit: & multa alia ſigna apparuerunt, quæ vt opinor, ipſius Gundobaldi interitum nunciauerunt.

B

Cap. 12.

Igitur Guntheramnus rex, comites ſuos ad comprehendendas ciuitates, quos quondam Sygibertus de regno Chariberti fratris ſui acceperat, direxit, vt exigentes Sacramenta, ſuis eas ditionibus ſubiugarent. Turonici vero atq; Pictaui ad Childebertū Sygiberti filiū, tranſire voluerunt. Sed commoti Biturici contra eos venire diſponunt atque intra terminum Turonicum incendia facere cœperunt. Tunc Maroialenſem Eccleſiam termini Turonici, in qua S. Martini reliquiæ habebantur, incendio concremarunt: ſed virtus beati adfuit, vt in tam valido incendio pallulæ quæ ſuper altariū fuerant poſitæ non conſumerentur ab igne. Et non ſolum ipſe, ſed etiam herbulæ olim collectæ, altarioque locatæ, nequaquam exuſtæ ſunt. Quæ incendia videntes Turonici, legationem mittunt, dicentes, Melius ſibi eſſe ad tempus Guntheramno regi ſubdi, quam cuncta incendio aut ferro vaſtari.

Turones maluerūt Gunthr. ſubici

C

quam cōburi.

Cap. 13.

Confeſtim autem poſt mortem Chilperici, Gararicus dux Lemonicas acceſſerat, & Sacramenta de nomine Childeberti ſuſceperat. Exinde Pictauos veniēs, ab ipſis receptus eſt. & ibi morabatur. Audiens autem quæ Turonici patiebantur, mittit legationem, obteſtans ne nos ad partem Guntheramni regis tradere deberemus, ſi nobis vellemus eſſe conſultū, ſed meminerimus potius Sigiberti, qui quōdam genitor Childeberti fuit. Nos vero hæc rurſū Epiſcopo & ciuibus mādare remiſimus, quod niſi ſe ad tempus Guntheramno regi ſubderent, ſimilia paterentur, adſerentes hunc eſſe nūc patrem ſuper duos filios, Sygiberti ſcilicet & Chilperici, qui ei fuerant adoptati: & ſic tenere regni principatū, vt quondam Chlotharius rex fecerat pater eius. His quoq; non acquieſcētibus Gararicus de ciuitate egreditur quaſi exercitū adducturus, in vrbe vero Eberonem cubicularium Childeberti regis relinquens. Sicharius vero cum Vuillachario Aurelianenſi comite, qui tunc Turonos acceperat, exercitū contra Pictauos commouit, vt ſcilicet ab vna parte Turonici ab alia Biturici commoti cuncta vaſtarent. Qui cum ad terminū propinquaſſent ac domos cremare cœpiſſent, miſerūt ad eos Pictaui legatos, dicentes, Petimus vt vſq; in placito quod inter ſe Guntheramnus & Childebertus reges habent, ſuſtineatis. Quod ſi conuenit vt pacis ſymbolū bonus rex Guntheramnus accipiat, non reſiſtimus, ſin aliud, Dominū noſtrū recognoſcimus, cui ſeruire plenius debeamus. Ad hæc illi reſpōderūt, Nihil ad nos de hac cauſa pertinet, niſi tantum iuſſa principis adimplere. Nam ſi nolueritis, cuncta vt cœpimus deuaſtamus. Cumque in hoc res ageretur, vt vniuerſa incendio, prædæ, atque captiuitati traderentur eiectis de ciuitate hominibus Childeberti, Sacramenta Guntheramno regi dederunt, non longo tempore ea cuſtodientes.

Pictaui Gunthramno

D

pro vaſtatione ſe ſubmittunt.

Cap. 14. Childeberti legatio ad Gunthramnum.

Igitur adueniente placito directi ſunt à Childeberto rege Egidius Epiſcopus, Guntheramnus Boſo, Sygiualdus, & alij multi, ad Guntheramnū regem: ingreſſiq; ad eum, ait Epiſcopus: Gratias agimus Deo omnipotenti, ô piiſſime rex, quod te poſt multos labores regionibus tuis regnoq; reſtituit. Cui rex ait: illi enim dignæ ſunt gratiæ referendæ qui eſt rex regū, & Dominus dominorū: qui hæc ſua miſeratione operari dignatus eſt. Nam non tibi, cuius cōſilio doloſe ac periuriis regiones meæ anno ſuperiore incenſæ ſunt, quia nūquam fidem integrā cum vllo homine habuiſti: cuius doloſitas vbiq; diſpergitur: qui non ſacerdotem, ſed inimicum regni noſtri te eſſe declaras. Ad hæc verba Epiſcopus iracundia cōmotus ſiluit. Vnus autem ex legatis dixit, Supplicat nepos tuus Childebertus, vt ciuitates quas pater eius tenuit, reddi iubeas. Ad hæc ille reſpōdit, Iam dixi vobis prius, quia pactiones noſtræ mihi hæc conferunt, ideoque eas reddere nolo. Alius quoque legatorum ait, Rogat nepos tuus vt Fredegundem maleficam, per quam multi reges interfecti ſunt, reddi iubeas ad vlciſcendam mortem patris, patrui & conſubrinorum. At ille, Tradi ei, inquit, in poteſtatem non poterit, quia filium regem habet. Sed & ea quæ contra illam adſeritis, vera eſſe non credo. Poſt hos Guntheramnus Boſo, quaſi aliquid ſuggeſturus, ad regem accedit. Et quia ſonuerat Gundobaldum manifeſte regem leuatum, anticipans rex verba eius ait, O inimice regionis regnique noſtri, qui propterea ante hos annos orientem adgreſſus es, vt Ballomerem quendam (ſic enim vocabat rex Gundobaldum) ſuper regnum noſtrum adduceres, ſemper perfide, & nunquam cuſtodiens quæ promittis. Cui ille, Tu, inquit, Dominus & rex regali in ſolio reſides, & nullus tibi ad ea quæ loqueris auſus eſt reſpondere. Inſontē enim me de hac cauſa profiteor. At ſi aliquis eſt ſimilis mihi, quia hoc crimen impingat occulte, veniat nunc palam, & loquatur. Tu, ô rex piiſſime, pones hoc in Dei iudicio, vt ille diſcernat cum nos in vnius campi planitie viderit dimicare. Ad hæc cunctis ſilentibus, addit rex, Omnibus autem hæc cauſa animos accendere debet, vt repellatur à finibus noſtris aduena, cuius pater molendina gubernauit: & vt vere dicam, pater eius pectinibus inſedit, lanaſq; compoſuit. Et quanquā poſſit fieri vt vnus homo vtriuſq; artificij magiſterio ſubderetur, ad increpationem tamē regis quidā ex ipſis reſpōdit: Ergo duos, vt adſeris, patres hic homo habuit, lanarium ſimul molendinariumque. Abſit à te, ô rex, vt tam inculte loquaris. Non enim auditum eſt, vnum hominem præter ſpiritalem cauſam, duos habere poſſe pariter genitores: dehinc cum multi ſoluerentur in riſu, reſpondit alius legatorum dicens, Vale dicimus tibi ô rex: nam quia reddere noluiſti ciuitates nepotis tui, ſcimus ſaluam eſſe ſecurim, quæ fratrum tuorū capitibus eſt defixa, celerius tuum librabit defixa cerebrum. Et ſic cum ſcandalo diſceſſerūt. Tunc rex his verbis ſuccenſus, iuſſit ſuper capita eūtium proiici equorum ſtercora, putrefactas haſtulas, paleas, ac fœnum putredine diſſolutum, ipſumque fœtidum vrbis lutum. Quibus de rebus maculati grauiter, non ſine immenſa iniuria, atque contumelia abierunt.

E

Childebertus Fredegūdem petit ad ſupplicium.

F

G

Cap. 15. De malitia Fredegundis.

Reſidente vero Fredegunde regina in Eccleſia Pariſiaca, Leonardus ex domeſtico qui tūc ab vrbe Tholoſa aduenerat, ingreſſus ad eam, cauſas contumeliæ iniuriaſque filiæ eius narrare cœpit, dicens: Quis iuxta imperium tuū acceſſi cum regina Rigūthe, ac vidi humilitatē eius, & qualiter expoliata eſt à theſauris & omnibus rebus: ego vero per fugā dilapſus, veni nunciare dominæ meæ quæ geſta ſunt. Hæc illa audiens, furore commota iuſſit eum in ipſa Eccleſia ſpoliari, nudatumq; veſtimentis ac baltheo, quod ex munere Chilperici regis habebat, diſcedere à ſua iubet præſentia. Cocos quoque ſiue piſtores, vel quoſcunque de hoc itinere regreſſos eſſe cognouit, cæſos, ſpoliatoſque, ac demancatos reliquit. Nectarium autem Baudegiſili Epiſcopi fratrem nefandis accuſationibus cū rege tentauit obruere, adſerens eum de theſauro regis mortui multa portaſſe. Sed & de promptuariis tā tergora quā vina multa eū abſtuliſſe dicebat, petens vt vinctus carceralibus tenebris truderetur. Sed patientia regis, fratriſq; auxiliū fieri nō permiſit. Multa quidem ibi vana exercens, non metuebat Deum, in cuius Eccleſia petebat auxilium. Habebat tunc temporis ſe

H

cum

A *Audonenm index iniquitatis.*

cum Audoneum iudicem, qui ei tempore regis in multis conſenſerat malis. Ipſe enim cum Mummolo præfecto, multos de Francis qui tempore Childeberti regis ſenioris ingenui fuerant, publico tributo ſubegit. Qui poſt mortem regis ab ipſis ſpoliatus ac denudatus eſt, vt nihil ei præter quod ſuper ſe auferre potuit remaneret: domos enim eius incendio ſubdiderunt: abſtuliſſent vtiq; & ipſam vitã, ni cum regina Eccleſiam expetiſſet.

Cap. 16. Prætextatus Rhot. reuocatur.

Prætextatum vero Epiſcopum ægre ſuſcipit, quem ciues Rothomagenſes poſt exceſſum regis, de exilio expetentes cum grandi lætitia & laude ciuitati ſuæ reſtituerunt. Poſt reditum vero ſuum ad vrbem Pariſiacam aduenit, ac ſe Guntheramno regi repræſentauit, exorans vt cauſam ſuam diligenter exquireret. Adſerebat enim reginа eum non debere recipi, qui fuiſſet per iudicium quadragintaquinque Epiſcoporum à ſacerdotali officio ſegregatus. Cumque rex pro hac cauſa ſynodum excitare vellet, Ragnemodus huius vrbis Epiſcopus, pro omnibus reſponſum reddidit, dicens. Scitote ei pœnitentiam iudictam à ſacerdotibus, non tamen eum prorſus ab Epiſcopatu remotum. Et ſic à rege ſuſceptus, atque conuiuio eius adſcitus, ad vrbem ſuam regreſſus eſt.

B

Cap. 17. Promotus repetit Epiſcopatum.

Promotus vero qui in Dunenſi caſtro, ordinante Sygiberto rege, Epiſcopus fuerat inſtitutus, & poſt mortem regis amotus fuerat, eo quod caſtrum illud eſſet diœceſis Carnotenæ, contra quem ita iudicium latum fuerat, vt presbyterij tantum officio fungeretur, acceſſit ad regem, deprecans vt ordinationem Epiſcopatus in antedicto caſtro reciperet. Sed obſiſtente Pappolo Carnotenæ vrbis Epiſcopo, ac dicente, quia diœceſis mea eſt, oſtendente præſertim iudicio Epiſcoporum, nihil aliud potuit obtinere cum rege, niſi ea quæ ſub ipſius caſtri termino propria habere reciperet, in qua cum genitrice adhuc ſuperſtite moraretur.

Cap. 18. Rex à paupere monetur inſidiarum.

Commorante vero rege apud vrbem Pariſiacam, venit quidam pauper, dicens, Audi rex verba oris mei. Noueris enim quia Faraulfus cubicularius quondam fratris tui, quærit te interficere. Audiui enim conſilium eius vt euntem te matutina oratione ad Eccleſiam, aut cultro adpeteret, aut haſta transfoderet. Obſtupefactus autem rex, miſit vocari eum. Quo negante de his rex metuens, armis ſe valde muniuit. Nec penitus ad loca ſancta, vel alio, niſi vallatus armatis atque cuſtodibus procedebat. Faraulfus autem non poſt multũ tempus mortuus eſt.

C

Cap. 19. Fredegũda venit ad villam Rhotoialenſem.

Cum clamor fieret magnus aduerſus eos qui potentes cum rege fuerant Chilperico, ſcilicet quod abſtuliſſent vel villas, vel res reliquas de rebus alienis, omnia quæ iniuſte ablata fuerant, rex reddi præcepit, ſicut iam ſuperius indicatum eſt. Fredegundem quoque reginam ad villam Rhotoialenſem, quæ in Rothomagenſi termino ſita eſt, abire præcepit. Secutique ſunt eam omnes meliores natu regni Chilperici regis: ibique relinquentes eam cum Melanio Epiſcopo, qui de Rothomago ſubmotus fuerat, ad filium eius ſe tranſtulerunt, promittentes quod ab eis ſtudioſiſſime nutriretur.

Cap. 20. Fredegũda mittit qui Brunechildẽ necaret.

Poſtquam autem Fredegundis regina ad ſupradictam villam abiit, cum eſſet valde mœſta, quod ei poteſtas ex parte fuiſſet ablata, meliorem ſe exiſtimans Brunichilde, miſit occultè clericum ſibi familiarem, qui eam circumuentam dolis interimere poſſet, videlicet vt cum ſe ſubtiliter in eius ſubderet famulatum, ab eo cædi poſſet: & ſic eiam perccllleretur. Veniens igitur clericus eum diuerſis ingeniis ſe eidem commendauit, dicens, A facie Fredegundis reginæ fugio, depoſcens auxilium tuum. Cœpit ſe etiam omnibus reddere humilem, charum, obedientem, ac reginæ priuatum. Sed non longo tempore interpoſito, intellexerunt eum doloſè transmiſſum: vinctuſque ac cæſus, cum rem patefeciſſet occultam, redire permiſſus eſt ad patronam: referenſque quæ acta fuerant, eſſitus quod iuſſa patrare non potuiſſet, manuum ac pedum abſciſſione mulctatur.

D

Cap. 21. Guntheramnus regem interfectũ

His ita geſtis cum rex Guntheramnus Cabillonum regreſſus, mortem fratris conaretur inquirere, & regina crimen ſuper Eberulfum cubicularium impoſuiſſet (rogatus enim fuerat ab ea, vt poſt mortem regis cum ipſa reſideret: ſed obtinere non potuit) hac ergo inimicitia pullulãte adſeruit regina ab eodem principe interfectũ, ipſumque multa de theſauris abſtuliſſe, & ſic in Turonicum abſceſſiſſe, ideoque ſi rex mortem fratris deſideraret vlciſci, nouerit huius cauſæ hunc eſſe ſigniferum. Tunc rex iurauit omnibus optimatibus, quod nõ modo ipſum, verumetiam progeniem eius in nonam generationem deleret, vt per horum necem conſuetudo auferretur iniqua, ne reges amplius interficerentur. Quod cum Eberulfus comperiſſet baſilicam S. Martini, cuius res ſæpe peruaſerat, expetiuit. Tunc data occaſione vt cuſtodiretur, Aurelianenſes atque Bleſenſes viciſſim ad has excubias veniebant impletiſque quindecim diebus, cum multa præda reuertebantur, adducentes iumenta pecora, vel quodcumque diripere potuiſſent. Illi vero qui B. Martini iumenta abduxerant, commota altercatione, ſe inuicem lanceis transfixerunt: duo qui mulas diripiebant, in domum vicini cuiuſdam accedentes, potum rogare cœperunt. Cumque ille ſe habere negaret, eleuatis lanceis vt eum transfoderent, hic extracto gladio vtrunque perfodit: cecideruntque ambo & mortui ſunt: iumẽta tamẽ S. Martini reddita ſunt. Tantaq; ibi tũc mala per hos Aurelianenſes geſta ſunt, vt nequeant explicari.

E vel in nonam generationẽ vult punire.

D. Martinus vlciſcitur.

F

Cap. 22. Eberulſi regem interfectoris ſcelera.

Dum autem hæc agerentur, res ipſius Eberulfi diuerſis conceduntur, aurum argentumque vel alias meliores ſpecies quas ſecum retinebat, in medio expoſuit. Quod vero commendatum habuit, publicatum eſt: greges etiam equorum, porcorum, iumentorumque diripiuntur. Domus vero intramuranea, quam de dominatione Eccleſiæ abſtulerat, referta annonia, vino atque tergoribus rebuſque aliis multis adplene ſpoliata eſt. Nec ibi aliud quam parietes vacui remanſerunt. Ex hoc nos maxime ſuſpectos habebat, quia in cauſis eius fideliter currebamus, promittens plerumque, quod ſi vnquam ad regis gratiam perueniret, in nobis hæc quæ perferebat vlciſceretur. Deus enim nouit, cui arcana pectoris reuelantur, quia de puro corde inquantum potuimus ſolatium miniſtrauimus: & quanquam multas nobis inſidias prius de rebus S. Martini feciſſet extabat tamen cauſa vt eaſdem obliuiſceretur, eo quod filium eius de ſacro lauacro ſuſcepiſſem. Sed credo infelici ea res maximum fuit impedimentum, quod nullam reuerentiam ſancto præſtabat antiſti. Nam ſæpe cædes intra ipſum atrium quod ad pedes beati erat, exegit, exercens aſſidue ebrietates ac vanitates. Presbyterum quoque vnum pro eo quod ei vinum dare differret cum iam crapulatum aſpiceret, eliſum ſuper ſcamnum pugnis, ac diuerſis ictibus verberauit vt pene animam reddere videretur: & feciſſet forſitan ſi ei medicorum ventoſæ non ſubueniſſent. Habebat enim pro timore regis in ipſo ſalutatorio beatæ baſilicæ manſionem. Cum autem presbyter qui claues oſtij retinebat, clauſis reliquis receſſiſſet, per illud ſalutatorij oſtium introeuntes puellæ, cum reliquis pueris eius ſuſpiciebant picturas parietum, rimabanturque ornamenta beati ſepulchri, quod valde facinoroſum religioſis erat. Quod cum presbyter cognouiſſet, defixis clauis ſuper oſtium, intrinſecus ſeras aptauit. Hæc ille cum poſt cœnam vino madidus aduertiſſet, & nos in baſilica in initio noctis, orationis gratia pſalleremus, furibundus ingreditur, meque conuiciis ac maledictionibus vrgere cœpit, illud inter iurgia exprobrans, quod ego eum velim à ſancti antiſtitis fimbriis ſeparare. Sed ego ſtupens quæ virum cœpiſſet inſania, blandis eum ſermonibus mulcere conatus ſum. Sed cum eius furias verbis lenibus ſuperare non poſsẽ, ſilere decreui. Ille vero me tacitum intendens ad presbyterum conuertitur, euomitque in eum multa conuicia: nam & illum verbis procacibus & me diuerſis opprobriis impugnabat. Nos vero cum vidiſſemus eum, vt ita dicam agi à dæmone, egreſſi à baſilica ſancta ſcandalum vigiliaſque finiuimus illud maxime indignum ferentes, quod ad hoc iurgiũ abſq; reuerentia ſancti, ante ipsũ ſepulchrũ antiſtitis excitauerat. His diebus vidi ſomnium quod ipſi in ſãcta baſilica retuli dicẽs, Putabã me quaſi in hac baſilica ſacroſancta Miſſarũ ſolẽnia celebrare:

G

H

Somnium auctoris.

A cumque iam altarium cum oblationibus pallio ſerico opertum eſſet, ſubito ingredientem Guntchramnum regem conſpicio, qui voce magna clamabat, Extrahite inimicum generationis noſtræ, euellite homicidam à ſacro Dei altario. At ego cum hæc audirem, ad te conuerſus dixi. Adprehende pallium altaris, infœlix, quo ſacra munera conteguntur, ne hinc abiciatis. Cumque adprehenderes, laxabas eum manu, & non viriliter detinebas. Ego vero expanſis manibus contra pectus regis, meum pectus aptabam dicens noli eiicere hunc hominem de baſilica ſancta ne vitæ periculum patiaris, ne te ſanctus antiſtes ſua virtute confodiat. Nolite proprio iaculo interimere: quia hoc ſi feceris, præſenti vita æternaque carebis. Sed cum rex mihi reſiſteret, tu laxabas pallium, & poſt me veniebas. Ego vero valde tibi moleſtus eram. Cumque reuerteres ad altarium, adprehendebas pallium, ſed rurſum relinquebas; dum hoc tu trepide retineres, & ego viriliter regi reſiſterem, euigilaui pauore conterritus, ignarus quid
B ſomnium indicaret. Igitur cum ei iſta narraſſem, ait, Verum eſt ſomnium quod vidiſti quod valde cogitationi meæ concordat. Cui ego, Ecquid præuidit cogitatio tua? Et ille, Deliberatum, inquit, habui, vt ſi me rex ab hoc loco iuberet extrahi ab vna manu pallas altaris tenerem: ab alia vero euaginato gladio te prius interfecto, quantoſcunque deinceps clericos reperiſſem, in mortem proſternerem. Nec mihi poſt hæc erat iniuria, loco ſuccumbere, ſi de huius ſancti clericis accíperem vltionem. Hæc ego audiens & ſtupens admirabar quod erat, quia per os eius diabolus loquebatur: nunquam enim in Deum vllum timorem habuit, nam dum eſſet in libertate, equi eius ac pecora per ſegetes pauperum vineaſque dimittebantur. Quod ſi expellebantur ab his quorum euertebant labores, ſtatim à ſuis percellebantur; nam in hac anguſtia qua erat, ſæpe commemorabat, quod res beati antiſtitis abſtuliſſet iniuſte. Denique anno ſuperiore commotum quendam leuemè ciuibus
C Eccleſiæ, actores fecit interpellare. Tunc poſtpoſita iuſtitia, res quas olim Eccleſia poſſidebat, ſub ſpecie emptionis abſtraxit, data ipſi homini parte aurea balthei ſui ſed & talia multa peruerſe egit vſque ad finem vitæ ſuæ quæ in poſterum explanabimus.

Cap. 23. Præſenti quoque anno Armentarius Iudæus cum vno ſectæ ſuæ ſatellite, & duobus Chriſtianis ad exigendas cautiones quas ei propter tributa publica Iniurioſus ex vicario ex comite vero Eunomius depoſuerant, Turonos aduenit: interpellatiſque viris promiſſionem accepit de reddendo pecuniæ fœnore cum vſuris, dicentibus ſibi præterea ipſis. Si ad domum noſtram veneris, & quæ debentur exſoluimus, & aliis te muneribus, ſicut dignum eſt, honoramus, Eo quoque eunte ab Iniurioſo ſuſcipitur, & conuiuio conlocatur: expletoque epulo, adpropinquante nocte commori ab eodem loco ad alium tranſeunt. Tunc vt ferunt, Iudæi cum duobus Chriſtianis ab Iniurioſi hominibus interfecti, in puteum qui propinquus erat domui eius, proiecti ſunt.

Iudæi trucidantur.

D Auditis his parentes eorum quæ geſta fuerant, Turonos aduenerunt, datoque quibuſdam hominibus indicio puteum reperiunt, viroſque extrahunt, multum negante Iniurioſo, quod in hac cauſa non fuerat inquinatus. Poſt hæc in iudicium venit: ſed cum fortiter, vt diximus, denegaret & hi non haberent qualiter eum conuincere poſſent, iudicatum eſt, vt ſe inſontem rédderet ſacramento. Sed nec hoc his adquieſcentibus, placitum in regis Childeberti præſentia poſuerunt. Veruntamen neque pecunia neque cautiones Iudæi defuncti repertæ ſunt. Loquebantur tunc multi hominum Medardum tribunum in hoc ſcelere mixtum fuiſſe, eo quod & ipſe à Iudæo pecuniam mutuaſſet. Iniurioſus tamen ad placitum in conſpectu regis Childeberti aduenit, & per triduum vſque occaſum ſolis obſeruauit. Sed quum hi non veniſſent, neque de cauſa ab vllo interpellatus fuiſſet, ad propria rediit.

Cap. 24. *Pictauos deſerto-*

Anno dicitur decimo Childeberti regis rex Guntchramnus commotis gentibus regni ſui magnum iunxit exercitum, Sed pars maior cum Aurelianenſibus atque

E *rex Gũthchramnus.*

Bituricis Pictauum petiit: exceſſerant enim de fide quam regi promiſerant. Miſeruntque prius legationem, vt ſcirent vtrum ſuſciperentur ab his, an non. Sed Epiſcopus loci Maroueus dure ſuſcepit hos nuncios. At illi intra terminum ingreſſi, prædas, incendia, atque homicidia faciebant. Hi vero qui cum præda reuertebantur, per Turonicum tranſeuntes, ſimiliter illi qui iam ſacramenta dederant, faciebant. Ita vt ipſæ quoque Eccleſiæ incenderentur: & quæcunque inuenire potuiſſent, diriperentur: quod ſæpius actum eſt, dum illi ad regem ægre conuerterentur. Sed cum exercitus propius ad vrbem accederet, etiam pars maxima regionis deuaſtata cerneretur, tunc miſerunt nuncios, fideles ſe regi Guntchramno fatentes. At illi intra muros vrbis recepti, ſuper Epiſcopum irruerunt dicentes eum infidelem eſſe. Ille vero cum ſe ab his cerneret coarctatum, effracto vno de ſacris miniſtris calice aureo, & in numiſmata redacto ſe populumque redemit.

F Cap. 25. *Marileifus medicus ſpoliatur.*

Marileifum vero qui primus medicorum in domo Chilperici regis habitus fuerat, ardentiſſime vallant. Et qui iam à Garrico duce valde ſpoliatus fuerat, ab his iterum denudatur, ita vt nulla ei ſubſtantia remaneret. Et equos quoque eius, aurum argentumque ſiue ſpecies quas meliores habebat, pariter auferentes, ipſum ditioni Eccleſiaſticæ ſubdiderunt. Seruitium enim patris eius tale fuerat, vt mulendina Eccleſiaſtica ſtuderet, fratrsſque ac conſobrini, vel reliqui parentes culini dominicis atque piſtrino ſubiecti erant.

Cap. 26. *Gũdobaldus fidem ciuitatũ exigit.*

Gundobaldus vero Pictauum accederé voluit, ſed timuit. Audierat enim iam contra ſe exercitum commoueri. In ciuitatibus enim quæ Sygiberti regis fuerant ex nomine regis Childeberti ſacramenta ſuſcipiebat. In reliquis vero quæ aut Guntheramni aut Chilperici fuerant, nomine ſuo, quod fidem ſeruárent iurabant. Poſt hæc Engoliſinam acceſſit, ſuſceptiſque ſacramentis, muneratiſque prioribus, Petrogoricum adgreditur, grauiter Epiſcopum tunc iniuriatum reliquit, pro eo quod ſuſceptus ab eodem non fuiſſet.

G Cap. 27. *Magnulfus verberatus & laceratus Gũdobaldũ itaque in exilium truditur.*

Exinde Toloſam digreſſus, emiſit nuncios ad Magnulfum Epiſcopum ciuitatis, vt ab eo ſuſciperetur. Sed ille non immemor prioris iniuriæ, quam per Sigulfum quondam qui ſe in regnum eleuare voluit, pertulerat, dixit ciuibus ſuis: Scimus enim regem eſſe Guntheramnum ac nepotem eius, hunc autem neſcimus vnde ſit. Eſtote ergo parati: & ſi voluerit Deſiderius dux hanc calamitatem inducere ſuper nos, ſimili vt Sigulfus ſorte depereat: ſitque omnibus exemplum, ne quis extraneorum, Francorum regnum audeat violare. His ita reſiſtentibus & bellum parantibus, adueniente Gundobaldo cum magno exercitu, cum vidiſſent quod ſuſtinere non poſſent, ſuſceperunt eum. Poſt hæc cum ad conuiuium in domo Eccleſiæ Epiſcopus vno cum Gundobaldo reſideret, ait Filium te Chlotarij regis adſeris: ſed verum ſit verum, an non, ignoramus. Et ſi poſſis vindicare cœpta, incredibile habetur apud animos noſtros. At ille ait, Ego regis Chlotarij ſum filius, & partem regni de præſenti ſum percepturus, & vſque Pariſios velociter accedam, & ibi ſedem regni ſtatuam. Cui

H Epiſcopus ait, Verumne eſt ergo quod nullus de ſtirpe Francorum remanſit, ſi tu quæ dicis impleueris? Inter has altercationes, cum hæc Mummolus exaudiſſet, eleuata manu alapis excidit Epiſcopum, dicens, Non pudet vt tam degener & ſtultus ita magno regi reſpondeat? Verum vbi & Deſiderius de conſilio Epiſcopi comperit quæ fuerant dicta, ita commotus manus in eum iniecit: cæſumque communiter haſtis, pugnis, & calcibus, ac fune reuinctum, exilio damnauerunt, res eius tam proprias quam Eccleſiæ integrè auferentes. Vuaddo autem qui erat maior domus reginæ Riguntchis, ſe eiſdem copulauit. Reliqui vero qui cum eo abierant per fugam dilapſi ſunt.

Cap. 28. *Exercitus Gundobaldum ſequitur.*

Poſt hæc exercitus ab vrbe Pictaua remotus in anteа; poſt Gundobaldum proficiſcitur. Secutique ſunt cum de Turonicis multi lucri cauſa: ſed Pictauis ſuper

eum

A eum irruentibus nonnulli interempti, plurimi vero ſpoliati redierunt. Hi autem qui de his ad exercitum prius iunxerant pariter abierunt. Itaque exercitus ad Dorononiam fluuium accedens, præſtolari cœpit, quid de Gundobaldo cognoſceret. Cui iam vt ſupradictum eſt, adhæſerant dux Deſiderius & Bladaſtes cum Vuaddone maiore domus Riguntbis reginæ. Erant enim primi cum eo Sagittarius Epiſcopus & Mummolus. Sagittarius enim iam promiſſionem de Epiſcopatu Tholoſano acceperat.

Cap. 29. Claudius ad Eberulſum occidendum mittitur.

Dum autem hæc agerentur miſit rex Gunthchramnus Claudium quendam dicens, Si abieris, inquit, & eiectum de baſilica Eberulſum aut gladio interemeris, aut catenis vinxeris, magnis te muneribus locupletabo. Veruntamen ne ſanctæ Baſilicæ iniuriam inferas omnino, commoneo. Ille vero vt erat vanitati atque auaritiæ deditus, velociter Pariſios aduolauit, Vxor enim ei ex Meldenſi territorio erat. Voluere animo cœpit, vtrum Fredegundem reginam videret, dicens, Si eam videro, B elicere ab ea aliquid muneris poſſum: ſcio enim eam eſſe homini ad quem directus ſum inimicam. Tunc accedens ad eam de præſenti munera magna capiens, promiſſiones multas elicuit, vt extractum à baſilica Eberulſum occideret, aut circumuentum dolis catenis vinciret, aut certè in ipſo eum atrio trucidaret. Regreſſus autem ad Duuenſe caſtrum, comitem commonet vt ei trecentos viros quaſi ad cuſtodiendas Turonicæ vrbis portas, adiungeret: ſcilicet vt cum veniſſet per eorum ſolatium, Eberulſum poſſet opprimere. Cumque comes loci viros iſtos commoueret, Claudius Turonos acceſſit, Et cum iter ageret, vt conſuetudo eſt barbarorum, auſpicia intendere cœpit, ac dicere ſibi eſſe contraria ſimúlque interrogare multos ſi virtus beati Martini de præſenti manifeſtaretur in perfidis. Aut certè ſi aliquis iniuriam in eum ſperantibus intuliſſet, ſi protinus vltio ſequeretur. Igitur poſtpoſitis, vt diximus, viris qui ad ſolatium eius venire debuerant, ipſe ad baſilicam ſanctam acceſſit. Statimque infœlici Ebe- C rulfo coniunctus, Sacramenta dare cœpit, ac iurare per omnia ſacroſancta, vel virtutem præſentis antiſtitis, nullum in cauſis eius fore fideliorem, qui ita cum rege cauſas eius poſſit exſerere. Hoc enim apud ſe conſilium habuerat miſerrimus, Niſi eum peierando decepero, non vincam. Verum vbi vidit Eberulfus, quod ei talia cum Sacramento in ipſa baſilica ac per porticus, & ſingula loca atrij veneranda promitteret, credidit miſer homini peieranti. Die autem altero cum nos in villa quaſi millia 30. ab vrbe commoraremur, ad conuiuium baſilicæ ſanctæ cum eodem & reliquis ciuibus eſt adſcitus: ibique eum Claudius gladio ferire voluit, ſi pueri eius longius adſtitiſſent. Veruntamen nunquam hæc Eberulfus, vt erat vanus aduertit. Poſtquam autem conuiuium eſt finitum, ipſe ſimul ac Claudius per atrium domus baſilicæ deambulare cœperunt, ſibi D inuicem fidem ac charitatem Sacramentis intercurrentibus promittentes, His ita loquentibus ait Claudius Eberulfo, Delectat animum ad metatum tuum haurire potum, ſi vina odoramentis eſſent immixta, aut certè potentioris vini libationem ſtrenuitas tua requireret. Hæc eo dicente, gauiſus Eberulfus, reſpondit habere ſe dicens, & omnia quæ volueris ad metatum meum reperies: tantum vt dignetur Dominus meus tugurium ingredi manſionis meæ. Miſitque pueros, vnum poſt alium ad requirenda potentiora vina, Laticina videlicet atque Gatizinia. Cúmque illum à pueris relictum ſolum Claudius conſpexiſſet, eleuata contra baſilicam manu, ait, Martine beatiſſime fac me vxorem cum parentibus cito videre. Infœlix enim in diſcrimine poſitus, & hunc interficere in atrio cogitabat, & virtutem ſancti antiſtitis metuebat. Tunc vnus è pueris Claudij qui erat robuſtior, adprehenſum Eberulfum à tergo, validioribus lacertis adſtringit reſupinatumque pectus eius ad iugulandum parat, At Claudius extracto à baltheo gladio, ad eum dirigit. Sed & ille prolatum à cingulo ferrum ſe ad percutiendum dum teneretur aptat.

Claudius iureiurando fallit Eberulfum.

E Cumque Claudius eleuata dextera, cultrum eius pectori iniceiſſet, & ille non ſegniter ſub aſcella illius pugionem defixiſſet, retractoque ad ſe, librato ictu, pollicem Claudij intercidit, Ex hoc conuenientes pueri eius cum gladiis, Eberulſum diuerſis ictibus ſauciant. Quorum de manu dilapſus, dum fugere iam exanimis niteretur, extracto gladio caput eius grauiſſimè verberant, effuſóque cerebro cecidit, & mortuus eſt: nec promeruit ab eo ſaluari, quem fideliter nunquam intellexit capoſcere. Igitur Claudius timore perterritus, cellulam Abbatis expetiit, ab eo tutari ſe cupiens, in cuius patronum reuerentiam habere non ſapuit. Illo quoque reſidente, ait, Perpetratum eſt ſcelus immenſum, & niſi tu ſubueneris, peribimus. Hæc eo loquente, irruerunt pueri Eberulſi cum gladiis ac lanceis. Obſeratúmque reperientes oſtium effractis cellulæ vitreis haſtas per parietis feneſtras iniiciunt, Claudiúmque iam ſemiuiuum ictu transfigunt. Satellites autem eius poſt oſtia & ſub lectis abduntur. Abbas adprehenſus à duobus F clericis, inter gladiorum acies, vix viuus eripitur: reſeratiſque oſtiis turba gladiatorum ingreditur: Nonnulli etiam matriculariorum & reliquorum pauperum, pro ſcelere commiſſo tectum cellulæ conantur euertere. Sed & energumeni ac diuerſi egeni cum petris & fuſtibus ad vlciſcendam baſilicæ violentiam proficiſcuntur, indignè ferentes, cur talia quæ nunquam facta fuerant, eſſent ibidem perpetrata. Quid plura? Extrahuntur fugaces ex abditis, & crudeliter trucidantur. Pauimentum cellulæ tabo maculatur. Poſtquam vero interempti ſunt, extrahuntur foras, & nudi ſuper humum frigidam relinquuntur. Percuſſores vero nocte ſequenti adprehenſis ſpoliis fuga dilabuntur. Adfuit autem Dei vltio de præſenti ſuper eos qui beatum atrium humano ſanguine polluerunt. Sed nec eius facinus paruum eſſe cenſetur, quem talia beatus antiſtes perferre permiſit. Magnam ex hoc rex iracundiam habuit, ſed cognita ratione quieuit. Res tamen ipſius infœlicis tam mobiles quam immobiles, quod à prioribus relictum G fuerat, ſuis fidelibus condonauit: qui vxorem eius valde ſpoliatam, in ſancta baſilica reliquerunt. Corpus vero Claudij & reliquorum, parentes proximi auferentes in ſuam regionem ſepelierunt.

Claudius transfigitur.

Cap. 30. Gundobaldi literæ intercipiuntur.

Igitur Gundobaldus duos ad amicos ſuos amicos legatos direxit, clericos vtique: ex quibus vnus abbas Cadurcinæ vrbis, literas quas acceperat, cauata codicis tabula ſub cera recondidit. Sed adprehenſus ab hominibus regis Gunthchramni, repertis literis in regis præſentiam eſt deductus: qui cæſus grauiſſime, in cuſtodiam eſt retruſus.

Cap. 31.

Erat tunc temporis Gundobaldus in vrbe Burdegalenſi à Berthchramno Epiſcopo valde dilectus. inquirens autem quæ ei cauſæ ſolatium præbere poſſent, narrauit quidam, quod aliquis in partibus orientis rex, ablato ſancti Sergij martyris pollice, in dextro brachio corporis ſui inſeruiſſet. Cumque ei neceſſitas ad depellendum inimicos obueniſſet, in hoc confiſus auxilio, vbi dextri lacerti erexiſſet vlnam protinus multitudo H hoſtium quaſi martyris oppreſſa virtute labebatur in fugam. Hæc audiens Gundobaldus, inquirere diligentius cœpit quiſnam eſſet in eo loco qui reliquias ſancti Sergij martyris meruiſſet accipere. Interea proditus ab Epiſcopo Berthchramno Euſton negociator per inimicitiam quia inuitum aliquando eum rotunderat, inhians facultati eius. Quod ille diſpiciens, ad aliam vrbem tráſiens, cæſarie creſcente regreditur. Ait ergo Epiſcopus Eſt hic quidam Syrus Euſton nomine, qui de domo ſua Eccleſiam faciens, huius ſancti reliquias collocauit: & plurima ex his ſigna virtute martyris opitulante conſpexit. Nam cum tempore quodam Burdegalenſis ciuitas maximo flagraret incendio, hæc domus circundata flammis, nullatenus eſt adusta. Iſta eo dicente, ſtatim Mummolus curſu rapido cum Epiſcopo Berthchramno ad domum Syri accedit: vallatoque homine, pignera ſibi ſancta præcepit oſtendi. Negat ille: tamen cogitans quod pro malitia aliqua ei hæ pararentur inſidiæ, ait,

Miraculum ad reliquias B. Sergij.

Noli fatigare ſenem, nec ſancto inferre iniuriam ſed acceptis à me centum aureis abſcede. Illo quoque inſiſtente vt ſanctas videret reliquias, ducentos aureos obtulit & nec ſic obtinuit eum recedere niſi ipſa pignera viderentur. Tunc Mummolus eleuari ad parietem ſcalam iubet, erant enim in ſublimi parietis contra altarium in capſula reconditæ, diaconum ſuum ſcandere præcepit. Qui per gradus ſcandens ſcalæ, adprehendens capſam, ita tremore concuſſus eſt, vt nec viuens putaretur ad terram reuerti. Attamen accepta, vt diximus, capſula quæ de pariete pendebat, detulit. Qua perſcrutata Mummolus os de ſancti digito reperit, quod cultro ferire non metuit. Poſito enim deſuper cultro, & ſic de alio percutiebat. Cumque poſt multos ictus vix frangi potuiſſet, diuiſum in tres partes oſſiculum diuerſas in partes dilabitur. Credo non erat acceptum martyri, vt hæc ille contingeret. Tunc flente vehementius Euſtonio, proſternuntur omnes in orationem, deprecantes vt Deus dignaretur oſtēdere quæ ab oculis fuerāt humanis ablata. Poſt orationē autem repertæ ſunt particulæ, quibus vna Mummolus adſumpta, abſceſſit: ſed non (vt credo) cum gratia martyris, ſicut in ſequenti declaratū eſt. Dum autem in hac vrbe morarentur, Fauſtianum presbyterum Aquenſi vrbi Epiſcopum ordinari præcipiunt. Nuper enim in Aquēſi vrbe Epiſcopus obierat, & Nicetius comes loci illius, germanus Ruſtici, vici Iubenſis Epiſcopi præceptionem ab Chilperico elicuerat, vt tonſuratus ciuitati illi ſacerdos daretur. Sed Gundobaldus deſtruere nitens eius decreta, cōuocatis Epiſcopis iuſſit eum benedici: Bertheramnus autē Epiſcopus qui erat metropolis, cauens futura, Palladium Sanctonicum iniungit qui eum benediceret. Nam oculi ei eo tempore à lippitudine grauabantur. Fuit autem ad hanc ordinationem & Oreſtes Vaſatenſis Epiſcopus: ſed negauit hoc coram rege.

Cap. 32. Virga conſecrato.

Poſt hoc miſit iterum Gundobaldus duos legatos ad regem cum virgis conſecratis, iuxta ritum Francorum, vt ſcilicet non contingerentur ab vllo, ſed expoſita legatione cum reſponſo reuerterentur. Sed hi incauti, priuſquam regis præſentiam cernerent, multis quæ petebant explanauerunt. Exemplo ſermo cucurrit ad regem: atque vincti catenis in regis præſentiam, deducuntur. Tunc illi quid quærerent, ad quem directi, vel à quo fuerint miſſi negare non auſi, aiunt, Gundobaldus qui nuper ab oriente veniens, dicit ſe filium eſſe patris veſtri regis Chlotarij, miſit nos vt debiti portionem regni ſui recipiat: ſin autem à vobis non redditur noueritis eum in has partes cum exercitu eſſe venturum; omnes enim viri fortiſſimi regionis illius quæ vltra Duroniam ſita ad Gallias pertinet, ei coniuncti ſunt: & ita infit, Iudicabit tunc Deus cum in vnius campi planitie iunxerimus, verum ſim Chlotarij filius, an non. Tunc rex furore ſucceſſus iuſſit eos ad trocleas extendi, & fortiſſimè cædi, vt ſi vera eſſent quæ dicerent, euidentius adprobaretur: & ſi aliquid doli adhuc intra pectorum arcana retinerent, vis tormentorum extorqueret inuitis. Deinde increſcentibus ſupplicijs, aiunt, neptem illius, id eſt regis Chilperici filiam cum Magnulfo Tholoſanorum Epiſcopo exilio deputatam theſauros omnes ab ipſo Gundobaldo ſublatos, reddidiſſe ipſum quoque regem ab omnibus maioribus natu Childeberti regis expetitum eſſe, ſed præſertim cum Gunthchramnus Boſo ante hos annos Conſtantinopolim abiſſet, ipſum in Gallias inuitaſſe.

Legati Gundobaldi vinciuntur.

Cap. 33. Childeberto nepoti Guntchramnus regnum cedit.

Quibus actis & in carcerem retruſis, rex arceſſiri nepotem ſuum Childebertum iubet, vt ſcilicet coniuncti pariter homines iſtos audire deberent. Denique cum ſimul coniuncti, viros interrogarent, iterauerunt ea regibus ſimul aſtantibus, quæ prius ſolus rex Gunthchramnus audiuit. Adſerebant etiam conſtanter hanc cauſam, ſicut iam ſupra diximus omnibus ſenioribus in regno Childeberti regis eſſe cognitam. Et ob hoc nonnulli de prioribus regis Childeberti in hoc placitum abire timuerunt, qui in hac cauſa putabantur eſſe participes. Poſt hæc rex Gunthchramnus data in manu regis Childeberti haſta, ait, Hoc eſt indicium quo tibi omne regnum meum tradidi. Ex hoc nunc vade & omnes ciuitates meas tanquam tuas proprias, ſub tui iuris dominationem ſubiice. Nihil enim facientibus peccatis, de ſtirpe mea remanſit, niſi tu tantum qui mei fratris es filius. Tu enim hæres in omni regno meo ſuccede, cæteris exhæredibus factis. Tunc relictis omnibus adſumpto ſeorſum puero clam locutus eſt, prius obteſtans diligentiſſimè ne ſecreta conlocutio vlli hominum panderetur. Tunc indicauit ei quos in conſilio haberet, aut ſperneret à conloquio: quibus ſe crederet, quos vitaret, quos honoraret muneribus, quos ab honore depelleret. Interea interdicens vt Egidium Epiſcopum qui ei ſemper inimicus extiterat, nullo modo aut crederet aut haberet, quia & ipſi & patri ſuo ſæpius peierarat. Deinde cum ad conuiuium conueniſſent, cohortabatur Gunthchramnus rex omnem exercitum, dicens, Videte, ô viri, quia filius meus Childebertus iam vir magnus effectus eſt. Videte, & cauete ne eum pro paruulo habeatis. Relinquite nunc peruerſitates, atque præſumptiones quas exercetis, quia rex eſt cui vos nunc deſeruire debetis. Hæc & his ſimilia locutus, per triduum epulantes, atque iocundantes multiſque muneribus locupletantes, cum pace diſceſſerunt. Tunc ei reddidit rex Gunthchramnus omnia quæ pater eius Sygibertus habuerat, obteſtans ne ad matrem accederet, ne forte aliquis daretur aditus, qualiter ad Gundobaldum ſcriberet, aut ab eo ſcripta ſuſciperet.

Cap. 34.

Igitur Gundobaldus cum audiſſet ſibi exercitum propinquare, relictus à Deſiderio duce, Garonnam cum Sagittario Epiſcopo, Mūmolo, & Bladaſte ducibus atq; Vuaddone tranſiuit Conuenas petentes. Eſt enim vrbs in cacumine montis ſita, nullique monti contigua. Fons magnus ad radicem montis erumpens, circundatus turre tutiſſima: ad quem per cuniculum deſcendentes ex vrbe, latenter latices hauriunt. Hanc enim ingreſſus vrbem, in initio quadrageſimæ, locutus eſt ciuibus dicens, Noueritis me cum omnibus qui in regno Childeberti habentur, electum eſſe regem, atque haberi mecum non modicum ſolatium. Sed quoniam frater meus Gunthchramnus rex, immenſum aduerſus me mouet exercitum, oportet vos alimenta atque cunctam ſupellectilem intra murorum munitionem concludere, vt ſcilicet dum nobis illa pietas diuina auget ſolatium, non pereatis inopia. Hæc illis credentibus quæcunque habere potuerunt conlocantes in vrbe, præparabant ſe ad reſiſtendum. Eo tempore Gunthchramnus rex miſit literas ad Gundobaldum ex nomine Brunichildis reginæ, in quibus erat ſcriptum, vt relicto exercitu & in loca ſua abire iuſſo, ipſe remotior apud Burdegalenſem vrbem hiberna duceret. Scripſerat enim hæc doloſè, vt de eo plenius quid ageret, poſſet agnoſcere. Igitur commorante eo apud vrbem Conuenas, locutus eſt incolis dicens, Ecce iam exercitus adpropinquat, egredimini ad reſiſtendum. Quibus egredientibus hi occupantes portas atque claudentes, excluſo foris populo, cum Epiſcopo loci cunctaque in vrbe inuenire potuerant, ſuis ditionibus ſubdiderunt. Tantaque ibi multitudo annonæ atque vini reperta eſt, vt ſi viriliter ſtetiſſent, per multorum annorum ſpacia victus alimentis non egerent.

Gundobaldus Conuenas vrbem dolo inuadit.

Cap. 35. Gundobaldi theſauri capiuntur.

Audierant enim eo tempore duces Gunthchramni regis Gundobaldum vltra Garonnam in litore reſidere cum ingenti hoſtium multitudine: ipſoſque theſauros quos Riguntis tulerat ſecum retinere. Tunc impetu facto cum equis Garonnam nando tranſiere, nonnullis de exercitu in amne demerſis. Reliqui in litus egreſſi, requirentes Gundobaldum, inuenerunt camelos cum ingenti pondere auri atque argenti, ſiue equos quos feſſos per vias reliquerat. Audientes deinceps eos infra muros vrbis Conuenicæ commorari, relictis plauſtris ac diuerſis impedimentis cum populo minore robuſtiores viri ipſum ſicut iam Garonnam tranſierant, inſequi deſtinant. Quibus properantibus venerunt ad baſilicam ſancti Vincentij, quæ eſt iuxta terminum Agenenſis vrbis, vbi ipſe martyr pro Chriſti nomine ago-

B. Vincentij agonis locus.

nem

A nem dicitur conſummaſſe inueneruntque eam refertam diuerſis theſauris incolarum. Erat enim ſpes incolis non eſſe à Chriſtianis tanti martyris baſilicam violandam, cuius oſtia ſummo ſtudio obſerata erant. Nec mora, adpropinquans exercitus cum reſerare templi valuas non valeret, ignem accendit: conſumptiſque oſtiis, omnem ſubſtantiam, cunctamque ſupellectilem quam in ea inuenire potuerunt, cum ſacris miniſteriis abſtulerunt. Sed multos ibi vltio diuina contriuit. Nam pleriſque manus diuinitus vrebantur, emittentes fumum magnum ſicut ex incendio ſurgere ſolet. Nonnulli arrepti à dæmone per energiam debacchantes martyrem declamabant: Plurimi vero ſemoti à ſeditione propriis ſe iaculis ſauciabant. Reliquum vero vulgus inante non ſine grandi metu progreſſum eſt. Quid plura? Conuenitur ad Conuenas: ſic enim diximus nomen vrbis: omnique phalanga in ſuburbana vrbis campania caſtrametata eſt: ibique extenſis tentoriis, reſidebat. Vaſtabatur in circuitu tota regio: nonnulli autem ab exercitu, quos fortior auaritiæ aculeus terebrabat, longius B euagantes perimebantur ab incolis.

Sacrilegorum punitio.

Cap. 36. Conuicia in Gundobaldum.

Abſcondebant enim ſe multi per collem, & cum Gundobaldo ſæpiùs loquebantur, inferentes ei conuicia ac dicentes, Tune es pictor ille qui tempore Chlotharij regis per oratoria, parietes atque cameras caraxabas? Tune es ille quem Ballomerem nomine ſæpiùs Galliarum incolæ vocitabant? Tune es ille qui plerumque à regibus Francorum propter has præſumptiones quas profers, tonſuratus, & exilio datus es? Vel quis te infœliciſſime hominum in hæc loca adduxit, edicito. Quis tibi tantam audaciam, præſtitit, vt dominorum ac regum noſtrorum fines auderes attingere? certè ſi à quoquam es euocatus, clara voce teſtare. En tibi ante oculos mortem expoſitam: en ipſam quam diu quæſiſti exitij foueam, in quam præceps deiiciaris. Dic ſatellites viritim, vel à quibus inuiteris enuncia. At ille cum hæc audiret, propius ſuper portam adſtans dicebat, Quod me Clotharius pater meus exoſum habuerit, habetur C incognitum nulli: quod autem ab eo vel deinceps à fratribus ſim tonſuratus, manifeſtum eſt omnibus. Et hæc me cauſa Narſeti præfecto Italiæ iunxit: ibique vxorem accipiens, duos filios generaui. Qua mortua, adſumptis mecum liberis, Conſtantinopolim abij. Ab imperatoribus vero ſuſceptus benigniſſime, vſque ad hoc tempus vixi. Ante hos enim annos cum Gunthchramnus Boſo Conſtantinopolim abiiſſet, & ego ſollicitus cauſa fratrum meorum diligenter rimarer, cognoui generationem noſtram valdè attenuatam, nec ſupereſſe de ſtirpe noſtra, niſi Childebertum & Gunthchramnum, fratrem ſcilicet, & fratris mei filium. Filij enim Chilperici regis cum ipſo interierant, vno tantum paruulo derelicto. Gunthchramnus frater meus filios non habebat. Childebertus nepos noſter, minimè fortis erat. Tunc Gunthchramnus Boſo his mihi diligenter expoſitis, inuitauit me, dicens, Veni quia ab omnibus regni regis Childeberti principibus inuitaris, nec quiſquam contra te mutire auſus eſt. Scimus enim omnes te D filium eſſe Chlotarij: nec remanſit in Galliis qui regnum illud regere poſſit, niſi tu aduenias. At ego datis ei multis muneribus per duodecim loca, ſancta ab eo ſuſcipio Sacramenta vt ſecurus in hoc regnum accederem. Veni enim Maſſiliam, ibique me Epiſcopus ſumma benignitate ſuſcepit: habebat enim ſcripta ſeniorum regni nepotis mei. Ex hoc enim Auinionem acceſſi, iuxta placita patritij Mummoli. Gunthchramnus vero immemor Sacramenti ac promiſſionis ſuæ, theſauros meos abſtulit, & in ſuam ditionem ſubegit. Nunc autem recognoſcite, quia ego ſum rex, ſicut & frater meus Gunthchramnus. Tamen ſi tanto odio noſtro mens veſtra graſſatur, vel ad regem veſtrum deducar, & ſi me cognoſcit fratrem, quod voluerit faciat. Certè ſi nec hoc volueritis, vel liceat mihi regredi vnde prius egreſſus ſum; abibo enim & nulli quicquam iniuriæ inferam. Tamen vt ſciatis vera eſſe quæ dico, Radegundem Pictauam, & Ingetrudem Turonicam interrogate: Ipſæ

Gundobaldi vita.

E enim vobis adfirmabunt certa eſſe quæ loquor. Hæc eo dicente, multi cum conuiciis & improperiis hæc verba proſequebantur.

Quintus & decimus in hac obſidione effulſerat dies, & Leudegiſilus nouas ad deſtruendam vrbem machinas præparabat: plauſtra enim cum arietibus, cletellis & axibus texta, ſub quibus exercitus properaret ad deſtruendos muros. Sed cum adpropinquaſſent, ita lapidibus obruebantur, vt omnes adpropinquantes muro corruerent. Cuppas cum pice & adipe accenſas ſupra eos proiicientes, alias vero lapidibus plenas ſuper eos deiiciebant. Sed cum nox certamina prohiberet, hoſtes ad caſtra regreſſi ſunt. Erat autem cum Gundobaldo & Chariulfus valde diues ac præpotens, cuius apothecis ac promptuariis vrbs valde referta erat: de cuius ſubſtantia hi maxime alebantur. Bladaſtes autem hæc cernens quæ gerebantur, metuens ne Leudegiſilus obtenta victoria eos morti traderet, impoſito igne in Eccleſiæ domo, concurrentibus ad incendium mitigandum incluſis, ille fuga dilapſus abceſſit. Hoc autem facto, exercitus iterum ad bella conſurgit, ac ex virgis faſces faciunt, quaſi ad complendam vallem profundam, quæ à parte orientis ſita erat: ſed nocere hæc machinatio nihil potuit: Sagittarius vero Epiſcopus, frequentius muros cum armis circuibat, & ſæpius lapides contra hoſtem manu propria iecit è muro.

Cap. 37.

Machina belli.

F

Bladaſtis ingenioſa fuga.

Cap. 38.

Denique ij qui vrbem impugnabant, cum viderent quod nihil proficere poſſent, nuncios occultos ad Mummolum dirigunt, dicentes, Recognoſce dominum tuum, & à peruerſitate iſta tandem aliquando deſiſte. Quæ enim te amentia vallat, vt ignoto homini ſubiungaris? Vxor enim tua iam cum filiis captiuata eſt: filii tui utpote iam interfecti ſunt. Quo ruis? quidve præſtolaris, niſi vt corruas? Hæc ille mandata accipiens, dixit, iam vt video regnum noſtrum finem accipit, & potentia cadit. Vnum ſupereſt, ſi ſecuritatem vitæ me habere cognoſcerem, de multo vos labore poteram remouere. Diſcedentibus nunciis, Sagittarius Epiſcopus cum Mummolo, Chariulfo atque Vuaddone, ad Eccleſiam pergit: ibique ſibi ſacramenta dederunt, vt ſi de vitæ promiſſione certiores fierent, relicta amicitia Gundobaldi, ipſum hoſtibus traderent. Reuerſi iterum nuncii promiſerunt eis vitæ ſecuritatem. Mummolus vero dixit, Hoc tantum fiat, ego hunc in manu veſtra tradam: & ego recognoſcens dominum meum regem, ad eius præſentiam properabo. Tunc illi promittunt, quod ſi hæc impleret, ipſum in charitate ſuſciperent. Et ſi eum regi excuſare non poſſent, in Eccleſiam ponerent, ne vitæ amiſſione mulctaretur. Hæc cum Sacramenti interpoſitione polliciti, diſceſſerunt. Mummolus vero, cum Sagittario Epiſcopo, & Vuaddone ad Gundobaldum pergentes, dixerunt Sacramenta fidelitatis qualia tibi dedimus ipſe qui præſens es noſti. Nunc autem accipe ſalubre conſilium; diſcede ab hac vrbe, & repræſentare fratri tuo, ſicut ſæpè quæſiſti. Iam enim cum his hominibus collocuti ſumus, & ipſi dixerunt: quia non vult rex perdere ſolatium tuum eo quod parum de generatione veſtra remanſerit. At ille intelligens dolum eorum lachrymis perfuſus ait, Inuitatione veſtra in has Gallias ſum celatus. Theſaurorum vero meorum, in quibus immenſum pondus argenti continetur & auri, ac diuerſarum ſpecierum, aliquid in Auennica vrbe retinetur, aliquid Gunthchramnus Boſo diripuit. Ego vero iuxta Dei auxilium ſpe omni in vobis poſita, vobis conſilium meum credidi: per vos regnare ſemper optaui. Nunc cum Deo vobis ſit actio, ſi quid mihi mendacij dixeritis: ipſe enim iudicet cauſam meam. Hæc eo dicente, reſpondit Mummolus, nihil tibi fallaciter loquimur: ſed ecce viros fortiſſimos ſtantes ad portam, tuum operientes aduentum, Nunc autem depone baltheum meum aureum quo cingeris, ne videaris in iactantia procedere: & tuum accinge gladium, meumque reſtitue; & ille, Non ſimpliciter, inquit, hæc verba ſuſcipio, vt ea quæ de tuis vſque nunc in charitate vſus ſum, à me auferantur.

G

Mummolus Gundobaldũ prodit hoſtibus.

H

A

auferantur. Mummolus vero adſerebat cum iuramento, nihil ei moleſtè fieri. Egreſſi igitur portam, ab Ollone Biturigum comite, & Boſone ſuſceptus eſt. Mummolus autem cum ſatellitibus in vrbem regreſſus, portam firmiſſimè obſerauit. Hic autem cum ſe in manibus inimicorum cerneret traditum, eleuatis ad cœlum manibus & oculis, ait, Iudex æterne, & vltio vera Innocentium, Deus à quo omnis iuſtitia procedit, cui mendacium non placet, in quo nullus dolus neque verſutia malitiæ continetur, tibi commendo cauſam meam, deprecans vt ſis velociter vltor ſuper eos qui me inſontem manibus tradiderunt inimicorum. Hæc cum dixiſſet, conſignans ſe cruce dominica, abire cœpit cum hominibus ſupradictis. Cumque à porta ſe elongaſſent, ſicut eſt circa vrbem vallis tota in præcipitium, impulſus ab Ollone cecidit, illo quoque clamante: En vobis Ballomerem veſtrum, qui ſe regis & fratrem dicit & filium. Et immiſſa lancea, voluit eum transfigere, ſed repulſa à circulis loricæ nihil nocuit. Denique cum eleuatus ad montem regredi niteretur, Boſo emiſſo lapide caput eius librauit, qui cecidit, & mortuus eſt. Venitque omne vulgus, & defixis in eum lanceis, pedes eius fune ligantes, per omnia exercituum caſtra traxerunt: euellentéſque cæſariem ac barbam eius, inſepultum ipſo in loco quo interfectus fuerat, reliquerunt. Nocte vero ſequenti, ij qui primi erant, omnes theſauros quos in vrbe reperire potuerunt cum miniſteriis Eccleſiæ clam abſtulerunt. Mane vero reſeratis portarum valuis, immiſſo exercitu, omne vulgus incluſum in ore gladij tradiderunt, Sacerdotes quoque Domini cum miniſtris ad ipſa Eccleſiarum altaria trucidantes. Poſtquam autem cunctos interfecerunt, vt non remaneret mingens ad parietem, omnem vrbem cum Eccleſiis reliquiſque ædificiis ſuccenderunt, nihil ibi præter humum vacuam relinquentes.

Cruce conſignat ſe Gundob.

B

Gundobaldus occiditur.

Cap. 39. *Sagittarius Epiſcopus ei...*

Igitur Leudegiſilus rediens ad caſtra cum Mummolo & Sagittario, Cariolfo, & Vuaddone, nuncios occultè ad regem dirigit, quid de his fieri velit. At ille capitali eos iuſſit finire ſententia. Vuaddo tunc cum Cariulfo, relictis filiis obſidibus, diſceſſerunt ab eis. Delato quoque nuncio de horum interitu, cum hoc Mummolus aduertiſſet, accinctus armis tugurium Leudegiſili petit. At ille videns eum, ait: Quid ſic, inquit, quaſi fugiens venis? cui ille, Nihil vt video, de fide promiſſa ſeruatur: nam cerno me in mortis exitio poſitum. Cui ille, Egó egrediar foras, & omnia mitigabo. Quo egrediente, confeſtim ex iuſſu eius vallata eſt domus, vt hic interficeretur. Sed & ille cum diutiſſime contra bellantes reſtitiſſet, venit ad oſtium. Cumque egrederetur, duo cum lanceis vtraque ei latera feriunt, ſicque cecidit, & mortuus eſt. Quo viſo Epiſcopus, dum timore conſternatus paueret, ait ad eum quidam de aſtantibus, Inſpice propriis oculis Epiſcope, quæ geruntur: & tecto capite, ne agnoſcaris, Siluam pete, vt abſcondaris paululum, atque ira labente poſſis euadere. At ille accepto conſilio, dum obtecto capite fugere niteretur, extracto quidam gladio caput eius cum cucullo decidit. Deinde vnuſquiſque ad propria rediens, magnas per viam prædas & homicidia fecit. Fredegundis autem his diebus Cuppanem in Tholoſanum direxit, vt ſcilicet filiam ſuam exinde quocumque modo poſſet, erueret. Ferebant enim plerique ob hoc eum transmiſſum, vt ſi Gondobaldum reperiſſet viuum, multis inlectum promiſſionibus ad eam transduceret. Sed cum hoc facere nequiuiſſet, acceptam Riguntem è loco illo reduxit, non ſine grandi humilitate atque contumelia.

C

Mummolo caditur.

D

Cap. 40. *Gunthchramnus Mummoli theſauros pauperibus & Eccleſiis diſtribuit.*

Igitur Leudegiſilus dux cum theſauris omnibus quos ſuperius nominauimus, ad regem venit: quos poſtea rex pauperibus & Eccleſiis erogauit. Adprehenſa vero vxore Mummoli, inquirere rex cœpit, quid theſauri quos ij congregauerant, deueniſſent. Sed illa cognoſcens virum ſuum interfectum fuiſſe, & omnem iactantiam eorum prorſus in terram corruiſſe, omnia pandit, dixitque, Multum adhuc apud vrbem Auinionenſem auri atque argenti eſſe, quæ ad regis notitiam non veniſſent. Statimque miſit rex viros qui hæc deferre deberent cum vno puero, quem valde creditum Mummolus habens, hæc ei commendauerat. Adeuntes autem acceperunt omnia quæ in vrbe relicta fuerant. Ferunt autem ducenta & quinquaginta talenta argenti fuiſſe; auri vero amplius quam triginta. Sed hæc, vt ferunt, de reperto antiquo theſauro abſtulit. Quod rex diuiſum cum Childeberto rege nepote ſuo, partem ſuam maximè pauperibus eſt largitus: mulieri autem nihil amplius quam ea quæ de parentibus habuerat, relinquens.

E

Cap. 41. *Gygas de genio Mummoli.*

Tunc & homo ille immenſi corporis ad regem de Mummoli familiaribus adductus eſt, ita magno corpore elatus, vt duos aut tres pedes ſuper longiſſimos homines putaretur magnus, lignarius faber, qui non multo poſt obiit.

Cap. 42.

Poſt hæc edictum à iudicibus datum eſt, vt qui in hac expeditione tardi fuerant, damnarentur. Biturigum quoque comes miſit pueros ſuos, vt in domo beati Martini quæ in hoc termino ſita eſt, huiuſmodi homines ſpoliare deberent. Sed agens domus illius reſiſtere fortiter cœpit, dicens, Sancti Martini homines ij ſunt: nihil eis quicquam inferatis iniuriæ, quia non habuerunt conſuetudinem in talibus cauſis abire. At illi dixerunt, Nihil nobis & Martino tuo, quem ſemper in cauſis inaniter profers: ſed & tu, & ipſi pretia diſſoluetis pro eo quod regis imperium negLexiſtis. Et hæc dicens ingreſſus eſt atrium domus. Protinus dolore percuſſus cecidit, & grauiter agere cœpit. Conuerſuſque ad agentem, voce flebili ait, Rogo vt facias ſuper me crucem Domini, & inuoces nomen B. Martini. Nunc autem cognoui, quod magna eſt virtus eius: nam ingrediente me atrium domus, vidi virum ſenem exhibentem arborem in manu ſua quæ mox extenſis ramis omne atrium texit, ex ea enim vnus me attigit ramus, de cuius ictu turbatus corrui: & innuens ſuis rogabat: vt eiiceretur de atrio. Egreſſus autem, inuocare nomen beati Martini attentius cœpit. Ex hoc enim commodius agens, ſanatus eſt.

F

Violator templi B. Martini punitur.

G

Cap. 43.

Deſiderius vero infra caſtrorum munitionem ſe reſque ſuas tutauit. Vuaddo maior domus Riguntis ad Brunichildem reginam tranſiit. Et ab ea ſuſceptus, cum muneribus & gratia eſt dimiſſus. Cariulfus Baſilicam ſancti Martini expetiit.

Cap. 44. *Pythoniſſa maxima quæſtum diuinando facit.*

Fuit tunc temporis mulier, quæ ſpiritum Pythonis habens, multum præſtabat Dominis diuinando quæſtum. Eoque in gratia profecit, vt ab his libera facta, ſuis voluntatibus laxaretur. Si quis enim aut furtum, aut aliquid mali præferret, ſtatim hæc quo fur abiit, cui tradidit, vel quid ex hoc fecerit, edicebat. Congregabat quotidie aurum argentúmque, procedens in ornamentis, ita vt putaretur aliquid eſſe diuinum in populis. Sed cum Agerico Viridunenſi Epiſcopo hæc nunciata fuiſſent, miſit ad comprehendendum eam. Qua adprehenſa & ad ſe adducta, iuxta id quod in Actibus legimus Apoſtolicis, cognouit in ea immundum ſpiritum eſſe Pythonis. Denique cum exorciſmum ſuper eam diceret, ac frontem oleo ſancto perungeret, exclamauit dæmonium, & quid eſſet prodidit Sacerdoti. Sed cum per eum à puella non extruderetur, abire permiſſa eſt. Cernens vero puella quòd in loco illo habitare non poſſet, ad Fredegundem reginam abiit, ibique & latuit.

Cap. 45. *Fames maxima.*

Magna hoc anno fames pene Gallias totas oppreſſit: nam plurimi vuarum ſemina, flores auellanarum, nonnulli radices herbæ filicis arefactas redactáſque in puluerem, admiſcentes parum farinæ, panem conficiebant: multi etiam herbam ſegetum decidentes, ſimiliter faciebant. Fuerunt etiam multi quibus non erat aliquid farinæ, qui diuerſas colligentes herbas, & comedentes tumefacti deficiebant. Plurimi enim tunc ex inedia tabeſcentes, mortui ſunt: grauiter tunc negociatores populum ſpoliauerunt, ita vt vix, vel modium annonæ, aut ſemimodium vini vno triente venúdarent.

Digitized by Google

A Subdebant ſe pauperes ſeruitio, vt quantulumcunque de alimento porrigerent.

His diebus Chriſtophorus negociator Aurelianenſem vrbem abiit. Audierat enim quod eò multum vini delatum fuiſſet. Abiens ergo comparato vino & liuetibus inuecto, accepta à ſocero pecunia multa, cum duobus pueris Saxonibus viam equitando terebat. Pueri vero diu dominum exoſum habebant, & plerumque fugerant illum, eo quod crebrius grauiſſimè verberarentur. Cum veniſſent in quandam ſiluam, præcedente Domino, puer vnus iaculata validè lancea, Dominum ſuum transfixit. *Serui dominum necant.* Quo ruente, alius cum framea caput eius dilacerauit, & ſic ab vtroque in fruſta decicisus exanimis eſt relictus. Hi vero accipientes pecuniam, fuga dilapſi ſunt. Frater vero Chriſtophori ſepulto corpuſculo, homines ſuos poſt pueros dirigit: qui iuniorem comprehenſum ligant, ſeniore cum pecunia fugiente. Quibus redeuntibus, cum vinctum laxius reliquiſſent, accepta lancea vnum ex his à quibus adducebatur, interemit. B Sed deductus ab aliis vſque Turonos diuerſis ſuppliciis adfectus detruncatúſque, patibulo valdè exanimis eſt adpenſus.

C *c. 47.* Grauia tunc inter Turonicos ciues bella ciuilia ſurrexerunt. Nam Sicharius Ioannis quondam filius, dum natalis dominici ſolemnè apud Montalomagenſem vicum, cum Auſtregiſilo reliquiſque pagenſibus celebraret, Presbyter loci miſit puerum ad aliquorum hominum inuitationem, vt ad domum eius bibendi gratia venire deberent. *Seditio Turonenſis.* Veniente vero puero, vnus ex his qui inuitabantur, extracto gladio eum ferire non metuit: qui ſtatim cecidit, & mortuus eſt. Quod cum Sicharius audiſſet, qui inimicitias cum Presbytero retinebat, quod ſcilicet puer eius fuerit interfectus, arreptis armis Eccleſiam petiit, Auſtregiſilum operiens. Ille autem hæc audiens, adprehenſo armorum adparatu, contra eum dirigit: mixtiſque omnibus cum ſe pars vtraque confideret, Sicharius inter clericos ereptus, ad villam ſuam effugit, relictis in domo Presbyteri cum C argento & veſtimentis quatuor pueris ſauciatis. Quo fugiente Auſtregiſilus iterum irruens, interfectis pueris, aurum argentúmque cum reliquis rebus abſtulit. Dehinc cum in iudicio ciuium conueniſſent, & præceptum eſſet vt Auſtregiſilus qui homicida erat & interfectis pueris res ſine audientia diripuerat, cenſura legali condemnaretur: inito placito paucis infrà diebus Sicharius audiens, quod res quas Auſtregiſilus diripuerat, cum Aunone & filio atque eius fratre Eberulfo retinerentur, poſtpoſito placito, coniunctus Audino, mota ſeditione cum armatis viris inruit ſuper eos nocte, Eliſoque hoſpitio in quo dormiebant, patrem cum fratre & filio interemit: réſque eorum cum pecoribus interfectiſque ſeruis abduxit. Quod nos audientes, vehementer ex hoc moleſti, adiuncto iudice, mittimus ad eos legationem, vt in noſtri præſentiam venientes accepta ratione cum pace diſcederent: ne iurgium in amplius pullularet. Quibus venientibus conuinctiſque ciuibus ego aio, Nolite ô viri in ſceleribus proficere, ne malum longius extendatur, perdidimus enim Eccleſiæ D filios: metuimus nunc ne & aliis in hac intentione careamus. Eſtote quæſo pacifici, & qui malum geſſit, ſtante charitate componat, vt ſitis filij pacifici, qui digni ſitis, regnum Dei ipſo Domino tribuente percipere. Sic enim ipſe ait, Beati pacifici, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Ecce enim & ſi illi qui noxæ ſubditur, minor eſt facultas, argento Eccleſiæ redimetur: interim anima viri non pereat. Et hæc dicens, obtuli argentum Eccleſiæ, ſed pars Chramniſindi quæ mortem patris fratriſque & patrui requirebat, accipere noluit. His diſcendentibus Sicharius, ita vt ad regem ambularet præpſiat, & ob hoc Pictauum ad vxorem cernendam proficiſcitor. Cumque ſeruum, vt exerceret operam, commoneret, eleuataque virga ictibus verberaret, Ille extracto balthei gladio, Dominum ſauciare non metuit. Quo in terram ruente, currentes amici, adprehenſum ſeruum crudeliter cæſum, truncatis manibus & pedibus, patibulo damnauerunt. E Interim ſonus in Turonicum exiit, Sicharium fuiſſe defunctum. Cum autem hæc Chramniſindus audiſſet, commotis parentibus & amicis ad domum eius properat. Quibus ſpoliatis, interemptis nonnullis ſeruorum, domus omnes tam Sicharij quam reliquorum qui participes huius villæ erant, incendio concremauit, abducens ſecum pecora, & quæcunque mouere potuit. Tunc partes à iudice ad ciuitatem deductæ, cauſas proprias proloquuntur: inuentúmque eſt à iudicibus, vt qui nolens accipere prius compoſitionem, domos incendiis tradidit, medietatem precij quod ei fuerat iudicatum, amitteret. Et hoc contra leges actum, vt tantum pacifici redderentur, aliam vero medietatem compoſitionis Sicharius redderet. Tunc dato ab Eccleſia argento, quæ iudicauerant accepta ſecuritate componunt, datis ſibi partes inuicem Sacramentis, vt nullo vnquam tempore contra alteram pars altera muſſitaret: & ſic altercatio terminum fecit. F

GREGORII TVRONENSIS Hiſtoriarum.

LIBER VIII.

IGITVR Gunthchramnus rex anno 24. regni ſui de Cabillono progreſſus, Niuernenſem vrbem adgreditur. *Cap. 1. Gunthchramnus ſumma acclamatione excipitur.* Inuitatus enim Pariſios veniebat, vt Chilperici filium quem iam Clotharium vocitabat à ſacro regenerationis fonte deberet excipere. Digreſſus vero à Niuerno ad Aurelianenſem vrbem venit, magnum ſe tunc ciuibus ſuis præbens, nam per domos eorum inuitatus abibat, & prandia data libabat. Multum ab his muneratus, munetaque ipſis profluа benignitate largitus eſt. G Sed cum ad vrbem Aurelianenſem veniſſet, erat ea die ſolennitas beati Martini, id eſt IV. nonas menſis quinti Proceſſitque in obuiam eius immenſa populi turba cum ſignis atque vexillis, canentes laudes. Et hinc lingua Syrorum, hinc Latinorum, hinc etiam ipſorum Iudæorum in diuerſis laudibus variè concrepabat, dicens, Viuat rex, regnumque eius in populis annis innumeris dilatetur. Iudæi vero qui in his laudibus videbantur eſſe participes, dicebant, Omnes gentes te adorent, tibique genu flectant, atque tibi ſint ſubditæ. Vnde factum eſt vt celebratis Miſſis, cum rex ad conuiuium reſideret, diceret, Væ genti Iudaicæ malæ & perfidæ, ac ſubdolo ſemper ſenſu viuenti. Ob hoc enim mihi, inquit, hodie laudes adulatorias acclamabant, vt me cunctæ gentes quaſi Dominum adorarent, vt ſynagogam eorum quæ dudum à Chriſtianis diruta eſt, iuberem ope publica ſubleuari: quod iubente domino nunquam ero facturus. O regem admirabili prudentia clarum! Sic intellexit doloſitatem hæreticorum, vt ei penitus non valerent ſubripere quæ erant poſtmodum ſuggeſturi. H Iam enim mediante epulo rex locutus eſt Sacerdotibus qui aderant dicens: Rogo vt in domo mea craſtina die veſtram promerear benedictionem, ſiatque mihi ſalus in ingreſſu veſtro, vt ex hoc ſaluus fiam cum ſuper me humilem veſtrarum benedictionum verba defluxerint. Hæc eo dicente omnes gratias agentes epulo expleto ſurreximus.

Mane autem facto, dum rex loca ſanctorum orationis gratia viſitaret ad metatum noſtrum aduenit, erat enim ibi baſilica ſancti Auiti abbatis, cuius in libro miraculorum meminimus. *Cap. 2. Gunthchramnus conuiuio excipit Epiſcopos.* Surrexi gauiſus, fateor, ad occurſum eius, & data oratione deprecor vt in manſione mea eulogias beati Martini dignaretur accipere. Quod ille non reſpuens, benigno animo ingreſſus, hauſto poculo, ad monitis nobis, ad conuiuium lætus abſceſſit. Tunc Bertheramnus Burdegalenſis Epiſcopus

cum

A cum Palladio Sanctunico valde regi infenſus erat pro ſuſceptione Gundobaldi, cuius ſupra meminimus: ſed & Palladius Epiſcopus ob hoc maximè regis iram incurrerat, quod ei ſæpius fallacias intuliſſet, diſcuſſi enim ante paululum fuerant ab reliquis Epiſcopis & optimatibus regis, cur Gundobaldum ſuſcepiſſent, cur Fauſtianum Aquis Epiſcopum ad præceptionem eius leuiſſimam ordinaſſent. Sed hanc cauſam ordinationis Palladius Epiſcopus à Bertbehramuo metropolitano ſuo auferens ſuper ſe deuoluit dicens, Oculi metropolitani mei valde doloribus artabantur, & ego ſpoliatus & contemptus, inuitus in eo loco adductus ſum. Non potui aliud facere, niſi quæ ille qui omnem principatum Galliarum ſe teſtabatur accipere, imperabat. Cum hæc regi nuntiata fuiſſent, valde commotus eſt, ita vt vix obtineri poſſet vt eos ad conuiuium conuocaret quos antea non viderat. Viſoque Berthchramno, interrogat rex: Quis, ait, eſt iſte? diu enim erat quod ab eo viſus non fuerat, dixeruntque, Hic

B eſt Bertheramnus Burdegalenſis vrbis Epiſcopus. Cui ille, Gratias, inquit, agimus quod ſic cuſtodiſti fidem generationi tuæ. Scire enim te oportuerat dilectiſſime pater, quod parens eras nobis ex matre noſtra, & ſuper gentem tuam non debueras inducere peſtem extraneam. Cumque talia & his ſimilia Bertberamnus audiſſet, conuerſus ad Palladium rex ait, Nec tibi ò Palladi Epiſcope, nimium ſunt gratiæ referendæ. Tertio enim mihi (quod Epiſcopo dici iniquum eſt) peierasti, mittens indiculos doloſitate plenos: à me excuſabaris per Epiſtolas, & germanum meum cum ſcriptis aliis inuitabas. Iudicauit enim Deus cauſam meam, cum ego prouocare vos ſemper tanquam Eccleſiæ patres ſtuduí, & vos circa me ſemper egiſtis doloſe. Nicatio autem & Antidio Epiſcopis dixit, Quid vos ò ſanctiſſimi patres pro regionis vtilitate, vel regni noſtri ſoſpitate tractaſtis, edicite. Illis quoque tacentibus, ablutis rex manibus, accepta à ſacerdotibus benedictione, ad menſam recedit læto vultu & hilari facie, quaſi nihil de contemptu ſuo fuiſſet effatus.

Benedictio ſacerdotum.

C

Cap. 3. Sacerdotes iubet Gunthchramnus cantare.

Interea iam medio prandij peracto, iubet rex vt diaconum noſtrum qui ante dieo ad Miſſas pſalmum reſponſorium dixerat, canere iuberem. Quo canente, iubet iterum mihi vt omnes Sacerdotes qui aderant, per meam commonitionem datis ex officio ſuo ſingulis clericis, coram rege iuberentur cantare. Per me enim ſecundum regis imperium admoniti, quiſque vt potuit in regis præſentia pſalmum reſponſorium decantauit. Cum autem fercula proferrentur, dixit rex, Argentum omne quod cernitis, Mummoli illius perfidi fuit. Sed nunc gratia Domini tribuente in noſtram dominationem tranſlatum eſt, nam quindecim ex eo caninos, vt iſtum maiorem cernitis, iam concidi, & non exinde amplius quam hunc & alium de centum ſeptuaginta libris reſeruaui. Et quid amplius quam ad opus quotidianum neceſſe eſt me retinere? Non ego, quod peius eſt, alium filium præter Childebertum habeo, cui ſatis ſit de theſauris quos ei pater reliquit: & quæ iam de huius miſerrimi rebus, quæ Auinione inuentæ ſunt, tranſmittere curaui. Reliqua vero pauperum & Eccleſiarum erunt neceſſitatibus tribuenda.

Mummoli argentum diſtribuitur.

D

Cap. 4. Laus Childeberti.

Vnum vos tantummodo Sacerdotes Domini, deprecor vt pro filio meo Childeberto, Domini miſericordiam exoretis. Eſt enim vir ſapiens atque vtilis, vt de multorum annorum æuo vix ita cautus homo reperiri poſſit ac ſtrenuus: quia ſi hunc Deus his Galliis concedere dignabitur, fortaſſis ſpes erit de eodem gentem noſtram, quæ valdè exinanita eſt, poſſe conſurgere. Quod fieri iuxta eius miſericordiam non diffido, eo quod tale fuerit pueri natiuitatis præſagium. Nam in die ſancto Paſchæ ſtante fratre meo Sygiberto in Eccleſia, procedente Diacono cum ſancto Euangeliorum libro nuncius regi aduenit, vnaque vox fuit pronunciantis lectionem Euangelicam, ac nuncij dicentis, Filius natus eſt tibi: vnde factum eſt vt omnis populus in vtraque annunciatione proclamaret pariter: Gloria

E Deo omnipotenti. Sed Baptiſmum in die ſancto Pentecoſtes accepit & rex nihilominus in die ſancto Dominicæ natiuitatis eſt eleuatus. Vnde ſi oratio veſtra proſequitur, poterit hic Domino annuente regnare. Hæc rege dicente, omnes orationem fuderunt ad Dominum; vt vtrumque regem eius miſericordia conſeruaret. Adiecitque rex. Verum quia mater eius Brunichildis me minatur interimere: ſed nihil mihi ex hoc formidinis eſt, Dominus enim qui me eripuit de manibus inimicorum meorum, & de huius inſidiis liberabit me.

Cap. 5.

Multa tunc & in Theodorum aduerſa locutus eſt, proteſtans, quod ſi ad ſynodum veniret, iterum exilio traderetur dicens, Scio enim quod horum cauſa Germanum meum Chilpericum interfici fecit. Denique nec nos pro viris haberi debemus. ſi eius necem vlciſci non valemus hoc anno. Cui ego reſpondi, Et quis Chilpericum interemit, niſi malitia ſua tuaque oratio? multas enim tibi contra iuſtitiam tendit inſidias, quæ

Viſiones de Chilperico.

F ei mortis exitium intulerunt. Quod vt dicam valde hoc per viſionem ſomni inſpexi, cum viderem eum à te tonſurato capite quaſi Epiſcopum ordinari, deinde ſuper cathedram puram ſola fuligine tectam impoſitum ferri, prælucentibus coram eo lychnis ac cereis. Me hæc narrante, rex ait, Vidi & ego aliam viſionem quæ huius interitum nuntiauit. Adducebatur enim in conſpectu meo à tribus Epiſcopis vinctus catenis, quorum vnus Tetricus, alius Agricola, tertius vero Nicetius Lugdunenſis erat: è quibus dicebant duo, Soluite quæſumus eum & caſtigatum abire permittite. Quibus econtrario cum amaritudine Tetricus Epiſcopus reſpondebat, Non fiet ita, ſed igni concremabitur pro ſceleribus ſuis. Et cum diu multúmque quaſi altercantes hæc inter ſe verba proferrent, conſpicio eminus æneum ſuper ignem poſitum feruere vehementer. Tunc me flente, apprehenſum infelicem Chilpericum confractis membris proiiciunt in æneum. Nec mora, inter vndarum vapores ita diſſolutus ac liquefactus eſt, vt nullum ex eo penitus indicium remaneret. Hæc rege dicente, admirantibus nobis epulo expleto ſurreximus.

G

Cap. 6. Garacharius ac Bladaſtes reſtituuntur.

Rex igitur in craſtinum in venationem progreſſus eſt: quo redeunte, Garacharius comes Burdegalenſis atque Bladaſtes à nobis repræſentati ſunt: qui, vt ſuperius diximus, in baſilica ſancti Martini confugium fecerant, pro eo quod Gundobaldo coniuncti fuiſſent. Nam cum prius pro his deprecatus, nihil obtinere potuiſſem, hæc in ſequenti locutus ſum: Audiat ô rex poteſtas tua: ecce à Domino meo in legatione ad te directus ſum, ſed quid renunciabo ei qui me miſit, cum nihil mihi reſponſi reddere velis? At ille obſtupefactus ait: Et quis eſt Dominus tuus, qui te miſit? Cui ego ſubridens, Beatus Martinus, inquit, miſit me. Tunc ille iuſſit ſibi repræſentari viros. Sed cum in eius conſpectu veniſſent multas eis perfidias ac periuria exprobrauit, vocans eos ſæpius Vulpes ingenioſas: ſed reſtituit eos gratiæ ſuæ, reddens quæ illis ablata fuerant.

H

Cap. 7. Gunthchramnus Rex noluit inuiſum ſibi Palladiũ audire prædicantem.

Adueniente quoque die Dominico, rex Eccleſiam ad ſpectanda Miſſarum ſolemnia petit: fratres vero conſacerdotéſque qui aderant, locum Palladio Epiſcopo ad agenda feſta præbuerunt. Quo incipiente Prophetiam, rex interrogat quis eſſet. Cumque Palladium Epiſcopum initiaſſe pronunciaſſent ſtatim commotus rex ait, Qui mihi ſemper infidelis & perfidus fuit, ille nunc ſacrata verba prædicabit? egrediar prorſus ab hac Eccleſia, ne inimicum meum audiam prædicantem. Et hæc dicens, egredi cœpit Eccleſiam. Tunc conturbati Sacerdotes de fratris humilitate, dixerunt regi, Vidimus enim eum conuiuio tuo adeſſe, ac de eius manu te benedictionem accipere: & cur eum nunc rex aſpernatur? ſi enim ſciuiſſemus tibi exoſum, declinaſſemus vtique ad alium qui hæc agere debuiſſet. Nunc ſi permittis, celebret quæ cœpit: in poſterum autem ſi aliquid oppoſueris, canonicæ ſanctionis cenſura fi-

niatur.

A niatur: iam enim Palladius Epiſcopus in ſacrarium
cum grandi humilitate diſceſſerat. Tunc rex iuſſit eum
reuocari, & ſic quæ agere cœperat, expediuit. Nam cum
iterato ad conuiuium regis Palladius atque Bertheram-
nus adſciti fuiſſent, commoti inuicem multa ſibi de
adulteriis ac fornicatione exprobrarunt, nonnulla etiam
de periuriis. Quibus de rebus multi ridebant, nonnulli
vero qui alacrioris erant ſcientiæ, lamentabantur, cur
inter Sacerdotes Domini taliter zizania diaboli pullu-
larent, diſcedentes itaque à regis præſentia, cautiones
& fideiuſſores dederunt, vt decimo Calendas menſis
noni ad Synodum conuenirent.

Cap. 8. *Prodigia.* Tunc adparuerunt ſigna, id eſt, radij à parte aquilo-
nis, ſicut ſæpiùs adparere ſolent, fulgor per cœlum oc-
curriſſe viſus eſt, floréſque in arboribus oſtenſi ſunt,
erat enim menſis quintus.

Cap. 9. Poſt hæc rex Pariſios venit, & coram omnibus loqui
cœpit dicens, Germanus meus Chilpericus moriens di-
citur filium reliquiſſe: cuius nutritores matre depre-
B cante petierunt, vt eum de ſancto lauacro in dominici
natalis ſolemnitate deberem excipere: & non venerunt.
Rogauerunt deinceps vt ad ſanctum Paſcha baptizare-
tur: ſed nec tunc allatus eſt infans. Deprecati ſunt au-
tem tertio, vt ad feſtiuitatem ſancti Ioannis exhibere-
tur: ſed nec tunc venit. Moouerunt itaque me per tem-
pus ſterile de loco vbi habitabam: veni igitur, & ecce
abſconditur, nec oſtenditur mihi puer: vnde quantum
intelligo nihil eſt quod promittitur, ſed vt credo ali-
cuius ex leodibus noſtris ſit filius: nam ſi de ſtirpe
noſtra fuiſſet, ad me vtique fuiſſet deportatus. Ideo-
que noueritis quia à me non ſuſcipitur, niſi certa de eo
Regia proles multorũ teſtimonio comprobatur. cognoſcam indicia. Hæc audiens Fredegundis regina,
coniunctis prioribus regni ſui, id eſt, tribus Epiſcopis
& trecentis viris optimis, Sacramenta dederunt hunc
à Chilperico rege generatum fuiſſe: & ſic ſuſpicio ab
animis regis ablata eſt.

Cap. 10. Denique cum interitum Merouei, atque Chlodouei
ſæpiùs lamentaretur neſciréтque vbi eos poſtquam in-
C terfecerant, proieciſſent, venit ad regem homo qui di-
Chlodouei & Merouei cadauera ſepultura reponuntur. ceret, Si mihi contrarium in poſterum non habetur, in-
dicabo in quo loco Chlodouei cadauer ſit poſitum:
iurauit rex nihil ei moleſtum fieri, ſed potiùs mu-
neribus ampliari. Tunc ille, Veritatem, inquit, me
loqui ô rex ipſa ratio quæ acta eſt comprobabit.
Nam quando Chlodoueus interfectus eſt, ac ſub ſtil-
licidio oratorij cuiuſdam ſepultus, metuens regina ne
aliquando inuentus cum honore ſepeliretur, iuſſit
eum in alueum Matronæ fluminis proijci. Tunc in-
tre capſum quod opere meo ad capiendorum piſcium
neceſſitatem præparaueram, reperi. Sed cum ignora-
rem quiſnam eſſet à Cæſarie prolixa cognoui Chlo-
doueum eſſe: adprehenſumque in humeris ad li-
tus detuli, ibique cum ceſpite ſuperpoſito tumu-
laui. Ecce ſaluatis artubus quod volueris effice. Quod
cum rex comperiſſet, confingens ſe ad venatio-
nem procedere, detectóque tumulo reperit corpuſ-
D culum integrum & illæſum, vna tantum pars ca-
pillorum quæ ſubterfuerat iam defluxerat: alia ve-
ro cum ipſis crinium flagellis intacta durabat. Co-
gnitúmque eſt, hunc eſſe quem rex intento animo
requirebat. Conuocato igitur Epiſcopo ciuitatis cum
clero, & populo ac cereorum innumerabilium or-
natu, ad baſilicam ſancti Vincentij detulit tumu-
landum, non minus plangens nepotes mortuos quam
cum vidit filios proprios iam ſepultos. Poſt hæc mi-
ſit Pappolum Carnotenæ vrbis Epiſcopum, qui Me-
rouei cadauer requirens, iuxta Chlodouei tumulum
ſepeliuit.

Cap. 11. Oſtiarius vero quidam de alio oſtiario dixit, Do-
mine rex, hic accepto præmio conſenſit vt tu inter-
ficiaris: adprehenſuſque oſtiarius de quo dixerat, cæ-
ſus ſuppliciiſque multis adfectus, nihil de cauſa de
qua interrogabatur aperuit. Loquebantur enim tunc
multi hoc inſidiis & inuidia factum, quod oſtiarius ille
cui hoc crimen impactum fuerat, plurimum à rege di-
ligeretur. Anſoualdus autem neſcio qua ſuſpicione ta- E
ctus, nec Vale dicens, à rege diſceſſit. Rex vero Cabil- *Oſtiariorum inſidia.*
lonum regreſſus iuſſit Boantum qui ſibi ſemper fuerat
infidelis, gladio percuti. Qui vallatus in domo ſua, ab *Boantus gladio percutitur.*
hominibus regis peremptus interiit, réſque ſuæ fiſci
ditionibus ſubiugatæ ſunt.

Denique cum rex maxima intentione Theodorum Cap. 12.
Epiſcopum iterum perſequi conaretur, & Maſſilia iam *De Theodoro Epiſcopo & plaga Ratharij.*
in Childeberti regis dominationem reuocata fuiſſet, ad
diſcutiendas cauſas Ratharius illuc quaſi dux à par-
te regis Childeberti dirigitur. Sed poſtpoſita actione
quæ ei à rege iniuncta fuerat Epiſcopum vallat, fi-
deiuſſores requirit, & ad præſentiam regis Gunth-
chramni direxit, vt ſcilicet ad Synodum quæ Matiſ-
cone futura erat, quaſi ab Epiſcopis damnandus adeſ-
ſet. Nec defuit vltio diuina, quæ ſeruos ſuos ab ore
canum rabidorum defenſare conſueuit. Nam egre-
diente Epiſcopo à ciuitate, ſtatim res Eccleſiæ diri-
pit: & alia quidem ſibi vindicat, alia ſub ſigillorum
munitione concludit. Cumque hoc feciſſet, protinus F
famulos eius ſæuiſſimus inuadit morbus, exhauſtóſque
febre peremit: filius eius ab hoc incommodo defe-
cit, quem in ſuburbano Maſſiliæ ipſius cum graui ge-
mitu ſepeliuit: fuitque talis domui eius plaga, vt cum
ab vrbe illa eſt digreſſus, vix ad patriam ſuam regredi
putarentur. Theodorus vero Epiſcopus à Gunthchram-
no rege detentus eſt. Sed nihil ei rex nocuit: eſt enim
vir egregiæ ſanctitatis, & in oratione aſſiduus, de quo
mihi Magnericus Treuerenſis Epiſcopus hæc retu-
lit: Ante hos annos cum ad præſentiam Childeber-
ti regis ita ſub ardua cuſtodia duceretur, vt quando-
cumque ad vrbem aliquam veniſſet, neque Epiſco-
pum, neque quemquam de ciuibus videre permitte-
retur, aduenientе Treueros nunciatum eſt Epiſcopo,
hunc iam in naui poſitum clam abduci: ſurrexitque
Sacerdos triſtis, ac velociter proſecutus; reperit eum
ad litus, cauſatúſque cum cuſtodibus, cur tanta eſſet
impietas, vt non liceret fratri fratrem aſpicere: viſo-
que tandem, oſculatus eum indulgens aliquid veſti- G
menti, diſceſſit: veniens itaque ad baſilicam ſancti Maxi-
mini proſternitur ſepulchro, illud Apoſtoli Iacobi re-
tinens, Orate pro inuicem vt ſaluemini: fuſaque diu *Oratio mutua.*
oratione cum lachrymis, vt fratrem dignaretur Domi-
nus adiuuare, egreſſus eſt foras. Et ecce mulier quam
ſpiritus erroris agitabat, clamare Sacerdoti cœpit, ac
dicere, O ſceleſte & inueterate dierum, qui pro inimico
noſtro Theodoro orationem fundis ad Dominum;
Ecce nos quotidie quærimus, qualiter hic ab Galliis
extrudatur, qui nos quotidianis incendiis conflat: & tu
pro eo rogare non deſinis? Satius enim tibi erat res
Eccleſiæ tuæ diligenter inquirere, ne pauperibus ali-
quid deperiret, quam pro hoc tam intente depoſcere.
Et aiebat, Væ nobis qui eum non poſſumus expugnare.
Et licet dæmoniis credi non debeat, tamen qualis eſſet
Sacerdos de quo hæc dæmon condolens declamabat,
adparuit. Sed ad cœpta redeamus.

Igitur legatos ad nepotem ſuum Childebertum rex Cap. 13.
dirigit, qui morabatur tunc ad caſtrum Confluentis, H
quod ob hoc nomen accepit, pro eo quod Moſel- *Cõfluentum vnde dictum.*
la Rhenúſque amnes pariter confluentes in eodem
loco iunguntur. Et quia placitum fuerat vt Trecas *Legatio Gunthchramni ad Childebertũ.*
Campaniæ vrbem de vtroque regno coniungerentur
Sacerdotibúſque de regno Childeberti congruum non
fuit, Felix legatus ſalutatione præmiſſa oſtenſis literis
ait: Patruus tuus, ô rex, diligenter interrogat quis te
ab hac promiſſione retraxit, vt Sacerdotes regni veſtri
ad concilium quod ſimul decreueratis, venire differ-
rent: an forſitan mali homines aliquam inter vos diſcor-
diæ radicem faciunt pullulare. Tunc ego rege tacente
reſpondi, Nil mirum, ſi zizania ſeratur inter populos:
nam inter hos qui radicem obliget, protinus non
poteſt reperire. Nullum enim latet, quod Childeber-
tus rex alium patrem niſi patruum non habet: neque
ille alium filium niſi hunc habere diſponit; iuxta id
quod eum anno præſenti audiuimus loqui. Abſit ergo

A vt inter eos radix diſcordiæ germinet, cum ſe pariter & tueri debeant & amare. Tunc vocato ſecretius Fœlice legato, Childebertus rex rogauit dicens, Deprecor Dominum & patrem meum: vt Theodoro Epiſcopo nihil iniuriæ inferat, quod ſi fecerit, confeſtim inter nos ſcandalum germinabit, ecimuſque diſcordia impediente diſiuncti, qui debemus amorem tuendo eſſe pacifici. Acceptoque & de aliis cauſis reſponſo, legatus diſceſſit.

Cap.14. Nobis itaque in antedicto caſtro cum rege commorantibus, dum ad conuiuium principis vſque obſcura nocte retineremur, epulo expleto ſurreximus: venienteſque ad fluuium, offendimus nauem in litore quæ nobis fuerat præparata: aſcendentibuſque nobis irruit turba hominum diuerſorũ, impletaq; eſt nauis tam hominibus quam aquis, ſed virtus Domini adfuit, non ſine grandi miraculo, vt cum vſque labium impleta fuiſſet, mergi non poſſet: habebamus enim nobiſcum beati Martini reliquias cum aliorum ſanctorum, quorum virtute nos credimus fuiſſe ſaluatos. At vero naue ad litus

Nauis miraculo liberatur.

B vnde egreſſi fuimus redeunte, euacuata ab hominibus & à lymphis, repulſis extraneis ſine impedimento tranſiuimus: in craſtino autem Vale regi dicentes, abſceſſimus.

Cap.15 Profecti igitur in itinere, ad Epoſium caſtrum acceſſimus, ibique à Vulfilaico Diacono nacti, & ad monaſterium eius deducti, benigniſſimè ſuſcepti ſumus. Eſt enim hoc monaſterium quaſi millibus octo ab antedicto caſtro, in montis cacumine locatum: in quo monte magnam baſilicam ædificauit, quam B. Martini vel reliquorum ſanctorum reliquiis illuſtrauit. Commorantes autem ibi, petere ab eo cœpimus vt nobis aliqua de conuerſionis ſuæ bona narraret, vel qualiter ad clericatus officium adueniſſet, quia erat genere Longobardus. Sed nequibat exponere, vnam tota intentione cupiens gloriam euitare. Quem ego terribilibus Sacramentis coniurans, pollicitus primo vt nulli quæ referebat expanderem, rogare cœpi vt nihil mihi de his

C quæ interrogabam occuleret. Cumque diutiſſimè reluctatus fuiſſe, victus tandem tam precibus quam obſecrationibus meis, hæc effatus eſt: Dum eſſem, inquit, puer paruulus, audito beati Martini nomine, neſciens adhuc verum martyr an confeſſor eſſet, vel quid boni in mundo geſſiſſet, vel quæ regio beatos artus tumulo meruiſſet accipere, iam in eius honorem vigilias celebrabam, ac ſi aliquid inter manus numiſmatis adueniſſet, eleemoſynas faciebam: iamque in maiore ætate proficiens, literas diſcere ſtudui. Ex quibus prius ſcribere potui, quam ordinem ſcripturarum & literarum ſcirem. Deinde Aredio Abbati coniunctus, ab eoque edoctus, beati Martini baſilicam adij. Reuertenſque cum eo, ille parumper pulueris beati ſepulchri pro benedictione ſuſtulit. Quem in capſula poſitum, ad collum meum dependit, deuectique ad Monaſterium eius Lemouicino in termino accepta capſula, vt eam in oratorio ſuo locaret, in tantum puluis adcreuit, vt non ſolum totam capſam repleret, verumetiam foris inter iuncturas vbi aditum reperire potuit, ſcaterer. Ex hoc

Vulfilaicus Longobardus D. Martini intercessione conuertitur

D mihi miraculi lumine animus magis accendit totam ſpem meam in eius virtute defigere: deinde territorium Treuericæ vrbis experij, & in quo nunc eſtis monte, habitaculum quod cernitis, proprio labore conſtruxi: reperi tamen hic Dianæ ſimulachrum, quod populus hic incredulus quaſi Deum adorabat. Columnam etiam ſtatui, in qua cum grandi cruciatu ſine vllo pedum ſtabam tegmine. Itaque cum hyemis tempus ſolitæ aduenſſet, ita rigore glaciali vrebar, vt vngues pedum meorum ſæpius vis rigoris excuteret, & in barbis meis aqua gelu connexa candelarum more dependeret. Magnam enim hyemem regio illa perſæpe dicitur ſuſtinere. Sed cum nos ſollicitè interrogaremus, quis ei cibus aut potus eſſet, vel qualiter ſimulachra montis illius ſubuertiſſet, ait, Potus cibuſque meus erat, parum panis & oleris, ac modicum aquæ. Verum vbi ad me multitudo vicinarum villarum confluere cœpit, prædicabam iugiter, nihil eſſe Dianam, nihil ſimulachra, nihilque quæ eis videbatur exerceri

E cultura: indigna etiam eſſe ipſa quæ inter pocula luxuriaſque profluas cantica proferebant: ſed potius Deo omnipotenti qui cœlum fecit ac terram dignum ſit ſacrificium laudis impendere. Orabam etiam ſæpius vt ſimulachro Dominus diruto dignaretur populum ab hoc errore diſcutere. Flexit Domini miſericordia mentem ruſticam, vt inclinaret autem ſuam in verba oris mei, vt ſcilicet relictis idolis Dominum ſequeretur. Tunc conuocatis quibuſdam ex eis, ſimulachrum hoc immenſum quod elidere propria virtute non poteram, cum eorum adiutorio poſſem eruere: iam enim reliqua ſigillorum quæ faciliora fuerant, ipſe confregeram. Conuenientibus autem multis ad hanc Dianæ ſtatuam, miſſis funibus trahere cœperunt, ſed nihil labor eorum proficere poterat. Tunc ego ad baſilicam propero, proſtratuſque ſolo, diuinam miſericordiam cum lachrymis flagitabam, vt quia id humana induſtria euertere non

F valebat, virtus illud diuina deſtrueret. Egreſſuſque poſt orationem, ad operarios veni, adprehenſumque funem vt primo ictu trahere cœpimus, protinus ſimulachrum ruit in terram, confractumque cum malleis ferreis in puluerem redegi: ipſa quoque hora, cum ad cibum capiendum veniſſem, ita omne corpus meum à vertice vſque ad plantam pedis puſtulis malis repletum eſt, vt locus quem vnus digitus tegeret, vacuus inueniri non poſſet: ingreſſuſque baſilicam, ſolus denudaui me coram ſancto altario. Habebam enim ibi ampullam cum oleo plenam quam de ſancti Martini baſilica detuleram: ex qua propriis manibus omnes artus perunxi, moxque ſopori locatus ſum: expergefactus vero circa medium noctis, cum ad curſum reddendum ſurgerem, ita corpus totum incolume reperi, ac ſi nullum ſuper me vlcus apparuiſſet. Quæ vulnera non aliter niſi per inuidiam inimici emiſſa cognoui; & quia ſemper ipſe inuidus, Deum quærentibus nocere conatur, aduenientibus Epiſcopis qui me magis ad hoc cohortari debuerant, vt cœptum opus ſagaciter explicare deberem, dixerunt mihi, Non eſt æqua hæc via quam ſequeris, nec

Dianæ ſimulachrum euertitur.

G tu ignobilis Simeoni Antiocheno, qui columnæ inſedit, poteris comparari. Sed nec cruciatum hunc te ſuſtinere patitur loci poſitio: deſcende potius, & cum fratribus quos adgregaſti, tecum inhabita. Ad quorum verba, quia Sacerdotes non obaudire, adſcribitur crimini, deſcendebam, fateor, & ambulabam cum eiſdem, ac cibum pariter capiebam. Quadam vero die prouocans me Epiſcopus longius ad villam emiſit operarios cum ſcutis & malleis ac ſecuribus, & eliſerunt columnam in qua ſtare ſolitus eram: in craſtino autem veniens, inueni omnia diſſipata, fleuique vehementer: ſed erigere nequiui quæ deſtruxerant, ne dicerer contrarius iuſſionibus Sacerdotum: & ex hoc ſicut nunc habito cum fratribus, habitare contentus ſum.

Simeon ſtelites, vnde Palladium.

Cap.16. Cui cum de virtutibus beati Martini quas in eo loco operatus eſt, aliqua vt declararet expoſcerem, hæc retulit: Franci cuiuſdam & nobiliſſimi in gente ſua viri filius mutus ſurduſque erat: adductuſque à parentibus

H ad hanc baſilicam iuſſit eum cum Diacono meo & alio miniſtro, intra ipſum templum ſanctum in lectulo requieſcere, & per diem quidem orationi vacabat: nocte autem in ipſa, vt diximus, æde dormiebat, quandoque miſerante Deo apparuit mihi in viſione beatus Martinus, dicens: Eiice agnum de baſilica, quia iam ſanus factus eſt. Mane autem facto, cogitante me quod eſſet hoc ſomnium, venit ad me puer, & emittens vocem, gratias agere Deo cœpit, conuerſuſque ad me ait: Gratias ago Deo omnipotenti, qui mihi & eloquium reddidit, & auditum. Ex hoc ſanus redditus, ad domum rediit. Alius vero qui plerunque in furtis diuerſiſque ſceleribus commixtus, peierare conſueuerat, cum aliquando à quibuſdam pro furto argueretur, ait: Ibo ad baſilicam beati Martini, & Sacramentis me exoens innocens reddat. Quo ingrediente elapſa ſecuri de manu eius ad oſtium ruit, graui cordis dolore perculſus:

Mutus baſilica B. Martini ſanatur.

A

culſus : confeſſuſque eſt miſer verbis propriis quæ venerat excuſare periuriis. Alius ſimili modo cum de incendiis domus vicini ſui argueretur, ait, Vadam ad templum ſancti Martini, & fide data inſons rediturus ero ab hoc crimine : manifeſtum erat enim hunc domum illam incendio concremaſſe : abiens autem ad Sacramenta danda, conuerſus ad eum, dixi ei, Quantum vicinorum tuorum dictat adſertio, non eris innocens ab hoc ſcelere : ſed tamen Deus vbique eſt, & virtus eius ipſa eſt forinſecus. Tamen ſi ita te vana fiducia cœpit, quod Deus vel ſancti eius in periuriis non vleiſcantur, ecce templum ſanctum, econtra iura vt libet : nam calcare limen ſacrum non permitteris. At ille eleuatis manibus ait : Per omnipotentem Deum & virtutem beati Martini antiſtitis eius, quia hoc incendium non admiſi : datis itaque Sacramentis, dum recederet, viſum eſt ei quaſi ab igne circumdari. Et ſtatim ruens in terram, clamare cœpit ſe à beato antiſtite vehementer exuri : aiebat enim miſer, Teſtor Deum, quia ego vidi ignem de cœlo cadere, qui me circundans validis vaporibus conflat. Et dum hæc diceret, ſpiritum exhalauit. Multis hæc cauſa documentum fuit, ne in hoc loco auderent vlterius peierare. Plurima quidem de his virtutibus hic Diaconus retulit, quæ ſequi longum putaui.

Periurus exuritur.

B

Cap. 17. *Prodigia.*

Dum autem in loco illo commoraremur, vidimus per duas noctes ſigna in cœlo, id eſt radios à parte aquilonis tam clare ſplendidos, vt prius ſic adparuiſſe non fuerint viſi : & ab vtraque quidem parte, id eſt ab euro, & zephyro, nubes ſanguineæ : tertia vero nocte quaſi hora ſecunda, adparuerunt hi radij. Et ecce dum hos miraremur attoniti, ſurrexerunt à quatuor plagis mundi alij horum ſimiles, vidimuſque totum cœlum ab his operiri : & erat nubes in medio cœli ſplendida, ad quem ſe hi radij colligebant in modum tentorij, quod ab imo ex amplioribus incœptum faſciis anguſtatis in altum, in vnum cucullí caput ſæpe colligitur. Erantque in medio radiorum & aliæ nubes ceu coruſcum valide fulgurantes. Quod ſignum magnum nobis ingeſſit metum. Opinabamur enim ſuper nos aliquam plagam de cœlo tranſmitti.

C

Cap. 18. *Childebertus copias in Italiam dirigit.*

Childebertus vero rex compellentibus miſſis imperialibus, qui aurum quod anno ſuperiore datum fuerat, requirebat, exercitum in Italiam dirigit. Sonus enim erat ſororem ſuam Ingundem iam Conſtantinopolim fuiſſe tranſlatam. Sed cum duces inter ſe altercarentur, regreſſi ſunt ſine vllius lucri conquiſitione. Nam Vuintrio dux à pagenſibus ſuis depulſus, ducatu caruit : finiſſetque vitam, niſi fuga auxilium præbuiſſet, ſed poſtea pacato populo, ducatum recepit. Itaque Nicetius per emiſſionem Eulalij à comitatu Aruerno ſubmotus, ducatum à rege expetiit, datis pro eo immenſis muneribus. Et ſic in vrbe Aruerna, Ruthena atque Vcetica dux ordinatus eſt, vir valde ætate iuuenis, ſed acutus in ſenſu : fecitque pacem in regione Aruerna, & in reliquis ordinationis ſuæ locis. Childericus vero Saxo in offenſam regis Guntchramni incidens, pro cauſa ob quam ſuperius diximus alios confugiſſe, beati Martini baſilicam expetiit, vxorem in regno regis antedicti relinquens. Cui obteſtatus fuerat rex, ne virum videre præſumeret, niſi prius ille regali gratiæ reconciliaretur : ad quem cum pro eo ſæpius legationem miſiſſemus, tandem obtinuimus vt vxorem reciperet, & citra Ligerim fluuium commoraretur, non tamen ad regem Childebertum tranſire præſumeret. Sed ille accepta libertate recipiendæ vxoris, clam ad eum tranſiit. Adeptaque ordinatione ducatus in ciuitatibus vltra Garonnam quæ in poteſtate ſupradicti regis habebantur, acceſſit. Guntchramnus vero rex volens regnum nepotis ſui Chlotharij, filij ſcilicet Chilperici, regere, Theodulphum Andegauis comitem eſſe decreuit : introductuſque in vrbem à ciuibus & præſertim à Domigiſilo, cum humilitate repulſus eſt. Recurrenſque ad regem, iterum præceptum accipiens à Sigulfo duce immiſſus, comitatum vrbis illius rexit : Gundobaldus autem comitatum Meldēſem ſuper Guerpinum ingreſſuſque vrbem, cauſarum actionem agere cœpit. Exinde dum pagum vrbis in hoc officio circumiret, in quadā villa ab Guerpino interficitur. Cuius parētes congregati ſuper hunc irruunt, incluſumque in penſilem domum interimunt; ſicque vterque à comitatu morte imminente diſceſſit.

D

E

Cap. 19. *Dagulfus adulter abbas occiditur.*

Cum autem ſæpius Dagulfus Abbas pro ſceleribus ſuis argueretur, quia furta & homicidia plerumque faciebat, ſed & in adulteriis nimium diſſolutus erat : quodam tempore cum vxorem vicini ſui concupiſcens, miſceretur cum ea, requirens occaſiones diuerſas, qualiter virum adulteræ intra monaſterij ſui ſepta deberet opprimere, ad extremum conteſtatus eſt ei dicens, quod ſi ad vxorem ſuam accederet, puniretur. Illo quoque diſcedente ab hoſpitiolo ſuo, hic Dagulfus nocte cum vno clerico veniens, domum meretricis ingreditur. Poſtquam autem diutiſſimè bibentes inebriati ſunt, in vno ſtrato locantur. Quibus dormientibus adueniens vir ille accenſo ſtramine eleuata bipenne vtrumque peremit. Ideoque documentum ſit hæc cauſa clericis, * ne contra canonum ſtatuta extranearum mulierum conſortio potiantur, cum hæc & ipſa lex canonica & omnes ſcripturæ ſanctæ prohibeant : præter has fœminas de quibus crimen non poteſt æſtimari.

** Nicenæ ſynodus ... clericis ſubintroductam habere mulierem : niſi forte matrem, amitam, ... Nicen ... quæ*

F

fugient ſuſpicionē de quibus, præclara extat Chryſoſt. Homilia.

Interim dies placiti aduenit, & Epiſcopi ex iuſſu regis Gunthchramni apud Matiſcenſem vrbem collecti ſunt. Fauſtinianus autem qui ex iuſſu Gundobaldi Aquenſis vrbis Epiſcopus ordinatus fuerat, ea conditione remouetur, vt eum Bertchramnus Oreſteſque ſiue Palladius qui eum benedixerant, vicibus paſcerent, centenoſque ei aureos annis ſingulis miniſtrarent. Nicetius tamen ex laico qui prius ab Chilperico rege præceptum elicuerat, in ipſa vrbe Epiſcopatum adeptus eſt. Vrſicinus Cadurcenſis Epiſcopus excommunicatur, pro eo quod Gundobaldum excepiſſe publicè eſt confeſſus : accepto huiuſmodi placito, vt pœnitentiam tribus annis agens, neque capillum, neque barbam tonderet, vino & carnibus abſtineret : Miſſas celebrare, clericos ordinare, Eccleſiaſque & chriſma benedicere, eulogias dare penitus non auderet : vtilitas tamen Eccleſiæ per eius ordinationem, ſicut ſolita erat omnino exerceretur : extitit enim in hac ſynodo quidam ex Epiſcopis qui dicebat mulierem, hominem non poſſe vocitari. Sed tamen ab Epiſcopis ratione accepta quieuit : eo quod ſacer veteris teſtamenti liber edoceat, quod in principio, Deo hominem creante ait, Maſculum & fœminam creauit eos vocauitque nomen eorum, Adam, quod eſt homo, terrenus ſic vtique vocans mulierem, ceu virum : vtrunque enim hominem dixit. Sed & Dominus Ieſus Chriſtus ob hoc vocatur filius hominis, quod ſit filius virginis, id eſt mulieris. Ad quam cum aquas in vina transferre pararet, ait, Quid mihi & tibi eſt mulier ? & reliqua. Multiſque & aliis teſtimoniis hæc cauſa conuicta quieuit. Prætextatus vero Rothomagenſis Epiſcopus orationes quas in exilio poſitus ſcripſit, coram Epiſcopis recitauit. Quæ quibuſdam quidem placuerant, à quibuſdam vero, quia artem ſecutus minimè fuerat, reprehendebantur. Stilus tamen per loca Eccleſiaſticus & rationabilis erat. Cædes autem magna tunc inter famulos Priſci Epiſcopi & Leudegiſili ducis fuit. Priſcus tamen Epiſcopus ad coëmendam pacem multum pecuniæ obtulit. His etiam diebus Gunthchramnus rex grauiter ægrotauit, ita vt putaretur à quibuſdam non poſſe prorſus euadere : quod credo prouidentia Dei fuiſſet. Cogitabat enim multos Epiſcoporum exilio detrudere. Theodorus itaque Epiſcopus, ad vrbē ſuam regreſſus, fauēte omni populo cum laude ſuſceptus eſt.

Cap. 20. *Quas hic ... Nicephor. lib. 10 hiſt. cap. 6. & ... Epiſcop. & cler. extraneam.*

G

Antiochene vocabant, ... ſubintroductas.

Niceph. lib. 6 cap. 30. diſt. 32. Nullus miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam habere, aut ſubintroductam. Acta ſynodi Matiſconenſis.

H

Vrſicini pœnitentia.

Mulierē hominem vocari non poſſe.

Gunthchramnus ægrotat.

Cap. 21. *Placitum Belſonācum.*

Itaque cum hæc ſynodus ageretur, Childebertus rex apud Belſonnancum villam, quæ in medio Ardoenenſis ſiluæ ſita eſt, cum ſuis coniungitur; Ibique Brunichildis regina pro Ingundæ filia quæ adhuc in Africa tenebatur, omnibus prioribus queſta eſt : ſed parum

A

conſolationis emeruit. Tunc contra Boſouem Guntheramnum cauſa exoritur. Aute paucos autem dies mortua propinqus vxoris eius ſine filiis, in baſilica vrbis Metenſis ſepulta eſt cum grandibus ornamentis & multo auro. Factum eſt autem vt poſt dies paucos adeſſet feſtiuitas beati Remigij, quæ in initio menſis Octobris celebratur. Deſcendentibus autem multis è ciuitate cum Epiſcopo, & præſertim ſenioribus vrbis cum duce, venerunt pueri Boſonis Guntheramni ad baſilicam in qua mulier erat ſepulta. Ingreſſi, concluſis ſuper eos oſtiis, dexexerunt ſepulchrum, tollentes & auferentes omnia ornamenta corporis defuncti quæ reperire potuerunt. Sentientes autem hæc monachi baſilicæ illius, venerunt ad oſtium, ſed ingredi non ſunt permiſſi. Quod videntes, nunciauerunt hæc Epiſcopo ſuo ac duci. Interea pueri acceptis rebus aſcenſiſque equis, fugere cœperunt: ſed timentes ne adprehenſi in via diuerſis ſubigerentur pœnis, regreſſi ſunt ad baſilicam. Poſueruntque quidem res ſupar altarium, ſed foras egredi non ſunt auſi, clamantes atque dicentes, Quia à Guntheramno Boſone tranſmiſſi ſumus. Sed cum ad placitum in villam quam diximus, Childebertus cum procetibus ſuis conueniſſet, & Guntheramnus de his interpellatus, nullum reſponſum dediſſet, clam aufugit: ablatæque ſunt ei deinceps omnes res quæ in Aruerno de fiſci munere promeruerat. Sed & diuerſorum res quas malè peruaſerat, cum confuſione reliquit.

B

Childeboriens turpi fuga elabitur.

Cap. 12. Laicis rex negat Epiſcopatus.

Laban Heloſenſis Epiſcopus, hoc anno obiit. Cui Deſiderius ex laico ſucceſſit. Cum iureiurando enim rex pollicitus fuerat, ſe nunquam ex laicis Epiſcopum ordinaturum. Sed quid pectora humana non cogat auri ſacra fames? Bertheramnus vero regreſſus ex ſynodo, a febre corripitur. Arceſſitoque Vvaldone Diacono, qui & ipſe in baptiſmo Bertheramnus vocitatus eſt, ſummam ei Sacerdotij deputat: omneſque conditiones tam teſtamenti quam benemeritorum ſuorum ipſi committit. Quo diſcedente, hic ſpiritum exhalauit. Regreſſus Diaconus cum muneribus & conſenſu ciuium ad regem properat, ſed nihil obtinuit. Tunc rex data præceptione, iuſſit Gundegiſilum Sanctonicum comitem cognomento Dodonem, Epiſcopum ordinari: geſtumque eſt ita. Et quia multi clericorum Sanctonicorum ante ſynodum conſentientes Bertheramno Epiſcopo, in Palladium ſacerdotem ſuum aliqua aduerſa conſcripſerant, quæ ei humilitatem ingererent, poſt eius obitum adprehenſi à ſacerdote, grauiter cæſi, atque expoliati ſunt. Hoc tempore & Vvandelinus nutritor Childeberti regis, obiit: ſed in locum eius nullus eſt ſubrogatus, eo quod regina mater curam velit propriam habere de filio. Quæcunque de fiſco meruit, fiſci iuribus ſunt relata. Obiit his diebus Bodegiſilus dux plenus dierum, ſed nihil de facultate eius filiis minutum eſt. In locum Fauſti Auſcenſis Epiſcopi, Fabius Epiſcopus eſt ſubrogatus. Poſt obitum ſancti Saluij hoc anno, Deſideratus Albigenſibus Epiſcopus datus eſt.

C

Cap. 13. D *Pluuia frequentes.*

Magnæ hoc anno pluuiæ fuerunt, amneſque intantum conualuerunt, vt plerumque naufragia euenirent: ipſique litora excedentes, propinquas ſegetes ac prata operientes, grauiter eliſerunt: fueruntque vernales æſtiuique menſes tam frigidi, vt hyems magis putaretur eſſe quam æſtas.

Cap. 14. Inſula incendio cõſumpta.

Duæ hoc anno inſulæ in mari diuinitus incendio concrematæ ſunt: quæ per dies ſeptem cum hominibus pecoribuſque conſumptæ ſubuertebantur. Nam qui in mare confugerant, & ſe in profundum præcipitarant, aqua conſumebantur, grauiorique ſupplicio qui non confeſtim emittebant ſpiritum vrebantur. Redactiſque omnibus in fauillam cuncta mare operuit. Ferebant etiam multi, ſigna quæ ſuperius nos vidiſſe octauo menſe narrauimus quaſi arderet cœlum, ex huius incendij ſplendore fuiſſe.

Cap. 15. Stagnum verſũ in ſanguinẽ.

In alia vero inſula quæ eſt proxima ciuitati Veneticæ, erat ſtagnum validum, piſcibuſque refertum, quod in vnius vlnæ altitudinem conuerſum eſt in cruorem: ita per dies multos congregata canum atque auium inæſtimabilis multitudo, ſanguinem hunc lambens, ſatiata redibat in veſperum.

B

Cap. 16. Berulfus ligatur & expoliatur.

Turonicis vero atque Pictauis Ennodius dux datus eſt. Berulfus autem qui his ciuitatibus ante præfuerat, pro theſauris Sygiberti regis quos clam abſtulerat, cum Arnegiſilo ſocio ſuſpectus habebatur. Qui cum hunc ducatum in ſupradictis vrbibus expeteret, à Rochingo duce facto inſtrumento cum ſatellite alligatur. Nec mora, miſſi ad domos eorum pueri expilant omnia: multa ibi de proprio, nonnulla de antedictis theſauris ſunt reperta: quæ omnia ad Childebertum regem delata ſunt. Cumque in hoc res ageretur, vt gladius ceruicem decideret, interuentu Epiſcoporum obtenta vita laxati ſunt, nihil tamen de his quæ eis ablata fuerant recipientes.

Cap. 17. Deſiderius.

Deſiderius vero dux cum aliquibus Epiſcopis, & Atedio Abbate, & Anteſtio ad regem Guntheramnum properauit. Sed cum eum rex ægre vellet accipere, victus precibus ſacerdotum in gratiam ſuam recepit. Tunc ibi Eulalius adfuit quaſi pro coniuge quæ eum ſpreuerat, & ad Deſiderium tranſierat cauſaturus: ſed in ridiculum & humilitatem redactus, ſiluit. Deſiderius vero remuneratus à rege, cum gratia eſt reuerſus.

F

Cap. 18. Ingundis obit.

Igitur vt ſuperius diximus, Ingundis à viro cum Imperatoris exercitu derelicta, dum ad ipſum principem cum filio paruulo duceretur, in Africa defuncta eſt & ſepulta. Leuuichildus vero Herminichildum filium ſuum quem ante dicta mulier habuit, morti tradidit. Quibus de cauſis commotus Guntheramnus rex, exercitum in Hiſpanias deſtinat, ſcilicet vt prius Septimaniam quæ adhuc intra Galliarum terminum habetur, eius dominationi ſubderent: & ſic in antea proficiſceretur. Dum autem hic exercitus moueretur, indiculum à neſcio quibuſdam hominibus ruſticis eſt repertum. Quod & Guntheramno regi legendum miſerunt hoc modo, quaſi Leuuichildus ad Fredrgundem ſcriberet, vt quocunque ingenio exercitum illuc prohiberet ire, dicens, inimicos noſtros, id eſt, Childebertum & matrem eius, velociter interimite, & cum rege Guntheramno pacem inite, quam præmiis multis coemite. Et ſi vobis minus eſt fortaſſis pecuniæ, nos clam mittimus: tantum, vt quod petimus impleatis. Cum autem de inimicis noſtris vlti fuerimus, tunc Amelio Epiſcopo, ac Leubæ matronæ bona tribuite, per quos miſſis noſtris ad vos accedendi aditus reſeratur. Leuba enim eſt ſocrus Baldaſtis ducis.

G

Hiſp. legatio ad Fredeg.

Cap. 19. Fredegũdis mittit qui Childebertum aut Brunechildẽ interficerent.

Et licet hæc ad Guntheramnum regem perlata, & nepoti eius Childeberto in notitiam data fuiſſent, tamen Fredegundis duos cultros ferreos fieri præcepit: quos etiam caraxari profundius, & veneno infici iuſſerat, ſcilicet ſi mortalis adſultus vitales non diſſolueret fibras, vel ipſa veneni infectio vitam poſſet velocius extorquere. Quos cultros duobus clericis cum his mandatis tradidit, dicens. Accipite hos gladios, & quantocius pergite ad Childebertum regem, adſimulantes vos eſſe mendicos: eumque pedibus eius fueritis ſtrati, quaſi ſtipem poſtulantes, latera eius vtraque perfodite, vt tandem Brunichildis, quæ ab illo adrogantiam ſumit, eo cadente corruat, mihique ſubdatur. Quod ſi tanta eſt cuſtodia circa puerum, vt accedere nequeatis, vel ipſam interimite inimicam. Merces quoque operis veſtri hæc erit, vt ſi mortui in hoc opere fueritis, parentibus veſtris bona tribuam, ipſoſque muneribus ditans, primos in regno meo conſtituam: interim vos timorem omnem omittite, nec ſit trepidatio mortis in pectore. Noueritis enim, quod cunctos homines hæc cauſa continet. Armate viriliter animos, & conſiderate ſæpius fortes viros in bello corruere: vnde nunc parentes eorum nobiles effecti, opibus immenſis cunctis ſupereminent, cunctoſque præcellunt. Cumque hæc mulier loqueretur clerici tremere cœperunt, difficile putantes hæc iuſſa poſſe complere. At illa dubios cernens, medificatos potione direxit, quo ire præcepit:

H

ſtatimque

A

ſtatimque robur animorum adcreuit: promiſerúntque ſe omnia quæ præceperat impleturus. Nihilominus vaſculum hac potione repletum, ipſos leuare iubet, dicens, Io die illa cum hæc quæ præcipio facitis, mane priuſquam opus incipiatur, hunc potum ſumite. Erit vobis magna conſtantia ad hæc peragenda. His ita inſtructis, dimiſit eos: qui pergentes, & ad vrbem Sueſſionas accedentes, à Rauchindo duce capti, diſcuſſique omnia referant, & ſic in carcerem religati ſunt. Poſt dies vero paucos, Fredegundis certa iam quod fuiſſent impleta quæ fuerant imperata, miſit puerum inquirere quid aut rumor populi ferret, aut ſi aliquem inueniret indicantem, qui diceret, Childebertum iam interemptum fuiſſe. Egreſſus igitur puer ab ea, Sueſſionas vrbem venit. Audiens denique hos in carcerem retineri, ad oſtium adpropinquat. Sed cum loqui ſatellitibus cœpiſſet, & ipſe captus, cuſtodiæ mancipatur. Tunc omnes ſimul ad Childebertum regem directi ſunt: diſcuſſique veritatem aperiunt, indicantes ſe à Fredegunde miſſos ad eum interimendum, dicentes: Iuſſa reginæ ſuſcepimus, vt nos egenos adſimularemus, cumque pedibus tuis prouoluti aliquid ſtipendij quæreremus, ab his te gladiis transfodere voluimus. Quod ſi adſultu ſegniore gladius defixus eſſet, ipſum venenum quo ferrum erat infectum animam velociter penetraret. Hæc his dicentibus, diuerſis ſupplitiis adfecti, truncatis manibus auribúſque & naribus, variis ſunt mortibus interempti.

Sicarij cõprehenduntur.

B

Cap. 30.

Gunthchramnus aduerſus Gothos regni fines propagare ſtudet.

Igitur Gunthcbramnus rex commoueri exercitum in Hiſpanias præcepit, dicens, Prius Septimaniam Prouinciam ditioni noſtræ ſubdite: quæ Galliis eſt propinqua. Indignum eſt vt horrendorum Gothorum terminus vſque in Gallias ſit extenſus. Tunc commotu omni exercitu regni ſui, illuc dirigit. Gentes vero quæ vltra Ararim Rhodanúmque & Sequanam commanebant, cum Burgundionibus iunctæ, Ararica Rhodaniticaque litora, iam de fructibus, quam de pecoribus valdè depopulati ſunt: multa homicidia, incendia, prædáſque in regione propria facientes, ſed & Eccleſias denudantes, clericos ipſos cum Sacerdotibus ac reliquo populo ad ipſas ſacratas Deo aras interimentes, vſque ad vrbem Nemauſum proceſſerunt.

C

Similiter & Biturici, Sanctonici cum Petragoricis, Engolimenſibus, & reliquarum vrbium populo, qui tunc ad ante dicti regis imperium pertinebant, vſque ad Carcaſonam vrbem deuecti, ſimilia mala geſſerunt. Sed cum ad vrbem acceſſiſſent, reſeratis ſponte ab habitatoribus portis, nullo reſiſtente ingreſſi, neſcio quo cum Carcaſonenſibus ſcandalo commoti, vrbem egreſſi ſunt. Tunc Terentiolus comes quondam vrbis Lemouicinæ, lapide de muro proiecto percuſſus, occubuit. Cuius caput truncatum eſt ad vindictam aduerſariorum, & vrbi delatum eſt. Ex hoc omnis populus timore perterritus, ad propria regredi deſtinans, vniuerſa reliquit, quæ vel per viam ceperat, vel quæ ſecum adduxerat. Sed & Gothi per occultas inſidias multis de his ſpoliatis interemerunt, exinde in Tholoſanorum manus incidantes, quibus dum pergerent, multa intulerant mala, ſpoliati ac cæſi vix propria contingere potuerunt. Hi vero qui Nemauſum adgreſſi fuerant, deuaſtantes vniuerſa regionis, ſuccenſis domibus, incenſis ſegetibus, diſciſſis oliuetis, vinetiſque ſuccisis, nihil incluſis nocere potentes ad alias vrbes progreſſi ſunt. Erant enim valdè munitæ & de cibis ac reliquis neceſſariis adplene refertæ, & horum vrbana depopulantes, vrbes minus irrumpere valuerunt. Tunc & Nicetius dux cum Aruernis in hac expeditione commotus, cum reliquis vrbes adſedit. Sed cum minus valeret, ad caſtrum quoddam peruenit: datáque fide, ſponte incluſi reſerantes portas, eos creduli tanquam pacificos ſuſceperunt. Illi vero ingreſſi, poſtpoſito Sacramento præſidia cuncta diripiunt, animas in captiuitatem ſubdantes. Tunc accepto conſilio vnuſquiſque ad propria eſt regreſſus: tantaque per viam ſcelera, homicidia, prædas, direptiones per regionem propriam geſſerunt: vt ea vſquequaque memorari perlongum ſit.

Terentiolus occũbit.

D

E

Veruntamen quia ſegetes Prouinciæ igni ab iiſdem ſuccenſas dicimus, fame atque inedia pereuntes, per viam relinquebantur exanimes, nonnulli in fluminibus demerſi, plerique in ſeditionibus interempti ſunt. Ferebant enim amplius quam quinque millia in his ſtragibus fuiſſe peremptos. Sed non eos qui remanſerant, coërcebat aliorum interitus. Tunc & Aruernæ regionis Eccleſiæ quæ viæ publicæ propinquæ erant, à miniſteriis denudatæ ſunt. Nec fuit terminus malè faciendi, niſi cum ad propria ſinguli peruenerunt. Quibus reuerſis, magna Gunthchramnum regem amaritudo cordis obſedit. Duces vero ſupradicti exercitus ad baſilicam ſancti Symphoriani martyris expetierunt. Veniente itaque rege ad eius ſolemnitatem, repræſentati ſunt ſub conditione audientiæ in poſtmodum futuræ. Poſtea vero quatuor conuocatis Epiſcopis, necnon & maioribus natu laicorum, duces diſcutere cœpit, dicens, Qualiter nos hoc tempore victoriam obtinere poſſumus, qui ea quæ patres noſtri conſecuti ſunt, non cuſtodimus: illi vero Eccleſias ædificantes, in Deum ſpem omnem ponentes, martyres honorantes, Sacerdotes venerantes, victorias obtinuerunt, gentéſque aduerſas diuino opitulante adiutorio, in enſe & parma ſæpiùs ſubdiderunt: Nos vero non ſolum Deum non metuimus, verum etiam ſacra eius vaſtamus, miniſtros interficimus, ipſa quoque ſanctorum pignora in ridiculo diſcerpimus, ac vaſtamus. Non enim poteſt obtineri victoria, vbi talia perpetrantur. Ideo manus noſtræ ſunt inualidæ, enſis tepeſcit, nec clypeus nos vt erat ſolitus defendit ac protegit. Ergo ſi hoc meæ culpæ adſcribitur, iam id Deus capiti meo reſtituat. Certè ſi vos regalis iuſſa contemnitis, & ea quæ præcipio implére differtis, iam debet ſecuris capiti veſtro ſubmergi. Erit enim documentum omni exercitui, cum vnus de prioribus fuerit interfectus: veruntamen iam experiri debemus quid agi oporteat. Si quis iuſtitiam ſequi deſtinat, iam ſequatur. Si quis contemnit, iam vltio publica ceruici eius immineat. Satius eſt enim vt pauci contumaces pereant, quam ita Dei ſuper omnem regionem dependat innoxiam. Hæc rege dicente, reſponderunt duces, Bonitatis tuæ magnanimitas, rex optimè, enarrari facilè non poteſt: qui timor tibi in Deum ſit, qui amor in Eccleſias, quæ reuerentia in Sacerdotes, quæ pietas in pauperes, quæve diſpenſatio in egenos: ſed quia omnia quæ gloria veſtra profert, recta veráque eſſe cenſentur, quid faciemus quod populus omnis in vitium eſt dilapſus? Omnémque hominem agere quæ ſunt iniqua delectat: nullus regem metuit, nullus ducem, nullus comitem reueretur: & ſi fortaſſis alicui iſta diſplicent, & ea præ longæuitate vitæ veſtræ emendare conatur, ſtatim ſeditio in populo, ſtatim tumultus exoritur, & in tantum vnuſquiſque contra ſeniorem ſæua intentione graſſatur, vt vix ſe credat euadere, ſi tandem ſilere nequiuerit. Ad hæc rex ait, Si quis ſequitur iuſtitiam, viuat: ſi quis legem mandatúmque noſtrum reſpuit, iam pereat, ne nos diutius hoc blaſphemium proſequatur. Hæc eo dicente, aduenit nuncius dicens, Richaredus filius Leuuieldi de Hiſpaniis egreſſus eſt, Caput arietis caſtra obtinuit: & ex pago Tholoſano maximam partẽ depopulatus eſt, hominéſque captiuos abduxit: Vgernum Arelatenſe caſtrum irrupit, réſque cunctas cum hominibus abſtulit, & ſic ſe intra muros Nemauſenſis vrbis incluſit. Hæc audiens rex, Leudegiſilum in locũ Calumnioſi cognomento Ægilianis, ducem deligens, omnem ei Prouinciam Arelatenſem commiſit, cuſtodéſque per terminos ſuper quatuor virorum millis collocauit. Sed & Nicetius Aruernorum dux ſimiliter cum cuſtodibus perrexit, & fines regionis ambiuit.

F

Victoria non eſt impiorũ.

G

H

Cap. 31.

Dum hæc agerentur, & Fredegundis apud Rothomagenſem vrbem commoraretur, verba amaritudinis cum Prætextato Pontifice habuit, dicens, Venturum eſſe tempus quando exilia in quibus detentus fuerat, reuiſeret. Et ille, Ego ſemper & in exilio; & extra exilium

A Epiſcopus fui, ſum, & ero: nam tu non ſemper regali potentia perfrueris. Nos ab exilio prouehimur tribuente Deo in regnum: tu vero ab hoc regno demergeris in abyſſum. Rectius enim erat tibi, vt relicta ſtultitia atque malitia, iam te ad meliora conuerteres, & ab hac iactantia, qua ſemper ferues, abſtraheretis, vt & tu vitam adipiſcereris æternam, & paruulum quem genuiſti, adducere ad legitimam poſſes ætatem. Hæc effatus, cum verba illius mulier grauiter acciperet, ſe à conſpectu eius felle feruens abſtraxit. Adueniente autem dominicæ Reſurrectionis die, cum Sacerdos ad implenda Eccleſiaſtica officia ad Eccleſiam maturius properaſſet, antiphonas iuxta conſuetudinem incipere per ordinem cœpit. Cumque inter pſallendum formulæ decumberet, crudelis adfuit homicida, qui Epiſcopum ſuper formulam quieſcentem, extracto balthei cultro, ſub aſcella percutit. Ille vero vocem emittens, vt clerici qui aderant adiuuarent, nullius auxilio de tantis adſtantibus eſt adiutus. At ille plenas ſanguine manus ſuper altarium extendens, orationem fundens, & Deo gratias agens in cubiculum ſuum inter manus fidelium deportatus, & in ſuum lectulum collocatus eſt. Statimque Fredegundis cum Beppoleno duce & Anſoualdo adfuit, dicens, Non oportuerat hæc nobis ac reliquæ plebi tuæ, ô ſancte Sacerdos, vt iſta tuo cultui euenirent. Sed vtinam indicaretur qui talia auſus eſt perpetrare, vt digna pro hoc ſcelere ſupplicia ſuſtineret. Sciens autem eam Sacerdos hæc doloſe proferre, ait. Et quis hæc fecit, niſi is qui reges interemit, qui ſæpius ſanguinem innocentem effudit, qui diuerſa in hoc regno mala commiſit? Reſpondit mulier, Sunt apud nos peritiſſimi medici, qui huic vulneri mederi poſſunt. Permitte vt accedant ad te. Et ille, Iam, inquit, me Deus præcipit de hoc mundo vocari: nam tu quæ his ſceleribus Princeps inuenta es, eris maledicta in ſeculo, & erit Deus vltor ſanguinis mei de capite tuo. Cumque illa diſcederet, Pontifex ordinata domo ſua, ſpiritum exhalauit. Ad quem ſepeliendum Romacharius Conſtantinæ vrbis Epiſcopus aduenit. Magnus tunc omnes Rothomagenſes ciues, & præſertim ſeniores loci illius Francos, mœror obſedit. Ex quibus vnus ſenior ad Fredegundem veniens, ait, Multa enim mala in hoc ſeculo perpetraſti, ſed adhuc peius non feceras, quam vt Sacerdotem Dei iuberes interfici: ſit Deus vltor ſanguinis innocentis velociter: nam & omnes erimus inquiſitores mali huius, vt tibi diutius non liceat tam crudelia exercere. Cum autem hæc dicens, diſcederet à conſpectu reginæ, miſit illa qui eum ad conuiuium prouocaret. Quo renuente, rogat vt ſi conuiuio eius vti non velit, ſaltem vel poculum hauriat, ne ieiunus à regali domo diſcedat. Quo expectante, accepto poculo, bibit abſynthium cum vino & melle mixtum, vt mos barbarorum habet: ſed hic potus veneno imbutus erat. Statim autem vt bibit, ſenſit pectori ſuo dolorem validum imminere: & quaſi ſi incideretur intrinſecus, exclamat ſuis dicens, Fugite ô miſeri, fugite malum hoc, ne mecum pariter perimamini. Illis quoque non bibentibus, ſed feſtinantibus abire, ille protinus excæcatus, aſcenſoque equo in tertio ab hoc loco ſtadio cecidit, & mortuus eſt. Poſthæc Leudoualdus Epiſcopus Epiſtolas per omnes Sacerdotes direxit, & accepto conſilio Eccleſias Rothomagenſes clauſit, vt in his populus ſolemnia diuina non ſpectaret, donec indignatione communi reperiretur huius auctor ſceleris. Sed & aliquos adprehendit, quibus ſupplicio ſubditis, veritatem extorſit, qualiter per conſilium Fredegundis hæc acta fuerant: ſed ea defenſante, vlciſci non potuit: ferebant etiam ad ipſum percuſſores veniſſe, pro eo quod hæc inquirere ſagaciter deſtinaret: ſed cuſtodia vallato ſuorum, nihil ei nocere potuerunt. Itaque cum hæc ad Gunthchramnum regem perlata fuiſſent, & crimen ſuper mulierem iaceretur, miſit tres Epiſcopos ad filium qui eſſe dicitur Chilperici, quem ſuperius Chlotarium ſcripſimus vocitatum, id eſt, Artemium Senonicum, Veranum

Prætextatus Epiſcopus Rothomagen. per Fredegundam die Paſcha occiditur. B

C

Senior veneno necatur Fredegūda dolo. D

E Cabillonenſem, & Agrœcium Tricaſſinum, vt ſcilicet cum his qui paruulum nutriebant, perquirerent huius ſceleris perſonam, & in conſpectu eius exhiberent. Quod cum Sacerdotes locuti fuiſſent, reſponderunt ſeniores, Nobis prorſus hæc facta diſplicent, & magis ac magis ea cupimus vlciſci: nam non poteſt fieri vt ſi quis inter nos culpabilis inuenitur, in conſpectum regis veſtri deducatur, cum nos poſſimus noſtrorum facinora regali ſanctione comprimere. Tunc Sacerdotes dixerunt, Noueritis enim quia ſi perſona quæ hæc perpetrauit, in medio poſita non fuerit, rex noſter cum exercitu huc veniens, omnem hanc regionem gladio incendioque vaſtabit: quia manifeſtum eſt hanc interfeciſſe gladio Epiſcopum, qui maleficiis Francum iuſſit interfici: & his dictis diſceſſerunt, nullum rationabile reſponſum accipientes, obteſtantes omnino vt nunquam in Eccleſia illa Melantius qui prius in loco Prætextati ſubrogatus fuerat, Sacerdotis fungeretur officio.

F Multa enim hoc tempore mala geſta ſunt: nam Dominola relicta quondam Burgolini, quæ fuit filia Victorij Redonenſis Epiſcopi, quam Nectarius matrimonio copulauerat, intentionem de vineis cum Bobolено referendario Fredegundis habebat. Audiens eam in has vineas aduenifſe, miſit nuncios obteſtantes, ne ingredi penitus in hanc poſſeſſionem præſumeret. Quod illa deſpiciens, & res patris ſui fuiſſe proclamans, ingreſſa eſt. Tunc ille commota ſeditione, ſuper eam cum armatis viris irruit. Qua interfecta, vineas vindemiauit, réſque diripuit: & tam viros quam mulieres qui cum ea erant, interfecit gladio, nec remanſit ex his niſi qui fuga labi potuit.

Extitit autem in his diebus apud vrbem Pariſiacam mulier quæ diceret incolis, Fugite ab vrbe, & ſcitote eam incendio concremandam. Quæ cum à multis irrideretur, quod hæc aut ſortium præſagio diceret, aut vana aliqua ſomniaſſet, aut certe dæmonij meridiani hæc inſtinctu proferret, reſpondit, Nequaquam eſt ita vt dicitis: nam in veritate loquor, quia vidi per ſomnium à baſilica ſancti Vincentij venientem virum illuminatum, tenentem manu cereum, & domos negociantum ex ordine ſuccendentem. Denique poſt tertiam noctem, quod hæc mulier eſt effata, inchoante crepuſculo, quidam è ciuibus accenſo lumine, in promptuarium eſt ingreſſus: adſumptóque eo ac cæteris quæ neceſſaria erant, abſceſſit, lumine ſecus cupellam olei derelicto. Erat enim domus hæc prima ſecus portam quæ ad medium diem pandit egreſſum. Ex quo lumine adprehenſa domus incendio concrematur, de qua & aliæ adprehendi cœperunt. Tunc diruente igne ſuper vinctos carceris, adparuit eis beatus Germanus, & comminuens trabem atque catenas, quibus vincti tenebantur, reſerato carceris oſtio, vinctos abire permiſit incolumes. Illi vero egreſſi ſe ad baſilicam ſancti Vincentij, in qua ſepulchrum habetur beati antiſtitis contulerunt. Igitur cum per totam ciuitatem huc atque illuc flante vento flamma ferretur, totiſque viribus regnaret incendium, adpropinquare ad aliam portam cœpit, in qua beati Martini oratorium habebatur: quod ob hoc aliquando factum fuerat, eo quod iſte lepram maculoſi hominis oſculo depuliſſet. Vir autem qui eum intextis virgultis in ſublime conſtruxerat, confiſus in domino, nec de beati Martini virtute diffiſus, ſe réſque ſuas intra eius parietes ambiuit, dicens, Credo enim, & fides mea eſt, quod repellat ab hoc loco incendium, qui ſæpius incendiis imperauit: & in hoc loco leproſi hominis cutem oſculo medente purgauit. Adpropinquante enim illuc incendio, ferebantur validi globi flammarum qui percutientes parietem oratorij, protinus tepeſcebant. Clamabat autem populus viro ac mulieri, Fugite ô miſeri vt euadere poſſitis: ecce iam ignium pondus ſuper vos diruit, ecce fauillæ incendij cum carbonibus, tanquam validus imber ad vos vſque diſtenditur: egredimini ab oratorio, ne cum eodem incendio concrememini. At illi orationem fundentes, nunquam ab his vocibus mouebantur.

Cap. 32. Vxoratos hinc fuiſſe Presbyteros & Epiſcopos apparet, ſed vxoribus non vſos, vt poſt Hieron. docet Nicoph. lib. 12. cap. 24. lib. 2. cap. 44. diſputans quinam Apoſtoli coniuges fuerint. G

Apud eundem c. 16. Gregor. Niſſenus vxoratus fuit, & Pelagius cap. 2 . in coniugio celebs perſam pro ſorore habuit. Mantuanus de B. Hilario: Non obuenit tibi progenies, non obſtitit vxor Legitimo conſortio liberè, &c. H

Cap. 33. Mulier Pariſienſe ſomnio cognouit incendium.

A

mouebantur. Sed nec mulier ſe vnquam à feneſtra per quam interdum flammæ ingrediebantur, amouit, quæ erat ſpe firmiſſima de virtute beati antiſtitis præmunita. Tantaque fuit virtus beati pontificis, vt non ſolum hoc oratorium cum alumni proprij domo ſaluaret, verumetiam nec alijs domibus quæ in circuitu erant, nocere flammis dominantibus permiſiſſet: ibique cecidit incendium, quod ab vna parte pontis cœperat deſæuire. Ab alia vero parte tam valide cuncta conflagrauit, vt amnis finem imponeret, verumtamen Eccleſiæ domibus ſuis non ſunt aduſtæ, aiebant enim hanc vrbem quaſi conſecratam fuiſſe antiquitus, vt non ibi incendium præualeret, non ſerpens, non glis adparuiſſet. Nuper autem cum cuniculus pontis emundaretur, & cœnum de quo repletum fuerat, auferretur, ſerpentem, gliremque æreum repererunt. Quibus ablatis & glires ibi deinceps extra numerum, & ſerpentes adparuerunt, & poſtea incendia perferre cœpit.

Gliris & ſerpentis cōcuratio.

Cap. 34.

B

Britto presbyter ob temulentiam dæmone corripitur.

Et quia princeps tenebrarum mille habet artes nocendi, quid de recluſis ac Deo deuotis nuper geſtum fuerit, pandam. Vennocus Britto presbyterij honore præditus, cuius in alio libro meminimus, tantæ ſe abſtinentiæ dedicauit, vt indumento de pellibus tantum vteretur, cibum de herbis agreſtibus incoctis ſumeret: vini vero tantum vas ad os poneret, quod magis putaretur libare oſculo quam haurire. Sed cum eidem deuotorum largitas frequenter exhiberet vaſa hoc plena liquore, didicit, quod peius eſt, extra modum haurire, & in tantum diſſolui potione, vt plerunque ebrius cerneretur: vnde factum eſt vt inualeſcente temulentia, tempore procedente à dæmonio correptus, per energiam vexaretur, intantum vt accepto cultro, vel quodcunque genus teli, vel lapidem, aut fuſtem potuiſſet adripere, poſt homines inſano furore diſcurreret: vnde neceſſitas exegit vt catenis vinctus, cuſtodiretur in cellula. In hac quoque damnatione per duorum annorum ſpacia debacchans, ſpiritum exhalauit. Alius quoque Anatolius Burdegalenſis, puer vt ferunt annorum duodecim, cum eſſet famulus cuiuſdam negociatoris, petit ſibi ad recluſionem licentiam tribui. Sed reſiſtente diu Domino, putans eum in hoc tepeſcere, atque implere non poſſe in hac ætate quod nitebatur appetere, tandem, victus precibus famuli, facultatem tribuit, vt id quod flagitabat impleret. Erat autem ibi crypta ab antiquis tranſuoluto elegantique opere expolita, in cuius angulo erat cellula parua de quadratis lapidibus clauſa, in quam vix vnus ſtans homo recipi poſſet. In hanc cellulam puer ingreditur: in hac per octo aut eo amplius annos commoratus, tenui cibo potuque contentus vigilijs orationibuſque vacabat. Poſt hæc pauorem validum perpeſſus clamare cœpit, intrinſecus ſe torqueri. Vnde factum eſt vt adiuuante eum, vt credo, diabolicæ partis militia, amotis quadris quibus concluſus tenebatur, elideret parietem in terram, collidens palmas, & clamans ſe à ſanctis Dei peruri. Cumque diutiſſime in hac inſania teneretur, & ſancti Martini crebrius confiteretur nomen, ac diceret ſe potius ab eo quam à ſanctis alijs excruciari, Turonos adducitur. Sed malus ſpiritus, credo, ob virtutem atque magnitudinem ſancti compreſſus, nequaquam hominem mutilauit. Nam in loco ipſo per anni curriculum degens cum nihil mali pateretur, regreſſus eſt: ſed rurſus quibus caruerat, incurrit.

C

Anatolius torquetur à dæmone.

D

Cap. 35.

Legati Hiſpan.

Legati de Hiſpaniis ad regem Guntheramnum venerunt cum multis muneribus pacem petentes, ſed nihil certi accipiunt in reſpōſis: nam anno præterito cum exercitus Septimaniam debellaſſet, naues quæ de Galliis in Galliciam abierant, ex iuſſu Leuuieldi regis vaſtatæ ſunt, res ablatæ, homines cæſi atque interfecti, nonnulli captiui abducti ſunt. Ex quibus pauci quodammodo ſcaphis erepti, patriæ quæ acta fuerant nunciauerunt.

Cap. 36.

Magnouald interficitur.

Igitur apud Childebertum regem Magnoualdus cauſis occultis rex iuſſu regis interficitur hoc modo: Stante intra Metenſis vrbis Palatium rege, & ludum ſpectante qualiter animal caterua canum circumdatum fatigabatur, Magnoualdus arceſſitur. Qui veniens, & neſciens quæ agenda erant, cum reliquis diſſolutus riſu, proſpicere pecudem cœpit. At is cui iuſſum fuerat, cum videret eum ſpectaculo intentum, librata ſecuri, caput eius illiſit. Qui cecidit & mortuus eſt, ac per feneſtram domus proiectus, à ſuis ſepultus eſt: reſque eius protinus direptæ, & ærario publico quantum repertum eſt, ſunt illatæ. Autumabant tamen quidam, eo quod poſt mortem fratris diuerſis plagis coniugem adfectam interfeciſſet, & vxorem fratris adſciuiſſet toro, extitiſſet cauſam qua interimeretur.

E

Cap. 37.

Childebert filius naſcitur.

Poſt hæc Childeberto regis filius natus eſt, qui à Magnerico Treuerorum Epiſcopo de ſacro fonte ſuſceptus, Theodobertus eſt vocitatus: de quo tantum gaudium Guntheramnus rex habuit, vt ſtatim legatos dirigens multa ei munera tranſmitteret, dicens: Per hunc enim Deus erigere Francorum regnum propria Maieſtatis ſuæ pietate dignabitur, ſi huic pater, aut ipſe vixerit patri.

F

Cap. 38.

Anno denique vndecimo regni Childeberti regis, legati iterum de Hiſpaniis venerunt, pacem petentes: ſed nihil certi obtinentes, regreſſi ſunt. Richaredus autem filius Leuuieldi vſque Narbonam venit, & intra terminum Galliarum prædas egit, & clam regreſſus eſt.

Cap. 39.

Eo anno multi Epiſcoporum obierunt. Badegiſilus vero Cœnomannorum Epiſcopus, vir valde ſæuus in populo, auferens ſiue diripiens iniuſte res diuerſorum: ad cuius animum acerbum atque immitem coniunx acceſſerat ſæuior, quæ illum in committendis ſceleribus, nequiſſimis conſilij ſtimulis perurgebat. Nec præteribat dies aut momentum vllum, in quo non aut in ſpoliis ciuium, aut in diuerſis altercationibus graſſaretur. Quotidie autem cum iudicibus cauſas diſcutere, militias ſeculares exercere, ſæuire in alios, alios cædibus agere non ceſſabat, manibus propriis verberare progrediebatur multos, ac dicere, Num etiam ideo quia clericus factus ſum, vltor iniuriarum mearum non ero? Sed quid dicam de cæteris, cum nec ipſis quoque germanis parceret, ſed magis ipſos expoliaret. Cum quo nunquam iuſtitiam de rebus paternis maternisve adſequi potuerunt. Quinto autem anno Epiſcopatus ſui expleto, cum iam ſextum ingrediens, epulum ciuibus cum immenſa lætitia præparaſſet, à febre correptus annum quem cœperat protinus morte imminente finiuit. In cuius locum Berthchramnus Pariſiacus Archidiaconus ſubrogatus eſt. Qui multas altercationes cum relicta illius defuncti habuiſſe probatur, eo quod res quæ tempore Badegiſili Epiſcopi Eccleſiæ datæ fuerant, tanquam proprias retinebat, dicens, Militia hæc fuit viri mei: & licet inuita, tamen cuncta reſtituit, erat enim ineffabili malitia: nam ſæpius viris omnia pudenda cum ipſis ventris pellibus incidit: fœminis ſecretiora corporis loca laminis candentibus peruſſit: ſed & multa alia inique geſſit, quæ tacere melius putaui. Obiit & Sabaudus Arelatenſis Epiſcopus, in cuius locum Licerius regis Guntheramni referendarius eſt adſcitus. Grauis tunc prouinciam ipſam lues depopulata eſt. Obiit & Euantius Vienenſis Epiſcopus, in cuius ſedem Virus presbyter de ſenatoribus rege eligente ſubſtituitur. Multique eo anno ſacerdotum ex hoc mundo migrauerunt: quod præterire volui, eo quod vnuſquiſque in vrbe ſua, ſui reliquerit monimenta.

G

H

Cap. 40.

Pelagij Epiſcopo Turonenſi vexationes.

Fuit autem & in vrbe Turonica Pelagius quidam, in omni malitia exercitatus, nullum iudicem metuens, pro eo quod iumentorum fiſcalium cuſtodes ſub eius poteſtate conſiſterent. Ob hoc furta ſuperuenta, peruaſiones, cædes, diuerſaque ſcelera tam in fluminibus quam in terris agere non ceſſabat: nam plerunque arceſſitum & minacibus lenibuſque verbis, vt ab hac malitia deſiſteret, prohibere volui, ſed magis odia quam aliquem fructum iuſtitiæ ab eo recepi, iuxta illud Salomoniacæ ſapientiæ prouerbium, Argue ſtultum, & adiiciet odire te. Nam tantum in me odium miſer habebat, vt ſæpius ſpoliatis cæſiſque hominibus ſanctæ Eccleſiæ, exani-

A mes reliquerit, cauſas qualiter Eccleſiæ vel baſilicæ S. Martini damna intenderet, inquirens. Vnde factum eſt vt quadam vice venientes homines noſtros, atque echinum in vaſis deferentes, cæderet, proteteret, ipſaq; vaſa caperet. Quod factum cum comperiſſem, eum à communione ſuſpendi, non quaſi vltor iniuriæ meæ, ſed vt facilius eum ab hac inſania redderem emendatum. At ille electis duodecim viris, vt hoc ſcelus peieraret, aduenit. Sed enim ego nullum vellem Sacramentum ſuſcipere, compulſus ab eo, vel à ciuibus noſtris, amotis reliquis ipſius tantum iuramentum ſuſcepi, iuſſique eum recipi in communionem. Erat autem eo tempore menſis primus. Adueniente autem menſe quinto quo prata ſecari ſolent, pratum ſanctimonialium, quod termino prati ſui adhærebat, peruadit. In quo ſtatim vt falcem miſit, febre correptus, die tertia ſpiritum exhalauit. Depoſuerat enim ſibi ſepulchrum in baſilica ſancti Martini vici Condatenſis, quod detectum ſui & effractum in fruſta reperiunt. Sic poſtea in porticu ipſius

Pelagius ſanctimonialium ſurripiens exſpirat.

B baſilicæ eſt ſepultus: vaſa quoque echini, quæ peierauerat, poſt obitum illius ab eius promptuario ſunt delata. Manifeſtata eſt autem virtus beatæ Mariæ, in cuius baſilica miſer Sacramentum protulit mendax.

Cap 41. De percuſſoribus Prætextati Epiſcopi.

Cum autem per totam terram ſonus ille percurreret, Prætextatum Epiſcopum à Fredegunde fuiſſe interfectum, illa quoque quo facilius detergeretur à crimine, adprehenſum puerum cædi iuſſit vehementer, dicens, Tu hoc blaſphemium ſuper me intuliſti, vt prætextatum vrbis Rothomagenſis Epiſcopum gladio adpeteres; & tradidit eum nepoti ipſius ſacerdotis. Qui cum eum in ſupplicio poſuiſſet, omnem rem euidenter aperuit, dixitque, A regina enim Fredegunde centum ſolidos accepi vt hoc facerem: à Melantio vero Epiſcopo, quinquaginta: & ab Archidiacono ciuitatis, alios quinquaginta: inſuper & promiſſum habui, vt ingenuus fierem, ſicut & vxor mea. In hac voce illius, euaginato homo ille gladio, prædictum reum in fruſta concidit. Fredegundis vero Melantium quem prius Epiſcopum poſuerat Eccleſiæ, inſtituit.

C

Cap 42. Beppolenus ad Guntchramnum deficit, Andegauos expilat.

Dum à Fredegunde Beppolenus dux valde fatigaretur, nec iuxta perſonam ſuam ei honor debitus impenderetur, cernens ſe deſpici, ad Guntheramnum regem abiit. A quo accepta poteſtate ducatus ſuper ciuitates illas quæ ad Chlotharium Chilperici regis filium pertinebant, cum magna potentia pergit: ſed à Redonicis non eſt receptus. Andegauos vero veniens, multa mala ibidem geſſit, ita vt annonas, fœnum, vinum, & quicquid reperire potuiſſet in domibus ciuium ad quas acceſſerat, nec expectatis clauibus, diſruptis oſtiis deuaſtaret: multoſque de habitatoribus loci cædibus adfecit, protriuitque. Domigiſilo quoque metum intulit, ſed pacificatus eſt cum eo. Accedens autem ad vrbem, dum epularetur cum diuerſis in triſtega, ſubito effracto pulpito domus, vix ſemiuiuus euaſit, multis debilitatis, in eiſdem tamen malis perdurans quæ prius geſſerat. Multa tunc & Fredegundis in regno filij ſui de rebus eius euertit. Ipſe quoque ad Redonicos rediens, & eos

D regi Guntheramno ſubdere cupiens, filium ſuum in hoc loco reliquit. Qui non multo intercedente tempore, irruentibus Redonicis interemptus eſt cum multis honoratis viris. Hoc anno multa ſigna adparuerunt: nam menſe ſeptimo arbores viſæ ſunt floruiſſe: ſed & multæ quæ prius poma habuerant, noua dederunt, quæ vſque ad natalis Dominici tempora in ipſis arboribus habita ſunt. Fulgor per cœlum ſerpentis cucurriſſe viſus eſt.

Arbores bis in anno fructificant.

Cap. 43. Nicetius Maſſilienſis prouinciæ rector ordinatur.

Anno quoque duodecimo Childeberti regis, Nicetius Aruernus rector Maſſilienſis prouinciæ, & reliquarum vrbium quæ in illis partibus ad regnum regis ipſius pertinebãt eſt ordinatus. Anteſtius vero in Andegauos à rege Guntheramno dirigitur, multis ibidẽ dãnis adfligens eos qui in morte Domnolæ vxoris Nectarij mixti fuerunt, reſque Beppoleni eo quod fuerit huius caput ſceleris, in fiſcum redigens, Namnetas acceſſit: ac laceſſire Nonnichium Epiſcopum cœpit, dicens, Quia

E filius tuus in hoc facinore eſt admixtus, vt dignas pro commiſſis ſuis pœnas luat meritum exigit: ſed puer conſcientia accuſante territus, ad Chlotharium filium Chilperici aufugit. Anteſtius vero acceptis fideiuſſoribus ab Epiſcopo: vt in præſentia regis adeſſet, Sanctonas venit. Sonus autem his diebus exierat, quod Fredegundis occultos in Hiſpanias nuncios dirigeret, eoſdemque à Palladio Sanctonicæ vrbis Epiſcopo clam ſuſceptos, & inantea tranſmiſſus fuiſſe. Erant autem eo tempore dies quadrageſimæ ſanctæ, & Epiſcopus in inſulam maris orationis cauſa ſeceſſerat: ſecundum conſuetudinem autem dum ad Dominicæ cœnæ feſta ad Eccleſiam ſuam populo expectante rediret, ab Anteſtio in via vallatur. Qui nec diſcuſſa rei veritate dicebat, Non ingredieris vrbem ſed exilio condemnaberis, quia ſuſcepiſti nuncios inimicæ Domini noſtri regis. At ille, Neſcio, ait, quid loquaris: tamen quia dies ſancti imminent, accedamus ad vrbem, decurſiſque ſolemnitatum ſanctarum feſtis, poſtea quæcunque volueris oppone, rationem à me accipies: quia quod reputas

F nihil eſt. At ille, Nequaquam, inquit, ſed non attinges limina Eccleſiæ tuæ, quia infidelis adparuiſti Domino noſtro regi. Quid plura? tenetur in via Epiſcopus domus Eccleſiæ deſcribitur, reſque diripiuntur: ciues eum hominem obtinere non queunt vt ſaltem vel celebrata ſolemnitate paſchali diſcutiatur. Hiſque ſupplicantibus, & illo renitente, tandem patefacit vulnus quod latebat in pectore. Si inquit, domum quam intra territorij Biturici terminum habere dignoſcitur, meæ ditioni facta venditione ſubdiderit, quæ flagitatis facio: alioquin non effugiet manus meas, niſi trudatur in exilium. Metuit negare Epiſcopus, ſcripſit, ſubſcripſitque ac tradidit agrum: & ſic datis fideiuſſoribus de præſentia ſua ante regem in ciuitatem ingredi permiſſus eſt. Tranſactis igitur diebus ſanctis, ad regem pergit: adfuit & Anteſtius, ſed nihil de his quæ opponebat Epiſcopo, potuit adprobare. Epiſcopus autem ad vrbem redire iubetur, & vſque ad ſynodum futuram dilatatur, ſi fortè aliqua de his quæ opponebantur, euidentius poſſint agnoſci. Adfuit & Nonnichius Epiſcopus, qui datis multis muneribus abſceſſit.

Anteſtius vi inuadit poſſeſſiones Eccleſiæ.

G

Cap 44.

Fredegundis vero quaſi ex nomine filij ſui, legatos ad Guntheramnum regem dirigit, qui reſerata petitione, accepto reſponſo, Valedicentes abſcedunt: ſed neſcio quibus cauſis paululum apud metatum ſuum remorati ſunt. Mane autem facto, procedente rege ad matutinos, ac præeunte cereo, viſus eſt homo quaſi ebrius in angulo oratorij dormitare, accinctus gladio, cuius haſta pariete ſubſtentabatur: hoc viſo rex exclamauit, dicens, Non eſſe ſimpliciter hominem, ſub hoc horrore noctis tali in loco quieſcere. Oppreſſus autem, & loris reuinctus, interrogabatur quid ſibi hæc vellent quæ ageret. Nec mora ſupplicio ſubditus, dicit ſe à legatis qui aduenerant, emiſſum fuiſſe, vt rex deberet interfici. Deniq; adprehenſi legati Fredegundis, nihil de his quæ interrogati ſunt confitentur, dicentes, Nos nihil ad aliud miſſos, niſi vt legationem quam ſuggeſſimus deferremus. Tunc hominem illum diuerſis plagis adfectum, & carceri mancipatum, legatos per diuerſa loca exilio condemnari præcipit. Manifeſtiſſimè enim patuit ſub hoc dolo à Fredegunde fuiſſe directus, vt regem interficere deberent (quod miſericordis Domini non permiſit) inter quos Baddo ſenior habebatur.

Fredegunda mittit qui Guntchramnum occidat.

H

Cap 45.

Cum autem legati de Hiſpaniis crebro ad regem Guntheramnum venirent, & nullius pacis gratiam obtinere potuiſſent, ſed magis inimicitia pullularet, rex Guntheramnus Albigenſem vrbem nepoti ſuo Childeberto reddidit. Quod cernens Deſiderius dux, qui maximè in eiuſdem vrbis territorio meliora facultati ſuæ condiderat, timens ne vltio expeteretur ab eo propter antiquam inimicitiam, quod aliquando in eadem ciuitate exercitum glorioſæ memoriæ Sygiberti regis grauiter adfeciſſet, cum Tetradia vxore ſua, quam Eulalio tunc Aruerno comiti abſtulerat, in termino Tholoſano

Deſiderius ſibi timens ſeceſſit.

cum

A

cum rebus omnibus tranſiens exercitum commouet, & contra Gothos abire diſponit, diuiſis prius, vt ferunt, rebus inter filios & coniugem, adſumptóque ſecum Auſtroualdo comite, Carcaſonam petiit. Præparauerant enim ſe hoc audito vrbis illius ciues, quaſi reſiſtere volentes, audierant autem de his prius. Denique inito bello fugere Gothi cœperunt, & Deſiderius cum Auſtroualdo à tergo cædere hoſtem. Illis quoque fugientibus, hic cum paucis ad vrbem acceſſit: laſſati enim fuerant equi ſociorum. Tunc ad portam vrbis accedens, vallatus à ciuibus qui intra muros erant, interfectus eſt cum his omnibus qui cum fuerant proſecuti: ita vt vix pauci exinde quodammodo euaderent, qui rem, vt geſta fuerat, nunciarent. Auſtrouualdus vero audiens Deſiderium mortuum, de via regreſſus, ad regem porrexit, qui mox in eius locum dux ſtatuitur.

Deſiderius occiditur.

Cap. 46.
Leuuieldus hæreſios pænitēs moritur.
B

Poſt hæc Leuuieldus rex Hiſpanorum ægrotare cœpit, ſed, vt quidam adſerunt, pœnitentiam pro errore hæretico agens, & obteſtans ne huic hæreſi quiſquam reperiretur conſentaneus, in legem Catholicam tranſiit: ac per ſeptem dies in fletu perdurans, pro his quæ contra Deum iniquè molitus eſt, ſpiritum exhalauit: regnauitque Richaredus filius eius pro eo.

GREGORII TVRONENSIS Hiſtoriarum.

LIBER IX.

Cap. 1.

IGITVR poſt mortem Leuuieldi Hiſpanorum regis, Richaredus filius eius fœdus init cum Goiſiontha relicta patris ſui, eamque vt matrem ſuſcepit. Hæc enim erat mater Brunichildis reginæ, matris Childeberti iunioris. Richaredus vero de alia vxore erat filius Leuuieldi: denique cum nouerca habito conſilio, legatos ad Guntchramnum regem, atque Childebertum dirigit dicens, Pacem habere nobiſcum, & ineamus fœdus, vt adiuti præſidio veſtro, cum neceſſitas popoſcerit, ſimili nos conditione intercedente charitate muniamus. Venientes vero legati qui ad Gunthchramnum regem directi erant, apud Mateſcenſe oppidum iuſſi ſunt reſidere: ibique tranſmiſſis viris rex cauſas cognouit, ſed recipere noluit verba eorum, vnde talis poſtmodum inter eos inimicitia pullulauit, vt ad ciuitates Septimaniæ nullum de regno eius tranſire permitterent. Hi vero qui ad Childebertum regem venerunt, cum charitate recepti ſunt, datiſque muneribus accepta pace cum muneribus ſunt regreſſi.

C
Richaredus Leuuieldo ſucceſſit, legatoſque ad Gunthchrāmnum mittit.

Cap. 2.
Rhadegundis obitus.
D

Eo anno beatiſſima Radegundis ab hoc mūdo migrauit. Quæ magnum planctum in monaſterio quod conſtituerat dereliquit, fuique & ego præſens ad eam ſepeliendam. Obiit autem menſe ſexto, tertiadecima die menſis, ſepulta poſt triduum. Quæ autem ibi ipſa die virtutes adparuerunt, & qualiter fuerit funerata, in libro * miraculorum plenius ſcribere ſtudui.

** initio libri martyrū c. 106. lib. de gloria conf. de perſona etiam Rhadegundis l. 1. ſcripſit Fortunatus.*

Interea aduenit feſtiuitas ſancti Marcelli, quæ apud vrbem Cabillonenſem menſe ſeptimo celebratur, & Gunthchramnus rex adfuit: verum vbi peractis ſolennibus ad ſacroſanctum altarium communicandi gratia acceſſiſſet, venit quidam quaſi aliquid ſuggeſturus. Qui cum properat contra regem, culter ei de manu delabitur. Adprehenſoque repentè, alium cultrum euaginatum in manu eius reperiunt. Nec mora, eductus à baſilica ſancta, vinctus & tormentis addictus, confitetur ſe emiſſum ad interficiendum regem, dicens, Sic enim tractauit qui me miſit, quia cognouit rex multorum in ſe odia adgregata, & ſuſpectus ne percutiatur, omnino ſe à ſuis vallari præcipit, nec reperitur aditus qualiter ad eum cum gladiis poſſit accedere, niſi in Eccleſia in qua ſecurus & nihil metuens ſtare dignoſcitur, tranſuerberetur. Sed & his de quibus locutus fuit adprehenſis multis interemptis, hunc verberatum plagis dimiſit viuum; quia nefas putauit, ſi is qui ab Eccleſia eductus fuerat trucidatur.

E
Sicarius ad Gūthchrāmnum accedit.

Cap. 3.
Cap. 4.
Childeberto naſcitur filius.

Eo anno Childeberto regi alius filius natus eſt, quem Veratus Cabilonenſis Epiſcopus ſuſcipiens à lauacro, Theodorici nomen poſuit. Erat enim eo tempore ipſe pontifex magnis virtutibus præditus, ita vt plerunque infirmis ſignum crucis imponens, ſtatim ſanitati, tribuente Domino, reſtauraret.

Cap. 5.
Prodigia.

Prodigia quoque multa dehinc adparuerunt: Nam vaſa per domos diuerſorum, ſignis neſcio quibus caraxata ſunt, quæ res nullo vnquam modo aut eradi potuit, aut deleri. Inceptum eſt autem hoc prodigium ab vrbis Carnotenæ territorio: & veniens per Aurelianenſem vſque Burdegalenſem terminum peraccesſit, non prætermittens vllam vrbem quæ fuit in medio. In vineis vero menſe octauo tranſacta vindemia, palmites nouos cum vuis deformatis aſpeximus. In aliis arboribus frondes nouæ & noua viſa ſunt poma. Radij à parte aquilonis adparuerunt. Adſerebant nonnulli vidiſſe ſe ſerpentes ex nube delapſos. Alij adfirmabant villam cum caſis & hominibus ſubitanea internecione euanuiſſe: & multa alia ſigna adparuerunt, quæ aut regis obitum adnunciare ſolent, aut regionis excidium. Vindemia eo anno tenuis, aquæ validæ, pluuiæ immenſæ, flumina quoque granditer adaucta fuerunt.

F

Cap. 6.
Magi præſtigia.

Fuit eo anno in vrbe Turonica Deſiderius nomine qui ſe magnum quendam eſſe dicebat, adſerens ſe multa poſſe facere ſigna. Nam & nuncios inter ſe atque Petrum Paulumque Apoſtolos diſcurrere iactitabat: ad quem quia præſens non eram, ruſticitas populi multa confluxerat, deferentes ſecum cæcos & debiles, quos non ſanctitate ſanare, ſed errore necromantici ingenij quærebat inludere, nam hos qui erant paralytici, aut alia impediti debilitate iubebat validè extendi, vt quos virtutis diuinæ largitione dirigere non poterat quaſi per induſtriam reſtauraret. Denique adprehendebant pueri eius manus hominum, alij vero pedes, tractoſque diuerſas in partes ita vt nerui putarentur abrumpi, cum non ſanarentur, dimittebantur exanimes. Vnde factum eſt vt in hoc ſupplicio multi ſpiritum exhalarent: tantumque miſer elatus erat, vt minorem ſe beatum Martinum eſſe diceret, ſe vero Apoſtolis coæquaret. Nec mirum, ſi hic ſimilem ſe dicat Apoſtolis cum ille auctor nequitiæ à quo iſta procedunt, Chriſtum ſe in fine ſeculi ſaſſurus ſit, nam de hoc animaduerſum eſt, vt ſuperius diximus, errore necromanticæ artis fuiſſe imbutum. Quia, vt adſerunt qui eum viderunt, cum quiſque de eo procul & abditè quicquam locutus fuiſſet mali, coram populo adſtante improperabat dicens, Quia hoc & illud de me effatus eſt, quæ ſanctitate mea erant indigna: & quo alio niſi nunciantibus dæmoniis id cognoſcebat? Habebat autem cucullum ac tunicam de pilis caprarum: & in præſenti quidem abſtinens erat à cibis & potu: clam autem cum in diuerſorium veniſſet, ita infarcibat in ore, vt miniſter non occurreret tantum poſcenti porrigere. Sed detecta doloſitate eius, & à noſtris deprehenſa, eiectus eſt extra vrbis terminum. Nec cognouimus deinceps quo abiſſet: dicebat tamen ciuem ſe eſſe Burdegalenſem, nam & ante hos ſeptem annos fuit & alius magnus valdè ſeductor, qui multos decepit doloſitate ſua. Hic enim colobio indutus erat, amictus deſuper ſyndone, crucem ferens, de qua dependebant ampullulæ, quas dicebat oleum ſanctum habere. Aiebat enim ſe de Hiſpaniis aduentare, ac reliquias beatiſſimorum martyrum Vincentij Leuitæ, Feliciſque martyris exhibere. Sed cum iam veſpere ad Baſilicam ſancti Martini Turonos aduenisſet, & nos conuiuio reſideremus, mandatum miſit, dicens, Occurrant reliquiis ſanctis. Cui nos, quia hora iam præterierat, diximus, Requieſcant beatæ reliquiæ ſuper altarium, donec mane procedamus ad occurſum earum: ſed hic primo diluculo conſurgens, nec ex-

G

Dæmon ſe Chriſtum mentitur.

H
Magi vanitas.

Seductor Burdegalenſis.

pectſtis

Digitized by Google

A pectatis nobis, aduenit cum cruce ſua, & in cellula noſtra adfuit. Stupefactus ego & admirans leuitatem interrogo quid hæc ſibi velint: Reſpondit quaſi ſuperbus & inflata voce, Meliorem, inquit, occurſum nobis exhibere debueras; ſed hæc ego in aures Chilperici regis ingeram: ille autem vlciſcetur deſpectionem meam. Et ingreſſus in oratorium me poſtpoſito ipſe capitellum vnum atque alterum ac tertium dicit ipſe orationem profert, & ipſe conſummat; eleuataque iterum cruce abiit. Erat enim ei & ſermo ruſticus, & ipſius linguæ latitudo turpis atque obſcœna: ſed nec de eo ſermo rationabilis procedebat: qui vſque Pariſios acceſſit. *Rogationes.* His enim diebus Rogationes publicæ celebrabantur, quæ ante ſanctum dominicæ Aſcenſionis diem agi ſolent. Factum eſt autem vt procedente Ragnemodo pontifice cum populo ſuo, & loca ſancta circumeunte, vt & hic cum cruce ſua adueniens, inuſitatum populis exhibens indumentum, B adiunctiſque publicanis ac ruſticis mulieribus & iſte chorum ſuum facere, & quaſi cum ſua multitudine loca ſancta circumire tentat. Hæc cernens Epiſcopus, miſit Archidiaconum ſuum dicens, Si reliquias ſanctorum exhibes, pone eas paululum in baſilica, & nobiſcum celebra dies ſanctos: decurſa autem ſolemnitate, proficiſceris in viam tuam. At ille paruipendens quæ ab Archidiacono dicebantur, cœpit Epiſcopum conuiciis ac maledictionibus proſequi. Sacerdos vero intelligens eum ſeductorem, iuſſit eum recludi in cellulam. Perſcrutatiſque cunctis quæ habebat, inuenit cum eo ſacculum magnum plenum de radicibus diuerſarum herbarum: ibique & dentes talpæ, & oſſa murium, & vngues atque adipes vrſinos: videnſque hæc maleficia eſſe, cuncta iuſſit in flumen proiici, ablataque ei cruce, iuſſit eum à termino Pariſiacæ vrbis excludi. *Seductoris reliquiæ.* Sed hic iterum facta altera cruce, cœpit quæ geſſerat exercere. C Captuſque ab Archidiacono, & catenis vinctus, iuſſus eſt cuſtodiri. His diebus Pariſios adueneram, & ad baſilicam beati Iuliani martyris metatum habebam. Nocte igitur inſequenti erumpens miſer iſte de cuſtodia, cum ipſis quibus erat nexus catenis ad antedictam baſilicam ſancti Iuliani properat: atque in pauimento in loco quo ego ſtare eram ſolitus, ruit, ac ſopore vinoque oppreſſus obdormiuit. Nos vero ignari facti, media ſurgentes nocte ad reddendas domino gratias, inuenimus eum dormientem: de quo tantus pædor egrediebatur, vt omnium cloacarum atque ſeceſſuum fœtores fœtor ille deuicerit, ſed nec nos præ hoc fœtore in baſilicam ingredi potueramus. Accedens vero vnus clericorum clauſis naribus eum excitare nititur, nec potuit: ita enim erat miſer madefactus vino. Tunc quatuor accedentes clerici, leuantes eum inter manus, in vnum angulum baſilicæ proiecerunt: & exhibentes aquas abluto pauimento, reſperſo etiam herbulis odoratis, ſic ingreſſi ſumus explere curſum: D nunquam tamen nobis pſallentibus potuit excitari, donec dato terris de altius ſolis lampas aſcenderet? dehinc excuſatum reddidi Sacerdoti. Conuenientibus autem Epiſcopis apud vrbem Pariſiacam, dum hæc in conuiuio narraremus, ipſum pro caſtigationis gratia adeſſe præcipimus. Quo adſtante eleuatis Amelius Beorretanæ vrbis Epiſcopus oculis, cognoſcit eum ſuum eſſe famulum, ſibique per fugam dilapſum: & ſic excuſatum receptum reduxit in patriam. Multi enim ſunt qui has ſeductiones exercentes populum ruſticum in errorem ponere non deſiſtunt: de quibus, vt opinor, & dominus in Euangelio ait, Conſurgere in nouiſſimis temporibus Pſeudo-chriſtos, & Pſeudo-prophetas, qui dãtes ſigna & prodigia etiam electos in errorem inducãt. De his iſta ſufficiant: nos potius ad propoſitũ redeamus.

Cap. 7. Ennodius ducatu remouetur. Ennodius cum ducatum vrbium Turonicæ atque Pictauæ miniſtraret, adhuc & vici Iulienſis atque Benarnæ vrbium principatum accipit. Sed euntibus comitibus Turonicæ atque Pictauæ vrbis ad regem Childebertum, obtinuerunt, eum à ſe remoueri. Ille vero vbi ſe remotum de his ſenſit ad ciuitates ſuperius memoratas properat: ſed dum in illis commoraretur, mandatum E accepit vt ſe ab eiſdem remoueret: & ſic accepto ocio, ad domum ſuam reuerſus priuati operis curam gerit. *Vaſcones irrumpũt.* Vaſcones vero de montibus prorumpentes, in plana deſcendunt, vineas, agroſque depopulantes, domos tradentes incendio, nonnullos abducentes captiuos cum pecoribus, contra quos ſæpius Auſtrouualdus dux proceſſit, ſed paruam vltionem exercuit ab eis: Gothi vero propter ſuperioris anni deuaſtationem quam in Septimania regis Gunthchramni exercitus fecit, in Arelatenſem prouinciam proruperunt, egeruntque prædas & captiuos abduxerunt vſque ad decimum ab vrbe miliarium: vnum etiam caſtrum Vgernum nomine cum rebus atque habitatoribus deſolantes nullo reſiſtente regreſſi ſunt.

Cap. 8. Gunthchramnus vero Boſo cum exoſus reginæ haberetur, cœpit per Epiſcopos ac proceres diſcurrere, & veniam miſero precari quam ante deſpexerat. Nam cum rex Childebertus eſſet iunior, Brunichildem F reginam ſæpe conuitiis atque improperiis laceſſebat: ſed & iniuriis quæ ei ab aduerſis inferebantur, fautor extiterat. Sed & rex ad vlciſcendam iniuriam genitricis, iuſſit eum perſequi atque interfici: ille vero cum ſe cerneret poſitum in diſcrimine, Viridunenſem Eccleſiam petiit, per Agericum prorſus Epiſcopum qui erat regis pater ex lauacro, veniam impetrare confidens. Tunc pontifex ad regem properat, deprecaturque pro eo: cui rex cum negare nequiret quæ petebat ait, Veniat coram nobis, & datis fideiuſſoribus in præſentia patrui mei, quicquid illius iudicium decreuerit, exequamur. *Boſo per Agericũ veniã impetrauit.* Tunc adductus ad locum vbi rex morabatur nudatus armis, ac per manicas tentus ab Epiſcopo repræſentatur regi. Ad cuius prouolutus pedes, ait, Peccaui tibi ac genitrici tuæ, non obediendo præceptionibus veſtris: ſed agendo contra voluntatem veſtram atque vtilitatem publicam: nunc autem rogo vt indulgeatis malis meis quæ contra vos geſſi. Rex autem iuſſit eum eleuari à terra, & poſuit in manu Epiſcopi, dicens, Sit penes te ſancte ſacerdos, G donec in præſentiam Gunthchramni regis adueniat: & iuſſit eum diſcedere.

Cap. 9. Poſt hæc Rauchingus coniunctus cum prioribus regni Chlotharij filij Chilperici, confingens ſe quaſi tractaturum de pace, vt inter terminum vtriuſque regni nulla intentio aut direptio gereretur, conſilium habuerunt, vt ſcilicet interfecto Childeberto rege, Rauchingus cum Theodeberto ſeniore eius filio regnum Campaniæ teneret: Vrſio vero ac Berthefredus iuniore filio nuper genito, qui Theodoricus cognominatur, ad ſe ſuſcepto, & excluſo Gunthchramno rege, reliquum regni teneret. Multa etiam contra Brunichildem reginam frementes, vt eam in contumeliam redigerent, ſicut prius fecerant in viduitate ſua. Rauchingus ergo ſumma elatus potentia, & vt ita dicam, ad ipſius regalis ſceptri ſe iactans gloriam peruenire, iter præparat ad Childebertum regem accedendi, vt conſilium quod inierat poſſet explere. Sed pietas domini H hæc verba in aures Gunthchramni regis prius impoſuit: qui miſſis nuntiis, clam ad Childebertum regem, omnes ei molitiones has in notitiam poſuit, dicens; Accelera velociter, vt videamur à nobis: ſunt enim cauſæ quæ agi debeant. At ille diligenter inquirens quæ ei nunciata fuerant, veraque eſſe cognoſcẽs, arceſſiri Rauchingum iuſſit. Qui cùm adfuiſſet, priuſquam eum rex ſuo iuſſiſſet adſtare conſpectui, datis literis & pueris deſtinatis cum euectione publica, qui res eius per ſingula deberent capere, iuſſit eum in cubiculum intromitti: locutuſque cum eo alia ex aliis, egredi iterum de cubiculo iubet. Cumque egrederetur à duobus oſtiariis pedibus adprehenſus ruit in gradibus oſtij, ita vt pars corporis eius eſſet intrinſecus, pars vero extrinſecus extenderetur. Tunc ij qui iuſſi ad hæc explenda parati erant, cum gladiis ſuper eum ruunt, atque ita minutatim caput eius conciſerũt, vt ſimile totum cerebro putaretur: ſtatimque mortuus eſt. *Rauchingus interimitur.* Tunc denudatus & per feneſtram eiectus, ſepulturæ mandatus eſt. Erat

autem

A autem leuis in moribus, vltra humanum genus cupiditati ac facultatibus inhians alienis, & ea ipſis diuitiis valdè ſuperbus, intantum vt iam in ipſo interitus ſui tempore Chlotharij regis filium ſe fateretur. Multum tamen cum eo auri repertum eſt. Quo interfecto, protinus vnus puerorum eius curſu veloci euolans, nunciauit coniugi eius quæ acta erant. Hæc vero per plateam Sueſſionicæ ciuitatis compta, grandibus ornamentis ac gemmarum pretioſitatibus, & auri fulgore obtecta aſcenſo equo, præcedentibus pueris aliiſque ſequentibus ferebatur; atque ad baſilicam ſancti Criſpini Criſpinianique properabat, quaſi ſpectatura Miſſas: erat (*Miſſa.*) enim eo die paſſio martyrum beatorum. Sed videns nuntium per aliam plateam greſſum retorquens, proiectis in terram ornamentis in Baſilicam ſancti Medardi antiſtitis confugit, ibi ſe tutari confeſſoris præſidio putans. Pueri vero qui miſſi à rege fuerant ad requirendas res eius, tanta in theſauris illius reperiunt, quanta nec in ipſo ærarij publici regeſto poterant inueniri, B quod totum regis conſpectibus præſentarunt: nam eo die quo hic interfectus eſt, erant cum rege multi Turonorum atque Pictauorum, de quibus tale fuit conſilium, vt ſi malum hoc perficere potuiſſent, his ſubditis ſupplicio diceretur, quia ex vobis fuit qui regem noſtrum interemit: eiſque diuerſis ſuppliciis trucidatis, vltores ſe mortis regiæ eſſe iactarent. Sed Deus omnipotens conſilia eorum, quia iniqua erant, diſſipauit, impleuitque illud quod ſcriptum eſt, Quia foueam quam fratri parabis, incides in eam. In locum tamen Rauchingi Magnoualdus dirigitur dux, iam enim Vrſio atque Berthefredus certi quod Rauchingus quæ conlocuti fuerant, poſſit explere, collecto exercitu veniebant. Sed audientes, quod ſcilicet tali fuiſſet affectus interitu, adaucta adhuc ſecum multitudine hominum quæ ad eos pertinere videbatur, intra caſtrum Vabrenſe, quod villæ Vrſionis propinquum erat, cum rebus omnibus ſe muniunt conſcij conſilij ſui, tractantes vt ſi rex Childebertus aliquid contra eos agere voluiſſet, C virtute ſe ab eius exercitu defenſarent: caput enim horum & cauſa malorum Vrſio erat. Sed Brunichildis regina mandata miſit Berthefredo, dicens, Diſiunge te ab homine inimico, & habebis vitam: alioquin cum eodem interibis; filiam enim eius ex lauacro regina ſuſceperat, & ob hoc miſericordiam de eo habere voluit. Qui ait, Niſi morte diuellar ab eo, nunquam à me relinquetur.

Cap. 10. Dum hæc agerentur, iterum miſit Gunthchramnus rex ad nepotem ſuum Childebertum, dicens, Moræ omnes abſcedant, & veni vt te videam, eſt enim certa neceſſitatis cauſa, tam pro vitæ noſtræ commodo, quam pro vtilitatibus publicis, vt videamur à nobis. Hæc ille audiens, adſumpta matre cum ſorore & coniuge, ad occurſum patrui deſtinat. Adfuit autem & Magnericus Epiſcopus Treuericæ vrbis. Venit etiã Gunthchramnus Boſo, quem Agericus Viridunenſis Epiſcopus ſua in fide ſuſceperat: ſed pontifex ille qui pro eo D fidem fecerat non adfuit, quia conuenerat vt abſque vllius defenſione regi præſentaretur, ſcilicet vt ſi ipſe decerneret eum mori debere, non excuſaretur à ſacerdote: ſin autem ille vitam concederet liber abiret. Sed coniunctis regibus pro diuerſis falſitatibus culpabilis iudicatur, iuſſum eſt vt interficeretur. Quod cum ille comperiſſet, ad manſionem Magnerici Epiſcopi conuolauit, & clauſis oſtiis, ſegregatis ab eo clericis ac famulis, ait, Scio, te beatiſſime ſacerdos magnum cum regibus honorem habere, & nunc ad te confugio vt euadam, ecce percuſſores ad oſtium. vnde manifeſte ſcias, Quod ſi à te non eruor, interfecto te, egrediar foras, & moriar. Manifeſtiſſime enim noueris, quia aut mors vna nos occupat, aut par vita defenſat. O ſancte ſacerdos, ſcio enim te patrem communem cum rege eſſe filio eius, & noui quoniam quæcumque petieris ab eo, obtinebis: nec negare omnino poterit ſanctitati tuæ quæcumque popoſceris: ideoque aut impetra veniam, aut moriamur ſimul. Hæc autem euaginato aiebat gladio. Turbatus audito Epiſcopus, ait, E Et quid faciam, ſi hic à te teneor. dimitte me vt eam, & deprecer miſericordiam regis, & fortaſſis miſerebitur tui. Et ille, Nequaquam, ſed tranſmitte abbates & creditos tuos vt hæc quæ loquor exponant. Veruntamen non hæc regi vt erant, nuntiata ſunt: ſed dixerunt quod hic ab Epiſcopo defenſaretur: vnde factum eſt vt commotus rex diceret, Si Epiſcopus exinde egredi noluerit, pariter cum illo auctore perfidiæ pereat. Hæc audiens Epiſcopus direxit nuntios ad regem. Qui cum iſta narraſſent, ait rex Gunthchramnus, Iniicite ignem in domum, & ſi exire nequiuerit Epiſcopus, pariter concrementur. Hæc audientes clerici, effracto vi oſtio, Sacerdotem eiiciunt foras. Tunc miſerrimus cum videret ſe flammis validis ab vtraque parte vallari, accinctus gladio accedit ad oſtium: verum vbi primum limen domus egrediens greſſum foris fixit, ſtatim vnus è populo eiecta lancea, frontem eius inliſit. At (*Gunthchramnus*) ille hoc ictu turbatus, quaſi amens, gladium eiicere F tentans, ab adſtantibus ita lancearum multitudine ſauciatur, vt defixis in lateribus eius ſpiculis & ſuſtentantibus haſtilibus ad terram ruere non poſſet. (*Boſo trucidatur.*) Interfecti ſunt & pauci qui cum eo erant, expoſitique in campo ſimul. Pro quibus vix obtentum fuit cum principibus, vt terræ reconderentur. Fuit autem hic in actu leuis, auaritiæ inhians, rerum alienarum vltra modum cupidus, omnibus iurans, & nulli promiſſa adimplens. Vxor autem eius cum filiis exilio data eſt, réſque illius fiſco coniunctæ ſunt. Multitudo autem auri argentique ac diuerſarum ſpecierum in eius regeſtia reperta eſt. Sed & quæ ſub terra abſconderat ſtimulante conſcientia iniquitatis ſuæ, non latuerunt, ariolis ac ſortibus ſæpiùs vtebatur, ex quibus futura cognoſcere cupiens, remanſit inluſus. (*Boſo vtebatur ſortibus.*)

Rex vero Gunthchramnus cum nepote ſuo ac reginis, pacem firmauit, datis ſibi inuicem muneribus, ac ſtabilitis cauſis publicis, epulati ſunt pariter. (Cap. 11.) Laudabat enim Dominum Gunthchramnus rex dicens: Refero (*Reges & Reginæ*) G tibi maximas gratias omnipotens Deus qui mihi præſtitiſti vt videre merear filios de filio meo Childeberto: (*inuicem viſitant.*) vnde non me puto vſquequaque à tua maieſtate relictum, qui mihi hæc præſtitiſti, vt videam filios filij mei. Tunc Dynamium & Lupum ducem redditos rex Childebertus recepit, Cadurcum Brunichildi reginæ reſedit. Et ſic cum pace & gaudio iterum atque iterum Deo gratias agentes, conſcriptis pactionibus, ſe remunerantes & oſculantes, regreſſus eſt vnuſquiſque ad ciuitatem ſuam.

Childericus vero rex, collecto exercitu ad locum dirigi iubet, in quo Vrſio ac Berthefredus incluſi morabantur. (Cap. 12. *Childeberti exercitu Vrſi. concluditur*) Erat enim villa in pago Vabrenſi, cui imminebat mons arduus. In huius cacumine baſilicam in honore ſancti ac beatiſſimi Martini conſtruxit: ferebatur enim ibi caſtrum antiquitus fuiſſe: ſed nunc non cura, ſed natura tantum munitum erat. In hac ergo baſilica cum rebus atque vxoribus & familia ſe ante dicti concluſerant. Commoto ergo exercitu, ſicut diximus, Childebertus rex illuc dirigi iubet. H Veruntamen commoti homines antequam ad eos accederent, vbicumque aut villas aut res eorum reperire potuerunt, omnia incendio ac prædæ tradiderunt. Accedentes autem ad hunc locum ad montem ſe proripiunt, & baſilicam cum armis vallant. Habebant autem quaſi ducem tunc Godegiſilum Lupi ducis generum. Cumque eos extrahere de baſilica non valerent, ignem adplicare nituntur. Quod cernens Vrſio, accinctus gladio, foras egreſſus eſt. Tantaque cæde hos qui adſidebant mactauit, vt quotcunque in eius contemplationem adueniſſent, nullus viuens euadere poſſit. Ibi & Trudulphus palatij (*Trudulphus cadit.*) regalis comes cecidit, & multi de hoc exercitu proſtrati ſunt. Cumque iam nullus de cæde Vrſionis cerneretur percuſſus à quodam in fœmore debilitatus ad terram ruit, & ſic ruentibus aliis vitam finiuit. Quod cernens Godegiſilus, clamare cœpit ac dicere, Fiat nunc pax, ecce maximus inimicus dominorum noſtrorum ruit:

A hic vero Berthefredus vitam habeat. Hæc eo dicente, cum omnis populus ad direptionem rerum quæ in baſilica adunatæ fuerant, inhiaret, Berthefredus aſcenſo equo ad Virdunenſem vrbem dirigit: ibique in oratorio quod in domo Eccleſiaſtica erat, ſe tutari putans, præſertim cum & ipſe Pontifex Agericus in hac domo reſideret. Sed cum Childeberto regi nuntiatum fuiſſet, effugiſſe ſcilicet Berthefredum, perculſus cordis dolore ait, Si hic mortem euaſerit, non euadet Godegiſilus manus meas. Neſciebat tamen rex, eum in domum Eccleſiæ ingreſſum fuiſſe, ſed quaſi in regionem aliam confugiſſe. Tunc timens Godegiſilus commoto iterum exercitu, domum Eccleſiæ armatis vallat. Sed cum eo Pontifex reddere nequiret, ſed defenſare conaretur, aſcendentes ſupra tectum, eum ab ipſis tegulis in maceriis, quibus oratorium opertum erat, inlidentes, interfecerunt: ibique cum tribus famulis mortuus eſt. Multum ex hoc Epiſcopus dolens, quod eum non ſolum defenſare non potuit, verum etiam locum in quo orare conſueuerat, & in quo ſanctorum pignora B adgregata fuerant, ſanguine humano pollui vidit. Miſit autem Childebertus rex eum muneribus, vt à mœrore reuocaretur: ſed noluit conſolari. Multi autem his diebus pertimeſcentes regem, in alias regiones abſceſſerunt. Nonnulli etiam à primatu ducatus remoti ſunt, in quorum ordinem alij ſucceſſerunt.

Berthefredus occiditur.

Cap. 13. *Baddon.*

Gunthchramnus vero Baddonem quem pro crimine maieſtatis ſuperius vinctum diximus, in præſentiā ſuam venire iuſſit, & tranſmittens vſque Pariſios, ait, Si eum cum idoneis hominibus Fredegundis ab hac actione qua impetitur, immunem fecerit, abſcedat liber, & quo voluerit eat. Sed veniens Pariſios, nullus de parte memoratæ mulieris adfuit, qui eum idoneum reddere poſſet. Tunc vinctus & catenis oneratus ſub ardua cuſtodia, ad vrbem Cabillonenſem reductus eſt. Sed poſtea intercurrentibus nuntiis, & præſertim Leudoualdo Baiocaſſino pontifice dimiſſus, ad propria rediit. Grauiter tunc morbus dyſentericus apud Metenſem ſæuiebat G vrbem. His diebus nos dum ad occurſum regis properaremus, VVilulfum ciuem Pictauum, plenum febre, hoc morbo laborantem in via offendimus, id eſt, ad Remenſem vrbem, de qua profectus valde exinanitus eum ad vrbem Pariſiacam cum filio vxoris ſuæ veniſſet, apud villam Rigoialenſem facto teſtamento defunctus eſt: puer vero qui & ipſe ab hoc languore tenebatur obiit: & ſic pariter in vrbis Pictauæ delati terminum, tumulati ſunt. Vxor quoque ipſius VVilulfi tertio copulatur viro, filio ſcilicet Beppoleni ducis: qui & ipſe duas iam, vt celebre fertur, viuentes viuas reliquerat: erat enim leuis atque luxurioſus, & dum nimio ardore fornicationis arctaretur, ac relicta coniuge cum famulabus accubaret, exhorrens legitimum connubium, aliud expetebat: ſic & ſecundæ fecit, & huic cui tertio copulatus eſt, ignorans quod corruptio incorruptionem non poſſidebit.

Dyſenteria.

Mors impudicitia.

Cap. 14.

Poſt hæc cum Egidius Remenſis vrbis Epiſcopus, de illo crimine maieſtatis quo ſuperius memorati D pe- tempti ſunt, ſuſpectus haberetur, cum magnis muneribus ad Childebertum accedens, veniam deprecatur: prius tamen ſacramenta ſuſcipiens, in baſilica ſancti Remigij, ne aliquid mali in itinere pateretur: ſuſceptuſque a rege cum pace diſceſſit. Pacem etiam cum Lupo duce obtinuit, quem inſtinctu eius de Campaniæ ducatu ſupra memorauimus fuiſſe depulſum. Vnde rex Gunthchramnus valde in amaritudinem excitatus eſt eo quod ei promiſerit Lupus nunquam ſe cum eodem pacem facturum, quia fuiſſet regis cognitus inimicus.

Egidius Epiſcopus Lupo duci conciliatur.

Cap. 15. *Richaredus rex Hiſpan. conuertitur.*

Igitur eo tempore in Hiſpania Richaredus rex compunctus miſeratione diuina, conuocatis Epiſcopis religionis ſuæ ait, Cur inter vos & ſacerdotes illos qui ſe catholicos dicunt, iugiter ſcandalum propagatur: & cum illi per fidem ſuam ſigna multa oſtendant, vos nihil tale agere poteſtis? qua de re conuenire quæſo ſimul, & diſcuſſis vtriuſque partis credulitatibus, quæ vera ſunt cognoſcamus: & tunc aut accepta illi à vobis ratione ea credāt quæ dicitis, aut certe vos ab illis veritatem E agnoſcentes, quæ prædicauerint vos credatis. Quod cum factum fuiſſet, cōgregatis vtriuſque partis Epiſcopis, propoſuerunt hæretici illa quæ ſæpius ab ipſis dicta iam ſcripſimus: ſimiliter reſponderunt Epiſcopi noſtræ religionis ea de quibus hæreticorum partem plerumque victam libris ſuperioribus demonſtrauimus: & præſentim cum rex diceret, quod nullum ſignum ſanitatis ſuper infirmos ab hæreticorum oſtenderetur Epiſcopis, ac in memoria replicaret qualiter tempore genitoris ſui, Epiſcopus qui ſe iactabat per fidem non rectā cæcis reſtituere lumen tacto cæco & cæcitati perpetuæ damnato diſceſſiſſet confuſus, quod nos in libro miraculorum plenius declarauimus: vocauit ad ſe ſeorſum ſacerdotes Dei, quibus perſcrutatis, cognouit vnum Deum ſub diſtinctione coli perſonarum trium, id eſt, patris & filij & Spiritus ſancti: nec minorem filium patre ſpirituque ſancto, neque Spiritum ſanctum minorem patre vel filio, ſed in vna æqualitate atque omnipotentia hanc Trinitatem verum Deum F fateri. Tunc intelligens veritatem Richaredus, poſtpoſita altercatione, ſe catholicæ legi ſubdidit, & accepto ſignaculo beatæ crucis cum chriſmatis vnctione, credidit Ieſum Chriſtum filium Dei æqualem cum Spiritu ſancto regnantem in ſecula ſeculorum, Amen. Deinde nuntios mittit ad prouinciam Narbonenſem, quibus narrantibus ea quæ ille geſſerat, ſimili credulitate populus ille connecteretur. Erat tunc temporis Arrianæ ſectæ Epiſcopus Athalocus, qui ita per propoſitiones vanas ac interpretationes falſas ſcripturarum, Eccleſias Dei conturbarat, vt putaretur quod ipſe eſſet Arrius, quem proieciſſe in ſeceſſum exta hiſtoriographus narrauit Euſebius. Sed cum hæc populo ſectæ ſuæ credere non ſineret, & ad conſentiendum ei paucorum faueret adulatio, commotus felle, ingreſſus in cellulam ſuam inclinato ſuper lectulum capite, nequam ſpiritum exhalauit. Sicque hæreticorum populus, in ipſa conſiſtens prouincia, inſeparabilem Trinitatem confeſſus, ab errore diſceſſit.

Diſtinctio perſonarum.

G

Cap. 16. *Richaredi legatio ad reges Franc.*

Poſt hæc Richaredus legationem ad Gunthchramnum atque ad Childebertum direxit pacis gratia, vt ſcilicet ſicut in fide ſe adſerebat vnum, ita & charitate ſe præſtaret vnitum. Sed à Guntchramno rege repulſi ſunt, dicente, Qualem mihi fidem promittere poſſunt, aut quemadmodum à me credi debent, qui neptem meam Ingundem in captiuitatem tradiderunt, & per eorum inſidias & vir eius interfectus eſt; & ipſa in peregrinatione defuncta? Non recipio ergo legationem Richaredi, donec me Deus vlciſci iubeat de his inimicis. Hæc legati audientes, ad Childebertum proficiſcuntur, à quo & in pace excepti ſunt, dicente, Vult ſe dominus noſter, frater tuus Richaredus de hoc crimine exuere, quod ei imponitur, quaſi in mortem ſororis veſtræ fuiſſet conſcius: de quo, ſacramento, ſi vultis, aut qualibet alia conditione idoneus reddi poteſt. Deinde datis gratiæ veſtræ decem milibus ſolidorum, charitatem veſtram habere deſiderat, & vt ille veſtro vtatur ſolatio, & vos eius vbi neceſſe fuerit, beneficiis H potiamini. Hæc illis dicentibus, promiſerunt Childebertus rex & mater eius pacem & charitatem cum ipſo ſe integre cuſtodituros. Acceptiſque ac datis muneribus, addiderunt legati, Iuſſit etiam dominus noſter ponere verbum in auribus veſtris de filia ſiue ſorore veſtra Clodoſinda, vt ei tradatur in matrimonium, quo facilius pax quæ inter vos promittitur, confirmetur. Qui dixerunt, Promiſſio noſtra ex hoc habilis, dabitur, ſed ſine patrui noſtri Guntchramni regis conſilio hæc facere non audemus: promiſſum enim habemus de maioribus cauſis nihil ſine eius conſilio agere: accepto itaque reſponſo redierunt.

Cap. 17. *Hyems grauiſſima.*

Eo anno verno tempore pluuiæ validæ fuerunt, & cum iam vel arbores vel vineæ fronduiſſent, nix decidua cuncta operuit. ſubſequenti quoque gelu, tam palmites vinearum, quam reliqui oſtenſi fructus incenſi ſunt. Tantuſque rigor fuiſſe viſus eſt, vt etiam hirundines

A

dines & alites quæ de externis regionibus venerant, vi algoris extinguerentur. Illud etiam admirabile fuit, quod vbi nunquam gelo nocuit, mne omnia abſtulit: & eo vbi conſueuerat lædere, non acceſſit.

Cap. 18. *Britanni prædantur.*

Britanni quoque irruentes in terminum Namneticum, prædas egerunt, peruadentes villas, & captiuos abducentes. Quod cum Guntheramno regi perlatum fuiſſet, iuſſit commoueri exercitum, dirigens illuc nuntium qui eis loqueretur vt componarent cuncta quæ male geſſerant, aut certe nouerint ſe gladio caſuros ab exercitu eius. At illi timentes, promittunt ſe omnia quæ male geſſerant, emendare. His auditis, rex dirigit illuc legationem, id eſt Namatium Aurelianenſem, & Bertheramnum Cœnomannenſem Epiſcopum, cum comitibus & aliis viris magnificis. Adfuerunt etiam & de regno Chlotharij Chilperici regis filij viri magnifici: qui euntes in terminum Namneticum locuti ſunt cum Vvarocho & Vidimaclo omnia quæ rex præceperat. At illi dixerunt, Scimus & nos ciuitates iſtas Chlotharij regis filiis redhiberi, & nos ipſis debere eſſe ſubiectos: tamen

B

quæ contra rationem geſſimus, cuncta componere non moramur: & datis fideiuſſoribus, atque ſubſcriptis cautionibus, promiſerunt ſe ſingula millia ſolidorum Guntheramno regi & Chlothario in compoſitionem daturos, promittentes nunquam terminum ciuitatum illarum vltra ſe adgreſſuros. His ita compoſitis, regreſſi ſunt reliqui, & narrauerant regi quæ geſſerant. Namatius vero Epiſcopus, dum receptis villis intra terminum. Namneticæ vrbis, quas olim parentes eius perdiderant, ibidem moraretur, puſulæ malæ ei tres oriuntur in capite. Ex hoc valde confectus tædio, dum ad ciuitatem ſuam reuerti cuperet, intra Andegauenſis territorij terminum, ſpiritum exhalauit. Corpuſculum eius ad vrbem ſuam delatum, in baſilica ſancti Aniani confeſſoris ſepultum eſt: in cuius cathedram Auſtinus Paſtoris quondam filius ſubrogatur. Vvarochus vero oblitus Sacramenti & cautionis ſuæ, omnia poſtpoſuit quæ promiſit. Vineas Namneticorum abſtulit, & vindemiam

Namatius moritur.

C

colligens, vinum in Veneticum tranſtulit. Et ex hoc iterum rex Guntheramnus valde furens, exercitum commoueri iuſſit, ſed quieuit.

Cap. 19.

Bellum vero illud quod inter ciues Turonicos ſuperius diximus terminatum, in rediuiuam rurſum inſaniam ſurgit. Nam Sicharius cum poſt interfectionem parentum Chramiſindi, magnam cum eo amicitiam patrauiſſet, & intantum ſe charitate mutua diligerent, vt plerumque ſimul cibum caperent, ac in vno pariter ſtrato recumberent, quadam die cœnam ſub nocturno tempore præparat Chramiſindus, inuitans Sicharium ad epulum ſuum. Quo veniente, reſident pariter ad conuiuium: cumque Sicharius crapulatus a vino, multa iactaret in Chramiſindum, ad extremum dixiſſe fertur, Magnas mihi debes referre grates, ô dulciſſime frater, eo quod interfecerim parentes tuos, de quibus accepta compoſitione, aurum argentumque ſuperabundant in domo tua: & nudus nunc eſſes & egens, niſi hæc te

D

cauſa paulolum roboraſſet. Hæc ille audiens, amaro ſuſcepit animo dicta Sicharij; dixitque in corde ſuo, Niſi vlciſcar interitum parentum meorum, amittere nomen viri debeo, & mulier infirma vocari. Et ſtatim extinctis luminaribus, caput Sicharij ſicca diuidit. Qui patuulam in ipſo vitæ termino vocem emittens, cecidit & mortuus eſt. Pueri vero qui cum eo venerant, dilabuntur. Chramiſindus exanimum corpus nudatum veſtimentis, adpendit in ſepis ſtipite, aſcenſiſque equis eius ad regem pergit, ingreſſuſque Eccleſiam ad pedes proſternitur regis, dicens, Vitam peto, ô glorioſe rex, eo quod occiderim homines qui parentibus meis clam interfectis res omnes diripuerunt. Cumque expoſitis per ordinem cauſis, & regina Brunichildis grauiter accepiſſet, eo quod in eius verbo Sicharius poſitus, taliter fuerat interfectus, frendere in eum cœpit. At ille cum vidiſſet eam aduerſam ſibi, Voſagenſem territorij Biturici pagum expetiit, in quo eius parentes degebant, eo quod in regno Guntheramni regis haberetur: Tranquilla

Sicharius ad vltionem necatur.

quoque coniunx Sicharij relictis filiis & rebus viri ſui in Turonico ſiue in Pictauo ad parentes ſuos Mauriopes vicum expetiit: ibique & matrimonio copulata eſt. Obiit autem Sicharius quaſi annorum 40. Fuit autem in vita ſua leuis, ebrioſus, homicida, qui nonnullis per ebrietatem iniuriam intulit. Chramiſindus vero iterum ad regem abiit, iudicatumque eſt ei vt conuinceret ſuper ſe eum interfeciſſe, quod ita fecit. Sed quoniam, vt diximus, regina Brunichildis in verbo ſuo poſuerat Sicharium, ideo res huius confiſcari præcepit: ſed in poſterum à Flauiano domeſtico redditæ ſunt, ſed & ad Aginnum properans, epiſtolam eius elicuit, vt à nullo contingeretur. Ipſi enim res eius à regina conceſſæ fuerant.

E

Cap. 20. *Legatio authoris ad Guntheramnum pro Child.*

Eo anno quoque 13 regis Childeberti, cum ad occurſum eius vſque Metenſem vrbem properaſſemus, iuſſi ſumus ad Guntheramnum regem in legationem accedere: quem apud vrbem Cabillonenſem reperimus, dicentes, Salutem vberrimam mittit tibi glorioſiſſimus nepos tuus Childebertus, ô inclyte rex, immenſas referens gratias pietati tuæ, quod à te iugiter commonetur vt ea agat quæ & Deo placeant, & tibi ſint accepta, & populo congrua. De his vero quæ locuti ſimul fuiſtis omnia implere promittit, nec quicquam ſe de pactionibus quæ inter vos conſcriptæ ſunt, irrũpere pollicetur. Et rex ad hæc ait, Non ſimiliter ego gratias ago, quod taliter irrumpitur quod mihi promiſſum eſt. Pars mea de vrbe Siluanectenſi non redditur. Homines quos pro vtilitate mea, quia mihi infenſi erant, migrare volui, non permiſerunt: & quomodo dicitis, quod nihil de pactionibus ſcriptis tráſcendere vult dulciſſimus nepos meus? Et nos ad hæc, Nihil vult contra pactiones agere illas, ſed omnia implere promittit, ita vt de præſenti ſi ad diuiſionem Siluanectenſem vis mittere, nec tardetur: ſtatim enim recipies tuum. De hominibus vero quos dicis, nomina ſcripta tradentur, & omnia quæ promiſſa ſunt implebuntur. Hæc nobis loquentibus, pactionem ipſam relegi rex coram adſtantibus iubet.

F

G

Exemplar.

Cum in Chriſti nomine præcellentiſſimi domni Guntheramnus & Childebertus reges & glorioſiſſima domna Brunichildis regina, Andelaum charitatis ſtudio conueniſſent, vt omnia quæ vndecunque inter ipſos ſcandalum poterant generare, pleniori conſilio definirent: id inter eos mediantibus ſacerdotibus atque proceribus, Deo medio, charitatis ſtudio ſedit, complacuit, atque conuenit, vt quamdiu eos Deus omnipotens in præſenti ſeculo ſupereſſe voluerit, fidem & charitatem puram, & ſimplicem ſibi debeant conſeruare. Similiter quia domnus Guntheramnus iuxta pactionem quam cum bonæ memoriæ domno Sygiberto inierat, integram portionem, quæ eſt de regno Chariberti, illius fuerat conſecutus, ſibi diceret in integrum redhiberi, & pars domni Childeberti, ea quæ pater ſuus poſſederat, ad ſe vellet ex omnibus reuocare, id inter ipſos conſtat fixa deliberatione finitum, vt in illam tertiam portionem de Pariſienſi ciuitate cum terminis & populo ſuo, quæ ad domnum Sygibertum de regno Chariberti conſcripta pactione peruenerat, cum caſtellis: Duno, & Vindocino, & quicquid de pago Stampenſi vel Carnoteno in peruio illo antefatus rex cum terminis & populo ſuo perceperat, in iure & dominatione domni Guntheramni, cum eo quod ſuperſtite domno Sygiberto de regno Chariberti antea tenuit, debeant perpetualiter permanere: pari conditione ciuitates Meldenſes, & duas portiones de Siluanectis, Turonos, Pictauos, Abrincatas, vicum Iulienſem cum Sotanois, Lapurdo & Albige, domnus Childebertus rex cum terminis à præſenti die ſuæ vindicet poteſtati. Ea igitur conditione ſeruata, vt quem Deus de ipſis regibus ſuperſtitẽ eſſe præceperit, regnum filius qui abſq; filiis de præſentis ſeculi luce migrauerit, ad ſe in integritatẽ iure perpetuo debeat reuocare, & poſteris ſuis, Domino auxiliante, relinquere. Illud ſpecialiter placuit per omnia inuiolabiliter conſeruari, vt quicquid domnus Guntheramnus rex filiæ ſuæ Chlotieldi contulit, aut

H

A adhuc Deo propitiante contulerit, in omnibus rebus atque corporibus, tam in ciuitatibus, quam agris vel redditibus, in iure & dominatione ipſius debeant permanere: & ſi quid de agris fiſcalibus, vel ſpeciebus atque præſidio pro arbitrij ſui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerit, in perpetuo auxiliante Domino conſeruetur, neque à quocumque vllo vnquam tempore conuellatur, & ſub tuitione ac defenſione domni Childeberti, cum his omnibus quæ ipſam tranſitus genitoris ſui inuenerit poſſidentem, ſub omni honore & dignitate ſecura debeat poſſidere. Pari conditione repromittit domnus Guntheramnus rex, vt ſi (vt habet humana fragilitas, quod diuina pietas non permittat, nec ille videre deſiderat) contigerit domnum Childebertum, eo ſuperſtite de hac luce migrare, filios ſuos Theodobertum & Theodoricum reges, vel ſi adhuc alios ipſi Deus dare voluerit, vt pius pater ſub ſua tuitione & defenſione recipiat, ita vt regnum patris eorum ſub omni ſoliditate poſſideant: & genitricem domni Childeberti domnam Brunichildem regi-
B nam, vel filiam eius Chlodoſuindam, germanam domni Childeberti regis, quamdiu intra regionem Francorum fuerit, vel eius reginam Falleubam, tanquam ſororem bonam, & filias in ſua tuitione & defenſione, ſpiritali dilectione recipiat, & ſub omni honore & dignitate cum omnibus rebus earum, cum ciuitatibus, agris, redditibus, vel cunctis titulis, & omni corpore facultatis, tam quod præſenti videntur tempore poſſidere, quam quod adhuc Christo præſule iuſte potuerunt augmentare, ſub omni ſecuritate & quiete poſſideant: vt ſi quid de agris fiſcalibus vel ſpeciebus atque præſidio pro arbitrij ſui voluntate facere, aut cuiquam conferre voluerint, fixa ſtabilitate in perpetuo conſeruetur, nec à quibuſcunque voluntas illarum vllo tempore conuellatur. De ciuitatibus vero, hoc eſt, Burdegala, Lemouica, Cadurco, Benarno & Begorra, quas Gaileſuindam germanam domnæ Brunichildis, tam in dote, quam in morganegiba, hoc eſt, matutali dono, in
C Franciam venientem certum eſt adquiſiſſe. Quas etiam per iudicium glorioſiſſimi domni Guntheramni regis, vel Francorum ſuperſtitibus Chilperico & Sygiberto regibus, domna Brunichildis noſcitur acquiſiſſe: ita conuenit vt, Cadurcam ciuitatem cum terminis & cuncto populo ſuo, domna Brunichildis de præſenti in ſua proprietate percipiat. Reliquas vero ciuitates ex hac conditione ſuperius nominatas, domnus Guntheramnus dum advivit poſſideat, ita vt quandoque poſt eius tranſitum, in dominationem domnæ Brunichildis hæredumque ſuorum cum omni ſoliditate Deo propitio reuertantur. Nec ſuperſtite domno Gunthetamno, neque à domna Brunichilde, neque à filio ſuo Childeberto rege, filiiſque ſuis, quolibet ingenio, vel tempore repetantur. Simili modo conuenit vt Siluanectum domnus Childebertus in integritate teneat, & quantum tertia domni Guntheramni exinde debita comperit, de tertia domni Childeberti quæ eſt in Roſſontenſi domni Guntheramni partibus compenſetur. Similiter conuenit, vt ſecundum pactiones inter
D domnum Guntheramnum & bonæ memoriæ domnum Sygibertum initas laudes, illi qui domno Guntheramno poſt tranſitum domni Chlotharij Sacramenta primitus præbuerunt: & ſi poſtea conuincuntur ſe in parte alia tradidiſſe de locis vbi commanere videntur, conuenit vt debeant remoueri. Similiter & qui poſt tranſitum domni Chlotharij conuincuntur domno Sygiberto Sacramenta primitus præbuiſſe, & ſe in aliam partem tranſtulerunt, modo ſimili remoueantur. Similiter quicquid antefati reges Eccleſiis aut fidelibus ſuis contulerint, aut adhuc conferre cum iuſtitia, Deo propitiante, voluerint, ſtabiliter conſeruetur: & quicquid vnicuique fidelium in vtriuſque regno per legem & iuſtitiam redhibetur, nullum ei præiudicium patiatur, ſed liceat res debitas poſſidere atque recipere. Et ſi aliquid cuicunque per interregna ſine culpa ſublatum eſt, audientia habita reſtauretur.

E Et de eo quod per munificentias præcedentium regnum vnuſquiſque vſque ad tranſitum glorioſæ memoriæ domni Chlotharij regis poſſedit, cum ſecuritate poſſideat. Et quod exinde fidelibus perſonis ablatum eſt, de præſenti recipiat. Et quia inter præfatos reges pura & ſimplex eſt in Dei nomine concordia in ligata, conuenit vt in vtroque regno vtriuſque fidelibus tam pro cauſis publicis quam priuatis, quicunque voluerit ambulare, peruium nullis temporibus denegetur. Similiter conuenit vt nullus alterius laudes nec ſolicitet, nec venientes excipiat. Quod ſi forſitan pro aliqua amiſſione partem alteram crediderit expetendam iuxta qualitatem culpæ excuſati reddantur. Hoc etiam huic addi placuit pactioni, vt ſi qua pars præſentia ſtatuta ſub quacunque calliditate, tempore quocunque tranſcenderit, omnia beneficia, tam repromiſſa quam in præſenti conlata amittat, & illi proficiat qui inuiolabiliter omnia ſupraſcripta ſeruauerit: & ſit de Sacramentorum obligatione in omnibus abſoluta. His ita-
F que omnibus definitis, iurant partes per Dei omnipotentis nomen & inſeparabilem Trinitatem, vel diuina omnia, ac tremendum diem iudicij, ſe omnia quæ ſuperius ſcripta ſunt abſque vllo dolo malo, vel fraudis ingenio inuiolabiliter ſeruaturos. Facta pactio ſub die quarto Calendis Decembris anno viceſimoſexto regni domni Guntheramni regis, domni Childeberti vero duodecimo anno. Lectis igitur pactionibus ait rex, Iudicio Dei feriar, ſi de his quicquam tranſcendero quæ hic continentur. Et conuerſus ad Fœlicem, qui tunc nobiſcum legatus aduenerat, ait, Dic, ô Fœlix: iam enim pleniſſime connexuiſti amicitias inter ſororem meam & Brunichildem, & inimicam Dei & hominum Fredegundem. Quo negante, ego dixi, Non dubitet rex, quia illæ amicitiæ inter eaſdem cuſtodiuntur, quæ ante hos annos plurimos ſunt ligatæ: nam certe ſcias quia odium quod inter illas olim ſtatutum eſt, adhuc pullulat, non areſcit. Vtinam tu, ô rex glorioſiſſime, minus cum ea charitatem haberes. Nam vt
G ſæpe cognouimus, dignius eius legationem quam noſtram excipis. Et ille, Scias, inquit, ſacerdos Dei, quia ſic eius legationem ſuſcipio, vt charitatem nepotis mei Childeberti regis non omittam. Nam ibi amicitias ligare non poſſum de qua ſæpius proceſſerunt qui mihi vitam præſentem auferrent. Hæc eo dicente, Fœlix ait, Perueniſſe ad gloriam veſtram credo, quod Richaredus legationem ad nepotem veſtrum direxit, quæ neptem veſtram Chlodoſuindam filiam fratris veſtri ei in matrimonium poſtularet. Sed ille abſque veſtro conſilio nihil exinde promittere voluit. Rex ait, Non eſt optimum enim vt illuc neptis mea ambulet, vbi ſoror ſua eſt interfecta: ſed nec illud rationabiliter complacet, vt non vlciſcatur mors neptis meæ Ingundis. Fœlix reſpondet, Multum ſe exinde excuſare volunt, aut Sacramentis, aut quibuſlibet aliis conditionibus: iuſſeritis tantum vos conſenſum præbere vt ei Chlodoſuinda ſicut poſtulat, deſponſetur. Rex ait, Si enim nepos meus implet quæ in pactionibus conſcribi voluit, & ego de his facio voluntatem eius. Promitten-
H tibus nobis eum omnia impleturum, adiecit Felix: Deprecatur etiam pietatem veſtram, vt ei ſolatium contra Longobardos tribuatis, qualiter expulſi de Italia pars illa quam genitor ſuus vendicauit viuens, ad eum reuertatur: reliqua vero pars per veſtrum ſuumque ſolatium imperatoris ditionibus reſtituatur. Reſpondit rex, Non inquit, poſſum in Italiam exercitum meum dirigere, vt vltro eos morti tradam: grauiſſima enim lues Italiam nunc deuaſtat. Et ego, Indi- *Lues Italia.*
caſtis enim nepoti veſtro, vt omnes regni ſui Epiſcopi in vnum conuenirent, quia multa ſunt quæ debeant indagari: ſed iuxta conſuetudinem canonum, placebat glorioſiſſimo nepoti veſtro, vt vnuſquiſque metropolitanus cum prouincialibus ſuis coniungeretur: & tunc quæ irrationabiliter in regione propria fiebant, ſanctione ſacerdotali emendarentur. Quæ enim cauſa extat, vt in vnum tanta multitudo

conueniat?

A conueniat? Eccleſiæ fides periculo vllo non quatitur: hæreſis noua nõ ſurgit. Quæ erit iſta neceſſitas, vt tanti debeant in vnum coniungi Domini ſacerdotes? Et ille. Sunt multa inquit, quæ debeant diſcerni, quæ iniuſte geſta ſunt, tam de inceſtis, quam de ipſis quæ inter nos aguntur cauſis. Sed præcipue illa Dei cauſa extat omnibus maior, vt inquirere debeatis cur Prætextatus Epiſcopus gladio in Eccleſia fuerit interemptus. Sed & de iis qui pro luxuria accuſantur, debet eſſe diſcuſſio, vt aut victi ſanctione ſacerdotali debeant emendari, aut certe ſi innocentes inueniuntur publice error criminis auferatur. Tunc iuſſit vt in Calendis menſis quarti hæc ſynodus prolongaretur. Et iis dictis, ad Eccleſiam proceſſimus: erat enim dies illa Dominicæ Reſurrectionis ſolemnitas. Dictis igitur miſſis, conuiuio nos adſciuit, quod fuit non minus oneratum in ferculis, quam lætitia opulentum. Semper enim rex de Deo, de ædificatione Eccleſiarum, de defenſione pauperum ſermonem habens, ridebat interdum ſpiritali loco delectans, B addens etiam vnde & nos aliquid lætitiæ frueremur: dicebat enim & hæc verba, Vtinam mihi nepos meus promiſſa cuſtodiat: omnia enim quæ habeo eius ſunt: tamen ſi eum ſcandalizat illud, quod legatos Chlotharij nepotis mei ſuſcipio, nunquid demens ſum, vt non poſſim temperare inter eos, ne ſcandalum propagetur? Noui enim id magis incidere quam in longius promulgare, dabo enim Chlothario, ſi eum nepotem meum eſſe cognouero, aut duas, aut tres in parte aliqua ciuitates, vt nec hic videatur exhæredari de regno meo, nec huic inquietudinem præparent quæ iſti reliquero. Hæc & alia locutus, dulci nos adfectu fouens, ac muneribus oneratos, diſcedere iubet, mandans vt ea ſemper Childeberto regi inſinuentur, quæ vitæ eius commoda fiant.

Cap. 21. Lues Maſſilienſis.

Ipſe autem rex, vt ſæpe diximus, in eleemoſynis magnus, in vigiliis atque ieiuniis promptus erat: nam tunc ferebatur Maſſilia à lue inguinaria valde vaſtari: & hunc C morbum vſque ad Lugdunenſem vicum Octauum nomine fuiſſe celeriter propalatum, ſed rex, ac ſi bonus ſacerdos, prouidens remedia quibus cicatrices peccatoris vulgi mederentur, iuſſit omnem populum ad Eccleſiam conuenire, & rogationes ſumma cum deuotione celebrari: & nihil aliud in vſu veſcendi niſi panem hordeaceum cum aqua munda adſumi, vigiliiſque adeſſe inſtanter omnes iubet: quod eo tempore ita geſtum eſt. Per triduum enim ipſius eleemoſynis largius ſolito præcurrentibus, ita de cuncto populo formidabat, vt iam tunc non rex tantum, ſed etiam ſacerdos Domini putaretur, totam ſpem ſuam in Domini miſerationem transfundens, & in ipſo iactans cogitationes quo ei ſuperueniebant, à quo eas affectui tradi tota fidei integritate putabat. Nam celebre tunc à fidelibus ferebatur, quod mulier quædam cuius filius quartano typo grauabatur, & in ſtrato anxius decubabat, acceſſit inter turbas populi vſque ad tergum regis, abruptiſque clam re- D galis indumenti fimbriis in aquam poſuit, filioque bibendum dedit: ſtatimque reſtincta febre ſanatus eſt. Quod non habetur à me dubium, cum ego ipſe ſæpius laruas energia famulante nomen eius inuocantes audierim, ac criminum propriorum geſta virtute ipſius diſcernentes fateri.

Cap. 22.

Nam ſicut ſuperius diximus, Maſſilienſis vrbs contagio peſſimo ægrota, quanta ſuſtinuerit, altius replicari placuit. His enim diebus Theodorus Epiſcopus ad regem abierat, quaſi aliquid contra Nicetium patricium ſuggeſturus. Sed cum à rege Childeberto minime de hac cauſa fuiſſet auditus, ad propria redire diſpoſuit. Interea nauis ab Hiſpania vna cum negotio ſolito ad portum eius adpulſa eſt quæ huius morbi fomitem ſecum nequiter deferebat: de qua cum multi ciuium diuerſa mercarentur, vna confeſtim domus in qua 8. animæ erant, hoc contagio interfectis habitatoribus relicta eſt vacua. Nec ſtatim hoc incendium luis per domos ſpargitur totas: ſed interrupto certi temporis ſpatio, ac velut in ſegetem flamma accenſa, vrbem totam morbi incendio conflagrauit. Epiſcopus tamen vrbis acceſſit E ad locum, & ſe intra baſilicæ ſancti Victoris ſepta continuit cum paucis qui tunc cum ipſo remanſerant, ibique per totam vrbis ſtragem orationibus ac vigiliis vacans, Domini miſericordiam exorabat, vt tandem ceſſante interitu, populo liceret in pace quieſcere. Ceſſante vero hac plaga menſibus duobus, cum iam populus ſecurus rediſſet ad vrbem, iterum ſuccedente morbo qui redierant, ſunt defuncti: ſed & multis vicibus deinceps ab hac interitu grauata eſt.

Cap. 23. Agericus ine conſtabuit.

Agericus vero Viridunenſis Epiſcop. cum ex illo diuturnæ amaritudinis felle grauiter ægrotaret, pro eo quod Gunthramnus Boſo pro quo fideiuſſor extiterat, interfectus eſſet: vel etiam abdita amaritudine, quod Berthefredus intra oratorium domus Eccleſiaſticæ fuerat interfectus: & præſertim cum ipſos Gunthramni filios ſecum retinens quotidie fleret dicens, In meo vos odio orphani relicti eſtis. His accenſus vt diximus cauſis, fellis amaritudine adgrauatus, & maxime inedia conſumptus, diem obiit, adpoſituſque eſt in ſepulchro: Buciouald us quoque abbas eius pro Epiſcopatu cucurrit, F ſed nihil obtinuit. Charimerem enim referendarium cum conſenſo ciuium regalis decreuit auctoritas fieri ſacerdotem, Buciouald o abbate poſtpoſito, ferebant enim hunc eſſe ſuperbum, & ob hoc à nonnullis Buccus validus vocitabatur. Obiit autem & Licerius Arelatenſis Epiſcopus, in cuius Eccleſiam Virgilius abbas Auguſtodunenſis opitulante Syagrio Epiſcopo, ſubſtitutus eſt.

Licerius Epiſcopus obiit.

Cap. 24. De Epiſcopatu Fronimij.

Obiit autem & Deutherius Vincienſis Epiſcopus, in cuius locum Fronimius ſubrogatus eſt. Hic autem Fronimius Biturieæ vrbis incola fuit: ſed cauſa neſcio qua in Septimaniam abiit: ac poſt mortem Athanſëldi regis à Leuuane ſucceſſore eius magnifice eſt receptus, atque in vrbe Agathenſi Epiſcopus ordinatus eſt. Sed poſt mortem Leuuanis cum Leuuieldus in illis hæreticæ prauitatis perfidia graſſaretur, & Ingundis filia Sygiberti G regis cuius ſupra meminimus, in Hiſpaniam ad matrimonium duceretur, audiuit Leuuieldus quaſi hic Epiſcopus ei conſilium dediſſet, vt nunquam ſe veneno hæreticæ credulitatis deberet admiſcere: & ob hoc ſemper ei moleſtas iniuriarum laqueos intendebat, quouſque eum ab Epiſcopatu deiiceret. Cumque non inueniret quibus eum muſcipulis poſſet innectere, ad extremum emiſit qui eum gladio deberet adpetere. Quod ille per internuntios cognoſcens, relicta vrbe Agathenſi in Gallias aduenit, ibique à multis Epiſcopis receptus ac muneratus, ad Childebertum regem pertranſiit. Sicque patefacto loco apud ſupradictam vrbem poteſtatem pontificalem nono deiectionis ſuæ anno rege largiente ſuſcepit.

Britanni prædantur.

Britanni eo anno grauiter territorium Namneticum Redonicumque prædæ ſubiacerunt, vindemiantes vineas, culturas deuaſtantes, ac populum villarum abducentes captiuum: nihilque de promiſſis ſuperioribus cuſtodientes, & non ſolum non cuſtodientes promiſſa, verum etiam detrahentes regibus noſtris. H

Cap. 25. Childeb. ſororem Longob. regi repromiſit.

Igitur Childebertus rex cum petentibus Longobardis ſororem ſuam regi eorum eſſe coniugem acceptis muneribus promiſiſſet, aduenientibus Gotthorum legatis ipſam, eo quod gentem illam ad fidem Catholicam conuerſam fuiſſe cognoſceret, repromiſit: ac legationem ad Imperatorem direxit, vt quod prius non fecerat, nunc contra Longobardorum gentem debellans cum eius conſilio eos ab Italia remoueret: nihilominus & exercitum ſuum ad regionem ipſam capeſſendam direxit. Cõmotis ducibus cum exercitu illuc abeuntibus, confligunt pariter: ſed noſtris valde cæſis, multi proſtrati, nonnulli capti, plurimi etiam per fugam lapſi, vix in patriam redierunt. Tantaque ibi fuit ſtrages de Francorum exercitu, vt olim ſimilis non recolatur.

Cap. 26. Ingoberga regina obiit.

Anno quoque quartodecimo Childeberti regis Ingoberga regina Chariberti quondam relicta migrauit à ſeculo, mulier valde cordata, ac vita religioſa prædita: vigiliis & orationibus atque eleemoſynis non

A ignaua: quæ credo per pruuidentiam Dei commonita ad me vſque nuncios dirigẽs, vt in his quæ de voluntate ſus, id aſt pro animæ remedio cogitabar, adiutor exiſterem. Sic tamen vt ad ipſam accedens, quæ conſilio habito fieri decernebat, ſcriptura connecteret. Accaſſi fateor, vidi hominem timentem Deum, quæ cum me benignoe excepiſſet, notarium vocat, & habito, vt dixi, mecum conſilio, quædam Eccleſiæ Turonicæ, & baſilicæ ſancti Martini, quædam Cœoomannicæ Eccleſiæ delegauit: ac poſt paucos menſes ſubitanea ægritudina fatigata, migrauit à ſeculo, multos per chartulas liberos derelinquens, ſeptuageſimo vt arbitror vitæ anno, relinquens filiam vnicam, quam in Canthia regis cuiuſdam filius matrimonio copulauit.

Cap. 27. Puella ſtupratorẽ Amalonem occidit. A malo quoqua dua dom coniugem in aliam villam pro exercenda vtilitate dirigit, in amorem puellulæ cuiuſdam ingenuæ ruit. Et facta nocte crapulatus à vino miſit pueros, vt detrahentes puellulam, eam thoro aius adſciteret. Illa quoque repugnante, & violenter in eius B manſionem deducta, dum eam alapis cædunt, ſanguinis vnda ex narium meatibua decurrente perfunditur. Vnde factum eſt vt ipſe quoque ſtratus ducis antedicti hoc riuo cruentaretur, quam & ipſa pugnis, colaphis, aliiſqoe ictibus verberatam in vlnam ſuſcepit, & ſtatim obpreſſus ſomno dormira cœpit. At illa extenſa manu trans caput viri gladium reperit: quo euaginato, caput ducis, velut Iudith Holofernis, ictu virili librauit. Illo quoque voces emittenta, conueniunt famuli. Quam cum interficere vellent, exclamauit ille, dicens, Ne faciatis quæſo: ego enim peccaui qui vim caſtitati inferre conatus ſum. Nam hæc quæ pudicitiam ſtuduit conſeruare, omnino non pereat. Hæc dicens, ſpiritũ exhalauit. Cumque ſuper eum familia coniuncta lamentaretor, adiutorio Dei erota puella domum egreditur, & per noctem Cabillonenſem vrbem adiit, quæ eſt ſita ab eo loco quaſi millia 35. ibique baſilicam S. Martelli ingreſſa regis proſtrata pedibus cuncta quæ pertulerat pandit. C Tunc rex miſericordiſſimus non ſolum ei vitam donauit, verum etiam præceptionem tribui iuſſit vt in verbo ſuo poſita, à nullo vnquam parentum defuncti illius in aliquo moleſtiam pateretur. Veruntamen hoc Deo præſtante cognouimus, quod puellæ caſtitas non eſt ab ereptore ſæuo vllatenus violata.

Cap. 28 Brunichildis ad regẽ Hiſpaniarum munera. Brunichildis quoque regina iuſſit fabricari ex auro ac gemmis miræ magnitudinis clypeum, ipſumque cum duabus pateris ligneis, quas vulgo Bacchi non vocant, eiſdemque ſimiliter ex gemmis fabricatis auro, in Hiſpaniam regi mittit: in qua Ebregiſilum, qui ſæpe ad ipſam regionem legationis gratia acceſſerat, direxit. Quo abeunte, nunciatum eſt regi Guntchramno, dicenta quodam, quia Brunichildis regina ad filios Gundobaldi munera dirigit. Quod rex audiens iuſſit cuſtodias arduas per vias regni ſui fieri, ita vt nullus pœnitus præterire poſſat, qui non diſcuteretur. Inquirebant etiam in hominum vel veſtimentis, vel calciamentis, aut in reliquis rebus, ſi occulte literæ portarentur. Ebregiſilus vero Pariſios accedena cum his ſpeciebus, D ab Ebrachario duce comprehenſus, ad Gunthcramnum deducitur: dixitque ei rex, non ſufficit, ô infœliciſſime hominum, quod impudico conſilio Ballomerem illum, quem Gundobaldum vocitatis ad coniugium arceſſiſtis, quem manus mea ſubegit, qui voluit ditioni ſuæ regni noſtri ſuperare potentiam: & nunc filiis eius munera mittitis, vt ipſos iterum in Galiias prouoceris ad iugulandum? Ideoque non accedes quo volueris ſed morte morieris: quia contraria eſt legatio tua genti noſtræ. Illo quoque recuſante, non ſe his verbis aſſa communem, ſed potius ad Richaredum qui Chlodoſuindam ſororem Childeberti regis ſponſata debuerat, hæc munera mitti. Credidit rea ioquenti, & dimiſit eum, abiitque in itinera quod directus fuit cum ipſis muneribus.

Cap. 29. Longobardi pacem à Childeberto poſtulant. Igitur Childebertus rea inuitante Sygimundo Mogontiacenſis oppidi ſacerdota, dies Paſchæ ad ſupradictam celebrari ſtatuit vrbem. Grauiter tunc Theodobertus filius eius ſenior, gulæ adflictus timore laborauit, ſed conualuit. Interea Childebertus rex exercitum commouet, & Italiam ad debellandam Longobardorum gentem, cum eiſdem pergere parat. Sed Longobardi his auditis, legatos cum muneribus mittunt, dicentes, Sit amicitia inter nos, & non pereamus, ac diſſoluamus certum ditioni tuæ tributum. Ac vbicunque neceſſarium contra inimicos fuerit, ferre auxilium non pigebit. Hæc Childebertus rex audiens, ad Guntheramnum regem legatos dirigit: qui ea quæ ab his offerebantur, in eius auribus intimarent. Sed ille non obuius de hac conniuentia, conſilium ad confirmandam pacem præbuit. Childebertus vero rex iuſſit exercitum in loco reſidere: miſitque ad Longobardos, vt ſi hæc quæ promiſerant confirmarent, exercitus reuerteretur ad propria, ſed minime eſt impletum.

Cap. 30. Childeb. cenſum exigit. Childebertus vero rex deſcriptores in Pictauos, inuitante Matoneo Epiſcopo, iuſſit abire, id eſt Florentianum maiorem domus regiæ, & Romulfum palatij ſui comitem vt ſcilicet populus cenſum quem tempore patris reddiderat, facta ratione, innouata re, reddere deberet. Multi enim ex his defuncti fuerant: & ob hoc viduis orphaniſque ac debilibus tributi pondus inſedatat: quod hi diſcutientes, per ordinem relaxantes pauperas ac infirmos illos, quos iuſtitiæ conditio tributarios dabat, cenſu publico ſubdiderunt: & ſic Turonos ſunt delati. Sed cum populis tributariam functionem infligere vellent, dicentea quia librum præ manibus haberent, qualiter ſub anteriorum regum tempora diſſoluiſſent, reſpondimus nos, dicentes, deſcriptam vrbem Turonicam Chlothariij regis tempore, manifeſtum eſſe, librique illi ad regis præſentiam abierunt. Sed compuncto per timorem ſancti Martini antiſtitis rege, incenſi ſunt. Poſt mortem vero Chlothariij regis, Chariberto regi populus hic Sacramentum dedit. Similiter etiam & ille cum iuramento promiſit, vt leges conſuetudineſque nouas populo non infligeret, ſed in illo quo quondam ſub patris dominatione ſtatu vixerant, in ipſo hic eos deinceps retineret, neque vllam nouam ordinationem ſe inflicturum ſuper eos quod pertineret ad ſpolium ſpopondit. Gaiſo vero comes eiuſdem temporis accepto capitulatio, quod anteriores ſcriptores feciſſe commemorauimus, tributa cœpit exigere: ſed ab Euſronio Epiſcopo prohibitus, cum exacta paruitate ad regis direxit præſentiam, oſtendens capitulatium in quo tributa continebantur. Sed rex ingemiſcens ac metuens virtutem ſancti Martini, ipſum incendio tradidit: aureos exactos baſilicæ ſancti Martini remiſit, obteſtans vt nullus de populo Turonico vllum tributum publico redderet.

Turonum immunitas. Poſt cuius obitum Sygibertus rex hanc vrbem tenuit, nec vllius tributi pondus inuexit. Sic & nunc 14. anno Childebertus poſt patris obitum regnans, nihil exegit, nec vllo tributi onere hæc vrbs adgrauata congemuit. Nunc autem poteſtatis veſtræ eſt, vtrum cenſeatis tributum, an non: ſed videte ne aliquid noceatis, ſi contra eius Sacramentum ambulare diſponitis. Hæc me dicente reſponderunt: Ecce librum præ manibus habemus, in quo cenſus huic populo eſt inflictus. Et ego aio, Liber hic à regis theſauro delatus non eſt, nec vnquam per tot conualuit annos. Non eſt mirum enim ſi pro inimicitiis horum ciuium, in cuiuſcunque domo reſeruatus eſt, iudicabit enim Deus ſuper eos qui pro ſpoliis ciuium noſtrorum hunc poſt tanti temporis tranſactum ſpacium protulerunt: dum autem hæc agerentur, Audini filius, qui librum ipſum protulerat, ipſa die à febre correptus, die tertia expirauit. Poſt hæc nos tranſmiſimus nuncios ad regem, vt quid de hac cauſa iuberet, mandata remitteret. Sed protinus Epiſtolam cum auctoritate miſerunt, ne populus Turonicus pro reuerentia ſancti Martini deſcriberetur. Quibus relictis, ſtatim viri qui ad hæc miſſi fuerant, ad patriam ſunt regreſſi.

Cap. 31. Guntheramnus ſtabilire regnum conatur. Gunthcramnus vero rex exercitum commouit in Septimaniam: Auſtrouldus autem dux prius Carcaſſonam accedens Sacramenta ſuſceperat, ipſoſque

populos

A

populos ditioni ſubegerat regiæ, rex autem ad reliquas ciuitates capiendas, Boſonem cum Antestio deſtinauit. Qui accedens cum ſuperbia, deſpecto Auſtrovaldo duce atque condemnato, cur abſque eo Carcaſſonam regredi præſumpſiſſet, ipſe cum Sanctonicis, Petragoricis, Burdegalenſibuſque, Agennenſibus, etiam ac Tholoſanis illuc direxit. Cumque in hac iactantia ferretur, & Gothis hæc nunciata fuiſſent, parauerunt ſe in inſidiis. Hic vero ſuper fluuium paruulum propinquo vrbi caſtra ponit, epulis inſedit, ebrietatibus incumbit, conuitiis & blaſphemijs Gothos exaggerans. Illique irruentes ſuper ipſos reperiunt epulantes inopinanteſque. Tunc hi dantes voces, exurgunt contra eos. At illi paululum reſiſtentes, fugam ſimulant; proſequentibuſque iſtis conſurgunt qui præparati erant de inſidiis, concludentes eos in medio, vſque ad internecionem ceciderunt: qui autem euadere potuerunt, vix equo aſcenſo per fugam dilapſi ſunt, omnem ſupellectilem relinquentes in campi planitie, nihilque ſecum de rebus propriis auferentes, hoc pro magno ducentes ſi vel vitæ donarentur. Inſequentes autem Gothi res eorum omnes reperiunt, diripiuntque, pedeſtres omnes captiuos abducentes; cecideruntque ipſi quaſi quinque millia virorum: captiui autem amplius quam duo millia abierunt: multi tamen ab his laxati, redierunt in patriam.

Gothi Gallos ex inſidiis vincunt.

B

Cap. 32. *Gunthchramni & Childeberti inimicitia.*

Commotus autem rex vias claudi per regnum ſuum præcepit, ne vnus de Childeberti regno per eius regni territorium peruium poſſet habere dicens, Quia per nequitiam eius qui cum rege Hiſpaniæ fœdus iniit, exercitus corruit meus, & vt ſe non ſubdant vrbes illæ ditioni meæ, eius hoc immiſſio facit. Additum eſt etiam huic cauſæ aliud amaritudinis incendium, quod Childebertus rex filium ſuum ſeniorem Theodobertum nomine, Sueſſionas dirigere cogitabat: quæ res ſuſpicionem fecerat Gunthchramno regi, dicente eo, Quia in hoc filium ſuum nepos meus Sueſſionas dirigit, vt Pariſios ingredi faciat, regnumque meum auferre cupiat: quod nunquam Childebertus vel in cogitatione, ſi dici fas eſt, habere potuit. Multa autem & in Brunichildem reginam opprobria iactabat dicens eius conſilio hæc fieri: addens etiam quod Gundobaldi quondam filium inuitatum coniugio copulare vellet. Vnde etiam ſynodum Epiſcoporum in Calendis Nouembribus congregari præcepit. Multique de extremis partibus Galliarum ad hunc conuentum properantes, de via regreſſi ſunt, pro eo quod Brunichildis regina ſe ab hoc crimine exuit Sacramentis: & ſic viis iterum reſeratis, peruium patefecit volentibus ad regem Childebertum accedere.

C

Cap. 33. *Ingeltrudis filiam accuſat apud Childeb.*

His diebus, Ingeltrudis, quæ Monaſterium in atrio S. Martini ſtatuerat, ad regem quaſi filiam accuſatura proceſſit: in quo Monaſterio Berthefledis, filia quondam Chariberti regis, reſidebat. Sed iſta egrediente hæc in Cœnomannicum eſt regreſſa. Erat enim gulæ & ſomno dedita, & nullam de officio Dei curam habens. Negocium vero Ingeltrudis & filiæ eius altius repetendum puto. Igitur ante hos annos cum Ingeltrudis Monaſterium puellarum intra atrium S. Martini, vt diximus, collocare cœpiſſet, filiæ ſuæ mandata mittit, dicens, Relinque virum tuum, & veni vt faciam te Abbatiſſam gregi huic quem congregaui. At illa audito leuitatis conſilio, cum viro Turonos aduenit: ingreſſaque Monaſterium matris, dicebat viro, Regredere hinc, & guberna res liberoſque noſtros: nam ego non reuertar tecum: non enim videbit regnum Dei coniugio copulatus. Ille vero adueniens, nunciauit mihi omnia quæ à coniuge audierat. Tunc ego accedens ad Monaſterium canonum Nicenorum decreta relegi: in quibus continet, Quia ſi quæ reliquerit virum, & thorum in quo bene vixit ſpreuerit, dicens, quia non ſit ei portio in illa cœleſtis regni gloria qui fuerit coniugio copulatus anathema ſit. Quibus auditis Berthegundis metuens ne à Sacerdotibus Dei communione priuaretur; egreſſa Monaſterium, rediit cum viro ſuo: interpoſitis autem tribus vel quatuor annis, iterum mandata mittit ad eam mater, deprecans eam ad ſe accedere. At illa oneratis nauibus tam de rebus propriis, quam viri ſui, adſumpto ſecum vno filio viro abſente, Turonos eſt adpulſa. Sed cum à matre propter improbitatem viri retineri non poſſet, ſcilicet ne calumniam quæ eius dolo fabricata fuerat exciperet, ad Bethchramnum germanum eius, filium videlicet ſuum Burdegalenſis vrbis Epiſcopum eam direxit. Proſequente igitur viro eius dicebat, quia ſine conſilio parentum eam coniugio copulaſti, non erit vxor tua. Erant enim iam ferè 30 anni ex quo coniuncti pariter fuerant. Adiit enim vir eius plerunque vrbem Bordegalenſem: ſed noluit eam Epiſcopus reſtituere. Cum autem rex Gunthchramnus ad Aurelianenſem vrbem, ſicut in ſuperiore libro memorauimus, aduenisset, ibi eum acrius hic vir impugnare verbis cœpit dicens, Abſtuliſti vxorem meam cum famulis eius. Et ecce, quod Sacerdotem non decet, tu cum ancillis meis, & illa cum famulis tuis dedecus adulterij perpetratis. Tunc furore commotus rex, adſtrinxit Epiſcopum vt polliceretur eam reddere viro, dicens, quia parens mea hæc eſt: ſi quicquam mali exercuit in domo viri ſui, ego vlciſcar: ſin aliud, cur ſub omni deformitate redacta vero coniux eius aufertur? Tunc Berthchramnus Epiſcopus pollicitus eſt, dicens, Venit ad me, fateor, ſoror mea poſt multorum annorum curricula: quam pro charitatis ac deſiderij ſtudio tenui mecum vt libuit. Nunc autem receſſit à me: requirat nunc eam, reuocetque quo voluerit: me obuium non habebit. Et hæc dicens, miſit clam nuncios ad eam, mandans vt veſte mutata ac pœnitentia accepta baſilicam S. Martini expeteret: quod facere illa non diſtulit: venitque vir eius cum multis inſequentibus viris, vt eam ex ipſo loco ſancto eiiceret: erat enim in veſte religioſa, adſerens ſe accepiſſe pœnitentiam: ſed virum ſequi deſpexit. Interea defuncto apud Burdegalenſem vrbem Berthchramno Epiſcopo, hæc ad ſe reuerſa ait, Væ mihi quæ audiui conſilium matris iniquæ Ecce frater meus obiit, ecce à viro derelicta ſum, à filiis ſeparata. Et quo ibo infœlix? vel quid faciam? Tūc habito conſilio Pictauum pergit: voluitque eam mater retinere ſecum, ſed penitus non potuit. Ex hoc inimicitia orta, dum ſæpius regis præſentiam adeunt, & hæc res patris defenſare cupiens, hæc viri Berthegundis donationem Berthchramni germani ſui oſtendit, dicens, Quia hæc & hæc mihi germanus meus contulit. Sed mater eius non admittens donationem, omnia ſibi vindicare cupiens, miſit qui effracta domo eius, omnes res illius cum hac donatione diriperet: vnde ſeipſam genitrix reddidit comprobatam, cum de rebus ipſis inſequenti filiæ quædam repetenti diſtricta reſtituit. Sed cum ſæpius ego & frater noſter Maroueus Epiſcopus, acceptis regalibus Epiſtolis, vt eas pacificare deberemus, Berthegundis aduenit Turonos: in iudicium quoque accedentem coëgimus eam, inquantum potuimus rationem ſequi: mater vero eius flecti non potuit. Tunc accenſa felle ad regem abiit, quaſi filiam exhæredem datura de facultate paterna. Ac in præſentia regis exponens cauſas filia abſente, iudicatum eſt ei vt quarta parte filiæ reſtituta, tres cum nepotibus ſuis quos de filio vno habebat, reciperet: in qua cauſa Theutharius presbyter qui nuper ex referendario Sygiberti regis conuerſus, presbyterij honorem accepit, acceſſit vt hanc diuiſionem iuxta regis imperium celebraret. Sed reſiſtente filia, nec diuiſio facta, nec ſcandalum reſedatum eſt.

D

Vxor viro adhæreat.

E

F

G

H

Cap. 34. *Rigundis cum filia inimicitia.*

Riguntis autem filia Chilperici, cum ſæpius matri calumnias inferret, diceretque ſe eſſe dominam, genitricemque ſuam ſeruitio redhiberi, & multis eam & crebo conuiciis laceſſeret, ac interdum pugnis ſe alapiſque cæderent, ait ad eam mater, Quid mihi moleſta es filia? ecce res patris tui, quæ penes me habentur, accipe & vtere vt libet: & ingreſſa in regeſtum reſerauit arcam monilibus ornamentiſque precioſis refertam: de qua cum diutiſſimè res diuerſas extrahens filiæ adſtanti, porrigeret, ait ad eam, Iam enim laſſata ſum: immitte tu, inquit, manum, & eiice quod inueneris. Cumque

A *Mater filiam vult opprimere.* illa immiſſo brachio res de arca abſtraheret, adprehēſo mater opertorio arcæ ſuper ceruicem eius inliſit. Quod cum in fortitudine premeret, atque gulam eius axis inferior ita attereret, vt etiam oculi ad crepandum parati eſſent: exclamauit vna puellarum quæ erat intrinſecus voce magna, dicens, Currite, quæſo, currite: ecce domina mea à genitrice ſua grauiter ſuggillatur. Et inrumpentes cellulam qui coram foribus eorum præſtolabantur aduentum, erutam ab imminenti interitu puellam, eduxerunt foras. Poſt iſta vero inter eaſdem inimicitiæ vehementius pullulantes, & non de alia cauſa maximè, niſi quia Riguntis adulteria ſequebatur, ſemper eum eiſdem rixæ & cædes erant.

Cap. 35. Beretrudis vero moriens, filiam ſuam heredem inſtituit, relinquens quæpiam vel monaſteriis puellarum quæ ipſa inſtituerat, vel Eccleſiis ſiue Baſilicis confeſſorum ſanctorum. Sed Vuaddo cuius in ſuperiore libro meminimus, quærebatur à genero eius equos ſuos fuiſſe direptos: cogitauitque accedere ad villam eius B vnam quam reliquerat filiæ, quæ intra Pictauum terminum erat, dicens, Hic à regno alterius veniens diripuit equos meos, & ego auferam villam eius: interea mandatum mittit agenti, vt ſe adueniente omnia quæ erant ad expenſam eius neceſſaria, præpararet. Quod ille audiens, coniunctis ſecum hominibus ex domo illa ad bellum ſe præparat, dicens, Niſi moriar, non ingredietur Vuaddo in domum Domini mei. Audiens autem *Vuaddo interficitur.* vxor Vuaddonis, ad paratum ſcilicet belli inſtaurari contra virum ſuum, ait ad eum, Ne acceſſeris illuc chare coniunx: morieris enim ſi abieris, & ego cum filiis miſera ero: & iniecta manu voluit eum retinere, dicente præterea tum filio, Si abieris pariter moriemur, & relinques genitricem meam viduam, orphanoſque germanos. Sed cum eum hæc verba penitus retinere non poſſent, furore accenſus contra filium, & timidum eum mollemque exclamans, proiecta ſecure pene cerebrum eius inliſit. Sed ille in parte excuſſus, ictum ferientis euaſit. Aſcenſis denique equis abierunt, man- C dans iterum actori, vt domo ſcopis mundata, ſtragulis ſcamna operiret. Sed ille paruipendens mandatum eius, cum turbis, ſicut diximus, virorum ac mulierum ante fores Domini ſui ſtetit operiens aduentum huius. Qui veniens, ſtatim ingreſſus domum, ait, Cur non ſunt ſcamna hæc operta ſtragulis, aut domus ſcopis mundata? & eleuans manum cum ſica, caput hominis librauit, ceciditque, & mortuus eſt. Quod cernens filius hominis mortui, emiſſa ex aduerſo lancea, contra Vuaddonem dirigit: cuius mediam aluum ictu penetrauit à tergo egreſſa ſalatica: & ruens ad terram, adueniente multitudine quæ collecta fuerat, lapidibus obrui cœpit. Tunc quidam de his qui venerant cum eo, inter imbres ſaxeos accedentes, coopertum ſago ac populo mitigato, eiulante filio eius, eumque ſuper equum eleuans adhuc viuentem domui reduxit. Sed protinus ſub lachrymis vxoris ac filiorum, ſpiritum exhalauit. Explicita igitur tam infeliciter vita, filius eius ad regem abiit, reſque eius obtinuit.

D *Cap. 36. Childeb. filium Theodeb. Sueſſionib. rectorē dedit.* Igitur anno quo ſupra, regni ſui, Childebertus rex morabatur cum coniuge & matre ſua intra terminum vrbis quam Strataburgum vocant. Tunc viri fortiores, qui in vrbe erant Sueſſionica ſiue Meldenſi, venerunt ad eum, dicentes, Da nobis vnum de filiis tuis, vt ſeruiamus ei: ſcilicet vt de progenie tua pignus retinentes, nobiſcum facilius reſiſtentes inimicis, terminos vrbis tuæ defenſare ſtudeamus. At ille gauiſus nuncio, Theodobertum filium ſuum ſeniorem illuc dirigendum deſtinat: cui comitibus, domeſticis, maioribus, atque nutritiis, & omnibus qui ad exercendum ſeruitium regale erant neceſſarij, delegatis, menſe ſexto huius anni direxit eum iuxta voluntatem virorum qui eum à rege flagitauerant tranſmittendum: ſuſcepitque eum populus gaudens ac deprecans, vt vitam eius patriſque ſui æuo prolixiore pietas diuina concederet.

Cap. 37. Droctigiſilus Epiſcopus vorax. Erant autem apud vrbem Sueſſionas his diebus Droctigiſilus, qui propter nimiam, vt ferunt, potationem, E quarto inſtante anno ſenſum perdiderat. Adſerebant enim multi ciuium, quod hoc ei maleficiis acceſſiſſet, per emiſſionem Archidiaconi, quem ab honore repulerat, in tantum vt intra muros vrbis hanc amentiam magis haberet: ſi vero de ciuitate fuiſſet egreſſus, agebat commodius. Cumque rex ſupradictus ad vrbem veniſſet, & hic melius ageret, permittebatur ingredi vrbem propter regem qui aduenerat. Et licet eſſet vorax cibi ac potator vini extra modum quam Sacerdotalem cautelam decet, tamen nullum de eo adulterium quiſpiam eſt locutus. Verumtamen inſequenti cum apud Sauriciacum villam, Epiſcoporum Synodus adgregata fuiſſet, iuſſum eſt vt liceret ei ingredi vrbem ſuam.

Cap. 38. Ausus in Brunichildem. Cum autem Faileuba regina Childeberti regis partu edito mox extincto ægrotaret, attigit aures eius ſermo, quod quidam vel contra eam, vel contra Brunichildem reginam agere conarentur. Cumque confortata ab incommodo, ad regis præſentiam acceſſiſſet, omnia ei quam matri eius, quæ audierat reſerauit. Verba autem huiuſmodi erant, quod ſcilicet Septimina nutrix infantum eius, conſilio ſuadere vellet regi, vt eiecta matre, coniugeque relicta, aliam ſortiretur vxorem: F & ſic cum eodem quæcumque vellent, vel actu agerent, vel precibus obtinerent. Quod ſi his rex nollet acquieſcere quæ ſuadebat, ipſo maleficiis interempto, eleuatis filiis eius in regnum, repulſa nihilominus matre eorum & auia, ipſi regerent regnum. Huius enim conſilij ſocios pronunciat eſſe Sunnegiſilum comitem ſtabuli, & Gallomagnum referendariū, atque Droctulfum, qui ad ſolatium Septiminæ ad nutriendum regis paruulos fuerat datus. Denique corripiuntur hi duo Septimina videlicet & Droctulfus. Nec mora, extenſi inter ſtipites cum vehementius cæderentur, profitetur Septimina ſe virum ſuum Iouium maleficiis interfeciſſe, ob amorem Droctulfi: ipſumque ſecum ſcorto miſceri. De his quæ ſupra diximus cauſis pariter confitentur, & memoratos viros in hoc conſilio habitos indicant. Nec mora, inquiruntur & ipſi: ſed conſcientia terrente, latebram intra Eccleſiarum ſepta petiere. G Ad quos rex ipſe procedens, ait, Egredimini in iudicium, vt cognoſcamus de his quæ vobis obiiciuntur, ſi vera ſint, an falſa. Nam ego vt opinor, in hanc Eccleſiam fuga dilapſi non fuiſſetis, niſi vos conſcientia terruiſſet. Verumtamen promiſſionem habete de vita, etiam ſi culpabiles inueniamini. Chriſtiani enim ſumus: nefas eſt enim vel criminoſos ab Eccleſia eductos punire. *Eccleſia portus eſt & aſylum.* Tunc educti foras, cum rege venerunt ad iudicium: diſcuſſique reclamant, dicentes, Quia Septimina cum Droctulfo hoc nobis conſilium patefecit. Sed nos execrantes ac fugientes, nunquam conſentire voluimus hoc ſcelus. Et rex, Si, inquit, vos nullam conniuentiam præbuiſſetis, noſtris auribus vtique intuliſſetis. Verumne ergo eſt, vos in hac cauſa præbuiſſe conſenſum, cum hoc noſtræ ſcientiæ occuli voluiſtis? Et ſtatim eiecti foras, iterum Eccleſiam petierunt. Septimina vero cum Droctulfo vehementer cæſa ac cauteriis accenſis in facie vulnerata, ablatis omnibus quæ habebat, in Marilegium villam deducitur, vt ſcilicet trahens molam, his H quæ in gynæcio erant poſitæ per dies ſingulos farinas ad victus neceſſarias præpararet. Droctulfum autem inciſis capillis & auribus, ad vineam excolendam delegauerunt, ſed poſt dies paucos fuga dilabitur: inquiſituſque ab actore, iterum ad regem deducitur: ibique multum cæſum, iterum ad vineam quam reliquerat, deſtinatur. At vero Sunnegiſilus & Gallomagnus priuati à rebus quas à fiſco meruerant, in exilium retruduntur. Sed venientibus legatis, inter quos Epiſcopi erant, à rege Gunthchramno, & petentibus pro his, ab exilio reuocantur: quibus nihil aliud eſt relictum, niſi quod habere proprium videbantur.

Cap. 39. Chrodieldis ſanctimoniales ad defectionem inducit. In Monaſterio vero Pictauenſi inſidiante diabolo in corde Chrodieldis, quæ ſe Chariberti quondam regis filiam adſerebat, orto ſcandalo, ipſa quoque quaſi de parentibus confiſa regibus, exactis Sacramentis à ſanctimonialibus vt iniectis in Abbatiſſam Leubouetam

criminibus,

A criminibus, ea Monaſterio deiecta, ipſam ſubſtituerent principalem. Egreſſaque eſt cum quadraginta aut eo amplius puellis, & conſobrina ſua Baſina filia Chilperici, dicens, Quia vado ad parentes meos reges, vt eis contumeliam noſtram innoteſcere valeam: quia non vt filiæ regum, ſed vt malarum ancillarum genitæ in hoc loco humiliamur. Infelix ac fatua non recordans, in qua ſe humilitate beata Radegundis, quæ hoc inſtituit Monaſterium, exhibebat. Egreſſa ergo ab eo, Turonos aduenit, dataque nobis ſalutatione, ait, Deprecor ſancte Sacerdos, vt has puellas quæ in magnam humilitatem ab Abbatiſſa Pictauenſi redactæ ſunt, cuſtodire digneris, ac cibum præbere, donec ego eam ad reges parentes noſtros, exponamque eis quæ patimur, & reuertar. Quibus ego aio, Si Abbatiſſa deliquit, aut Canonicam regulam in aliquo prætermiſit, accedamus ad fratrem noſtrum Marouem Epiſcopum, & coniuncti arguamus eam: emendatiſque negotiis reſtituamini in Monaſterium veſtrum, ne diſpergatur luxuria, quod
B S. Radegundis ieiuniis & orationibus crebris, eleemoſyniſque frequentibus adgregauit. Et illa reſpondit, Nequaquam, ſed ad reges ibimus. Et ego, Quare reſponſioni reſiſtitis? Ob quam rem Sacerdotale monitum non auditis? Vereor ne coniuncti Sacerdotes Eccleſiarũ, vos a communione remoueant: ſic enim & ab anteceſſoribus in Epiſtola quam ad beatam Radegundem in initio huius congregationis ſcripſerunt, habetur inſertum. Cuius exemplaria huic lectioni inſerere placuit.

Exemplar Epiſtolæ.

Dominæ beatiſſimæ & in Chriſto Eccleſiæ filiæ Radegundi, Eufronius, Prætextatus, Germanos, Felix, Domitianus, Victorius & Domnolos Epiſcopi. Sollicita ſunt iugiter circa genus humanum immenſæ diuinitatis prouiſura remedia, nec ab aſſiduitate beneficiorum ſuorum quocumque loco vel tempore videntur aliquando ſeiuncta, cum pius rerum arbiter tales in hæreditate culturæ Eccleſiaſticæ perſonas vbique diſſeminat, quibus agrum eius intenta operatione fidei raſtro colentibus ad felicem centeni numeri reditum diuina
C temperie Chriſti ſeges valeat peruenire. Tantum igitur benignitatis eius ſe paſſim diſpenſatio profutura diffundit, vt illud nuſquam deneget quod prodeſſe multis agnoſcit. Quarum perſonarum exemplo ſanctiſſimo cum iudicaturus aduenerit, habeat in plurimis quod coronet. Itaque cum ipſo Catholicæ Religionis exortu, cœpiſſent Gallicanis in finibus venerandæ fidei primordia reſpirare, & adhuc ad paucorum notitiam tunc ineffabilia perueniſſent trinitatis dominicæ Sacramenta, ne quid hic minus adquireret quam in vrbis circulo prædicantibus Apoſtolis obtineret, beatum Martinum peregrina de ſtirpe ad illuminationem patriæ dignatus eſt dirigere miſericordia conſulente. Qui licet Apoſtolorum tempore non fuerit, tamen Apoſtolicam gratiam non effugit. Nam quod defuit in ordine, ſuppletum eſt in mercede: quoniam ſequens gradus illi nihil ſubtrahit, qui meritis antecellit. Huius quoque reuerendiſſima filia, in vobis congratulamur rediuiua ſurgere ſupernæ dilectionis exempla propitiatione diuina: nam decli
D nante tempore ſeculi vetuſtate, veſtri ſenſus certamine fides reuireſcit in flore: & quod veterno tepuerat algore ſenectæ, tandem feruentis animi rurſus incaleſcat ardore. Sed cum penè eadem veneris ex parte qua beatum Martinum huc didicimus acceſſiſſe non eſt mirum ſi illum imitari videaris in opera quem tibi ducem credimus itineris extitiſſe: vt cuius es ſecuta veſtigia, felici voto compleas & exempla & beatiſſimum virũ in tanto tibi facias eſſe ſocium, in quantum partem refugis habere de mundo. Cuius opinionis radio præmicante, ita reddis audientium pectora cœleſti fulgore ſuffuſa, vt paſſim prouocati puellarum animi diuini ignis ſcintilla ſuccenſi, raptim feſtinent auidè in charitate Chriſti fonte veſtri pectoris irrigari: & relictis parentibus te ſibi magis eligant, quam matrem: facit hoc gratia, non natura. Igitur huius ſtudij vota videntes, gratias clementiæ ſupernæ referimus, qui voluntates hominum ſuæ facit voluntati connecti: quoniam confidimus quas

Rhadegundis B. Martini imitatrix.

E apud vos iubet colligi, ſuo vult amplexu ſeruari. Et quia quaſdam comperimus diuinitate propria de noſtris territoriis ad inſtitutionem veſtræ regulæ deſiderabiliter conuolaſſe, inſpicientes etiam veſtræ petitionis Epiſtolam libenter à nobis exceptam, hoc Chriſto auctore & remediatore firmamus: vt licet omnes æqualiter quæ ibi conueniunt, in domini charitate manſuræ debeant inuiolabiliter cuſtodire, quod videntur libentiſſimo animo ſuſcepiſſe: quoniam contaminari non debet Chriſto fides cœlo teſte promiſſa: vbi non leue ſcelus eſt templum Dei, quod abſit pollui, vt ab eo poſſit ita ſuccendente diſperdi: tamen ſpecialiter definimus, ſi qua, ſicut dictum eſt, de locis Sacerdotaliter noſtræ gubernationi Domino prouidente commiſſis, in Pictaua ciuitate veſtro Monaſterio meruerit ſociari, ſecundum beatæ memoriæ domini Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi conſtituta, nulli ſit vlterius diſcedendi licentia. Quæ ſicut continet regula, voluntate prodita videtur ingreſſa, ne vnius turpi dedecore ducatur in crimen, quod
F apud omnes emicat in honore. Et ideo, ſi, quod auertat Deus, aliqua inſanæ mentis inlicitatione ſuccenſa, ad tanti opprobrij maculam præcipitare ſuam voluerit diſciplinam, gloriam & coronam, vt inimici conſilio, ſicut Eua eiecta de Paradiſo, per qualemcunque de clauſtris ipſius Monaſterij, imo de cœli regno exire pertulerit, mergenda & conculcanda vili platearum in luto: ſeparata à communione noſtra, diri anathematis vulnere feriatur. Ita vt ſi fortaſſis Chriſto relicto homini voluerit nubere, diabolo captiuante, non ſolum ipſa quæ refugit, ſed etiam ille qui ei coniunctus eſt, turpis adulter: & potius ſacrilegus quam maritus: vel quiſquis vt hoc fieret, venenum magis quam conſilium miniſtrauit, ſimili vltione, ſicut de illa dictum eſt, cœleſti iudicio, nobis optantibus, percellatur: donec ſeparatione facta per competentem execrandi criminis pœnitentiam, à loco quo egreſſa fuerat, recipi meruerit & adnecti. Adiicientes etiam vt eorum qui nobis quandoque ſucceſſuri ſunt Sacerdotes, ſimilis condemnationis
G teneantur adſtrictæ reatu, & ſi, quod non credimus, aliquid ipſi voluerint aliter quam noſtra deliberatio continet, relaxare, nouerint ſe nobiſcum æterno iudice definiente cauſaturos, quia cõmunis eſt ſalutis inſtructio, ſi quod Chriſto promittitur, inuiolabiliter obſeruetur. Quod noſtræ determinationis decretũ pro firmitatis intuitu, propriæ manus ſubſcriptione credimus roborandum, perpetualiter à nobis Chriſto auſpice duraturum.

Promiſſa fides non debet temerari.

Monialis clauſtra nõ exeat.

Lecta igitur hac Epiſtola Chrodieldis dixit, Nunquam nos vlla retinebit mora, niſi ad reges quos parentes noſtros eſſe nouimus, accedamus. Venerant enim pedeſtri itinere à Pictauo, nec vllius equi beneficium habuerant: vnde anhelæ & ſatis exiguæ erant: ſed nec victus alimoniam vllam eis in via quiſquam præbuerat: acceſſerunt enim ad vrbem noſtram die prima menſis primi, erant enim pluuiæ magnæ: ſed & viæ diſſolutæ erant à nimia immenſitate aquarum.

Cap 40. Monaſterium Pictauienſium ſcandalum.

Detrahebant autem & de Epiſcopo dicentes, quia illius dolo & hæ turbatæ, & Monaſterium erat derelictum: ſed materiam huius ſcandali altius placuit
H memorari. Tempore Chlotharij regis, cum beata Radegundis hoc Monaſterium inſtituiſſet, ſemper ſubiecta & obediens cum omni congregatione ſua anterioribus fuit Epiſcopis. Tempore vero Sygiberti, poſtquam Marouens Epiſcopatum vrbis adeptus eſt, acceptis Epiſtolis Sygiberti regis pro fide ac deuotione Radegundis beatæ, in partes oriẽtis clericos deſtinat pro dominicæ crucis ligno, ac ſanctorum Apoſtolorum cæterorumque martyrum reliquiis: qui euntes detulerunt hæc pignora: quibus delatis, petiit regina Epiſcopum, vt cum honore debito grandique pſallentio in Monaſterio locarentur. Sed ille deſpiciens ſuggeſtionem eius, aſcenſis equis, villæ ſe contulit. Tunc regina iterato ad regem Sygibertum direxit, deprecans vt iniunctione ſua, quicũque ex Epiſcopis hæc pignera cum illo quo decebat honore, votũque eius expoſcebat, in Monaſterio conlocaret. Ad hoc enim opus Beatus Eufronius vrbis Turonicæ

A Epiſcopus iniungitur. Qui cum clericis ſuis Pictauum accedens, cum grandi pſallentio, & cereorum micantium ac thymiamatis adparatum, ſancta pignera abſente loci Epiſcopo in Monaſterium detulit. Poſt hæc cum Pontificis ſui ſæpiùs gratiam quæreret, nec poſſet adipiſci, neceſſitate commota cum Abbatiſſa ſua quam inſtituerat Arelatenſem vrbem expetunt: de qua regula S. Cæſarij atque Cæſariæ beatæ ſuſcepta, regis ſe tuitione muniterunt, ſcilicet, quia in illum qui paſtor eſſe debuerat, nullam curam defenſionis ſuæ poterant reperire. Ex hoc ſcandalo de die in diem propagato, tempus migrationis beatæ Rhadegundis aduenit, qua migrante, iterum petiit Abbatiſſa ſe ſub Sacerdotis ſui poteſtate degere. Quod ille cum primum reſpuere voluiſſet, conſilio ſuorum promiſit ſe patrem earum, ſicut dignú erat, fieri, & vbi neceſſitas fuiſſet, ſuam præbere defenſionem: vnde factum eſt vt abiens ad Childebertum regem præceptionem eliceret, vt ei hoc Monaſteriú ſicut reliquas Parochias regulariter liceat gubernare. Sed neſcio quid, B credo, adhuc in eius animis reſidebat, vt hæ puellæ adſerunt, quod moueret ſcandalum. His vero intendentibus, vt ad regis, ſicut diximus, præſentiam properarent, dedimus eis conſilium dicentes, Intenditis contra rationem, & nullo modo vobis ea ſeries inſeri poteſt, quæ blaſphemium arceat. Sed ſi vt diximus rationem prætermittitis, nec ſalubre conſilium vultis accipere, vel hoc conuiſite in animis veſtris, vt præterito hiberni huius tempore quod in hoc verno acceſſit, cum auræ commodiores fuerint, quo ducit voluntas, pergere valeatis. Quod conſilium aptum ſuſcipientes, ſubſequente æſtate, relictis Turonis cæteris accommodatis conſobrinæ ſuæ Chrodieldi ſanctimonialibus, ad regem Gunthchramnum acceſſit. A quo ſuſcepta ac muneribus honorata, Turonos eſt regreſſa. Conſtantina filia Burgolini in Monaſterio Auguſtodunenſi relicta, expectans Epiſcopos qui à rege fuerant iuſſi aduenire, & cauſam ipſarum cum Abbatiſſa diſcutere. Multæ tamen ex his à diuerſis circumuentæ matrimonio copulatæ ſunt, priuſ- *Moniales nubunt.* C quam hæc à rege regrederetur. Cumque præſtolantes aduentum, nullum Epiſcopum aduenire ſenſiſſent, Pictauum regreſſæ ſunt, & ſe intra baſilicam S. Hilarij tutauerunt, congregatis ſecum furibus homicidis, adulteris, omniúmque criminum reis, ſtabilientes ſe ad bellum atque dicentes, Quia reginæ ſumus, nec priùs in Monaſterium noſtrum ingredimur, niſi Abbatiſſa eiciatur foras. Erat ibi tunc reclauſa quædam, quæ ante paucos annos per murum ſe deiiciens, ad baſilicam S. Hilarij confugit, multa in Abbatiſſam crimina euomens, quæ tamen falſa cognouimus. Sed poſtquam in Monaſterium per eum locum vnde ſe præcipitauerat, funibus eſt adtracta, petiit vt ſe in cellulam ſecretam recluderet, dicens, Quia multum peccaui in Dominum, & Dominam meam Radegundem, quæ illis diebus ſuperſtes erat. Volo me, ait, ab hac frequentia congregationis totius amouere, & pœnitentiam pro neglectis meis agere: ſcio enim quia miſericors eſt Dominus, & remittit confitentibus ſe peccata: & ingreſſa eſt in cellulam. Cum D autem hoc ſcandalum commotum fuiſſet, & Chrodieldis à Gunthchramno rege regreſſa eſſet, hæc diſrupto nocturnis horis cellulæ oſtio egreſſa eſt à Monaſterio, & ad Chrodieldem abiit, multa ſicut priùs fecerat, crimina de Abbatiſſa prorumpens.

Cap. 41. Dum autem hæc agerentur, Gundegiſilus Burdegalenſis, adiunctis ſecum Niceſio Engoliſmenſi, & Saffario Petragorico, ac ipſo Marouco Pictauenſi Epiſcopis, eo quod huius vrbis metropolis eſſet, ad Baſilicam ſancti Hilarij aduenit, arguens has puellas, & in Monaſterium reducere cupiens. Sed cum illæ obſtinacius reluctarentur, & hic cum reliquis iuxta Epiſtolam ſuperius nominatam eis excommunicationem indiceret, exurgens turba muriorum præfatorum tanta eos in ipſa ſancti Hilarij baſilica cæde mactauit vt corruentibus in pauimento Epiſcopis vix conſurgere poſſent. Sed & Diaconi & reliqui clerici ſanguine perfuſi, cum effractis capitibus baſilicam ſunt egreſſi. Tam immenſus *Cædes in templo ob moniales fugitiuas.* enim eos, & vt credo, diabolo cooperante, pauor obſederat, vt egredientes à loco ſancto, nec ſibi Vale dicentes, vnuſquiſque per viam quam arripere potuit, repedaret. Adfuit huic calamitati, & Deſiderius Diaconus E Syagrij Auguſtodunenſis Epiſcopi, qui non inquiſito Clent fluminis vado, quo primum litus attigit, eſt ingreſſus: ac natante equo, ripæ vlterioris campo euectus eſt. Ex hoc Chrodieldis ordinatores eligit, villas Monaſterij peruadit, & quoſcunque de Monaſterio arripere potuiſſet, plagis ac cædibus adfectos ſuo ſeruitio ſubiugabat, minans, vt ſi Monaſterium poſſet ingredi Abbatiſſam de muro proiectam, terræ deiiceret. Quod cum Childeberto regi nunciatum fuiſſet, ſtatim directa auctoritate præcepit Macconi comiti vt hæc reprimere omni intentione deberet. Godegiſilus autem cum has à communione ſuſpenſas cum cæteris, vt diximus, reliquiſſet Epiſcopis, Epiſtolam ex ſuo fratrúmque præſentium nomine conſcripſit ad Sacerdotes illos, qui tunc rege Gunthchramno fuerant adgregati: à quibus hæc reſcripta ſuſcepit.

F *Exemplar reſcripti.* Dominis ſemper ſuis atque Apoſtolica Sede digniſſimis, Gundegiſilo, Niceſio & Saffario, Ætherius, Syagrius, Aunacharius, Heſychius, Agrœcola, Vrbicus, Felix, Veranus, item Felix, & Bertheramnus Epiſcopi. Literas veſtræ beatitudinis tantum referante nuncio de veſtra ſoſpitate gauiſi excepimus: tantum de iniuria quam vos pertuliſſe ſignaſtis, non modico mœrore adſtringimur, dum & regula tranſcenditur, & nulla reuerentia religioni ſeruatur. Sed quia indicaſtis Monachas, quæ de Monaſterio bonæ memoriæ Radegundis, inſtigante diabolo fuerunt digreſſæ, quod nullam à vobis acquieuerint correctionem audita, nec intra Monaſterij ſui ſepta de quo egreſſæ fuerant, voluiſſent reuerti: inſuper baſilicæ domni Hilarij per cædes veſtras veſtrorúmque iniuriam intuliſſe: quapropter ipſas à communionis gratia viſi fueritis ſuſpendere, ac per hoc noſtram exinde mediocritatem elegiſtis conſulere. Igitur quia optimè vos nouimus ſtatuta canonum percurriſſe, ac regulæ plenitudinem continere, vt qui in G talibus exceſſibus videntur deprehendi, non ſolum excommunicatione, verum etiam pœnitentiæ ſatisfactione debeant coërceri: ea de re addentes cum venerationis cultu ſummæ auiditatis dilectionis inſtinctum, indicamus ea quæ definiſtis nos concordanter veſtræ ſententiæ conſentire, quoſdvſque in Synodali Concilio Calendis Nouembr. pariter poſiti debeamus conſilio pari tractare, qualiter talium temeritas frænum diſtrictionis poſſit accipere, vt deinceps nulli liceat ſub hunc lapſum faciente iactantia ſimilia perpetrare. Attamen quia nos ſua dictione domnus Paulus Apoſtolus indeſinenter videtur monere, vt opportunè inopportunéque debeamus quoſcunque excedentes ſedula prædicatione corrigere: & pietatem proteſtatur ad omnia vtilem eſſe: ideo ſuggerimus vt adhuc oratione aſſidua Domini miſericordiam deprecemini, vt ipſe ſpiritus compunctionis ipſas inflammare dignetur, vt id quod per delictum viſæ ſunt contraxiſſe, digna ſatisfactione pœniteant: vt H in Monaſterio ſuo veſtra prædicatione animæ quæ quodammodo perierunt, propitio Chriſto reuertantur: vt ille qui vnam humeris inlatam errantem ouem ad ouile reduxit, & de iſtarum tranſgreſſione quaſi adquiſito gregi congaudere dignetur. Hoc ſpecialiter poſtulantes, vt pro nobis interceſſionum veſtrarum ſuffragia indeſinenter, vt confidimus, tribuatis. Peculiaris veſter Ætherius peccator ſalutare præſumo. Cliens veſter Heſychius reuerenter audeo ſalutare. Amator veſter Syagrius reuerenter ſaluto. Cultor veſter Vrbicus peccator famulanter ſaluto. Venerator veſter Veranus Epiſcopus, reuerenter ſaluto. Famulus veſter Felix ſalutare præſumo. Humilis veſter atque amator Felix audeo ſalutare. Homilis atque obediens veſter Bertecramnus Epiſcopus ſalutare præſumo.

Cap. 42. Exemplar Epiſtolæ Radegundis ad Epiſcopos. Sed & Abbatiſſa recitauit Epiſtolam quam beata Radegundis Epiſcopis qui ſuo tempore erant, dirigi voluit. Cuius nunc iterum ipſa Abbatiſſa exemplaria ad-

vicinatum

A vicinarum vrbium Sacerdotes direxit: cuius hæc ſunt exemplaria.

Dominis ſanctis & Apoſtolica Sede digniſſimis in Chriſto patribus omnibus Epiſcopis Radegundis peccatrix. Congruæ prouiſionis tunc roboraliter ad effectum tendit exordium, cum generalibus patribus, medicis ac paſtoribus, ouilis ſibi commiſſi cauſa auribus traditur, cuius ſenſibus commendatur: quorum participatio de charitate conſilium de poteſtate, ſuffragium de oratione miniſtrare poterit interuentum. Et quoniam olim vinclis laicalibus abſoluta, diuina prouidente & inſpirante clementia, ad religionis normam viſa ſunt voluntariè duce Chriſto tranſlata: hæc pronæ mentis ſtudio cogitans etiam de aliarum profectibus, vt adnuente Domino mea deſideria efficerentur, reliquis profutura, inſtituente atque remunerante præcellentiſſimo Domno rege Chlothario, Monaſterium puellarum Pictaua vrbe conſtitui: conditumque quantum mihi munificentiæ regalis eſt largita, facta donatione, dotaui: inſuper congregationi per me Chriſto præſtante collectæ, regulam ſub qua ſancta Cæſaria degit, quam ſolicitudo beati Cæſarij Antiſtitis Arelatenſis ex inſtitutione Sanctorum Patrum conuenienter collegit, adſciui. *Radegundis Monaſterii* B *conſtituit.* Cui conſentientibus beatiſſimis & huius ciuitatis, & reliquis Pontificibus, electione etiam noſtræ congregationis domnam & ſororem meam Agnetem, quam ab ineunte ætate loco filiæ colui & eduxi, Abbatiſſam inſtitui, ac me poſt Deum eius ordinationi regulariter obedituram commiſi. Cuique formam Apoſtolicam obſeruantes, tam ego quam ſorores de ſubſtantia terrena quæ poſſidere videbamur, factis chartis tradidimus metu Ananiæ & Sapphiræ, in Monaſterio poſitæ, nihil proprium reſeruantes. Sed quoniam incerta ſunt humanæ conditionis momenta vel tempora, quippe mundo in finem currente, cum aliqui magis propriæ quam diuinæ cupiant voluntati ſeruire: zelo ducta Dei hanc ſuggeſtionis meæ paginam, Apoſtolatus C veſtri in Chriſti nomine ſuperſtes porrigo vel deuota. Et quia præſens non valui, quaſi veſtris prouoluta veſtigiis, Epiſtolæ vicarietate proſternor, coniurans per Patrem & Filium & Spiritum ſanctum, ac diem tremendi iudicij, ſic repræſentatos vos non tyrannus oppugnet, ſed legitimus rex coronet, vt ſi caſu poſt meum obitum quæcumque perſona, vel loci eiuſdem Pontifex, ſeu poteſtas Principis, vel alius aliquis, quod nec fieri credimus, congregationem, vel ſuaſu maleuolo, vel impulſu iudiciario perturbare tentauerit, aut regulam frangere, ſeu Abbatiſſam alteram quam ſororem meam Agnetem, quam beatiſſimi Germani præſentibus ſuis fratribus benedictio conſecrauit: aut ipſa congregatio, quod fieri non poteſt, habita murmuratione mutare contenderit, vel quaſdam dominationes in Monaſterio: vel rebus Monaſterij quæcunque perſona vel Pontifex loci præter quas anteceſſores Epiſcopi, aut alij me ſuperſtite habuerunt, nouo priuilegio quicunque adfectare voluerit, aut extra regulam exinde regredi quis tentauerit, ſeu de rebus quas in me præcellen- D tiſſimus domnus Chlotharius, vel præcellentiſſimi domni regis filij ſui contulerunt: & ego ex eius præceptionis permiſſu Monaſterio tradidi poſſidendum, & per auctoritates præcellentiſſimorum domnorum regum Chariberti, Gunthchramni, Chilperici, & Sygiberti, cum Sacramenti interpoſitione, & ſuarum manuum ſubſcriptionibus obtinui confirmari: aut ex his quæ alij pro animarum ſuarum remedio, vel ſorores ibidem de rebus propriis contulerunt, aliquis Princeps, aut Pontifex, aut potens, aut de ſororibus cuiuſlibet perſonæ auſu minuere, aut ſibimet ad proprietatem reuocare ſacrilego voto contenderit, ita veſtram ſanctitatem ſucceſſorumque veſtrorum poſt Deum pro mea ſupplicatione & Chriſti voluntate incurrat: vt ſicut prædones & ſpoliatores pauperum extra gratiam veſtram habeantur: nunquam de noſtra regula vel de rebus Monaſterij obſiſtentibus vobis imminuere valeat aliquid aut mutare. Hoc etiam deprecans, vt cum Deus prædictam domnam ſororem noſtram Agnetem de ſeculo migrare voluerit, illa in loco eius Abbatiſſa de E noſtra Congregatione debeat ordinari, quæ Deo & ipſi placuerit, cuſtodiens regulam, & nihil de propoſito ſanctitatis imminuet: nam nunquam propria aut cuiuſcumque voluntas præcipitet. Quod ſi, quod abſit, contra Dei mandatum & auctoritatem regum aliquis de ſupraſcriptis conditionibus coram Domino & Sanctis eius precabiliter commendatis agere, aut de perſona, aut ſubſtantia minuenda voluerit, aut memoratæ ſorori meæ Agneti Abbatiſſæ moleſtias aliquas inferre tentauerit, Dei & ſanctæ crucis & B. Mariæ incurrat iudicium, & beatos Confeſſores Hilarium & Martinum, quibus poſt Deum ſorores meas tradidi defendendas, ipſos habeat contradictores & perſecutores. Te quoque beate Pontifex, ſucceſſoreſque veſtros, quos patronos in cauſa Dei diligenter adſciſco, ſi, quod abſit, extiterit qui contra hæc aliquid moliri tentauerit, pro repellendo & confutando Dei hoſte, non pigeat ad regem F quem eo tempore locus iſte reſpexerit, vel ad Pictauam ciuitatem pro re vobis ante Dominum commendata percurrere, & contra aliorum iniuſtitiam executores & defenſores iuſtitiæ laborare, vt tale nephas nullo modo ſuis admitti temporibus rex patiatur Catholicus, nec conuelli permittat quod Dei & mea & regum ipſorum voluntate firmatum eſt. Simul etiam principes quos Deus pro gubernatione populi poſt deceſſum meum ſupereſſe præceperit, coniuro per regem cuius regni non erit finis, & ad cuius nutum regna conſiſtunt, qui eis donauit ipſum viuere vel regnare, vt Monaſterium quod ex permiſſu, & ſolatio domnorum regum, patris vel aui eorum conſtruxiſſe viſa ſum, & ordinaſſe regulariter, vel dotaſſe ſub ſua tuitione & ſermone vna cum Agnete Abbatiſſa iubeant gubernare: & à nullo neque ſæpè dictam Abbatiſſam noſtram, neque aliquid ad noſtrum Monaſterium pertinens moleſtari, aut inquietari, vel exinde imminui, aut aliquid mutari permittant, ſed magis pro Dei intuitu vna cum G domnis Epiſcopis, ipſi me ſupplicante coram redemptore gentium ſicut eis commendo, defenſari iubeant & muniri: vt in cuius honore Dei famulas protegunt, cum defenſore pauperum, & ſponſo virginum perpetualiter æterno ſocientur in regno. Illud quoque vos ſanctos Pontifices, & præcellentiſſimos domnos reges, & vniuerſum populum Chriſtianum, coniuro per fidem Catholicam in qua baptizati eſtis, & Eccleſias quas conſeruatis, vt in baſilica quam in ſanctæ Mariæ dominicæ genitricis honorem cœpimus ædificare, vbi etiam multæ ſorores conditæ ſunt in requie, ſiue perfecta, ſiue imperfecta, cum me Deus de hac luce migrare præceperit, corpuſculum meum ibi debeat ſepeliri. *Radegunda eligit ſepulturam.* Quod ſi quis aliud inde voluerit, aut fieri tentauerit, obtinente cruce Chriſti, & beata Maria, diuinam vltionem incurrat: & vobis intercurrentibus, in loco ipſius baſilicæ merear cum ſororum Congregatione obtinere loculum ſepulturæ. Et vt hæc ſupplicatio mea, quam manu propria ſubſcripſi, in vniuerſalis Eccleſiæ Archiuo ſeruetur, effuſis cum lacrymis deprecor, quatenus H ſi contra improbos aliquos neceſſitas exegerit, vt veſtra defenſione ſoror mea Agnes Abbatiſſa, vel Congregatio eius, quo ſuccurri ſibi popoſcerint, veſtræ miſericordiæ pia conſolatio opem paſtorali ſolicitudine ſubminiſtret: nec de me deſtitutas ſe proclament, quibus Deus præſidium veſtræ gratiæ præparauit. Illud vobis in omnibus ante oculos reuocantes, per ipſum qui de cruce glorioſa Virginem ſuam genitricem beato Ioanni Apoſtolo commendauit, vt qualiter ab illo completum eſt Domini mandatum, ſic ſit apud vos, indigna & humilis domnis meis Eccleſiæ patribus & viris Apoſtolicis quod commendo: quod cum dignanter ſeruaueritis depoſitum, meritis participes cuius impletis mandatum Apoſtolicum, digne repperietis exemplum.

Poſt hæc Marouеus Epiſcopus, cum diuerſa improperia ab his audiret, Porcarium Abbatem baſilicæ *Cap. 43. Theutua*

beati

A *riue Monialium ſcandala compeſcit.*

beati Hilarij, ad Guodegiſilum Epiſcopum & reliquos comprouinciales eius deſtinat, vt data communione puellis, ad audientiam veniendi licentiam indulgere dignarentur: ſed nequaquam potuit obtinere. Childebertus autem rex, cum aſſiduas de vtraque parte, monaſterij ſcilicet, vel puellarum quæ egreſſæ fuerant, moleſtias pateretur, Teutharium Presbyterum ad dirimendas querimonias quæ inter eaſdem agebantur, deſtinat. Cui prouocatæ Chrodieldis cum reliquis puellis ad audientiam, dixerunt, Non venimus, quia à communione ſuſpenſæ ſumus: ſi reconciliari meremur, tunc ad audientiam venire non differimus. Hæc audiens ille, ad Epiſcopos abiit: cumque cum his de hac cauſa locutus fuiſſet, nullum effectum obtinere potuit de communione earum: & ſic ad vrbem Pictauam regreſſus eſt. Puellæ vero ſeparatæ abinuicem, aliæ ad parentes, aliæ ad domos proprias, nonnullæ in hæc monaſteria, in quibus prius fuerant, ſunt regreſſæ: quia hyemem validam ſimul poſitæ propter penuriam ligni

B

tolerare non poterant. Paucæ tamen cum Chrodielde & Baſina remanſerunt. Erat enim tunc & inter eas magna diſcordia, pro eo quod altera alteri ſe præponere cupiebat.

Cap. 44. Anni intemperies.

Eo anno poſt clauſum Paſcha, tam immenſa cum grandine pluuia fuit, vt intra duarum aut trium horarum ſpatia etiam per minores vallium meatus ingentia currere flumina viderentur: arbores in autumno floruerunt, & poma ſicut prius dederant, ediderunt. Menſe nono roſæ apparuerunt. Flumina vero vltra modum excreuerunt: ita vt excedentia litora loca quæ nunquam contingere conſueta fuerant, operirent, non minimum ſationibus inferentia damnum.

GREGORII TVRONENSIS
Hiſtoriarum

C

LIBER X.

Cap. 1. Tyberis inundatio.

ANNO igitur quintodecimo Childeberti Regis, Diaconus noſter ab vrbe Roma ſanctorum cum pignoribus veniens, ſic retulit, quod anno ſuperiore, menſe nono, tanta inundatione Tyberis fluuius vrbem Romam obtexit, vt ædes antiquæ diruerentur: horrea etiam Eccleſiæ ſubuerſa ſint, in quibus nonnulla millia modiorum tritici periere. Multitudo etiam ſerpentium cum magno dracone in modum trabis validæ, per huius fluuij alueum in mare deſcendit. Sed ſuffocatæ beſtiæ inter ſalſos maris turbidi fluctus, litori eiectæ ſunt.

Serpentum multitudo.

Subſecuta eſt de veſtigio clades quam inguinariam vocant: nam medio menſe xj. adueniens, primum omnium (iuxta illud quod in Ezechiele Propheta legitur, A ſanctuario meo incipite) Pelagium Papam perculit: quo defuncto, magna ſtrages populi de hoc morbo facta eſt.

Peſtis.

D *Gregorium ſeptē Monaſteria fundauit.*

Sed quia Eccleſia Dei abſque rectore eſſe non poterat, Gregorium Diaconum plebs omnis elegit: hic enim de ſenatoribus primis, ab adoleſcentia deuotus Deo, in rebus proprijs ſex in Sicilia Monaſteria congregauit: ſeptimum intra vrbis Romæ muros inſtituit: quibus tantam delegans terrarum copiam, quanta ad victum quotidianum præbendum ſufficeret, reliqua vendidit cum omni præſidio domus, ac pauperibus erogauit: & qui ante ſerico contextu ac gemmis micantibus ſolitus erat per vrbem procedere trabeatus, nunc vili contectus veſtitu, ad altaris dominici miniſterium conſecratur: ſeptimuſque Leuita ad adiutorium Papæ adſciſcitur. Tantaque ei abſtinentia in cibis, vigilantia in orationibus, ſtrenuitas in ieiunijs erat, vt infirmato ſtomacho vix conſiſtere poſſet. Literis grammaticis, dialecticiſque ac rhetoricis ita erat inſtitutus, vt nulli in vrbe ipſa putaretur eſſe ſecundus. Hunc apicem adtentius fugere

E

tentans, ne quod prius abiecerat rurſum ei in ſeculo de adepto honore iactantia quædam ſubreperet; vnde factum eſt vt Epiſtolam ad Imperatorem Mauritium dirigeret, cuius filium ex lauacro ſancto ſuſceperat, coniurans, & multa prece poſcens, ne vnquam conſenſum præberet populis, vt hunc huius honoris gloria ſublimaret. Sed præfectus vrbis Romæ germanus eius, anticipauit nuntium, & comprehenſo diruptis Epiſtolis conſenſu quem populus fecerat, Imperatori direxit. At ille gratias Deo agens pro amicitia Diaconi, quod repperiſſet locum honoris eius, data præceptione ipſum iuſſit inſtitui. Cumque in hoc reſtaret vt benediceretur, & lues populum deuaſtaret, verbum ad plebem pro agenda pœnitentia hunc modum exorſus eſt.

Gregorij hortatoria concio ad pœnitentiam.

Oportet fratres dilectiſſimi, vt flagella Dei quæ metuere ventura debuimus, ſaltem præſentia & experta timeamus. Conuerſionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis noſtri duritiam ipſa quam patimur, pœna diſſoluat; vt enim propheta teſte prædictum eſt, Peruenit gladius vſque ad animam. Ecce etenim cuncta plebs cœleſtis iræ mucrone percutitur, & repentina

F

ſinguli cæde vaſtantur: nec languor mortem præuenit, ſed languoris moras, vt cernitis, mors præcurrit. Percuſſus quiſque ante rapitur, quam ad lamenta pœnitentiæ conuertatur. Penſate ergo, qualis ad conſpectum diſtricti iudicis perueniat, cui non vacat flere quod fecit. Habitatores quique non ex parte ſubtrahuntur, ſed pariter corruunt: domus vacuæ relinquuntur, filiorum funera parentes aſpiciunt, & ſui eos ad interitum hæredes præcedunt. Vnuſquiſque ergo noſtrum ad pœnitentiæ lamenta confugiat, dum flere ante percuſſionem vacat. Reuocemus ante oculos mentis quicquid errando commiſimus, & quod nequiter egimus, flendo puniamus. Præueniamus faciem eius in confeſſione, & ſicut Propheta ammonet, leuemus corda noſtra cum manibus ad dominum. Ad Deum quippe corda cum manibus leuare eſt, orationis noſtræ ſtudium merito bonæ operationis erigere. Dat profecto, dat tremori

G

noſtro fiduciam qui per prophetam clamat, Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. nullus autem de iniquitatum ſuarum immanitate deſperet: veternoſas namque Niniuitarum culpas triduana pœnitentia abſterſit: & conuerſus latro vitæ præmia etiam in ipſa ſententia ſuæ mortis emeruit. Mutemus igitur corda, & præſumamus nos iam percepiſſe quod petimus: citius ad precem iudex flectitur, ſi à prauitate ſua petitor corrigatur. Imminente ergo tantæ animaduerſionis gladio, nos importunis fletibus inſiſtamus. Ea namque quæ ingrata eſſe hominibus importunitas ſolet, iudicio veritatis placet: quia pius ac miſericors Deus vult à ſe precibus veniam exigi qui quantum meremur non vult iraſci: hic etenim per pſalmiſtam dicit, Inuoca me in die tribulationis tuæ, & eripiam te, & magnificabis me. Ipſe ergo ſibi teſtis eſt, quia inuocantibus miſereri deſiderat, qui ammonet vt inuocetur.

Pœnitentia prouocat miſericordiam.

Proinde fratres chariſſimi, contrito corde & correctis operibus, ab ipſo feriæ quartæ primo diluculo, ſeptiformem letaniam iuxta diſtributionem inferius deſignatam, deuota ad lachrymas mente veniamus, vt

H *Letania.*

diſtrictus iudex cum ob culpas noſtras nos punire conſiderat, ipſe à ſententia propoſitæ damnationis parcat. Clerus igitur egrediatur ab Eccleſia ſanctorum martyrum Coſmæ & Damiani, cum presbyteris regionis ſextæ. Omnes vero Abbates cum monachis ſuis, ab Eccleſia ſanctorum martyrum Geruaſij & Protaſij, cum Presbyteris regionis quartæ. Omnes Abbatiſſæ cum congregationibus ſuis egrediantur ab Eccleſia ſanctorum martyrum Marcellini & Petri, cum presbyteris regionis primæ. Omnes infantes, ab Eccleſia ſanctorum martyrum Ioannis & Pauli, cum presbyteris regionis ſecundæ. Omnes vero laici, ab Eccleſia ſancti protomartyris Stephani, cum Presbyteris regionis ſeptimæ. Omnes mulieres viduæ, ab Eccleſia ſanctæ Euſemiæ cum Presbyteris regionis quintæ. Omnes autem mulieres coniugatæ egrediantur ab Eccleſia

A ſancti martyris Clementis, cum Presbyteris regionis tertiæ. Vt de ſingulis Eccleſiis exeuntes cum precibus ac lachrymis, ad beatæ Mariæ ſemper Virginis genitricis Domini Dei noſtri Ieſu Chriſti baſilicam congregemur, vt ibi diutius cum fletu ac gemitu Domino ſupplicantes, peccatorum noſtrorum veniam promereri valeamus. Hæc eo dicente, congregatis Clericorum catervis pſallere iuſſit per triduum, ac deprecari Domini miſericordiam; de hora quoque tertia veniebant vtrique chori pſallentium ad Eccleſiam clamantes per plateas vrbis, Kyrie eleiſon. Adſerebat autem Diaconus noſter qui aderat, in vnius horæ ſpacio dum voces plebs ad Dominum ſupplicationis emiſit, octoginta homines ad terram corruiſſe, & ſpiritum exhalaſſe. Sed non deſtitit Sacerdos tantus prædicare populo, ne ab oratione ceſſarent. Ab hoc etiam Diaconus noſter reliquias ſanctorum, vt diximus, ſumpſit, dum adhuc in Diaconatu degeret. Cúmque latibula fugæ præpararet, capitur, trahitur, & ad beati Apoſtoli Petri baſilicam deducitur, ibique ad Pontificalis gratiæ officium conB ſecratus Papa vrbi datus eſt. Sed nec deſtitit Diaconus noſter, niſi ad Epiſcopatum eius de porta rediret, & qualiter ordinatus fuerit, præſenti contemplatione ſuſpiceret.

Gregorio concionante 80. expirarunt.

Cap. 2. Grippo legatus redit ab Imper. Mauritio.

Grippo autem ab Imperatore Mauritio rediens, hæc nuntiauit, quod anno ſuperiore cum adepto nauigio cum ſociis ſuis Africæ portum adiigiſſet, Carthaginem magnam ingreſſi ſunt. Vbi dum morarentur, iuſſionem operientes præfecti qui aderant, qualiter Imperatoris præſentiam adire deberent, vnus puerorum, Euantij ſcilicet, qui cum eodem abierat, direptam ſpeciem de manu cuiuſdam negotiatoris ad metatum detulit. Quem ille proſecutus cuius res erant, reddi ſibi rem propriam flagitabat; ſed iſto differente cum de die in diem hoc iurgium in maius propagaretur, quadam die negotiator puerum illum in platea reperie, apprehenſoque veſtimento eius, tenere cœpit dicens: Quia non à me laxaberis, priuſquam res quas violenter diripuiſti, C meæ ditioni reſtituas. At ille excutere ſe de eius manibus conatus, non dubitauit erepto gladio hominem trucidare, & ſtatim ad metatum regreſſus eſt, nec aperuit ſociis quæ geſta fuerant: erant enim ibi tunc, vt diximus, legati Bodegiſilus filius Mummolani Sueſſionici, & Euantius filius Dinamij Arelatenſis, & hic Grippo genere Francus, qui eleuantes de epulo, ſopori ſe dederant pro quiete. Quare cum ſeniori vrbis nuntiata fuiſſent quæ puer eorum geſſerat, collectis militibus, vel omni populo armis circumdato, ad metatum eorum dirigit. At illi inopinantes expergefacti, obſtupeſcunt, cernentes hæc quæ gerebantur. Tunc ille qui prior erat, exclamabat dicens, Arma deponite, & ad nos egredimini, vt cognoſcamus pacificè, qualiter homicidium factum eſt. Hæc illi audientes, timore perterriti adhuc ignorantes quæ geſta fuerant, fidem expetunt, vt ſecuri ſine armis egrederentur: iurauerunt homines illi, quod cuſtodire impatientia non permiſit. Sed mox egredientem Bodegeſilum gladio percutiunt, ſimiliter & Euantium. Quibus ante hoſtium D metatus proſtratis, Grippo arreptis armis cum pueris qui ſecum erant proceſſit ad eos, dicens, Quæ geſta fuerunt nos ignoramus: & ecce ſocij itineris mei qui ad Imperatorem directi fuerant, gladio ſunt proſtrati: iudicabit Deus iniuriam noſtram, & mortem illorum de interitu veſtro, quia nos innocentes, & in pace venientes taliter trucidatis, nec vltra erit pax inter reges noſtros, Imperatorémque veſtrum. Nos enim pro pace venimus, & pro adiutorio reipublicæ impertiendo. Teſtem hodie inuoco Deum, quia veſtra excitauit noxa, vt non cuſtodiatur inter Principes pax promiſſa. Hæc & huiuſcemodi Grippone verba proferente, ſoluto Carthaginenſis belli procinctu, regreſſus eſt vnuſquiſque ad propria. Præfectus vero ad Gripponem accedens, mulcere cœpit animos eius de iis quæ geſta fuerant, ordinans qualiter ad præſentiam Imperatoris accederet. Qui veniens narrata legatione pro qua directus fuerat, excidium ſociorum expoſuit. Qua de cauſa Imperator valdè moleſtus, pollicitus eſt vlciſci mortem eorum iuxta id quod Childeberti regis iudicium promulgaret. Tunc ab Imperatore muneratus, cum pace regreſſus eſt.

Legati trucidantur.

E

Cap. 3. Childebertus armatur in Italos.

His à Grippone Childeberto regi relatis, confeſtim exercitum in Italiam commoueri iubet, ac 20. duces ad Longobardorum gentem debellandam dirigit. Quorum nomina non putaui lectioni ex ordine neceſſario inſerenda. Audoualdus vero dux cum Vinthrione commoto Campaniæ populo, cum ad metenſem vrbem quæ ei in itinere ſita erat, acceſſiſſet, tantas prædas, tantaque homicidia ac cædes perpetrauit, vt hoſtem propriæ regioni putaretur inferre. Sed & alij quoque duces ſimiliter cum phalangis ſuis fecere, ita vt priùs regionem propriam aut populum commanentem adficerent, quam quiddam victoriæ de inimica gente patrarent. Adpropinquantes autem ad terminum Italiæ, Audoualdus cum ſex ducibus dexteram petiit, atque ad Mediolanenſem vrbem aduenit; ibique eminus in F campeſtria caſtra poſuerunt. Olo autem dux ad Bilitionem huius vrbis caſtrum, in campis ſitum Caninis, importunè accedens, iaculo ſub papilla ſauciatus, cecidit & mortuus eſt. Hi autem cum egreſſi fuiſſent in præda vt aliquid victus adquirerent, à Longobardis irruentibus paſſim per loca proſternebantur. Erat autem ſtagnum quoddam in ipſo Mediolanenſis vrbis territorio, quod Ceresium vocitant, ex quo paruus quidam fluuius, ſed profundus egreditur; ſuper huius laci litus Longobardos reſidere audierant. Ad quem cum adpropinquaſſent, priuſquam flumen quod diximus, tranſirent à litore illo vnus Longobardorum ſtans lorica protectus & galea, contum manu geſtans, vocem dedit contra Francorum exercitum, dicens, Hodie adparebit cui diuinitas obtinere victoriam præſtet. Vnde intelligi datur hoc ſignum ſibi Longobardos præparauiſſe. Tunc pauci tranſeuntes contra Longobardum hunc decertantes, proſtrauerunt eum: & ecce omnis exercitus Longobardorum in fugam verſus præteriit. Hi G quoque tranſeuntes flumen, nullum de iis reperiunt, niſi tantum recognoſcentes adparatum caſtrorum, vbi vel focos habuerant, vel tentoria fixerant. Cúmque nullum de iis deprehendiſſent, ad caſtra ſua regreſſi ſunt: ibique ad eos Imperatoris legati venerunt nuntiantes adeſſe exercitum in ſolatium eorum dicentéſque, Quia poſt triduum cum eiſdem venimus: & hoc vobis erit ſignum, cum videritis villæ huius quæ in monte ſita eſt, domus incendio concremari, & fumum incendij ad cœlos vſque ſuſtolli, noueritis nos cum exercitu quem pollicemur adeſſe. Sed expectantes, iuxta placitum, dies ſex, nullum ex iis veniſſe contemplati ſunt. Chedinus autem cum tredecim ducibus læuam Italiæ ingreſſus, quinque caſtella cepit, à quibus etiam Sacramenta exegit. Morbus etiam dyſenteriæ grauiter exercitum adficiebat, eo quod aëreæ incongrui inſuetique hominibus eſſent, ex quo plerique interierunt. Commoto autem vento & data pluuia, cum paululum refrigeſcere aër cœpit, in infirmitate ſalubritatem contuiit. Quid plura? per tres ferè menſes Italiam peruagantes, cum nihil proficerent, neque ſe de inimicis vlciſci poſſent, eo quod ſe in locis communiſſent firmiſſimis: neque regem capere, de quo vltio fieret, qui ſe infra Ticinenſes munierat muros, infirmatos, vt diximus, aërum intemperantia exercitus ac fame adtritus, redire ad propria deſtinauit. Subdens etiam illud, acceptis Sacramentis regis ditionibus quod pater eius priùs habuerat, de quibus locis & captiuos, & alias abducere prædas: & ſic regredientes ita fame conficiebantur, vt priùs & arma & veſtimenta ad coëmendum victum demerent, quam locum genitalem contingerent. At Aptacharius Longobardorum rex, legationem ad Gunthchramnum regem cum huiuſcemodi verbis direxit, Nos, piiſſime rex, ſubiecti atque fideles vobis gentique veſtræ ſicut patribus veſtris fuimus, & eſſe deſideramus: nec diſcedimus à Sacramento quod præ-

Dyſenteria.

H

Aptacharius.

deceſſores

A deceſſores noſtri veſtris prædeceſſoribus intulerunt. Nunc autem deſiſtite à perſecutione noſtra, & ſic pax nobis & concordia, vt vbi neceſſarium fuerit contra inimicos auxilium præbeamus, vt veſtra ſcilicet noſtráque gente ſaluata, ac nos pacificos cognoſcentes, terreantur magis aduerſarij qui in circuitu obſtrepunt de amicitia, quam de noſtra diſcordia gratulentur. Pacificè hæc Gunthchramnus rex verba ſuſcepit, miſitque eos ad nepotem ſuum Childebertum regem. Dum autem his narratis in loco commorarentur, venerunt alij qui mortuum Apracharium regem nunciantes, Pauliumque in loco eius ſubſtitutum, eiuſmodi verba quæ ſupra diximus, deferentes. Sed Childebertus rex placitum cum eiſdem ponens, vt quid ei impoſterum conueniret, enuntiaret, eos abſcedere iuſſit.

Cap.4. Mauritius legatorum interfectores Mauritius autem Carthaginenſes illos, qui legatos Childeberti regis anno ſuperiore interemerant, vinctos manibus catenisque oneratos, ad eius direxit præſentiam, duodecim ſcilicet numero viros, ſub ea videlicet conditione, vt ſi eos interficere velit, haberet li-

B *res Childeberto mittit.* centiam: ſin autem ad redimendum laxaret, trecentis pro vnoquoque acceptis aureis quieſceret: ſicque vt quod vellet eligeret: quo facilius ſopito ſcandalo, nulla occaſio inter ipſos inimicitiæ oriretur. Sed rex Childebertus differens homines vinctos accipere, ait, incertum apud nos habetur, vtrum ij ſint homicidæ illi quos adducitis, an alij, vel fortaſſis cuiuſcunque ſeruí habentur, cum noſtri bene ingenui generatione fuerint, qui apud vos fuerunt interempti. Præſertim & Grippo adſtabat, qui eo tempore legatus cum eiſdem fuerat miſſus, qui interfecti ſunt, ac dicebat, Quia præfectus vrbis illius cum collectis duobus aut tribus hominum millibus irruit ſuper nos interemitque ſocios meos: in quo excidio & ego ipſe interiiſſem, ſi me viriliter defendere nequiuiſſem. Accedens autem ad locum, homines agnoſcere potero: de quibus ſi imperator veſter, vt dicitis, noſtro cum domino pacem cuſtodire deliberat, vltionem exigere debet: & ſic da-

C to rex placito, vt, poſt eos ad Imperatorem dirigeret, ipſos adſcedere iubet.

Cap.5. Chuppa Turones inuadit. His autem diebus Chuppa, qui quondam comes ſtabuli Chilperici regis fuerat, irruptu Turonicæ vrbis termino, pecora reliquaſque res quaſi prædam exercens, diripere voluit. Sed cum hoc incolæ præſenſiſſent, collecta multitudine eum ſequi cœperunt. Excuſſaque præda, duobus ex pueris eius interfectis, hic nudus aufugit, aliis duobus pueris captis: quos vinctos, ad Childebertum regem tranſmiſerunt: quos ille in carcerem coniici iubens, interrogare præcepit, cuius auxilio Chuppa fuiſſet ereptus, vt ab iis non comprehenderetur qui ſequebantur. Reſponderunt, hoc Animodi vicarij dolo, qui pagum illum iudicaria regebat poteſtate, factum fuiſſe. Protinuſque directis rex literis ad comitem vrbis, iubet vt eum vinctum in præſentiam regis dirigeret: quod ſi reſiſtere conaretur, vi oppreſſum etiam interficeret, ſi principis gratiam cupiebat adquirere. Sed ille non reſiſtens, datis fideiuſſori-

D bus, quo iuſſus eſt abiit: repertumque Flauianum domeſticum cauſatus cum ſocio, ne noxialis inuentus, pacificatus cum eodem, redire ad propria iuſſus eſt, datis tamen domeſtico illi muneribus prius. Ipſe quoque Chuppa iterum commotis quibuſdam de ſuis, filiam Badegeſili quondam Cœnomannenſis Epiſcopi Epiſcopi diripere ſibi in matrimonium voluit: irruens autem nocte cum cuneo ſociorum in villa Marogalenſi, vt voluntatem ſuam expleret: præſenſit eum, dolumque eius Magatrudis materfamilias, genitrix ſcilicet puellæ: egreſſaque cum famulis contra eum vi repulit, cæſis pleriſque ex illis, vnde non ſine pudore diſceſſum eſt.

Cap.6. Diuinitus carcere liberati. Apud Aruernos verò vincti carceris nocte nutu Dei diſruptis vinculis, reſeratiſque aditibus cuſtodiæ egreſſi, Eccleſiam ingreſſi ſunt. quibus cum Eulalius comes onera catenarum addi iuſſiſſet, vt ſuper eos poſita, extemplo ceu vitrum fragile comminuta ſunt: & ſic ob-

tinente Auito pontifice eruti, propriæ ſunt redditi libertati. E

Cap.7. Aruernis clericis tributa remiſit Child. In ſupradicta vero vrbe Childebertus rex omne tributum tam Eccleſiis quam monaſteriis, vel reliquis clericis qui ad Eccleſiam pertinere videbantur, aut quicunque Eccleſiæ officium excolebant, larga pietate conceſſit. Multum enim iam exactores huius tributi expoliati erant, eo quod per longum tempus & ſuccedentium generationes, ac diuiſis in multas partes ipſis poſſeſſionibus, colligi vix poterat hoc tributum: quod hic, Deo inſpirante, ita præcepit emendari, vt quod ſuper hæc fiſco deberetur, nec exactorem damna percuteret, nec Eccleſiæ cultorem tarditas de officio aliqua reuocaret.

Cap.8. Synodus contra Tetradiam. In confinio vero termini Aruerni, Gabalitani atque Rutheni, ſynodus Epiſcoporum facta eſt contra Tetradiam relictam quondam Deſiderij, eo quod repeteret ab ea Eulalius comes res quas ab eo fugiens ſecum tuliſſet. Sed hanc cauſam, vel qualiter Eulalius reliquerit, vel quemadmodum ad Deſiderium confugerit, altius

F memorandum putaui. Eulalius autem, vt iuuenilis ætas habet, agebat quæpiam irrationabiliter: vnde factum eſt vt à matre ſæpius increpitus, haberet in eam odium quam amare debuerat. Denique cum in oratorio domus ſuæ hæc in oratione frequenter incumberet, & nocturnas vigilias perſæpe dormientibus famulis in oratione cum lachrymis expleret, in cilicio quo orabat ſuggillata reperitur. Sed neſcientibus cunctis: quis hæc feciſſet, crimen tamen parricidij refertur ad filium hæc cum cautinus Epiſcopus Aruernæ vrbis comperiſſet, eum à communione ſubmouit. Conuenientibus autem ciuibus cum ſacerdote, ad feſtiuitatem beati martyris Iuliani, ad pedes Epiſcopi Eulalius ille proſternitur, quærens ſe inauditum à communione remotum. Tunc Epiſcopus permiſit eum cum cæteris Miſſarum ſpectare ſolennia. Verum vbi ad communicandum ventum eſt, & Eulalius ad altarium acceſſiſſet, ait Epiſcopus, Rumor populi parricidam te proclamat eſſe. Ego vero vtrum perpetraueris hoc ſcelus, an non, ignoro:

G id circo in Dei hoc & beati Martyris Iuliani ſtatuo iudicio. Tu vero ſi idoneus es, vt adſeris, accede propius, & ſume tibi Euchariſtiæ particulam, atque impone ori tuo: erit enim Deus reſpector conſcientiæ tuæ. At ille accepta Euchariſtia, communicans abſceſſit: habebat enim vxorem Tetradiam nobilem ex matre, patre inferiorem. Sed cum in domo ſua vle ancillarum concubito miſceretur, coniugem negligere cœpit: & cum ab ſcorto reuerteretur, grauiſſimis eam plagis ſæpius adficiebat. Sed & pro multis ſceleribus debita nonnulla contraxerat, in quibus ornamenta & aurum vxoris ſæpiſſime euertebat. Denique inter has anguſtias mulier collocata, cum honorem omnem quem in domo viri habuerat, perdidiſſet, & ille abiiſſet ad regem, hæc à Viro (ſic enim erat nomen hominis) mariti ſui nepote concupiſcitur, ſcilicet vt quia ille perdiderat coniugem, huius matrimonio iungeretur. Vi-

H rus autem timens inimicitias auunculi, mulierem Deſiderio duci tranſmiſit, videlicet vt ſuccedente tempore copularetur ei: quæ omnem ſubſtantiam viri ſui, tam in auro quam argento, & veſtimentis: & quæ moueri poterant, cum ſeniore filio ſecum ſuſtulit, relicto in domo alio iuniore. Rediens vero Eulalius ex itinere, comperit quæ acciderant. Sed cum mitigato dolore paululum quieuiſſet, ſuper Virum nepotem ſuum irruit, cumque inter arcta vallium Aruernarum interemit. Audiens autem Deſiderius, qui & ipſe vxorem nuper perdiderat, quod ſcilicet Virus interfectus fuiſſet, coniugio ſuo Tetradiam ſociauit. Eulalius vero puellam de monaſterio Lugdunenſi diripuit, eamque accepit. Sed concubina eius inſtigante, vt quidam adſerunt, inuidia, maleficiis ſenſum eius oppilauerunt. Poſt multum vero temporis, Eulalius Emerium huius puellæ conſobrinum clam adpetiit occiditque. Similiter Socratium fratrem ſocerui ſuæ, quem pater ex concubina habuerat, interemit. Et alia multa mala fecit, quæ

enarrare

A enarrare perlongum eſt. Ioannes filius eius, qui cum ſua diſceſſerat genitrice, à domo Deſiderij dilapſus, Aruernum venit. Cúmque iam Innocentius Epiſcopatum Ruthenæ vrbis ambiſſet, mandatum ei mittit Eulalius, vt res quæ ipſi in huius ciuitatis territorio debebantur, per huius auxilium recipere poſſet. Sed Innocentius ait, Si de filiis tuis vnum accipio, quem clericum factum in ſolatio meo retineam, faciam quæ precaris. At ille tranſmiſit puerum Ioannem nomine, recepitque res ſuas. Suſceptóque Innocentius Epiſcopus puero, totondit comam capitis eius, deditque eum Archidiacono Eccleſiæ ſuæ: qui in tanta ſe abſtinentia ſubdidit, vt pro tritico hordeum ſumeret, pro vino aquam hauriret, & pro equo aſino vteretur, veſtimenta viliſſima habens. Igitur coniunctis, vt diximus Sacerdotibus & viris magnificis in confinio ſupradictarum vrbium, Tetradia ab Agyno repræſentatur, atque Eulalius contra eam cauſarum acceſſit. Cúmque res quas de eius, abiens ad Deſiderium, B domo abſtulerat, inquireret, indicatum eſt Tetradia vt quadrupla ſatisfactione ablata reſtitueret, filióſque quos de Deſiderio conceperat, incertos haberi: illud etiam inordinantes, vt ſi hæc quæ Eulalio eſt iuſſa diſſolueret, accedendi in Aruernum licentia præberetur, rebúſque ſuis quæ ei ea paterna ſucceſſione obuenerant abſque calumnia frueretur: quod ita factum eſt.

Cap. 9. Gunthchramnus Britannos laceſſit.

Cum hæc agerentur, & Britanni circa vrbes, Namneticam vtique & Redunicam, valdè ſæuirent, Gunthchramnus rex exercitum contra eos commoueri iuſſit: in quorum capite Beppolenum & Ebracharium duces delegit. Sed Ebracharius ſuſpectus, quod ſi victoris cum Beppoleno patraretur, ipſe ducatum eius adquireret, inimicitias cum eodem connectit, ac per viam totam ſe blaſphemiis, conuiciis atque maledictionibus laceſſunt. Verum per viam qua abierunt, incendia, homicidia, ſpolia ac multa ſcelera egerunt. Interea venerunt ad Vicinoniam amnem: quem tranſmiſſi, ad Vldam fluuium peruenerunt; ibique diſſipatis vicinitatis caſis, pontes deſuper ſtatuunt, ſicque exercitus omnis tranC ſiuit. Coniunctus enim fuerat eo tempore Beppoleno Presbyter quidam dicens, Si ſecutus me fueris, ego te vſque Vvarocum ducam, ac Britannos tibi in vnum collectos oſtendam. Fredegundis enim cum audiiſſet, quod in hoc procinctu Beppolenus abiret, quia ei iam ex anteriore tempore inuiſus erat, Baiocaſſinos Saxones, iuxta ritum Britannorum tonſos, atque cultu veſtimenti compoſitos, in ſolatium Vvaroci abire præcepit. Adueniente autem Beppoleno cum iis qui eum ſequi voluerunt, certamen iniit, multóſque per biduum de Britannis ac Saxonibus ſupraſcriptis interemit. Receſſerat enim ab eo Ebracharius cum maiori manu: nec ad eum accedere voluit, donec interemptum audiret. Die autem tertio cum iam qui cum eo erant interficerentur, atque ipſe ſauciatus lancea repugnaret, irruentibus ſuper eum Vvaroco cum ſupradictis, interfecerunt eum: incluſerat enim eos inter anguſtias viarum atque paludes: in quibus magis luto necati quam gladio D trucidati ſunt. Ebracharius vero vſque Venetos vrbem acceſſit: miſerat enim ad eum obuiam Epiſcopus Regalis clericos ſuos cum crucibus, & pſallentio, qui eos vſque ad vrbem deduxerunt. Ferebant etiam quidam eo tempore, quod Vvarocus in inſulas fugere cupiens cum nauibus oneratis auro argentóque & reliquis rebus eius, cum alta maris cepiſſet, commoto vento, demerſis nauibus, res quas impoſuerat, perdidiſſet: tamen ad Ebracharium veniens, pacem petiit, obſidéſque cum multis muneribus tradidit, promittens ſe nunquam contra vtilitatem Gunthchramni regis eſſe venturum. Quo recedente, & Regalis Epiſcopus cum clericis & pagenſibus vrbis ſuæ, ſimilia Sacramenta dedit, dicens, Quia nihil nos dominis noſtris regibus colpabiles ſumus, nec vnquam contra vtilitatem eorum ſuperbi extitimus: ſed in captiuitate Britannorum poſiti graui iugo ſubditi ſumus. Pace igitur celebrata inter, Vvarocum atque Ebracharium, dixit Vvarocus: Diſcedite nunc & renunciate, quia omnia quæ iuſſerit rex, E ſponte implere curabo: quod vt pleniùs credere debeatis, nepotem meum obſidem tribuam: & ita fecit: ceſſatúmque eſt ab illo. Veruntamen multitudo magna ſicut de regali exercitu, ita & de Britannis cæſa eſt. Egrediente autem exercitu à Britanniis, ac tranſeuntibus amnem robuſtioribus, inferiores & pauperes qui cum his erant, ſimul tranſire non potuerunt. Cúmque in litus illud Vicinoniæ amnis reſtitiſſent, Vvarocus oblitus Sacramenti atque obſidum quos dederat, miſit Canaonem filium ſuum cum exercitu, adprehenſiſque viris quos in litore illo repperit, vinculis alligat, reſiſtentes interficit, nonnullis qui cum caballis torrentem tranſmeare voluerunt, ab ipſius torrentis impetu in mare deiectis. Dimiſſi ſunt poſtea multi à coniuge Vvaroci cum cereis & tabulis quaſi liberi, & ad propria ſunt regreſſi. Exercitus vero ipſius qui priùs tranſierat, metuens per viam illam qua venerat regredi, ne fortè mala quæ fecerat pateretur, ad Andegauum vrbem dirigit, Meduanæ torrentis expetens pontem: ſed parua quæ F priùs tranſiit manus ad ipſum quem præfati ſumus pontem, ſpoliati, cæſi, & ad omne dedecus ſunt redacti. Per Turonicum vero tranſeuntes, prædas agentes, multos expoliauerunt: inopinantes enim repererant incolas loci. Multi tamen de hoc exercitu ad Gunthchramnum regem acceſſerunt, dicentes, quia Ebracharius dux ac Vvilachatius comes accepta pecunia ab Vvaroco exercitum perire feciſſent. Qua de cauſa Ebracharius præſentatus, multum conuitiis actus à rege, à præſentia eius diſcedere iuſſus eſt Vvilachario comite per fugas latitante.

Anno igitur 15. Childeberti regis, qui eſt Gunthchramni nonus atque viceſimus, dum ipſe Gunthchramnus rex per Voſacum ſiluam venationem exerceret, veſtigia occiſi bubali deprehendit. Cúmque cuſtodem ſiluæ arctiùs diſtringeret, quis hæc in regali ſilua gerere præſumpſiſſet; Chundonem cubicularium regis prodidit: quo hæc loquente, iuſſit eum adprehendi, & Cabillonum compactum in vinculis duci: cúmque vterque in præſentia regis intenderent, & Chundo diceret, nunG quam à ſe hæc præſumpta quæ obiiciebantur, rex campum diiudicat. Tunc cubicularius ille dato nepote pro ſe, qui hoc certamen adiret, in campo vterque ſteterunt: iactáque puer ille lancea ſuper cuſtodem ſiluæ, pedem eius transfigit: moxque reſupinus ruit. Puer vero extracto cultro qui de cingulo dependebat, dum collum ruentis incidere tentat, cultro ſauciati ventre transfoditur: cecideruntque ambo, & mortui ſunt. Quod videns Chundo, ad baſilicam ſancti Marcelli fugam iniit. Acclamante vero rege vt comprehenderetur, priuſquam limen ſanctum attingeret, comprehenſus eſt, vinctúſque ad ſtipitem, lapidibus eſt obrutus. Multum ſe ea hoc deinceps rex pœnitens, vt ſic eum ira præcipitem reddidiſſet, vt pro paruulæ cauſæ noxa, fidelem ſibique virum neceſſarium, tam celeriter interemiſſet.

Cap. 10.

Occiſum ob venationem.

Chlotharius vero Chilperici quondam regis filius grauiter ægrotauit, & intantum deſperatus eſt habitus, vt regi Gunthchramno obitus eius fuiſſet nunciatus: H vnde factum eſt vt egrediens de Cabillono, quaſi Pariſios accedere cupiens, vſque ad terminos Senonicæ vrbis accederet. Sed cum audiſſet conualuiſſe puerum, de itinere eſt regreſſus. Sed cum eum Fredegundis mater eius deſperatum vidiſſet, multum pecuniæ ad baſilicam S. Martini vouit: & ſic puer melius agere viſus eſt. Sed & ad Vvarocum nuncios dirigit: vt qui adhuc in Britanniis de exercitu Gunthchramni regis retinebantur, pro huius vita abſoluerentur: quod ita Vvarocus impleuit: vnde manifeſtatum eſt, huius mulieris colludio, & Beppolenum interfectum eſſe, & exercitum fuiſſe colliſum.

Cap. 11. Chlotharius infans ægrotat.

Ingeltrudis vero religioſa, quæ vt in ſuperioribus † libris expoſuimus, in atrio ſancti Martini, puellarum Monaſterium collocauit, cum ægrotare cœpiſſet, neptem ſuam Abbatiſſam Inſtituit: vnde reliqua congregatio maximè murmurauit: ſed nobis increpantibus

Cap. 12.

† Cap. 33. lib. 9.

A cesſauit à iurgio. Hæc vero cum filia diſcordiam tenens, pro eo quod res ſuas ei abſtulerat, obſecrauit vt neque in Monaſterio quod inſtitnit, neque ſuper ſepulchrum eius permitteretur orare. Quæ octogeſimo, vt opinor, anno vitæ obiit, ſepultáqoe eſt vij. Idus menſis primi. Sed veniens filia eius Berthegundis Turonos, cum non fuiſſet excepta, ad Childebertum regem abiit, poſtulans vt ei liceret in locum matris ſuæ Monaſterium regere. Rex vero oblitus iudicij quod matri eius fecerat, huic aliam præceptionem manus ſuæ roboratam ſubſcriptione largiens eſt, hæc continentem, vt res omnes quas mater vel pater eius habuerant, ſuo dominio ſubiugaret, & quicquid Monaſterio Ingeltrudis reliquerat, auferretur. Cum quo præcepto veniens, ita cunctam ſupellectilem Monaſterij abſtulit, vt nibil intra præter vacuos relinqueret parietes, colligens ſecum diuerſorum criminum reos, atque in ſeditionibus præparatos, qni ſi quid erat de villis reliquis quod deuotio dederat, fructum auferrent. Tantaque ibi mala geſſit

Ingeltrudis obiit.

Berthegundis malitia.

B quæ vix ex ordine poſſent narrari. Hæc vero acceptis his rebus quas diximus, in Pictanum rediit, multa in Abbatiſſam crimina vomens falſa, quæ parens eius proxima habebatur.

Cap. 13 Reſurrectionis demonſtratio.

His autem diebus extitit qnidam de Presbyteris noſtris, Saducææ malignitatis infectus veneno, dicens non eſſe futuram reſurrectionem. Cúmque nos eam ſacris literis prædictam, & Apoſtolicæ traditionis auctoritate monſtratam adfirmaremus, reſpondit, Manifeſtum eſt hoc celebre ferri, ſed certi non ſumus, verum ſit, an non, præſertim cum Dominus iratus primo homini quem manu ſacra plaſmauerat, dixerit, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram de qua ſumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quid ad hæc reſpondebitis, qui reſurrectionem futuram prædicatis; cum in puluerem redactum hominem reſurgere vlterius diuinitas non promittat? Cui ego, Quid de hac cauſa vel ipſius Domini & redemptoris noſtri, vel patrum prædeceſſorum verba loquantur, nullum Catholicorum neſcire reor. Nam in Geneſi cum

C patres obirent, aiebat Dominus: Tu autem congregaberis ad populum tuum, ſepultus in ſenectute bona. Et ad Cain dicitur, Quia vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Vnde liquido adparet, viuere animas poſt egreſſum corporis, atque reſurrectionem futuram intantis vultibus præſtolari. Sed & de Iob ſcriptum eſt, quia reſurrecturus eſt in reſurrectione mortuorum. Et Propheta Dauid, licet ex perſona Domini, tamen reſurrectionem præuidens ait, Nunquid qui dormit non adiiciet vt reſurgat? hoc eſt, qui mortis ſomno opprimitur, non eſt venturus ad reſurrectionem? Et Eſaias, quod de ſepulchris reſurrecturi ſunt mortui, docet. Sed & Ezechiel Prophera cum oſſa arida obtecta cute, neruis ſolidata, venis infecta, flante ſpiritu animata, reformatum hominem enarratet, manifeſtiſſimè reſurrectionem futuram edocuit. Sed & illud manifeſtum fuit reſurrectionis indicium, quod Heliſæi oſſa tangens extinctum cadauer, virtutis effectu reuixerit: quod ipſius Domini

D qui eſt primogenitus mortuorum, reſurrectio manifeſtauit: qui morti mortem intulit, & de ſepulchro vitam mortuis reformauit. Ad hæc Preſbyter, Quod Dominus in aſſumpto homine mortuus fuerit ac reſurrexerit, non ambigo: illud tamen, quod reliqui reſurgant mortui, non admitto. Et ego, Et quæ fuit neceſſitas filio Dei de cœlo deſcendere, carnem adſumere, mortem adire, inferna penetrare, niſi vt hominem quem plaſmauerat, non permitteret in morte perpetua derelinqui? Sed & iuſtorum animæ quæ vſque paſſionem eius infernali ergaſtulo tenebantur incluſæ, eo veniente laxatæ ſunt. Nam deſcendens ad inferos, dum tenebras noua luce perfudit, animas eorum ſecum, ne hoc exitu amplius cruciarentur, eduxit, iuxta illud Et in ſepulchro eius reſurgant mortui. Et Preſbyter ait, Nunquid poſſunt oſſa in fauillam redacta, iterum animari, & hominem viuentem proferre? Et ego reſpondi, Nos credimus quia quamlibet in puluerem redigatur homo, & aquis, ac

Chriſti aduentus ob reſurrectionē.

E terræ venti violenti impetu diſpergatur, non ſit difficile Deo hæc ad vitam reſuſcitari. Preſbyter reſpondit: Hic maximè vos errare puto, vt adſerere verbis lenibus tenteris acerrimam ſeductionem, vt dicatis à beſtiis raptum, aquis immerſum, piſcium faucibus deuoratum, in ſtercus redactum, & per ſecretum digeſtionis eiectum, aut aquis labentibus deiectum, aut terra computreſcente abolitum, ad reſurrectionem venturum. Ad hæc ego reſpondi, Obliuioni apud te traditum eſt, vt opinor, quid Ioannes Euangeliſta ſuper pectus dominicum recumbens, ac diuini myſterij arcana rimans, in Apocalypſi dicat: Tunc, inquit, reddet mare mortuos ſuos. Vnde manifeſtum eſt, quia quicquid humani corporis piſcis abſorbuit, ales rapuit, beſtia deglutiuit, à Domino coniunctum in reſurrectionem reparandum erit: quia non erit ei difficile perdita reparare, qui ex nihilo non nata creauit: ſed ita hæc in integritatem ſolida ſicut prius fuerant reparabit, vt corpus quod fuit in mundo, aut pœnam iuxta meritum ferat, aut gloriam.

F Sic enim ipſe Dominus in Euangelio ait. Quia filius hominis veniet in gloria patris ſui cum Angelis ſuis vt reddat vnicuique ſecundum opera ſua. Sed & de Martha cum de reſurrectione præſenti fratris Lazari dubitaret, ait Scio quia reſurget in reſurrectione in nouiſſima die. Cui Dominus ait, Ego ſum reſurrectio, via, veritas, & vita. Ad hæc Preſbyter, Quomodo autem in Pſalmo dicitur, Quia non reſurgunt impij in iudicio; Et ego reſpondi, Non reſurgunt vt iudicent, ſed reſurgunt vt iudicentur. Nec enim ſedere cum impiis iudex poteſt, cauſas cauſorum redditurus actuum. Et ille Dominus, inquit, in Euangelio dixit, Qui non crediderit, iam iudicatus eſt: vtique quia peribit reſurrectioni. Et ego reſpondi, Iudicatus eſt enim vt ad ſupplicium æternum perueniat, quia non credidit vnigenitum filium Dei: tamen reſurrecturus in corpore, vt ipſum ſupplicium in quo peccauit corpore patiatur. Nec enim poteſt iudicium fieri, niſi prius reſurgant mortui: quia ſicut illos qui defuncti, ſunt ſancti, cœlum vt credimus, retinet,

G de quorum ſepulchris ſæpiùs virtus illa procedit, vt de his cæci illuminentur, claudi greſſum recipiant, leproſi mundentur, & alia ſanitatum beneficia infirmis petentibus tribuantur: ita credimus & peccatores in illo infernali carnali carcere vſque ad iudicium retineri. Et Preſbyter ait, In Pſalmo autem legimus, Spiritus pertranſiit ab homine, & non erit, & non cognoſcet amplius locum ſuum. Ego dixi, Hoc eſt quod ipſe Dominus per parabolam ad diuitem qui flammis tartareis cruciabatur, dicebat, Recepiſti tu bona in vita tua, ſimiliter & Lazarus mala. Non autem cognouit diues ille purpuras ſuas & byſſum, nec delicias conniuij, quas ei vel aër, vel terra, vel mare protulerat: ſicut nec Lazarus vulnera, aut putredines quas iacens ante eius ianuas perferebat: vel cum hic in ſinu Abrahæ requieſceret, ille autem cruciaretur in flammis. Preſbyter dixit, in alio Pſalmo legimus, Quia exiit ſpiritus eorum & reuertetur in terram ſuam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Ad hæc ego, Bene ais, quia cum egreſ-

H ſus fuerit ab homine ſpiritus, & iacuerit corpus mortuum, non cogitat de his quæ in mundo reliquit, ac ſi verbi cauſa dicas, Non cogitat ædificare, plantare agrum excolere: non cogitat congregare aurum, argentum vel reliquas diuitias mundi. Perit enim hæc cogitatio à corpore mortuo, quia non eſt ſpiritus in eo. Sed quid tu de reſurrectione dubitas, quam Paulus Apoſtolus in quo ipſe, vt ait, Chriſtus loquebatur, euidenter exprimit dicens, Conſepulti enim ſumus Chriſto per Baptiſmum in mortem: vt ſicut ille mortuus eſt, & reſurrexit, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Et iterum, Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur. Et iterum, Stella autem differat à ſtella in claritate: ſicut & reſurrectio mortuorum. Item illic, Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione, & reliqua. Item illic, Omnes nos repræſentari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnuſquiſque propria

corporis

corporis ſui, prout geſſit, ſiue bonum ſiue malum. Ad Theſſalonicenſes autem, euidentiſſimè futuram reſurrectionem deſignat, dicens, Nolo vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non habent. Si enim credimus quod Ieſus mortuus eſt & reſurrexit, ita Deus eos qui dormierunt per Ieſum adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu Domini non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipſe Dominus in iuſſu & in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cœlo, & mortui qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi: deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aëra, & ſic ſemper cum Domino erimus. Itaque conſolamini inuicem in verbis iſtis. Plurima ſunt enim de his teſtimonia quæ hanc cauſam confirmant. Sed tu ignoro quid ambigas de reſurrectione, quam ſancti expectant pro merito, quam

B

Reſurrectionem boni expectant pro merito: mali metuunt pro iudicio.

peccatores metuunt pro reatu. Hanc enim reſurrectionem & illa quæ cernimus elementa demonſtrant, id eſt, dum arbores in æſtate foliis tectæ, hieme veniente nudantur: ſuccedente vero verno tempore quaſi reſurgentes, in illud quod prius fuerant, foliorum tegmine veſtiuntur. Hæc oſtendunt & illa quæ iaciuntur ſemina terris, quæ commendata ſulcis, ſi fuerint mortua, cum multiplici fructu reſurgunt, ſicut ait Paulus Apoſtolus, Stulte tu, quod ſeminas non viuificatur, niſi prius moriatur. Quæ omnia ad fidem reſurrectionis, mundo manifeſtata ſunt: ſi enim reſurrectio futura non eſt, quid proderit iuſtis bene agere, quid nocebit peccatoribus malè: decidant ergo cuncti in voluptatibus ſuis, & faciat vnuſquiſque quæ placuerit, ſi iudicium futurum non erit. Vel illud improbe non formidas, quod ipſe Dominus beatis Apoſtolis ait: Cum venerit, inquit, filius hominis in ſeda maieſtatis ſuæ, congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat agnos ab hœdis: & ſtatuet oues quidem ad dexteram hœdos autem ad ſiniſtram. Et his

C

dicet, Venite benedicti, percipite regnum: illis autem, Diſcedite à me operarij iniquitatis. Atque vt ipſa ſcriptura docet, ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti autem in vitam æternam. Putaſne erit reſurrectio mortuorum, aut iudicium operum, quando iſta faciet Dominus? Reſpondeat ergo tibi Paulus Apoſtolus, ſicut aliis incredulis, dicens, Si Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis & fides veſtra. Ad hæc contriſtatus Preſbyter, à conſpectu noſtro diſcedens, pollicitus eſt credere in reſurrectionem iuxta ſeriem ſcripturarum ſanctarum quam ſupra memorauimus.

Cap. 14. Erat autem tunc temporis Theodulfus Diaconus vrbis Pariſiacæ, qui ſibi videbatur in aliquo ſciolus, qui ſæpiùs de hac cauſa altercationes mouebat. Hic autem de Pariſiis vrbe abſcedens, Andegauos venit, & ſe Audoueo Epiſcopo ſubdidit, propter antiquam amicitiam, cum ſimul Pariſiis commorantes habuerant: vnde & a Ragnemodo Pariſiacæ vrbis Epiſcopo, ſæpiùs excommunicatus eſt, quod ad Eccleſiam ſuam in qua Diaconus

D

ordinatus fuerat, redire differret. Hic in tanta familiaritate cum præfato Andegauæ vrbis Epiſcopo adhæſerat, vt non ſe poſſet ab eius importunitate diſcutere, pro eo quod bonis moribus & affectu pio erat. Factum eſt autem vt ædificaret ſuper muros vrbis ſolarium, de quo cœnæ epulo perfuncto deſcendens, manum ſuper Diaconum ſuſtentabat, qui in tantum erat crapulatus à vino, vt vix vel figere greſſum valeret, puerúmque qui præibat cum lumine neſcio quid commotus, pugno ceruicem ferit. Quo impulſo hic cum ſe continere non potuiſſet, cum ipſo impetu de muro præcipitatur, ſodarium Epiſcopi quod baltheo dependebat, arripiens: cum quo

Brixia ipſo occiſus.

pene dilapſus fuerat, niſi pedes Epiſcopi Abbas velociter amplexus eſſet. Qui ruens ſuper lapidem, confractis oſſibus & crate pectoris, ſanguinem cum felle diſrupto euomens, ſpiritum exhalauit. Erat enim & vino deditus, & in adulterio diſſolutus.

Cap. 15. Lo. 9. ca. 39. & ſeqq.

Cum autem ſcandalū quod ſerente diabolo in Monaſterio Pictauenſi ortum, in ampliore quotidie iniquitatem conſurgeret, & Chrodieldis adgregatis ſibi, vt ſupra

E

diximus, homicidis, maleficis, adulteris, fugitiuis, & reliquorum criminū reis, in ſeditione parata reſideret, iuſſit eis vt irruentes nocte in Monaſterium, Abbatiſſam foras extraherent. At illa tumultum ſentiens venientium ad S. Crucis arcam ſe deportari popoſcit: grauabatur enim dolore humoris podagrici, ſcilicet vt vel eius fulciretur auxilio. Sed vbi ingreſſi viri cereo accenſo cū armis, huc illucque vagarentur per Monaſterium inquirentes eam, introeuntes in oratorium, repererunt iacentē ſuper humum ante arcam S. Crucis. Tunc vnus acerbior cæteris,

Monialium aduerſus Abbatiſſam conſpiratio.

qui ad hoc ſcelus patrādum adgreſſus fuerat, vt Abbatiſſam gladio diuideret, ab alio vt credo, diuina prouidentia cooperante cultro percutitur. Profluente vero ſanguine ſolo decubans, votum quod leui conceperat animo, non expleuit. Interea Iuſtina præpoſita cum aliis ſororibus, palla altaris, quod erat ante crucem Domini

F

cam, extincto cereo, Abbatiſſam operit. Sed venientes cum euaginatis gladiis ac lanceis, ſciſſa veſte, & pene ſanctimonialium manibus laniatis, adprehenſam præpoſitam pro Abbatiſſa, quia tenebræ erant, excuſſis linteaminibus à capite ſoluta cæſariæ detrahunt, & vſque baſilicam S. Hilarij inter manus deferunt cuſtodiæ mancipandam: adpropinquātéſque baſilicæ, cœlo modicum albeſcente, vbi cognouerunt non eſſe Abbatiſſam, mox ad Monaſterium redire puellam præcipiunt: reuertentéſque Abbatiſſam adprehendunt, extrahunt, & in cuſtodiam iuxta S. Hilarij baſilicam in loco vbi Baſina metatum habebat, retrudunt, poſitis ad oſtium cuſtodibus, ne quis vllum captiuæ præberet auxilium. Exinde nocte ſubobſcura adgreſſi Monaſterium, cum nullo ſulgore accenſi luminis poterentur, extracta promptuario cuppa, quæ olim pice linita ſicca remanſerat, ignem iniiciunt, factaque Pharo magna, de huius incendio cunctam Monaſterij ſupellectilem rapuerunt, hoc tantum quod ferre non poterant, relinquentes. Hæc autem geſta ſunt ante ſeptem dies Paſchæ. Cúmque Epiſcopus hæc omnia grauiter ferret, nec valeret ſeditionem diabolicam

G

Catechumeni etiā tum auctoribus tl. perſtius, anno D. 590.

mitigare, miſit ad Chrodieldem, dicens, Relinque Abbatiſſam vt in his diebus in hoc carcere non retineatur: alioqui non celebrabo Paſcha Domini, neque Baptiſmum in hac vrbe vllus catechumenus obtinebit, niſi Abbatiſſa à vinculo quo tenetur iubeatur abſolui. Quod ſi nec ſic volueritis collectis ciuibus auferam eam. Hæc eo dicente, ſtatim Chrodieldis percuſſores deputat, dicens, Si eam violenter quis auferre tentauerit, ſtatim eam gladio percutite. Adfuit autem diebus illis Flauianus nuper domeſticus ordinatus, cuius ope Abbatiſſa S. Hilarij ingreſſa baſilicam abſoluitur. Inter hæc ad ſepulchrum ſanctæ Radegundis homicidia perpetrantur, & ante ipſam beatæ crucis arcam quidam per ſeditionem truncati ſunt. Cumque hic furor ſuperueniente die per Chrodieldis ſuperbiam augeretur, & aſſiduæ cædes, & reliquæ plagæ quas ſupra memorauimus, à ſeditionariis perpetrarentur, atque ita hæc iactantia intumuiſſet, vt conſobrinam ſuam Baſinam altiori cothurno deſpiceret, illa pœnitentiam agere cœpit, dicens,

H

Errauí ſequendo Chrodieldis iactantiam. Et ecce deſpectui habeor ab eadem, & Abbatiſſæ meæ contumax exiſto: & conuerſa, humiliauit ſe coram Abbatiſſa, expetens pacem eius: fuerúntque pariter vno animo eadémque voluntate: denique orto ſcandalo pueri qui cum Abbatiſſa erant, dum ſeditioni quam Chrodieldis ſchola commouit reſiſterent, puerum Baſinæ percutiūt: qui cecidit & mortuus eſt. At illi poſt Abbatiſſam ad baſilicam confeſſoris confugiunt, & ob hoc Baſina relicta Abbatiſſa diſceſſit: ſed poenis iterum per fugam lapſis, in pace quam priùs habuerant redierunt. Poſtea vero multæ inter has ſcholas inimicitiæ ortæ ſunt. Quis vnquam tantas plagas tantaſque ſtrages vel tanta mala verbis poterit explicare? vbi vix præteriit dies ſine homicidio, hora ſine iurgio, vel momentum aliquod ſine fletu? Hæc autem Childebertus rex audiens, legationem ad Gunthchramnum regem direxit, vt ſcilicet Epi-

ſcopi coniuncti de vtroque regno, hæc quæ gerebantur ſanctione canonica emendarent. Ob hanc cauſam Childebertus rex mediocritatis noſtræ perſonam, cum Ebregiſilo Agrippinenſi & ipſo vrbis Pictauæ Maroueo Epiſcopo iuſſit adeſſe. Gunthchramnus vero rex Gundegiſilum Brudegalenſem cum Prouincialibus ſuis, eo quod ipſe metropolitanus huic vrbi eſſet: ſed nos reſultare cepimus, dicentes quod non accederemus ad hunc locum, niſi ſæua ſeditio quæ per Chrodieldem ſurrexit, iudicis diſtrictione premeretur. Pro hac cauſa Macconi tunc temporis commoti prolata præceptio eſt, in qua iubebatur vt hanc ſeditionem, ſi reſiſterent, vi opprimerent. Hæc audiens Chrodieldis, ſiccarios iſtos cum armis ante oſtium oratorij adſtare iubet, vt ſcilicet repugnantes contra iudicem, ſi vim vellet inferre, pariter reſultarent: vnde neceſſarium fuit huic comiti illuc cum armis procedere, & quoſdam cæſos vectibus, nonnullos telis transfixos, & acrius reſultantes gladiorum ictibus adfectos opprimere. Quod cum Chrodieldis cerneret, accepta cruce dominica, cuius priùs virtutem deſpexerat, in obuiam egreditur, dicens, Nolite ſuper me quæſo vim inferre quæ ſum regina, filia regis, regiſque alterius conſobrina; nolite facere, quando veniat tempus vt vlciſcar ex vobis. Sed vulgus paruipendens quæ ab ea dicebantur, irruens, vt diximus, ſupra hos reſultantes, vinctos Monaſterio extraxerunt, ac ad ſtipites extenſos, grauiſſimè cæſos, aliis cæſarie, aliis manibus, nonnullis auribus naribúſque decisis, ſeditio depreſſa quieuit.

Chrodieldis audacia.

Tunc reſidentibus Sacerdotibus qui aderant ſuper tribunal Eccleſiæ, adfuit Chrodieldis multa in Abbatiſſam iactans conuicia cum criminibus, adſerens eam virum habere in Monaſterio qui indutus veſtimenta muliebria, pro fœmina haberetur, cum eſſet vir manifeſtiſſimè declaratus, atque ipſi Abbatiſſæ famularetur aſſiduè: indicans cum digito. En ipſum. Qui cum in veſte, vt diximus, muliebri coram omnibus adſtitiſſet, dixit ſe nullum opus poſſe virile agere: ideóque ſibi hoc indumentum aptaſſe. Abbatiſſam vero non niſi tantum nomine noſſe, néque eam nunquam vidiſſe, neque cum eadem colloquium habuiſſe profeſſus eſt, præſertim cum hic amplius quàm quadraginta ab vrbe Pictaua milibus degeret. igitur Abbatiſſam de iſto crimine non conuinceus, diceret, Quæ enim ſanctitas in hac Abbatiſſa verſatur, quæ viros eunuchos, facit, & ſecum habitare imperiali ordine præcipit? Interrogata Abbatiſſa ſe de hac ratione nihil ſcire reſpondit: interea cum hæc nomen pueri eunuchi protuliſſet, adfuit Reoualis archiater, dicens, Puer iſte paruulus cum eſſet, & infirmaretur in femore, deſperatus cœpit haberi: mater quoque eius ſanctam Radegundem adiuit, vt ei aliquod ſtudium iuberet impendi. At ille, me vocato, iuſſit vt ſi poſſim aliquid adiuuarem. Tunc ego, ſicut quondam apud vrbem Conſtantinopolitanam medicos agere conſpexeram, inciſis teſticulis puerum ſuum genitrici mœſtæ reſtitui, nam nihil de hac cauſa Abbatiſſam ſcire cognoui. Sed cum nec de hac re Abbatiſſa potuiſſet culpabilis reperiri, alias cœpit Chrodieldis calumnias ſæuas inferre: quarum adſertiones reſponſionéſque quia in iudicio quod contra eaſdem ſcriptum eſt, habentur inſertæ, ipſius magis exemplaria lectioni tribuit indere.

Vir Monialis habitu.

Calūnia Monialis in Abbatiſſam.

Cap 16. Exēplar iudicij Chrodieldis & Baſina.

Dominis glorioſiſſimis regibus, Epiſcopi qui adfuerunt. Propria diuinitate, piis atque Catholicis populo datis principibus quibus conceſſa eſt regio, rectiſſimè ſuas cauſas patefacit religio, intelligens ſacro ſancto participante ſpiritu, eorum qui dominantur ſe ſociari, & conſtabiliri decreto. Et quia ex iuſſione poteſtatis veſtræ, cum ad Pictauam ciuitatem pro conditionibus Monaſterij ſanctæ recordationis Radegundis conuenimus, vt altercationes inter Abbatiſſam eiuſdem Monaſterij, & Monachas quæ de ipſo grege non ſalubri deliberatione progreſſæ ſunt, ipſis diſceptantibus agnoſcere deberemus: euocatis partibus, interrogata Chrodieldis & Baſina, quare tam audacter contra ſuam regulam foribus Monaſterij confractis, diſceſſerant, & hac occaſione Congregatio adunata diſceſſit: quæ reſpondentes profeſſæ ſunt famis, nuditatis, inſuper & cædis ſe iam non ferre periculum: adiicientes etiam, eo quod diuerſi, earum in balneo lauarentur incongruè, ad tabulam ipſa luſerit, atque ſeculares cum Abbatiſſa reficerent: etiam ſponſalia in Monaſterio facta ſint: de palla holoſerica, veſtimenta nepti ſuæ temerariè fecerit: foliola aurea quæ fuerant in gyro pallæ, inconſultè ſuſtulerit, & ad collum neptis ſuæ facinoroſè ſuſpenderit, vittam de auro exornatam, eidem nepti ſuæ ſuperfluè fecerit. barbatorias intus eo quod celebrauerit: Interrogantes Abbatiſſam, quid ad hæc reſponderet, dixit, De fame quod conqueruntur, ſecundum quod temporis penuria permitteret, nunquam ipſæ nimiam egeſtatem pertulerunt: de veſtimento vero dixit, Si quis earum arcellulas ſcrutaretur, amplius eas habere quam neceſſitas indigeret: de balneo vero, quod opponeretur, retulit hoc factum diebus quadrageſimæ, & pro calcis amaritudine, ne lauantibus noceret nouitas ipſius fabricæ, iuſſiſſe domnam Radegundem, vt ſeruientes Monaſterij, publicè hoc viſitarent, donec omnis odor nocendi diſcederet: quod per quadrageſimam vſque ad Pentecoſtem in vſu famulis fuerit. Ad hæc Chrodieldis reſpondit, Et poſtea ſimiliter multi per tempora lauerunt. Retulit Abbatiſſa. Se nec probare quod dicerent, & ſe neſcire an factum ſit. Sed adhuc inculpant eaſdem, quod ſi ipſæ vidiſſent cur Abbatiſſæ non proderent? De tabula vero reſpondit, Etſi luſiſſet viuente domna Radegunde, ſe minus culpa reſpiceret, tamen nec in regula per ſcripturam prohiberi, nec in canonibus retulit: ſed ad iuſſionem Epiſcoporum, repromiſit ceruice ſe inflexa per pœnitentiam quicquid iuberetur, implere. De conuiuiis etiam ait, ſe nullam nouam feciſſe conſuetudinem, niſi ſicut actum eſt ſub domna Radegunde: ſe Chriſtianis fidelibus eulogias obtuliſſe, nec ſibi comprobari cum illis vllatenus conuiuaſſe. De ſponſalibus quoque ait, Coram Pontifice, clero, vel ſenioribus pro nepte ſua Orphanula arras accepiſſe: & tamen ſi hæc culpa ſit veniam ſe coram cunctis petere profeſſa eſt tamen: nec tunc conuiuium in Monaſterio fecerit. De palla quod reputarent, protulit Monacham nobilem quæ ei maforrem holoſericum, quem de parentibus detulit, muneris cauſa conceſſerit, & inde partem abſciſſet, vnde quod vellet & faceret: de reliquo vero quantum opportunum fuit, ad ornatum altaris pallam condignè condiderit: & de illa inciſura quæ pallæ ſuperfuit, purpuram nepti ſuæ in tunica poſuerit, quam ibi dediſſe dixit, quo Monaſterio profuit, quæ per omnia donatrix Didimia confirmauit. De foliolis aureis & vitta auro exornata Macconem famulum veſtrum præſentem teſtem adhibuit, eo quod per manum eius ab ſponſo puellæ prædictæ neptis ſuæ viginti ſolidos accepit, vnde hoc publicè fecerit, nec de re Monaſterij quicquam ibi permixtum ſit. Interrogata Chrodieldis cum Baſina, ſi forſitan aliquid Abbatiſſæ, quod abſit, adulterij reputarent, ſiue quid homicidij, vel maleficij fecerit, aut crimen capitale quo percuteretur, edicerent: reſpondentes protulerunt, Non habere ſe aliquid niſi per hæc quæ dixerant, eam iſta feciſſe contra regulam proclamarent. Ad extremum, pro peccatis quia clauſtra diſrupta ſunt, & miſeris licuit ſine diſciplina Abbatiſſæ ſuæ quod vellent committere tot menſium ſpacio quas credebamus innocentes Monachas, nobis protulerunt prægnantes. Quibus per ordinem diſcuſſis, nec inuento crimine quod Abbatiſſam deiiceret, de leuioribus cauſis paterna commotione conteſtati ſumus, vt hæc nullatenus deinceps pro reprehenſione repeteret. Tunc nobis percunctantibus cauſam aduerſæ partis, quæ maiora crimina commiſerunt, id eſt, quæ prædicationem ſui Sacerdotis intra Monaſterium, ne foras procederent, deſpexerunt, Pontifice conculcato, & in ſummo contemptu in Monaſterio relicto, confractis feris & ianuis, inito facto diſceſſerunt, & ad ſuum peccatum aliæ tractæ tranſgreſſæ ſunt: inſuper & Gundegiſilus Pontifex cum ſuis Prouincialibus pro ipſa cauſa commonitus, per præceptionem regum Pictauos acceſſiſſet,

Maforte palliolum eſt quo colla & humeroſque ditta vergentes Caſſianus l. 1. inſt. c.

&

A

& ad audientiam eas ad monaſterium conuocaret, deſpecta commonitione, ipſis occurrentibus ad beati Hilarij confeſſoris baſilicam, vbi ipſe commorabatur: accedentes vt condecet paſtorum ſollicitudinem, dum commonerentur, facta ſeditione, fuſtibus tam pontifices quam miniſtros adfecerunt, & intra baſilicam fuderunt ſanguinem Leuitarum. Dehinc ex iuſſione dominorum principum, cum vir venerabilis Theutharius presbyter in cauſa directus fuerit, & ſtatutum fuiſſet, quando iudicium fieret, non expectato tempore, monaſterium ſeditioſiſſime accenſis in corte cuppis, vectibus ac ſecuribus confractis poſticis, igne accenſo intra ſepta cæſis & vulneratis monachabus, in ipſis oratoriis ſpoliato monaſterio, denudata & diſciſſa capillis abbatiſſa, grauiter ad ridiculum ducta & tracta per compita, & in locum retruſa, & ſi non ligata, nec libera: ſuperueniente diei paſchæ feſto per ſeculum, offerente pontifice pro condemnata precium, vt ſpectaret vel baptiſmum, nec vlla ſuaſione hoc impetraſſet vox

Supra cap. 34. lib. 9.

B

ſupplicum, atque reſpondente Chrodielde eo quod tale facinus nec ſciſſent, nec iuſſerint, adhuc Chrodielde adſerente ad interſignium ſuum, ne à ſuis interficeretur, obtentum ſit: vnde certum eſt tractari quid ea hoc datur intelligi, quod additur crudelitati, ad ſepulchrum beatæ Radegundis fugientem ſeruum monaſterij ſui occiderent, & ſcelere creſcente nihil petendo ſanauerint, ſed per ſe poſt intrantes monaſterium cœperint, & ad damnorum iuſſionem, vt ſeditioſos illos in publico repræſentarent, nolentes adquieſcere, & contra regum præcepta magis arma tenerent, & ſe ſagittis vel lanceis contra comitem & plebem indignanter erigerent: hinc denuo egreſſæ ad audientiam publicam, extrahunt crucem ſanctam ſacratiſſimamque occultè, & ad iniuriam, indecenter, ad culpam, quæ poſtea reſtituere coactæ ſunt in Eccleſia. Quibus tot capitalibus agnitis facinoribus, nec refrænatis, ſed iugiter magis auctis criminibus, nobis eiſdem dicentibus, vt abbatiſſæ pro culpa veniam peterent, aut quod male directum fuerat emendarent & nolentes hoc facere, ſed magis de eius interfectione tractarent, quod publicè ſunt profeſſæ, reſeratis à nobis & recenſitis canonibus, viſum eſt æquiſſimum, eas

C

vſque quo dignam agerent pœnitentiam, à communione priuari, & abbatiſſam ſuo loco permanſuram reſtitui. Hæc nos pro veſtra iuſſione, quod ad Eccleſiaſticum pertinuit ordinem, circumſcriptis canonibus, abſque perſonarum aliqua acceptione ſuggerimus peregiſſe. De cœtero quod de rebus monaſterij vel inſtrumentis cartarum dominorum regum parentum veſtrorum de loco ſubreptum eſt, quæ ſe habere profeſſæ ſunt, ſed nobis inobedientes nullatenus erant voluntatiè reddituræ, qualiter veſtra vel anteriorum principum merces æterna permaneat, ad loci inſtaurationem, veſtræ pietatis atque poteſtatis eſt, auctoritate regia cogere reformari, neque ipſas ad locum quem tam impiè ac profaniſſimè deſtruxerant, ne peiora proueniant, vel redire concedite: vel permittatis iterum aſpirare, quatenus his in integrum, præſtante domino, reſtitutis, ſub catholicis regibus totum adquiratur Deo, nihil perdat religio, vt ſtatus conſeruatus tam patrum quam canonum nobis proficiat ad cultum vobis propagetur ad fructum. Chriſtus vos dominus alat regatque, regnum tribuens prolixius, vtramque conferat beatam.

Moniales factioſa communione ſubmouentur

D

Cap. 17. *De excommunicatione monialium.*

Poſt hæc cum emiſſo iudicio à communione fuiſſent ſuſpenſæ, abbatiſſa etiam in monaſterium reſtituta, hæ ad Childebertum regem petierunt, adiicientes malum ſupra malum, denominantes ſcilicet regi perſonas quaſdam, quæ non ſolum cum ipſa abbatiſſa adulteria exercerent, verumetiam ad inimicam eius Fredegundem quotidie nuncia deportarent. Quod audiens rex, miſit qui eos vinctos adducerent: ſed cum diſcuſſi nihil criminis inuentum in eis fuiſſet, abſcedere iuſſi ſunt.

Cap. 18. *Fredegũ-*

Ante hos vero dies cum rex in oratorium domus Mariligenſis ingrederetur, viderunt pueri eius hominem ignotum eminus adſtantem, dixerúntque ad eum: Qui es tu, & vnde venis, aut quod eſt opus tuum? non enim à nobis agnoſceris. Illo quoque reſpondente, Quia de vobis ſum, dicto citius erectus extra oratorium, interrogatur. Nec mora, confitetur, dicens à Fredegunde regina ſe tranſmiſſum ad interficiendum regem: dixitque, Duodecim viri ſumus ab ea tranſmiſſi, ſex huc venimus, alij vero ſex Sueſſionibus remanſerunt ad decipiendum filium regis. Et ego cum locum præſtolans, vt regem Childebertum in oratorio percutere deſtinaram, timore perterritus, non deliberaui implere quod volui. Hæc cum dixiſſet, confeſtim ſæuis datus ſupplicüs, diuerſos nominat ſocios: quibus per loca ſingula inquiſitis, alios carceribus mancipant, alios manibus inciſis relinquunt, nonnullos auribus naribuſque amputatis ad ridiculum laxauerunt. Plerique tamen ex victis, ſuppliciorum genera metuens, propriis ſe confodere mucronibus: nonnulli etiam inter ſupplicia defecerunt, vt regis vltio patraretur.

E

da ſpeculatorem mittit qui Childeb. perimat

F

Cap. 19. *Sunnigiſilus torquetur.*

Sunnigiſilus vero iterum tormentis addicitur, ac quotidie virgis lorisque cæditur, & computreſcentibus vulneribus cum primum decurrente pure cœpiſſent ipſa vulnera claudi, iterum renouabantur ad pœnam. In his tormentis, non ſolùm de morte Chilperici regis, verumetiam diuerſa ſcelera ſe admiſiſſe confeſſus eſt inter quas confeſſiones, addidit etiam Egidium Remenſem Epiſcopum ſocium fuiſſe in illo Rauchingi, Vrſionis, ac Bertbefredi conſilio ad interficiendum Childebertum regem. Nec mora, rapitur Epiſcopus & ad Metenſem vrbem, cum eſſet valde ab ægrotatione longinqua defeſſus, adducitur: ibique ſub cuſtodia degens, rex Epiſcopos arceſſiri ad eius examinationem præcepit, ſcilicet vt in initio menſis octaui apud Viridunenſem vrbem adeſſe deberent. Tunc ab aliis ſacerdotibus increpitus, cur hominem abſque audientia ab vrbe rapi, & in cuſtodiam retrudi præcepiſſet, permiſit eum ad vrbem ſuam redire, dirigens epiſtolas, vt ſupra diximus, ad omnes regni ſui pontifices, vt medio menſe nono ad diſcutiendum in vrbe ſupradicta adeſſe deberent. Erant autem pluuiæ validæ, aquæ immenſæ, rigor intolerabilis, diſſolutæ luto viæ, amnes litora excedentes: ſed præceptioni regiæ obſiſtere nequiuerunt. Denique conuenientes, pertracti ſunt vſque Metenſem vrbem: ibique & præfatus Egidius adfuit. Tunc rex inimicum eum ſibi regioniſque proditorem eſſe pronuncians, Ennodium ex duce ad negocium delegit proſequendum: cuius propoſitio prima hæc fuit, Dic mihi, ô Epiſcope, quid tibi viſum fuit, vt relicto rege, in cuius vrbe Epiſcopatus honore fruebaris, Chilperici regis amicitiis ſubdereris, qui ſemper inimicus domino noſtro regi fuiſſe probatur? qui patrem eius interfecit, matrem exilio condemnauit, regnumque peruaſit, & in iis vrbibus quas, vt diximus, iniquo peruaſionis ordine, ſuo dominio ſubiugauit? Tu ab eodem poſſeſſionum fiſcalium prædia meruiſti. Ad hæc ille reſpondit, Quod fuerim amicus regis Chilperici, negare non poteſt: non tamen contra vtilitatem regis Childeberti hæc amicitia pullulauit. Villas vero quas memoras, per iſtius regis chartas emerui. Tunc proferente eaſdem in publico, negat rex ſe largitum fuiſſe: requiſituſque Otho, qui tunc Referendarius fuerat, cuius ibi ſubſcriptio meditata tenebatur, adfuit, negat ſe ſubſcripſiſſe. Conficta enim erat manus eius in huius præceptionis ſcripto. In hac igitur cauſa primum Epiſcopus fallax repertus eſt. Poſt hæc epiſtolæ prolatæ ſunt, in quibus multa de improperiis Brunichildis tenebantur, quæ ad Chilpericum ſcriptæ fuerant: ſimiliter & Chilperici ad Epiſcopum delatæ, in quibus inter reliqua habebatur inſertum, Quia ſi radix cuiuſlibet rei inciſa non fuerit, culmus qui terris eſt editus, non areſcet: vnde prorſus manifeſtum eſt, ideo hæc ſcripta, vt ſuperata Brunichilde filius eius opprimeretur. Negauit ſe Epiſcopus has Epiſtolas vel miſiſſe ſuo nomine, vel ſuſcepiſſe à reſcripto Chilperici. Sed puer eius familiatis adfuit, qui hæc notatum titulis per tomos carta-

G

Egidij Epiſcopi accuſationes.

H

rum comprehenſa tenebat, vnde non dubium fuit reſidensibus, hæc ab eodem directa. Deinde prolatæ ſunt pactiones quaſi ex nomine Childeberti ac Chilperici regis, in quibus tenebatur inſertum, vt eiecto Gunthchramno rege, hi duo reges inter ſe eius regnum vrbeſque diuiderent: ſed negauit hæc rex eum ſuo factum conſilio, dicens, Quid tu commiſiſti patruos meos, vt inter illos bellum ciuile conſurgeret? Vnde factum eſt vt commotus exercitus Bituriguas vrbem, pagumque Stampenſem, vel Miliodunenſe caſtrum adtereret atque depopularentur: in quo bello multi interempti ſunt, quorum, vt puto, animæ erunt Dei iudicio de tuis manibus requirendæ. Hæc Epiſcopus negare non potuit, ſcripta enim iſta in regeſto Chilperici regis in vnu ſcriniorum pariter ſunt reperta: ac tunc ad eum peruenerunt, quando interempto Chilperico, theſauri eius de Calenſi Pariſiacæ vrbis villa ablati ad eundem delati ſunt. Cumque de huiuſcemodi cauſis altercatio diutius traheretur, adfuit & abbas Epiphanius Baſilicæ ſancti Remigij, dicens, quod duo millia aureorum, ſpecieſque multas pro conſeruanda regis Chilperici amicitia accepiſſet. Adſtiteruntque etiam & legati qui cum eodem ad memoratum regem fuerant, dicentes, Quia nobis relictis diutius cum eodem ſolus conlocutus eſt: de quibus verbis nihil intelleximus, niſi ſupradicti excidij proſecutionem in poſterum cognoſcentes. Hæc eo negante, Abbas qui fuerat ſemper in iis conſiliorum arcanis particeps, locum hominemque denominat, vbi & qui aureos quos diximus detuliſſet, & qualiter de excidio regionis ac regis Gunthchramni conuentum fuerat, vt geſtum ex ordine denarrauit. Quæ & illi conuictus deinceps eſt confeſſus. Hæc audientes Epiſcopi qui euocati fuerant, & in tantis malis ſacerdotem domini contuentes fuiſſe ſatellitem ſuſpirantes, de iis triduani temporis ſpacium deprecantur tractandi, ſcilicet vt forſitan reſipiſcens Egidius vllum modum reperire poſſet, per quem ſe ab iis noxis quæ ei obiciebantur, excuſare valeret: ſed inluceſcente die tertia, conuenientes in Eccleſiam interrogant Epiſcopum, ſi aliquid excuſationis haberet, ediceret. At ille confuſus, ait, ſententiam dandam ſuper culpabilem ne moremini: nam ego nouime ob crimen maieſtatis reum eſſe mortis, qui ſemper contra vtilitatem huius regis matriſque eius abij: ac per meum conſilium multa fuiſſe geſta certamina noui, quibus nonnulla Galliarum loca depopulata ſunt. Hæc Epiſcopi audientes, ac lamentantes fratris opprobrium obtenta vita, ipſum ab ordine ſacerdotali, lectis canonum ſanctionibus, remouerunt: qui ſtatim ad Argentoratenſem vrbem, quam nunc Strataburgum vocant, deductus, exilio condemnatus eſt: in cuius locum Romulfus filius Lupi ducis, iam Presbyterij honore præditus, Epiſcopus ſubrogatus eſt, Epiphanio Abbatis officio qui baſilicæ ſancti Remigij præerat, remoto, multa enim auri argentique in huius Epiſcopi regeſto pondera ſunt reperta. Quæ autem de illa iniquitatis millia erant, regalibus theſauris ſunt inlata: quæ autem de tributis aut reliqua ratione Eccleſiæ inuenta ſunt, ibi relicta.

Expulſio Egidij Rhemenſis Epiſcopi.

Cap. 20. Moniales ſeditioſæ reconciliantur. In hac ſynodo Baſina Chilperici regis filia quam ſupra cum Chrodielde à communione remotam diximus; coram Epiſcopis ſolo proſtrata, veniam petiit, promittens ſe, cum charitate abbatiſſæ monaſterium ingredi, ac de regula nihil tranſcendere. Chrodieldis autem obteſtata eſt, quod Leobouera abbatiſſa in hoc monaſterio commorante, ibidem nunquam ingrederetur. Sed vtriſque rex veniam impertiri deprecatus eſt: & ſic in communionem receptæ, Pictauos regredi iuſſæ ſunt: ſcilicet vt Baſina in monaſterium, vt præfati ſumus, regrederetur: Chrodieldis vero in villa, quæ quondam Vvaddonis ſuperius memorati fuerat, ſibi à rege conceſſa reſideret.

Cap. 21. Vvaddonis filiorū prædonū damnatio. Filij autem Vvaddonis ipſius per Pictauum vagantes, diuerſa committebant ſcelera, homicidia, furtaque nonnulla; nam inruentes ante hoc tempus ſuper negotiatores, ſub noctis obſcuritate eos gladio trucidant, abſtuleruntque res eorum: ſed & alium tribunitiæ poteſtatis virum circumuentum dolis, interfecerunt, diripientes res eius. Quod cum Macco comes reprimere niteretur, ij præſentiam expetunt regis. Eunte autem comite, vt debitum fiſco ſeruitium ſolite deberet inferre, adfuerunt & ij coram rege offerentes baltheum magnum ex auro lapidibuſque precioſum, gladiumque mirabilem, cuius capulum ex gemmis Hiſpanicis auroque diſpoſitum erat. Cumque rex hæc ſcelera quæ audierat, ab iis cognouiſſet manifeſtiſſime perpetrata, vinciri eos catenis præcepit, ac tormentis ſubdi. Qui dum torquerentur, theſauros patris abſconditos, quos de rebus Gundobaldi ſuperius memorati pater diripuerat, reuelare cœperunt. Nec mora, directi viri ad inquirendum immenſam multitudinem auri argentique ac diuerſarum ſpecierum, & auro gemmiſque exornatarum repererunt, quod theſauris regalibus intulerunt. Poſt hæc ſeniore capite plexo, iuniorem exilio damnauerunt.

Cap. 22. Chuldericus vino ſuffocatur. Chuldericus vero Saxo poſt diuerſa homicidia, ſeditiones, multaque alia improba quæ geſſit, ad Auſcienſem vrbem, in qua poſſeſſio vxoris erat, abiit. Cumque rex auditis eius improbitatibus iuſſiſſet eum interfici, quadam nocte ita crapulatus ex vino, vt ab eo ſuffocatus, mortuus in ſtrato ſuo reperiretur. Adſciebat enim ad illud ſuperius ſcelus nominatum, quo ſacerdotes Domini in baſilica ſancti Hilarij per Chrodieldem cæſi ſunt, hunc fuiſſe ſigniferum: vltuſque eſt Deus, ſi ita eſt, iniuriam ſeruorum ſuorum.

Cap. 23. Signa in cælo. In hoc autem anno tantus terris nocturno tempore ſplendor illuxit, vt mediam putares diem: ſed & globi ſimiliter ignei per noctis tempora ſæpius per cœlum cucurriſſe, mundumque illuminaſſe viſi ſunt. Dubietas paſchæ fuit ob hoc, quod in cyclo Victor, luna 15. paſcha ſcripſit fieri. Sed ne Chriſtiani vt Iudæi ſub hac luna hæc ſolennia celebrarent, addidit, Latini autem luna 22. Ob hoc multi in Galliis 15. luna celebrauerunt. Nos autem 22. Inquiſiuimus tamen ſtudioſe: ſed fontes Hiſpaniæ qui diuinitus implentur, in noſtrum paſcha repleti ſunt. Terræmotus factus eſt magnus, 18. Cal. menſis quinti, die quarto, primo mane, cum lux redire cœpiſſet. Sol eclipſim pertulit menſe octauo mediante: & ita lumen eius minuit, vt vix quantum quintæ lunæ cornua retinent, ad incendium haberet. Pluuiæ validæ, tonitrua in autumno grauia, aquæ autem nimium inualuerunt. Viuarienſem Aueonicamque vrbem grauiter lues inguinaria deuaſtauit.

Paſcharis dubia celebratio.

Cap. 24. Antiochia euerſio. Anno igitur decimoſexto Childeberti, Gunthchramni autem 30. regum, quidam Epiſcopus de tranſmarinis partibus ad Turonicam vrbem aduenit, nomine Simon. His nobis euerſionem Antiochiæ vrbis enunciauit adſerens ſe de Armenia in Perſide captiuatum fuiſſe. Rex enim Perſarum irrupto Armeniorum termino prædas egit, Eccleſiaſque igni ſuccendit: & hunc ſacerdotem cum populo ſuo, vt captiuum abduxit. Tunc etiam & baſilicam ſanctorum quadraginta octo martyrum, de quibus in libro Miraculorum memini qui in illa regione paſſi ſunt, oppleta ligni congerie pice, tergoribuſque ſuillinis immixtis, ſuppoſitis ardentibus facibus, ſuccendere viſi ſunt, ſed nequaquam ignis adparatum incendij comprehendit, ſicque videntes magnalia Dei, receſſerunt ab ea. Audita autem quidam Epiſcopus iſtius memorati ſacerdotis abductione, direxit pretium per homines ſuos ad regem Perſarum. Quo ille ſuſcepto, relaxauit à ſeruituris vinculo Epiſcopum iſtum. Ex iis ergo diſcedens regionibus, Gallias eſt adgreſſus vt aliquid conſolationis à deuotis acciperet: qui nobis, vt præfati ſumus ſuperiùs, hæc retulit: Homo erat in Antiochia, valde deuotus in eleemoſynis, coniugem ac liberos habens: nec vnquam ei in omni vita ſua dies præteriit, poſtquam quiddam proprium habere cœpit, quod ſine paupere epulum prælibaſſet, hic vna die cum circumiſſet vrbem vſque ad veſperum & reperire non potuiſſet egenum cum quo cibum capere poſſet, egreſ-

ſus

A ſus extra portam, cum nox ingrueret, reperit virum in veſte alba cum duobus aliis ſtantem, quem aſpiciens quaſi Loth ille antiqua memoratus hiſtoria, territus ait, Et forſitan peregrinus eſt dominus meus: dignetur accedere ad domum ſerui ſui, & ſumpto epulo, quieſcere in ſtrato: mane autem proficiſcemini in viam quam volueritis. Cui ille qui erat ſenior, tenens ſudarium in manu ſua, ait, Non poteras, ô homo Dei, cum Simeone veſtro hanc vrbem ſaluare, ne ſubuerteretur? Et eleuans manum excuſſit ſudarium quod tenebat ſuper medietatem vrbis: & ſtatim corruerunt omnia ædificia, & quodcunque ibi ſtructum fuit: ibique oppreſſi ſunt ſenes cum infantibus, viri cum mulieribus, atque vterque ſexus interiit. Quod ille cernens, tam de perſona viri, quam de ſonitu ruinæ hebes effectus, ruit in terram, & factus eſt velut mortuus. Eleuanſque iterum vir ille manum cum ſudario, quaſi ſuper aliam medietatem vrbis adprehenſus eſt à duobus ſociis qui cum eo erant,
B atque obſecratus terribilibus ſacramentis, vt indulgeret medietati vrbis, ne rueret; mitigatoque furore ſuſtinuit manum ſuam, atque eleuans hominem qui corruerat in terram, ait, Vade ad domum tuam ne timeas: filij enim tui cum vxore, & omni domo tua ſalui ſunt nec quiſquam ex eis periit, Cuſtodiuit enim te oratio aſſidua, & eleemoſynæ quas quotidie exerces in pauperes. Et hæc dicens, diſceſſerunt ab oculis eius, nec ei adparuerunt vltra. Ille autem regreſſus in vrbem, reperit vrbis medietatem dirutam atque ſubuerſam cum hominibus pecoribuſque, ex quibus nonnulli à ruinis deinceps extracti ſunt mortui, pauci debilitati reperti ſunt viui. Veruntamen nec illa caſſata ſunt quæ viro huic ab ipſo, vt ita dicam, Angelo domini ſunt effata. Nam veniens, omnem domum ſuam incolumem reperit: tantum funera propinquorum, quæ in aliis domibus effecta fuerant, lamentabatur: protexitque eum in medio iniquorum dextera domini cum domo ſua, ſaluatúſque eſt à periculis mortis, ac velut memoratus Loth quondam in Sodomis.

Eleemoſynarius in euerſione Antiochia ſeruatus ſalutem obtinuit.

C Cap. 25. *Morbus ingruens.* Matth. 24.

Ar in Galliis Maſſilienſem prouinciam morbus ſæpe nominatus inuaſit: Andegauos, Namneticos atque Cœnomannicos valida fames oppreſſit Initia ſunt enim hæc dolorum, iuxta illud quod dominus ait in euangelio, Erunt peſtilentiæ & fames, & terræmotus per loca: & exurgent pſeudochriſti, & pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna & prodigia in cœlo, ita vt electos in errorem mittant, ſicut præſenti geſtum eſt tempore. Quidam enim ex Biturico, vt ipſe poſtmodum eſt profeſſus dum ſaltus ſiluarum ingreſſus, ligna cæderet ad explendam operis cuiuſdam neceſſitatem, muſcarum eum circunſedit examen, qua de cauſa per biennium amens eſt habitus: vnde intelligi datur diabolicæ emiſſionis fuiſſe nequitiam. Poſt hæc tranſactis vrbibus propinquis, Arelatenſem prouinciam adiit: ibique indutus pellibus quaſi religioſus orabat: ad quem inludendum pars aduerſa, diuinandi ei tribuit
D facultatem Ex hoc vt in maiori proficeret ſcelere, commotus à loco, prouinciam memoratam deſerens, Gabalitanæ regionis terminum eſt ingreſſus, proferens ſe magnum ac profiteri ſe non metuens Chriſtum, adſumpta ſecum muliere quadam pro ſorore, quam Mariam vocari fecit. Confluebat ad eum multitudo populi, exhibens infirmos, quos contingens ſanitati reddebat. Conferebant enim ei aurum argentumque, ac veſtimenta, ij qui ad eum conueniebant. Quod ille quo facilius ſeducere, pauperibus erogabat proſternens ſe ſolo, effundens orationem cum muliere memorata: & ſurgens, ſe iterum à circonſtantibus adorari iubebat. Prædicebat enim futura, & quibuſdam morbos; quibuſdam damna prouenire denunciabat, paucis ſalutem futuram. Sed hæc omnia diabolicis artibus, & præſtigiis neſcio quibus agebat. Seducta eſt autem per eum multitudo immenſa populi, & non ſolum ruſticiores, verumetiam ſacerdotes Eccleſiaſtici. Sequebantur autem eum amplius quam tria millia populi interea cœpit quoſdam ſpoliare ac prædari quos in itinere reperiſſet: ſpolia tamen non habentibus largiebatur, Epiſcopis ac ciuibus minas mortis intentabat: eo quod ab iis adorari deſpiceretur. ingreſſus autem Velauæ vrbis terminum, ad locum quem Anicium vocitant, accedit: & ad baſilicas propinquas cum omni exercitu reſtitit, inſtruens aciem, qualiter Aurelio ibidem tunc conſiſtenti Epiſcopo bellum inferret, mittens etiam ante ſe nuncios, homines nudo corpore, ſaltantes atque ludentes, qui aduentum eius adnunciarent. Quod ſtupens Epiſcopus, direxit ad eum viros ſtrenuos, inquirentes quid ſibi vellent iſta quæ gereret, Vnus autem ex iis qui erat ſenior, cum ſe inclinaſſet quaſi oſculaturus genua eius, ac diſcuſſurus viam illius, iuſſit eum adprehenſum ſpoliari: nec mora, ille euaginato gladio in fruſta concidit, cecidítque Chriſtus ille, qui magis Antichriſtus nominari debet, & mortuus eſt: diſperſique ſunt omnes qui cum eo erant. Maria autem illa ſuppliciis dedita, omnia phantaſmata eius ac præſtigias publicauit. Nam homines illi quos ad ſe credendum diabolica circumuentione turbauerat, nunquam ad ſenſum integrum ſunt regreſſi; ſed hunc ſemper quaſi Chriſtum, Mariam autem illam parte deitatis habere profitebantur. Sed & per totas Gallias emerſerunt plerique qui per has præſtigias adiungẽtes ſibi mulierculas (quidẽ quæ debachantes ſanctos eos confiterentur, magnos ſe in populis præferebant: ex quibus nos pleroſque vidimus, quos obiurgantes reuocare ab errore niſi ſumus.

Pſeudo-Chriſtus. *Muſcis excogitatum deſiper Lieſt. ſ inceſſit.* *Hominis nudi legati pſeu. dochriſti.* F

Ragnemodus quoque Pariſiacæ vrbis Epiſcopus, obiit. Cumque germanus eius Faramodus presbyter, pro Epiſcopatu concurreret, Euſebius quidam negotiator, genere Syrus, datis multis muneribus, in locum eius ſubrogatus eſt: iſque accepto Epiſcopatu omnem ſcholam deceſſoris ſui abiiciens, Syros de genere ſuo Eccleſiaſticæ domui miniſtros ſtatuit, Obiit & Sulpitius Bituricæ vrbis pontifex, cathedramque eius Euſtaſius Auguſtidunenſis diaconus eſt ſortitus.

Cap 26. *Negotiator preſbyter Epiſcopus.*

Cap. 27. G

Inter Tornacenſes quoque Francos non mediocris diſceptio orta eſt, pro eo quod vnius filius, alterius filium qui ſororem eius in matrimonium acceperat, cum ira ſæpius obiurgabat, cur coniuge relicta ſcortum adiret: quæ iracundia, cum emendatio criminis non ſuccederet, vſque adeo elata eſt, vt irruens puer ſuper cognatum ſuum, eum cum ſuis interficeret, atque ipſe ab iis cum quibus venerat ille proſterneretur, nec remaneret quiſpiam ex vtriſque niſi vnus tantum, cui percuſſor defuit. Ex hoc parentes vtriuſque inter ſe ſæuientes, à Fredegunde regina plerunque arguebantur vt relicta inimicitia concordes fierent, ne pertinacia litis in maius ſubuerteretur ſcandalum. Sed cum eoſdem verbis lenibus placare nequiret, vtrunque bipenne compeſcuit. Inuitatis enim ad epulum multis, hos tres in vno fecit ſedere ſubſellio: cumque in eo prandium elongatum fuiſſet ſpacio vt nox mundum obtueret, ablata menſa, ſicut mos Francorum eſt illi in ſubſellia ſua ſicut locati fuerant, reſidebant. Potatoque vino multo, in tantum crapulati ſunt, vt pueri eorum madefacti per angulos domus vbi quiſque corruerat,
H obdormiret. Tunc ordinati, à muliere viri cum tribus ſecuribus, à tergo horum trium adſtiterunt, Illiſque colloquentibus, in vno vt ita dicamus, adſultu puerorum manus librato, hominibus perculſis, ab epulo eſt diſceſſum, Nomina quoque virorum, Charіualdus, Leodoualdus, atque Vualdinus. Quod cum parentibus perlatum fuiſſet, cuſtodire arctius Fredegundem cœperunt, dirigentes nuncios ad Childebertum regem, vt comprehenſa interficeretur. Commotus autem pro hac cauſa Campanenſis populus, dum moras innecteret, hæc ſuorum erepta auxilio, ad locum alium properauit.

Fredegildis alteracãtes interfici doloſè iuſſit.

Cap. [illegible]

Poſt hæc autem legatos ad Gunthchramnum regem mittit, dicens, Proficiſcatur Dominus meus rex vſque Pariſios, & arceſſito filio meo nepote ſuo, iubeat eum baptiſmatis gratia conſecrari: ipſumque de ſancto lauacro exceptum, tanquam alumnum proprium habere dignetur. Hæc audiens rex commonitis Epiſcopis, id eſt Ætherio Lugdunenſi, Syagrio Auguſtodunenſi, Fla-

A

uioqne Cabillonenſi, & reliquis quos voluit, Pariſios accedere iubet, indicans ſe poſtmodum ſecuturum. Fuerunt etiam ad hoc placitum multi de regno eius, tam domeſtici quam comites, ad præparanda regalis expenſæ neceſſaria. Rex autem deliberatione acta, vt ad hæc deberet accedere, pedom eſt dolore prohibitus. Poſtquam autem conualuit, acceſſit Pariſios: exinde ad Rotoialenſem villam ipſius vrbis properans, euocato puero iuſſit batiſterium præparari in vico Nemptodoro. Dum autem hæc agerentur, legati Childeberti regis acceſſerunt ad eum dicentes, Non enim iſta nuper nepoti tuo Childeberto pollicitus eras, vt cum inimicis eius amicitias conligares. Sed inquantum cernimus, nihil de promiſſione tua cuſtodis: ſed potius quæ promiſeras prætermittis: & puerum iſtum in vrbis Pariſiacæ cathedra, regem ſtatuis. Iudicabit enim Deus, quia non reminiſceris quæ vltro pollicitus es. Hæc iis dicentibus, rex ait Promiſſionem quam in

B

Suſcepto ex lauacro Clotharius baptizatur.

nepotem meum Childebertum regem ſtatutam habeo, non omitto Nam illum non oportet ſcandalizari, ſi conſobrinum eius filium fratris mei de ſancto ſuſcipiam lauacro: quia hanc petitionem nullus Chriſtianorum debet abnuere. Eamque ergo vt Deus manifeſtiſſime nouit, non calliditate aliqua ſed in ſimplicitate puri cordis agere cupio, quia offenſam diuinitatis incurrere formido. Non eſt enim humilitas genti noſtræ, ſi hic à me excipiatur. Si enim domini proprios famulos de ſacro fonte ſuſcipiunt, cur & mihi non liceat propinquum parentem exipere, ac filium facere per baptiſmi gratiam ſpiritalem? Abſcedite nunc & nunciate domino veſtro, Pactionem quam ſecum pepigi, cuſtodire cupio inlibatam, quam ſi tuæ conditionis noxa non omiſerit, à me protſus omitti nequibit Et hæc dicens legatis diſcedentibus, rex accedens ad lauachrum ſanctum, obtulit puerum ad batizandum Quem excipiens, Chlothatium vocitari voluit, dicens Creſcat puer, & huius ſit nominis executor, ac

C

tali potentia polleat, ſicut ille quondam, cuius nomen indeptus eſt. Quo miſterio celebrato, inuitatum ad epulum paruulum multis muneribus onerauit. Similiter & rex ab eodem inuitatus, pleriſque donis refertus abſceſſit, & ad Cabillonenſem vrbem redire ſtatuit.

Cap. 29

Aredius quoque hoc anno terras relinquens, vocante domino migrauit ad cœlum. Lemouicinæ vrbis incola fuit, non mediocribus regionis ſuæ ortus parentibus, ſed valde ingenuus Hic Theodoberto regi traditus, aulicis Palatinis adiungitur Erat enim tunc temporis apud vrbem Treuericam vir eximiæ ſanctitatis Nicetius Epiſcopus, non ſolum in prædicatione admirabilis facundiæ, verumentiam in operibus bonis ac mirabilibus celeberrimus habebatur in plebe Qui intuens puerum in regis palatio, neſcio quid in vultu eius cernens diuinum, præcepit ei ſe ſequi. At ille relicto regis palatiu, ſecutus eſt eum. Cumque ingreſſi in cellulam, de iis quæ ad eum pertinent, confabularentur, expetiit adoleſcens à beato ſacerdote ſe corrigi, ab eo edoceri, ab eo imbui, ac in diuinis volumi-

D

nibus ab eodem exerceri Cumque in huius ſtudij flagrantia cum antiſtite memorato degeret, tonſurato iam capite, quadam die pſallentibus clericis in Eccleſia; deſcendit columba è cameta, quæ leuiter volitans circa eum, reſedit ſuper caput eius, illud indicans, vt opinor, eum Spiritus ſancti gratia iam repletum.

Columba aſſidet Aredio.

Quam cum ille non ſine pudore conaretur abigere, hæc paululum circumuolans, iterum ſuper caput eius, aut ſuper ſcapulam reſidebat: quæ non modo ibi ſed etiam cum in cellulam Epiſcopi ingrederetur iugiter comitabatur cum eo. Quod per dies plurimos factum, non ſine admiratione Epiſcopus intendebat. Exinde vir Dei ſpiritu, vt diximus, ſancto repletus, ad patriam genitore ac germano defunctis, regreditur, conſolaturus Pelagiam genitricem, quæ nullum parentem præter hanc ſobolem ſpectabat. Deinde cum ieiuniis atque orationibus vacaret, deprecatur eam vt omnis

E

cura domus, id eſt, ſiue correctio familiæ ſiue exercitium agrorum ſiue cultus vinearum ad eam aſpiceret: ne huic viro aliquod accideret impedimentum, quo ab oratione ceſſaret, vnum ſibi tantum priuilegium vindicans, vt ad Eccleſias ædificandas ipſe præeſſet Quid plura? conſtruxit templa Dei in honore ſanctorum expeditque eorum pignera, ac ex familia propria tonſuratos inſtituit monachos, cœnobiumque fundauit, in quo non modo Caſſiani, verum etiam Baſilij & reliquorum Abbatum qui monaſterialem vitam inſtituerunt, celebrantur regulæ, beata muliere victum atque veſtitum ſingulis miniſtrante. Nec minus hæc tamen impedita hoc onere in Dei laudibus perſtrepebat, ſed aſſiduè etſi quiddam operis exerceret, ſemper orationem domino tanquam odorem incenſi acceptabilis offerebat. Interea ad ſanctum Aredium cœperunt infirmi confluere, quos, manus ſingulis cum vexillo crucis imponens, ſanitati reddebat: quorum ſi ſingillatim

Aredius cruce ſanat infirmos.

F

nomina ſcribere velim, nec numerum percurrere valeam, nec vocabula memorare: vnum tamen noui, quod quicunque ad eum æger aduenit, ſoſpes abſceſſit. De maioribus quoque miraculis parua proponimus. Iter quodam tempore cum genitrice dum ageret, & ſancti Iuliani martyris ad baſilicam properaret, venerunt veſpere in quendam locum. Erat autem locus ille aridus, & abſque fluentis currentibus infecundus. Dixitque ad eum mater eius, Fili, aquam non habemus, & qualiter hîc nocte præſenti quieſcere poſſumus? At ille proſtratus in orationem, & diutiſſime preces fudit ad dominum: & erigens ſe defixit virgam in terra quam

Aqua precibus obtenta.

manu gerebat, eamque cum bis aut tertio in gyrum vertiſſet, ad ſe lætus extraxit: moxque vnda aquæ ſecuta eſt tam valida, vt non ſolum ipſis de præſenti, ſed etiam pecoribus adfatim deinceps pocula miniſtraret. Nuperrimo autem tempore iter carpens, nimbus ad eum pluuiæ aduenire cœpit: quem ille cernens, paululum, ſuper equum in quo ſedebat, caput inclinans, manus extendit ad dominum, Conſummata vero oratione, diuiſa eſt nubes in duas partes, ac in circuitu eorum immanis deſcendit pluuia; ſuper eos tamen nulla, ſi dici fas eſt, gutta

G

deſcendit. Vviſtimundo quoque cognomento Tattonis, ciui Turonico dentes grauem inferebant dolorem ex quo etiam maxilla intumuerat. Quod cum beato viro queſtus fuiſſet, manum ſuper locum doloris impoſuit, ſtatimque dolor fugatus, nuſquã deinceps ad iniuriam hominis excitatus eſt. Hæc ipſe qui paſſus eſt retulit De his vero ſignis quæ per virtutem ſancti Iuliani martyris Martinique confeſſoris beati in eius manibus dominus operatus eſt, pleraque in libris Miraculorum, ſicut ipſe effatus eſt, ſcripſimus. Poſt has vero & multas alias virtutes, quas Chriſto cooperante compleuit, aduenit Turonos poſt feſtiuitatem ſancti Martini, ibique paululum commoratus, dixit nobis ſe aut longæuo tempore adhuc in hoc mundo retineri, aut certe velocius diſſolui: & Vale dicens abſceſſit gratias agens Deo quod priuſquam obiret, ſepulchrum beati antiſtitis oſculari promeruiſſet. Cumque ad cellulam ſuam acceſ-

Sepulchri B. Martini oſculatio.

H

ſiſſet, teſtamento condito, ordinatis omnibus, ac ſancto Martino Hilarioque antiſtitibus hæredibus conſtitutis ægrotare cœpit, ac dyſenteriæ morbo grauari. Sexta quoque ægrotationis eius die, mulier quæ ab ſpiritu immundo ſæpius vexata, à ſancto emundari non poterat, ligatis per ſe à tergo manibus, clamare cœpit ac dicere. Currite ciues, exilite populi, exite obuiam martyribus confeſſoribuſque qui ad exequiuo beari Aredij conueniunt Ecce adeſt Iulianus à Briuate, Priuatus ex Minate, Martinus à Turonis, Martialiſque ab vrbe propria. Adeſt Saturninus à Toloſa: Dionyſius ab vrbe Pariſiaca, nonnulli & alij quos cœlum retinet, quos vos vt confeſſores & Dei martyres adoratis Hæc cum in exordio noctis clamare cœpiſſet, à domino ſuo reuincta eſt. Sed nequaquam potuit contineri: quæ rumpens vincula, ad monaſterium cum his vocibus properare cœpit: moxque beatus vir ſpiritum tradidit, non ſine teſtimonio veritatis, quod ſit ſuſceptus ab Angelis mu-

Dæmoniaca vociferatur.

Ad ſepulchrum Aredij dæmoniaci liberantur.

lierem

A

lieterem quoque in exequiis ſuis cum alia muliere nequiori ſpiritu vexata, vt eſt ſepulchro tectus, à nequitia infeſti dæmonij emundauit. Et credo, ob hoc Dei opus eaſdem in corpore poſitus non potuit emundare, vt exequiæ illius hac virtute glorificarentur. Poſt celebratum vero funus, mulier quædam rictu patulo, ſine vocis officio, ad eius acceſſit tumulum: quo oſculis delibato, elocutionis meruit recipere beneficium.

Cap. 30. Lues Namnetica.

Hoc anno menſe ſecundo tam in Turonico quam in Namnetico grauis populum lues adtriuit, ita vt modico quiſquis ægrotus capitis dolore pulſatus animam funderet. Sed factis rogationibus cum grandi abſtinentia & ieiunio, ſociatis etiam eleemoſynis, aduerſus diuini furoris impetus mitigatus eſt. Apud Lemonicinam vero vrbem ob dominici diei iniuriam, pro eo quod in ea operam publicam exercerent, plerique igne cœleſti conſumpti ſunt: Sanctus eſt enim hic dies, qui in principio lucem conditam primus vidit, ac Dominicæ reſurrectionis teſtis factus emicuit, ideoq; omni fide à Chriſtianis obſeruari debet, ne fiat in eo omne opus publicum. In Turonico vero nonnulli ab hoc igne, ſed non

B

Dominica diei obſeruatio.

die dominico ſunt aduſti. Siccitas immenſa fuit, quæ omne pabulum herbarum auertit: vnde factum eſt vt grauis morbus in pecoribus ac iumentis inualeſcens, parum vnde ſumeretur origo relinqueret: ſicut Abacuc propheta vaticinatus eſt: Deficient ab eſca oues, & non erunt in præſepibus boues. Non modo enim in domeſticis, verumetiam in ipſis ferarum imminium generibus hæc lues graſſata eſt. Nam per ſaltus ſiluarum multitudo ceruorum & reliquorum animantium proſtrata per inuia nacta eſt. Fœnum ab infuſione pluuiarum & inundatione amnium periit. Segetes exiguæ, vineæ vero profuſæ fuerunt: Quercuum fructus oſtenſi effectum non obtinuerunt.

Cap. 31. Epiſcoporum Turonenſiũ catalogus. Grat. 1.

De Epiſcopis Turonicis, licet in ſuperioribus libris quædam ſcripſiſſe viſus ſim, tamen propter ordinationẽ eorum & ſupputationem, quo tempore primum prædicator ad Turonicam acceſſit vrbem, reciprocare placuit.

Primus Gratianus Epiſcopus, anno Imperij Decij

G

primo, à Romanæ Sedis Papa tranſmiſſus eſt, in qua vrbe multitudo paganorum idololatriis dedita commorabatur: de quibus nonnullos prædicatione ſua conuerti fecit ad Dominum. Sed interdum occulebat ſe ob impugnationem potentum, eo quod ſæpius eum iniuriis & contumeliis cũ repererant, adfeciſſent, ac per cryptas & latibula cum paucis Chriſtianis, vt diximus, per eundem conuerſis, myſterium ſolemnitatis diei Dominici clanculo celebrabat. Erat autẽ valdè religioſus & timens Deum: & niſi fuiſſet talis: non vtique domos, parentes & patriam ob dominici amoris diligentiam reliquiſſet. In hac vrbe ſub tali cõditione, vt ferunt, annos 50. cõmoratus, obiit in pace, & ſepultus eſt in ipſius vici cœmeterio, quod erat Chriſtianorũ: & ceſſauit epiſcopatus 37. annis.

Lidor. 2.

Secundus, anno Imperij Conſtantis primo, Lidorius ordinatur Epiſcopus: fuit autem de ciuibus Turonicis,

D

& hic valdè Religioſus. Hic ædificauit Eccleſiam primam intra vrbem Turonicam cum iam multi Chriſtiani eſſent: primaque ab eo ea domo cuiuſdam ſenatoris, baſilica facta eſt. Huius tempore S. Martinus in Galliis prædicare exorſus eſt. Sedit autem anno 33. & obiit in pace, ſepultuſque in ſupra ſcripta baſilica, quæ hodieque eius nomine vocitatur.

Martinus 3.

Tertius, S. Martinus, anno 8. Valentis & Valentiniani, Epiſcopus ordinatus. Fuit autem de regione Pannoniæ ciuitate Sabariæ: qui ob amorem Dei apud vrbem Mediolanenſem Italiæ, primo Monaſterium conſtituit: ſed ab hæreticis, eo quod ſanctam Trinitatem intrepidus prædicaret, virgis cæſus atque expulſus de Italia in Gallias acceſſit: multos paganorum conuerti fecit, templa eorum ſtatuaſque confregit, fecitque multa ſigna in populos, ita vt ante Epiſcopatum duos ſuſcitaret mortuos: poſt Epiſcopatum autem, vnum tantummodo ſuſcitauit. Hic tranſtulit corpus B. Gratiani, ſepeliuitque ipſum iuxta ſepulcbrum S. Lidorij, in illa nominis ſui præfata baſilica. Hic prohibuit Maximum ne gladium in Hiſpaniam ad interficiendos deſtinaret hæreticos:

E

quibus ſufficere ſtatuit, quod à Catholicorum Eccleſiis eſſent vel cõmunione remoti. Conſummato ergo præſentis vitæ curſu, obiit apud Condatenſem vicum vrbis ſuæ, anno 81. ætatis: de quo vico nauigio ſublatus, Turonis eſt ſepultus, in loco quo nunc adoratur ſepulchrum eius: * de cuius vita tres à Seuero Sulpitio libros conſcriptos legimus. Sed & præſenti tempore multis ſe virtutibus declarat. In monaſterio vero quod nunc Maius dicitur, baſilicam in honorem ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli ædificauit: in vicis quoque id eſt Alingaūienſi, Solonacẽſi, Ambacienſi, Ciſomagenſi, Tornomagenſi, Condatenſi, deſtructis delubris baptizatiſque gentilibus, Eccleſias ædificauit. Sedit autem annos 26. menſes quatuor, dies 27. & ceſſauit Epiſcopatus dies 20.

** Sulp. extant. libri tres de vita & obitu S. Martini & quatuor Ven. Fortunati de eius mirac. & vnus de eius Ex. mis. fuerat enim à*

Quartus. Briccius ordinatur Epiſcopus anno Arcadij, & Honorij ſecundo, cum pariter regnarent, fuit autem ciuis Turonicus, cui 33. Epiſcopatus anno, crimen adulterij eſt impactum à ciuibus Turonicis: expulſoque eo

F

D. Martino occultum dolore liberatum. Trithem Bricc. 4.

Iuſtinianum Epiſcopum ordinauerunt: Briccius vero ſe ad papam vrbis dirigit: Iuſtinianus autẽ poſt eum abiens apud vrbem Vercellenſem obiit. Turonici iterum malignantes, Armentium ſtatuerunt: Briccius vero ſeptem apud papam vrbis annis degens idoneus inuentus à crimine, ad vrbem ſuam redire iuſſus eſt. Hic ædificauit baſilicam paruulam ſuper corpus B. Martini, in qua & ipſe ſepultus eſt. Cumque portam ingrederetur, Armentius per aliam portam mortuus efferebatur: quo ſepulto, cathedram ſuam recipit. Hunc ferunt inſtituiſſe Eccleſias per vicos, id eſt, Calatonnum, Briccam, Rotomagum, Briotreidem, Cainonem, fueruntque omnes anni epiſcopatus eius 47. Obiitque, & ſepultus eſt in baſilica quam ſuper ſanctum Martinum ædificauit.

Euſtochius 5.

Quintus, Euſtochius ordinatur Epiſcopus, vir ſanctus & timens Deum, ex genere ſenatorio. Hunc ferunt inſtituiſſe Eccleſias per vicos. Brixeis, Iciodorum, Luccas, Dolos. Ædificauit etiam Eccleſiam intra muros ciuitatis, in qua reliquias ſanctorum Geruaſij & Protaſij martyris condidit, quæ à ſancto Martino de Italia ſunt delatæ, ſicut ſanctus Paulinus in epiſtola ſua meminit. Sedit autem annos 17. Et ſepultus eſt in Baſilica quam Briccius Epiſcopus ſuper ſanctum Martinum ſtruxerat.

G

Perpetuus 6.

Sextus ordinatur Perpetuus, de genere & ipſe, vt aiſit, ſenatorio, & propinquus deceſſoris ſui, diues valdè, & per multas ciuitates habẽs poſſeſſiones. Hic ſubmota baſilica quam prius Briccius Epiſcopus ædificauerat ſuper S. Martinũ, ædificauit aliam ampliorem miro opere. In cuius abſida beatum corpus ipſius venerabilis ſancti tranſtulit. Hic inſtituit ieiunia vigiliaſque qualiter per circulum anni obſeruarentur, quod hodiéque apud nos tenetur ſcriptum, quorum ordo hic eſt, *De ieiuniis.* Poſt quinquageſimam, quarta & ſexta feria vſque ad natale S. Ioannis. De Calend. Sept vſque [illegible] Octob. bina in ſeptimana ieiunia. De Calendis Octobris vſque ad depoſitionẽ Domini Martini, bina in ſeptimana ieiunia. A depoſitione Domini Martini vſque Natale Domini, terna in ſeptimana ieiunia. De Natali S. Hilarij, vſque medium Februarium, bina in ſeptimana ieiuniis. *De vigiliis.* Natali Domini in Eccleſia. Epiphania, in Eccleſia. Natali ſancti Ioannis, ad baſilicam Domini Martini. Natali S. Petri Epiſcopatus, ad ipſius baſilicam. 6. Calend. April. Reſurrectione Domini noſtri Ieſu Chriſti, ad baſilicam Domini Martini. Paſcha, in Eccleſia. Die Aſcenſionis in baſilica Domini Martini. Die quinquageſimo, in Eccleſia. Paſſione S. Ioannis, ad baſilicam in baptiſterio. Natali ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, ad ipſorum baſilicam. Natali S. Martini, ad eius baſilicam. Natali Sancti Symphoriani, ad baſilicam Domini Martini. Natali Sancti Lidorij, ad eius baſilicam. Natali Sancti Briccij, ad Domini Martini baſilicam. Natali Sancti Hilarij, ad Domini Martini baſilicam. Hic ædificauit baſilicam Sancti Petri, in qua cameram baſilicæ prioris poſuit, quæ vſque ad noſtra tempora perſeuerat. Baſilicam quoque Sancti Laurentij monte Laudiaco ipſe conſtruxit. Huius tempore ædificatæ ſunt

H

Ieiunia Perpetuus inſtituit & vigilias.

Eccleſiæ

Eccleſiæ in vicis, id eſt Euena, Mediconno, Bertao Baladine, Vernado. Condiditque teſtamentum, & deputauit per ſingulas ciuitates quod poſſidebat, in eis ipſis ſcilicet Eccleſiis, non modicam & Turonicæ tribuens facultatem. Sedit autem annos triginta, & ſepultus eſt in baſilica S. Martini.

Voluſianus 7. Septimus vero, Voluſianus ordinatur Epiſcopus, ex genere ſenatorio, vir ſanctus, & valde diues, propinquus & ipſe Perpetui Epiſcopi deceſſoris ſui. Huius tempore iam Chlodoueus regnabat in aliquibus vrbibus in Galliis. Et ob hanc cauſam hic pontifex ſuſpectus habitus à Gothis, quod ſe Francorum ditionibus ſubdere apud vrbem Tholoſam exilio condemnatus, in eo obiit. Huius tempore vicus Mantolomaus ædificatus eſt, & baſilica S. Ioannis in Maiori monaſterio. Sedit autem annos ſeptem, menſes duos.

Virus 8. Octauus ordinatur Epiſcopus Virus, & ipſe pro memoratæ cauſæ zelo ſuſpectus habitus à Gothis in exilium deductus, vitam finiuit: facultates ſuas Eccleſiis & bene meritis dereliquit. Sedit autem annos vndecim, dies octo.

Licinius 9. Nonus, Licinius, ciuis Andegauus, qui ob amorem Dei in orientem abiit, ſanctaque loca reuiſit: exinde digreſſus, in poſſeſſione ſua monaſterium collocauit intra terminum Andegauum, & poſtea abbatis officio in monaſterio vbi ſanctus Venantius abbas ſepultus eſt, functus, ad Epiſcopatum eligitur. Huius tempore Chlodoueus rex victor de cæde Gothorum, Turonos rediit. Sedit autem annos duodecim, menſes duos, dies 25. & ſepultus eſt in baſilica S. Martini.

Theodorus & Proculus 10. Decimo loco, Theodorus & Proculus, iubente beata Chrodielde regina, ſubrogantur, eo quod de Burgundia iam Epiſcopi ordinati, ipſam ſecuti fuiſſent, & ab hoſtilitate de vrbibus ſuis expulſi fuerant. Erant autem ambo ſenes valde: rexeruntque Eccleſiam Turonicam ſimul annis duobus, & ſepulti ſunt in baſilica ſancti Martini.

Dinifius 11. Vndecimus, Dinifius Epiſcopus, & ipſe ex Burgundia veniens: qui per electionem præfati regis ad Epiſcopatum acceſſit: cui aliquid de fiſci ditionibus eſt largitus, deditque ei poteſtatem faciendi de his rebus quæ voluiſſet: qui maxime Eccleſiæ ſuæ quod fuit melius, dereliquit: largitus eſt etiam quiddam & bene meritis. Sedit autem menſes decem, & ſepultus eſt in baſilica S. Martini.

Ommatius 12. Duodecimus, Ommatius de ſenatoribus ciuibuſque Aruernis, valde diues in prædiis, qui condito teſtamento per Eccleſias vrbium in quibus poſſidebat, facultates ſuas diſtribuit. Ipſe exaltauit Eccleſiam intra muros vrbis Turonicæ, ſanctorum Geruaſij atque Protaſij reliquiis conſecratam, quæ muro coniuncta eſt. Hic cœpit ædificare baſilicam ſanctæ Mariæ intra muros vrbis quam imperfectam reliquit. Sedit annos quatuor, menſes quinque, obiitque, & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Leo 13. Tertiusdecimus, Leo ex abbate Baſilicæ S. Martini ordinatur Epiſcopus, fuit autem faber lignarius, faciens etiam turres holochryſo tectas, ex quibus quædam apud nos retinentur: in aliis etiam operibus elegans fuit. Sedit autem menſes 6. & ſepultus eſt in baſilica ſancti Martini.

Francillo 14. Quartusdecimus, Francillo ex ſenatoribus ordinatus Epiſcopus, ciuis Pictauus, habens coniugem Claram nomine, ſed filios non habens: fueruntque ambo diuites valde in agris, quos maxime ſancti Martini baſilicæ contulerunt, reliquerunt que quædam & proximis ſuis. Sedis autem annos duos, menſes ſex: obiitque & ſepultus eſt in baſilica S. Martini.

Iniurioſus 15. Quintusdecimus, Iniurioſus ciuis Turonicus, de inferioribus quidem populi ingenuus tamen. Huius tempore Chrodieldis regina tranſit. Hic perædificauit Eccleſiam ſanctæ Mariæ intra muros vrbis Turonicæ. Huius tempore & baſilica S. Germani ædificata eſt. Vici etiam, Nouliacus & Luciliacus, fundati ſunt. Hinc inſtituit tertiam & ſextam in Eccleſia dici, quod modo in Dei nomine perſeuerat. Sedit autem annos ſexdecim, menſes vndecim dies viginti ſex: obiitque & ſepultus eſt in baſilica S. Martini.

Baudinus 16. Sextusdecimus, Baudinus ex referendario Chlotharij regis ordinatur Epiſcopus, habens & filium, multis eleemoſynis præditus: aurum etiam quod deceſſor eius reliquerat, amplius quam viginti millia ſolidorum, pauperibus erogauit. Huius tempore alter vicus Nouiliacus ædificatus eſt. Hic inſtituit menſam canonicorum. Sedit autem annos quinque, menſes decem, obiitque, & ſepultus eſt in baſilica S. Martini.

Guntharius 17. Decimusſeptimus, Guntharius ex abbate monaſterij ſancti Venantij ordinatur Epiſcopus, vir valde prudens abbatis fungeretur officio, & ſæpius legationes inter reges Francorum faciens: poſtquam autem Epiſcopus ordinatus eſt, vino deditus, pene ſtolidus apparuit: quæ res eum in tantum amentem faciebat, vt conuiuas, quos bene nouerat, nequiret agnoſcere: ſæpius etiam eos conuiciis agebat & improperiis. Sedit autem annos duos, menſes decem, dies vigintiduos. Obiit autem & ſepultus eſt in baſilica S. Martini, ceſſauitque Epiſcopatus anno vno.

Eufronius 18. Octauusdecimus, Euftonius preſbyter ordinatur Epiſcopus, ex genere illo quod ſuperius ſenatorium nuncupauimus, vir egregiæ ſanctitatis, ab ineunte ætate clericus. Huius tempore ciuitas Turonica cum omnibus Eccleſiis magno incendio concremata eſt, de quibus ipſe poſtea duas reparauit, tertiam vetuſtiſſimam relinquens deſertam. Poſtea vero baſilica ſancti Martini & ipſa incendio eſt adusta per Vvilliacharium, cum ibi confugium pro Chramni quondam circumuentione feciſſet. Quam poſtea idem pontifex texit ſtanno, opitulante rege Chlotario. Huius tempore baſilica S Vincentij ædificata eſt. Tautiaco, Cærate, & Orbiniaco, vicis Eccleſiæ ædificatæ ſunt. Sedit autem annos ſeptemdecim, obiitque ætate ſeptuagenaria, & ſepultus eſt in baſilica S. Martini. Ceſſauitque Epiſcopatus dies 19.

Gregorius 19. Nonusdecimus, Gregorius, ego indignus Eccleſiam vrbis Turonicæ in qua B. Martinus & cæteri ſacerdotes Domini ad pontificatus officium conſecrati ſunt, ab incendio diſſolutam diruptamque nactus ſum, quam reædificatam in ampliori altiorique faſtigio ſeptimodecimo ordinationis meæ anno dedicaui: in qua, ſicut à longæuis preſbyteris comperi, beatorum ibidem reliquiæ Agaunenſium ab antiquis fuerant collocatæ, ipſam etiam capſulam in theſauro baſilicæ S. Martini reperi: in qua valde putredine erat pignus diſſolutum, quod pro eorum religionis eſt virtute delatum. Ac dum vigiliæ in eorum honore celebrarentur, libuit animo hæc iterum prælucescente cereo viſitare: quæ dum à nobis attente rimantur, dixit ædis æditus: Eſt hic, inquit, lapis opertorio tectus, in quo quid habeatur prorſus ignoro, ſed nec prædeceſſores miniſtros huius cuſtodiæ ſcire comperi, deferam eum, & ſcrutamini diligenter quid contineatur intra concluſum. Quem delatum reſeraui, fateor, & inueni in hoc capſulam argenteam, in qua non modo beatæ legionis teſtium, verumetiam multorum ſanctorum tam martyrum quam confeſſorum reliquiæ tenebantur. Nacti etiam ſumus & alios lapides, ita vt hic erat, concauos, in quibus ſanctorum Apoſtolorum cum reliquorum martyrum, pignera continebantur. Quod munus ego diuinitus indultum admirans, & gratias agens, celebratis vigiliis, dictis etiam miſſis, hæc in Eccleſia collocaui. In cellula ſancti Martini Eccleſiæ ipſi contigua, ſanctorum Coſmæ & Damiani martyris reliquias poſui. Baſilicas ſancti Perpetui adustas incendio reperi, quas in illo nitore vel pingi, vel exornari, vt prius fuerant, artificum noſtrorum opere imperaui. Baptiſterium ad ipſam baſilicam ædificari præcepi, in quo ſancti Ioannis cum Sergij martyris reliquias poſui, & in illo priore baptiſterio ſancti Benigni martyris pignera collocaui. In multis vero locis intra Turonicum terminum, & Eccleſias, & oratoria dedicaui, ſanctorumq; reliquiis illuſtraui, quæ memorare ex ordine prolixũ cenſui.

Reliquiarum inuentio.

Decem

A *Scripta authoris.* Decem libros Hiſtoriarum, ſeptem Miraculorum, vnum de Viris patrum ſcripſi: in Pſalterij tractatum librum vnum commentatus ſum: de Curſibus etiam Eccleſiaſticis vnum librum condidi. Quos libros licet ſtilo ruſticiori ſcripſerim, tamen coniuro omnes ſacerdotes Domini, qui poſt me humilem Eccleſiam Turonicam ſunt recturi, per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac terribilem reis omnibus iudicij diem, ſi nunquam confuſi de ipſo iudicio diſcedentes cum diabolo condemnandi eſtis, vt nunquam libros hos abolere faciatis, aut reſcribi quaſi quædam legentes, & quaſi quædam prætermittentes: ſed ita omnia vobiſcum integra illibataque permaneant, ſicut à nobis relicta ſunt. Quod ſi te ſacerdos Dei, quicunque es, Martianus noſter ſeptem diſciplinis erudiit, id eſt, ſi te in grammaticis docuit legere, in dialecticis altercationum propoſitiones aduertere, in rhetoricis genera metrorum agnoſcere, in geometricis terrarum linearumque menſuras colligere, in aſtrologicis curſus ſiderum contem- B plari, in arithmeticis numerorum partes colligere, in harmoniis ſonorum modulationes ſuauium accentuum carminibus concrepare: ſi in his omnibus ita fueris exercitatus, vt tibi ſtilus noſter ſit ruſticus, nec ſic quoque deprecor, vt auellas quæ ſcripſi. Sed ſi tibi in his quiddam placuerit, ſaluo opere noſtro te ſcribere verſu non abnuo. Hos autem libros in anno viceſimoprimo ordinationis noſtræ perſcripſimus: ſcilicet in ſuperioribus de Epiſcopis Turonicis ſcripſerimus, annotantes annos eorum, non tamen ſequitur ac ſupputatur numerus chronicalis, quia interualla ordinationum integre non potuimus reperire. Eſt ergo omnis ſumma annorum mundialium talis.

A principio vſque ad diluuium anni MMCCXLII.

A diluuio vſque ad tranſitum filiorum Iſraël per mare rubrum, anni MCCCCIV.

Ab hoc maris tranſitu vſque ad reſurrectionem Dominicam, anni MDXXXVIII.

C A reſurrectione Dominica vſque ad tranſitum S. Martini, anni CCCCXII.

A tranſitu ſancti Martini vſque ad memoratum ſuperius annum, id eſt ordinationis noſtræ primum & viceſimum, qui fuit Gregorij Papæ Romani quintus, & Guntheramni regis 31. Childeberti iunioris, 19. anni CCXVIII.

Quorum omnis ſumma eſt, annorum MMMMMDCCCLXIV.

LIBER VNDECIMVS, Siue appendix hiſtoriæ Francorum, ſupplementi Loco ab alio quopiam Gregorio Turonenſi adiectus.

D *AVTHOR HVIVS APPENDICIS Creditur eſſe Fredegarius.*

TRANSACTIS Gregorij Turonenſis libris, volumina temporum geſtorumque vndecunque potui ſcripta reperire, & quæ mihi poſtea fuerunt cognita acta regum & bella gentium, quæ geſſerunt, legendo ſimul & audiendo, aut denique videndo, cuncta omnino, quæ certo cognoui, in huius libelli volumine ſcribere volui curioſiſſime, quantum potui, omnia inſerendo, ab eodem incipiens tempore, quo hiſtoria Gregorij finem ſuum ſortita eſt.

Cap. 1. Guntheramni bonitas. Guntheramnus rex Francorum cum iam annos 23. Burgundiæ regnum bonitate plenus fœliciter regeret, cum ſacerdotibus vtique ſacerdotis inſtar ſe oſtendebat, & cum leudis erat aptiſſimus, eleemoſynam pauperibus large tribuens, tantæ proſperitatis regnum tenuit, vt omnes etiam vicinæ gentes ampliſſimas de ipſo laudes canerent.

E *Eccleſia à Marcelli Cabilonenſis.* Anno 24. regni ſui diuino amore Eccleſiam beati Marcelli, vbi ipſe pretioſus requieſcit in corpore, ſuburbano Cabillonenſi, ſed quidem tamen Sequanum territorium mirifice & ſolerter ædificari iuſſit, ibique monachis congregatis monaſterium condidit, ipſamque Eccleſiam rebus plurimis ditauit. Synodum 40. Epiſcoporum fieri præcepit, & ad inſtar inſtitutionis monaſterij ſanctorum Agaunenſium, quod temporibus Sigiſmundi regis ab Auito & cæteris Epiſcopis ipſo principe iubente fuerat confirmatum, huius Synodi coniunctione Monaſterium S. Marcelli Guntheramnus inſtitutione formandum curauit.

Cap. 2. Gundoaldus factione Mummoli decipitur. Hoc anno Gundoaldus cum ſolatio Mummoli & Deſiderij menſe Nouembri partem regni Guntheramni præſumpſit inuadere, & ciuitates euertere. Guntheramnus Lendigildum comitem ſtabuli, & Ægilanem patricium cum exercitu contra ipſos direxit. Gundoaldus terga vertens, Combanem ciuitatem latebras dedit, & inde de rupe ab Oſone duce præcipitatus interiit.

F *Cap. 3. Guntheramnus Chlotharium baptiſmo ſuſcepit.* Cumque Guntheramno perlatum fuiſſet, eo quod frater ſuus Chilpericus eſſet interfectus, feſtinans perrexit Pariſios, ibique Fredegundem cum filio Chilperici Chlothario ad ſe venire præcepit, quem in Rioilo villa baptizari iubet & eum de ſancto lauacro excipiens in regnum patris firmauit.

Cap. 4. Mummolus interficitur. Anno 22. regni Guntheramni Mummolus Sennuia iuſſu Guntheramni interficitur, vxorem eius Sydoniam vna cum omnibus theſauris eius Domnolus domeſticus & Valdamarus Camerarius Guntheramno præſentant.

Cap. 5. Gunth. tentat Hiſp. Anno 26. regni ſui exercitus Guntheramni Hiſpanias ingreditur, ſed loci infirmitate grauatus, protinus ad propria reuertitur. Anno 27. eiuſdem regni Leugiſiſtus à Guntheramno patricius partibus prouinciæ ordinatur, quod filius Childeberti regis Theodobertus natus fuiſſet nunciatur.

Cap. 6. Leupildo ſuccedit G *Richardus.* Eo anno nimia inunda in fluminum in Burgundia fuit, vt eorum terminos nimium tranſcenderent. Ipſoque anno Syagrius comes Conſtantinopolim iuſſu Guntheramni in legatione pergit, ibique fraude patricius ordinatur. Cœpta quidem, ſed ad perfectionem hæc fraus non peruenit. Eo anno ſignum apparuit in cœlo, globus igneus decidens in terram cum ſcintillis & rugitu, ipſoque Leupildus rex hiſpaniæ moritur, & regnum obtinuit Richardus filius eius. Anno 28. regni Domni Guntheramni alius filius Childeberti nomine Theodoricus natus nunciatur.

Cap. 7. Gunth. & Childeb. fœdus. Guntheramnus cum Childeberto pacem firmat dum Andelaum coniunxit. Ibi mater & ſoror, & coniunx Childeberti regis pariterque fuerunt, ibique ſpeciali conuenientia inter domnum Guntheramnum & Childebertum fuit conuentum, vt regnum Guntheramni poſt eius diſceſſum Childebertus aſſumeret.

Cap. 8. Childebertum inſidiantes H *interficit. Gothi Arriani, mo renūciāt.* Ipſoque tempore Rauchingus, & Boſo, Guntheramnus, Vrſio & Bertifridus optimates Childeberti regis eo quod eum tentauerunt interficere, ipſo rege ordinante interfecti ſunt, ſed & Leudefridus Alamannorum dux in offenſam antedicti regis incidit, etiam in latebras ſe dedit. Ordinatus eſt loco ipſius Vncilinus dux. Eo anno Richardus rex Gothorum diuino amplectens Chriſtianam religionem amore prius ſecretius baptizatur: poſt hæc omnes Gothos, qui tum Arrianam ſectam tenebant, Toletum adunare præcepit, & omnes libros Arrianos præcepit ſibi præſentari, quos in vna domo collocatos incendio concremare iuſſit, & ad Chriſtianam legem baptizare Gothos fecit.

Cap. 9. Imperatrix virū relinquit Chriſti gratia. Eo anno vxor Arnulphi imperatoris Perſarum nomine Cæſarea virum relinquens, cum quatuor pueris, totidemque puellis ad beatum Ioannem perrexit. Cumque ab ipſo Pontifice fuiſſet baptizata, Auguſta Mauritij imperatoris eam de ſancto ſuſcepit lauacro. Quam cum vir ſuus imperator Perſarum per legationes ſæpius repeteret, & Mauritius imperator vxorem eius eſſe neſciret, tunc Auguſta videns eam pulcherrimam, ſuſpicatur ne ipſa eſſet quam legati quærebant, dicenſq;

Digitized by Google

A eis: Mulier quædam de Perſis huc venit, dicens, ſe vnam eſſe de populo: videte eam, forſitan ipſa eſt quam quæritis, quam legati videntes proni in terram adorauerunt, dicentes, ipſam eſſe eorum dominam, quam quærebant. Dicit ad eam Auguſta, Redde illis reſponſum: tunc illa reſpondit, Ego cum illis non loquor, vita eorum inſtar canum eſt: ſi conuerſi Chriſtiani ſicut ego ſum efficientur, tunc eis reſpondebo. Legati vero animo libenti baptiſmi gratiam accipiunt. Poſtea dicens ad eos Cæſara: Si vir meus voluerit Chriſtianus fieri, & baptiſmi gratiam accipere, libenter ad eum reuertar. Nam penitus aliter ad ipſum non repedabo. Legati id imperatori Perſarum nunciantes, ſtatim ille legationem ad Mauritium imperatorem miſit, vt ſanctus Ioannes veniret Antiochiam, ipſo tardante baptiſmum vellet accipere. Tunc Mauritius imperator infinitiſſimum apparatum Antiochiæ fieri iuſſit, ibi imperator Perſarum cum ſexaginta millibus Perſarum baptizatus eſt, & per duas hebdomadas à Ioanne & reliquis Epiſcopis Perſiæ ad plenitudinem ſupra ſcriptum numerum baptizantur. *Perſa baptizatur.* *B* Imperatorem illum Gregorius Antiochiæ Epiſcopus ſuſcepit de lauachro. Arnulfus imperator à Mauritio imperatore petens vt ſibi Epiſcopos cum clero ſufficiente daret, quos in Perſia collocaret, vt vniuerſi Perſidæ baptiſmi gratiam adirent, quod Mauritius libenti animo præſtitit, ſummaque celeritate omnes Perſidæ ad Chriſti cultum baptizantur.

Cap. 10. Anno 28. Guntheramni exercitus in Hiſpaniam eiuſdem iuſſu dirigitur, ſed negligentia Boſonis qui caput exercitus fuit, grauiter à Gothis exercitus ille trucidatur.

Cap. 11. Tunica Domini inuenta. Anno 30. regni ſupraſcripti principis, tunica Domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ eidem in paſſione ſublata eſt, & à militibus, qui eum cuſtodiebant eſt ſortita, de qua Dauid propheta dicit: Et ſuper veſtimenta mea poſuerunt ſortem, Symon filius Iacob per duas hebdomadas multis cruciatibus affectus tandem profitetur ipſam tunicam in ciuitate Zafad procul ab Hieroſolyma in arca marmorea poſitam eſſe, quam Gregorius Antiochenus & Thomas Hieroſolymorum, Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus cum aliis multis Epiſcopis triduanum facientes ieiunium, eamde condigne cum arca marmorea quæ leuis effecta erat, quaſi ea ligno fuiſſet, ordine pedeſtri Hieroſolymam cum deuotione ſanctiſſima perduxerunt, eamque in loco vbi crux Domini adoratur cum triumpho poſuerunt. *C*

Cap. 12. Beppolinus dux Francorum factione Hebreatij eodemque duce à Britannis interficitur. Vnde poſt Hebrearius ad ſummam paupertatem rebus ſuis ſpoliatus peruenit.

Cap. 13. Agonis ducatus. Solis defectio. Anno 31. regni Guntheramni Theudifridus dux vltra Ioranos moritur, cui ſucceſſit Vvandalmarus in honore ducatus. Ipſoque anno Ago dux in Italia ſuper Longobardos in regno ſublimatur. Anno 32. regni Guntheramni, ita à mane vſque ad mediam diem ſol minoratus eſt, vt tertia pars ex ipſo vix appareret.

Cap. 14. Guntheramnus moritur. *D* Anno 33. regni Guntheramni 5. Calend. April ipſe rex moritur, ſepultus eſt in Eccleſia ſancti Marcelli, in monaſterio quod ipſe conſtruxerat. Regnum eiuſdem Childebertus aſſumpſit. Eodem anno Quintrio dux Campanenſis cum exercitu in regnum Chlotharij ingreditur. Chlotharius cum ſuis obuiam pergens hoſtiliter Quintrionem in fugam vertit, ſed vtrinque exercitus nimium trucidatus eſt.

Cap. 15. Child. regnum in Burgūd. Anno 2. cum Childebertus regnum accepiſſet Burgundiæ, exercitus Francorum & Britannorum inuicem prælianter vterque nimium gladio trucidantur. Anno 3. Childeberto in Burgundia regnante, multa ſigna in cœlo oſtenſa ſunt, apparuit ſtella cometes. Eo anno exercitus Childeberti cum Vvarnis, qui rebellare conati fuerant, fortiter dimicauit, & ita Vvarni trucidati victi ſunt, vt paruum ex eis remanſiſſet.

Cap. 16. Childeberti obitus. Anno 4. poſtquam Childebertus regnum acceperat Guntheramni, defunctus eſt, regnumque eius filij ſui Theodobertus & Theodoricus accipiunt. *E* Theodobertus ſortitus eſt Auſtriæ, ſedem habens Metenſem: Theodoricus accepit regnum Guntheramni, in Burgundia, ſedem habens Aurelianis.

Cap. 17. Fredegūdis Lutetiam inuadit. Eo anno Fredegundis cum filio Chlothario rege Pariſios & reliquas ciuitates ritu barbaro occupauit, & contra filios Childeberti regis Theodobertum & Theodoricum mouit exercitum loco nominato Latofao. Caſtra vterque ex aduerſo ponentes, Chlotharius cum ſuis ſuper Theodobertum & Theodoricum irruens, eorum exercitum grauiter trucidauit, anno ij. regni Theodorici Fredegundis moritur.

Cap. 18. Lacus deferbuit. Anno 3. regni Theodoberti. Quintrio dux inſtigante Brunichilde interficitur. Anno 4. regni Theodorici, Quolenus genere Francus Patricius ordinatur. Eo anno clades grandinis Maſſiliam & reliquas Prouinciæ ciuitates grauiter vaſtauit. Eo anno aqua calidiſſima in lacu Dunenſi quem Arula flumen influit, ſic valide ebulliuit, vt multitudinem piſcium coxiſſet. Eo anno Vvarnharius maior domus Theodorici tranſiit, qui omnem facultatem ſuam in eleemoſynis pauperum diſtribuit.

F *Cap. 19. Brunichil. Auſtraſiis eiicitur.* Eo anno Brunichildis ab Auſtraſiis eiecta eſt, ac in Arciacenſi Campania a quodam homine paupere ſola reperitur. Secundum eius petitionem vſque ad Theodoricum perducitur. Theodoricus autem Brunichildem libenter recipiens, glorioſe honorat. Huius viciſſitudinem merito Epiſcopatum Antiſiodorenſem faciente Brunichilde aſſumpſit. Anno 5. regni Theodorici iterum ſigna, quæ anno ſuperiore viſa fuerant, globi ignei per cœlum currentes, & ad inſtar multitudinis haſtarum ignearum ad occidentem apparuerunt.

Cap. 20. Reges præliantur. Ipſoque anno Theodobertus & Theodoricus reges contra Chlotharium regem mouent exercitum, & ſuper fluuium Aroannem, nec procul à Doromello vico prælium confligentes inieruut. Ibique exercitus Chlotharij grauiſſime trucidatus eſt. Ipſi qui ex his remanſerunt in fugam verſi pagos & ciuitates Ripaſigonæ qui ſe ad Chlotharium tradiderant depopulantur & vaſtantur, ciuitatibus ruptis plurimi captiuorum ab exercitu Theodorici & Theodoberti exinde ducuntur. *G* Chlotharius oppreſſus vellet nollet per pactionis vinculum firmauit, vt inter Sigonam & Ligerem vſque mare Oceanum & Britannorum limitem partem Theodoricus haberet, & per Sigonam & Iſeram ducatum integrum Dentelini vſque Oceanum mare Theodobertus reciperet, 12. tantum pagi inter Iſeram & Sigonam & littoris Oceani Chlothario remanſerunt. Anno 6. regni Theodorici Cautinus dux Theodoberti interficitur.

Cap. 21. Vvaſcones ſubiugantur. Anno 7. regni Theodorici de concubina filius naſcitur nomine Sygibertus, & Agila patricius nullis culpis extantibus inſtigante Brunichilde ligatus interficitur, niſi tantum cupiditatis inſtinctu. Facultates eius in fiſcum adſumuntur. Eo anno Theodobertus & Theodoricus exercitum contra Vvaſcones direxerunt, ipſoque Deo auxiliante deiectos ſuæ dominationi redigunt, & tributarios faciunt. Ducem ſuper ipſos nomine Genialem inſtituunt, qui eos fœliciter dominauit.

Cap. 22. Victoris corpus inuentum. Eo anno corpus ſancti Victoris qui Saloduro cum ſancto Viſo paſſus fuerat, à beato Æconio pontifice Mauriennenſe inuenitur. Quadam nocte in ſua ciuitate ei reuelatur per inſomnium vt ſurgens protinus iret ad Eccleſiam, quam Sedeleuba regina ſuburbanum Genauenſe conſtruxerat, in medio Eccleſiæ deſignatum locum, vbi ſanctum corpus adeſſet. *H* Cumque Genauam feſtinus perrexiſſet, cum beatis Raucho & Patricio Epiſcopis, triduanum ieiunium facientes lumen per noctem vbi illud glorioſum & ſplendidum corpus erat apparuit, quo cum ſilentio hi tres pontifices cum lachrymis & orationibus eleuato lapide in arca argentea inuenerunt ſepultum, cuius faciem rubentem quaſi viuam reperiunt. Ibique princeps Theodoricus præſens aderat, multiſque rebus huius Eccleſiæ maximam partem facultatis Vvarnharij ibidem confirmauit. Ad ſepulchrum illud ſanctum miræ virtutes ex ipſa die qua repertum eſt, præſtante Domino, integra aſſiduitate

oſtendun

A

oſtenduntur. Eo anno Ætherius Epiſcopus Lugdunenſis obiit, ordinatur loco ipſius Secundinus Epiſcopus.

Cap. 23. Focas Mauritiũ occidit.

Eo anno Focas dux & Patritius reipubl. victor à Perſis rediens, Mauritium imperatorem interfecit, & loco ipſius imperium adſumpſit.

Cap. 24. Deſiderius Epiſcopus exulat.

Anno viij. regni Theodorici de concubina naſcitur ei filius, nomine Childebertus, & ſynodus Cabilloni colligitur: Deſiderium Vienenſem Epiſcopum deijciũt, & inſtigante Aridio Lugdunẽſi Epiſcopo & Brunichilde ſubrogatus eſt loco ipſius ſacerdotali officio Domnolus, Deſiderius vero in inſulam quandam exilio retruditur. Eo anno ſol obſcuratus eſt. Eo quoque tempore Berthoaldus genere Francus maior domus palatij erat Theodorici, moribus modeſtus, ſapiens & acutus, in prælio fortis, fidem cum omnibus ſeruans. Anno nono regni Theodorici naſcitur ei filius de concubina nomine. Corbus cum iam Protadius genere Romanus vehementer ab omnibus in palatio veneraretur & Brunichildis ſtupri gratia eum vellet honoribus exaltare. Defuncto Vvandalmaro duce in pago vltra Iuranum & Scotingorum Protadius patricius ordinatur inſtigatione Brunichildis, vt Bertoaldus potius interiret eum ripa Sigona vſque Oceanum mare per pagos & ciuitates fiſcum inquirendum dirigunt.

B

Cap. 25. Bertoaldum obſidet Laudericus.

Berthoaldus ad Theodoricum miſſus, cum ccc. tantum viris illis partibus properauit, cumque ad Arelaum villam veniſſet, & venationem inibi exerceret: hæc cõperiens Chlotharius, filium ſuum Merouceum & Laudericum maiorem domus cum exercitu Berthoaldum premendum direxit, & maximam partem inter Sigonam & Ligeræ pagos & ciuitates de regno Theodorici præſumpſit contra pactum peruadere. Berthoaldus hæc audiens cum ſuſtinere non præualeret, terga vertens, Aurelianos ingreditur, ibique a viro beatiſſimo Auſtrino Epiſcopo ſuſcipitur. Laudericus cum exercitu Aurelianus circundans vocabat Berthoaldum, vt exiret ad prælium, Berthoaldus de muro reſpondens, Nos duo ſingulare certamen: ſi me expectare deliberas, reliquam multitudine procul ſuſpenſa, iungamus, à domino iudicemur. Sed hæc Laudericus facere diſtulit. Addens Berthoaldus dixit, Dum facere non audes proximo tempore Domini noſtri pro iis quæ facitis iungent ad prælium. Induamur vterque ego & tu veſtibus permielis: precidamur cæteris, vbi congreſſus erit certaminis, ibique & mea & tua apparebit vtilitas, promittentes ante dominum ab inuicem promiſſionis huius rei veritatem ſubſiſtere.

C

Cap. 26. Theodoricus vicit Chlotharium.

Cumque hoc in die feſto ſancti Martini antiſtitis actum fuiſſet, Theodoricuſque hæc comperiſſet, quod à Chlothario pars regni ſui contra pactum fuerat peruaſa natiuitate Domini protinus cum exercitu Stampas per fluuium Loa, peruenit, eodemque obuiam Merouceus filius Chlotharij regis, cum Lauderico & magno exercitu venit. Cum eſſet autem peruius ille locus, vbi Loa fluuius tranſmeat, vix tertia pars exercitus Theodorici tranſiatunt Initium eſt prælium, ibiq; Berthaldus ſecundum placitum aggreditur vocitãs Laudericum. Sed Laudericus non eſt auſus, vt promiſerat, tantum huius certaminis congreſſionem adire. Ibique Berthoaldus cum nimis cæteris præceſſiſſet, ab exercitu Clotharij cum ſuis interficitur, nec vellens exinde euadere dum ſenſerat ſe de ſui gradus honore à Protadio degradandum. Ibique Merouceus filius Chlotharij capitur, Laudericus in fugam verſus eſt olmia multitudine exercitus Chlotharij in eo prælio gladio trucidata eſt. Theodoricus victus Pariſios ingreditur, Theodobertus pacem cum Chlothario Compendio villa iniuit, & vterque exercitus corũ illæſus rediit ad propria. Anno x. regni Theodorici Protadius inſtigante Brunichilde Theodorico iubente maior domus ſubſtituitur.

D

Cap. 27.

Cum eſſet nimium argutiſſimus & ſtrenuus in cunctis, ſed ſæua illi fuit contra perſonas iniquitas, fiſco nimium tribuens de rebus perſonarum, ingenioſe fiſcum velleos implere, & ſeipſum ditare. Quoſcunque genere nobiles totus humiliare conabatur, vt nullus reperiretur qui gradum quem arripuerat potuiſſet adſumere. His & aliis nimia ſagacitate vexatis maxime cunctos in regno Burgundiæ fecit ſibi inimicos. Cum Brunichildis nepotem ſuum Theodoricum integra aſſiduitate moneret, vt contra Theodobertum moueret exercitum dicens: quaſi Theodobertus non eſſet filius Childeberti, niſi cuiuſdam hortulani Et Protadius ipſi quoque conſilio adſiſtens, tandem iuſſu Theodorici mouetur exercitus. Quod cum loco nomine Carciato Theodoricus cũ exercitu caſtra metaſſe, hortabatur à Leudibus ſuis, vt enim cũ Theodoberto pacẽ iniret. Protadius ſingulos hortabatur vt prælium committeretur. Theodobertus nec procul cum exercitu exinde reſidebat. Tũc omnis exercitus Theodorici inuenta occaſione ſupra Protadium irruunt, dicentes, Melius eſſe vnum hominem mori, quam tantum exercitum in periculum mitti. Protadius in tẽtorio Theodorici regis cum Petro Archiatro ad tabulam ludens ſedebat, quem vndique cum iam exercitus circundaſſet, & Theodoricum Leudes tenebant ne illuc graderetur, miſit Vncilenum, vt ſuæ iuſſionis verbum nunciaret exercitui, vt ſe de inſidiis Protadij remouerent. Vncilenus protinus ad exercitum nuntians dixit, Sic iubet dominus Theodoricus, vt interficiatur Protadius. Irruentes ſuper eum in tentorium regis gladio vndique incidentes Protadium interficiũt. Theodoberto pacem iniuit, & illæſus vterq. exercitus reuertitur ad proprias ſedes poſt cædem Protadij.

Theodobertum negatur eſſe regia ſtirpe.

E

F

Protadium occiditur.

Cap. 28. Claudij affabilitas.

Anno xi. regni Theodorici ſubrogatur maior domus Doeudius genere Romanus, homo prudens, iucundus in fabulis, ſtrenuus in cunctis, patientiæ deditus, plenitudine conſilij abundans, literarum ſtudiis eruditus, fide plenus, amicitiam cum omnibus ſectans, priora exempla metuens, lenem ſe & patientem huius gradus aſcenſus oſtendit. Sed hoc tantum impedimentum habebat, quod ſagina eſſet corporis adgrauatus. Anno xii. regni Theodorici Vncilænus qui ad mortem Protadij inſidioſe fuerat locutus inſtigante Brunichilde pede truncato de rebus expoliatus ad debilitatem perductus eſt.

Cap. 29. Vulfius negatur.

G

Vulfius patricius idemque Brunichilde inſtigante conſilio, qui in mortem Protadij conſenſerat, Faurinlacu villa iubente Theodorico occiditur, & in patriciatum eius Richomeris Romanus genere ſubrogatus. Eo anno natus eſt de concubina Theodorici filius nomine Merouceus, quem Chlotharius de ſãcto lauacro ſuſcepit.

Cap. 30.

Eodem anno Theodoricus Aridium Epiſcopum Lugduenſem, Rogonem, & Aeborinum comeſtabulum ad Bethericum regem Hiſpaniæ direxit, qui exinde Ermenbergam filiam eius Theodorico matrimonio ſociandam adducerent, ibique datis Sacramentis, ne à Theodorico vnquam à regno degradaretur, ipſamque accipiunt, & Theodorico Cabillono præſentant, quam ille gaudens diligenter ſuſcepit. Eadem factione auiæ ſuæ Brunichildæ virilem coitum non cognouit. Inſtigantibus verbis Brunichildæ auiæ & Theudelindæ germanæ efficitur odioſa. Poſt anni circulum Theodoricus Ermenbergam expoliatam à theſauris Hiſpaniam tranſmittit. Bethericus hæc indignans legationem ad Chlotharium direxit: legatus Chlotharij cum Betherici legato ad Theodobertum perrexit. Iterum Theodoberti legati cum Chlothario & Botherico legatariis, ad Agonem regem Italiæ acceſſerunt, & vnanimiter hi quatuor reges cum exercitu vndiq; ſuper Theodoricum irruunt, vt regnum eius auferrent, & eum morte damnarent, eo quod tantum de ipſo reuerentia ducebant. Legatus vero Gothorum naui de Italia per mare Hiſpaniam reuertitur. Sed hoc conſilium diuino nutu non ſortitur effectum, quod cum Theodorico compertum fuiſſet, fortiſſime ab eodem deſpicitur.

Ermenberga Brunichildis aſtu maritũ priuatur amplexibus.

H

Cap. 31. Martyriũ Deſiderij.

Eo anno Theodoricus conſilio Aridij Epiſcopi Lugdunenſis perfidi vtens, & perſuaſu auiæ ſuæ Brunichildæ ſanctũ Deſiderium de exilio egreſſum lapidare præcepit: ad cuius ſepulchrum miræ virtutes à die tranſitus ſui dominus integra aſſiduitate oſtendere dignatur, per quod credendum eſt per hoc malum geſtum regnum Theodorici filiis ſuis fuiſſe deſtructum.

Cap. 32.

Eo anno mortuo Betherico Siſebutus ſucceſſit in

A *Betherico ſucceſſit Siſebutus.*

Hiſpaniæ regnum, vir ſapiens & per totam Hiſpaniam laudabilis, valde pietate plenus. Nam & aduerſus manũ publicam dimicauit fortiter. Prouinciam Cantabriam Gothorum regno ſubegit, quam aliquando Franci poſſederant. Dux Francio nomine qui Cantabriam tempore Francorum rexerat, tributa Francorum regibus multo tempore impleuerat. Sed cum à parte imperij fuerat Cantabria reuocata, à Gothis vt ſupra legitur præoccupatur, & plures ciuitates ab imperio Romano Siſebutus littore maris abſtulit, & vſque fundamẽtum deſtruxit. Cumque Romani ab exercitu Siſebuti trucidarentur, Siſebutus dicebat pietate plenus: Heu me miſerum, cuius tempore tanti ſanguinis humani effuſio fiat, cuicunque poterat occurrere de morte liberabat. Confirmatum eſt regnum Gothorum in Hiſpania per maris littora vſque montes Pirenæos.

Cap. 33. *De Agone rege & Theodilinda.*

Ago rex Longobardorum accepit vxorem Grimoaldi & Gundoaldi Germanam, nomine Theodilindam ex genere Francorum quam Childebertus habuerat deſponſatam. Cum eam conſilio Brunichildæ poſtpoſuit,

B

Gundoaldus cum omnibus rebus ſecum germanam Theodilindam in Italiam tranſtulit, & in matrimonium Agoni tradidit. Gundoaldus de gente nobili Longobardorum accepit vxorem, de qua duos filios accepit his nominibus, Gundobertum & Charibertum. Ago rex filius Autharij regis de Theudilinda habuit filium nomine Adualdum, & filiam nomine Gundebergam. Dum Gundoaldus à Longobardis nimium diligeretur, factione Agonis regis & Theudilindæ, cum ipſam iam zelo tenerent, vbi ad ventrem purgandum in ſaldeone ſedebat, ſagitta ſaucius moritur.

Cap. 34. *Belichildis contẽtur Brunichildi, ancilla demanã.*

Anno xiij. regni Theodorici, cum Theodobertus Belichildem habebat vxorem, quam Brunichildis à negotiatoribus mercata fuerat. Cum eſſet Belichildis vtilis & à cunctis Auſtraſiis vehementer diligeretur, ſimplicitate Theodoberti honeſti comportans nihil ſe minorem à Brunichilde eſſe cerneret, ſed ſæpius per legatos Brunichildem deſpiceret, dum ab ipſa increpabatur, quod ancilla Brunichildæ fuiſſet: tandem his & aliis verbis legatis diſcurrentibus ab inuicem vexarentur, placitum

C

eſt inculecenſi & ſnaqitenſi fieri, vt has duas reginas pro pace inter Theodoricum & Theodobertum coniungerent ad colloquium. Sed Belichildis conſilius Auſtraſiorum inibi venire diſtulit.

Cap. 35. *Columbani mores & vita.*

Anno xiv. regni Theodorici beatus Columbanus creuerat iam paſſim fama ciuitatis ſuæ in vniuerſas Gallias, & Germaniæ prouincias, eratque omnium rumore laudabilis omnium cultu venerabilis, in tantum vt Theodoricus rex ad eum ſæpe Luxouium veniret, & orationum ſuarum ſuffragio omni cum humilitate poſceret. Ad quem ſæpiſſimè cum veniret, cœpit vir Dei eum increpare, cur concubinarum adulteriis miſceretur, & non potius legitimi coniugij ſolaminibus frueretur, vt regalis proles ex honorabili regina procederet & non potius ex lupanaribus videretur emergere. Cumq; iam ad viri Dei imperium regis ſermo obtemperaret, & ſe ab omnibus illicitis ſegregare ſponderet, mentem Brunichildis auiæ ſecundum vetera & deteſtabilia antiquus anguis adiit, eumque contra virum Dei ſtimulatam ſu-

D

perbiæ aculeo excitat, quia cerneret viro Dei Theodoricum obedire. Verebatur enim ne ſi abiectis concubinis reginam aulæ præficeret, dignitatis atque honoris ſui modum amputaret. Euenit ergo vt quadam die beatus Columbanus ad Brunichildem veniret (erat enim tunc apud Brucariacum villam) cumque illa eum in aula venire cerneret, filios Theodorici quos de adulterinis permixtionibus habebat ad virum Dei adducit: quos cum vidiſſet ſciſcitabatur quid ſibi vellent. Brunichildis ait, Regis ſunt filij, tu eos benedictione robora. At ille:

Columbanus adulterinos non vult benedicere.

Nequaquam, inquit, iſtos regalia ſceptra ſuſcepturos ſcias: de lupanaribus emerſerunt. Illa furens paruulos adimi iubet. Egrediens vir Dei regiam aulam, dum limitem tranſiliret, fragor ex terrore incuſſit, nec tamen miſeræ fœminæ furorem compeſcuit: parat quidem inde inſidias moliri. Vicinis monaſterij per nuntios imperat vt nulli eorum extra monaſterij terminos iter pãdatur,

E

neque receptacula Monachis eius, vel cuilibet ſubſidia tribuantur. Cernens beatus Columbanus regios animos aduerſum ſe permotos, ad eos properat, vt ſuis monitis miſeræ pertinaciæ inſtantiam frangat. Erant enim tunc temporis apud Spinſiam villam publicam, quo cum iam ſole occumbẽte veniſſet, regi nuntiant, virum Dei inibi eſſe, nec regis domibus metari velle. Tunc Theodoricus: Melius eſſe virum Dei opportunis ſubſidiis honorare, quam Dominum ex ſeruorum eius offenſa ad iracundiã prouocare. Iubet ergo regio cultu opportune parare, Dei famulo dirigere. Itaque venerunt, & iuxta imperiũ regi oblata offerunt. Qui cum vidiſſet dapes & pocula cultu regio adminiſtrata, inquirit quid ſibi iſta vellent: dicunt illi, Tibi à Rege fuerunt directa. Abominatus ea ait: Scriptum eſt, Munera impiorum reprobat altiſſimus. Non enim dignum eſt vt famuli Dei muneribus eius polluantur, qui non ſolum ſuis, verumetiam aliorum habitaculis famulis Dei aditum denegat. His dictis vaſcula omnia in fruſta diſrupta ſunt, vinaq; ac ſicera ſolo diffuſa, cæ-

F

teraque ſeparatim diſperſa Pauefacti miniſtri rei geſtæ caſum regi nuntiant. Ille pauore perculſus cum auia diluculo ad virum Dei properat. Precantur de commiſſo veniam, ſe in poſterum emendare pollicentur His pacatus promiſſionibus monaſterium rediit, ſed polliciti vadimonij iurandum diu ſeruata violenter exercentur miſeriarum incrementa, ſolitaque à rege adulteria patrantur. Quo audito B Columbanus literas ad eum obiurgationibus plenas direxit, comminaturque excommunicationem, ſi emendari dilatãdo non vellet. Ad hæc rurſum pernota Brunichildis regis animum aduerſus Columbanum excitat, omnique conatu perturbare intendit, orat q, proceres aulicos, optimates omnes vt regis animum contra virum Dei perturbent: Epiſcopoſque ſollicitare adgreſſa vt de eius religione detrahendo, & ſtatũ regulæ quam ſuis cuſtodiendam Monachis indiderat macularent Obtemperantes igitur aulici regis contra virum Dei perturbãt, cogentes vt accederet, ac religionem probaret. Abactus itaque rex ad virum Luxouium venit, conqueſtoſq; cum eo cur à comprouincialibus moribus

G

diſceſſerit, & intra ſepta ſecretiora omnibus Chriſtianis aditus non pateret B. Itaque Columbanus, vt erat audax, atque animo vigens talibus obiicienti regi reſpõdit, Se conſuetudinem non habere vt ſecularium hominum & religione alienis, famulorum Dei habitationis pandat introitum; ſed opportuna aptaque loca ad hoc habitare parata, quo omnium hoſpitum aduentus ſuſcipiatur. Ad hæc rex, Si inquit, largitatis noſtræ munera, & ſolatium his ſupplemẽtum capere cupis, omnibus in locis omniũ patebit introitus. Vir Dei reſpondit: Si quod nunc vſq; ſub regalis diſciplinæ habenis conſtrictum fuit, violare conaris, nec tuis muneribus, nec quibuſcunque ſubſidiis me fore à te ſuſtẽtatum. Et ſi hanc ob cauſam in hoc in loco veniſti: vt ſeruorum Dei cœnobia deſtruas, & regularem diſciplinam macules, ſcito tuum regnum funditus ruiturum, & cum omni propagine regia periturũ, quod poſtea rei probauit euentus. Iam enim temerario conatu rex refectorium ingreſſus fuerat. His ergo territus

H

dictis foras celer repedat. Duris poſt hæc vir Dei increpationibus à rege arguitur, contra quem Theodoricus ait: Martyrij coronam me tibi illaturum ſperas, non eſſe tantæ dementiæ vt hoc tantum patraret ſcelus, ſed potioris conſilij ſe agere vtilia patraturum, vt ab omnium ſæcularium moribus diſcedat: qua venerit, ea via repedare ſtudeat. Aulici ſimul conſona voce vota prorumpunt, ſe habere in his locis non velle, qui omnibus non ſocietur. Ad hæc B. Columbanus ſe dicit de cœnobij ſeptis non egreſſurum, niſi violenter abſtrahatur. Diſceſſit ergo rex, relinquens virum quendam procerum, nomine Adulfum. Is ergo cum remanſiſſet, virum Dei à monaſterio pellit, & pœnia Veſoncione oppido ad exulandum perducit, quoadvſque ex eo regalis ſentẽtia quod voluiſſet, decerneret. Poſt hæc vir Dei cernens, quod nullis cuſtodiis angeretur, à nulloque moleſtiam ferret: videbant enim omnes

A nes io eo Dei virtutem ſiſgrare,ideoque omnes cius ab iniuriis ſegregabantur.oc ſocij culparum forent. Aſcendit ergo dominica die in verticem ardui cacuminis mouris illius; ita enim ſitus vrbis habetur,cum domorum denſitas in diffuſo latere procliui montis ſita ſit, prorumpens ardua in ſublimibus cacuminibus, qui vndiq; ei abſciſſi fluminis, Deme alueo vallante nullatenus commeantibus viam pandit, ibique vſque ad mediam diem expectat, ſi aliquis iter ad monaſterium reuertendi prohibeat. Et cum nullus contrarius exiſteret, ipſe per mediam vrbem cum ſuis ad monaſterium regreditur. Quo audito Brunichildis ac Theodoricus, quod ſcilicet ab exilio reuertiſſet, atrocioribus iræ aculeis ſtimulantur, iubentes Bertharium comitem attentius per quirendum virum cum præſidio, ſimulque & Baudulfum quem ſuperius diximus deſtinarunt: quo cum veniſſent, B. Columbanum in Eccleſia poſitum, pſallentiumque orationi deditum cum omni congregatione fratrum reperiunt, ſicque virum Dei alloquuntur. Precamur vt
B non tam regiis, quam etiam noſtris obedias præceptis: greſſuſque eo itinere quo primum aduenraſti in locis. At ille, Non enim (inquit) reor, placere conditori ſimul natale ſolum ob Chriſti timorem relictum denuo repedare. Cumque nullatenus cerneret, ſibi virum Dei obedire, relictis quibuſdam Bertharius quibus feroa animus inerat, abſceſſit. Hi vero qui remanſerant, virū Dei hortantur vt illis miſereatur, quod ad tale opus parraodum infeliciter fuerant relicti, eorumque periculo conſuleret, qui ſi eum violenter non abſtraherent, mortis eos periculum incurrere. At ille ſe ait iam ſæpius teſtatum eſſe, niſi vi abſtraheretur, non diſceſſurum. Illi gemino vallari periculo, vndique vrgente formidine, pallium quo indutus erat arriugunt: alij genibus prouoluti cum lachrymis precantur vt pro tanti ſceleris culpa illis ignoſceret, qui non ſuis deſideriis, ſed regiis obtemperarent præceptis. Videns itaque vir Dei, periculum fore ſi ſuæ veritati ſatisfaceret, cum
C omni eiulatu atque mœrore egreditur, deputatis cuſtodibus, qui quo vſque ditionis ſuæ regno pelleretur, non eum reliquerant. Inter quos primus Ragumundus erat, qui eum Namnectis vſque perduxit. Sicque regno Theodorici expulſus, recta Hyberniam inſulam repedare diſpoſuit. Sed vt nulli penitus inter gradiendum ſit pontificium niſi permiſſu altiſſimi. Ipſe vero ſanctus Italiam expetens, monaſterium in loco nomine Bobio conſtruens, ſanctæ conuerſationis plenus dierum migrauit ad Chriſtum.

Columbanus monaſterium fundauit.

Cap. 37. Anno duodecimo regni Theodorici cum Aleſationes vbi fuerat enutritus præcepto patris ſui Childeberti tenebat, ad Theodobertum ritu barbaro peruaditur. Vnde placitum inter hos duos reges, vt Francorum iudicio finiretur, Saloiſſa caſtro inſtituunt. Ibique Theodoricus cum Scarutis vtrumque decem millia acceſſit. Theodobertus vero cū magno exercitu Auſtraſiorū inibi prælium volens committere aggreditur, quod cum vndique Theodoricus timore perterritus per pactionis vinculum Alſacios ad partem Theodoberti fir-
D mauit, & iam ſurgerent in ſe & Turenſes & Campanenſes, quod ſæpius repetabat, idemque amiſiſſe viſus eſt, regreſſus vterque ad ſedes proprias. His diebus & Alemanni io pago Aventicenſi vltra iuranum hoſtiliter ingreſſi ſunt, ipſumque pagum prædantes Abbelinus & Erpinus comites cum cæteris de ipſo pago comitibus cum exercitu pergunt obuiam Alemannis: vterque phalangæ ordines iungunt ad prælium. Alemanni Tranſiuranos ſuperant, plures tamen eorum trucidant & proſternunt: maximam partem territorij Aventicenſis incendio concremant, plurimorum omnium hominum exinde in captiuitatem duxerunt: reuerſique cum prædis pergunt ad propria. Theodoricus ob has iniurias deinceps integra aſſiduitate conſilium inibat, quo pacto Theodobertum poſſet opprimere. Et anno Belichildis à Theodoberto interficitur. Theodobertus puellam nomine Theudichildem accepit vxorem. Anno xv. Theodorici legationem ad Chlotharium

Alemāni vaſtant.

Belichildis necatur.

E direxit, indicans ſe contra Theodobertum eo quod frater ſuus eſſet, hoſtiliter velle aggredi, ſi Chlotharius in ſolatium Theodoberti non eſſet, ducatum Dentelini quem contra Theodobertum caſſauerat, ſi Theodoricus Theodobertum ſuperaret, Chlotharius ſupermemoratum Dentelini ducatum in ſuam ditionem reciperet. Hac conuentione inter Theodoricum & Chlotharium legatis intercurrentibus firmata, Theodoricus mouet exercitum.

Cap. 38. Anno xvii. Theodorici regis Lingonas de vniuerſis regni ſui prouinciis menſe Maio exercitus adunatur, dirigensque per Andelaum Naſio caſtro cœpto Tullum ciuitatem peruenit. Ibique Theodobertus cum Auſtraſiorum exercitu obuiam pergens Tulli ſem Campaniam, confligunt. Theodoricus ſuperat Theodobertum, eiuſque exercitum proſternit. Cæſa eſt de exercitu eodem prælio ingens multitudo virorum fortium. Theodobertus terga vertens per territorium Meteoſe veniens, tranſito Voſago Coloniam fugaciter peruenit. Theo-
F doricus poſt tergum cum exercitu inſequens, beatus & Apoſtolicus vir Leouyſius Mogacenſis vrbis Epiſcopus, diligens vtilitatem Theodorici, odiens ſtultitiam Theodoberti, ad Theodoricum veniens dixit, Quod cœpiſti perficito: ſatis vt vtiliter oportet huius rei cauſam expetere. Ruſtica fabula dicitur, quod cum Lupus aſcendiſſet in montem, & cum filij ſui iam venari cœpiſſent, eos ad ſe in monte vocat dicens, quam longe oculi veſtri in vnamquamque partem videre præualent, non habetis amicos niſi paucos qui de veſtro genere ſunt: perficite igitur quod cœpiſtis. Theodoricus cum exercitu Ardennam tranſiens Tholbiacum peruenit. Theodobertus cum Saxonibus, Thuringis, & cæteris gentibus, quod eſt vltra Rhenum, vel vndique, potuerat adunare contra Theodoricum Tholbiam perrexit, ibique denuo commiſſum eſt prælium. Fertur à Francis cæteriſque gentibus ab antiquo tam nunquam fuiſſe prælium factum. Ibi enim tanta ſtrages ab vtro-
G que exercitu facta eſt, vt phalanges in ingreſſu certaminis contra ſe præliantes, cadauera virorum occiſorum vndique non haberent vbi inclinata iacerent, ſed ſtabant mortui inter cæterorum cadauera ſtricti quaſi viuentes. Sed domino præcedente iterum Theodoricus Theodobertum ſuperat, & à Tholbiaco vſq; Coloniam exercitus Theodoberti gladio trucidatur. Per loca horum terræ cooperuit, ipſoque die Coloniam peruenit, omneſque theſauros Theodoberti inibi recepit. Dirigenſq; Theodoricus vltra Rhenum poſt tergum Theodoberti Bertharium cubicularium, qui diligenter Theodobertum captum Bertharius Coloniam conſpectui Theodorici præſentat, exhibitum veſte regali. Theodobertus expoliatur, equuſque eius cum ſerratura rei totumque Berthario à Theodorico conceditur. Theodobertus vinctus Cabillono deſtinatur, filius eius nomine Merouеus paruulus iuſſu Theodorici apprehenſus pede à quodam ad petram percutitur, cerebrum eius capita eruptum, amiſit ſpiritum. Chlotharius ducatum Dentelini, ſecundum conuentionem Theodorici, integrum
H ſuæ ditioni redigit. Ob quam rem Theodoricus eum iam toti Auſtriæ dominaretur, nimis indignatione commotus contra Chlotharium exercitum mouet. Anno xviii. regni ſui de Auſtria & Burgundia mouere præcipit, legationem prius dirigens, vt ſe Chlotharius de iam dicto ducatu Dentelini omnimodo remoueret, aliquin nouerit ſe exercitum Theodorici vndique in regnum Chlotharij impulſurum, quod verbum quemadmodum legati nuntiarant probauit euentus.

Theodoricus pugna & Theodoberti.

Theodobertus capitur.

Cap. 39. Ipſo quoque anno iam exercitus contra Chlotharium egrediebatur, cum Theodoricus Metis profluuio ventris moritur. Exercitus protinus redit ad proprias ſedes. Brunichildis cum filiis Theodorici quatuor, Sigoberto, Corbo, & Merouеo Metis reſidens, Sygobertum in regno patris inſtituere nititur.

Theodoricus ventris profluuio moritur.

Cap. 40. Chlotharius pactione Arnulfi & Pippini, vel cæteris proceribus Auſtriam ingreditur. Cumque Captonacum acceſſiſſet, & Brunichildis cum filiis Theodorici Var-

Chlotharius Auſtriam ingreditur.

A maciæ reſideret, legatos his nominibus Chadoindo & Erpione ad Chlutharium direxit, conieſtans ei, vt ſe de regno Theodorici Varmaciæ reſideret, legatos his nominibus Chadoindo & Erpione ad Chlotharium direxit, conſtans ei vt ſe de regno Theodorici quod filiis reliquerat, remoueret. Chlotharius reſpondebat, & per ſuos legatos Brunichilde mandauit, iudicio Francorum Electorum, quicquid procedente Domino à Francis inter eoſdem iudicabitur, pollicitum eſſe implere. Brunichildis Sygobertum ſeniorem filium Theodorici in Thoringiam direxit, cum quo Vuarnharium maiorem domus & Albienum cum cæteris proceribus deſtinauit, vt gentes quæ vltra Rhenum ſunt attraherent, qualiter Chlothario poſſent reſiſtere. Poſt tergum indiculum direxit, vt Alboinus cum cæteris Vuarnharium interficeret, eo quod ſe in regnum Chlotharij vellet transferre. quo indiculo relicto Alboinus diſrup tum proiecit in terram, inuentus eſt à puero Vuarnharij, ſuper tabula cera linita denuo ſolidatur: quo indicolo relicto

B Vuarnharius cernens ſe vitæ periculum habere deinceps cogitare cœpit, quo pacto filij Theodorici opprimerentur, & in regnum Chlotharius eligeretur, gentes quæ illic attractæ fuerant conſilio ſecreto de ſolatio Brunichildis & filiorum Theodorici procul fecit abeſſe: & inde regreſſi cum Brunichilde & filiis Theodorici Burgundias adpetunt, miſſis per vniuerſam Auſtriam

Cap. 41. diſcurrentibus, exercitum mouere nitebantur. Burgundiæ Barones vero tam Epiſcopi quam cæteri Leudes timentes Brunichildem, & odium in eam habentes, Vuarnharij conſilium inientes tractabant vt neque

De conſilio proditionis filij Theoderici. vnus ex filiis Theodorici euaderet, ſed eis omnibus oppreſſis, & Brunichildem delerent, & regnum Chlotharij expeterent, quod probauit euentus. Cumque iuſſu Brunichild. & Sygoberti filij Theodorici, exercitus de Burgundia & Auſtria contra Chlotharium egreditur, veniensque Sygobertus in Campaniam Catalaunenſem ſuper fluuium Coxbniam, ibique Chlotharius obuiam cum exercitu venit, multos iam de Auſtraſiis ſecum ha-

C bens factione Vuarnharij maioris domus, ſicut iam olim tractauerat, conſentientibus Aletheo patritio, Roccono, Sigoaldo & Eudelane ducibus. Cumque in congreſſu certaminis debuiſſent cum exercitu confligere, priuſquam præliari cœpiſſent, ſigna dantes exercitus Sygoberti terga vertens redit ad proprias ſedes. Chlotharius paulatim vt conuenerat poſt tergum cum exercitu ſequens vſque Ararim Saogannam fluuium peruenit. Captis filiis Theodorici tribus, Sygoberto, Corbo & Meroueo, quem ipſe de fonte excepit. Childebertus fugaciter aſcendens ne vnquam poſtea fuit reuerſus. Auſtraſiorum exercitus redditur propriis ſedibus factione Vuarni maioris domus, cum reliquis maxime proceribus de regno Burgundiæ. Brunichildis ab Erpone comeſtabulo de pago vltra Iuranos ex villa vrbana cum Theudelane germana Theodorici producitur, & Chlothario in nouo vico ſuper Vincenna fluuiu præſentatur. Sygobertus & Corbus filij Theodorici iuſſu Chlotharij interfecti ſunt, Meroueus ſecre-

D tius iuſſu Chlotharij in Neuſtriam perducitur, eundem ampleſcens amore, quod ipſum de ſancto exceperat lauacro, in Gobodo Graffioni commendatur, vbi plures poſt annos vixit. Chlotharius cum Brunichildis

Brunichilda x. reges occidit, equi calcibus diſcerpitur. ſuo conſpectui præſentaretur, & odium contra ipſam nimium haberat, reputans ei quod x. reges Francorum per ipſam interfecti fuiſſent, id eſt, Sygobertus, Meroueus, & genitor ſuus Chilpericus, Theodobertus & filius ſuus Chlutharius: item Meroueus filius Chlotharij, Theodoricus, eiuſdemque tres qui ad præſens extincti fuerant, per triduum eam diuerſis tormentis afflictum iubet prius camelo per omnem exercitum ſedentem perducere, poſt hæc comam capitis vno pede & brachio ferociſſimi equi caudam ligare, à quo calcibus & velocitate curſus membratim diſrumpitur. Vuarnharius in regno Burgundiæ ſubſtituitur maior domus, Sacramento, à Chlothario accepto, ne vnquam vitæ ſuæ temporibus degraderetur. In Auſtria idemque hunc

E gradum honoris adſumpſit. Firmatum eſt omne regnum Francorum, ſicut à priore Chlothario dominatum fuerat, cum cunctis theſauris ditioni Chlotharij iunioris ſubiicitur, quod feliciter poſt xvi. annos tenuit, pacem habens cum omnibus gentibus vicinis. Iſte Chlotharius patientiæ deditus, literis eruditus, timens Deum, Eccleſiarum & ſacerdotum magnus muneratator, pauperibus eleemoſynam tribuens, benignum ſe omnibus & pietate plenum oſtendens: venatione ferarũ nimia aſſiduitate vtens, & poſtremum mulierum & puellarum ſuggeſtionibus nimium annuens, ob hoc quidem blaſphematur à Leudibus. *Chlotharij probitas.* Cum anno xxx. regni ſui Burgundiam & Auſtriæ regnum arripuiſſet, Herponem ducem genere Francum loco Eudelani in pago vltra Iuranos inſtituit, qui dum pacem in ipſo pago vehementer arripuiſſet, ſectari malorum nugacitatem, premens ab ipſis pagenſibus inſtigante parte aduerſa conſilio Alethei patritij & Leudemundi Epiſcopi, & Herponis comitis per rebellionis audaciam interficitur. Chlotharius cum in Alſatia villam Aurolegiam cognomento cum Bertrude regina acceſſerat, pacem ſectatus multos iniqua agentes gladio trucidat.

F

Cap. 42. Leodemundus quidem Epiſcopus Sidonenſis ad Bertrudem reginam veniens, conſilio Alethei patritij ſecretius verba ignominioſa dixit, quod Chlotharius eodem anno omnino migraret de ſæculo, vt theſauros quantum poterat ſecretiſſime ad Sidonia ſuam ciuitatem transferret, eo quod eſſet locus tutiſſimus, Aletheus eſſet paratus, ſuam relinquens vxorem, Berthrudem reginam accipere, eo quod eſſet regio genere de Burgundionibus, ipſe ſub Chlothario poſſit regnum adſumere. Regina Berthtudis cum hæc audiſſet, verita ne veritas ſubſiſteret, in lacrymas prorumpens abiit in cubiculum: Leudemundus cernens ſe huiuſcemodi verbis habere periculum, fugaciter per noctem Sedunos petrexit: exinde latente fuga Luxouium ad do-

Leudemundus Epiſc. ob prognoſtica periclitatur. mum Auſtaſij Abbatis peruenit. Poſt hæc ab ipſo Abbate cum domino Chluthario his culpis excuſatur, ad

G ſuam reuerſus eſt ciuitatem, Chlotharius Maſſolaco villa cum proceribus reſidens, Aletheum ad ſe venire præcepit. Huius conſilio iniquiſſimo comperto, gladio trucidare iuſſit. Anno xxxiv. regni Chlotharij Vuarnharium maiorem domus cum vniuerſis pontificibus Burgundiæ Faronis Bonogelo villa ad ſe venire præcepit, ibique cunctis illorum iuſtis petitionibus annuens, præceptionibus roborat.

Cap. 43. Longobardorum gens quemadmodum tributa xii. millia ſolidorum ditioni Francorum annis ſingulis diſſoluebant, reſeram, vel quo ordine duas ciuitates, Auguſtam & Suſium cum territoriis à parte Francorum caſſauerant, non abſcondam. Defuncto Cleophis principe, duces Longobardorum xii. annos ſine regibus transegerunt. Ipſoque tempore, ſicut ſupra ſcriptum legitur per loca in regnum Francorum proruperunt, pro ea præſumptione in compoſitione Auguſtam & Suſium ciuitates cum integro illorũ territorio & po-

H pulum partibus Gunthcramni tradiderunt. Poſt hæc legationem ad Mauritium Imperatorem dirigunt: hi duodecim duces, ſingulos legatarios deſtinant, pacem & patrocinium Imperij petentes: iidemque & alios legatarios xii. ad Gunthcramnum & Childebertum deſtinant, vt patrocinium & defenſionem Francorum habentes xii. millia ſolidorum annis ſingulis his duobus regibus in tributa implerent, vallem cognomento Ametigia partibus Gunthcramni cedentes, his legatis vbi plus congruebat patrocinium ſibi firmarent. Poſt hæc integra deuotione patrocinium eligunt Francorum. Nec mora, poſt permiſſum Gunthcramni & Childeberti cum Chlothario, ducem ſuper ſe Longobardi ſublimant in regno. Alius Autharius, idemque dux cum integro ſuo ducatu ſeditioni tradidit Imperij, ibique permanſit: & Autharius rex tributa quæ Longobardi ad patrem Francorum ſpoponderant annis ſingulis reddidit. Poſt eius diſceſſum filius eius Ago in

regnum

A

regnum ſublimatus, ſimiliter impleſſe, dignoſcitur. Anno 35. regni Clotharij legati tres nobiles ex gente Longobardorum, Agiulfus, Pompeius & Guto ab Agone rege ad Clotharium regem deſtinantur, petentes vt illa 12. millia ſolidorum, quæ annis ſingulis Francorum ætariis diſſoluebant, deberent caſſari, exhibentes ingenioſè ſecretius tria millia ſolidos, ex quibus Vvarnharius mille, Gundolandus mille, & Hunus mille acceperunt: Chlothario vero triginta ſex millia ſolidorum inſimul exhibebant. Quare conſilio ſupra ſcriptorum qui occultè muneribus donati fuerant, Chlotharius ipſa tributa à parte Longobardorum caſſauit, & amicitiam perpetuam cum Longobardis Sacramentis & pactis firmauit.

Tributa Longobardis laxātur.

Cap. 46. *Beretrudis obiit.*

Anno 30 regni Chlotharij Beretrudis regina moritur, quam vnico amore dilexerat Chlotharius, & omnes Leudes bonitatem eius cernentes vehementer amauerant.

Cap. 47. B *Dagobertus.*

Anno 38. regni Chlotharij Dagobertum filium ſuum conſortem regni facit, eúmque per Auſtraſios regem inſtituit, retinens ſibi quod Ardenna & Voſagus verſus Neuſtriam & Burgundiam excludebant.

Cap. 48. *Samonis regni initium.*

Anno 40. regni Chlotharij homo quidam nomine Samo natione Francus, de pago Sennonagago plures ſecum negotiantes adduxit, exercendum negotium in Sclauos cognomento Vvinidos perrexit. Sclaui iam contra Auaros cognomento Hunos, & regem eorum Gaganum cœperant rebellare. Vvinidi, Befulci, Hunis fuerant iam antiquitus, vt cum Huni ab exercitu aonita gentem quamlibet aggrediabantur, Huni pro caſtris adunatum illorum exercitum ſtabant, Vvinidi vero pugnabant: ſi ad inuicem præualebant, ſin autem Vvinidi ſuperabantur, Hunorum auxilio fulti vires reſumebant. Ideo Befulci vocabantur ab Hunis, eo quod duplici in congreſſione certamine vrebantur. Huni hyemandum annis ſingulis in Sclauos veniebant: vxores Sclauorum & filias eorum ſtratu ſumebant, tributa ſuper alias oppreſſiones Sclaui Hunis ſoluebant.

C

Filij Hunorum quos in vxores & filias generauerant, tandem non ſufferentes malitiam ferre, & oppreſſione Hunorum dominationem negantes, vt ſupra memini, cœperant rebellare. Cùm cum exercitu Vvinidi contra Hunos fuiſſent progreſſi, Samo negotians, de quo memoraui ſuperius, cum ipſis in exercitu perrexit: ibique tanta eius fuerat vtilitas, vt de Hunis nimia multitudo gladio Vvinidorum trucidaretur. Vvinidi cernentes vtilitatem Samonis eum ſuper ſe eligunt regem, vbi 35. annos regnauit fœliciter: plura prælia contra Hunos ſuo regimine Vvinidi geſſerunt. Suo conſilio & vtilitate Vvinidi ſemper ſuperarunt. Samo 12. vxores ex genere Vvinidorum habebat, de quibus 22. filios & 15. filias habuit.

Cap 49. *Adaloaldus Euſebij ſuaſu proceres cadit.*

Ipſoque anno 40. Chlotharij Adaloaldus rex Longobardorum filius Agonis regis cum patri ſuo ſucceſſiſſet in regno, legatum Mauritij Imperatoris nomine Euſebium ingenioſè ad ſe venientem benignè ſuſcepit, inunctus in balneo neſcio quibus vnguentis ab ipſo

D

Euſebio perſuadebatur: & poſt hanc vnctionem nec quidquam aliud, niſi quod ab Euſebio hortabatur, facere poterat. Perſuaſus ab ipſo vt primates & nobiliores cunctos in regno Longobardorum interficere ordinaret: illis extinctis ſe cum omni gente Longobardorum Imperio Mauritij traderet. Qui cum iam 12. ex eis nullis culpis extantibus gladio trucidaſſet, reliqui cernentes eorum eſſe vitæ periculum.

Cap 50.

Charoaldum ducem Taurienſem qui germanam Adaloaldi habebat vxorem nomine Gundebertam, omnes ſaniores & nobiliſſimi Longobardorum conſpirantes conſilio in regnum eligunt ſublimandum. Adaloaldus veneno infectus interiit. Charoaldus ſtatim regnum arripuit. Taſo vnus ex ducibus Longobardorum cum teneret Tuſcicanam Prouinciam ſuperbia elatus aduerſus Charoaldum regem cœperat rebellare.

Adaloaldus veneno perit.

Cap. 51.

Gundeberga regina cum eſſet pulchra aſpectu, benigna in cunctis, & pietate pleniſſima Chriſtiana ob eleemoſynas largas præcellente bonitate eius diligebatur à cunctis. Homo quidam nomine Adalulfus ex genere Longobardorum, cum in aula palatij aſſiduè ad obſequium regis conuerſaretur, quadam vice ad reginam veniens, cum in eius ſtaret conſpectu, Gundeberga eum ſicut & cæteros diligens, dixit, Honeſta ſtatura Adalulfum fuiſſe formatum. Ille hæc audiens ad Gundebergam ſecretius ait, Formam ſtaturæ meæ laudare dignata es, ſtratui tuo iube me ſubiungere. Illa fortiter denegans, eúmque deſpiciens in faciem expuens. Adalulfus cernens ſe vitæ periculum habere, ad Charoaldum regem protinus cucurrit, petens vt quod ſecretius ad ſuggerandum habebat exponeret. Loco accepto dixit ad regem: Domina mea regina tua Gundeberga apud Taſonem ducem ſecretius tribus diebus locuta eſt, vt te veneno interficeret, ipſum ſibi coniugatum ſublimaret in regnum, Charoaldus rex his mendaciis auditis credens, Gundebergam in Camello caſtro in turrem exilio trudit, Chlotharius legatos dirigens ad Charoaldum regem, inquirens qua de re Gundebergam reginam parentem Francorum humiliaſſet: Charoaldus his verbis mendacibus quaſi veritas ſubeſſet reſpondit. Tunc vnus ex legatariis nomine Anſoaldus, non quaſi iniunctum habuiſſet, ſed ex ſe ad Charoaldum dixit, Liberare poteras de blaſphemia hâc cauſam: iube illum hominem qui huiuſcemodi verba tibi nuntiauit, armari, & procedat alius de parte reginæ Gundebergæ, quique armatus ad ſingulare certamen iudicio Dei his duobus confligentibus cognoſcetur verum, huius culpæ reputatione ſitne Gundeberga innoxia, an fortaſsè culpabilis. Cúmque hæc Charoaldo regi & omnibus primatibus Palatij ſui placuiſſent, iubet Adalulfum armatum conflictum adire certamen, & de parte Gundebergæ procurantibus conſobrinis Gundebergæ, Charibertus, homo nomine Pitto contra Adalulfum armatus egreditur. Cúmque confligerent certamina Adalulfus à Pitrone interficitur. Gundeberga ſtatim de exilio poſt annos tres regreſſa ſublimatur in regnum.

E

Gundeberga regina falſò veneni accuſatur.

F

Duellum.

G

Cap. 52.

Anno 41. Chlotharij regis, cum Dagobertus iam vtiliter regnaret in Auſtria, quidam ex proceribus de gente nobili Auglolfinga, nomine Rodoaldus, in offenſam Dagoberti cadens, inſtigantibus beatiſſimo viro atque Pontifice Arnulfo & Pippino maiore domus, ſeu & cæteris prioribus ſublimatis in Auſtria, eo quod eſſet Rodoaldus rebus plurimis ditatus, cæterum facultatis cupidus peruaſor, ſuperbiæ deditus, elatione plenus, nec quicquam boni in ipſo reperiebatur. Cumque Dagobertus ipſum vellet pro ſuis facinoribus interficere, Rodoaldus ad Chlotharium terga vertit, vt ſuam cum filio vitam obtinere dignaretur. Chlotharius cum Dagobertum vidiſſet, inter cæteras collocutiones Rodoaldo vitam precatur. Dagobertus promittens, ſi id quod malè geſſerat emendaret, Rodoaldus vitæ periculum non haberet: ſed nulla extante mora cum Rodoaldus cum Dagoberto reuerſus acceſſiſſet, iuſſu Dagoberti interfectus eſt: quem Bertharius homo Scarponenſis euaginato gladio ad oſtium cubiculi capite truncauit.

Rodoaldus occiditur.

H

Cap. 53.

Anno 42. regni Chlotharij Dagobertus aulæ regio, ex iuſſu patris honeſtè cum Leudibus, de Piaro procul Pariſios venit, ibique germanam Sichildæ reginæ nomine Gomatrudem in coniugium accipit. Tranſactis nuptiis die tertia inter Chlotharium & Dagobertum filium ſuum grauis orta fuit contentio. Petebat enim Dagobertus vt cuncta quæ ad regnum Auſtraſiorum pertinabant, ſuæ ditioni vellet tribuere: quod Chlotharius vehementer denegabat eidem, ex hoc nihil velle concedere, electis ab his duobus regibus 12. Francorum proceribus vt eorum diſceptatione hæc finiretur contentio: inter quos & domnus Arnulfus Pontifex Metenſis cum reliquis Epiſcopis eligitur, qui benigniſſimè, vt ſua erat ſanctitas, inter patrem & filium pro pacis loquebatur concordia. Tandem à Pontificibus vel ſapientiſſimis viris proceribus pater pacificator

Chlotharius & Dagobertus filius diſceptant.

A

cum filio, reddénſque ei ſolidatum quod aſpexerat ad regnum Auſtraſiorum, hoc tantum exinde quod citra Ligerem vel in Prouinciæ partibus ſitum erat, ſuæ ditioni retinuit.

Cap. 54. *Godinus nouercã duxit.*

Anno 40. regni Chlotharij Vvarnharius maior domus moritur: filius Godinus animo icuitatis imbutus nouercam ſuam Bertanem eo anno accepit vxorem: vnde Chlotharius rex aduerſus eum nimio furore permotus, iubet Arnebertum ducem qui Godini germanam vxorem habebat, eum cum exercitu interficere. Godinus cernens ſuæ vitæ periculum terga vertens cum vxore ad Dagobertum regem perrexit in Auſtriam & in Eccleſia ſancti Apri regio timore perterritus fecit confugium Dagobertus per legatos pro eius vita ſæpiùs Chlotharium regem deprecabatur. tandem à Chlothario promittitur Godini vita conceſſa, tamen vt Bertanem quam contra Canonum inſtituta vxorem acceperat, relinqueret. Cúmque ipſe reliquiſſet, & reuerſus eſſet in regnum Burgundiæ, Bertane continuo ad Chlotharium

B

perrexit, dicens: Si Godinus conſpectui Chlotharij præſentatur, quod ipſum regem vellet interficere: Godinus iuſſu Chlotharij præcipua loca ſanctorum domni Medardi Sueſſionas, & domni Dionyſij Pariſios ea præuentione Sacramenta daturus adduceretur, vt ſemper deberet Chlothario eſſe fidelis, vt congruè locus eſſet repertus, quo pacto à ſuis interficeretur. Chramnulfus vnus ex proceribus, & Vvaldebertus domeſticus dicentes ad Godinum, vt Aurelianis in Eccle- *Godinus.* ſia ſancti Auiani, & Turonis ad limina ſancti Martini ipſum Sacramentum adhuc impleturus adiret. Quod cum in ſuburbano Carnotis Chramnulfo indicante & tranſmittente hora prandij in quandam villulam veniſſet, ibique Chramnulfus & Vvaldibertus ſuper ipſos cum exercitu irruunt, eúmque interficiunt: & eorum qui eum ipſo adhuc reſtiterant quoſdam interfecerunt, alióſque expoliatos in fugam vertentes relinquunt. Eo anno Palladius eius filius & Sedutius Epiſcopus Tholuſanus incuſante Aigynaoe duce, quod rebellionis

C

Vvaſconorum fuiſſent conſcij, exilio retruduntur. Boſo filius Audeiani de pago Stampinenſi iuſſu Chlotharij ab Arneberto duce interficitur, reputans ei ſtuprum cum Sighildi regina. Eo anno Chlotharius cum proceribus & Leudibus Burgundiæ Trecaſinis coniungitur, cum eos ſollicitaſſet, ſi vellent mortuo iam Vvarnhario alium in eius honoris gradum ſublimare. Sed omnes vnanimiter denegantes, ſe nequaquam velle maiorem domus eligere, regis gratiam obnixè petentes cum rege tranſigere.

Cap. 55.

Anno 24 regni Chlotharij, cum Pontifices & vniuerſi proceres regni ſui tam de Auſtria quam de Burgundia Clypiacum ad Chlotharium pro vtilitate regia & ſalute patriæ conueniſſent, ibique homo nomine Ermenharius, qui gubernator Palatij Chariberti filij Chlotharij erat, à pueris Æginanis genere Saxonum optimatibus interficeretur, penè fuerat exinde nimia multorum ſtrages ſecuta, niſi præſentia Chlotharij interueniente ſimul & hæc curante fuiſſet depreſſum. *Ermenharius necatur.*

D

Ægyna iubente Chlothario in monte Mercurij reſedit, plurimam ſecum habens hominum multitudinem pugnatorum: Produlfus auunculus Chariberti, exercitum vndique colligens, ſuper ipſum Charibertum volebat irruere. Chlotharius Burgundiæ barones ſpecialius iubet vt cuius pars ſuum volebat deſugere iudicium, eorum inſtantia & viribus opprimeretur ea pactione atque iuſſione regia pacantur. Anno 45. regni ſui Chlotharius moritur, & in ſuburbano Pariſiis in Eccleſia ſancti Vincentij ſepelitur. Dagobertus cernens genitorem ſuum fuiſſe defunctum, vniuerſos Leudes quos regebat in Auſtria iubet in exercitu promouere: miſſos in Burgundiam & Auſtriam direxit vt ſuum deberent regimen eligere. Cúmque Remos veniſſet, Sueſſionas peraccedens, omnes Pontifices & Leudes de regno Burgundiæ inibi ſe tradidiſſe noſcuntur. Sed & Auſtraſij Pontifices & proceres plurima pars regnum Dagoberti viſi ſunt expetiſſe. Chariber- *Cap. 56. Chlotharius moritur.*

tus frater ſuus nitebatur, ſi potuiſſet regnum adſumere, ſed eius voluntas pro ſimplicitate parum ſortitur effectum. Produlfus volens nepotem ſtabilire in E regnum aduerſus Dagobertum muſcipulare cœperat: ſed huius rei viciſſitudinem probauit euentus. Cum regnum Chlotharij tam Nepſtrico quam Burgundiæ à Dagoberto fuiſſet præoccupatum, captis theſauris & ſuæ ditioni redactis, tandem miſericordia motus, conſilio ſapientium vſus, eltra Ligerem & limitem Hiſpaniæ, qui ponitur partibus Vvaſconicæ, ſeu & montes Pyrenæos pagos & ciuitates, quod fratri ſuo Chariberto ad tranſigendum ad inſtar priuato habitu ad viuendum potuiſſet ſufficere, conceſſiſſe Pagum Tholoſanum, Chatorcinum, Aganenſem, Petrocoreum, & Sauronicum, vel quod ab his verſus montes Pyrenæos excluditur, hoc tantum Chariberto regendum conceſſit, quod & per pactionis vinculum ſtrinxit, vt amplius Charibertus nullo tempore aduerſus Dagobertum de regno patris repetere præſumeret. Charibertus ſedem Tholoſæ eligens regnat in parte Prouinciæ Aquitaniæ. Poſt annos tres, poſtquam regnare cœpiſſet, totam Vvaſconiam cum exercitu ſuperatam ſuæ ditioni redigit, aliquantulum largiùs regni ſui ſpatium fecit. *Cap. 57.* *Dagobertus fratri partem ſtatuit.*

F

Dagobertus cum iam anno 7. regnaret maximam patris partem, regnum vt ſupra memini Burgundiæ ingreditur. Tanto timore Pontifices proceres in regno Burgundiæ conſiſtentes, ſeu & cæteros Leudes aduentus Dagoberti concuſſerat, vt à cunctis eſſet admirandum: pauperibus iuſtitiam habentibus gaudium vehementer irrogauerat. Cúmque Lingonas ciuitatem veniſſet, tanta in vniuerſis Leudibus ſuis, tam ſublimibus quam pauperibus iudicabat iuſtitia, vt crederetur omnino fuiſſe Deo placibile, vbi nullum intercedebat præmium, nec perſonarum acceptio, niſi ſola dominabatur iuſtitia, quam diligebat altiſſimus. Deinde aggreſſus Diuiona, imóque & Latona reſidens aliquantis diebus, tanta intenſione ad vniuerſum regni ſui populum iuſtitiam iudicandi poſuerat. Huius benignitatis deſiderio plenus nec ſomnum capiebat oculis, nec cibis ſatiabatur, intentiſſimè cogitans, vt omnes cum iuſtitia recepta de conſpectu ſuo læti remearent. Eodem die quo Badona ad Cabillonum deliberare properant, priuſquam luceſceret balneum ingrediens Brunulfum auunculum fratri Chariberti interficere iuſſit, qui ab Amalgario, & Arneperto ducibus & Vvillibaldo Patricio interfectus eſt, eúmque Cabillono vbi iuſtitiæ amore quæ cœperat perficiendo Dagobertus dirigit intentius. Poſt per Auguſtodunum Anthiſiodorum pergens per ciuitatem Senonas Pariſios venit, ibique Gomatrudem reginam Romiliaco villa, vbi ipſam in matrimonium acceperat relinquens, Nanthildem, vnam ex puellis de Monaſterio accipiens reginam ſublimauit. Vſque eodem tempore ab initio quo regnare cœperat conſilio primitus beatiſſimi Arnolphi Metenſis vrbis Pontificis, & Pippini maioris domus vſus, tanta proſperitate regale regimen in Auſtria regebat, vt à cunctis gentibus immenſo ordine laudem haberet. Timore vero ſic forti ſua concuſſerat vtilitas, vt iam deuotione arriperet ſuæ ſe tradere ditioni, vt etiam gentes quæ circa limitem Auatorum & Sclauorum conſiſtunt, cum promptè expeterent, vt ille poſt tergum eorum iret fœliciter, & Auatos & Sclauos cæteraſque gentium nationes vſque manum publicam ſuæ ditioni ſubiiciendos fiducialiter ſpondebat. Poſt diſceſſum beati Arnulfi adhuc conſilio Pippini maioris domus, & Chunberti Pontificis vrbis Coloniæ vſus, & ab ipſo fortiter admonitus tantæ proſperitatis & iuſtitiæ amore complexus vniuerſas ſibi ſubditas gentes vſque Pariſios, vt ſupra memini, peruenit, regebat, vt nullus de Francorum regibus præcedentibus ſua laude fuiſſet præcellentior. *Cap. 58. Dagobertus æquabilitas.* G *Brunulfus interimitur.* *Monialis in reginam aſſumitur.* H

Cap. 59.

Anno 9. regni ſui cum Auſtriam regio cultu circuiret, quandam puellam nomine Ragintrudam ſtrato adſciuit ſuo, de qua eo anno habuit filium nomine

A

Sygobertum. Reuertens in Neptricum, ſedem patris ſui Chlotharij deligens aſſiduè reſidere diſponens. Cum omnis iuſtitiæ quam priùs dilexerat eſſet oblitus, cupiditatis inſtinctu ſuper rebus Eccleſiarum & Leudibus ſagaci deſiderio vellet omnibus vndique ſpoliis nouos implere theſauros. Luxuriæ ſupra modum deditus tres habebat ad inſtar maximè reginas, & plurimas concubinas. Reginæ vero hæ erant, Nanthildis, Vulfigundis, & Berthildis. Nomina concubinarum eo quod plures fuiſſent, piguit huic Chronicæ inſeri. Quod cum auerſum plurimum fuiſſet cor eius, ſicut ſupra memini̇mus, & à Deo cogitatio eius receſſiſſet, tamen poſtea atque vtinam ille mercedis veræ ſtudio fuiſſet: nam eleemoſynam pauperibus ſupra modum largiter erogabat. Si huius rei ſagacitas cupiditatis inſtinctu non præpediſſet, regnum meruiſſet æternum.

Dagoberti luxuria.

Cap. 60. *Pippinus ſuis prudens.*

Cum Leudes ſui eius nequitiam gemerent: hæc cernens Pippinus, cum eſſet cautior cunctis, conſilio valdè pleniſſimus, fide ab omnibus dilectus pro iuſtitiæ amore qua Dagobertum conſilio inſtruxerat, dum ſuo vſus fuerat conſilio, ſibi tamen nequicquam oblitus iuſtitiæ,

B

neque recedens à via bonitatis, cum ad Dagobertum accederet, prudenter agebat in cunctis, & cautum ſe in omnibus oſtendebat: zelum Auſtraſiorum aduerſus eundem vehementer ſuggerebat, vt etiam ipſum cum Dagoberto conarentur facere odioſum, vt potiùs interficeretur. Sed iuſtitiæ amor & Dei timor, quem diligenter amplexus fuerat, ipſum liberauit à malis. Ipſe vero eo anno cum Sigoberto filio Dagoberti ad Aharibertum regem acceſſit.

Cap. 61. *Pax cum Heraclio.*

Charibertus Aurelianos veniens, Sygobertum de ſancto lauacro excepit. Æga vero ac cæteri Auſtraſij conſilio Dagoberti erant ad inſidias. Eo anno legati Dagoberti, quos ad Heraclium Imperatorem direxerat, his nominibus Seruatius & Paternus ad eundem reuertuntur, nunciantes pacem perpetuam cum Heraclio firmaſſe: acta vero miraculi quæ ab Heraclio facta ſunt non prætermittam.

C

Cap. 62. *Focas detruncatus mergitur.*

Heraclius cum eſſet Patricius, vniuerſas Africæ Prouincias, Focas qui tyrannico ordine Mauritium Imperatorem interfecerat, Imperiúmque rapuerat, nequiſſimè regeret, & modo amentiæ theſauros in mare proiiceret, dicens quod Neptuno munera daret: Senatores cernentes quod vellet Imperium per ſtultitiam deſtruere, factione Heraclij Focatem adprehenſum ſanatos manibus & pedibus truncatis lapide ad collum ligato in mare proiiciunt. Heraclius conſenſu ſenatus in Imperium ſublimatur, cum infeſtatione Perſarum Imperium temporibus Mauritij, & Focatis Imperatorum, multæque Prouinciæ fuiſſent vaſtatæ.

Cap. 63. *Heraclij expeditiones.*

More ſolito denuo contra Heraclium Imperatorem Perſæ cum exercitu ſurgentes Chalcidonam ciuitatem nec procul à Conſtantinopoli vaſtantes Perſæ Prouinciæ Reipublicæ peruenirent, eámque erumpentes incendio concremauerunt. Poſt hæc Conſtantinopoli ſedi Imperij propinquantes deſtruere conabantur. Egrediens cum exercitu Heraclius obuiam legatis diſcurrentibus, Heraclius Imperatorem Perſarum petiit nomine Conſtruem, vt hi duo Imperatores ſingulari certamine coniungerentur, ſuſpenſa procul vtriuſque exercitus multitudine, cui victoria præſtaretur ab altiſſimo, is Imperium victi & populum illæſum reperiret.

D

Imperator Perſarum hac conuenientia ſe egreſſurum ad prælium ſingularis certaminis ſpopondit. Heraclius Imperator arma ſumens telam prælij & phalangis ſuis poſt tergum præparatam relinquens, ſingulari certamine, vt nouus Dauid, procedit ad bellum. Imperator Perſarum Conſtrues Patricium quendam ex ſuis, quem fortiſſimum in prælio cernere poterat, huius conuenientiæ ad inſtar pro ſe contra Heraclium ad præliandum direxit. Cúmque vterque cum equis hi duo congreſſione prælij in inuicem propinquarent, Heraclius ait ad Patricium, quem Imperatorem Perſarum Conſtroem æſtimabat, dixit: Sic conuenerat vt ſingulare certamen præliandum poſſimus confligere, quare poſt tergum tuum alij ſequuntur? Patricius ille girans caput, vt conſpiceret qui poſt tergum eius venirent, Heraclius equum calcaneo vehementer vrgens, extrahens gladium caput Patricij Perſarum truncauit,

E

Conſtrues imperator cum Perſis deuictus & confuſus, terga vertens à ſuis propriis tyrannico ordine interficitur. Perſæ terga vertentes ad ſedes remeant proprias. Heraclius auectus nauali cum exercitu Perſas ingreditur, totámque Perſidem ſuæ ditioni redigit, captis exinde multis theſauris, & Vvaltiarnitis tribus annis circiter Perſida vaſtata ſuis ditioni ſubiicitur. Poſt hæc denuo Perſas Imperator ſuperat.

Cap. 64. *Heraclius fortis & pulcher præuidit Iudæos orbi vaſtaturos.*

Heraclius Imperator erat ſpecioſus conſpectu, pulchra facie, ſtatu, forma, digna menſura, fortiſſimus exercitis, pugnator egregius. Nam & ſæpe è Peones in arena, & inermis plures ſolus interfecit. Cum eſſet literis nimium eruditus, Aſtrologus efficitur, per quod cernens à circumciſis gentibus diuino nutu Imperium eſſe vaſtandum, ad Dagobertum regem Francorum dirigens, petit vt omnes Iudæos regni ſui ad fidem Catholicam baptizandos perciperet. Quod protinus Dago-

F

bertus impleuit. Heraclius per omnes Prouincias Imperij tale idémque facere decreuit: Ignorabat enim vnde hæc calamitas contra Imperium ſurrectura eſſet.

Cap. 65. *Agareni & Sarraceni irruunt.*

Agareni, qui & Sarraceni, ſicut Oroſij liber teſtatur, gens circumciſa à latere montis Caucaſi, ſuper mare Caſpium terram Ercoliæ cognomento iam olim conceſſerant, in nimia multitudine creuerant: tandem arma ſumentes Prouincias Heraclij Imperatoris ad vaſtandum irruunt: contra quos Heraclius milites ad reſiſtendum direxit. Cúmque præliari cœpiſſent, Sarraceni milites ſuperant, eóſque gladio grauiter trucidant. Fertur in eo prælio 150. millia militum à Sarracenis fuiſſe interfecta: ſpolia eorum Sarraceni per legatos Heraclio recipienda offerunt. Heraclius cupiens ſuper Sarracenos vindictam, nihil ab his recipere voluit. Congregata vndique per vniuerſas Prouincias nimia multitudine militum, tranſmittens Heraclius legationem ad portas Caſpias, quas Alexander Magnus

G

Caſpia porta.

Macedo ſuper mare Caſpium æneas fieri & ferare iuſſerat, propter inundationem gentium ſæuiſſimarum quæ vltra montem Caucaſi culminis habitabant, eaſdem portas Heraclius aperire præcepit: indéque 150. millia pugnatorum auro locatorum auxilio ſuo contra Sarracenos ad præliandum mittit. Sarraceni duos habentes principes, 200. ferè millia erant. Cúmque caſtra nec procul inter ſe exercitus vterque poſuiſſent, ita vt in craſtinum bellum inirent confligentes, eadem nocte gladio Dei Heraclij exercitus percutitur. In caſtris 52. millia ex militibus Heraclij in ſtratu mortui ſunt: Cúmque in craſtinum deberent ad prælium egredi, cernentes ſui exercitus milites partem maximam, diuino iudicio interfectam, aduerſus Sarracenos nec auſi ſunt inire prælium. Regreſſus omnis exercitus Heraclij ad proprias ſedes, Sarraceni more quo cœperant Prouincias Heraclij Imperatoris aſſiduè vaſtare pergebant. Cum iam Hieroſolymam propinquaſſent, Heraclius videns quod eorum violentiæ non potuiſſet reſiſtere, nimia amaritudine mœrore arreptus infœlix, Eutichianam hæreſim iam ſectans, Chriſti cultum iam relinquens, habens vxorem filiam ſororis ſuæ, à febre vexatus crudeliter vitam finiuit. In cuius ſucceſſit Imperij gradum Conſtantinus filius eius, cuius tempore reſpublica à Sarracenis nimium vaſtatur.

Exercitus Heraclij diuinitus caditur.

Heraclius Eutichianus moritur.

Cap. 66. *Charibertus occiditur.*

Anno 9. Dagoberti, Charibertus rex moritur relinquens filium paruulum nomine Chilpericum, qui nec poſt moram defunctus eſt. Fertur factione Dagoberti fuiſſe interfectum. Omne regnum Chariberti, vna cum Vvaſconia Dagobertus protinus ſuæ ditioni redigit: theſauros quoque Chariberti Baronto duce ſibi præſentandos direxit. Vnde Barontus graue diſpendium feciſſe dignoſcitur, vna cum theſaurariis faciens, nimium exinde fraudulenter ſubtraxit.

Cap. 67. *Bellorum*

Eo anno Sclaui cognomento Vvinidi in regno Samonis negociantis Francorum, cum plurimam multitu-

A dinem interfeciſſent, & rebus expoliaſſent, (hoc fuit initium inter Dagobertum & Samonem regem Sclauorum) dirigéuſque Dagobertus Sicharium legatarium ad Samonem, petens vt negotiantes quos ſui interfecerant, & res quas illicitè vſurpauerant, cum iuſtitia faceret emendare. Samo nolens Sicharium videre, ſe ad eum venire non permittit. Sicharius veſtem indutus ad inſtar Sclauorum cum ſuis ad conſpectum peruenit: Samoni vniuerſa quæ iniuncta habebat nunciauit: ſed vt habet gentilitas & ſuperbia prauorum, nihil à Samone quæ ſui admiſerant eſt emendatum, niſi tantum placita vellent inſtituere de his & aliis intentionibus, quæ inter has partes ortæ fuerant, vt iuſtitia redderetur inuicem. Sicharius ſicut ſtultus legatus verba improperij, quæ iniuncta non habuerat, & minas aduerſus Samonem loquitur, eo quod Samo & populi regni ſui Dagoberto deberent ſeruitium. Samo reſpondens iam ſaucius dixit, Et terram quam habemus Dagoberti eſt, & nos ſui ſumus, ſi tamen nobiſcum diſpoſuerit amicitias conſeruare Sicharius dicens,

Dagoberti cum Sclauonibus exordium. Regin. lib. chron. 1.

B Non eſt poſſibile vt Chriſtiani Dei ſerui cum canibus amicitias colere poſſent. Samo è contrario dixit, Si vos eſtis Dei ſerui, & nos ſumus Dei canes, dum vos aſſiduè contra ipſum agitis, nos permiſſum accipimus vos morſibus lacerare eiectus eſt Sicharius de conſpectu Samonis. Cum hæc Dagoberto nuntiaſſet, Dagobertus ſuperbiter iubet de vniuerſo regno Auſtraſiorum contra Samonem & Vuinidos mouere exercitum: vbi tribus turmis phalangæ ſuper Vuinidis exercitus ingreditur: etiam & Longobardi ſollicitatione Dagoberti hoſtiliter in Sclauos pertexerunt. Sclaui his & aliis locis è contrario præparantes, Alamannorum exercitus cum Chlodoberto duce in parte quam ingreſſus eſt victoriam obtinuit. Longubardi itidémque victoriam obtinuerunt, maximum numerum captiuorum de Sclauis Alamanni & Longobardi ſecum duxerunt. Auſtraſij vero cum ad caſtrum Vocaſtinſe, vbi plurima manus fortium Vuinidorum morabatur, circundantes triduo

Canes Dei.

C præliantes, pluréſque de exercitu Dagoberti gladio trucidantur, & exinde fugaciter omnea tentoria & res quas habuerunt relinquentes, ad proprias ſedes reuertuntur. Multis poſt hæc vicibus Vuinidi in Thoringia & reliquos vaſtando pagos in Francorum regnum irruunt. Etiam & Deruanus dux gentis Vrbium, qui ex genere Sclauinorum erant, & ad regnum Francorum iam olim aſpexerant, ſe & regnum Samoni cum ſuis tradidit. Iſtámque victoriam quam Vuinidi contra Francos meruerunt, non tam Sclauinorum fortitudo obtinuit quam dementia Auſtraſiorum, dum ſe cernebat cum Dagoberto odium incurriſſe, & aſſiduè expoliarentur.

Cap. 68. Eo anno Charoaldus rex Longobardorum legatos ad Hyſacium Patricium ſecretius mittens rogat, vt Aſonem ducem Prouinciæ Tuſcanæ, quo poterat ingenio interficeret. Huius beneficij viciſſitudine tributa, quæ Longobardi de manu publica recipiebant tria centenaria auri annis ſingulis: Vnde vnum centenarium auri

D Charoaldus rex partibus Imperij de præſenti caſſaret. Hyſacius Patricius hæc audiens, tractabat quibus ingeniis hoc poſſet implere, Taſoni ingenioſè mandans, dum in offenſa Charoaldi erat, cum ipſo amicitias obligaret, ipſe vero contra Charoaldum regem ei auxiliaretur. Tali præuentus fraude, Rauennam pergit. Hyſacius ei obuiam mandans, præ timore Imperatoris Taſonem cum ſuis infra muros Rauennæ vrbis armatum non audere recipere. Cúmque Taſo credens arma ſuorum foris, vrbem relinquens in Rauennam fuiſſet egreſſus, ſtatim qui fuerant præparati ſuper Taſonem irruunt, & ipſum & ſuos omnes qui cum ipſo venerant interficiunt. Charoaldus rex vnum centenarium auri, ſicut promiſerat partibus Hyſacij & Imperij remiſit. Duo tantum centenaria auri deinceps Longobardis à Patricio Romanorum annis ſingulis numerantur, vnus centenarius centum libras auri capit. Poſt hæc continuo Charoaldus rex moritur.

Charoaldus Taſonem necat.

E Gundeberga regina eo quod omnes Longobardi eidem fidem cum Sacramentis firmauerant, Chrotharium quendam, vnum ex ducibus de territurio Briaiæ ad ſe venire iubet: eum compellens vt vxorem quam habebat relinqueret, & eam matrimonio acciperet, per ipſam omnes Longobardi eum ſublimabant in regno. Quod Chrotharius libenter conſentiens, Sacramentis per loca ſanctorum firmans, ne vnquam Gundebergam poſtponeret, nec de honore gradus aliquid minueret ipſámque vnicè diligens in omnibus honorem præſtaret condignum: Gundeberga attrahente omnes Longobardorum primates Chrotharium ſublimant in regno. Chrotharius cum regnare cœpiſſet multos Longobardorum nobiles, quos ſibi ſenſerat contumaces interfecit. Chrotharius fortiſſimam diſciplinam & timorem in omne regnum Longobardorum pacem ſectans fecit. Chrotharius oblitus Sacramenti quod Gundebergæ dederat, eámque in vnum cubiculum Ticini in aula palatij retrudit, eámque priuato habitu viuere

Cap. 69.

Gundeberga Chrotharium ab vxore amouet.

Chrotharius tyranniſat.

F fecit: quinque annos ſub ea retruſione finiuit: Chrotharius per Concubinas debacchabatur aſſiduè, Gundeberga eo quod eſſet Chriſtiana in hac tribulatione benedicebat Deum omnipotentem, ieiuniis & orationibus aſſiduè vacans.

Cap. 70. Quando Deo complacuit Aubedo legatarius directus à Chlothario rege, legationis vſque Chrotharium regem, Longubardorum Papiam cognomento Ticino ciuitatem Italiæ perueniſſet, cernens reginam quam ſæpius in legatione veniens viderat, & ab ipſa benignè ſemper ſuſceptus fuerat, fuiſſe retruſam, quaſi iniunctum habens, exinde inter cætera Chrothario regi ſuggeſſit, quod illam parentem Francorum quam reginam habuerat, per quam etiam regnum adſumpſerat, non debuiſſet humiliare. Exinde reges Francorum & Franci eſſent ingrati, quam Chrotharius de præſenti reuerentiam Francorum habens, iubet egredi foras, & poſt quinque circiter annos per totam ciuitatem & foris Gundeberga regali ordine per loca

Gundeberga per Aubedonem honori reſtituitur.

G ſanctorum ad orationem egreditur, de villis & opibus fiſci, quod habuerat Chrotharius ei reſtaurari præcepit, quod ad vſque diem obitus ſui, & gradū dignitatis, & opibus pluribus ditata regio cultu poſt fœliciter tenuit. Aubedo vero à Gundeberga regina fortiter remuneratur, Chlotharium cum exercitu Genuam maritimam, Albinga, Nuuaria, Cottiſſaonia, vbi Tergio & Lunæ ciuitates littoris maris de Imperio auferens vaſtat, rumpit, incendio concremans, populum diripit, ſpoliat & captiuitate condemnat, murόſque earum vſque ad fundamentum deſtruens, vicos has ciuitates nominare præcepit.

Cap. 71. Eo anno inter Habarorum cognomento Hunorum & regnum Hiſpaniæ ſurrexit vehemens contentio, eo quod de regno certarent, cui deberetur ſucceſſio. Vnus ex Habaris, & alius ex Bulgaris collecta multitudine inuicem pugnarunt. Tandem Habari Bulgaros ſuperant. Bulgaris ſuperatis, nouem millia virorum cum vxoribus & liberis de Pannonia expulſi, ad Dagobertum expe-

H tunt, petentes vt eos in terra Francorum manendum reciperet. Dagobertus iubet eos hyemandum Baioarios recipere, dummodo pertractaret cum Francis quid exinde fieret. Cúmque diſperſi per domus Baioariorum ad hyemandum fuiſſent cum conſilio Francorum, Dagobertus Baioarios iubet, vt Bulgaros illos cum vxoribus & liberis vnuſquiſque in domo ſua in vna nocte Baioarij interficerent; quod protinus à Baioariis eſt impletum: nec quiſquam ex illis remanſit ex Bulgaris, niſi tantum Alticus cum ſeptingentis viris, vxoribus & liberis, qui in Marchia Vuinidorum ſaluatus eſt. Poſt hæc cum Valduco duce Vuinidorum annis plurimis vixit cum ſuis.

Baioarij Bulgaros vna nocte interficiunt.

Cap. 72. Eo anno quid partibus Hiſpaniæ vel eorum regibus contigerit non prætermittam. Defuncto Syſibudo rege clementiſſimo, cui Sintilla ante annum circiter ſucceſſerat in regnum: cum eſſet Sintilla nimium in ſuis iniquus, & cum omnibus regni ſui primatibus odiū incurreret,

Sintilla.

A

curreret, cum conſilio cæterorum Siſenandus quidem ex proceribus Dagobertum expetit, vt ei cum exercitu auxiliaretur, qualiter Sintillanem degradaret, à regno, in huius beneficij repenſionem miſſurum aurum nobiliſſimum ex theſauris Gothorum, quem Thorſemodus rex ab Eticio patricio ſuſceperat, Dagoberto dare promittit, penſante auri pondus quingentos. Quo audito Dagobertus, vt erat cupidus, exercitum in auxilium Siſenandi totum regnum Burgundiæ bannire præcepit. Cumque in Hiſpania diuulgatum fuiſſet exercitum Francorum auxiliando Siſenando egredi, omnis Gothorum exercitus ſe ditioni Siſenandi ſubegit. Habundantius & Venerandus dum exercitu Tholoſano tantum vſque Cæſaraguſtam ciuitatem cum Siſenando acceſſerunt, ibique omnes Gothi de regno Hiſpaniæ Siſenandum ſublimant in regnum. Habundantius & Venerandus cum exercitu Tholoſano muneribus honorati reuertuntur ad proprias ſedes. Dagobertus legationem ad Siſenandum regem Amalgarium ducem & Venerandum dirigit, vt miſſurium illum quem promiſerat eidem dirigeret: cúmque miſſurius ille legatariis fuiſſet traditus, à Gothis per viam tollitur, nec eum exinde exhibere permiſerunt. Poſtea diſcurrentes legatos ducenta millia ſolidorum miſſurij huius pretij Dagobertus à Siſenando accipiens ipſum penſauit.

Siſenandus per Dagob. rex creatur.

B

Cap. 73. Dagobertus pergit in Vuinidos.

Anno X. Regni Dagoberti, cum ei nuntiatum fuiſſet, exercitum Vuinidorum Thoringiam fuiſſe ingreſſum, de regnô Auſtraſiorum, de Metis vrbe promouens, tranſiit Ardennam, Moguntiámque magno cum exercitu aggreditur diſponens Rhenum tranſire. Scaram de electis viris fortibus de Auſtria & Burgundia cum ducibus & Graffionibus, ſecum habens Saxones miſſos ad Dagobertum dirigunt, petentes vt eis tributa quæ fiſci ditionibus diſſoluebant indulgeret: ipſi vero eorum ſtudio & vtilitate Vuinidis reſiſtere ſpondent, & Francorum limitem de illis partibus cuſtodire promittunt. Quod Dagobertus conſilio Neuſtraſiorum adeptus præſtitit Saxonibus, qui his petitionibus ſuggerendum venerant. Sacramentum, vt eorum mos erat, ſuper arma placita pro vniuerſis Saxonibus firmant. Sed parum hæc promiſſio fortitur effectum: tamen tributum Saxones quod reddere conſueuerant præceptione Dagoberti habent indultum, quingentas vaccas inferendas annis ſingulis à Chlothario ſeniore cenſiti reddebant, quod à Dagoberto caſſatum eſt.

C

Vaccarũ tributum.

Cap. 74

Anno XI. Regni Dagoberti cum Vuinidi iuſſu Samonis vehementer ſæuirent, & ſæpè tranſcenſo ſuo limite regnum Francorum vaſtando, Thoringiam & reliquos pagos ingrederentur. Dagobertus Metis vrbem veniens, cum conſilio pontificum ſeu & procerum, omnibuſque primatibus regni ſui conſentientibus Sygobertum filium ſuum in Auſtriæ regno ſublimauit, ſedemque Metis ciuitatem habere permiſit. Hunbertum coloniæ vrbis pontificem, & Adalgyſilum ducem palatij, ad regnum gubernandum inſtituit Theſaurum quod ſufficeret filio tradidit, condignè vt decuit eum hoc culmine ſublimauit, & quodcunque eidem largitus fuerat, ſingillatim præceptionibus roborauit. Deinceps Auſtraſij eorum ſtudio limitem, & regnum Francorum contra Vuinidos vtiliter defendiſſe noſcuntur.

Sygoberti ſtatuitur regnũ in Auſtria.

D

Cap. 75.

Cumque anno XII. Regis Dagoberti eidem filius nomine Chlodoueus de Nanthilde regi natus fuiſſet, conſilio Auſtraſiorum & eorum admonitione, per pactionis vinculum cum Sygiberto filio ſuo firmaſſe dignoſcitur. Et Auſtraſiorum omnes primarij pontifices, cæterique Leudes Sygoberti manus eorum ponentes inſuper ſacramentis firmauerunt, vt Neptricum & Burgundia ſolidato ordine ad regnum Chlodouei poſt Dagoberti diſceſſum aſpiceret. Auſtria vero itidem ordine ſolidato, eo quod de populo & de ſpatio terræ eſſet coæquans ad regnum Sygoberti, idemque in integritate deberet aſpicere, & quicquid ad regnum Auſtraſiorum iam olim pertineret, hoc Sygobertus rex ſuæ ditioni gerendum acciperet, & perpetuo dominandum haberet, excepto ducatu Dentelini: quod ab Auſtraſiis iniquiter abſtulerat, iterum ab Auſtraſiis ſeiungeretur, & Chlodouei regi ſubijceretur. Sed has pactiones Auſtraſij terrore Dagoberti coacti vellent nollent firmaſſe viſi ſunt. Quod poſtea temporibus Sygoberti & Chlodouei regis conſeruatum fuiſſe conſtat.

Pactio Auſtraſiorum.

E

Cap. 76. Radulph. elatus victoria rebellat.

Radulfus rex filius Chamari, quem Dagobertus Thoringiæ ducem inſtituit, pluribus vicibus cum exercitu Vuinidorum dimicans, eoſque victos verrit in fugam. Huius victoriæ ſuperbia elatus, & contra Adalgiſilum ducem diuerſis occaſionibus inimicitias tendens, paulatim contra Sygobertum iam tunc occœperat rebellare. Sed vt dictum eſt ſic agebat, diligit rixas, meditatur diſcordias.

Cap. 78. Chadoinus referendarius.

Anno XIV. Regni Dagoberti, cum Vuaſcones fortiter rebellarent, & multas prædas in regno Francorum quod Charibertus tenuerat, facerent, Dagobertus de vniuerſo regno Burgundiæ exercitum promouere iubet, ſtatuens eis caput exercitus nomine Chadoinum referendarium, qui temporibus Theodorici regis quondam multis prœliis probabatur ſtrenuus, qui cum X. ducibus cum exercitibus, id eſt, Almagario, Aremberto, Laudeberto, Vvandalmaro, Vvalderico, Ermenrico Baranto, Hariardo ex genere Francorum, Ranleno ex genere Romano, Vvilibaldo patritio ex genere Burgundionum, Æghino ex genere Saxonum, exceptis comitibus plurimis, qui ducem ſuper ſe non habebant, in Vvaſconia cum exercitu perrexiſſent, & totam Vvaſconiæ patriam cum exercitu Burgundiæ repleuiſſent, Vvaſcones de intermontium rupe egreſſi ad bellum properant. Cúmque prœliare cœpiſſent, vt eorum mos erat, terga vertentes, dum cernerent ſe eum paucis ſuperandos, in paucis vallium montes Pyrenæos latebram dantes ſe locis tutiſſimis per rupes eorundem montium latitarunt, exercitus poſt tergum eorum cum ducibus inſequens, plurimos numero captiuorum Vvaſcones ſuperatos, ſeu & ex his multitudine interfectos, omnes domus eorum incenſas peculiis & rebus expoliant, tandem Vvaſcones oppreſſi ſeu perdomiti veniam & pacem à ſuperſcriptis ducibus petentes, promittunt ſe gloriæ & conſpectui Dagoberti regis præſentaturos, & ſuæ ditioni traditos cuncta ab eodem iniuncta impleturos fœliciter exercitus abſque vlla læſione ad patriam repedarunt. Sed Aremberto duces maximi: cum ſenioribus & nobilioribus exercitus ſui per negligentiam à Vvaſconibus in valle Subola fuerunt interfecti. Exercitus vero Francorum qui de Burgundia in Vvaſconia acceſſerant, patrata victoria redeunt ad proprias ſedes. Dagobertus Clippiaco reſidens mittit nuntios in Britanniam, quod Britones malè admiſerant, velociter emendarent, & ditioni ſuæ ſe traderent: alioquin exercitus Burgundiæ qui in Vvaſconia fuerant, de præſenti in Britannias debere irruere. Quod audiens Iudacaile rex Britannorum curſu veloci Clippiacum cum multis muneribus ad Dagobertum perrexit, ibique veniam petens, cunctáque quæ ſui regni Britanniæ pertinentes, Leudibus Francorum illicitè perpetrauerant, emendare ſpopondit, & ſemper ſe, & regnum quod regebat Britanniæ ſubiectum ditioni Dagoberti, & Francorum regibus eſſe promiſit. Sed tamen cum Dagoberto menſam vel ad prandium diſcumbere noluit, eo quod eſſet Iudacaile religioſus & timens Deum valde. Cúmque Dagobertus reſediſſet ad prandium, Iudacaile egrediens de palatio ad manſionem Dadonis referendarij, quem cognouerat ſanctæ religionis ſectantem, acceſſit ad prandium: indeque in craſtino Iudacaile rex Dagoberto valè dicens in Britanniam repedauit, condignè tamen à Dagoberto muneribus honoratur.

F

Exercitus Dagoberti in Vvaſcones.

G

Iudacaile rex Britannorum Dagoberti cum munerib. obuiam venit.

H

Vaſcones deditio.

Anno XV. Regni Dagoberti Vvaſcones omnes ſeniores terræ illius cum Ainando duce ad Dagobertum Clippiacum venerunt, ibique in Eccleſia S. Dionyſij regio timore perterriti confugium fecerunt: Clementia Dagoberti vitam habent indultam: ibique ſacramentis Vvaſcones firmantes, ſimul & promittentes ſe omni tempore Dagoberto & filiis ſuis, regnóque Francorum

fideles

A

fideles fure, quod more ſolito, ſicut ſemper fecerant, poſthac probauit euentus. Permiſſu Dagoberti Vvaſcones regreſſi ſunt in terram Vvaſconiæ.

Cap. 79. Dagobertus ventris profluuio obiit.

Anno XVI. Regni ſui Dagobertus profluuio ventris in Spinogelo villa ſuper Sigona fluuio, nec procul à Pariſiis ægrotare cœpit, exinde ad baſilicam S. Dionyſij à ſuis defertur. Poſt paucos dies cum vitæ ſuæ ſentiret periculum: Æganem ſub celeritate ad ſe venire præcepit, reginam Nanthildem, & filium ſuum Chlodoueum, eidem in manum commendans, ſe iam diſceſſurum ſciens, conſilium Æganæ pergratum habens, quod eum eius inſtantia regnum ſtrenuè gubernare poſſit. His geſtis, poſt paucos dies Dagubertus emiſit ſpiritum, ſepultúſque eſt in Eccleſia S. Dionyſij, quam prius condignè ex auro & gemmis & multis precioſiſſimis ſpeciebus ornauerat, & condignè in circuitu fabricari præceperat, patrocinium ipſius precioſum expetens. Tantæ opes ab eodem in villas & poſſeſſiones multas per plurima loca ibi ſunt collatæ, vt miraretur à plurimis. Pſallentium

B

ibidem ad inſtar monaſterij ſanctorum Agaunenſium inſtituere iuſſerat, ſed facilitas Abbatis Aegulfi eandem inſtitutionem noſcitur reſtagaſſe. Poſt Dagoberti diſceſſum filius ſuus Chlodoueus ſub tenera ætate regnum patris adſciuit: omnéſque Leudes de Auſtris & Burgundia cum Maſolaco villa ſublimant in regnum. Aega vero cum regina Nanthilde, quam Dagubertus reliquerat, regebat, Palatium.

Cap. 80. Aega regia domus præfectus.

Anno primo regni Chlodouei, ſecundo, & imminente regni eiuſdem tertio condignè Palatium gubernat & regnum. Aega vero inter cæteros primates Neptriei prudentius agens, & plenitudine patientiæ imbutus cunctis erat præcellentior. Eratque genere nobilis, opibus abundans, iuſtitiam ſectans, eruditus in verbis, paratus in reſponſis, tantummodo à plurimis blaſphemabatur, eo quod eſſet auaritiæ deditus. Facultates plurimorum quæ iuſſu Dagoberti in regno Burgundiæ & Neptrico illicite fuerant vſurpatæ, & fiſci ditionibus contra modum iuſtitiæ redactæ, conſilio Aeganis omnibus reſtaurantur.

C

Cap. 81.

Eo anno Cooſtantinus Imperator moritur. Conſtans filius eius ſub tenera ætate conſilio ſenatus in Imperio ſublimatur, quod eius tempore grauiſſimè à Sarracenis vaſtatur. Hieroſolyma à Sarracenis capta, cæteræque ciuitates euerſæ, Ægyptus ſuperior & inferior à Sarracenis perusditur: Aleſandria capitur & prædatur: Aphrica tota vaſtatur, & à Sarracenis poſſidetur. Paululum, ibique Gregorius patritius à Sarracenis eſt interfectus. Conſtantinopolis tantum cum Thraciana prouincia Imperij ditioni remanſerat. Nam maximè totum Imperium à Sarraceois grauiter fuit adtritum etiam, & poſtremum Imperator Conſtans conterritus atque compulſus, effectus eſt Sarracenorum tributarius, vt vel Conſtantinopolis cum paucis prouinciis & inſulæ ſuæ ditioni reſeruaretur. Tribus annis circiter (& fertur adhuc amplius) per vnumquemque diem mille ſolidos auri ærariis Sarracenorum Cooſtans implebat: Tandem

Hieroſolyma à Sarracenis capitur.

D

Conſtans Imp. tributarius Sarracenorum.

reſumptis viribus Conſtans Imperium aliquantiſper recuperans, tributa Sarracenis implenda refutat. Quemadmodum factum fuiſſet euentum anno in quo impletum eſt in ordine debito referam, & ſcribere non ſilebo, donec de his & aliis optata, ſi permiſerit Deus, perficiam, huic libello cuncta mihi ex veritate cognita inſeram.

Cap. 82.

Eo anno Sintilla Rex Hiſpaniæ, qui Siſenando in regno ſucceſſerat, defunctus eſt. Huius filius nomine Tolga ſub tenera ætate Hiſpaniis petitione patris ſublimatur in regno. Gotthorum gens impatiens eſt, quando ſuper ſe fortè iugum non habuerit. Huius Tolganis adoleſcentia omnis Hiſpania more ſolito vitiatur, diuerſa committens inſolentia. Tandem vnus ex primatibus, nomine Chyntaſindus collectis plurimis ſenatoribus Gotthorum, cæteróque populo in regnum Hiſpaniæ ſublimatur, qui Tolganum degradatum ad honorem clericatus tonſurari fecit, & omnem Hiſpaniam ſuæ ditioni firmauit. Cognito morbo Gottho-

Tolgas

E

rex Gotthorum tonſuratur.

rum, quem de regibus degradandis habebant, vnde ſæpiùs cum ipſis in conſilio fuerant, quoſcunque ex eis huius vitij promptum contra reges, qui à regno expulſi fuerant, cognouerat fuiſſe noxios, omnes ſingillatim iuber interfici, alioſque exilio condemnari, eorumque vxores & filias ſuis fidelibus cum facultatibus tradit. Fertur de primatibus Gotthorum hoc vitio repriuendo CC fuiſſe interfectos: de mediocribus quingentos interficere iuſſit, quoadusque hunc morbum Gotthorum Chyntaſindus cognouiſſet perdomitum, non ceſſauit quos ſuſpectos habebat gladio trucidare. Gotthi vero à Chyntaſindo perdomiti nihil aduerſus eundem auſi ſunt, vt de regibus conſueuerant inire conſilium. Chyntaſindus cum eſſet plenus dierum, filium ſuum nomine Richyſindum in omni regno Hiſpaniæ regem ſtabiliuit. Chyntaſindus pœnitentiam agens, eleemoſynam multam de rebus propriis faciens, plenus ſenectute fertur nonagenarius mortuus eſſe.

Gotthorũ vitium de regib. mutandis crudeliter vlciſcitur Chyntaſind.

Cap. 83.

F

Aega moritur.

Anno III. Regni Chlodouei regis, Æga in Clipſiaco villa vexatus à febre moritur. Ante paucos dies Ermenfridus, qui filiam Ægatis vxorem acceperat Ænulfum comitem in Albiudere vico in mallo interfecit. Ob hanc rem grauiſſima ſtrages de ſuis rebus iuſſione & permiſſu Nanthildæ à parentibus Ænulfi & populo plurimum fit. Ermenfridus in Auſtria ad baſilicam Sancti Remedij fecit confugium: ibidem diebus plurimis hanc infeſtationem deuitando, & regium timorem, reſedit.

Cap. 84. Erchenoaldus creatur maior palatij.

Poſt diſceſſum Æganæ Erchenoaldus maior domus, qui conſanguineus fuerat de genitrice Dagoberti, maior domus palatij Chlodouei efficitur. Erat homo patiens, bonitate plenus cum eſſet patiens & cautus, humilitate & benigna voluntate circa ſacerdotes, patienter & benignè reſpondens, nullamque timens ſuperbiam, nec cupiditate ſæuiebat: tantum in ſuo tempore pacem ſectans fuit, vt Deo eſſet gratum. Erat ſapiens, ſed cum ſimplicitate, rebus menſuratim ditatus, ab omnibus erat dilectus. Igitur poſt diſceſſum Dagoberti Regis quo ordine eiuſdem theſauri inter filios diuiſi fuerant, non omittam, Sed dilucidato ordine huius voluminis inſeri procurabo.

G

Cap. 86. Auſtraſiani Sygeberto perſoluunt.

Cum Pippinus maior domus poſt Dagoberti obitum, & cæteri duces Auſtraſiorum qui vſque in tranſitu Dagoberti ſuæ fuerant ditionis, vetanti Rogoberto vnanimem conſpirationem experiiſſent, Pippinus cum Humberto, ſicut & prius amicitiæ cultu in inuicem colloesti fuerant, & nuper ſicut & prius amicitia vehementer ſe firmiter perpetuo conſeruandа obligant, omnéſque Leudes Auſtraſiorum ſecum vterque prudenter & cum dulcedine attrahentes, eos benignè gubernantes eorum amicitiam conſtringunt, ſempérque ſeruant. Igitur diſcurrantibus legatis partem Sygoberto debitam de theſauris Dagoberti Nanthildæ reginæ & Chlodoueo regi à Sygoberto requiritur, quod reddendum placitè inſtituitur. Humbertus pontifex vrbis Coloniæ, & Pippinus maior domus cum aliquibus primatibus Auſtriæ à Sygoberto directi villam Compendium vſque perueniunt, ibique theſaurus Dagoberti iubente Nan-

H

thilde & Chloduueo inſtantis æganis maioris domus præſentatur, æqua lance diuiditur: tertiam tamen partem, de qua Dagobertus adquiſierat, Nanthildis regina recipit. Humbertus & Pippinus hunc theſaurum, quæ pars fuerat Sygoberti Metem faciunt perduci, Sygoberto præſentare & deſcribere. Poſt vero anni circuitum Pippinus moritur, nec paruum dolorem eiuſdem tranſitus cunctis generauit in Auſtria, eo quod ab ipſis pro iuſtitiæ coltu & bonitate eiuſdem dilectus fuiſſet. Grimoaldus filius eius cum eſſet ſtrenuus ad inſtar patris diligitur à plurimis.

Pippinus moritur.

Cap. 87. Otto, Grimoaldus.

Otto quidam filius Vronis domeſtici, qui baiulus Sygoberti ab adoleſcentia fuerat, contra Grimoaldum ſuperbia tumens, & zelum ducens, eum eum deſpicere conaretur, Grimoaldus cum Humberto Pontifice ſe in amicitiam conſtringens cœperat cogitare, quo ordine Otto de palatio eiiceretur, &

gradum

A gradum patris Grimoaldus adſumeret.

Cap. 87. *Sygoberti pugna cũ Radulpho.* Cúmque Anno VIII. Sygobertus regnaret, & Radulfus Dux Thoringiæ vehementer Sygoberto rebellare diſpoſuiſſet, iuſſu Sygoberti omnes Leudes Auſtraſiorum in exercitu gradientes banniti ſunt. Sygobertus Rhenum cum exercitu tranſiens, gentes vndique de vniuerſis regni ſui pagis vltra Rhenum cum ipſo adunatæ ſunt. Primo in loco Fatus filius Chroaldi nomine cum Radulfo vnitum habebat conſilium, exercitum Sygoberti trucidans rupit, Ipſúmque interfecit: omnem populum huius Fari qui gladium euaſit in captiuitatem deputat. Omnéſque primarij exercitus dextras inuicem dantes, vt nullus Radulfo vitam concederet: ſed hæc promiſſio non ſortitur effectum. Sygobertus deinde Buchoniam cum exercitu tranſiens, Thoringiam properans: Radulfus hæc cernens ſignis monitus, in quodam monte ſuper Vnſtrade fluuio in Thoringiam conſtruens exercitum, vndique quantum plus potuit colligens, cum vxore & liberis hoc caſtrum ad ſe defendendum ſtabiliuit: ibique Sygobertus cum exercitu regni ſui veniens, B caſtrum vndique circundat exercitus: Radulfus vero intrinſecus ad prælium fortiter præparatos ſedebat: ſed hoc prælium ſine conſilio initum eſt. Hoc adoleſcentia Sygoberti regis patrauit, cum alij eodem die vellent procedere ad prælium, & alij in craſtinum, nec vnitum habentes conſilium, Grimoaldus & Adalgyſilus duces hæc cernentes, Sygoberti periculum zelantes, cum vndique ſine intermiſſione cuſtodiunt. Bobo Dux Aruernos cum parte exercitus Adalgyſili & Enouïaus comes Siglontiſis cum Pagenſibus ſuis, & cætera exercitus manu plurima, contra Radulfum ad portam caſtri protinus pugnandum perrexerunt. Radulfus cum aliquibus ducibus exercitus Sygoberti fiduciam habens, quod ſuper ipſum viribus non vellent irruere, de caſtro per portam prorumpens ſuper exercitum Sygoberti cum ſuis, irruens, tanta ſtrages à Radulfo cum ſuis de exercitu Sygoberti fit, vt mirum fuerit. Maguntienſes in hoc prælio non fuerunt fideles, fertúrque ibi plurima millia hominum fuiſſe trucidata gladio. Radulfus patrata victoria in caſtrum ingreditur. Sygobertus cum ſuis fidelibus graui amaritudine arreptus, ſuper equum ſedens, lachrymas oculis prorumpens, plangebat quos perdiderat: Et Bobo dux, & Anouïaus comes, & cæteri nobilium fortiſſimi pugnatores, ſeu & plurima manus exercitus Sygoberti regis, qui cum ipſis in congreſſione certaminis adgreſſi, conſpiciente Sygoberto hoc prælio fuerunt trucidati. Nam & Fredulfus domeſticus, qui & amicus Radulfi fuiſſe dicebatur, hoc prælio occubuit. Sygobertus eadem nocte procul ab ipſo caſtro in tentoriis cum ſuis manſit. Exercitus in craſtinum videntes quod Radulfo nihil perualuiſſent, miſſis diſcurrentibus vt Rhenum pacifice iterum tranſmearent: cum Radulfi conuenientia Sygobertus, & eiuſdem exercitus ad proprias ſedes remeauit. Radulfus ſuperbia elatus admodum, regem in Thoringia ſe eſſe cenſebat, amicitias D cum Vvinidis firmans, cæteraſque gentes quas vicinas habebat, cultu amicitiæ obligabat. in verbis tamen Sygoberto regi non denegabat, ſed in factis fortiter eiuſdem reſiſtebat dominationi.

Magunt. C cenſes infideles.

Cap. 88. *Ottonis interitus.* Anno X. Regni Sygoberti Otto qui aduerſus Grimoaldum inimicitias ſuperbia tumebat, factione Grimoaldi à Leuthario duce Alemannorum interficitur: Gradus honoris maioris domus in palatio Sygoberti, & omne regnum Auſtraſiorum in manu Grimoaldi confirmatum eſt vehementer.

Cap. 89. Anno IV. Regni Chlodouei, cum Nanthildis regina cum filio ſuo Chlodoueo rege poſt diſceſſum Ægane Aurelianis in Burgundiæ regnum veniſſet, ibique omnes ſeniores, pontifices, duces, & primates de regno Burgundiæ ad ſe venire præcepit, ibique cunctos Nanthildis ſingillatim attrahens, Flaochatum genere Francum maiorem domus in regnum Burgundiæ electione pontificum & cunctorum ducum à Nanthilde regina in hunc gradum honoris ſtabiliunt, qui neptem ſuam nomine Ragimbertam Flaochato deſponſauit: ſponſa-

E Ita hæc neſcio qua factione fiunt. Nam aliud conſilium ſecrete Flaochatus & Nanthildis regina machinantur, quod creditur Deo non fuiſſe placibile, ideoque non nactum eſt effectum. Cúmque Erchenualdus & Flaochatus maiores domus, quaſi vnum inter ſe ſolſſent conſilium, conſentientes ad inuicem, hunc gradum honoris alterutrum ſolatium præbentes, diſponunt habere ſcilicet. Flaochatus cunctis ducibus de regno Burgundiæ ſeu & pontificibus per epiſtolam etiam & ſacramentis firmauit vniuſcuiuſque gradum honoris & dignitatem ſeu & amicitiam perpetuo conſeruare. Hac dignitate ſublimatus Flaochatus regnum Burgundiæ peruagatur, conſilium aſſiduè ſolens priorem inimicitiam quæ intra cordis arcana diu celauerat memorans, Vvillibaldum patritium interficere diſponebat.

Flaochatus maior domus.

Cap. 90. Vvillibaldus cum eſſet opibus abundans, & plurimorum facultates ingeniis diuerſis auferens, ditatus inclyte fuiſſet, & inter patritiatus gradum, & nimiarum facultatum elationem ſuperbiæ eſſet deditus, aduerſus Flaochatum tumebat, cúmque deſpicere conabatur: F Flaochatus collectis ſecum pontificibus & ducibus de regno Burgundiæ, Cabillono pro vtilitate patriæ tractandum menſe Maiu placitum inſtituit, Ibique & Vvillibaldus multitudinem ſecum habens aduenit Flaochatus ibidem Vvillibaldum interficere nitebatur: hæc cernens Vvillibaldus palatium noluit introire: Flaochatus foris contra Vvillibaldum præliandum aggreditur. Amalbertus vero germanus Flaochati ad pacandum intercurrens, vbi iam congreſſione certaminis confligi debuerat. Vvillibaldus Amalbertum ſecum retinens de hoc euaſit periculo. Intercurrentes & cæteræ perſonæ ſeparantur illæſæ. Flaochatus deinceps vehementer eliminabat conſilium de interitu Vvillibaldi. Eo anno Nanthildis regina moritur. Ipſo anno menſe Septembri Flaochatus cum Chlodoueo rege, & Erchinoaldo itidémque maiore domus, & aliquibus primatibus Auſtraſiis de Parſiaco promouens per Senonas, & Antiſiodorum Auguſtudonum acceſſerunt, ibique Chlodoueus Vvillibaldum patritium ad ſe venire præcepit. Vvillibaldus cernens iniquum conſilium Flaochati, & germani ſui Amalberti, Amalgarium, & Chramnelenum duces de ſuo interitu fuiſſe initum, colligens ſecum plurimam multitudinem de patriciatus ſui termino, etiam & pontifices, ſeu nobiles & fortes, quos congregare potuerat, Auguſtudunum gradiendo iter arripuit. Cui obuiam à Chlodoueo rege Erchinoaldus maior domus & Flaochatus & Ermenricus domeſticus dirigunt, eo quod Vvillibaldus trepidabat vt tum accederet, an ſuum deuitando periculum tepeſceret, vt ab Ermenrici promiſſione præuentus vſque Auguſtudunum aggrederetur, quam ille credens, condignis muneribus honorauit. Poſt tergum eius Auguſtudunum acceſſit, ibique tentoria cum ſuis nec procul ab vrbe poſuit: eodem die quo eodem acceſſerat, Agilulfum Valentiæ vrbis Epiſcopum, & Ghyſonem comitem ad præuidendum quæ agebantur Auguſtudunum direxerat, qui à Flaochato in vrbe tenti ſunt. In craſtinum Flaochatus, & Amalgarius & Chramnelenus qui conſilium de interitu Vvillibaldi vnanimiter conſpirauerant, de vrbe Auguſtuduno maturius promouentes, vtrique duces de regno Burgundiæ cum exercitu eius ſibiunguntur. Erchinoaldus cum Neoſtraſiis quos ſecum habebat idemque arma ſumens ad hoc bellum aggreditur. Villibaldus contra tela prælij conſtituens quoſcunque potuit adunare, phalanges vtræque in congreſſione certaminis iunguntur ad prælium: in ea pugna Flaochatus, Amalgarius & Chramnelenus, itémque Vvaldebertus dux cum ſuis contra Vvillibaldum pugnandum confligunt. Nam cæteri duces vel Neoſtraſij, qui vndique eoſdem debuerant circundare, ſe tenentes aſpiciebant, expectantes euentum noluerunt ſuper Vvillibaldum irruere, ibique Vvillibaldus interficitur: plurimi cum ipſo de ſuis gladio trucidantur. Eo certamine cæteris primus Berthacrius comes palatij Francus de pago vltra Iuranum contra Vvillibaldum confligit. Aduerſus quem frendens

Vvillib. & Flaochati inimicitia.

G *Nanthildis moritur.*

H

Manaulfus

A Manaulfus Burgundiæ exiens de cæteris aduerſus Berthatium prælıandum, Berthatios eo quod priùs illi amicus fuiſſet, dicens: Veni ſub clypeo meo, de hoc periculo te liberabo: cúmque ad eum liberandum, clypeum eleuaſſet, Manaulfus eum contra Berthatium in pectore percutiens, cæteri qui cum eo venerant ipſum circundantes, eo quod Bertharius nimium reliquis præceſſiſſet, vulneratur grauiter. Tunc Aubedo filius Bertharij cernens patrem in periculo mortis, curſu velociſſimo patri auxiliaturus perreait, Manaulfo conto percuſſo in pectore terram proſtrauit: cæteros qui patrem percuſſerant omnes interfecit. Sic Betcharium ſuum genitoré, vt fidelis filius præſtante Domino liberauit à morte. Hi verò duces, qui cum eorum exercitu ſuper Vvillibaldum irruere voluerant, teniorıa Vvillibaldi, Epiſcoporum, vel cæterorum qui cum eo venerant, de prædando, plurimum inibi auri & argenti capiunt, reliquiſque rebus equites qui præliare noluerant, percepti ſunt. His ita geſtis, Flaochatus in craſtinum de Auguſtuduno promouens, Cabillonū pertexit. Ingreſſus in vrbem, neſcio quo caſu vrbs maxime tota incendio concrematur, Flaochatus iudicio Dei percoſſus, vexatus à febre collocatur in ſcafam, euectu nauali per Ararim fluuium, qui cognominatur Saugunna, Lautonam properaus iuuere, vndecimo die poſt Vvillibaldi interitum, emiſit ſpiritum, ſepultúſque eſt, in Ecclesia S. Benigni in ſuburbano Diuionenſi. Creditur à pluıımis, hi duo Flaochatus & Vvillibaldus, eo quod multa ad inuicem per loca ſanctorum de amicitia obliganda ſacramenta dederant, & vterque in populis ſibi ſubiectis cupiditatis inſtinctu iniquo oppreſſerant, ſimul lera rebus nudauerant, quod iudicio Dei de eorum oppreſſione plurima multitudo liberata ſit, & eorum perfidiam & mendacia vtrumque interire fecerit.

Cap. 91. *Chlodo uei filij.* Igitur Chlodoueus filius Daguberti ex genere alienigenatum reginam accipiens nomine Baldchildem, prudentem atque elegantem, genuit ex ea filios tres, Chlutarium Childericum & Theudoricum. habebátque maiorem domus palatij virum ſtrenuum atque ſapientem, nomine Erchualdum. Chlodoueus itaque in regno C pacem habuit abſque bello. In extremis vero vitæ annis amens effectus, vita caruit, regnauitque annis xviij.

Cap. 92. Franci quoque Chlothatium filium eius maiorem in regno ſtatuunt, cum præfata regina matre. Eodem quoque tempore mortuus eſt Erchanualdus maior domus palatij: Frandi autem in incerto vacillantes, accepto conſilio Ebruinum in huius honoris curam ac dignitatem ſtatuunt.

Cap. 93 *Chlotarius febre obiit.* Hiſce diebus Chlothatius rex à valida febre correptus obiit in iuuentute, regnauitque annos quatuor. Theudoricus vero frater in Auſtria à Francis in regnum eleuatus eſt apud Vvlfoaldum ducem.

Cap. 94. *Theodoricus tonſuratur.* Eo tempore Franci aduerſus Ebruinum inſidias præparant: contra Theudoricum inſurgunt, eúmque a regno deiiciunt: crines capitis eius abſcindentes rotonderunt. Ebruinúmque & ipſum tonduot, & in Burgundiam Luxouium monaſterium inuitum dirigunt. Propter D Childericum in Auſtriam legationem mittunt, vna cum Vvlfoaldo duce venientem, eumque ſuper cunctum regnum ſuſcipiunt.

Cap. 95. Erat enim ipſe Childericus rex leuis atque citatus nimia, gentem Fraocorum in ſeditionem mittens, & in ſcandalum ac deriſum donec odium non modicum inter ipſus creuit vſque ad ſcandalum & ruinam. Quo ingraueſcente vnum Francum nobilem nomine Bodilonem ad ſtipitem tenſum cædere contra legem præcepit. Videntes hæc Franci ira magna commoti, Ingolbertus videlicet & Ammalbertus, vel reliqui maiores natu Francorum ſeditionem contra ipſum Childericum *Seditio aduerſus Childericum.* concitauerunt. Memoratus Bodilo ſuper cum eum reliquis quamplurimis ſurrexit inſidiatoris in regem in Lauchonia ſylua, vna cum regina eius prægnante, nomine Bilichilde, quod dici dolor eſt, interfecit. Vvlfoaldus quoque per fugam lapſus euaſit, & in Auſtriam reuerſus eſt. Franci verò Leudeſium filium Erchonualdi nobilem in maioris domus dignitatem ſtatuunt, per E conſilium B. Leudegarij & ſociorum eius.

Cap. 96. Ebruinus audiens has diſſenſiones, conſilio accepto Francos inuicem diſcordantes, conuocatis in auxilium ſociis, perſonis quam plurimis, cum multo comitatu exercitum à Luxouio Cœnobio egreſſus in Franciam regreditur, vſque Iſſam fluuium veniens acceſſit, cuſtodes dormientes interfecit ad S Maxentium, atque Iſſam fluuium tranſiens, quos ibi inuenit de Inſidiatoribus ſuis occidit. Leudeſius maior domus vna cum theſauris regis per fugam dilapſus euaſit: Abacino villa euadens aufugit: ibique adueniente Ebruino theſauros quos ibi reperit adprehendit. Inde egreſſus Criſeæcum villam veniens in Pontio Leudeſium ſubdolè fidem promittit, ſimulans fefellit. Facto placito vt coniuratione facta cum pace diſcederet, ſed Ebruinus fallaciter gens, vt ſolebat, compatri ſuo inſidias præparans, ipſum Leudeſium occidit, regem Theodoricum in regnum reſtituF cum ipſe ſuum principatum ſagaciter reſtaurauit Sanctum Leudegarium Epiſcopum crudeliſſimis tormentis cæſum gladio perimi iuſſit: Girenum germanum eius diuerſo tormento trucidauit. Reliqui viri Franci eorum ſocij per fugam lapſi, Ligerem tranſgreſſi, vſque Vvaſcones confugerunt: quam plurimi vero exilio damnati vltra non comparuerunt.

Cap. 97. In Auſtria quoque mortuo Vvlfoaldo duce, Martinus dux & Pippinus filius Anſigiſili quondam Franci nobilis dominabantur. Defunctis regibus commiſſis inuicem principibus Ebruino, Martino, atque Pippino aduerſus Theudoricum regem excitauerunt ad bellum. *Bellum aduerſus Theodoricum.* Commoto exercitu ad locum cui vocabulum eſt Locofico, Interim commiſſi prælium fuerunt, ibique magno certamine dimicantes, plurima pars populi ex vtriſque partibus corruit. Deuicti cum ſociis Martinus atque Pippinus in fugam lapſi ſunt, perſecutúſque eos Ebruinus, maximam partem de illa regione vaſtauit. Martinus ideóque Laudunum Clauatum ingreſſus, ſe infra muros ipſius vrbis muniuit. Perſecutúſque eum Ebruinus G veniens Erreco villa ad Laudunum Clauatum nuntios dirigit, Ægilbertum ac Regulum Remenſis vrbis Epiſcopum, vt fide promiſſa in incertum ſuper vacuas capſas ſacramenta falſa dederint. Qua in re ille credens eos a Lauduno Clauato egreſſos cum ſodalibus ac ſociis Adrechecum veniens, ille eum ſuis omnibus interfectus eſt.

Cap. 98. *Ebruinus cadit.* Ebruinus quoque magis atque profuſius crudeliter Francos opprimebat, donec tandem aliquando Ermenfrido Franco minas parat, rebus propriis tollere diſponit. Conſilio eum ſuis pactatu, nocte collecta manu ſociorum, per noctem ſuper eum conſurgens, Ebruinum interfecit: quo peremptò ad Pippinum ducem in Auſtriam cum muneribus ſuis peruenit: quo facto Franci accepto conſilio Vvaradonem illuſtrem virum loco eius in honorem maioris domus conſtituerunt. idcirco præfatus Vvaraco obſides a Pippino duce accipiens, pacem inuicem imperrauit. Erat id temporis memorato Vvaradoni filius valdè efficax atque induſtrius, eruditus in *Filius patrem ſupplantauit.* H conſilio, qui vice patris curam palatij gerebat, nomine Ghyſlemarus, qui ob nimiam calliditatem ac ſagacitatem, patrem ab honore proprio ſupplantauit, quem S. Abduinus Epiſcopus ſæpiùs ob hoc increpabat, vt ad pacem vel patris indulgentiam remearet: qui audire renuit, & in duritia cordis permanſit. Fuerunt igitur inter Pippinum & præfatum Ghyſtemarum diſcordiæ multæ & bella ciuilia plurima. Nam ad caſtrum Manucum contra hoſtem Pippini ducis Ghyſtematus conſurgens fraudulenter falſo iuramento dato, quamplurimos eorum nobiles viros occidit. Inde vero reuerſus ob ſupplantationem patris, vel aliam malitiam non modicam, quam fallaciter perpetrauerat à Deo percuſſus prædictus Ghyſlematus, vt dignus erat, iniquiſſimum fudit ſpiritum, illoque mortuo pater eius Vvarado honorem priſtinum maioris domus recepit.

Cap. 99. *Vvarado* Eo tempore B. Audoinus Epiſcopus plenus virtutibus migrauit ad dominum. In illo itidem tempore Vvarado

præfatus

præfatus maior domus obiit: erátque ei matrone nobilis & ſtrenua, nomine Ansfledis, cuius gener nomine Berthariꝰ honorem maioris domus palatij ſuſcepit, erátque ſtatura paruus, intellectu modicus, leuis atque citerus, Francorum amicitiam atque conſilia ſæpè contemnens. Hæc indignantes Franci, Andramnus, Reolos & alij multi relinquentes Bertharium ad Pippinum per obſides coniunguntur, amicitias copulant, ſuper Bertharium vel reliquam partem Francorum concitant.

Cap. 100. Pippinus commoto exercitu hoſtiliter ab Auſtria conſurgens contra Theodoricum regem & Bertharium properat ad bellum. Coniuncti in oppido Vermandenſi in loco qui dicitur Tectricio bellum mutuo geſſerunt. Præualente Pippino cum Auſtraſiis, Theodoricus Rex cum Berthario fugam iniit: Pippinus victor extitit, perſecutúſque eam regionem ſibi ſubiugauit. Sequenti tempore idem Bertharius ab adulatoribus falſis amicis interfectus eſt, inſtigante Ansflede matrona ſocru ſua. Poſt hæc autem Pippinus Theodoricum regem accipiens cū theſauris, & domum palatij omnia peragens in Auſtriam remeauit. Erátque ei vxor nobilis & prudentiſſima, nomine Plichtrudis, genuitque ex ea filios duos: nomen ſenioris, Drocus: nomen vero iunioris, Grimoaldus.

Cap. 101. *Theoderici rex moritur.* Mortuus eſt autem Theodoricus rex, regnauit autem annos xiiij. Chlodoueum filium eius paruulū elegerunt in regnum. Non poſt multos vero annos prædictus rex Chlodoueus ægrotans mortuus eſt, regnauit autē annos iiij. Childebertus frater eius in regnum reſedit. Drocus vero à Pippino genitore eruditus ducatum Campanenſem accepit. *Grimoaldus.* Grimoaldus iunior cum Childeberto rege maior domus palatij ſuper Francos electus eſt: fuitque vir mitiſſimus, omni bonitate & manſuetudine repletus, largus in eleemoſynis, in orationibus promptus.

Cap. 102. Pippinus contra Radbodum ducem gentilem Friſionum gentis aduerſus alterutrum bellum intulerunt, Caſtro Doreſtate illic belligerantes inuicem Pippinus victor extitit, fugatóque Radbodo duce cum Friſionibus qui euaſerant; idē Pippinus cum multis ſpoliis & præda reuerſus eſt. Poſt hæc Drocus filius Pippini à valida febre correptus mortuus eſt, & ſepultus in baſilica B. Arnolfi Conſenimeris vrbe. Grimoaldus quoque ex quadam concubina genuit filium nomine Theudoaldum.

Cap. 103. *Pippinus nubit Alpheidæ.* Igitur præfatus Pippinus aliam duxit vxorem nobilem & elegantem, nomine Alpheidam, ex qua genuit filium, vocauitque nomen eius lingua propria Carolum, creuitque puer elegans, atque egregius effectus eſt.

Cap. 104. Mortuus eſt his diebus Childebertus Rex, & ſepultus Cauciaci in baſilica S. Stephani Martyris. Regnauit autem annos XIII. Dagobertus filius eius ſedem regni patris ſui accepit. Igitur Grimoaldus filiam Radbobi ducis Friſionum duxit vxorem: ægrotante quoque Pippino Iobij villa ſuper Moſam fluuium, cum ad eum viſitandum idem Grimoaldus veniſſet, cum ad orationem in baſilica S. Landberti martyris proceſſiſſet, à crudeliſſimo viro impio Rantgario nomine interfectus eſt. Poſt hæc Theudoaldus filius eius paruulus in locum ipſius prædicto rege Dagoberto maior domus Palatij effectus eſt. Sequenti quoque tempore idem Pippinus duc ægrotans mortuus eſt: rexitque populum Francorum annos XXVII. Reliquit ſuperſtitem Carolum filium. Poſt obitum quoque eius Plichtrudis matrona præfato ſuo conſilio atque regimine cuncta egebat. Demum Franci mutuo in ſeditionem verſi, conſilio inutili, commiſſa acie in Coacia ſylua contra Theudoaldum & Leudes Pippini quondam atque Grimoaldum iniere certamen, corruitque ibi immodicus exercitus. Theudoaldus itaque à ſodalibus ſuis per fugam lapſus euaſit. Magna & valida perturbatio & perſecutio extitit apud gentem Francorum.

Cap. 105. Eo tempore elegerunt in honorem maioris domus quendam Francum nomine Raganfridum, commotóque exercitu hoſtili vſque Moſam fluuium properant, cuncta vaſtantes: cum Radbodo duce fœdus inierunt. His diebus Carolus dux à præfata femina Plechtrude ſub cuſtodie detentus Dei auxilio liberatus eſt.

Cap. 106. *Dagobertus obiit.* Eodem tempore Dagobertus Rex obiit, regnauitque annos quinque: Franci verò Chilpericum quendam regem conſtituerunt. Iterato quidem tempore commoto exercito contra memoratum Carolum dirigunt. Ex alia parte iidem cum hoſte Friſionum venturo Radbodum ducem inuitant, contra quem prædictus vir Carolus cum exercitu ſuo conſurgens, certamen inuicem iniere, ſed non modicum ibi perpeſſus eſt damnum de viris ſtrenuis atque nobilibus: cernenſque læſum exercitum, terga vertit. Chilpericus poſt hæc & Raganfridus adunata hoſtili plebe Arduennam ſyluam tranſeunt, ab alia parte præſtolante Redbodo duce, cum exercito ſuo hactenus Coloniam vrbem ſuper Rhenum fluuium peruenerunt, regiones illas pariter vaſtantes, munera multa & theſauros à præfata Plichtrude accipientes reuerſi ſunt. Sed in via in loco qui dicitur Amblaue, ab exercitu Caroli grande perpeſſi ſunt damnū. Succedenti tempore Carolus commoto exercitu contra Chilpericum & Ragenfridum direxit. Bellum iniere die Dominica in Quadrageſima 11. Cal. April. in loco nuncupato Vinciaco in pago Cameracenſi nimia cæde inuicem colliſi. Chilpericus & Raganfredus deuicti, in fugam lapſi terga vertentes euaſerunt, quos Carolus perſecutus, Pariſios ciuitatem properenit.

Cap. 10[7]. Deinde Coloniam vrbem reuerſus ipſam ciuitatem cæpit reſeratam, præfata Plichtrudis theſauros patris ſui ei reddidit, & cūcta ſuo dominio reſtituit, regem ſibi conſtituit nomine Chlotharium. Chilpericus itaque & Raganfredus legationem ad Eodonem dirigunt, eius auxilium poſtulantes rogant regnum, & munera tradunt. Illi quoque hoſte Vvaſconorum commoto ad eos venientes pariter aduerſus Carolum perrexerunt. At ille conſtanter & intrepidus eis occurrere properat. Eudo territus quod reſiſtere non valeret, aufugit. Carolus inſecutus eum vſque Pariſios, Sequanem fluuium tranſiit, vſque Aurelianenſem vrbem acceſſit, & via eudens, terminos regionis ſuæ penetrauit, Chilpericum regem ſecum cum theſauris ſublatis auexit. Chlotharius itaque rex defunctus deceſſit. Carolus permiſſos ſuos ab Eudone duce, idemque prædictum Chilpericum regem recipit. Veniénſque vrbem Nouiomo poſt non multum tempus curſum vitæ & regnum amiſit, & mortuus eſt, regnauitque annos ſex. Quo mortuo Theodoricum regem ſtatuerunt in ſedem regni, qui nunc locum ſolij regalis obtinuit annis vitæ ſimul præſtolatis. His ita euolſis, Carolus princeps inſecutus idem Raganfredum Andegauis ciuitatem obſedit; vaſtata eadem regione cum plurimis ſpoliis remeauit.

Cap. 108. *Carolus Saxones debellauit.* Per idem tempus rebellantibus Saxonibus, Carolus princeps veniens eos præoccupauit ac debellauit, victórque reuertitur. Secutis diebus euoluto anni circulo coacta agminum multitudine Rhenum fluuium tranſiit, Alemannóſque & Sueuos luſtrat, atque Danubium peracceſſit, illóque tranſmeato fines Baiotenſes occupauit. Subacta regione illa theſauris multis cum matrona quadam Bilitrude & nepte ſua Sonichilde egreditur. Per idem tempus Eudone duce à iure fœderis recedente, eoque comperto per internuntios Carolus princeps commoto exercitu Ligerem fluuium tranſiens, ipſo duce Eudone fugato præda multa ſublata bis eo anno ab his hoſtibus populata, iterum remeatur ad propria. Eodo namque dux cernens ſe ſuperatum atque deriſum, gentem perfidam Sarracenorum ad auxilium contra Carolum Principem, & gentem Francorum excitauit, egreſſique cum rege ſuo Abdyrama nomine Garumnam tranſeunt, Burdegalenſem vrbem peruenerunt. Eccleſiis igne concrematis, populis conſumptis vſque Pictauos progreſſus eſt, vbi baſilica Sancti Hilarij igne cremata (quod dici dolor eſt) ad domum Beatiſſimi Martini euertendam deſtinant. Contra quos Carolus princeps audacter aciem inſtruit, ſuper eoſque belligerator irruit, Chriſto auxiliente ten-

A

toria eorum ſubnectit, ad prælium ſtragem conterendam accurrit, interfectóque rege eorum Abdirama, proſtrauit exercitum, proterens dimicauit, atque deuicit ſicque victor de hoſtibus triumphauit.

Cap. 109. Carolus Burgundium ſubiugauit.

Procedente aliuquin anno ſequente egregius bellator Carolus princeps regionem Burgundiæ ſagaciter penetrauit fines, Leudibus ſuis probatiſſimis viris, induſtriis ad reſiſtendum, gentibus rebellibus & infidelibus ſtatuit, pace pacta Lugdunum in Gallia ſuis fidelibus tradidit. Firmata fœdera iudiciaria, reuerſus eſt victor fiducialiter agens. In illis quippe diebus Eudo dux mortuus eſt: hæc audiens præfatus princeps Carolus, inito conſilio procerum ſuorum denuo Ligerem fluuium tranſiit vſque Garumnam vel vrbem Burdegalenſem, vel caſtrum Blauium veniens occupauit, illamque regionem cæpit ac ſubiugauit cum vrbibus ac ſuburbanis caſtrorum. Victor cum pace remeauit, opitulante Chriſto rege regum, & domino dominorum. Curricula annorum hactenus reperiuntur ab Adam vel initio ſæculi vſque diluuium anni II. CCXLII. A diluuio vſque

B

Abraham anni DCCCCXLII. Ab Abraham vſque ad Moyſem anni DV. A Moyſe ad Salomonem vſque anni CCCCLXXXIX. A Salomone vſque reædificationem templi temporibus Darij Regis Perſarum, anni DXII. A reſtauratione templi vſque Aduentum Domini Noſtri Ieſu Chriſti anni DXLVIII. Certè ab initio mundi vſque ad Paſſionem Domini Noſtri Ieſu Chriſti anni MMMMMDXXXVIII. & à Paſſione Domini vſque in iſtum annum præſentem in cyclo victoris anni CLXXVII. Cal. Ian. die Dominica anni DCCXXXV. & vt iſtud milenarium compleatur reſtant anni ducenti ſexaginta quinque.

Itemque quod ſuperius prætermiſimus, in gentem duriſſimam maritimam Friſionum nimis crudeliter rebellantem, præfatus princeps audacter nauali euectione properat, certatim ad mare ingreſſus nauium copia adunata Aniſtrachiam & Auſtrachiam inſulas Friſionum penetrauit, ſuper Burdine fluuium caſtra ponens. Popponem gentilem ducem illorum fraudulentum conſiliarium interfecit, exercitum Friſionum proſtrauit: fana

C

eorum idololatriæ contriuit, atque combuſſit igni cum magnis ſpoliis & prædis victor reuerſus eſt in regnum Francorum. Itaque ſagaciſſimus vir Carolus dux commoto exercitu ad partes Burgundiæ dirigit, Lugdunum Galliæ vrbem, maiores natu atque præfectos eiuſdem Prouinciæ ſuæ ditioni reipubl ſubiugauit, vſque Maſſilienſem vrbem vel Arelatum ſuis iudicibus conſtituit, cum magnis theſauris & muneribus in Francorum regnum remeauit in ſedem principatus ſui. Itemque rebellantibus Saxonibus paganiſque vltra Rhenum fluuium conſiſtentibus ſtrenuus vir Carolus dux commoto exercitu Francorum in loco vbi Lippia fluuius Rhenum amnem ingreditur, ſagaci intentione tranſmeauit maxima ex parte regionem illam diriſſimam ſtrauit, gentémque illam ſæuiſſimam ex parte tributarios eſſe præcepit, atque quam plures obſides ab eis accepit, ſicque opitulante domino victor remeauit ad propria. De-

D

Caroli expeditiones in Sarracenos. Turpinus c. 2. de vita Caroli magni & Rolandi.

nuo rebellante gente valida Iſmaëlitarum quos modo Sarracenos vocabulo corrupto nuncupant, irrumpentéſque Rodanum fluuium inſidiantibus infidelibus hominibus ſub dolo & fraude Mauronte quodam cum ſociis ſuis, Auenionem vrbem muniſſimam ac montuoſam collecto hoſtili agmine ipſi Sarraceni ingrediuntur. Illiſque rebellantibus ea regione vaſtata. At contra vir egregius Carolus dux germanum ſuum virum induſtrium Hildebrandum ducem, cum reliquis ducibus & comitibus, ad illas partes cum apparatu hoſtili dirigit, quique propere ad illam peruenientes tentoria inſtruunt, vndique ipſum oppidum, & ſuburbana præoccupant, muniſſimam ciuitatem obſident, aciem

Idem de muris Pāpilona vrbis per ſemet ipſos lapſis

inſtruunt, donec inſecutus vir belligerator Carolus prædictam vrbem aggreditur, muros circundat, caſtra ponit, obſidionem coaceruat, in modum Hiericho cum ſtrepitu hoſtium & ſonitu tubarum cum machinis & reſtium funibus ſuper muros & ædium mœnia irruunt, vrbem

E

adorationem Caroli magni narrat Turpin lib. de vita Caroli magni c. 9.

muniſſimam ingredientes ſuccendunt, hoſtes inimicos ſuos capiunt interficientes, trucidant atq; proſternunt, & in ſuam ditionem efficaciter reſtituunt. Victor igitur atque bellator inſignis intrepidus Carolus Rodanum fluuium cum exercitu ſuo tranſiit, Gothorum fines penetrauit, vſque Narbonenſem Galliam acceſſit, ipſam vrbem celeberrimam atque metropolim eorum obſedit: ſuper Adice fluuio munitionem in gyrum in modū arietum inſtruxit, regem Sarracenorum nomine Athima cum ſatellitibus ſuis ibidem recludit, caſtráque metatus eſt vndique. Hæc audientes maiores natu & principes Sarracenorum qui commorabantur eo tempore in regione Hiſpaniarum, coadunato exercitu hoſtium cum alio rege Amor nomine machinis aduerſus Carolum viriliter armari conſurgunt, præparantur ad prælium, contra quos præfatus dux Carolus triumphator occurrit, ſuper fluuio Birra, & valle Corbaria palatio. Illiſque mutuo confligentibus, Sarraceni deuicti atque proſtrati cernentes regem eorum interfectum in fugam lapſi terga verterunt, qui euaſerant cupientes nauali euectione

F

euadere in ſtagno maris natantes. Namque ſibimet mutuo conatu inſiliunt. Mox Franci cum nauibus & iaculis armaturis ſupra eos inſiliunt, ſuffocantéſque in aquis interimunt. Sicque Franci triumphantes de hoſtibus prædam magnam & ſpolia capiunt, capta multitudine captiuorum cum duce victore regionem Gothicam depopulantur, vrbes famoſiſſimas Nemauſum, Agatem, his in terris funditus muros & mœnia Carolus deſtruens igne ſuppoſito concremauit, ſuburbana & caſtra illius regionis vaſtauit. Deuicto aduerſariorum agmine Chriſto in omnibus præſule, & capite ſalutis & victoriæ, ſalubriter remeauit in regionem ſuam, in terram Francorum ad ſolium principatus ſui. Denuo curriculo anni illius menſe ſecundo prædictum Germanum ſuum cum pluribus ducibus atque comitibus commoto exercitu ad partes Prouinciæ dirigit, Auennionem vrbem venientes Carolus properans acceſſit, cunctámque regionem vſque litus maris magnæ ſuæ dominationi reſtituit, fugato duce Maurontre impenetrabilibus tutiſſimis

G

rupibus maritimis munitionibus præfatus princeps Carolus cuncta ſibimet adquiſita regna victor regreſſus eſt, nullo contra eum rebellante, reuerſúſque in regionem Francorum ægrotare cœpit in villa Vermbrea ſuper Iſſara fluuio.

Cap. 110. Papa ad Carolum mittit reliquias.

Eo etenim tempore bis à Romana ſede S. Petri Apoſtoli, B. Papa Gregor. claues venerandi ſepulchri, cum vinculis S. Petri & muneribus magnis & infinitis legatione, quod antea, nullis auditis aut viſis temporib. fuit, memorato principi deſtinauit. Eo pacto patrato, vt ad partes Imperatoris recederet, & Romanum conſulatum præfato principi Carolo ſanciret. Ipſe itaq; princeps mirifico ac magnifico honore ipſam legationē recepit, munera pretioſa contulit, atque eum magnis præmiis cum ſuis ſodalibus miſſis Grimonem Abbatem Corbenſis monaſterij. & Sygobertum recluſum baſilicæ S. Dionyſij martyris, Romam ad limina S. Petri & S. Pauli

H

Carolus inter filios regna diuidit.

deſtinauit Igitur memoratus princeps conſilio optimorum ſuorum expetito filiis ſuis regnum diuidit. Itaque primogenito ſuo Carolo Magno nomine, Auſtriam & Sueuiam, quæ nunc Alemannia dicitur, atque Thoringiam tradidit Alterum vero ſecundum filium Pippinum nomine Burgundiæ & Neuſtraſiæ prouinciæ præfecit. Eo anno Pippinus dux commoto exercitu cum auunculo ſuo Hildebrando duce, & multitudine primarū & agminum & ſatellitum plurimorū ad Burgundiam dirigunt fines regionum præoccupant. Interim, quod dici dolor

Signa.

& mæror ſollicitat ruinam, in ſole, luna & ſtellis noua ſigna apparuere, ſeu & paſchalis ordo ſacratiſſimus turbatus fuit. Carolus nempe princeps Pariſiis baſilicam

Caroli obitus.

Sancti Dionyſij martyris multis muneribus ditauit, veniénſque Cariſiacum villam Palatij ſuper Iſſaram fluuium valida febre correptus obiit in pace, cunctis in gyro regnis acquiſitis. Rexit autem vtraque regna annos 25. tranſiit itaque 4. Cal. Nouemb. ſepultúſque eſt Pariſiis in baſilica S. Dionyſij martyris.

EIVSDEM

A

EIVSDEM GEORGII Florentis Gregorij Epiſcopi Turonici,

DE GLORIA MARTYRVM & Confeſſorum, LIBRI III.

Diligenti opera & fide veterum Codicum exſcripti, emendati & aucti.

B *Labore & induſtria I. B. in Senat. Pariſ. & Regia Aduocat.*

LIBER PRIMVS.

Non Poëtarum figmentis, aut Philoſophorum ſententiis, ſed Euangelicæ veritati inſiſtendum eſſe.

PROOEMIVM.

HIERONYMVS *Presbyter, & poſt Apoſtolum Paulum bonus Doctor Eccleſiæ, refert ſe ductum ante tribunal æterni iudicis, & extenſum in ſupplicio grauiter caſum, eò quòd Ciceronis argutias, vel Virgilij fallacias ſæpius lecti-*
C *taret: confeſſumque ſe coram Angelis ſanctis ipſi dominatori omnium, nunquam ſe deinceps hæc lecturum neque vltra tractaturum, niſi ea quæ Deo digna & ad Eccleſiæ ædificationem opportuna iudicarentur. Sed & Paulus Apoſtolus,* Quæ pacis ſunt, *inquit,* ſectemur, & quæ ad ædificationem inuicem cuſtodiamus. *Et alibi:* Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem, vt det gratiam audientibus. *Ergo hæc nos oportet ſequi, ſcribere atque loqui, quæ Eccleſiam Dei ædificent, & quæ mentes inopes ad notitiam perfectæ fidei inſtructione ſancta fœcundent. Non enim oportet fallaces commemorare fabulas, neque philoſophorum inimicam Deo ſapientiam ſequi, ne in iudicium æternæ mortis Domino diſcernente cadamus. Quod ego metuens, & aliqua de Sanctorum miraculis, quæ hactenus latuerunt, pandere deſiderans, non me iis retibus vel vinciri cupio vel inuolui. Non ego Saturni fugam, non Iunonis iram, non Iouis ſtupra non Neptuni iniuriam, non Æoli ſceptra, non Æneadum bel-*
D *la, naufragia, vel regna commemoro: taceo Cupidinis emiſſionem, non Aſcanij dilectionem, hymenæoſque, lachrymas, vel exitia ſæua Didonis: non Plutonis triſte veſtibulum, non Proſerpinæ ſtuproſum raptum, non Cerberi triforme caput: non reuoluam Anchiſæ colloquia, non Ithaci ingenia, non Achillis argutias, non Sinonis fallacias, non ego Laocoontis conſilia, non Amphytrionidis robora, non Iani conflictus, fugas, vel obitum exitialem proferam: non Eumenidum, variorúmque monſtrorum formas exponam: non reliquarum fabularum commenta, quæ hic auctor aut finxit mendacio, aut verſu depinxit heroico: ſed iſta omnia tanquam ſuper arenam locata, & citò ruitura conſpiciens, ad diuina & Euangelica potius miracula reuertar. Vnde Ioannes Euangeliſta exorſus eſt dicens:* In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. *Et deinceps ait:* Et verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: & vi-
E dimus gloriam eius gloriam quaſi vnigeniti, à patre plenum gratia & veritate. *Quòd autem in Bethleem naſciturus erat, ita ait Propheta.* Et tu Bethleem Eufrata non es minima in millibus Iuda. Ex te enim prodiet Rex qui regat populum meum Iſraël. *Hoc enim & Nathanael ille à Chana Galilææ dixit* Rabbi, tu es filius Dei, tu es Rex Iſraël: *ipſe eſt & ſalus mundi de quo & ille Simeon ait,* Nunc dimittis Domine ſeruum tuum in pace, quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.

CAPVT I.

Stellam, quam Magi viderunt, adhuc in Bethleem mundis corde apparere.

NAto ergo Domino noſtro Ieſu Chriſto ſecundùm carnem in Bethleem oppido, in diebus Herodis
F Regis, iuxta fidem Euangelicam, Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam dicentes: *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum? vidimus enim ſtellam eius in oriente & venimus adorare eum,* & reliqua. Eſt autem in Bethleem puteus magnus, de quo Maria glorioſa aquam fertur hauſiſſe: vbi ſæpiùs aſpicientibus miraculum illuſtre monſtratur, id eſt ſtella ibi mundis corde, quæ apparuit Magis, oſtenditur. Venientibus deuotis ac recumbentibus ſuper os putei, operiuntur linteo capita eorum. Tunc ille cuius meritum obtinuerit, videt ſtellam ab vno pariete putei ſuper aquas transmigrare ad alium, in illo modo, quo ſoleat ſuper cœlorum circulo ſtellæ transferri. Et cùm multi aſpiciant, ab illis tantùm videtur, quibus eſt mens ſanior. Nonnullos vidi, qui eam adſerebant ſe vidiſſe. Nuper autem diaconus noſter retulit, quòd cùm quinque viris aſpexit, ſed duobus tantùm apparuit.

G

CAPVT II.

Saluatoris Noſtri miracula.

DOminus igitur noſter Ieſus Chriſtus in Aſſumpta carne de Virgine, multa populis miracula eſt dignatus oſtendere. Hauſtos enim latices in vini ſaporem conuertit: cæcorum oculis depulſa nocte, lumen infudit, paralyticorum greſſus ablata debilitate direxit: febres ægrotantium fugato ardore reſtinxit: hydropicum compreſſo tumore ſanauit: lepram diſcedere ſacri oris virtute mandauit, mulierem dæmonio inclinatam, inuidentibus Iudæis erexit: ſuper aquas verò, non dehiſcentibus aquis, inceſſit: profluuium mulieris tactu fimbriæ ſalutaris auertit. Multa quidem & alia fecit, quæ ſacra Euangeliorum narrat hiſtoria. Tamen cùm multos ſalubri cœleſtique mandato reſtauraſſet ad vitam, tres ab infernali morte reductos, vitæ reſtituit: Id
H eſt, Archiſynagogi filiam reſuſcitauit in domo: vnicum viduæ ſurgere iuſſit ad portæ egreſſum: & Lazarum vocauit ex monumento.

CAPVT III.

Chriſti Paſſio, deſcenſus ad inferos, & à mortuis Reſurrectio.

IGitur Iudæi furore ſuccenſi, falſis accuſationibus circumdantes iuſtum, tradiderunt morti, & crucis adfixioni damnauerunt: quem Deus pater ſuſcitauit à mortuis tertia die ſolutis doloribus mortis, quoniam impoſſibile erat, eum apud Inferos retineri, ſicut ait Apoſtolus Petrus. Poſt hæc promittens Paracletum, & imbuens cœleſtibus doctrinis Apo-

A ſtolos, victor aſcendit ad cœlos, venturúmque ſe ad iudicandum Angelis reſtantibus repromittens, dicenta Apoſtolici Actus Hiſtoria: *Hic Ieſus, qui receptus eſt à vobis ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.*

Capvt IV.

De conuerſatione Mariæ cum diſcipulis Domini poſt eius reſurrectionem & aſcenſionem in cælum, & de eius morte, & aſſumptione.

POſt admirabilem igitur Dominicæ Aſcenſionis gloriam, quæ contrito diabolicæ malignitatis capite, B mentes fidelium ad contemplanda cœleſtia animauit, Sancti Apoſtoli Domini & Saluatoris noſtri cum Beata Maria matre eius in vnam congregati domum, omnia ponebant in medio, nec quiſquam ſuum aliquid eſſe dicebat, ſed vnuſquiſque cuncta poſſidebat in charitate, ſicut facet Apoſtolicæ actionis narrar ſtilus. Poſt hæc diſperſi ſunt per regiones diuerſas ad prædicandum verbum Dei. Denique impleto à Beata Maria huius vitæ curſu, cùm iam vocaretur à ſæculo, congregati ſunt omnes Apoſtoli de ſingulis regionibus ad domum eius. Cúmque audiiſſent, quia eſſet adſumenda de mundo, vigilabant cum ea ſimul: & ecce Dominus Ieſus aduenit cum Angelis ſuis, & accipiens animam eius, tradidit Michaeli Angelo, & receſſit. Diluculo autem leuauerunt Apoſtoli cum lectulo corpus eius, poſueruntque illud in monumento, & cuſtodiebant ipſum, aduentum Domini præſtolantes. Et ecce iterum adſtitit eis Dominus, ſuſceptúmque corpus ſanctum in nube, deferri iuſſit in Paradiſum: vbi nunc re- C ſumpta anima, cum electis eius exultans, æternitatis bonis, nullo occaſuris fine, perfruitur.

Capvt V.

De glorioſæ Crucis inuentione.

CRux dominica, quæ ab Helena Auguſta reperta eſt Hieroſolymis, ita quarta & ſexta feria adoratur. Huius reliquias & merito, & fide Helenæ comparanda, Regina Radegundis expetiit, ac deuotè in monaſterium Pictauenſe, quod ſuo ſtudio conſtituit, collocauit, miſitque pueros iterum Hieroſolymam, ac per totam orientis plagam, qui circumeuntes ſepulchra Sanctorum Martyrum, Confeſſorúmque cunctorum reliquias detulerunt: quibus in arca argentea cum ipſa Cruce ſancta locatis, multa exinde miracula conſpicere meruit. De quibus illud primum exponam, D quod ibidem Dominus in diebus paſſionis ſuæ dignatus eſt reuelare. Sexta feria ante ſanctum Paſcha, cùm in vigiliis ſine lumine pernoctarent, circa horam tertiam noctis apparuit ante altare lumen paruulum in modum ſcintillæ: deinde ampliatum, huc illúcque comas fulgoris ſpargens, cæpit gradatim in altum conſcendere: effectáque pharus magna, obſcuræ nocti, vigilantique plebeculæ lumen præbuit ſupplicanti: illuceſcente quoque cœlo paulatim deficiens, data terris luce, ab oculis mirantium euanuit. Ego autem audiebam ſæpiùs, quod etiam lychni, qui accendebantur ante hæc pignora, ebullientes virtute diuina, in tantum exundarent oleum, vt vas ſuppoſitum pleramque replerent: & tamen iuxta ſtultitiam mentis duræ nunquam ad hæc credenda mouebar, donec brutam ſegnitiem ipſa ad præſens quæ oſteoſa eſt, virtus argueret: ideóque quæ oculis propriis viderim, explicabo. Cauſa de-

E uotionis extitit, vt ſepulchrum Sancti Hilarij viſitans, huius Reginæ adirem colloquia. Ingreſſúſque Monaſterium, conſalutata Regina, coram adoranda Cruce ac ſacris beatorum proſternor pignoribus. Denique oratione facta ſurrexi. Erat enim ad dextaram lychnus accenſus, quem cum ſtillis frequentibus defluere conſpexiſſem, teſtor Deum, quia putaui quaſi vas eſſet effractum, quia erat ei concha ſuppoſita, in quam oleum defluens decidebat. Tunc conuerſus ad Abbatiſſam, aio, Tantáne te retinet mentis ignauia, vt integrum cicindile laborare non poſſis, in quo oleum accendatur, niſi effractum quo defluat pones? & illa, Nec eſt ita, Domine mi, ſed virtus eſt Crucis ſanctæ quam cernis. Tunc ego ad me reuerſus, & ad memoriam reuocans quæ prius audieram, conuerſus ad lychnum, video in modum ollæ feruentis magnis fluctibus exondare, ac per oram ipſam vndis intumeſcentibus ſuperfluere, & F vt credo ad incredulitatem meam arguendam, magis ac magis augeri, ita vt in vnius horæ ſpatio pluſquam vnum ſextarium redderet vaſculum, quod quartarium non tenebat: admiratúſque ſilui, ac virtutem adorandæ Crucis deinceps prædicaui. Puella quædam Chrodigildis nomine, dum poſt mortem patris in vrbis Cenomanicæ territorio reſideret, oculorum amiſſione mulctatur. Poſtquàm autem ex iuſſione Chilperici Regis, adhuc Beatâ Radegundæ Reginâ ſuperſtite, ad antedicti Monaſterij tranſmiſiſſet regulam, ipſa beatiſſima oſtendente, ante ſanctam proſternitur arcam: ibique cum reliquis ſanctimonialibus vigilias explicans, dato mane iiſdem diſcedentibus, proſtrata ſolo in eodem loco quieuit: apparuitque ei per viſum, quaſi aperiret aliquis oculos eius, & vnum ſanitati redditum, dum cum alio laboraret, ſubitò ad oſtij reſerati ſonum expergefacta, vnius oculi lumen recepit. Quod non ambigitur, hoc per Crucis virtutem fuiſſe præſtitum. Ener- G gumeni, claudi, & alij quoque infirmi perſæpè in hoc loco ſanantur. De his hactenus.

Capvt VI.

De inuentione clauorum.

SPecioſi autem omnique metallo nobiliores Dominicæ Crucis claui, qui beata membra tenuerunt ab Helena Regina, poſt ipſius ſacræ Crucis inuentionem, reperti ſunt: & de duobus quidem, frænum Imperatoris muniuit, quo facilius ſi aduerſæ gentes reſtitiſſent Principi, hac virtute fugarentur. De quibus non eſt ignotum, Zachariam vaticinaſſe Prophetam: *Erit*, inquit, *quod in os equi ponitur, ſanctum domini.* Eo enim tempore Adriaticum mare magnis fluctibus mouebatur, in quo tam frequentia erant naufragia, ac demerſio hominum, vt vorago nauigantium H diceretur. Tunc prouida Regina, condolens excidia miſerorum, vnum ex quatuor clauis deponi iubet in pelagus, confiſa de domini miſericordia, quòd ſæuas fluctuū commotiones facilè poſſet opprimere: quo facto redditur mare quietum, tranquilláque deinceps nauigantibus flabra præſtantur. Vnde vſque hodie nautæ ſanctificatum mare venerantur, cùm ingreſſi fuerint, ieiuniis, orationibúſque & pſalleotio vacant. Clauorum ergo Dominicorū gratia, quòd quatuor fuerint, hæc eſt ratio: duo ſunt affixi in palmis, & duo in plantis: & quæritur, cur plantæ affixæ ſint, quæ in Cruce ſancta dependere viſæ ſunt potiùs, quàm ſtare: ſed in ſtipite erecto foramē factum manifeſtum eſt. Pes quoq; paruulæ tabulæ in hoc foramen inſertus eſt: ſuper hanc verò tabulam, tanquam ſtantis hominis ſactæ affixæ ſunt plantæ. Quæritur etiā quid de his clauis fuerit factum. Duo ſunt, quos ſuprà diximus aptatos in fræno: tertius proiectus in fretum: quartum adſerunt eſſe defixum in capite ſtatuæ

Conſtan

A Constantini, quæ ciuitate, vt aiunt, tota excelſior eſſe
ſuſpicitur, ſcilicet vt tota, cui eminet munitione ſalu-
tis, quodam modo galea coronata eſſet. Magnam adſe-
runt virtutem eſſe huius fræni, quod ambigi nequa-
quam poteſt: quod Iuſtinus Imperator publicè exper-
tus eſt ac ſuis omnibus patefecit. Illuſus enim à quo-
dam Mago, propter pecuniam emiſſas ſibi à dæmo-
nis vmbra intolerabiles per duarum curricula noctium
ſuſtinuit inſidias; ſed cùm tertia nocte frænum capiti
collocaſſet, locum inſidiandi inimicus vltra non ha-
buit, repertúmque auctorem inſidiarum gladio per-
culit. Nobis verò quæ ſit virtus ligni huius, hoc modo
manifeſtum eſt. Aduenit quidam qui nobis pallulam
holoſericam valdè vetuſtam exhibuit dicens, ab hac
Hieroſolymis Crucem Domini inuolutam fuiſſe. Quod
cùm apud ruſticitatem noſtram incredibile haberetur,
ac timaremur ſullicitè, vnde ei tanta ibidem fuiſſet
gratia, vt iſta meruiſſet, cùm ſciamus in tempore quo
ſacrum hoc lignum adoratur, non ſolùm exinde nihil
B quemquam mereri, ſed etiam importunius accedentem
verberibus arceri, reſpondit: Quando, inquit, Hiero-
ſolyma abij, Futen Abbatem reperi, qui magnam cum
Sophia Auguſta gratiam habuit: huic enim omnem
Orientem quaſi Præfecto commiſerat: huic me ſub-
didi, & cùm ab oriente regrederer, ab hoc & ſancto-
rum pignora, & hanc pallam, de qua eo tempore ſan-
cta Crux inuoluebatur, accepi. Poſtquam mihi vir ille
retulit, & hanc mihi pallam tradidit, præſumpſi fateor
eam abluere, & frigoriticis potum dare, ſed mox opi-
tulante virtute diuina, ſanabantur. Scindebam etiam
exinde plerumque particulas, & dabam religioſis pro
benedictione. Vni verò Abbati partem diuiſi: qui poſt
duos ad me annos rediens cum Sacramento aſſeruit
duodecim ab ea energumenos, tres cæcos, duóſque
paralyticos fuiſſe ſanatos. Mitto cuidam ipſam pal-
lam: in os poſuit: ſed cùm dentes, linguámque atti-
git, ſtatim vocem, eloquiúmque reſtituit: quod nos
C fideliter credere, ipſa Domini promiſſio iniicit dicent,
*Omnia quæcunque petieritis in nomine meo, credite quia
accipietis, & venient vobis.*

Capvt VII.

De lancea, corona ſpinea & columna.

DE lancea verò, arundine, ſpongia, corona ſpinea,
& columna, ad quam verberatus eſt Dominus &
redemptor Hieroſolymis, dicendum. Ad hanc verò
columnam multi fide pleni accedentes, corrigias texti-
les faciunt, eámque circundant: quas rurſum pro bene-
dictione recipiunt, diuerſis infirmitatibus profuturas.
Ferunt etiam ipſas coronæ ſentes quaſi virides appa-
rere: quæ tamen ſi videantur aruiſſe folia, quotidie
tamen reuireſcere virtute diuina. Prodit & ea monu-
mento, quo Dominicum iacuit corpus mira virtus,
D quod ſæpiùs terra naturali candore radiante repletur,
& exinde iterum ablata aqua conſpergitur, de qua tur-
tulæ paruulæ formantur, ac per diuerſas mundi partes
tranſmittuntur: de quibus plerumque infirmi ſanitates
hauriunt. Illud eſt admirabile, quòd ſæpiſſimè acceſſus
ſerpentium vitant. Sed quid ego temerarius de his lo-
qui audeo, cùm fides retineat omne quod ſacroſanctum
corpus attigit, eſſe ſacratum?

Capvt VIII.

De tunica Chriſti inconſuta.

DE tunica verò beati corporis non conſuta, deſu-
per contexta per totum, quæ iuxta Dauidicum
vaticinium ſub ſorte iacuerat, fides Euangelica pan-
dit. Ait enim, *Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi, & in* E
veſtem meam miſerunt ſortes. De hac verò immaculati
agni tunica, quæ à quibuſdam audiui, ſilere nequeo:
Ferunt autem in ciuitate Galathææ, in baſilica, quæ ad
ſanctos Archangelos vocitatur, retineri. Eſt enim hæc
ciuitas, ab vrbe Conſtantinopolitana, quaſi millibus
centum quinquaginta, in qua baſilica eſt crypta abdi-
tiſſima: ibique in arca lignea hoc veſtimentum habe-
tur incluſum, quæ arca à deuotis atque fidelibus cum
ſumma diligentia adoratur, non immeritò digna, quæ
hoc veſtimentum retineat, quod Dominicum corpus
vel contingere meruit, vel velare.

Capvt IX.

De baſilica B. Virginis Mariæ, ab Imperatore Conſtantino extructa.

MAria verò glorioſa genitrix Chriſti, vt ante par- F
tum, ita Virgo creditur & poſt partum, quæ vt
ſuprà diximus, Angelicis choris canentibus, in Para-di-
ſum Domino præcedente, tranſlata eſt. Cuius baſilica
ab Imperatore Conſtantino admirabili opere fabrica-
ta renidet: ad quam adductæ columnæ, cùm præ ma-
gnitudine leuari non poſſent, eo quòd eſſet circuitus
earum ſedecim pedum, ac diebus ſingulis caſſo labore
fatigarentur, apparuit artifici ſancta Virgo per vi-
ſum, dicens: Noli mœſtus eſſe, ego enim tibi oſten-
dam qualiter hæ queant eleuari columnæ: & oſten-
dit ei quæ aptarentur machinæ, qualiter ſuſpenderen-
tur trocleæ, atque funes extenderentur, illud ad-
dens: Coniunge tecum tres pueros de ſcholis, quo-
rum hoc adiutorio poſſis explere. Quod cùm ille eui-
gilans, quæ præcepta fuerant coaptaſſet, vocatis tribus
pueris ab ſcholis, erexit ſumma velocitate columnas.
Præſtitum eſt populis ſpectare miraculum admiran-
dum, vt quod multitudo virorum fuſtium leuare ne G
quiuerat, tres pueruli abſque virtute perfecti operis
ſubleuarent. Huius feſtiuitas ſacra mediante menſe vn-
decimo celebratur. Nam in oratorio Marciacenſis do-
mus Aruerni territorij, eius reliquiæ continentur. Ad-
ueniente verò hac feſtiuitate, ego ad celebrandas vigi-
lias ad eum acceſſi. Cúmque per obſcuram noctem
properarem ad oratorium, ſuſpicio à longè per fene-
ſtras ita immenſam claritatem effulgere, vt putaretur
ibi multitudo lychnorum ac cereorum eſſe accenſa.
Credens igitur, quod aliqui deuotorum iam nos ad
celebrandas vigilias præceſſiſſent, accedo ad oſtium:
pulſo, nec quemquam inuenio, repertúmque oſtium
claue munitum cuncta ſilentio data, deprehendo. Quid
plura, tranſmittimus ad cuſtodem, cui tunc erat ob-
ſerandi cura, vt ſcilicet oſtium claue exhibita reſera-
ret. Dum autem ille venit, nos accendimus à foris
cereum: intereà aperitur ſponte & oſtium: ingreſſiſ-
que nobis credo à caligine peccatorum meorum, cla-
ritas quam admirabamur aforis apparente cereo noſtro H
diſceſſit: nihil tamen præter virtutem glorioſæ Vir-
ginis aliud penitus videre potuimus, vnde claritas illa
fuiſſet exorta.

Capvt X.

De puero Iudæo valdè memorandum miraculum.

QVid igitur in oriente actum fuerit ad corrobo-
randam fidem Catholicam, non ſilebo. Iudæi
cuiuſdam vitrarij filius, cùm apud Chriſtianos pueros
ad ſtudia literarum exerceretur, quadam die dum miſſa-
rum feſta in baſilica beatæ Mariæ celebrarentur, ad
participationem glorioſi corporis & ſanguinis Domi-
nici cum aliis infantibus infans Iudæus acceſſit. Quo

A ſancto aſſumpto gaudens ad domum patris reuertitur: illoque operante inter amplexus & oſcula quæ acceperat, cum gaudio refert. At ille Chriſto Domino ac ſuis legibus inimicus ait: Si cum his infantibus communicaſti, oblitus paternæ pietatis, ad vlciſcendam Moſaicæ legis iniuriam, parricida in te durus exiſtam. Et apprehenſum puerum in os fornacis ardentis proiecit, adiectiſque lignis quo vehementius exureretur, inſiſtit. Sed non defuit illa miſericordia, quæ tres quondam Hebræos pueros Chaldaico in camino proiectos, nube roſulenta reſperſerat. Ipſa enim hunc inter medios ignes & prunarum moles iacentem prorſus conſumi non patitur: licèt eùm audiſſet mater, quod ſcilicet filium communem pater deliberaſſet exurere, cucurrit ad liberandum eum. Sed cùm vidiſſet incendia ab ore fornacis patulo huc & illuc, flamma dominante reſpergi, ornatum capitis ad terram proiicit, diffuſâque cæſarie ſe miſeram clamitans, ciuitatem vocibus implet. Quòd cùm Chriſtiani, quod actum fuerat, di-

B dicissent, concurrunt omnes ad tam iniquum ſpectaculum, retractiſque ignibus ab ore fornacis, inueniunt puerum quaſi ſuper plumas molliſſimas decumbentem. Quo extracto, admirantur omnes illæſum: clamoribus locus ille repletur: & ſic Domino omnis populus benedicit. Conclamant etiam, vt auctorem huius ſceleris in ipſas proiicerent flammas. Proiectum autem, ita totum ignis abſorbuit, vt vix de oſſibus eius paruum quodammodo relinqueretur indicium. Interrogantes autem infantulum Chriſtiani, quale ei inter ignes fuiſſet vmbraculum, ait. Mulier quæ in baſilica illa, vbi panem de menſa accepi in cathedra reſidens, paruulum in ſinu geſtat infantem: hæc me pallio ſuo ne ignis voraret, operuit. Vnde indubitatum eſt, beatam ei Mariam apparuiſſe. Agnita ergo infans fide Catholica, credidit in nomine Patris & Filij & Spiritus ſancti, ac ſalutaribus aquis ablutus vnà cum genitrice ſua, denuo ſunt renati. Multi Iudæorum exemplo hoc in vrbe illa ſaluati ſunt.

C

Capvt XI.

De Monaſterio Hieroſolymitano.

Monaſterium eſt valdè magnum in Hieruſalem, non modicam habens Congregationem in quodam loco. Deuotio populi ſæpè plurima confert, vt etiam Imperatoris iuſſu ibi non minima largiuntur. Accidit autem quodam tempore, vt præ penuria egeſtatis valde eis victus neceſſaria deficerent. Congregatio itaque garrula Monachorum, cùm vna atque alia die, refectionis alimoniam non caperet; vociferant ad Abbatem dicentes: Largire cibos, aut permitte diſcedere vnumquemque in locum quo vitam propagare poſſit, alioqui nec te conſultu abſcedimus, ne pereamus fame. Hæc iis dicentibus ait Abbas Ore-

D mus fratres dilectiſſimi: & Dominus miniſtrabit nobis cibos, nec enim poteſt fieri, vt deficiat triticum in eius Monaſterio, qui frugem vitæ ex vtero parentis intulit mundo. Quibus vigilantibus nocte tota, ac pſallentibus, mane orto ita reperiunt cuncta horreorum habitacula repleta tritico, vt vix vel reſerari oſtium poſſet. Accepto autem cibo, gratias egerunt Deo. Poſt multos verò annos iterum deficiente cibo, clamauerunt Monachi ad Abbatem, qui ait: Vigilemus ac deprecemur Dominum, & forſitan tranſmittere dignabitur alimenta. Denique proſternuntur ad pauimentum templi. Vigilantes itaque noctem in Pſalmis Hymniſque & Canticis ſpiritalibus, cùm ſe poſt Matutinas ſomno dediſſent, venit Angelus Domini, & poſuit ſuper altare multitudinem innumeram auri. Erant enim oſtia ædis obſerata. Exurgente autem mane Abbate cum Monachis, ad celebrandum curſum, viderunt multitudinem auri ſuper altare. Et ait Abbas cuſtodi

E æditu o. Quis perfectorum huc ingreſſus eſt, qui hæc detulit? reſpondit, Poſt egreſſum veſtrum nullus hic hominum acceſſum habuit, ſed oſtij clauem munitam retinui & mecum habui, donec ſurgeres ad commouendum ſignum. Tunc ſtupens Abbas cum Monachis, munus cœleſte intellexit, gratiáſque Deo agens, collegit, comparatiſque victui neceſſariis, plebem creditam affluenter refecit. Nec mirum ſi beata Virgo ſine labore ſuis protulit victum, quæ ſine coitu viri concipiens, Virgo permanſit & poſt partum. Huius beatæ Virginis reliquias cum ſanctorum Apoſtolorum, vel beati Martini quadam vice ſuper me in cruce aurea poſitas exhibebam. Cùmque per viam graderemur, conſpicio haud procul à via hoſpitiolum cuiuſdam pauperis incendio concremari. Erat autem foliis, quæ ignibus maxima præſtant fomenta, contectum. Currebat miſer cum liberis & vxore aquam deportans: ſed flammæ non mitigabantur. Tunc extractam à pectore crucem eleuo contra ignem: mox in aſpectu ſanctuarij reliquiarum, ita cun-

F ctus ignis obſtupuit, ac ſi non fuiſſet accenſus.

Capvt XII.

De Ioanne Baptiſta.

Ioannes verò Baptiſta aſtu Herodis per Herodiadem vxorem fratris, in carcerem colligatur. Tunc temporis à Galliis matrona quædam Hieroſolymam abierat, pro deuotione tantùm, vt Domini & Saluatoris noſtri præſentiam mereretur: audiens autem quod beatus Ioannes decollaretur, curſu illuc rapido tendit, datiſque muneribus ſupplicat percuſſori, vt ei ſanguinem defluentem colligere permitteret. Illo autem percutiente, matrona concham argenteam præparat, truncatóque Martyris capite, cruorem deuota ſuſcepit: quem diligenter in ampulla poſitum, patriam detulit, & apud

G Vaſatenſem vrbem, ædificata in eius honore Eccleſia, in ſancto altari collocauit.

Capvt XIII.

De miraculo facto apud vrbem Vaſatenſem.

Qvoniam Vaſatenſis vrbis meminimus, operæpretium puto, miraculum quod in ea Dominus largitus eſt, memorare. Tempore quo diuturna obſidione vallabatur à Chunis, omni nocte Sacerdos qui præerat, circuibat pſallendo, & orabat, nec ab vllo auxilium, niſi à Domini miſericordia requirebat. Hortabatur omnes orare, & non deficere aſſerens humiles preces, cœlorum ianuas penetrare. Hoſtis verò in circuitu depopulabatur villas, domos tradebat incendio, agros vineaſque pecoribus intromiſſis vaſtabat: ſed Sacer-

H doti bono operi inſiſtenti, celeriter virtus diuina adfuit. Nam nocte viſum eſt ipſi barbarorum Regi, quaſi pſallentes homines in veſtimentis albis, accenſis cereis circuire muros vrbis, & indignans, ait, Quæ eſt hæc peruerſitas & ſecuritas vana, vt obſeſſi quaſi deſpectis nobis, Canticis neſcio quibus ac laudibus perſtrepant? verè quia digni ſunt perditione. Et ſtatim miſit ad vrbem nuntios, interrogantes quid ſibi iſta velint. At illi negant ſcire ſe quæ dicuntur, neque de iis aliqua perſenſiſſe. Alia verò nocte, vidit quaſi globum magnum ignis ſuper vrbem deſcendere: & ait, ſi contra nos hi obſeſſi contumaciter agunt, nec nos metuunt, vel cœleſtis eos ira conſumet. Cúmque non videret vllum ab vrbe incendium conſurgere, miſit iterum interrogare, quæ eſſent, quæ videret. Similiter denegauerunt nihil ſe omnino vidiſſe. Tunc Rex Gauſericus ait, Si hæc iſti neſciunt, manifeſtum eſt quod Deus eorum adiuuat eos: & ſtatim diſceſſit à loco illo. Sacerdos autem conuo-

A catis ciuibus, Vigilias celebrat, & Miſſarum agit feſta pro liberatione populi ſui. Dum autem hæc ageret, reſpiciens ſurſum vidit ſuper altare quaſi de camera templi, cadere tres guttas æquales magnitudine, claritate, candore cryſtallino vincentes. Cúmque omnes cum admiratione & ſtupore vehementi intenderent, eáſque nullus auderet attingere, Petrus quidam Preſbyter, qui vt res ipſa adſerit, magni meriti erat, exhibita argentea patena, guttas colligere nititur: quæ dum per altare vago curſu rotantur, defluentes in ipſam patenam, ſtatim in ſe coniunctæ, quaſi vnam gemmam pulcherrimam effecerunt: patuitque euidenti ratione contra iniquam & Deo odibilem Arrianam hæreſim, quæ eo tempore pullulabat, hæc acta. Agnitúmque eſt, ſanctam Trinitatem in vna omnipotentiæ æqualitate connexam, nullis garrulationibus poſſe diſiungi. Tunc gauiſus populus, & intelligens munus ſibi indultum fuiſſe diuinitus, conferens aurum gemmáſque pretioſas, crucem fecit in qua hanc gemmam ſtatuit. Sed proti-
B nus omnes reliquæ gemmæ hac accedente ceciderunt. Tunc Pontifex intelligens non eſſe conſortium cœleſtibus cum terrenis, fabricata cruce ex auro puriſſimo, eam gemmam media intercapedine locat, & populo adorandam præbet. Nec mora, fugato, vt diximus, hoſte, ciuitas liberata eſt. Iam ex hoc multi infirmi hauſto vino vel aqua, in qua gemma abluitur, protinus ſanitati redduntur. Denique cùm adorata fuerit, ſi à peccato eſt homo immunis, & ipſa apparet clara: cæterùm ſi, vt plerumque adſolet, humanæ fragilitati aliquid detulerit criminis, tota ei videtur obſcura: miráinque præbet diſcretionem inter innocentem & noxium, cùm vni atra, alteri monſtretur ſplendida.

Capvt XIV.

C *De muliere quæ obtinuit pollicem Ioannis Baptiſtæ.*

Etiam quædam mulier à Maurienna vrbe progrediens ipſius Præcurſoris reliquias expetiuit: & ita ſe conſtrinxit vinculo iuramenti, vt non ante à loco diſcederat, niſi de membris eius mereretur quicquam accipere, ſed cùm impoſſibile hoc incolæ loci narrarent, proſternebatur quotidie ante ſepulchrum, orans ſibi vt diximus, de ſanctis artubus aliqua condonari. In qua intentione integrum duxit annum. Similiter & alterum, iugi ſemper oratione depoſcens. Tertio verò ingrediente anno, cùm orationem ſuam peruenire cerneret ad effectum, proiecit ſe ante ſepulchrum, & obteſtatur, non ſe exinde ſurrecturam, priuſquàm hæc petitio obtineretur à Sancto. Septima verò die cum iam inedia deficeret, apparuit ſuper altare pollex miri candoris ac lucis effulgens. Cognito autem mulier Dei dono, ſurrexit à pauimento, factáque capſula aurea, in ea recondidit quæ Domino largiente meruerat, & ſic
D gaudens remeauit ad propria: impletúmque eſt in illa quod Dominus ait in Euangelio. *Amen dico vobis quod ſi perſeuerauerit pulſare, & ſi non ſurgit pro eo quod amicus ſit, propter improbitatem tamen eius ſurget, & tribuet ei quotquot habet neceſſarios.* Poſt hæc tres Epiſcopi aduenientes de ciuitatibus ſuis, ad adorandũ in hoc loco voluerunt partẽ de hoc pignore elicere: poſitóque in medio, nihil omnino auferre potuerunt. Tunc vna vigilantes nocte, deprecati ſunt vt aliquid mererentur à pollice, poſitóque ſub eo linteo, dum partem auferre conantur, vna ex eo gutta ſanguinis cecidit ſuper linteum. Quod cernentes, duas deinceps noctes vigilant. Deinde proſtrati coram ſancto altari, dum ſupplicant vt adhuc manus aliquid mereantur à pollice, duæ iterum ex eo fluxerunt guttæ. At illi gauiſi, colligentes deuotè quæ Dominus dederat, iuxta numerum ſeruorum ſuorum diuiſerunt linteum cum guttis ſuis, quæ non ſine grandi admiratione vrbibus intulerunt: & quia locus ille Maurienneſis ad Taurinenſem quondam vrbem pertinabat, tempore illo quo Rufus erat Epiſcopus, ait Archidiaconus eius ad eum, Non eſt æquum, vt hoc pignus in loco viliori teneatur, ſed ſurge & illud accipe, & defer ad Taurinenſem Eccleſiam, quæ plus popularis habetur. Cui ille reſpondit, Quia hæc agere non audabat. Archidiaconus dixit, Ego hoc deferam ſi permittis. Et Epiſcopus, Fac quod libet. Tunc Archidiaconus accedens ad locum, dum vigilias celebrat, mittit manum ad capſulam, mox amens effectus, accenſus febre, die tertio expirauit, factúſque eſt timor magnus omnibus, nec quiſquam vltra beata pignora auſus eſt mutare. E

Capvt XV.

De miraculis per reliquias beati Ioannis apud Turonos factis.

Apud Turonicam verò vrbem, dum in oratorium atrij beati Martini, ipſius Præcurſoris reliquias F
collocaremus, cæcus quidam adminiculo deducente, lumen recepit. Energumenus verò obſiſtans virtutem beati Ioannis, Martinique Antiſtitis, expulſo purgatus eſt dæmone. In hoc oratorium vna puellarum cui officium erat, lychni fomenta componere, adueniens cum cereo vt hæc ageret, eſt ingreſſa: compoſitóque lychno atque accenſo adtracto ad ſe fune, ſublimauit in altum, pleníſque innexum laqueis ad parietis clauum: & abſceſſit: quæ dum redit, cereus quem manu gerebat extinguitur, regreſſáque velociter ad cicendilem, cereum non attingebat inluminare, neque laqueum funis abſoluerat. Dum ambigua de hac cauſa penderet, ſubito delapſa à cicindeli flamma, cereum in manu eius inluminauit: & ſic officio luminis præempta, quo voluit, iuit. Ferunt autem in hoc oratorio à lichno oleum ebullire: habentur enim & ibi reliquiæ ſanctæ Crucis. G

Capvt XVI.

De ardore manus cuiuſdam mulieris extincto.

Svb huius vrbis territorio apud vicum Alangauienſem, mulier quædam ex incolis, conſperſa Dominica die farina, panem formauit, quem ſegregatis prunis, cinere feruenti contexit decoquendum. Quod cùm feciſſet, protinus ei manus dextera diuino igne ſuccenſa, cœpit exuri. At illa vociferans ac plangens, baſilicam huius vici, in qua reliquiæ beati Ioannis continentur, expetiit. Et oratione fuſa, vouit in hac die diuino nomini conſecrata, nullam operam exercere, niſi tantùm orationi vacare. Nocte verò ſequenti, fecit cereum in altitudinem ſtatus ſui. Tunc in oratione pernoctans, tento tota nocte manu propria cereo, reſtinctis H
ardoribus incolumis eſt egreſſa.

Capvt XVII.

De fluuio Iordane.

Et quia Ioannis Baptiſtæ meminimus, dignum eſt vt de Iordane aliqua memoremus. Igitur à monte Phanio duo conſurgunt fontes, quorum vnus, Ior, alter Dan vocitatur: qui ab vtraque parte Phaniadæ vrbis, quæ priùs Cæſarea Philippi vocabatur, deſcendentes, ſub ipſa vrbe tam fluentis coniuncti, quàm nomine vno, Iordanem efficiunt. Qui vſque Hiericho ciuitatem, & vltra defluit. In eo habetur locus, in quo Dominus baptizatus eſt. In vno etenim reflexo aqua

A ipſa reuuluitur, in qua nunc leprufi mundantur. Cùm autem sduenerint, ſæpiùs lauantur in flumine: donec ab infirmitate purgentur. De publico tamen dum ibi commorati fuerint, victum accipiunt: ſauati autem, ad pruptia diſcedunt. Ipſe quoque Iordanes ab eo loco in quinto milliario, mari commistus mortuo, numen amittit. Mare enim mortuum ab hoc dicitur, eo quod ab incendio Sodomæ vel reliquarum vrbium, eſt verſatum: & aqua ipſa aſphalto permista eſt: vnde à nunnullis mare Aſphalti appellatur: in quo qui natare neſcit, ſuper aquam fertur, & circa eum ſulphur adheret.

Captt XVIII.

De fluuio in quo ſolitus eſt lauari Ieſus Naue.

SVnt autem & ad Leuidam ciuitatem aquæ calidæ,
B in quibus Ieſus Naue lauare ſulitus erat: vbi ſimiliter leprofi mundantur: eſt autem ab Hiericho duodecim millibus. Propè autem Hiericho habentur arbores, quæ lanas gignunt. Exhibent enim poma in modum cucurbitarum, teſtaſ lu circuitu habentes duras, intrinſecus autem plena ſunt lanæ. Et de his etiam ferunt, ipſi Ieſu Naue ſolere fieri indumenta. Sed & hodie tales exhibent lanas, ex quibus nos à quibuſdam delatas vidimus, & admirati ſumus vel candorem, vel ſubtilitatem earum.

Capvt XIX.

De leproſo mundato in loco vbi Dominus eſt baptizatus.

ETiam vidi ante hoc tempus hominem Ioannem numine, qui à Galliis leproſus abierat, & in ipſo
C loco, quo Dominum diximus baptizatum, aiebat ſe per annum integrum commoratum fuiſſe. Qui aſſiduè abluebatur in amne, ſed redditus priſtinæ inculumitati, refotmata in meliùs cute, ſanatus eſt. Hic reliquias beatæ Mariæ ab Hieruſolymis accipiens, reuertebatur in patriam: ſed priùs Romam abire diſpuſuit. Verùm vbi altas Italiæ ſolitudines eſt ingreſſus, incidit in lattones. Nec mora, ſpoliatur indumentis: & ipſa quoque capſa, in qua beata geſtabat pignora, capitur. Exiſtimantes enim inimici, auri ibidem ſeſtertias adgregaras, effracta claue omnia rimantur intentè. Sed cùm nihil in ea pecuniæ reperiſſent, extracta pignora in ignem proiiciunt, cæloque lumine diſceſſerunt. Tunc ille ſeniuiuus exſurgens, vt vel cineres euſtorum colligeret pignorum, inuenit ſuper carbones accenſos inlæſas iacere reliquias: ipſúmque linteum quo inuulutæ erant, ita admiratur integrum, vt non putaretur prunis iniectum, ſed aquis abſconditum. Collegitque cuncta cum gaudio, &
D viam quam pergebat ingreſſus, vſque ad Gallias peruenit incolumis: multos etiam vidimus, qui vel in Iurdane vel in aquis Leuidæ vrbis tincti, ab hoc fuerant morbo mundati.

Capvt XX.

De reliquiis Beatæ Virginis Mariæ, & vltione peierantium.

IN vrbe autem Turonica, eſt Eccleſia ſanctæ Mariæ Virginis, ac Ioannis Baptiſtæ nomine conſecrata, in qua periuris vltio diuina adparuit. Quidam autem cùm ad periurandum, in hanc Eccleſiam fuiſſet ingreſſus, vbi manus ante altare ſtans, ſurſum
E extulit, vt Sacramentum mendax proferret, ſtatim reſupinus ruens, ita caput in pauimentum conliſit, vt vix vel viuens erigi potuiſſet. Ad ſe autem reuerſus, dulum periurij quod occultabat, publicè patefecit. Vidimus etiam & nos quoſdam de Turonicis in loco eodem periurtaſſe, qui ita diuino iudicio condemnati ſunt, vt in ipſius anni curriculo finirentur à ſeculo.

Capvt XXI.

De forma Domini apud Phaniadam.

ETiam vt diximus, in ipſo primo Iordanis egreſſu, Phaniada ciuitas ſita eſt, in qua habetur ſtatuta ex electro puriſſimo fabricata, in qua Redemptoris noſtri forma dicitur eſſe expreſſa. Nam vt à pleriſque
F audiui, qui eam contemplati fuerant, mira claritas in eius facie continetur, ſed ne cui videatur abſurdum, narrare quæ de ea Cæſarienſis refert Euſebius, non pigebit. Ait enim. *Mulierem quam ſanguinis profluuio laborantem, à ſaluatore curatam Euangelia tradiderunt, huius vrbis ciuem conſtat fuiſſe, domúſque eius in ea nunc oſtenditur. Pro foribus verò domus ipſius, baſis quadam in loco editiore collocata, monſtratur: in qua mulieris ipſius velut genibus proruoluta, palmas ſuppliciter tendentis, imago ærea videtur expreſſa. Adſtat verò alia ærea nihilominus fuſa ſtatua, habitu viri ſtola compè circundati, & dextram mulieri porrigentis. Huius ad pedem ſtatuæ in baſi herba quadam noua ſpecie naſcitur. Quæ cùm exorta fuerit, creſcere vſque ad ſtolæ illius æreæ indumenti fimbriam ſolet. Quam cùm ſummo vertice creſcens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoréſque conquirit, ita vt quacunque fuerit illa infirmitas corporis, hauſtu exiguo madefacta ſalutaris graminis depellatur: nihil omnino virium gerens: ſi antequam ærea fimbria ſummitatem creſ-
G cendo contigerit, decerpatur. Hanc ſtatuam ad ſimilitudinem vultus Ieſu tradebat: quæ permanſit etiam ad noſtra vſque tempora, ſicut ipſi oculis noſtris inſpeximus. Et nihil mirum, ſi ſibi qui ex gentibus crediderunt, pro beneficiis quæ a Saluatore fuerant conſecuti, huiuſmodi velut munus videbantur offerre, cùm videamus etiam nunc & Apoſtolorum Petri vel Pauli, & ipſius Saluatoris imagines deſignari, tabuliſque depingi.* Hæc Euſebius retulit.

Capvt XXII.

Miraculum de imagine Chriſti telo traiecta.

ETiam & iſto nunc tempore, per credulitatem integram, tanto Chriſtus amore diligitur, vt cuius legem in tabulis cordis credentes populi retinent, eius
H etiam imaginem ad commemorationem virtutis in tabulis viſibilibus pictam, per Eccleſias ac domos adfigant: ſed in hac inimicus ſemper humani generis æmulus extat. Nam Iudæus quidam cùm huiuſmodi Imaginem in tabula pictam, ac parieti affixam in Eccleſia ſæpè vidiſſet, ait, ecce ſeductorem illum, qui nos, genúſque noſtrum humiliauit. Et ſic nocte veniens, telo ipſam imaginem verberat, eliſamque de pariete, opertam veſte, ad domum portans, flammis parat exurere. Sed res mira apparuit, quæ quòd de virtute Dei fuerit, non poteſt ambigi. Nam de vulnere vbi imago transfoſſa fuerat, ſanguis effluxit. Quod ipſe iniquus ſpiculator, oppletus furore non ſenſit. Cùm autem per obſcuræ noctis tenebras, domum ſuam fuiſſet ingreſſus, lumine adhibito cernit ſe totum ſanguine cruentum: timénſque ne ſcelus ſuum patefieret, abiectam à ſe tabulam, abdidit in obſcuris: nec auſus eſt vltra contingere,

quod

quod iniquè præſumpſit auferre. Venientes autem Chriſtiani diluculo ad domum Dei, iconem non inueniunt, ſtupenteſque ac requirentes quod fuerat factum, cruoris veſtigia deprehendunt. Quod ſequentes, ad domum Iudæi accedunt. Denique ſciſcitati de tabula, nihil certi cognoſcunt. Requirentes autem eam ſollicitè, in angulo cellulæ Iudæi reperiunt: qua Eccleſiæ reddita, furem lapidibus obruerunt.

CAPVT XXIII.

De Crucifixo apud Narbonam.

EST & apud Narbonenſem vrbem in Eccleſia ſenioræ quæ beati Geneſij Martyris reliquiis plaudit, pictura quæ Dominum noſtrum quaſi præcinctum linteo indicat crucifixum, quæ pictura dum aſſiduè cerneretur à populis, apparuit cuidam Baſileo presbytero per viſum perſona terribilis dicens: Omnes vos obtecti eſtis variis indumentis, & me iugiter nudum aſpicitis. Vade quantocius, cooperi me veſtimento. Et presbyter non intelligens viſionem, data die nequaquam ex ea re memoratus eſt. Rurſúmque apparuit ei. Sed & illud paruipendit. Poſt tertium autem diem ſecundæ viſionis, grauibus excruciato eo verberibus, ait: Nónne dixeram tibi vt operires me veſtimento, ne cernerer nudus: & nihil ex hoc à te actum eſt? Vade, inquit, & tege linteo picturam illam, in qua Crucifixus adpareo, ne tibi velox ſuperueniat interitus. At ille commotus, & valde metuens, narrauit ea Epiſcopo: qui protinus iuſſit deſuper velum expandi: & ſic obtecta nunc pictura inſpicitur. Nam & ſi parumper detegatur ad contemplandum, mox demiſſo velo contegitur, ne detecta cernatur.

CAPVT XXIV.

Inſigne miraculum de fontibus Hiſpaniæ.

EST & illud illuſtre miraculum de fontibus Hiſpaniæ, quos Luſitania prouincia profert. Piſcina namque eſt apud Oſen campum antiquitus ſculpta, & ex marmore vario in modum Crucis, miro compoſita opere. Sed & ædes magnæ claritatis ac celſitudinis, deſuper à Chriſtianis conſtructa eſt. Igitur cum dies ſacer poſt curriculum anni decedentis aduenerit, quo Dominus confuſo proditori myſticam Diſcipulis præbuit Cœnam, conueniunt in locum illum cum Pontifice ciues, iam odorem ſacri præſentientes aromatis. Tunc data oratione Sacerdos, oſtia templi iubet ſimul muniri ſignaculis, aduentum virtutis Dominicæ præſtolantes. Die autem tertia, quod eſt Sabbathi, conuenientibus ad baptizandum populis, adueniens Epiſcopus cum ciuibus ſuis, inſpectis ſignaculis, oſtia reſerat clauſa. Ac mirum dictu, piſcinam quam reliquerant vacuam, reperiunt plenam: ſed ita cumulo altiore refertam, vt ſolet ſuper ora modiorum triticum adgregari: videaſq; huc illucq; latices fluctuare, nec partem in diuerſam defluere. Tunc cum exorciſmo ſanctificatum, conſperſum deſuper chriſma, omnis populus pro deuotione haurit, & vas plenum domi pro ſaluatione reportat, agros, vineaſque aſperſione ſaluberrima tutaturus. Et cùm exinde multitudo amphorarum ſine collecto numero hauriatur, numquam tamen vel cumulum minuit, licet vbi infans primus intinctus fuerit, mox aqua reducitur, & baptizatis omnibus, lymphis in ſe reuerſis, vt initio produntur, neſcio ita & fine clauduntur ignaro.

CAPVT XXV.

De hæreticis, qui non adhibuerunt illis fidem.

QVidam verò ex hæreticis Deum non metuens, neque venerationem præſtans huic loco ſancto, neque credens corde miraculum, quod in eo Dominus ad corroborandam ſuorum fidem præſtare dignatus eſt, non ſilebo. Venit cum turba equorum, ſolutiſque impedimentis iuſſit in baſilicam poni, equitibuſque in ea præſepia præparari, irridens miſer quæ de hoc loco narrabantur ab incolis. Igitur media nocte prætereunte, à febre corripitur, ac penè exanimis, & tardius quam debuerat pœnitens, exclamat, æquites ab æde expelli: erat enim ei, ſub Rege licet magna, tamen in illa regione poteſtas. Expulſiſque à baſilica ſancta equitibus, ad ſe reuerſus, cœpit dentibus proprium lacerare corpuſculum, nec prorſus retineri à ſuis ob nimiam poterat debacchationem. Tandemque oppreſſus, inter ſuorum manus ſpiritum exhalauit. Denique Theodegiſilus huius Rex regionis, cùm vidiſſet hoc miraculum quod in his ſacratis Deo fontibus gerebatur, cogitauit intra ſe dicens, quia ingenium eſt Romanorum (Romanos enim vocitant homines noſtræ religionis) vt ita accidat, & non eſt Dei virtus. Veniens verò ad annum ſequentem, oſtium ſigillis ſuis cum Epiſcopi ſigillo muniuit: poſuitque cuſtodes in circuitu templi, ſi fortè aliquem deprehendere poſſit fraudis alicuius conſcium, per cuius ingenium in fontibus aqua ſuccederet. Similiter & alio fecit anno. Tertio verò conuocata virorum multitudine, foſſas in circuitu baſilicæ fieri iuſſit, ne forte locis occultis lymphæ deducerentur in fontem. Fuerúntque foſſæ in profundo, vicenûm quinûm pedum: in latitudine vero, quindecenûm. Sed nihil abditum potuit reperiri. Tamen vitæ finem faciens, & credo pro huius inquiſitionis temeritate, anni ſequentis diem quo hoc myſterium celebrabatur, videre non meruit, eo quòd arcanum virtutis diuinæ inueſtigare præſumpſit. Habentur autem in ea Reliquiæ ſancti Stephani Leuitæ.

CAPVT XXVI.

De illo qui propter perpetratum furtum nequiuit aquam haurire.

ERgo quia fons ille diuino nutu, vt ſupra diximus, ad officium baptizandi repletur: & quia cùm complens fuerit, auidè ex hoc populus haurire feſtinat, quidam accepto vaſculo, presbytero qui hanc aquam miniſtrabat, porrexit ad complendum. Quod dum compleret ſenior, hic inter comprimentes turbas, manum alterius extendit ad balteum, cultrúmque furatus eſt: quo in vagina recondito, manus extendit ad accipiendam hydriam quam tradiderat presbytero: qua accepta, amotus in partem aliam, neque vnam guttam aquæ in ea potuit reperire. Tunc confuſus valdè, & ſibi ob furti cauſam hoc eueniſſe cognoſcens, homini cultrum, quem furatus fuerat, reddidit: & ſic iterum porrecta lagena, plenam aquæ recepit. Eſt enim populus ille hæreticus, qui videns hæc magnalia, non compungitur ad credendum, ſed ſemper callidè diuinarum præceptionum Sacramenta nequiſſimis interpretationum gratulationibus non deſinit impugnare: ſed virtus Domini diuerſam partem deſtruit, & confundit.

A

Capvt XXVII.

De martyrio Iacobi Apoſtoli fratris Domini.

IAcobus Apoſtolos, qoi & frater Domini vocitatua eſt, ab ipſo Domino noſtro Ieſu Cbriſto Epiſcopus dicitur ordinatus. Poſt cuios glurioſam Aſcenſioocm, dum viam ioſtitiæ Iudæis errantibus aperire conatur, de pinna Templi præcipitatus, adliditur, effuſoque fullonis fuſte cerebro, ſpiritum reddidit, ſepultuſque eſt in moote Olineti, in men·tia; quam ſibi ipſe prtua fabricauerat, & iu qua Zachariam ac Simeonem ſepelierat: hæc de Iacobo Apoſtolo.

Capvt XXVIII.

B *De Petro Apoſtolo.*

PEtrus Apoſtolus, ad humilitatem docendam, caput deſuper tonderi inſtituit, qui ab Apoſtolis cæteris Epiſcopus ordinatus, Romæ cathedram locauit. Cuins oratione & Pauli, Simonis Magi calliditas vel detecta eſt, vel obruta. Extant bodieque apud vrbem Romanam duæ io lapide foſſulæ, ſuper quem beeti Apoſtoli deflexo poplite, orationem contra ipſum Simonem Magum ad Dominum effuderuot. In quibus cùm de pluuiis lymphæ collectæ fuerint, à morbidis expetuntur, hauſtæque mox ſanitatem tribuunt. Sanctus verò Petrus Apoſtolus, vt præfati ſumus, cùm poſt Neroniana ac Simoniaca bella, ad crucem veniſſet, impleto iam fœlicis trophæi certamine reſupinis ad cœlum veſtigiis ſe expetiit crucifigi, indignum ſe vociferans, vt Dominum exaltari: ſicque dirigens ſpiritum viuacem in aſtra, ſepultus eſt in templo, quod vocitebatur C antiquitus Varicanum, quatuor ordines columnarum valde admirabilium numero nonaginta ſex habens. Habet etiam quetuor in altari, quæ ſunt ſimul centum, præter illas quæ tiborium ſepulchri ſuſtentant. Hoc enim ſepulchtum ſub altari collocatum, valde rarum habetur. Sed qui orare deſideret, reſeratis cancellis quibus locus ille ambitur, accedit ſuper ſepulchrum: & ſic feneſtella parvula patefacta, immiſſo introrſum capite, quæ neceſſitas promit, efflagitat. Nec moratur effectus, ſi petitionis tantùm iuſta proferatur oratio. Quòd ſi beata auferre deſiderat pignore, palliolom aliquod momentana penſatum iacit intrinſecus, deinde vigilans ac ieiunans, deuotiſſimè deprecatur, vt deuotioni ſuæ virtus Apoſtolica ſuffragetur. Mirum dictu, ſi fides hominis præualuerit, à tumulo palliolum eleuatum ita imbuitur diuina virtute, vt multò amplius quàm prius penſauerat, ponderetur: & tunc ſcit qui leuauerit cum eius gratia ſumpſiſſe qeod petiit. Multi enim & claues aureas ad reſerandos cancellos beati ſe D pulchri faciunt, qui ferentea pro benedictione priores accipiunt, quibus infirmitati tribulatorum medeantur. Omnia enim fides integra præſtat. Sunt ibi & columnæ miræ elegantiæ candore niueo, quatuor numero, quæ ciborium ſepulchri ſuſtinere dicuntor.

Capvt XXIX.

De Paulo Apoſtolo.

PAulus vero Apoſtolus, poſt reuolotum anni circulum, ipſa die, qua Petrus Apoſtolus paſſus eſt, apud vrbem Romam gladio percuſſus occubuit. E cuius ſacro corpore lac defluxit & aqua: nec mirum ſi lac e iu e manarit ex corpore, qui gentes incredulas & parturiuit & peperit, ac lacte ſpiritali nutritas, ad cibum ſolidum Scripturarum ſanctarum opaca reſerando, per- E duxit. De cuius virtutibus multa quidem audiuimus: ſed de plurimis vnum tantùm miraculum ſtuduimus declarare. Factum eſt autem in quodam loco, vt homo laqueum ſibi ad extorquendam vitam, inſtigante diabolo, præpararet. Cúmque ſecretum cellulæ in qua hæc ageret, reperiſſet, funem trabi tranſmiſſum, laqueum cœpit innectere, nomen tamen ſemper Pauli Apoſtoli inuocabat, dicens: Adiuua me ſancte Paule. Et ecce vmbra ſqualida atque funeſta, quæ nihil minus vultu quàm diabolum ſimulabat, apparuit ei, hortans ac dicens: Eia age, ne moreris: expedi celerius quæ cœpiſti. At ille cùm opus hoc, id eſt, vitæ extorquendæ pararet, ſemper aiebat, Beatiſſime Paule eſto adiutor meus. Denique expedito iam laqueo, cùm vehementius vrgeretur ab vmbra, vt collum immitteret, ſubito adfuit alia vmbra huic ſimilis, dicens ei quæ cum homine erat, Fuge miſerrime: en Paulum Apoſtolum huc venientem: inuocatus enim ab hoc homine, ecce adeſt. Tunc euaneſcentibus vmbris, hic ad ſenſum ſuum reuerſus, & Crucem virtutis Dominicæ pectori nutanti depingens, pœnitentiam genis lachrymarum imbre F perfuſus agebat, cur iſta tentaſſet. Vnde manifeſtum eſt, hunc eundemque hominem per virtutem beati Apoſtoli ab hoc ſæuæ mortis præcipitio fuiſſe ſaluatum.

Capvt XXX.

De Ioanne Apoſtolo & Euangeliſta.

IOannes vero Apoſtolus & Euangeliſta Dei, poſt peractum tam agonis legitimi, quam prædicationis ſaluberrimæ curſum, viuus deſcendens in tumulo, operiri ſe humo præcepit. Cuius nunc ſepulchrum manna in modum farinæ hodieque eructat, ex qua beatæ reliquiæ per vniuerſum delatæ mundum, ſalutem morbidis præſtant. Hic eſt Ioannes, quem Dominus plus quàm cæteros dilexit Apoſtolos, qui tantæ charitatis G amore prælatus eſt, vt ſuper ipſum ſacri corporis pectus accumbens, myſteriorum cœleſtium hauriret arcana. Ipſe etiam Dominus noſter glorioſam Genitricem quaſi peculiari quadam modo Diſcipulo, in ipſa Paſſionis hora, in Cruce, pro mundi ſalute poſitus, commendauit. De hoc enim & poſt Reſurrectionem dixit: *Sic eum volo manere donec veniam.* In Epheſo autem habetur locus, in quo hic Apoſtolus Euangelium, quod ex eius nomine in Eccleſia legitur, ſcripſit. Sunt autem in ſummitate montis illius proximi quatuor ſine tecto parietes. In his enim orationi inſiſtens, Dominum aſſiduè pro delictis populi deprecans, morabatur: obtinuitque ne in loco illo imber vllus deſcenderet, donec ille Euangelium edimpleret. Sed & vſque hodie ita præſtatur à Domino, vt nulla ibi deſcendat pluuia, neque imber violentus adueniat. In ea vrbe Maria Magdalene quieſcit, nullum ſuper ſe tegmen habens. In ea & ſeptem dormientes habentur, de quibus aliqua Domino iubente, in poſterum narraturi ſumus. In hac & idolum Dianæ fuit, ab Apoſtolo Paulo deſtructum. Sed ad H cœpta redeamus.

Capvt XXXI.

De Andrea Apoſtolo.

ANdreas Apoſtolus, magnum miraculum in die ſolemnitatis ſuæ profert, hoc eſt manna in modum farinæ, vel oleum cum odore nectareo, quod de tumulo eius exundat. Per id enim quæ ſit fertilitas anni ſequentis oſtenditur. Si exiguum profluxerit, exiguum terra profert fructum: ſi vero fuerit copioſum, magnum arua prouentum fructuum habere ſignificat. Nam ferunt in aliquibus annis, in tantum è tumulo oleum

exundare,

exundare, vt vſque ad medium baſilicæ profluat riuus ille. Hæc autem aguntur apud prouinciam Achaiam, in ciuitate Patras, in qua beatus Apoſtolus ſiue Martyr, pro Redemptoris nomine crucifixus, præſentem vitam glorioſa morte finiuit. Tamen cùm oleum deſluxerit, tantum odorem naribus præſtat, vt putes ibi multorum aromatum ſparſam eſſe congeriem. Quod non ſine miraculo ac beneficio habetur in populis. Nam ex hoc ſe inunctiones factæ, ſiue potiones datæ, plerumque languentibus commodum præſtant. Poſt cuius glorioſam adſumptionem, multæ virtutes vel ad hoc ſepulchrum, vel per loca diuerſa, in quibus eius reliquiæ collocatæ ſunt, feruntur oſtenſæ. De quibus pauca memorari non putaui abſurdum, quia ædificatio eſt Eccleſiæ, gloria Martyrum, virtúſque ſanctorum. Tempore quo interfecto Clodomiro Rege Francorum, ſe exercitu reparans, Burgundiam deuaſtabat, in quadam baſilica reliquiæ iam dicti Apoſtoli cum Saturnini Martyris tenebantur. Accenſaque baſilica, cùm iam in tignorum moles dirueret, pauperes ac ſenes, quos barbaries reliquerat, flebant, dicentes; Væ nobis qui tantorum pignorum hodie caremus auxilio: nec vobis vltra ſpes præſentis vitæ manebit, ſi hæc deperierint. His ita flentibus, nutu Dei adueniens Turonicus homo, condolens his lamentis, & diſcens virtutem Martyrum, non minus fide quam parma protectus, per medias ingreditur flammas, adprehenſaſque ab altari ſanctas reliquias, nihil ab igne nocitus, extulit foras: ſed continuò ita conſtrictus eſt, vt greſſum in antea agere non valeret. Tunc indignum ſe iudicans qui ea ferret, vnam puellam paruulam impollutamque elegit à præda, cui capſulam ad collum poſuit, & ſic in patriam proſperè acceſſit. Tunc conlocatis in altari Nouiuicenſis Eccleſiæ, vbi nulla adhuc ſanctorum pignora habebantur, annis ſingulis deuotiſſimè eorum ſolemnia celebrabat. Cuius filius, cùm hæc poſt patris obitum non impleret, à febre quartana per annum integrum laborans, vouit vt nouam baſilicam in eorum honorem conſtrueret, quo facto, amota febre ſanatus eſt. Sed nec hoc ſine diuinitatis prouidentia actum reor, quod eadem die, qua beatæ reliquiæ in aliam ſunt tranſlatæ baſilicam, errantes homines à via, qui beati Vincentij reliquias deferebant, ad vicum ipſum delati ſunt. Tunc rogante Preſbytero, diuiſerunt ei particulam pignorum, quam in ſancto altari, vnde alias abſtulerat collocauit.

Mummolus autem, cùm Theodeberti Regis tempore, ad Iuſtinianum Imperatorem pergens, Conſtantinopolitani itineris viam nauali euectu ſulcaret, ad vrbem Patras, in qua idem habetur Apoſtolus, eſt adpulſus. Ac dum ibi cum ſatellitibus moraretur, infirmata veſica calculoſus efficitur. Dehinc diuerſis doloribus arctatus febre conſumitur: ablataque delectatione comedendi atque bibendi, aduentum mortis ſolùm præſtulatur. Igitur dum ſe ita feſſum & ſine ſpe vitæ decernit, teſtamentum ſuum petit ſcribi, munitúmque ſubſcriptionibus ac ſigillis, inquiri præcepit, ſi forſitan aliquis reperiretur in ciuitate, qui peritus in arte medicinæ, poſſet perituro ſuccurrere. Sed cùm hoc Epiſcopo qui tunc præerat, ſuggeritur, ait: Quid vſque vos dilectiſſimi, caſſo fatigatis labore, & inter homines requiritis medicinam, cùm habeatur hîc cœleſtis medicus, qui ſæpè infirmorum valetudines, ſine herbarum adminiculo, virtutis propriæ depellat effectu? Et quis, inquiunt, eſt ille? Andreas, ait, Apoſtolus Chriſti. Hæc nuntiantes infirmo, rogat ſe portari ad beati ſepulchrum. Cùmque pauimento proſtratus, quæ neceſſitas exigebat fideliter precaretur, medium ferè noctis, omnes qui aderant, ſopor obtinuit. Statimque infirmo conatus eiiciendæ vrinæ imminet, tangenſque vnum puerorum, voce tenui vaſculum poſtulat exhiberi, inlatoque dum vrinam nititur eiicere, lapidem magnum emiſit: qui tam validus fuit, vt cadens, ſonum in ipſa quæ parata fuerat concha, proferret. Tunc ablata febre cũ omni dolore, naui reſtauratur incolumis.

Caput XXXII.

De Thoma Apoſtolo.

Thomas Apoſtolus ſecundùm Paſſionis eius hiſtoriam, in India paſſus eſſe declaratur. Cuius beatum corpus poſt multum tempus adſumptum in ciuitate, quam Syri Ediſſam vocant, tranſlatum eſt, ibique ſepultum. Ergo in loco regionis Indiæ, quo prius quieuit, monaſterium habetur, & templum miræ magnitudinis, diligenterque exornatum atque compoſitum. In hac igitur æde magnum miraculum Deus oſtendit. Lychnus etenim inibi poſitus, atque inluminatus ante locum ſepulturæ ipſius, perpetualiter die noctúque, diuino nutu reſplendet, à nullo fomento olei ſcirpique accipiens, neque vento extinguitur, neque caſu dilabitur, neque ardendo minuitur: habétque incrementum per Apoſtoli virtutem, quod neſcitur ab homine, cognitum tantùm habetur diuinæ potentiæ. Hoc Theodorus qui ad ipſum locum acceſſit, nobis expoſuit. In ſupradicta igitur vrbe, in qua beatos artus diximus tumulatos, adueniente feſtiuitate magnus adgregatur populorum cœtus, ac de diuerſis regionibus cum votis, negotiatoribúſque venientibus vendendi, comparandique per triginta dies ſine vlla telonei exactione licentia datur. In his vero diebus qui in menſe habentur quinto, magna & inuſitata populis præbentur beneficia. Non ſcandalum ſurgit in plebe, non muſca inſidet mortificatæ carni, non latex deeſt ſitienti. Nam cùm ibi reliquis diebus pluſquàm centenûm pedum altitudine aqua hauriatur à puteis, nunc paululùm fodias, affatim lymphas exuberantes inuenies: quod non ambigitur virtute beati Apoſtoli impertiri. Decurſis igitur feſtiuitatis diebus, teloneum publico redditur, muſca quæ defuit, adeſt: propinquitas aquæ dehiſcit: dehinc emiſſa diuinitus pluuia, ita omne atrium templi à ſordibus & diuerſis ſqualloribus, qui per ipſa ſolemnia facti ſunt, mundat, vt putes locum nec fuiſſe calcatum.

Caput XXXIII.

De Stephano Protomartyre.

Stephanus autem primus vel Diaconus Eccleſiæ ſanctæ, vel Martyr apud Hieroſolymam, ſicut ſacra Apoſtolorum narrat hiſtoria, pro nomine ſancto Chriſti, quem à dextris virtutis ſpiritali contemplatione cernebat, lapidibus eſt obrutus, pro perſecutoribus ipſam ſupplicans Majeſtatem. Denique erat oratorium apud vrbem Turonicam, ab antiquis eius nomini dedicatum, quod nos paulùmper iuſſimus prolongari. Quod cùm factum fuiſſet, altare vt erat integrum in ante promouimus. Requirentes vero in loculo, nihil de pignoribus ſanctis quod fama ferebat, reperimus. Tunc miſi vnum ex Abbatibus, vt ab oratorio domus Eccleſiaſticæ nobis eius reliquias exhiberet, oblitus tamen clauem capſæ porrigere, quæ cingulo dependebat. Veniens vero Abbas ablato ab armario ſigillo, capſam reperit obſeratam. Quid faceret? quid ageret? in ambiguo dependebat. Si ad me venire, longum erat venire & reuerti: ſi ipſam capſam exhiberet, moleſtum mihi eſſe nouerat, quia multorum ibi ſanctorum pignora tenebantur: ſi non faceret, iuſſionem quam acceperat non implebat. Quid multa? dum capſam in manu dubitans retineret, reſilientibus cum ſonitu repagulis, capſam aſpicit reſeratam. Tunc cum gratiarum actione adſumptas reliquias, non ſine grandi admiratione nobis exhibuit, quas nos dictis miſſis, Domino iubente plantauimus. Regreſſus autem poſt multos dies ad vrbem, capſam reperi, reducto peſſulo ſicut reliqueram, obſeratam. Para enim beati ſanguinis ſacroſancti

Leuitæ

A Leuitæ huius, ſicut celebre fertur, in altari Biturigæ Eccleſiæ continetur. Quidam autem tempore Felicis Epiſcopi, vicinos ſuos quodam pro crimine impetebat: quos cùm plerumque verbis procacibus laceſſeret, ac iudicio publicè prouocaret, decretum eſt ſententia Primorum vrbis, vt ſe ab hac noxa qui impetebantur, Sacramento purgarent. Ingreſſique in huius memoratæ ædis altare, cùm eleuatis manibus Sacramenta proferrent, proſecutor cauſæ periuraſſe eos clara voce teſtatur. Statimque eleuatis in ſublime pedibus, in aëra excutitur: ac eliſo capite in pauimento, penè exanimis à circumſtanti turba conſpicitur. Poſt duarum ferè horarum ſpatium, cùm ad liquidum putaretur ſpiritum exhalare, apertis oculis crimen fatetur, ſe iniuſtè fatigaſſe homines, vel proclamaſſe noxios, declarauit: ſicque laxatis inſontibus, manifeſtato nocente, virtus Beati perpatuit. Apud Burdegalenſem autem vrbem, anus quædam grauata ſenio, ſed fide mentis integræ ſubleuata, cui mos erat in B ſanctorum baſilicis, miſſo oleo lychnos accendere, vt hoc negotium ageret, nocte Dominica, beati Petri Apoſtoli baſilicam ingreſſa eſt. Huius enim altare poſitis in altum pulpitis, locatum habetur: cuius pars inferior in modum cryptæ, oſtio clauditur, habens nihilominus & ipſa cum ſanctorum pignoribus altare ſuum. In hanc venerabilis mulier ad accendendum, vt diximus, lumen deuota deſcendit, vnam tantummodo habens puellulam in comitatu ſuo. Quod opus dum ageret, & nox adueniens mundum tenebris operuiſſet, accedentes clerici, dictis pſalmorum capitulis, obſerato cryptæ oſtio, diſceſſerunt, ignorantes introrſum eſſe mulierem. At illa accenſo lumine, ad oſtium properat, vt egrederetur. Quod cùm clauſum eſſe ſenſiſſet, voces emittit, qui ei aperire debeat ex nomine vocat. Sed cùm non eſſet vox præ ſenio ita valida quæ poſſet penetrare hæc clauſtra, at vbi ſe ſenſit à nullo audiri, proſtrata in pauimento quie- C uit, dicens. Deprecabor pro peccatis meis & populi, Dominum omnium creatorem, quoadvſque veniat, qui reſerare debeat huius ædis ingreſſum. In qua oratione excubans, vidit circa medium ferè noctis, patefactis oſtiis, omnem baſilicam immenſo lumine effulgere. Et ecce chorus pſallentium qui ingreſſus baſilicam, poſtquàm dicta Gloria Trinitati, pſallentij modulatio conquieuit, audiuit viros conquerentes inter ſe, atque dicentes. Moram nobis ſanctus facit Leuita Stephanus. Iam enim alias debebamus adire baſilicas, & non poſſumus, niſi ille prius qui præſtolatur, adueniat. Hæc enim crebrò repetentibus, aduenit vir ſubito in veſte alba: cuius perſonam omnis illa venerans multitudo, ſalutauit humiliter, dicens: Benedic nobis ſacer ac ſancte Leuita Stephane. At ille iterum ſalutans, data oratione, interrogatus ab eis, cur à viſitatione locorum ſanctorum paululùm retardaſſet, reſpondit. Nauis enim in mari periculum demerſionis incurrerat, ibique inuocatus adſtiti, erutáque ecce adſum. Et vt ipſi probetis eſſe vera quæ loquor, veſti- D mentum quo indutus ſum, adhuc guttis ſtillantibus marinis fluctibus cernitur humectatum. Hæc mulier cum tremore magno opprimens pauimentum, intentè ſuſpiciebat. Quibus diſcedentibus, rurſum oſtiis diuinitus obſeratis, hæc ad locum in quo Sanctus ſteterat accedens, ſudario guttas quæ in pauimentum dilapſæ fuerant, diligenter collegit, & Bertbramno qui tunc in Epiſcopatu vrbem regebat, manifeſtauit. Quod ille cum gaudio & admiratione magna ſuſcipiens, & ſecum retinuit. De hoc enim ſudario multi infirmi ſanitatem experti ſunt, ac plerumque & ipſe Pontifex de eo decerpens pignora, vbi Eccleſias conſecrabat, fideliter collocauit. Hæc autem ab ipſius Epiſcopi relatu cognouimus.

Capvt XXXIV. E

De Bartholomæo Apoſtolo.

Bartholomæum Apoſtolum apud Aſiam paſſum, agonis ipſius narrat hiſtoria. Poſt multorum verò annorum ſpatia de paſſione eius cùm iterum Chriſtianis perſecutio adueniſſet, & viderent gentiles omnem populum ad eius ſepulchrum concurrere, eique deprecationes aſſiduè, & incenſa deferre, inuidia inflecti, abſtulerunt corpus eius, & ponentes in ſarcophagum plumbeum, proiecerunt illud in mare, dicentes, quia non ſeduces amplius populum noſtrum. Sed prouidentia Dei cooperante per ſecretum operis eius, ſarcophagum plumbeum à loco illo aquis ſubuehentibus ſubleuatum, delatum eſt ad inſulam vocabulo Liparis. Reuelatúmque eſt Chriſtianis, vt eum colligerent: collectúmque ac ſepultum ædificauerunt ſuper eum templum magnum. In quo nunc inuocatus, F prodeſſe populis multis virtutibus ac beneficiis manifeſtatur.

Capvt XXXV.

De Clemente Martyre.

Clemens Martyr, vt in paſſione eius legitur, anchora collo ſuſpenſa in mare præcipitatus eſt. Nunc autem in die ſolemnitatis eius, recedit mare per tria millia, ſiccúmque gradientibus iter præbens vſque ad ſepulchrum Martyris peruenitur, ibique vota reddentes, orantes populi regrediuntur ad littus.

Capvt XXXVI. G

De puero ad Clementis ſepulchrum per anni curriculum perinde atque vnius tantùm noctis ſpatium dormiente.

Factum eſt autem, vt in vna ſolemnitatum, mulier cum filio paruulo in locum accederet. Epulante autem ea poſt acta ſolemnia, obdormiuit infans. Dum autem hæc agerentur, ecce ſonus ſubitò factus eſt accedentis pelagi. Dehinc oblita mulier ſobolis ſuæ cœpit velociter cum reliquo populo petere ripam. Igitur inſequenti maris acceſſu poſtquàm ad littus venerat, meminit ſe filium reliquiſſe. Tunc cum fletu magno deiecta terris, miſeram ſe clamitans, littora vocibus replebat, atque diſcurrebat per circuitum riparum, ſi fortè enecatam prolem, ejectámque littori aliquis conſpicaſſet. Sed cùm nihil inueniret indicij, tandem conſolata à propinquis, ad propria reducitur, totum an- H num in luctu ac lamentatione deducens. Recurrente autem anni circulo, venit iterum ad ſpectandam Martyris ſolemnitatem, fortaſſis de infantulo ſi aliqua inuenire poſſit indicia. Quid plura? recedente mari, anticipat omnes ad ingrediendum, & ipſa prima procedit ad tumulum. Cúmque proſtrata ſolo, orationem expleſſet, erecta ſurſum, genis vbertim fletuum imbribus madefactis, dum diuertit in parte altera vultum, aſpicit filium in eodem loco, vbi eum dormientem reliquerat, in ipſo adhuc ſopore teneri. Æſtimans autem eum eſſe defunctum, accedit dominus, quaſi collectura cadauer exanime: ſed cùm eum dormire cognouiſſet, excitatum velociter, expectantibus populis, incolumem leuauit in vlnis, interrogánſque inter oſcula, vbi per anni fuiſſet ſpatium. Neſcire ſe ait, ſi annus integer præteriiſſet: tantùm dormiiſſe ſe cum ſopore in vnius noctis ſpatio æſtimabat.

Capvt XXXVII.

De quodam fonte meritis eiuſdem Sanctis reſtaurato.

FOns erat inrignus ruri cuidam, infra territorium vrbis Lemouicinæ, cuius vnda tam hortorum ſata, quàm agrorum culta vel fouebat acceſſu, vel imperu fœcundabat. Deducebatur etiam factis decurſibus per loca neceſſaria, vt vbi eum natura non dabat, ſtudium prouocaret. Et erat tam dulcibus vena exuberante fluentis, vt gaudere cerneres olus ſiue virgultum, ſi fuiſſet ab eodem irrigatum. Opitulabatur etiam in eo gratia Maieſtatis diuinæ, vt in quo fuiſſet fluentum emiſſum, velociter germina acciperent incrementum. Cúmque eum incolæ loci, quaſi ludum agentes, per ſingula quæque loca deducerent, Inſidiatoris vt credo inuidia, ſub terra dehiſcit, ac velut in ſtadiis duodecim, in medium paludis, vbi nullum prorſus poſſet opus efficere, fluctibus ſparſis exoritur. Extemplo omnium mentes timor obſedit, & nouum quendam aduenire regioni loci incolæ præſtolantur interitum, ſimúlque & beneficium quod habere conſueuerant, iugi fletu deplorant. Curriculum igitur vnius atque alterius anni, in hac ariditate pertranſiit. Areſcunt ſiti loci illius omnia quæ inrigare conſueuerat. Tertio quoque anno accidit, vt quidam iter agens, beati Clementis Martyris, cuius iam ſupra meminimus, reliquias exhiberet, quas Aridio ipſius vrbis presbytero, viro in omni ſanctitate religioſo detulit. Ad quem cùm die noctúque vicini mœſti tenderent, confiſi de eius oratione, quòd ſi peteret Dominum, fontem poſſet ſuo reſtituere loco, ait. Eamus, inquit, dilectiſſimi, & ſi vera ſunt quæ portitor noſter adſeruit, hæc eſſe Clementis Martyris pignora, nunc adparebit, cùm eius fuerit virtus manifeſtata. Tunc cum pſallentio ad locum fontis accedit. Et dictis Pſalmis, in oratione proſternitur: poſitiſque ſanctis reliquiis in ipſo fontis aditu, petiit, vt qui quondam in deſerto damnatis ad ſecanda marmora flumen inriguum patefecit, in hunc locum aquas quas prius pia indulſerat clementia, Clementis iterum interceſſio reuocaret. Illico vena recurrit ad aditum, magnas euomens aquas, illúmque quem prius tenuerat alueum, decurrendo replens, admirantibus populis, immenſæ gratiæ Domino referuntur, qui & Martyris virtutem prodidit, & fidelis ſui orationem implere dignatus eſt.

Capvt XXXVIII.

De Chryſantho Martyre.

CHryſanthus Martyr, vt hiſtoria paſſionis declarat, poſt acceptam Martyrij coronam, cum Daria virgine multa populis ſanitatum beneficia tribuebat. Et ob hoc etiam crypta ſuper eos miro opere fabricata eſt, quæ in arcuum modo tranſuoluta, firmiſſima ſtabilitate ſubſiſtit. Denique cùm ad eius feſta populorum frequentatio confluxiſſet, iniquiſſimus Imperator erectum in illius cryptæ introitu parietem, concluſa multitudine, iuſſit ædem arena ac lapidibus operiri, factúſque eſt deſuper mons magnus, idque geſtum certiſſimè ipſius manifeſtant ſcripta certaminis. Quæ crypta diu ſub hoc velamento permanſit operta, donec vrbs Romana relictis idolis, Chriſto Domino ſubderetur. Iam procedente tempore nulli erat cognitus locus ipſius ſepulturæ, donec Domino Ieſu reuelante patefactus eſt: cuius parte in vna loci, interpoſito pariete ſepulchra Martyrum Chryſanthi & Dariæ ſegregata parte: in alia, ſanctorum reliquorum cadauera in vnum ſunt congregata. Verumtamen pariete illo, qui eſt in medio poſitus, feneſtram ſtructor patefactam reliquit, vt ad contemplanda ſanctorum corpora aditus aſpicienti pateſceret. Ferunt etiam, quod eo tempore quo ad ſancta ſolemnia accedentes incluſi ſunt, vrceos argenteos ex metallo formatos, cum vino quod ad oblationem ſacrificij diuini offertur, ſecum homines detuliſſent, argentumque ibi remanſiſſe manifeſtum eſt, idque hodie à conſpicientibus cerni. Sed quia ingiter mens humana turpibus erubeſcendiſque cupiditatibus inhiat, ſubdiaconus quidam viſo per feneſtram argento, cogitat intra ſe, quod poſtero die auaritia impellente compleuit. Nocte enim conſurgens, ingreſſus eſt baſilicam Sanctorum, deinde per feneſtram ingrediens cellulam, ac per obſcuritatem noctis palpans manibus, aliquos de vrceis capit: deinde egredi cum præda cupiens, per totam noctem circumiens, nunquam potuit aditum vnde ingreſſus fuerat, reperire. Dato vero die, dum opera ſua obtegi conſcius ſceleris voluit, iuxta illud Dominici oraculi dictum, quod, *Omnis qui malè agit odit lucem, vt non manifeſtentur opera eius*, occultauit ſe in angulo cellulæ tota die ne videretur. Sequenti vero nocte quæſiuit iterum aditum, ſed reperire non potuit: ſic per trium noctium curricula fecit. Tertia verò die cùm iam fame cruciaretur, acceſſit coram populo ad feneſtram, & relicto argento confeſſus eſt opus ſuum, egreſſúſque eſt foras cum magna verecundia, nec latuit ſcelus quod geſſerat, populis qui aderant. Poſt multum verò temporis, cognoſcens hoc factum Damaſus Antiſtes ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, iuſſit diligentius operire feneſtram, vbi & verſibus decorauit locum. Et ibi benedicitur Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ad laudem nominis ſui vſque in hodiernum diem.

Capvt XXXIX.

De Pancratio Martyre.

ESt etiam haud procul ab huius vrbis muro & Pancratius Martyr, valdè in periuris vltor. Ad cuius ſepulchrum, ſi cuiuſquam mens inſana iuramentum inane proferre voluerit prius quàm ſepulchrum eius adeat, hoc eſt antequam vſque ad cancellos qui ſub arcu habentur, vbi clericorum pſallentium ſtare mos eſt, accedat, ſtatim aut arripitur à dæmone, aut cadens in pauimento, emittit ſpiritum. Ex hoc enim quiſque fidem cuiuſcunque rei ab alio voluerit elicere, vt verum cognoſcat, non aliter niſi ad huius baſilicam deſtinat. Nam ferunt pleroſque iuxta baſilicas Apoſtolorum ſiue aliorum Martyrum commanentes, non alibi pro hac neceſſitate niſi templum expetere B. Pancratij, vt eius ſeueritatis cenſura publicè diſcernente, aut veritatem audientes credant, aut pro fallacia iudicium Martyris beati experiantur.

Capvt XL.

De Iohanne Epiſcopo.

MVlti quidem ſunt Martyres apud vrbem Romam, quorum hiſtoriæ paſſionum nobis integræ non ſunt delatæ. De Iohanne tamen Epiſcopo, quoniam agon eius ad nos vſque non acceſſit ſcriptus, quæ à fidelibus comperi, tacere nequiui. Hic cùm ad Epiſcopatum veniſſet, ſummo ſtudio hæreticos execrans, Eccleſias eorum in Catholicas dedicauit. Quod cùm Theodoricus Rex comperiſſet, furore ſuccenſus, quia eſſet ſectæ Arrianæ deditus, iuſſit gladiatores per Italiam dirigi, qui vniuerſum quotquot inueniſ-

A ſent catholicum populum, iugularent. Hæc audiens B. Ioannes, ad Regem ne hæc fierent deprecaturus acceſſit. A quo cum dolo ſuſceptum alligauit eum, & poſuit in carcerem, dicens, ego te faciam, ne audeas contra ſectam noſtram amplius muſſitare. Poſitus vero ſanctus Dei in carcere, tantis adtritus eſt iniuriis, vt non poſt multum tempus ſpiritum exhalaret, obiitque in carcere cum gloria, apud vrbem Rauennam. Domini autem miſericordia, ſtatim vltionem ſuper Regem improbum irrogauit: nam ſubitò à Deo percuſſus, plagis magnis exinanitus interiit, ſuſcepitque protinus perpetuum gehennæ flammantis incendium.

CAPVT XLI.

De virtute fidei & nominis Chriſtiani.

B MAgna eſt etiam dignitas nominis Chriſtiani, ſi illa quæ confiteris fide, opere proſequaris. Nam ſicut ait Apoſtolus, *Fides ſine operibus mortua eſt in ſemetipſa.* Sicut enim filios Abraham non carnalis natiuitas, ſed fides facit: ita & Chriſtianos veros, non ſolùm nominis gratia, ſed opera præſtant. Per hoc enim nomen illuminantur tenebræ, ſerpentes fugiunt, idola proſternuntur, ceſſat ariolus, tabeſcit ſortilegus, cultores dæmonum propelluntur, ſicut Prudentius noſter in libro contra Iudæos meminit: quod procedens Imperator ad immolationem fœtidam dæmoniorum, adoratis Diis, atque coram ſigillis proſtratus, expectabat ſacerdotes ſimulachrorum mactantes turbas pecudum, quarum frons reuincta lauro, ſecuribus cædebatur. Cùmque ſenex cruentis manibus internorum tractaret viſcerum partes, iecinoris fibras, atque inter præcordia, & exta animalium inueſtigare aliquid tentaret diuinum, turbata omnia cernit, nec ea quæ cupiebat ſcire poterat certus agnoſcere. Exclamauit turbatus, & ait.
C Heu, heu, neſcio quid hic agitur, quod Diis noſtris contrarium eſſe putatur: video enim Deos noſtros à longè diſcedere, nec de præparatis ſacrificiis aliqua prælibare. Eſt hic vt res ipſa docet, de officiis quorumpiam Deorum, qui nobis aduerſari ſunt ſoliti. Et mirum, ſi ad hanc fugam non aliqui de cultoribus Dei Chriſti, quem crucifixum adſerunt, Deos noſtros impellant: thuribula thymiamatis refrigeſcunt, aræ tepeſcit ignis, & ipſum quoque ferrum iniectum victimis, hebetari conſpicitur. Require nunc, ſacratiſſime Auguſte, quis adeſt ablutus, balſamo vnctus, & abſcedat protinus, vt accedant Dij quos inuocamus. Et hæc dicens, ac ſi ipſum cerneret de his Chriſtum vltorem, procidens ad terram exanimis, offenſa proclamat numina. Tunc & ipſe Imperator depoſito diademate, ait. Quis eſt hic numinibus noſtris contrarius, ac religionis Chriſtianæ ſocius? qui frontem chriſmatis inſcriptione ſignatam ferat, lignumque Crucis adoret? ne moretur edicere.
D Tunc vnus de armigeris Auguſti in medio poſitus, proiecit arma ſolo, & ait. Ego ſum cuius Deus Chriſtus eſt, & qui eius baptiſmo ablutus, & Cruce redemptus ſum, qui ſemper eius nomen inuocabam, dum ſacerdotes veſtri dæmoniis hæc quæ ſunt appoſita conſecrarent. Eius nomen fugiunt Dij veſtri, nec poſſunt in loco illo ſtare, vbi tantæ majeſtatis nomen fuerit inuocatum. Hæc dicente puero, obſtupefactus Imperator & tremens, reliquit templum dæmoniorum, tantúſque omnes adſtantes Dei timor accendit, vt nullus Auguſtum ad palatium ſequeretur, ſed cuncti erectis ad cœlum palmis, & oculis, Dominum Chriſtum vno ore, vnoque conſenſu laudabant, atque vt eiſdem àdiutor exſiſteret, voce ſupplici inuocabant. Quæ relatio ne cui fortaſſis videatur incredula, paucos ex his ſubiiciam verſus.

Principibus tamen è cunctis non defuit vnus,
Quem puero memini ductor fortiſſimus armis,
Conditor & legum celeberrimus, ore manúque.
E *Conſultor patriæ, ſed non conſultor habendæ*
Religionis amans, ter centum millia diuûm
Auguſtum caput ante pedes curuare Mineruæ.
Fictilis, & ſoleas Iunonis lambere plantis
Herculis aduolui genua, incerare Dianæ,
Forte litans Achaten placabat ſanguine multo:
Vittatus de more ſenex, manibuſque cruentis
Tractabat trepidas lætali frigore fibras,
Poſtremoſque animi pulſus in corde tepenti,
Callidus interpres, numeris & fine notabat:
Cum ſubitò exclamat media inter ſacra ſacerdos
Pallidus. Eu quid ago, maius Rex optime, maius
Numen neſcio quod noſtris interuenit aris:
Accitas video longè diſpergier vmbras:
Neſcio quis certè ſubrepſit Chriſticolarum
Hic iuuenum: genus hoc hominum tremit inſula, & omne
Puluinar diuûm: iotus procul abſit & vnctus,
F *Pulchra reformatis redeat Proſerpina ſacris.*
Dixit, & exſanguis conlabitur, ac velut ipſum
Cerneret exſerto minitantem fulmine Chriſtum,
Ipſe quoque exanimis poſito diademate Princeps
Pallet, & adſtantes circumſpicit, ecquis alumnus
Chriſmatis inſcripto ſignaret tempora ſigno,
Qui ſolo aſtraeos turbaſſet fronte ſuſurros.
Armiger è cuneo puerorum flauicomantum,
Purpurei cuſtos lateris deprenditur vnus,
Nec negat, & gemino gemmata haſtilia ferro
Proiicit ac ſignum Chriſti ſe ferre fatetur.
Proſiluit pauidus detecto Antiſtite Princeps,
Marmoreum fugiens nullo comitante ſacellum,
Dum tremefacta cohors, dominique oblita, ſupinas
Erigit ad cœlum facies, atque inuocat IESVM.

Hos tantùm verſiculos ad hæc quæ narraui confirmanda, inſerui lectioni, oſtendens quid nomen Chriſtianum, quid Crucis vexillum profit his qui fide credentes, opere perficiunt quæ crediderunt, ſicut ſuperius
G dictum eſt.

CAPVT XLII.

De templo beati Laurentij.

TEmplum erat in quodam loco beati Laurentij, & reliquiis & nomine conſecratum: quod per incuriam longinqui temporis valdè derectum erat. Quod cùm renouare loci incolæ vellent, ſiluas adeunt, inciſa læuigatáque ligna, trabes efficiunt: impoſitáſque plauſtris ad locum exhibent. Quibus per humum ad ordiendum extenſis, vna breuior eſt reperta: ſtatimque ſacerdotis animum qui ad hæc inſiſtebat, dolor maximus attigit: & flens valdè, quid ageret, quo ſe verteret, ignorabat. Tunc intuens trabem breuiorem ait, O Laurenti beatiſſime, appoſito igni glorificare, ſem-
H per pauperes fouens ac reficiens: cogita paupertatem meam, quia non eſt exiguitati noſtræ facultas, qualiter hîc alia exhibeatur. Illico cunctis attonitis, trabs creuit in tanto ſpatio longitudinis, vt neceſſe eſſet partem magnam incidi. De qua, induſtria plebis beneficia perdere nefas putans, credens eam manu Martyris tactam ac prolongatam, partem quæ ſuperfuerat fruſtatim decerpens, diuerſas infirmitates ſæpè ſubmouit. Quod Fortunatus preſbyter his verſibus proſecutus eſt,

Laurenti meritò flammis vitalibus vſte,
Qui feruente fide victor ab igne redis,
Dum tibi templa nouant breuiori robore plebes,
Creuerúntque trabes, creuit & alma fides:
Stipite contracto ſua ſe mercede tetendit,
Quantum parua prius, poſtea cæſa fuit:
Creſcere plus meruit ſucciſa ſecuribus arbor,
Et didicit ſicca longior eſſe coma.

Vnde recisa fuit: populis fert inde salutem,
Si venit intrepidus, lumina cæcus habet.

Multo plures exinde ſcripſit verſiculos, quos ego prætermiſi, hos tantùm pro teſtimonio veri ſcribens. Acta ſunt autem hæc apud Brionas Italiæ caſtrum. Nam vidi ego hominem, qui grauiter dentium dolore laborans, accepta de hoc ligno à ſacerdote particula, ſtatim vt dentem attigit, dolore protinus caruit.

Sed nec illud ſilendum putaui, quod reliquiæ eius ab incendio hoſtilitatis ereptæ, à quodam homine in Lemouicinum delatæ ſunt. Qui cum ſæpius admoneretur per viſum, vt eaſdem Aredio Abbati deferret, nec iuſſionem impleret, ipſe cum coniuge & omni familia ægrotare cœpit. Tunc neceſſitate compulſus, vt eas viro ſancto detulit, mox ſanitati reſtitutus abſceſſit.

Capvt. XLIII.

De Caſſiano Martyre.

Caſſianus Martyr, Italiæ puerorum magnificus Doctor, adueniente perſecutione, ipſe puerili ac tenero gregi perſecutorum iudicio traditur. At illi magiſtri ſanguinem ſitientes, ceratas in caput inlidunt tabellas, ſecantes latitudinibus ſtilorum, punctiſque minutis tranſuerberantes membra magiſtri, dignum Deo Martyrem effecerunt: in cuius honore hodieque tantus timor habetur, vt nullus penitus de eius rebus aliquid ſit auſus attingere. Quod ſi fecerit, aut arripitur dæmonio, aut morte repentina conſumitur, non tamen immunis ab vltione recedit.

Capvt XLIV.

De Agricola & Vitali Martyribus.

Agricola & Vitalis apud Bononiam Italiæ vrbem, pro Chriſti nomine crucifixi ſunt: quorum ſepulchra, vt per relationem fidelium cognouimus, quia nondum ad nos hiſtoria Paſſionis aduenit, ſuper terram ſunt collocata. Quæ cùm à multis vt fit, vel tangerentur manu, vel ore oſcularentur, admonitus eſt æditius templi, vt immundi ab his arcerentur. Quidam audax atque facinoroſus, opertorium vnius tumuli remouet, vt ſcilicet aliquid de ſacris auferret cineribus: miſſoque introrſum capite, oppreſſus ab eo, vix ab aliis liberatus, confuſus abſceſſit: nec accipere meruit quod temerario auſu præſumpſit, ſed cum maiori deinceps reuerentia ſanctorum adiuit ſepulchra. Alius quoque tributa publica deferens, ſacculum pecuniæ dum iter ageret, negligenter amiſit. Appropinquans autem ciuitati, recognoſcit ſe amiſiſſe publicum quod ferebat. Tunc proſtratus coram ſepulchris beatorum, cum lachrymis deprecatur, vt perditum eorum virtute reciperet, ne ipſe coniuxque ac liberi ob id captiuitati ſubigerentur. Egreſſus autem foras in atrium, virum qui hanc pecuniam in via iacentem repererat, nactus eſt: ſcrutatúſque diligenter, illius horæ tempore hic ſacculum inueniſſe ſe dixit, quo iſte Martyrum auxilium flagitauit. Horum reliquias Namacius Aruernorum Epiſcopus deuotè expetiit, vt ſcilicet eas in Eccleſia quam ipſe conſtruxerat, collocaret: direxitque vnum illuc presbyterum, qui abiens cum Dei gratia, quæ petierat detulit. Regreſſuſque cum ſociis, in quinto ab Aruerna vrbe milliario reuertentes, metatum accipiunt. Et ad Epiſcopum miſſos dirigunt, vt eis quid agant iubeat ordinare. Mane autem facto, ſacerdos admonitis ciuibus, cum crucibus & cereis ad occurſum ſanctarum reliquiarum deuotiſſimus properat. Cúmque ei presbyter offerret, vt beatas reliquias aſpiceret ſi iuberet, & ille: Mihi, inquit, magis eſt hæc credere quàm videre: ſic enim in ſcripturis legimus ſanctis, quia ipſe Dominus eos beatos iudicat, qui in eum cùm non viderint crediderint. Hac itaque ſacerdotis fide pollente, Dominus ſanctos ſuos glorificat in virtute. Nam venientibus illis, ſubito contenebratum eſt cœlum: & ecce imber vmbroſus atque teterrimus ſuper eos deſcendit: & tanta pluuia ibidem eſt diffuſa, vt flumina per vias illas currere cernerentur. Veruntamen circa ſancta pignora per vnum valdè iugerum neque vna gutta viſa eſt cecidiſſe. Et abeuntibus illis, pluuia eos a longe quaſi præbens obſequium, ſequebatur populum fouens, geſtatores autem pignorum non attingens. Hæc videns Pontifex, magnificauit Dominum, qui fidei ſuæ ſic fauens, talia ad ſanctorum gloriam operari dignatus eſt. Congregatis vero ciuibus cum magno gaudio atque deuotione, ſanctam Eccleſiam his inluſtratam pignoribus dedicauit.

Capvt XLV.

De ſancto Victore inclyto Martyre.

Magnificatur etiam apud Mediolanenſium vrbem Victor inclytus Martyr, quod ſæpius vinctos ab ergaſtulis diſſoluat, captiuoſque liberos abire permittat. Igitur quodam tempore Apollinaris cum Victorio duce Italiam petiit, quo vt aiunt, apud vrbem Romam interfecto, Apollinarem incolæ loci quaſi captiuum retinebant dicentes, Non videbis patriam tuam, ſed dignas vt ſatelles tuus pœnas exſolues. Hæc autem comminati, miſerunt eum in exilium apud vrbem Mediolanenſem. Factum eſt autem vt adueniente feſtiuitate ſancti Victoris, conuenientibus populis, & hic vigiliis intereſſet (ſub libera enim cuſtodia abſolutus attendebatur) proſtratúſque coram ſacro ſepulchro ſancti, cùm ſemper, tum impenſius orare cœpit, vt eum virtus Martyris ab hoc exilio liberaret. Circa medium vero noctis, egreſſus ab æde, audiuit vnum de egenis loquentem ad alium atque dicentem, Quid putas, ô compauper, quæ virtus ſit huius Martyris? Verum dico nec fallor, quia in hac nocte quiſquis captiuus Domino per fugam dilabitur, abſolutus in patriam accedit nec protinus vltrà reperitur. Hæc Apollinaris verba, quaſi auſpicium ex Dei nutu miſſum accipiens, iterùm atque iterum prouolutus ad tumulum Martyris, orat vt virtute eius adiutus, abſque impedimento poſſit abſcedere. Moxque vocato puero, equum ſterni præcepit dicens: Hodie abſoluendi ſumus à vinculo iſto cuſtodiæ. Et aſcendentes ita Alpium iuga, oppleta multitudine pertranſierunt, atque Aruernum perlati ſunt, virtute beati Martyris præeunte, vt à nullo interrogarentur, quo tenderent, vel vnde venirent: manifeſtúmque eſt eos præſidio beati Martyris ab hac ærumna fuiſſe ſaluatos.

Capvt XLVI.

De calice Cryſtallino reſtaurato.

Etiam apud eandem vrbem baſilica ſancti Laurentij Leuitæ, cuius ſupra meminimus, ibique admirabili pulchritudine calix Cryſtallinus habebatur. Acta vero quadam ſolemnitate dum per Diaconum ad ſanctum altare offerretur, elapſus manu in terram ruit, & in fruſta comminutus eſt. At Diaconus pallidus & exſanguis, collecta diligenter fragmenta vaſculi ſuper altare poſuit, non diffiſus, quòd eum poſſit virtus Martyris ſolidare. Denique in vigiliis, lachrymis, atque oratione deducta nocte, requiſitum calicem re-

perit ſuper altare ſolidatum. Quæ virtus cùm populis nuntiata fuiſſet, tanta animos deuotione ſuccendit, vt à ſacerdote peterent noua in honorem eius Deo ſolemnia celebrari. Tunc Pontifex loci ſuſpenſo ſuper altare calice, ea tunc agens, & in poſterum per ſingulos annos deuotiſſimè feſta inſtituit celebrari.

CAPVT XLVII.

De ſanctis Geruaſio & Prothaſio, Nazario & Celſo.

IN hac etiam vrbe beatorum Martyrum Geruaſij Protaſijque victricia corpora retinentur, quæ diu ſicut ipſa paſſionis narrat hiſtoria, ſub foſſa latuerunt, quæ beato Ambroſio reuelata, atque ab eodem reperta, in baſilicam quam ipſe proprio ædificauit ſtudio, oſtenſis miraculis ſunt ſepulta. De quorum reliquiis quia maximè Turonica vrbs ſeniores Eccleſias continet inluſtratas, ſed & per totum Galliarum ambitum, Deo propitio dilatatæ ſunt. Sermo quadam vice de his quibuſdam religioſis eſt habitus, vel qua de cauſa antedictæ reliquiæ tam condenſæ fuerint per loca ſingula diſtributæ. Et quæ ſuper his quodam referente audiui abſurdum non putaui inſerere lectioni, quia non continentur in hiſtoria Paſſionis. Aiebat enim quod, quando hæc glorioſa corpora tranſlata in Eccleſiam illam fuerunt, dum in honorem ipſorum Martyrum, Miſſarum ſolemnia celebrarentur, cecidiſſe è camera tabulam vnam, quæ illiſa capitibus Martyrum, riuum ſanguinis elicuerit. De quo infecta linteamina, vel palliolæ, ſiue vela Eccleſiaſtica, beatus cruor collectus eſt: qui vſqueadeò confluxiſſe fertur, quoadvſque linteamina, qui ſuſciperent, ſunt reperta. Ex hoc enim eorum reliquiæ affatim collectæ per vniuerſam Italiam vel Gallias ſunt dilatæ. Ex quibus & ſanctus Martinus multa ſuſcepit, ſicut Paulini beatiſſimi narrat epiſtola. De ſancti verò Nazarij ac Celſi pueri artubus, quos apud Ebredunenſem Galliarum vrbem paſſos lectio certaminis narrat, ipſa corpora & ita clam, propter paganorum inſectionem, ſepulta ſunt, vt in tempora ſecutura obliuioni darentur. Referre erat ſolitus vir ille, qui de ſupradictis quæ præfati fuimus enarrauit, natam fuiſſe ſuper hæc ſepulchra pirum arborem, & feciſſe quendam pauperem hortulum in hoc loco, qui hanc arborem concludebat. Verùm cùm poma iuxta morem tempore debito ferret, quicunque exinde infirmus, qualibet ægritudine detentus, pomum mordicus decerpſiſſet, mox ablata infirmitate conualeſcebat. Vnde magnum quæſtum pauper ille habebat. Sed cùm ſe reuelantes Martyres, arborem incidi iuſſiſſent, pauper ille in magnis fletibus prorumpens, incidi arborem non ſinebat. Quo remoto, ſucciſa piro, baſilica miro opere ædificata eſt: in cuius etiam altari beati Geneſij Arelatenſis Martyris reliquiæ venerantur. Tantáque pauper ille fide prælatus eſt, vt ſacerdotium in hac Eccleſia deinceps promereretur.

CAPVT XLVIII.

De ſancto Saturnino.

SAturninus verò Martyr, vt fertur, ab Apoſtolorum Diſcipulis ordinatus, in vrbem Toloſatium eſt directus. Qui impulſu paganorum, bouis petulci religatus veſtigiis, per gradus Capitolij præcipitatus, præſentem finiuit vitam, capitis compage diſperſa. Cuius reliquiæ cùm à quibuſdam religioſis in regionem alteram transferrentur, itineris ordo contulit, vt Briuatenſis pagi ſitum in Aruerno territorio terminum prætereirent, Sole quoque ruente, ad hoſpitium cuiuſdam pauperis diuertunt, manſionis poſtulando neceſſitatem. Recepti quoque ab homine, quid exhibeant narrat. At ille humanitatis intuitu, & Dei timore commonitus, capſam cum reliquiis in cellam penariam ponit, ac ſuper annonam quæ erat in vaſe condita, locat. Mane quoque dato, viri acceptis pignoribus gratias agentes homini, iter quod cœperant abierunt. Sequenti verò nocte admonetur vir ille, per viſum dicente ſibi quodam ſene, ne maneas in hoc loco: ſanctificatus eſt enim à pignoribus Martyris Saturnini: ille quoque paruipendens viſionem, nihil de his vt habet ruſticitas, quæ admonitus fuerat, retractauit. Nec mora, irruit in tædium, ac paruitas facultatis eius, cœpit paulatim minui, vxor verò illius ab alio languore tabeſcere. Quid plura? infra vnum annum in tantam redactus eſt exiguitatem, vt nihil ei vnde ali, aut tegi poſſet, ſicut humana depoſcit neceſſitas, remaneret. Tandem conuerſus ad ſe, dixit ad coniugem, Peccaui coram Deo & ſanctis eius, qui ab hoc hoſpitiolo ſicut ſum admonitus, non receſſi. Et ſcio, quod ob hoc nobis mala quæ patimur, acceſſerunt. Nunc autem pareamus viſioni quam vidimus, & remoueamus hoc hoſpitiolum à loco iſto, vt ſaluemur. Tunc amoto tugurio, oratorium ex ligneis formatum tabulis conlocauit: in quo quotidie orationem fundens, opem beati Martyris flagitabat. Tandem ceſſantibus plagis, aptanti manus ad operam, tanta fructuum conſequentia fuit, vt in modico temporis ſpatio amplius quàm perdiderat, repararet. Hæc infra noſtrum territorium geſta ſunt. Sed nec hoc ſilebo ad comprimendam malorum ſuperbiam, quod Plato quidam Chlotharij Regis tempore, ad Pauliacenſe monaſterium accedens, in cuius oratorio huius ſancti reliquiæ continentur, pro eo quod munus aliquod ab Abbate non accepiſſet, dixiſſe fertur, Ego faciam de hac Eccleſia domum Regis, in cuius vno angulo equites alantur. Et cum furore diſcedens, dum ad Principem abire diſponit, comprehenſus à febre die tertia ſpiritum exhalauit, deſcendenſque velociter ad infernum, domum Dei reliquit ad cultum eius, cuius prius fuerat nomine conſecrata.

CAPVT XLIX.

Paſſio & nomina quadraginta octo Martyrum.

QVadraginta vero octo Martyrum nomina, qui apud Lugdunum paſſi dicuntur, hæc ſunt: Vectius, Epagatus, Zacharias, Macarius, Alcibiades Silutus, Primus, Vlpius, Vitalis, Comminius, October, Philominus, Geminus, Iulia, Albina, Grata, Æmilia, Poſthumiana, Pompeia, Rodone, Biblis, Quarta, Materna, Elpenipſa, Stamas. Hi autem beſtiis traditi ſunt. Sanctus, & Maturus, Alexander, Ponticus, Blandina. Hi ſunt qui in carcere ſpiritum reddiderunt, Areſcius, Fortinus, Cornelius, Zotimus, Titus, Zoticus, Iulius, Æmilia, Gamnite, Pompeia, Alumna, Mamilia, Iuſta, Triſime, Antonia, & beatus Fortinus Epiſcopus. Quorum ſancta corpora iudex iniquus igni tradi præcepit, exuſtiſque, in Rodanum pulueres iuſſit ſpargi. Sed poſtquàm hæc geſta ſunt, cùm Chriſtiani mœrorem maximum haberent, quaſi deperiiſſent beatæ reliquiæ, nocte apparuerunt viris fidelibus in eo loco, quo igni traditi ſunt, ſtantes integri ac inlæſi. Et conuerſi ad viros dixerunt eis. Reliquiæ noſtræ ab hoc colligantur loco, quia nullus periit à nobis. Ex hoc enim tranſlati ſumus ad requiem, quam nobis promiſit Rex cælorum Chriſtus, pro cuius nomine paſſi ſumus. Hæc renuntiantes viri illi reliquias

Chriſtia

A Chriſtiani, gratias egerunt Deo, & confortati ſunt in
fide, colligentéſque ſacros cineres, ædificauerunt baſi-
licam miræ magnitudinis in eorum honorem. Et ſepe-
lierunt beata pignora ſub ſancto altari, vbi ſe ſemper
virtutibus manifeſtis cum Deo habitare declarauerunt.
Locus autem ille in quo paſſi ſunt, Athanaco vocatur,
ideóque & ipſi Martyres à quibuſdam vocantur Atha-
nacenſes.

Capvt L.

De ſancto Fotino Lugdunenſi Epiſcopo.

IGitur Martyrio conſummatus glorioſus Fotinus
Epiſcopus, qui Lugdunenſi præfuit vrbi Sacerdos, per
certaminis nobilis meritum inuectus eſt cœlo. Cui
& merito & ſanctitate condignus Irenæus ſucceſſit
B Epiſcopus, per Martyrium & ipſe finitus. Hic in crypta
baſilicæ beati Ioannis ſub altari eſt ſepultus. Et ab
vno quidem latere Epipodius, ab alio verò Aleſander
Martyr eſt tumulatus. De quorum monumentis ſi pul-
uis cum fide colligatur, extemplo medetur infirmis.
Magna enim claritas in crypta illa continetur, quæ vt
credo, meritum Martyrum ſignat.

Capvt LI.

De Benigno Martyre glorioſo.

BEnignus autem Domioici nominis Teſtis, apud
Diuionenſe caſtrum Martyrio conſummatus eſt. Et
quia in magno ſarcophago poſt Martyrium conditus
fuit, putabant noſtri temporis homines, & præſertim
beatus Gregorius Epiſcopus, ibi aliquem poſitum fuiſ-
C ſe gentilem. Nam ruſtici vota inibi diſſoluebant, &
quæ petebant, velociter impetrabant. Ad hoc ego beati
ſepulchrum quidam dum eadem multa beneficia per
ciperet, cereum detulit: quo accenſo domum rediit.
Puerulus enim paruulus hæc obſeruans, illo abeunte
deſcendit ad tumulum, vt ardentem cereum extingue-
ret & auferret. Quo deſcendente, ecce ſerpens miræ
magnitudinis de alia parte veniens, cereum circumcin-
git. Puer autem timens, ſurſum rediit, & bis aut tertio
cereum auferre tentans, obſiſtente angue non potuit.
Talia & his ſimilia beato Pontifici nunciata, nullo
modo credebat, ſed magis ne ibidem adorarent fortiter
reſtabatur. Tandem aliquando Dei Martyr beato ſe
confeſſori reuelat & dicit, Quid, inquit, agis? non ſo-
lùm quod tu deſpicis, verumetiam honorantes me
ſpernis. Ne facias quæſo, ſed tegimen ſuper me velo-
cius præpara. De qua ille viſione concuſſus, beatum
ſepulchrum adit, ibique diutiſſimè pro ignorantia cum
fletu veniam deprecatur. Et quia crypta illa quæ ab
D antiquis ibi tranſuoluta fuerat, diruta erat, rurſum
eam beatus Pontifex reædificauit, eleganti tranſuol-
uens opere. Sed ſanctum ſepulchrum neſcio qua cauſa
faciente, foris euenit. Quod ille intus transferre cu-
piens, conuocauit ad hoc obſequium Abbates atque
alios religioſos viros, in quo conuentu grande miracu-
lum beatus Martyr & populis & ſuo præſtitit Con-
feſſori. Erat quippe validum vt ſupra diximus, illud
ſarcophagum, vt tale in iſto tempore nec tria paria
boum trahere poſſint. Cúmque diutiſſimè moraretur,
nec inuenirent qualiter ipſum intus inferret, ſanctus
Gregorius inluminatis cereis cum grandi pſallentio
adprehenſum à capite Martyris ſarcophagum, & duo
Preſbyteri ad pedes mouentes, illud in cryptam habi-
liſſimè detulerunt, & vbi ipſis fuit placitum, compo-
ſuerunt: quod non minimum populis ſpectaculum
fuit. Poſt paucos autem annos abeuntibus in Italiam
paſſionis eius hiſtoriam adlatam beatus Confeſſor ac-
E cepit. Sed & deinceps ſanctus Martyr multis ſe virtu-
tibus manifeſtauit in populis. Nec moratus ſuper cry-
ptam illam baſilicam magnam iuſſit ædificari. In pro-
ximo autem eſt & alia baſilica, in qua Paſchaſia quæ-
dam religioſa veneratur. Nam viſum eſt eo tempore
ſtructoribus, quandam anum egreſſam fuiſſe ab ipſa
baſilica, nigra veſte, cigneo capite, vultúque decoro,
quæ ſic affata eſt ſtructores: Eia dilectiſſimi, perficite
opus bonum: eleuentur machinæ quibus erigitur hæc
ſtructura, & meritò acceleratur quæ talem habet exſe-
cutorem. Nam ſi permitteretur, vt veſtrorum oculorum
acies contemplaretur, nempe videretis vobis operanti-
bus ſanctum præſte Benignum. Hæc effata, baſilicam
de qua egreſſa fuerat ingrediens, nulli vltra compa-
ruit. Autumabant enim eius temporis homines, bea-
tam ibi apparuiſſe Paſchaſiam. Super lapidem vero il-
lum, in quo cum plumbo remiſſo pedes eius confixi
fuerunt, factis loculis vinum aut ſiceram multi infun-
dunt: vnde ſi aut oculi lippitudine grauati, aut quæli-
F bet vulnera fuerint peruncta, protinus fugata infirmi-
tate ſanantur. Quod ego euidenter expertus ſum. Nam
cùm mihi nimia lippitudine oculi grauarentur, ex hoc
ſacrato vnguine tactus, dolore protinus carui. Cùm
autem ad Aruernam regionem lues illa inguinaria ad-
ueniret, quæ ſancti Galli Epiſcopi oratione depulſa
eſt, & in ſubita contemplatione parietes domorum
atque Eccleſiarum ſignarentur, atque caraxarentur, ma-
tri meæ apparuit in viſu noctis quaſi vinum quod in
apothecis noſtris habebatur, ſanguis eſſet effectus. Cui
lamentanti ac dicenti, Væ mihi, quia ſignata eſt plaga
domus mea, ait ei vir quidam, Noſti, inquit, quod poſt
pridie quod erit in Kalendis Nouembris, paſſio Be-
nigni Martyris celebrabitur? Noui, ait. Vade, inquit,
& vigila totam noctem in honore, ac reuoca miſſas,
& liberaberis à plaga. Expergefacta autem à ſom-
no, impleuit quæ ſibi fuerant imperata, ſignatiſque
vicinorum domibus domus noſtra inuiolata permanſit.

G

Capvt LII.

De ſancto Symphoriano.

SYmphorianus Martyr apud Auguſtodunenſem vr-
bem Martyrium conſummauit. De loco autem illo,
vbi gladio percuſſus eſt, & ſanguis eius effluxit quidam
religioſus tres lapillos cum ipſo ſanguine leuauit, &
in capſa argentea reconditos in Eccleſiam ligneis con-
ſtructam tabulis, apud Thigurnum caſtrum, vrbis Ar-
uernæ in altari ſancto locauit. Tempore autem quo
Theodoricus Rex Francorum, regionem illam euertit,
hoc caſtrum ab hoſtibus incendio concrematur. Cum-
que ab aliarum domorum combuſtione, domus Dei, quæ
vt diximus, ligneis erat tabulis fabricata, igni adprehen-
ſa conſumeretur, populi plangentes dicebant: Vtinam
vel beatæ reliquiæ non periiſſent. Intereà cùm pru-
H narum magnus eſſet de incendio aceruus effectus, ſubi-
tò aquilone flante atque vrente, vehementer fauillæ
ab incendio relictæ, per diuerſa iaciuntur, & ecce capſa
illa argentea in medio copioſi ignis inlæſa refulgens,
tanquam ſidus præclarum apparuit. Colligentes autem
eam, qui tunc aderant clerici requirentes, nihil de bea-
tis pignoribus diminutum reperientes, inter tam va-
lida incendia ſpeciem tam tenuem ſic fuiſſe ſaluatam: in
qua vt ita dicam, non ſolùm hæc, ſed etiam mille libræ
argenti aut ferri potuiſſent ſine mora diſſolui. Verè ma-
gna ibidem virtus apparuit, quæ poculum ad Dei cul-
tum & honorem ſui nominis roborauit, qui facta dein-
ceps alia in eodem loco baſilica, ſanctas reliquias in
altari poſuerunt.

A

Caput LIII.

De Beato Marcello Cauillonenſi.

DE beati verò Mateelli Cauillonenſis Martyris
virtutibua pauca ad nus mittenda memotiæ mo-
numenta venerunt. Quæ quamlibet parua cenſeantur
in dictis,ad eum tamen referenda ſunt, qui hæc upera-
tur in ſingulis. Cauſa quædam extiterat, vt Fedamius
Eunumi quondam Atuetni Preſbyteri filius Cauillo-
nenſem vrbem adiret, idémque apud baſilicam ſancti
Martyria Marcelli huſpitale habebat, ab Abbate luci
victus ſtipendia capiens: ipſe enim,quæ loquur,ea po-
ſuit: Inter duus, inquit,virus orta fuit contentio: hiſ-
que litigantibus, in hue lis ipſa ſubiit, vt eum Sacra-
mento dirimerent. Ingreſſique baſilicam ſancti Marty-
ris, eleuaris humo manibus ad petiurandum, cùm no-
B men ſancti voluiſſet ore patulo nominate, hæſit vox
in faucibus,nec lingua poterat ad officium reflecti. Sed
ne hoc quidem parum videretur ad beati athletæ glo-
riam, ipſe cum eleuatis manibus quaſi æneus totus in-
riguit. Tunc oratio facta pro eo, abſului diaboli arte
vinctum obtinuit: ipſe quuque poſt abſolutionem ſer-
mune proprio opus ſuum confeſſus, quæ negligenter
egerat, emendauit.

Caput LIV.

De ſancto Valeriano.

HVic Martyri adiungitur & ſanguine & agone
propinquus beatus athleta Valerianus, qui apud
caſtrum Trioriciense, quadrageſimo à Cauillunenſi
vrbe milliatio, conſummato certamine tumulatus eſt.
C Igitur Gallus huius vrbis Comes, coeliaci morbi do-
lure grauatus, qui totam aluum non modò tortura,
verùm etiam tumore ita cunflauerat, vt hydropicus
putaretur, nihil edere, nihilque potus capere poſſet,
fiebatque iuxta hoc contagium vt inediæ morbo de-
ficeret, qui propè exanimis, cùm ſe cerneret deſ-
peratum, rogat ſe deportari ad beati Martyris tu-
mulum. Vbi cùm proiectus fuiſſet, acceſſit ad eum
Epitechiua Preſbyter, qui tunc ipſam regebat Eccle-
ſiam,vir virtutum,& puræ mentis homo,ſicut ipſi ocu-
lis noſtris inſpeximus: dixitque ei. Si vis ſanus fieri,
confide in virtute Martyris glorioſi, & voue vt vnam
trabem cum ligaturis ſuis ad huius templi tecta recu-
peranda tranſmittas. Erit enim tibi præſidium, ſi ea
deuotè impleoeris quæ promittis. At ille attentius
orans, vouit quæ Presbyter indicauit: ſtatimque ſa-
nus factus, trabem nullo commonente ad baſilicam
ſancti exhiberi præcepit. Ecce quid præſtat Dominus
Ieſus Chriſtus in tertis Martyribus ſanctis, quos glo-
D rificatos adſciuit in cœleſtibus tegnis. Nec immeritò,
quia ſactum nomen eius corde credentes, in operibus
inuucantes, in tentationibus confitentes, non modò vt
fideles ſerui Dominum ſunt ſecuti: verumetiam & alios
vt ſequerentur ſuis exemplis incitauerunt.

Caput LV.

De Timotheo & Apollinari Martyribus.

TImotheus & Apullinaris apud Remenſium vr-
bem conſummato Martyrio, cœleſtia regna me-
ruerunt: quorum reliquias quidam ædificata in eo-
rum honore baſilica, deuotus expetiit. Pontifex verò
qui aderat cum honore per Presbyterum dirigit. Cúm-
que iter ageret, mulier importuna,& credo indigna
E meritu, in via procedit, ſalutatóque Presbytero, de-
oſculatur linteum, quo ſacræ tegebantur fauillæ,
rogans ſibi de iis aliquid condonari. Tunc Presby-
ter diu dubitans, & tribuere differens, victus tandem
ab importunitate eius,dimiſit ei particulam. Aſcendénſ-
que ſonipedem, iter expedire cœpit iniunctum, &
percutiens vtraque equi latera, nequaquam poterat
prumuueri, ipſe verò ita grauatus erat, vt vix caput
valeret erigere. Intelligens autem Martyrum ſe virtute
teneri, pœnitentia motus vtiliter recepit, quod negli-
gentia intercedente largiri præſumpſit: reſtitutóque in
capſa quod abſtulerat, abire permiſſus eſt.

Caput LVI.

De ſancto Eutropio.

F EVtropius quoque Martyr Sanctonicæ vrbis, à
beato Clemente Epiſcopo fertur directus in Gal-
lias, ab eodem etiam Pontificalis ordinis gratia con-
ſecratus eſt, impletóque huius officij ordine, peracta
incredulis prædicatione, inſurgentibus paganis, quos
auctor inuidiæ credere non permiſit, inliſo capite vi-
ctor occubuit. Sed quia eo tempore inſtante perſecu-
tione, neque digno loco ſepultus, neque à Chriſtianis
debito honore veneratus eſt, valdè datum eſt obliuio-
ni, eum Martyrem fore: quod hoc ordine traditur
reuelatum. Poſt multa annorum ſpatia in eius honore
baſilica ædificata eſt, expletóque opere Palladius, qui
tunc ſacerdotalis ordinis cathedram regebat, conuo-
catis Abbatibus ſacros cineres in locum quem præpa-
rauerat, transferri ſtuduit. Quod cùm factum fuiſſet,
duo ex Abbatibus reſerato opertorio, ſanctum corpus
aſpiciunt,contemplantúrque cicatricem capitis, qua in
parte defixum fuerat ſecuris acumen. Sed ne præſens
G viſio duceretur in irritum, etiam ſpiritalis hæc do-
ctrina commonuit, ſcilicet cùm ſequenti nocte ſtra-
uiſſent Sacerdotes membra quieti, apparuit per viſum
his duobus dicens. Cicatricem quam contemplati eſtis
in capite,ſcitote me per eam Martyrium conſummaſſe:
& ex hoc, quod Martyr eſſet, innotuit populis, quia
non aderat hiſtoria paſſionis.

Caput LVII.

De ſancto Amarando.

AMarandus autem Martyr apud Albigenſem vr-
bem, exacto agonis fidelis curſu, ſepultus viuit in
gloria. Cuius vt hiſtoria paſſionis declarat, ſepulchrum
diu vepribus ſepibúſque contectum latuit, ſed Do-
mino iubente Chriſtianis populis reuelatum eſt, &
crypta in qua quieſcebat, patefacta reſplenduit. Sed
H cùm hoſtilitate impellente locus ille ab habitatoribus
fuiſſet euacuatus, à longinquo venientes incolæ, ho-
norem beato Martyri quaſi cuſtodi proprio niteban-
tur impendere. Igitur cùm cereos frequenter deuotio
Chriſtiana deferret, quadam die contigit, vt quidam
pro longinquitate itineris incrementum ignis quo
accenderetur cereus, non exhiberet. Arreptúmque
ſilicem ferro verberat, quaſi ignem elicitutus, quod
dum ageret, & crebris ictibus lapidem quatiens, nihil
foci poſſet excutere, cœleſti lampade cereus qui iam
beato ſepulchro adſiaus erat, inluminatur: ſicque
factum eſt, vt quæ humanæ non expleuerant indu-
ſtriæ, peragerentur diuini numinis maieſtate. Ceſſan-
te humano ſtudio cœleſtia officia miniſtrantur, lu-
minisque noui fulgore cereus clarificatur accenſus.
Quod cùm populis manifeſtatum fuiſſet, incremen-
tum foci vlterius ad accendendum lumen nullus ex-
hibere præſumpſit. Poſtquàm verò locus ille inha-
bitari

bitari ab hominibus aſſiduè cœpit, atque ibi domus in quibus ignis accenderetur adeſſent, hoc miraculum non eſt vltra præſtitum plebi, cùm aliis miraculis frequentius inluſtretur.

Capvt LVII.

De ſancto Eugenio.

HVic cryptæ ſociatur & ille Honorificianæ perſecutionis Martyr Eugenius, ſacerdotalis infulæ maximum decus, quem in hac vrbe detruſum exilio, vel ipſius vel ſociorum eius paſſio narrat. Hic cùm magnis in ſeculo polleret virtutibus, & iam victor de tormentis Martyrialibus exſiliiſſet, tempus vocationis ſuæ quo accerſiretur ad gloriam Domino reuelante cognouit, illud præcipuè quod populis occultabatur, manifeſtum noſcens, ſe Martyri Amarando ſocium eſſe futurum, ad eius ſepulchrum dirigitur, proſtratúſque ſolo, diutiſſimè orationem fudit ad Dominum: dehinc expanſis per pauimentum brachiis, ſpiritum cœlo direxit, qui à Chriſtianis collectus, in ipſa quā diximus crypta ſepulturæ mandatus eſt. Ad cuius feſtiuitatem cùm tempore quodam innumeri populi conuenirent, negotia multa in atrio protulerunt. Puella verò vna ex habitatoribus loci, ſtationem adit, quaſi aliquid coëmptura, ſpeciémque ſibi aptam adſpiciens, à negotiatore ſuſcepit. Et ſtatim dicto citiùs porrectam abiurat, negat ſe accepiſſe. Negotiator verò intentè aiebat, Mea eam tibi manu protuli, túque rimandam ſollicitè accepiſti: illáque negante, ait negotiator. Si tibi tanta eſt pertinacia auaritia ſtimulante negandi, iudicet illud beatus Martyr Eugenius. Ad cuius ſepulchrum, ſi cum Sacramenti interpoſitione edixeris te non accepiſſe, damni mihi nihil æſtimo quod amiſi. At illa pollicita ſe poſſe ex hoc exui Sacramento, vadit ocius ad ſepulchrum, eleuatiſque manibus vt iuraret, extemplo membris diſſolutis inriguit, plantæque eius adfixæ ſunt pauimento, vox hæſit in gutture, tantùm os patulum à ſermone nudum hiabat. Quod negotiator cum reliquo populo cernens, ait: Proſit tibi, inquit virgo, hæc ſpecies quam tuliſti mihi: ſufficit vltio data per Martyrem. Et hæc dicens, à loco receſſit. Illa verò in hoc tormento diutiſſimè detenta, tandem Martyre iubente locuta, palam confeſſa eſt, quod clam latere voluerat. Quid agis ô infelix auaritia? quid petendis rebus alienis ſuccumbis mens fœminea, non virilis? Vt quid firmam loricam mentis modica tranſuerberas ſagitta cupiditatis? Quid congregas, ô homo, auri rubiginoſi talenta, cum iis arſurus in gehenna? Quid tibi proſunt petitota lucra, quæ æternæ vitæ pariunt detrimenta? iuxta illud Domini verbum, *Quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur, animæ autem ſuæ detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima ſua?*

Capvt LIX.

De vltione cuiuſdam furis.

ECcleſia eſt vici Iciodorenſis, ſub termino Turonicæ vrbis, quæ plerumque ſacris miraculis inluſtratur, feneſtras ex more habens, quæ vitro lignis incluſo clauduntur, quo præclarius ædi ſacratæ lumen quod mundus meruerit, ſubminiſtrent. Quam Eccleſiam fur importunus adgreditur, ingreſſúſque nocte, cùm omnia cerneret cuſtodum cura tueri, & nihil de ſacris miniſteriis quid auferret, aduerteret, ait intra ſe. Si aliud, inquit, inuenire non poſſum, vel has ipſas quas cerno vitreas auferam: fuſóque metallo aliquid auri conquiri ſibi. Ablatis igitur diſſipatiſque vitreis, metallum abſtulit, & in pagum Biturigi territorij contulit. Miſſumque vitrum in fornace per triduum decoquens, nullum exinde opus potuit expedire: victúſque crimine, diuinum ſuper ſe iudicium intuens, nequaquam motus perdurat in malis. Ablatum autem à cacabo vitrum, quod in pilulis neſcio quibus conuerſum fuerat, aduenientibus negotiatoribus, venumdedit, vt ſcilicet accepta pecunia nouus Giezi lepram perpetuam compararet. Nam adueniente die poſt anni curriculum, quod hoc furtum fecerat, caput eius tumori datur: oculi quoque inflantur, vt erui à ſuis locis autumentur. Hæc autem et ſingulis annis eueniunt in die illa, qua furtum admiſit. Plangitque miſer vitrum, quod ea ritione quod tranſmiſit non potuit reuocare.

Capvt LX.

De Rogatiano & Donatiano Martyribus.

APud vrbem verò Namneticam duo ſunt Martyres pro Chriſti nomine iugulati. Quorum vnus Rogatianus, alter Donatianus eſt vocitatus. Habetur ibi etiam & Similinus magnus confeſſor. Igitur cùm ſupradicta ciuitas tempore Chlodouechi Regis barbarica vallaretur obſidione, etiam ſexaginta dies in hac ærumna fluxiſſent, media ferè nocte apparuerunt populis viri cum albis veſtibus, radiantibus cereis à baſilica beatorum Martyrum egredi: & ecce alius chorus huic ſimilis de baſilica procedere Antiſtitis Similini. Cúmque coniungentes ſe, data ſalutatione, orationi incubuiſſent, receſſerunt vnuſquiſque ad locum vnde progreſſus fuerat, ac protinus omnis phalanga hoſtilis immenſo pauore exterrita, ita ſubito impetu à loco diſceſſit, vt facta luce nullus ex his reperiri poſſet. Apparuit ante dicta virtus Chilloni cuidam, cui tunc huic exercitui præerat. Qui needum erat ex aqua & Spiritu ſancto renatus, qui ſtatim compunctus corde, conuerſus ad Dominum, iterata natiuitate progenitus, Chriſtum eſſe Filium Dei viui clara voce teſtatus eſt.

Capvt LXI.

De reliquiis beati Nazarij.

IN territorio quoque vrbis Namneticæ, in vico quodam ſupra alueum Ligetis, beati Nazarij reliquiæ continentur. Igitur quodam tempore homo deuotus balteum ex auro puriſſimo cum omni apparato ſtudioſiſſimè fabricatum, ſuper altare baſilicæ illius poſuit, orans vt in cauſis ſuis Martyris virtus dignaretur adeſſe. Quo recedente, Brito quidam ex ſatellitibus Vvarochi Britannorum Comitis, & primus cum eo adfuit, ablatóque violenter apparatu baltei, ipſum quoque balteum repetiit. Renitente Preſbytero ac dicente, Dei res hæ ſunt, & ad reficiendos pauperes ſancto Martyri ſunt conlatæ, ne famem peſſimam patiantur, qui huic templo fideli deuotione deſeruiunt; vnde tu potius huc aliqua inferre, non auferre debebas. Non molliuit hominis auari animum Abbatis illius prædicatio: ſed potiùs ſuccenſus, minari ei cœpit, ac dicere. Niſi ſine mora retuleris balteum, manu mea interimêris. Tunc victus Abbas, ſpeciem ſuper altare quo ſancta teguntur pignora, conlocauit, dicens. En ipſam quam petis reticulam: ſi metus de virtute Martyris nullus eſt, aufer. Erit enim, vt confidimus, de veſtigio iudex, ſi ea auferre præſumpſeris. At ille nihil metuens, abſtulit, iubens ſibi equum ante ipſam baſilicæ porticum

præparari. Cui ait Sacerdos, Nullus vnquam in hoc loco equum præſumpſit aſcendere. Da quæſo gloriam Deo, & honora Martyrem, ne mali aliquid patiaris. Ille verò mandata negligens Sacerdotis, aſcenſo equo in atrio ſancto vbi egredi venit, percuſſo ad portæ limen ſuperius capite, ad humum teſta diſrupta corruit, manibúſque ſuorum deportatus, vt tugurium cuiuſdam pauperculi quod erat proximum, eſt ingreſſus, protinus ſpiritum exhalauit. Quod Vvaiochus audiens, & res quas hic abſtulit, reſtituit, & de ſuo proprio multa contulit, pauore perterritus.

Capvt LXII.

De quinquaginta Martyribus Thebæis.

Est apud Agrippinenſem vrbem basilica, in qua dicuntur quinquaginta viri ex illa legione ſacra Thebæorum pro Chriſti nomine Martyrium conſummaſſe. Et quia admirabili opere ex muſiuo quodam modo deaurata reſplendet, Sanctos aureos ipſam baſilicam incolæ vocitare voluerunt. Quodam autem tempore Eberegiſili Epiſcopi, qui tunc huius vrbis erat Antiſtes, capitis medietas validis doloribus quatiebatur (erat autem tunc temporis in villa oppido proxima) quo dolore, vt diximus valdè attenuatus, miſit Diaconum ſuum ad Sanctorum baſilicam. Et quia in ipſius templi medio puteus eſſe dicitur, in quo ſancti poſt Martyrium pariter ſunt coniecti, collectum exinde puluerem detulit Sacerdoti. Verùm vbi exinde caput attigit, extemplo dolor omnis exemptus eſt.

Capvt LXIII.

De ſancto Malloſo.

Ab hoc etiam Sacerdote ſancti Martyris Malloſi corpus repertum eſt hoc modo. Cùm fama ferret, tunc apud Bertunenſe oppidum Martyrium cõſummaſſe, occultum erat hominibus illis, quo in loco quieſceret: erat tamen oratorium inibi, in quo nomen eius inuocabatur. Supradictus verò Pontifex, in honorem eius baſilicam ædificauit, vt ſcilicet cùm aliquid reuelationis de Martyre acciperet, in ea beatos artus Domino annuente transferret. Denique in latere baſilicæ, id eſt, in pariete qui à parte erat oratorij, in apſida collegit, præſolans Domini miſericordiam, quid iuberet de Martyre reuelari. Poſt hæc Diaconus quidam Metenſis, per viſum ductus vbi Martyr quieſceret, eſt edoctus. Poſt paucum autem tempus, veniens ad Epiſcopum, & quaſi certa ſigna quæ per viſum viderat, relegens, cùm priùs ibidem non fuiſſet, ait Epiſcopo. Hic effode, & inuenies corpus ſancti, id eſt, in medio apſidæ. At ille, cùm fodiſſet, quaſi in ſeptem pedes, attigit nares eius odor immenſi aromatis: & ait. Credo in Chriſto, quod oſtendit mihi Martyrem ſuum, quando me hæc ſuauitas circumdedit: & fodiens reperit ſanctum corpus inlæſum, & emittens voce magna, Gloria in excelſis Deo, omnem clerum pariter pſallere fecit. Dicto quoque Hymno, corpus ſanctum in baſilicam tranſtulit, & cum laude debitè ſepeliuit. Ferunt ibidem & Victorem Martyrem eſſe ſepultum, ſed non eum adhuc cognouimus reuelatum.

Capvt LIV.

De diuo Patroclo.

Patroclus quoque Martyr, qui apud vrbem Tricaſſinorum ſepultus habetur, ſæpius ſe amicum Dei virtutibus multis oſtendit. Erat enim ſuper eum paruulum oratorium, in quo vnus tantum Clericus ſeruiebat. Loci enim homines paruum exhibebant Martyri famulatum, pro eo quod hiſtoria Paſſionis eius non haberetur in promptu. Mos namque erat hominum ruſticorum, vt ſanctos Dei, quorum agones relegunt, attentius venerentur. Quidam igitur de longinquo itinere veniens, libellum huius certaminis detulit lectori, quem in ipſo loco ſeruire diximus, prodidit ad legendum. Ille verò poſt decurſam lectionem valdè gauiſus, nocturno ſub tempore famulante lumine, velociter exemplauit. Hominibus quidem digreſſis, hic Epiſcopo ſuo exhibet quæ repererat, putans ſe per hæc gratiam adſequi Sacerdotis. At ille non credens, niſi confictum æſtimans, cæſum increpatúmque clericum abſcedere iubet, dicens. Te hæc iuxta votum tuum dictaſſe manifeſtum eſt: nam nunquam ea cum vllo homine reperiſti. Poſt multum verò tempus, vt virtus Martyris non eſſet occulta, abiit exercitus in Italiam: detulit paſſionis huius hiſtoriam, ſicut à clerico tenebatur ſcripta. Tunc confuſus valdè Epiſcopus, cognouit vera eſſe, quæ à clerico dicebantur. Populus autem ex hoc magis honorare cœpit Martyrem, conſtructáque ſuper eum baſilica, feſtiuitatem eius per ſingulos annos deuotè concelebrat.

Capvt LXV.

De beato Martyre Antoliano.

Antolianus autem Martyr apud vrbem Aruernam martyrium conſummauit. In cuius honore Alchima & ſoror Placidinæ coniux Apollinaris Epiſcopi, templum ædificare cupientes, multa Sanctorum corpora dum fundamenta iacerent, remouerunt, neſcientes cuius meriti eſſent, quorum ſepulchra repererant, quæ cùm viritim ſepelire propter aliorum ſepulchrorum multitudinem, quæ locum illum ab antiquo repleuerant, non haberent, congregatam oſſium maſſam in vnam proiicientes foſſam, humo operuerunt: idque quod Deo vel ſancto Martyri acceptabile non fuiſſet, per viſum cuidam apparuit, viditque homo ille conquerentem beatum Antolianum cum reliquis ſanctis, atque dicentem. Væ mihi, quia propter me multi fratrum meorum iniuriati ſunt: Verumtamen dico, quia qui hæc cœperunt, ad effectum perducere non poſſunt, quod ita geſtum eſt: erectis tamen parietibus ſuper altare ædis illius, turrem à columnis, phariis, heracliiſque tranſuolutis arcubus erexerunt, miram cameræ fucorum diuerſitatibus imaginatam adhibentes picturam. Nam ita fuit hoc opus elegans & ſubtile, vt per longa tempora tignorum frequentatione diuiſum, penè in ruinam pendere videretur. Quod periculum Auitus Pontifex cernens, anticipans futuram columnarum ſtragem, iuſſit tigna aſſeréſque vel tegulas amoueri; quibus ſubmotis nec adiutoriis columnis appoſitis, nutu Dei diſcedentibus de machina ſtructoribus vt cibum caperent, recedentibúſque & reliquis à baſilica, dato columnæ immenſo pondere cum magno ſonitu ſuper altare & circa altare diruerunt, completáque eſt ædis nebula de effracti calicis puluere. At Sacerdos exſanguis, duorum damnorum detrimenta ſuſpirans, ne & marmora confregiſſent, & aliquis deperiſſet è populo, ſcire non poterat quid damni acceſſiſſet. Nullus enim propter nebulam pulueris illuc poterat accedere. Poſt duarum verò horarum ſpatium recedente nebula, ingreſſi ſunt vel defunctorum colligere corpora, vel columnarum fragmenta rimari. Nullum hominem periiſſe cognoſcunt: altare quoque mirantur inlæſum, in quod è tanta altitudine impactæ columnæ nihil læſionis intulerint. Quid plura? inuenerunt omnia integra, cuncta contemplantur eſſe

ſaluata:

A ſaluata: glorificant Martyrem, conſpiciunt Dei virtutem, qui ſic altare columnaſque ſeruauit inlæſas. In huius vrbis territorio & Iulianus Martyr agonis palmam legitimè decertando promeruit. De cuius virtutibus quæ ad nos vſque venerunt, in libro quem de eius miraculis propriè ſcribere præſumpſimus, declarauimus.

Capvt LXVI.

De furtò patrato in æde S. Saturnini.

IN ipſo quoque territorio, tempore quo Chramnus Aruernum abiit, cùm diuerſa ſcelera ab eius gererentur miniſtris, quinque viri Sacroſanctum oratorium domus Iciacenſis furtim adpetunt: habentur autem in B eo Sancti Saturnini reliquiæ, irruptóque ablatis palliolis vel reliquis miniſterij ornamentis nocte tegente diſcedunt. Sed presbyter recognoſcens furtum, ac inter vicinos ſcrutatos, nullum potuit ex his quæ ablata fuerant, indicium reperire. Protinus verò latrones qui hæc admiſerant in Aurelianenſe ſe territorium tranſtulerunt: diuiſiſque rebus, accepit vnuſquiſque partem ſuam. Sed mox inſequente vltione diuina, quatuor in ſeditionibus interfecti ſunt. Quintus verò totam ſibi furti huius hæreditatem ſuperſtes remanens vindicauit. Sed vbi hæc in domum ſuam contulit, ſtatim obtectis ſanguine oculis, excæcatus eſt. Tunc compunctus tam doloribus, quam inſpiratione diuina vouit, dicens: Si reſpexerit Deus miſeriam meam, & mihi viſum reddiderit, reſeram loco illi ſancto quæ abſtuli. Et hæc cum lachrymis orans, viſum recepit. Accedens verò ad oppidum Aurelianenſe, prouidente Deo, Diaconum Aruernum inuenit. Cui traditis rebus, ſupplici-C ter exorauit, vt eaſdem oratorio reſtitueret, quod Diaconus deuotus impleuit.

Capvt LXVII.

De Sancto Geneſio.

NVperrimo autem tempore in huius vrbis Aruernæ territorio, quod adiacet Tigernenſi Caſtello, Geneſius eiuſdem loci ſanctus, ſe hoc modo reuelauit. Pauper quidam boues quos ad exercendam culturam habebat, caſu ab oculis dilapſos perdidit, eoſdémque ſollicita indagine quæſitos, reperire non potuit. Conſequenti verò nocte apparuit ei vir quidam per viſum dicens. Vade per viam quæ ad ſiluam ducit, & inuenies boues quos ſollicitè requiris iuxta lapidem marmoris, herbarum copiam decerpentes: iunctiſque ad plauſtrum, marmor eleua, & ſuper ſepulturam quæ viæ eſt propinqua, compone. Ego enim ſum qui tibi hæc D loquor, Geneſius, cuius eſt tumulus ille, qui in albis poſitus, per Martyrium ab hoc mundo migraui. Conſurgens autem homo ille diluculo, reperit boues iuxta lapidem, fecitque ſicut ei præceptum fuerat per viſum. Sed nec in hoc defuit miraculum, cùm immenſus lapis, quem multa boum paria mouere vix poterant, à duobus tantùm delatus eſt bobus. Ex hoc enim multi infirmi ibidem venientes, votorum promiſſa ſoluentes, ſanitatem recipiunt. Audiens hæc Auitus Epiſcopus vrbis illius, baſilicam ſuper tumulum Sancti magnam ædificauit, dedicatámque feſtiuitatem in ea excoli præcepit, in qua nunc multa frequentia populorum cum votis, vt diximus, veniens cum ſanitate regreditur. Hanc etiam baſilicam S. Geneſij Arelatenſis reliquiis inluſtrauit.

E

Capvt LXVIII.

De Moro reuiuiſcente.

HIc verò Martyr Geneſius, deciſione ceruicis agonizans pro Chriſti nomine apud eandem Arelatenſem ſcilicet vrbem, pollente feruore fidei conſummauit. Eſt autem ibi arbor, vbi dicitur decollatus fuiſſe, genere morus, Ex qua infirmis multa plerumque beneficia impertiente Martyre, ſunt conceſſa. Sed decurſis temporibus cùm rami, cortéxque eius pro ſalutione à multis detraherentur, arefacta eſt. Veruntamen adhuc fideliter petentibus viuit, ſimilia præbens medicamina quod ſupereſt de columna.

F

Capvt LXIX.

De miraculis per beatum Geneſium factis.

SEd & pons quondam ſuper Rhodanum fluuium, vbi B. Martyr nataſſe fertur, in die ſolemnitatis eius diſruptis catenis, quia ſuper naues locatus erat, nutare cœpit, ac præ nimio pondere populorum ipſæ naues dehiſcentes, in alueo fluminis populum ſubmergebant. Tunc omnes ſimul in diſcrimine poſiti, vna voce clamauerunt, dicentes. Geneſi beatiſſime, eripe nos propriæ ſanctitatis virtute; ne pereat plebs quæ fideliter aduenit, tua deuotè ſolemnia celebrare. Mox ſiſtente vento vulgus omne ad litus reductum, miratur ſe virtute Martyris eſſe ſaluatum. Nam & cancelli beati ſepulchri ſæpiùs à Longobardis vel reliquis hoſtibus confracti ſunt. Sed arrepti à Dæmone homines, aut comprehenſi rabie, debacchantes, aut propriis ſe den-G tibus lacerantes, nihil de ita quæ violenter cœperant, abſtulerunt. Ferunt etiam in hac vrbe fuiſſe mulierem cui à viro crimen impactum, nec omninò probatum, à iudice vt aquis immergeretur, diiudicata eſt. Cui cùm ad collum lapis immenſus funibus colligatus fuiſſet, in Rhodanum de naui præcipitata eſt. Illa verò beati Martyris auxilium precabatur, & nomen eius inuocans, aiebat. Sancte Geneſi glorioſe Martyr, qui has aquas natandi pulſu ſanctificaſti, erue me iuxta innocentiam meam: & ſtatim ſuper aquas ferri cœpit. Quod videntes populi, ſuſceperunt eam in naui, & ad baſilicam ſancti deduxerunt incolomem, nec vlterius à viro vel à iudice ſit quæſita.

Capvt LXX.

De quadam muliere iniuſtè à marito adulterij accuſata.

H O Quantum innocentia præſtat, quantum mens pura meretur? Nam ſimili fortè alia mulier à viro ſuo adulterij crimen accepit. Quod coram iudice duriſſimè denegans, cùm propria confeſſione ſuperari non poſſet, diiudicatur immergi. Dehinc concurrente ad ſpectaculum populo, ad pontem ducitur amnis Ataxici, connexóque cum fune lapide molari collo eius, præcipitauerunt eam in flumen, increpante deſuper viro atque dicente. Ablue nunc aquis abundantibus fornicationes immunditiaſque tuas, quibus ſæpè maculaſti ſtratum meum. Sed Domini pietas quæ inſontes perire non patitur, prouidit ſtilum ſub aquis, quem videre homo non poterat: qui ſuſcipiens funem ſuſtinuit mulierem, ne ad fundum fluminis perueniret. Et erant vtraque ſub aquis, mulier ſcilicet & petra illi illius lance librata. Cúmque iam ſol occubiturum peteret, propinqui fœminæ illius depoſcunt à iudice, vt liceret

A per alueum torrentis cadauer parentis inquirere. Accepta itaque indulgentia, deſcenderunt ad locum in quo præcipitata fuerat mulier. Videruntque eam pendere cum lapide, miſſoque vnco abſtraxerunt illam: intelligentéſque eſſe viuam, velociter ad baſilicam, quæ erat flumini proxima, tranſtulerunt; timebant enim ne iterum mergi iuberetur à iudice. Interrogabant autem mulierem qualiter ſub pelago viuere potuiſſet, reſpondit. Non mihi aliter quam ſomnium viſum eſt, nec amplius aquas ſenſi, niſi eum in his proiecta deſcendi, aut ab his iterùm ſum reſumpta, ſurrexi. Et mirabantur omnes, non potuiſſe eam mori in tali diſcrimine: ſaluauit enim eam propriæ conſcientiæ fides, & Dominus quem iugiter imprecata eſt. Deinde parentibus indulta, nec à iudice eſt ampliùs inquiſita: ſed ad virtutes Martyrum redeamus.

B

Capvt LXXI.

De Ferreolo & Ferrucione.

VEſonticorum quoque ciuitas propriis inluſtrata Martyribus, plerumque miraculis præſentibus gaudet. Huic in abdito cryptæ duo vt paſſio declarat Martyres, Ferreolus atque Ferrucio ſunt ſepulti. Factum eſt autem quodam tempore, vt vir ſororis meæ inualeſcente febre, grauiter ægrotaret. Cúmque iam quatri mensis ſpatio lectulo anhelus occumberet, vt nihil aliud coniux mœſta, niſi quæ ſepulturæ erant neceſſaria cogitaret, ſanctorum baſilicam flens, ac triſtis expetiit, prouolutáque coram ſepulchris, palmis ac facie rigente, opprimit pauimentum. Accidit autem fortuitò, vt extenſa dexteræ manus palma folium herbæ ſaluiæ, quod pro honore Martyrum in crypta conſperſum fuerat, operiret. Poſtquam autem fuſa oratione cum lachrymis ſurrexit à tumulis, putans aliquid de lineaminibus quibus induta erat, manu prehendiſſe, vt ad-

C ſolet, volam continuit clauſam: egreſſáque baſilicam, patefacta manu, folium herbæ miratur: obſtupefacta verò quid hoc eſſet, munus cœleſte indultum ſibi diuinitus recognoſcit, vt ſcilicet per eum virtus Martyrum infirmo ſuccurreret. Domum igitur iam lætior rediens, folium dilutum aqua, viro porrexit ad bibendum. Qui vt hauſit, plenus fide, protinus ſanitatem pleniſſimam meruit obtinere.

Capvt LXXII.

De diuo Dionyſio Pariſiorum Epiſcopo.

DIonyſius verò Epiſcopus Pariſiorum, vbi datus eſt Martyr: tempore verò quo Sigibertus Rex cum exercitu ad vrbem illam venit, & maximam vico-

D rum eius partem incendio concremauit, quidam de prioribus eius, ad baſilicam antedicti Martyris properat, non orationis deuotione, ſed tantùm vt aliquid fraudaret ab æde; ſcilicet vbi reſerata oſtia ac vacuum templum à cuſtodibus repetiſſet, pallam holoſericam auróque exornatam ex gemmis, quæ ſanctum tegebat ſepulchrum, temerario auſu diripuit, ſecúmque ſuſtulit. Veniens autem ad caſtra, fuit ei neceſſitas nauigandi. Cúmque puer eius quem tunc creditum habebat, ſuſpenſis ad collum ducentis aureis, nauem cum eodem aſcendiſſet, ſubitò à nullo tactus, de naui decidit, oppreſſuſque aquis, nunquam potuit inueniri. Ille quoque iudicium Dei in ſe cernens, per pueri amiſſionem & auri, velociter littori de quo digreſſus fuerat, remeauit, pallámque ſepulchri ſumma velocitate reſtituit. Et licèt hoc fecerit, tamen diem in quo hæc admiſerat, recurrente anni circulo non attigit. Alius autem ſuper ſepulchrum ſanctum calcare non metuens, dum colum- E

bam auream lancea quærit elidere, elapſi que pedibus ab vtraque parte, quia turritus erat tumulus, compreſſis teſticulis, lancea in latere defixa, exanimis eſt inuentus. Id non fortuitò contigiſſe, ſed iudicio Dei geſtum, nullus ambigat.

Capvt LXXIII.

De Sancto Quintino Viromandenſi.

APud Viromandenſe verò oppidum Galliarum, Quintinus Martyr quieſcit, cuius beatum corpus à quadam religioſa quæ dudum fuerat cæcata, repertum. Sed mox vt à fluminis fundo reuelatum eſt, miraculum protulit cum mulieris facie, vbi primùm illuxit, lumina cæcata reſtituit. In hac etiam vrbe vnus ex latronibus equum presbyteri furtim abſtulit: inuentus à presbytero, iudici manifeſtatur: nec mora, adprehenſus F & in vincula compactus, ſupplicio ſubditur: opus ſuum ore proprio iudicans, patibulo diiudicatur. Sed presbyter metuens, ne ob ſui damni cauſam, anima hominis auferretur, iudicem deprecans vt conceſſa illi vita, hac culpa reus abſolueretur à pœna, dicens ſibi ſatis eſſe iam factum, quod per tot tormentorum genera latro quæ geſſerat, declaraſſet: ſed ſeueritas iudicis cùm nullis precibus potuiſſet inflecti, reum patibulo condemnauit. Tunc presbyter cum lachrymis proſtratus ad beati Martyris tumulum, ſuppliciter deprecatur dicés. Quæſo glorioſiſſime athleta Chriſti, vt eruas hunc pauperem de manu mortis iniquæ, ne mihi fiat in opprobrium, ſi per meam accuſationem moriatur hic homo. Oſtende deprecor virtutem tuam, vt quem aſperitas humana nequit abſoluere, lenis pietatis moderamine tu diſſoluas. Hæc ſacerdote cum lachrymis deprecante, diſruptis vinculis patibuli, reus ad terram ruit. Quod audiens iudex, timore perterritus, & diuinam admirans virtutem, nihil vltra illi nocere præſumpſit. G

Capvt LXXIV.

De alio quodam Martyre.

EſT alius Martyr infra terminum vrbis Berritanæ presbyterij honore præditus, cuius paſſionis hiſtoria apud loci incolas legitur. Hic dum eſſet in corpore, caſtaneam diu aridam ſuis orationibus obtinuit, in viriditatem redire: in cuius baſilica cùm plerumque ſuper infirmos mirabilia oſtendantur, illud præ cæteris eſt admirabile, quod lilium dudum collectum, & ſiccum in eius ſolemnitate denuò reuireſcit, ita vt intueantur illa die populi flores nouos, quos pridem viderant arefactos. Ad huius enim ſepulchrum plerumque ſacramentum mendax prolatum à perfidis, virtute Martyris confutatur, vt qui temeritate elatus aduenerat, emendatus abſcedat. H

Capvt LXXV.

De Sancto Sigiſmundo Rege.

SÆpè enim Dominos arrogantiam contumacia mentis virga correctionis eneruat, vt eandem cultus ſui generatio reſtituat, ſicut quondam de Sigiſmundo Rege manifeſta fides geſtum profert. Hic etenim poſt interemptum per iniquæ conſilium coniugis filium, compunctus corde, Agaunum dirigit, ibique proſtratus coram ſepulchris beatiſſimorum Martyrum Legionis Felicis pœnitentiam egit, deprecans vt quæcunque deliquerat, in hoc ei ſæculo vltio diuina retribueret, vt ſci-

licet

A licet habeatur in iudicio abſolutus, ſi ei mala quæ geſſerat priuſquam de mundo decedat, repenſentur; ibique & pſallentium cotidianum inſtituit, locúmque tam in territoriis, quàm in reliquis rebus affluentiſſimè ditauit. Poſtea verò captus ab Chlodomere Rege cum filiis interfectúſque eius iuſſu, ad eundem locum delatus, ſepulturæ mandatus eſt, quem in conſortium ſanctorum adſcitum ipſa res quæ geritur, manifeſtat: nam ſi qui nunc frigoritici in eius honore miſſas deuotè celebrẽt, eiúſque pro requie Deo offerant oblationem, ſtatim compreſſis tremoribus, reſtinctis febribus, ſanitati priſtinæ reſtaurantur.

Caput LXXVI.

De Sancto Mauricio & ſociis.

B Magna eſt etiam virtus ad antedictorum Martyrum ſepulchra, de quibus, relictis pluribus, pauca perſtringere libuit. Mulier quædam filium ſuum vnicum ad hoc monaſterium adducens, Abbati tradidit erudiendum, videlicet vt factus clericus, ſanctis manciparetur officiis. Verùm cùm iam ſpiritalibus eruditus eſſet in literis, & cum reliquis clericis in Choro canentium pſalleret, modica pulſatus febre, ſpiritum exhalauit. Cucurrit mater orbata ad obſequium funeris plangens, ſepeliuitque filium. Veruntamen non ſuffecerunt hæ lachrymæ dolori, quæ in exequiis ſunt effuſæ: ſed per dies ſingulos veniebat, & ſuper ſepulchrum nati ſui emiſſis in altum vocibus, eiulabat. Cui tandem apparens per viſum noctis Beatus Mauricius ait, Quid tu, ò mulier inceſſanter filij obitum plangens, nunquam deſiſtis à luctu? cui illa. Dies, inquit, vitæ meæ, hunc planctum non explent: ſed dum aduixero, ſemper deflebo vnicum meum, nec vnquam mitigabor a lachrymis, donec oculos corporis huius debita mors concludat. C Cui ille, Noli ita, ait, quaſi mortuum flere, ſed æquanimiter age, nam ſcias eum nobiſcum habitare, & ſedentem vitæ perennis conſortio noſtro perfrui. Et vt veraciter credas certa eſſe quæ loquor, ſurge craſtina die ad matutinum, & audies vocem eius inter choros pſallentium monachorum. Et non ſolùm die craſtina, ſed etiam omnibus diebus vitæ tuæ, cùm veneris audies in pſallentio vocem eius, ideóque ne fleueris, eo quòd gaudere te oporteat potiùs quàm lugere. Surgit mulier, longáque ducit ſuſpiria, nec obdormit in ſtratu ſuo, donec ſignum ad ſurgendum commoueatur à monachis: quo commoto accedit ad Eccleſiam, aliqua de viſione quam viderat probatura. Nihil enim præterijt de pollicitatione ſancta, ſed quæ fuerãt diuinitùs nuntiata, mox impleta noſcuntur. Verùm vbi cãtato reſponſo, antiphonam caterua ſuſcepit monachorum, audit genitrix, paruuli vocem cognoſcit, & gratias agit Deo. Sed & illud quòd Martyris ore promiſſum habebatur, prorſus impletum eſt, vt omnibus diebus vitæ D ſuæ cùm acceſſiſſet mulier ad pſallentium, vocem audiret huius infantuli inter reliqua modulamina vocum. Cùm autem Gunthramnus Rex ita ſe ſpiritalibus actionibus mancipaſſet, vt relictis ſæculi pompis theſauros ſuos Eccleſiis & pauperibus erogaret, accidit vt miſſo presbytero munera fratribus, qui ſanctis Agaunenſibus deſeruiunt, ex voto tranſmitteret, præcipiens presbytero, vt ad eum rediens, ſanctorum ſibi reliquias exhiberet. Igitur dum impleta Regis præceptione, cum his regrederetur pignoribus, Lemanni lacus per quem Rhodanus influit, nauigium petit. Extenditur autem lacus ille in longitudine quaſi ſtadiis quadringentis, latitudine autem, ſtadiis centum quinquaginta. Denique reuertens presbyter, vt diximus, cùm nauigium hoc fuiſſet adgreſſus, ſubitò tempeſtas exorta, fluctus tollit: ad ſidera ſurgunt vndarum montes, & nunc puppis nauiculæ prora dehiſcente fertur in altum, nunc iterum deuerſa puppe, prora tollitur in ſu-

E blime. Turbantur nautæ, & nihil aliud niſi ſola mors in hoc periculo præſtolatur. Tunc presbyter cùm videret ſe his fluctibus obrui, & ſpumis vndarum ipſarum grauiter operiri, extracta à collo capſula, quæ ſanctorum pignora continebat, vndis tumentibus fidus obiecit, ac ſanctorum præſidium clara inuocat voce dicens. Ne peream in his fluctibus, virtutem veſtram deprecor, Martyres glorioſi, ſed potiùs qui iugiter pereuntibus præbetis auxilium, mihi quæſo dexteram ſalutis porrigere dignemini: fluctus opprimite, nóſque ad littus optatum veſtri adiutorij ope deducite. Et hæc dicens, ceſſante vento, decedentibus vndis, ad littus euecti ſunt. Hæc ab ipſo cognoui presbytero. In hoc etiam ſtagno ferunt troctarum piſcium magnitudinem vſque ad centum librarum pondera trutinari.

Caput LXXVII.

De Sancto Victore Maſſilienſi.

F Eſt & ad ſepulchrum ſancti Victoris Maſſilienſis Martyris mira virtus. Nam cùm ſæpiùs ad eum accedentes infirmi ſanentur, reliqui energumeni tamen multùm ſe confidentes, & Martyrem clamantes, eiectis dæmonibus liberantur. Aureliani autem patritij ſeruus à Dæmonio correptus, dolendo exitu cruciabatur, ita vt plerumque propriis ſe morſibus laceraret: ſed adductus ad baſilicam ſancti, cùm ſe vri eius virtute fateretur, debacchans per totam ædem die tertia mundatus, abceſſit. Qui in tantùm fidei merito roboratus eſt, vt deinceps humilitatis capillis, Abbatis ſortitus ordinem, monaſterio ſuo præponeretur.

Caput LXXVIII.

De Baudillio Martyre glorioſo.

G Eſt apud Nemauſenſis vrbis oppidum Baudillij B. Martyris glorioſum ſepulchrum, de quo ſæpiùs virtutes multæ manifeſtantur. Ex quo ſepulchro laurus orta & per parietem egreſſa, arborem fortis fecit ſalubri coma vernantem. Quod ſæpè loci incolæ in multis infirmitatibus habere cœleſte remedium, ſunt experti. Pro quibus virtutum beneficiis, cùm plerumque nudaretur à foliis vel ipſa quodammodo corticẽ, arida eſt effecta. Vnde quia morbos ab ea multarum infirmitatum diximus depelli, longum fuit ſingulos quoſque memorari: ideò hæc ſufficere putaui, quod ea medicamenta largiẽdo aridam effectam dixi. Etiam fertur celebre à negotiatore quodam in Oriente de his foliis deportatum pignus fuiſſe: ſed priuſquam portum negotiator attingeret, energumenus in Eccleſia adire Baudillium Martyrẽ Orientalem plagam, ſtupentibus populis declamauit. H Oſtendit autem beatus Martyr & in aliis virtutem ſuam. Arsio verò Theodorici Regis italici Dux, dum in Arelatenſi vrbe reſideret, extitit ei quidam Archipresbyter Parochiæ Nemauſenſis inuiſus. Tunc feruens felle contra eum miſit pueros dicens. Ite quantocius, & ligatis pedibus ac manibus, adducite eum cum vi, vt cognoſcat quod ſim Dominus regionis huius. At illi non intelligentes Archipresbyterum, putauerunt quod Archidiaconum iuſſiſſet adduci. Et aſcenſis equitibus venerunt ad vrbem, interrogantéſque de Archidiacono, digito eis oſtenſus eſt. Erat enim hic Ioannes nomine, valdè religioſus, & in Archidiaconatu ſuo ſtudium docendi paruulos habens: adprehenſúmque pueri Ducis ligatis manibus ac pedibus ſub aluo equi adduxerunt eum. Sed non deſiit virtus Martyris alumno proprio ſubuenire. Pueri verò iuxta ipſam portam cum ad manſionem habuerunt, quia iam obſeratis pro nocte portarum valuis ingredi non potuerunt. In ipſa verò nocte, Duce obdor-

miente,

A miente, adſtitit ei Archidiaconus per viſum dicens. Quid tibi, ô homo culpabilis extiti, quod me in hanc humilitatem redactum cum iam iuſſiſti iniuria accerſiri? verè dicam tibi, quia non effugies iudicium Dei. At ille expergefactus conſternatúſque metu, exclamat ſuis. Inquirite ſi pueri, quos Nemauſum direximus, iam venerunt. Interrogantéſque de muro vrbis, reſponderunt ſe adeſſe cum homine. Renuntiant nuntij quæ audierant. Confeſtímque Dux ait, exhibere ad me hominem quem adduxiſtis. Quòd cùm factum fuiſſet, aſpiciens eum Dux, timore perterritus ait, Archipresbyterum ego adduci præceperam, non Archidiaconum, & proſtratus ad pedes eius, ait. Indulge quæſo iniuriam delicti huius: quia non eſt in conſcientia mea, vt hæc paſſus fuiſſes. Et ſtatim dignis honoratum muneribus, remiſit ad vrbem, quem in tanto amore pro ipſa Martyris reuerentia dilexit in poſterum, vt decedente vrbis illius Sacerdote, ipſum Sacerdotem mandaret inſtitui. Sed nec Archipresbyterum B ampliùs inquiri iuſſit. O magna virtus Martyris, quæ per innocentis iniuriam noxium abſoluit à pœna: impletúmque eſt illud Apoſtoli, quia *diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*, cùm hæc iniuria gradum huic conſtruxit, quem ſcanderet ad regendam Eccleſiam Dei.

Capvt LXXIX.

De miraculis beati Andreæ Apoſtoli in Eccleſia Agathenſi.

Eccleſia quoque Agathenſis vrbis, quæ ſancti Apoſtoli reliquiis plaudit, plerumque glorioſis inluſtratur miraculis, peruaſores rerum ſuarum ſæpiùs arguit. Denique Gomacharius Comes agrum Eccleſiæ ipſius peruadit. Tunc Leo Epiſcopus huius Eccleſiæ valdè C mœſtus concurrit ad eum dicens. Relinque, ô fili, res pauperum quas ordinationi noſtræ Dominus commendauit, ne tibi ſit noxium, & à lachrymis egentium, qui de fructibus eius ali conſueuerát, enecceris. Ille verò quia erat hæreticus, paruipendens de his quæ ab Epiſcopo dicebantur, rem tamen ſua dominatione retinuit. Interim procedente die, arripitur à febre. Cúmque non modo ardore corporeo, verumetiam animæ vexaretur incommodo, miſit ad Epiſcopum nuntios dicens. Dignetur pro me ſacerdos orationem ad Dominum fundere, & ego dimittam agrum eius. Quo orante, hic à valetudine qua grauabatur, conualuit, factúſque ſanus, ait ſuis: quid putatis, quid iſti nunc Romani dicant? Aiunt enim me ob hoc fuiſſe febre grauatum, quia tulerim agrum eorum, quod mihi iuxta conſuetudinem humani corporis accidit: verumtamen non habebunt eum me viuente. Et dicto citiùs miſit qui eum iterum auferret. Quòd cùm Epiſcopus comperiſſet, venit ad eum, dicens. Num pœnitet te priùs feciſſe benè, quod hoc iterú conaris euertere? ne facias quæſo ne vltioni diuinæ ſubiaceas. Qui D ait ad Epiſcopum, Sile, ſile decrepite: iam infrenatum te foris, circuire vrbem ſuper aſinum faciam, vt ſis in ridiculo omnibus qui te aſpexerint. At ille ſilens ad nota recurrit præſidia: proſternitur in oratione, celebrat vigilias, ac noctē totam in lachrymis & pſallentio ducit. Mane autem facto accedit ad lychnos qui de camera Eccleſiæ dependebant, extendenſque virgam quam tenebat in manu, effregit cunctos dicens. Non hìc accendatur lumen, donec vlciſcatur Deus de inimicis & reſtituat res domus ſuæ. Hæc eo dicente, protinus hæreticus ille in rediuiuam febram corruit. Cúmque in extremis ageret, miſit ad Epiſcopum, dicens: oret pro me ſacerdos ad Dominum, vt viuam & reſtituam agrum, ac ſimilem eius conferam dominationi. Quibus Pontifex reſpondit. Iam oraui ad Dominum, & exaudiuit me. Miſit & alios ac tertios ad eum nuntios. Sed Sacerdos in vno reſponſo perſiſtens, non mouebatur ad hæc, vt pro eo orationem daret ad Dominum. Hæc ille hæreticus cernens, iuſſit ſe E in plauſtro componi, atque ad eundem euehi, ac per ſe deprecari Epiſcopum dicens, quia dupla ſatisfactione reſtituo agrum quem iniquè peruaſi, tantùm vt oret pro me ſanctitas tua. Illo quoque recuſante, compulit eum vi vt abiret ad Eccleſiam: quo diſcedente, vt Eccleſiam eſt ingreſſus, & hic ſpiritum exhalauit, recepitque confeſtim Eccleſia rem ſuam.

Capvt LXXX.

De approbatione fidei Chriſtianæ per miraculum.

Semper etiam Catholicorum inimica eſt hæreſis, & vbicunque potuerit tendere inſidias, non obmittit, ſicut illud eſt, quod quodam loco factum celebre fama F profert. Mulier quædam erat Catholica, habens virum hæreticum: ad quam cùm veniſſet presbyter noſtræ religionis valdè Catholicus, ait mulier ad virum ſuum. Peto charitati tuæ, vt pro aduentu huius ſacerdotis qui me viſitare dignatus eſt, lætitia habeatur in domo noſtra, ac præparatum dignis impendiis prandium epulemur cum eo. Promittente autem viro eius, ſe ſe vt illa flagitabat facturum, aduenit & alius hæreticorum presbyter: dixitque vir mulieri. Duplicata eſt lætitia hodie, eò quod ſint Sacerdotes vtriuſque religionis in domo noſtra. Diſcumbentibus autem ad conuiuium, vir ille cum presbytero dextræ partis cornu occupat, Catholicum ad ſiniſtram ſtatuens, poſitáque ad læuam eius ſellula, in qua coniux eius reſideret: dixitque vir ad presbyterum hæreticum. Si conſenſeris dictionibus meis, exerceamus hodie cachinnum de hoc Romanorum presbytero, vt ſcilicet adpoſita ferculo, tu celerius ſignata feſtines, Cúmque ille manum non poſuerit, illo triſtante nos cum lætitia comedemus cibum. Cui ille, G faciam, inquit, quod præcipis. Denique veniente diſco cum oleribus, ſignauit hæreticus, poſuitque primus manum ſuam. Quod cernens mulier, ait: ne feceris, quia ingratè fero iniuriam ſacerdotis. Et exhibito alio cibo ſumpſit Catholicus. In ſecundo verò & tertio ferculo ſimiliter fecit hæreticus. Quarto autem exhibito, cuius in medium ſartago feruens aduenerat, in qua compoſitus erat cibus ille, qui ex conliſis ouis parumper mixta farina, dactylorum partibus oliuarúmque rotunditatibus adſolet exornari. Feſtinans hæreticus, priuſquàm ferculum illud vel menſam tangeret, eleuata in obuiam manus ſignat; ſtatímque poſitum cochlearium, ſumit non intelligens an caleret, feruentémque cibum velociter ingluuiuit. Protinus accenſo pectore, æſtuare cœpit emiſſóque cum ſuſpirio, immenſo ventris ſtrepitu, nequam ſpiritum exhalauit: ablatúſque de conuiuio, locatus in tumulo, terrenæ molis congerie eſt opertus. Tunc exultans presbyter noſtræ religionis ait. Verè vltus eſt Deus ſeruos ſuos: & conuerſus ad virum cuius erat conuiuium, dixit. Periit huius memoria cum ſonitu, H & Dominus in æternum permanet. Tu verò adpone quod comedam. Tunc homo ille perterritus, expleto conuiuio, prouolutus eſt ad pedes presbyteri, conuerſúſque ad fidem Catholicam, credidit cum domo ſua, qui in hac perfidia tenebatur, & multiplicata eſt lætitia, ſicut priùs mulier flagitauerat.

Capvt LXXXI.

De approbatione eiuſdem per aliud miraculum.

Arianorum Presbyter cum Diacono noſtræ religionis, altercationem habebat, proferens contra Dei filium ac Spiritum ſanctum, vt mos eſt genti, venenoſas aſſertiones. At ille cùm diu multúmque non-

A nulla de fidei noſtræ ratione diſſeruiſſet, & hæreticus perfidiæ obcæcatus caligine, quæ erant vera reſpueret, iuxta illud, quia *in maleuolam animam non introibit ſapientia*, adiecit dicens. Quid longis ſermocinationum intentionibus fatigamur? factis rei veritas adprobetur: ſuccendatur igni æneus, & in feruenti aqua annulus cuiuſdam proiiciatur. Qui verò eum ex feruenti vnda ſuſtulerit, ille iuſtitiam conſequi comprobatur, quo facto, pars diuerſa ad cognitionem huius iuſtitiæ conuertatur. Intellige itaque & tu hæretice, ſi hæc pars noſtra Spiritu ſancto adiuuante compleuerit, nihil in ſancta Trinitate diſſonum, nihil eſſe diſſimile fatearis. Conſenſit hæreticus huic diffinitioni: & initu vſque mane placito, diſceſſerunt: ſed fidei feruor per quem hæc primùm Diaconus protulerat, cœpit inimico inſidiante repeſcere. Diluculo autem ſurgens, brachium infundit oleo, vnguento conſpergit. Sed tam in loca ſancta circuit, & Dominum deprecatur. Quid plura? circa horam tertiam in foro conueniunt: concurrit populus ad ſpe-B ctaculum. Accenditur ignis, æneus ſuperponitur, feruet valdè, annulus in vnda feruenti proiicitur. Inuitat primùm Diaconus hæreticum, vt ipſe eum à calore auferat. Sed ſtatim recuſauit, dicens. Qui hanc ſententiam protuliſti, debes auferre. Diaconus verò licèt trepidus, tamen denudat brachium. Cúmque ipſum vidiſſet vnguentis hæreticus presbyter delibutum, exclamauit dicens: Magicis artibus te elitandum putaſti, vt hæc vnguenta diffunderes, nec valebunt iſta quæ agis. His ita litigantibus, ſuperuenit Diaconus ab vrbe Rauenna, Iacinctus nomine: ſciſcitánſque quæ eſſet hæc altercatio, veritatem cognouit, nec moratus, extracto à veſtimentis brachio, in æneum dexteram mergit. Annulus enim qui eiectus fuerat, erat valdè leuis ac paruulus, nec minus ferebatur ab vnda, quàm vento poſſit ferri vel palea: quem diu multúmque quæſitum, infra vnius horæ ſpatium reperit. Accendebatur intereà vehementer focus ille ſub dolio, quo validiùs feruens non facilè adſequi poſſit annulus à manu quærentis, extractúmque tandem, C nihil diaconus ſenſit in carne ſua, ſed potius proteſtatur, in imo quidem frigidum eſſe æneum, in ſummitate verò calorem teporis modici continentem. Quod cernens hæreticus, valdè confuſus, iniecit audax manum in æneum, dicens: præſtabit mihi hæc fides mea. Iniecta manu, protinus vſque ad ipſa oſſium internodia omnis caro liquefacta defluxit: & ſic altercatio finem fecit.

Capvt LXXXII.

Conſimile apud Hiſpaniam.

SEd & noſtro tempore, cùm incredulitas ac iniqua Arrianorum ſecta in locis Hiſpaniæ per malorum peſſimas adſertiones diſſeminata fuiſſet, quidam clericus deprehenſus, Chriſtianum ſe eſſe confeſſus eſt, adſerens æqualem patri filium & ſpiritum ſanctum eſſe. Cui Rex D qui præerat, oblatis muneribus, tanquam maiorem ſe ſuppliciter deprecabatur, vt ſcilicet compreſſa confeſſione de Sanctæ Trinitatis æqualitate, minorem patre filium cum ſancto ſpiritu fateretur. Quod ſi faceret, & facultatibus ditaretur, & magnus haberetur in populis. Quod illo conſilium, tanquam morſum viperæ fugiente, ac iniqui virus mortiferum reſpuente angois, adiecit Rex. Video, inquit, duram intentionem mentis inſanæ, ſed noui temperamentum tuum, vt quem munera non deflectunt, facilè tormenta ſubiiciant. At ille, vtinam dignus habear, ait, in hac iugulari confeſſione, nam munera tua tanquam ſtercus exhorreo. Tunc iratus Rex, iuſſit eum ad trochleas extendi, & fortiter cædi, interrogans, quid crederet? reſpondit. Iam dixi tibi: credo Deum patrem omnipotentem, & filium eius Ieſum Chriſtum. Poſt hæc cæſus eſt valdè, ſed ſemper durabat in confeſſione: nec vnquam eum à fideli linea potuit hæc tortura deflectere. Nam in primordio cùm cæderetur, tres tantùm E verberum ictus ſenſit: qui, vt ipſe poſtea referebat, ipſam animam penetrarunt. Reliqua verò flagella, tanquam ſi aliquod velamentum durum ſuperpoſitum fuiſſet, ita non ſentiens, magis fidem quam cœperat inter tormenta poſitus, prædicabat. Itaque cùm Regi ſatis factum de eius cæde fuiſſet, dimiſſus eſt, obteſtante eo ne in terminis Hiſpaniæ vnquam inueniretur. At ille lætus diſcedens, in Gallias eſt egreſſus. Sed vt fides dictis adhibeatur, ego hominem vidi, qui hæc ab ipſius clerici ore audita narrauit.

Capvt LXXXIII.

De reliquiis plurium Martyrum, Pauli ſcilicet, Laurentij, Pancratij, Chryſanthi, Dariæ virginis & Pauli eius fratris. F

PEr hanc etiam confeſſionem Martyres glorioſi ineffabilia ſemper ſalutarium munerum beneficia indiderunt, ac petentibus ſe hoc præſtiterunt virtute, quod eiſdem à Domino impetratum eſt creatore, ſicut nobis nuper à diacono noſtro relatum, ita geſtum eſſe cognouimus. Hic autem Diaconus à Papa vrbis Romæ Pelagio, quorundam Martyrum Confeſſorúmque adſumpta pignora cum grandi pſallentio vel clericorum officio ac populi immenſi obſequio, vſque ad portum deductus eſt. Et ingreſſus nauem, erectis velis ac per illum antennæ, quæ modulum crucis geſtat apparatum, extenſis flante vento pelagus altú arripiunt. Qui dum nauigant, vt Maſſilienſis vrbis portum attingant, adpropinquare cœperunt ad locum quendam de quo à littore maris, lapideus mons exſurgens, ac paulatim decedens, ſumma tenus vnda, in mari diſtenditur. Cúmque impellente vento carina magno impetu ferretur in præceps, vt ſci-G licet ſcopulo inliſa quaſſaretur, ac nautæ diſcrimen intuentes, exitum vociferarent, Diaconus eleuata cum ſanctis pignoribus capſa, inuocare nomina ſingulorum cum gemitu & voce maxima cœpit, deprecans vt eorum virtute ab hoc periculo perituri liberarentur. Iamiamque adpropinquabat nauis, vt præfati ſumus, ad ſcopulum: & ſtatim in ſanctarum contemplatione reliquiarum, ab ipſo loco commotus, cum violentia maioris ventus huic vento contrarius fluctum eliſit, ventúmque diuerſum repulit, ac naue in pelagus profundum reuocata, cunctos à mortis periculo liberauit: ſicq; gyrata mole periculi, portum quem deſiderabant, cum Domini gratia ac ſanctorum patrocinio contigerunt. Erant enim reliquiæ ſanctorum, quorum ſacra veſtigia Domini manibus ſunt abluta, cum Pauli, Laurentiique, atque Pancratij, Chryſanthi, Dariæque virginis, Iohannis, atque alterius Pauli fratris eius reliquiis, quorum certamina ac palmæ victoriarum ipſa caput orbis vrbs Roma deuotè concelebrat. H

Capvt LXXXIV.

De aliarum reliquiarum variis miraculis.

QVid verò & de his reliquiis quas quondam genitor meus ſecum habuit, fuerit geſtum, edicam? Tempore quo Theodobertus Aruernorum filios in obſidatu tolli præcepit, pater meus nuper iunctus coniugio, voluit ſe ſanctorum reliquiis communire, petiitque a quodam ſacerdote, vt ei aliquid de eiſdem indulgeret, quo ſcilicet in viam longinquam abiens, tali præſidio tutaretur. Tunc incluſos in aureo autem ſacros cineres, circa eum poſuit: ſed ignarus vir nominum beatorum. Referre enim erat ſolitus, ſe à multis tunc erutum periculis, nam & violentias latronum, & pericula fluminum, impro-

A bitates ſeditioſorum, & adſuitus ſeorſum, ſæpiùs ſe euaſiſſe horum virtutibus teſtabatur. Quid tamen ego de his viderim, non ſilebo. Poſt genitoris mei obitum, mater mea hæc pignora ſuper ſe habebat. Igitur ſegetum aduenerat ſectio, & congregati in areis frugum aceruí fuerant magni. In illis autem diebus, cùm iam ſemina triturarentur, & ſicut ſemmane veſtitum ſegetibus nudum habetur, à ſiluis intercedente gelu, cùm non eſſet vnde ignis accenderetur, ab ipſis paleis focos ſibi adhibuerant excuſſores. Intereà recedunt omnes ad capiendum cibum. Et ecce inter incrementa ſua, cœpit per paleas paulatim ignis ſpargi. Nec mora, flante Noto, acerui ab igne comprehenduntur: fit magnum incendium, inſequitur clamor virorum, ſtrepitúſque mulierum, vlulatus infantium. Hæc autem agebantur in agro noſtro. Quod ſentiens mater mea quæ hæc pignora collo adpenſa geſtabat, exſiliit de conuiuio, eleuatiſque ſacris pignoribus contra ignium globos, ita omne ceſſit incen- B dium de momento, vt vix inter moles exuſtarum palearum, vel ſemina ignis inuenirentur: nihil tamen frugibus quas adprehenderat nocẽs. Poſt multos verò annos has reliquias à genitrice ſuſcepi: cùmq; iter de Burgundia ad Aruernum ageremus, oritur contra nos magna tempeſtas: cœpitque crebris ignibus micare cœlum, validiſque tonitruorum fragoribus reſonare. Tunc extracta à ſinu beatis reliquiis, manum eleuo contra nubem: quæ protinus diuiſa in duas partes, dextra leuáque prætereiens, neque nobis, neque vlli deinceps nocuit. At ego vt iuuenilis feruor agere ſolet, vanæ gloriæ inflari ſupercilio cœpi, & tacitus cogitare, non hæc tam ſanctorum meritis, quàm mihi propriè fuiſſe conceſſum atque ad ſocios itineris iactans, ac proferre quæ innocentiæ meæ Deus præſtiterit, vt hæc mererer. Nec mora, elapſus ſubitò ſub me equus, ad terram eliſit: in quo caſu tam grauiter ſum contractus, vt vix ſurgere poſſem. Intellexi enim mihi iſta à vanitate eueniſſe, ſatiſque fuit dehinc obſeruare, ne me vltra vanæ gloriæ ſtimularet aculeus. C Nam ſi euenit, vt mererer deinceps aliqua de ſanctorum virtutibus contemplari, Dei illa munera per ſanctorum fidem præſtita præconiaui.

Capvt LXXXV.

De temeritatis vitio.

IN nullo eſt enim temeritas vtilis, vt illud quiſque adpetat quod exercere non licet. Sic & Britannorum Comes cùm grauiter à doloribus pedum adfligeretur, & per medicos expendens ſubſtantiam ſuam, nihil commodius habuiſſet, dixit ei quidam de ſuis. Si enim ab Eccleſia tibi aliquod vas miniſterij quod in altari ponitur, deferatur, in quo pedes ablueres, poterit tibi hæc cauſa ferre medelam ſtulti & inertes non cognoſcentes, quod ſacrata Deo vaſa non debent ad vſus humanos aptari. D At ille celeriter ad Eccleſiam mittit, & patenam argenteam ſacroſancti altaris de ſacrario ſuſcipit, ibiq; pedes abluit: ſed ſtatim doloribus additis, ad plenum debilitatus, nunquam poſteà greſſum facere potuit. Sed & Longobardorum Ducem feciſſe ſimiliter comperi.

Capvt LXXXVI.

Non eſſe tractanda ſacra animo polluto.

DEflemus enim ſcelera noſtra & plãgimus, cùm nos mundos eſſe neſcimus, & ad ipſum altare Domini accedentes, audenter ſanctum corpus eius & ſanguinem cùm ſimus actu polluti, potiùs ad iudicium ſumimus, quàm vt veniã conſequamur. Nam recolo, quod in adoleſcentia mea geſtum audiui. Dies paſſionis erat Polycarpi Martyris magni, & in Ricomagenſi vico ciuitatis E Aruernæ eius ſolemnia celebrabantur. Lecta igitur paſſione cum reliquis lectionibus, quas canon ſacerdotalis inuexit, tempus ad ſacrificium offerendum aduenit, acceptaque turre Diaconus in qua miniſterium Dominici corporis habebatur, ferre cœpit ad oſtium, ingreſſúſque templũ vt eam altari ſuperponeret, elapſa de manu eius, ferebatur in aera, & ſic ad ipſam aram accedens, nunquã eam manus Diaconi potuit adſequi: quod non alia credimus actũ de cauſa, niſi quia pollutus erat in conſcientia. Sæpiùs enim ab eodẽ adulteria ferebantur admiſſa. Vni tantùm presbytero & tribus mulieribus, ex quibus vna mater mea erat, hæc videre licitum fuit, cæteri non viderunt. Aderam fateor & ego tunc temporis huic feſtiuitati, ſed hæc videre non merui.

Capvt LXXXVII.

F *De Epachio qui poſt ſumptum ientaculum, auſus eſt celebrare.*

SIc & Epachius presbyter dum temerè quæ indignus erat agere, præſumpſiſſet, diuino iudicio, ſolo proſtratus occubuit. Hic enim dum Dominici natalis vigilias celebrare Eccleſiam expetiſſet, per ſingula horarum momenta egrediebatur è templo Dei, ac in domo ſua pocula laſciua ſpumantibus pateris hauriebat, ita vt adfirmarent multi eum poſt galli cantum in ipſa nocte vidiſſe bibentem. Sed cum eſſet ex genere Senatorio, & nullus in vico illo Ricomagẽſi ſuperiùs memorato iuxta ſæculi dignitatem haberetur nobilior, celebrare ſolemnia Miſſarum expetit. Nec dubitat miſer vino madefactus, appetere, quod ieiunus quiſque non ſine metu poteſt terrente conſcientia explicare. Verùm vbi explicitis verbis ſacris, confracto corporis Dominici Sacramento, & ipſe ſumpſit, & aliis diſtribuit ad edendum; G mox equini hinnitus ad modum vocem emittẽs, ad terram ruit, ac ſpumas cum ipſa myſterij ſacri particula, quam dentibus cõminuere non valuit, ab ore proiiciens, inter manus ſuorum ab Eccleſia deportatur. Nec caruit vltrà hac epilepſiæ infirmitate, ſed per ſingulos lunares curſus incrementis decrementiſque hæc ſemper pertulit, quia ab hauſtu nimio vini minimè infelix abſtinuit. Quo ergo honore quáue reuerentia hæc nox celebrari debeat, præſens exemplum docet. Quodam tẽpore cùm in hac ſolemnitate de vigilia egreſſus, paululùm obdormiſſem venit ad me vir quidam dicens, Surge & reuertere ad Eccleſiam, & ego expergefactus ſigno Crucis impoſito, iterùm obdormiui. Nec deſtitit, ſed iterat priora verba, eadémque perſonat: Sed cùm nec ſecunda admonitus vice conſurgerem, & iterùm obdormiſſem, aduenit tertiò, & alapam imponens maxillæ, ait. En tu reliquos ad vigilias admonere debes, & adhuc ſopore opprimeris? Tunc pauore perterritus, cum grãdi velocitate ad Eccleſiam ſum regreſſus. Hæc de natalis Dominici H vigilia dicta ſufficiant. Sed ad temerarios reuertamur.

Capvt LXXXVIII.

De Iordane fugiente coram muliere facinoroſa.

MVlier erat adultera ab Hierico ciuitate, cuius hæc erat conſuetudo teterrima, vt quoties à ſcorto concipiens partum edidiſſet, ſtatim ſuffocatum terræ reconderet, vt ſcilicet fieret occultum hominibus, quod Deum & eius Angelos non latebat, ilicet cùm dies ſanctus Epiphaniorum aduenìſſet, & omnes in Iordanẽ deſcenderent abluere tam vulnera corporis quàm animæ cicatrices, hæc cum reliquo populo ad littus acceſſit. Cúmque leuatis vſque ad geniculum veſtimentis, vt amnem ingrederetur, mirum dictu, fugit aqua ante pedes eius: illa quoque inſequente, fluuius ad ripam

aliam

aliam premebatur. Hæc videntes populi, mirati ſunt tale factum in die celeberrimo contigiſſe, cognoſcentéſque mulierem eſſe facinoroſam, interrogant, quid mali fecerit, vt hæc ei in tali frequentatione populi eueniſſent. At illa conuerſa ad populum crimen fatetur, dicens. Septem iam à me paruulos editos interfeci, quos de inceſtu concipiens, metui publicare, octauum adhuc die præterita ſuggillaui. Rogo ergo vt fundatis pro me orationem ad Dominum, quatenus remiſſa iniquitate, peccare iam deſinam, ne me cœleſtis ira conſumat. Hæc ea loquente, omnis populus proſtratus ad terram, preces fudit ad Dominum, vt ei miſericorditer ignoſceret, quod adminiculante ignauia deliquiſſet. Poſt orationem verò mulier extenſis per terram brachiis, ſpiritum exhalauit. Quod ob hoc contigiſſe reor, ne crimen indultum iteraret vlteriùs. Cognouit autem populus delictum, cur aquæ fluminis ante faciem mulieris receſſiſſent, impletúmque eſt illud Salomonis prouerbii, quia *ſpiritum Dominus fugit fictum.* Miraculū hoc ab ore Ioannis Diaconi factum, ita cognoui: adſerebat enim ſe tunc temporis fuiſſe præſentem.

Capvt LXXXIX.

Non potuiſſe cadauer Antonini ſcelerati in æde Vincentij quieſcere.

APud vrbem enim Toloſatium ferunt fuiſſe quendam Antoninum nomine, iniquum Deo & omnibus hominibus odibilem, eò quod multa perpetraret ſcelera. Factum eſt autem, vt impletis diebus, migrans à ſæculo, in baſilica B. Vincentij ſepeliretur, in qua ipſe ſibi viuens vas depoſuerat. Verùm vbi cunctos ſub alta nocte ſilentes ſopor adripuit, & omnes blandiente ſomno dediſſent membra quieti, ſarcophagus ille à ſancta baſilica per feneſtram proiicitur, & in medio deponitur atrij. Manè autem facto, ibi repertus eſt, effractum ſuper ſe operturium habens. Denique propinqui illius non intelligentes virtutem Dei, neque ſentientes Sancti iniuriam, in cuius templo indignum temerè ſepelierant, iterùm depoſito ſarcophago, in loco in quo priùs fuerat altius ſuffoderunt. Altera verò illuceſcente die inuenerunt eum iterùm foris eiectum in medio eſſe atrij; & ſic intellexerunt magnalia Dei. Ex hoc enim à nullo tactus vſque hodie in loco quo eiectus eſt, in teſtimonium reſeruatur. Hæc de temerariis dicta ſufficiant.

Capvt XC.

De Vincentio Martyre glorioſo.

VIncentius autem vel Leuita, vel Martyr Hiſpanus martyrium conſummauit. Apud terminum verò Pictauum vicus eſt in Arbatilico nomine Becciaco, in quo eius habentur reliquiæ. Cuius ſolemnitas 11. Kal. menſis 11. celebratur. Sed incolæ loci & præcipuè Archipresbyter, errorem neſcio quem paſſus, ante diem eam voluit celebrare. Dictis igitur Miſſis, cùm ad conuiuium reſiderent, ecce vnus ex energumenis clamare cœpit ac dicere: Currite ciues, egredimini à vico, exite obuiam B. Vincentio: ecce ad vigilias venit, ecce feſta eius craſtino habituri eſtis die. Hæc eo dicente, renouant ſolemnia, & tota nocte in vigiliis excubant. Manè autem facto, dum Miſſarum myſteria celebrarentur; & hic energumenus qui aduentum Sancti prædixit, & alij cum eodē duo mundati ſunt: ſed & duo paralytici ipſa die directi ſunt: & ſic à feſtiuitate cum lætitia eſt diſceſſum. Cùm autem reliquiæ eius à quibuſdam peregrinis deferrentur ad Ceraſenſem Turonicæ vrbis vicum, acceſſerunt, ibique ad tugurium cuiuſdam pauperis deferentes, ſuſcepti ſunt: in craſtino autem duo paralytici ſuper hæc pignora acceperunt greſſum, vnuſque cæcus lumen recepit. Haud procul autem ab illo vico eſt alius, quem Orbaniacum vocant, in cuius Eccleſia hujus Sancti habētur reliquiæ: quæ cùm à furibus ablatæ fuiſſent, & ipſe qui eaſdem abſtulerat in Biturigo cuidam Abbati accepto pretio reliquiſſet, reuelatum eſt Abbati, vt eas loco vnde dimotæ fuerant reſtauraret. Nihilominus & Archipresbytero huic monaſterio propinquo per viſum manifeſtatum eſt, ne penitùs moras innecteret ad reſtituendum. Quas acceptas cùm pſallendo deferret, homo quidam qui per annum integrum oppreſſus graui ægritudine decubabat, inter ſuorum deportatus manus, et velum quo ſanctæ tegebantur reliquiæ adorans ſuppliciter oſculatus eſt, mox compreſſa infirmitate ſanatus, exequias martyrialibus cum reliquiis eſt ſecutus.

Capvt XCI.

De Sancta Eulalia.

EVlalia glorioſa apud Emeritam vrbem paſſa, magnū miraculum in die immolationis ſuæ populis profert. Sunt igitur ante eius altare, quo ſancta membra teguntur, tres arbores, ſed ignarus ego cuius ſint generis: cumque iam medio menſe decimo, quando eius paſſio celebratur, ſint ab omni foliorum decore nudatæ, ea die inluceſcēte cœlo, in modum columbæ altaris flores proferunt ſuauitatis, ſcilicet quod ſanctus eius ſpiritus in columbæ ſpecie penetrauerit cælos, & quod beatū eius corpuſculum iam exanime veſtibuſque nudatum, nix cælitus decidua molli vellere conteriſſet. Quod miraculum ſi ſolitæ arbores protulerint, ſcit populus ſibi annum vel preſſuris vacuū, vel frugibus plenum. Quod ſi tardiùs flores ex more parturiunt, cognoſcit plebs ſua hoc fieri noxa: nam priuſquam erumpant, querula ad ſepulchrum Martyris ac mœſta decumbit, deprecans vt ſolitam promereatur conſpicere gratiam: ſed nec pſallendo procedit, ſi hæc manifeſtata non fuerint: iam ſi placatur Martyr a lachrymis plebis, emergunt protinus ex arboribus gemmei flores, qui odorem nectareum reſpirantes, animi mœſtitiam & aduentu lætificent, & reficiant ſuauitate. Dehinc diligenter collecti, & in baſilicam ſacerdoti delati, proceſſio cum gaudio celebratur: nam & hos flores ſæpius infirmis prodeſſe cognouimus.

Capvt XCII.

De baſilica Sancti Felicis.

QVodam tempore Felicis Martyris baſilica à furibus eſt effracta. Hic verò Martyr in Gerunda Hiſpaniæ paſſus eſt vrbe. Fur verò adprehenſis palliis ſericis, textis auro, monilibuſque exornatis, cum reliquis ornamētis abſceſſit. Quo eunte, coniungitur ei homo ignotus, interrogans quò pergeret. Cui ille reſpondit. Si ſermo meus occultetur tecum, oſtenderem tibi theſaurum magnum. Et ille. Oſtende, ait, quæ volueris. totis à me obtegetur viribus. At ille oſtendit ei ſpecies illas dicens: ſi in aliis hæc regionibus venundantur, vterque noſtrum magnum inferent lucrum. Et ille. Ego ſum, inquit, homo cui in diuerſis regionibus multi habentur amici, & eſt mihi domus magna atque ſecreta: ſi hæc in ea poſueris, deinceps cùm libuerit, venundabis. Et præcedens, ſequebatur homo cum ſarcina, putans ſe ad aliam duci vrbem: concluſerat enim Deus oculos eius, & non cognoſcebat quia per viam qua venerat, regrediebatur. Quid multa? Perueniunt ad baſilicam Sancti; & ait ad eum vir. Ecce domum de qua locutus ſum tibi: ingredere & depone ſarcinam tuam: ille quoque ingreſſus eſt. Verùm vbi depoſita ſarcina cœpit adſpicere, ad ſe reuerſus, cognouit baſilicam Sancti, de qua

A res illas abſtulerat: vir autem iam receſſerat ab eo. Et ſic cuncta quæ cum viro illo geſſerat, populis enarrauit: vnde indubitatum eſt ipſum ei Martyrem beatum adparuiſſe. Huius reliquiæ apud Narbonenſem baſilicam retinentur. Sed cùm huius ædis altitudo, ne Liguria quod eſt locus amœniſſimus, à palatio Regis cerneretur arcere, contulit hæc cum Leone conſiliario Rex Alaricus. Qui ait: deponatur ex hoc ædificio vna ſtructuræ machina, & Rex quæ placuerit, liberiùs contemplabitur. Et ſtatim vocatis operariis, iam conſiliatus humiliauit baſilicam Sancti ædificiis, non meritis, ſed ille protinus lumine caruit oculorum.

Capvt XCIII.

De Hemeterio & Chelidonio Martyribus.

B Calagutis autem vrbs Hiſpaniæ Hemeterium, Chelidoniúmque Martyres geſtat, ſæpè ab eorum virtute miracula cernendo, diuerſarum ægritudinum medicamina capit. Hi etenim Martyres à perſecutore comprehenſi, & ad ſupplicium rapti, dum diuerſis pœnis afficerentur, ob diuini nominis confeſſionem, excepta vltimæ damnationis ſententia, deducuntur ad decollandum. Cúmque eorum capita lictor incideret, miraculum populis magnum apparuit. Nam vnius annulus orariúmque alterius nube ſuſceptum eſt & in cœlos euectum. Viderunt hæc omnes qui aderant, & vſquequò acies oculorum intendere potuit fulgorem auri, candorémque linei ſuſpectu ſequebantur attoniti. Præbet huius rei teſtimonium Aurelius Clemens in libro Coronarum, his verſibus dicens.

C
Illa laus occulta non eſt,
Nec ſeneſcit tempore.
Miſſa quæ ſurſum per auras
Euolarunt munera,
Quæ viam patere cœli
Præmicando oſtenderent:
Illius fidem figurans
Nube fertur annulus:
Hic ſuo dat pignus oris
Vt ferunt orarium.
Quæ ſuperno rapta flatu
Lucis intrant intimum.
Per Poli liquentis axem
Fulgor auri abſconditur.
Ac diu viſum ſequacem
Textilis candor fugit,
Subuehuntur vſque in aſtra
Nec videntur ampliùs.

Capvt XCIV.

De beatiſſimo Cypriano.

D Cyprianus beatiſſimus Carthaginenſis & Antiſtes Martyr, ſalutem ſæpiùs infirmis ſupplicantibus præſtat, in cuius baſilica analogius, in quo libro ſupra poſito cantatur aut legitur, mirabiliter compoſitus eſſe refertur. Nam ex vno lapide marmoris totus ſculptus aſſeritur: Id eſt menſa deſuper, ad quam per quatuor gradus adſcenditur: cancelli in circuitu, ſubter columnæ, quia & pulpitum habet, ſub quo octo perſonæ recipi poſſunt. Qui nunquam ibi vllo ingenio potuit exhiberi, niſi virtus Martyris præſtitiſſet.

Capvt XCV.

De ſeptem Germanis apud Epheſium quieſcentibus.

E Septem verò germanorum qui apud vrbem Epheſium requieſcunt, hæc eſt ratio. Tempore Decij Imperatoris, cùm perſecutio in Chriſtianos ageretur, ſeptem viri comprehenſi ſunt ducti coram Principe: horum nomina hæc ſunt, Maximianus, Malchus, Martinianus, Conſtantinus, Dionyſius, Ioannes, Serapion: qui diuerſis verbis tentati vt cederent, nequaquam adquieuerunt. Imperator verò pro elegantia eorum ne in momento perirent, ſpatium tractandi indulget. At illi in vnam ſe ſpeluncam condunt, ibique per multos dies habitauerunt: egrediebatur tamen vnus ex eis, & comparabat victus, & quæ F neceſſaria erant exhibebat. Reuertente autem Imperatore in eandem ciuitatem, iſti petierunt à Domino, vt eos ab hoc periculo dignaretur eruere, factáque oratione proſtrati ſolo, obdormierunt. Cúmque Imperator didiciſſet eos in hoc antro morari, nutu Dei iuſſit os ſpeluncæ magnis lapidibus oppilari, dicens. Ibi intereant qui Diis noſtris immolare noluerunt. Quod dum ageretur, quidam Chriſtianus in tabula plumbea nomina & Martyrium eorum ſcribens, clam in aditu cauernæ priuſquàm oppilaretur incluſit. Poſt multorum verò annorum curricula, cùm data Eccleſiis pace Theodoſius Chriſtianus obtinuiſſet imperium, ſurrexit hæreſis immunda Sadducæorum, qui negant reſurrectionem futuram. Tunc quidam ciuis Epheſius, dum caulas ouibus ſecus montem ipſum facere deſtinat, ac lapides diuoluit, ad coaptanda earum ſepta, ignarus quæ agerentur interiùs, patefecit ingreſſum eius, non tamen cognouit arcanum quod habebatur interioſecus. Dominus autem immiſit G ſeptem viris ſpiritum vitæ, & ſurrexerunt. Putantéſque quod vna tantùm nocte dormiſſent, miſerunt puerum vnum qui cibos emeret. Cumque veniens ſupra portam ciuitatis vidiſſet Crucis glorioſæ ſignaculum, audiſſétque per Chriſti nomen iurare populum, obſtupuit: prolatiſque nummis, quos à tempore Decij habebat, à mercatore comprehenditur, dicente ſibi, quia abſconditos antiquitus theſauros reperiſti. At ille negans deducitur ad Epiſcopum ac iudicem ciuitatis. Cúmque ab his argueretur, compellente neceſſitate abſconditum myſterium reuelauit, & deduxit eos ad ſpeluncam in qua viri erant. Cumque ingrederetur Epiſcopus, inuenit tabulam plumbeam in qua omnia quæ pertulerant habebantur ſcripta, locutúſque cum eis, nuntiauerunt hæc curſu rapido Imperatori Theodoſio. At ille veniens adorauit eos pronus in terra, qui tali colloquio cum eodem vſi ſunt principe. Surrexit, glorioſe Auguſte, hæreſis, quæ populum Chriſtianum à Dei promiſſionibus conatur auertere, vt dicant, non fieri reſurrectionem H mortuorum. Ergo vt ſcias, quia omnes iuxta Apoſtolum Paulum, repræſentandi erimus ante tribunal Chriſti, idcircò iuſſit nos Dominus ſuſcitari, & tibi iſta loqui. Vide ergo ne ſeducaris & excludaris à regno Dei. Hæc audiens Theodoſius Imperator, glorificauit Dominum, qui non permiſit perire populum ſuum. Viri autem iterùm proſtrati in terram, obdormierunt. Quibus cùm Theodoſius Imperator ſepulchra ex auro fabricare vellet, per viſum prohibitus eſt ne faceret. Viri autem vſque hodie palliolis ſericis aut carbaſinis cooperti, in ipſo loco requieſcunt: quod paſſio eorum, quam Syro quodam interpretante, in Latinum tranſtulimus, plenius pandit.

A

Capvt XCVI.

De quadraginta octo Martyribus Armeniæ.

FErunt antem fuiſſe apud Armeniam quadraginta octo viros, qui in ipſos montes Armeniæ, in quibus præ altitudine nimia magno frigore aquæ & terræ reſtringuntur, paſſi ſunt. Quorum montium celſitudinem non paruam eſſe legiſlator exponit, cùm ſuper eos arcam a Noë fabricatam requieuiſſe ait. Ibi effoſſa perſecutor terra, ciſternam magnam efficiens, aqua repleti iubet: nudatóſque viros ligatis poſt tergum manibus, in lacum gelu concarhanatum præcepit poni, ſuccenſo à regione balneo dicens. Eligite è duobus vnum, aut in iſto frigore Chriſtum veſtrum confeſſi deficite, aut negantes oblato Diis ſacrificio ad balneum conuolate, vt poſſitis viuere & non malè propter crucifixum hominem mori. Negantibus quoque cunctis ſacrificare Dæmoniis, videt cuſtos eorum quadraginta octo coronas pretioſiſſimas è cœlo dilapſas, deſcendere B ſuper capita virorum, & vnam quoque earum reuocari, (defecerat enim fides viri vnius) & protinus relictis ſatellitibus, velocitèr ad balneum conuolauit: immolatiſque victimis, bonoratus à præſide in balneo tepenti ablutus eſt, excepturus in poſterum perpetui ignis ſupplicium. Hæc cuſtos ille, vt diximus, cernens, voce magna proclamat ſe Chriſtianum eſſe, dicens. Cum iiſdem mori deſidero. Nec mora diuerſis pœnis affectus, ſpoliatur veſte, non fide: & in lacum ponitur, frigora cum reliquis perpeſſuros, ſed adepturus coronam, quam miſer ille perdiderat. Iam enim virorum emortua erant frigore corpuſcula, & dentibus in ſe colliſis, ipſe quoque vocis ſonitus claudebatur: vnum tantùm murmur orationis cœlo ab arcanis pectoris inlabebatur, notum ſoli Deo, qui nouit occulta cordis. Tremebant feſſi artus tam inedia quàm pruina: erat ſpes cœlo retenta, iam carne præmortua. Intereà iudex iniquus, C amotis lymphis balneum ſuccendi ſeptuplum iubet, vt ſcilicet quos algor non laxauerat, incendia ſæua diſſoluerent. Producuntur viri è lacu, confeſſi Chriſtum mittuntur inter æſtuantes ignium vapores: ſed ſuſtinent patienter inlata ſupplicia, vt maiorem accipiant palmam. Denique in his relinquentes corpora, animas Chriſto tradentes martyrium conſummauerunt in pace. Tunc Præfectus victum ſe eorum conſtantia cernens, putans vel mortuos poſſe vincere, qui viuentes ſuperare nequiuerat, iuſſit ipſa deinceps exuri corpuſcula, & in flumen propinquum iactari: quod cùm factum fuiſſet, miraculi nouitas flentibus Chriſtianis adparuit. Reſtitit igitur vnda, nec oſſa ſemiuſta abſorbuit, ſed ſuper ſe tanquam commendata ſuſtinuit: & ſic collecta à Chriſtianis gaudentibus, cum honore digniſſimo tumulata ſunt.

D

Capvt XCVII.

De glorioſo Martyre Sergio.

SErgius quoque Martyr multa ſigna in populis facit, curans infirmitates, ſanánſque languores fideliter deprecantium. Vnde agitur, vt ex hoc ingenti baſilicæ vel promittantur vota, vel munera deferantur, ex quibus nihil omninò licet ſubtrahere aut auferre. Quod ſi quis fecerit, mox indicium aut noxæ aut mortis incurrit. Ob hanc verò deuotionem multi res ſuas Sancto deuouent, ſcilicet vt eius virtute munitæ non diripiantur à malis. Denique anus erat exigua, & credo Euangelicæ illius paupercula ſimilis, quæ quondam duo minuta, cùm nihil aliud haberet, in gazophylacium deuotè iactauit. Ergo hæc pauculos gallinarum pullos habebat, quos ex voto baſilicari ditioni ſubdiderat daturæ domo ipſius cùm neceſſitas flagitaſſet. Igitur cùm ad feſtiuitatem Sancti multi populi aduenerant, duo conuenticula facta, qui hos pullos olim viderant, vnum furto ſubtrahunt, inciſóque capite, detractis plumis, truncatiſque pedibus, poſitum in vaſe cum aqua ſuper ignem leuant, ignémque ſuccendunt. E Feruet autem latex validiſſimè, ſed caro furtiua non coquitur. Etiam feruendo aqua conſumitur, nec prorſus pullus ille mollitur. Tentant crebrò manibus, & vnguem conantur infligere, ſed duriorem ſentiunt quam miſiſſent. Interim adſunt conuiuæ euocati ad epulum, nullatenus ſumpturi de apparatu. Extat menſa niueis velata mantilibus, opere plumatio exornata. Conuerſis cibis in nouam duritiem, catinus lymphis ſæpè diluitur, ſed nihil coctum quod in eo exhibeant, inuenitur, ſicque nouo miraculo epulis redactis in ſaxum, confuſis inuitatoribus, verecundantibus inuitatis, à cœna cum pudore diſceſſum eſt.

F

Capvt XCVIII.

De Coſma & Damiano.

DVo verò gemini Coſmas ſcilicet & Damianus arte Medici, poſtquam Chriſtiani effecti ſunt, ſolo virtutum merito & orationum interuentu, infirmitates languentium depellebant, qui diuerſis cruciatibus conſummati, cœleſtibus ſunt coniuncti, multa miracula incolis oſtendentes: nam ſi quis infirmus ad eorum ſepulchrum fide plenus orauerit, ſtatim adipiſcitur medicinam. Referunt etiam plerique apparere eos per viſum languentibus, & quid faciant indicare: quod cùm fecerint, ſani diſcedunt. Ex quibus multa audiui, quæ inſequi longum putaui, hoc exiſtimans poſſe ſufficere quod dixi. Cuncti fideliter deprecantes, ſani diſceſſerunt.

G

Capvt XCIX.

De inclyto Martyre Foca.

FOcas quoque Martyr & ipſe his Martyribus regione coniunctus, apud Syriam requieſcit, qui poſt multas quas pro nomine Redemptoris eſt paſſus iniurias qualiter de antiquo illo ſerpente triumphauerit, hodiéque populis declaratur? Denique ſi in quempiam in his locis coluber morſum ſtringens venena diffuderit, extemplo qui percuſſus eſt, vt ianuam atrij quo Martyr quieſcit, adtigerit, compreſſo tumore, euacuata virtute veneni, ſaluatur. Ex quibus nonnulli, vt celebre vulgatum eſt, iam tumidi malæ beſtiæ ictu, iam toto corpore increſſante veneno, in hoc perflari, vt ſpiritum exhalarent, inter manus delati, & in atrio poſiti, ſunt ſanati, nec vnquam ob hoc virus obire hominem fas eſt, ſi ſacrum limen fide plenus adtigerit. H

Capvt C.

De egregio Martyre Domitio.

DOmitius equidem alius Martyr in hac habetur regione, qui cùm multa beneficia incolis præſtet, iſchiaticis tamen veloci virtute medetur. Nam fertur ab hoc Sanctus fuiſſe, dum in corpore eſſet poſitus, dolore detentus: denique cùm multis, vt diximus, in hac neceſſitate laborantibus mederetur, quidam Iudæus ab ipſa infirmitate correptus, Sancti baſilicam, quanquam Chriſto non crederet, deuotus tamen expetiit, ſéque ad ianuam atrij deponi præcipiens, indignum eſſe vociferans, qui ſanctum limen ingrederetur: aiebat

A enim. Scio me quidem glorioſè Martyr, legis velamine obcæcatum, cui tu impartiri miſericordiam dedigneris: ſed nunc ad te confugio, & ſupplex tuam miſericordiam poſco, vt auerſa priùs infirmitate corporea, languorem incredulitatis auellas. Hæc cùm ante portam aulæ fateretur, adueniente nocte obdormiuit: ſed Martyr beatus non longi ſpatio temporis diſtulit miſereri. Igitur ea nocte viſitans ægrotum per ſomnium, iuſſit recedere ſanum. At ille expergefactus, ſentit ſe redditum incolumitati, confeſſuſque Chriſtum Filium Dei eſſe ſaluatorem mundi, ſanus abſceſſit. Quod videntes Chriſtiani, qui in ipſa tenebantur infirmitate, querimonias Sancto inferunt, dicentes: Ecce nos bene Deum confeſſi, necdum meruimus liberari, & incredulus hic in Chriſtum Regem circumciſus carne, non corde, ſanus abſcedit. Et hæc dicentes, cum ita lychnos baſilicæ, qui ex camera dependebant, commiuere cœperunt. Sed nec his defuit miſericordia poſtulata: nam ipſa die ſanati, ad propria ſunt regreſſi.

B

Capvt CI.

De inſigni & glorioſo Martyre Georgio.

MVlta de Georgio Martyre miracula geſta cognouimus, de quibus pauca locuturus ſum. Huius enim reliquiæ cum reliquorum ſanctorum à quibuſdam ferebantur. Sed cùm portitores ad locum quendam Lemouicini termini aduenissent, vbi iam pauci clerici conſerto ligneis tabulis oratorio, Dominum aſſiduè precabantur, manſionem poſtulant. Suſceptique benignè, noctem cum cæteris fratribus pſallendo deducunt. Mane autem facto, adprehenſam capſulam leuare penitus non valebant. Denique cùm iter agere ſine pignore ſancto nequirent, & eis maximus dolor animi inſediſſet, intelligunt, inſpirante Deo, ſibi aliquid ex his in loco relinquere oportere. Tunc
C inquiſitis ligaturis, diuiſiſque particulis, ſeniori qui cellulæ præerat, largiuntur, relinquentes partem patrocinij, ſumentes facultatem quò voluerant abeundi. Habentur etiam eius reliquiæ in vico quodam Cenomanenſi, vbi multa plerumque miracula oſtenduntur. Nam cæci, claudi, frigoritici, vel reliqui infirmi, ſæpiùs ibi ſanitatum gratia munerantur.

Capvt CII.

De Iſidoro ſanctiſſimo Martyre.

ISidorus Martyr in inſula Chio quieſcit, (ſic enim nomen eſt inſulæ) puteum in baſilica Sancti habens, in quo & fertur iniectus, de cuius aqua energumeni, febricitantéſque vel reliqui infirmi ſæpiùs potati, ſaluantur. Dicitur ibi etiam lumen, quaſi cereus
D ardens à fidelibus ſæpè videri. Sed & ego vidi Presbyterum qui ſe affirmabat hoc lumen de ore putei crebrius contemplatum eſſe. In hac enim inſula & granum colligitur maſticis ab arboribus celebre, quæ, vt ferunt, aliis non inueniuntur in regionibus.

Capvt CIII.

De ſancto Polioсto.

APud Conſtantinopolim verò magno cultu Polyoctus Martyr colitur, pro eo præcipuè, quod cùm magnis virtutibus polleat, in periuris tamen præſens vltor exiſtit. Nam quicunque vt adſolet, occultum ſcelus admiſerit, & data ſuſpicione ad hoc perductus fuerit templum, aut ſtatim quod admiſit virtute E Martyris perterritus confitetur, aut ſi periurauerit, protinus vltione diuina percellitur. Huius baſilicæ cameram Iuliana quædam vrbis illius matrona, auro puriſſimo texit hoc modo. Cùm ad Imperatorem Iuſtinianum fama facultatis eius multis narrantibus perueniſſet, ad occurſum illius properare celerius non tardauit, dicens. Latere te non puto, ô venerabilis mater, qualiter à ſpecie auri theſauri publici ſint exhauſti, dum vos quietos eſſe volumus, dum patrias defenſare ſtudemus, dum gentes nobis placamus, dum ſolatia diuerſorum dando conquirimus. Ergò quia tibi potentia maieſtatis diuinæ multum contulit auri, quæſo vt nobis manum porrigas, atque aliquid pecuniæ commodes, vt cùm tributorum publicorum fuerit ſumma delata, illico tibi quæ commodaueris reformentur, ac in poſtero laudis tuæ titulo præcurrente, canatur, vrbem Conſtantinopolitanam à Iuliana matrona fuiſſe pecuniis ſubleuatam. At illa intelligens Imperatoris ingenium, ſapienter obtegit quæ Deo deuouerat, F dicens. Paruitas redituum meorum tam de tributis quàm quòd de fructibus ſperatur, per ipſas adhoc reſidet domos: ſi ergo gloria veſtra recipiendi ſpatium tribuit, cùm collectum fuerit, conſpectui veſtro repræſentabitur. Cùmque oculis propriis cuncta contemplati eritis, quæ placuerint & relinquetis, & auferetis: erit mihi ratum, quod voluntas cordis veſtri cenſuerit. His ita deluſus Imperator verbis, ad palatium gaudens rediit, putans ſe hanc pecuniam iam in theſauris publicis retinere. At illa vocatis artificibus, quantum reperire auri in promptuariis potuit, tradidit occultè, dicens. Ite & factis iuxta menſuram tignorum tabulis, beati ex hoc Polyocti Martyris cameram exonerate, ne hæc auari Imperatoris manus adtingat. Illi vero perfecta omnia quæ matrona præceperat, cameræ affixerunt, texeruntque ex auro mundiſſimo. Quo opere explicito, vocat mulier Imperatorem, dicens. Paruitas pecuniolæ quam coniungere potui, adeſt: veni ad contemplandum eam, & quod G libuerit, facito. Surrexit gauiſus Imperator de ſolio, nihil percepturus ex auro: pergit ad domum mulieris, putans ſe copioſos theſauros palatio deportare. Cui cùm mulier occurſum humiliter reddidiſſet, inuitat in templum Martyris ad orationem: erat enim proximum domui eius, & hæc quæ habere poterat, loco illi delegauerat ſancto. Adprehenſa autem Imperator manu mulieris, eò quod eſſet ſenex, ingreditur ædem: proſternitur ad orationem, qua expleta, ait mulier. Suſpice quæſo cameram huius ædis glorioſiſſime Auguſte, & ſcito, quia paupertas mea in hoc opere continetur. Tu verò quod volueris, exinde facito, non aduerſor. Ille verò ſuſpiciens atque admirans, erubuit: & ne pudor eius manifeſtaretur, conlaudans opus, & gratias agens, abſcedere cœpit. Sed ne rediret vacuus à munere, extractum mulier annulum à digito, cuius gemmam vola concluſerat, qui non amplius auri pondus, quàm vnius ſemiunciæ continebat, obtulit dicens. Accipe, Imperator ſacratiſſime, hoc munuſculum de manu mea, H quod ſupra pretium huius auri valere cenſetur. Erat enim in eo lapis Neronianus, miræ viriditatis ac ſplendoris: qui cùm fuiſſet oſtenſus, omne aurum quaſi in viriditatem viſum eſt conuertiſſe à pulchritudine gemmæ. At ille accipiens, & iterum atque iterum gratias agens, & collaudans matronam, in palatium eſt regreſſus. Vnde non eſt dubium, etiam in hac re Martyris huius interceſſiſſe virtutem, ne opes locis ſanctis & pauperibus delegatæ, in illius transferrentur dominationem, cuius non fuerant ſtudio congregatæ.

Capvt CIV.

De Felici Nolano inſigni Martyre.

De Felici Nolano Martyre, quia hiſtoria Paſſionis non eſt in promptu, iuxta id quod beatus Paulinus verſu conſcripſit, pauca huic lectioni obſecrat inſerere. Hic enim à Maximo prædictæ vrbis Pontifice, Presbyterij honore præditus, quantæ fuerit ſapientiæ eruditioniſque non modò Chriſtianis, verùm etiam ipſis quoque paganis occult non potuit. Cùm autem Imperatorum decreta Chriſtianos inſequi præcepiſſent, Maximus Pontifex iam ſenio prægrauatus, putans ſe non poſſe ferre ſupplicia, ſiluarum ſaltus adiuit, quos dum torbidus de hac perſecutione pererrat, affectus fame, gelu attritus, ſolo corruit ſemiuiuus. At Felix Presbyter captus, cùm multa de Deorum portentis, quòd nihil fuerior, diſputaſſet, percuſſis diuerſorum ſuppliciorum generibus carceri diiudicatur, in quo non mediocribus vinculis tenebatur adſtrictus. Nocte autem media venit ad eum Angelus Domini, & con fractis cathenis, ſciſſáque trabe, qua pedes eius concluſi erant, ait. Surge & ſequere me. Qui ſurgens egreſſus eſt cum eo ianuam carceris, dixitque ei Angelus Domini. Conſcende ad montana, & require Sacerdotem tuum, inuentúmque ac refocillatum, redue ad vrbem, & in loco abſconde ſecreto, ne inedia ac rigore depereat, donec deſinat perſecutio à Chriſtianis. Accepto Felix mandato, pergit quò neſciebat, ſed prouidente Deo reperit Sacerdotem ſolo proſtratum, clauſis oculis ſtrictiſque dentibus, in quo nihil aliud quàm tenuis anhelitus inſpirabat: interpellatóque nullum ſermonem potuit elicere, tactóque, ſenſit eius membra hyeme rigida, & abſque vllo vitali tepore præmortua. Anxius autem cùm nullum alimentum eſſet, quod periclitanti porrigeret, neque quo ignis accenderetur haberet, dum ſtaret attonitus, quaſi de æthereis ſedibus dilapſum, quod ita erat, munus contemplatur Angelicum. Ecce enim de ſente quæ erat proxima, vuam pendere admiratur, de qua granis in os confeſſoris expreſſis, paulolùm ſenior refocillatus, erectus eſt: quem humeris impoſitum tanta velocitate detulit, vt putaretur magis ille ferri quàm ferre: ſic tugurio cuiuſdam viduæ commendato alimentum præbuit, donec inſecutio Chriſtiana diſceſſit. Quo Sacerdote migrante, Felix electus à populo, vt Cathedræ Eccleſiaſticæ ſuperponeretur, noluit acquieſcere. Quintus nomine Presbyter Epiſcopus ordinatur. Orta igitur perſecutione Catholicorum, cùm Felix Presbyter in platea populum moneret, ne à recto itinere deuiaret, perſecutor miſſus adfuit, & ignotus Felici Presbytero, ſollicitus ipſe cœpit eſſe, quiſnam eſſet Felix: dextra ille innuens, ait. Hanc in partem abiit: quo diſcedante, hic latebram petiit, ſéque inter parietes dirutos per modicum ingreſſus aditum, oculi voluit. Nec mora, perſecutor inſequitur, ſed Deus ſollicitudinem quærentis eluſit. Nam iuſſu diuinitatis, araneæ per aditum quo Martyr ingreſſus fuerat, telarum prætendunt ſtamina. At illi per veſtigium perſequentes, dum locum explorare nituntur, exordia telæ conſpiciunt, dixerúntque ad ſemetipſos: putaſne per hæc fila homo tranſiit, quam ſæpiùs tenuitas muſcarum erumpit? Et illuſi prouidentia Dei, diſceſſerunt. Beatus quoque Felix, data nocte ſeceſſit ad alium locum, in quo per tres menſes, à muliere quadam ciborum alimenta ſuſcipiens, data pace, Eccleſiæ ſuæ ac populo reſtauratur: nunquam tamen mulieris miniſtrantis faciem vidit, aut ab ea ſuſpectus eſt, dum in latibulo moraretur. Igitur in pace quieſcens, ſepultus eſt iuxta vrbem, multis ſe declarans virtutibus in populis, de quibus pauca perſtringam. Erat enim quidam pauper habens duos boues, ad exercendam culturam ſuam, nec ei erat alia poſſeſſio, niſi quod ab his potuiſſet tellurem ſcindens vomere laborare. Accidit autem vt die quadam laſſus de hoc opere, veniens, his dimiſſis ſe hoſpitioliolo reconderet. Nec mora, fur rapax adfuit, qui eos clam capiens, ſecum abduxit: egreſſuſque pauper in craſtino, nihil inuenit. Deinde quærit per deuia, circuit ſiluas, ſcandit montium ardua: ſed nec veſtigium quidem deprehendere poteſt. Redit ad propria, dat voces in fletu, atque cum vxore ac liberis plangit, dicens. Væ mihi, quia iumentis defectis hoc anno fame moriemini. Quid plura? Accedit lamentans ad ſepulchrum beati Felicis Martyris, dat cum fletu gemitum exorat vt ei virtus eius, quæ perdiderat, reddi obtineret à Domino. Egreſſus autem à templo, ante ipſam atrij ianuam agnoſcit boues ſuos, & ait. O magna virtus Martyris, quæ mihi perditum tam velociter reſtitui fecit. Ingreſſúſque iterum, proſternitur ad pauimentum, & gratias agens, cum rebus regreſſus eſt ſuis, oculúmque hominis huius quem cæcum habebat, Martyris virtus illuminauit. Ad huius quoque cellulæ parietem, quo beatum corpus tumulo conditum requieſcit, adhæret adpendens porticus, in qua dependens fune lychnos lumen loco conſueuerat miniſtrare. Ille autem cui hoc erat officium, contueri ad eius compoſitionem, accedens, laxato fune diſceſſit, quaſi oleum perlaturus. Cúmque omnia tenebris nocturnalibus tenerentur operta, & funis cum vncinulis in medio porticus ſubmiſſiore dependeret, quidam de adſtantibus in vigilia Sancti, nebula cellulæ quæ de cauſa ſurrexerat papyro, fatigatus, foris egreditur. Cúmque per porticum illam prætetiret, vnus de vncinulis funis faciem excepit hominis venientis inlato acumine, tranſfigens oculum eius. At ille dolorem ſentiens, extenſis celeriter palmis, vultus periclitantes cum ipſis obtegit oculis, clamans non mediocri eiulatu, ac dicens. Succurre deprecor Sancte Sacerdos, & proximum te facito perempti, qui loco proximus adſtas. Emitte ſacras per occulta medicamina manus, & extrahe malum quod aduerſatur lumini, ne lumine viduatus abſcedam, qui lumen miraculorum tuorum cernere veni. Ad huius lamentabilem vociferationem exhibito qui aderant lumine, aduertunt hominem transfixo oculo de fune pendere. Cúmque profluente ſanguine, nullus manum ad eruendum auderet adponere, Martyris virtus adfuit immenſa beati, quæ ſic vncum abſtraxit, vt nec oculum erueret, nec viſum penetraret, & ſanguinis decurrentis fluentum ſtringeret: ſic eruto ferro, de oculo dolore palpebrarum reſedato, virtus Martyris ſancti declaratur in populo. Energumenos autem ad hanc ſacratam athletæ Chriſti ædem probatos atque purgatos ſæpiùs ſcripſit hic auctor. Sed ad Galliarum Martyres recurramus.

Capvt CV.

De Vincentio Agenenſi.

Vincentius autem Agennenſis vrbis & ipſe Martyr, cuius paſſionis hiſtoria ab incolis retinetur, Leuiticæ ſtolæ candore in Eccleſia Chriſti micans, magnis ſæpiſſimè virtutibus fulget, in peruaſoribus rerum ſuarum plerumque vltor ſeuerus exiſtit. Tempore autem illo quo contra Gundobaldum commotus exercitus, ad Conuenienſem vrbem directus eſt, ab huius hoſtilitatis multitudine baſilica eius vallatur tota. Erat enim in ea plebs omnia rerum ſuarum præſidia confidens de reuerentia Martyris, quòd nullus ea præſumptione temeraria auderet adtingere, & obſeratis oſtiis, ſe ab intus cum rebus incluſerat. Circundantes autem hoſtes, cùm aditum per quem ingrederentur inuenire non poſſent, ignem oſtiis ædis ſubiiciunt, quem diu multúmque ſuccendentes, non adprehendebant valuæ, donec iis impulſu ſecurium, comminutis ingreſſi ſunt, diripientes res populúmque incluſum in ore gladij trucidantes. Sed non diu hæc res remanſit inulta,

A nam alij à dæmone correpti, nonnulli in flumina Garumnæ necati, multi etiam à frigore occupati, diuerſis in partibus diuerſorum morborum genere vexabantur. Nam vidi ex eis multos in Turonico territorio, qui in hoc fuerant mixti ſcelere, grauiter trucidari, & vſque ad vitæ præſentis amiſſionem intolerabilium dolorum cruciatu torqueri: multi enim ex his confitebantur, ſe iudicio Dei ob iniuriam Martyris fuiſſe morti peſſimæ deſtinatos. Ecce quantum Deus præſtat Martyribus ſuis: ecce qualibus eoſdem laudibus Chriſtus Dominus bellorum fidelium inſpector honorat: ecce quantum præſtat ipſius nominis dignitas Chriſtiani, ſi non gentilium more, aut inhiemus cupiditati, aut luxuriæ ſeruiamus.

Capvt CVI.

B *Stupendum miraculum in auaros.*

Etiam audiui præteritis annis geſtum in Galliis. Mulier quædam ſub ſpecie religionis vacabat ieiuniis, orationibus inſiſtebat, vigilabat pertinaciter, ac loca ſancta deuotione ſimulata circuibat aſſiduè. Cùmque in hoc colore iuſtæ vitæ duraret, immenſas opes à multis ſuſcipiebat, congregabat aurum quotidie, & quod deuotio Chriſtiana pro redimendis porrigebat captiuis, loculis abdebatur occultis: & quæ dabantur inopum neceſſitatibus profutura, iniquis marſupiis condebantur: nam effoſſa mulier humo in medio cellulæ ollam immenſam impoſuit, ibique cùm aliquid datum fuiſſet, recondebat diligenter, & lapide ſuperpoſito claudens, vt nulli pateret occultum. O térque quatérque & obiter execranda cupiditas, quæ luce fraudans, homines demergis in tenebras. Quid plura? Cùm olla impleta fuiſſet nummis, huic mulieri tempus reſolutionis aduenit. Mortua verò Deo, migrans in inferno ſepulta eſt. C Poſt cuius exequias Sacerdotes qui aderant, puellam eius familiarem interrogant, quid de tanta feciſſet pecunia, aut ſi ad eam erogandam temporis ſui permiſit ſpatium. At illa reſpondit, nunquam ſe vidiſſe, quod vlli inopum manum miſericordiæ porrexiſſet, aut quid pecunia data deueniſſet, ignorare ſe conteſtatur: vnum tantùm ſcio, ait, quod in cellula deportatum, regreſſum foras vltra non vidi. Hæc audientes clerici ſtupent, & quid ex hoc factum fuiſſet diligenter inquirunt, totúmque crebris ictibus pauimentum tundentibus, locus in quo occultata iacebat pecunia, tinnitum dedit impulſus, cauóque reſonans prodidit quæ latebant: & ſtatim remoto lapide inuenitur auri congeries: & clerici ſtupentes tantæ ſubtilitatis peruerſitatem, Epiſcopo quid actum fuerat, indicant. Ille verò commotus, iuſſit reſerato ſepulchro pecuniam ſuper corpus exanime proiici, dicens. Sint tua tibi quæ congregaſti: pauperibus verò Chriſti non deerit vnde ſuſtentenrtur. Nec D mora, cùm prima quies nocturno tempore data fuiſſet, audiuntur voces à tumulo, fletus & vlulatus immenſus: inter quas voces hoc maximè reſonabat, ſe miſeram, ſe infelicem, quæ auri conſumebatur incendio. Denique cùm per triduum hæ voces adueniente nocte reſonarent, populis non durantibus, ad Sacerdotem venitur. At ille accedens, iubet tumuli opertorium amoueri, ſubmotóque vidit aurum quaſi in fornace reſolutum, in os mulieris ingredi cum flamma ſulphurea. Tunc Sacerdos orauit ad Dominum, vt quia malitia eius populis fuerat declarata, tandem Dominus pœnam ceſſare iuberet à corpore, & operto tumulo diſceſſit, vocéſque mulieris ampliùs non ſunt auditæ. Vides ergo quantum diſtat inter conuerſationem cœleſtem & opulentiam ſecularem: quantum diſtat inter Martyrum diuitias & ſeculi pompas: vides qualia Martyribus ſint collata

E præmia ad vitæ religioſæ compendia: & tu ô homo mortalis, non declinas à ſceleribus, non ceſſas à vitiis, non agonizas cum concupiſcentiis ſæuis! te illicit oculus, dum contemplaris aliena, cùm ſanctum Martyrem non deflexit diuitiarum oblatio opulenta! Tu cogitationibus iniquis fluctuaris, & cedis, cùm ille Martyr non ceſſit flammis & vngulis! Te vnum deſiderij peſſimi iaculum ſauciat, cùm Chriſti Martyrem exturbare à iuſtitiæ tramite, nec turbo verberum præualuit nec cataſta! hæc Martyr ſuſtinuit, viſibili vt tu vſus corpore: & tu inuiſibiles non refrænas corporis commotiones! & licèt iuxta Apoſtolum, caro concupiſcat aduerſùs ſpiritum; & ſpiritus aduerſùs carnem, & hæc inuicem aduerſentur ſibi, vt non quod volumus, illud geramus, tamen vide quid ait idem doctor. *Video legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati.* Ergo ſi te ſenſeris captiuum abduci in lege peccati, tuta frontem tuam F ſigno Crucis inſigni, quo propellas iaculum huius inſidiæ quia iuxta Prudentium,

Crux pellit omne crimen:
Fugiunt Crucem tenebræ.
Tali dicata ſigno
Mens fluctuare neſcit.

Nam qualis ſit huius vexilli ſacratiſſimi fortitudo, quid contigerit nuper, euoluam.

Capvt CVII.

De Pannichio Presbytero.

Pannichius Pictauienſis termini Presbyter, dum ad conuiuium cum amicis quos conuocauerat reſideret, poculum poſcit. Quo accepto muſca importunior circumuolans, inclinare poculum nitebatur. Quam cùm ſæpiùs manu Presbyter abegiſſet, & illa G paululùm ſe eleuans, rurſus reuerti niteretur, ſenſit eſſe inſidiam inimici, ſuſceptóque læua poculo de dextera ſignum Crucis facit: mox in quatuor diuiſus partes liquor qui inerat, eleuata in excelſo vnda, terræ diffunditur. Patuit namque manifeſtiſſimè hoc inſidias fuiſſe inimici. Ergo & tu, ſi viriliter & non tepidè ſignum vel fronti, vel pectori ſalutare ſuperponas, tunc reſiſtendo vitiis Martyr habeberis, quia & ipſi Martyres ea quæ vicerunt, non ſuis viribus, ſed Dei hæc auxiliis per ſignaculum Crucis glorioſiſſimè peregerunt, in quibus vt ſæpè diximus, ipſe Dominus & dimicat & triumphat: vnde oportet & nos eorum patrocinia expetere, vt eorum mereamur ſuffragiis adiuuari, vel quod noſtris digni non ſumus meritis obtinere, eorum poſſimus interceſſionibus adipiſci, vt adiutorio ſacratæ Trinitatis vſi, effici mereamur Martyres carnalibus deſideriis abdicatis, vt ipſe dicit. Qui pro ſe fideliter dimicantes lapidibus pretioſis coronat in cœ- H lo alumnos, cultoréſque amicorum ſuorum, protegere dignetur in ſeculo, ac præſtet vt adſiſtant Martyres inuocati à ſuis, quos poſt victoriam paradiſus beatitudinis retinet immortales, vt in illo examinationis tempore, cùm illos gloria æterna circundat, nos aut excuſet mediatrix venia, aut leuis pœna pertranſeat: nec damnet reos pro criminis actione in perpetuum, quos pretioſi ſanguinis commercio reparauit. Amen.

GEORGII FLORENTIS Gregorij Epiſcopi Turonici, Miraculorum Martyrum,

LIBER SECVNDVS.

De paſſione, virtutibus & gloria ſancti Iuliani Martyris.

CAPVT I.

MAGNVM in nobis quodammodo igniculum ad iuſtitiæ ſuæ adipiſcendam ſemitam pietas diuina ſuccendit, cùm dicit: *Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius ad preces eorum*, oſtendens quod qui iuſtitiam ex toto corde dilexerit, cùm deprecatus fuerit, audiatur à Domino. Vtinam quiſque noſtrum cùm hæc tentare cœperit, ſtatim ſpretis mundi ſcandalia, neglectis concupiſcentiis vanis, derelictiſque ſemitis prauis, iuſtitiæ viam expeditus, & ſine impedimento ſecularium actionum conaretur inrepere. Per hanc enim viam Abel iuſtus ſuſcipitur, Enoch beatus adſumitur, Noë reſeruatur, Abraham eligitur, Iſaac benedicitur, Iacob dilatatur, Ioſeph cuſtoditur, Moyſes ſanctificatur, Dauid prædeſtinatur, Salomon ditatur: tres pueri inter incendia roſulenta vaticinantur, Daniel inter innocuas beſtias paſcitur. Per hanc viam Apoſtoli diriguntur, Martyres beati glorificantur. Et qualiter inquis? Scilicet dum infirma curant, mortua ſuſcitant, præſentia contemnunt, futura deſiderant, tortores deſpiciunt, pœnas non ſentiunt, ad cœleſtia regna contendunt. Quod proculdubiò virtute propria non obtinerent, niſi per viam iuſtitiæ rectiſſimè incedentes à Domino audirentur. Sic & inclytus Martyr Iulianus, qui Vienenſi ortus vrbe, Aruernis datus eſt Martyr, ab hoc igne ſuccenſus, hæc concupiuit ac mente tota deſiderauit. Quia cùm eſſet apud beatiſſimum Ferreolum iam tunc Martyrij odore flagrabat, qui relictis diuitiis ac propinquis, tantùm ob ſolius amorem Martini, Aruernum aduenit. Sed nec hoc ſine diuino mandato peregit, cùm tunc perſecutio in Vienenſi vrbe ferueret. Legerat enim Dominum prædixiſſe, *Si vos perſecuti fuerint in iſta ciuitate, fugite in aliam*. Contulit ergo ſe hic in Aruernum territorium, non metu mortis, ſed vt relinquens propria, facilius perueniret ad palmam: metuebat enim ne ei parentes eſſent obuij, ſi inter eos hoc certamen iniiſſet: & perderet miles Chriſti coronam gloriæ, ſi legitimè non certaſſet. Igitur inſtante perſecutione ad Briuatenſem vicum, in quo fanatici erroris næniæ colebantur, aduenit. Et cùm inſequi aduerſarios nutu Dei ſenſiſſet, à vidua quadam ſe occuli deprecabatur. Quem illa tegens, illico Martyre poſcente, detexit, qui ſuis inſecutoribus ita infit. Nolo, inquit, diutius commorari in hoc ſeculo, quia ſitio tota animi auiditate iam Chriſtum. At illi, eductam vibranti dextera frameam, deciſo capite, in tres vt ita dicam, partes glorioſus diuiditur Martyr. Nam caput Viennam defertur, artus Briuate reconduntur: felix anima à Chriſto conditore ſuſcipitur. Senes quoque qui ſacroſanctum corpus mancipauerant ſepulturæ, ita redintegrati ſunt, vt in ſenectute ſumma poſiti tanquam iuuenes haberentur. Caput quoque eius Ferreolus Martyr accepit, completóque certamine tamen illius membra quàm iſtius caput in vnius tumuli receptaculo conlocantur. Quòd ne cuiquam fortaſſis videatur incredibilis eſſe narratio, quæ audiui geſta, fideliter prodam.

CAPVT II.

De reuelatione capitis eius.

QVodam autem tempore dum ad occurſum beati Nicetij Antiſtitis vſque Lugdunum proceſſiſſem, libuit animo, non aliter niſi orationis cauſa, Viennam adire, & præcipuè ſepulchrum viſitare Ferreoli Martyris glorioſi: inſederat enim menti propter antiquam dilectionem eorum, me ſic eſſe eius alumnum vt Iuliani. Denique oratione facta, erigo oculorum aciem ad tribunal, conſpicioque in eo verſiculos hoc modo conſcriptos.

Heroas Chriſti geminos hæc continet aula:
Iulianum capite, corpore Ferreolum.

Cúmque hæc legens, æditum conſulerem, cur hæc ſcripta ſic fuerint, reſpondit, Baſilica ſancti Martyris Ferreoli, ſuper ipſum Rhodani littus ab antiquis fuerat collocata: denique cùm impulſante violentia amnis, porticus quæ ab ea parte erat locata, corrueret, prouidens ſacerdos Mamertus nomine, qui tunc Vienenſem regebat Eccleſiam, ruinam futuram præuenien s, altam baſilicam eleganti opere, & in ipſa menſura ſagaci intentione conſtruxit, illuc ſancti Martyris transferre cupiens corpus. Aduenit autem ad hoc opus Abbatum atque Monachorum magnus numerus, vigilataque nocte accepto ſarculo fodere cœperunt. Cúmque in profundum deſcenderent, tria ſepulchra reperiunt, ac confeſtim ſtupor mentes ſpectantium inuadit, nec quiſquam erat certus, quiſnam eſſet beati Martyris tumulus. Igitur cùm ſtarent omnes in hebetitate mentis attoniti, inſpirante vt credo, Diuinitate, vnus ex circunſtantibus exclamat dicens. Antiquitus relatum ſolitum erat, & celebri per populos ſermone vulgatum, caput Iuliani Confeſſoris in ſepulchro retineri Martyris Ferreoli, ſi opertorio amoto vnuſquiſque conſideretur: & ſic poteſt quæ ſint membra Ferreoli Martyris protinus inueniri. Hæc audiens ſacerdos, cunctos iubet in oratione proſterni: qua impleta, procedit ad tumulos, detectoſque duos ſingulos in iis quieſcentes inuenit viros. Cúmque aperuiſſet & tertium, inuenit in eo virum iacentem inlæſo corpore, integro veſtimento, qui deciſo capite, caput amplexus aliud brachio retinebat. Erat enim ac ſi nuper ſepultus, neque pallore faciei demutatus, neque capillorum deciſione turpatus, neque vlla putredine reſolutus, ſed ita integer inlæſus vt putares eum adhuc ſopore corporeo detineri. Tunc Antiſtes gaudio magno repletus, ait. Hoc eſſe cadauer Ferreoli, hoc eſſe caput Iuliani Martyris, dubium non habetur. Tunc cum magno pſallentio plaudente populo, in loco vbi nunc adoratur, Domino annuente perducitur. Hæc autem vt ad ſepulchrum Martyris ab ipſo æditituo cognoui, fideliter retuli. Præbet tamen huic operi teſtimonium Sollius noſter ipſi Mamerto ſcribens his verbis. *Tibi ſoli conceſſa eſt in partibus orbis Occidui, Martyris Ferreoli ſolida tranſlatio, adiecto noſtri capite Iuliani: vnde pro compenſatione depoſcimus, vt nobis inde veniat pars patrocinij, quia vrbis hinc redit pars patroni.*

CAPVT III.

De virtute fontis vbi caput eius ablutum eſt.

IN loco autem illo, quo beatus Martyr percuſſus eſt, fons habetur ſplendidus, lenis, dulcibus aquis vberrimus, in quo & à perſecutoribus caput amputatum ablutum eſt, de quibus aquis multæ ſanitates tribuuntur infirmis. Nam ſæpè cæcorum oculi ab his tacti illuminati ſunt: tertianarum quartanarúmque febrium ardore accenſi, vt potati qui patiuntur fuerint, conquieſcunt. Nam & ſi quis graui laborans incommodo,

inſpirante

A inſpiratore Martyre deſiderium habuerit hauriendi, protinus vt hauſerit, conualeſcit: & ita velociter extinguitur vis febrium, ceu ſi videas ſuper immenſum rogum proiectis vndis incendia vniuerſa reſtingui.

Capvt IV.

De ſenibus & matrona cuius vir carcere tenebatur.

POſt paſſionem vero beati Martyris, ac fama præeunte de ſenibus, qui dum ſanctos artus ſepulturæ mandarent, fortitudini priſtinæ fuerint reſtituti, multa ibi beneficia expetentes credenteſque indulgente Martyre conſequuntur. De quibus pauca perſtringenti deprecor veniam condonari, quod me minus vel idoneum, vel peritum ad hæc narranda cognoſco, nec imbutum grammaticis artibus, nec literis liberalibus eruditum: ſed quid facio, quod impellit me amor patroni vt nequeam hæc ſilere? B Vinctus quidam ab Hiſpanis, & carceri deditus apud Imperatorem Treuericum, capitali diiudicatus ſententia tenebatur. Quo coniux illius cognito, dum tumulare viri membra feſtinat, ad Briuatenſem vicum peruenit, repertoſque viros dum diuerſa ſtudio intento rimaretur, cognoſcit, quid in eo loco vel de Martyre, vel de ſenibus fuerit geſtum, fidelique inſinuationi credens, ad ſepulchrum beati Martyris deliberat properare, vt cauſas ſuggerat, caſus referet, vel cunctum laborem ſui doloris exponat. Adſerentibus tum præterea hominibus, abſque dubio pollicemur, domina, tibi à Martyre reddi lætitiam, qui ſenum quondam decrepitæ ætatis membra rigentia, antiquo vigori reſtituit: impletaque hæc oratione promittit, vt ſi ſoſpitem reciperet coniugem, Martyris ſepulchrum, in quo poſſit ſpatio, cemento contegeret, C fide plena, & de Martyris pietate ſecura, Treuerim eſt ingreſſa, inuentúmque virum gratia Imperiali receptum, læta regreditur, inquiſitúmque tempus quo vir relaxatus eſſet è carcere, hæc fuit abſolutionis hora, quam illa Martyris eſt auxilium precata: dehinc pollicitationem quam promiſerat, cum immenſis muneribus adimpleuit.

Capvt V.

De eo qui alium in baſilica occidere voluit.

ERat autem haud procul à cellula quam ſupra ſepulchrum Martyris hæc matrona conſtruxerat, grande delubrum, vbi in columnam altiſſimam ſimulachrum Martis Mercuriique colebatur. Cúmque delubri illius feſta à gentilibus agerentur, ac mortui mortuis thura deferrent, medio è vulgo commouentur pueri duo in D ſcandalum, nudatoque vnus gladio alterum appetit trucidandum. At ille cernens nihil veniæ reſeruari, cùm à Diis ſuis non defenſaretur, noſtræ religionis cuſtodiam, noſtræ confeſſionis veniam, noſtræ contagionis medelam, cellulam expetiit Martyris glorioſi. Tunc ille qui ſequebatur, cùm in adſultu gladij eum non potuiſſet attingere, & hic ſuper ſe oſtium reſeraſſet, atque ille adreptum vtrumque poſtem, oſtium conaretur infringere, illico adhærentes manus tabulis dolore maximo quatiuntur, & tanta afflictione miſer torquetur, vt vberrim fluentes lachrymæ qualis eſſet dolor intrinſecus nuntiarent: interea ſtupente vulgo, incluſus qui fuerat, progreditur liber: parentes quoque illius qui virtute ſancti retinebatur, cognoſcentes Martyris ſepulturam, deuotis multis muneribus pro filio exorabant.

Capvt VI.

De conuerſione incolarum.

E FActum eſt autem dum hæc agerentur, vt preſbyter quidam vis illa deſcenderet. Qui cùm didiciſſet quæ acta fuerant, pollicetur parentibus, ſi à gentilitate diſcederent, filium reciperent ſanum. Ipſe quoque ſacerdos ſequenti nocte videt per ſomnium ſimulachra illa quæ à gentilibus colebantur, numine diuino comminui atque in puluerem redacta ſolo proſterni. Quarta autem die cùm gentilitas vellet iterùm Diis exhibere libamina, mæſtus preſbyter ad ſepulchrum Sancti proſternitur: & cum lachrymis exorat, vt tandem gentilitatem hanc quæ iacebat in tenebris, ſplendor diuinæ potentiæ viſitaret, nec fineret vltra Martyr beatus alumnos proprios iſta caligine detineri, cùm ille perennis claritatis gaudia poſſideret. F Confeſtim ad eius orationem commouentur tonitrua, renident fulgura, deſcendit imber igne mixtus, & grandine turbantur omnia: concurrit vulgus ad cellulam, proſternitur coram ſacerdote omnis cætus gentilium, & mixto cum lachrymis vlulatu cuncti Domini miſericordiam deprecantur, pollicentúſque ſacerdoti, ſi grando recederet, & Martyrem patronum expeterent, & ad Deum eius relictis ſimulachrorum cultibus integro de corde tranſirent. Porrò ille fuſa oratione, cuncta quæ petiit meruit obtinere. Recedente autem tempeſtate, puer cum parentibus credens, ipſa die à doloribus liberatur: gentiles in Trinitatis nomine baptizati, ſtatuas quas coluerant confringentes, in lacum vico amniqne proximum proiecerunt. Ab eo enim tempore in loco illo & fides Catholica, & Martyris virtus eſt amplius declarata.

Capvt VII.

Qualiter Hillidius populum ab hoſtilitate liberabat.

G POſt hæc venientes quidam de Burgundionibus ad Briuatenſem vicum, eum cum armorum multitudine copioſa circundant, captoque populo, direpto miniſterio ſacroſancto, vltra amnem tranſeunt, & viros gladio interficere, reliquum vulgus ſorte diuidere parant. Tunc Hillidius quidam à Vellauno veniens, & vt aiunt, commonitione columbæ alitis incitatus, ſuper eos irruit. Hortatúſque ſocios ita hoſtes ad internecionem cecidit, vt captiuis laxatis triumphans in laudem Martyris, amne tranſmiſſo, ad beatam cellulam tanquam nouus Moyſes cum omni populo canendo reuerteretur: nec minor vt arbitror, exultatio fuit ereptis, H quàm quondam Iſraëlitis demerſis fuit Ægyptiis: quod ne quis dubitet hanc beati Martyris fuiſſe victoriam, ſed inſinuatio columbæ alitis, quod myſterium fuiſſe creditur victoriæ diuinæ. Nam veniente Hillidio, hæc ei obuiam venit: cùm vt ille adſolet, aliquid demoraretur, hæc in circuitu illius volitabat: illoque progrediente, iſta præcedebat, & reuertebatur in obuiam, quaſi accelerare deprecans iter. Dum hæc agerentur, adueniens puer, captiuitatem adnuntiat, & ſic iſte viam accelerauit. Sed & ipſo pugnante, columba ſemper circa eum viſa eſt decurrere. Quod ne quis inuideat confictum de columba, & homini præſtitum Chriſtiano, cùm Oroſius conſulem Romanorum, id eſt, Marcum Valerium, à coruo alite ſcribat adiutum.

A

Capvt VIII.

De interitu eorum qui miniſterium baſilicæ exportauerunt.

PRoſtratis ergo ab Hillidio hoſtibus, quattor ex his per fugam lapſi patenam & vrceum qui Anax dicitur, in patriam deferunt, & diuiſam in tantis, vt erant, partibus patenam, vrceum Regi Gundobaldo ob gratiam exhibent conquirendam. Reliquum verò argentum Reginæ ſagacitas reperit, cui additis multis muneribus loco illi ſancto reſtituit, fideliter inſinuans Regi, non oportere eum vt gratiam Martyris ſancti propter argenti paruitatem amitteret.

B

Capvt IX.

De Fedamia paralytica.

PRo quibus ac talibus virtutum ornamentis magna ibi baſilica à fidelibus, virtutibus, vt præfati ſumus, Martyris beati refulget, in qua paralyticorum, claudorum, cæcorum, & aliorum quoque morborum ſæpius petita remedia conquiruntur. Fedamia quædam mulier paralyſis humore conſtricta, cui nullum corporis membrum ſine dolore vigebat, exhibita eſt, deferentibus propinquis ad beatam baſilicam, vt vel ſtipem à largientibus mereretur. Quæ dum in porticu illa quæ ſanctæ baſilicæ coniungitur decubaret, noctem Dominicam dum ſacroſanctis vigiliis populi fides deuota concelebrat, & illa quieſcens lectulo paululùm obdormiſſet, à viro quodam per viſum correpta atque increpata eſt dicente ſibi. Cur reliquis excubias nocturnas Deo exhibentibus, illa deeſſet? Reſpondit ſe ab omni C membrorum parta debilem, nec penitus greſſum agere poſſe. Tunc quaſi ſuſtentata à viro qui loquebatur ei, & ad ſepulchrum vſque deducta, dum in ſopore fundit orationem, viſum eſt ei quaſi multitudo cathenarum ab eius membris ſolo decidere, à quo etiam ſonitu expergefacta, ſenſit omnium artuum recepiſſe pleniſſimam ſanitatem. Protinus ſurrexit à lectulo, & ſtupentibus cunctis, cum gratiarum actione vociferans, ſanctam eſt ingreſſa baſilicam. Ferunt etiam quidam, ſolitam fuiſſe eam referre habitum viri, qui eam fuerat allocutus: dicebat eum ſtatura eſſe procerum, veſte nitidum, elegantia eximium, vultu hilarem, flaua cæſatie immixtis canis, inceſſu expeditum, voce liberum, adlocutione blandiſſimum, candorémque cutis illius vltra lilij nitorem fulgere, ita vt de multis millibus hominum quæ ſæpè vidiſſet, nullum ſimilem conſpicata eſſet; vnde multis non abſurdè videtur ei beatum Martyrem adparuiſſe, quæ mulier poſt decem & octo an- D nos ſanata eſt.

Capvt X.

De eo qui percuſſorem ſuum de baſilica conabatur extrahere.

QVidam dum in ſeditione quam commouerat, oculum amiſiſſet, hominem qui ictum intulerat de baſilica conabatur extrahere: quod dum agit, non modo amiſſi oculi non recipit lumen, verumetiam ſentit alium quem ſanum habuerat, obcæcari. Porrò cùm peccata ſua confiteretur dicens: Merito mihi euenit iudicium ſine miſericordia, qui non feci miſericordiam, proſtratus coram ſancto ſepulchro cum populo, qui tunc ad feſtiuitatem aduenerat, indulgens lædenti, & E viſum recepit & gratiam: ſicque factum eſt, vt is qui Sancti auxilium expetierat, tutaretur: ille vero qui non credebat, argueretur, & ſic vterque lætus emendatúſque diſceſſit.

Capvt XI.

De contracto qui die Dominica boues iunxit.

ALius quoque auſu temerario die Dominica iungens boues agrum ſulcare cœpit, adprehenſáque ſecuri, vt aliquid emendaret in vomere, protinus contractis digitis manubrium in dextera eius adhæſit. Cúmque præ dolore nimio cruciaretur, poſt duos annos veniens ad beati Martyris baſilicam, vigilias fideliter celebrauit: ſtatim in ipſa die Dominica, reſerata manus F lignum quod inuitus tenebat, amiſit, magnam inferens populo diſciplinam, vt quod die Dominica fuerat perpetratum, ipſa quoque die Dominica purgaretur. At ille magnificans gloriam Martyris, receſſit incolumis, nec vltra die reſurrectionis Dominicæ quicquam auſus eſt operari.

Capvt XII.

De Anagildo muto, ſurdo & cæco.

SIc & Anagildus quidam mutus & ſurdus & cæcus, vel omnium membrorum compage debilitatus, ad limina ſacroſancta proiectus eſt, ſcilicet vt vel ab ſtipa paſceretur deuotorum, qui victus alimoniam propriis manibus laborare non poterat. Igitur cùm per annum integrum ante ſanctam ædem decubaſſet, tandem viſitatus à virtute beati Martyris, ab omni infirmitate ſa- G natus eſt. Videtur mihi, vt ſicut Sancti virtute curata morbida rexuntur, ita & infidelium prauitates oratione illius confutatæ ad emendationem aliorum, ne ſimilia appetant declarentur, quia vtraque Sancti gloria præſtat, vt & hos ſanitati reddat ne amplius crucientur, & illos arguat ne in futuro iudicio condemnentur. Et quia nullum latere credo, aliquid de hoſtilitate Theodorici Regis, ac infirmitatibus Sigiualdi, quæ ei in Aruerno poſitu contigerunt, propter virtutem tamen B. Martyris, eſt diligentius exponendum, quo facilius fides dictis adhibeatur.

Capvt XIII.

De his qui Theodorici Regis tempore baſilicam irruperunt.

H

IGitur cùm ob direptionem Aruernorum Rex antedictus feſtinaret, & ingrediens terminum vaſtationi cuncta ſubigeret, pars aliqua ab exercitu ſeparata ad Briuarenſem vicum infeſta prorupit, fama vulgante quod in baſilica eſſent incolæ cum multis theſauris aduocati. Cúmque peruenissent ad locum, inueniunt multitudinem promiſcui ſexus, obſeratis oſtiis in templo ipſo cum propriis facultatibus reſidere. Cúmque intrare non poſſent, vnus effractam ceu fur, in altari ſancto feneſtram vitream ingreditur, quia qui non intrat per ianuam hic latro eſt: dehinc reſeratis ædis illius valuis, exercitum intromittit. At illi direpta cuncta pauperum ſupellectilia cum miniſtris ipſius baſilicæ, reliquúmque populum qui infrà erat eductum, foris dimiſerunt haud procul à vico. Quæ cùm ad Regem delata fuiſſent, comprehenſos ex his aliquos diuerſis mortibus condemnauit. Fugiens vero ille qui irrupta

A ædes caput fuit huius ſceleris, igne de cœlo delapſo conſumptus interiit: ſuper quem cùm multi aceruum lapidum congregaſſent, à tonitruis & coruſcationibus detectus, terrena caruit ſepultura. Qui vero de conſentaneis latentes Regem in patriâ ſunt regreſſi, correpti à dæmone, diuerſis exitibus hanc vitam crudeliter finierunt. Hæc audiens Rex, omnia quæ exinde ſunt ablata, reddidit. Præceperat enim ne in ſeptimo à baſilica milliario quis vim inferret.

Capvt XIV.

De Sigiualdo peruaſore.

TVnc Sigiualdus cum Rege præpotens cum omni familia ſua Aruernam regionem ex Regis iuſſu mi-
B graurt: vbi dum multorum res iniuſtè competeret, villam quandam quam glorioſæ memoriæ Tetradius Epiſcopus Biturigenſis, baſilicæ ſancti Iuliani reliquerat, ſub ſpecie obumbratæ commutationis auidus peruaſit: ſed menſe tertio poſtquam adgreſſus eſt, correptus à febre & ſine ſenſu effectus, declinauit caput ad lectulum. Cuius vxor dum de hoc exitu mœſta penderet, à quodam ſacerdote commonita eſt, vt eum ſi videre vellet incolumem, auferret à villa. Ac illa hæc audiens, præparatis carrucis, compoſitoque plauſtro, quo eum eueheret, mox vt prædium ſunt egreſſi, protinus diuina ſunt pariter gratia munerati: nam iſte ſoſpitate, illa metuit ex huius incolumitate lætitiam. Ferunt etiam in oratorium prædij illius ſanctum Iulianum Martyrem cum Tetradio Epiſcopo conloquentem, cuidam religioſo reuelatum fuiſſe, promittentem ſe Epiſcopo villam quam pro animæ ſuæ remedio ſibi reliquerat, recepturum. Sed & habitum B Marty-
C tis in eodem modo eſſe, vt quondam paralytica expoſuerat, referebat.

Capvt XV.

De Paſtoris malitia.

PAſtor vero quidam non ſtrenuitate, ſed nomine Ingenuus, dum in multis rebus contra baſilicam ſancti Martyris iniuſtè ageret, ad hoc leuitas eius inimico ingraſſante conualuit, vt colonias baſilicæ concupiſcens, quæ agro eius erant proximæ peruadere, non timeret. Ad quem ſacerdos loci, cùm aliquos de clericis quaſi legatos mitteret, vt accepta ratione quod malè peruaſerat, relaxaret, ille quaſi contra iniquum hoſtem telis correptis proſiluit, fugatiſque ſagittis clericis, res
D Sancti in ſua dominatione retinuit. Factum eſt autem vt in proximo adueniret dies paſſionis Martyris glorioſi: ad quam ille immemor peruaſionis ſuæ atque iniuriæ quam intulerat clericis, ante quinque dies ſolemnitatis ad vicum Briuatenſem aduenit, qui cùm in domo hoſpitalitatis ſuæ conuiuio cum lætitia & exultatione fungeretur, ſubito coruſcatione facta tonitruum ſonuit. Rurſúmque iterato, iaculo igneo de cœlis elapſo percoſſus eſt, nullo tamen de reliquis percuote. Deinde ad exemplum omnium, tanquam rogus flammeus ardens, paulatim conſumebatur. Ad quod miraculum populus qui ad beati feſta conuenerat, hæc cernens cum admiratione, metuebat, ſatiſque illi fuit, ne de rebus ſancti aliquid vltra contingeret. Quod ne fortuito actum quis putet, cernat inter multos innoxios vnum interiiſſe ſacrilegum.

Capvt XVI.

De contumacia Becconis.

E QVid etiam ad Becconis Comitis confutandam ſuperbiam beatus Martyr ſit operatus, euoluam. Hic cùm actiones ageret publicas, & elatus iactantia multos contra iuſtitiam adgrauaret, caſu contigit, vt dimiſſum accipitrem diu per diuerſa vagantem perderet. Similiter vt vnus de ſeruientibus baſilicæ ſancti Iuliani, accipitrem alium dum per viam ambularet, quaſi vagum inuenit: erat enim puer ille pincerna in domo baſilicæ. Quod cùm ad Becconem peruenìſſet, quod ſcilicet puer repertum teneret accipitrem, calumniari cœpit ac dicere, Meus ille erat, inquit, & hic furto eum ſuſtulit. Deinde ſuccedente auaritia, miſit illum vinctum in carcerem, deliberans eum in ſequenti, patibulo condemnare. Tunc ſacerdos mœſtus valde ad ſepulchrum ſancti properat, reſeratiſque eum gemitu F
cauſis, adprehenſis decem aureis per fideles amicos Becconi obtulit. Quod ille pro nihilo reſpuens, cum iuramento adſeruit, nunquam ſe puerum dimiſſurum, niſi exinde aureos triginta acciperet. Quod presbyter deſuper ſepulchro ſancti accipiens, Becconi tranſmiſit, quos acceptos ſatiata auri cupiditate, puerum reſtaurauit incolumem: ſed Deus omnipotens, qui permanet ante Solem, ſecundùm bonitatis ſuæ diuitias, humiliauit calumniatorem. Nam ipſius anni tranſacto curriculo veniens ad ſancti feſtiuitatem cum caterua ſatellitum, ingreſſus eſt limen ſanctum. Procedente vero lectore, qui beatæ paſſionis receuſeret hiſtoriam, vt reuoluit librum, & in principio lectionis, ſancti Iuliani protulit nomen, confeſtim Becco voce neſcio qua teterrima, ad terram corruit, eruentéque ſpumans dare voces diuerſas cœpit: inde inter ſuorum manus ſublatus à baſilica, domum reducitur. Nec fuit dubium pueris eius hæc ob iniuriam baſilicaris famuli eueniſſe:
omnem quoque ornatum quod ſuper ſe tunc habuit, G
tam in auro quàm in veſtimentis, baſilicæ contulit, & multa deinceps munera miſit: ſed vſque ad diem obitus ſui ſine ſenſu durauit.

Capvt XVII.

De Diacono qui oues baſilicæ abſtulit.

FVit etiam quidam Diaconus, qui relictam Eccleſiam fiſco ſe publico iunxit, acceptáque à patronis poteſtate, tanta perpetrabat ſcelera, vt vix poſſet à vicinis circumpoſitis ſuſtineri. Accidit autem quadam vice, vt ſaltus montenſes vbi ad æſtiuandum oues abietant, circumiret, atque paſcuaria quæ fiſco debebantur, inquireret. Cúmque diuerſos ſpoliaret iniuſtè,
conſpicit eminus greges, qui tunc ſub nomine Mar- H
tyris tuebantur: ad quos leui curſo euolans, tanquam lupus rapax diripit arietes. Conturbari atque exterriti paſtores ouium, dicunt ei, Ne, quæſumus, contingas hos arietes, quia beati Martyris Iuliani dominio ſubiugati ſunt, quibus ille hæc irridens reſpondiſſe fertur, putáſne quia Iulianus comedit arietes? Dehinc ipſis verberibus affectis, quæ voluit abſtulit ignorans miſer, quod qui de domibus ſanctorum aliquid aufert, ipſis ſanctis iniuriam facit, ipſo ſic Domino proteſtante. *Qui vos ſpernit me ſpernit, & qui recipit iuſtum, mercedem iuſti accipiet.* Contigit autem vt poſt dies multos, non religione, ſed caſu conferente, ad vicum Briuatenſem properaret, proiectúſque humo ante ſepulchrum, mox à febre corripitur, & tanta vi caloris opprimitur, vt neque conſurgere, neque puerum euocare poſſet: famuli vero cùm vidiſſent eum extra ſolitum plus occumbere, accedentes. Quid tu, inquiunt, in tanta diuturnitate deprimeris? non enim tibi tam lõgus

mos

A mos erat orandi, aut deuotio. Ferebant autem de eo, quòd quandoquidem in Eccleſia fuiſſet ingreſſus, parumper immurmurans, ac capite inclinato, regrediebatur. Tunc interpellantibus pueris, cùm reſponſum reddere non valeret, ablatus manibus è loco, in cellam quæ erat proxima lectulo collocatur. Igitur inualeſcente febre, proclamat ſe miſerum incendi per Martyrem. Et quod primo ſiluerat, admotis animæ iudicij facibus, crimina confitetur, iactarique ſuper ſe aquam voce qua poterat, deprecabatur. Delatis quoque cum vaſculo lymphis, & in eum ſæpe deiectis, tanquam de fornace ita fumus egrediebatur è corpore. Interea miſeri artus ceu combuſti, in nigredinem conuertuntur. Vnde tantus procedebat fœtor, vt vix de adſtantibus poſſent aliqui tolerare. Innuens enim dehinc manu, indicat ſe eſſe leuiorem: mox illis recedentibus, hic ſpiritum exhalauit: de quo haud dubium eſt qualem illic teneat locum, qui hinc cum tali diſceſſit iudicio.

B

Capvt XVIII.

De eo qui caballum in vigilia ſancti Petri furatus eſt.

Alius autem per vigiliam feſtiuitatis, equum alicuius qui tunc fortè ad eandem ſolemnitatem venerat, furto comprehendit, aſcenſoque velociter properat, ſcilicet vt qui lumen perdiderat veritatis, non inueniretur à luce: & cuius pectus cupiditatis tenebræ obſederant, eius & furtiuam fraudulentiam nox celaret. De talibus enim Dominus dicebat in Euangelio. *Omnis qui malè agit, odit lucem.* Albeſcente igitur cœlo dicebat, iam ſecutus ſum. Nam triginta leucas à ſancti baſilica elongatus ſum: iam ſecus propriam domum eſſe me credo. Dum hæc tacitus reuolueret intra C ſe, demotis ex axe tenebris, cognoſcit ſe ipſi vico propinquum inter populos diuagari: timénſque ne ſcelus ſuum patefieret publico, cum cautela grandi caballum in loco vnde digreſſus fuerat, reformauit: ſic miſer virtute Martyris tota nocte detentus in circuitu vici, & vt ego credo, ab auctore qui eum obſederat, eſt deluſus, vt viam quam apprehendere voluit, non valeret. O ſcelerata cupiditas, quid agis? Semper amatores tuos in confuſionem præcipitas.

Capvt XIX.

De eo qui propter trientem peierauit.

Qvidam alteri trientem præſtiterat, quem interpoſitis paucis diebus recepit. Poſt annum vero in D atrio ſancti conuento homine, rem ſuam quaſi non recepiſſet, ſibi reddi depoſcebat. At ille deteſtans, adſerebat ſe reddidiſſe ſuſceptum. Cúmque diutiſſimè altercarentur, ille qui reddiderat, ait ad ſocium. Vſquequo vterque contendimus: ſub iudicio hoc omnipotentis Dei ponamus. Eamus ad tumulum Martyris, & quod ſub Sacramenti interpoſitione dixeris, diſcernat virtus ſancta patroni. At ille nec dubitans, ingreſſúſque ſepulchrum dum audacter eleuat manus, vt periuret, infeliciter miſer obriguit. Hæret vox in gutture, lingua coarctatur in fauce, vibrant labia vacua à ſermone: ipſa quoque brachia, quæ ad adiutorium fruſtrati Sacramenti erexerat, prorſus retrahere non valebat. Ad hæc volgo admirante, publicato ſcelere, multitudo cuncta populi vna voce prorumpens, Domini miſericordiam, ac beati Martyris auxilium deprecatur. Poſt quatuor vero, aut eo amplius horas, ad ſenſum regreſſus, quod iniuſtè repetebat, publica confeſſione patefecit, & ſic ſanus abſceſſit.

E

Capvt XX.

De eo qui baſilicam ſanctam furto ſpoliauit.

Sæpe hæc ille audierat qui baſilicæ ſanctæ violentiam intulit, ſed iniquam mentem ſemel obſeſſam vitio, bonitas mollire non potuit, Salomone obteſtante. *In maleuolam animam non ingreditur ſapientia.* Aduenerat feſtiuitas Sancti, & ecce quidam è populo conſpicatur ornamentis immenſis beatam baſilicam effulgere. Concupiſcit iniqua mente, quod adipiſcens non poterat occultare. Igitur diſcedente populo à baſilica, poſt gratiam veſpertinam, hic ſe in angulo baſilicæ reprimens, latitauit: ac dato cunctis nocturna quiete ſilentio, vel operiente vmbroſa caligine mundi, conſurgit ab angulo, & nihil dubitans vtpote qui à ſatellite Satanæ impellebatur, ſuper cancellum beati ſepulchri F curſu proſiliit rapido, detractamque à ſummo vnam gemmis coruſcantibus Crucem ad terram deiecit, collectiſque velulis ac palliolis de circuitu parietum pendentibus, vnum voluculum facit, impoſuitque humeris, ac eleuata Cruce manu locum vnde diſceſſerat repetit, ac poſita ea, ita ſarcina, peccati ſopore compreſſus, obdormiuit. Media vero nocte circumeuntes cuſtodes ſanctam baſilicam, aſpiciunt in angulo vnam gemmam Crucis, tanquam iubar cœleſte refulgere: obſtupefacti, accedunt cominus cum timore, admotoque cereo inueniunt perſonam cum rebus furatis, quas auferre non poterat, ibi decubare. Denique ſub cuſtodia eum illa nocte detentum, mane facto cuncta quæ fecerat patefecit, adſerens ſe laſſum obdormiſſe, eo quod diutiſſimè circumiens cum face baſilicam, oſtium vnde egrederetur, reperire non poterat.

G

Capvt XXI.

De eo qui caballum in feſtiuitate perdidit.

Mvlta quidem & alia in præuaricatoribus oſtendit, ſed ſatis ſunt iſta ad coercendam deſidiam eorum: nunc vero ad gaudia proſperitatum quæ larga pietate præſtat populis, reuertamur. Sed prius illud non arbitror poſtponendum, quod expertum valde cognouimus, quod in rebus perditis apud hunc patronum fidelis deprecatio conſequatur: ex quibus vnum tantùm commemorare ſtudui. Ad feſtiuitatem beati Martyris deuotus pauper aduenerat, laxatoque equo ſacram ingreſſus eſt ædem, ac vigiliis immobilis inſtans, noctem cum cæteris orando deduxit: in luceſcente vero cœlo, ad metatum regreſſus, caballum quem reliquerat, non inuenit: quæſitúmque diutiſſimè nec ſigna quidem in quam partem diſceſſiſſet, agnouit. Tranſacto igitur biduo recurrit iterum per ſaltus, per- H ſcrutans à locorum incolis, ſi fortè aliquis aut teneret captum, aut capi vidiſſet ab aliquo. Nullum dehinc indicij genus reperiens, anxius atque mœſtus ad ſepulchrum Sancti regreditur, ibique cauſas doloris ac mœroris exponens aiebat. Ad tua, Sancte, limina veni, nihil aliud quàm paruitatis meæ vota deferre: nihil iniuſtè abſtuli, nihil geſſi indignum tua ſolemnitate, cur inquam perdidi rem meam? rogo vt reſtituas amiſſum, vt neceſſarium reddas. Hæc fletu addito aiens, vt egreſſus eſt templum, conſpicit eminus à quodam viro ſuum equum retineri. Ad quem accedens, dum diſcutit, vnde ſit aut vnde venerit, aut ex quo tempore hunc habeat equum, didicit ipſa hora eum fuiſſe repertum, qua ille beati Martyris implorauit auxilium.

A
CAPVT XXII.

De cæco illuminato.

CVm autem quidam ab eo loco per incurſum dia-
bolicum, oculum perdidiſſet & ad hoſpitiolum
ſuum viduatus lumine infeliciter reſideret, ac manibus
propriis nihil laborare præualens, ſpem vllam alimonij
non haberet, apparuit ei vir in viſione noctis commo-
nens, vt ad beati baſilicam ambularet: ibique ſi deuotè
ſe gerat, promittit auxilium inueniri. At ille nihil mo-
ratus, adrepto baculo adminiculante puero, ſanctum in-
greſſus eſt locum: qui poſt completam orationem Ar-
chipresbyterum, qui tunc locum ipſum regebat nomi-
ne Publianum, adiuit, ſupplicans vt oculis cœcis Chriſti
Crucem imponeret, erat enim valdè religioſus. Quod
ille dum iactantiam euadere cupit euitans, tenetur à cæ-
B co, nec omninò dimittitur, niſi quæ petebat adimple-
ret. Tunc ille proſtratus ante ſepulchrum diutiſſimè
Martyris eſt ſuffragium deprecatus. Deinde admotam
oculis cœcis manum, protinus vt ſignum Crucis im-
poſuit, viſum iſte recepit. Admiramini quæſo virtutem
Martyris, cui cùm parum ſit per ſe exercere miracula,
nunc etiam per manus diſcipulorum adſtipulante vir-
tutis ſuæ fauore publicè operatur: ſed nec meritum
diſcipuli fuit exiguum, cui hæc præſtita eſſe cer-
nuntur.

CAPVT XXIII.

De pede Galli poſtmodùm Epiſcopi ſanato.

ERat etiam tunc temporis apud vrbem Aruernam
patruus meus Gallus Epiſcopus, de quo non vide-
C tur omitti, qualiter in adoleſcentia ſua fuerit à ſancti
virtute iuuatus. Et quia ſæpiùs commemoraui, quale
excidium Aruernæ regioni Rex Theodoricus intulerit,
cùm neque maioribus, neque minoribus natu aliquid
de rebus propriis eſt relictum, præter terram vacuam
quam ſecum barbari ferre non poterant. His ergo tem-
poribus glorioſæ memoriæ patruus meus, qui poſteà,
vt dixi, ſacerdotali faſce Aruernam rexit Eccleſiam,
pupillus erat, cuius facultates ita direptæ ſunt ab exer-
citu, vt nihil prorſus remaneret. In promptu ipſe quo
que cum vno tantùm puerulo, vſque ad Briuatenſem
vicum plerumque itinere pedeſtri diſcurrebat. Accèdit
autem quodam tempore, dum hue iter teneret, vt la-
xatis præ calore Solis calceamentis, nuda incedens
planta, ſudem calcaret ſpineam: quæ tunc fortaſſis in-
ciſæ adhuc terræ hærens erepto acumine inter herbas
virides latitabat. Quæ defixa plantæ & ſupergreſſa ef-
fractáque deorſum extrahi nequibat. Igitur defluente
ſanguinis riuo, cùm greſſum facere non valeret, beati
D Martyris implorat auxilium, paululúmque dolore com-
preſſo, licèt claudicando, iter quod cœperat, expedi-
uit. Tertia verò nocte computreſcente vulnere, dolor
maximus incitatur. Ille verò ad experta dudum præſi-
dia confugiens, ſepulchro glorioſo proſternitur, exple-
tiſque vigiliis regreſſus ad lectulum, dum virtutem
Martyris præſtolatur ſomno incumbente deprimitur.
Deinde conſurgens, nullam doloris ſentit iniuriam,
aſpectáque planta, pars ſudis quæ ingreſſa fuerat, non
videtur: euulſam tamen ſentiebat à pede, quod lignum
diligenter inquirens in ſtratu ſuo, reperit admirans
qualiter fuiſſet egreſſum: ſolitus namque erat in Epi-
ſcopatu ſuo locum vulneris oſtendere, in quo magna
adhuc foſſa conſpiciebatur, obteſtans in hoc beati Mar-
tyris fuiſſe virtutem.

E
CAPVT XXIV.

De febre Petri fratris mei.

POſt multum verò tempus aduenerat feſtiuitas beati
Martyris, & pater meus cum omni domo ſuo ad hu-
ius ſolemnitatis gaudia properabat. Nobis verò iter
agentibus, Petrus frater meus ſenior, ab ardore febrium
occupatur, & tam grauiter angitur vt neque bibere,
neque cibum ſumere poſſet, totúmque illud iter cum
grandi agitur mœrore, & in diſcrimen res vertitur,
vtrum conualeſcat an pereat. Denique cum iſto labore
peruenitur ad locum: ingredimur baſilicam, adoramus
ſacroſancti Martyris ſepulturam: proſternitur & ægro-
rus in pauimentum, deprecans medelam à Martyre glo-
rioſo. Poſt completam verò orationem, ad metatum re-
greſſus, febris paululùm conquieuit: veniente autem
F nocte, nobis advigilias properantibus, rogat ſe & ille
deferri, incumbénſque ante ſepulchrum tota nocte,
Martyris ſuffragium deprecatur. Exactis deinde nóctur-
nis excubiis, rogat vt de puluere qui circa beatum erat
tumulum, collecto vel potui darent, vel collo ſuſpende-
rant. Quo facto, ita omnis ardor febrium conquieuit,
vt ipſa die & cibum caperet incolumis, & vbi delectatio
verriſſet animum, ambularet.

CAPVT XXV.

De mei capitis dolore.

SEquenti verò feſtiuitate, dum iterùm cum magno
gaudio ad ſanctam properaremus baſilicam, mihi
caput à Sole percuſſum grauiter dolere cœpit: qui do-
lor adcreſcens, febrem intrinſecus generabat, ita vt nec
cibum me capere, nec loqui permitteret: cúmque per
G duos dies ab hoc dolore conſumerer, die tertia ad baſi-
licam ſancti Ferreoli, cui fons ille de quo ſuperiùs me-
minimus, eſt contiguus, aduenimus. Diſtat autem baſi-
lica à Briuatenſi vico quaſi ſtadiis decem. Cúmque in
locum illum veniſſemus, libuit animo ad fontem vſque
procedere, confidens de virtute Martyris, quod ſi me
exinde leuis vnda perfunderet, mox ſanaret. Adueniens
verò, orationem fundo, aquam haurio, os refrigero, ca-
put infundo, ſtatimque decidentibus lymphis, fugato
dolore ſanus abſcedo, & vſque ad ſepulchrum Martyris
glorioſi lætus ingredior, admirans & gratias agens Mar-
tyri, quòd priùs me virtute ſua dignatus fuerit viſitare,
quàm ipſius mereret cernere ſepulchrum.

CAPVT XXVI.

H *De febricitante ad fontem ſanato.*

ESt etiam ad Hunotonem, quia ibidem Martyr
percuſſus eſt, virtus eximia. Quidam à febre cor-
reptus dum in extremis ageret, deſiderium habuit
de aqua fontis haurire, ad quam etiam ſe deporta-
ri fideliter exorauit: qui à ſuis inter manus adpre-
henſus, & in loco depoſitus, protinus vt aquæ hau-
ſtum accepit, & faciem capútque perfudit, recipere
meruit ſanitatem: & aliorum manibus inlatus, propriis
greſſibus eſt regreſſus: fuit autem incola huius vici, ſed
excidit nomen eius.

A

Capvt XXVII.

De tonitruo in baſilica facto & coruſcatione.

QVadam autem die orta tempeſtas cum magno venti impetu ſuper vicum Briuatenſem rapide deſcendebat: micabant enim de nubibus fulgura ac tonitrua terribilia, voces dabant, quatitur terra fragore, & exuri à coruſcatione penè omnia putabantur: ſola erat expectatio in virtute Martyris glorioſi. Nec mora, dato cum fulgore graui ſono tonitrui, iaculum igneum per aditum quo funis ille ſigni dependet, ingreditur: percuſſiſque duabus columnis, fruſta excuſſit; inde repercutiens per feneſtram, quæ ſuper ſanctum habetur tumulum, eſt egreſſum: nullum tamen per Beati cuſtodiam de populo læſit. O quàm magna circa alumnos proprios beatus Martyr, columnas ſuſtulit, percuti non ſinit phalangas: conſtringi paſſus eſt vitream, non cateruam: permiſit ſuper ſepulchrum proprium præterire coruſcum, ne fieret multitudinis totius interitus. Igitur expulſum à baſilica ſancti Martyris iaculo, aceruum fœni combuſſit, interfecit pecora, iumenta deleuit. Quod ſi hæc fortuita quis putat, admiretur magis & ſtupeat inclyti potentiam Martyris, quod prætereiens ignis per medium populi, nemini nocuit, ſed ibi tantùm expleuit vota, vbi ſe cognouit habere licentiam. B

Capvt XXVIII.

De eo qui præ multitudine populi ad ſepulchrum non valebat accedere.

C CLericus autem Atedij Lemouicini Abbatis ad feſtiuitatem veniens, præ multitudine populi non modo ad ſanctum tumulum accedere, verùm etiam nec in ipſam baſilicam potuit introire. Cúmque mœſtus metu ſe reddidiſſet, recubans, in lectulo obdormiuit. Protinus adſtitit ei vir in viſu, dicens. Quid tu, inquit, ſopore deprimeris? vade celerius ad templum Martyris, & omnia inuenies reſerata. At ille metu territus exſurgens, credulus dictioni, properat velociter experiri, ſi vera eſſent quæ ſibi fuerant indicata. Cúmque veniſſet ad oſtium, reperit remotos vndique populos, vſque ad ſanctum altare, vel ipſum tumulum viam factam nullo obſiſtente: & ſic ſine vlla impreſſione accedens, fuſa oratione cum gaudio eſt regreſſus. Quod ne quis dubitet, teſtor omnipotentem Deum, quia ab ipſius Abbatis hæc ore cognoui, apud cuius monachum geſta ſunt.

D

Capvt XXIX.

De feſtiuitate eius.

HVius feſtiuitatis temporis ignara plebs, mœſta pendebat, neſciens diem in quo Martyr beatus deberet pro virtutis ac paſſionis gloria honorari: & hæc ignorantia vſque ad beatum Germanum Antiſiodorenſem Antiſtitem eſt protracta. Factum eſt autem vt antedictus Pontifex Briuatem adueniret, ſciſcitatúſque ab incolis, quo tempore huius ſacra celebrarentur, ſe neſcire reſpondent. Tunc ille, Oremus, inquit, & fortaſſis nobis hæc Domini potentia reuelabit. Quod cùm feciſſent, mane orto, conuocatis ſenioribus loci ait, quinto Kalendarum menſis ſeptimi celebrandam eſſe feſtiuitatem. Ex hoc nunc deuotus adueniens populus, vota Præſuli reddens, refert & animæ & corporis medicinam.

E

Capvt XXX.

De energumenis.

ENergumeni vero cùm aduenerint, plerumque euomunt in ſanctum Dei conuitia, cur ſanctos alios ad ſua conuocet feſta, ipſoſque nominatim confitentes, eorum fatentur virtutes & merita. Aiunt enim. Sufficiat tibi Iuliane, nos propria virtute torquere, vt quid reliquos prouocas? quid inuitas extraneos? Ecce Martinum Pannonicum, inimicum iugiter noſtrum, qui ties à noſtris cauernis repulit mortuos. Adeſt Priuatus ex Gabalis, qui oues ſuas barbaris noſtra inſtigatione commotis, tradere noluit. Aduenit Ferreolus collega tuus ex Viennenſibus, qui nobis in te ſupplicium, incolis præſidium miſit, quid Symphorianum Æduum, quid Saturninum vocas Toloſanum? aggregaſti concilium, vt nobis ingeras infernale tormentum. Hæc & his ſimilia dicentibus, ita ſanctos Dei humanis motibus repræſentant, vt nulli ſit dubium eos inibi commorari: multi tamen ab his infirmi curantur, & ſani recedunt. F

Capvt XXXI.

De manſuetudine pecorum.

SEd & illud eſt memoratu digniſſimum, quæ ſit manſuetudo pecorum in hac baſilica votiuorum: qualiter vituli petulantes, calcitrantes equi, grunnientes ſuillæ, cùm limen ſanctum ingreſſi fuerint, conquieſcunt. Nam vidimus ſæpè cothurnoſos tauros, qui à quindecim aut eo amplius viris alligati, funibus ducebantur, talem in hominibus impetum dare, vt putarea eos ipſos quoque diſrumpere funes: ſed cùm ædem ſanctam ingreſſi ſunt, ita quieuerunt, vt arbitreris eos tanquam agnos manſuetos haberi. G Vidimus etiam per medias turmas multos ingredi, inclinato capite populos amouentes roſtro, non cornibus, & tanquam tribunal adirent iudicis, aliquem ſenſum habere timoris: non calcem mittere, non aliquem cornu petere, non oculis toruis aſpicere, ſed in omni manſuetudine vſque ad ſanctum properantes altare, oſculanteſque rurſus in ipſa qua ingreſſi fuerant, patientia repedare. Sic & reliquorum iumentorum petulantia cùm illuc acceſſerit, depoſito cuncto furore miteſcit, vt ea in manſuetudine columbarum cum grandi admiratione conſpicias. De his vero quæ votiua ſunt, nulli penitus quippiam ſubtrahere licet: nullus priuſquàm ad baſilicam veniat, aut commutare præſumit, aut emere. Nam qui fecerint, ſæpius vltione diuina grauiter quatiuntur, nam aut febris imminet, aut malum aliquod obrepit, aut damnum graue ſuccedit, aut hoc quod abſtulit, morbus aufert. Difficilè tamen ſine præſenti vltione res præterit.

H

Capvt XXXII.

De reliquiis eius in Campaniam tranſlatis.

DE illis dixiſſe virtutibus ſufficiat, quæ circa ſanctam baſilicam eius geſta ſunt aut geruntur: nunc pauca de locis in quibus eius habentur reliquiæ diſſerentes, finem huius libelli facere placet, deuotione commonente. Quidam apud Belgicæ ſecundæ prouinciam, id eſt ſuburbano Remenſis vrbis, baſilicam in honore beati Martyris ſtudioſè conſtruxit, cuius reliquias poſt perfectam fabricam expetiit fideliter ac deuotè, quas acceptas dum viatim pſallendo regreditur, Remenſem eſt ingreſſus Campaniam. Erat enim haud procul à via ager cuiuſdam diuitis Campanenſis,

A ad quem ſcindendum magna multitudo conuenerat. Igitur adpropinquante viatore cum his pignoribus, cœpit quidam de aratoribus malè torqueri, & quaſi in exceſſu mentis dicere. En, inquit, beatiſſimum Iulianum adpropinquantem, ecce virtutem eius, ecce gloriam eius: exite viri, relinquite boues, dimittite aratra, cetera omnia eat ei obuiam. Stupentes illi, & quid narraret ignari, dum hebetati admirantur tam voces quàm dicta perſonæ, protinus miſer relicto in arnis vomere, elidens ſe in terram, verberánſque palmas, in parte qua vir ille beati Martyris veniebat, curſu celeri rapitur, clamans, Vt quid me Sancte ſic crucias? vt quid me glorioſe Martyr incendis? cur regionem tibi non debitam aggrederis? cur habitacula noſtra perluſtras? Talia eo dicente, ad locum vbi iam ſacerdos tabernaculum erexerat, turbulentus aduenit, proſtratúſque coram ſanctis reliquiis, diutiſſimè humo incubuit, tunc presbyter capſulam illam ſanctam ſuper eum vt poſuit, illico erumpente ex ore eius ſan-B guine, ab incurſione diabolici erroris, mundatus eſt, ac deinceps virtutem Sancti prædicans, comes fuit huius itineris.

Capvt XXXIII.

De reliquiis eius in Oriente exhibitis.

QVid de eius reliquiis in Oriente fidelium fratrum relatio ſignat, edicam. In quadam Orientis ciuitate, dum in Eccleſia à dæmonio quidam torqueretur, in naui beati Martyris prædixit eſſe reliquias. Cumque nauis portum fuiſſet adepta, hic ad eam ſaltuatim proſilit, ac prouolutus ſolo coram naui, erumpente ab ore & naribus tabe, perſona purgata eſt. Quæ cùm Epiſcopo nuntiata fuiſſent, commouet populum, C cum accenſis cereis ad portum vſque procedere. Igitur nauclerus audiens, fléuſque præ gaudio, in occurſum Epiſcopi properat, nihil ſe aliud adſerens de Beati ſuſtuliſſe baſilica, niſi parumper pulueris qui circa ſanctum iacebat tumulum: ſed Deus omnipotens comprobans fidem viri, occuli virtutem Martyris non permiſit. Dehinc Epiſcopus ſublatas reliquias, vſque ad ſanctam Eccleſiam cum magno honore deportat. Negotiator vero tanta cernens mirabilia, baſilicam in honore Martyris ædificauit, in qua beatas reliquias conlocans, multa deinceps ibi miracula vidit operari.

Capvt XXXIV.

Qualiter Turonis in baſilica eius reliquiæ ſunt locatæ.

HÆc ego dudum expertus ſum. Contigit vt poſt D ordinationem meam Aruernos accederem: profectúſque beati Baſilicam adiui, expletáque feſtiuitate, diſruptis à palla quæ ſanctum tegit tumulum fimbriis, in his mihi præſidium ferre credens, impleta oratione diſceſſi. Apud Turonicam vero vrbem monachi in honore ipſius Martyris baſilicam qualem poſſibilitas eorum habuit, ædificauerunt, cupientes eam eius virtutibus conſecrari. Audientes autem hæc pignora à me fuiſſe delata, rogabant vt dedicata ædes iiſdem augeretur exuuiis. At ego adprehenſam ſecretius capſam, ad baſilicam beati Martini incipiente nocte, propero. Referebat autem mihi vir fidelis qui tunc eminus adſtabat, cùm nos baſilicam ſumus ingreſſi, vidiſſe ſe pharum immenſi luminis è cœlo delapſam, ſuper beatam baſilicam deſcendiſſe, & deinceps quaſi intro ingreſſa fuiſſet. Cùm enim nobis hæc in craſtinum à fidelibus relata fuiſſent, coniicimus eam à virtute beati Martyris proceſſiſſe. Depoſitis ergo ſuper altare ſacroſanctis reliquiis, vigilata nocte cum grandi pſallentio, ad antedictam deferebantur baſilicam: & ecce E vnus ex energumenis, manibus in ſe conliſis, ore patulo, cruenta proiiciens ſputa, aiebat, Vt quid te Martine Iuliano iunxiſti? Quid eum in his prouocas locis? ſatis nobis erat præſentia tua ſupplicium: ſimilem tui ad augenda tormenta vocaſti? cur hæc agis? Quare nos cum Iuliano ſic crucias? Hæc & alia miſero declamante, expletis miſſarum ſolemnitatibus, dum ſe ante ſanctum altare diutiſſimè conlidit, profluente ſanie ex ore eius, ab infeſtatione furoris diabolici liberatus eſt.

Capvt XXXV.

Quod vinum ea nocte creuerit.

SEd nec hoc ſilendum puto, quod in nocte illa prinſquàm ſanctæ reliquiæ ibidem conlocarentur, ſit ge- F ſtum. Monachus ipſius loci dum de aduentu ſolemnitatis gauderet, & ſingulos quoſque ad cellariolum baſilicæ promptiſſimus inuitaret, hortans vt omnes in baſilica fideliter vigilarent, extracto à vaſe vino, cœpit eis cauſa deuotionis cum gaudio propinare dicens. Magnum nobis patrocinium in beatum Martyrem pietas diuina largitur; idcirco rogo charitatem veſtram, vt vnanimiter vigiletis mecum: cras enim ſanctæ eius reliquiæ in hoc loco ſunt conlocandæ. Exacta quoque cum ſacris hymnis moduliſque cœleſtibus nocte, celebratis etiam Miſſarum ſolemniis, feſtiuitate ouans clericus, cœpit eos iterum, quos prius inuitauerat rogare ad refectionem, dicens. Gratias vobis ago, quod ſic ad vigilandum immobiles perſtitiſtis: ſed nec Martyr diu diſtulit bonam voluntatem virtutis ſuæ gratia munerari. Nam ingreſſus promptuarium clericus, reperit cupellam quam penè mediam reliquerat, per ſuperiorem aditum redundare, in tantùm vt copia defluentis vini riuum per terram ad oſtium vſque duceret. Quod ille admirans, poſito deorſum vaſe, ſæpius G extulit plenum, ſed & de ipſo cùm ſatis abundéque fuiſſet expenſum, nihil prorſus defuit, ſed vſque in craſtinum mirantibus cunctis ſemper ſtetit plenum. Erat autem III. Kalend. menſis quinti. O admirabilis virtus Martyris, cùm produxit de vaſe ſine flore vindemiam, cùm ſit ſolitum vt collecta vina condantur in vaſcula, protulit dolium muſta, in quo non vina, ſed virtus ſola defluxit: turgeſcit vaſculum à liquore quo fructus non inlatus eſt, ſed creatus. Agit hoc ille Dominus ad glorificandum Martyrem, qui implens vterum virginis ſine ſemine, permanere præſtitit matrem in caſtitate: ſed tamen hic nouo magis carebat fructu, cùm ſine codicibus falerna porrigit adhibenda. In aliis vineis vix adhuc erumpunt gemmæ: in hoc vero vaſe vinum defluit à vitinte, æquatur Maius Octobri, cùm noua porrigit pocula: plus habet quàm ille, cùm in prompta non oſtenditur vinea, & H in domo gignuntur falerna. Rudis etenim venit ſine torculari vindemia, quæ non in palmitibus, ſed in occultis eſt reperta: aceruus acinorum non premitur ab arbore, & vini defluunt vndæ: hauriuntur falerna, cùm in torculari non cernuntur impreſſa, vitis ecce non aſpicitur, & pocula largè complentur. Sed quid inquam? non enim deeſt fidelibus virtus illa cœleſtis. Nam qui quondam nuptiis de aquis præſtitit vina, nunc ſuis eadem largè porrigit ſine viſu elementi natura: & qui geminis piſcibus quinque millia hominum ſatiauit, nunc bonæ voluntati multiplicata reſtituit. In ipſius enim ortus tempore Angelica vox teſtata eſt dicens: *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: ſed iam ad ſequentia virtutum opera veniamus.

Capvt XXXVI.

De contracto in eodem loco ſanato.

SEruiens huius Monaſterij diu contractus, infeliciter trahebatur. Adueniens autem ad ipſam Sancti baſilicam, vigiliam celebrat: quibus expletis mane dum ad ſtratum ſuum regreditur, inter portantium manus reſolutis ſanatus eſt neruis.

Capvt XXXVII.

De puella lippa.

PVella quædam lippis erat oculis & nimio imbre lachrymarum profluente penè cæcata: cuius pater, audita virtute Martyris glorioſi, cum ea ad baſilicam ſanctam properat, celebratiſque vigiliis, mane pauperibus qui ad matriculam illam erant, cibum potúmque protulit: epulantibus verò illis, ſubitò puella capitis dolore ſe torqueri proclamat, & vt modico ſopori indulgeatur, implorat: qua quieſcente cùm conuiuæ epulum adplicarent, illa ſurrexit, & ad ſanctum ſe altare duci depoſcit, antequàm ſolo proſtrata fuiſſet, & attente Domini miſericordiam deprecaretur, reſtrictis lacrymis, purgatis lippitudine oculis, læta ſurrexit: tunc patre gaudente domi redditur ſana.

Capvt XXXVIII.

De alio contracto.

ALius quidam puerulus paruulus, cuius parentes haud procul ab ipſa baſilica commanebant, in ſecundo ortus ſui anno membris totis contractus, ſine ſpe alicuius boni nutriebatur, qui ita contractus erat, vt genua ab eius ore penitus ſeparari non poſſent. Cuius parentes, cùm ad ſanctam baſilicam vigilaſſent, & proiectum infantulum coram ſacroſanctis reliquiis dimiſiſſent, poſt paululum reperiunt eum ſedentem, membris omnibus eſſe directum. Dehinc fuſa oratione, gaudentes ad domum ſuam regreſſi ſunt.

Capvt XXXIX.

De periuris.

EST etiam in Turonico vicus, cui Gaudiacum nomen eſt, in quo beati Martyris reliquiæ continentur, qui cùm magnis virtutibus crebrò inluſtretur, in periuria tamen plerumque agitat vltionem. Nam cùm ibidem quis inimico humani generis ſuadente periurauerit, ita vltio diuina proſequitur, vt protinus aut in ſucceſſione damni aut in amiſſione proximi, aut in conſumptione morbi manifeſta pateſcat: non tamen cauſam remanere inultam, Martyr prorſus indulget: ſed nec inibi tam auſu temerario periurat barbarorum eruda ruſticitas, de quo negotio iſta ſufficiant, quia longum eſt ſingula quæ de his acta ſunt, per ordinem memorare.

Capvt XL.

De reliquiis eius quas Aredius Presbyter ſuſtulit.

CVm autem ad me Aredius Presbyter ex Lemouicino veniſſet, vir valdè religioſus, cuius etiam in ſecundo virtutum beati Martini libro memini, dum ſollicite vitam eius perſcrutarer, actionem inquirere cœpi, quæ ibidem beatiſſimus Iulianus in miraculis prodidiſſet. In honore enim beati Martyris baſilicam ædificauit, quam & eius reliquiis inluſtrauit. Sicut ergo eſt verecundiſſimus, diu cunctatus, tandem hæc & valde inuitus expoſuit. Quando, inquit, primùm beati Iuliani adiui baſilicam, parumper ceræ à ſepulchro ſuſtuli: inde veniens ad fontem in quo Beati ſanguis effuſus eſt, abluta aquis facie, paruam ab his pro benedictione complevi ampullam. Teſtor omnipotentem Deum, quia antequàm ad domum accederem, colore, ſpiſſitudine atque odore in balſamum commutata eſt. Veniens verò Sacerdos ad dedicandam ædem, cùm hæc expoſuiſſem nihil aliud pro reliquiis in ſanctum altare condere voluit, niſi vaſculum, cuius aqua in balſamum commutata fuerat, dicens. Hæ ſunt certæ reliquiæ quas Martyr paradiſiacis virtutibus inluſtrauit.

Capvt XLI.

De paralytico ſanato.

MVlta quidem & alia ſunt, de quibus plurima prætermittens, aliqua pando. Infirmus quidam, omnibus membris debilis, plauſtro impoſitus ad eius Monaſterium eſt adductus. Qui cùm ante ipſam baſilicam in hoc vehiculo nocte iaceret, vidit eam ſubitò magno ſplendore fulgentem, vocéſque in ea pſallentium tanquam multorum hominum audiebat. Dum hæc agerentur, & ille orationem funderet, quaſi ſtupefactus nec memor dolorum, eo adpropinquante ſplendor quem viderat, præteriit ante oculos eius. At ille fulgore demoto, in ſe reuerſus, ſenſit ſe priſtinæ ſaluti recuperatum.

Capvt XLII.

De cæco illuminato.

CÆcus quoque adminiculo deducente, ad ſacroſanctum altare eius accedens, dum de opertorio ſanctarum reliquiarum oculos adtigit, lumen recepit: ſed & energumeni ab hac palla cooperti, ſæpè mundati ſunt, & poteſtas iudicum, quotieſcunque in eo loco ſuperfluè egit, confuſa diſceſſit.

Capvt XLIII.

De Cruce altaris furata.

PEndebat autem ſuper ipſum altare Crux holochryſis, eleganti opere facta: & erat tam præclara viſu, vt eam putares ex auro eſſe mundiſſimo. Aduenientibus verò barbaris, a quodam eſſe aurea æſtimata, direpta eſt & ſinu recondita. At is qui eam ſuſtulerat, tanto ſubitò pondere prægrauatur, vt eam penitus ſuſtinere non poſſet, ſtatimque compunctus virtute Martyris, ac pœnitentia motus, de itinere tranſmiſſam loco ſancto reſtituit.

Capvt XLIV.

Qualiter expetita ſunt eius pignora.

QVæ poſtquam geſta ſunt, miſit clericum ſuum dicens. Vade, inquit, ad Beati Iuliani baſilicam

A & ſundens orationem, ſupplicia vt tibi aliquid ceræ vel pulueris de ſepulchro tacentis largiri dignentur ædituì, vt delatum à me cum benedictione ſuſcipiatur. Ille vero veniens quæ ſibi fuerant imperata, flagitat ac ſuſcipit. Et cùm ſuſcepta ferre vellet, tanto grauatur pondere, vt vix ceruicem poſſet erigere: vnde tremore magno concuſſus, pauimento proſternitur, & iterum cum lacrymis orationem fundens, ſurrexit incolumis, & acceptam ſenſit abeundi habere ſe libertatem. Igitur arrepto itinere incaleſcente oimium Sole, ſiti corripitur. Veniens autem ad villam viæ proximam, vnam caſulam adit, aquam depoſcens: de qua egrediens iuuenis dare reſponſum, vt eum vidit, in terram corruit, factuſque eſt ſicut mortuus. Concurrentes autem parentes eius calumniabantur hominem, adſerentes parentem ſuum eorum magicis artibus fuiſſe peremptum, & adprehenſum puerum eleuauerunt eum ſemiuiuum. At ille de manibus eorum elapſus, percuſſis palmis cœpit debacchando clamare vel dicere, quòd B Martyris Iuliani virtute exureretur. Clericus verò hæc audiens, poſita ſuper caput eius capſula cum pignoribus ſanctis, fide plenus orare cœpit attentius: ipſe quoque cum vomitu ſanguinem dæmoniùmque proiiciens, purgatus abſceſſit. Dehinc formatus in fide portitor, iter totum cum Pſalmis & gratiarum actionibus carpens, ad locum præoptatum Martyre ducente, peruenit. Iam exinde tempore præcedente quanti ibi energumeni, frigoritici, vel diuerſis morbis oppreſſi, Martyris virtute ſanati ſunt, nec nomina retineri, nec numerus potuit colligi.

Capvt XLV.

De puero ad ariolos ducto, & alio per virtutem Sancti ſanato.

C INter reliquia verò inſignia ſuſcipiendorum miraculorum, ponimus & iſtud, quòd inſipientes corrigat & cohortet ſapientes. Igitur Cautini Epiſcopi tempore, quo ingruentibus peccatis populi Arueena regio ab excidio luis quam inguinariam vocant, deuaſtabatur, ego Briuatenſem vicum expetij, ſcilicet vt qui me ritis tutari nequibam, beati Martyris Iuliani ſaluarer præſidio: in quo dum commorarer vico, vnus puer ex noſtris ab hoc morbo corripitur, reclinatóque ad lectulum capite, grauiter ægrotare cœpit. Erat autem febris aſſidua cum ſtomachi pituita, ita vt ſi aliquid acciperet, confeſtim reiiceret. Nec erat ei cibus confortatio, ſed magis exitus putabatur. Denique mei cùm viderent eum in extrema vexari, ariolum quendam inuocant. Ille verò venire non differens, acceſſit ad ægrotum & artem ſuam exercere conatur. Incantationes immurmurat, ſortes iactat, ligaturas collo ſuſpendit, promittit viuere quem ipſe mancipauerat morti. Hæc autem me neſcio agebantur: quæ D ùm mihi delata fuiſſent, amariſſimus reddor, & cum graui ſuſpirio illud commemoro, quod Dominus per Heliam Prophetam Oziæ Regi pronuntiat, dicens. *Quia dereliquiſti Dominum Deum Iſraël & conſuluiſti Deum Acharon, ideo de lectulo in quo aſcendiſti non conſurges, ſed morte morieris.* Nam iſte poſt aduentum arioli validius febre ſuccenſus, ſpiritum exhalabat, cuius poſt obitum interpoſitis paucis diebus, puer alius ſimili laborare cœpit incommodo: tunc ego, eis inquio Accedite ad Martyris tumulum, & aliquid exinde ad ægrotum deportate, & videbitis magnalia Dei, atque cognoſcetis, quid ſit inter iuſtum & iniuſtum, & inter timentem Deum & non ſeruientem illi. Accedentes autem, parumper pulueris circa ſepulchrum iacentis ſuſtulerunt. De quo vt hauſit infirmus cum aqua, protinus adſecutus eſt medicinam, recuperatiſque viribus ac reſtincta febre, conualuit. Intelligite ergo nunc, ô omnes qui inſipientes eſtis in populo, & poſtquàm E iſta diſcuſſeritis, ſcitote quia nihil ſunt quæ ad ſeducendum humanum genus diabolus operatur. Ideò moneo, vt ſi quis vexillo Crucis ſignatus, ſi quis Baptiſmi ablutione mundatus, ſi quis vetuſtate depoſita in nouo nunc homine viget, talia poſtponat ac negligat: quærat autem patrocinia Martyrum, per quos ſanitatum miracula celebrantur: poſtulet adiutoria Confeſſorum, qui meritò amici ſunt Domini nuncupati, & quæ voluerit, obtinebit.

Capvt XLVI.

De roſis ad ſepulchrum eius diuinitus oſtenſis.

EO tempore, cùm poſt obitum Proſerij Martyrij, Vrbanus Diaconus, huius baſilicæ ordinatur ædituus, mira res ad ſepulchrum ſancti adparuit. F Nam vigilante Diacono in lectulo ſuo auditus eſt ſonitus, quaſi oſtium baſilicæ panderetur. Poſt multorum verò horarum ſpatium, audiuit ipſum iterum claudi. Poſt hæc ſurgens de ſtrato, præcedente lumine accedit ad tumulum Sancti: mirum dictu, vidit pauimentum roſis rutilantibus eſſe reſperſum. Erant autem magnæ valdè, cum fragrantia odoris immenſi. In ipſas quoque cancelli celaturas, mirabatur roſas intus: nonus enim erat menſis: & hæ ita erant virides, ac ſi eadem ipſius putares hora & momento ramis virentibus eſſe decerptas. Tunc cum grandi reuerentia collectas, ſecretius poſuit: multis exinde infirmis medicamenta diſtribuens. Nam energumenus quidam ex Turonico veniens, vt exinde delibutum potum ſumpſit, eiecto dæmone purgatus abſceſſit.

G

Capvt XLVII.

De muliere inluminata.

MVlier quædam à natiuitate cæca erat, quæ ſe exhiberi a parentibus beati Martini tumulum deprecata eſt: quò cùm veniſſet, proſtrata per triduum ad cancellos, qui ante ſepulchrum ſancti Antiſtitis habentur, extrinſecus reſponſum accepit per ſomnium, dicente ſibi ſancto viro. Si lumen recipere deſideras, require baſilicam ſancti Iuliani, in qua dum præſidium Martyris expetis, ille coniunctus Martino viſum tibi neceſſarium ſimul orationum ſuarum ſuffragiis, reuocabunt. Exurgens autem mulier & ignorans, quòd in Turonico huius Martyris reliquiæ tenerentur, ad Sanctonicam vrbem dirigit. Victorina etenim materfamilias ex nobili ſtirpe progenita in villæ ſuæ territorio baſilicam conſtruxerat, H reliquiaſque beati Martyris condiderat. Ad hanc ergo ædem mulier accedens, orat per triduum. Die autem tertia aduenit natalis Baptiſtæ dominici: ſtante autem populo, & lectionum dogmata auſcultante, ſubitò murmur magnum oritur. Preſbyter verò qui ſolemnia celebrabat, comprimere voces cupiens, interrogat quid hoc eſſet. Cui vnus ex adſtantibus ait, Murmur miteſcere non poteſt, quia virtus Domini miraculum prodidit. Ecce enim mulier illa quæ ſe cæcam teſtabatur ortam, erumpente ab oculis ſanguine, viſum recepit. Tunc omnes benedixerunt Deum, cognoſcentes pariter quæ fuerant geſta.

A

CAPVT XLVIII.

De reliquiis quas Nanninus Presbyter detulit.

NAnninus etiam Presbyter domus Vibriacenſis, Martyris huius glorioſi reliquias expetiuit, quas ex iuſſu beati Aniti Pontificis adſumptas, cum pſallentio tulit vſque ad baſilicam ſancti Ferreoli, quæ procul ab ipſo vico ſita eſt, & cùm ad eam peruenifſet, vnus ex energumenis eſt mundatus. Procedens autem pſallendo, cùm ad medianam perueniſſet, coram hoſte improbo virtute Sancti depulſo puella alia purgata diſceſſit.

B

CAPVT XLIX.

Quòd de eiuſdem reliquiis multi infirmi ſanati ſunt.

ACcedens autem ad locum vbi oratorium quod in honorem Sancti conſtruxerat, poſuit hæc pignora in altari ſancto. Accedens ad eum vnus cum amiſſis oculis, alius manu debilis impleta oratione, hic lucem recipit poſt tenebras, manus ille vſum poſt otia diuturna. Mulier etiam nomine Æterna cum filia ab hoſte iniquo vexata, ad hoc altare curata, cum prole ſoſpes abſceſſit. Frigoritici etiam in illo loco nonnulli ſanati ſunt.

C

CAPVT L.

De alio cæco illuminato.

SEd quoniam non eſt abſurdum, ſi Beatus Iulianus cum Ioanne aut Martino dona ſanitatum impertiat, cum quibus victor ſeculi in cœlo tripudiat, referam adhuc qualiter cum Nicetio Lugdunenſi ſimili virtute floruerit. Igitur infra terminum territorij Turonici, Litomeris quidam in honore Sancti Martyris baſilicam ædificauit: in qua nos ex more ad benedicendum euocati, ſancti Iuliani Martyris cum Nicetij Lugdunenſis, reliquias conlocauimus. Sed non multò pòſt tempore cæcus adueniens, dum fideliter orationem fudit, viſum recipere meruit. Memini huius cæci in libro vitæ ſancti Nicetij, quia dignum eſt, vt communis virtus vtriuſque Sancti ſcripta connectat. Ergo his miraculis lector intendens intelligat, non aliter niſi Martyrum reliquorúmque amicorum Dei adiutoriis ſe poſſe ſaluari. Ego autem Domini mi-
D ſericordiam per beati Martyris Iuliani patrocinia deprecor, vt aduocatus in cauſis alumni proprij coram Domino adſiſtens obtineat, vt abſque impedimento maculæ vllius, huius vitæ curſum peragam, atque illa quæ confeſſus ſum in Baptiſmo, inreprehenſibiliter teneam, fideliter exerceam, ac viriliter vſque ad conſummationem huius vitæ cuſtodiam. Amen.

E

GEORGII FLORENTIS

Gregorij Epiſcopi Turonici, de gloria Confeſſorum,

LIBER VNVS.

PRÆFATIO.

PVDET inſipientem, reprobum imperitúmque, atque inertem illud aggredi, quod non poſſum adimplere: ſed quid faciam? quod oculi non patior, quæ de
F *Beatorum virtutibus vel ipſe ſæpius inſpexi, vel per relationem bonorum virorum & certa fidei euidenter geſta cognoui: ſed timeo ne cùm ſcribere cœpero, quia ſum ſine literis rhetoricis & arte grammatica, dicat mihi aliquis. Auſu ruſtico & idiota, vt quid nomen tuum inter Scriptores indi æſtimas? Aut opus hoc a peritis accipi putas, cui ingenium artis non ſuppeditat, nec vlla litterarum ſcientia ſubminiſtrat? qui nullum argumentum vtile in literis habes, qui nomina diſcernere neſcis: ſæpiùs pro maſculinis fœminina, pro fœmininis neutra, & pro neutris maſculina commutas, qui ipſas quoque præpoſitiones quas nobilium dictatorum obſeruari ſanxit auctoritas, loco debito plerumque non locas. Nam pro ablatiuis accuſatiua, & rurſum pro accuſatiuis ablatiua ponis. Putaſne videbitur vt bos piger palæſtræ ludum exerceat? aut aſinus ſegnis inter ſphæriſtarum ordinem celeri volatu diſcurrat? aut certè nunquid poterit coruus nigredinem ſuam albentium columbarum pennis obtegere? aut*
G *obſcuritas picis, liquoris lactei colorem imitari? Nempe vt iſta fieri poſſibile non eſt, ita nec tu poteris inter Scriptores alios haberi. Sed tamen reſpondebo illis & dicam, quia opus veſtrum facio, & per meam ruſticitatem veſtram prudentiam exercebo: nam vt opinor, vnum beneficium vobis hæc ſcriptura præbebit: ſcilicet, vt quod nos inculte & breuiter ſtilo nigrante deſcribimus, vos poteritis lucidè ac ſplendide ſtante verſu in paginis prolixioribus dilatare. Igitur in primo libello inſeruimus aliqua de miraculis Domini ac ſanctorum Apoſtolorum, reliquorúmque Martyrum, quæ hactenus latuerunt, quæ Deus ad corroborandam fidelium fidem quotidie dignatur augere, quia valdè moleſtum erat, vt traderentur obliuioni. In ſecundo poſuimus de virtutibus ſancti Iuliani Martyris. Quatuor vero libellos de virtutibus ſancti Martini. Septimum de quorundam Religioſorum vita. Octauum hunc ſcribimus de miraculis Confeſſorum ſpecialius legentem poſcentes, vt quia nobis vt ſæpe teſtati ſumus, nec artis ingenium ſuppeditat, nec ſermonum facun-*
H *dia iuuat, veniam temeritati libenter indulgeat: quem non iactantia mundialis erigit vt ſcribat, ſed deprimit pudor vt ſileat, amor timórque Chriſti impellit vt referat. Et quoniam primum libellum de Domini miraculis inchoaui, velim & huic libello de ſanctorum Angelorum virtutibus adhibere principium.*

CAPVT I.

De virtutibus Angelorum.

IGitur dum in Aruerno territorio commorarer, vir mihi fidelis retulit, & ſcio quia vera narrauit, quia euidenter cognoui geſta fuiſſe quæ dixit. Iubet, inquit fieri ex annonis aqua infuſis atque decoctis, meſſoribus poculum præparari. Hanc autem coctionem Oroſius à

A coquendo coctiam vocati narrauit: quod cùm præparatum fuiſſet, & in vaſe reconditum, atque ille apud vrbem moras innecteret, vt mos ſeruorum eſt, maxima parte exhauſta, exiguam dominicis vſibus reliquerunt. Ille quoque fidus de iuſſione, inuitare meſſores iubet, vt eo ab vrbe redeunte hus ſegetem decidere reperiret. Quo facto tam operariis in ſegete conlocatis circiter ſeptuaginta, aduenit Dominus fundi, perſcrutanſque qualitatem, quantitatémque potus, perparum reperit: tunc pudore confuſus, & ſibi factum ad verecundiam reputans, ne potus deficeret operariis, quod vt ipſe arbitrabatur, ſuper quinque modiorum menſuram non erat, quid ageret, quò ſe verteret, in ambiguo dependebat: tandem inſpirante Domino conuerſus ad vaſculum, nomina Angelorum ſanctorum quæ ſacræ docent lectiones, ſuper aditum eius deuotè inuocat, orans vt virtus eorum paruitatem hanc in abundantiam conuertere dignaretur, ne operariis deficeret, quod haurirent. B Mirum dictu, tota die ab hoc extractum eſt, & nunquam defuit bibentibus: ſed vſquequò nox finem operandi fecit: omnibus fuit in abundantia miniſtratum.

Capvt II.

De S. Hilario Epiſcopo Pictauienſi.

Hilarius beatiſſimus quarto exilij anno ad vrbem propriam eſt regreſſus, impletóque operis boni curſu, migrauit ad Dominum. Ad cuius beatum ſepulchrum multæ quidem virtutes oſtenſæ narrantur, quas liber vitæ eius continet. Sed tamen duo leproſi in eodem loco mundati ſunt. Mons enim erat in Gabalitano territorio, cognomento Helanus, lacum habens magnum: ad quem certo tempore multitudo ruſticorum quaſi libamina lacui illi exhibens, linteamina C proiiciebat, ac pannos qui ad vſum veſtimenti virilis præbentur: nonnulli lanæ vellera, plurimi etiam formas caſei ac ceræ vel panis, diuerſaſque ſpecies, vnuſquiſque iuxta vires ſuas, quæ dinumerare perlongum puto: veniebant autem cum plauſtris potum cibúmque deferentes, mactantes animalia, & per triduum epulantes. Quarta autem die cùm diſcedere deberent, anticipabat eos tempeſtas cum tonitruo & coruſcatione valida: & in tantum imber ingens cum lapidum violentia deſcendebat, vt vix ſe quiſquam eorum putaret euadere: ſic fiebat per ſingulos annos, & inuoluebatur inſipiens populus in errore. Poſt multa verò tempora, quidam Sacerdos ex vrbe ipſa Epiſcopatu adſumpto acceſſit ad locum, prædicauitque turbis vt abſiſterent ab his, ne cœleſti ira conſumerentur: ſed nequaquam eius prædicatio à cruda ruſticitate recipiebatur: tunc inſpirante diuinitate Sacerdos Dei baſilicam in honorem beati Hi- D larij Pictauienſis eminus ab ora ſtagni ædificauit, in qua reliquias eius locauit dicens populo. Nolite filioli, nolite peccare ante Dominum: nulla eſt enim religio in ſtagno. Nolite maculare animas veſtras in his ritibus vanis, ſed potiùs cognoſcite Deum: & amicis eius venerationem impendite: adorate autem ſanctum Hilarium Dei Antiſtitem, cuius hic reliquiæ ſunt conditæ: ipſe enim poteſt pro vobis apud Dei miſericordiam interceſſor exiſtere. Tunc homines compuncti corde, conuerſi ſunt: & relinquentes lacum, omnia quæ ibidem proiicere erant ſoliti, ad ſanctam baſilicam conferebant: & ſic ab errore quo vincti fuerant, relaxati ſunt: ſed & tempeſtas deinceps à loco illo prohibita eſt: nec vltra in hac ſolemnitate quæ Dei erat, nocuit, poſtquàm beati Confeſſoris ibidem ſunt reliquiæ collocatæ.

Capvt III.

De S. Euſebio Vercellenſi Epiſcopo.

E Euſebius verò Vercellenſis Epiſcopus magnum huic Hilario adiutorium contra hæreſes fuit, qui viuere ſe poſt tumulos præſentibus virtutibus manifeſtat. Nam in die natalis ſui cùm multi infirmi ſaluentur, energumeni tamen tu tatu valido, per totam Eccleſiam debacchantes, & nimio confitentes ſe torqueri cruciatu, eleuati in aëra, lychnos qui ad officium luminis ſuccenduntur, manu verberantes extinguunt: de quo perfuſi liquore illico diſcedente dæmone, perſunt purgantur: ſcitque tunc populus tot infirmos eſſe mundatos: quot viderit lychnos extinctos. Sed & omnia quæ ſub ditione baſilicæ eius habentur, ita pia protectione conſeruat, ne exinde quicquam auferatur ab aliquo: nam videres inter hoſtes iniquos greges pe- F corum iumentorúmque & ouium, nec penitus à quoquam adtingi, cùm vox ſonuerit; Confeſſoris ſunt hæc Euſebij. Huius ſancti reliquias mater mea in oratorio domus ſuæ locauit. Factum eſt autem quadam die per hyemem, dum colloeutione hilari pro longinquitate noctis diutius ante focum, qui multa lignorum ſtrue compoſitus fuerat, reſideret, familia iam dormitante ſurrexit, & ſe lectulo haud procul ab ipſo igne locauit. Dormientibus autem cunctis ſcintillæ flammarum ad trabes vſque conſcendunt: de quibus adpræhenſa vna earum, validè cœpit flammas ſpargere: ſed credo virtute ſancti illius cuius reliquiæ propinquæ erant, flamma contra naturam deſurſum incuruata retorquetur. Nec ad tectum, vt mos eſt, extenditur, ſed deorſum fluit: vt putares non flammam, ſed vellera lanæ de trabe pendere: nec exurebat trabem, niſi tantùm ardens per ipſam vagabatur: donec expergefacta materfamilias vocatis ſeruientibus, aqua ſuperpuſita reſtinxit incendium, quo facilè omnis do- G mus cunctis dormientibus exuri potuiſſet, ſi virtus beati defuiſſet.

Capvt IV.

De S. Martino Turonico Epiſcopo & ſepulchro ſancti Gatiani.

Gatianum etiam Epiſcopum à Romanis Epiſcopis ad vrbem Turonicam tranſmiſſum, primúmque Turonicis Pontificem datum, fama ferente cognouimus. Ad cuius tumulum beatus Martinus cùm ad orationem veniſſet, poſt effuſas preces dicto etiam capitulo, ait. Benedic, inquit, mihi vir Dei: hæc eo dicente, vox ad eum delapſa auditur, dicens. Te etiam deprecor benedicas mihi ſerue Domini, & data iterum oratione diſceſſit. Admirabantur autem qui aderant eo tempore, & dicebant eum habitare tunc in Martino, qui quon- H dam Lazarum vocauit ex monumento.

Capvt V.

De eodem & ſepulchro Vitalinæ virginis.

Simile huic facto apud Arthonam Aruernenſem vicum referre ſæpiùs ſenes viros audiui. Vitalina quædam religioſa in hoc loco quieſcit, ad cuius beatus Martinus tumulum veniens, dedit ſalutationem: & illa, vt ſibi dignaretur benedicere, flagitauit. Poſtquam autem expleuerunt orationem, conuerſus vir beatus, Dic, ait, ſanctiſſima Virgo, ſi iam Domini præſentiam meruiſti: quæ ait, reſtitit mihi vna cauſa, quæ facilis in ſeculo videbatur. Sexta enim feria, qua redemptorem mundi paſſum nouimus, aquis ablui caput.

Recedens autem beatus Confeſſor à tumulo virginis, ait ſuis. Væ nobis qui in hoc mundo verſamur, ſi hæc virgo Chriſti ſacrata hunc offendiculum meruit, quod ſexta feria abluit caput: quid nos faciemus quos quotidie fallax ſæculum peccare perſuadet? Multa etiam in eo vico vir beatus operatus eſt, quæ inſequi longum putaui. Egreſſus autem vir Dei ab Artbonenſi vico ad vrbem Aruernam greſſum direxit. Audientes autem Senatores vrbis, qui tunc in loco illo nobilitatis Romanæ ſtemmate refulgebant, quod ſcilicet vir ſanctus adpropinquaret vrbi, egreſſi ſunt in occurſum eius cum equitibus & carrucis, cum curribus atque rhedis: at ille aſello impoſitus, ſuper ſtratum viliſſimum reſidens, cùm adueniſſet in cacumen montis Belenatenſis, de quo vici Ricomagenſis poſitio contemplatur, vidit hos cum his pompis ad ſe accedere, dixitque. Quid ſibi volunt hi qui nobis cum hoc apparatu adpropinquant? Reſpondit vnus qui prior acceſſerat, quia Senatores Aruerni veniunt in occurſum tui: cui ille. Non eſt meum, inquit, vt cum hac iactantia ingrediar in vrbem eorum: & confeſtim retorto retrorſum aſelli fræno, viam qua venerat, regredi cœpit. At illi conſequentes, eum ſuppliciter deprecabantur, vt ad vrbem accederet, dicentes. Audiuimus famam ſanctitatis tuæ: multi ſunt enim infirmi, quos te oportet viſitare: cùmque obtinere non poſſent, impoſitis manibus ſuper infirmos qui aduenerant, ſanitati reſtituit: & ad vicum Arthonenſem regreſſus eſt. Extat autem in hoc loco cancellus, in quo Sanctus dicitur ſtetiſſe. Poſt hæc accedens ad tumulum virginis, ait. Gaude nunc Vitalina ſoror beatiſſima: poſt triduum enim maieſtati Dominicæ præſentaberis, & diſceſſit ab eo loco. Poſt hæc multis per viſum virgo oſtenſa eſt, & beneficia petita præbuit, & diem obitus ſui in quo commemoratio eius celebraretur, edixit: quod non aliter ſentiendum eſt, niſi quia beati Antiſtitis obtentu, Dominicæ maieſtatis præſentiam meruiſſet, vt hæc deinceps ageret. Quodam autem tempore celebratis in eius honorem vigiliis, cùm Archipresbyter loci Eulalius Clericos conuiuio inuitaſſet, Edatius verò alius Presbyter, viduis ac pauperibus reliquis edulium præpararet, & vni piſces deeſſent, alteri vinum bonum, commonitus piſcator quidam per viſum à virgine eſt, vt Archipresbytero piſcium copiam deferret. Surrexitque è lectulo, inuenitque immanem piſcem in lapſum ſuum, quem vbi iuſſus fuit, exhibuit. Edatio autem Presbytero adparuit ſimiliter per viſum dicens. Vade & ſub vna arbore atrij inuenies vnum trientem: ipſum donans, vinum dignum epulis pauperum comparabis. At ille nullo quæ viderat narrauit: abiit, inquiſiuit, & reperit, coëmptóque vino, pauperes Chriſti refecit: ſicque virtus virginis vtrique adparens, de ſpeciebus quæ minus erant vtroque loco plantauit.

Capvt VI.

De lapide in quo ſanctus ſedit.

PLurima quidem fecit in hoc ſæculo, de quibus ſcriptores eius vitæ multa prætereierunt, dum faſtidium arcere detrahentium adniſi ſunt: ne non crederentur ab his qui bonorum ſanctitatem linguis venenoſis impugnare ſæpiùs volunt: ſed nos qui quotidie indigni quidem, eius miracula cernimus ad ſepulchrum, quia non eſt opus ſanis medicus, ſed qui malè habent: abſurdum duximus ſi ea quæ euidenter ab eo priùs geſta cognouimus, ſileamus. Quia ſi quis eſt adhuc infidelis, & æmulus vt hæc non credat, accedat ad baſilicam & videbit quotidiè & noua agi, & quæ facta dudum fuerant, iterari. Et quia quatuor de eius operibus libellos ſcripſimus, ne & hic liber ab eius virtutibus ſit immunis, ſcribere in eodem aliqua de his quæ nobis euidenter ſunt comperta, tractauimus: quia multa ſunt, ſicut ſæpè teſtati ſumus, quæ hactenus latuerunt. Extat nunc in ipſa ſuperiùs memorata baſilica, quam in eius honore fideles ædificauerunt, lapis ſuper quem vir beatus dicitur reſediſſe. Poſt multum autem tempus, Leo quidam presbyter, vt ſibi ſepulchrum deponeret, lapidem ſanctum à loco dimouit: nec mora, ad domum ſuam cum tremore rediens, correptus à febre die tertia expirauit, cognitúmque eſt offenſum Antiſtitem habuiſſet. hoc igitur noſtro tempore geſtum recolimus.

Capvt VII.

De arbore erecta.

FVit & in Nobiliacenſi pago vrbis Turonicæ arbor, quæ ab impulſu venti ruens, viam publicam impediebat: quod iter cùm vir beatus ageret, viantium motus miſericordia, facto deſuper ſigno Crucis, erexit eam, quæ vſque nunc ſtare iuxta viam erecta viſa eſt, etiam præmortua, quia ſpoliata cortice, viuebat tamen honore viridi: de cortice multi fideliter radentes, vt dilutam aquam ſumebant, mox medicamina capiebant. Vidimus etiam nos hanc arborem erectam.

Capvt VIII.

De oratorio Martiniacenſis prædij.

IGitur Turonico oppido oratorium erat propinquum ſitum in villa Martiniacenſi, in quo celebre ferebatur, ſæpiùs oraſſe Martinum. Denique Cuntharus Abbas dum gregi monaſteriali præeſſet, & viam qua haud procul ab oratorio inceditur, caſu contingente tereret, oratione facta tranſibat. Poſt adſumptum verò Epiſcopatum, aggerem ipſum præteriens, venit ante oratorium: ſed diſtulit ad orationem in loco deſcendere: illico equus conuerſum habens caput ad oratorium, in media reſtat via. Dehinc verberatur calcibus, loris agitur, vrgetur ſtimulis: ſed tanquam æneus non mouetur: tunc ſacerdos ſenſit ſe virtute diuina teneri, & deſcendens facta oratione equo aſcenſo præteriit. Velim, ô ſonipes, ſi tibi os Dominus vti quondam fecit aſinæ, reſerares, diceres quid vidiſti ſpectabile, vt non incederes: quid amabile, vt oſtium cellulæ contemplareris, quid formidabile, vt aſceſſorem orare compelleres: nempè altiora voce clamares, quia claritatem Martini cernens mouere non es auſus, niſi tuus occurſum debitum præponeret Dominus.

Capvt IX.

De oleo ſepulchri eius.

ARedius autem Presbyter ex Lemouicino, vir ſummæ bonitatis ac ſanctitatis, quadam vice dum mecum reſideret in cellula, ſollicitus eſſe cœpi, ſi aliqua in oratorio miracula, vbi reliquias beati Antiſtitis collocauerat, oſtenderentur: qui ita retulit, quod tempore quo beatus Eufronius erat Epiſcopus, ad Turonicam vrbem venit, in qua diu commoratus plenam ampullam olei de ſepulchro ſancti Antiſtitis abſtulit. Regreſſúſque ad domum, dum fatigatus ex itinere reſideret, & viæ labores matri referret, ſubitò ſicca percutitur tam grauiter, vt nec anhelitum reſumere poſſet. Conuerſus verò ad oratorium in quo beati Antiſtitis reliquiæ tenebantur, deductáque in vigiliis nocte, mane de oleo quod adtulerat, locum infirmitatis iunxit, ſedatóque dolore conualuit. Poſt hæc quidam manum inflatam ab ſpina percuſſam detulit, quæ protinus vt de oleo delibuta eſt, incolumitati donatur. Mulier quæ ſenſum

perdiderat,

perdiderat, & quibuſdam horis dæmonium putabatur habere, de hoc oleo tacta, ſanata eſt. Nam & alius Abbas eiuſdem cellulæ proximus, de hoc oleo cæci oculos adtigit, qui protinus viſum recepit: ſed & cùm multos energumenos exinde reſtituiſſet ſanitati, vni qui atrociorem vt credo dæmonem habebat, ſuper caput de oleo poſuit: illico dæmonem per fluxum ventris egeſſit: & alteri in vngula pollicis dæmonium deſcendit: quo viſo Presbyter ſuper digitum oleum infudit, moxque diſrupto corio, ſanguine defluente diſceſſit. Hæc ille de oleo retulit.

Capvt X.

De vua vitis quam ipſe plantauit, & de cera ſepulchri.

DE vua quoque ex vite quam Sanctus plantauerat, adiecit quod adſumptam eam in ampullulam recondidit, quam aqua compleuit. Non poſt multum verò tempus, venit ad eum homo, cuius os à puſtula mala tumefactum, caputque & oculi inflari ob nimium venenum præcludebantur. Cui ille infuſa in os aqua de ampullula, oris omnis tumor ac dolor guttur decedente diſceſſit. Adſerebat etiam grana vuæ illius in ipſa aqua poſt quatuor annos adhuc viridia perdurare. De cera verò quam de ſepulchro tulerat, adiecit. Surda & muta, quæ vt credo dæmonium habebat, ad eum acceſſit, in cuius aure de ipſa cera poſuit: alia verò die veniens gratias pro accepta ſanitate retulit ſacerdoti.

Capvt XI.

De virtutibus eius Tornodorenſibus oſtenſis.

INtra terminum autem Tornodorenſis caſtri, Lingonicæ ciuitatis erat presbyter greſſu debilis: cúmque per viam pergeret, quæ ad Dei Eccleſiam ducit, obuium habuit ſenem cum puero. Erat autem vterque clericus, datóque ſibi inuicem ſalutationis occurſu, dixit ſenex ad presbyterum. Vis ſanus fieri? cui ille, Et quid humanum genus ampliùs concupiſcit habere, niſi vt ſoſpes viuat in corpore? & ſenex facto beatæ Crucis ſignaculo ſuper poplitem, dixit presbytero. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, extende pedem tuum: quem presbyter ſine mora extendens, ſanum ad ſe reduxit: & gratias agens, iter quo pergebat, agere cœpit. Vocatóque eo puer qui cum ſene erat, ait. Et ſcis presbyter, qui eſt qui te reddidit ſanitati? Ignoro, ait: cui ille. Sanctus Martinus Turonicæ vrbis Antiſtes, ipſe te virtute ſua ſanitati reſtituit. Tu verò in loco in quo Sanctum ſtare vidiſti, oratorium ſine mora ædifica: erit enim populis ſalubre, ſi quæ loquor expleueris. Nec moratus presbyter, oratorium in eodem ſitu conſtruxit: in quo nunc nuper multi paralytici greſſum, cæcique viſum recipere meruerunt.

Capvt XII.

De Monaſterio eius in Hiſpania.

IN Hiſpaniis autem nuper factum cognoui, cùm Leuuieldus Rex contra filium ſuum ambularet, atque exercitus eius, vt adſolet, grauiter loca ſancta concuteret, Monaſterium erat Sancti Martini inter Saguntum atque Carthaginem Spartariam. Audientes autem Monachi, quod hic exercitus ad locum illum deberet accedere, fugam ineunt, & ſe, relicto Abbate ſene, in inſulam maris abſcondunt. Aduenientibus autem Gothis, ac diripientibus res monaſterij, quæ ſine cuſtode remanſerant, Abbatem ſenio incuruatum, ſed ſanctitate erectum offendunt. Extractóque vnus gladio quaſi amputaturus ceruicem eius, reſupinus ruit, ac ſpiritum exhalauit. Reliqui verò hæc videntes timore perterriti fugerunt. Quod cùm Regi nuntiatum fuiſſet, cum teſtificatione præcepit omnia quæ ablata fuerant, monaſterio reſtaurari.

Capvt XIII.

De hæretico qui hominem inluminare voluit, ſed excæcauit.

CErnens autem præfatus Rex tanta miracula per ſeruos Dei qui noſtræ religionis erant, fieri, vocauit vnum Epiſcoporum ſuorum: dixitque ſecretius ad eum. Quamobrem vos, vt iſti qui ſe Chriſtianos dicunt, non oſtenditis ſigna in populo ſecundum fidem veſtram? Dicit ei Epiſcopus, Sæpiùs ego cæcis lumen reddidi, & ſurdis auditum, nunc autem hæc poſſum facere quæ dicis. Et vocato ad ſe vno de hæreticis, clanculo ait ad eum. Accipe quadraginta aureos, & clauſis oculis reſide in loco, vnde nobis eſt tranſitus, & prætereunte mecum Rege, exclama in virtute, vt perditum lumen mea tibi credulitate reſtituam. Cúmque hic accepta pecunia feciſſet, quod ſibi fuerat imperatum, procedit nouus Cirula Regis ad dexteram conſtipatus hæreticorum caterua: exclamat & iſte cæcatus pecunia, vt fide Epiſcopi reciperet oculos ſuos. At iſte cum non minima arrogantia imponens manus ſuper oculos eius, ait. Secundùm fidem meam fiat tibi. Hæc eo dicente, ita obſerati ſunt oculi hominis cum dolore, vt non ſolùm viſum perderet, verùm etiam dolum quem auaritia impellente finxerat, publicaret.

Capvt XIV.

De altercatione hæretici cum Catholico.

REtulit alius vir fidelis ſpectaſſe ſe Chriſtianum cum hæretico pro fide noſtra certantem. Altercantibuſque diu de diuinis ſcripturis, cùm flecti non poſſet hæreticus, vt agnoſceret veritatem, ait. Si noſtræ religionis, ſi ſcripturarum ſacrarum teſtimonia te ad credendum minimè mouent, vel ad virtutem indiuiduæ Trinitatis miraculis expetite. Eſt digito meo annulus aureus: ego eum in ignem iacio: tu candentem collige. Proiectúmque inter prunas annulum, ita ignitum permiſit, vt eis ſimilis cerneretur. Conuerſúſque ad hæreticum ait: Si vera eſt proſecutio tua, ſume eum ab igne. Illo autem reſiſtente, ait vir. Immenſa Trinitas Deus, ſi aliquid indignum te credo, oſtende. Certè ſi recta eſt fides mea, nihil mihi prænalebunt hæc incendia ſæua: & ablatum ab igne annulum diutiſſimè palma ſuſtinuit, & nihil eſt nocitus: ſed magis confuſo hæretico catholicos reliquos feruore ſuæ fidei roborauit, hactenus hinc.

Capvt XV.

De Venantio Abbate.

HAud procul verò à baſilica Beati Martini, Venantius Abbas requieſcit, vir magnificæ ſanctitatis, qui multis infirmis, in corpore poſitus, opem accommodauit: qui impleto tempore à ſæculo migrans, iugiter ſe in æternum viuere virtutibus propriis manifeſtat. Nam ſi quis typos frigoriticos incurrens, nocte

vna

vna ad eius tumulum deprecans vigilauerit, mox compreſſo acceſſu adipiſcitur medicinam. Nam inter reliquas quæ ibidem geſta vel vidimus, vel audiuimus, mulierem quandam a quartano typo correptam, ſanatam aſpeximus. Quæ diuturno tempore ab hoc deteora contagio, neque cibum, neque ſomnum capere poterat, ſed ita, omni corpore deciderat, vt vix in ea vel illud vitale ſpiraculum remaneret. Ad huius ſepulchrum, in gemitibus & oratione pernoctans, vſque ad lucis aduentum perdurauit immobilis. Manè verò ſopori ſe collocans, cùm expergefacta fuiſſet, nihil mali ſentiens, ſanata diſceſſit. Huius autem ſancti vitam nos ſcripſimus.

Capvt XVI.

De Sancta Pappula.

Fvit & beata Pappula valdè religioſa quæ cùm ſæpiùs à parentibus flagitaret ſe in monaſterio locari puellarum, eò quod in domo parentum, cuius ſæculi impedientibus Deo ſeruire non poſſet, & illi præ amore nollent eam à ſe ſeparari, totondit comam capitis ſui, indutáque virili habitu, Turonicam diœceſim adiens, in congregationem ſe contulit monachorum: ibique in ieiunijs, orationibúſque degens, virtutibus deinceps multis emicuit. Erat enim tanquam vir inter viros, nec vlli erat cognitus ſexus eius. Parentes autem requirentes eam, nunquam reperire potuerunt. Interim Abbate Monaſterij ad quod venerat defuncto, Monachi propter virtutes aſſiduas, hanc eligunt, ignorantes ſexum: quod illa totis viribus renuit. Triginta autem annos in monaſterio fuit à nullo agnita quid eſſet. Ante tertium autem diem, quàm ab hoc mundo migraret, id monachis patefecit: & ſic defuncta, ab aliis mulieribus abluta, ſepulta eſt, multis ſe deinceps virtutibus manifeſtans, eſſe ancillam Dei. Nam & frigoritici, & aliis morbis oppreſſi, ſæpè ad eius tumulum ſanitati redduntur.

Capvt XVII.

De opertorio cuiuſdam ſepulchri.

IN alio autem pago Turonico, erat inter vepres & rubos ſepulchrum poſitum, in quo ferebatur Epiſcopum quendam fuiſſe ſepultum, nomen ignorabant. Contigit verò, vt cuiuſdam pauperis filius moreretur: quo ſepulto, cùm pater opertorium ſarcophagi non inueniret, ad hunc locum acceſſit. Ablatóque de hoc ſepulchro cooperculo, quod tam immane erat, vt tribus duceretur paribus boum, texit corpuſculum filij furto ablatius ſepulchri. Quod cùm feciſſet, ſurdus, mutus, cæcus ac debilis eſt effectus: manſitque in hoc ſupplicio integrum ferè annum. Dehinc adparuit ei quidam ſacerdos per viſum dicens. Quid, inquit, tibi tuiſque vim intuli, ò vir, quia detexiſti me, auferendo opertorium tumuli mei? Vade nunc, ſi vis ſanus fieri, iube ipſum velociter reuocari: quod ſi nolueris, protinus morieris. Ego enim ſum Benignus Epiſcopus, qui in hanc vrbem peregrinus adueni. At ille ſuis innuens, acceſſit ad monumentum filij ſui, eleuatúmque et ſarcophago reddidit, illico ſanus effectus eſt: nam in redeundo ita lapis leuis erat, vt quem tria paria boum euexerant, boues deinceps duo reuocarent.

Capvt XVIII.

De duarum virginum tumulis.

INfra ipſum etiam terminum Turonicum erat mons paruulus, ſentibus, rubis, vitibuſque repletus agreſtibus, & tanta denſitate labruſcæ contextus, vt vix aliquis intrò poſſet irrumpere: ferebat enim fama duas Deo ſacratas virgines in illo loco quieſcere, ſcilicet cùm in vigiliis dierum feſtorum, lumen accenſum diuinitùs à fidelibus ſæpiùs cerneretur, vnus audacior & animi fretus auctoritate, ad locum accedere ſub obſcura nocte non meruit. Atque cereum miri candoris immenſo lumine fulgurantem aſpiciens, admiratuſque diu diſceſſit, aliiſque quæ viderat nuntiauit. Tunc vni de incolis loci ſe virgines per viſum oſtendunt. Exponunt ſe ibidem eſſe ſepultas, ac ſine tecto imbrium iniuriam diutiùs ferre non poſſe: hic verò ſi ſibi vellet eſſe conſultum, inciſis vepribus regumen tumulis adhiberet. Expergefactus verò irruentibus aliis cogitationibus, tradidit obliuioni quæ viderat. Alia verò nocte adparuerunt ei iterùm, vultu minaci terribiliter comminantes, niſi locum tegeret, anno præſenti ab hoc ſæculo migraret. Territus igitur vir ille viſu, accepta ſecure ſtirpe interſa tumulos detexit inuenitque validas de cereis guttas, in modum libani odore nectareo effragrantes: tunc de putatis bobus & plauſtro, lapides congregat, & data æſtate oratorium ſuperædificat, expleróque opere beatum Eufronium qui tunc Turonicam regebat Eccleſiam, ad benedicendum inuitat. Sed ille iam defeſſus ſenio, excuſat abire dicens. Vides, inquit, fili quod ſenuerim, & hyems ſolito aſperior ingruat, deſcendunt pluuiæ, ac venti cuncta turbine perflant, inflantur flumina, & ipſæ quoque viæ à frequentatione imbrium effuſæ, penè in lutum ſunt diſſolutæ. & nunc non conuenit ætati meæ, iſta modò properare itinera. Hæc audiens vir ille, diſceſſit à conſpectu ſacerdotis, abiens valdè mœrens. Verùm vbi ſacerdos membra quieti lauauit, vidit duas virgines adſtare ſibi, quarum ſenior triſti vultu ſic infit. Quid tibi ingratæ extitimus, beatiſſime Pontifex? quid moleſtiæ intulimus regioni tibi à Deo commiſſæ? Cur nos deſpicis? cur ad conſecrandum locum, quem nobis vir fidelis ædificauit, venire diſſimulas? Veni nunc obſecramus per nomen omnipotentis Dei, cuius nos ſumus ancillæ. Hæc effata, genas lachrymis rigabat obortis. Expergefactus verò ſenex, vocat Eccleſiaſticæ domus rectorem dicens. Peccaui, non eundo cum homine; ecce enim vidi duas virgines me ob id increpantes, & vereor Dei offenſam incurrere, ſi illuc diſtulero ambulare, acceleránſque iter viam ingreditur. Igitur eunte illo quieuit pluuia, auſtrorúmque violentia ſæua ſuccubuit. Ipſe quoque feliciter conficiens iter, benedicto loco cum pace regreſſus eſt. Nam referebat plerumque vultum inceſſúmque virginum: & vnam quidem dicebat proliхiorem, alteram minorem ſtatu, non merito: vtramque tamen niue candidiorem: quarum vnam Mauram, Brittam alteram vocitabat, dicens ſe ab earum ore hæc nomina cognouiſſe.

Capvt XIX.

Quid Sanctus Eufronius de Chariberto Rege prædixit.

IPſe quoque Pontifex cùm à multis crebriùs vrgeretur, vt ad occurſum Chariberti Regis deberet accedere, & innectens moras ire differret, tandem commonitus à ſuis ait. Ite præparate iter, vt eamus ad occurſum Regis, quem viſuri non ſumus. Igitur imponens plauſtris neceſſaria, & caballis ad iter præparatis, iamque in hoc ſtante ratione vt deberet viam incedere, ait. Reuer-

A tantur plauſtra, laxentur equi: non modò hoc iter incedimus. Dicentibus autem ſuis, quæ eſſet hæc leuitas, vt quæ tam inſtanter parari iuſſerat, tam facilè deturbaret, ait ſecretiùs. Princeps ad quem nos ire compellitis, obiit, nec viuentem ſi abierimus, inueniemus. Stupefacti audientes diem notant, & Sancti verba taciti ſeruant: aduenientibus autem ab vrbe Pariſiaca hominibus, ea hora Regem tranſiiſſe nuntiant, qua ſacerdos plauſtra de itinere iuſſerat reuocari.

Capvt XX.

De dedicatione oratorij noſtri.

De oratorio autem noſtro in quo reliquiæ Sancti Saturnini Martyris ac Martini Antiſtitis cum Il- B lidio Confeſſore, vel reliquorum ſanctorum conlocatæ ſunt, pro inſtructione credentium narrare aliqua non pigebit: qualiter ſe virtus beati Martini reuelatione reuelauit, ita vt adpareret multis, igneus globus ille terribilis, qui quondam ſolemnia celebrante emerſerat paucis viſibilis, à capite arcæ prorumpens. Concepit enim inſpirante diuinæ pietatis inſtinctu animus, vt cellulam valde elegantem, quam Sanctus Eufronius ad vſum promptuarij habuerat, ad opus orationis fideliter dedicarem: qua diligenter compoſita, & altari ex more locato, ad baſilicam ſanctam vigiliis noctem vnam ducentes: manè verò venientes ad cellulam, altare quod erexeramus, ſanctificauimus. Regreſſique ad baſilicam, ſanctas eius reliquias cum Saturnini Iulianique Martyrum, vel etiam beati Illidij exinde ſolemniter radiantibus cereis crucibúſque admouimus. Erat autem Sacerdotum ac Leuitarum in albis veſtibus non minimus chorus, & ciuium honoratorum ordo præclarus: ſed & populi ſequentis ordinis magnus conuentus. C Cúmque ſacroſancta pignora palliis ac mappis exornata, in exceſſum deferremus, peruenimus ad oſtium oratorij. Ingredientibus autem nobis, ſubitò repleuit cellulam illam fulgor terribilis, ita vt præ timore & ſplendore nimio, adſtantium oculi clauderentur. Diſcurrebat autem per totam cellulam tanquam fulgur, non paruum nobis ingerens metum. Nec quiſquam ſcire poterat quid hoc eſſet: & omnes pauore proſtrati ſolo iacebant. Tunc ego, Nolite inquam, timere: virtus eſt enim ſanctorum quam cernitis: & præſertim rememoramini librum vitæ beati Martini, & recolite qualiter verba ſacrata promenti de capite globus ignis egreſſus, vſque ad cœlos viſus eſt conſcendiſſe: & ideò ne terreamini, ſed ipſum nos cum ſanctis reliquiis credite viſitaſſe. Tunc timore poſtpoſito, magnificauimus Deum dicentes: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & illuxit nobis. Sed illud anteriùs miraculum viſum eſt paucis: iſtud adpáruit populis vniuerſis. In illo fuit virtutis indicium, in iſto gra- D tiæ ſupplementum: illud fuit tunc occultum propter iactantiam, iſtud manifeſtum eſt cunctis ad gloriam: ibi de more feſtiua fideliter acta Domino nuntiantur, hîc in nouitate oratorij quod ad laudem Domini proficeret, illuſtratione ſanctorum pignorum conſecratur. Ergo fideliter vt oportet, à nobis quærendus eſt & orandus, vt ille viſitet hunc populum qui plerumque orationis vota per hunc ſacrum ignem ſuſtulit in excelſum. Hunc enim ignem vel cùm de monacho orante narraui, vel cùm Brachionem Abbatem à pignoribus Sanctorum vidiſſe egreſſum ignem expoſui, myſterium eſſe puto, eò quod non exurat, ſed inluminet: ſed nec diuinæ maieſtatis vacare puterem gratia, quæ vel ſe prodere, vel adparere quibuſdam poteſt.

Capvt XXI. E

De ſepulchro Sancti Solennis.

Et licèt de Turonica vrbe aliqua iam ſcripſerimus, tamen quoniam nuper Sancti Solennis ſepulchrum aſpeximus, ſilere nequiuimus: quod apud Malliacenſe monaſterium comperimus, quod in cacumine montis eſt conſtitutum; ab antiquis vallatum ædificiis iam erutis. Nam ferunt quod in eo loco cùm crypta adhuc haberetur occulta, & nulli Chriſtianorum locus ille eſſet reuelatus, per ſingulas Dominicarum ſolemnitatum noctes ab habitatoribus lumen cernebatur accenſum, ſed nullus ſciebat quid ſibi hoc vellet myſterium: tantùm ſuſpicio retinebat homines aliquid ibidem retineri diuinum. Interea aduenerunt duo energumeni ex baſilica S. Martini, qui conliſis in ſe palmis, clamare F cœperunt dicentes: Hic requieſcit Solennis beatiſſimus in crypta abdita. Reſerate igitur ſepulchrum amici Dei. Quod cùm repereritis, velis tegite, lumen accendite, cultúmque debitum ei exhibete: erit regioni huic ſalubre, ſi quæ loquimur adimpleueritis: & hæc dicentes cum clamore magno, effodere tellurem vngulis nitebantur. Tunc videntes incolæ quæ gerebantur, accepto ſarculo effodientes aperuerunt cryptam, in qua per ſeriem graduum deſcendentes, repererunt ſepulchrum magnum, de quo teſtabantur illi adhuc mente infirmi, hoc eſſe ſepulchrum. Solennis beatiſſimi, qui mox ſenſu diſceſſerunt recepto. Poſt hæc autem cœperunt ad eum diuerſorum morborum ægroti confluere, & accepta ſanitate redire incolumes. Sed & Litibometus vrbis Pictauenſis indigena, cùm ab quartani typi ægrotatione fatigaretur, acceptis ex hoſpitiolo ſuo cereis, ſurrexit cum vno tantum puero, acceſſitque ad locum: fuſa verò oratione, accenſis cereis manúque propria per totam noctem detentis, vigilias celebrauit. Dato igi- G tur mane rediuit ad propria, nec vltrà ab hoc morbo frigoritionis vel confractionis vllus pertulit grauitatem.

Capvt XXII.

De Maximo Abbate.

Fvit autem quidam religioſus & virtutibus & nomine Maximus, & vt liber vitæ eius docet, quam verſu conſcriptam legimus, noſtri fuit Martini diſcipulus. Qui occulere quod erat cupiens, apud inſulam Barbaram monaſterij Lugdunenſis peregrinari expetiit: manifeſtatus autem & ibi ad patriam redire diſpoſuit. Denique dum Ararim fluuium tranſire cuperet, naue impleta demergitur, ac ipſe ſacerdos pelago operitur, habens H ad collum cum Euangeliorum libro, miniſterium quotidianum, id eſt, patenulam paruam cum calice. Sed pietas diuina non pertulit perire quod ſuum eſt: ita de hoc periculo Domino iubente reſtitutus eſt litori, vt nec vitæ damna perferret, nec rerum detrimenta lugeret. Impletúmque eſt illud, quod pſalmographus ſpiritu ſancto influente cantauit. *Cùm ceciderit iuſtus non conlidetur, quia Dominus firmat manum eius.* Et iterùm. *Non negabit Dominus animam iuſti.* Deinde ad caſtrum Cainonenſe vrbis Turonicæ veniens, monaſterium conlocauit: quod caſtrum cùm ab Ægidio obſideretur, & populus pagi illius ibidem eſſet incluſus, hoſtis aduerſus effoſſum è latere montis puteum, quem obſeſſi, ad vſum habebant bibendi, obturat. Quod cùm antedictus Dei famulus, qui tunc cum reliquis intra caſtri munitionem concluſus erat, cerneret, viderétque populum conſumi iniuria, orationem nocte tota fudit ad Dominum, vt reſpiciens populum, hoſtes improbos effugaret, & non pateretur eos ſitis ardore conſumi. Tunc

reuelante

A reuelante ſibi Spiritu ſancto , ait ad plebem. Quiquis
habet vaſculum, eiciat foras in plateam , & deprecetur
Dominum. Dabit enim vobis hodie largitas eius aquas
in abuodantia , vt non deficiatis vos & paruuli veſtri.
Hæc eò dicente, nubes ſubitò texerunt cœlum, & deſ-
cendit imber magnus de cœlo, cum tonitruis & coruſ-
cationibus ſuper caſtrum , duplum populis beoeficium
præbens , pluuia arcens ſitim, fragoribus effugans ho-
ſtem. Completaque ſunt vaſa omnium , & ſatiati ſuot
cuncti: ſicque obtentu ſacerdotis fugatis aduerſariis, po-
pulus ſaluatus à caſtro diſceſſit. Io monaſterio autem
loci illius plenus dierum tranſiit , ibique ſepultus eſt:
ad cuius ſepulchrum ſæpiùs infirmi ſanantur. Puerulus
autem vnus ex familia Eccleſiæ Turonicæ in valetudi-
nem corruit. Is cùm anhelus occumberet, ac in extre-
mis poſitus, putaretur ſpiritum exhalare, ad eius baſi-
licam deportatus , protinùs extincta febre ſanitati eſt
redditus. Sed & puella de his mancipiis ſimili ſorte fe-
bricitans , cùm ante cancellos monumenti fuiſſet ex-
B poſita , in ipſa die incolumitati eſt reſtituta. Ad nos
verò cùm horum notitia deueniſſet, puerum humiliatis
capillis huic monaſterio ceſſimus. Puellam verò mutata
veſte cœtu ſanctimonialium coniungi præcepimus , ad
ſeruiendum Deo.

CAPVT XXIII.

De Iohanne recluſo.

REquieſcit haud procul ab hac baſilica Iohaones
quidam presbyter, natione Brito , in ſumma reli
gione degens , per cuius manus Dominus multa ſigna
ſanitatum digoatus eſt operari : qui ob amorem diui-
num ab aſpectibus ſe hominum cohibens , patuulam
oratorij cellulam babebat ante ipſam Cainooenſis vici
Eccleſiam : ibique in viridariolo quod manu propria
C excolebat, lauros arbores plantauerat, quæ nunc vaſtis
columnarum fomitibus iocundarum frondium amœ-
nitate tenduntur. Sub quarum vmbraculo vir ſanctus
conſidens aut legebat aliquid, aut ſcribebat. Cuius poſt
obitum cùm arbores illæ , vt diximus , patulis diffuſæ
ramis obumbrarent locum viridarij , vna ex his vetu-
ſtate seneſcens exaruit. Tunc cuſtos loci effoſſa cum
radicibus columna , inciſis ipſis cum ramis ſuis ſcam-
num adaptat. In quo interdum aut reſideret laſſus , aut
aliquid ſecurè decideret , cùm neceſſitas exegiſſet.
Quod cùm per duos annos aut ferè ampliùs ſcamnum
in hoc vſu habuiſſet , tactus vt credo inſpiratione diui-
na dolore cordis ait: Væ mihi quia peccaui, vt arborem
quam talis ſacerdos propria manu plantauit , ego ad di-
uerſas neceſſitatum vtar ſeſſiones : & hæc dicens ac-
cepto ſarculo, effoſſa humo , & inciſis ſcamni pedibus,
poſuit ipſum ſub terra, repleuitque foſſam humo. Mi-
rum dictu , adueniente verno tempore ſicut reliquæ ar-
bores floreſcunt , ita & hæc columna quæ viri manu,
D vt ita dixerim , ſepulta fuerat , rediuiua in ſoſpitate vi-
reſcens, nouas frondes emiſit. Extaot de ea hodie quo-
que virgulta in quinûm ſenumque aut ferè ampliùs pe-
dum altitudine, quæ annis ſingulis incrementum ſumen-
tia, à Domino ſubleuantur.

CAPVT XXIV.

De Monegunde Religioſa.

APud ipſam verò vrbem Turonicam Beata Mone-
gundis obiit. Fuit autem ex Carnoteno territorio:
quæ relinquens tam patriam quàm parentes , ad hoc
tantùm Turonos expetiit, vt orationi vacaret: per quam
Deus crebrò miracula oſtendere eſt dignatus. Nam ſi
quis puſtulam malam incurriſſet, & ad eam veniens orà-
tione precabatur , confeſtimque illa proſternebatur ad E
ſupplicandum Dominum , & colligens folia cuiuſlibet
oleris aut pomi ſaliua inlinebat , faciénſque Crucem
ſuper vlcus imponebat folium , confeſtimque ita omne
venenum euaneſcebat , vt nihil dignum lethi ægrotus
vltrà perferret. Quartanariis quoque & gulam dolen-
tibus , data benedicta aqua ſæpiùs medebatur. Ad cu-
ius nunc ſepulchrum aſſiduè infirmi confluunt & ſa-
nantur : nam quanti frigora paſſi , quanti à puſtulis
malis veneno inualeſcente præmortui , quanti dyſente-
ria ibi ſunt ſanati , viritim non poteſt explicari. Sed
quoniam multa ex his in libro quem de eius vita con-
ſcripſimus, memorauimus, quæ deinceps geſta ſunt, ia-
cere nequiuimus. Probati Archidiaconi noſtri famula
grauiter à quartano typo quatiebatur; & iam propè an-
num in hac febre ægrotabat: quæ inter manus parentum
depoſita ſuper tumulum ſanctum, domum incolumis eſt
relata.

F

CAPVT XXV.

De Senoch Abbate.

SEnoch Abbatis vita dudum à nobis ſcripta fuit. In
quo libello multis eiuſdem virtutibus memoratis fi
nem fecimus : ſed quoniam ad eius tumulum virtus ap
paruit , ſileri a nobis abſurdum fuit. Nantulfus autem
puer nimia cæcitate detentus , & ipſam adhuc adoleſ-
centiam ætatis primæ ab hoc contagio deturpatam iu-
giter deflens , huius Sancti expetiit tumulum atque
proſtratus, & humili prece ſubnixus, flagitat ſibi eius
ſuffragio lucem perditam reuocari. Quatriduum in hoc
precatu perdurans , reſeratis oculis illuminatus abceſ-
ſit: ſed & nunc multi ſrigoriticorum aliorúmque mor-
borum detenti incommodo, vt pallio eius aut decerpſe-
rint fimbrias, aut contigerint , mox ſanantur. Hactenus G
de Turonicis.

CAPVT XXVI.

De Sancto Simeone à columna.

SImeon verò Confeſſor qui in Columna pagi An-
tiochenſis dicitur ſtetiſſe, frequenter incolis tribuit
ſanitates. Et quia vt legitur in eius vitæ libro , nullam
vnquam mulierem poſt conuerſionem oculis attentis
inſpexit: poſtquàm verò Columnæ editori ſe ſanctitate
feruens inuexit, non modò extraneæ mulieri , verum-
etiam nec propriæ matri ſe videndum permiſit. Et nunc
etiam locum ipſum ab huius ſexus defenſat acceſſu.
Nam ferunt quandam mulierem indutam fuiſſe veſte
virili, & in baſilicam ingredi voluiſſe columnæ. Tracta-
uit ſecum miſera agere poſſe per indumentum , quod
latere poſſet altiſſimum , ignorans illud Apoſtoli, quia H
Deus non irridetur : & licèt ibi veniens ad templum, ere-
xit pedem, vt ſanctum ingrederetur limen, tamen pro-
tinus retrorſum ruens, cecidit & mortua eſt: ſatiſq; fuit
populis ne hæc vltra mulier vlla præſumeret , cùm in
iſtam cerneret, vltionem peſſimè irrogatam.

CAPVT XXVII.

De ſepulchris presbyterorum in baſilica Sancti Martialis.

IGitur Sanctus Martialis Epiſcopus à Romanis miſſus
Epiſcopis , in vrbe Lemonicina prædicare exorſus
eſt ; euerſiſque ſimulachrorum ritibus, repleta iam cre-
dulitate Dei vrbe, migrauit à ſæculo. Erant tūc temporis

A cum eo duo presbyteri, quos ſecum ab Oriente adduxit in Galliam: verùm vbi completi ſunt dies eorum, vt & ipſi vocarentur de hoc ſæculo, coniunctis ſarcophagis in eadem crypta in qua ſanctus Epiſcopus, ſunt ſepulti: & vnus quidem parieti proximus, alter verò huic contiguus erat: ſuper terram tamen vtrique ſtabant: ſed non poterat alteri propter illum qui primus erat, honor impendi, hoc eſt non niſi palla expandi poterat, non lumen accendi. Quòd cùm incolæ loci moleſtè ferrent, quodam manè accedentes ad cryptam, inuenerunt ſepulchra diuerſis parietibus eſſe locata: & ſic acceſſus liber ad vtrumque ſepulchrum patuit, & qualiter beatus Antiſtes vt cultor Dei venerareiur, enituit.

Capvt XXVIII.

B

De miraculis ad ſepulchrum eius factis.

PVella quædam cui neſcio quo exiſtente peccato, manus vna diriguit, ac digiti palmæ defixi erant, ad eius ſepulchrum aduenit, confiſa de virtute Confeſſoris, quòd poſſet eius interceſſio manum aridam abſoluere, cuius prædicatio populum vania ſuperſtitionum ritibus intentum abſoluit. Celebratis ergo vigiliis in ipſa nocte feſtiuitatis, dum attentè iuxta ſepulchrum orat, manum ſuam directis digitis populo teſte ſanatam miratur adtonita.

Capvt XXIX.

De eo qui loquelam à Sacerdote recepit.

C QVidam eloquium emeruit hoc modo: hic etenim, vt cruda operatur ruſticitas populorum, iuramentum mendax in Eccleſia protulit: mox rigente lingua, mutus effectus eſt, ita vt non vocis humanæ, ſed bidentis mugitum ſimulare videretur. Adueniens autem ad huius Confeſſoris tumulum, proſternitur ad orationem, ſenſitque vt poſteà aſſerebat, tanquam ſi aliquis guttur eius tangeret: quod vt credo, virtus erat Dominici Confeſſoris. Egreſſuſque, presbyterum qui aderat nutu deprecabatur, vt ſignum Crucis faucibus clauſis imponeret. Quod cùm presbyter feciſſet: iterùm proſternitur ad orationem, protinúſque eleuatus vocis officio redditu, omnia quæ pertulerat, proprio patefecit eloquio.

Capvt XXX.

De Sancto Stremonio Epiſcopo Aruerno.

D PEr Sanctum etiam Stremonium qui & ipſe à Romanis Epiſcopis cum Gratiano beatiſſimo & reliquis quos memorauimus, eſt directus, primum Aruerna ciuitas verbum ſalutis accepit, eóque prædicante ſalutarem mundi redemptoréмque omnium Chriſtum Dei filium credere cæpit. Huius autem ſepulchrum apud Iciodorenſem vicum habetur, ad quód cruda ruſticitas, licèt ſciens quod quieſceret, nullum tamen ibi exhibebat honoris cultum. Poſt longinqua verò annorum curricula, Cautinus qui ipſius Aruernæ vrbis Epiſcopus datus eſt, in diaconatu ſuo Eccleſiam vici illius rexit. Igitur dum nocte quadam in lectulo cellulæ ſuæ, quæ huic baſilicæ adhærebat, decumberet, audiuit pſallentium quaſi patum reſonantibus vocibus: & ſurgens vidit templum magno ſplendente lumine, & obſtupefactus aſpicit intrinſecus. Erat enim cellula illa in ſuperiore contra feneſtras templi: & vidit, & ecce circa tumulum multitudo albatorum tenentium cereos & pſallentium. Quòd diutiſſimè cernens cùm diſceſſiſſent, E ſtatim facto mane, iuſſit tumulum cancello vallari, ac palliolis nitentibus obuelari, præcepitque reuerentiam loco illi impendi. Ex hoc enim oratio ſuper tumulum funditur, & auxilia Antiſtitis impetrantur. Hæc ab ipſius Epiſcopi ore audiui.

Capvt XXXI.

De eo qui eulogias accepit à Sacerdote.

MAgna etiam gratia eſt, ſi ſacerdotium dignè cuſtodiatur in actu: ſi enim homini iniquo ac perſecutori iuſtitiæ tantùm contulit ſacerdotium, vt prophetiam mereretur, id eſt Caiphæ, qui prophetauit vnum oportere mori de populo, ne gens tota periret: F quantò magis timentibus Deum, & ſanctè ac purè ſacerdotium cuſtodientibus tribui poteſt à maieſtate diuina? vt etiam iuxta Iacobum, proſit infirmis cum oratione viſitatio ſacerdotis, & plerumque conferat præſidium ſola tantùm eulogiarum porrectio eius ex manu, ſecundùm illud quod apud Aruernos geſtum in adoleſcentia mea in veritate cognoui. Quidam presbyter ſolitarius iter carpens, ad hoſpitiolum cuiuſdam pauperis Limanici manſionem expetiit. Qua accepta, iuxta morem ſacerdotum, nocte ab ſtratu ſuo conſurgens, orationi adſtitit: ſed & homo quem neceſſitas compellebat, lignum ex ſiluis euehere, valdè maturè ſurrexit. Et ſicut mos ruſticorum habet, nondum inchoante luce, poſtulat cibum à coniuge, quæ ſine mora porrexit. Acceptum verò homo ille panem, non priùs comedit, quàm à ſacerdote benediceretur, aut ab eo eulogias acciperet, quibus acceptis, ſumpſit & abiit. Cúmque ad amnem adhuc ante lucanum veniſſet, impoſito plauſtro cum bobus, in ponte qui ſuper nauem locatus erat, alterum tranſmeare cæpit in littus: verùm vbi in medium amnis deuenit, audiuit vocem dicentem: Merge, G merge, ne moreris. Cui reſpondens vox alia ait. Sine tua etiam admonitione quæ proclamas feciſſem, ſi res ſacra meis conatibus non obſtaret. Nam ſcias eum eulogiis ſacerdotis eſſe munitum: ideò ei nocere non poſſum. At ille voces audiens, & perſonam nullius cernens, ac de ſe verba iactari cognoſcens, conſignans ſe Cruce Dominica gratias Deo egit, quòd ei pars aduerſa præualere non potuit. Tunc in littus vlterius progrediens, cum optato onere domum regreſſus eſt ſaluus.

Capvt XXXII.

De duobus amantibus.

DVos fuiſſe apud Aruernum, virum ſcilicet & puellam refert antiquitas, qui coniuncti coniugio, non coitu, & in vno ſtratu quieſcentes, non ſunt ab alterutro polluti in voluptate carnali: poſt multos verò an- H nos cùm eis eſſet latenter vita caſtiſſima ex conſenſu pari, vir tonſuratus ad clericatum, puella verò religioſum induit veſtimentum. Pactum eſt autem, vt impletis diebus puella migraret à ſæculo: denique vir eius præparata ſepultura, exhibuit corpuſculum ad ſepeliendum. Cúmque eam ſepulchro reconderet, arcanum quod inter eos conuenerat, eleuatis manibus ad cœlum pandit, dicens: Gratias tibi rerum omnium artifex ago, quòd ſicut mihi eam commendare dignatus es, ita tibi reddidi ab omni voluptatis contagio impollutam. At illa ſubridens, ait: Sile, ſile, vir Dei, quia non eſt neceſſe fateris noſtrum nemine interrogante ſecretum. Poſt hæc obtecta opertorio receſſit. Non poſt multum verò tempus & ipſe migrauit à ſæculo, ſepultúſq; eſt in loco ſuo. Erat autē in vna quadam baſilica, ſed è diuerſis parietibus vtrumque ſepulchrum habebatur: & vnum

A quidem ad Meridiem, alterum ad Aquilonem. Manè autem facto, inuenta ſunt pariter eſſe ſepulchra, quæ vſque hodie ſic perdurant: idcircò nunc incolæ, duos amantes vocitant, & ſummo venerantur honore.

CAPVT XXXIII.

De Amabili presbytero.

FVit etiam in ſupradicta Aruerna vrbe admirabilis ſanctitatis Amabilis quidam vici Ricomagenſis presbyter, qui virtutibus magnis præcellens, ſæpe ſerpentibus dicitur imperaſſe. Nam ad huius tumulum cùm Dux Victorius deſpexiſſet orare, adfixo è regione equo nequaquam poterat amouere. Quem cùm flagris ſtimulisque vrgeret, & ille quaſi æneus ſtaret immobi-
B lis, tandem aliquando Dux à ſuis commonitus, qui vt ita dicam, ipſi pecudi ſimilis erat factus, ad orationem deſcendit, cùmque fideliter oraſſet, quò voluit iuit. Ad huius ſepulchrum energumenum vidi mundatum, periurantem diriguiſſe vt ferrum: crimen confeſſum, illico abſolutum.

CAPVT XXXIV.

De Georgia Religioſa.

FErtur etiam fuiſſe in ea vrbe puella quædam religioſa atque deuota Deo, quæ in rure commanens, quò ab vrbica populatione ſummota liberiùs dignas Deo laudum hoſtias exhiberet. Quotidiè autem ieiunüs & orationibus inſiſtebat. Factum eſt igitur, vt migrans ab hoc mundo, ad baſilicam oppidi cauſa ſepe-
C liendi portaretur: verùm vbi leuato feretro corpus per viam ferri cœpiſſet, adueniens grex magnus columbarum ſuper eam volare cœpit, atque illuc volitando ſequi, quò hæc à proximis ferebatur. Qua in baſilicam delata, grex totus ſuper tectum ædis ipſius viſus eſt conſediſſe. Illáque ſepulta, ad cœlos euolauere columbæ, vnde non immeritò Georgia nuncupata eſt, quæ ſic exercuit mentem cultura ſpiritali, vt adepto virginitatis ſexageſimi fructus prouentu egrediens de ſæculo, cœleſtibus honoraretur exequiis.

CAPVT XXXV.

De ſepulchro effracto in baſilica Sancti Venerandi.

D IN baſilica autem Sancti Venerandi, quæ Sancti Illidij eſt proxima, tranſuoluta cellula à parte Occidentis fuit, in qua multa ex marmore Pario ſepulchra ſculpta ſunt, in quibus nonnulli virorum ſanctorum ac mulierum religioſarum quieſcunt: vnde non ambigitur, eos eſſe Chriſtianos, quia ipſæ hiſtoriæ ſepulchrorum de virtutibus Domini & Apoſtolorum eius expoſitæ ſunt. Eo quoque tempore, quo Georgius Valanorum ciuis, Aruernæ vrbis Comitatu potiebatur, pars tranſuolutionis illius, quæ per longinquæ incuriæ negligentiam pluuiis erat infuſa ſuper vnum eorumdem ſarcophagum ruit, opertoriúmque eius impulſum in fruſta comminuit: in quo adparuit puella iacens ita membris omnibus ſolidata, quaſi nuper ab hoc ſæculo fuiſſet adſumpta. Nam facies manúſque eius cum reliquis artubus integræ erant cum ingenti cæſariei longitudine, ſed credo eam aromatibus fuiſſe conditam: veſtimentum autem quod artus tegebat exanimes, aquarum vi erat inlæſum, nulláque putredine reſolutum, aut ni-

E gredine quacunque fuſcatum. Quid plura? ita adparebat integra, vt dormiens potiùs quàm mortua putaretur. Autumabant autem quidam noſtrorum ob candorem veſtimenti holoſerici in albis eam tranſiiſſe. Aiebant etiam annulos murenulaſque aureas circa eam repertas, & clam ne Epiſcopus ſentiret, ablatas: nulla tamen ætas temporis noſtri cuius meriti generiſque aut nominis fuerit, aut opinione aut lectione cognouit. Dum autem hoc corpuſculum per anni vnius ſpatium detectum iaceret, nec eſſet qui reſpectu humanitatis, huic adhiberet ſepulchro tegumen, contigit vt vxor antedicti Comitis viri poſt obitum grauiter ægrotaret, ac diuturna valetudine obtenta oculorum lumine mulctaretur. Quæ laxata à febre, vocat medicos, diuerſa adhibet ſtudia, largitur & præmia. Sed nullis potuit modis ab eiſdem elicere medelam, donec tandem aliquando pietas Domini commota reſpiceret. Adparuit enim ei perſona quædam per viſum noctis, dicens. Si vis vi-
F ſioni priſtinæ reſtaurari, perge quantocius, & require lapidem mundum, ac ſarcophagum puellæ quieſcentis, quod in baſilica ſancti Venerandi detectum habetur, citiùs tege: mox detectis viſibus oculorum tuorum clarè cuncta proſpicies. Quo facto, vt vas illud clauſit opertorio, protinus apertis oculis lumen recepit ex integro: vnde non ambigitur, eſſe eam nobilis meriti, quæ talia præſtare potuit ægrotanti.

CAPVT XXXVI.

De aliis ſepulchris Sanctorum in eadem baſilica.

SVnt autem in hoc loco multa ſepulchra, quæ vt diximus, fidelium eſſe probantur. Habetur enim ibi tumulus huic à læua contiguus, longitudine, latitudine, altitudine, omnique poſitione conſimilis: in huius fron-
te ſuperiore habetur ſcriptum, Sanctæ memoriæ Gallæ: G
Eſt & illud nihilominus ſepulchrum multis meritis glorioſum, inter egreſſum baſilicæ Sancti Illidij & ingreſſum templi beati Venerandi in edito poſitum, in quo ferunt Alexandrum quendam religionum fuiſſe ſepultum: de quo frequens infirmorum neceſſitas eraſo puluere hauſta dilutione, e templo conſequitur ſoſpitatem, vnde tam frequens exequitur medicamentum, vt pro aſſiduis beneficiorum commodis transforatum ab aſpicientibus cernatur. E regione autem huius ſepulchri ſi ingrediaris per oſtium in baſilicam Sancti Venerandi, dextra de parte ſepulchrum paruulum contemplaberis ſuper terram ſitum, ruſticiori formatum lapide: ſed ignotum eſt omnibus quis quieſcat in eo. Nam haberi in eo diuinum aliquid res ipſa quam dicturus ſum pandit. Mendicus quidam, vt ipſi oculis noſtris inſpeximus, ſuper ipſum erat ſolitus conſidere: ſed credo eum, vt fragilitas humana præbet, in aliquod indignum facinus obuolutum: quia virtute quieſcentia cum ſonitu magno
excuſſus longè proiectus eſt, ſepulchrúmque medium H
crepuit, quod vſque nunc ita cernitur: indignum quippè ſe hominem humatus exiſtimauit qui ſuper hos artus deberet facere ſeſſionem. In hac enim baſilica & beatus Martyr Liminius eſt ſepultus: cuius agonia hiſtoria cùm ab incolis teneatur, nullus tamen ei cultus venerationis impenditur. Sunt enim ibi, vt diximus, inluſtrium meritorum viri, quorum nomina ignota incolis, ſcripta tamen vt credimus retinentur in cœlis.

CAPVT XXXVII.

De Sanctorum Venerandi, Nepotianique Epiſcoporum ſepulchris.

ESt, ibi & ſepulchrum ipſius Sancti Venerandi, Epiſcopi, à quo hæc ædes nomen accepit, ſub analogio

A compoſitum, ſuper quod caput per feneſtellam quicunque vult, immittit, precans quæ neceſſitas cogit, obtinétque mox effectum, ſi iuſtè petierit. Ibi & ſanctus Nepotianus Epiſcopus requieſcit, qui fuit in ſæculo ſummæ vir ſanctitatis, obtinens nunc eum Domini potentia, quæ ab eo fuerint implorata. Sæpè enim ſuper hæc ſepulchra frigoriticorum oratio fuſa deſideratam obtinet medicinam.

Capvt XXXVIII.

De Monacho quem orantem Abbas ſpectabat.

MAgna quondam fuerunt mundi luminaria, quæ vt Sol radiis, ita mundum virtutibus illuſtrabant. Aiunt ergo in quodam monaſterio fuiſſe monachum, B qui cùm apud alios iuxta regulas monaſteriorum orationi & lectioni inſiſteret, ſecretius tamen atque peculiarius omnipotenti Deo ſacrificia reddebat orationum. Nam poſt impletum in oratorio curſum, eleuabatur clam à præſentia fratrum: & abiens inter condenſas rubos buxóſque & ilices, vbi iam ſpes erat, quod à nullo niſi à ſolo inſpiceretur Deo, proſternebat ſe in orationem. Verùm poſtquàm decumbens, Dominum diutiſſimè deprecatus fuiſſet, eleuans ſe ab humo, erectis ad cœlum palmis atque luminibus, pſalmorum tacitè ſeriem recitabat: & in tanta compunctione cœlo erat intentus, vt riui lachrymarum ab eius oculis vehementer effluërent. Quod cùm vnus fratrum cautius proſequens, præuidiſſet, Abbati non ſiluit. Ille verò attentus quando ad hæc agenda properaret, proſecutus eſt à longe, & proſtratus ſolo, expectabat quid fidelis diſcipulus exerceret. At verò adtentus à longè, vidit miraculum magnum: nam ab vtraque parte oris eius flamma procefferat, & in lon- C go paulatim deducta, quaſi fumiculus ſuper aſcendit, coniunctáque ſimul pharum magnam effecit, quæ vſque ad cœlos videbatur ſcandere: & quanquam coma in ſublimi producta excreuerit, non tamen erat noxia capiti. Stupens viſu Abbas, compreſſit ſe paululum: ille verò completa oratione, ad monaſterium rediit. Abbas autem per viam aliam eſt ſecutus, multis poſtmodum opprobriis monachum arguens ad vanam gloriam coërcendam, non tamen indicans quæ vidiſſet.

Capvt XXXIX.

De igne qui à reliquiis Sanctorum ſæpè prorupit.

MYſticum, vt opinor, hic ignis continet ſacramentum, & tenebræ ſenſus mei eum intelligere D non queunt, qualiter adparens lumen tantùm præbet, nec quicquam adurit: vnum tantùm ſcio, quod iuſtis aut ſuper iuſtos adparent iſta. Nam Moyſi in rubo, reliquiſque patribus adparebat in holocauſto. Beati quoque Martini prorumpens è capitis vertice, cœlorum ardua penetrauit. Nam & Brachionem Abbatem ſæpius audiui referentem, ſicut in libro vitæ eius ſcripſimus, dum in antedicti Pontificis baſilica nocturnas excubias celebraret, & reliquiæ ſanctorum à peregrinis delatæ ſuper altare haberentur, ſubitò globus ignis ab eiſdem emergens vſque ad cameram templi viſus eſt conſcendiſſe: ſed nõn multis vt ipſe aiebat oſtenſus eſt: ſic & in dedicatione oratorij noſtri adparuit, ſicut ſuprà memorauimus.

Capvt XL. E

De viſionibus pro patris mei infirmitate habitis.

SEd nec illud abſurdum eſt credere, quod ſæpiùs per viſiones expertas Dominus reuelare dignatur, qualiter aut honorentur ſancti, aut infirmi medicamina conſequantur. Nam reculo geſtum in infantia, cùm pater meus ab infirmitate humoris podagrici laboraret, & ardore febrium ac doloribus multis adtenuatus, lectulo decubaret, vidiſſe me in viſu noctis perſonam dicentem mihi. Legiſti ait, librum Ieſu Naue? Cui ego. Nihil aliud literarum præter notas agnoui, in quarum nunc ſtudio conſtrictus adfligor. Nam hic liber prorſus an ſit ignoro: & ait. Vade, inquit, facitóque haſtulam paruulam ex ligno quod hoc nomen recipere poſſit, F ſcriptúmque ex atramento ſub paterni capitis fulcrum colloca: erit enim ei præſidium, ſi quod loquor impleueris. Manè autem facto, matri quæ videram indicaui: iubet impleri viſionis præcepta. Quod cùm feciſſem, ſtatim genitor ab infirmitate conualuit. Decurſo quoque alterius anni curriculo, iterum ab hoc incommodo capitur: accenditur febris, intumeſcunt pedes, dolore peſſimo neruí intorquentur. Hæc perferente dum cum magno gemitu in ſtratu decumberem, vidi iterum perſonam in viſione interrogantem me, ſi librum Thobiæ cognitum nunc haberem. Reſpondi, quod non legerim, qui ait. Noueris hunc fuiſſe cæcum, cuius filius Angelo comite, dum iter ageret, in flumine piſcem cæpit. Cuius indice Angelo, cor iecúrque ſuſtollens, patris ſubfumigat oculos, qui ſtatim fugatis tenebris lumen recepit. Vade igitur tu, & fac ſimiliter, & accipiet refrigerium dolorum genitor tuus. Hæc matri cùm referrem, confeſtim pueros ad amnem dirigit: piſcis capitur, ſubtracta ſunt de extis quæ iuſſa fuerant, G & prunis impoſita: at vbi primùm fumus odoris patrem adtigit, protinus tumor dolórque diſceſſit.

Capvt XLI.

De Sancto Germano Antiſiodorenſi.

GErmanus autem glorioſus Confeſſor in vrbe Roma obiit: inde verò leuatus poſt dies ſexaginta, ad ciuitatem Antiſiodoram delatus, ſepulturæ mandatus eſt. Tempore autem Teudechildæ Reginæ, Nunninus quidam tribunus ex Aruerno de Francia poſt reddita Reginæ tributa reuertens, Antiſiodorenſem vrbem adiit, cauſa tantùm religionis, prouolutúſque ad beati ſepulchrum, cùm diutiſſimè oraſſet, extracto de vagina tigre lapidem qui ſuper venerabile ſepulchrum habebatur, nemine vidente percuſſit. De quo excuſſa particula modica, H tanquam æneus diriguit, ita vt nullum membrum poſſet vllatenus iudicare, aut vocem emittere. Videntes autem eum pueri ſic iacere, neſciebant quid ei eueniſſet. Accedens verò vnus eorum cùm eum interpellaſſet, & nullum ab eodem reſponſum accepiſſet, tũc ille, vt erat rigidus, in corde ſuo intelligens ſe damnatũ, vouit dicens. Scio me præſumptuoſum extitiſſe beatiſſime Confeſſor: ſed deuotio exegit vt præſumerem: & ideò ſi me dignatis abſoluere, & ad propria cum tua gratia redire permiſeritis, in baſilica has reliquias condẽs, feſtiuitatem tuam deuotiſſimè annis ſingulis celebrare curabo. Cuius clauſum murmur vir ſanctus intelligens, eum abſoluit, & abire eum permiſit incolumem. Qui veniens reliquias illas in Eccleſia poſuit, & ſancti feſta per ſingulos annos fideliter celebrauit. Quodam autẽ tempore ad ſupradictam baſilicam, in qua reliquiæ cõditæ ſunt, cum Auito Epiſcopo acceſſimus. Quò cùm ſanctus

Pontifex ieiunus ingreſſus fuiſſet hura quaſi decima, omnes qui cum eo eramus, odotam liliorum & roſarum natibus hauſimus, quod nobis beati Pontificis præſtitum merito non ambigimus. Erat enim menſis nonus. Actum in vico Muſiacas.

Capvt XLII.

De Hilario Diuionenſi Senatore.

APud caſtrum Diuionenſe Hilarius quidam ex Senatoribus habitauit habens coniugem, ex qua & filios dicitur ſuſcepiſſe: ſed omnem domum ſuam ita in caſtitate atque omni puritate tam animi quàm corporis excolebat, vt nullus ibi adulterium exercere præſumeret, eſſétque impletum in hac domo, quod dudum ſancto repletus Spiritu Apuſtolus prædicauit, *Honorabile connubium, & thorus immaculatus.* Hic itaque tam inter dominos, quàm inter famulos caſtitate pollente, obiit vir ille: qui qualis quantúſque fuerit iuxta ſeculi dignitatem, ſepulchrum eius hodie pateſacit, quod marmore Pario ſculptum retinet. Quo defuncto, & iuxta humanam conſuetudinem ſepulturæ mancipato, mulier deducto anni circulo ægrotauit, obiitque, atque ablata eſt. Et quoniam ſepulchrum illud tam immenſum erat, vt ipſam iuxta imperium viri ſuſciperet, amoto opertorio dum locaretur in tumulo, eleuata vir dextera, coniugis ceruicem amplectitor: quod admirans populus, depoſito ſeceſſit opertorio, cognouitque quæ eis caſtitas, qui timor in Deum, quæ etiam inter ipſos dilectio fuiſſet in ſeculo, qui ſe ita amplexi ſunt in ſepulchro.

Capvt XLIII.

De ſancta Florida & Paſchaſia.

IN hac autem baſilica & ſancta Florida quieſcit, quæ vt ferunt incolæ, veſte mutata religioſa valdè fuit. Eſt haud procul & alia baſilica, in qua Paſchaſia ſancta quieſcit. Hæc fertur adparuiſſe ſtructoribus baſilicæ ſancti Benigni Martyris, qui ſecus habetur, hortans vt ad opus cœptum inſiſterent, ſciréntque ſe Martyris adiutorio adiuuari: quæ in baſilicam ſuam regreſſa nuſquam comparuit.

Capvt XLIV.

De ſancto Tranquillo Epiſcopo.

IN hoc loco & Tranquillus beatus Confeſſor requieſcit, ſoper terram ſepulchtum habens, de quo magnum beneficiom præſtame petentibus. Nam de muſſulis ſupernatis medicamina populi promerentur, vnde ego valdè experimentum tuli. Námque cùm manus meæ minutis efferbuiſſent puſtulis, & dolores peſſimos ob hoc grauiter ſuſtinerem, de hac muſſula tactas quieſcente humore protinus retuli ſanas.

Capvt XLV.

De Seuerino Burdegalenſi Epiſcopo.

HAbet & Burdegalenſis vrbs patronos venerabiles, qui ſæpiùs ſe virtutibus manifeſtant, ſanctum Seuerinum Epiſcopum ſuburbano murorum ſumma excolens fide: & licèt iam diximus in prologo libri huius, vt ea tantùm ſcriberemus quæ Deus poſt obitum Sanctorum ſuorum eis obtinentibus eſt operari dignatus: tamen non puto abſurdum duci, ſi de illorum vita memoremus aliqua, de quibus nulla cognouimus eſſe conſcripta. Sanctus igitur Seuerinus, vt ipſorum Burdegalenſium clericorum fidelis relatio profert, de partibus Orientis ad eandem deſtinatur vrbem. Dum autem iter ageret, & Eccleſiam Burdegalenſem Amandus Epiſcopus regeret, adparuit ei Dominus in viſu noctis dicens. Surge & egredere in occurſum famulo meo Seuerino: & honora eum ſicut honorari Scriptura ſancta docet, amicum diuinitatis: melior eſt enim te meritiſque ſublimior. Exurgens autem Amandus Epiſcopus accepto bacillo in manu ſua, perrexit in occurſum eius, nihil de viro ſancto ſciens, niſi quæ Dominus reuelaſſet. Et ecce ſanctus Seuerinus veniebat quaſi obuiam ei. Tunc adpropinquantes ſibi, ac propriis ſe nominibus ſalutantes, ruunt pariter in amplexus, deoſculatique fuſa oratione, Eccleſiam cum magno pſallentio ſunt ingreſſi. Quem deinceps intantum dilexit ac veneratus eſt Amandus Epiſcopus, vt eum in locum ſuum ſubſtitueret, ac ipſe quaſi iunior habebatur. Denique poſt paucos annos, obiit beatiſſimus Seuerinus: quo ſepulto Amandus Epiſcopus recepit locum ſuum, quem ei dubium eſt per obedientiam redditum, quam in Dei ſanctum exercuit. Ex hoc incolæ cognita eius ſanctitate, patronum ſibi adſciſcunt, certi quod ſi quando que vrbem, aut morbus obrepat, aut hoſtilitas obſideat, aut aliqua querela percellat, protinus concurrentes populi ad baſilicam Sancti indictis ieiuniis vigilias celebrant, deuotiſſimè orationem fundentes: & mox ab imminenti calamitate ſaluantur: vitam tamen huius poſtquàm hæc ſcripſimos, à Fortunato Preſbytero conſcriptam cognouimus.

Capvt XLVI.

De Romano eiuſdem vrbis Presbytero.

HAbetur in hoc territorio & ſanctus Romanus Preſbyter, quem vt ſcripta vitæ eius edocent, Martinus noſter ſepulturæ locauit. Eſt autem ſepulchrum eius contiguum Blauienſi caſtello, ſuper littus amnis Garonnæ: in quo ſæpiùs naufragio perituros virtutis ſuæ ſaluat occurſu, proclamantes inter fluctus torrentis vndoſi. Miſerere noſtri ſanctæ Romane Confeſſor Dei: ſed mox ſedata tempeſtate, optato littore potiuntur. Nec enim fas eſt, vllum perire naufragio, qui eius baſilicam amnis de medio contemplari meruerit. Quod & nos valdè in grandi neceſſitate experti ſumus. Nam cùm imber creberrimus per multos defluens dies, amnem Garonnam extra littora eieciſſet, atque impellente vento validis fluctibus exundaret, eleuarentúrque fluctuum montes validi, qui non paruum intuentibus ingererent metum, exoratus beatus Confeſſor obtinuit, ſicut credimus virtutis ſuæ ſuffragio, vt compreſſis fragoribus, planum præberet fluminis alueum: & ſic ingreſſi nauem, ad ripam alteram ſine periculo ſumus deuecti.

Capvt XLVII.

De duobus Presbyteris pſallentibus.

SVnt etiam ſub eiuſdem territorij vico ſepulti duo Preſbyteri, vt res ipſa declarat, egregiæ ſanctitatis viri. Nam eos poſt ſepulchra viuere, ipſius rei miraculum quæ geritur manifeſtiſſimè docet. In vna quidem ſunt ſepulti baſilica, ſed è diuerſis parietibus.

A Nam vnius eorum ſepulchrum à parte Auſtri, alterius habetur ad Aquilonem. Igitur cùm ad implendum officium clerici pſallentium cœperunt exercere, & choris à ſe factis Domino turba canora conueniret, miſcetur publica vox vtriuſque pſallentio: & vnius quidem chorus vnius vocis adiutorio adiuuatur, alius verò alterius vocis modulamine conualeſcit. Tantæque eſt ſuauitatis huius concentus, vt audientium ſæpè mulceat attentos auditus: probantur & cum his pleraque indulgeri beneficia, ſi fidelis oratio præmittatur. Agitur autem hoc in vico Vodollacenſi.

Capvt XLVIII.

De Eccleſia Reontienſi.

B Haud ſecus & Reontio villa eſt, in qua cùm eſſet Eccleſia Catholica, aduenientibus Gothis, ad ſuam ſectæ immunditiam eam tranſtulerunt. Eſt autem ſecus eam domus magna, cúmque adueniret vigilia Paſchæ, hic cum hæreticorum Sacerdotibus paruulos in Eccleſia noſtra tingebant, vt negato ſcilicet Sacerdoti aditu baptizandi, facilius ad hanc ſectam populus implicaretur: ſed ille ſagaci intentione dum ij in Eccleſia noſtra eſſent, hic præparato miniſterio, in domo totum baptizare cœpit, illis in Eccleſia baptizantibus: ſed præcurrente diuina vltione de infantulis quos ibi hæretici tinxerant, id eſt bis denis, nullus ad clauſtrum pertingere potuit viuens. Quod videntes hæretici & domum ſuam Eccleſiam fieri timentes, Presbytero ſuam Eccleſiam reddiderunt. De his verò quos ille baptizauit, nullus eo tempore eſt defunctus, niſi quem Dominus poſt legitimam ætatem vocare dignatus eſt.

C

Capvt XLIX.

De Iuſtino & Miſilino Presbyteris.

Infra terminum autem Betteranæ vrbis, in vico Sexciacenſi ſanctus Iuſtinus Presbyter quieſcit. Qui cùm multis virtutibus polleat, ſæpiùs ad ſepulchrum eius energumeni declamantes mundantur. Huius meritis ac ſanctitate propinquus eſt Miſilinus, qui eiuſdem ordinis officium in Eccleſia habuit: qui apud Taluam vicum huius territorij quieſcit, ſimilibus floreos virtutibus.

Capvt L.

De ſancto Seuerino Presbytero.

D His vrbe & termino ſociatus ſanctus Seuerinus, & ipſe Presbyter ordinatus, nobili ſtirpe progenitus. Nam in rure domus Sexciacenſis, quod in eius ſeſſione ſubſiſtebat, duas Eccleſias ædificauit, templum Dei Sanctorum reliquiis communiuit. Cùm autem dies Dominicus adueniſſet, celebratis Miſſis vno loco, ad aliam pergebat. Erat autem inter vtraſque Eccleſias ſpatium, quaſi millium viginti. Hoc ei erat opus per ſingulos Dominicos dies. Factum eſt autem quadam Dominica, dum hoc iter tereret, & velocius cornipedem calce verberans properaret, caput eius ramus meſpili arboris percuteret. At ille iniuriam ſentiens ait. Areſcere te iubeat Deus, cuius nutu de terra egreſſa es: & confeſtim aruit arbor vſque in ipſis vitturis ſuæ radicibus. Ille verò accedens quò ibat, celebratis ſolemniis, fuit in eodem loco tribus diebus.

E Quarta autem die regreſſus, cùm vidiſſet arborem aridam, ait. Væ mihi qui in amaritudine cordis maledixi huic arbori: ecce enim qualiter aruit: & deſcendens proſtrauit ſe ad radices eius, & ait ad Dominum. Deus omnipotens, cuius nutu omnia gubernantur, cuius imperio non nata creantur, creata viuunt, mortua reformantur: cuius ſalubre præceptum tenentes, viuere nos poſt mortem corporis huius credimus per futuram reſurrectionem: tu præcipe vt reuiteſcat hæc arbor, & ſit ſicut antea. Et ſtatim quaſi per aliquam venarum diſpoſitionem humor à terra conſurgens, per totos arboris patulæ ramos vberi irrigatione diffunditur, lauánſque nodos arentes prorumpentibus foliis reuixiſſe ab aſtantibus eſt mirata. Magna enim illi fuit virtus ac eleemoſyna: ita, vt ſuperiùs dictum eſt de domibus ſuis Eccleſias faceret, ac facultates ſuas in cibos pauperum erogaret. In vna verò earum ſepulchrum ſuum depoſuit, in qua & ſepultus eſt. Solitus erat namque flores liliorum tempore quo
F naſcuntur, colligere, ac per parietes huius ædis adpendere.

Capvt LI.

De lilio ſepulchri eius.

Vnde qualis fuerit vita eius in hoc ſeculo, ita Domino cooperante clareſcit, vt euidentibus nunc prodigiis deſignetur. Igitur lilium quod diximus ab eo collectum, atque in baſilica ſepulchri eius poſitum, prætereunte tempore, laxatis deorſum florum foliis, arente coma emarcuit. Et ita ſiccatum videtur, vt ſi contingatur manu, putetur in puluerem extemplo reſolui, totúmque annum in hac ariditate perdurat. Adueniente verò die, quo Confeſſor migrauit à corpore, in rediuiua viriditate reſurgit. Videáſque fo-
G liis paulatim renitentibus ipſos flores attolli, & ſine vllo aquæ ac telluris humore, in ea ſpecie qua quondam fuerant, renouari: & ſic beatus Confeſſor profert nouos flores è tumulo, qui cum Sanctorum reliquis vt palma floret in cœlo.

Capvt LII.

De ſepulchris quæ eleuantur.

Svb termino quoque vici Iulienſis ſunt tres Presbyteri conſepulti, vt fertur per antiquam relationem nullius conſanguinitatis propinqui vinculo, niſi tantùm in amore Dei ſocij, è cœlo fratres effecti, qui vnius loci ſpatium ſepulchris iuxta poſitis, aſſiduitate miraculorum inluſtrant. Qui cùm multorum annorum curricula in his vbi ſepulti ſunt, loculis quieſ-
H cerent, ſciſſum nuper pauimentum quod calce atque comminuta teſta, quaſi ſilex duriſſima fuſum erat, vnius ſepulchri cacumen adparuit. Quo paululùm eleuato, tellus ſciſſa, apicem alterius patefecit. Illóque emicante, ſecutus eſt tertius tumolus, qui nunc iuxta initium oſtenſionis ſuæ gradatim eleuatur ſuper terram. Sed nunc iam primus, liber à mole terrena, liberum ſe viſibus præſtat humanis: duo adhuc ſequuntur: ſed annis ſingulis proficiunt ad egreſſum. O admirabile myſterium Deitatis, quod actuum ſepultorum puritatem manifeſtat ſeculo, dum prodit è pauimento, & præparat ad reſurrectionem non vermi morituros dandos, ſed luci Solis claritate æquandos, ac dominici corporis conformatione clarificandos: ſunt autem hæc ſepulchra infra terminum quem ſuperiùs diximus, apud vicum Attoam.

A

Capvt LIII.

De ſepulchro Thaumaſti Epiſcopi.

THaumaſtus quoque iuxta expoſitionem nominis ſui, admirabilis ſanctitate, Momociacenſis vrbis fuiſſe fertur Epiſcopus: de qua vrbe neſcio quare demolitus, Pictauum oppidum petiit, ibique præſentem vitam in bona perdurans confeſſione, finiuit. Cui quæ ſit merces in cœlo, ad eius oſtenditur tumulum: cùmque inhabitare paradiſum, prodit virtus egrediens de ſepulchro, illúdque in eo veraciter oſtenditur, quod Dominus Ieſus Chriſtus in Euangelio Marthæ dicit: *Qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me, non morietur in æternum.* Hic ergo ſuper terram ſepulchrum habet ante ipſum atrium beati Hilarij: de quo tumulo eraſus à multis puluis & hauſtus, ita dolori dentium febriúmque medetur, vt qui
B hauſerit, miretur effectum. Nam ita hæc benedictio aſſiduè experitur, vt iam in vno loco ſarcophagus adpareat transforatus.

Capvt LIV.

De Lupiano Confeſſore.

INtra ipſum Pictauorum terminum, qui adiacet ciuitati Namneticæ, id eſt, in vico Ratiatenſi, Lupianus quidam in albis tranſiens requieſcit. Hic fertur à beato Hilario Antiſtite donum baptiſmatis ſuſcepiſſe: ſed mox vt diximus, migrauit à corpore. Cui à Deo bonorum omnium largitore tanta eſt gratia adtributa, vt ad eius ſepulchrum cæcus viſum, paralyticus greſſum, mutus mereretur eloquium.

C

Capvt LV.

De Melanio Redonenſi Epiſcopo.

MElanius autem Redonicæ vrbis Epiſcopus, poſt innumerabilium ſigna virtutum, iugiter intentus cœlo, emicuit ſeculo: ſuper cuius ſepulchrum miram Chriſtiani fabricam celſitudine leuauerunt; ſed inſtinctu maligni, qui ſemper bonis aduerſatur operibus quodam tempore ab igne comprehenditur. Palla etenim erat lignea, quæ ſanctum Confeſſoris tegebat ſepulchrum: ilicet, vbi lignorum congeries flamma dominante truncatur, ruunt tegulæ cum ligaturis, & reliquo tecti adparatu. Vna tamen è trabibus flammato capite impetu ruinæ propulſa, ſuper tumulum Sancti ruit. Quæ non modo ſuccendere pallam, verùm etiam conterere inter ſe & lapidem ſepulchri potuerat. Ruit inſuper & immen-
D ſa multitudo carbonum. Alia quoque vela, quæ vel parietibus vel oſtiis dependebant, ad primum flammæ flatum exuſta ſunt. Hæc verò palla non ſolùm non vſta, verùm etiam nec ſummo tenus ab igne dedecorata eſt. Igitur expleto incendio, ingrediuntur populi cum eiulatu magno, & vſque ad ſepulchrum Antiſtitis properant, inter fletus & lachrymas noua gaudia percepturi: remouent deſuper tumulum ligna cum flammis, adprehenſúmque tumuli velum, excuſſis prunis mirantur omnes inlæſum.

Capvt LVI.

* *De Victorio Cenomanorum Epiſcopo.*

VIctorius Cenomanorum Epiſcopus, magnis ſe virtutibus ſæpiùs declarauit. Nam ferunt quadam
E vice, dum ciuitas ipſa crematetur incendio, & validis globis flammæ huc illúcque impellente vento propellerentur, hic quaſi paſtor bonus non perferens Eccleſiaſticas caulas ab inſidiis Satanæ deuaſtari, obuiam ſe turbini obtulit, eleuatáque manu, facto ſigno Crucis è contra, illico omne ceſſauit incendium, liberatáque ciuitas gratias Paſtori retulit, eò quòd non permiſerit res ſuas ab imminenti igne vaſtari: & ad huius ſepulchrum ſæpiùs infirmi ſanantur.

Capvt LVII.

De Martino Abbate Sanctonicorum.

MArtinus Sanctonicæ vrbis Abbas, Martini, vt ferunt, noſtri diſcipulus, apud vicum vrbis ipſius, in Monaſterio quod ipſe poſt Magiſtri dogmata ædificauit, in pace quieſcit, ad cuius tumulum quædam
F è pagenſibus manus contractas deferens, retulit ſanas. Alius qui eanſtis humoris febre neruis, poplitibus intortis greſſu caruerat, vt ad ſepulchrum ſanctum proſtratus eſt, nouum robur ſumens, aridi are ſublata, incolumis relatus eſt, multos ipſi deinceps ſeruiens annos. Huius ſepulchrum Palladius Epiſcopus cùm non valuiſſet cum multis, opitulante adiutorio Confeſſoris cum quinque Abbatibus mouit, compoſuitque quo voluit.

Capvt LVIII.

De Bibiano eiuſdem vrbis Epiſcopo.

SVburbano quoque vrbis huius, Bibianus Antiſtes quieſcit: cuius virtutum moles, liber qui iam de eius vita ſcriptus tenetur, enarrat, nunc autem exoratus, cre-
G bro languentibus tribuit ſoſpitatem. Vnde videtur, vt de tantis miraculis, vel vnum fari præſumam. Mulier enim cuius manus aruerant, vnguibúſque iam ſauciatæ, contractis neruis, opus operandi perdiderant, ad beati ſepulchrum deuota proſternitur, factáque oratione, manus redintegratas, laxatis digitorum filis, ad agendas Domino gratias meruit eleuare.

Capvt LIX.

De Troiano ipſius ciuitatis Epiſcopo.

TRoianus item Pontifex ipſius Sanctonicæ ciuitatis ſancto Bibiano huic coniunctus cœlo, vicinus eſt tumulo. Magnæ enim virtutis fuiſſe dicitur hic Sacerdos. Quodam verò tempore, dum inter obſcura noctium tempora, loca ſancta quæ tunc in circuitu vrbis
H habebantur, vno tantùm Subdiacono comite circuiret, adparuit ei globus magnus luminis, quaſi de cœlo deſcendens. Cognita autem vir Dei re, ait comiti. Ne ſequaris penitus, donec ego te vocem: at ille terræ deuolutus, ſpectabat haud procul, quidnam miraculi ageret Dei ſeruus: erat enim ager publicus, in quo conſtiterat. Adpropinquante verò lumine, cucurrit Sacerdos ad occurſum eius, & vſque ad terram ſe humilians, ait Benedic quæſo mihi beate Pontifex. Cui ille qui aduenerat, ait. Tu mihi benedic Sacerdos Dei Troiane: & dato ſibi oſculo, facta oratione locuti ſunt diutiſſimè ſimul. Subdiaconus verò attonitus, ſpectans vidit lumen quod adparuerat, eadem qua venerat via reuerti: vocans itaque ad ſe Subdiaconum ait. Accede nunc, vt explicemus cœptum iter ad viſitanda ſanctorum loca. Tremens verò Subdiaconus ait. Quæſo, Domine, ne deſpicias humilitatem meam: ſed indica mihi quæ videris: animaduerti enim, neſcio quid fuiſſe

A diuinum. Cui ille, Dico tibi, ſed tu nemini dixeris. Nam ſcito, quod in quacunque die hæc publicaueris, ab hoc mundo migrabis. Sanctum, inquit, Martinum Turonicum vidi, & ipſe locutus eſt mihi: caue ergo ne cui vulgare audeas arcana Dei; igitur Sacerdos impleto vitæ huius curſu obiit. Subdiaconus verò plenus dierum, ægrè ferens quod virtus ſancti Troiani occuleretur, conuocato Epiſcopo cum clericis, ac quibuſdam ſenioribus, omnia quæ à Sancto audierat, & qualiter myſterium luminis viderat, quod manifeſtiſſimè fidem Troiani, Martinique gloriam patefecit, ex ordine reſerauit: nec quicquam ex his occuluit, adiiciens hæc. Et vt probetis vera eſſe quæ loquor, finito ſermone finem facio vitæ: & his dictis clauſis oculis obiit, non ſine admiratione adſtantium. Magnæ enim, vt diximus, virtutis fuit beatus Troianus Antiſtes, & honorabilis inter cunctos ciues vrbis ſuæ. Hic fertur dum eſſet in corpore, ſi nouum vt adſolet, amphibolum induiſſet, cum quo proceſſurus
B diœceſim circumiret, fimbriæ huius veſtimenti à diuerſis diripiebantur: ſalubre omnis homo computans quicquid ab eo rapere potuiſſet. Qui ſepultus in terris, cælo ſe viuere multis virtutibus manifeſtat. Nam energumeni, frigoritici, cæterique infirmi, plerumque ad eius tumulum exorantes accepta incolumitate recedunt.

Capvt LX.

De ſepulchro diuinitus amoto in eadem vrbe.

HAud procul ab huius Confeſſoris æde, erat oratorium paruulum, & in angulo vnde arcus oriebatur, erat magnus ſarcophagus, in quo ferebatur ſepultos fuiſſe duos, ſponſum ſcilicet & ſponſam, qui poſt Baptiſmum in albis poſiti, à ſeculo diſceſſerant: hos etiam adfirmabat antiquitas fuiſſe ex genere ſancti
C Pictauenſis Hilarij. Hoc ergo ſepulchrum tali in loco ſitum, non modò viam arcebat ingredientium, verùm etiam qualiter paries qui ab ſtillicidio infuſus fuerat, emendaretur, quia eſſet contiguus, inhibebat. Qua de cauſa Palladius Pontifex ciuitatis, qui ex genere quondam diuitis Palladij deſcenderat, remouere ipſum ſummo à loco nitebatur ſtudio, ita vt coniunctis amplius trecentis viris, cum funibus trahere & vectibus impellere conaretur. Poſitis iam lapidibus, ſuper quos hic ſarcophagus locaretur, denique impenduntur totæ vires trahentium, ſed non valent mutilare ſepulchrum. Frons cuncta ſudore perfunditur, ſed opus validum non impletur. Voces dantur hortantium atque dicentium. Eia age, trahe funem: ſed non mouetur omnino ſepulchrum. Quid plura? Laſſantur omnes in opere, & intercedente nocte petunt cuncti dari quieti, illicet vbi tranſactis nocturnis tenebris nouum inluxit mane: anxius cogitatione Sacerdos, rogat iterum procedere ſuos ad oratorium ipſe anticipans cunctos, ingrediénſ-
D que inuenit ipſum ſuper ipſos quos compoſuerat lapides, omni firmitate ſubſiſtere. Admiráuſque Dominum glorificat, qui potenti virtute perfecit quod manus humana nequiuerat: horum tamen nomina nulli ſunt reuelata.

Capvt LXI.

De Sancto Nicetio Lugdunenſi Epiſcopo.

NIcetius quoque Confeſſor in vrbe Lugdunenſi, vir totius ſanctitatis, conuerſationis caſtiſſimæ, charitatis eximiæ, vita perfunctus eſt. Cuius eleemoſynæ atque humilitas, nec inueſtigari tantùm, nec enarrari à nobis poſſunt: qui poſtquàm beatum ſpiritum præmiſit ad cœlos, poſitus in feretro ad baſilicam in qua E
ſepultus eſt, ferebatur. Et ecce vnus pueruius diuturna cæcitate grauatus, cum reliquis plangens adminiculo ſuſtentante ſequebatur. Factum eſt autem cùm graderetur, perlata eſt vox in ore eius ſecretius dicens. Adpropinqua te feretro, & cùm ſubter ingreſſus fueris, protinus recipies viſum. Ille verò interrogabat hominem qui eum trahebat, quis eſſet qui hæc verba auribus ſuis inferret. Negat ille quemquam videre qui ei loquatur. Cúmque his & tertiò hæc vox aures illius verberaſſet, cognouit aliquid noui gerendum, & ſe ad feretrum poſtulat duci. Accedénſque & inter albentium Diaconorum turbam perlapſus, quò iuſſus fuit, ingreditur. Denique vt nomen Sancti inuocare cœpit, illico reſeratis oculis lumen recepit. Poſthæc puer erat aſſiduus in baſilica, ad ſepulchrum Sancti deſeruiens, & lumen accendens: ſed à quibuſdam ciuitatis maioribus opprimebatur atque fatigabatur, vt nec victus alimoniam poſſet habere. Cúmque ſæpiùs hæc ad beatum
imploraret ſepulchrum, adparuit ei Sanctus per viſum F
dicens. Vade ad Gunthchramnum Regem, & ei quid patiaris, diligenter enarra. Ipſe enim tibi præbebit veſtitum & alimentum, eripiétque te de manu inimicorum. Denique hac admonitione firmatus puer, ad Regem accedens, quæ ſuggeſſit obtinuit. Sed & nunc ad ſepulchrum beati Confeſſoris multa miracula Chriſto auſpice tribuuntur. Nam & miſerorum ibi cathenæ rumpuntur, cæci inluminantur, dæmones effugantur, ſanitati redduntur paralytici, perferentes acceſſus febrium, liberantur. In quo loco tam frequenter oſtenduntur miracula, vt ex ordine ſcribi longum ſit. Tamen retulit mihi vir fidelis, quatuor ibi cæcos ante paucos dies fuiſſe inluminatos, & quod hominem quem claudum olim nouerat, incolumem nuper aſpexit.

Capvt LXII.

De ſepulchro Helij eiuſdem vrbis Epiſcopi. G

DVm quadam vice ad occurſum ſupradicti Pontificis ambulaſſem, & loca ſancta Lugdunenſia oppidi circuirem, vir ille qui nos præcedebat, ad cryptam beati Helij inuitat ad orationem dicens, quia magnus Sacerdos in hoc loco quieſcit. Cúmque oratione facta ſancti tumulum admirarer, & tacitus de meritis eius aliquid interrogare cogitarem, aſpicio in oſtio eſſe ſcriptum, qualiter ſepulchri violator cadauer ſpoliarit exanime. inquirens verò cauſam, ſi hæc vera eſſent quæ in oſtio picta cernebantur, vir mihi talia retulit. Sanctus Helius tempore paganorum in hac vrbe fuit Epiſcopus: qui defunctus, ſepultus eſt à fidelibus. Nocte autem ſequenti veniens quidam paganus, lapidem qui ſarcophagum tegebat, reuoluit: erectúmque contra ſe corpus Sancti conatur ſpoliare. At ille extenſis lacertis conſtrictum ad ſe hominem fortiter amplexatur, & vſque mane populis expectantibus tanquàm conſtipa-
tum loris, ita miſerum brachiis detinebat. Igitur iudex H
loci, violatorem ſepulchri iubet abſtrahi, ac legali pœnæ ſententia condemnari: ſed non laxabatur à Sancto. Tunc intelligens voluntatem defuncti, facta iudex de vita promiſſione laxatur, & ſic incolumis redditur. O verè ſanctam vltionem pietate permixtam: retinuit hominem vt argueret, ſed tradi non permiſit ſupplicio, quem iam reddiderat emendatum.

Capvt LXIII.

De filia Leonis Imperatoris.

LEonis autem Romani Imperatoris filia, cùm ab ſpiritu vexaretur immundo, & per loca ſancta duceretur,

ſetur, aſſiduè clamabat nequam ſpiritus. Non hinc egredior, niſi Archidiaconus Lugdunenſis aduenerit, & niſi ipſe me de hoc vaſculo quod acquiſiui, eiiciat, nullatenus hinc ſum egreſſurus. Audiens hæc Imperator, dirigit ſuos in Gallias. Quem illi repertum ſupplicitet exorant: vt cum eis ad viſitandam puellam Romam dignaretur accedere. Ille vero contradicens, & ſe indignum per quem Chriſtus miracula oſtenderet, eſſe vociferans, admonitus Epiſcopi ſui conſilio, cum eiſdem miſſis iter dirigit, & ad Imperatorem veniens cum honore ſuſcipitur. Audiens autem de infirmitate puellæ, ſe ad baſilicam beati Petri Apoſtoli confert: ibique continuato cum vigiliis & orationibus triduano ieiunio quarta die per inuocationem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Crucis vexillum, immundum ſpiritum à corpore puellæ depellit. Qua ſanata, tria ei centenaria auri Imperator offert: ſed ille vir altioris ſpiritus caducas diuitias pro nihilo reſpuit, dicens. Si me tuis muneribus locupletare deſideras, illud quod cunctæ proficiet ciuitati largire: tributum, ait, in tertio circa muros milliario populis cede: hoc vtriſque animabus populis cede: hoc vtriſque animabus ſalubre beneficium erit. Aurum vero tuum neceſſarium non habeo: pauperibus illud pro tua tuorúmque felicitate diſpenſa. Quod ille non abnuens, aurum pauperibus erogat, & tributum petitum ciuitati concedit. Vnde vſque hodie circa muros vrbis illius in tertio milliario tributa non redduntur in publico. Poſt diſceſſum vero beati Archidiaconi, ait Imperator ſuis. Si iſte, inquit, Deum pluſquam pecuniam diligit, dignè Eccleſia illa cuius nobis miniſter obſequitur, noſtris muneribus inluſtratur. Tunc capſam ad ſancta Euangelia recludenda, patenámque & calicem ex auro puro pretioſiſque lapidibus præcepit fabricari. Quod miro perfectum opere, per hominem creditum dirigit Eccleſiæ: ſed nuntius ille inter Alpes poſitus, qui hæc exhibebat, ad aurificis cuiuſdam domum diuertit. Cúmque ab eo artifex ſciſcitaretur, quid negotij gereret, rem ſecretius ac ſimpliciter pandit: & ille. Si inquit, meo conſilio conniuentiam præbueris, multa nobis hæc ratio poterit lucra deferre. Ad hæc ille diabolo inſtigante ſeductus, & vt fertur inter ruſticos ſermo vulgatus, quod inhianti auro, ac circumuentionis fallacias inferenti, ſæpius animi coniunguntur, ſtatim huius conſilij effectus eſt conſentaneus. Tunc ille deceptor fecit ſimiles de argento ſpecies, vt nihil aliud quàm aurum puriſſimum putaretur: & ſic opera quæ cum gemmis filiſque aureis fuerant ſuperpoſita, ſtudioſiſſimè cum clauis adfixit. Verumtamen calicem non contaminauit, quia cataclyza in ipſo fuerant ſolidata. Denique portitor cum hac fraude Lugdunum aduenit, oblatiſque muneribus, ab ipſo muneratur: regreſſúſque ad ſocium, aurum de ſpeciebus figuratum recipere flagitat: artifex vero adhuc non eſſe totum paratum pronuntiat: ſed ſub ipſa explicitiurum ſe nocte pollicetur. Exacta igitur cœna, cùm in cellula qua hæc operabantur, pariter reſiderent, concaſſa ſubito, à terræmotu ſuper eos diruit. Diſruptáque terra ſub pedibus eorum, ipſos pariter cum pecunia deglutiuit: deſcenderúntque viuentes ac vociferantes in Tartarum. Vltúſque eſt Deus velociter de fraude Eccleſiæ ſuæ. Ego vero has ſpecies in Eccleſia Lugdunenſi ſæpiſſimè vidi. Sit hoc populis documentum, vt nullus res Eccleſiæ, aut adpetere, aut fraudare nitatur. Nam aliter videbit Dei iudicium ſuper ſe velociter imminere.

Capvt LXIV.

De muliere quæ Epipodij Martyris calceamentum collegit.

REquieſcit ſuburbano murorum vrbis ipſius mulier, quæ dicitur collegiſſe calceamentum beati Martyris Epipodij, quod de pede eius cecidit, cùm ad martyrium duceretur, ad cuius tumulum ſæpius frigoritici, cæterique infirmi ſanantur. Eraſum de tumulo ipſo puluerem hauriunt, incoluméſque diſcedunt.

Capvt LXV.

De alia muliere cui vir pro oblatione adparuit.

DVos in hac vrbe fuiſſe ferunt, virum ſcilicet & coniugem eius, Senatoria ex gente pollentes, qui abſque liberis functi, hæredem Eccleſiam dereliquerunt: ſed vir prius obiens, in baſilica ſanctæ Mariæ ſepultus eſt. Mulier vero per annum integrum ad hoc templum degens, aſſiduè orationi vacabat, celebrans quotidiè miſſarum ſolennia: & offerens oblationem pro memoria viri, non diffiſa de Domini miſericordia, quod haberet defunctus requiem; in die qua Domino oblationem pro eius anima delibaſſet, ſemper ſextarium Gazeti vini præbuit in ſacrificium baſilicæ ſanctæ. Sed ſubdiaconus nequam reſeruans gulæ Gazetum, acetum vehementiſſimum offerebat in calice, muliere non ſemper ad communicandi gratiam accedente. Igitur cùm fraudem hanc Deo placuit reuelare, adparuit vir mulieri dicens. Heu, heu, dulciſſima coniux, deſluxit labor meus in ſeculo, vt nunc acetum in oblatione delibem. Cui illa. Verum, inquit, quia charitatis tuæ non immemor, ſemper Gazetum potentiſſimum obtuli pro requie tua in ſacrario Dei mei. Expergefacta autem admirans viſionem, eandémque obliuioni non tradens ad matutinum ſecundùm conſuetudinem ſurrexit. Quibus expletis celebratiſque miſſis, accedit ad poculum ſalutare: quæ tam feruens acetum hauſit ex calice, vt putaret ſibi dentes excuti, quæ nequiter fuerat defraudata: ſed nec hoc miraculum ſine operis boni merito geſtum puto.

Capvt LXVI.

De Memmio Catalaunenſi Epiſcopo.

CAtalaunenſis vero vrbis proprius extat patronus Memmius Antiſtes, qui cùm adhuc maneret in corpore mortali, mortuum dicitur ſuſcitaſſe. Ad cuius nunc ſepulchrum ſæpius confractas miſerorum catenas atque compedes vidimus: ſed & nos propriè virtutem eius experti ſumus. Quodam enim tempore, dum in vrbe illa commutaremur, puer vnus ex noſtris à febre corripitur, fatigatur vomitu, ac cibum potúmque ſimul exhorret. Nobis vero magna conſumptio generatur, quod huius pueri infirmitas itineri noſtro moras innecteret. Nec mora, baſilicam Sancti adeo, ſepulchro proſternor pro puero, effuſis lachrymis deprecor, vt qui laborantibus vinctis, diſruptis compedibus reſpectu pietatis plerumque conſolationem exhibuit, huic febricitanti medelæ refrigeria miniſtraret. Mirum dictu, in ipſa nocte à Sancti virtute viſitatus infirmus mane facto incolumis ſurrexit à lectulo.

Capvt LXVII.

De Lupo Tricaſſinorum Epiſcopo.

LVpum, Antiſtitem apud Tricaſſinorum Campaniæ vrbem ſepultum, nulli habetur incognitum: ad cuius baſilicam Mattus cujuſdam ſeruus, negligentia admiſſa confugit: frendens vero dominus eius de veſtigio proſecutus, ingreſſus baſilicam, nec oratione proſtratus, blaſphemias in Sanctum euomere cœpit, ac di-

cere. En tu Lupe ſeruum meum auferes, & propter te non licebit mihi in eum vltionem debitam exercere? & iniecta manu ſeruum trahere cœpit, dicens. Nun nititer hodie hic Lupus manum ſuam de ſepulchro, vt eruat te de manibus meis. Hæc dicente miſero, extemplò lingua quæ in Sanctum blaſphemias effudit, diuinitus obligatur: atque mutus homo, debacchatus cœpit per totam ædem dans mugitum vt pecus, ſermonem vt homo non proferens. Cúmque hæc ſuis nuntiata fuiſſent, adprehenſum duxerunt ad domum ſuam. Vxor vero eius multa munera in baſilicam poſuit, ſed hic tertia die cum graui cruciatu vitam finiuit. Quo defuncto, mulier quæ dederat recepit, ſeruus tamen permanſit ingenuus.

Capvt LXVIII.

De Auentino miniſtro eius.

HVic Antiſtiti famulabatur Auentinus quidam religioſus, ad quem poſt huius obitum captiui fecere confugium, quorum Domino Auentinus pretium obtulit: ſed ille obligans ſe Sacramento ait. Nunquam hæc niſi in pago meo ſum accepturus, deditque dexteram ſuam quod ſi illuc pecuniam tranſmitteret, iſte confeſtim captiuus à vinculo ſeruitutis abſolueret. Tranſmiſſo itaque pretio, oblitus Dominus fidei ſuæ, dum captiuos abſoluere diſſimulat, ipſe ligatur. Nam ſtatim ſummitas digiti de manu quæ fidem fecerat, dolere grauiter cœpit, Deinde paulatim dolor adcreſcens, per manum brachiúmque totum extenditur: quid plura? Truncatum ad ipſam iuncturam cubiti brachium cùm cecidit, & hic ſpiritum exhalauit. Vxor vero eius poſt hæc voluit eos iterum ad ſeruitium reuocare, ſed capitis dolore percuſſa, vix iam ſecura eſt, & ſic hi in ingenuitate perpetua abſque vllius ſcripturæ munitione manſerunt.

Capvt LXIX.

De Marcellino Epiſcopo.

HAbet & Ebreduuenſis vrbs patronum proprium, Marcellinum Antiſtitem, per quem dum adhuc in corpore moraretur, multa Chriſtus miracula operatus eſt. Hic enim feciſſe dicitur lauacrum ad baptizandum, in quo natale Domini & Dominicæ cœnæ aqua dicitur diuinitus exoriri. De quo etiam ad aliud lauacrum, in quo conſuetudo priſca baptizari inſtituit, aqua deſertur. Non tamen cumulatur, vt de illis fontibus Hiſpaniæ ſuprà tetulimus. Ad huius ergo ſancti ſepulchrum lychnus aſſiduè lumen præbet; ſed accenſus ſemel multis noctibus ſine vllo additamento perdurat, & plerumque contingit, vt extinctus à vento diuinitus iterum accendatur. Ex quo oleo plerumque infirmi medicamenta ſuſcipiunt.

Capvt LXX.

De Marcello Epiſcopo Deenſi.

FVit etiam & Marcellus Deenſis vrbis Epiſcopus magnificæ ſanctitatis, ad cuius nihilominus tumulum lychnus accenſus, diuturno ſpatio lucere ſolet: præſtat ex eo oleo virtus Domini medicinam infirmis.

Capvt LXXI.

De Metria Aquenſium Confeſſore.

AQuenſibus etiam eſt conceſſus inclytus athleta Metrias, vir in corpore iuxta hiſtoriam actionis magnificæ ſanctitatis: & licèt conditione ſeruus, liber tamen iuſtitia: qui vt ferunt legentes certaminis eius textum, peracto curſu boni operis à ſeculo victor abceſſit, ſæpius ſe in cœlis degere virtutibus manifeſtis oſtendens. Tempore igitur quodam cùm Franco Epiſcopus huius municipij Eccleſiam gubernaret, Childericus qui tunc primus apud Sigibertum Regem habebatur, villam eius competit, dicens, quia iniuſtè ab Aquenſi Eccleſia retineretur, & dicto citius conuenitur Epiſcopus. Datiſque fideiuſſoribus in præſentia Regis adiſtit, clamans & obſecrans, vt Rex ad huius cauſæ audientiam præſentiam ſuam aduerteret, ne cœleſti iudicio condemnetur, addens. Scio enim virtutem Metriæ viri beati, quod velociter in peruaſorem ſuum irrogat vltionem. Denique coniuncti adiutores cauſam diſcutiunt. Inſurgit Childericus atque improperans criminibus exacerbatum Epiſcopum, quod res fiſci ditionibus debitas iniquo ordine retineret, extrahi eum vi à iudicio iubet: & tantum ablata per iudicium præſentium villa, trecentis aureis condemnauit. Fauebant ei omnes, nec quiſquam contra voluntatem eius audebat decernere, niſi quod eidem libuiſſet. Denique condemnatus ſpoliatúſque ſacerdos, ad vrbem rediit, atque proſtratus in orationem coràm ſepulchro Sancti, dicto pſalmi capitulo ait. Non hic accendetur lumen neque pſalmorum modulatio canetur, glorioſiſſime Sancte, niſi prius vlciſcaris ſeruos de inimicis ſuis, réſque tibi violenter ablatas, Eccleſiæ ſanctæ reſtituas. Hæc cum lachrymis effatus, ſentes cum acutis aculeis ſuper tumulum proiecit Egreſſúſque clauſis oſtiis ſimiliter in ingreſſu alias conlocauit. Nec mora, corripitur peruaſor a febre: decumbit lectulo, exhorret cibum, faſtidit & potum, profert æſtuans iuge ſuſpirium. Cui etiam ſi ab ardore febris interdum ſitis accederet, aquam tantùm, nihil aliud hauriebat. Quid plura? in hac ægrotatione integrum ducit annum: ſed mens praua non flectitur. Intereà labitur cæſaries cuncta cum barba, & ita omne caput remanſit nudum, vt putares eum olim ſepultum, nuper eiectum fuiſſe poſt funera de ſepulchro. His & talibus miſer afflictus malis, ſero recogitat, dicens. Peccaui, eo quod expoliauerim Eccleſiam Dei, atque Epiſcopo ſancto intulerim iniuriam. Nunc autem ite quantocius, & reddita villa, ſexcentos aureos ſuper tumulum Sancti deponite. Eſt enim mihi ſpes, quod res reddita tribuat ægrotanti medelam. Quod audientes homines eius, accepta pecunia fecerunt ſicut eis fuerat imperatum. Reddiderunt agrum, ſolidoſque ſuper ſepulchrum ſerui Dei poſuerunt: ſed cùm hoc feciſſent, ſtatim ille in loco quo erat, ſpiritum exhalauit: lucratúſque eſt detrimentum animæ per adeptionem acquiſitionis iniquæ. Epiſcopus autem obtinuit vltionem de inimico Eccleſiæ, quam promiſerat futuram per athletæ Dei virtutem.

Capvt LXXII.

De ſancto Aruatio Traiectenſi Epiſcopo.

ARuatius vero Traiectenſis Epiſcopus, tempore Chunnorum, cùm ad inrumpendas prorumperent Gallias, fuiſſe memoratur: qui & ſepultus refertur iuxta ipſum pontem aggeris publici: circa cuius ſepulchrum quamvis nix defluxiſſet, nunquam tamen marmor quod ſuper erat poſitum humectabat: & cùm loca illa nimij frigoris gelu ligentur, & nix vſque in

tiium

A triom & quatuor pedum craſſitudinem terram operiat, tumulum vllatenus non adtingit. Datur enim intelligi, verum, Iſraelitam hunc eſſe. Nam illis inter motus aquarum aquæ non ſunt perniciei, ſed ſaluti. Et circa huius iuſti tumulum nix decidens, non humoris cauſa eſt, ſed honoris. Videáſque in circuitu montes niueos eleuari, nec tamen adtingere tectimum monumenti, & non miramur ſi terra operiatur niue, ſed admiramur, quod adtingere auſa non eſt locum beati ſepulchri. Nam plerumque deuotio ſtudiúmque fidelium oratorium conſtruebant de tabulis ligneis leuigatiſque: ſed protinus aut rapiebantur à vento, aut ſponte ruebant. Et credo idcirco iſta fieri, donec veniret, qui dignam ædificaret fabricam in honorem Antiſtitis glorioſi. Procedente vero tempore adueniens in hanc vrbem Monulfus Epiſcopus templum magnum in eius honorem conſtruxit, compoſuit, ornauitque: in quod multo ſtudio & veneratione tranſlatum corpus, magnis B nunc virtutibus pullet.

Capvt LXXIII.

De cœmeterio Auguſtodunenſis vrbis.

COemeterium apud Auguſtodunenſem vrbem Gallica lingua vocitauit, eo quod ibi fuerint multorum hominum cadauera funerata: Inter quæ quod ſint quorundam fidelium, dignatúmque Deo animarum ſepulchra, frequens occulti pſallentij myſterium docet, cùm plerumque multis adpareant, in ipſo vocum præconio, reddentes omnipotenti Deo gratiarum debitam actionem. Nam audiui quod duo ex incolis loci, dum loca ſancta orandi gratia circumire diſponerent, audiunt in baſilica ſancti Stephani, quæ huic coniungitur cœmeterio, pſallentium ſonum. Admirantéſque dul- C cedinem moduli, adpropinquant ad oſtium templi, autumantes à quibuſdam religioſis vigilias celebrari: ingredientes autem & orationi diutiſſimè incumbentes, conſurgunt, pſallentij chorum conſpiciunt: nihilque lucere per templum, niſi propria claritate cuncta proſpiciunt ſplendere: de perſonis vero nullam prorſus agnoſcunt. Denique cùm eſſent adtoniti & ſtupore perculſi, vnus de pſallentibus accedit ad eos, dicens. Execrabilem rem feciſtis, vt nobis arcana orationum Deo reddentibus adeſſe præſumeretis: diſcedite ergo & ad domos veſtras abſcedite, alioquin ab hoc mundo migrabitis. Ex quibus vnus diſcedens abiit, alter verò qui in loco remanſit, poſt non multos dies à ſeculo commigrauit.

D

Capvt LXXIV.

De ſepulchro Caſſiani Epiſcopi.

IN hoc cœmeterio vidi beati Caſſiani ſacerdotis magni ſepulchrum à multis infirmis eraſum, quod penè transforatum eo tempore putabatur. Abluuntur enim ex hoc puluere ægroti: ſed protinus virtutis magnitudinem ſentiunt. Ibi & Simplicius ipſius vt aiunt, vrbis Epiſcopus eſt ſepultus, cui crimen adulterij ſæua populorum obiecit inſania.

Capvt LXXV.

De Riticio Epiſcopo.

SEd quia de his aliquid proloqui iuuat, prius de ſancto Riticio, quia prior obiit, ſermo habendus eſt. Fuit autem nobiliſſimis parentibus & literarum acumine E clarus, qui tranſacta adoleſcentia, vxorem ſimilis morum honeſtate præclaram ſortitus eſt. Cum qua ſpiritalis dilectionis cohibentia, non luxuria copulatur. Concurrunt eleemoſynæ, vigiliæ celebrantur, & opus Dei per eos inceſſabiliter exercetur. Igitur longa poſt tempora mulier declinans caput ad lectulum, beati viri auribus extrema proferi verba, dicens. Deprecor piiſſime frater, vt poſt diſceſſum meum percurſo æui tempore, in illo quo ego conlocor ſepulchro, ponaris, vt quos vnius caſtitatis dilectio vno conſeruauit in thoro, vnius retineat ſepulchri conſortium. Hæc effata lachrymans ſpiritum emiſit ad cœlos. At Riticius Epiſcopatum Auguſtodunenſis vrbis populo eligente ſortitur: qui talem ſe præbuit in religione, vt morum bonitas Pontificatus gratiæ æquaretur, & ad diem obitus per diuerſos gratiarum ſpiritualium gradus plena perfectione conſummationéque veniret: quo abluto & ſuper feretrum poſito, mouere ipſum non queunt officia famulantium. F Tunc in ſtupore mentis defixi, audiunt à quodam ſene, virum dominam coniutaſſe, vt eos vnius ſepulchri amplitudo ſuſciperet: ſermone verò percurſo, confeſtim ſuſtollitur feretrum, adlatoque eo propè ſepulchrum, reſumit ſacerdos ſpiritum. Adloquitur ſociam dicens. Recordare dulciſſima coniunx, quæ à me fueras deprecata. Nunc ſuſcipe expectatum diu fratrem, & coniungere artubus impollutis, quos non luxuria polluit, ſed caſtitas vera inuodauit. Hæc eo dicente, mirum in modum commotum ſepulchrum vno in loco oſſa virginia conglobantur. Beatus vero ſacerdos receptus in pacis ſomno, huius ſepulchri tectus eſt opertorio. Huic Caſſianus cuius ſuprà meminimus, ſucceſſit. Poſt hunc Egemonius Cathedram Pontificatus adſumpſit.

Capvt LXXVI. G

De Simplicio Epiſcopo.

QVo decedente, beatus Simplicius Eccleſiæ ipſi præponitur. Fuit autem de ſtirpe nobili, valde diues in opibus ſeculi, nobiliſſimæ coniugi ſociatus: is fuit caſtiſſima, obtegente ſeculo, vita, ſoli Deo cognita, mortalibus tamen ignota. Erant enim ambo iuſti & in eleemoſynarum ſemina ac vigiliarum tolerantiam promptiſſimi. Interea propter illam vt diximus, ſeculi dignitatem, Simplicius decedente Egemonio, à populis eligitur: ſed à Deo pro caſtitatis & ſanctitatis gloria deſtinatur. Acceptò quoque Pontificatus ordine, beata ſoror quæ prius ſocrat, non libidine, ſed caſtitate viro coniuncta, non paſſa à ſtratu Pontificis ſubmoueri, ſed in illa puritatis caſtitate, qua prius viri caſtiſſimi thorum adibat, ſecura de conſcientia mentis ſanctæ, ſciens ſe viri non poſſe ab incentiui ignis ardore: ſed ſæua dæmonis inuidia contra ſanctos Dei probroſa excitat bella, & quæ inſtinctu ſuo deſtruere non po- H tuit, nititur verbis ſubdolis infamare. Quid plura? In illo Dominici natalis die, commouentur ciues in ſcandalum, & ad beatam virginem rapido curſo concurrunt, dicentes, incredibile eſt mulierem viro iunctam, pollui non poſſe, ſed nec virum poterit artubus mulieris iunctus, à coitu abſtinere. Sic etenim Salomonis prouerbia proferunt. *Nemo*, ait. *Tangens picem, mundus poterit eſſe.* Neque enim in ſinu ignem quis geſtiens non cremabitur. Ergo videmus vos vno in thoro recumbere, & ſuſpicari aliud non poſſumus, niſi miſceamini ſimul. His commota virgo ſanctiſſima, adgreditur Pontificem ſimili caſtitate pollentem, replicatiſque coram omni populo ſermonibus quos audierat arculam puella tunc plenam, vt adſolet, pro iniuria hyemis cum carbonibus gerebat. Vocat puellam, expanſoque pallio, prunas ardentes ſuſcipit, & ferè horæ vnius ſpatio tenens, ſacerdotem euocat, dicens. Accipe mutorem ſolito ignem,

nequa

nequaquam tuis velaminibus nocitutum, vt oſtendant in nobis hæ flammæ extinctas flammas eſſe luxuriæ. Suſcipiente vero Pontifice, nihil nocitum eſt velamen eius ab igne. Hoc miraculo populus qui erat tunc incredulus, credidit Deo, & intet ſeptem dies amplius quàm mille homines ſacri innouatione lauacri ſunt renati. Quos ſuſcipiens Eccleſia, gaudens cœleſti regno per hos milites copulauit.

Capvt LXXVII.

De ſimulachro Berecynthiæ.

FEruot etiam io hac vrbe ſimulachrum fuiſſe Berecynthiæ. ſicut ſancti Martyris Symphoriani paſſionis declarat hiſtoria. Hanc cùm in carpento pro ſaluatiooe agrorum ac vinearum ſuarum miſero gentilitatis more deferrent, adfuit ſupradictus Simplicius Epiſcopus, haud procul aſpicieos cantantes atque pſallentes ante hoc ſimulachrum: gemitúmque pro ſtultitia plebis ad Deum emittens, ait. Illumina quæſo, Domine, oculos huios populi, vt cognoſcat, quia ſimulachrum Berecynthiæ nihil eſt: & facto ſigno Crucis. contra, protinos ſimulachrum in terram ruit: ac defixa ſolo animalia quæ plauſtrum quo hoc vehebatur, trahebant, moueri non poterant. Stupet vulgus innumerom, & Deam læſam omnis caterua conclamat: immolantur victimæ, animalia verberantur: ſed moueri non poſſunt. Tunc quadringenti de illa ſtulta multitudine, viri coniuncti ſimul aiunt ad inuicem. Si virtus eſt vlla Deitatis, erigatur ſponte, iubeátque boues qui telluri ſunt ſtabiliti, procedere. Certè ſi moueri nequit, manifeſtum eſt nihil eſſe diuinitatis in ea. Tunc accedentes & immolantes vnum de pecoribus, cùm viderent Deam ſuam nullatenus poſſe moueri, relicto gentilitatis errore, inquiſitoque Antiſtite loci, conuerſi ad vnitatem Eccleſiæ, cognoſcentes veri Dei magnitudinem, ſancto ſunt baptiſmate conſecrati.

Capvt LXXVIII.

De Epiſcopo ſuper cuius pectus agnus adparuit.

SEd quoniam ſuperiore capitulo expoſuimus qualiter caſtitas diligentes Deum ornauerit, venit in me notiam quæ Felicem Namneticum referentem, dum de his confabularemur, audiui. Aiebat enim fuiſſe Antiſtitem in ciuitate ſua cum coniuge: ſed cùm ad honorem ſacerdotij acceſſiſſet, lectulum iuxta ordinem inſtitutionis Catholicæ ſequeſtrauit: quod mulier valde moleſtum tulit. Cúmque diebus ſingulis cum eo ageret, vt in vno ſtatu quieſcerent, nec adquieſceret Pontifex, rem tam improbam quàm Canonum decreta non admittebant, quadam die accenſa furore ait intra ſe. Non puto eſſe abſque aliqua conſcientia viri mei, quod ab amplexu eius taliter ſum repulſa: ſed ibo & videbo, ne fortè alia mulier cum eo decumbat, pro cuius me amore deſpiciat. Et ſtatim adfuit in cubiculo Epiſcopi, inuenitque eum poſt meridiem dormientem. Accedénſque ante lectulum eius, vidit agnum immenſæ claritatis ſuper pectus eius quieſcentem. Tunc timore perterrita, velociter ſe à lectulo Sancti remouit: nec adiecit vltra quærere, quid vir Deo plenus ageret in occultis: ſed cognouit manifeſtiſſimè illud cum ſeruis Dei impleri, quod ipſe Dominus ſuis fidelibus eſt polliceri dignatus, dicens: *Ecce enim vobiſcum ſum omnibus diebus, vſque ad conſummationem ſeculi.*

Capvt LXXIX.

De Remigio Rhemenſium.

REmigius vero Rhemenſis vrbis Epiſcopus, qui vt ferunt, ſeptuaginta, aut eo amplius in Epiſcopatu annos expleuit, & oratione ſua defunctæ cadauer puellæ obtinuit ſuſcitare, pleramque infirmis ſanitatum gratiam porrigit, & in peruaſores ſæpiſſimè vltor exiſtit. Erat autem haud procul à baſilica, campus tellure fœcundus (tales enim incolæ olcas vocant) & hic datus baſilicæ ſanctæ fuerat: quem vnus ex ciuibus peruadit, deſpiciens hominem qui eum loco ſancto contulerat. Qui cùm ab Epiſcopo ac loci Abbate crebrò conuentus fuiſſet, vt quem iniuſtè peruaſerat, redderet, paruipendens verba quæ audiebat, pertinaci direptam defenſabat intentione. Denique cauſa extitit & non de uotio, vt Rhemenſem vrbem adiret, properat ad Sancti baſilicam. Arguitur iterum ab Abbate pro inuaſione campi: ſed nihil dignum ratione reſpondet, explicitiſque negotiis, aſcenſo equo, ad domum redire diſponit: ſed obſtat niſui eius ſacerdotis iniuria. Nam ſauciatus à ſanguine, diruit in terram: obligatur lingua quæ locuta fuerat campum tolli, clauduntur oculi qui concupierant: manus contrahuntur quæ adprehenderant. Tunc balbutiens, & vix ſermonem explicare potens, ait. Deferte me ad baſilicam Sancti, & quantumcunque ſuper me auri eſt, ad ſepulchrum eius proiicite. Peccaui enim auferendo res eius. Aſpiciens autem datot campi hunc cum muneribus venientem, ait. Ne accipias quæſo, Sancte Dei, munera eius quæ nunquam accipere conſueuiſti: ne ſis deprecor adiutor eius qui inflámante concupiſcentia, rerum tuarum nequam poſſeſſor extitit. Nec diſtulit Sanctus audire vocem pauperis ſui. Nam homo ille, licèt dediſſet munera, rediens tamen domum, emiſit ſpiritum, recepitque Eccleſia res ſuas. Sed nec illud ſileri placuit, quod illo geſtum eſt tempore, cùm lues inguinaria populum primæ Germaniæ deuaſtaret. Cum autem omnes terrerentur huius cladis auditu, concurrit Rhemenſium populus ad ſancti ſepulchrum, congruum huius cauſæ flagitare remedium. Accenſis cereis, lychniſque non paucis, hymnis pſalmiſque cœleſtibus per totam excubat noctem. Mane autem facto quid adhuc precatui deſit in tractatu, rimatur: reperiunt etenim reuelante Deo, qualiter oratione præmiſſa, adhuc maiori propugnaculo vrbis propugnacula munirentur. Adſumpta igitur palla de beati ſepulchro componunt in modum feretri. Accenſiſque ſuper cruces cereis, atque ceroferalibus dant voces in canticis, circumeunt vrbem cum vicis. Nec prætereunt vllum hoſpitium, quod non hac circuitione concludant. Quid plura? non poſt multos dies fines huius ciuitatis lues adgreditur memorata. Verumtamen vſque ad eum locum accedens, quo beati pignus acceſſit, ac ſi conſtitutum cerneret terminum, intro ingredi non modo non eſt auſa, ſed etiam quæ in principio peruaſerat, huius virtutis repulſu reliquit.

Capvt LXXX.

De S. Vrſino Biturigum Epiſcopo.

BIturga vero vrbs primum à ſancto Vrſino, qui à diſcipulis Apoſtolorum Epiſcopus ordinatus in Gallias deſtinatus eſt, verbum ſalutis accepit, atque Eccleſiam Biturigenſem primùm inſtituit rexitque, qui migrans à ſeculo in campo inter reliqua ſepulchra populorum ſepulturæ locatus eſt. Non enim adhuc populus ille intelligebat ſacerdotes Domini venerari, eiſque reuerentiam debitam exhibere. Vnde factum eſt, vt increſcente terra, plantata deſuper vinea omnem memoriam de primo vrbis ſacerdote conuelleret. Et

A vſque ad tempua illud, quo Probianus Epiſcopus vrbis eius eſt ſubrogatus, nullus de eo ſermo habcretur. Fuit autem quidam Auguſtus nomine de domo Deſiderati quondam Epiſcopi: cuius manus ac pedes ita contracti erant, vt non aliter niſi de geniculis atque cubitis ſuſtentaretur, ſi aliquo proceſſurus vellet incedere. Is inſpirante Deo de eleemoſynis deuotorum apud Brias vicum in honore ſancti ac beatiſſimi Martini Antiſtitis oratorium ædificauit: cuius cùm in ipſum reliquias detuliſſet, ſtatim directis membris ſanus effectus eſt. Deinde collectis ſecum paucis monachis, ſua regula monaſterij degens, ſemper orationi vacabat. Vnde factum eſt, vt in ſequenti acceſſius ab Epiſcopo, Abbas ordinaretur in baſilica ſancti Symphoriani, quam memoratus Pontifex fabricauerat ante conſpectum muri Biturigi. Nec tamen monachos quos prius congregauerat relinquens, ſed inſtituens eis præpoſitum, ipſe vtraſque cellulas gubernabat. Denique cùm apud hanc baſilicam moraretur, adparuit ei ſan-

B ctus Vrſinus per viſum noctis dicens. Defoſſa humo inquire corpuſculum meum. Ego enim ſum Vrſinus huius vrbis primus Epiſcopus, qui ait. Quò ibo aut vbi quæram ſepulchrum tuum, cùm ignorem locum vbi ſis poſitus? At ille adprehendens eius manum, duxit ad locum, & ait. Sub harum vitium radicibus corpus meum habetur. Expergefactus Abbas, narrauit hæc ſacerdoti ſuo: ſed ille paruipendus quæ à presbytero dicebantur, nullum inquirendi ſtudium poſuit. Intereà beatus Germanus Pariſiacæ vrbis Epiſcopus adfuit, ſuſceptúſque ab Epiſcopo, poſt cœnam domus Eccleſiaſticæ, cùm ſe ſopori dediſſet, adparuit vtrique per viſum Epiſcopo ſimul ſcilicet & Abbati; duxitque eos ad locum ſepulchri, deprecans, vt auferrent eum a loco illo: expergefacti ſimul ad vigilias conueniunt, in ipſam ſancti Symphoriani baſilicam. Explicitiſque officiis matutinis, refert Epiſcopus Abbati quæ viderat, confeſſúſque eſt, & ipſe vidiſſe ſimiliter. Igitur

C inſequenti nocte accedentes illuc cum vno tantum clerico qui cereum ferret, venerunt ad indicatum locum: eúmque fodientes vſque in profundum, ſepulchrum repererunt: quo detecto amotoque opertorio, viderunt ſanctum corpus tanquam dormientis hominis nulla putredine reſolutum; quod admirantes, & iterum componentes indicarunt Epiſcopo, data die quæ viderant. Tunc illi conuocatis Abbatibus, & clero, cum honore atque pſallentio, leuauerunt beatum ſepulchrum: & quia vectes illi quibus ferebatur, valde longi erant, cùm veniſſent ad porticum, non poterant deflecti in ingreſſu eius, vt ad oſtium ædis ſine labore accederent: tunc beatus Germanus eleuata voce, ait. Sancte Dei ſacerdos, ſi voluntas tua eſt in hanc baſilicam ingredi, ſentiamus leuamen adiutorij tui: & ſtatim amiſſo pondere ita in ſumma leuitate factus eſt ſarcophagus, vt relictis vectibus pauci manibus ferrent, quem vſque ad locum illum multi detulerant: & ſic celebratis miſſis gaudente populo iuxta altare ſepelitur, multis ſe deinceps virtutibus manifeſtans.

D

Capvt LXXXI.

De Mariano recluſo.

Fvit autem in ipſo termino Marianus quidam Eremita, cui non erat alter cibus niſi poma agreſtia: & ſi ei aliquoties à quibuſdam mel delatum fuiſſet, aut ſi ipſe reperire potuiſſet in ſiluis, hoc ei erat cibus: qui cùm plerumque viſitaretur à plurimis, quodam tempore à quærentibus non poterat inueniri; inueſtigantes denique eum viri qui venerant, deprehenſo veſtigio inuenerunt locum in quo flexo genu aquam hauſit à fluuio; & exinde progreſſi repererunt eum ſub vna arbore malo iacentem mortuum: vnde celebre ferebatur in populo, eum eliſum ex arbore ſpiritum exha-

E laſſe: ſed euidenter non eſt cognitum, quoniam à nullo reſeruit viſum: tunc viri qui aduenerant, eleuantes, adtulerunt ad vicum Euaunenſem: quem ablutum, digniſque indutum veſtibus, ſepelierunt in Eccleſia. Feſta obitus eius per ſingulos celebrantes annos atque conuenientes populi crebro ab infirmitatibus ſanabantur. Quidam autem de vicinis annonas diu infectas aqua ac germine producto conflatas, facto igne ſuper viruina contexta torrere parat ad pocula facienda. Accedens autem vnus vicinorum eius, ait. Quid tu, ô homo, hoc dederis in opere? An ignoras quod ſolennitas eſt beati Mariani? qui cum furore reſpondit. Putáſne, ô tu qui hæc loqueris, quod homo eliſus ex arbore propter compendia gulæ, Angelorum ſit relatus conſortio, vt ſanctus debeat adorari? Melius eſt enim opus neceſſarium in domo exercere, quam talem Sanctum excolere: quod ille audiens di

F ſceſſit, & cum reliquis ad baſilicam Sancti abiit, relicto domi vicino in opere laborante. Nec mora flante vento adprehenditur domus, incendio exuritur omnia, nec quicquam de ſubſtantia reſtat hominis. Exinde eleuati globi flammarum ſuper hoſpitiola aliorum, quæ circumlocata erant, huius hominis aream, ſepes, tuguriola vel porcorum, vel animalium, reliquáque quæ ad eum pertinebant, flamma peruſſit, nec quicquam remanſit huic miſero, quod non fuiſſet igni ſuccenſum: quod ſi eueniſſe quis fortuito putat, admiretur quod nulli vicinorum circummanentium nocuit. Quid nunc agis, ô cruda ruſticitas, quæ ſemper in Deum & eius amicos murmuras, vt tibi exinde damnum adquiras? Alterius igitur hominis malitia furis boues abſtulerat, qui adprehenſo veſtigio, & inter infuſos aqua viarum tramites, ad profundas luti voragines perdito, ad Sancti recurrit ſepulchrum, fuſáque oratione dum de baſilica fuiſſet egreſſus, aduertit hominem per aggerem publicum

G venientem, qui boues illos ante ſe cum caballo ex itinere laſſato proſequens adducebat. Turbatus enim fuerat à via, & quaſi amens factus in illam partem de qua egreſſus fuerat, mente turbata redibat. Cognoſcitque vir ille boues, quos perdiderat, hos recipiens, hominem abſque calumnia redire permiſit, quia cognouit hoc ſibi per virtutem S. Mariani præſtitum, cùm in illa hora reperit perditum, qua eius adiuit plenus fide ſepulchrum: quæ poſtquàm geſta ſunt, diligentiore cura Confeſſorem Dei pleba cœpit excolere Bituriga.

Capvt LXXXII.

De Euſichio recluſo.

Fvit in hoc territorio & Euſichius multarum virtutum, qui tanquam Eremita inter ſpinarum condenſitatem, ab hominum ſe familiaritate remo-

H uerat, qui aurum vel diuitias mundi bruta tanquam ſtercora exhorrebat. Ad hunc cùm diuerſi propter diuerſas infirmitates venirent, plerumque ei infantes quibus fauces intumuerant, deferebant: quos ille tactu blandiſſimo pertractans, aiebat, quaſi ſpiritali ioco delectans. Meritò, inquit, hæc gula doloribus quatitur, quæ inglutire non finit: ſed in Trinitatis nomine ſignum Crucis imponens, infirmas fauces à doloribus & tumoribus liberabat. Quartanariis verò tam præſens beneficium erat, vt aquam tantùm benedictam ad bibendum tribuens, continuo eos redderet ſanitati. Habebant clerici eius duo vaſa apum, eúmque vnus ex vicinia eius quartani typi vexaretur ardore, ad eum veniens, ſolitam ab eodem accipiens medicinam, ſanus eſt redditus: & redire domum cupiens, vaſa illa eminus cernit in arbore; inflammante protinus cupiditate quæ radix omnium malorum eſſe deſcribitur, cogitat ea furtim auferre. Inuectóque

A ſimili ſibi ſatellite, nocte arborem illam petit. Cumque in eam aſcendiſſet, vt ſocio porrigens vaſa deponeret, ecce ab alia parte ſenex aduenit: quo viſo ille qui ad terram erat, fugam petiit, nec ſocio quid caueret expoſuit. Senex vero ſub arbore ſtetit, & vas vnum quod ſur porrexit, mutuo accepit: cúmque & alterum vellet auferre, ait ſacerdos, ſufficiat nunc fili iſtud. Alterum vero ei qui ipſum laborauit reſerua: qua ille voce perterritus, ſe deorſum iactat. At ille adprehenſum eum ad cellulam deducens, ait. Cur, inquit, fili, diabolo præcedente tu ſequeris? Nonne heſterno die ad me veniens, benedictionem Domini accepiſti? ſi inquit, ex melle delectabaris, à me petiiſſes, & ego ſine vllo improperio, & tuo impedimento, vt tibi fuerat copia, tribuiſſem. Tunc & aliis multis verbis arguens eum, fauum ei mellis largitus eſt: & inlæſum abire permiſit dicens. Caue ne vltra repetas: quia furtum, Satanæ pecunia eſt. Ad hunc ergo ſenem Childebertus in Hiſpaniam abiens, venit.
B Cumque ei quinquaginta aureos obtuliſſet, ait ſenex. Quid mihi iſta profers? illis qui ea pauperibus largiantur adtribue, mihi autem hæc neceſſaria non ſunt. Sufficit mihi, vt pro meis peccatis Dominum merear deprecari: & adiecit. Vade & victoriam obtinebis, & quod volueris ages: tunc Rex aurum pauperibus erogans, vouit vt ſi eum Dominus cum ſua gratia de itinere illo reduceret, in honore Dei baſilicam in eo loco ædificaret, in qua ſenis membra quieſcerent: quod poſteà adimpleuit.

Capvt LXXXIII.

De Maximo Regienſi Epiſcopo.

C Maximus Regienſis Epiſcopus atque Confeſſor, ſæpius ſe incolis in multis virtutibus manifeſtat. Ad cuius ſepulchrum non ſolùm cæci inluminantur, ſed etiam & alia morborum genera eius virtutibus depelluntur: nuper autem quæ geſta cognoui, referam. Puerulus erat quaſi annorum trium adhuc ad matris dependens vbera: hic à febre correptus, dum genitricis manibus baiulatur, taliter eſt adflictus: vt nec papillam nec alium cibum ſumere poſſet: intereà dum per triduum grauiter agens, amatorum baiularetur in vlnis, ait quidam ex famulis. Vtinam ad ſepulchrum beati Maximi hic paruulus deferretur. Confidimus enim de eius meritis, quod poſſit eum ſanitati priſtinæ reſtaurare: qui dum defertur inter amatorum manus, ſpiritum anhelus emiſit: quod cernentes parentes eius, flentes acclamantes, proiecerunt eum ante ſepulchrum beati Maximi Confeſſoris, clauſiſque oſtiis reliquerunt corpus exanime. Nocte vero in lamentatione deducta, cùm redditus terræ dies alius in-
D luxiſſet, reſeratis ædis ſacratæ oſtiis, infantulum erectum ſuper cancellos ſepulchri trahentem ſe atque ambulare conantem, aſpiciunt. Nondum enim ei erat ætas perfecta, vt rectè poſſet incedere. Quod admirantes parentes, gauiſi ſunt: ſuſcepitque eum mater mæſta cum gaudio, ac domui reſtituit ſanum, ipſum autem iam puerum adultum vidi, qui nobis hæc retulit.

Capvt LXXXIV.

De Valerio Epiſcopo.

Valerius beatus Confeſſor Conſeranenſis primus Epiſcopus, hoc ſe reuelauit modo. Nam oratorium ſuper ſe conſtructum prius habuit: ſed per incuriam ruens, obliuioni datum eſt quo in loco quieſce-
E ret: hoc tantum ab incolis ferebatur, quod fuiſſet ante ſanctum altare ſepultus. Adueniens autem Theodorus Epiſcopus, oratorio ipſo in maiori ſpatio ampliato, magnam effecit baſilicam. Deinde ſanctum venerabilis viri corpus inquirens, reperit duo ſepulchra, ſed neſciebat vtrum eſſet ſacerdotis illius è duobus. Tunc conuocato clero, vigilias tota celebrat nocte: deprecans vt ſibi beatus Confeſſor quo in loco iaceret exponeret, impleuitque duas ampullas vino, & poſuit ſuper vtrumque tumulum dicens. In quo facta fuerint ampliata, ipſam manifeſtum ſit eſſe Valerij Antiſtitis ſepulturam: data vero luce egreſſus de baſilica, & oſtiis ſigillis munitis, dedit membra ſopori. Surgens autem ad horam tertiam, venit ad ſanctam baſilicam reſeratis oſtiis cum clero & populo, reperit ampullam vnam parumper vini habentem. Alteram vero in tantùm ore patulo exundare, vt totum beati Pontificis ablueret monumentum. Per hoc itaque cognouit ſacerdos, quis eſſet Valerij Epiſcopi tumulus: ſed euidentius adhuc ſcire cupiens, detegit monumentum: amoroque opertorio reperit venerabile corpus valdè integrum: de quo non cæſaries deciderat, non barba fuerat diminuta: neque aliquid in F
cute corruptum aſpiciebatur, aut tetrum: ſed erant omnia inlæſa ac ſi nuper fuiſſent recondita: tantúſque odor ſuauitatis fragrabat è tumulo, vt non dubitarent ibi quieſcere Dei amicum: lauri etiam folia ſub ſe habebat ſtrata, de quibus adſumens Epiſcopus, multis infirmis præbuit medicinam. De veſtimentis igitur eius reliquias ſumpſit: rurſúmque operto tumulo venerandum deinceps Antiſtitem honorauit, multáque miracula de his pignoribus cernens in poſterum.

Capvt LXXXV.

De Syluestro Cauillonenſi Epiſcopo. G

Beatiſſimus vero Sylueſter Cauillonenſem rexit Eccleſiam, qui quadraginta duobus annis, ſacerdotio miniſtrato plenus dierum atque virtutum migrauit ad Dominum. Habuit autem lectulum funibus ſubtilibus innexum: ſub quo cùm ſemel atque iterùm infirmi, ſiue quartanarij, ſiue variis febribus oppreſſi ſubderentur, ſtatim virtute diuinitùs indita ſanabantur: ideirco hic lectulus in Eccleſiæ ſacrarium deportatus, ſimili virtute niteſcit. Multi enim ſicut oculis propriis inſpexi, abſciſſa de funibus illis particulis, in longinquum deferebant, ipſiſque ſuper infirmos locatis, ſanitatis adeſſe beneficium contuebantur. Nam mater mea ab hoc deciſa particula, vt puellæ à frigoribus febricitanti collo dependi fecit, morbo exemplò depreſſo, puellam ſanam aſpexit.

Capvt LXXXVI. H

De Deſiderato eiuſdem territorij recluſo.

In hac vrbe fuit & Deſideratus presbyter, quem ego apud monaſterium Gurthonenſe vidi, virum ſanctitate magnificum, qui ſæpius frigoriticis, dolore dentium laborantibus aliiſque morbis orando finem impoſuit: nam vſquequaque recluſus erat, hoc eſt non egrediebatur è cellula: ſed qui voluiſſet, videbat eum in cellula: hic vt diximus, eximiis inluſtratus virtutibus emicuit ſeculo: quod audiens Benedictus Agricola Epiſcopus, miſit Archidiaconum ſuum: vt beatum verbis cœmeterio deferret: ſed reſiſtentibus monachis, quod iuſſus fuerat, non impleuit. Poſthæc ædificato xenodochio leproſorum, ſacerdos ſuburbano in eius baſilicam conlectis Abbatibus & omni

eleto, beatum corpus tranſtulit, & in baſilica ſuperiùs memorata ſummo ſtudio ſepeluit: qui ſe nunc viuere cum Chriſto magnis virtutibus manifeſtat.

Capvt LXXXVII.

De Ioanne Abbate.

FVit in Tornodorenſi pago in parochia Lingonicenſi vir ſanctitate præcipuus Ioannes Abbas, iuxta ſui nominis etymologiam diuina gratia præuentus. Denique fertur, quia cùm monaſterium ædificare vellet, quod Reomaüs nuncupatur: & fratres nimiam aquæ penuriam paterentur, reperit puteum immani profunditate altum, vbi peſſimus ſerpens baſiliſcus habitabat. Hic itaque diuina inuocatione perempto ſerpente, ac mundato puteo, puteum potabilem fratribus reddidit: de qua aqua & nos cùm Lugdunum pergeremus, à fratribus illius monaſterij benignè ſuſcepti, cauſa miraculi hauſimus: cuius etiam hauſtu plurimi frigoritici curantur. Fertur & de præfato viro tale miraculum. Quidam fratricida pro enormitate criminis ferreis circulis alligatus, præceptum habuit vt ſeptem annis loca ſanctorum peragrando circuiret. Hic cùm Romam veniſſet reuelatione diuina comperit, non aliter ſe poſſe abſolui, niſi ad ſancti corporis reliquias Iohannis Reomaënſis Abbatis perueniret. Hic ergo paſſim luſtrando loca, tandem deuenit ad baſilicam, vbi haud longè à monaſterio ſacratiſſimum corpus eius locatum eſt. Ibique orationibus ac vigiliis incubans, vinculis omnibus abſolutus eſt: vixit vir hic iuſtus & vir religioſus, ſicut legiſlator Moyſes centum viginti annis, cuius nec oculus caligauit, nec dens motus eſt: fuit autem inſtitutor viri memorabilis de quo in ſuo loco narrabimus.

Capvt LXXXVIII.

De Sequano Abbate.

MAgnæ autem virtutis fuit & ille Sequanus Lingonici Abbas territorij, qui viuens ſæpè homines a vinculo diabolici nexus abſoluit: & poſt obitum ad ſepulchrum ſuum ergaſtulati cathena reuinctos liberos meritis ſuis abire permiſit. Denique Guntheramnus Rex cornu, cuius voce vel moloſſos colligere, vel illa cerueorum arboreorum armenta effugare conſueuerat, furto ablatum perdidit: quæ res multos in vincula coniecit, nonnullos facultate priuauit. Ex quibus tres viri memorati Confeſſoris monumentum petierunt: quo Rex comperto, iuſſit eos cathenis atque compedibus necti. Factúmque eſt ita: media nocte vero, lux in baſilica humana luce clarior oritur: diſſiliunt ferrearum pedeſtrium repagula, cathenarúmque diſruptis baccis vincti laxantur: quo audito, Rex exterritus velocius eos liberi arbitrij poteſtate donauit.

Capvt LXXXIX.

De Marcello Pariſiorum Epiſcopo.

MArcellus vero Pariſiacæ vrbis Epiſcopus, qui quondam, vt in eius vita legitur, ſerpentem immenſum hoc depulit ab oppido, & nunc in ipſius ciuitatis vico quieſcit. Ad cuius tumulum cùm Ragnimodus presbyter, qui nunc eius municipij habetur ſacerdos, quartano typo veniens decubaſſet, totáque die ieiunio & orationi vacaſſet, facto iam veſpere obdormiuit. Expergefactus vero poſt paululum à ſomno incolumis ſurrexit à tumulo.

Capvt XC.

De Germano eiuſdem vrbis Epiſcopo.

INgrediente autem Chilperico Rege in vrbem Pariſiacam, poſtridiè quam Rex ingreſſus eſt ciuitatem, paralyticus qui in porticu baſilicæ ſancti Vincentij, in qua beatus Germanus requieſcit in corpore, reſidebat, erigitur: mane autem facto expectante populo gratias beato Antiſtiti referebat. Nam ſæpè ibi & greſſus paralyticorum & cæcorum viſus virtute Sancti reſtituuntur: & raro aduenit eius ſolemnitas, quin ibi eius virtus oſtendatur.

Capvt XCI.

De Genoueſa Virgine ſanctiſſima.

EſT ibi & ſancta Genoueſa in baſilica ſanctorum ſepulta Apoſtolorum, quæ in corpore poſita tantum virtute præualuit, vt mortuum ſuſcitaret. Ad cuius tumulum ſæpiùs petitiones datæ ſuffragium obtinent: ſed & frigoriticorum febres eius virtute ſæpiſſimè reſtinguntur.

Capvt XCII.

De ſepulchro beati Luſoris.

IN Deolenſi autem Biturigi termini vico Beat. Luſor Leucadij quondam Senatoris filius, requieſcit, qui fertur in albis migraſſe a ſeculo: in crypta vero poſitus ſuper pauimentum, ſepulchrum habens ex marmore Pario mirabiliter exſculptum. Factum eſt autem vt quadam vice S. Germanus Pariſiacæ vrbis Epiſcopus, ad hunc tumulum vigilias celebraret, haud procul formulam habens in qua genua cùm neceſſitas cogeret, deflectebat. Factum eſt autem in vna vigiliarum nocte, dum pſalmos lectionis Dauidicæ decantarent ſtationis labore, laſſi clerici quaſi pro aliquo reuelamine, ſe ſuper ſepulchrum Sancti defixis vlnarum compagibus ſuſtentarent. Contremuit illico beati tumulus Confeſſoris, & ſibi iniuriam irrogari præſenti vibratione fatetur. At Germanus Pontifex terrore perterritus, amoueri deſuper præcepit ſomnolentos, dicens. Abſiſtite ô ſegnes; procul à tumulo, ne ſancto Dei moleſtia inferatur: quibus amotis tremorem illum deinceps non ſenſerunt. Sed nec illud placuit præterire, quod cuidam pauperi idem Luſor beatus per viſum adparuit, præcepitque cellulam emundari, in qua vt ferunt, infantiæ vagitus exegerat: ſed cùm pauper ille bis commonitus agere iuſſa differret, adparuit ei tertio dicens. Si feceris quæ præcipio, vnum trientem pro obedientiæ famulatu recipies: ille vero conſurgens cellula ſcopis mundata, abluta, & aqua herbiſque reſperſa, ſtabat attonitus, pollicitam promiſſionem operiens, donec nutu Dei aduertit trientem in pauimento lucere, quem colligens lætus abſceſſit.

Capvt XCIII.

De Maximino Treuerorum Epiſcopo.

A EST & apud vrbem Treuericam ſuburbano ſanctus Maximinus magnus cum Domino populi illius aduocatus, ad cuius tumulum ſæpe cernuntur miracula glorioſa. Tempore enim Theodoberthi Regis Arboaſtes quidam presbyter cum Franco quodam contendebat Rege præſente. Ac dum hæc agerentur, Rex loca ſancta vrbis quæ ſub vrbis illius vicis habentur, cauſa viſitabat orationis. Cùm autem videret Rex proſecutionem presbyteri eſſe callidam, conuerſus ad eum. Si vera ſunt, inquit, quæ proſequeris, hoc ſuper tumulum Maximini Antiſtitis Sacramento confirma. Audeo, ait, hæc, presbyter, quæ præcipis adimplere: & ſtatim ponens manus ſuper ſanctum ſepulchrum dixit. Huius Sancti virtute opprimar, ſi aliquid falſi loquor, de his

B quæ proſecutione mea contra hunc Francum inſiſto. Frmente autem barbato, & quaſi contra Sanctum Dei furibundo, egreſſi ſunt de baſilica: eúmque per viam pergerent ſubito delapſus presbyter ſolo peſſundedit, & mortuus eſt, laudauitque deinceps barbatus virtutem Sancti, cui prius detraxerat: ſicque Archidiaconum vrbis ipſius cùm à Nicetio Epiſcopo pro adulterij crimine pulſaretur, Sacramento ſe ad huius Sancti ſepulchrum purificari expetiit; ingreſſúſque primum cryptæ limen, reſtitit quaſi ſtupens. Dehinc deſcendens per gradus, ad aliud oſtium venit: cúmque ad tertium accedere vellet, protinus febre correptus, greſſum amplius figere non audens, crimen quo imputabatur, in diſcrimine mortis poſitus eſt confeſſus, deprecans populum vt pro ſe vel ſancti Antiſtitis, vel Epiſcopi ſui ſuffragia flagitaret: ſed ſtatim vt confeſſus fuit, ab impulſu febris erutus ſui Antiſtitis eſt in charitate receptus.

C

Capvt XCIV.

De Nicetio ipſius vrbis Epiſcopo.

NIcetius autem, vt ſupra diximus, ipſius vrbis Epiſcopus eleemoſynæ, charitatis ſanctitatiſque totius refulſit merito, dum in corpore commoratus eſt. Hic à ſeculo migrans, ad baſilicam ſancti Maximini prædeceſſoris ſui ſepultus eſt. Ad cuius nunc tumulum vinctorum cathenæ franguntur, energiam incurſionis diabolicæ patientes extruſis dæmonibus liberantur. Cæcorum oculi plerumque remotis tenebris lumine infunduntur: nam de periuris quid dicam? Si quis enim ibi falſum iuramentum proferre auſus fuerit, illico diuina vltione corrigitur: nec quiſquam hæc vel loqui

D audet, ſi conſcientia torquente, reum ſe eſſe cognouerit: quod ibi Sacramentum præſumat exoluere.

Capvt XCV.

De Medardo Sueſſionenſi Epiſcopo.

MEdardus vero glorioſus Confeſſor, iuxta vrbem Sueſſionicam quieſcit. Ad cuius ſepulchrum ſæpe compedes miſerorum confractas aſpeximus: poſt ſcriptum de mirabilibus eius librum, mulier manu debilis, deuote expetiit beati præſidia ſacerdotis: deníque cum reliquis vigilias fide integra celebrat, confiſa ab eius virtute manus humore ligatas poſſe diſſolui: qui infelicium cathenas potentia virtutis eximeret. Factum eſt autem, dum Miſſæ celebrarentur, reſolutis

E neruorum arentibus ligaturis, gratias Confeſſori referens, ad ſanctum altare accedens, gratiam benedictionis accepit incolumis. Et quia priuſquam templum ædificaretur, erat ſuper ſepulchrum Sancti cellula minutis contexta virgultis, & dedicato templo hæc fuit amota, dignum eſt, vt de ipſius ligni tenuitate magnum aliquid proferamus. Nam ſæpiùs de eo haſtulæ ſactæ parumper acutæ, dolori dentium remedia contulerunt. Hæc audiens Charimeris, qui nunc referendarius Hildeberthi Regis habetur, dum de hoc dolore laboraret, baſilicam Sancti expetiit, vt ſumpturus ex ligno à virtute Sancti medicinam mereretur accipere: ſed veniens oſtium reperit obſeratum. Confiſus ergo, quia virtus beati, vbique ſit præſens, extracto cultro haſtulam excutit ab oſtio. Statimque vt dentes attigit, noxius dolor abſceſſit. Habetur apud nos & baculus eius, de quo plerumque infirmi medicamina ſunt experti.

F

Capvt XCVI.

De Albino Andegauorum Epiſcopo.

ALbinus autem Confeſſor, cuius nuper vitæ liber à Fortunato eſt conſcriptus presbytero, obtinet & ipſe impertiente merito ſuum oſtendi miracula ad ſepulchrum. Aderat igitur dies ſolennitatis, in quo paralyticus membris omnibus debilis, euectus plauſtro, ante vitream abſidem, qua ſancta concludebantur membra ſedebat datúſque ſopori vidit virum ad ſe venientem, & dicentem ſibi. Quouſque dormitas, & ſanus fieri non deſideras? qui ait. Vtinam merear ſanus fieri. Dixitque ei vir. Cùm ſignum ad curſum horæ tertiæ audieris inſonare, ſurge continuo, & ingredere baſilicam ad quam veniſti. Futurum eſt enim vt ipſa

G hora beatus Martinus cum Albino contribule ingrediatur baſilicam: & oratione facta, ad eius ſolemnitatem Turonenſem accedere debeat. Si enim eo momento præſens fueris, ſanus efficieris. Nec moratus ille, commoto ſigno accedit ad tumulum Sancti, cúmque Dauidici carminis laudationem clerici canere cœpiſſent, odor ſuauitatis in baſilica Sancti aduenit: & hic directis pedibus incolumis eſt erectus; quod non à paucis, ſed à pleriſque viſum regio teſtatur alumna. Sic & apud Crouenſem vicum mulier à natiuitate cæca, inuocans nomen Sancti, ipſa die illuminata eſt.

Capvt XCVII.

De Hoſpitio Confeſſore.

H FVit in regione Nicenſi Hoſpitius magnus Dei famulus, qui multis virtutibus præditus, ab hoc mundo migrauit. Cúmque ſepeliretur, quidam iuxta ipſum ſepulchrum manum ponens parumper pulueris eleuauit. Quod in linteo inuoluens rudi ſecum ſuſtulit. Progreſſúſque poſtidiè nauem quæ Maſſiliam ire parabat, offendit in littore: ſed hic Lirinenſe monaſterium expetere cupiebat. Viri igitur quorum erat nauis, Iudaica erant à ſtirpe progeniti. Qua exiſtente cauſa, noluit vir indicare naucleris quæ ferebat. Denique poſtquàm progreſſi contra Lirinenſe monaſterium deuenerunt, nauis in medio pelagi reſtitit, flantibúſque ventis nulla mouetur in parte: ſtupentibus vero Iudæis, quid hoc eſſet, homo ille veritatem aperuit dicens. Reliquias beati Hoſpitij mecum habeo; & nunc Lirinum adire deſidero: quod vobis indicare metui. Nunc autem ſcio, quia eius virtute retinetur nauis veſtra. Nec hinc moueri prorſus poterit, niſi

conſen

conſenſum illue præbeatis quò ego ite diſpoſui. Quod audientes viti, ſtupote pernoti, mutatis velis flante vento ſecundo, iam viro in inſula Lirineoſi depoſito, quo voluerunt, liberè abierunt.

Capvt XCVIII.

De Eremita cui caldaria lignea fuit.

ECce quales quantáſque ſuis congregat diuitias mundi paupertas, vt eis non ſolùm quæ voluerint redemptor, qui cuncta ex nihilo condidit, tribuat: verumetiam ipſa eis elementa iubeat famulari. Nam recolo me audiſſe ante hos annos, extitiſſe quendam in eremo regionis cuiuſdam, ad quem requirendum cùm frater è proximo prompta deuotione veniſſet, exceptus eſt ab eo plena animi charitate. Tunc ingreſſi paruulum quodammodo tugurium, oratione facta reſederunt. Conferentéſque plurima de verbo Dei; ſurgit ſenex à cellula: ingreditur hortulum, oléra decerpit ad cibum. Accenſóque foco, ponit caldariam ligneam ſuper ignem impletam aqua cum oleribus, vrgénſque ignem ita vehementer feruere coëgit, vt putaretur ænea eſſe. Hoc autem videns vir qui aduenerat, ſtupore commotus, interrogat quid hoc eſſet? reſpondit ſenex. Multis iam in hac eremo annis inhabito, ſed ſemper in hac caldaria cibos, Domino iubente ad reficiendum fragile corpuſculum præparaui. Coctiſque cibis, redditis Deo debitis hymnis, ambo ex huius vaſculi miniſterio ſunt refecti. Hæc olim audiui. Nam nuper vidi Abbatem qui eum Ingenuum nominabat, adſerens eum iuxta Auguſtodunenſem terminum commoratum fuiſſe, & ſæpiùs in hoc vaſculo vel olus vel crumelum coctum cum illo ſumpſiſſe. Confirmabat autem cum iuramento vidiſſe ſe caldariam flammia ſuperpoſitam validiſſimé feruere: & ita ſemper fundum eius humidum extitiſſe, vt putaretur iugiter ab aliquo humectari.

Capvt XCIX.

De Auito Confeſſore Aurelianenſi.

AVitus Abbas Carnoteni pagi, quem Pertenſem vocant, ſæpiùs imminete diſſolutionem ſui corporis Spiritu ſancto reuelante prædixit, qui recedens a corpore, honorificè apud Aurelianenſem vrbem humatus eſt, ſuper quem fideles Chriſtiani Eccleſiam conſtruxerunt. Poſt cuius obitum cùm anniuerſarius adſumptionis eius dies cum ſummo coleretur honore, vnus è ciuibus aliis ad miſſarum ſpectanda ſolemnia euntibus, accepto raſtro vineam paſtinare direxit, increpatuſque à multis, cur huic feſtiuitati deeſſet, redire noluit dicens. Et hic quem colitis, operarius fuit: verùm vbi ingreſſus vineam primo ictu terram aperuit, protinus retorta ceruice facies eius ad tergum conuerſa eſt. Tunc tremens ſpectantibus populis cum fletu magno baſilicam Sancti ingreditur. Poſt paucos verò dies orans, in eodem loco adſiduè directa ceruice conualuit.

Capvt C.

De Cypriano Petragorici Abbate.

CYprianus Abbas Petragorici oppidi magnificæ ſanctitatis vir fuit, per quem Deus multa miracula in hoc mundo operari dignatus eſt. Nam manus debiles frequenter rediotegrauit, paralyticis greſſum, cæcis reſtituit viſum. Tréſque lepruſos inunctos oleo, priſtinæ reddidit ſanitati: ſed & nunc crebrò ſuper infirmos ſanitates oſtendit, ſi fideliter eius tumulum expetant, aut exorent.

Capvt CI.

De Eparcho Equolenenſi recluſo.

SEd & ad Eparchi Equolenenſis vrbis recluſi ſepulchrum ſæpiùs infirmi ſanantur. Nam & ſtagoriticorum febres & alia incommoda eius meritis extinguuntur. Cæcus verò de Petracorico territorio, vt ſe ſepulturæ illius proiecit, fuſa oratione lumen recipere meruit. Comes autem antedictæ vrbis Equolenenſis fure inuentu ac ſuppliciis dedito, patibulo condemnari præcepit. At ille cùm duceretur ad mortem, inuocare huius Sancti nomen cœpit, & adductus ad ſtipitem, fuſa oratione ſuper terra patibulo adpenſus relictus eſt, quod cùm Monachi præſenſiſſent, ſimul proiecti ad tumulum Sancti, orare cœperunt, dicentes: O ſancte Confeſſor ſi tibi vita ſuperſtes eſſet in ſeculo, eruere potueras hunc pauperem de manu mortis: ſicut plerumque tali ſupplicio addictos liberaſti: ſed nec diffidimus de tua oratione, vt quod viuens feciſti in ſeculo, poſſis renouare ſublimatus in cœlo, & data nocte miſit Abbas vſque ad furcam. Accedente autem Monacho, ſtatim diſruptis ligaminibus terræ delapſus eſt: & ſic ſuſtentatus à Monacho viuens adducitur ad Monaſterium, hauſtóque parumper vino, conualuit, vitáque ab iudice obtenta, liber abſceſſit.

Capvt CII.

De Felice Biturigum Epiſcopo.

POſt tranſitum autem Felicis Biturigi Epiſcopi, cùm ad eius tumulum quod marmore exſculptum Pario ſuper terram erat poſitum, cæcus quidam lumen oculorum fugatis tenebris recepiſſet, cognouiſſétque plebs amicum Dei, quem in corpore poſitum obſiſtentibus mundanis caliginibus, cognoſcere ad plenum non meruit: cœpit in orationum aſſiduitate eius limina penetrare: ſed quoniam vt diximus, ſarcophagus marmoreus viliori lapide obtectus erat, ſagacitas ciuium & præſertim Epiſcopi meliori ſarcophagum opertorio texit, id eſt ex marmore Heracleo. Amoto ergo viliore lapide poſt annum ferè duodecimum inuenerunt corpus beati Confeſſoris ita inlæſum, vt nulla diſſolutio in corpore, nulla putredo reperiretur in veſte: ſed ita erant cuncta integra, ac ſi, vt ita dixerim, ea hora tumulo putarentur ingeſta. Sed nec ibi quidem miſericordia Domini defuit, vt lapis repulſus non remaneret inglorius. Ferunt enim quòd multi eraſo potóque ex eo pulueris modico, tam à quartanis quàm tertianis ſiue quotidianis febribus celeriter liberantur.

Capvt CIII.

De Iuniano Lemouicorum recluſo.

FVit & Iunianus recluſus iuxta Lemouicinæ vrbis territurium, qui viuens multa populis oſtendit miracula: ſed & nunc ad ſepulchrum eius ſæpè morbi curantur. Nam vidi multos quos dinumerare putaui longum, qui cæcis oculis eo perducti lumen receperunt, paralyticique directi ſunt. Teſtiſque eſt ipſe populus hodiéque, qui cùm ſanitatem recipiunt, ſtatim ſe tributarios loco illi faciunt, ac recurrente circulo anni,

A pro redditæ ſanitatis gratia tributa diſſoluunt. Ex qolbus plurimi ſont qui ad baſilicam ſancti Martini noſtri Antiſtitis pertinere videntur.

Capvt CIV.

De Pelagia Lemouicina.

PElagia verò genitrix beati Aredij Abbatis, cuius ſupra meminimus, valdè religioſa, cùm vrgeretur febribus,& eſſet in tranſitu,petiit filium,dicens. Quæſo,fili dulciſſime,ne me ante diem quartum ſepeliaris,vt venientes famuli famulæve omnes videant corpuſculum meum,nec vllus fruſtretur ab exequiis meis de his quos ſtudioſiſſimè nutriui. Et hæc dicens, emiſit ſpiritum: abluta iuxta morem,conlocatur in feretro, atque in Eccleſiam deportatur. Quartò verò die priuſquam B ſepeliretur, tantus odor ſuauitatis efflagrauit à corpore,vt omnes admirarentur. De nocte verò globus ignis magnus adparuit, qui ab Oriente conſurgens ac per cœli circulum currens, ſuper Eccleſiam ſterit, in qua corpus defunctæ iacebat. Ex hoc enim ita cunctam ædem ſubitus ſplendor obtexit, vt putarent ſe diem medium contemplari. Et ſtatim energumeni multi exclamauerunt, dicentes, quòd Martinus venit ad tranſitum Pelagiæ: ſuccedente verò Dominica die poſtquàm ſepulta eſt poſuerunt cereum ad caput eius dicentes. Parum nobis eſt ceræ & iam nox prolixior habetur, cùm ad matutinum conſurgimus tunc accendatur cereus iſte, & clauſo oſtio abierunt. Explero autem ſomno, ingreſſi baſilicam, inuenerunt cereum ardentem quem extinctum reliquerant: ſed & ſanitates infirmorum ſæpiùs aguntur ad huius religioſæ ſepulchrum.

C

Capvt CV.

De ſepulchro Creſcentiæ Pariſiorum.

TVmulus erat in vico Pariſiorum haud procul à loco,in quo Senior vt aiunt,Eccleſia nuncupator, nullo opertus tegmine. Ibique in lapide habebatur ſcriptum. Hic requieſcit Creſcentia ſacrata Deo puella: ſed nulla ætas recolere poterat quale ei fuerat meritum, vel quid egiſſet in ſeculo. Nuper autem à quodam clerico hoc epitaphium legitur. Inſtigante verò fide, ſuſpecti ſont habiti homines, quod aliquid cum diuina maieſtate virgo potuerit obtinere. Dum verò in hac ſuſpicione penderent, quidam quem ardor tertianæ febris cum graui tremore vexabat,craſi à tumulo parum pulueris haurit, móxque ſedato tremore conualuit. Vulgatúmque verbum plerumque profuit multis in hac infirmitate detentis. Succedente deinde tem-D pore, monetarius vrbis grauiter ægrotare cœpit: cui in viſione puella adparuit, dicens. Vade ait quantocius, tumulum Creſcentiæ virginis tege. Erit tibi hoc adiutorium, ne à morbo quo captus es, diutius fatigeris. At ille confiſus calces inquirit, oratorium deſuper conſtruit, protinuſque ab infirmitate laxatur. Sed vt virtus virginis in maioribus efferretur honoribus, cuidam ex vrbe dens indoluerat, ita vt intumeſcente maxilla vix vel tenuis cibi parum capere poſſet, pergit fide plenus ad tumulum. Factáque baſtula vna de parte acuta, vt in humanis vſibus ad purgandos dentes fieri ſolet, ſuper ſepulchrum puellæ ponit. Statimque vt exinde dentem qui dolebas, adtigis, omnis dolor obſtupuit. Ex hoc autem accepto experimento quos hic dolor vexat, huius virginis, vt experunt præſidia,mox ſanantur.

E

Capvt CVI.

De beata Radegunde Pictauienſi.

BEata verò Radegundis, cuius in initio libri Martyrum meminimus, poſt emeritos vitæ labores ab hoc mundo migrauit: de cuius tranſitu accipientes nuntium,ad Monaſterium Pictauenſis vrbis acceſſimus, quod ipſa inſtituerat: reperimus autem iacentem in feretro, cuius ſancta facies ita fulgebat, vt liliorum roſarúmque ſperneres pulchritudinem. Stabat enim circa feretrum multitudo immenſa ſanctimonialium ad numerum circiter ducentarum, quæ per illius prædicationem conuerſæ vitam ſanctam agebant, quæ ſecundùm ſeculi dignitatem, non modò de Senatoribus, verùmetiam nonnullæ de ipſa Regali ſtirpe ac religionis forma florebant. Stabant autem plangentes atque dicentes, Cui nos orphanas mater relinquis? cui nos F deſolatas commendas? reliquimus parentes, facultatéſque,ac patriam, & te ſecutæ ſumus. Cui nos relinquis niſi perpetuis lachrymis,& nunquam finiendo dolori? Ecce vſque nunc maius nobis erat hoc Monaſterium, quàm villarum aut ciuitatum ſpatia. Quæ quocunque loco accedebamus, contemplantes glorioſam faciem tuam, ibi inueniebamus aurum, ibi argentum: ibi ſuſpiciebamus florentes vineas, ſegetéſque comantes: ibi prata diuerſorum florum varietate vernantia. A te carpebamus violas, tu nobis eras roſa rutilans, & lilium candens. Tua nobis verba quaſi Sol reſplendebant, & quaſi Luna tenebris conſcientiæ noſtræ lucidam veritatis lampadem accendebant: nunc autem contenebrata eſt nobis omnis terra, anguſtatum eſt ſpatium huius loci dum tuam faciem non meremur aſpicere. Heu nos derelictas à ſancta matre: felicéſque illas quæ te ſuperſtite ab hoc ſeculo migrauerunt: & ſcimus quidem te choris ſanctarum virginum & Dei Paradiſo eſſe coniunctam. Sed cùm ex hoc conſolamur, illud G nobis eſt lamentabile, quòd te corporeis oculis intueri non poſſumus. Hæc & alia inter lamenta dicentibus, cùm à lachrymis temperare non valeremus, conuerſus ad Abbatiſſam aio. Sinite parumper ab his fletibus, & ea potiùs quæ ſunt neceſſaria tractare. Ecce frater noſter Marouens huius vrbis Epiſcopus non eſt coram, eò quòd illum cauſa viſendarum parœciarum elongauerit. Nunc autem habete conſilium ne ſanctum corpuſculum iniuriam patiatur, & gratia quam Deus beatis artubus præſtitit, auferatur, dum tempus ſepulturæ differtur,acceleratè debitas exequias, vt ſepulchro cum honore reddatur. Ad hæc Abbatiſſa reſpondit, & quid faciemus, ſi Epiſcopus vrbis non aduenerit? quia locus ille quo ſepeliri debet, non eſt ſacerdotali benedictione ſacratus. Tunc ciues & reliqui viri honorati, qui ad exequias beatæ Reginæ conuenerant, imperant paruitati meæ dicentes. Præſume de charitate fratris tui, & benedic altare illud. Confidimus enim de eius beneuolentia, quod moleſtum non ferat H quæ feceris, ſed magis gratiam referat. Præſume precamur, vt caro ſancta ſepulturæ reddatur: & ſic ab illis miniſtus altare in cellula ipſa ſacraui. Verùm vbi ſanctum corpus mouentes, pſallendo deducere cœpimus, mox energumeni declamantes, & ſanctam Dei confitentes,torqueri ſe ab ea fatebantur. Tranſeuntibus autem nobis ſub muro, iterum caterua virginum per feneſtras turrium, & ipſa quoque muri propugnacula, voces proferre ac lamentari deſuper cœpit, ita vt inter ſonos fletuum atque conliſiones palmarum, nullus poſſet à lachrymis temperare, ſed & ipſi quoque clerici,quorum erat pſallendi officium,vix inter ſingultus & lachrymas antiphonam poterant explicare, dehinc accedimus ad ſepulchrum. Nam prouidentia Abbatiſſæ capſam ligneam fecerat, in qua corpus aromatibus conditum incluſerat, & ob hoc foſſa ſepulturæ ſpatioſior erat:ita vt ablatis duorum ſepulchrorum ſingulis ſpondis, ac de latere iuncta capſa cum ſanctis

artubus locaretur. Tunc facta oratione diſceſſimus, reſeruantes Epiſcopo loci, vt ab eo celebrata Miſſa tegeretur operculo. Redeuntes verò ad Monaſterium, ducebat nos Abbatiſſa cum virginibus per loca ſingula in qua ſancta aut legere conſuerat, aut orare lugens ac dicens. Ecce ingredimur in cellulam, & matrem amiſſam non reperimus. Ecce ſpatium in quo flectens genua cum lachrymis, Dei omnipotentis miſericordiam precabatur, & à nobis non videtur. Ecce librum in quo legebat, & vox ſpiritali ſale condita non verberat aures noſtras. Ecce fuſos in queis per longa ieiunia & profluas lachrymas nectere ſolita, & almi ſanctitate digiti non cernuntur. Hæc illis dicentibus, renouantur lachrymæ, ſuſpiria proferuntur, & ipſa quoque viſcera ab affectu plorantium reſoluuntur in fletum. Tantúſque mœror pectus meum obſederat, vt à lachrymis non deſiſteram, niſi ſcirem beatam Radegundem ablatam Monaſterio corpore, non virtute, & aſſumptam à mundo, collocatam in cœlo.

Capvt CVII.

De ſancto Paulino Epiſcopo Nolano.

FVit viræ venerabilis Paulinus Nolanæ vrbis ex nobili ſtirpe ortus, Taraſiam ſimilem ſibi ſortitus eſt coniugem, habens diuitias multas, & tam in fundorum poſſeſſione quàm in præſidiis domorum valdè diues erat ac locuples. Sed cùm primum aures eius Euangeliorum lectio illa penetrauit, in qua Dominus adoleſcentem pro diuitiis arguit, dicens. *Vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & veni ſequere me: facilius eſt camelum per foramen acus tranſire quam diuitem introire in regnum Dei:* ſtatim venditis omnibus quæ habebat, pauperibus erogauit. Exoneratus à cunctis cupiditatibus magiſtrum liber ſequitur, per hæc ſe putans Paradiſi diuitiis locupletari, ſi videretur nihil de tranſitoriis poſſidere. Cui maieſtas diuina attribuit, vt quod impoſſibile dixerat per Euangelium, hic poſſibiliter adimplere mereretur per actum. Quadam verò die venit ad eum qui ſtipem peteret, & ait coniugi. Vade & da ei quod habet neceſſarium: quæ reſpondit, non eſt nobis ampliùs quàm vnus panis: cui ille. Vade, inquit, porrige eum, Dominus enim dabit nobis victum; ſed illa quaſi ſtrenua reſeruari cupiens, ne aliquid deeſſet, porrigere noluit. Interea aduenerunt quidam dicentes, miſſos ſe à dominis ſuis, vt illi annonæ ac vini deferrent ſpeciem: ſed per hoc ſe moratos, quòd orta tempeſtas vnam eis cum tritico abſtulerit nauem. Tunc vir Dei conuerſus ad mulierem ait. Intellige nunc pauperi vnum panem fuiſſe furatum, & ideò hanc nauem eſſe merſam. Perrexit ergo cum coniuge, quaſi peregrinaturus in aliam regionem, nihil habens præter ſtatum proprium. Poſt multum verò tempus, cùm ab incolis regionis ſuæ requireretur, nec poſſet penitus reperiri, negotiator de ciuitate illa ad hanc vrbem aduenit, in qua vir beatus cœleſti Domino ſeruiebat. Cúmque vidiſſet eum, ſtatim proiiciens ſe ſolo, & pedes Sancti amplectens, ait. Hic eſt beatus Paulinus toto vulgatus orbe, qui multùm à ſuis ciuibus quæſitus, prorſus non potuit inueniri, & narrante eo omnes actiones eius, obſtupuerunt hæc audientes. Nec mora decedente Sacerdote apud Nolanam vrbem, ipſe in locum Epiſcopi ſubrogatur: habebat autem Eccleſia illa multas diuitias, impleuitque in eum Dominus, quæ per Euangelium promittere eſt dignatus, quia *qui reliquerit omnia propter me, centuplum in hoc ſeculo accipiet, in futuro autem vitam æternam poſſidebit.* Verùm adſumpto Epiſcopatu ſemper ſe humilem proferebat, quia ſciebat ſe apud Deum excelſum futurum, ſi humilitatem ſectatus fuiſſet. Pecunia verò de reditibus Eccleſiæ, quæ manus eius adtingebat, confeſtim pauperibus erogabatur. Caſtiſſima enim coniux eius non diſcedebat ab eo. Erat autem vir ſanctus miræ prudentiæ rhetoricis litteris eruditus. Quod opus eius quando ad nos peruenit, valde patefecit. Nam cùm ad diuerſos tam verſu quàm proſa ſcriberet, de virtutibus beati Martini ſex verſu conſcripſit libros: ſcripſit & alios verſiculos in laudem eius. Viditque eum in corpore poſitum, & oculum ſuum ab eo illuminatum recepit. Qui tantùm in virtute per multiplicata gratiarum ſpiritalium charismata reſplenduit, vt ante obitum ſuum ipſum Martinum Ianuariúmque Italicum priuſquàm ſpiritum redderet, corporeis oculis contemplaretur. Priùs enim ab eo de hoc mundo migrauerant, & quia de huius beati vita nihil legeramus, idcirco ea quæ per relationē fidelium cognouimus, dum de eleemoſynis proloqui voluimus, memorauimus: de tranſitu autem eius eſt apud nos magna lectio, ideò eum ex ordine proſequi non ſumus. Ecce quid tribuit eleemoſyna. Ecce qualea theſauros ſanctis ſuis qui ſe in pauperibus diligunt, Deus indulget. E contrario auaritiæ malo inhiantibus quæ nequiter concupiſcunt aufert, iuxta illud Euangelij ſancti oraculum, quia qui *habet, dabatur ei, & abundabit: qui autem non habet, quod videtur habere, auferebatur ab eo.*

Capvt CVIII.

De negotiatore qui eleemoſynam non fecit.

SIc & quodam loco in portu maris geſtum fuiſſe, multorum confirmat relatio. Quidam pauper & ſenex, marſupiis oneratus, venit ad littus maris: & accedens ad portum petere eleemoſynam à naucleris cœpit. Atque illi qui primus carinæ erat importunior adſiſtebat dicens, Da mihi aliquid. Tunc ille commotus ait. Abſiſte quæſo decrepite, & noli à nobis quærere quicquam. Nihil enim hîc aliud præter lapides habemus. At ille ait, ſi lapides dicis eſſe quæ in tuis ditionibus nauis continet, omnia vertantur in lapides, & ſtatim cunctum nauis onus quod mandi potuit in ſaxum conuerſum eſt. Ego enim ex his & dactylos vidi, & oliuas aſpexi marmore duriores. Nam cùm in lapidis duritiam conuerſa fuiſſent, nunquam tamen colorem quem habuerant, perdiderunt, illis eadem forma eadémque ſpecies erat. Dominus autem nauis pœnitentia motus, inquiſitum ſenem nunquam potuit reperire: & ſicut ferunt; per multas ciuitates de iis, quæ in ſaxum mutata fuerant ad videndum direxit, vt ſcilicet exemplum eſſet omnibus, ne ſimilia perpetrarent. Ecce quid agis impudens auaritia: feciſti hominem pauperem: qui non porrigendo pauperi putauit ſe poſſe fieri ditiorem.

Capvt CIX.

De alio qui vinum adulterauit.

QVid etiam & alij contigerit, qui per adulteria multiplicare terrena ſtudnie lucra non ſileam. Quidam apud Lugdunenſem vrbem vix ita laborans, vt vnum trientem poſſet habere, accenſus auri execrabilia ſacra fame voluit per eum ſæculi ora replere, iuxta illum Prudentij noſtri verſiculum,

Auri námque fames parto conquiritur auro.

Igitur de hoc triente vinum comparat, admixtíſque aquis, iterum per argenteos venundans, duplat pecuniam. Hoc iterum atque iterum agit, & tam diu turpis lucri ſectator eſt factus: vſque quò centum ſolidos de hoc triente lucraretur: ſed iudicium Dei confutauit lucra diaboli. Congerens enim auarus negotiator aurum in ſacculum, poſſeſſurus pecuniam vnius horæ momento, alterius negotiatoris nundinas adit. Extractóque triente quaſi aliquid negotiaturus, colloqui

A cum ſocio cœpit. Erat autem ſacculus ex pelle phœnicia, ſicut his manu geſtare mos eſt. Et ecce ſubitò aduceniens miluus, rapit eum pedibus atque decerpere tentat, putans à colore partem aliquam carnis eſſe. Sed cùm nihil pinguedinis ſentiret in eu, euulans ſuper alueum Araris, de quo hic aquas hauriens vino miſcuerat, laxatum ſacculum deiecit in flumen. At ille adprehenſis capillis, elidens ſe ad terram, ſpargénſque puluerem ſuper caput ſuum aiebat. Væ mihi qui iudicio Dei oppreſſus perdidi pecuniam quæ iniquè fuerat adgregata, nam ex vno triente centum erexi ſolidos. Nunc perditis centum ſolidis, vnus mihi tantum remanſit triens. Væ mihi ſicut feci, ſic recepi: & qui è nihilo eos habui ad nihilum rediiſſe conſpiciu. Talis pecunia, diabole, tua eſt, per tale lucrum deduxiſti Deo inobedientes in Tartarum. Tale enim commercium & in præſenti damni notam ingerit, & in futuru diuerſarum pœnarum genera parit. Abſiſtite ab his quæſo, qui hæc legitis, abſiſtite & nolite talibus participes eſſe: ſint lucra veſtra B diuinæ maieſtatis gratia: exercitia veſtra, Scripturæ ſanctæ doctrina. Fiat congregatio veſtra in marſupiis pauperum, quæ æternæ gehennæ flagrans reſtinguat incendium & hoc ipſum a Domini eſt miſericordia poſcendum, non propria virtute quærendum, qui nobis præſtare dignetur illorum interceſſione ſancta, quorum hic liber ſacra prodit miracula, vt non ſolùm de terrenis diuitiis, ſed etiam de talentis verbi ſui bonam facientes rationem, multiplicationis mercede recepta audire mereamur ab ipſo. Euge ſerue bone, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Amen.

EIVSDEM GEORGII
Florentis Gregorij Epiſcopi Turonici,

C

DE MIRACVLIS S. MARTINI Archiepiſcopi Turonenſis, Libri quatuor,

De Vitis Patrum, Liber vnus.

De Septem Dormientibus in Maiori Monaſterio propè Turonum, Liber vnus.

Diligenti opera & fide veterum Codicum exſcripti, emendati & aucti.

Labore & induſtria I. B. in Senat. Pariſienſ. & Regiâ Aduoc.

EPISTOLA B. GREGORII

D

Turonenſis Antiſtitis, in quatuor libros, quos de Miraculis Beatiſſimi Epiſcopi Martini deſcripſit.

DOMINIS ſanctis, & in Chriſti amore dilectiſſimis Fratribus ac filiis Eccleſiæ Turonicæ mihi à Deo commiſſæ Gregorius peccator. Miracula illa, quæ Dominus Deus noſter per beatum Martinum Antiſtitem ſuum in corpore poſitum operari dignatus eſt, quotidie ad corroborandam fidem credentium confirmare dignatur. Ille nunc exornat virtutibus eius tumulum, qui in eo operatus eſt cùm eſſet in mundo, & ille præbet per eum beneficia Chriſtianis, qui miſit tunc Præſulem gentibus perituris. Nemo ergo de antecactis virtutibus dubitet cùm præſentium ſignorum cer- E *nat munera diſpenſari, cùm videat claudos erigi, cæcos illuminari, dæmones effugari, & alia quæque morborum genera, ipſo mediante curari.*

Ego verò fidem gerens libro huic, qui de eius vita ab anterioribus eſt ſcriptus, præſentes virtutes, quantum ad memoriam recolo, memoriæ in poſterum, Domino iubente mandabo. Quod non præſumerem, niſi bis & tertio admonitus fuiſſem per viſum. Vnde omnipotentem Deum teſtem inuoco, quia vidi quadam vice per ſomnium medio die in baſilica Domini Martini debiles multos, ac diuerſis morbis oppreſſos ſanari, & videbam eos, ſpectante matre mea, quæ ait mihi. Quare ſegnis es ad hæc ſcribenda quæ perſpicis? Cui aio, Non te latet, quòd ſim inſcius litterarum, & tam admirandas virtutes ſtultus & idiota non audeam promulgare? Vtinam Seuerus, aut Paulinus viuerent, aut certè Fortunatus adeſſet, qui iſta deſcriberent. Nam ego iners ad hanc notam incurro ſi hæc adnotare tentauero. Et ait mihi, & neſcis quia propter intelligentiam populorum ſi quis loquitur, ſicut tu loqui poteris, eo habetur magis præclarum? F *Itaque ne dubites, & hæc agere non deſiſtas, quia crimen tibi erit ſi ea tacueris.*

Ego autem hæc agere cupiens, duplicis tædij affligor cruciatione, mœroris pariter & terroris. Mœroris, cur tantæ virtutes, quæ ſub anteceſſoribus noſtris factæ ſunt, non ſunt ſcriptæ. Terroris vt aggrediar opus egregium ruſticanus. Sed ſpe diuinæ pietatis illectus, aggrediar quod monetur. Poteſt enim (vt credo) per mea lingua ſterilitatem proferre iſta, qui ex arida petra in eremo producens aquas, populi ſitientis extinxit ardorem. Aut certè conſtabit, rurſum os aſinæ Dominum reſerare labia mea aperiens, per me indignum iſta dignetur expandere. Sed quid timeo ruſticitatem meam, cùm Dominus Redemptor & Deus noſter, ad deſtruendam mundanæ ſapientiæ vanitatem, non oratores, ſed piſcatores, nec Philoſophos, ſed ruſticos prælegit? Confido ergo orationibus veſtris. quia etſi non poteſt paginam ſermo inculens ornare, faciet eam tamen glorioſus Antiſtes præclaris virtutibus elucere.

INCIPIT LIBER PRIMVS
Miraculorum ſanctiſſimi Martini.

G

CAPVT I.

Quòd Seuerus vitam S. Martini conſcripſit.

MVLTI ſunt, qui virtutes S. Martini, vel ſtante verſu, vel ſtylo proſaico conſcripſerunt. De quibus primus ille Seuerus Sulpitius, cui tantus feruor amoris fuit in Sanctum Dei, vt eo adhuc degente in ſæculo, vnum librum de mirabilibus vitæ eius ſcriberet, exinde poſt tranſitum beati viri, duos libros ſcripſit, quos Dialogus voluit vocitari. In quibus nonnulla de virtutibus Eremitarum, Anachoretarúmve inſeruit. Sed nullo inferiorem noſtrum potuit reperire Martinum, quem Apoſtolis ac SS. Martyribus, ſanctiſque prioribus H exæquauit, ita vt etiam diceret, felicem quidem Græciam, quæ meruit audire Apoſtolum Paulum prædicantem, ſed nec Gallias à Chriſto derelictas, quibus donauit Dominus habere Martinum.

CAPVT II.

Quòd eandem vitam beatus Paulinus verſu compoſuit.

PAulinus quoque beatus Nolanæ vrbis Epiſcopus poſt ſcriptos verſu de virtutibus eius, quos Seuerus complexus eſt, quinque libros, illa comprehendit miracula, quæ poſt eius geſta ſunt tranſitum, id eſt, in ſexto operis ſui libro.

Ait enim; cùm energumeni per cancellos baſilicæ

vehcrentur

A veherentur volatu aëreo, & ſæpè in puteum impulſu dæmonis iactarentur, abſtracti exinde illæſi, ac populis ſpectantibus ſunt reſumpti. Idque noſtris temporibus vidimus geſtum.

Alius quoque dæmon acquiſitum vaſculum præcipitem duxit ad amnem, quaſi prædam, quam ceperat, dimiſſurus. Sed non defuit perituro beati Confeſſoris auxilium. Nam ingreſſus in flumen, & vlteriorem ripam petens, nihil nocumenti accepit ſed ſiccis eſt etiam veſtimentis egreſſus, cúmque ad cellulam maioris monaſterij perueniſſet, mundatus apparuit. Hunc etiam teſtantur multas voces emittere ſolitum, ac lingua gentium incognitarum ſæpiſſimè loqui, venturáque fateri, & crimina confiteri. Sed vt diximus, poſtquàm limen Sancti attigit, ſanus abſceſſit.

Egidius quoque cùm obſideretur ab hoſtibus, & excluſo à ſe ſolatio turbatus impugnaretur, per inuocationem beati viri, fugatis hoſtibus liberatus eſt. Idque dæmoniacus in medio baſilicæ ipſa hora, qua geſtum B fuerat, eſt profeſſus S. Martini obtentu hoc fuiſſe conceſſum.

Puella, quæ paralyſis humore grauata, & quod peius eſt, errore cultus fanatici inuoluta erat, beati ſepulchrum expetiit, vigiliiſque celebratis ſanitati eſt reddita. Rurſum autem ad Idololatriæ vomitum reuocata, langorem quo obtentu beati Pontificis caruerat, iteratò incurrit.

Thimus quidam rabidus, inſtinctu dæmonis actus, coronam ſepulchri quæ Sancti meritum declarabat, violenter eripuit. Mox lumine priuatus, præda, cogente dolore, reſtituta, lumen quod perdiderat recepit.

Quidam verò à tentatore commotus, prolato gladio, cùm quendam ferire conaretur in atrio Confeſſoris, protinus ira in ſe retorta, veloci iudicio Dei proſequente, ipſo ſe mucrone perfodit.

Denique cùm populus ad templi ornatum columnas deferre cuperet gaudens, quidam vir, qui operi huic inuidus & contrarius erat, multa minabatur, pro eo quòd C ſolatium aliquod ad plauſtra petentibus non præberent. Cúmque ſuperbus equum feriret, in paruo fluuio præcipitatus, in ſinu aquarum gurgitis, ictibus ſuis ſuffocatus interiit. Tunc iuuentute præcedente, columnæ vſque ad beatum templum delatæ ſunt.

Quotiens etiam ad beatum ſepulchrum oleum fuiſſet poſitum, referunt illud vidiſſe adauctum. Sanctus verò Perpetuus Epiſcopus meritò beati diſcipulus prædicandus, ampullam cum oleo ad ſanctum tumulum detulit, vt eam virtus iuſti infuſa ſanctificaret. Et eraſo à marmore, quo ſancta membra teguntur, puluere, liquore permixto oleum redundauit, ita vt veſtimentum ſacerdotis nectare fragrans odore, oleagina vnda perfunderetur. Multique ex hoc infirmi potiti ſunt ſalute. Sed & procellæ ab agris hoc liquore ſanctificatis ſæpè prohibitæ ſunt.

Cùm autem ad templum ſanctum quidam deuotus fide plenus acceſſiſſet, & gratiam ſancti ſitiens cogitaret, quid de beata æde raperet ad ſalutem, propè ſepul- D chrum accedens, æditno ſupplicat, vt ſibi parum benedictæ ceræ largiretur è tumulo. Quam accipiens lætus abſceſſit, & agro, cui frugem ſeuerat confiſus impoſuit. Adueniens autem tempeſtas ſæuiſſima, quæ omnia in annis præcedentibus ſæpè vaſtauerat, ab hac eſt prohibita benedictione, nec ibidem vlla vt conſueuerat nocuit.

Magnifica verò atque deſiderabili Paſchali feſtiuitate adueniente, populus ad beati cellulam, in qua commoratus ſæpè frequentauerat cum Angelis, deuotus aduenit. Et ſingula loca allambens oſculis, vel irrigans lachrymis, in qua vir beatus ante ſederat, aut orauerat, ſiue vbi cibum ſumpſerat, vel corporis quieti poſt multos labores indulſerat, claſſe nauium præparata, amnem tranſire parat, vt beatum ſepulchrum adeat, & cum fletu veniam deprecans, coram Confeſſore ſe proſternat. Nauigantibus autem illis, tentatoris impulſu commoto vento, claſſis in profundo demergitur, & populus E vndique ab amne diripitur. Cúmque inter procellas fluctuum rotaretur, & ſpes omnis euadendi deperiſſet, vna omnium vox in clamore proſiliit dicens. Miſerator Martine eripe à præſenti interitu famulos famulaſque tuas. His dictis, ecce afflatus auræ placidæ auctus, ſubmerſos ſubuehit ab vndis illæſos, omnéſque littori, quod deſiderabant, vnda famulante reſtituit, nec vllus deperiit, ſed cuncti ſaluati, Paſchalia feſta ſumma cum exultatione proſequuti ſunt. Non enim defuit illa virtus, quæ Iordanem ſcindens, populum ſub aquarum molibus margine arente traduxit, cùm de fundo fluuij duodecim lapidibus ablatis ſigna Apoſtolica præſtantibus, Ioſue littus, cui aduenerat, conſecrauit, vel illa, quæ Petrum pereuntem pia amplectens dextera, ne periret, eripuit, vel quæ nautam ſubmerſurum, Martini Dominum inuocantem de profundo pelagi ad littus, quod optabat, elicuit.

Quidam pro benedictione aliquid de ſancta æde aſſumere flagitans, parum ceræ de ſepulchro ſancti accepit, & infra penetralia domus tanquam theſaurum cœ- F leſtem impoſuit. Factum eſt autem, vt inuidia tentatoris immiſſum incendium domum voraci flamma concuteret, & ſparſum per aridas tabulas cuncta vaſtaret. Interea clamor ad cœlum tollitur, & beati Martini auxilium imploratur. Meminit ille etiam ceræ particulæ à ſancti templo delatæ. Quæ reperta, & igni iniecta, protinus cunctum reſtinxit incendium, nouóque miraculo cera, quæ ignem alere erat ſolita, violentiam ignis vi ſanctitatis oppreſſit.

Hæc Paulinus in ſexto operis ſui libro verſu conſcripſit, accepto à Sancto Perpetuo Epiſcopo de his indiculo. Verùm cùm ad eum huius indiculi carta veniſſet, nepos eius graui tenebatur incommodo. At ille confiſus in virtute Sancti, ait, ſi tibi placet, B. Martine, vt aliquid in tua laude conſcribam, appareat ſuper hunc infirmum. Impoſitaque charta pectori eius, extemplò recedente febre ſanatus eſt, qui erat ægrotus.

Sed & Fortunatus presbyter omne opus vitæ eius G in quatuor libris verſu conſcripſit. His nos illecti, etſi imperiti, tentabimus tamen aliqua de virtutibus Sancti ac beatiſſimi viri, quæ poſt eius obitum acta ſunt, quantum inuenire poſſumus, memoriæ replicare, quia hoc erit ſcribendi ſtudium, quod in illo Seueri aut Paulini opere non inuenitur inſertum.

Capvt III.

De ordinatione & tranſitu B. Martini.

LVcidus, & toto orbe renitens glorioſus Dominus Martinus, decedenti iam mundo Sol nouus exoriens, ſicut anterior narrat hiſtoria, apud Sabariam Pannoniæ ortus, ad ſalutionem Galliarum, opitulante Deo, dirigitur. Quas virtutibus ac ſignis illuſtrans, H in vrbe Turonica Epiſcopatus honorem inuitus, populo cogente ſuſcepit. In quo glorioſam, & penè inimitabilem agens vitam, per quinquennia quinque bis inſuper geminis menſibus cum decem diebus, octogeſimo primo ætatis ſuæ anno, Cæſario & Attico Conſulibus, nocte media quieuit in pace. Glorioſum ergo, & toti mundo laudabilem eius tranſitum in die Dominica fuiſſe manifeſtum eſt, vt in ſequentibus certis teſtimoniis comprobabimus. Quod non paruì meriti fuiſſe cenſetur, quòd illa die eum Dominus in paradiſo ſuſceperit, qua idem Dominus & Redemptor, victor ab inferis ſurrexit, & vt qui Dominica ſolennia celebrauerat impollutè poſt mundi preſſuras Dominica die locaretur in requie.

A

Capvt IV.

Quòd Sancto Seuerino Episcopo chorus pſallentium de eius tranſitu reuelatus eſt.

BEatus autem Seuerinus Colonienſis Ciuitatis Epiſcopus, vir honeſtæ vitæ, & per cuncta laudabilis, dum die Dominica loca ſancta ex conſuetudine poſt matutinos hymnos cum ſuis clericis circuiret, illa hora, qua beatos obiit, audiuit chorum canentem in ſublimi. Vocatúmque Archidiaconum interrogat, ſi aures eius percuterent voces, quas ille attentiùs audiret. Reſpondit neqoaquam: cùm ille, diligentiùs, inqoit, auſculta. Archidiaconus autem cœpit ſurſum collum extendere, aures erigere, & ſuper ſommos articulos, baculo ſuſtentante, ſtare. Sed credo eum non fuiſſe æqua- B lis meriti, à quo hæc non merebantur audiri. Tunc proſtrati terræ ipſe pariter & beatus Epiſcopus, Dominum deprecantur, vt hoc ei diuina pietas audire permitteret. Erectus autem, rurſum interrogat ſenem: Quid audis? Qui ait: Voces pſallentium in cœlo audio, ſed quid ſit, prorſus ignoro. Cui ille, tibi narrabo. Dominus meus Martinus Epiſcopus migrauit de hoc mundo, & nunc Angeli canendo eum deferunt in excelſum. Et vt parumper moræ eſſet, vt hæc audirentur, diabolus eum cum iniquis Aogelis retinere tentauit, nihilque ſuum in eodem reperiens, confuſus abſceſſit. Quid ergo de nobis peccatoribus erit, ſi tanto ſacerdoti voluit pars iniqua nocere? Hæc ſacerdote loqoente, notauit tempus Archidiaconus, & Turonos miſit velociter, qui hæc diligenter inquirat. Qui veniens, eo die, & hora manifeſtiſſimè nouit tranſiſſe beatum virum, quo Sanctus Seuerinus audiuit pſallentem chorum. Sed & ſi ad Seueri recurramus hiſtoriam, ipſa hora eum ſibi ſcripſit cum libro vitæ ſuæ fuiſſe reuelatum.

C

Capvt V.

Quòd beato Ambroſio idem tranſitus eſt oſtenſus.

EO etiam tempore B. Ambroſius, cuius hodie flores eloquij per totam Eccleſiam redolent, Mediolanenſi ciuitati præerat Epiſcopus. Cui celebranti feſta Dominicæ diei iſta erat conſuetudo, vt veniens lector cum libro, non antea legere præſumeret, quàm Sanctus nutu iuſſiſſet. Factum eſt autem, vt illa Dominica, prophetica lectione iam lecta, ante altarium ſtante, qui lectionem beati Pauli proferret, beatiſſimus Antiſtes Ambroſius ſuper ſanctum altare obdormiret. Quod videntes multi cùm nullus eum penitùs excitare præſumeret, tranſactis ferè duarum aut trium horarum ſpatiis, excitauerunt dicentes, iam hora præteriit. D Iubeat Dominus lectori lectionem legere, expectat enim populus valdè iam laſſus. Reſpondens autem beatus Ambroſius, Nolite, inquit, turbati, multum enim mihi valet ſic obdormiſſe, cui tale miraculum Dominus oſtendere dignatus eſt. Nam noueritis fratrem meum Martinum ſacerdotem egreſſum fuiſſe de corpore, me autem eius funeri obſequium præbuiſſe, peractóque ex more ſeruitio, capitellum tantùm vobis excitantibus, non expleui. Tunc illi ſtupentes, pariterqoe admirantes, diem & tempus notant ſollicitè requirentes: Qui ipſam diem tempúſque tranſitus Sancti repererunt, quo beatus Confeſſor dixerat, ſe eius obſeqniis deſeruiſſe. O beatum virum, in cuius tranſitu ſanctorum canit numerus, Angelorum exultat chorus, omniúmque cœleſtium virtutum occurrit exercitus, diabolus præſumptione confunditur, Eccleſia virtute roboratur, ſacerdotes glorificantur. Quem Michaël ſuſcepit cum Angelis, Maria admiſit cum Virginum choris, paradiſus E retinet lætum cum ſanctis. Sed quid nos in laudem eius tentemos, qood non ſufficimus adimplere? Ipſe eſt enim laus illius, coius laus ab eius ore nunquam receſſit. Nam nos vtinam vel ſimplicem poſſimus hiſtoriam explicare.

Capvt VI.

De Tranſlatione beati corporis S. Martini.

OPeræ pretium eſt etiam illud inſerere lectioni, qualiter eius corpuſculum in locum vbi nunc veneratur, fuerit, Angelo annuente tranſlatum. Anno ſexageſimo quarto poſt tranſitum glorioſi Domini Martini, beatus Perpetuus Turonicæ Sedis Cathedram ſortitus eſt dignitatis. Adeptúſque hunc apicem cum vo- F totum magno conſenſu, fundamenta templi ampliora, quàm fuerant, ſuper beata membra locare diſpoſuit. In quod ſagaci inſiſtens ſtudio, mirifico mancipauit effectui. De qua fabrica multum quod loqueremur erat. Sed quia præſens eſt, conticere exinde meliùs putauimus. Adueniente ergò optato tempore ſacerdoti, vt templum dedicaret, & ſanctum corpuſculum à loco, vbi ſepultum fuerat, transferret, conuocauit beatus Perpetuus ad diem feſtum vicinos Pontifices, ſed & Abbatum, ac diuerſorum clericorum non minimam multitudinem. Et quia hoc in Calendis Iulij agere volebat, vigilata vna nocte facto mane, accepto ſarculo, terram, quæ ſuper ſanctum erat tumulum, cæperunt effodere. Quo detecto, manus, vt eum commouerent, iniiciunt, ibiqoe multitudo tota laborans, nihil prorſus per totam diem profecit. Vigilata denique alia nocte, manè tentantes, nihil omnino agere potuerunt. Tunc conturbati atque exterriti, quid facerent neſciebant. Dicit eis vnus ex clericis, ſciatis quia poſt hoc triduum natalis G Epiſcopatus eius eſſe conſueuerat: & forſitan in hac die ſe transferri debere vos admonet. Tunc ieiuniis, ac orationibus, & iugi ſilentio die noctúque inſiſtentes, triduum illud continuatim duxerunt. Quarta autem die accedentes, ponentéſqoe manus, non valebant penitùs mouere ſepulchrum. Pauore autem omnes exterriti, iam in hoc ſtantes vt terra vaſculum, quod detexerant operirent, apparuit eis veneranda canicie ſenex, inſtar niuis, candorem efferens, dicens ſe eſſe Abbatem, & ait eis: Vſquequo conturbamini, & tardatis? non videtis Dominum Martinum ſtantem vos iuuare paratum, ſi manus apponitis? Tunc iactans pallium, quo vtebatur poſuit manum ad ſarcophagum cum reliquis ſacerdotibus. Crucibus paratis, ac cereis, impoſitáque antiphona, dederunt cuncti voces pſallentes in excelſo. Tum ad ſenis conatum protinus ſarcophagum cum ſumma leuitate commotum, in loco, vbi nunc veneratur, Domino annuente perducitur. Quo ad votum ſacerdotis compoſito, dictis etiam Miſſis, vt ventum eſt ad conuiuium, requirentes ſollicitè ſenem, nequaquam reperiunt. Sed H nec homo quidem extitit, qui eum de baſilica exire vidiſſet. Credo aliquam fuiſſe virtutem Angelicam, quæ & beatum virum ſe vidiſſe pronuntiauit, & deinceps nulli comparuit. In quo loco ex illa die multæ virtutes factæ ſunt, quæ per negligentiam non ſunt ſcriptæ. Nos verò quantum tempore noſtro aut fieri vidimus, aut factum certè cognouimus, ſilere nequiuimus.

Capvt VII.

De Theodimindo muto.

ADueniens iuuenis quidam Theodimiodus nomine, aodiendi loqoendique obſtructo aditu, quotidianis diebus ad ſanctam baſilicam recurrebat, & inclinans ſe ad orationem, labia tantùm mouebat, nam

nullam

A nullam poterat vocem emittere ſenſu integro, ſed erat mulctatus vocis officio. Qui tam prumptè, videbatur orare, vt ſtare cerneretur inter ipſa tacita verba plerumque. Cui ſiquis pro mercedis reſpectu aliquid eleemoſynæ contuliſſet, continuò hoc ſimilibus pauperibus erogabat, & ſtipem ab aliis nutu poſtulans, ſtipendia indigentibus porrigebat. Cumque in loco illo ſancto in hac deuotione per trium annorum ſpatia commoratus fuiſſet, quadam die à diuina pietate communitus, venit ad ſanctum altare. Et ſtans oculis ad cœlum eleuatis, & manibus, eripuit ab ore eius riuus ſanguinis cum putredine. Et conſpuens in terram, cœpit grauiter gemere, & excreata parte neſcio quas cum ſanguine, ita vt putaretur quod aliquis ferramento guttur eius incideret. Sed & tabes ex ore eius tanquam fila ſanguinea dependebat. Tunc diruptis aurium, ac faucium ligamentis eleuans ſe, & erigens iterum, oculos & manus ad cœlum, ore adhuc cruento in hanc primum vocem B prorupit. Grates tibi magnas refero, beatiſſime Domine Martine, quòd aperiens os meum, feciſti me poſt longum tempus in tuas laudes verba laxare. Admirante autem omni populo, & ſtupente de tali miraculò, interrogant, ſi & auditum pariter recepiſſet. Qui liberè omnia audire, populo teſtatus eſt. Poſt ſanitatem ergo rediit ad Trodechildem Reginam, & pro virtute, reuerentiáque Sancti Martini collectus eſt, & ad ſcholam poſitus, omnem pſalmorum ſeriem memoriæ commendauit. Quem Deus perfectum efficiens clericum, per multos in poſterum annos in ſeruitio Eccleſiæ commorari permiſit.

Capvt VIII.

De Chamemunda muliere cæca.

C MVlier quædam nomine Chamemunda, oculorum luce priuata, neſciens viſu tenere viam, niſi alio ducente, deuota valdè, & fide plena, venit ad venerabile templum beati Martini Antiſtitis. Erat autem non ſolùm, vt diximus, cæca, ſed etiam toto corpore vlceribus plena. Obſederat enim omnia membra eius putredo cum puſtulis, & erat miſerabili facie, & horribilis ad videndum, vt tanquam leproſa putaretur a populo. Cúmque palpando diebus ſingulis ante ædem glorioſi Præſulis cum fide ſtaret, poſt tres ferè annos ſtante ea ante ſepulchrum, aperti ſunt oculi eius, ita vt cuncta clarè proſpiceret. Amotóque omni langore membrorum, atque ſiccato humore qui fluebat à corpore, noua cute ſuperueniente, taliter eſt priſtinæ reddita ſanitati vt nec indicium quidem infirmitatis in eius corpore reſediſſet. Quæ multos in poſterum viuens annos, gratias omnipotenti Deo referebat aſſiduas, quòd eam per beatum Confeſſorem ſuum ſic inſtauraſſet incolumem.

D

Capvt IX.

De beato Baudeno Epiſcopo.

QVòd præſens inuocatio nominis eius mare procelloſum compeſcuerit, non omittam. Cùm beatus Baudenus Epiſcopus Turonicæ ciuitatis de vrbe in vrbem nauigio ſubuehente tranſiret, ſubitò adueniente cum violentia vento, nimbus interrimus mare placidum commouet fluctuum impulſu, nauiſque vndarum mole turbatur, caput primum in fluctus, ſecundum declinatur inter vndarum hiatus. Hi in ſcena montis aquoſi dependent, hi apertis vndis in ima dehiſcunt: ſed nec antennæ reſident, quæ beatæ Crucis ſignaculum præferebant. Tunc reſolutis timore membris, & omnibus ſine ſpe vitæ iam mori paratis, proſtratus ſenior in oratione cum lachrymis, & geminas tendens E palmas ad aſtra, beati Martini auxilium precabatur, & vt ſibi dignaretur adeſſe, velociter proclamabat. Vnus autem ex perfidis dixit, Martinus ille, quem inuocas, iam te dereliquit, nec tibi in hac neceſſitate ſuccurret. Verè credo hanc vocem ab inſidiatore fuiſſe prolatam, vt beatum ſacerdotem ab oratione turbaret. Sed ille hoc iaculum fidei lorica repellens, magis ac magis ſancti viri præſidium flagitabat, ſimulque cohortabatur, vt omnes orarent. Cúmque hæc agerentur, ſubitò ſuperuenit odor ſuauiſſimus tanquam ſi cum thuribulo aliquis circuiret, odor thimiamatis eſſragrauit. Quo odore adueniente, ceſſit violentia ventorum, eliſiſque aquarum aſtantium molibus, redditur mare tranquillum. Mirantur omnes iam morti dediti fluctuum pacem, & protinus data ſerenitate redduntur littori: quò nullus ambigat, beati viri aduentu hanc tempeſtatem fuiſſe ſedatam. Tunc omnes in commune Domino gratias referunt, quòd eos per inuocationem Antiſtitis ſui dignatus ſit de hoc periculo liberare. F

Capvt X.

De eo, qui Sancti reliquias Cameracum contulit.

HVius temporis quidam de Cameracenſi Eccleſia reliquias beati Martini expetiit. Quibus iam veſpere acceptis, cùm pſallendo proficiſceretur, dumque Ligerim fluuium tranſit, ſerò factum eſt & ſubitò contenebratum eſt cœlum, & ecce fulgura magna ac tonitrua deſcendebant. Dum hæc agerentur, duæ puerorum lanceæ, emiſſa flamma, lumen euntibus præbuerunt. Ibantque fulgurantes haſtæ, non minus miraculi, quàm beneficij præuiantibus præferentes, virtutémque Antiſtitis oſtendentes. G

Capvt XI.

De Gallis Sueuis conuerſis.

DEficit lingua ſterilis tantas cupiens enarrare virtutes. Chararici cuiuſdam Regis Galliciæ filius grauiter ægrotabat, qui tale tædium incurrerat, vt ſolo ſpiritu palpitaret. Pater autem eius fœtidæ ſe illi Arrianæ ſectæ vnà cum incolis loci illius ſubdiderat. Sed & regio illa plus ſolito, quàm aliæ prouinciæ, lepra ſordebat. Cúmque Rex videret vrgeri filium in extremis, dicit ſuis, Martinus ille, quem in Gallus dicunt multis virtutibus effulgere, cuius, quæſo, religionis fuerit enarrate. Cui aiunt, Catholicæ fidei populum paſtorali cura in corpore poſitus gubernauit, aſſerens filium cum patre & Spiritu ſancto æquali ſubſtantia vel omnipotentia venerari debere: ſed & nunc cœli ſede H locatus, aſſiduis beneficiis non ceſſat plebi propriæ prouidere. Qui ait, ſi hæc vera ſunt quæ profertis, diſcurrant vſque ad eius templum fideles amici mei, multa munera deportantes, & ſi obtineant mei filij medicinam, inquiſita fide Catholica, quam ille credidit, credam. Penſato ergo auro, argentóque ad filij pondus, tranſmiſit ad venerabilem locum ſepulchri. Qui profecti, oblatis muneribus orant ad beati tumulum pro ægroto. Sed inſidente adhuc in patria eius pectore ſecta, non continuò integram recipere meruit medicinam. Reuerſi autem nuntij narrauerunt Regi, ſe multas virtutes ad beati tumulum vidiſſe, dicentes. Cur non ſanatus fuerit filius ſuus, ignoramus. At ille intelligens, non ante ſanari poſſe filium, niſi æqualem cum patre crederet Chriſtum, in honorem beati Martini fabricauit Eccleſiam, miróque opere ea expedita, proclamat, ſi ſuſcipere merear viri iuſti reliquias, quodcunque ſa-

cerdotes

cerdotes prædicauerint, credam. Et ſic iterum ſuos dirigit maiore cum munere: qui venientes ad beatum locum reliquias poſtulabant. Cúmque eis offerrentur ex conſuetudine, dixerunt. Non ita faciemus, ſed nobis quæſumus licentia tribuatur ponendi, quæ exinde iterum aſſumamus. Tunc partem pallij ſerici penſatam ſuper beatum ſepulchrum poſuerunt, dicentes, ſi inuenimus gratiam coram expetito patrono, quæ poſuimus plus inſequenti penſabunt; erúntque nobis in benedictionem poſita, quæſita per fidem. Vigilata ergo vna nocte, facto mane, quæ poſuerant penſitabant. In quibus tanta beati viri infuſa eſt gratia, vt tandiu eleuarent in ſublime æream libram, quantum habere poterat quo aſcenderet momentana.

Cúmque eleuatæ fuiſſent reliquiæ cum magno triumpho, audierunt voces pſallentes qui erant in ciuitate detruſi in carcere, & admirantes ſuauitatem ſoni, interrogant cuſtodes quid hoc eſſet: qui dixerunt. Reliquiæ Domini Martini in Galliciam tranſmittuntur, & ideò ſic pſallitur. Tunc illi flentes inuocabant ſanctum Martinum, vt eos ſua viſitatione liberaret. Exterritiſque cuſtodibus, & in fugam verſis, diruptis obicibus retinaculorum, liber populus ſurgit à vinculo, & ſic vſque ad ſancta pignora, plebe inſpectante, venerunt, oſculantes flendo beatas reliquias, ſimúlque & gratias beato Martino pro ſui abſolutione reddentes, quod eos dignatus fuerit ſua pietate ſaluare. Tunc obtentis per ſacerdotem à iudice culpis, incolumes dimiſſi ſunt. Quod videntes geſtatores reliquiarum, gauiſi ſunt valdè, dicentes. Nunc cognouimus, quòd dignatur beatus Antiſtes nobis peccatoribus propitium ſe præbere. Et gratias agentes proſpero proſequente patroni præſidio nauigio, vndis leuibus, temperatis flatibus, velo pendulo, mari tranquillo, velociter ad portum Galliciæ peruenerunt. Tunc commonitus à Deo quidam nomine Martinus de regione longinqua, qui ibidem nunc ſacerdos habetur, aduenit. Sed nec hoc credo ſine diuina fuiſſe prouidentia, quod eo die ſe commoueret de patria, quo beatæ reliquiæ de loco leuatæ ſunt, & ſic ſimul cum ipſis pignoribus Galliciæ portum ingreſſus ſit. Quæ pignora cum ſumma veneratione ſuſcipientes, fidem miraculis firmant: nam filius Regis dimiſſa omni ægritudine, ſanus properat ad occurſum. Beatus autem Martinus ſacerdotalis gratiæ accepit principatum. Rex vnitatem Patris & Filij, & Spiritus ſancti confeſſus, cum omni domo ſua chriſmatus eſt. Squalor lepræ à populo pellitur, & omnes infirmi ſaluantur, nec vnquam ſibi vſque nunc ſuper aliquem lepræ morbus apparuit. Taléımque gratiam ibi in aduentu pignorum beati patroni Dominus tribuit, vt virtutes, quæ ibidem illa die factæ ſunt, enarrare perlongum ſit. Nam tantùm in Chriſti amore populus ille promptus eſt, vt omnes martyrium libentiſſimè ſuſciperent, ſi tempus perſequutionis adeſſet.

Capvt XII.

De Vltrogotha Regina.

NAm & Vltrogotha Regina, auditis miraculis, quæ ad locum fiunt, quo ſancta membra quieſcunt, tanquam ſapientiam Salomonis, expetiit corde deuoto proſpicere. Abſtinens ergo ſe à cibis & ſomno, præcurrentibus etiam largiſſimis eleemoſynis, peruenit ad locum ſanctum, ingreſſáque baſilicam timens & tremens, nequaquam audebat adire ſepulchrum, indignam ſe eſſe proclamans, nec ibidem poſſe, obſiſtentibus culpis, accedere. Tamen deducta in vigiliis nocte, & orationibus, ac profluis lachrymis, manè oblatis muneribus multis, in honorem beati Confeſſoris Miſſas expetiit celebrari. Quæ dum celebrantur, ſubitò tres cæci, qui ad pedes beati Antiſtitis longo tempore priuati lumine reſidebant, fulgore nimio circumdati, lumen, quod olim perdiderant, receperunt. Quo facto, clamor in cœlum attollitur magnificantium Deum. Ad iſtud miraculum currit Regina, currit & populus, mirantur omnes fidem mulieris, mirantur gloriam Confeſſoris: ſed ſuper omnia collaudatur Deus noſter, qui tantam virtutem præſtat ſanctis ſuis, vt per eos talia operari dignetur, tale inter reliqua luminaria huic mundo beatum Martinum immenſum ſydus attribuens, per quem eius tenebræ refulgerent, qui verò ſicut oliua fructifera, per ſingulos dies factis exhibet gloriam Domino, & conuerſionibus iuſtorum.

Capvt XIII.

De eo; qui puſtula in extremis poſitus laborabat.

SEd nec præter eundum eſt, quòd venerabilem conſeruum meum Fortunatum presbyterum retuliſſe commemoro. Quidam in Italia dum veneno puſtulæ peruaſus in diſcrimine ſic ageretur, vt viuere deſperaret, aliquos interrogat, ad templum beati Martini quis fuerit: tunc quidam ex aſtantibus aſſerit ſe fuiſſe. Requirit ægrotus, quid idem pro benedictione detulerit. Qui negat, ſe aliquid præſumpſiſſe. Quem iterum interrogat, qua tunc veſte indutus ſit, cum ad templum Sancti peruenerit. Reſpondit, quòd ea, qua ſuper ſe, ipſo tempore vteretur. Tunc abſciſſa fideliter indumenti particula, impoſuit ſuper puſtulam. Mox vt ægri membra tetigit, vulnus puſtulæ veneni vim perdidit: quæ tali medicamine virtutem Sancti protulit, & infirmum reſecit incolumem. Hanc apud Italos aſſerens ſpiritalem vigere medelam, vt ſi quis puſtulæ percutiatur vulnere, ad propinquum, quod fuerit beati Martini oratorium habeatur perfugium, & aut ex velo ianuæ, aut palliolis, quæ pendent de parietibus, quicquid primum raptum fuerit, fit ſalubre. Hæc medela genitorem ſuum carnalem ab interitu puſtulæ, vt ipſe patris ſui teſtis aſſerit, liberauit.

Capvt XIV.

De Caſtello Italiæ Tertio nomine.

IDem his verbis retulit, in cacumine Caſtelli regionis Italiæ, quod dicitur Tertium, oratorium beati Martini fundatum eſſe, ibique turri vicinæ, quotiens incurſione barbarorum per fraudem hoſtis accederet nocturnis inſidiis, quiſquis de vigilantibus habuiſſet in turre lanceam, aut ſpatam, vel cultellum, ſeu grafium protuliſſet ex theca, ferè per horæ ſpatium tale lumen reddebatur ex vniuerſo gladio, tanquam ſi illud ferrum verteretur in cereum. Et mox ex ipſo ſigno cuſtodes admoniti, magis intenti vigiliis, hoſtes, lapidibus exturbabant. Quod ope ſancti Martini recto iudicio reputatur, qui vicinitate ſua ſibi deuotis populis ſedulam exhibuit præſentémque cuſtodiam.

Capvt XV.

De oleo Cicendilis ſuper pictura beati.

ET hanc virtutem à ſupradicto cognouimus Fortunato, qui ſibi in Rauenna, & Felici & Rethorico ſociis ſuis ex oleo, quod ſub imagine picturæ B. Martini in cicendili ardebat, dum tetigerunt oculos, lumen rediſſe confeſſus eſt,

A

Capvt XVI.

De Placido Procuratore.

SImiliter in prædicta vrbe dum Placidus procurator deſperatus à medicia, ad illud puellarum oratorium ſibi vicinum confugeret, & in atrio decubaret, venit noctu ad Abbatiſſam beatus Martinus per ſomnum, quam requirens quid faceret, ait, ſe quieſcere. Dicit Sanctus ad illam, in Gallias habui iam redire, ſed propter iſtum, qui foris iacet in atrio, me remoratum profiteor. Tunc ſurgens Abbatiſſa, & referens viſum, fidem fecit homini, quia de periculo liberaretur, quod certè metuit obtinere. Sed vt prædictus presbyter aſſerit, multum deſiderabilius in locis Italicia veneratur, quàm vbi propria membra recubant: in tantum vt frequentia miracula nec ſparſa colligantur in verbis, nec tamen finita recondantur in paginis.

B

Capvt XVII.

De his quæ Ambianis geſta ſunt.

IN porta Ambianenſi, in qua quondam vir beatus pauperem algentem chlamide deciſa contegit, oratorium à fidelibus eſt ædificatum, in quo nunc puellæ religioſæ deſeruiunt ob honorem Sancti Antiſtitis, parumper habentes facultatis, niſi quòd eas deuotorum alit ſæpè deuotio. Tamen eis quodam tempore pauca apum aluearia fuerant data, quæ cùm quidam inuidus aſpexiſſet, ait intra ſe. Vtinam aliquid de his vaſis poſſem auferre. Sequuta autem nocte inſtigatus à dæmone, ablatis tribus vaſis nauim onerat, vt ſcilicet tranſito amne ſibi faciliùs quæ abſtulerat, vendicaret.

C

Sed credo ei impedimentum fuiſſe hoc furtum, ſicut poſteà manifeſtè probatum eſt. Igitur cùm Sole oriente ad portum fluminis cauſa tranſmeandi homines properarent, nauim ad littus aſpiciunt, apéſque ex aluearijs cateruatim emergere, hominémque ſeorſum iacere proſtratum. Sed putantes eum à ſomno occupatum (ſicut didicerant iam à puellis furtum factum) quantociùs properant ad alligandum eum, ſed accedentes mortuum reperiunt. Statimque puellis notum faciunt factum, & quod furto raptum fuerat cellulæ reſtituunt, admirantes iam velociter in homine diuinæ vltionis acceſſiſſe ſententiam.

Capvt XVIII.

De Siroiabenſe oratorio.

D

SIc & apud Siroiabenſe oratorium, cuius altarium ſancti Confeſſoris manus alma ſacrauit, dum plerique beneficia expetita mererentur, quidam paralyticus adueniens cereum in ſtatus ſui altitudine nocte tota vigilans retinuit, qui mane facto, vt lux reddita eſt mundo, abſolutis greſſibus, populo teſte, incolumis exiliit.

Capvt XIX.

De Bella cæca.

NEc hoc ſilebo, quid cæcitati contulerit, cùm beati ſepulchrum deuota mulier expetiſſet. Quædam de Turonico territorio fœmina, Bella nomine, amiſſo oculorum lumine grauiter laborabat. Et cùm die noctuque inceſſabilibus doloribus vrgeretur, dicit ſuis, ſi ad baſilicam Domini Martini ducta fuiſſem, continuò ſanitatem recepiſſem: confido etenim, quòd poſſit oculis meis lumen infundere, qui potuit pauperis lepram oſculo libato ſanare. Deinde adminiculo deducente venit ad ſanctum locum, ibique ieiuniis, & orationibus crebris inſiſtens, viſum quem amiſerat, recipere meruit. Et ita ſanata eſt, vt quæ cæca venerat alio producente, cæcis affatim dux futura regreſſa ſit.

E

Capvt XX.

De Ammonio præcipitato.

ET quia bis aut tertiò de ſola glorioſi nominis imprecatione & virtutes factas, & pericula ſedata narrauimus, quale cuidam pereunti in ipſo mortis præcipitio beatus Pontifex inuocatus ſuſtentaculum præbuerit, euoluam. Ammonius quidam vices agens ſanctæ Baſilicæ, dum de cæna madefactus vino veniret de rupe excelſa, quæ viæ coniungitur, inimico impingente præcipitatur. Erat autem profundum loci illius ducentorum pedum. Cúmque per profunditatem præcipitij illius rotaretur, & deorſum ſine alarum remigio volitaret, ſancti Martini auxilium per ſingula deſcenſionis ſuæ momenta clamabat. Tunc quaſi manibus aliorum de iumento ſuo excuſſus, ſuper arbores, quæ valli inerant, deiicitur. Et ſic paulatim per ſingulos ramos deſcendens, ſine mortis periculo ad terram vſque peruenit. Tamen vt opus inſidiatoris non vſquequaque videretur caſſatum, quod fuerat inchoatum, pedem eius leuiter lædit. Sed veniens ad glorioſi Domini templum, orationi incumbens omnem vim doloris amiſit.

F

Capvt XXI.

De alio appenſo.

G

NOn credo haberi ſuperfluum, ſi inſeratur lectioni, qualiter inuocatio nominis eius vitam præſtiterit morituro. Quodam loco vnus propter furti ſcelera comprehenſus, atque grauiter verberibus actus, ductus eſt ad patibulum, vt condemnaretur ſuſpendio. Cumque in hoc exitu morte iam appropinquante veniſſet, orandi ſpatium petiit. Tunc ſicut erat ligatis poſt tergum manibus, iactauit ſe pronus in terram, & cœpit cum lachrymis inuocare nomen beati Martini, vt ſi & in hac neceſſitate non ſuccurreret, vel à culpis eum in poſterum excuſaret. Cúmque completa oratione ſuſpenſus fuiſſet, receſſerunt milites à loco illo: ipſe autem ore ſemiaperto parumper labia mouens, ſancti Martini ſemper nitebatur auxilium implorare. Diſcedentibus tamen illis, ſtatim ſolutæ ſunt manus & pedes eius. Et ſic per biduum pendente eo, reuelatum eſt cuidam religioſo vt eum tolleret, qui veniens inuenit eum adhuc viuentem. Tunc adiutorio beati Martini de patibulo depoſitum, incolumem adduxit ad Eccleſiam. Videntes verò eum, ſtupeſcebant, & admirabantur, dicentes quomodo viuit. Et interrogabant eum qualiter liberatus eſſet. Ille autem dicebat. Beatus Martinus me de præſenti morte eripuit, & hucuſque perduxit. Verè hanc ego virtutem in hoc homine oſtenſam, iuxta ſenſus mei intelligentiam non inferiorem cenſeo, quàm mortuum ſuſcitatum: quem ſic beatus Confeſſor conſtricto, vt ita dicam, mortis hiatu, & eius ab ore retractum vitæ reſtituit. Qui vſque hodie ad teſtimonium virtutis beati viri viuus habetur in ſæculo.

H

Capvt XXII.

De Leomere contracto.

QVid etiam in Condatenſi diœceſi actum ſit, non prætcribo. Locus autem ille crebris virtutibus illuſtratur. In hoc enim vir beatus ſarcina carnis abiecta, migrauit ad Dominum. Leomeris ergo quidam nomine, ſeruus cuiuſdam hominis Andegauini ab angue percuſſus, contracta manu ligatur, lingua quoque rigebat, multóque tempore in hac debilitate detentus, neque ſibi, neque domino aliquid operis exercebat. Hic fide commonitus, cùm ad beati baſilicam vigilaſſet, directa manu, liberatáque ab omni impedimento, lingua beati Martini miraculum populis teſtabatur dicens. Ecce quid in hac nocte ſanctus Dei operatus eſt, me teſte probate. Reuerſus autem ad dominum ſuum narrauit ei omnia quæ acta fuerant. Sed ille minimè virtutem glorioſi Pontificis credens, ad ſolitum eum adaptat ſeruitium. Qui cùm operari cœpiſſet, rurſum in debilitatem redigitur. Intelligens autem dominus eius, Dei hoc eſſe myſterium, tranſmiſit eum iterùm ad locum in quem priùs abierat. Ad quem ille cum maxima deuotione perueniens, data illi ſanitate, quam priùs habuerat, inſtauratur.

Capvt XXIII.

De Chranio ſoluto à cathenis.

DIgnum exiſtimaui, & illud non omittere in celatu, quod, Viliathario presbytero referente, audiui. Tempore quo propter perfidiam Chranius iram Clotarij Regis incurrerat, ad baſilicam Sancti Martini confugit, atque ibidem in cathenis poſitus cuſtodiebatur, ſed virtute beati Præſulis comminutæ cathenæ ſtare non potuerunt. Neſcio autem qua imminente negligentia foris atrium comprehenſus eſt. Quem oneratum ferro, vinctiſque poſt tergum manibus, ducebant ad Regem. At ille voce magna clamare cœpit, & vt ſibi beatus Martinus miſereretur orare, nec eum ſineret abire captiuum, cuius deuotus expetierat templum. Statimque in eius vocibus, orante beato Euphronio Epiſcopo de muro ciuitatis contra baſilicam, diſſolutæ ſunt manus eius, & omnes baccæ cathenarum confractæ ceciderunt. Perductus autem vſque ad Regem, ibi iterum in compedibus & cathenis conſtrictus retinebatur. Sed inuocato nomine ſæpè dicti patroni, ita omne ferrum ſuper eum comminutum eſt, vt putares illud fuiſſe quaſi figulum. Hoc tantùm erat in ſpatiis, vt non ſolueretur à vinculo, quoadusque nomen illud ſacratiſſimum inuocaſſet: inuocato autem omnia ſoluebantur. Tunc Rex altioris ingenij videns virtutes Sancti Martini ibidem operari, & ab onere vinculorum abſoluit eum, & priſtinæ reſtituit libertati. Hæc ab ipſius Viliatharij presbyteri ore coram multis teſtibus factum eſſe cognoui. Vtinam ſe mihi in tali virtute dignaretur manifeſtare beatus Confeſſor, & ſic abſoluere meorum ligamina peccaminum, ſicut ſuper eum contriuit vaſta pondera cathenarum.

Capvt XXIV.

De Alpino Comite debili.

ALpinus quoque Comes Turonicæ ciuitatis cùm per totum annum grauiter ab vnius pedis dolore conſumeretur, & nocte diéque requiem non haberet, atque inter ipſas torturæ ſuæ voces beati Martini iugiter auxilium imploraret, apparuit ei beatus Confeſſor in viſu noctis, hilari vultu arridens, & conſueta deferens arma, beatum ſignaculum ſanctæ Crucis ſuper pedem infirmum impoſuit. Mox omni dolore fugato ſanus ſurrexit de lectulo.

Capvt XXV.

De Charigiſito contracto.

HIs expertis Charigiſitus Referendarius Regis Clotarij, cui manus & pedes ab humore contracti erant, venit ad ſancti baſilicam, & orationi incumbens per duos aut tres menſes, à beato Antiſtite viſitatus, membris debilibus ſanitatem obtinere promeruit: qui poſteà antedicti Regis domeſticus fuit, multáque beneficia populo Turonico, & ſeruientibus beatæ baſilicæ miniſtrauit.

Capvt XXVI.

De Aquilino amente.

NArrabo & illud, qualiter diabolicæ artis inſaniæ ad eius baſilicam denudentur. Quidam Aquilinus nomine, dum venationem cum patre ſuo in ſyluis Franciæ exerceret, pauorem peſſimum, inimico inſidiante incurrit: erat enim ei tremor cordis, & interea videbatur extenſus. Parentes verò eius intelligentes eum diaboli immiſſione coarctari, vt mos ruſticorum habet, à ſortilegis, & ariolis ligamenta ei, & potiones deferebant. Sed cùm nihil valeret mos ille, Sancti Martini auxilia prompti, dolore cogente, requirunt, dicentes: poteſt in his inſidiis nudare malitiam, qui detexit vmbram multam, vt audiuimus, falſo religionis nomine adoratam. Quem de regione commotum miſerunt ad ſanctam baſilicam, ibique in oratione cum ſumma patientia ſe continens, opem Sancti poſcebat aſſiduè. Cúmque in hac fide diutiùs commoratus eſſet, vt omni pauore dempto, ſenſum vt habuerat ante, recepit, oblitiſque parentibus in eo loco vſque hodie pro beneficio accepto deſeruit.

Capvt XXVII.

De Charinaldo debili.

SEd & Charinaldus quidam per venationem ſimiles incurrens inſidias, latus vnum debilitata manu ac pede perdiderat. Qui ad glorioſum templum famulorum manibus deportatus, ieiuniis & orationibus ſe ſubdens aſſiduis, per totum ferè annum, omnium membrorum ſanitate recepta, gaudens remeauit ad propria. Et ideò monemus, vt nullus ſollicitetur ab ariolis, quia nihil vnquam proderunt infirmis. Plus enim valet parumper de puluere baſilicæ, quàm mille cum medicamentis inſaniæ.

Capvt XXVIII.

De fune abſciſſo.

DE puluere, aut cera loci illius, vel quicquid rapere quis potuit de ſepulchro, quantæ virtutes aut aſſiduè fiant, aut factæ ſint, quis vnquá poterit inueſtigare,

A aut ſcire? Vnum tamen manifeſtum miraculum, quod fidelibus comperi, putaui crimen tacere. Vnus fide plenus expetiit, vt aliquid pignoris de Sancti baſilica ſecretiùs deportaret. Et multis conatus vicibus, nunquam potuit, dum publicè non præſumpſit. Reuerti autem cupiens, nocte ad funem illum, de quo ſignum commouetur, aduenit: Ex quo fune deciſam cultro particulam, ſecum detulit. Regreſſuſque ad domum, multis exinde infirmis ſanitatem accommodauit, ita vt non dubium eſſet ægrotum euadere, qui pignus illud meruiſſet fideliter oſculari. Ecce quid, Sancte, præſtas fidelibus, qui tua mœnia expetunt piè. Per te ſaluantur, qui pignora votiue detulerint, & ſubſequente tuo auxilio, liberantur. Sed hæc omnia fides ſtrenua operatur, dicente Domino, Fides tua te ſaluum fecit.

Capvt XXIX.

B *De Chariberto Rege, qui res Eccleſiaſticas peruaſit.*

Videtur nec ſilendum, qualiter vir beatus præſidia famulis ad res ſuas defendendas quaqua iubet accommodat. Charibertus Rex cùm cauſis clericis, Eccleſias Dei negligeret, deſpectiſque ſacerdotibus, magis in luxuriam declinaſſet, ingeſtum eſt eius auribus, locum quendam, quem baſilica Sancti Martini diuturno tempore retinebat, ſibi ſuo iuri, reddi que debere. Loco autem illi Nauicellis nomen priſca vetuſtas indiderat. Qui accepto iniquo conſilio, pueros velociter miſit, qui reiculam illam in ſuo dominio ſubiugarent. Cumque hæc rectè poſſidens videretur habere, iuſſit in locum illum ſtabularios cum equitibus dirigi, ibique ſine æquitatis ordine præcepit equos ali. Accedentes ergo pueri fœnum quod coaceruatum fuerat, C accipiunt in equorum expenſas. Cúmque iniunctum ſtudioſè ageretur ſeruitium, atque equi appoſitum fœnum cœpiſſent expendere, corripiuntur rabie. Et frementes adinuicem diruptis loris, per plana proſiliunt, & in fugam vertuntur, & ſic malè diſperſi, alij excæcantur, alij rupibus præcipitantur, alij ſe ſepibus ingerentes, palorum acuminibus transfodiuntur. Tandem ſtabularij iram Dei intelligentes, paucos extra terminum loci, quos aſſequi potuerunt expellunt, ſanóſque recipiunt, nuntiantes Regi rem illam iniuſtiſſimè retineri. Et ideò hæc eum fuiſſent perpeſſi dixerunt: dimitte eam, & erit pax tibi. Qui furore repletus ſic dixiſſe fertur, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè reddi debeat, regnante me, hanc baſilica non habebit. Qui protinus diuina iuſſione tranſitum accipiens quieuit. Adueniente autem glorioſiſſimo Sigiberto Rege, in eius regnum, ad ſuggeſtionem beati Eufronij Epiſcopi hoc in domo Sancti Martini reſtituit, quod vſque huc ab eius baſilica poſſidetur. Audite hæc omnes poteſtatem habentes. Sic veſtite alios, vt alios non D ſpolietis: hoc adiungite veſtris diuitiis, vt damna non inferatis Eccleſiis. Vindex eſt enim Deus velociter ſeruorum ſuorum. Et ideò monemus, vt qui de poteſtatibus hæc legerit, non iraſcatur. Nam ſi iraſcetur, de ſe fatebitur dictum.

Capvt XXX.

De Euſtochio Pictauienſi.

Simili conditione beatus Confeſſor in rebus ſibi iniuſtè ablatis apparuit. Euſtochius quidam cùm plerumque contra iuſtitiam ſanctum Epiſcopum hæreditate Baudulphi cognati ſui pulſaret, qui hæredem baſilicam ſancti Martini inſtituerat, commotus ab eo per inſidias & iniurias, beatus Pontifex aliquid ei de E rebus illis reddidit; portante autem illo hoc ad domum ſuam, protinus filius eius vnicus in febrem corruit, vnáque die & nocte grauiter æſtuans, expirauit. Cui tam præſto fuerat mortis occurſus, quam velociter pater eius de rebus ſibi non debitis effectus eſt dominus. Qui in exemplum Giezi poſſedit aurum, & argentum, ſed, quod illis erat pretioſiùs, acquiſita animæ lepra, amiſit filium: nec vnquam meruit deinceps alium adipiſci.

Capvt XXXI.

De eo, qui in ſancta porticu peierauit.

Qvàm præſens, & ſuper alium vltio diuina proceſſit, qui in ſancta porticu peierauerat, ad comprimendam perfidorum audaciam non ſilebo. Cùm ad maF tticulam illam, quam Sanctus ſuo beneficio deuotorum eleemoſynis paſcit, quotidie à fidelibus neceſſaria tribuantur, conſuetudinem benedicti pauperes habent, vt cùm multi ex his per loca diſceſſerint, cuſtodem ſibi derelinquant, qui quod fuerit oblatum accipiat. Quidam ergò deuotus vnum trientem mercedis intuitu detulit, quem cuſtos loci collectum fratribus occultare non metuit. Conuenientes autem pauperes ad ſextam, ſciſcitati ſunt antedictum cuſtodem, quid ſibi beatus paſtor ſolita pietate reſpiciens tranſmiſiſſet, audierant enim ibidem aliquid fuiſſe largitum. Qui ait cum ſacramento, per hunc ſanctum locum & virtutes Domini Martini, quia hic ampliùs non venit, quàm vnus argenteus. Nec dum enim verba compleuerat, ſed adhuc in ore ſermo pendebat, cùm ſtatim tremens corruit in terram, ſuóque lectulo aliorum manibus redditus, cœpit grauiter ſingultire. Interrogatus autem à circumſtantibus quid ſibi eſſet, reſpondit, trientem illum quem pauperes requirebant, periuraui, & ideò me præſens vinG dicta flagellat, ſed rogo vt eum accipientes reddatis matriculæ. Quo reddito, ſtatim emiſit ſpiritum. O infelix, qui ſic ab iniqua cupiditate præuentus periit, vt & lucrum vitæ perderet, nec damna captæ pecuniæ poſſideret. Sed ad quid non mortalia pectora cogis execranda cupiditas? Quæ inuida quondam viduæ duobus minutis cœleſte Regnum mercandi cauſa fueras, hunc per vnum trientem ad ima præcipitas, & quæ Iudam appendiſti laqueo in magiſtri pretio, hunc per paruum numiſma demergis in tartara. Satis ergo hæc ad comprimendam malorum temeritatem dicta ſufficiant.

Capvt XXXII.

Quòd me virtus eius ab infirmitate reſtaurauit.

H Ergo his exactis, quæ circa alios geſta ſunt, aggrediar: quæ circa me indignum virtus præſentis eſt operata patroni. Anno centeſimo ſexageſimo tertio poſt aſſumptionem ſancti ac prædicabilis viri beati Martini Antiſtitis, regente Eccleſiam Turonicam S. Eufronio Epiſcopo anno ſeptimo, ſecundo anno Sigiberti glorioſiſſimi Regis, irrui in valetudinem cum puſtulis malis & febre, negatóque vſu potus atque cibi, ita angebar, vt amiſſa omni ſpe vitæ præſentis, de ſolis ſepulturæ neceſſariis cogitarem. Obſederat enim me mors cum ardore, animã cupiens expellere de corpore. Tunc iam valdè exanimis inuocato nomine B. Martini Antiſtitis paruumper conualui, & lento adhuc conamine iter incipio præparare, inſederat enim animis, vt locum venerabilis ſepulchri viſitare deberem. Vnde tanto deſiderio affectus ſum, vt ne viuere me optarem, ſi tardiùs diſtuliſſem. Et quia via euaſeram ex ardore incommodi, cœpi iterùm feruore febris ſuccendi. Nec mors

A adhuc parum fortis iter cum meis arripio, actiſque vel duabus, vel tribus manſionibus, ingreſſus ſyluas, corrui rurſus in febrem, & tam grauiter ægrotare cœpi, vt omnes me autumarent vitam amittere. Tunc accedentes amici, & videntes me valdè laſſum, dicebant: Reuertamur ad propria, & ſi te Deus vocare voluerit, in domo tua morieris, ſi autem euaſeris, votiuum iter faciliùs explicabis, ſatiùs eſt enim reuerti ad domum, quàm mori in eremo. Ego verò hæc audiens, vehementer lachrymabar, & plangens infelicitatem meam, loquutus ſum cum eis, dicens. Adiuro vos per omnipotentem Deum, & reis omnibus metuendum iudicij diem, vt ea quæ rogo, conſentiatis, de cœpto itinere non deſiſtite, & ſi mereor S. Martini videre baſilicam, gratias ago Deo meo, ſin aliàs, vel exanime corpus deferentes ibidem ſepelite, quia deliberatio mea eſt, non reuerti domum, ſi non eius ſepulchro meruero præſentari. Tunc vnà pariter flentes, iter, quod cœperamus, B aggredimur. Præcedente ergo præſidio glorioſi domini, ad baſilicam eius aduenimus.

CAPVT XXXIII.

De Clerico noſtro amente.

EO tempore vnus ex clericis meis Armentarius nomine, benè eruditus in ſpiritualibus ſcripturis, cui tam facilè erat ſonorum modulationes appendere, vt eum non putares hoc meditari, ſed ſcribere, in ſeruitio valdè ſtrenuus, & in commiſſo fidelis. Hic verò, inficiente veneno, à puſtulis malis omnem ſenſum perdiderat, & ita redactus fuerat, vt nihil penitus aut intelligere poſſet, aut agere. Tertia autem nocte, poſtquam aduenimus ad ſanctam baſilicam, vigilare diſpoſuimus, quod & impleuimus. Manè autem facto, C ligno ad matutinas commoto, reuerſi ſumus dormitum: qui lectulis quieſcentes vſque ad horam propè ſecundam dormiuimus. Expergefactus ergo, amota omni languoris & cordis amaritudine, ſentio me priſtinam recepiſſe ſanitatem, & gaudens puerum familiarem, qui mihi ſeruiret, euoco. Exurgens autem Armentarius velociter coram me ſtetit, & ait. Domine ego parabo quod iuſſeris. At ego exiſtimans adhuc eſſe eum extenſum, vade, inquam, voca puerum. Et ait: Ego quæcunque præceperis adimplebo. Obſtupefactus interrogo quid hoc eſſet. Qui ait: Intelligo me valdè ſanum, ſed vnus error eſt animo, quod neſcio de qua parte huc aduenerim. Et ita incipiens ita mihi impendit ſeruitium, ſicut erat ſolitus ante triduum. Tunc ego exultans & flens præ gaudio, gratias omnipotenti Deo tam pro me, quàm pro ipſo refero, quòd intercedente patrono incolumem me corpore, illum mente reddiderit. & vnus excurſus ex fide etiam alteri amenti, qui nec petere nouerat, ſalutem præſtitiſſet. Sed nec hoc prætéribo, quòd poſt dies quadragin-D ta eodem die primò vinum delectatus ſum bibere, cùm illud, faciente incommodo, vſque nunc exoſum habuerim.

CAPVT XXXIV.

Quòd virtus eius ab agro noſtro tempeſtatem prohibuit.

NOs verò reuertentes tres cereolos pro benedictione beati ſepulchri portauimus. De qua cera quàm multæ virtutes factæ ſunt ſuper frigoriticis, & aliis infirmis longum eſt enarrare. Sed vnum è multis miraculum proferam. Agrum quendam poſſeſſionis noſtræ grando annis ſingulis vaſtare conſueuerat, & tam grauiter ſæuiebat, vt nihil ibidem cùm veniſſet relinqueret. Tunc ego in vineis illis arborem vnam, E quæ erat excelſior cæteris eligens de ſancta cera ſuper eam poſui. Poſt illam autem diem vſque in præſens tempus nunquam ibidem tempeſtas cecidit, ſed veniens, locum illum tanquam timens præterit.

CAPVT XXXV.

De ligno beati Cancelli.

FIde commouente, quidam ex noſtris lignum venerabile de cancello lectuli à monaſterio Sancti me neſciente detulerat, quod in hoſpitiolo ſuo pro ſaluatione retinebat. Sed credo quia non ſic honorabatur, aut decorabatur, vt decuerat, cœpit familia eius grauiter ægrotare. Et cùm penitus neſciretur quid hoc eſſet, nec minueretur aliquid, ſed quotidie augeretur deterius, vidit in viſu noctis perſonam terribilem dicen- F tem ſibi. Cur ſic tecum agitur? Qui ait: ignoro prorſus vnde hoc euenerit. Dicit ei perſona, lignum, quod de lectulo domini Martini tuliſti, negligenter hic retines, ideò hæc incurriſti. Sed vade nunc, & defer illud Gregorio Diacono, & ipſe ſecum retineat. At ille nihil moratus mihi exhibuit. Quod ego cum ſumma veneratione collectum, loco digno repoſui. Et ſic omnis familia in domo eius ſanata eſt, ita vt nemo ibidem deinceps aliquid mali perferret.

CAPVT XXXVI.

Quòd virtus eius nobis inimicos inhibuit.

FActum eſt autem quodam tempore, vt viſitationis ſtudio ad venerabilem matrem meam in Burgundiam ambularem. Cùm autem ſyluas illas, quæ trans G Berbercin fluuium ſitæ ſunt, præterirem, latrones incurrimus. Qui circundantes nos, volebant ſpoliare & interficere. Tunc ego ad auxilia conſueta confugiens, S. Martini præſidium flagitabam. Quod mihi protinus dignanter aſſiſtens, ita eos conterruit, vt nihil contra nos agere poſſent. Sed verſa vice quod venerant vt timerentur, timere cœperunt, & curſu velociſſimo fugere. Sed immemor Apoſtoli dicentis: Inimicos noſtros potu ciboque debere ſatiari, potum eis offerri præcipio. Qui nequaquam expectantes, quantum poterant, fugiebant. Crederes eos fuſtibus agi, aut inuitos contra poſſibilitatem caballorum ſuorum currere cogi, & ſic tribuente Domino, & iuuante patrono, quò dirigebamur, aduenimus. De quantis me tribulationibus & ærumnis eripuit, in quantis mihi neceſſitatibus ſua pietas aſtitit, vel quantas in me amaritudines ſua virtute compeſcuit, non dicam ad ſcribendum, ſed etiam ad referendum, perlongum eſt.

H

CAPVT XXXVII.

De dyſentericis.

QVid de dyſentericis dicam, vbi tam velociter inuenitur medela, quàm fideliter fuerit inquiſita? Nam vidi mulierem à dyſenteria per quinque menſes laborantem, ita vt cùm neceſſitas commoueret, inter manus in loca neceſſaria transferretur, quæ ſimul & confortationem cibi, & virtutem corpuſculi ſuperfluè digerendo perdiderat, me indice, ad baſilicam vigilaſſe. Reddito autem poſt nocturnas tenebras die, abraſo beati tumuli puluere, & remedium hauſiſſe, ſimul & poculum, eamque domi propriis greſſibus fuiſſe redditam, quæ veniens ab aliis fuerat ſuſtentata.

Capvt XXXVIII.

De energumenis & frigoriticis.

QVid ego de energumenis, vel frigoriticis referam, quibus ſi verè fuerint paratas & fideſconiunctæ, mox admioieulante patrono, mente ſubmouentut inſidiæ? Sic multi ex frigoriticis, dum vi febris peſſimè quatiuntur, tota die inter altarium & ſanctum tumulum debacchantes, ad veſperum hauſto ex beato ſepulchro puluere, continuò promeruerunt accipere ſanitatem. Nam Paulus energumenus, qui legionem dæmoniorum dicebatur habere, inſiſtente inimico, machinam, quæ ſanctæ cameræ erat propinqua, conſcendens dixiſſe fertur, Pareatur vaſculo, quod exutus inhabito. Et exæſtuans & præcipitans ſe deorſum, ita beati virtute leuiter in pauimentum depoſitus eſt, vt nullum membrorum damnati corpuſculi collideret.

Capvt XXXIX.

De Leomeria cæca.

LEomeria quædam cæca atque contracta, longo tempore miſerabiliter viuens, dum iter per manus aliorum crebris occurſibus verteret, quo ad baſilicam itot, tandem ab eius pietate reſpecta, iacens ad ſanctum oſtium, lumen pariter, greſſúmque recepit. O ſi totum proderetur in publico, quod ſinguli quique dum fideliter poſcunt, latenter accipiunt, & retinet occultum multorum conſcientia, quod fideliter poſcendo, clam quæſita ſanitas eſt adepta. Quòd ſi hæc, vt diximus, cuncta publicarentur, non ſolùm libros, ſed nec ipſum mundum, vt ait Euangeliſta de Domioo, arbitror potuiſſe recipere.

Capvt XL.

De ſecuro contracto.

ET quando ſermo clauſutam petit, vnum vobis adhuc præclarum miraculum priuſquàm finem accipiat, enarrabo. Adoleſcens quidam nomine Securus, ex vtero matris egrediens, manum aridam pedémque protulerat, & ita omnium membrorum ſiccata compago diriguerat, vt monſtrum aliquod figuraret: erat autem & iugo ſeruitutis innexus. Quem cùm viderent Domiui ſui iam per ſeptem annos nihil omnino proficere, manibus deportando poſuerunt eum ante ſepulchrum, vt vel à prætereuntibus paſceretur, qui labore proprio ali non poterat. Iacente autem eo in loco per multos dies, directus eſt pes eius qui fuerat debilis, manúſque eius ſicca, infectis ſanguine venis, ſanata eſt, & ita omni corpore, accepta beati Confeſſoris ope, ſanatus eſt, vt putares denuò fuiſſe renatum. Qui puerulus à Iuſtino Comite redemptus, & ingenuus dimiſſus eſt: & poſteà Baptiſmum conſequutus, vſque hodie ſub patrocinio ſanctæ Eccleſiæ perſiſtit incolumis. Quis vnquam iſta ſic ex ordine inquirere, aut referre poterit, vel laudare ſufficiat? Tamen nos, quantum inueſtigare potuimus, ſcribere, fideliter ſtuduimus, hanc ſperantes retributionem mercedis accipere, vt dum hæc leguntur in laudem ſanctiſſimi Sacerdotis, nobis fortaſsè tribuatur refrigerium pro delictis, dicente Poëta. *Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.*

INCIPIT PROLOGVS in Librum Secundum.

QVONIAM perſcripſimus virtutes ſancti Martini, quas vidimus, vel à fidelibus viris de anticaſto tempore reperire potuimus, ardentes valdè in hac ſiti, ne traderetur obliuioni, quod Dominus exercere dignatus eſt, in laudem Antiſtitis ſui, narrare etiam ea cupimus, quæ noſtro tempore agi miramur, relinquentes non paruam materiam eloquentioribus. Sumentes autem magnalia virtutum in noſtris operibus, vt quod peritia non dilatat in paginis, numeroſitas virtutum extendat in cumulis.

INCIPIT LIBER SECVNDVS Miraculorum ſancti Martini Epiſc.

Capvt I.

Qualiter à febre & dyſenteria erutus ſum.

ANno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo poſt tranſitum beati Martini Antiſtitis, Sigiſberto glorioſiſſimo Rege duodecimo anno regnante poſt exceſſum ſancti Eufronij Epiſcopi, non meo merito, cùm ſim conſcientia tererrimus, & peccatis obuolutus, ſed tribuente fideli Deo, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, onus Epiſcopale indignus accepi. Menſe autem ſecundo ordinationis meæ cùm iſſem in vrbem, incurri dyſenteriam cum febre valida, & taliter agi cœpi, vt imminente morte viuere omninò deſperarem. Emittebantur autem aſſiduè digeſtionum officia, quæ accipere non poterant in expenſa, & erat horror cibi, cúmque ab inedia deficeret virtus ſtomachi, febris tantùm erat virtus corporis. Nam nullatenus accedebat confortatio ſumptuoſa: erat autem & dolor grauis totum aluum penetrans, & deſcendens ad ilia, non minus conſumens tortura ſua quàm febris exegerat. Cúmque ſic ageretur mecum, vt non remanſiſſet ſpes vitæ, ſed cuncta deportarem in funere, nec valeret penitus medici antidotum, quem mors mancipauerat ad perdendum, ego Ipſe de me deſperans, vocaui Armentarium archiatrum, & dico ei. Omne ingenium artificij tui impendiſti, pigmentorum omnium vim probaſti, ſed nihil proficit. Perituro ex ſeculo vnum reſtat quod facias, magnam tibi theriacam oſtendam: puluerem de ſacratiſſimo Domini ſepulchro exhibe, & exinde inibi facito potionem, quòd ſi hoc non valuerit, amiſſa ſunt omnia euadendi præſtigia. Tunc miſſo diacono ad ante dictum beati Præſulis tumulum, de ſacroſancto puluere exhibuit, dilutúmque mihi porrigunt ad bibendum. Quo hauſto, mox omni dolore ſedato, ſanitatem recepi de tumulo. In qua tam præſens fuit beneficium, vt cùm datum fuerit hora tertia, incolumis procederem ad conuiuium ipſa die hora ſexta. Viſum eſt & hoc inſerere lectioni, qualiter me Deus arguerit, ne ante me permitterem ſtultos & faciles, beatis ſolemnibus obtrectare. In craſtino autem poſtquàm conualui, die Dominico ad Miſſam veniens, noléſque me fatigare, vni Preſbyterorum glorioſa ſolemnia celebtare præcepi. Sed cùm Preſbyter ille neſcio quæ ruſticè feſtiua verba depromeret, multi eum de noſtris increpare cœperunt, dicentes: melius fuiſſet tacere, quàm ſic incultè loqui. Nocte autem inſe-

A quata, vidi virum dicentem mihi, de myſteriis Dei nequaquam diſputandum. Teſtor enim quia hoc à me non eſt compoſitum : ſed ipſa verba quæ audiui, vobis expoſui. Vnde dilectiſſimi, nullus de hoc myſterio, etiam ſi ruſticè videatur dici, diſputare præſumat, quia apud Dei maieſtatem magis ſimplicitas pura, quàm Philoſophorum valet argutia.

Capvt II.

De infirmitate Iuſtini.

GRatum arbitratus ſum & illud non omittere, quod mihi in libro anteriore excidit, cùm retulerim de cereolis illis, quos de ſepulchro beati Antiſtitis ſuſtuli, à quibus & tempeſtates ſedatas, & alias B infirmitates prohibitas dixi. Hos cùm mecum detinerem, Iuſtinus vir ſororis meæ in valetudinem irruit, inualeſcente febre cum doloribus membrorum omnium, valdè ad extremum agi cœpit. Nuntius hæc ad me delatus retulit, efflagitans vt ſi quid medicamenti reperire poſſem, morituro tranſmitterem, ne obiret. At ego in virtute beati Antiſtitis confiſus, vnum ex cereolis tranſmitto per puerum, dicens. Accendite illum coram eo, & in contemplatione luminis orationem fundat ad Dominum, & deprecetur omnipotentiam Antiſtitis, vt ei ſuccurrat. Miſſus autem puer quod dederam deportauit. Quo accenſo ante lectum ægroti, fauillam ſcirpi, quem iam ignis conſumpſerat, cultro eradunt, dilutúmque aqua ægro porrigunt ad bibendum. At ille vt hauſit, ſanitatem protinus recepit, incolumiſque redditus eſt nobis. Poſteà qualiter ſibi virtus beati Antiſtitis ſubuenit, expoſuit. Nam referre erat ſolitus, quòd vbi primum C oculis eius iubar luminis progreſſum à cereo pepulit tenebras noctis, protinus in contemplatione flammæ febris receſſit à corpore, ac ſtomachus qui diu languerat inedia, cibum conſolationis efflagitat, & qui tantùm aquam putam ad reſtinguendum febris ardorem haurire conſueuerat, nunc vinum deſiderat. Facit hæc virtus Antiſtitis, quæ ſæpè miſeris opem pro ſua miſeratione tribuit, & infirmis medicamenta largitur.

Capvt III.

De Maurusa Chiragrica.

VEreor ne nimium progredi præſumens, obſoleat paginam ſermo ruſticior. Maurusam quandam grauiter chiragricus corporis dolor affecerat, ita vt D retortis ad crura pedibus, nullatenus ſe erigere poſſet. Erat enim & oculorum luce mutata, quæ longo tempore grauiter agens, tanquam mortua putabatur ſuperſtes, nec erat ei ſpes alimoniæ, niſi aliquis ei manum miſericordiæ porrexiſſet. Quotidie autem reſpectum intuens deuotorum, victus neceſſaria poſcebat. Factum eſt autem, vt quo tempore extra ſolitum grauius ageret, nec poterat quoquam modo iuuari membrorum officio, niſi quod tantùm in pectore flatus ſpiraminis decurrebat. Quæ iam valdè exanimis rogauit, vt eam ad pedes ſancti Martini deferrent. Ad quem locum cùm manibus fidelium fuiſſet illata, dolore cogente, vociferans beati viri auxilium, vt ſibi miſereretur orabat. Tandem pietas illam reſpiciens, quæ pauperes dimittere nunquam conſueuit inanes, in feſtiuitate ſua laxata ſunt fila neruorum arentium, & ſic de dextera, quam per ſex annos non leuauerat, ſignum beatæ Crucis in os faciens, in pedibus reſtituta eſt, ita vt ad hoſpitiolum ſuum nullius E vſu adiutorio remearet, oculorum lumine non recepto. Poſt annos autem duos iterum veniens ad beati patroni tumulum, cœpit attentius, ſicut erat opportunum, orare : mox apertis oculis, in rediuiua luce ſurrexit. Hanc virtutem ideò hic ſcripſimus, quia poſtquàm huc aduenimus, illuminata eſt. Nam anteà à debilitate ſanata fuerat.

Capvt IV.

De ſeruo Simonis Presbyteri.

SImonis fideliſſimi Compreſbyteri noſtri ſeruus Veranus nomine, qui erat in commiſſis promptuariis prælibatus, dum ad cuſtodiam ſibi depoſitam reſideret, ſuperueniente humore podagrico, pedum greſſu mulF ctabatur. Qui cùm per totum annum talibus doloribus vexaretur, vt etiam vicina in proximo poſita commoueret, contractis ſubitò neruis, ad plenum debilitatur. Quod videns Dominus eius, dolens exitium fidelis vernaculi, iuſſit eum ad pedes beati Antiſtitis deportari, promittens votum, & dicens. Si eum reddideris ſanitati, piiſſime Domine Martine, in illo die abſolutus à mei ſeruitij vinculo, inciſis capillis tuo ſeruitio delegetur. Poſitus ergo ad pedes pretioſiſſimi Domini, cùm per quinque dies ibidem iaceret immobilis, ſexta die ſopore comprimitur, & obdormienti viſum eſt ſibi quaſi in lectulo ſuo ſolito pedes extendere. Expergefactus autem ſanus ab omni debilitate ſurrexit. Qui tonſurato capite, & accepta libertate, ibidem Domini vſibus deſeruiuit. O admirabilem beati viri redemptionem! Quis vnquam de mille talentis ſic redimet, ſicut præſens noſtrorum criminum ſuffragator, qui vno ictu, vnóque momento, ſine numiſmate auri, & corpus à debilitate, & conditionem ſoluit G ab onere.

Capvt V.

De Paralytico Antiſiodorenſi.

QVidam ex Antiſiodorenſi oppido Manlulſus nomine, deferentium manibus ad beati Martini ſepulchrum tactatus eſt. Qui iugi oratione & ieiunio incumbens pedes quos intortos exhibuit, reddita ſubitò ſanitate, retulit in vſu conſueto directos, & ita Sancti virtute reformatus eſt, vt qui aliorum manibus deportatus eſt, propriis firmatus veſtigiis, præſentibus nobis conſurgeret ſoſpes.

Capvt VI. H

De Paralytico Aurelianenſi.

ALius autem paralyticus ex Aurelianenſi territorio carruca deuectus, venit ad ſanctam baſilicam, qui diebus multis iacens ad oſtium illud, quod ſecus baptiſterium ad medium diem pandit egreſſum, beati Antiſtitis implorabat auxilium. Factum eſt autem, vt vna die iacens, grauius extra ſolitum torqueretur, ita vt vicini de proximo ad eius voces concurrerent. Diſſoluebantur autem ligaturæ neruorum eius, & dirigebantur, propterea erat dolor intolerabilis, & ſic tribuente patrono, erectus ſuper plantas, flens præ gaudio, populo reſte ſurrexit. Qui continuò clericus factus, & in ſoſpitate firmatus, ad domum regreſſus eſt.

Capvt VII.

De Paralytico ex Biturigo.

SEd & alius greſſu debilis, nomine Leubouius, iam ſelerieus aduenient, ſed per terram ſe trahens, quia paupertate faciente non habebat qui eum ferret, de die in diem beati Martini limina requirebat. Qui dum quadam die à foris ad Sancti pedes fleret, directis genibus atque pedibus, ſpectante populo ſanitatem recepit. Tres virtutes iſtas ipſa die factas fuiſſe conſtat, quo Sigiſbertus glorioſiſſimus Rex Sequanam tranſiens, ſiue colliſione exercitus pacem cum fratribus fecit. Quod nullus ambigat, hanc tertiam beati Antiſtitis fuiſſe victoriam.

Capvt VIII.

De cæco illuminato.

EO quoque tempore cæcus quidam ab eleemoſynariis poſtulans, cui non erat aliud in victu, niſi aliquis ei manum porrexiſſet pietatis intuitu, nec erat doni præſidium, niſi miſeratio deuotorum, die vna dum ante ſanctum ſepulchrum fixis ſtaret veſtigiis, ſubitò corripuit eum dolor in oculis. Et cùm grauiter ab hoc dolore conſumeretur, cœperunt eius oculi ſpumam emittere. Et ſic erumpente à palpebris ſanguine, in rediuiuam lucem renaſcens, lumen, quod olim perdiderat, videre promeruit.

Capvt IX.

De alia cæca.

GVndetrudis quædam de Vitomadenſi territorio, oculorum lumen perdiderat: quæ relinquens domum & patriam, fide commonente, venit ad ſanctam baſilicam, ibique diebus multis deſeruiens, vnius oculi meruit recipere viſum. Quæ mox oblita virum & filios, veſtéque mutata, ad religionem Eccleſiaſticam Domino inſpirante, tranſiuit.

Capvt X.

De muliere à proſluuio ſanguinis liberata.

SEd nec hoc ſilebo, qualiter, velut ex veſte Redemptoris noſtri, ad beatum ſepulchrum fluxus ſanguinis ſit ſiccatus. Mulier quædam ex Aruerno veniens cum viro ſuo de pago Tranſilienſi, profluxu ſanguinis ægrotabat, ſecus autem atrium baſilicæ manſionem habebat. Quæ diebus ſingulis ad ſancti Confeſſoris limina iacens proſtrata, opem ſanitatis poſcebat. Factum eſt autem, vt quadam die accedens ad ſanctum ſepulchrum orans, & oſculans, de palla, quæ ſuper eſt poſita, aures & oculos ſibi tangeret. Protinus ſiccato riuo ſanguinis, ita ſanata eſt, vt putaret ſe Redemptoris fimbriam contigiſſe. Cuius vir in valetudinem ruens, ad oſtium baſilicæ manibus depoſitus aliorum, fideliter exorans, reſtricta febre, conualuit. Et ſic pariter hic ab incommodo, hæc à profluuio ſanata, magnificantes Deum ad propriam domum regreſſi ſunt.

Capvt XI.

De muliere clauda.

COniux Aniani Tribuni, nomine Vnimola, nocte contrita à pauore, viſum vnius pedis perdiderat, & ita in debilitatem corruerat, vt aliorum manibus ſuſtentaretur euecta, ſi quò propoſuiſſet accedere. Quæ ad beati Martini pedes depoſita, nocte tota cereum manu pro voto detinuit, nobis in baſilica vigilantibus. Mane autem facto, moto matutinis ſigno, ſuper pedem debilem conſtitit, ita vt omni debilitate ſedata, ad metatum ſuum propriis greſſibus, nullo ſuſtentante liberè remearet.

Capvt XII.

De dyſenterio ſanato.

QVodam autem tempore cùm beatus Germanus Pariſiacæ vrbis Pontifex, ad feſtiuitatem Antiſtitis glorioſi accederet, Ragnimundus tunc Diaconus, nunc Epiſcopus, in ſeruitium eius acceſſit, grauiter dyſenteria laborans. Sed beatus Germanus priùs ad vrbem Eccleſiæ ſuæ, quæ in hoc territorio ſita eſt, venit. Igitur cùm ante noctem vigiliarum ſolemnitatis eius Turonum aduenire cœpiſſet, Diaconum in vrbe reſidere iubet, dicens. Ne fortè fatigeris eundo, & aliquod tibi deterius contingat. At ille, Poteſtas, inquit, Dei eſt, quæ nos iubeat iuxta meritum pati: nam ego non exeo aliter, niſi ad baſilicam Antiſtitis eam: confido enim, quòd ſi tumulum eius adiero, ſaluus ero: & ſtatim aſcenſo equo, ad baſilicam venit. Mane autem accepta potione de puluere ſepulchri, ſedata protinus infirmitate, conualuit.

Capvt XIII.

De cæco illuminato.

VRſulfus autem quidam ex Turonica ciuitate de pago trans Ligerim, cæcus beati Martini ſuffragia expetiit. Qui duobus aſſiduè menſibus ad eius templum deſeruiens, in ieiuniis, orationibúſque perdurabat. Factum eſt autem in vna reſurrectionis Dominicæ die, dum eſſet ad pedes Domini, & cum reliquo populo Miſſarum ſolemnia ſpectaret, ſubitò apertis oculis cuncta clarè cernere cœpit, ita vt ad ſanctum altare communicandi gratia, nullo ducente, veniret. Quæ autem fuerit cauſa cæcitatis, dicam. Primo die Paſchæ iuſſus eſt à Domino ſuo, vt agros circuiret, inuentúmque aditum, vnde pecora introibant, obſeraret. Dum eum claudere conatur, vt diximus, excæcatus eſt. Tunc ad ſepulchrum veniens, & eiulans, viſum, quem perdiderat, flagitabat. Die autem illa dum populo gratia Dominici corporis traderetur, & beatus Antiſtes lumen reddere dignatus eſt, ac elucente Sole luminum ſuorum refulſerunt Stellæ. Quis vnquam, rogo, talis medicus poterit inueniri, qui in vna infirmitate duas contulerit medicinas? Ecce in vno cæco duas virtutes operatus eſt, nam & corporales oculos ad contemplanda terrena aperuit, & cordis oculos vt ea non concupiſcat illuminauit, & ad ſuum dignatus eſt dicare ſeruitium. Quem (vt ita dicam) renaſci denuo fecit in mundo.

A

CAPVT XIV.

De puella paralytica.

SEd neque hoc reticebo, quod in ſua feſtiuitate operatus ſit hic patronus. Palatina quædam paralyſis humore percuſſa, vſum greſſuum perdiderat, ita vt contractis in poplitibus neruis, calcaneos ad crura coniungeret. Quam pater Turonum deferens, ante pedes beati Martini deuotus expoſuit, ibique tribus menſibus iacens, ſtipem à prætereuntibus poſtulabat. Factum eſt autem, vt in die inſignis ſolemnitatis beati viri, illa, nobis Miſſas dicentibus in loco, quem ſuperius nominauimus, fideliter oraret. Cùmque nos ritè ſacroſancta ſolemnia celebrando conteſtationem de ſancti Domini virtutibus narraremus, ſubitò illa vociferare cœpit, & flere, indicans ſe torqueri. At vbi expedita conteſtatione, omnis populus ſanctus in laudem Domini proclamat, ſtatim diſſoluti ſunt nerui, qui ligati erant, & ſtetit
B
ſuper pedes ſuos, cuncto populo ſpectante, & propitiante Domino vſque ad altare ſanctum ad communicandum propriis greſſibus nullo ſuſtentante peruenit, quæ vſque hodie incolumis perſeuerat.

CAPVT XV.

De cæco illuminato.

MErobaudus quidam ex pago Pictauenſi dum eſſet laborans in opere, cæcitate peſſima, inſidiatore immittente, percuſſus eſt. Qui cùm ſex annos in hac infirmitate duraret, venit ad templum beati Martini ibique aſſiduè orationi incumbens, in craſtina die dum in feſtiuitate beati Martini ſtaret, ſubitò viſum eſt ei, circa ſe tanquam coruſcationem ſplendere, & ſtatim apertis oculis, cuncta perſpexit. Qui continuò clericus
C
factus in eodem loco ſanus abſceſſit.

CAPVT XVI.

De his quæ nauta retulit.

FVit & illud inſigne miraculum, cùm Dominus in die Epiphaniorum obtentu Antiſtitis Falernum produxit, ac de aluei fundo vinum elicuit pauperi, qui quondam latices in vina mutauit. Igitur cùm quodam tempore iter ageremus in pago Beluacenſi, ad Ligerim vſque fluuium peruenimus. Cúmque à nauta, qui nos ripæ alteri tranſponere debebat, ſollicitè requireremus loca, in quæ piſcaturi procederemus, locum indicat dicens, ſit vobis beatus Martinus in adiutorium. At noſtri ingratè ſuſceperunt, dicentes: quòd in eius nomine nunquam viſa eſt eueniſſe captura. Ille autem, haud du-
D
bium ſit, quia præſtat hoc virtus eius. Nam referam, inquit, vobis, quid mihi hoc anno contigerit, vel qualiter per inuocationem nominis eius, opitulante Domino, quod optaui, promerui. Denique dies erat Epiphaniorum, & ingreſſus in promptuario nihil inueni, quod haurire potuerim, egreſſúſque oraui, dicens. Sanctiſſime Martine, tranſmitte mihi in hac ſacra ſolemnitate aliquid vini, ne epulantibus aliis, ego ieiunus remaneam. Dum autem hæc orarem, vocem in altera ripa audio me vocantem, vt nauim homini, qui iter agebat, adducerem. Verùm vbi acceptis contis, eò verſus impetum fluminis ſulcare cœpi, & vt in medio amne perueni, ſubitò excuſſus magnus ex gurgite piſcis in nauim cecidit: quo confeſtim oppreſſo, tranſpoſitis hominibus, domus regreſſum ſum, venditóque piſce vno vini modio, cum cæteris ſum refectus. Ergo noueritis quàm velociter in illud, quod inuocatus fuerit, ſi petatur fideliter, apparebit. Teſto autem Deum, quia hæc ab ipſius nautæ ore cognoui. E

CAPVT XVII.

De Guntrano Duce.

QVodam die dum Guntranus Boſo contra vicum Ambiacenſem Ligerim fluuium tranſmearet, ac irruentibus tenebris mundum nox horribilis retineret, ſubitò aduerſante vento nautæ turbantur in pelago, ſeparatiſque nauibus, quæ pontem illum ſuſtinebant, & aqua vſque ad ſummam repletis, deſcendunt cuncti vſque ad cingulum cum ipſis nauibus in profundum, nequaquam tamen nauibus ſubductis à pedibus. Exterritiſque omnibus, Boſo non raucè vociferans B. Martini auxilium implorabat, & vt eis ad liberandum feſtinus occurreret, precabatur dicens fidenter F
ſuis. Nolite timere, ſcio enim quod dextera ſancti viri ad auxilium porrigendum maximè in neceſſitatibus ſit parata. Hæc eo dicente, directis ab eo nauibus, mutatóque vento contrario in ſecundum, nullo pereunte, peruenit in litus, vbi tam præſens occurrit beati Confeſſoris ſuffragium, vt etiam argentum quod rapiente fluuio perdiderant, denuò fluuio in littus reſtituente, reciperent.

CAPVT XVIII.

De Laudulpho Lunatico.

QVidam ex Vianenſi territorio Laudulphus nomine, grauiter à Lunatici dæmonis infeſtatione vexabatur, ita vt plerumque ab hoſte ſe vallari putans in terram corrueret, cruentáſque ex ore ſpumas emittens, tanquam mortuus habebatur. Quod genus morbi Epi- G
lepticum peritorum medicorum vocitabat auctoritas. Ruſtici verò caducum dixere, eo quod caderet. Cùmque ſe antedictus in hoc exitu videret affligi, audita beati Præſulis fama, ſanctam eius adiit baſilicam, vt ſibi præſentia cunctis ſuffragia ſubuenirent. Sed cùm eodem in loco plenus fide veniſſet, ardentius eum ſæuitia, & dæmonis pulſat audacia: nec ei licebat atrium egredi propter publicam dæmonum infeſtationem: in atrio tamen nihil nocebatur. Nam viſibiliter cum magno armorum ſtrepitu venientes, conabantur eum caſſis telorum acuminibus perfodere. Quòd ſi ſe ſubderet terræ, ranarum ſuper eum multitudo horribilis deſilire videbatur: ſed & voces publicè ab eo audiebantur exprobrantium, & dicentium, Martinus quem expetiſti, nihil poterit tibi ſubuenire, quia noſtris es ditionibus mancipatus. Sed ille ad hæc fidenter & immobilis ſignum Crucis opponens, terribiliter eos per aëra effugabat. Poſt has autem vacuas, & ina- H
nes emiſſiones, cùm videret inimicus eum ſibi vendicare non poſſe, dolis eum tentauit illudere. Componens námque ſe in ſpecie veterani, venit ad eum, dicens. Ego ſum Martinus, quem inuocas, ſurge, & adora coram me, ſi vis recipere ſanitatem. Cui ait ille. Si tu es Dominus Martinus, fac ſuper me ſignum Crucis, & credam. At ille audito nomine ſigni ſibi ſemper contrarij, tanquam fumus euanuit. Poſt hæc autem ſtans ad pedes glorioſi Domini, factus eſt in ſtupore mentis, & vidit beatam baſilicam nouo lumine effulgere. Ex qua egrediens Sanctus dixit ad eum. Exaudita eſt oratio tua, & ecce eris ſanus ab infirmitate quam pateris. Poſteà beatæ Crucis ſignaculũ ſuper caput eius faciens abſceſſit. Ille verò in ſe reuerſus, amotis omnibus inſidiis, ſalutem ſe ſenſit integrã recepiſſe. Tamen poſt receptam ſanitatẽ cùm cœpiſſet vino vti ſuperfluè, corpúſque diu abſente imbre abluiſſet, latus ei cum vno

A pede manúque contrahitur. Sed parſimoniæ iterum ſtudens, capútque tonſurans, rurſum beati virtute redditur ſanitati.

Capvt XIX.

De Theodomere diacono.

DVm ſingula quoque miracula beati viri ſuccinctè ſcribimus, nec ea in ampliori ſermone expandimus, verendo valde, atque timendo iter carpimus inchoatum, ne fortè dicatur à prudentioribus, multum hoc poterat peritius extendi. Sed nobis in Eccleſiaſtico dogmate verſantibus videtur, vt hiſtoria, quæ ad ædificationem Eccleſiæ pertinet, poſtpoſita verboſitate, breui atque ſimplici ſermone texatur, vt & virtutem beati Antiſtitis prodat, & ſapientibus faſtidium B non imponat. Quo facto & lector prouocetur in lectione, & Sanctus probetur in opere. Theodomeris diaconus cùm præ humore capitis, decidentibus cataractis, oculorum aditus haberet per quatuor annos grauiter obſeratos, venit ad cellulam Condatenſem, in qua vir beatus tranſiit. Proſtratúſque ad eius lectulum, nocte tota lachrymis & orationibus deducta, immobilis madefecit terram fletibus, tenuitque ſuſpiriis eius venerabile lignum cancelli. Luceſcente autem die, reſeratis cataractis, luminum, lumen videre promeruit. Quid vnquam tale fecere cum ferramentis medici, cùm plus doloris negotium exercuerint, quàm medelæ, cùm diſtento transfixoque ſpiculis oculo, prius mortis tormenta figurant, quàm lumen aperiant? In quo ſi cautela feſellerit æternam miſero præparat cæcitatem. Huic autem beato Confeſſori voluntas ferramentum eſt & ſola virtus vnguentum.

C

Capvt XX.

De Deſiderio Energumeno.

IN qua cellula cùm Deſiderius Energumenus ex Aruerno veniens, nocte integra debacchaſſet, mane facto, cœpit declamare, quod eum beatus Martinus incenderet. In his vocibus euomens virulentum neſcio quid cum ſanguine, dæmone eiecto purgatus eſt, infectúmque ſanie puluerem derelinquens, cellulam egreſſus eſt ſanus.

Capvt XXI.

De homine manum contractam habente.

D QVidam in eodem loco manum debilem contractis digitis detulit, ita vt vngues in palma eius defixi, decurrente interdum ſanguine dolorem ei nimium generarent. Hic proiiciens ſe ad antedictum glorioſi domini tumulum, flens & deprecans, tam dolore inſtigante, quam fide, poſtera die directis digitis, manum recepit incolumem.

Capvt XXII.

De Remigia matrona.

SImilem infirmitatem Remigia matrona incurrens, ad beatam cellulam valde deuota peruenit. Quæ vigiliis & orationibus inſiſtens, cùm matriculam, quæ ibidem congregata eſt, paſceret, aridum brachium cum contractis digitis ſanum extulit ad miſcendum. Et ſic E tota die benedictis pauperibus deſeruiens, ſoſpes remeauit ad propria. Hæc in poſterum annis ſingulis antedictis fratribus alimentum ſufficiens exhibebat. Factum eſt autem, vt quadam vice vna puellarum ſuarum malè à quartani tipi febre quateretur. Dum autem ſecundùm conſuetudinem veniens, pauperibus illis exhiber victum, ſancti viri implorat auxilium: & per quatuor dies ad beatam cellulam continuè orationi atque ieiuniis decubans, ab omni febre ſanata puella, cum familia magnificans Deum domum regreſſa eſt.

Capvt XXIII.

De Viuaſto cæco.

TAlia exercens quidam Viuaſtus nomine, lumen recepit, dum ſcilicet pauperibus illis victus neceſſaria miniſtrauit. Hic autem cæcitate maxima per annos F plurimos aggrauatus, habebat in conſuetudine, vt veniens de regione ſua ad antedictam ſancti cellulam, pauperibus illis ampliſſimum alimentum exhiberet, vigiliiſque deuotiſſimè celebratis, eos in ſatietate reficeret: quibus ipſe iuxta poſſibilitatem tanquam famulus ſeruiebat. Dum igitur hæc per multos, vt diximus, annos impenderet, quadam vice impleto voto, ſeruitioque ſimul, proſternitur ad cancellum ſancti lectuli, orans, & valedicens regredi cupiebat. Poſt completam autem orationem exurgens, apertis parumper oculis, intuetur cortinam ſericam de Cancello pendere, & ait, Video tanquam pallium ſericum hic appenſum. Cui aiunt ſui, Veritatem te videre cognoſcimus. Ipſe autem cœpit iterum flere, atque orare, vt beatus Confeſſor opus cœptum dignanter expleret. Qui dum orat attentius, obdormiuit apparuitque ei vir per viſum dicens, Vade ad baſilicam domini Martini, & ibi plenam obtinebis G ſanitatem. Qui nihil moratus famulorum manibus deductus, vt limina beati Confeſſoris attigit, lumen integrum opitulante fide, recepit.

Capvt XXIV.

De homine omnibus membris contracto.

IN Biturico quoque fuit quædam mulier, quæ concipiens peperit filium, cuius poplites ad ſtomachum, calcanei ad crura contracti erant: manus verò eius erant adhærentes pectori, ſed & oculi clauſi erant. Qui magis monſtrum aliquod, quàm hominis ſpeciem ſimilabat. Qui cum non ſine deriſione multorum aſpiceretur, & mater argueretur, cur talis ex illa proceſſerit filius, confitebatur cum lachrymis, nocte illum Domi- H nica generatum. Quem interimere non audens, vt monſtrum, tanquam ſanum puerum nutriebat. Adultum vero tradidit mendicis, qui eum accipientes poſuerunt in carrucam, & trahentes oſtendebant populis, multa per eum ſtipendia accipientes. Dum hæc per longa tempora gererentur, anno ætatis ſuæ vndecimo, venit ad feſtiuitatem beati Martini, proiectúſque à foris ante ſepulcrum miſerabiliter decubabat. Tranſacta autem feſtiuitate, viſum auditúmque recepit. Inde reductus ad ſolitam conſuetudinem, poſtulabat ſtipem. Poſt annum ferè aut eo amplius, venit iterum ad ſolemnitatem, poſitúſque eſt in loco, quo prius iacuerat, decurſiſque ſolemnibus feſtis, directis omnibus membris, pleniſſimam obtinuit ſanitatem. Quæ ne incredibilia fortaſſe videantur, ego eum ſoſpitem vidi: nec audita ab aliquo, ſed ab eius narrata cognoui. Sed quia dixi, parentibus eius hoc ob peccatum eueniſſe per violationem noctis Dominicæ. Cauete, ô viri, quibus ſunt iniuncta coniugia: ſatis eſt aliis diebus voluptati

A

operam date : hanc autem diem in laudibus Dei impollutam deducite, quia qui in ea coniuges ſimul conuenerint, exinde aut contracti, aut epileptici, aut leproſi filij naſcuntur : ſitque hoc quod diximus, documentum, ne malum quod vna nocte committitur, in multorum ſpatia annorum perferatur.

Capvt XXV.

De Paralytico ſanato.

ILlud præ cæteris admirandum miraculum nobis orantibus, explicabo, quod poſt immenſum mœroris cumulum magnum nobis gaudium patefecit, dum & virtutes beati protulit, & quod titubabat, erexit, cordaque nutantia populorum, larga ſtabilitatis firmitate muniuit. Nam cùm in venerabili Dominicæ Natiuitatis nocte ſacroſanctis deducta excubia, procedentes de Eccleſia, ad baſilicam ſancti ire diſponeremus,

B

quidam ex energumenis atrocior cæteris, cœpit nimium debacchari, & diſcerpens ſe, atque collidens clamabat, fruſtra appetitis limina Martini, caſſo eius ædem aditis, quia vos propter multa crimina dereliquit, & ecce vos abhorreus, Romæ mirabilia facit. Ibi cæcorum oculis lumen infundit : Ibi paralyticorum greſſus dirigit, ſed & aliis quoque morbis ſua virtute finem imponit. Ad hanc diaboli vocem omnis populus exturbatur, & non ſolùm obtuſa membrorum minorum corda, ſed etiam noſipſi pauore concutimur. Ingredientibus autem nobis cum fleto magno baſilicam, omnes pauimento proſternimur orantes, vt ſancti viri præſentiam mereamur. Et ecce Bonulphus nomine, cui ante tres annos præ nimia multitudine febris, manus ambæ cum vno pede contractæ erant, & ad feſtiuitatem beati viri manibus directis, pede adhuc debili

C

claudicabat, ante ſanctum altare ſternitur, orans vt qui ſibi manus aridas reſtituerat, pedem quoque contractum ſimili virtute dirigeret. In hac autem oratione à febre nimia circundatur, & tanquam extenſus in eculeum, neruorum dolore torquetur. Intereà de ſupplici dolor excitat contumacem, & qui venerat inquirere medicinam, cœpit inferre calumniam. Aiebat enim, O Domine Martine, ſanitatem à te, non tormenta quæſiui. Quam ſi non mereor, vel doloribus affligat Cùmque nos eum fletibus circunſtantes beati præſtolamur aduentum, & inter hæc dum ſancta ſolemnia ageremur, oblatis ſuper ſacris muneribus, myſterioque Corporis & Sanguinis Chriſti palla ex more cooperto, molliuntur contracturæ neruorum, & dirupto poſt ſoſitus poplitis corio, defluente ſanguinis riuo, pedem extendit incolumem. Quod videns ego, omnipotenti gratias egi, liminàque fletibus madefaciens, in hac ad populum voce prorupi. Timor à cordibus veſtris omnis abſcedat, quia Confeſſor nobiſcum inhabitat, nec omni-

D

no credite diabolo, qui nihil vnquam protulit verum, ille ab initio mendax eſt, & in veritate non ſtetit. Me autem ita dicente, omnium luctus laxatur in gaudium. Ipſe etiam infirmus coram nobis aſſurgens, in pedes conſtitit abſolutus. Videns autem hæc omnis populus in cœlum clamore prolato, plaudebat dicens. Gloria in excelſis Deo, qui ſicut quondam paſtores Angelorum lumine, ita nos hodie præſentia Confeſſoris beati clarificauit, & eum nobis adeſſe præſenti virtute monſtrauit. Et ſic à timore inimici omnes erepti, Chriſti præſidio roborati ſunt.

Capvt XXVI.

De Paulo muto.

NEc diſſimili virtute per ipſum Epiphaniorum diem vir beatus apparuit, cùm os muti cuiuſdam

E

obſtruſum coram populo reſerauit. Paulus quidam Condatenſis clericus, à natiuitate procedens manus clauſas laborioſo mundo protulit, in vſu laboris inertes. Et hoc cur acciderit, vtrum hic aut parentes eius peccauerint, vt ſic mancus naſceretur, non eſt noſtræ diſcretionis abſoluere. Vnum tantùm ſcimus, quod in eo ſicut & in reliquis Infirmis eſt oſteoſa gratia Saluatoris. Nam cùm factus eſſet decem annorum, accreſcentibuſque vngulbus graues dolores manuum pateretur, eoſdémque ferre non tolerare, limina beati Confeſſoris adiuit. Ibique diebus multis cum ſumma parſimonia demoratus, digitos directos, manúſque retulit ſanas. Poſt annos autem ferè quinque peſſimum incurrit incommodum, & dum vi nimiæ febris attritus, vocis eloquutione mulctatur, ereptúſque à febre ſine loquelæ officio permanebat. Sed taliter fuerat aditus oris eius obſtructus, vt nec qualitercumque mugitum poſſet emittere : ſed annectens cum corrigia tres tabulas, manu ferebat eaſdem inter ſe collidens, ſonumque quem ab ore non dabat, tabulis proferebat. Hoc opus vini-

F

toribus vtile eſt, cùm vineas ab infeſtantium auium cæteris defenſare conantur. Cùm autem veniſſet antedictus ad Sancti baſilicam in ea nocte, in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus fluenta laticum hauriens falerna porrexit, ad beati pedes vigilare diſpoſuit. Tranſacto autem tempore mediæ noctis obdormiuit. Qui cùm neſcio quid per viſum periculi cerneret, pauore conterritus, in hanc vocem primum obſeratum aperuit os, Domine Martine, libera me. Et ſic erumpens ab ore & faucibus eius ſanguis, auditum pariter, & eloquium recepit.

Capvt XXVII.

De muliere paralytica.

G

CVm vero interempto Sigiberto Rege, Chilpericus Regnum, exemptus ab imminenti morte cœpiſſet, Ruceolenus cum Cenomanicis grauiter ciuitatem Turonenſem opprimebat, ita vt cuncta deuaſtans, nullam ſpem alimoniæ in domos Eccleſiæ, vel pauperum hoſpitiula relinqueret. Poſtera autem die Legatos ad ciuitatem mittit, vt homines, qui propter culpam minimè nobis incognitam ad Sancti baſilicam reſidebant, extraherentur à clericis : quod ſi differretur fieri, vniuerſa promittit incendio concremare. Et nos hæc audientes, mœſti valde baſilicam ſanctam adimus, & beati auxilia flagitamus. Statimque paralytica, quæ per duodecim annos fuerat contracta, dirigitur. Ipſe vero Ruceolenus vlteriorem ripam aggreſſus, morbo confeſtim Regio ſauciatur, atque ab infirmitatibus Herodianis, quæ enarrare longum videtur, alliſos, & ſicut cera à facie ignis guttatim defluens, quinquageſima die ab hydrope inflatus interiit.

H

Capvt XXVIII.

De muliere cæca.

SEd nec hoc ſilebo, quod illo tempore alueus fluuij nutu Dei vel virtute beati viri abſque pluuiarum inundationibus repletus, hoſtem, ne ciuitatem læderet, tranſire prohibuit. In die autem illa recurrentis ſolemnitatis, qua Dominus pro ſalute mundi propenſius, confuſo proditore diſcipulo, epulum Apoſtolis miniſtrauit, cùm omnes ad Eccleſiam properarent deſiderabilia Domino vota perſoluere, quædam mulier diuturna cæcitate grauata, cùm eſſet in vrbe, flere cœpit, & dicere. Væ mihi, quia cæcata pro peccatis non mereor hanc feſtiuitatem cum reliquo populo expectare. Tunc cum fletu magno ſolo proſtrata, nomen beati inuocat

Digitized by Google

A Confeſſoris. Completa autem oratione luci priſtinæ reſtituitur. Porro recepto lumine, ob reddendas Deo gratias ad beatam baſilicam cum admirabili oculorum claritate peruenit. Sed & vnus ex energumenis die illa Sancti virtute curatus eſt.

Capvt XXIX.

De duobus cæcis.

DVo cæci ex Biturica venientes, areſactis palpebris, & glutino vinctis, ad pedes domini Martini orantes decubabant. Factum eſt autem in die feſtiuitatis ſuæ aſtante populo, dum virtutes de vita illius legerentur, factus eſt ſuper illos ſplendor coruſco ſimilis, & confractis ligaminis, quæ palpebras obſerauerant, de-
B fluente ex oculis ſanguine, lateque viſu patente, cernere meruerunt.

Capvt XXX.

De muliere muta.

MVlier quædam, cuius os paruulo nimius dolor cum febre ligauerat, vt nec linguam regere poſſet, ſed tantùm mugitum vt animal, non vocem vt homo poterat emittere, fide inſtigante cum magna animi confidentia atria boni Confeſſoris ingreditur, ibique multis diebus reſidens, ſtipem ſimul atque oris apertionem poſtulans, tandem Sancti virtute reſpicitur. Nam quadam die Dominica dum miſſarum ſolemnia celebrarentur, hæc in baſilica cum reliquo populo ſta-
C bat. Factum eſt autem cum Dominica oratio diceretur, hæc aperto ore cœpit ſanctam orationem cum reliquis decantare. Ipſa autem cum iugo ſeruitutis haberetur vincta, de rebus beati Confeſſoris redempta eſt. Et nunc cum vocis officio ingenua perſeuerat.

Capvt XXXI.

De muliere debili.

NEc minori miraculo ſe beatus vir adeſſe inuocatum oſtendit. Abra quædam religioſa, omnem vſum membrorum, ſola tantùm lingua famulante, perdiderat. Nam cùm manibus ſimul ac pedibus contractis iaceret, & die noctéque flagitaret auxilium, viſum eſt ei quadam nocte veniſſe ad ſe ſenem, qui molli tactu membra eius cuncta tractaret. Expergefacta mane ſentit pedes cum vna manu redditos ſanitati. Alio vero
D die admonita per ſoporem ad beatam baſilicam nihil retardans proficiſcitur. Nox autem illa erat vigilia tranſitus Confeſſoris. Mediæ autem noctis tempore tranſacto, vigilans neſcio quo terrore concutitur, & ſubito manus eius contracta dirigitur. Stupente autem populo, cuncta quæ prius pertulerat, narrabat, cognoſcens ipſius eandem fuiſſe virtutem, prius in illa erectione pedum, quæ nunc in manus ſuæ directione clarebat.

Capvt XXXII.

De oleo ad ſepulchrum eius creſcente.

CVm talia miracula quæ ſcripſimus, quotidie cernamus, quid illi miſeri ſunt dicturi, qui Seuerum in vita ſancti Antiſtitis mentitum eſſe pronuntiant? Nam audiui quendam nequam, vt credo, ſpiritu reple-

E tum, proloquentem, non potuiſſe fieri, vt oleum ſub Martini benedictione creuiſſet. Sed nec hoc, quod elapſa ampulla ſuper ſtratum marmoris corruens, perſtitiſſet illæſa. Quod ergo nuper actum eſt, multos in teſtimonium exhibens, declarabo. Quidam de diaconis noſtris malè à quartani typi febre cruciabatur. Quem cùm plerumque arguerem, cur ſegnis ad baſilicam Sancti non proficiſceretur, nec ex corde oraret, vt ei virtus Pontificis ſubueniret, tandem à nobis compulſus ad beatum tumulum prouoluitur tremens. Dehinc cùm pauliſper ignis febrium quieuiſſet, rogat ſibi exhiberi ampullam roſaceo oleo ſemiplenam. Iam enim ad ipſam febrem ex illo, licèt parum profeciſſet, multum tamen expenderat, & erat media. Perungéuſque ab hoc liquore frontem & tempora, poſtulat vt & vaſculum ſecus beati tumulum poneretur. Quarta vero die cùm eum febris vrgeret, baſilicam petit, prouolutúſque diutiſſimè orauit. Apprehenſam autem ampullam, quam reli-
F querat mediam, inuenit plenam, admiránſque virtutem beati Antiſtitis, eam domum cum timore & veneratione reportat. Ex qua rurſus cùm eſſet perunctus, protinus omnis ardor quieuit incommodi, nec ab eodem vltra confractus eſt. Quid etiam ab eadem ampulla poſt hæc actum ſit, non ſine graui ſuſpitio, atque miraculo memoramus. Nam cùm in antedicti diaconi hoſpitiolo de pariete penderet, incurſantibus inſidiis inimici, percuſſa eſt, atque in fruſta decidit comminuta, effuſúmque oleum velociter terra abſorbuit. Tamen puer qui aderat cùm vidiſſet factum, accepto vaſculo, ipſam terram exprimens parumper olei elicuit, roſámque quæ effuſa fuerat cum effracto vitro colligens, nobis exhibuit. Quod accipiens, diligenter in vaſculum alterum tranſmiſi. Erat enim menſura olei quaſi dimidij calicis paruuli, & tamen in vaſculo duorum digitorum tantùm altitudinem fecit. In craſtino autem proſpiciens, erat altitudo olei quatuor digitorum. Obſtupe-
G factus ergo ad virtutem ſancti liquoris hoc ſignaculo meo munitum atque coopertum reliqui. Poſt dies autem ſeptem iterum proſpiciens, plus ibi quàm vnum ſextarium reperi. Aduocans autem diaconum, & hoc ei oſtendens admirabar. Ille vero affirmabat cum iuramento, tantum tunc in effracta periiſſe ampulla, quantum tunc in iſta cerneretur. Quæ vſque hodie in Dei nomine beneficium petentibus præſtat. Ipſe quoque poſteà ab hoc vnguento ſimilem infirmum perungens, oleo creſcente ſanauit, & multos deinceps per illud ſanitati reſtituit.

Capvt XXXIII.

De Alomere contracto.

PRoferat & Andegaua regio miraculum ſuum, de qua Alomeris quidam procedens cum contractis pedibus ac manibus, lingua etiam debili, beati Con-
H feſſoris templum expetiit. Vbi cùm tota quadrageſima reſediſſet, aſſiduè orans ac deprecans, vt eum virtus ſancti Antiſtitis viſitaret, aduenit dies illa Dominica ante ſanctum Paſcha, in qua Dominus Ieſus ſtratas ab arborum ſoliis vias incedens, Hieroſolymam venit, turba proſequente, ac clamante, Oſanna, benedictus qui venit in nomine Domini. Illo ergo die cùm ſero iam factum eſſet, & ipſe ſolus à foris ante tumulum decubaret, ſubito factus eſt in extaſi: & pauore perterritus iacebat vt mortuus. Qui cùm (vt ipſe refert) per duarum horarum ſpatium aut amplius fuiſſet oppreſſus, tanquam de ſomno euigilans, ſubitò ad ſenſum ſuum reuertitur. Eleuatúſque ſurſum, ſanum ſe eſſe miratur. Ibique tota nocte vigilans, mane nobis quæ acta ſunt, ore proprio reſerauit. Clericúſque factus incolumis ad hoſpitiolum ſuum rediit.

Capvt

A

Caput XXXIV.

De Clerico cæco.

DEnique eodem anno cùm feſtiuitas, quæ in æſtiuo celebratur, deſiderabilis populis aduenisſet, clericus quidam, cuius oculum nubes tetra conuexerat, ac ne lumen videre poſſet arcebat, ædem beati Confeſſoris adiuit. Vigilata cum reliquis nocte, illuceſcente cœlo, dum de baſilica proceſſit, viſum quem olim perdiderat, reperire meruit. In eadem vero feſtiuitate tres energumeni multùm ſe collidentes, ad beatum Antiſtitem declamantes, fatentes crimina, & vt ſibi Sanctus parceret deprecantes, tandem virulentum neſcio quid ex ore proiiciunt, & ſic virtute Sancti mundati ſunt.

B

Caput XXXV.

De Carcerariis dimiſſis.

IN proximo autem poſt tertium de feſtiuitate diem erant quatuor vincti in carcere. Cúmque eos ſæuitia iudicis ita conſtringeret, vt nec neceſſaria vlli præbere liceret, Antiſtitis beati præſidia corde precantur. Dum hæc igitur deuotè agerent, medio die ſubito ſcinditur trabs, qua pedes eorum concluſi coarctabantur, confractiſque catenis liberatos ſe ſentiunt. Nec mora oſtium petunt, quo aperto, Eccleſiam Sancti nemine prohibente ingreſſi ſunt. Cuſtodes autem in tantum obſtupefacti fuerunt, vt nec verbis eos quidem increpare præſumerent. Qui etiam ſequentes eos, cum eiſdem in Eccleſia ſe abdiderunt. Illi autem maximas gratias Deo referunt, quod eos obtentu Pontificis dignatus fuerit liberare.

C

Caput XXXVI.

De pignoribus quæ Leonaldus Epiſcopus detulit.

MVlti etiam fide pleni reliquias beati viri portantes, virtutes multas experiuntur. Nam Leodonaldus Abrincantinæ ciuitatis Epiſcopus, ſancti Domini reliquias per presbyterum ſuum deuotus expetiit. Quibus acceptis, cùm terminos antedictæ ciuitatis egreſſus fuiſſet, occurrit ei adhuc in deſerta poſitus paralyticus deferentium illatus manibus. Oſculato autem fideliter velo, quo capſa ſanctorum cooperta erat, mox in pedes conſtitit, ac propriis greſſibus domum regreſſus eſt. Hæc enim agis, beatiſſime Confeſſor, nec tibi ſat eſt propriam ædem exornare prodigiis, niſi etiam diuerſos ſaltus, quos pedibus non adiſti, virtutibus tremendis illuſtres. Sed & deinceps cæcus quidam adminicolo deducente, in occurſum earum velociter properat. Adueniens autem, quando beati pignora in ſanctum locabantur altarium, expedita ſolemnitate, viſum recipere meruit oculorum.

D

Sed & alia nihilominùs mulier, quæ dle mota fuerat, ſermonis vſum recepit.

Caput XXXVII.

De Energumeno ſanato.

HIs etiam diebus ad beati viri baſilicam quidam ex energumenis cum multis ſe crucianbus dæmonum perferre declamaret, & ſe acquiſitum vaſculum per beatum Antiſtitem fateretur, deiectus in terram, ſanguinem fœtidum per os cœpit eiicere. Qui duarum ferè horarum ſpatio iacens, expulſo dæmone purgatus ac erectus eſt.

E

Caput XXXVIII.

De puella muta.

PVella quædam paruula indigena Turonicæ ciuitatis, ab vtero matris ſuæ muta proceſſit. Cuius os in tantum obſeratum fuit, vt nec illas, quæ cunabulorum tempore eduntur voces, poſſet emittere. Mater vero de tam triſti fœtu anxia, cùm lugeret aſſiduè, commonetur per viſum, vt beati Præſulis ſepulchrum adiret. Quæ excitata, ad templum Sancti cum puellula pergit intrepida. Expoſitáque ante ſepulchrum Sancti, cùm diutiſſimè oraſſet, iterùm eam ſecum aſſumit. Accenſo vero thymiamate, cùm ea deſuper teneret, interrogat eam, ſi bonum ei odorem faceret. Illa reſpondit, bonum. Hanc primam vocem filiæ mater mæſta cognouit. Impoſita vero ori eius aqua, quam quondam de fontibus acceperat benedictis, interrogat iterum, qualem ei ſaporem præberet. Illa reſpondit, bonum. Tunc mater cum gaudio ſoſpitem domum refert, quam triſtis ad beati tumulum fide fida detulerat.

F

Caput XXXIX.

De his quæ Aridus Presbyter pro benedictione portat.

ARidus vir religioſus ex Lemouicino cauſa tantum deuotionis Turonum aduenit, & beatum ſepulchrum orando deoſculans, ad monaſterium ſanctum amne tranſito peruenit. Qui dum ſingula loca viſitaret, quæ vir beatus aut orando, aut pſallendo ſanctificauerat, ac vbi vel feſſo corpori ſomnum, vel inedia deficienti cibum præbuerat, dum cuncta circuit, cuncta peragrat venit ad puteum, quem ſanctus Dei proprio

G

labore patefecit, fuſaque oratione aquam haurit, impoſitamque in ampulla, domum regrediens deportauit. Cúmque exinde infirmis multas tribueret ſanitates, quadam vice Rinoſcindus pater eius vi febrium impulſus, decubuit lectulo. Octaua vero die cùm iam oculis clauſis in hoc iaceret, vt ſpiritum exhalaret, atque omnis familia perſtreperet, & mortem condolens parroni vel funeri neceſſaria præpararet, venit in mentem presbytero, vt de aqua beati putei in ore defuncturi guttam inferret. Quæ illata vbi primùm os eius tetigit, mox oculos ægrotus aperuit, abſolutáque etiam lingua rogat, ſibi adhuc exinde miniſtrari: acceptóque calice vt bibit, ſtatim omnis febris effugit. Et ſic admirante familia, ſanus in lectulo, in quo iacebat, erectus eſt.

H

Caput XL.

De Siſulfo manco.

VErùm iſtud miraculum, quod nuper apparuit, quis poterit enarrare, cùm aſſumptus Sanctus Dei adhuc prædicatur habeatur in mundo? Qui ſi ſe palàm populis oſtentare nequeat, iugiter ſe patefactis virtutibus manifeſtat, dum cæcos illuminat, dum paralyticos ſanat, dúmque & reliquos ægrotos priſtinæ ſoſpitati reformat. Sed ego, vt ſæpe teſtatus ſum, indignum me cenſeo tanti viri ſigna depromere. Tamen quia audax audeo veniam peto legenti. Quia enim me impulit amor patroni, & quia eſſe adhuc eum denuntiaui prædicatorem, dicam quid contigerit nuper. Siſulfus ex Cenomanicis pauperculus dum in hortulo ſuo meridie obdormiſſet, neſcio quid nequitiæ perpeſſus eſt. E ſomno autem exiliens, in volam digitis cum magno dolore perpeſſus, rurſum ſoluitur in ſoporem. Et vidit per viſum, & ecce vir ſtabat ante eum nigris veſtibus, cano

A aureo capite. Qui conuerſus ait, Quid ſic, inquit, in fletibus commoueris? Et ille. Ecce venerabilis domine, dum parumper obdormiui, cum dolore expergefactus opus manuum mearum perdidi, & neſcio quid ſceleris commiſi. Tunc vir, illi, tanquam diſcipulis Dominus de cæco nato, quia neque ille peccauerat, neque parentes eius, ſed vt manifeſtaretur opus Dei in illo, ait: debilitas tua tormentum indicat populi delinquentis. Vade ergo nunc per vicos & caſtella, & ad ciuitatem vſque pertende, & prædica, vt ſe omnis homo a rapina, & vſuria abſtineat, & nullum opus in ſolemnitatibus myſticis agat. Ecce enim coram Domino in lachrymis decumbentes veniam pro populo deprecantes, & adhuc ſpes eſt obtinendi, ſi emendatio ſubſequatur in plebe. Nam hoſtilitates, & infirmitates, & alia multa mala, quæ perfert populus, indignationem Domini commouent. Et ideo nuntia velociter, vt ſe emendare ſtudeant, ne crudeliter in ſcelere ſuo depereant. Tu vero his peractis, quæ imperaui, Turonum B ad baſilicam propera, ibique te viſitabo, & obtinebis apud Dominum vt ſaneris. Cui ille, dic mihi, quæſo, domine, quis eſt, vel quod eſt nomen tuum? Cui vir, ego ſum, inquit, Martinus ſacerdus Turonenſis. In his Sancti verbis pauper ſurrexit à ſomno, apprehenſoque baculo, iter imperatum aggreditur, & quæ ſibi fuerant imperata, populis nuntiauit. Menſe autem ſeptimo poſtquam hæc acta ſunt, beatam baſilicam adiit, ibique proſtratus per triduum, quarta die à Sancti virtute viſitatus eſt. Iam enim computuerat in eo caro, vel nerui palmarum, qua de cauſa detinebatur. Et cùm digiti eius directi fuiſſent, ſanguis ab eiſdem erupit. Sed eis omnibus medicatis, ore proprio quæ recolimus enarrauit.

Capvt XLI.

De cæco illuminato.

C Facis ergo beatiſſime Confeſſor tuo more, propitians iniquitatibus populi, & ſanas languores omnium, cunctoſque fideliter inuocantes tuis medicamentis illuſtras, nec fraudas extraneos, quod propriis libenter indulges. Homo ergo incola territorii Turonici, annorum quaſi viginti quinque cùm à febre lippitudinis grauaretur, decidentibus cataractis, obſtrictiſque palpebris valdè cæcatus eſt. Super quod malum adiiciebatur & illud, quod à faſte percuſſus, dirupto viſu, vnus ei crepuit oculus. Iam enim per vigintiquinque annos in hac cæcitate vixerat. Admonitus ergo per viſum ad beati tumulum venit, vbi orationi incumbens, die tertia vnius oculi lumen recepit. Dehinc animatus hoc medicamine, attentius cæpit orare. Quarto autem die oculus, qui crepuerat, reformato viſu aperitur. Qui licèt non tam clarè cernat, quàm alter, luminis tamen beneficium præſtat.

D

Capvt XLII.

De manu hominis contracta.

Debilia quidam, cuius manus contracta diriguerat, dum in atrio, quod ante beati ſepulchrum habetur, oraret intentè, in ſancta eius vigilia viſitatus eſt, directiſque digitis manus eius ad vſum priſtinum reſtituta conualuit.

Capvt XLIII.

De puerulo ſanato.

Qvoties hic prophetarum, & ſublimium virtutes virorum, quas olim geſtas legimus, renouari mitamur? Sed quid inquam? Quod multi fecerunt viuentes in ſeculo, hic ſolus renouat quotidie etiam poſt ſepulchrum. Quid ergo agimus? quid ſilemus? quid occultamus pauci, quod populi declamant? Multine diutius in hac ſtatione morabimur? Proferamus Heliſeum E ſeculo noſtro, qui cadauer defuncti viuum remiſit à monumento. Id quoque beatus Confeſſor, nobis præſentibus, operatus eſt. Quæ enim cauſa fuerit, adiutorium indiuiduæ Trinitatis efflagitans, explicabo. Puer genitus, lacte materno deficiente, nutrici ad alendum datur, quæ hoc liquore ſterilis dum non copiosè, vt illi ætatulæ opportunum eſt, lactis alimentum miniſtrat, cæpit qui proficere debuerat, die prætereunte decreſcere, & ita minui, vt nihil in eo amplius, quam pellis tenuis, quæ eius oſſula ſola contegeret, remaneret. Qui, matre mortua, vnum propè in hoc exitu duxerat annum. Erat enim vnicus patri, & de vxoria dilectione quoddam memoriale. Cui, victu, vt diximus, minuente, iam deficienti ex inedia febris acceſſit. Vt F autem hic eum feruor attigit, concurrit pater ad Eccleſiam, ne proles abſque baptiſmi regeneratione moreretur. Qui baptizatus, nec confortatus corpore præter ſpiritale remedium, iam ſuffoſſis oculis, palpebriſque laxatis atque demiſſis, nullum iam flatum ſpiraminis habens, ſuper beatum ſepulchrum, patre eiulante deponitur. Nec defuit virtus illa cœleſtis, quæ quondam paruulum inter manus Confeſſoris beati viuificauit. At vbi primùm eius veſtimentum coopertorium tumuli attigit, illicò paruulus reſpirauit. Miro miraculo videres pallentes genas gradatim virtute diuina inſiſtente rubeſcere, & ſopitos oculos in lumine rediuiuo laxari. Tunc à Sancto viuificatus, & à patre receptus, ſoſpes vſque hodie in teſtimonium virtutis habetur.

Capvt XLIV.

De alio cæco illuminato.

G Sed & de Pictauo quidam cæcus per ſex annos lumine viduatus, triduana proſtratione ad beatum tumulum orans, lumen, quo diu caruerat operante ſolita virtute, recepit. Actum eſt autem hoc per feſtiuitatem ſancti patroni, in qua Meroneus Pictauus Antiſtes aderat, non immerito Hilarii beatiſſimi diſcipulus prædicandus. Qui, ſolemnitate explicata, cum illuminato conciue gaudens, remeauit ad propriam vrbem.

Capvt XLV.

De duobus puerulis ſanatis.

Apud Vultaconum quoque vicum Pictauienſem, H dum duo puereli nocte Dominica in vno ſtratu quieſcerent, viſum eſt eis, quaſi ſignum, quod matutinis commoueri ſolet, audiſſent. Cúmque in atrium Eccleſiæ perueniſſent, inuenerunt ibi choros mulierum canentium. Exterritique valdè cognoſcentes cateruam eſſe dæmoniorum, dum ad terram corruunt, nec in ætate infirma ſigno ſe ſalutari præmuniunt, vnus lumine, alius lumine & greſſu mulctatur. Cúmque multorum annorum curriculo in his infirmitatibus grauarentur, vnus, qui tantùm lumine caruerat, ad beati Martini baſilicam deuotè veniens, vt orationem expleuit, ſtatim viſum recepit. Alius in eodem ſancto loco lumine recepto, ad propria rediens, adhuc debilis claudicabat. Veniénſque ad cellulam Condatenſem, in qua lectus Beati viri, habetur, dum ibidem nocte Dominica vigiliæ celebrarentur, ſubito orante populo, ſenſit diuinam virtutem adeſſe. Et ſpectante plebe ſuper terram ſe trahens, contra parietem erexit, in quo feneſtra retinetur, quæ fuit quondam Beati cor-

poris porta. Et orans, atque præ gaudio lachrymans, integræ ſanitati reſtituitur, nec vlterius vllam pertulit de malis infirmitatibus grauitatem.

Capvt XLVI.

De claudo directo.

PVerulus quidam Lrodulphus pede ſiniſtro debilis, dum cum reliquis petentibus ſtipendia quærendo circuiret, Turonum aduenit. Et parum remoratus, iter quod agere cœperat, conatur explere. Et progreſſus claudicando cum ſatellitibus, decimo ab vrbe milliario vi doloris opprimitur. Relictus vero à ſociis ſolus ſuper ripam aluei eiulabat, multis ad feſtiuitatem concurrentibus proclamans & dicens: Væ mihi quia ſolemnitatem glorioſi viri ſpectare nolui, ideò me virtus eius allidit. Qua de re rogo vos, fideliſſimi Chriſtiani, qui Deum timetis, ſubuenite ignorantiæ meæ, ſubuenite oppreſſo & debili, & ſi timor Dei mouet, me vſque ad ſanctum locum deportate. Igitur cùm hæc multis prætereuntibus imploraret, quidam plauſtro ſuo ſuperpoſitum vſque ad Sancti Baſilicam duxit. Vbi triduanam orationem continuans, reintegratis pedibus, incolumis abſceſſit.

Capvt XLVII.

De Contracto, quem bos trahebat.

ERat quidam Contractus, qui in ſimilitudinem Eremitæ, cui bos quondam ſolatium fuit, bouem vnum habebat. Qui plauſtro coniunctus per domos trahebat, ſtipem poſtulantem deuotorum. Igitur cùm imminente feſtiuitate Pontificis Turonum aduenisset, proſtratus coram ſepulchro, & orationi incumbens, beati Antiſtitis auxilium flagitauit, deportatúſque iterum a ſuis ante ſanctam abſidem tumuli ponitur. Cúmque expletis miſſis, populus cœpiſſet ſacroſanctum corpus Redemptoris accipere, illico diſſolutis nodis, qui genua nexa tenebant, in pedes erigitur. Admirantibus cunctis, gratias agens, proprio greſſu vſque ad beatum altarium, nemine ſuſtentante, proceſſit, ſanus deinceps degens.

Capvt XLVIII.

De eo, qui manus ac pedes contractos habebat.

EX pago autem Carnotenſi, qui in Andegauo territorio habetur, vir quidam nomine Floridus, manibus pedibúſque contractis, ad ſanctam cellulam Condatenſem, de qua beatus Confeſſor ad Chriſtum migrauit, allatus eſt. Vbi dum in vigiliis & oratione paucis diebus vacare ſtuduit, omnis ægritudo à corpore eius fugata diſceſſit. Sicque directus incolumis ad propria remeauit.

Capvt XLIX.

De eo, qui contractum brachium detulit.

VEnerat dies feſtus ſolemnitatis Beati, in qua caterua populorum multa conuenerat, & ecce debilis quidam contracto brachio adſtat. Dumque beatum ſepulchrum labiis oſculans, lachrymis rigat, mox beati Confeſſoris auxilium implorans, fide non diffiſus ſolitum præſtolatur auxilium. Denique ſacerdotibus qui aduenerant, ad agenda ſolemnia procedentibus, cùm lector, cui legendi erat officium, aduenisset, & arrepto libro, vitam Sancti cœpiſſet legere Confeſſoris, protinus directo brachio ſanus erigitur, & ſpectantibus cunctis, præſidia, quæ fideliter petiit, impetrauit.

Capvt L.

De cæco illuminato.

SIc & cæcus in eadem feſtiuitate implorans receptionem viſionis, vt pallam attigit, quæ foris ad pedes Sancti de pariete dependet, mox erumpente à palpebris ſanguine, teſte populo viſum recepit.

Capvt LI.

De Dyſentiricis.

CVm autem morbus ille Dyſentericus cum occultis puſtulis multas attereret ciuitates, ac inter reliqua loca vrbs Turonica grauius laboraret, multi abraſo à beato tumulo puluere hauſto ſanabantur. Plerique de oleo, quod inibi habetur, delibuti liberabantur. fuitque nonnullis remedium aqua illa, vnde ſepulchrum ablutum eſt. Ante Paſcha igitur, cùm multis multa tribuerentur beneficia, vidi vnum in deſperatione à dyſenteria iacentem. Qui ad baſilicam ductus, cùm aliis vigilias celebrantibus, noctem inquietam duxiſſet, diluculo accedens ad tumulum, potatu cum vino puluere, ſanus rediit è ſepulchro.

Capvt LII.

De alio humore graui ſanato.

ALter quoque arreptus à febre valida, deiiciens ore venenum, & per inferiorem partem extra modum ſolutus, lectulo decumbebat. Igitur craſſante veneno, laboranti oritur vulnus in inguine, & incredibili modo mouet ſe viſibiliter vſque ad plantam. Erat enim in magnitudine oui anſerini. Deinde ſurſum petens, cum nimio dolore diſcurrit per latera, per brachia, & vſque ad ceruicem progreditur: deinde per aliud latus ad plantam vſque ducitur, exinde rurſum reuertens, ad locum vnde primo ortum fuerat venit. Cúmque taliter per membra vagaretur ægroti, quo miſer tenderet, quid ageret neſciebat, niſi tantùm voces fletibus dabat. Exigebat enim dolor gemitum, cùm in vno corpuſculo tanti dolores irruerent. Tandem cum hæc nobis nuntiata fuiſſent, illico ſolitam theriacam à vero requiro medico, ex quo vitam moriturus haberet, ſuadeo fidenter puluerem aſſumi de tumulo. At Satellites cum magna feſtinatione currentes, eleuatum puluerem monumenti deferunt ad ægrotum, delibutúmque cum vino bibendum porrigunt. Quo hauſto, ita omnis dolor fugatus eſt, vt ipſa hora redderetur incolumis.

Capvt LIII.

De reintegrato.

SIne numero populi talia audientes, de longinquis regionibus beata expetunt præſidia Confeſſoris. In quo illud eſt præ cæteris admirandum, qualiter

ſenſus

A ſenſus hominum diaboli arte fraudatus reſtituatur. Quidam ergo Baiocaſinus ciuis, dum vino nimium hauſto turbatus per viam incederet, ſubito diuerſis flantibus ventis puluis campi commouetur, & mixtus, vt ſolet, cum ſtipulis in ſublime leuatur, fitque totus aër vna nubes pulueris, & hoc hic opertus, amiſſo ſenſu, illico decidit. Igitur poſt paululum à ſuis inuentus domum turbulentus adducitur. Hinc effrenis factus conatur fugere, nemine perſequente. Quid plura? Arctatur vinculis, conſtipatur cathenis, & in cuſtodia detinetur. Qui dentibus fremens ob negatam ſibi libertatem, proptiis ſe morſibus lacerabat. Dum autem hæc agerentur, admoniti parentes ad Beati eum baſilicam perduxerunt. Ita ad longum tempus oratione facta ſanus abſceſſit, vouens vt ſingulis annis veniens, vota ſancto redderet Confeſſori. Deinde ad monaſterium ſibi proximum humiliatis capillis ac presbyter ordinatus, cæpit Deo ſtrenuè ſeruire, non tamen reddens quæ promiſerat beato Pontifici. Quarto igitur anno data,
B vt credo, iterum inimico in eum poteſtate, ruit in recidiuam amentiam, & conſtrictus, vt fuerat prius, cathenis, ad ſanctam reducitur ædem. Vbi per ſex dies, & eo amplius degens in vigiliis & orationibus, & reddens quæ prius ignauè fraudauerat, ſanus domum regreditur. Sed peccatis facientibus, iterum vino ſæpius madefactus in eadem tribulatione obiit.

Capvt LIV.

De puella Luxonica cæca.

SI ſingula quæque vel quæ aguntur, vel quæ acta ſunt proſequamur, magnum cumulum congerimus de mirabilibus Confeſſoris. Puella vero ex Leſuenſi iam adulta, lumen amiſit oculorum. quæ Sancti limina
C adiens, per omne tempus feſtiuitatis orabat humo proſtrata. Tertia autem die poſt ſanctam feſtiuitatem, cùm ſui eam redire vrgerent, rogat ſe ad ſepulchrum Beati deduci. Ibique iterùm proſtrata, de palla, quæ ſanctum tegit tumulum, oculos abſtergens, & valedicens diſceſſit. Cúmque iam in nauim aſcenderet, ait. Gratias tibi ago beate Confeſſor, quod ſi videre non merui tua ſancta limina, vel tactu præſenſi. Cùm igitur hæc cum lachrymis edidiſſet, tergens oculos lumen recepit, & conuerſa ait: forſitan hæc eſt beata baſilica? Cui qui propinqui erant, ita eſſe aiunt. Tunc illa, Non reuertar, inquit, niſi gratias pro accepta ſanitate ſeſe tam patrono. Redeuntem autem, & in laude Antiſtitis declamantem multi viderunt. Quæ completa oratione gaudens abſceſſit.

Capvt LV.

D
De puerulo manum contractam habente.

IN eadem vero feſtiuitate alius de Senonico puer manum aridam detulit. Poſt quartam autem diem feſtiuitatis beatæ, dum ſtans ad pedes oraret, ſpectante populo directi ſunt digiti eius. Vidit omnis conuentus plebis magnalia Dei, qualiter inficiebatur manus à ſanguine, aſcendebátque gradatim per arentes venas, & ita erat manus bibula, vt putares ſpongiam diu aridam lymphis iniectam, ſitienter haurire liquorem. Repletis ergo venis, roboratiſque neruis, ac rubente cute pallida, manum retulit ſanatam.

Capvt LVI. E

De muliere quæ contractis in palma digitis venit.

PAri quodammodo ordine Pictauienſis mulier meruit obtinere medelam. Nam hæc contractis in volam digitis, vnguibúſque defixis in ipſius vt ita dicam, oſſibus, tota iam manu putrefacta, venit ad Sancti feſtiuitatem deuota, optabilem expectans medelam. Igitur ſpectatis ex more ſolemnibus Sancti diebus, dicit ſuis. Integro quidem corde ad depoſcendum Beati præſidium venimus, ſed obſiſtentibus peccatis, non meruimus quod petebamus accipere. Conſummata ergo nunc oratione, reuertamur ad patriam, fidentes de bonitate Præſulis, quod corpori imbecilli proſit animæ fidelis oratio. Hæc & his ſimilia agens, quaſi Sancto valedicens diſceſſit. Vrgente quoque in veſperam F
die, prope amnis Cari ripam accepit manſionem. Ad medium autem ferè noctis expergefacta, gratias Deo refert, quod viueret, quod eſſet, quod vigeret, vel quod beati Pontificis tumulum tetigiſſet. Quæ cùm maximo fletu proferret, iterùm obdormiuit. Et ecce vir crine cygneo, indumento purpureo, Crucem geſtans manu, ſtans ante eam ait, Nunc ſana eris in nomine Chriſti Redemptoris noſtri. Et apprehenſa manu eius, miſit digitos ſuos inter digitos illius, qui clauſerant palmam, & paulumper mouens, direxit eos. Dum hæc in viſu videret euigilans, defluente adhuc ſanguine, ſanam eleuauit manum in Dei laudibus. Diluculo autem egreſſa ad baſilicam, impleta gratiarum actione rediuit.

Capvt LVII. G

De ea, quæ dum in feſtiuitate S. Ioannis operabatur debilitata eſt.

IN feſtiuitate vero beati Ioannis cùm populus ad miſſarum ſolemnia conueniret, mulier quædam accepto ſarculo, agrum adiit, vt ſcilicet euulſâ mali ſeminis zizania, meſſem ſolam purgaret. Cúmque operari cæpiſſet, protinus manus eius diuino igne ſunt apprehenſæ. Facies quoque eius quaſi emittens flammas, tota veſicis ac puſtulis ebulliuit. Vrebatur miſera non minus pudoris dolore, quàm corporis, quando ea quæ clam geſſerat, inuita prodebat. Dehinc vociferando atque eiulando, beati Martini baſilicam velociter expetiuit. Ante cuius ſepulchrum in hoc tormento per quatuor menſium ſpatia proſtrata, reſtincto omni vapore in integritate corporis ſolidata eſt. Erat enim ancilla cuiuſdam ciuis Turonici, qui medietate pretij conceſſa, aliam requiſiuit. H

Capvt LVIII.

De cæco & contracto.

PVer Pariſiacus, cuius artis erat veſtimenta componere, increſcente melàcholia, decocti ſanguinis fæce quartanarius efficitur, atque efferueſcente humore, ita omne corpus eius minutis puſtulis contrectabatur, vt à quibuſdam leproſus putaretur. Sed & per omnia membra dolores peſſimos ſuſtinebat, amborum oculorum luce mulctatus. Igitur audita beati Antiſtitis fama, & virtute vbique vulgata, Turonicam expetiuit ciuitatem, accedénſque ad baſilicam Sancti, per dies multos ieiunans & orans, recepto lumine, priſtinæ reſtituitur ſanitati. Erat enim ingenuus genere. Audiens autem Leodactus, qui tum Turonicum gerebat Comitatum, quod talis

CAPVT XXII.

De Leomere contracto.

A QVid etiam in Condatenſi diœceſi actum ſit, non prætéribo. Locus autem ille crebris virtutibus illuſtratur. In hoc enim vir beatus ſarcina carnis abiecta, migrauit ad Dominum. Leomeris ergo quidam nomine, ſeruus cuiuſdam hominis Andegauini ab angue percuſſus; contractis manu ligatur, lingua quoque rigebat, multóque tempore in hac debilitate detentus, neque ſibi, neque domino aliquid operis exercebat. Hic fide commonitus, cùm ad beati baſilicam vigilaſſet, directa manu, liberatáque ab omni impedimento, lingua beati Martini miraculum populis teſtabatur dicens. Ecce quid in hac nocte ſanctus Dei operatus eſt, me teſte probate. Reuerſus autem ad dominum ſuum
B narrauit ei omnia quæ acta fuerant. Sed ille minimè virtutem glorioſi Pontificis credens, ad ſolitum eum adaptat ſeruitium. Qui cùm operari cæpiſſet, rurſum in debilitatem redigitur. Intelligens autem dominus eius, Dei hoc eſſe myſterium, tranſmiſit eum iterùm ad locum in quem priùs abierat. Ad quem ille cum maxima deuotione perueniens, data illi ſanitate, quam priùs habuerat, inſtauratur.

CAPVT XXIII.

De Chranio ſoluto à cathenis.

DIgnum exiſtimaui, & illud non omittere in relatu, quod, Viliathario presbytero referente, audiui. Tempore quo propter perfidiam Chranius iram Clotarij Regis incurrerat, ad baſilicam Sancti Martini con-
C fugit, atque ibidem in cathenis poſitus cuſtodiebatur, ſed virtute beati Præſulis comminutæ cathenæ ſtare non potuerunt. Neſcio autem qua imminente negligentia foris atrium comprehenſus eſt. Quem oneratum ferro, vinctiſque poſt tergum manibus, ducebant ad Regem. At ille voce magna clamare cæpit, & vt ſibi beatus Martinus miſereretur orare, nec eum ſineret abire captiuum, cuius deuotus expetierat templum. Statimque in eius vocibus, orante beato Euphronio Epiſcopo de muro ciuitatis contra baſilicam, diſſolutæ ſunt manus eius, & omnes baccæ cathenarum confractæ ceciderunt. Perductus autem vſque ad Regem, ibi iterum in compedibus & cathenis conſtrictus retinebatur. Sed inuocato nomine ſæpè dicti patroni, ita omne ferrum ſuper eum comminutum eſt, vt putares illud fuiſſe quaſi figulum. Hoc tantùm erat in ſpatiis, vt non ſolueretur à vinculo, quoadúſque numen illud ſacratiſſimum inuocaſſet: inuocato autem omnia ſoluebantur. Tunc Rex altioris ingenij videns vir-
D tutes Sancti Martini ibidem operari, & ab onere vinculorum abſoluit eum, & priſtinæ reſtituit libertati. Hæc ab ipſius Viliatharij presbyteri ore coram multis teſtibus factum eſſe cognoui. Vtinam ſe mihi in tali virtute dignaretur manifeſtare beatus Confeſſor, & ſic abſoluere meorum ligamina peccaminum, ſicut ſupes eum contriuit vaſta pondera cathenarum.

CAPVT XXIV.

De Alpino Comite debili.

ALpinus quoque Comes Turonicæ ciuitatis cùm per totum annum grauiter ab vnius pedis dolore conſumeretur, & nocte diéque requiem non haberet, atque inter ipſas torturæ ſuæ voces beati Martini iu- E
giter auxilium imploraret, apparuit ei beatus Confeſſor in viſu nocte, hilari vultu arridens, & conſueta deferens arma, beatum ſignaculum ſanctæ Crucis ſuper pedem infirmum impoſuit. Mox omni dolore fugato ſanus ſurrexit de lectulo.

CAPVT XXV.

De Charigiſito contracto.

HIs expertis Charigiſitus Referendarius Regis Clotarij, cui manus & pedes ab humore contracti erant, venit ad ſancti baſilicam, & orationi incumbens per duos aut tres menſes, à beato Antiſtite viſitatus, membris debilibus ſanitatem obtinere promeruit: qui poſteà antedicti Regis domeſticus fuit, multáque beneficia populo Turonico, & ſeruientibus beatæ baſilicæ F
miniſtrauit.

CAPVT XXVI.

De Aquilino amente.

NArrabo & illud, qualiter diabolicæ artis inſanlæ ad eius baſilicam denudentur. Quidam Aquilinus nomine, dum venationem cum patre ſuo in ſyluis Franciæ exerceret, pauorem peſſimum, inimico inſidiante incurrit: erat enim ei tremor cordis, & interea videbatur extenſus. Parentes verò eius intelligentes eum diaboli immiſſione coarctari, vt mos ruſticorum habet, à ſortilegis, & ariolis ligamenta ei, & potiones deferebant. Sed cùm nihil valeret mos ille, Sancti Martini auxilia prompti, dolore cogente, requirunt, dicentes: poteſt in his inſidiis nudare ma- G
litiam, qui detexit vmbram multam, vt audiuimus, falſo religionis nomine adoratam. Quem de regione commotum miſerunt ad ſanctam baſilicam, ibique in oratione cum ſumma parcitate ſe continens, opem Sancti poſcebat aſſiduè. Cúmque in hac fide diutiùs commoratus eſſet, vt omni pauore dempto, ſenſum vt habuerat ante, recepit, oblitiſque parentibus in eo loco vſque hodie pro beneficio accepto deſeruit.

CAPVT XXVII.

De Charinaldo debili.

SEd & Charinaldus quidam per venationem ſimiles incurrens inſidias, latus vnum debilitatus manu ac H
pede perdiderat. Qui ad glorioſum templum famulorum manibus deportatus, ieiuniis & orationibus ſe ſubdens aſſiduis, per totum fere annum, omnium membrorum ſanitate recepta, gaudens remeauit ad propria. Et ideò monemus, vt nullus ſollicitetur ab ariolis, quia nihil vnquam proderunt infirmis. Plus enim valet parumper de puluere baſilicæ, quàm mille cum medicamentis inſaniæ.

CAPVT XXVIII.

De fune abſciſſo.

DE puluere, aut cera loci illius, vel quicquid rapere quis potuit de ſepulchro, quantæ virtutes aut aſſiduè fiant, aut factæ ſint, quis vnquá poterit inueſtigare,

A aut ſcite? Vnum tamen manifeſtum miraculum, quod fidelibus comperi, putaui crimen tacere. Vnus fide plenus expetiit, vt aliquid pignoris de Sancti baſilica ſecretiùs deportaret. Et multis conatus vicibus, nunquam potuit, dum publicè non præſumpſit. Reuerti autem cupiens, nocte ad funem illum, de quo ſignum commouetur, aduenit: Ex quo fune deciſam cultro particulam, ſecum detulit. Regreſſúſque ad domum, multis exinde infirmis ſanitatem accommodauit, ita vt non dubium eſſet ægrotum euadere, qui pignus illud meruiſſet fideliter oſculari. Ecce quid, Sancte, præſtas fidelibus, qui tua mœnia expetunt piè. Per te ſaluantur, qui pignora votiuè detulerint, & ſubſequente tuo auxilio, liberantur. Sed hæc omnia fides ſtrenua operatur, dicente Domino, Fides tua te ſaluum fecit.

B

Capvt XXIX.

De Chariberto Rege, qui res Eccleſiaſticas peruaſit.

Videtur nec ſilendum, qualiter vir beatus præſidia famulis ad res ſuas defendendas quaqua iubet accommodat. Charibertus Rex cùm exoſis clericis, Eccleſias Dei negligeret, deſpectiſque ſacerdotibus, magis in luxuriam declinaſſet, ingeſtum eſt eius auribus, locum quendam, quem baſilica Sancti Martini diuturno tempore retinebat, ſiſti ſuo iuri, reddique debere. Loco autem illi Nauicellis nomen priſca vetuſtas indiderat. Qui accepto iniquo conſilio, pueros velociter miſit, qui reiculam illam in ſuo dominio ſubiugarent. Cúmque hæc rectè poſſidens videretur habere, iuſſit in locum illum ſtabularius cum equitibus dirigi, ibique ſine æquitatis ordine præcepit equos ali. Accedentes ergo pueri fœnum quod coaceruatum fuerat, accipiunt in equorum expenſas. Cúmque iniunctum ſtudioſè ageretur ſeruitium, atque equi appoſitum fœnum cæpiſſent expendere, corripiuntur rabie. Et frementes adinuicem diruptis loris, per plana proſiliunt, & in fugam vertuntur, & ſic malè diſperſi, alij excæcantur, alij rupibus præcipitantur, alij ſe C ſepibus ingerentes, palorum acuminibus transfodiuntur. Tandem ſtabularij iram Dei intelligentes, paucos extra terminum loci, quos aſſequi potuerunt expellunt, ſanóſque recipiunt, nuntiantes Regi rem illam iniuſtiſſimè retineri. Et ideò hæc cum fuiſſent perpeſſi dixerunt: dimitte eam, & erit pax tibi. Qui furore repletus ſic dixiſſe fertur, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè reddi debeat, regnante me, hanc baſilica non habebit. Qui protinus diuina iuſſione tranſitum accipiens quieuit. Adueniente autem glorioſiſſimo Sigiberto Rege, in eius regnum, ad ſuggeſtionem beati Eufronij Epiſcopi hoc in domo Sancti Martini reſtituit, quod vſque huc ab eius baſilica poſſidetur. Audite hæc omnes poteſtatem habentes. Sic veſtite alios, vt alios non D ſpolietis: hoc adiungite veſtris diuitiis, vt damna non inferatis Eccleſiis. Vindex eſt enim Deus velociter ſeruorum ſuorum. Et ideò monemus, vt qui de poteſtatibus hæc legerit, non iraſcatur. Nam ſi iraſcitur, de ſe fatebitur dictum.

Capvt XXX.

De Euſtochio Pictauienſi.

Simili conditione beatus Confeſſor in rebus ſibi iniuſtè ablatis apparuit. Euſtochius quidam cùm plerumque contra iuſtitiam ſanctum Epiſcopum hæreditate Baudulphi cognati ſui pulſaret, qui hæredem baſilicam ſancti Martini instituerat, commotus ab eo per inſidias & iniurias, beatus Pontifex aliquid ei de

E rebus illis reddidit; portante autem illo hoc ad domum ſuam, protinus filius eius vnicus in febrem corruit, vnáque die & nocte grauiter æſtuans, expirauit. Cui iam præſto fuerat mortis occurſus, quàm velociter pater eius de rebus ſibi non debitis effectus eſt dominus. Qui in exemplum Giezi poſtedit aurum, & argentum, ſed, quod illis erat pretioſiùs, acquiſita animæ lepra, amiſit filium: nec vnquam meruit deinceps alium adipiſci.

Capvt XXXI.

De eo, qui in ſancta porticu peierauit.

Qvàm præſtus, & ſuper alium vltio diuina proceſſit, qui in ſancta porticu peierauerat, ad comprimendam perfidorum audaciam non ſilebo. Cùm ad maF triculam illam, quam Sanctus ſuo beneficio deuotorum eleemoſynis paſcit, quotidiè à fidelibus neceſſaria tribuantur, conſuetudinem benedicti pauperes habent, vt cùm multi ex his per loca diſceſſerint, cuſtodem ibi derelinquant, qui quod fuerit oblatum accipiat. Quidam ergò deuotus vnum trientem mercedis intuitu detulit, quem cuſtos loci collectum fratribus occultare non metuit. Conuenientes autem pauperes ad ſextam, ſciſcitati ſunt antedictum cuſtodem, quid ſibi beatus paſtor ſolita pietate reſpiciens tranſmiſiſſet, audierant enim ibidem aliquid fuiſſe largitum. Qui ait cum ſacramento, per hunc ſanctum locum & virtutes Domini Martini, quia hic ampliùs non venit, quàm vnus argenteus. Nec dum enim verba compleuerat, ſed adhuc in ore ſermo pendebat, cùm ſtatim tremens corruit in terram, ſuóque lectulo aliorum manibus redditus, cæpit grauiter ſingultire. Interrogatus autem à circumſtantibus quid ſibi eſſet, reſpondit, trientem illum quem pauperes requirebant, peruaſi, & ideò me præſens vinG dicta flagellat, ſed rogo vt cum accipientes reddaris matriculæ. Quo reddito, ſtatim emiſit ſpiritum. O infelix, qui ſic ab iniqua cupiditate præuentus periit, vt & lucrum vitæ perderet, nec damna captæ pecuniæ poſſideret. Sed ad quid non mortalia pectora cogis execranda cupiditas? Quæ inuida quondam viduæ duobus minutis cœleſte Regnum merendi cauſa fueras, hunc per vnum trientem ad ima præcipitas, & quæ Iudam appendiſti laqueo in magiſtri pretio, hunc per paruum numiſma demergis in tartara. Satis ergo hæc ad comprimendam malorum temeritatem dicta ſufficiant.

Capvt XXXII.

Quòd me virtus eius ab infirmitate reſtaurauit.

Ergo his exactis, quæ circa alios geſta ſunt, aggrediar: quæ circa me indignum virtus præſentis eſt H operata patroni. Anno centeſimo ſexageſimo tertio poſt aſſumptionem ſancti ac prædicabilis viri beati Martini Antiſtitis, regente Eccleſiam Turonicam S. Eufronio Epiſcopo anno ſeptimo, ſecundo anno Sigiberti glorioſiſſimi Regis, irrui in valetudinem cum puſtulis malis & febre, negatóque vſu potus atque cibi, ita angebar, vt amiſſa omni ſpe vitæ præſentis, de ſolis ſepulturæ neceſſariis cogitarem. Obſederat enim me mors cum ardore, animá cupiens expellere de corpore. Tunc iam valdè exanimis inuocato nomine B. Martini Antiſtitis parumper conualui, & lento adhuc conamine iter incipio præparare, inſederat enim animis, vt locum venerabilis ſepulchri viſitare deberem. Vnde tanto deſiderio affectus ſum, vt ne viuere me optarem, ſi tardiùs direxiſſem. Et quia vix euaſeram ex ardore incommodi, cæpi iterùm feruore febris ſuccendi. Nec mora

A adhuc parum fortis iter cum meis arripio, actiſque vel duabus, vel tribus manſionibus, ingreſſus ſyluas, corrui rurſus in febrem, & tam grauiter ægrotare cœpi, vt omnes me autumarent vitam amittere. Tunc accedentes amici, & videntes me valdè laſſum, dicebant: Reuertamur ad propria, & ſi te Deus vocare voluerit, in domo tua morieris, ſi autem euaſeris, votiuum iter faciliùs explicabis, ſatiùs eſt enim reuerti ad domum, quàm mori in eremo. Ego verò hæc audiens, vehementer lachrymabar, & plangens infelicitatem meam, loquutus ſum cum eis, dicens. Adiuro vos per omnipotentem Deum, & reis omnibus metuendum iudicij diem, vt ea quæ rogo, conſentiatis, de cœpto itinere non deſiſtite, & ſi mereor S. Martini videre baſilicam, gratias ago Deo meo, ſin aliàs, vel exanime corpus deferentes ibidem ſepelite, quia deliberatio mea eſt, non reuerti domum, ſi non eius ſepulchro meruero præſentari. Tunc vnà pariter flentes, iter, quod cœperamus, B aggredimur. Præcedente ergo præſidio glorioſi domini, ad baſilicam eius aduenimus.

Capvt XXXIII.

De Clerico noſtro amente.

EO tempore vnus ex clericis meis Amentarius nomine, benè eruditus in ſpiritualibus ſcripturis, cui tam facilè erat ſonorum modulationes appendere, vt eum non putares hoc meditari, ſed ſcribere, in ſeruitio valdè ſtrenuus, & in commiſſo fidelis. Hic verò, inficiente veneno, à puſtulis malis omnem ſenſum perdiderat, & ita redactus fuerat, vt nihil penitus aut intelligere poſſet, aut agere. Tertia autem nocte, poſtquam aduenimus ad ſanctam baſilicam, vigilare diſpoſuimus, quod & impleuimus. Manè autem facto, C ſigno ad matutinas commoto, reuerſi ſumus dormitum: qui lectulis quieſcentes vſque ad horam propè ſecundam dormiuimus. Expergefactus ergo, amota omni languoris & cordis amaritudine, ſentio me priſtinam recepiſſe ſanitatem, & gaudens puerum familiarem, qui mihi ſeruiret, euoco. Exurgens autem Armentarius velociter coram me ſtetit, & ait. Domine ego parabo quod iuſſeris. At ego exiſtimans adhuc eſſe eum extenſum, vade, inquam, voca puerum. Et ait: Ego quæcunque præceperis adimplebo. Obſtupefactus interrogo quid hoc eſſet. Qui ait: Intelligo me valde ſanum, ſed vnus error eſt animo, quod neſcio de qua parte huc aduenerim. Et ita incipiens ita mihi impendit ſeruitium, ſicut erat ſolitus ante triduum. Tunc ego exultans & flens præ gaudio, gratias omnipotenti Deo tam pro me, quàm pro ipſo refero, quòd intercedente patrono incolumem me corpore, illum mente reddiderit, & vnus excurſus ex fide etiam alteri amenti, qui nec petere nouerat, ſalutem præſtitiſſet. Sed nec hoc prætéribo, quòd poſt dies quadragin-D ta eodem die primò vinum delectatus ſum bibere, cùm illud, faciente incommodo, vſque nunc exoſum habuerim,

Capvt XXXIV.

Quòd virtus eius ab agro noſtro tempeſtatem prohibuit.

NOs verò reuertentes tres cereolos pro benedictione beati ſepulchri portauimus. De qua cera quàm multæ virtutes factæ ſunt ſuper frigoriticis, & aliis infirmis longum eſt enarrare. Sed vnum è multis miraculum proferam. Agrum quendam poſſeſſionis noſtræ grando annis ſingulis vaſtare conſueuerat, & tam grauiter ſæuiebat, vt nihil ibidem cùm veniſſet E relinqueret. Tunc ego in vineis illis arborem vnam, quæ erat excelſior cæteris eligens de ſancta cera ſuper eam poſui. Poſt illam autem diem vſque in præſens tempus nunquam ibidem tempeſtas cecidit, ſed veniens, locum illum tanquam timens præterijt.

Capvt XXXV.

De ligno beati Cancelli.

FIde commouente, quidam ex noſtris lignum venerabile de cancello lectuli à monaſterio Sancti me neſciente detulerat, quod in hoſpitiolo ſuo pro ſalutatione retinebat. Sed credo quia non ſic honorabatur, aut decorabatur, vt deceret, cœpit familia eius grauiter ægrotare. Et cùm penitus neſciretur quid hoc eſſet, nec minueretur aliquid, ſed quotidie augeretur dete-F rius, vidit in viſu noctis perſonam terribilem dicentem ſibi. Cur ſic tecum agitur? Qui ait: ignoro prorſus vnde hoc euenerit. Dicit ei perſona, lignum, quod de lectulo domini Martini tuliſti, negligenter hic retines, ideò hæc incurriſti. Sed vade nunc, & defer illud Gregorio Diacono, & ipſe ſecum retineat. At ille nihil moratus mihi exhibuit. Quod ego cum ſumma veneratione collectum, loco digno repoſui. Et ſic omnis familia in domo eius ſanata eſt, ita vt nemo ibidem deinceps aliquid mali perferret.

Capvt XXXVI.

Quòd virtus eius nobis inimicos inhibuit.

FActum eſt autem quodam tempore, vt viſitationis ſtudio ad venerabilem matrem meam in Burgun-G diam ambularem. Cum autem ſyluas illas, quæ trans Berberem fluuium ſitæ ſunt, præterirem, latrones incurrimus. Qui circumdantes nos, volebant ſpoliare & interficere. Tunc ego ad auxilia conſueta confugiens, S. Martini præſidium flagitabam. Quod mihi protinus dignanter aſſiſtens, ita eos conterruit, vt nihil contra nos agere poſſent. Sed verſa vice quod venerant vt timerentur, timere cœperunt, & curſu velociſſimo fugere. Sed immemor Apoſtoli dicentis: Inimicos noſtros potu ciboque debere ſatiari, potum eis offerri præcipio. Qui nequaquam expectantes, quantum poterant, fugiebant. Crederes eos fuſtibus agi, aut inuitos contra poſſibilitatem caballorum ſuorum currere cogi, & ſic tribuente Domino, & iuuante patrono, quò dirigebamur, aduenimus. De quantis me tribulationibus & ærumnis eripuit, in quantis mihi neceſſitatibus ſua pietas aſtitit, vel quantas in me amaritudines ſua virtute compeſcuit, non dicam ad ſcribendum, ſed etiam ad referendum, perlongum eſt.

H

Capvt XXXVII.

De dyſentericis.

QVid de dyſentericis dicam, vbi tam velociter inuenitur medela, quàm fideliter fuerit inquiſita? Nam vidi mulierem à dyſenteria per quinque menſes laborantem, ita vt cùm neceſſitas commoueret, inter manus in loca neceſſaria transferretur, quæ ſimul & confortationem cibi, & virtutem corpuſculi ſuperfluè digerendo perdiderat, me indice, ad baſilicam vigilaſſe. Reddito autem poſt nocturnas tenebras die, abraſo beati tumuli puluere, & remedium hauſiſſe, ſimul & poculum, eamque domi propriis greſſibus fuiſſe redditam, quæ veniens ab aliis fuerat ſuſtentata.

A

Capvt XXXVIII.

De energumenis & frigoriticis.

QVid ego de energumenis, vel frigoriticis referam, quibus ſi veræ fuerint paritas & fides coniunctæ, mox adminiculante patrono, mente ſubmouentur inſidiæ? Sic multi ex frigoriticis, dum vi febris peſſimè quatiuntur, tota die inter altarium & ſanctum tumulum debacchantes, ad veſperum hauſto ex beato ſepulchro puluere, continuò promeruerunt accipere ſanitatem. Nam Paulus energumenus, qui legionem dæmoniorum dicebatur habere, inſiſtente inimico, machinam, quæ ſanctæ cameræ erat propinqua, conſcendens dixiſſe fertur, Paratur vaſculo, quod exutus inhabito. Et exæſtuans & præcipitans ſe deorſum, ita beati virtute leniter in pauimentum depoſitus eſt, vt nullum
B membrorum damnati corpuſculi collideret.

Capvt XXXIX.

De Leomeria cæca.

LEomeria quædam cæca atque contracta, longo tempore miſerabiliter viuens, dum iret per manus aliorum crebris occurſibus verteret, quo ad baſilicam itur, tandem ab eius pietate reſpecta, iacens ad ſanctum oſtium, lumen pariter, greſſúmque recepit. O ſi rorum proderetur in publico, quod ſinguli quique dum fideliter poſcunt, latenter accipiunt, & retinet occultum multorum conſcientia, quod fideliter poſcendo, clam quæſita ſanitas eſt adepta. Quòd ſi hæc, vt diximus, cuncta publicarentur, non ſolùm libros, ſed nec ipſum mundum, vt ait Euangeliſta de Domino, arbitror
C potuiſſe recipere.

Capvt XL.

De Securo contracto.

ET quando ſermo clauſuram petit, vnum vobis adhuc præclarum miraculum priuſquàm finem accipiat, enarrabo. Adoleſcens quidam nomine Securus, ex vtero matris egrediens, manum aridam pedémque protulerat, & ita omnium membrorum ſiccata compago diriguerat, vt monſtrum aliquod figuraret: erat autem & iugo ſeruitutis innexus. Quem cùm viderent Domini ſui iam per ſeptem annos nihil omnino proficere, manibus deportando poſuerunt eum ante ſepulchrum, vt vel à prætereuntibus paſceretur, qui labore proprio ali non poterat. Iacente autem eo in
D loco per multos dies, directus eſt pes eius qui fuerat debilis, manuſque eius ſicca, infectis ſanguine venis, ſanata eſt, & ita omni corpore, accepta beati Confeſſoris ope, ſanatus eſt, vt putares denuò fuiſſe renatum. Qui puerulus à Iuſtino Comite redemptus, & ingenuus dimiſſus eſt: & poſteà Baptiſmum conſequutus, vſque hodie ſub patrocinio ſanctæ Eccleſiæ perſiſtit incolomis. Quis vnquam iſta ſic ex ordine inquirere, aut referre poterit, vel laudare ſufficiat? Tamen nos, quantum inueſtigare potuimus, ſcribere, fideliter ſtuduimus, hanc ſperantes retributionem mercedis accipere, vt dum hæc leguntur in laudem ſanctiſſimi Sacerdotis, nobis fortaſsè tribuatur refrigerium pro delictis, dicente Poëta. *Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.*

E

INCIPIT PROLOGVS in Librum Secundum.

QVONIAM perſcripſimus virtutes ſancti Martini, quas vidimus, vel à fidelibus viris de anteacto tempore reperire potuimus, ardentes valdè in hac ſiti, ne traderetur obliuioni, quod Dominus exercere dignatus eſt, in laudem Antiſtitis ſui, narrare etiam ea cupimus, quæ noſtro tempore agi miramur, relinquentes non paruam materiam eloquentioribus: ſumentes autem magnalia virtutum in noſtris operibus, vt quod peritia non dilatat in paginis, numeroſitas virtutum extendat in cumulis.

F

INCIPIT LIBER SECVNDVS Miraculorum ſancti Martini Epiſc.

Capvt I.

Qualiter à febre & dyſenteria erutus ſum.

ANno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo poſt tranſitum beati Martini Antiſtitis, Sigiſberto glorioſiſſimo Rege duodecimo anno regnante poſt exceſſum ſancti Eufronij Epiſcopi, non meo merito, cùm ſim conſcientia teterrimus, & peccatis obuolutus, ſed tribuente fideli Deo, qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt, onus Epiſcopale indignus accepi. Menſe autem ſecundo ordinationis meæ cùm iſſem in vrbem, incurri dyſenteriam cum febre valida, & taliter agi cœpi, vt im-
G minente morte viuere omninò deſperarem. Emittebantur autem aſſiduè digeſtionum officia, quæ accipere non poterant in expenſa, & erat horror cibi, cúmque ab inedia deficeret virtus ſtomachi, febris tantùm erat virtus corporis. Nam nullatenus accedebat confortatio ſumptuoſa: erat autem & dolor grauis totum aluum penetrans, & deſcendens ad ilia, non minus conſumens tortura ſua quàm febris exegerat. Cúmque ſic ageretur mecum, vt non remanſiſſet ſpes vitæ, ſed cuncta deportarem in funere, nec valeret penitus medici antidotum, quem mors mancipauerat ad perdendum, ego ipſe de me deſperans, vocaui Armentarium archiatrum, & dico ei. Omne ingenium artificij tui impendiſti, pigmentorum omnium vim probaſti, ſed nihil proficit. Perituro ex ſeculo vnum reſtat quod facias, magnam tibi theriacam oſtendam: puluerem de ſacratiſſimo Domini ſepulchro exhibe, & exinde mihi
H facito potionem, quòd ſi hoc non valuerit, amiſſa ſunt omnia euadendi præſtigia. Tunc miſſo diacono ad ante dictum beati Præſulis tumulum, de ſacroſancto puluere exhibuit, dilutúmque mihi porrigunt ad bibendum. Quo hauſto, mox omni dolore ſedato, ſanitatem recepi de tumulo. In quo tam præſens fuit beneficium, vt cùm datum fuerit hora tertia, incolumis procederem ad conuiuium ipſa die hora ſexta. Viſum eſt & hoc inſerere lectioni, qualiter me Deus arguerit, ne ante me permitterem ſtultos & faciles, beatis ſolemnibus obtrectare. In craſtino autem poſtquàm conualui, die Dominico ad Miſſam veniens, noléńſque me fatigare, vni Presbyterorum glorioſa ſolemnia celebrare præcepi. Sed cùm Presbyter ille neſcio quæ ruſticè feſtiua verba depromeret, multi eum de noſtris increpare cœperunt, dicentes: melius fuiſſet tacere, quàm ſic inculte loqui. Nocte autem inſe-

A quuta, vidi virum dicentem mihi, de myſteriis Dei nequaquam diſputandum. Teſtor enim quia hoc à me non eſt compoſitum: ſed ipſa verba quæ audiui, vobis expoſui. Vnde dilectiſſimi, nullus de hoc myſterio, etiam ſi ruſticè videatur dici, diſputare præſumat, quia apud Dei maieſtatem magis ſimplicitas pura, quàm Philoſophorum valet argutia.

Capvt II.

De infirmitate Iuſtini.

GRatum arbitratus ſum & illud non omittere, quod mihi in libro anteriore excidit, cum retulerim de cereolis illis, quos de ſepulchro beati Anti- B ſtitis ſuſtuli, à quibus & tempeſtates ſedatas, & alias infirmitates prohibitas dixi. Hos cùm mecum detinerem, Iuſtinus vir ſororis meæ in valetudinem irruit, inualeſcente febre cum doloribus membrorum omnium, valdè ad extremum agi cœpit. Nuntius hæc ad me delatus retulit, efflagitans vt ſi quid medicamenti reperire poſſem, morituro tranſmitterem, ne obiret. At ego in virtute beati Antiſtitis confiſus, vnum ex cereolis tranſmitto per puerum, dicens. Accendite illum coram eo, & in contemplatione luminis orationem fundat ad Dominum, & deprecetur omnipotentiam Antiſtitis, vt ei ſuccurrat. Miſſus autem puer quod dederam deportauit. Quo accenſo ante lectum ægroti, fauillam ſcirpi, quem iam ignis conſumpſerat, cultro eradunt, diluntúmque aqua ægro porrigunt ad bibendum. At ille vt hauſit, ſanitatem protinus recepit, incolumiſque redditus eſt nobis. Poſteà qualiter ſibi virtus beati Antiſtitis ſubuenit, expoſuit. Nam referre erat ſolitus, quòd vbi primum C oculis eius iubar luminis progreſſum à cereo pepulit tenebras noctis, protinus in contemplatione flammæ febris receſſit à corpore, ac ſtomachus qui diu languerat inedia, cibum conſolationis efflagitat, & qui tantùm aquam puram ad reſtinguendum febris ardorem haurire conſueuerat, nunc vinum deſiderat. Facit hæc virtus Antiſtitis, quæ ſæpè miſeris opem proflua miſeratione tribuit, & infirmis medicamenta largitur.

Capvt III.

De Maurusa Chiragrica.

VEreor ne nimium progredi præſumens, obſoleat paginam ſermo ruſticior. Mauruſam quandam grauiter chiragricus corporis dolor affecerat, ita vt D retortis ad crura pedibus, nullatenus ſe erigere poſſet. Erat enim & oculorum luce mutata, quæ longo tempore grauiter agens, tanquam mortua putabatur ſuperſtes, nec erat ei ſpes alimoniæ, niſi aliquis ei manum miſericordiæ porrexiſſet. Quotidie autem reſpectum intuens deuotorum, victus neceſſaria poſcebat. Factum eſt autem, vt quo tempore extra ſolitum grauius ageret, nec poterat quoquam modo iuuari membrorum officio, niſi quod tantùm in pectore flatus ſpiraminis decurrebat. Quæ iam valdè exanimis rogauit, vt eam ad pedes ſancti Martini deferrent. Ad quem locum cùm manibus fidelium fuiſſet illata, dolore cogente, vociferans beati viri auxilium, vt ſibi miſereretur orabat. Tandem pietas illam reſpiciens, quæ pauperes dimittere nunquam conſueuit inanes, in feſtiuitate ſua laxata ſunt fila neruorum arentium, & ſic de dextera, quam per ſex annos non leuauerat, ſignum beatæ Crucis in os faciens, in pedibus reſtituta eſt, ita vt ad hoſpitiolum ſuum nullius viſa adiutorio remearet, oculorum lumine non recepto. E Poſt annos autem duos iterum veniens ad beati patroni tumulum, cœpit attentius, ſicut erat opportunum, orare: mox apertis oculis, in rediuiua luce ſurrexit. Hanc virtutem ideò hic ſcripſimus, quia poſtquàm huc aduenimus, illuminata eſt. Nam anteà à debilitate ſanata fuerat.

Capvt IV.

De ſeruo Simonis Presbyteri.

SImonis fideliſſimi Compreſbyteri noſtri ſeruus Veranus nomine, qui erat in commiſſis promptuariis prælibatus, dum ad cuſtodiam ſibi depoſitam reſideret, ſuperueniente humore podagrico, pedum greſſu mul- F ctabatur. Qui cùm per totum annum talibus dolori bus vexaretur, vt etiam vicina in proximo poſita commoueret, contractis ſubitò neruis, ad plenum debilitatur. Quod videns Dominus eius, dolens exitium fidelis vernaculi, iuſſit eum ad pedes beati Antiſtitis deportari, præmittens votum, & dicens. Si eum reddideris ſanitati, piiſſime Domine Martine, in illo die abſolutus à mei ſeruitij vinculo, inciſis capillis tuo ſeruitio delegetur. Poſitus ergo ad pedes pretioſiſſimi Domini, cùm per quinque dies ibidem iaceret immobilis, ſexta die ſopore comprimitur, & obdormienti viſum eſt ſibi quaſi in lectulo ſuo ſolito pedes extendere. Expergefactus autem ſanus ab omni debilitate ſurrexit. Qui tonſurato capite, & accepta libertate, ibidem Domini vſibus deſeruiuit. O admirabilem beati viri redemptionem! Quis vnquam de mille talentis ſic redimet, ſicut præſens noſtrorum criminum ſuffragator, qui vno ictu, vnóque momento, ſine numiſmate auri, & corpus à debilitate, & conditionem ſoluit ab onere. G

Capvt V.

De Paralytico Antiſiodorenſi.

QVidam ex Antiſiodorenſi oppido Manlulfus nomine, deferentium manibus ad beati Martini ſepulchrum iactatus eſt. Qui iugi oratione & ieiunio incumbens pedes quos intortos exhibuit, reddita ſubitò ſanitate, retulit in vſu conſueto directos, & ita Sancti virtute reformatus eſt, vt qui aliorum manibus deportatus eſt, propriis firmatus veſtigiis, præſentibus nobis conſurgeret ſoſpes.

Capvt VI.

De Paralytico Aurelianenſi.

H ALius autem paralyticus ex Aurelianenſi territorio carruca deuectus, venit ad ſanctam baſilicam, qui diebus multis iacens ad oſtium illud, quod ſecus baptiſterium ad medium diem pandit egreſſum, beati Antiſtitis implorabat auxilium. Factum eſt autem, vt vna die iacens, grauius extra ſolitum torqueretur, ita vt vicini de proximo ad eius voces concurrerent. Diſſoluebantur autem ligaturæ neruorum eius, & dirigebantur, proptereà erat dolor intolerabilis, & ſic tribuente patrono, erectus ſuper plantas, flens præ gaudio, populo teſte ſurrexit. Qui continuò clericus factus, & in ſoſpitate firmatus, ad domum regreſſus eſt.

CAPVT VII.

De Paralytico ex Biturigo.

SEd & alius greſſu debilis, nomine Leubouius, iam clericus aducniens, ſed per terram ſe trahens, quia paupertate facientc non habebat qui eum ferret, de die in diem beati Martini limina requirebat. Qui dum quadam die à foris ad Sancti pedes ſleret, directis genibus atque pedibus, ſpectante populo ſanitatem recepit. Tres virtutes iſtas ipſa die factas fuiſſe conſtat, quo Sigiſbertus glorioſiſſimus Rex Sequanam tranſiens, ſine colliſiune exercitus pacem cum fratribus fecit. Quod nullus ambigat, hanc tertiam beati Antiſtitis fuiſſe victoriam.

CAPVT VIII.

De cæco illuminato.

EO quoque tempore cæcus quidam ab eleemoſynariis poſtulans, cui non erat aliud in victu, niſi aliquis ei manum porrexiſſet pietatis intuitu, nec erat illi præſidium, niſi miſeratio deuotorum, die vna dum ante ſanctum ſepulchrum fixis ſtaret veſtigiis, ſubitò corripuit eum dolor in oculis. Et cùm grauiter ab hoc dolore conſumeretur, cœperunt eius oculi ſpumam emittere. Et ſic erumpente à palpebris ſanguine, in rediuiuam lucem renaſcens, lumen, quod olim perdiderat, videre promeruit.

CAPVT IX.

De alia cæca.

GVndetrudis quædam de Viromsdenſi territorio, oculorum lumen perdiderat: quæ relinquens domum & patriam, fide commonente, venit ad ſanctam baſilicam, ibique diebus multis deſeruiens, vnius oculi meruit recipere viſum. Quæ mox oblita virum & filios, veſtéque mutata, ad religionem Eccleſiaſticam Domino inſpirante, tranſiuit.

CAPVT X.

De muliere à profluuio ſanguinis liberata.

SEd nec hoc ſilebo, qualiter, velut ex veſte Redemptoris noſtri, ad beatum ſepulchrum fluxus ſanguinis ſit ſiccatus. Mulier quædam ex Aruerno veniens cum viro ſuo de pago Tranſilienſi, profluxu ſanguinis ægrotabat, ſecus autem atrium baſilicæ manſionem habebat. Quæ diebus ſingulis ad ſancti Confeſſoris limina iacens proſtrata, opem ſanitatis poſcebat. Factum eſt autem, vt quadam die accedens ad ſanctum ſepulchrum orans, & oſculans, de palla, quæ ſuper eſt poſita, aures & oculos ſibi tangeret, Protinus ſiccato riuo ſanguinis, ita ſanata eſt, vt putaret ſe Redemptoris fimbriam contigiſſe. Cuius vir in valetudinem ruens, ad oſtium baſilicæ manibus depoſitus aliorum, fideliter exorans, reſtricta febre, conualuit. Et ſic pariter hic ab incommodo, hæc à profluuio ſanata, magnificantes Deum ad propriam domum regreſſi ſunt.

CAPVT XI.

De muliere clauda.

COniux Auiani Tribuni, nomine Vnimola, nocte conterrita à pauore, vſum vnius pedis perdiderat, & ita in debilitatem corruerat, vt aliorum manibus ſuſtentaretur euecta, ſi quò propoſuiſſet accedere. Quæ ad beati Martini pedes depoſita, nocte tota cereum manu pro voto detinuit, nobis in baſilica vigilantibus. Mane autem facto, moto matutinis ſigno, ſuper pedem debilem conſtitit, ita vt omni debilitate ſedata, ad metatum ſuum propriis greſſibus, nullo ſuſtentante liberè remearet.

CAPVT XII.

De dyſenterio ſanato.

QVodam autem tempore cùm beatus Germanus Pariſiacæ vrbis Pontifex, ad feſtiuitatem Antiſtitis glorioſi accederet, Ragnimundus tunc Diaconus, nunc Epiſcopus, in ſeruitium eius acceſſit, grauiter à dyſenteria laborans. Sed beatus Germanus priùs ad vrbem Eccleſiæ ſuæ, quæ in hoc territorio ſita eſt, venit. Igitur cùm ante noctem vigiliarum ſolemnitatis eius Turonum aduenire cœpiſſet, Diaconum in vrbe reſidere iubet, dicens. Ne fortè fatigeris eundo, & aliquod tibi deterius contingat. At ille, Poteſtas, inquit, Dei eſt, quæ nos iubeat iuxta meritum pati: nam ego non exeo aliter, niſi ad baſilicam Antiſtitis eam: confido enim, quòd ſi tumulum eius adiero, ſaluus ero: & ſtatim aſcenſo equo, ad baſilicam venit. Mane autem accepta potiône de puluere ſepulchri, ſedata protinus infirmitate, conualuit.

CAPVT XIII.

De cæco illuminato.

VRſulfus autem quidam ex Turonica ciuitate de pago trans Ligerim, cæcus beati Martini ſuffragia expetiit. Qui duobus aſſiduè menſibus ad eius templum deſeruiens, in ieiuniis, orationibúſque perdurabat. Factum eſt autem in vna reſurrectionis Dominicæ die, dum eſſet ad pedes Domini, & cum reliquo populo Miſſarum ſolemnia ſpectaret, ſubitò apertis oculis cuncta clarè cernere cœpit, ita vt ad ſanctum altare communicandi gratia, nullo ducente, veniret. Quæ autem fuerit cauſa cæcitatis, dicam. Primo die Paſchæ iuſſus eſt à Domino ſuo, vt agros circuiret, inuentúmque aditum, vnde pecora introibant, obſeraret. Dum eum claudere conatur, vt diximus, excæcatus eſt. Tunc ad ſepulchrum veniens, & eiulans, viſum, quem perdiderat, flagitabat. Die autem illa dum populo gratia Dominici corporis traderetur, & beatus Antiſtes lumen reddere dignatus eſt, ac elucente Sole luminum ſuorum refulſerunt Stellæ. Quis vnquam, rogo, talis medicus poterit inueniri, qui in vna infirmitate duas contulerit medicinas? Ecce in vno cæco duas virtutes operatus eſt, nam & corporales oculos ad contemplanda terrena aperuit, & cordis oculos vt ea non concupiſcat illuminauit, & ad ſuum dignatus eſt dicare ſeruitium. Quem (vt ita dicam) renaſci denuo fecit in mundo.

A

CAPVT XIV.

De puella paralytica.

SEd neque hoc reticebo, quod in ſua feſtiuitate operatus ſit hic patronus. Palatina quædam paralyſis humore percuſſa, vſum greſſuum perdiderat, ita vt contractis in poplitibus neruis, calcaneos ad crura coniungeret. Quam pater Turonum deferens, ante pedes beati Martini deuotus expoſuit, ibique tribus menſibus iacens, ſtipem à prætereuntibus poſtulabat. Factum eſt autem, vt in die inſignis ſolemnitatis beati viri, illa, nobis Miſſas dicentibus in loco, quem ſuperius nominauimus, fideliter oraret. Cúmque nos ritè ſacroſancta ſolemnia celebrando conteſtationem de ſancti Domini virtutibus narraremus, ſubitò illa vociferare cœpit, & flere, indicans ſe torqueri. At vbi expedita conteſtatione, omnis populus ſanctus in laudem Domini procla- B mat, ſtatim diſſoluti ſunt nerui, qui ligati erant, & ſtetit ſuper pedes ſuos, cuncto populo ſpectante, & propitiante Domino vſque ad altare ſanctum ad communicandum propriis greſſibus nullo ſuſtentante peruenit, quæ vſque hodie incolumis perſeuerat.

CAPVT XV.

De cæco illuminato.

MEtobaudus quidam ex pago Pictauenſi dum eſſet laborans in opere, cæcitate peſſima, inſidiatore immittente, percuſſus eſt. Qui cùm ſex annos in hac infirmitate duraret, venit ad templum beati Martini ibique aſſiduè orationi incumbens, in craſtina die dum in feſtiuitate beati Martini ſtaret, ſubitò viſum eſt ei, circa ſe tanquam coruſcationem ſplendere, & ſtatim C apertis oculis, cuncta perſpexit. Qui continuò clericus factus in eodem loco ſanus abſciſſit.

CAPVT XVI.

De his quæ nauta retulit.

FVit & illud inſigne miraculum, cùm Dominus in die Epiphaniorum obiectu Antiſtitis Falernum produxit, ac de aluei fundo vinum elicuit pauperi, qui quondam latices in vina mutauit. Igitur cùm quodam tempore iter ageremus in pago Beluacenſi, ad Ligerim vſque fluuium peruenimus. Cúmque à nauta, qui nos ripæ alteri tranſponere debebat, ſollicitè requireremus loca, in quæ piſcatori procederemus, locum indicat dicens, ſit vobis beatus Martinus in adiutorium. At noſtri ingratè ſuſceperunt, dicentes: quòd in eius nomine nunquam viſa eſt eueniſſe captura. Ille autem, haud du- D bium ſit, quia præſtat hoc virtus eius. Nam referam, inquit, vobis, quid mihi hoc anno contigerit, vel qualiter per inuocationem nominis eius, opitulante Domino, quod optaui, promerui. Denique dies erat Epiphaniorum, & ingreſſus in promptuario nihil inueni, quod haurire potuerim, egreſſúſque oraui, dicens. Sanctiſſime Martine, tranſmitte mihi in hac ſacra ſolemnitate aliquid vini, ne epulantibus aliis, ego ieiunus remaneam. Dum autem hæc orarem, vocem in altera ripa audio me vocantem, vt nauim homini, qui iter agebat, adducerem. Verùm vbi acceptis contis, eò verſus impetum fluminis ſulcare cœpi, & vt in medio amne perueni, ſubitò excuſſus magnus ex gurgite piſcis in nauim cecidit: quo confeſtim oppreſſo, tranſpoſitis hominibus, domus regreſſum ſum, venditóque piſce vno vini modio, cum cæteris ſum refectus. Ergo noueritis quàm velociter in illud, quod inuocatus fuerit, ſi

E petatur fideliter, apparebit. Teſtor autem Deum, quia hæc ab ipſius nauitæ ore cognoui.

CAPVT XVII.

De Guntrano Duce.

QVodam die dum Guntranus Boſo contra vicum Ambiacenſem Ligerim fluuium tranſmearet, ac irruentibus tenebris mundum nox horribilis retineret, ſubitò aduerſante vento nautæ turbantur in pelago, ſeparatiſque nauibus, quæ pontem illum ſuſtinebant, & aqua vſque ad ſummam repletis, deſcendunt cuncti vſque ad cingulum cum ipſis nauibus in profundum, nequaquam tamen nauibus ſubductis à pedibus. Exterritiſque omnibus, Boſo non raucè vociferans B. Martini auxilium implorabat, & vt eis ad liberan- F dum feſtinus occurreret, precabatur dicens fidenter ſuis, Nolite timere, ſcio enim quod dextera ſancti viri ad auxilium porrigendum maximè in neceſſitatibus ſit parata. Hæc eo dicente, directis ab eo nauibus, mutatóque vento contrario in ſecundum, nullo pereunte, peruenit in littus, vbi tam præſens occurrit beati Confeſſoris ſuffragium, vt etiam argentum quod rapiente fluuio perdiderant, denuò fluuio in littus reſtituente, reciperent.

CAPVT XVIII.

De Laudulpho Lunatico.

QVidam ex Vianenſi territorio Laudulphus nomine, grauiter à Lunatici dæmonis infeſtatione vexabatur, ita vt plerumque ab hoſte ſe vallari putans in terram corrueret, cruentaſque ex ore ſpumas emittens, G tanquam mortuus habebatur. Quod genus morbi Epilepticum peritorum medicorum vocitabat auctoritas. Ruſtici verò caducum dixere, eo quod caderet. Cúmque ſe antedictus in hoc exitu videret affligi, audita beati Præſulis fama, ſanctam eius adiit baſilicam, vt ſibi præſentia conctis ſuffragia ſubuenirent. Sed cùm eodem in loco plenus fide veniſſet, ardentius eum ſæuitia, & dæmonis pulſat audacia: nec ei licebat atrium egredi propter publicam dæmonum infeſtationem: in atrio tamen nihil nocebatur. Nam viſibiliter cum magno armorum ſtrepitu venientes, conabantur eum caſſis telorum acuminibus perfodere. Quòd ſi ſe ſubderet terræ, ranarum ſuper eum multitudo horribilis deſilire videbatur: ſed & voces publicè ab eo audiebantur exprobrantium, & dicentium, Martinus quem expetiſti, nihil poterit tibi ſubuenire, quia noſtris es ditionibus mancipatus. Sed ille ad hæc fidenter & immobilis ſignum Crucis opponens, terribiliter eos per aëra effugabat. Poſt has autem vacuas, & inanes emiſſiones, cùm videret inimicus eum ſibi vendi- H care non poſſe, dolis eum tentauit illudere. Componens námque ſe in ſpecie veterani, venit ad eum, dicens. Ego ſum Martinus, quem inuocas, ſurge, & adora coram me, ſi vis recipere ſanitatem. Cui ait ille. Si tu es Dominus Martinus, fac ſuper me ſignum Crucis, & credam. At ille audito nomine ſigni ſibi ſemper contrarij, tanquam fumus euanuit. Poſt hæc autem ſtans ad pedes glorioſi Domini, factus eſt in ſtupore mentis, & vidit beatam baſilicam nouo lumine effulgere. Ex qua egrediens Sanctus dixit ad eum. Exaudita eſt oratio tua, & ecce eris ſanus ab infirmitate quam pateris. Poſteà beatæ Crucis ſignaculũ ſuper caput eius faciens abſceſſit. Ille verò in ſe reuerſus, amotis omnibus inſidiis, ſalutem ſe ſenſit integrã recepiſſe. Tamen poſt receptam ſanitatẽ cùm cœpiſſet vino vti ſuperfluè, corpúſque diu abſente imbre abluiſſet, latus ei cum vno

A pede manúque contrahitur. Sed parſimoniæ iterum ſtudens, capútque tonſurans, rurſum beati virtute redditur ſanitati.

Capvt XIX.

De Theodomere diacono.

DVm ſingula quoque miracula beati viri ſuccinctè ſcribimus, nec ea in ampliori ſermone expandimus, verendo valde, atque timendo iter carpimus inchoatum, ne fortè dicatur à prudentioribus, multum hoc poterat peritius extendi. Sed nobis in Eccleſiaſtico dogmate verſantibus videtur, vt hiſtoria, quæ ad ædificationem Eccleſiæ pertinet, poſtpoſita verboſitate, breui atque ſimplici ſermone texatur, vt & virtutem beati Antiſtitis prodat, & ſapientibus faſtidium non imponat. B Quo facto & lector prouocetur in lectione, & Sanctus probetur in opere. Theodomeris diaconus cùm præ humore capitis, decidentibus cataractis, oculorum aditus haberet per quatuor annos grauiter obſeratos, venit ad cellulam Coodatenſem, in qua vir beatus tranſiit. Proſtratúſque ad eius lectulum, nocte tota lachrymis & orationibus deducta, immobilis madefecit terram fletibus, terruitque ſuſpiriis eius venerabile lignum cancelli. Luceſcente autem die, reſeratis cataractis, luminum, lumen videre promeruit. Quid vnquam tale fecere cum ferramentis medici, cùm plus doloris negotium exercuerint, quàm medelæ, cùm diſtento transfixoque ſpiculis oculo, prius mortis tormenta figurant, quàm lumen aperiant? In quo ſi cautela fefellerit, æternam miſero præparat cæcitatem. Huic autem beato Confeſſori voluntas ferramentum eſt & ſola virtus vnguentum.

C Capvt XX.

De Deſiderio Energumeno.

IN qua cellula cùm Deſiderius Energumenus ex Aruerno veniens, nocte integra debacchaſſet, mane facto, cœpit declamare, quod eum beatus Martinus incenderet. In his vocibus euomens virulentum neſcio quid cum ſanguine, dæmone eiecto purgatus eſt, infectúmque ſanie puluerem derelinquens, cellulam egreſſus eſt ſanus.

Capvt XXI.

De homine manum contractam habente.

D QVidam in eodem loco manum debilem contractis digitis detulit, ita vt vngues in palma eius defixi, decurrente interdum ſanguine dolorem ei nimium generarent. Hic proiiciens ſe ad antedictum glorioſi domini tumulum, flens & deprecans, tam dolore inſtigante, quam fide, poſtera die directis digitis, manum recepit incolumem.

Capvt XXII.

De Remigia matrona.

SImilem infirmitatem Remigia matrona incurrens, ad beatam cellulam valde deuota peruenit. Quæ vigiliis & orationibus inſiſtens, cùm matriculam, quæ ibidem congregata eſt, paſceret, aridum brachium cum contractis digitis ſanum extulit ad miſcendum. E Et ſic tota die benedictis pauperibus deſeruiens, ſoſpes remeauit ad propria. Hæc in poſterum annis ſingulis antedictis fratribus alimentum ſufficiens exhibebat. Factum eſt autem, vt quadam vice vna puellarum ſuarum malè à quartanæ typi febre quateretur. Dum autem ſecundùm conſuetudinem veniens, pauperibus illis exhibet victum, ſancti viri implorat auxilium: & per quatuor dies ad beatam cellulam continuè orationi atque ieiuniis decubans, ab omni febre ſanata puella, cum familia magnificans Deum domum regreſſa eſt.

Capvt XXIII.

De Vinaſto cæco.

TAlia exercens quidam Vinaſtus nomine, lumen recepit, dum ſcilicet pauperibus illis victus neceſſaria miniſtrauit. F Hic autem cæcitate maxima per annos plurimos aggrauatus, habebat in conſuetudine, vt veniens de regione ſua ad antedictam ſancti cellulam, pauperibus illis ampliſſimum alimentum exhiberet, vigiliſque deuotiſſimè celebratis, eos in ſatietate reficeret: quibus ipſe iuxta poſſibilitatem tanquam famulus ſeruiebat. Dum igitur hæc per multos, vt diximus, annos impenderet, quadam vice impleto voto, ſeruitioque ſimul, proſternitur ad cancellum ſancti lectuli, orans, & valedicens regredi cupiebat. Poſt completam autem orationem exurgens, apertis parumper oculis, intuetur cortinam ſericam de Cancello pendere, & ait, Video tanquam pallium ſericum hic appenſum. Cui aiunt ſui, Veritatem te videre cognoſcimus. Ipſe autem cœpit iterum flere, atque orare, vt beatus Confeſſor opus cœptum dignanter expleret. Qui dum orat attentius, obdormiuit apparuitque ei vir per viſum dicens, Vade ad baſilicam domini Martini, & ibi plenam obtinebis ſanitatem. G Qui nihil moratus famulorum manibus deductus, vt limina beati Confeſſoris attigit, lumen integrum opitulante fide, recepit.

Capvt XXIV.

De homine omnibus membris contracto.

IN Biturico quoque fuit quædam mulier, quæ concipiens peperit filium, cuius poplites ad ſtomachum, calcanei ad crura contracti erant; manus verò eius erant adhærentes pectori, ſed & oculi clauſi erant. Qui magis monſtrum aliquod, quàm hominis ſpeciem ſimulabat. Qui cùm non ſine deriſione multorum aſpiceretur, & mater argueretur, cur talis ex illa proceſſerit filius, confitebatur cum lachrymis, nocte illum Dominica generatum. H Quem interimere non audens, vt monſtrum, tanquam ſanum puerum nutriebat. Adultum vero tradidit mendicis, qui eum accipientes poſuerunt in carrucam, & trahentes oſtendebant populis, multa per eum ſtipendia accipientes. Dum hæc per longa tempora gererentur, anno ætatis ſuæ vndecimo, venit ad feſtiuitatem beati Martini, proiectuſque à foris ante ſepulchrum miſerabiliter decubabat. Tranſacta autem feſtiuitate, viſum auditúmque recepit. Inde reductus ad ſolitam conſuetudinem, poſtulabat ſtipem. Poſt annum ferè aut eo amplius, venit iterum ad ſolemnitatem, poſitúſque eſt in loco, quo prius iacuerat, decurſiſque ſolemnibus feſtis, directis omnibus membris, pleniſſimam obtinuit ſanitatem. Quæ ne incredibilia fortaſſe videantur, ego eum ſoſpitem vidi: nec audita ab aliquo, ſed ab eius narrata cognoui. Sed quia dixi, parentibus eius hoc ob peccatum eueniſſe per violationem noctis Dominicæ. Cauete, ô viri, quibus ſunt iniuncta coniugia: ſatis eſt aliis diebus voluptati

A operam dare : hanc autem diem in laudibus Dei impollutè deducere, quia qui in ea coniuges ſimul conuenerint, eadem aut contracti, aut epileptici, aut leproſi filij naſcuntur : ſitque hoc quod diximus, documentum, ne malum quod vna nocte committitur, in multorum ſpatia annorum perferatur.

Capvt XXV.

De Paralytico ſanato.

ILlud præ cæteris admirandum miraculum nobis orantibus, explicabo, quod poſt immenſum mœroris cumulum magnum nobis gaudium patefecit, dum & virtutes beati protulit, & quod titubabat, erexit, cordaque nutantia populorum, larga ſtabilitatis firmitate B muniuit. Nam cùm in venerabili Dominicæ Natiuitatis nocte ſacroſanctis deducta excubiis, procedentes de Eccleſia, ad baſilicam ſancti ire diſponeremus, quidam ex energumenis atrocior cæteris, cœpit nimium debacchari, & diſcerpens ſe, atque colliden s clamabat, fruſtra appetitis limina Martini, caſſo eius ædem adiitis, quia vos propter multa crimina dereliquit, & ecce vos abhorrens, Romæ mirabilia facit. Ibi cæcorum oculis lumen infundit : ibi paralyticorum greſſus dirigit, ſed & aliis quoque morbis ſua virtute finem imponit. Ad hanc diaboli vocem omnis populus exturbatur, & non ſolùm obtuſa membrorum minorum corda, ſed etiam noſipſi pauore concutimur. Ingredientibus autem nobis cum fletu magno baſilicam, omnes pauimento proſternimur orantes, vt ſancti viri præſentiam mereamur. Et ecce Bonulphus nomine, cui ante tres annos præ nimia multitudine febris, manus ambæ cum vno pede contractæ erant, & ad felicitatem beati viri manibus directis, pede adhuc debili C claudicabat, ante ſanctum altare ſternitur, orans vt qui ſibi manus aridas reſtituerat, pedem quoque contractum ſimili virtute dirigeret. In hac autem oratione à febre nimia circundatur, & tanquam extenſus in eculeom, neruorum dolore torquetur. Interea ſupplici dolor excitat contumacem, & qui venerat inquirere medicinam, cœpit inferre calumniam. Aiebat enim, O Domine Martine, ſanitatem a te, non tormenta quæſiui. Quam ſi non mereor, vel doloribus affligar Cúmque nos cum fletibus circunſtantes beati præſtolamur aduentum, & inter hæc dum ſancta ſolemnia agerentur, oblatis ſuper ſacris muneribus, myſterioque Corporis & Sanguinis Chriſti palla ex more cooperto, molliuntur contracturæ neruorum, & dirupto poſt infirmi poplitis corio, defluente ſanguinis riuo, pedem extendit incolumem. Quod videns ego, omnipotenti gratias egi, luminaque fletibus madefaciens, in hac ad populum voce prorupi. Timor à cordibus veſtris omnis abſcedat, quia Confeſſor nobiſcum inhabitat, nec omniD no credite diabolo, qui nihil vnquam protulit verum, ille ab initio mendax eſt, & in veritate non ſtetit. Me autem ita dicente, omnium luctus laxatur in gaudium. Ipſe etiam infirmus coram nobis aſſurgens, in pedes conſtitit abſolutus. Videns autem hæc omnis populus in cœlum clamore prolato, plaudebat dicens. Gloria in excelſis Deo, qui ſicut quondam paſtores Angelorum lumine, ita nos hodie præſentia Confeſſoris beati clarificauit, & eum nobis adeſſe præſenti virtute monſtrauit. Et ſic à timore inimici omnes erepti, Chriſti præſidio roborati ſunt.

Capvt XXVI.

De Paulo muto.

NEc diſſimili virtute per ipſum Epiphaniorum diem vir beatus apparuit, cùm os muti cuiuſdam E obſtruſum coram populo reſeraurt. Paulus quidam Condatenſis clericus, à natiuitate procedens manus clauſas laborioſo mundo protulit, in vſu laboris iners. Et hoc cur acciderit, verum hic aut parentes eius peccauerint, vt ſic mancus naſceretur, non eſt noſtræ diſcretionis abſoluere. Vnum tantùm ſcimus, quod in eo ſicut & in reliquis infirmis eſt oſtenſa gratia Saluatoris. Nam cùm factus eſſet decem annorum, accreſcentibuſque vnguibus graues dolores manuum pateretur, eoſdémque ferre non toleraret, limina beati Confeſſoris adiit. Ibique diebus multis cum ſumma parſimonia demoratus, digitos directos, manúſque retulit ſanas. Poſt annos autem ferè quinque peſſimum incurrit incommodum, & dum vi nimiæ febris attritus, vocis eloquutione mulctatur, ereptúſque à febre ſine loquelæ officio permanebat. Sed taliter fuerat aditus ora eius obſtructos, vt nec qualitercumque mugitum poſſet emittere : ſed annectens cum corrigia tres tabulas, manu ferebat eaſdem inter ſe collidens, ſonumque quem F ab ore non dabat, tabulis proferebat. Hoc opus viatoribus vtile eſt, cùm vineas ab infeſtantium auium caternis defenſare conantur. Cùm autem veniſſet antedictus ad Sancti baſilicam in ea nocte, in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus fluenta laticum hauriens falerna porrexit, ad beati pedes vigilare diſpoſuit. Tranſacto autem tempore mediæ noctis obdormiuit. Qui cùm neſcio quid per viſum periculi cerneret, pauore conterritus, in hanc vocem primum obſeratum aperuit os, Domine Martine, libera me. Et ſic erumpens ab ore & faucibus eius ſanguis, auditum pariter, & eloquium recepit.

Capvt XXVII.

De muliere paralytica.

G CVm vero interempto Sigiberto Rege, Chilpericus Regnum, exemptus ab imminenti morte cœpiſſet, Ruccolenus cum Cenomanicis grauiter ciuitatem Turonenſem opprimebat, ita vt cuncta deuaſtans, nullam ſpem alimoniæ in domos Eccleſiæ, vel pauperum hoſpitiola relinqueret. Poſtera autem die Legatos ad ciuitatem mittit, vt homines, qui propter culpam minimè nobis incognitam ad Sancti baſilicam reſidebant, extraherentur à clericis : quod ſi differretur fieri, vniuerſa promittit incendio concremare. Et nos hæc audientes, mœſti valde baſilicam ſanctam adimus, & beati auxilia flagitamus. Statimque paralytica, quæ per duodecim annos fuerat contracta, dirigitur. Ipſe vero Ruccolenus vlteriorem ripam aggreſſus, morbo confeſtim Regio ſauciatur, atque ab infirmitatibus Herodianis, quæ enarrare longum videtur, alliſus, & ſicut cera à facie ignis guttatim defluens, quinquageſima die ab hydrope inflatus interiit.

H

Capvt XXVIII.

De muliere cæca.

SEd nec hoc ſilebo, quod illo tempore alueus fluuij nutu Dei vel virtute beati viri abſque pluuiarum inundationibus repletus, hoſtem, ne ciuitatem læderet, tranſire prohibuit. In die autem illa recurrentis ſolemnitatis, qua Dominus pro ſalute mundi propenſius, confuſo proditore diſcipulo, epulum Apoſtolis miniſtrauit, cùm omnes ad Eccleſiam properarent deſiderabilia Domino vota perſoluere, quædam mulier diuturna cæcitate grauata, cùm eſſet in vrbe, flere cœpit, & dicere. Væ mihi, quia cæcata pro peccatis non mereor hanc feſtiuitatem cum reliquo populo expectare. Tunc cum fletu magno ſolo proſtrata, nomen beati inuocat

Confeſſu

A Confeſſoris. Completa autem oratione luci priſtinæ
reſtituitur. Porro recepto lumine, ob reddendas Deo
gratias ad beatam baſilicam cum admirabili oculorum
claritate peruenit. Sed & vnus ex energumenis die illa
Sancti virtute curatus eſt.

Capvt XXIX.

De duobus cæcis.

DVo cæci ex Biturica venientes, areſactis palpe-
bris, & glutino vinctis, ad pedes domini Martini
orantes decubabant. Factum eſt autem in die feſtiuita-
tis ſuæ aſtante populo, dum virtutes de vita illius lege-
rentur, factus eſt ſuper illos ſplendor coruſco ſimilis,
& confractis ligaturis, quæ palpebras obſerauerant, de-
B fluente ex oculis ſanguine, lateque viſu patente, cernere
meruerunt.

Capvt XXX.

De muliere muta.

MVlier quædam, cuius os paruulum nimius dolor
cum febre ligauerat, vt nec linguam regere poſ-
ſet, ſed tantùm mugitum vt animal, non vocem vt ho-
mo poterat emittere, fide inſtigante cum magna animi
confidentia atria boni Confeſſoris ingreditur, ibique
multis diebus reſidens, ſtipem ſimul atque oris aper-
tionem poſtulans, tandem Sancti virtute reſpicitur.
Nam quadam die Dominica dum miſſarum ſolemnia
celebrarentur, hæc in baſilica cum reliquo populo ſta-
bat. Factum eſt autem cum Dominica oratio diceretur,
C hæc aperto ore cœpit ſanctam orationem cum reliquis
decantare. Ipſa autem cum iugo ſeruitutis haberetur
vincta, de rebus beati Confeſſoris redempta eſt. Et nunc
cum vocis officio ingenua perſeuerat.

Capvt XXXI.

De muliere debili.

NEc minori miraculo ſe beatus vir adeſſe inuoca-
tum oſtendit. Abra quædam religioſa, omnem
vſum membrorum, ſola tantùm lingua famulante, per-
diderat. Nam cùm manibus ſimul ac pedibus contra-
ctis iaceret, & die noctéque flagitaret auxilium, viſum
eſt ei quadam nocte veniſſe ad ſe ſenem, qui molli ta-
ctu membra eius cuncta tractaret. Expergefacta mane
ſentit pedes cum vna manu redditos ſanitati. Alia vero
D die admonita per ſoporem ad beatam baſilicam nihil
retardans proficiſcitur. Nox autem illa erat vigilia tran-
ſitus Confeſſoris. Mediæ autem noctis tempore tranſa-
cto, vigilans neſcio quo terrore concutitur, & ſubito
manus eius contracta dirigitur. Stupente autem populo,
cuncta quæ prius pertulerat, narrabat, cognoſcens ipſius
eandem fuiſſe virtutem, prius in illa erectione pedum,
quæ nunc in manus ſuæ directione clarebat.

Capvt XXXII.

De oleo ad ſepulchrum eius creſcente.

CVm talia miracula quæ ſcripſimus, quotidie cer-
namus, quid illi miſeri ſunt dicturi, qui Seuerum
in vita ſancti Antiſtitis mentitum eſſe pronuntiant?
Nam audiui quendam nequam, vt credo, ſpiritu reple-
tum, proloquentem, non potuiſſe fieri, vt oleum ſub E
Martini benedictione creuiſſet. Sed nec hoc, quod ela-
pſa ampulla ſuper ſtratum marmoris corruens, perſti-
tiſſet illæſa. Quod ergo nuper actum eſt, multos in te-
ſtimonium exhibens, declarabo. Quidam de diaconis
noſtris malè à quartani typi febre cruciabatur. Quem
cùm plerumque arguerem, cur ſegnis ad baſilicam San-
cti non proficiſceretur, nec ex corde oraret, vt ei vir-
tus Pontificis ſubueniret, tandem à nobis compulſus
ad beatum tumulum prouoluitur tremens. Dehinc cùm
pauliſper ignis febrium quieuiſſet, rogat ſibi exhiberi
ampullam roſaceo oleo ſemiplenam. Iam enim ad ipſam
febrem ex illo, licèt parum profeciſſet, multum tamen
expenderat, & erat media. Perungénſque ab hoc liquo-
re frontem & tempora, poſtulat vt & vaſculum ſecus
beati tumulum poneretur. Quarta vero die cùm eum
febris vrgeret, baſilicam petit, prouolutúſque diutiſſi-
mè orauit. Apprehenſam autem ampullam, quam reli- F
querat mediam, inuenit plenam, admiranſque virtutem
beati Antiſtitis, eam domum cum timore & veneratio-
ne reportat. Ex qua rurſus cùm eſſet perunctus, proti-
nus omnis ardor quieuit incommodi, nec ab eodem vl-
tra confractus eſt. Quid etiam ab eadem ampulla poſt
hæc actum ſit, non ſine graui ſuſpirio, atque miraculo
memoramus. Nam cùm in antedicti diaconi hoſpitio-
lo de pariete penderet, incurſantibus inſidiis inimici,
percuſſa eſt, atque in fruſta decidit comminuta, effu-
ſumque oleum velociter terra abſorbuit. Tamen puer
qui aderat cùm vidiſſet factum, accepto vaſculo, ipſam
terram exprimens parumper olei elicuit, totámque
quæ effuſa fuerat cum effracto vitro colligens, nobis
exhibuit. Quod accipiens, diligenter in vaſculum alte-
rum tranſmiſi. Erat enim menſura olei quaſi dimidij
calicis paruuli, & tamen in vaſculo duorum digitorum
tantùm altitudinem fecit. In craſtinum autem proſpi-
ciens, erat altitudo olei quatuor digitorum. Obſtupe-
factus ergo ad virtutem ſancti liquoris hoc ſignaculo G
meo munitum atque coopertum reliqui. Poſt dies au-
tem ſeptem iterum proſpiciens, plus ibi quàm vnum
ſextarium reperi. Aduocans autem diaconum, & hoc ei
oſtendens admirabar. Ille vero affirmabat cum iura-
mento, tantum tunc in effracta periiſſe ampulla, quan-
tum tunc in iſta cerneretur. Quæ vſque hodie in Dei
nomine beneficium petentibus præſtat. Ipſe quoque
poſteà ab hoc vnguento ſimilem infirmum perungens,
oleo creſcente ſanauit, & multos deinceps per illud ſa-
nitati reſtituit.

Capvt XXXIII.

De Alomere contracto.

PRoſerat & Andegaua regio miraculum ſuum, de
qua Alomeris quidam procedens cum contractis
pedibus ac manibus, lingua etiam debili, beati Con- H
feſſoris templum expetiit. Vbi cùm tota quadrageſima
reſediſſet aſſiduè orans ac deprecans, vt eum virtus ſan-
cti Antiſtitis viſitaret, aduenit dies illa Dominica ante
ſanctum Paſcha, in qua Dominus Ieſus ſtratas ab arbo-
rum ſoliis vias incedens, Hieroſolymam venit, turba
proſequente, ac clamante, Oſanna, benedictus qui ve-
nit in nomine Domini. Illo ergo die cùm ſero iam fa-
ctum eſſet, & ipſe ſolus à foris ante tumulum decuba-
ret, ſubito factus eſt in extaſi: & pauore perterritus
iacebat vt mortuus. Qui cùm (vt ipſe referet) per dua-
rum horarum ſpatium aut amplius fuiſſet oppreſſus,
tanquam de ſomno euigilans, ſubitò ad ſenſum ſuum
reuertitur. Eleuatúſque ſurſum, ſanum ſe eſſe miratur.
Ibique tota nocte vigilans, mane nobis quæ acta ſunt,
ore proprio reſerauit. Clericúſque factus incolumis ad
hoſpitiolum ſuum rediit.

CAPVT XXXIV.

De Clerico cæco.

DEnique eodem anno cùm feſtiuitas, quæ in æſtiuo celebratur, deſiderabilis populis aduenisset, clericus quidam, cuius oculum nubes tetra contexerat, ac ne lumen videre poſſet arcebat, ædem beati Confeſſoris adiuit. Vigilata cum reliquis nocte, illuceſcente cœlo, dum de baſilica proceſſit, viſum quem olim perdiderat, reperire meruit. In eadem vero feſtiuitate tres energumeni multùm ſe collidentes, ad beatum Antiſtitem declamantes, fatentes crimina, & vt ſibi Sanctus parceret deprecantes, tandem virulentum neſcio quid ex ore proiiciunt, & ſic virtute Sancti mundati ſunt.

CAPVT XXXV.

De Carcerariis dimiſſis.

IN proximo autem poſt tertium de feſtiuitate diem erant quatuor vincti in carcere. Cúmque eos ſæuitia iudicis ita conſtringeret, vt nec neceſſaria vlli præbere liceret. Antiſtitis beati præſidia corde precantur. Dum hæc igitur deuotè agerent, medio die ſubito ſcinditur trabs, qua pedes eorum concluſi coarctabantur, confractiſque catenis liberatos ſe ſentiunt. Nec mora oſtium petunt, quo aperto, Eccleſiam Sancti nemine prohibente ingreſſi ſunt. Cuſtodes autem in tantum obſtupefacti fuerunt, vt nec verbis eos quidem increpare præſumerent. Qui etiam ſequentes eos, cum eiſdem in Eccleſia ſe abdiderunt. Illi autem maximas gratias Deo referunt, quod eos obtentu Pontificis dignatus fuerit liberare.

CAPVT XXXVI.

De pignoribus quæ Leonaldus Epiſcopus detulit.

MVlti etiam fide pleni reliquias beati viri portantes, virtutes multas experiuntur. Nam Leodonaldus Abrincantinæ ciuitatis Epiſcopus, ſancti Domini reliquias per presbyterum ſuum deuotus expetiit. Quibus acceptis, cùm terminos antedictæ ciuitatis egreſſus fuiſſet, occurrit ei adhuc in deſerta poſitus paralyticus deferentium illatus manibus. Oſculato autem fideliter velo, quo capſa ſanctorum cooperta erat, mox in pedes conſtitit, ac propriis greſſibus domum regreſſus eſt. Hæc enim agis, beatiſſime Confeſſor, nec tibi ſat eſt propriam ædem exornare prodigiis, niſi etiam diuerſos ſaltus, quos pedibus non adiiſti, virtutibus tremendis illuſtres. Sed & deinceps cæcus quidam adminiculo deducente, in occurſum earum velociter properat. Adueniens autem, quando beati pignora in ſanctum locabantur altarium, expedita ſolemnitate, viſum recipere meruit oculorum. Sed & alia nihilominùs mulier, quæ diu muta fuerat, ſermonis vſum recepit.

CAPVT XXXVII.

De Energumeno ſanato.

HIs etiam diebus ad beati viri baſilicam quidam ex energumenis cum multis ſe cruciatibus dæmonum perferre declamaret, & ſe acquiſitum vaſculum per beatum Antiſtitem fateretur, deiectus in terram, ſanguinem fœtidum per os cœpit eiicere. Qui duarum ferè horarum ſpatio iacens, expulſo dæmone purgatus ac erectus eſt.

CAPVT XXXVIII.

De puella muta.

PVella quædam paruula indigena Turonicæ ciuitatis, ab vtero matris ſuæ muta proceſſit. Cuius os in tantum obſeratum fuit, vt nec illas, quæ cunabulorum tempore eduntur voces, poſſet emittere. Mater vero de tam triſti fœtu anxia, cùm lugeret aſſiduè, commouetur per viſum, vt beati Præſulis ſepulchrum adiret. Quæ excitata, ad templum Sancti cum puellula pergit intrepida. Expoſitáque ante ſepulchrum Sancti, cùm diutiſſimè oraſſet, iterùm eam ſecum aſſumit. Accenſo vero thymiamate, cùm ea deſuper retineret, interrogat eam, ſi bonum ei odorem faceret. Illa reſpondit, bonum. Hanc primam vocem filiæ mater mæſta cognouit. Impoſita vero ori eius aqua, quam quondam de fontibus acceperat benedictis, interrogat iterum, qualem ei ſaporem præberet. Illa reſpondit, bonum. Tunc mater cum gaudio ſoſpitem domum refert, quam triſtis ad beati tumulum fide fida detulerat.

CAPVT XXXIX.

De his quæ Aridus Presbyter pro benedictione portat.

ARidus vir religioſus ex Lemouicino cauſa tantum deuotionis Turonum aduenit, & beatum ſepulchrum orando deoſculans, ad monaſterium ſanctum amne tranſito peruenit. Qui dum ſingula loca viſitaret, quæ vir beatus aut orando, aut pſallendo ſanctificauerat, ac vbi vel feſſo corpori ſomnum, vel inedia deficienti cibum præbuerat, dum cuncta circuit, cuncta peragrat venit ad puteum, quem ſanctus Dei proprio labore patefecit, fuſaque oratione aquam haurit, impoſitamque in ampulla, domum regrediens deportauit. Cúmque exinde infirmis multas tribueret ſanitates, quadam vice Rinoſcindus pater eius vi febrium impulſus, decubuit lectulo. Octaua vero die cùm iam oculis clauſis in hoc iaceret, vt ſpiritum exhalaret, atque omnis familia perſtreperet, & mortem condolens patroni vel funeri neceſſaria præpararet, venit in mentem presbytero, vt de aqua beati putei in ore defuncturi guttam inferret. Quæ illata vbi primùm os eius tetigit, mox oculos ægrotus aperuit, abſolutáque etiam lingua rogat, ſibi adhuc exinde miniſtrari: acceptóque calice vt bibit, ſtatim omnis febris effugit. Et ſic admirante familia, ſanus in lectulo, in quo iacebat, erectus eſt.

CAPVT XL.

De Siſulfo manco.

VEtùm iſtud miraculum, quod nuper apparuit, quis poterit enarrare, cùm aſſumptus Sanctus Dei adhuc prædicator habeatur in mundo? Qui ſi ſe palàm populis oſtentare nequeat, iugiter ſe patefactis virtutibus manifeſtat, dum cæcos illuminat, dum paralyticos ſanat, dúmque & reliquos ægrotos priſtinæ ſoſpitati reformat. Sed ego, vt ſæpe teſtatus ſum, indignum me cenſeo tanti viri ſigna depromere. Tamen quis audax audeo veniam peto legenti. Quia enim me impulit amor patroni, & quia eſſe adhuc eum denuntiaui prædicatorem, dicam quid contigerit nuper. Siſulfus ex Cenomanicis pauperculus dum in hortulo ſuo meridie obdormiſſet, neſcio quid nequitiæ perpeſſus eſt. E ſomno autem exiliens, in volam digitis cum magno dolore perpeſſus, rurſum ſoluitur in ſoporem. Et vidit per viſum, & ecce vir ſtabat ante eum nigris veſtibus, cano

autem

autem capite. Qui conuerſus ait, Quid ſic, inquit, in fletibus commoueris? Et ille. Ecce venerabilis domine, dum parumper obdormiui, cum dolore expergefactus opus manuum meatum perdidi, & neſcio quid ſceleris commiſi. Tunc vir, illi, tanquam diſcipulis Dominus de cæco nato, quia neque ille peccauerat, neque parentes eius, ſed vt manifeſtaretur opus Dei in illo, ait: debilitas tua tormentum indicat populi delinquentis. Vade ergo nunc per vicos & caſtella, & ad ciuitatem vſque pertende, & prædica, vt ſe omnis homo a rapinis, & vſuris abſtineat, & nullum opus in ſolemnitatibus myſticis agat. Ecce enim coram Domino in lachrymis decumbentes veniam pro populo deprecantes, & adhuc ſpes eſt obtinendi, ſi emendatio ſubſequatur in plebe. Nam hoſtilitates, & infirmitates, & alia multa mala, quæ perfert populus, indignationem Domini commouent. Et ideo nuntia velociter, vt ſe emendare ſtudeant, ne crudeliter in ſcelere ſuo depereant. Tu vero his peractis, quæ imperaui, Turonum ad baſilicam propera, ibique te viſitabo, & obtinebis apud Dominum vt ſaneris. Cui ille, dic mihi, quæſo, domine, quis eſt, vel quod eſt nomen tuum? Cui vir, ego ſum, inquit, Martinus ſacerdos Turonenſis. In his Sancti verbis pauper ſurrexit à ſomno, apprehenſoque baculo, iter imperatum aggreditur, & quæ ſibi fuerant imperata, populis nuntiauit. Menſe autem ſeptimo poſtquam hæc acta ſunt, beatam baſilicam adiit, ibique proſtratus per triduum, quarta die à Sancti virtute viſitatus eſt. Iam enim computruerat in eo caro, vel nerui palmarum, qua de cauſa detinebatur. Et cùm digiti eius directi fuiſſent, ſanguis ab eiſdem erupit. Sed eis omnibus medicatis, ore proprio quæ recolimus enarrauit.

Capvt XLI.

De cæco illuminato.

FAcis ergo beatiſſime Confeſſor tuo more, propitians iniquitatibus populi, & ſanas languores omnium, cunctoſque fideliter inuocantes tuis medicamentis illuſtras, nec fraudas extraneus, quod propria libenter indulges. Homo ergo incola territorij Turonici, annorum quaſi viginti quinque cùm à febre lippitudinis grauaretur, decidentibus cataractis, obſtrictiſque palpebris valdè cæcatus eſt. Super quod malum adiiciebatur & illud, quod à fuſte percuſſus, dirupto viſu, vnus ei crepuit oculus. Iam enim per vigintiquinque annos in hac cæcitate vixerat. Admonitus ergo per viſum ad beati tumulum venit, vbi orationi incumbens, die tertia vnius oculi lumen recepit. Dehinc animatus hoc medicamine, attentius cœpit orare. Quarto autem die oculus, qui crepuerat, reformato viſu aperitur. Qui licèt non tam clarè cernat, quàm alter, luminis tamen beneficium præſtat.

Capvt XLII.

De manu hominis contracta.

DEbilis quidam, cuius manus contracta diriguerat, dum in atrio, quod ante beati ſepulchrum habetur, oraret intentè, in ſancta eius vigilia viſitatus eſt, directiſque digitis manus eius ad vſum priſtinum reſtituta conualuit.

Capvt XLIII.

De puerulo ſanato.

QVoties hic prophetarum, & ſublimiora virtutes virorum, quas olim geſtas legimus, renouari miramur? Sed quid inquam? Quod multi fecerunt viuentes in ſeculo, hic ſolus renouat quotidie etiam poſt ſepulchrum. Quid ergo agimus? quid ſilemus? quid occultamus pauci, quod populi declamant? Multine diutius in hac ſtatione morabimur? Proferamus Heliſeum ſeculo noſtro, qui cadauer defuncti viuum remiſit à monumento. Id quoque beatus Confeſſor, nobis præſentibus, operatus eſt. Quæ enim cauſa fuerit, adiutorium indiuiduæ Trinitatis efflagitans, explicabo. Puer genitus, lacte materno deficiente, nutrici ad alendum datur, quæ hoc liquore ſterilis dum non copiosè, vt illi ætatulæ opportunum eſt, lactis alimentum miniſtrat, cœpit qui proficere debuerat, die prætereunte decreſcere, & ita minui, vt nihil in eo amplius, quam pellis tenuis, quæ eius oſſula ſola contegeret, remaneret. Qui, matre mortua, vnum propè in hoc caſu duxerat annum. Erat enim vnicus patri, & de vxoris dilectione quoddam memoriale. Cui, victu, vt diximus, minuente, iam deficienti ex inedia febris acceſſit. Vt autem hic eum feruor attigit, concurrit pater ad Eccleſiam, ne proles abſque baptiſmi regeneratione moreretur. Qui baptizatus, nec confortatus corpore præter ſpiritale remedium, iam ſuffoſſis oculis, palpebriſque laxatis atque demiſſis, nullum iam flatum ſpiraminis habens, ſuper beatum ſepulchrum, patre eiulante deponitur. Nec defuit virtus illa cœleſtis, quæ quondam paruulum inter manus Confeſſoris beati viuificauit. At vbi primùm eius veſtimentorum coopertorium tumuli attigit, illicò paruulus reſpirauit. Mirum miraculum videres pallentes genas gradatim virtute diuina inſiſtente rubeſcere, & ſopitos oculos in lumine rediuiuo laxari. Tunc à Sancto viuificatus, & à patre receptus, ſoſpes vſque hodie in teſtimonium virtutis habetur.

Capvt XLIV.

De alio cæco illuminato.

SEd & de Pictauo quidam cæcus per ſex annos lumine viduatus, triduana proſtratione ad beatum tumulum orans, lumen, quo diu caruerat operante ſolita virtute, recepit. Actum eſt autem hoc per feſtiuitatem ſancti patroni, in qua Merouēus Pictauus Antiſtes aderat, non immerito Hilarij beatiſſimi diſcipulus prædicandus. Qui, ſolemnitate expleta, cum illuminato conciue gaudens, remeauit ad propriam vrbem.

Capvt XLV.

De duobus puerulis ſanatis.

APud Vultaconum quoque vicum Pictauienſem, dum duo pueruli nocte Dominica in vno ſtratu quieſcerent, viſum eſt eis, quaſi ſignum, quod matutinis commoueri ſolet, audiſſent. Cùmque in atrium Eccleſiæ perueniſſent, inuenerunt ibi choros mulierum canentium. Exterritique valdè cognoſcentes cæterum eſſe dæmoniorum, dum ad terram corruunt, nec in ætate infirma ſigno ſe ſalutari præmuniunt, vnus lumine, alius lumine & greſſu mulctatur. Cùmque multorum annorum curriculo in his infirmitatibus grauarentur, vnus, qui tantùm lumine caruerat, ad beati Martini baſilicam deuotè veniens, vt orationem expleuit, ſtatim viſum recepit. Alius in eodem ſancto loco lumine recepto, ad propria rediens, adhuc debilis claudicabat. Veniénſque ad cellulam Condatenſem, in qua lectus Beati viri, habetur, dum ibidem nocte Dominica vigiliæ celebrarentur, ſubito orante populo, ſenſit diuinam virtutem adeſſe: Et ſpectante plebe ſuper terram ſe trahens, contra parietem erexit, in quo feneſtra retinetur, quæ fuit quondam Beati cor-

A poris porta. Et orans, atque præ gaudio lachrymans, integræ ſanitati reſtituitur, nec vlterius vllam pertulit de malis infirmitatibus grauitatem.

Capvt XLVI.

De claudo directo.

PVerulus quidam Leodulphus pede ſiniſtro debilis, dum cum reliquis petentibus ſtipendia quærendo circuiret, Turonum aduenit. Et parum remoratus, iter quod agere cœperat, conatur explere. Et progreſſus claudicando cum ſatellitibus, decimo ab vrbe milliario vi doloris opprimitur. Relictus vero à ſociis ſolus ſuper ripam aluei eiulabat, multis ad feſtiuitatem concurrentibus proclamans & dicens : Væ mihi quia ſolem-
B nitatem glorioſi viri ſpectare nolui, ideò me virtus eius allidit. Qua de re rogo vos, fideliſſimi Chriſtiani, qui Deum timetis, ſubuenite ignorantiæ meæ, ſubuenite oppreſſo & debili, & ſi timor Dei mouet, me vſque ad ſanctum locum deportate. Igitur cùm hæc multis prætereuntibus imploraret, quidam plauſtro ſuo ſuperpoſitum vſque ad Sancti Baſilicam duxit. Vbi triduanam orationem continuans, redintegratis pedibus, incolumis abſceſſit.

Capvt XLVII.

De Contracto, quem bos trahebat.

ERat quidam Contractus, qui in ſimilitudinem Eremitæ, cui bos quondam ſolatium fuit, bouem vnum habebat. Qui plauſtro coniunctus per domos
C trahebat, ſtipem poſtulantem deuotorum. Igitur cùm imminente feſtiuitate Pontificis Turonum aduenisset, proſtratus coram ſepulchro, & orationi incumbens, beati Antiſtitis auxilium flagitauit, deportatúſque iterum a ſuis ante ſanctam abſidem tumuli ponitur. Cúmque expletis miſſis, populus cœpiſſet ſacroſanctum corpus Redemptoris accipere, illico diſſolutis nodis, qui genua nexa tenebant, in pedes erigitur. Admirantibus cunctis, gratias agens, proprio greſſu vſque ad beatum altarium, nemine ſuſtentante, proceſſit, ſanus deinceps degens.

Capvt XLVIII.

De eo, qui manus ac pedes contractos habebat.

D EX pago autem Carnotenſi, qui in Andegauo territorio habetur, vir quidam nomine Floridus, manibus pedibúſque contractis, ad ſanctam cellulam Condatenſem, de qua beatus Confeſſor ad Chriſtum migrauit, allatus eſt. Vbi dum in vigiliis & oratione paucis diebus vacare ſtuduit, omnis ægritudo à corpore eius fugata diſceſſit. Sicque directus incolumis ad propria remeauit.

Capvt XLIX.

De eo, qui contractum brachium detulit.

VEnerat dies feſtus ſolemnitatis Beati, in qua caterua populorum multa conuenerat, & ecce debilis quidam contracto brachio affuit. Dumque beatum ſepulchrum labiis oſculans, lachrymis rigat, mox beati Confeſſoris auxilium implorans, fide non diffiſus ſolitum præſtolatur auxilium. Denique ſacerdotibus qui
E aduenerant, ad agenda ſolemnia procedentibus, cum lector, cui legendi erat officium, aduenisset, & arrepto libro, vitam Sancti cœpiſſet legere Confeſſoris, protinus directo brachio ſanus erigitur, & ſpectantibus cunctis, præſidia, quæ fideliter petiit, impetrauit.

Capvt L.

De cæco illuminato.

SIc & cæcus in eadem feſtiuitate implorans receptionem viſionis, vt pallam attigit, quæ foris ad pedes Sancti de pariete dependet, mox erumpente à palpebris ſanguine, teſte populo viſum recepit.

F

Capvt LI.

De Dyſentiricis.

CVm autem morbus illa Dyſentericus cum occultis puſtulis multas attereret ciuitates, ac inter reliqua loca vrbs Turonica grauius laboraret, multi abraſo à beato tumulo puluere hauſto ſanabantur. Plerique de oleo, quod inibi habetur, delibuti liberabantur, fuitque nonnullis remedium aqua illa, vnde ſepulchrum ablutum eſt. Ante Paſcha igitur, cùm multis multa tribuerentur beneficia, vidi vnum in deſperatione à dyſenteria iacentem. Qui ad baſilicam ductus, cùm aliis vigilias celebrantibus, noctem inquietam duxiſſet, diluculo accedens ad tumulum, potato cum vino puluere, ſanus rediit è ſepulchro.

G

Capvt LII.

De alio humore graui ſanato.

ALter quoque arreptus à febre valida, deiiciens ore venenum, & per inferiorem partem extra modum ſolutus, lectulo decumbebat. Igitur craſſante veneno, laboranti oritur vulnus in inguine, & incredibili modo mouet ſe viſibiliter vſque ad plantam. Erat enim in magnitudine oui anſerini. Deinde ſurſum petens, cum nimio dolore diſcurrit per latera, per brachia, & vſque ad ceruicem progreditur; deinde per aliud latus ad plantam vſque ducitur, exinde retrorſum reuertens, ad locum vnde primo ortum fuerat venit. Cúmque taliter per membra vagaretur ægroti, quo miſer tendere, quid ageret neſciebat, niſi tantùm voces fletibus dabat. Exigebat enim dolor gemitum, cùm in vno corpuſculo
H tanti dolores irruerent. Tandem cum hæc nobis nuntiata fuiſſent, illico ſolitam theriacam à vero requiro medico, ex quo vitam moriturus haberet, ſuadeo fidenter puluerem aſſumi de tumulo. At Satellites cum magna feſtinatione currentes, eleuatum puluerem monumenti deferunt ad ægrotum, delibutúmque cum vino bibendum porrigunt. Quo hauſto, ita omnis dolor fugatus eſt, vt ipſa hora redderetur incolumis.

Capvt LIII.

De reintegrato.

SIne numero populi talia audientes, de longinquis regionibus beata expetunt præſidia Confeſſoris. In quo illud eſt præ cæteris admirandum, qualiter

ſenſus

A ſenſus hominum diaboli arte fraudatus reſtituatur. Quidam ergo Baiocaſinus ciuis, dum vino nimium hauſto turbatus per viam incederet, ſubito diuerſis flantibus ventis puluis campi commouetur, & mixtus, vt ſolet, cum ſtipulis in ſublime leuarent, ſitque totus aëre vna nubes pulueris, & hoc hic opertus, amiſſo ſenſu, illico decidit. Igitur poſt paululum à ſuis inuentus domum turbulentus adducitur. Hinc effrenis factus conatur fugere, nemine perſequente. Quid plura? Arctatur vinculis, conſtipatur cathenis, & in cuſtodia detinetur. Qui dentibus fremens ob negatam ſibi libertatem, propriis ſe morſibus lacerabat. Dum autem hæc agerentur, admoniti parentes ad Beati eum baſilicam perduxerunt. Ita ad longum tempus oratione facta ſanus abſceſſit, vouens vt ſingulis annis veniens, vota ſancto redderet Confeſſori. Deinde ad monaſterium ſibi proximum humiliatis capillis ac presbyter ordinatus, cæpit Deo ſtrenuè ſeruire, non tamen reddens quæ promiſerat beato Pontifici. Quarto igitur anno data,
B vt credo, iterum inimico in eum poteſtate, ruit in rediuiuam amentiam, & conſtrictus, vt fuerat prius, cathenis, ad ſanctam reducitur ædem. Vbi per ſex dies, & eo amplius degens in vigiliis & orationibus, & reddens quæ prius ignauè fraudauerat, ſanus domum regreditur. Sed peccatis facientibus, iterum vino ſæpius madefactus in eadem tribulatione obiit.

Capvt LIV.

De puella Luxonica cæca.

SI ſingula quæque vel quæ aguntur, vel quæ acta ſunt proſequamur, magnum cumulum congerimus de mirabilibus Confeſſoris. Puella vero ex Leſuenſi iam adulta, lumen amiſit oculorum. quæ Sancti limina adiens, per omne tempus feſtiuitatis orabat humo pro-
C ſtrata. Tertia autem die poſt ſanctam feſtiuitatem, cùm ſui eam redire vrgerent, rogat ſe ad ſepulchrum Beati deduci. Ibique iterùm proſtrata, de palla, quæ ſanctum tegit tumulum, oculos abſtergens, & valedicens diſceſſit. Cúmque iam in naui aſcenderet, ait. Gratias tibi ago beate Confeſſor, quod ſi videre non merui tua ſancta limina, vel tactu præſenſi. Cùm igitur hæc cum lachrymis edidiſſet, tergens oculos lumen recepit, & conuerſa ait: forſitan hæc eſt beata baſilica? Cui qui propinqui erant, itaeſſe aiunt. Tunc illa, Non reuertar, inquit, niſi gratias pro accepta ſanitate referam patrono. Redeuntem autem, & in laude Antiſtitis declamantem multi viderunt. Quæ completa oratione gaudens abſceſſit.

Capvt LV.

D *De puerulo manum contractam habente.*

IN eadem vero feſtiuitate alius de Senonico puer manum aridam detulit. Poſt quartam autem diem feſtiuitatis beatæ, dum ſtans ad pedes oraret, ſpectante populo directi ſunt digiti eius. Vidit omnis conuentus plebis magnalia Dei, qualiter inficiebatur manus à ſanguine, aſcendebàtque gradatim per arentes venas, & ita erat manus bibula, vt putares ſpongiam diu aridam lymphis iniectam, ſitienter haurire liquorem. Repletis ergo venis, roboratiſque neruis, ac rubente cute pallida, manum retulit ſanatam.

Capvt LVI. E

De muliere quæ contractis in palma digitis venit.

PAri quodammodo ordine Pictauienſis mulier meruit obtinere medelam. Nam hæc contractis in volam digitis, vnguibúſque defixis in ipſius vt ita dicam, oſſibus, tota iam manu putrefacta, venit ad Sancti feſtiuitatem deuota, optabilem expectans medelam. Igitur ſpectata ex more ſolemnibus Sancti diebus, dicit ſuis. Integro quidem corde ad depoſcendum Beati præſidium venimus, ſed obſiſtentibus peccatis, non meruimus quod petebamus accipere. Conſummata ergo nunc oratione, reuertamur ad patriam, fidentes de bonitate Præſulis, quod corpori imbecilli proſit ani-
F mæ fidelis oratio. Hæc & his ſimilia agens, quaſi Sancto valedicens diſceſſit. Vigente quoque in veſperam die, prope amnis Cari ripam accepit manſionem. Ad medium autem ferè noctis expergefacta, gratias Deo refert, quod viueret, quod eſſet, quod vigeret, vel quod beati Pontificis tumulum tetigiſſet. Quæ cùm maximo fletu proferret, iterùm obdormiuit. Et ecce vir crine cygneo, indumento purpureo, Crucem geſtans manu, ſtans ante eam ait. Nunc ſana eris in nomine Chriſti Redemptoris noſtri. Et apprehenſa manu eius, miſit digitos ſuos inter digitos illius, qui clauſerant palmam, & paulumper mouens, direxit eos. Dum hæc in viſu videret euigilans, defluente adhuc ſanguine, ſanam eleuauit manum in Dei laudibus. Diluculo autem egreſſa ad baſilicam, impleta gratiarum actione rediuit.

Capvt LVII. G

De ea, quæ dum in feſtiuitate S. Ioannis operabatur debilitata eſt.

IN feſtiuitate vero beati Ioannis cùm populus ad miſſarum ſolemnia conueniret, mulier quædam accepto ſarculo, agrum adiit, vt ſcilicet euulſa mali ſeminis zizania, meſſem ſolam purgaret. Cúmque operari cæpiſſet, protinus manus eius diuino igne ſunt apprehenſæ. Facies quoque eius quaſi emittens flammas, tota veſicis ac puſtulis ebulliuit. Vrebatur miſera non minus pudoris dolore, quàm corporis, quando ea quæ clam geſſerat, inuita prodebat. Dehinc vociferando atque eiulando, beati Martini baſilicam velociter expetiuit. Ante cuius ſepulchrum in hoc tormento per quatuor menſium ſpatia proſtrata, reſtincto omni vapore in integritate corporis ſolidata eſt. Erat enim ancilla cuiuſdam ciuis Turonici, qui medietate pretij con-
H ceſſa, aliam requiſiuit.

Capvt LVIII.

De cæco & contracto.

PVer Pariſiacus, cuius artis erat veſtimenta componere, increſcente melàcholia, decocti ſanguinis fæce quartanarius efficitur, atque efferueſcente humore, ita omne corpus eius minutis puſtulis coarctabatur, vt à quibuſdam leproſus putaretur. Sed & per omnia membra dolores peſſimos ſuſtinebat, amborum oculorum luce mulctatus. Igitur audita beati Antiſtitis fama, & virtute vbique vulgata, Turonicam expetiuit ciuitatem, accedénſque ad baſilicam Sancti, per dies multos ieiunans & orans, recepto lumine, priſtinæ reſtituitur ſanitati. Erat enim ingenuus genere. Audiens autem Leodactus, qui tum Turonicum gerebat Comitatum, quod

A talis erat artifex, calumniari cœpit dicens: refuga es dominorum nec tibi licebit vltra per diuerſa vagari, & vinctum in domum ſuam cuſtodiendum dirigit. Sed nec ibidem defuit virtus Angelici Confeſſoris. Nam cùm comprehẽſus fuiſſet, ſtatim ab infirmitate qua caruerat, coarctatur; & cùm peſſimè ageret, videns Comes nihil ſe in eum, præualere poſſe, laxatum à vinculis liberum abſcedere iubet. Ille verò ad baſilicam regreſſus, ſanatus eſt denuo.

Capvt LIX.

De ea quæ poſt ingenuitatem eſt vendita.

SImile eſt & illud, quod mulier poſt emeritam libertatem rurſum à patroni filiis Barbaris venundatur. Sed virtus Sancti, quo facilius defenſaretur, contractis
B ad plenum debilitatur membris. Nam & poplitum ita nerui retorti ſunt, vt ſubtus crura contingerent. Tunc relicta à dominis, quibus fuerat iniquè diſtracta, patrocinia beati expetit Confeſſoris. Ad cuius ædem non multo tempore commorata, libertati in ſoſpitate donatur.

Capvt LX.

De oculorum & capitis mei dolore.

ET quia prior libellus ab eo tempore initiatus eſt, quo Paolinus reliquit, & ſub quadraginta capitulis conſtabat impletos, deſtinaui hunc incæptum ſub ſexaginta complere. Sed vt beatus Martinus, qui viduatus ab hoc mundo virginitatis cuſtodiuit integrum decus,
C martyrium quoque & occultis inſidiis & publicis iniuriis triumphaliter impleuit, ita etiam cui aderat corona trigeſimi & ſexageſimi, centeſimo fructu in his centum virtutibus auctus eſt. Spes autem mihi erat non fruſtrari à voto, quod in octo annis Domino iubente compleui, ipſum ſcilicet librum à virtute ſuper me facta cæptum in me iterum finire. Quod non ſine prouidentia diuinitatis eſſe arbitror factum, vt ab eum noſceretur, à quo legitur cæptus. In quo cùm quinquaginta nouem virtutes deſcripſiſſem, & ſexageſimam adhuc attentius præſtolarer, ſubito mihi ſiniſtrum capitis tempus arctatur doloribus, & pulſantibus venis, defluentibúſque lachrymis, tantus imminebat cruciatus, vt oculum vi comprimerem ne creparet. Quod dum per vnam diem ac noctem grauiter ferrem, mane adueniens ad baſilicam Sancti, orationi proſternor. Qua expleta, doloris locum velo, quod ante beatum dependebat ſepulchrum, attigi. Quo tacto, protinus & pulſus venarum, & lachrymarum fluxus ſtetit.
D Poſt triduum vero dextram capitis partem ſimilis tetigit dolor. Pulſabant venæ, atque vbertim lachrymæ defluebant. Iterùm mane conſurgens pari vt prius modo, contacto velo, capite ſanus abſceſſi. Tranſactis vero decem diebus, viſum eſt mihi minuere ſanguinem. Tertia autem die poſt ſanguinis diminutionem, ſubiit mihi cogitatio (vt credo) per inſidiatorem iniecta, quod hæc, quæ pertuleram à ſanguine eueniſſent. & ſi vena protinus fuiſſet inciſa, confeſtim iſta ceſſaſſent. Dum hæc cogito, ac reuoluo, amborum temporum venæ proſiluere, renouatur dolor qui prius fuerat, & iam non vnam partem capitis, ſed totum arripuit caput. Commotus ergo doloribus, ad baſilicam propero, ac pro cogitatione praua deprecans veniam, palla, quæ beatum operit ſepulchrum, caput tetigi. Mox dolore ſedato ſanus receſſi de tumulo.

Multa quidem ſunt & alia, quæ vir beatus quotidie operatur, quæ inſequi longum eſt. Tamen ſi adhuc meremur videre miracula, placet ea alteri coniungi libello. Nam, vt diximus, hi duo libelli in hoc numero teneantur. Ego quoque pietati Dominicæ maximas refero
E gratias, quod mihi per ſuffragium Antiſtitis glorioſi conceſſum eſt, quæ in initio promiſi vſque ad finem perducere poſſe, deprecans, vt quod ſæpe Confeſſor tribuit populis, mihi peccatori largius indulgeat, purgérque à me morbos, quos ſæpe conſpicit, & intendit, reſtituátque mihi lumen veritatis, eruat me ab infidelitatis lapſu, mundet cor & mentem à lurida lepra luxuriæ, purget cogitationes à concupiſcentiis prauis, atque omnem à me facinorum molem diluat, atque proſternat: vt cùm in Iudicio in ſiniſtra parte fuero locatus, ille de medio hædorum ſacroſancta dextra dignetur abſtrahere, reſeruatúmque me tenens poſt tergum, ſententiam iudicis præſtoletur. Cúmque eo iudicante fuero flammis infernalibus deputatus, ſacroſancto pallio, quo ille tegitur in gloria, me contectum excuſet à pœna, dicentibus Regi Angelis, quod quondam de monacho reſuſcitato dixerunt. Iſte eſt pro quo Martinus
F rogat: fiátque, vt quia non mereor illa claritate veſtiri, vel ab irruentibus Tartarorum miniſtris merear liberari: nec tantùm mihi noxa præualeat, vt me ſeparet ab eius Regno, quem fideliter ſum confeſſus in ſæculo.

INCIPIT LIBER TERTIVS

PROLOGVS.

TERTIVM, ordinante Chriſto, libellum de virtutibus beati Martini ſcribere incipientes, gratias agimus omnipotenti Deo, qui nobis talem medicum tribuere dignatus eſt qui infirmitates noſtras purgaret, vulnera dilueret, ac ſalubria medicamenta conferret. Nam ſi ad eius beatum tumulum humilietur animus, & oratio ſublimetur, ſi deſtuant lachrymæ, & compunctio vera ſuccedat,
G *ſi ab imo corde mittantur ſuſpiria, & pectora facinoroſa tundantur, inuenit ploratus lætitiam, culpa veniam, dolor pectoris peruenit ad medelam. Nam ſæpius tactus beati ſepulchri profluuiis imperat ſiſtere, cæcis videre, paralyticis ſurgere & ipſam quoque pectoris amaritudinem longè diſcedere. Quod ego plerumque expertus indignum me iudico, vt inter tantorum miraculorum moles etiam illa hic inſeram, quæ ſuper me operari dignatus eſt. Sed iterum timeo, ne noxialis appaream ſi ea tanquam fraudulentus abſcondam. Teſtor enim Deum, ſpem illam, quam in eius virtute poſui credens, ab illius miſericordia non fruſtrari, quia quotieſcunque aut dolor capitis irruit, aut tempora pulſus impulit, aut aures auditus grauauit, aut oculorum aciem caligo ſuffudit, ſtatim vt locum dolentem vel tumulo vel velo pendente tetigi, protinus ſanitatem recepi.*

H

Capvt I.

De dolore faucium mearum.

QVod autem nuper pertulerim, primum inſeram huic libello miraculum. Dum ad conuiuium reſidentes poſt ieiunium ederemus, piſcis infertur in ferculo. Quem Dominica Cruce ſignatum dum edimus, vna mihi ex ariſtis ipſius piſcis iniurioſiſſimè adhæſit gutturi. Quæ dolores commouens graues, incidebat fauces acumine, & ipſam gulam longitudine obſerabat, impediebat vocis ſonitum, & neque ipſum ſalinæ liquorem, qui ſæpe à palato defluit, tranſire ſinebat. Tertia autem die cùm neque tuſſiens, neque excreans eam valerem proiicere, recurri ad nota præſidia. Accedo ad tumulum, prouoluor in pauimento, profuſiſque cum gemitu lachrymis, auxilium

deprecor

A deprecor Confeſſoris. Dehinc erectus velo, quod de-
pendebat, gulam: faucéſque & reliquum capitis at-
tigi. Nec mora, ſanitatem recepi, & priuſquam li-
mina ſancta egrederer, nullam fatigationem ſenſi. Quo
tamen aculeus deuenerit, ignoro. Non eum reieci vo-
mitu, nec diſceſſiſſe ſenſi in aluum. Vnum tantùm ſcio,
quòd ita me in velocitate ſenſi ſanum, vt putarem, quòd
iniecta aliquis manu, illa quæ iniuriam faucibus intu-
lerant, abſtuliſſet.

Capvt II.

De puella debili ſanata.

PVella verò annorum duodecim, omnibus membris
debilis, per ſex annos tanquam mortua in domo
parentum lectulo decubabat, non greſſum faciens, non
B opus manuum implens, non lucem cernens, non ſer-
monem eloquens, non audiens eloquutum. Ad Beati
tumulum fundunt parentes pro filia preces, offerunt
munera, ad hæc vota promittunt. Conuenit autem
populus ad ſolemnis, celebratur cum gaudio ſacra fe-
ſtiuitas. Tertia verò de feſtiuitate die, vocat patrem
puella dicens? Sitio. Qui gaudens quòd filiæ vocem,
quam nunquam audierat, meruiſſet audire, cucurrit
velocius, & aſſumptum aquæ paululum puellæ detu-
lit ad bibendum. Qua hauſta, ait: Porrige mihi ma-
num. Apprehenſa quoque pater eius dextera, leuauit
eam. Quæ ſtans ſuper pedes ſuos, eleuatis ad cœlum
manibus, oculiſque, ait. Gratias tibi ago omnipotens
Deus, qui reſpiciens humilitatem meam, me per ſan-
ctum Antiſtitem tuum ſaluare dignatus es. Et ſic rein
tegratis membris, viſum auditúmque recepit, ac do-
mum læta regreſſa eſt.

C

Capvt III.

De homine in cuius manu fuſtis adhæſit.

ANte duos autem annos, quàm hæc agerentur,
quidam non metuens, néque honorans diem ſan-
ctum Dominicæ reſurrectionis, accepta annona, ad
molam vadit, impoſitóque tritico, molam manu ver-
tere cœpit. Expleto autem opere non poterat mo-
lam aperire, ſed cum graui dolore fuſtem, quem ap-
prehenderat, tenebat inuitus. Poſt hæc videns ſe non
laxari, inciſo ab vtraque parte fuſte, ad Sancti Baſili-
cam venit, factáque oratione, & vigiliis celebratis, laxa-
tis digitis, manus eius ad opus priſtinum reſtituta eſt.
Alio verò anno in hac die ſancta, opera, propter quæ
priùs increpatus fuerat, apprehendit, rurſúmque li-
gnum in manu eius adhæſit. Ille autem cum dolore
plorans ad baſilicam Sancti reuertitur, ſed non pro-
D tinus meruit exaudiri. Poſt duos verò annos in eadem
feſtiuitate, qua puellam ſanatam retulimus, & iſte libe-
ratus eſt ab onere ligni.

Capvt IV.

De contracto ſanato.

EX Lemouicino autem adueniens contractus, qui
nec greſſum facere poterat, nec lumen oculorum
habebat, deportatus manibus deuotorum, ante ſanctum
ſepulchrum deponitur, deprecatúſque miſericordiam
Antiſtitis, directis membris debilibus, ſanitati do-
natur.

Capvt V. E

De cæco illuminato.

QVidam cæcus, qui longo tempore lumine carue-
rat oculorum, ad eandem feſtiuitatem venit. Et
facta oratione, dum ante ſanctum ſepulchrum ſtaret,
ſubitò apertis oculis, recepto lumine, iocundatur.

Capvt VI.

De debili ſanato.

PVer autem & incola ciuitatis Turonicæ, dum va-
letudine nimia ac diuturna conſumitur, omnibus
membris debilitatur, & ſine ſpe greſſuum à febre re-
linquitur, cui tibiæ ſeu funes intortæ ſeparari non po- F
terant. Poſt diſceſſum verò febris, expetiit à paren-
tibus vt eum ad ſanctam baſilicam deportarent. Quem
exhibitum deponentes ad pedes Sancti, orationem fa-
ciunt vti virtus ſolita ſubueniret. Tertia verò die cùm
ille & parentes eius in oratione ac ieiunio permane-
rent, exorto miſericordiæ lumine, diſtortis tibiis, à pa-
rentibus incolumis eſt receptus.

Capvt VII.

De eo qui clauem die Dominico faciebat.

SIc & alius Senator nomine, de Cracatonno An-
degauenſi vico, dum die Dominico clauem facit,
digiti ambarum manuum eius contrahuntur, vngui-
bus in palmam defixis. Sic qui oſtium pandere voluit,
manus reſerare non poterat. Dehinc per quatuor men- G
ſes iam vnguibus in carne defixis, computreſcente pal-
ma, auxilia expetiit Confeſſoris, & per quatuor dies
orationi ac ieiunio vacans, manus ſanas eleuans in-
columis eſt regreſſus, collaudans virtutem Antiſtitis,
& vt nullus aggrederetur quod ipſe præſumpſerat
prædicabat.

Capvt VIII.

De mortuo ſuſcitato.

EO tempore, quo talis apud Vrbem Turonicam
gerebantur, legati de Hiſpaniis Florentius & Exu-
perius ad Chilpericum Regem veniebant. Quos cùm
ad conuiuium Eccleſiæ recepiſſem, epulantibus nobis,
eo, quòd ſe aſſererent Catholicos, Florentius qui erat
ætate ſenior, ſollicitè flagitat aliqua de Beati viri vir- H
tute cognoſcere. At ego Deo gratias agens, interrogo
ſi vel nomen eius in illis regionibus audiretur, vel
vita illius legeretur ab aliquo. Hæc me interrogante
ait, in illis locis magnificè honorari nomen eius. Sed
& ſe peculiarem alumnum Antiſtitis narrat, dicens
ſuper ſe magnam eius virtutem oſtenſam fuiſſe. Auus,
inquit, meus ante multorum curricula annorum, baſili-
cam conſtruxit in honore beati Martini: perfectáque,
ac eleganti opere exornata, Turonum clericos religio-
ſos deſtinat, expetens Pontificis reliquias, vt ſcilicet
locum, quem in eius nomine ædificauerat, eius reli-
quiis conſecraret. Quod cùm feciſſet, per ſingulos
dies veniebat, & proſtratus ſolo cum coniuge, ſancti
Pontificis auxilium implorabat. Poſt multum verò
tempus infans his naſcitur. Cùm autem trium men-
ſium eſſet à febre pulſatus intantum exinanitur, vt ne
papillam ſugere, neque vllum alimentum valeret ac-

A cipere. Interea perdurante morbo, cibo abnegato, palpitante tantùm ſpiritu, ſolus tranſitus præſtolabatur. Nec mora, ipſe quoque exhalatur ſpiritus. Tum mater mœſta, & auia, de vnicæ ac primogenitæ ſobolis morte, apprehenſum inter brachia ante altare beati Martini iam exanime corpuſculum ſpe non incerta depoſuerunt, & tanquam ſi factum viſibilibus cerneret oculis, anus alloquitur dicens: Spes nobis erat maxima beatiſſime Confeſſor, tua hic pignora deportare, per quæ morbi depellerentur, febres extinguerentur, fugarentur cæcitatis tenebræ, & aliæ quoque infirmitates emundarentur, pro eo quod de te legantur plurima, quæ vel viuens feceris, vel poſt tranſitum operaris. Nam audiuimus, te oratione mortuus ſuſcitaſſe, lepram oſculo depuliſſe, energumenos curaſſe verbo, venenum digito compreſſiſſe, & alia multa feciſſe: hic apparebit virtus tua, ſi nunc iuxta fidem noſtram hunc ſuſcitaueris paruulum. Quod ſi B non feceris, non hic vltra colla curabimus, luminaria accendemus, aut alicuius honoris gratiam exhibebimus. Et hæc dicens, relicto ante altare infantulo, ipſa, & qui cum ea erant, abierunt. Mane autem facto, venientes inuenerunt eum ad altare conuerſum, & dum admirarentur, ſuſcipit eum mater in vlnis, & cognoſcens eum reſumpſiſſe flatum, applicat ad papillam, qui protinus, hauſto lacte, confortatus eſt. Tunc mater cum parte & domo omni eleuata in cœlum voce, benedixerunt Deum dicentes. Nunc cognouimus, quia magnus Deus es, & facis mirabilia ſolus, qui nobis paruulum Confeſſoris tui oratione reſtituiſti. Loco autem illi maiorem deinceps quàm priùs fecerant, reuerentiam exhibebant. Hæc ab ipſius Florentij ore ita geſta cognoui.

Capvt IX.

C *De eo qui pedem debilem habuit.*

CLericus erat ab Vrbe Pictauo in agro illius regionis, qui ad ſanctam baſilicam pertinebat, vnius vſu pedis debilis, quem vt ipſe aſſerebat, per incurſum dæmonij meridiani perdiderat. Qui inciſo fuſte ad menſuram geniculi, pelle ſuperpoſita ad ipſum geniculum extenſo retrorſum veſtigio, greſſum, quem pede nitebatur agere, fuſte adminiculante perficiebat. Ad antedictam baſilicam nouem poſt annos aduenit, fusáque oratione per triduum, ante ternum feſtiuitatis diem poplite directo ſurrexit. Adueniente autem ad Sancti ſolemnia populo, qualiter per virtutem eius ſanatus eſſet, edocuit.

Capvt X.

D *De tibia matris meæ.*

MAtri verò meæ hoc ordine Sanctus ſubuenit. Tempore quo tranſactis parturitionis doloribus me edidit, dolorem in vno tibiæ muſculo incurrit. Erat autem ſubitaneus tanquàm clauus affigens, atque ita ictam grauiſſimam dabat, vt plerumque eclypſim generaret, nec erat quod eum mitigare poſſet; niſi cùm diutiſſimè contra ignem tentus à vapore foci obſtupeſceret. Sed etſi vnguentum aliquod parumper fuiſſet infuſum, quieſcebat. Quid plura? Poſt ordinationem meam aduenit Turonem vel ad occurſum Aurſtitia ſancti, vel cauſa deſiderij mei. Cùm hic igitur per duos aut tres menſes commurata fuiſſet, aſſiduè beati Pontificis auxilium precabatur. Tandem reſpiciente miſeratione conſueta, diſceſſit dolor tibiæ, qui per triginta quatuor annos fœminam fatigauerat.

Capvt XI. E

De mulieris manu ſanata.

SEd & alia mulier de Andegauo territorio, digitis in palma defixis, vt ad locum ſanctum preces effudit, digitis directis, ſanata manu diſceſſit.

Capvt XII.

De puero à valetudine ſanato.

PVer familiaris noſter correptus à febre grauiter vrebatur. Ardebant enim extrinſecus membra, intrinſecus verò ſitis valida erat. Et ſi potum aliquem accipiebat, mox reiiciebat à ſtomacho, nihil tamen capiens F cibi. Cúmque in hoc quarto aut quinto anno fatigaretur, petiit vt ei parumper exhiberent pulueris de ſepulchro ad bibendum. Quo exhibito, vinóque dato vt hauſit fideliter, recepta ſanitate, conualuit.

Capvt XIII.

De Theodæ pede ſanato.

THeoda verò Viliarij quondam Preſbyteri filia, dum ob humorem pedum frequentius laboraret, vnius pedis vſum, qui in debilitatem redactus fuerat, perdidit. Poſt hæc ad beatam aduenit baſilicam, in qua dum crebras effunderet preces, amota debilitate, incolumitati donatur.

Capvt XIV. G

De homine inclinato.

ERat tunc temporis in vrbe, quæ ſub tuitione matris Eccleſiæ habebatur, homo quidam, qui tanquam effiactis tenibus, inclinatus ambulabat. Hic iuxta illam Euangelicæ ſeriei mulierem, deorſum proclinis nequaquam ſurſum poterat erigi, ſed duobus in aſcellis fuſtibus additis, incuruus agebat greſſum. Ad feſtiuitatem autem adueniens, tertia die poſt acta ſolemnia erectus, ab omni incurſione diabolica mundatus, ſanus abſceſſit.

Capvt XV.

H *De Gundulfo debili.*

GVndulfus verò quidam ipſius vrbis ciuis, ab infantia ſua cum Guntario, Clotarij Regis filio habitauit. In cuius dum haberetur ſeruitio, ordinante Rege, aſcendens in arborem vt decerperet poma, effracto ramo, corruit, colliſóque ad lapidem pede, debilitatus eſt. Poſt multos verò annos dum in hac debilitate perſiſteret, & aſcenſo equo velociter cum impelleret ad terram, lapſante greſſu, præcipitatur, compreſſúmque pedem alium, qui ſanus erat, grauiter læſit. Dehinc portari ſe ad ſanctam baſilicam poſtulat, proiectúſque ad pauimentum orationem fideliter fundit. Nec morata eſt pietas, quæ ſemper tribulantibus ſubuenire conſueuit, ſed protinus ablato omni dolore incolumis à pauimento ſurrexit. Igitur per triginta circiter annos, de alio pede, ſicut ſuperius diximus, claudicabat. Tandem inſpectis propriæ conſcientiæ noxis, conuerti decreuit, ſcilicet vt humiliatis capillis, ipſi ſancto

deſeruiret Antiſtiti. Sed priùs a Rege præceptum elicuit, vt res ſuas omnes baſilicæ traderet viuens. Quo facto, capite tonſurato, impletóque bonæ deliberationis voto, pes eius, qui eſtractis oſſibus fuerat breoiatus, eſt elongatus. Et qui anteà duobus pueris ſuſtentatus ibat, nunc ſine vllius hominis adminiculo, quò voluerit, abſque aliquo debilitatis impedimento diſcurrit.

Capvt XVI.

De cæco illuminato.

POſt hæc puerulus quidam ex Lemouicino cæcus adoeniens, lumen recepit oculorum hoc modo. Anno tertio natiuitatis ſuæ cùm iam greſſum incipetet figere, erumpentéque lingua in verbis labra laxaret, dum matri alludit blandè, dum oſcula libat, dum collo eius appenditur, dum in vlnis defertur, commota per immiſſionem diabolicam vi venti, puluis à terra cum paleis eleuatur, & ſuper puerum ac matrem eius cum magno turbine fertur, ſed ruſtica mulier & incauta, non tentat ſe filiúmque Saluatoris vexillo munire, ideóque præualentibus inſidiis oculi adoleſcentis repleti puluere obſerantor. Qui diu vociferaos, tandem mitigatus à matre permanſit cæcus. Adultus autem datus eſt mendicis, vt vel com eiſdem ambulans, ſtipendij quiddam acciperet. Erant autem parentes eius valdè pauperes. Igitur duodecimo ætatis ſuæ anno aduenit Turoonum ante diem ſolemnitatis, qua Deus pater verbum carni glutinans, mundo ſalutem inuexit. Decurſa autem feſtiuitatis vigilia, duno recedentibus aliis hic ad pedes Sancti decubaret immobilis, tunc ſenſit quaſi pupigiſſet aliquis oculos eius ſpiculo, & ſtatim ſanguis ab his erumpens cœpit defluere per genas eius, auerſáque ſurſum facie vidit ſuper ſe cereum elucere, & exclamans voce magna, ait. Gratias tibi ago ſancte Confeſſor Dei, quia virtute tua lumen recipere merui. O admirabilis gratia, ô virtus immenſa multis enim effectibus dona toa ſpargis in populo. Nam qui ſtipem petierat, lumen recepit, & diu extera luce, virtutis tuæ lumine vultus ornatur. O ſi te multorum criminum tenebræ à noſtris viſibus non arcerent, nempe venires viſibiliter, & infirmis voce Petri diceres, Aurum & argentum non habeo, ſed quod habeo do vobis: in nomioe Chriſti Ieſu abite incolumes.

Capvt XVII.

De Sigonis Referendarij aure.

FVerat cauſa quædam vt Remenſe oppidum peteremus, cúmque ab Egidio Epiſcopo, qui tunc Eccleſiam regebat, benignè fuiſſemus excepti, illuceſcente in craſtinum Dominica die, ad Eccleſiam acceſſimus, reſidentéſque in ſacrario aduentum præſtolabamur Antiſtitis. Eo tempore ſancti Martini reliquias, licèt temerario ordine, ſuper me habebam. Igitur Sigo Referendarius quondam Sigiberti, ad occurſum noſtrum accedit, oſculatúmque iuxta me ſedere depoſtulo. Sed ille vnam habens obturatam aurem, vix de alia poterat, quæ loquebamur aduertere. Verùm vbi ſufficienter colloquio vſi ſumus, ille in domo vocatur Eccleſiæ. Protinus igitur vt à me diſceſſit, diruptо auris ſurdæ clauſtro, quaſi ingnum exinde ventum exire ſentiens, auditum recepit: reuerſuſque continuò mihi gratias agere cœpit, dicens: Tertia iam dies erat, quod de hac aure auditum amiſeram, ſed cùm tecum loqueret, ſenſi velociter reſeratam. Tunc ego confuſus, ne mihi adſcriberetur, aio. Noli, dilectiſſimè fili, mihi aliquid gratiarum referre, ſed ei, cuius tibi virtus auditum reſtituit. Nam ſcias beati Martini mecum habere pignora, cuius tibi potentia auditus grauitas eſt depulſa.

Capvt XVIII.

De infirmitate pecorum.

QVodam verò tempore dum ſæua lues taliter deſæuiret in pecora, vt nec ad recuperandum genus putaretur aliquod remanere, quidam de noſtris baſilicam ſanctam adiit, oleúmque lichnorum, qui cameræ dependebant, ſuſcepit cum ipſis aquis in vaſculo, deportatóque in domum, pecora quæ adhuc hic morbus non attigerat, intincto digito in liquore, per frontes & dorſa Cruce Dominica ſignat, ipſiſque terræ animalibus deiectis, ac reſupinatis, ex hoc vnguento fide plenus fudit in ore. Mox dicto citius, clandeſtina peſte propulſa, pecora liberata ſunt.

Capvt XIX.

De cæco illuminato.

ABrincantinos quoque incola, cui per ſex annos videndi vſus fuerat denegatus, beati Coofeſſoris petiit ſaluari præſidio. Ad cuius baſilicam accedens multo honore, ieiuniis & orationibus vacans, auxilium beati implorabat Antiſtitis. Denique adueniente ſacroſancta feſtiuitate, populis Miſſarum ſolemnia ſpectantibus, huic viſus eſt redditus rediitque in patriam videns, qui ad ſanctam baſilicam alio deducente peruenerat. Ipſe autem pro tantæ pietatis gaudio vouit ſe ibidem tonſurari. Quod poſteà deuotus rediens impleuit.

Capvt XX.

De alio cæco illuminato.

ETiam quidam de tranſmarinis partibus veniens, dum opera exerceret in agro, ſubitò orta ſuper ſe violentia venti cum puluere, lumine caruit oculorum Et qui diu cæcis via fuerat, ipſe domum, alio tegente, deducitur. In hac enim cæcitate per trium annorum curricula detinetur. Poſt hæc baſilicam beati Confeſſoris expetiit. Ad quam per quatuor annos orationi incumbens, viſitatus virtute diuina, patefactis luminibus, lucem videre promeruit.

Capvt XXI.

De Iuliano contracto.

SEd & hæc fama, vt ſæpè diximus, non ſolùm ad propriam vrbem, verùm etiam aliis vrbibus, & penè in toto mundo vulgata propatuit. Iulianus quidam ab Hiſpanis veniens, manus & pedes habens debiles, ad hunc medicum deuotus ingreſſus eſt, dicens. Credo indubitanter, ſanctiſſime Præſul, quod poteris mihi ea medelæ adiumenta præbere, quæ cæteris in te ſperantibus non es ſolitus denegare. In hac credulitate, orationi aſſiduè inſiſtens, & de Domini miſeratione non dubitans, directis pedibus manibuſque incolumis eſt redditus.

A

Capvt XXII.

De muliere ad Sancti lectulum illuminata.

VErùm qnia in ſuperioribus libellis ſæpiùs diximus,& in loco illo, de quo migrauit ad cœlos, plernmque miracula celebrari, qnid nuper geſtum ſit, pandam. Mulier indigena vrbis Turonicæ viſus claritate murata, cellulam Condarenſem, in qua lectulus beati Antiſtitis habetur, expetiit, putans ſibi præſidium fore, ſi cancellos ipſius lectuli tetigiſſet. Lectulum autem non aliud dicunt, niſi in pauimento illo ſubſtratus cinis, & appoſitus capiti lapis, in quo nocturno tempore flexa ceruice recumberet. Ergo ad hoc oraculum mulier viro adminiculante deducitur, in qno per multos dies orationem compuncta faciebat. Tandem pietas ad miſerandum ſæpè profuſa eam reſpiciens, viſum mulieri amiſſum reſtituit. Tantaque dein- B ceps fœminam fides accendit, vt vſque ad diem ſui obitus nunquam à loco illo diſcederet.

Capvt XXIII.

De muto, cui fratres abstulerunt facultatem.

INcola autem Andegauenſis vrbis, turbatis membris morbo, caput conuertit ad lectulum. Dehinc per ſingulos dies inualeſcente febre, cunctis artubus deſtitutus, auditu & locutione pariter priuatur. Poſt paucos verò dies eùm de febre conualuiſſet, & ſine voce maneret, ablata ſibi à fratribus facultatis parte, de domo proiicitur, dicentibus fratribus: Hic amens effectus eſt, non patiatur Deus, quòd aut facultati noſtræ inhæreat, aut partem hæreditatis acquirat. Erant autem inquilini, & poſſeſſioni propriæ incumbentes, ſed iniquè cogitantes de his quæ C Dei erant, eiecerunt mutum & ſurdum, quem potiùs fouere debuerant, ille verò quanquam ſine his vſibus eſſet, ſenſum tamen in corde retinebat. Porrò autem apprehenſis manu tabulis, & inter ſe colliſis, vocem quærentis imitabatur. Cum hoc enim artificio ad ſupradictum vicum aduenit, ibique aliis ſtipem flagitantibus adiungitur. Sextus igitur iam effluxerat annus, quod pauper iſte à diuitiis ſanctæ cellulæ paſcebatur. Factum eſt autem, vt in vna Dominicarum nocte, dum in domo hoſpitis ſui decumberet, ſubitò locus ille immenſo repletur lumine: & ecce hic pauore perterritus ſolo proſternitur. Et ſtatim viſus eſt ei vir quidam ſacerdotali habitu comptus, tangens eum, & Crucem Chriſti fronti eius imponens, ait, Dominus te ſanum fecit, ſurge, & propera ad Eccleſiam, & age gratias Deo tuo. Ipſe autem eleuata cum gratiarum actione voce, clamoribus viciniam complet. Illicò concurrunt omnes ad ſpectaculum, & mirantur loquentem, quem priùs viderant D mutum. Interea beati ſignum mouetur horis Matutinis, aggregatur & populus, vigiliiſque celebratis, virtus Sancti clarificata perpatuit. His diebus duo energumeni in huc loco, eiecto dæmone, ſunt mundati.

Capvt XXIV.

De oleo creſcente.

SEd reuertamur ad Aridum noſtrum, imò etiam peculiarem, vt ita dicam, beati Confeſſoris alumnum, cui ſæpè de ſuis pignoribus cernere miracula præſtat. Hic ad feſtiuitatem Sancti cum illa, qua ſolitus eſt, benignitate, humilitate, & charitate peruenit. Regrediens verò ampullam de oleo ſancti ſepul- E chri completam ſecum detulit dicens. Forſitan infirmus aliquis in via adeſt, qui de hac beati Martini benedictione, corde compuncto accipere deſiderat. Denique in quodam loco deuota mulier acceſſit ad eum, exhibens ampullam aliam cum oleo dicens, Rogo te ſerue Chriſti, vt tua hoc oleum benedictione ſanctifices. At ille, ne vanitati ſubiectus videretur, ait. Parua eſt virtus mea, ſed ſi placet, oleum de ſepulchro beati Martini habeo, ex quo hoc oleum perfundatur. Tu verò ſi credis eius virtutem magnam, ex hoc ſalutem hauries. At illa gaudens petiit expleri, quæ Preſbyter loquebatur. Vas etenim illud medium erat. Cúmque de hoc liquore, qui a ſancta baſilica Sancti aſſumptus fuerat, perfunderetur, protinus ebulliens oleum, ampullam vſque ad ſummitatem impleuit. Quod matrona cernens, admirans virtutem Confeſſoris beati, domum reuerſa eſt gaudens.

Capvt XXV. F

De digitis cuiuſdam mulieris directis.

ALia verò mulier, cùius digiti in ipſam palmam defixi erant baſilicam beati Martini Antiſtis, expetiit. Paucis quoque interpoſitis diebus orationem fundens, & ſancti auxilium implorans, directis digitis, manum recepit incolumem.

Capvt XXVI.

De muliere contracta.

ANte hos annos puella in infirmitatem peſſimam ruens, membris omnibus debilitata contrahitur. Hæc auditis miraculis, quæ Antiſtes glorioſus in ſingulis operabatur, nomen eius inuocabat deuotè. G Poſt dies autem paucos rogat ſe ad eius baſilicam deportari. In cuius atrio diebus multis iacens, fuſa ſæpiùs oratione cum lachrymis, virtute Pontificis viſitatur, ſicque ſubueniente diuina miſericordia, ſanata diſceſſit.

Capvt XXVII.

De puero contracto.

PVer verò ex Andegauo territorio dum in domo parentum reſideret, per immiſſionem (vt ipſe aſſerebat) artis diabolicæ manuum pedúmque perdidit vſum, ita vt contractis intrinſecus digitis, vngulæ in palmam defigerentur, neruique poplitum areſacti calcaneos ad crura diuerterent. Sicque per ſex annos à parentibus malè baiulatus, ad templum ſancti Antiſtitis deportatur. H Sed in oratione perdurans, reſtitutis membris, iuxta nominis ſui proprietatem, quaſi nouus effloruit Floridus.

Capvt XXVIII.

De cæco illuminato.

CLericus ex natiuitate ſeruus ipſius ſanctæ baſilicæ, per incurſum inſidiatoris lumine mulctatus, in hoſpitiolum proprium, nihil ibi laborare potens, reſidebat ægrotus. Tribus ferè annis hanc ſuſtinuit cæcitatem, & ædem beati Sacerdotis expetiit. Ibique deprecans conſuetam miſericordiam, illuminatus rediit ad propria.

Capvt XXIX.

De homine, cui fuſtis in manu adhæſit.

EX Turonico verò territorio ſeruus cuiuſdam dum die Dominico ſepem componeret, manus eius ad lignum ipſum hærere cœperunt. At ille velociter extracta dextera, dum factum admiratur attonitus, manus ipſa cum dolore magno contrahitur, defixæque ſunt vngulæ in palmam: contractiſque totis digitis dextetæ, ad diuerſorium regreditur cum mœrore. Poſt quatuor verò annos ad baſilicam Sancti aduenit, orationéque facta ſanatus eſt, prædicans populis ne factum eius quis imitaretur, ne tanti diei ſolemnia auarus agricola macularet, ne reſurrectionis ſacræ, redemptionis noſtræ terrena exercens opera diſſolueret.

Capvt XXX.

De puero à dolore ſtomachi ſanato.

PVerulus quidam ex Albigenſi, tabeſcente diuerſis morbis ſtomacho, cibum potúmque exhorrebat. Cúmque per dies multos in hoc languore cruciaretur, ipſum quoque quod accipere videbatur, cum graui reiiceret amaritudine, fide plenus deſiderium habuit veniendi ad baſilicam beati Confeſſoris. In qua per triduum ieiunans, & orans, die quarta accipiendi cibi deſiderium capit, vinúmque bibens confortatus eſt. Dehinc gratias agens, ſanus diſceſſit.

Capvt XXXI.

De dextera mulieris arida.

MVlier quædam ex Andegauo veniens, quæ omnibus quidem membris arida erat, ſed præcipuè dexteram cum digitis aridiorem cæteris artubus deferebat, ad ſepulchrum Sancti proſternitur. Exinde egreſſa per paucum tempus in atrio commorata eſt. Succurrente verò interuentu Antiſtitis glorioſi, vena ſanguinem, cutis ruborem, corpus reliquum fortitudinem recipiens, ſolidatum eſt. Cuius hæc fuit cauſa vt iſta perferret, quia die Sabbati poſt Solis occaſum, qui nocti Dominicæ adiacebat, panem voluit conformare.

Capvt XXXII.

De muliere, cuius manus in ſe hæſerunt.

SImile huic alia mulier fecit, cuius manus retrorſum contractæ, & ad ſe inuicem coniunctæ adhæſerunt. Cúmque doloribus maximis vexaretur, viam ingreditur, dicens, ſi ad baſilicam beati Martini abiero, protinus hæc abſcedet infirmitas. Confido enim quòd & mihi ſubueniet, qui ſæpè talia perferentibus eſt miſertus. Hæc cùm ita ageret, & inœptum vt poterat carperet iter, manus eius ſeparatæ ſunt, non tamen directia digitia. At verò vbi ad locum ſanctum acceſſit, & orationem fudit, protinus ablato omni dolore, ſolidati ſunt digiti, & manus ſolidas cum gratiarum extulit actione.

Capvt XXXIII.

De morbo caballorum.

IN Burdegalenſi autem regione hoc anno grauis caballorum extitit morbus. Apud vrbem verò Mareiacenſem, quæ in hoc termino continetur, ſubdita ditionibus beati Martini, oratorium eſt eius, & nomini, & virtutibus conſecratum. Denique adueniente ſupradicta clade, accedebant ad oratorium vota facientes pro equis, vt ſcilicet ſi euaderent, ipſi decimas loco conferrent. Cúmque his hæc cauſa commodum exhiberet, addiderunt vt de claue ferrea, quæ oſtium oratorij recludebat, caracteres caballis imponerent. Quo facto, ita virtus Sancti præualuit, vt & ſanarentur, qui ægrotauerant, & qui non incurrerant, nihil vltra perferrent.

Capvt XXXIV.

De lue, quæ cum veſicis fuit.

SVperiori quoque anno grauiſſimè populus Turonorum à lue valetudinaria vaſtabatur. Erat enim talis languor, vt apprehenſus homo à febre valida, totus veſicis, ac minutis puſtulis ſcateret. Erant autem veſicæ albæ cum duritia, nullam habentes mollitiem, niſi tantùm dolorem nimium inferentes. Iam ſi data maturitate crepantes cœpiſſent defluere, tunc adhærentibus corpori veſtimentis, dolor validus augebatur. In qua ægritudine nihil medicorum poterat ars valere, niſi cum Dominicum affuiſſet auxilium. Multi enim de baſilica ſancta benedictionem petentes, opem merebantur. Sed quid de plurimis memorare neceſſe eſt, cùm id metuerint cæteri, quod vnam vidimus metuiſſe? Vxor ergo Eborini Comitis, cum ab hac lue detineretur, ita his operta veſicis eſt, vt neque manus, neque plantæ, neque vlla pars corporis eius remaneret vacua, ſed & ipſi quoque oculi ab his continebantur obtecti. Cúmque iam in diſcrimine mortis haberetur, ſancti ſepulchri benedictionem expetiit. Tunc tranſmiſſum eſt ei de aqua, qua beati tumulus eſt in Paſcha Domini ablatus. Denique deliboris ex ea vulneribus, ipſa exinde potum ſumpſit. Mox igitur reſtincta febre, ſine dolore decurrentibus veſicis ſanata eſt.

Capvt XXXV.

De duobus paralyticis, & vno cæco ſanato.

SEd quandiu multæ virtutes ſunt, quas orbis totus experitur, de quibus ad nos nec minima, vt opinor, pars peruenit, vel illa, quæ vicinitas experitur indicemus. Inuitatus itaque Badogiſilus Cenomanorum Epiſcopus, ad quendam locum diœceſis ſuæ, venit ad Baſilicam beati viri, & nomine & reliquiis conſecrandam. Vbi autem celebrat ſolemnia, inuocantes ſancti Martini nomen, duo paralytici greſſum, cæcúſque vnus viſum recepit.

Capvt XXXVI.

De Auguſto contracto.

AVguſtus autem quidam ciuis vrbis Turonicæ, dum nimio renum dolore laboraret, contractis pedibus penè ad ipſos renes, peſſimè debilitatus eſt. In qua infirmitate per duorum annorum curricula laborauit.

A Deinde à ſuis commonitus baſilicam Sancti expetiit, ibique per ſeptem dies ieiunans & orans, dempto dolore, directiſque pedibus, ſanus abſceſſit.

Capvt XXXVII.

De puella muta..

HOc tempore & mulier quædam dum diſcedentibus patribus ſola remanſiſſet ad telam, apparuit ei vmbra teterrima, quæ arripiens illam trahere cœpit. At illa vociferans & plangens, cùm nullum aſpiceret auxilium, viriliter tamen reſiſtere conabatur. Poſt decurſa verò duarum aut trium horarum ſpatia, regreſſæ mulieres reliquæ, inuenerunt eam ſemiuiuam humo iacentem, nihil penitùs loqui poſſe. Innuebat quidem illis manu: ſed nihil eis intelligentibus, hæc muta per- B manſit. Vmbra verò, quæ ei apparuerat, in tantum hominibus domi illius inſidiata eſt, vt relinquentes locum, aliò commigrarent. Poſteà verò duorum aut trium menſium diebus decurſis, ad baſilicam puella veniens, eloquium meruit recipere. Sicque cuncta, quæ pertulerat, ore proprio enarrauit.

Capvt XXXVIII.

De diacono Catalaunenſi.

ETiam Catalaunenſis Diaconus, vt mos genti eſt, aliis matutinas gratias celebrantibus, cùm potum hauriret, oculorum amiſſione mulctatur, recognoſcenſque reatum ſuum, & ſe non digna propoſito ſuo geſſiſſe, ſuſpenditur à cibo potúque pernoctans in vigiliis orationibúſque inſiſtens. Intereà dum hæc ageret, fama, C quæ totum compleuit orbem, ad eius aures vſque peruenit, eſſe apud Turonos Martinum Antiſtitem, ad cuius ſepulchrum ſæpe talium infirmitatum clades depulſa quieſceret. Nec moratur diaconus, ſed illicò iter inſtrui iubens, ad baſilicam ſanctam non dubius de virtute beati viri peruenit. Ibique proſtratus ſolo, orationi ſubnixus, die tertia apertis oculis lumen recepit. Ego autem cautiùs nitens extorquere veritatem, cur ei hæc eueniſſent, hæc ab eo didici. Ante hos, inquit, ſeptem menſes dum commoto matutinis ſigno, Eccleſiam peterem, obuiam habui vnum amicorum meorum: in cuius amplexus, & oſcula ruens, ſciſcitari cœpi, ſi cuncta domi proſpera reliquiſſet. Tunc reuocatus à via, potum cum eodem haurire cœpi. Poſtquam autem charitatem per pocula expleuiſſe viſus eſt, vale dicto abſceſſit. Quo abeunte, tantæ oculis meis caligines coniunctis palpebris adhæſerunt, vt eos nullatenus aperire poſſem. Denique cùm hac infirmitate triſtis abirem, deſiderium habui ſepulchrum beati Antiſtitis viſitare. D Die autem tertio poſtquam veni, cùm eius ſepulchro aſſiſterem, ſubitò febris magna oculos meos arripuit. At ego ingemere vehementer cœpi, & Sancti auxilium fortiter deprecari. Illicò autem erumpens ex oculis meis ſanguis noctem pepulit, lucémque reduxit. Hæc nobis Diaconus affatus, incolumis remeauit ad propria.

Capvt XXXIX.

De muliere contracta & cæca.

ERat etiam mulier quædam cæca, quæ contractis retrorſum manibus ac pedibus, cum parentum ſolatio celebrare beatam feſtiuitatem glorioſi Antiſtitis expetiuit. Quæ cùm die tertia poſt decurſam feſtiuitatem domum redire cuperet, proſtrata in ſancta baſilica E orare cœpit, vt ei Dominus ſolitam miſericordiæ ſuæ opem dignaretur oſtendere. Quod dum cum lachrymis peteret, illicò directis manibus, ac pedibus ſtabilitis, ad ſanctum adducta ſepulchrum, gratias pro accepta ſoſpitate peregit. Poſt hæc rogat ſe deduci ad oſtium, vbi proſtrata iterùm dicit ſuis. Non hinc conſurgam, niſi priùs mihi oculorum lumen reddat, qui pedum, manuúmque reſtituit vſum. Hæc ea dicente, ſubitò energumeni torqueri ſe proclamant, & Martini adeſſe præſentiam confitentur. Sed cùm diabolus, qui ab initio mendax eſt ad credendum minimè admittatur, rebus ipſis viri præſentia declaratur. Nam fœmina hæc, quæ paulo antè directa fuerat, nunc illuminata, intereſſe beatum Antiſtitem approbauit.

Capvt XL.

De Paralytico ſanato. F

MOdico autem ſuccedente ſpatio, iacebat Paralyticus vnus in grabato, qui ex Biturico plauſtro deuectus aduenerat. Ipſe etiam pari modo virtute beati Antiſtitis ſurrexit incolumis, ſuiſque redditus greſſibus, conſanguineorum ſpectante caterua, ſanus excipitur.

Capvt XLI.

De cathenis ſuper puellam confractis.

HIs diebus puella quædam iam ex liberis parentibus procreata, à filiis patroni, confracta libertate, ad iugum ſeruitutis addicitur. Vnde factum eſt, vt illa non acquieſcente iniuſtis dominis quicquam operis G exercere, cathenis & compedibus vinciretur. In qua cuſtodia dum aliis beatam feſtiuitatem expetentibus reſideret, flens & eiulans, cur non intereſſet beatæ feſtiuitati, ſubitò trabs, in qua pedes eius arctati erant, ſcinditur, & hæc quaſi libera, nexa quidem cathenis, beatam baſilicam expetiuit. Vbi verò primum pedes ſacra limina contigerunt, ſtatim confractæ cathenæ ceciderunt à collo eius: & ſic incolumitate pariter libertatéque donata eſt.

Capvt XLII.

De libro vitæ eius inter flammas ſaluato.

QVid ſi ad ipſa beatæ vitæ ſcripta recurram? Nunquid non erit admirabile, quòd ſacer ille huius hiſtoriæ liber circundatus flammis, nec aduſtus eſt, nec H conſumptus? Monachus igitur maioris monaſterij ex iuſſu Abbatis ad cellulam aliam, quaſi aliquid operaturus acceſſit, ac pro ſalute animæ, ac vitæ correctione, librum vitæ Antiſtitis detulit ſecum. Adueniente verò nocte, in lectulo ſe diuturno oppleto ſtramine collocat, librum ad caput locans. Cui dormienti apparuit vir per ſomnum dicens: Noli dormire in his paleis, ſanguine enim aſperſæ ſunt. Facilis autem prima viſio viro fuit: nec ſecunda commonitio valuit. Tertia igitur terribiliter monachum quatit. At ille ſurgens, & ad operam diluculo progrediens, puero iubet vt paleas à lectulo detractas, igne conſumeret, nihil de libro commemorans. Puer ignarus inter paleas apprehenſum librum foras eiecit, & ignem accendit. Quibus in fauillam redactis, cùm nihil aliud niſi cineres remanſiſſent, apparuit liber illæſus, de quo non litera, non vnum, vt veritas habet, folium eſt conſumptum. Ita virtus diuina

custodire

A custodire dignata eſt alumni quodammodo proprij laudes, vt librum eius flamma non vreret, quem aculeus concupiſcentiæ in hoc ſæculo non aduſſit. Sed ne cui incredibile videatur, index ipſe nobiſcum vſque hodie retinetur.

CAPVT XLIII.

De duobus pueris ſanatis.

DEnique cùm quadam vice iter ageremus, duo de cuſtodibus equorum ægrotare cœperunt. Et vnus quidem eorum valetudine, alter dyſenteria laborabat. Vtrumque tamen febris valida detinebat, laſſatique taliter erant, vt nec ſuper dorſa caballorum poſſent impoſiti ſuſtineri. Extractum autem puluerem, quem de ſepulchro Sancti abſtulerant ſuper capſellam, delibatum
B aqua ipſis haurire præcipio. Mox compreſſa febre, reſtrictóque dolore, vterque conualuit.

CAPVT XLIV.

De Madulpho contracto.

INnita etiam ſunt miracula, quæ quotidiè Dominus ad laudem Antiſtitis ſui operari dignatur, &, vt ſæpè teſtatus ſum, hæc à me imperito narrari non poſſunt: tamen, vt ipſa imperitia præſtat, elucubrabuntur, ne contemni vel obliuioni tradi videantur. Madulphus quidam Turonici territorij ciuis, ægritudine ſæua compreſſus lectulo in ſuo anhelus occubuit, ex quo tabeſcens innumodo, manibus pedibúſque contrahitur. Quinque verò annorum curricula in hac debilitate ſuſtinuit. Sexto denique anno ad Sancti baſilicam ſe efferri de-
C poſcit: in qua orationi incumbens, perdita debilitate, ſoſpitatem meruit adipiſci.

CAPVT XLV.

De alterius manibus contractis.

ET ne ob hoc cuiquam quæ referuntur videantur incredibilia, quia ſingulorum nomina non ſunt in paginis prænotata. Facit hoc hæc cauſa, quia cùm à ſancto Dei incolumitati fuerint redditi, ſtatim recedunt. Et aliquoties ita clam recedunt, vt, ſi dici fas eſt, à nemine videantur. Cúmque rumor ſurrexit beati Antiſtitis apparuiſſe virtutem, vocatis ad nos cuſtodibus ædis, quæ ſunt acta cognoſcimus: nomina tamen non ſemper ab his diſcimus. Illos verò plerumque nominatim ſcribimus, quos videre potuerimus, aut ipſi diſcutimus.
D Venit ad feſtiuitatem vir quidam ex Bituricenſibus debilis, cuius digiti in palma erant infixi, tantùm vt putarentur vermibus ſcatere. Sed celebrata ſolemnitate, directis ambarum manuum digitis, incolumitati donatus eſt, viditque eum omnis populus ſoſpitem redeuntem. Cui cauſa debilitatis ex hoc contigit, quod ſepem ſegetis die Dominico componere voluiſſet.

CAPVT XLVI.

De mulieris brachio contracto.

MVlier à Piſtano territorio erat, cuius brachium contractis neruis emarcuerat. Ad ſepulchrum autem beati viri veniens, ac in oratione vigiliiſque pernoctans, brachium ſuum ſanum retulit. Sed illicò à do-

E minis in ſeruitute mancipata, eadem incurrit. Reuertitur iterùm & ſanatur. Tunc venientes domini eius, & eam abducere nitentes, accepto de rebus pretio quieuerunt, & ita hæc libertati donatur.

CAPVT XLVII.

De eo qui pro debito tenebatur.

HIs certè diebus cùm quidam pro diſſoluendo debito, quod in neceſſitatibus ſuis contraxerat, interpellaretur, nec eſſet virtus atque facultas ad reddendum quæ mutuauerat, in carcere coarctatur. Deinde cùm videret creditor, quòd ei nihil extorquere poſſet, quia nihil habebat, nec eſſet qui ei manum miſericordiæ porrigeret, arctiùs eum in vincula conſtringit, negatoque cibo ac potu dicebat, ego te faciam ad omne
F documentum famæ tabeſcere, donec omnia reddas. Hæc autem cùm agerentur, ſancti Antiſtitis reliquiæ, quæ in Sueſſionicum pagum ferebantur, per plateam præteribant. Auditis itaque vinctus pſallentium vocibus, orauit, vt eum virtus Antiſtitis ſancti viſitaret. Statimque diſſolutis ligaminibus, nullo tenente, baſilicam ſanctam ingreditur. Dehinc à deuotis redemptus, à nexu debiti abſolutus eſt.

CAPVT XLIII.

De cæca illuminata.

FActum eſt etiam in vna feſtiuitate, vt mulier, quæ perdito lumine in cæcitate durabat, auditis Sancti viri miraculis, alacri deuotione baſilicam eius expeteret. Proſtrata autem ſuper nudam humum ante ſe-
G pulchrum, mox vt orationem fudit, lumen recipere meruit.

CAPVT XLIX.

De Paralytico omni corpore.

IN hac ſolemnitate aduenit puerulus oculorum obtutibus clauſis, aurium aditibus oppilatis, oris officiis obſtructis, manuum vſibus perditis, greſſibus condemnatis. Quid plura? Ita erat omnium membrorum vſu præmortuus, vt ſolo ſpiritu palpitaret. Vt autem locum ſanctum attigit omni prorſus debilitate ſummota, cum gratiarum actione ſanus abſceſſit.

CAPVT L. H

De Presbytero à febre ſanato.

LVpus Burdegalenſis vrbis presbyter quodam tempore grauiter à quartano typo vexabatur, ita vt accedente febre, neque cibum, neque potum ſumere poſſet. Interea aduenit feſtiuitas ſancti Martini Antiſtitis, & ille celebratis cum reliquo populo vigiliis, manè præcedit omnes, & ad baſilicam Sancti feſtinat. Dum autem properaret, obuium habuit Iudæum, & eo inquirente quo pergeret, reſpondit. Typum quartanum incurri & nunc ad baſilicam Sancti propero, vt me virtus eius ab infirmitate hac diſcutiat. Qui ait, Martinus tibi nihil proderit, quem terra opprimens terreum fecit, & tu incaſſum eius ædem expetis. At ille deſpiciens verba ſerpentis antiqui, abiit quo cœperat, & proſtratus coram ſanctis pignoribus, orationem fudit, reperitque ibi duas

A candelas ex cera & papiro formatas. Quibus aſſumptis ad domum rediit, illuminatiſque eis, fauillam papiri cum aqua munda hauſit, moxque ſanitatem recepit. Iudæus verò ab hac infirmitate correptus, per anni ſpatium ventilatus eſt, ſed mens iniqua mutari neque tormentis potuit vnquam.

Capvt LI.

De Cardegiſili filio ſanato.

CArdegiſilus verò Sanctonicæ vrbis ciuis cognomento Gyſo, ſuſceptis nobis ad domum ſuam, inuitat ad oratorium, quod mater eius ædificatum B. Martini reliquiis conſecrauit. Denique cùm expleta oratione, ſoliciti eſſemus, ſi ibidem virtus ſancti Antiſtitis B oſtenſa fuiſſet, reſpondit. Ante annum tertium puerulus iſte filius meus, quem coram cernitis, cùm adhuc penderet ad matris papillam, incommodo agi cœpit, ac per triginta dies & eo ampliùs inter manus non ſine labore deportabatur, donec ita afflictus eſt, vt nec mamillam valeret ſugere, nec alium capere cibum. Deficiente autem eo, iam die ſextò poſtquàm grauiùs agere cœpit, depoſuimus cum ante altare flentes, atque eius obitum præſtolantes. Ego autem dolorem non ferens, diſceſſi à domo mandans mulieri, vt cùm obiiſſet, ſtatim ſepulturæ eum locaret. Flente autem genitrice, iacuit infans vſque ad veſperum. Cadente autem Sole, eleuat vocem ſuam, dicens. Dulciſſima ſoror vbi es? Sic enim genitricem, vt blanditia infantium habet, vocitare ſolitus erat. At illa accurrit, dicens. Adſum fili dulciſſime: ſuſceptóque eo in vlnis, & mox porrecta papilla, hauſto lacte, protinus conualuit.

C

Capvt LII.

De clerico dyſenterico.

HIs diebus quando nobis hæc relata ſunt vnus clericorum noſtrorum ventris fluxum incurrit cum febre, ac nimiam defectionem ſtomachi: & quæ proiiciebat per inferiorem partem, pars maxima cruor erat. Et ea eum magis afficerat, quia cibum, quem accipiebat, inualeſcente nauſea, ſtatim reiiciebat: ſed protinus, vt de ſepulchro bibit, omni infirmitate dempta, firmatus eſt.

Capvt LIII.

De appenſo abſoluto, item de alio.

SEd nec hoc ſilendum putaui, quòd ſæpiùs in morte D præcipites extenſa pietatis dextera, ſubleuauit. Denique nuper ſeruus à iudice pro furti ſcelere comprehenſus patibulo adiudicatur. Qui dum duceretur, nomen beati Antiſtitis inuocabat, dicens: Libera me ſancte Confeſſor ab imminenti periculo. Appenſus igitur ac ſolus relictus, commoto ſubitò vento, audiuit vocem dicentem. Liberemus eum. Et ecce à quatuor partibus cœli concuſſus ſtipes qui hominem ſuſtentabat, cum immenſo ceſpite, in modum arboris eradicatæ, à terra diuellitur, & ſic homo morti deditus rediuiuus erigitur. Alius quoque qui multa fecerat ſcelera, & compunctus à Deo, pœnitentiam pro malis quæ geſſerat, agebat, apprehenſus cum ſimili nece damnatur, inuocans ſemper beati Confeſſoris auxilium. Qui cùm appenſus fuiſſet, diruptis vinculis illæſus ad terram ruit. Sed mala mens hominum iterùm apprehendit, quem Deus eripuit. Quod audiens Abbas Monaſterij à loco proximo currit ad Comitem, rogaturus pro eo: (erat enim longè E exinde quaſi tribus millibus) obtentaque ab eo rei huius vita, rediit, viuúmque reperiit. Quo à ſuſpendio depoſito, adduxit ad monaſterium profitentem atque dicentem; quia ſenſi virtutem ſancti Martini, qui me eripuit.

Capvt LIV.

De muto ſanato.

ERat homo infra terminum Turonicæ vrbis ex vico Montis Laudiocenſis, & homo ille erat natura ſimplex, nexus vinculo coniugali. Cui cum coniuge quieſcenti nocte media pauor exoritur, exterritúſque ac de lectulo exiliens, dum per hoſpitiolum ſuum vagatur, trepidus, vocis perdidit famulatum. Nec moratus indicat F nutu coniugi, vt eum ad Sancti baſilicam exhiberet. Qui adueniens dum ante dictum ſepulchrum per ſex aſſidue decubat menſes in oratione, reſoluta lingua, eloquium ſicut antea habuerat, recipere meruit virtute Beati.

Capvt LV.

De mulieris manu contracta.

MVlier trans Ligerim in die Dominico cùm operam exerceret, quam in die illo fieri patrum inhibet authoritas, manus eius contracta diriguit, digitique in palmam defixi ſunt. Quæ dum doloribus cruciaretur, ad ſanctam ædem Confeſſoris acceſſit, vouitque vt ſi ab hac ſanaretur infirmitate, nullum opus deinceps in hac Dominicæ Reſurrectionis ageret die, quod illi dici eſſet incongruum, ſtatimque amotis digitis à palma, manu directa diſceſſit. G

Capvt LVI.

De muliere contracta & cæca.

MAgna eſt etiam pietas Confeſſoris, quæ ſic arguit inſipientes, vt ponens vitium ante oculos, reddat in poſterum emendatos. Pro hac cauſa muliercula debilitatur. Nam cùm die Sabbati poſt Solis occaſum, qui adiacet Reſurrectionis Dominicæ nocti, panem furno collocaret, brachium eius dolore quatitur. Poſt iniectum alium, & tertium panem, manus inuita lignum quod tenebat, cœpit aſtringere: intelligénſque mulier diuinæ ſe virtutis iudicio condemnari, velociter palam, quam tenebat, abiecit: nihilominus non effugere potuit pœnam. Nam ita manus eius graui dolore contractæ ſunt, vt vngulæ in ipſa defigerentur palma. Ex hoc nullius medici ſe credens poſſe fomento ſanari, Beati baſilicam expetiuit. Ibique fideliter orans, directis manibus H ſanata diſceſſit: vouitque vt per ſingulos menſes vna hebdomada ad ſanctum templum veniens, debeat Deo & beato Antiſtiti deſeruire. Quod per vnum annum eam obſeruaſſe manifeſtiſſimè cognitum eſt. Poſt annum verò intermiſſa vnius menſis hebdomada, non acceſſit ad ſanctam baſilicam. Sedenti verò in hoſpitiolo ſuo oculus à dolore transfigitur. Illum autem comprimens perdidit. Alius quoque dolore cœpit extemplò. Ita in vnius horæ momento cæca ambobus oculis efficitur. Nec mora, confeſſa culpam ad præſidia nota confugit. Ibique orationem ſupplicitet fundens, ac pœnitentiam pro negligentia compuncta agens, die octaua, ſanguine ab oculis profluente, illuminata eſt.

A

Capvt LVII.

De cæco illuminato.

HOminis cuiuſdam oculi craſſæ caliginis nube contecti, quodam glutino coniunctis palpebris fuerant obſerati, & quod ſuperérat viro, magnis doloribus tenebatur. Quid plura? Feſtiuitatem Sancti cum reliquorum deuotus expetiit, attentè exorans, vt à virtute beati Antiſtitis viſitari mereretur in die ſolemnitatis. Sed ſacra ſolemnia præuenit potentia Confeſſoris, oſtendens ſe adeſſe populis, cùm tenebras repulit, lumenque refudit. Igitur ante diem tertium feſtiuitatis hoc in atrio, quod abſidam corporis ambit, eo orante, ſubitò aperti ſunt oculi eius, & aſpiciens lucem videre meruit. Quod cùm his qui aderant, cùm gratiarum actione narraret, dictum eſt ei, vt ſileos potiùs orationem funderet, quò cœptam virtutem beatus Antiſtes celeriùs B adimpleret. Tunc proſtratus terræ, cùm in lachrymas prorupiſſet, firmatis oculis, à ſolo incolumis ſurrexit.

Capvt LVIII.

De Paralytico & duobus cæcis ſanatis, & duobus energumenis emundatis.

POſt diem verò tertium huius ſolemnitatis erat quidam paralyticus hoc in loco exorans, cui debilitas hac de cauſa, vt ipſe enarrauit, euenerat, quia dum eſſet puer paruulus, & cum reliquis paſtoribus pecorum in campo cuſtodiam gereret, ſuper fontem quendam obdormiuit, tandémque relictus à ſomno, dum conſurgere nititur, doloribus coarctatur. Mox membris omnibus C contractis, ac retortis extrorſum brachiis, contractis in poplite neruis, calcaneis ad crura deductis, cùm nulla eſſet virtus eundi, immenſæ ab eo lachrymæ magnis vocibus effluebant. Reuerſis autem ſociis ad viſenda pecora, hic eiulans inuenitur. Dehinc parentum vlnis ablatus, domui reſtituitur. Poſt dies verò paucos cùm parumper à doloribus laxaretur, mendicis quibuſdam deputatus eſt, cum quibus per decem aut eò ampliùs annos regiones vrbéſque circumiens, ad hanc feſtiuitatem adueniens membris omnibus ſolidatus eſt. Duo eadem die illuminati cæci, duo energumeni ad ſepulchrum Antiſtitis emundati ſunt.

Capvt LIX.

De puero febricitante.

D ADoleſcens quidam ex noſtris, nocturnis febribus vexabatur, in tantùm vt ab hora diei octaua vſque in craſtinum ſecunda diei hora, nullam æſtuandi quietem poſſet accipere. Erat enim ei & horribilis omnis cibus, nec quicquam vnde confortaretur, accipiebat. Dolor etiam ſæuus membra omnia quatiebat, ſed & pallor genas obſederat. Dumque ſic inter manus ferretur parentum vt æger, ægrè obtinere potuit, vt ad ſepulchrum beati Antiſtitis deferretur. Tandem allatus, vt de ſacroſancto tumuli puluere diluto potum ſumpſit, mox ab hac benedictione, fugato vniuerſo dolore, febris extincta eſt. Nec mora, ſecreta digeſtionum loca puer expetit, deducitur in angulo ventris purgandi gratia. Verùm vbi voluntatem aluī, flato impellente profudit, ſtatim duo vermes ab eo in modum ſerpentum proceſſerunt. Qui ita [illegible] oculis omnium videbantur, vt viuere putarentur. His ergo ab eo digeſtis, illicò ad plenum ſanatus, & cibum, vt ſolitus erat, hauſit, & potum, ruborque genis, fugato pallore, redditur, membriſque omnibus ſolidatur. E

Capvt LX.

De his quæ in meo itinere geſta ſunt.

OPportunitatis cauſa nuper exſtiterat, vt ad viſitandam genitricem meam in territorium Cabilonenſis vrbis adirem. Sed metuens ſuperuenturas infirmitates, de hoc puluere ſepulchri beati Antiſtitis auſus ſum, & mecum deferre præſumpſi, ſcilicet vt cùm quemlibet noſtrum morbus aliquis inuaſiſſet, virtus Sancti ope conſuetudinaria ſubueniret. Vbi igitur ad matrem acceſſi, protinus vnum puerum febris cum dyſenteria arripit, atterit & conſumit, ita vt negato vſu veſcendi, de ſolis febribus aleretur. Die tertia cùm hæc audiſſem, F delibutum puluerem ad bibendum porrigo moribundo, ſtatimque fugata febre, ſedatóque dolore conualuit. His diebus à Verano Antiſtite audiui, quòd quodam tempore dum typi quartani æſtu vreretur, experita B. Martini baſilica, quæ in loco erat, celebrata vigilia, ſanatus fuit. Nos verò ex hoc itinere Aruernum venientes, reperimus Auitum Epiſcopum à tertiano typo ita grauiter concuti, vt etiam ſi aliquid cibi ſumeret, ſtatim reiiceret. Sed de hoc pignore potu ſumpto, calcata febre roboratus eſt. Duos ex pueris noſtris valetudinaria febris inuaſerat, omniúmque membrorum iuncturas (vt ex hoc contagio plerumque aſſolet) dolor ſæuus obſederat: ſed ab hac benedictione potati, ſanati ſunt. Ego ipſe in hoc itinere cùm dolorem dentium grauiter ſuſtinerem, & iam non ſolùm ipſi dentes, ſed omne caput venarum pulſibus, ac dolorum ſpiculis figeretur, ac tempora valdè proſilirent, hoc præſidium expetij, & mox dolore compreſſo conualui. O theriacam inenarrabilem! ô pigmentum ineffabile! ô antidotum laudabile! G ô purgatorium, vt ita dicam, cœleſte! quod medicorum vincit argurias, aromatum ſuauitates ſuperat, vnguentorúmque omnium robora ſupercreſcit, quod mundat ventrem vt ſcamonium, pulmonem vt hyſopus, ipſúmque caput purgat, vt pyrethrum. Etiam non ſolùm membra debilia ſolidat, ſed quod his omnibus maius eſt, ipſas conſcientiarum maculas abſtergit ac leuigat. Sufficiant ergo hæc huic libello quæ indita ſunt. Tamen ſi adhuc miracula cernere meremur, placet ea alteri libello inſeri, vt ea quæ oſtenduntur, non occultari, ſed magis debeant propalari. De cætero verò virtutem eius depoſcimus, vt qui talia præſtat ex tumulo, nos iam à peccatis Deo mortuos ſuſcitare dignetur mortis illius de ſepulchro: vt in illo reſurrectionis carnis noſtræ tempore, nobis obtineat indulgentiam, cùm ille prouehetur ad coronam.

INCIPIT LIBER QVARTVS H

PROLOGVS.

SAluberrimo nos hortatu Propheta admonet, dicens. Honorandi ſunt amici tui Deus. Nihilominus & in alio Pſalmo. Qui timentes Dominum magnificat, beatitudini copulatur domus æternæ. Ergo perſpicuè patet intellectui humano, quòd admoneantur quique non ſolùm immunes crimine, verumetiam noxiali criminis mulcta dediti, cultum reuerenter reddere amicis Dei. Quæ res non ſolùm in præſenti ſæculo tribuit beneficium, verumetiam præſtat & refrigerium in futuro. Nam cùm ſæpè videamus virtutum inſignia prodire de tumulo beatorum, non immeritò commonemur, debitam eis honoris reuerentiam impendere, à quibus non deſiſtimus infirmitatum remedia flagitare. Quorum precibus & ipſam peccaminum remiſſionem non dubitamus

A *adipiſci : & non modò hanc mereri, verùm ab infernalibus ſupplicijs eorum interuentu ſaluari. Confidimus enim quòd ſicut hîc morborum genera reſerant, ita illic ſanas tormentorum pœnas auertant, & ſicut hîc mitigant febres corporeas, ita illic reſtringant æternas : & quomodo hîc lurida lepræ vlcera ſordentia mundant, ita illic delictorum languoribus mederi ſuo interuentu obtineant ac ſicut hîc mortuorum cadauera ad vitam reſuſcitant, ita illic peccato ſepultos, ex Acheronticis ſtagnis manu iniecta erutos vitæ æternæ reſtituant. Quocirca dum vnuſquiſque lætificatur in gaudio ſub patrono tunc impenſius honorem reddit debitum, cùm ſe ſenſerit ab infirmitate qua detinetur, eius virtute mundatum: ſicut nunc de Beato, ac toto orbi peculiari patrono Martino Antiſtite, & nos, & innumeri populi ſunt experti: & vtinam ignauia mentis noſtræ permitteret eum ſic venerari, ſicut decet amicum Dei, qui tantis nos morborum oppreſſos generibus plerumque reſtituit ſanitati.*

B

CAPVT I.

De dolore ventris mei.

NVper primo etiam tempore ventris dolorem incurri. Et licèt non vſquequaque dabat ſolutionem, tamen doloris malum in illis intraneorum flexuoſis receſſiuus, bacchabatur. Adhibui, fateor, ſæpiùs balnea, atque res calidas ſuper ipſas alui torturas ligari faciebam, ſed nihil mederi poterànt infirmitati. Sexta etenim dies illuxerat, quod magis ac magis dolor inualeſcebat, cùm mihi venit in memoriam, ante paucos annos (ſicut in libro ſecundo huius operis continetur ſcriptum) me ab hoc dolore Sancti virtute fuiſſe ſanatum. Acceſſi haud temerarius ad locum ſepulchri proiectúſque ſolo orationem fudi, atque ſecretiùs à pendentibus velis vno ſub veſtimento iniecto C filo, Crucis ab hoc ſignaculum depinxi: protinus dolore ſedato, ſanus abſceſſi.

CAPVT II.

De lingua, & labiis meis.

QVodam verò tempore lingua mihi grauiter irriguerat, ita vt plerumque dum loqui vellem, balbutire me faceret, quod non mihi ſine improperio erat. Acceſſi autem ad tumulum Sancti, ac per lignum cancelli linguam impeditam traxi, protinus tumore compoſito conualui. Intumuerat enim valdè & totum palati impleuerat antrum. Deinde poſt diem tertium labiũ mihi exilire grauiter cœpit. Acceſſi iterùm quærere ſanitatem ad tumulum. Tactúſque à dependentibus velis, protinus ſtetit venæ pulſus. Et credo mihi hæc ex abundantia ſanguinis euenisse: non tamen ſanguinem D minuere ſtudui propter Sancti virtutem. Nullam tamen mihi vltra moleſtiam fecit hæc cauſa.

CAPVT III.

De puero à febre ſanato.

DEnique puerulus paruulus grauabatur à febre, & excîſis membris cùm nullum acciperet cibum, in hoc etiam & ſpiritum exhalaret, cucurrit ad me pater cum lachrymis. Cui ego indicaui, vt delatum ad baſilicam ſuper lectum nocte tota vigilaret. Quod cùm feciſſet, ſtatim puerum ſanum per virtutem Sancti recepit.

E

CAPVT IV.

De contracto & cæca, & tribus energumenis.

AD feſtiuitatem verò quæ menſe quinto celebratur adueniens quidam, cuius digiti in palma contracti erant, oratione facta digitis directis abſceſſit. Mulier verò cæca poſt octo annos, proſtrata ſolo coram Sancti ſepulchro illuminatis oculis repedauit in locum ſuum. Tres tunc energumeni Sancti virtute mundati ſunt.

CAPVT V.

F

De ſeruo Theodulphi.

EO anno Childeberti Regis tertio decimo ad feſtiuitatem, quæ de beato eius tranſitu celebratur, ſeruus Theodulphi ciuis Turonici, cuſtos ouilis, dum nocte circa gregem creditum excubaret, ne quicquam ex eo, aut beſtia raperet, aut fraus furis auferret, oculis ſubita caligine interfuſis lumen amiſit. Qui per ſex annos in cæcitate durans, ad hanc feſtiuitatem aduenit. Poſt tertium verò diem Sancti virtute illuminatus, à domino eſt dimiſſus ingenuus.

CAPVT VI.

De multis infirmitatibus ſanatis.

ANno quoque quarto decimo Regis ſupradicti, G adueniente ſolemnitate Sancti, duodecim paralytici directi, tres cæci illuminati, quinque energumeni emundati ſunt. Affuit huic feſtiuitati & Aredius Lemouicinæ vrbis Abbas, cuius in ſuperioribus libris meminimus, per quem paralyticam vnam, quæ per octo annos carrucæ ſuperpoſita, in atrio beati Confeſſoris decubuerat directis veſtigiis reſtaurauit. Nam aſſerebat ipſe vir Dei ſenſiſſe ſe, quaſi beati Martini manum, cùm infirmæ membra, impoſito ſigno Crucis, tactu ſalutari palparet. Aduenerat etiam in hac feſtiuitate & Florentianus maior cum Temulpho Palatij Comite. Quibus non parua admiratio fuit de gloria Confeſſoris, per quem Dominus talia tunc miracula dignatus eſt operari.

CAPVT VII.

De vna apud Gallitiam.

H ET quia Florentiani maioris memoriam fecimus, quid ab eo didicerim nefas puto taceri. Tempore quodam cauſa legationis Galliciam adiit, atque ad Mironis Regis præſentiam accedens, negotia patefecit iniuncta. Erat enim eo tempore Miro Rex in ciuitate illa, in qua deceſſor eius baſilicam ſancti Martini ædificauerat, ſicut in libro primo huius operis expoſuimus. Ante huius ædis porticum, vitium camera extenſa per traduces dependentibus vuis, quaſi picta vernabat. Sub hac enim erat ſemita, quæ ad ſacræ ædis valuas peditem deducebat. Cùmque Rex ſub hac prætereiens gratia hoc templum adiret, dixit ſuis. Cauete ne contingatis vnum ex his botrionibus, ne forſitan offenſam ſanctitatis eius incurratis. Omnia enim quæ in hoc habentur atrio, ipſi ſacrata ſunt. Hoc audiens vnus puerorum, ait intra ſe. Vtrùm ſint hæc huic ſæculo ſacrata an non, ignoro. Vnum ſcio quòd deliberatio animi mei eſt de his veſci. Et ſtatim iniecta manu caudam botrionis

A cœpit incidere, protinúſque dextera eius adhærens cameræ, arente lacerto diriguit. Erat enim minus Regis, quod ei per verba iocularia lætitiam erat ſolitus excitare. Sed non eum adiuuit cachinnus aliquis, neque præſtigium artis ſuæ, ſed cogente dolore voces dare cœpit ac dicere. Succurrite viri miſero, ſubuenite oppreſſo, reuelate appenſum, & ſancti Antiſtitis Martini virtutem deprecamini, quia tali exitu crucior, tali plaga affligor, tali inciſione diſiungor. Egreſſus quoque Rex cùm quæ acta fuerant didiciſſet, tanto furore contra puerum eſt accenſus, vt eius manus vellet incidere, ſi à ſuis prohibitus non fuiſſet. Dicentibus tamen præterea famulis: noli, ô Rex, iudicio Dei, tuam adiungere vltionem, ne fortè iniuriam quam inuatis puero, in te retorqueas. Tunc ille compunctus corde, ingreſſus baſilicam, proſtratus coram ſancto altari cum lachrymis preces fudit ad Dominum. Nec ante à pauimento ſurrexit, quàm flumen oculorum huius paginam delicti deleret. Quo à vinculo quo nexus fuerat abſoluto, ac
B in baſilicam ingreſſo, Rex eleuatur à ſolo, & ſic recipiens incolumen famulum Palatium repetiuit. Teſtabatur autem maior præfatus hæc ſe ab ipſius Regis relatione, ſicut actum narrauimus, cognouiſſe: ſic enim glorioſus Pontifex, ſuam illuſtrat vrbem miraculis, vt deeſſe non ſentiatur alienis.

Capvt VIII.

De baſilica Sancti apud vrbem Santonicam.

PRæſenti verò anno, Palladius Santonicæ vrbis Epiſcopus, huius ſancti Confeſſoris reliquias petiit. Conſtruxerat enim in eius honore baſilicam, quam his pignoribus conſecrauit, meruitque ſuſcipere miracula quæ ſæpiùs vrbs propria habet experta. Nam poſt duorum, aut trium menſium curricula, literas eius accepi,
C in quibus indicauit tres paralyticos, contractis pedibus adueniſſe. Qui ſtatim vt in baſilicam ingreſſi orationem fuderunt, directis veſtigiis, ſanitati ſunt redditi. Duo cæci in eo loco lumen recipere facta oratione meruerunt, & ampliùs quàm duodecim à febre frigoritica detenti, depulſo tremore conualuerunt.

Capvt IX.

De duobus dyſentericis.

DVo de pueris noſtris clericus ſcilicet Dagoaldus, & laicus Theodorus, dyſenteriam cum febre patiebantur. In tantúmque laſſati morbo erant, vt non aliter niſi manibus aliorum cùm digeſtionis neceſſitas aduenisſet, è strato ſubleuarentur. Sed ſepulchri puluere
D hauſto, ſtatim conualuerunt.

Capvt X.

De patenis quas Sanctus exhibuit.

EST apud nos patena colore ſaphyrino quam dicitur Sanctus de Maximi Imperatoris theſauro detuliſſe, de qua ſuper frigoriticos virtus ſæpè procedit. Nam in acceſſu febrium quis poſitus qui cum tremore fieri ſolet, aduenerit, & de ea aquam hauſerit, mox ſanatur. Eſt & apud Condatenſem vicum, alia quoque patena à Sancto exhibita holocriſtallina, ſimile infirmis beneficium præbens, ſi fideliter expetitur. Bodilo vnus de notariis noſtris cum ſtomachi laſſitudine animo turbatus erat, ita vt nec ſcribere iuxta conſuetudinem, nec excipere quæ ei dictabantur poterat. Tunc cùm ſæpiùs ver-
E bis increparetur, ſuper hanc beati viri patenam quam nobiſcum eſſe diximus, aquam fundit, ipſamque ore tranſponit. Mox ſenſui ſuo redditus, opus officij ſagacius quàm conſueuerat expediebat.

Capvt XI.

De Bledrico, cui filij non erant dati.

SEd quid mirum, ſi ſenſum aduerſitate turbatum reddat hominibus, qui ſæpiùs ſterilitatem in fœcunditatem conuertit? Bledericus quidam Carnoteni territorij ciuis, accepta vxore vt dono Dei, procreationis ſuæ prole ditaretur orabat, ſcilicet quia nihil ex ea germinis merebatur accipere. Triceſimus etenim annus curriculum expedierat, vxore ſterili permanente, cùm vir ſalubertimè pro animæ commodo tractans ait vxo-
F ri. Ecce ſæculum quo viuimus præteriens eſt, & nulla inter nos ſoboles gignitur, quæ nobis deficientibus congeſtum laboris noſtri debeat poſſidere. Accedam (inquit) ad baſilicam ſancti Martini, & eam faciam hæredem mihi, vt liberis abnegatis, vel cum eodem habere potero, quæ poſſideam in futuro. Conſenſit mulier ſapiens, viri prudentis conſilio. Nec mora proceditur ad baſilicam Sancti, fuſáque oratione inuitat Abbatem domi ſecum accedere. Quo accedente, tradidit ei omnem poſſeſſionem ſuam dicens. Sint hæc omnia penès ſancti Martini ditionem, quæ habere videor, & hoc tantùm exinde vtar, vt de his dum vixero alar. Conſignatiſque rebus coëgit Abbatem manere ibi. Mirum dictu, poſt triginta, vt diximus, annorum curricula, in ipſa qua res ſuas baſilicæ tradidit nocte, cognouit vxorem ſuam, quæ concipiens peperit filium. Sed & deinceps alios habuit, quod non oportet ambigere virtute Sancti præſtitum huic viro fuiſſe. Verùm tamen non reſtagauit acceptis filiis promiſſionem homo ille, ſed
G eis alia loca tribuens, quæ primùm Sancto largitus fuerat confirmauit.

Capvt XII.

De cæca apud Tornacenſem vrbem.

APud Tornacenſem verò Cenomannici territorij vrbem, quæ nunc in ipſius ſanctæ baſilicæ ditionibus detinetur, mulier quædam diuturna cæcitate detenta, & ſenio prægrauata, ad oratorium vrbis ipſius reſidens, dum ſtipem peteret, ac aſſiduè nomen Martini inuocaret, quadam nocte Dominica cœperunt oculi eius à dolore compungi. Tunc illa proſtrata coram ſancto altari, erumpente ſanguine lumen recepit. Verumtamen reliquiæ in ipſo loco beatiſſimorum Apoſtolorum Petri & Pauli habentur, ſed hæc aſſerebat virtute ſancti
H Antiſtitis ſe fuiſſe ſanatam. Attamen fides noſtra retinet in multorum Sanctorum virtutibus Dominum operari vnum, nec illos diſiunctos virtutibus, quos cœlo pares, miraculis Dominus æquales reddit in terris.

Capvt XIII.

De manu arida reſtituta.

AD feſtiuitatem verò illam cui Annacharius Antiſiodorenſis vrbis Pontifex affuit, quidam manum aridam contractámque detulit, ſed poſt diem tertium feſtiuitatis, reintegratam domi reportauit.

A

Capvt XIV.

De Bandegiſillo debili.

BAndegiſillus quidam ex Andegauenſis vrbis territorio Baudulphi filius, vici Geſnenſis incola, dum humoris ſæui iaculo ſauciatur, debilitatus occubuit. Iſque cùm à patre paupere ſine operis beneficio paſceretur, vt baſilicæ ſancti Martini limina oſcularetur, patrem lachrymis obortis efflagitat. Qui nec mora in naui poſitum, quia vehi altera vectione non potuit, ante pedes Sancti foris ſepulchrum filium deuotus expoſuit. Qui per dies aliquot orationi vacans, Sancti auxilium poſcens, amota debilitate ſanitati reſtituitur, ſicque cum gerſiore domi incolumis reſtitutus eſt.

B

Capvt XV.

De homine qui ceram tranſmiſit.

IN Auſcienſi quoque territorio erat homo Cœleſtis nomine, cui nutita erant apum aluearia, ex quibus cùm examen egreſſum alta conſcendens longè competeret, & ille ſequens, nullum protſus ſuſcipiendi obtineret effectum, proſtratus ſolo ſancti Martini inuocat nomen dicens. Si virtus tua, beatiſſime Confeſſor, hoc examen retinere voluerit, eúmque ditioni meæ reddiderit, quæ impoſterum ex eo procreata fuerint, mel vſibus meis ſumam, ceram verò ad luminaria baſilicæ tuæ cum omni ſoliditate dirigam. Hæc effatus, cùm adhuc terræ decumberet, ſtatim examen apum ſuper vnam arbuſculam, quæ viro erat proxima, decidit & inſedit, collectúmque & in alueolo reconditum retulit. De quo infra duos aut tres annos multa congregauit.
C Ex quibus cùm iam ampliùs quàm ducentas ceræ libras aggregatas haberet, tumor hoſtilitatis obortus eſt. At ille ne votum ſuum perire cerneret, ceram foſſa humo operuit. Pace quoque reddita, Diaconum noſtrum vt eam peteret accerſiuit. Erat tunc cum eo puer, qui renum grauiſſimum perferebat dolorem. Qui accedens ad virum, & cognoſcens ab ore eius quæ geſta fuerant, ceram quæ in terra latebat detegi iubet. Puer verò qui dolorem quem diximus patiebatur accepto ſarculo vt terram foderet, ait. Si tu propitius es, ſancte Martine ad hoc munus hominis aſpiciendum, contingat virtus tua renes meos, & ſit mihi ſalus cùm hanc detexero ceram. Cúmque percuſſiſſet ſarculo terram, ſonuit oſſiculum renum eius, & ſtatim omnis dolor ablatus eſt, ſicque incolumis cum hac cera beatæ baſilicæ præſentatus eſt.

D

Capvt XVI.

De abſolutione vincti.

HOmo quidam vrbis Turonicæ iudici culpabilis extitit, quem in vincula compactum cuſtodiri præcepit. Aduenientibus autem diebus ſanctis Dominicæ Reſurrectionis, iuſſit eum iudex in vlterius Ligeris fluuij littus, in alia retrudi cuſtodia. Ducebatur ergo non ſolùm cathenis colla reuinctus, verumetiam poſt tergum manibus colligatis. Cúmque ad ripam nominati amnis aduenisset, & nauigium quo tranſire deberent præſtolarentur, atque ille ſancti Martini auxilium inceſſabiliter flagitaret, viſum eſt repentè cuſtodibus quaſi ab aliquo capite verberati fuiſſent. Protinúſque in terram ruunt, ac cathenæ quæ vinctum tenebant hominem confractæ ſunt, laxatæ verò corrigiæ de manibus ſoluuntur. Ipſe autem liberum ſe, ſentiens decumbentibus adhuc ſolo hominibus ſeceſſit ab eis, & ſanctæ Eccleſiæ limen ingreſſus eſt, ſicque à iudice laxatur. E
Ferebant enim nonnulli his diebus & apud Pictauienſem vrbem in vinctos ergaſtulo carcerali fuiſſe reſolutos. Quod ambigi non poteſt, quia Confeſſoris virtus vtramque vrbem ſacris potuit illuſtrare miraculis.

Capvt XVII.

De puero cæco.

PVerulus paruulus nomine Lendonaldus, ſeruus cuiuſdam Baudeleiſi de vico Andegauenſi, cui Cronio antiquitas nomen indidit. Poſtquàm renatus ex aqua & Spiritu ſancto cum reliquis infantibus ludum in platea exercens, vt ætas illa patitur, huc illúcque diſcurreret, ſubitò commotus cum impetu ventus, & puluerem eleuans, oculos infantis impleuit. Qui cùm cæcitate percuſſus doloribus cruciaretur, apparuit auiæ eius vir F
quidam per ſomnium taliter eam inſtruens. Vade ad baſilicam ſancti Martini, recipiet viſum puer iſte. Nec morata mulier fide plena venit ad feſtiuitatem beati viri, recepitque illuminatum virtute Pontificis nepotem ſuum.

Capvt XVIII.

De puella cæca.

HVius etiam vrbis territorij puella Vigiogundis vocabulo, ſimili conditione cæcatur. Dum enim cum reliquis pueris per ſtrata vrbis ludum exercendo diſcurreret, venti violenti puluis eleuatus impleuit oculos eius. Quæ ſtatim doloribus vexata petiit parentes, vt eam ad baſilicam ſancti Martini deducerent. Quo facto, protinus vt orationem pro ea fuderunt, illuminata eſt. G
Nobis quoque egredientibus de ſanctis miſſarum ſolemniis occurrerunt, ſimul præfatus puer atque puella: dicentes ſe ipſa hora lumina virtute beati Antiſtitis recepiſſe. Quod nobis magnum præſtitit gaudium credentibus, quòd nos virtus beati Confeſſoris viſitare dignata ſit.

Capvt XIX.

De contracto & cæco.

LItoneus autem quidam ex infantia ſua membris debilis, accedente febre cæcatus eſt: ſed ad ſuperiorem veniens feſtiuitatem, directis membris, lumine tamen adhuc dempto diſceſſit. Sed cùm ad hanc iterùm regreſſus fuiſſet ſolemnitatem, exemptis tenebris, lumen ei clarum exoritur. H

Capvt XX.

Item de alio cæco.

IN hac etiam feſtiuitate & Leudaidus ſeruus Emneri Nannetieæ vrbis Diaconi, cùm per ſex annos cæcitatis fuiſſet cathena conſtrictus, ad baſilicam accedens virtute beati Confeſſoris illuminatus eſt. Per viſionem enim ſomnij admonitus fuerat, vt huius ſancti Auxilia flagitaret Antiſtis.

A

Capvt XXI.

De Eulogiis quæ quidam ciuis Turonicus ſuſtulit.

QVidam de ciuibus Turonicis, dum ad gregis properaret occurſum, vas cum vino, vnúmque panem ad ſepulchrum vna manſurus nocte depoſuit, vt ſcilicet in itinere poſitus hoc haberet ſalutis præſidium. Quibus exinde aſſumptis iter carpere cœpit. Factum eſt autem vt commeatum requirens, hominis cuiuſdam ingrederetur hoſpitium, depoſitiſque ſarcinis, mulier quæ habebat ſpiritum immundum, beati Martini aduentum vocibus immenſis annuntiare cœpit & dicere. Quid nos perſequeris Sancte, quid nos crucias ſerue Dei? Tunc hoſpes ille qui venerat, accepto calice, paululúmque vini de B illo vaſe auferens, fruſta benedicti panis effracta poſuit in eo. Quod vbi mulier illa quæ debacchabatur accepit, mox cum ſanguine eiecto dæmonio ſaluata eſt. Alia in eodem loco mulier quæ diu à frigore febrium ægrotabat, accepto ab hac benedictione modico panis, mox vt ſumpſit, ſanata eſt.

Capvt XXII.

De contracto directo.

SImillimus incola Baiocaſinus cùm in rure poſitus operaretur quiddam, commoto vento pauore perculſus, tremere cœpit, ac membris omnibus deſtitui. Vociferari etiam, & ſibi mortem imminere teſtabatur. Intereà concurrentibus vicinis ad ſpectaculum, per iter ipſe inter voces & vlulatus, contractis C neruis debilitatur ad integrum, & non ſolùm ei vſus aurium denegatur, verumetiam & ipſo lumine caruit oculorum. Poſt quindecim verò annos dum in hac infelicitate degeret, ad feſtiuitatem Sancti Martini adueniens, ſolidatis membris, oculiſque receptis, abſceſſit.

Capvt XXIII.

De cæca ac debili ſanatis.

NEc diſſimili virtute mulier Erinigundis, Andegauenſis ciuis, vici incola Cronienſis, contracta ac cæca, in hac feſtiuitate directa, illuminatáque diſceſſit. Sed & Charimundus ex Briſſillamo debilis veniens, virtute beati Antiſtitis reintegratus eſt.

D

Capvt XXIV.

De plurimis cæcis energumeniſque ſanatis.

IN huius etiam ſolemnitatis virtute, nonnulli eo operante Chriſti gratiam præſenſerunt. Nam Leodomundus cæcus poſt ſeptem annos ad baſilicam præfati Antiſtitis veniens, viſum recepit. Inſuper alij cæci in hac feſtiuitate viſum per opem beati Antiſtitis receperunt, & energumeni plerique mundati ſunt.

Capvt XXV.

De puella à febre ſanata.

LEonia Preſbyteri noſtri vernacula, cùm ad villulam vrbi proximam, parentalibus vinis deportata E ſeceſſiſſet, vi febris opprimitur, & die ac nocte valdè commota, in mortis diſcrimine cernitur. Quam videns Preſbyter exanimari violentia morbi, nocte aſcenſo equo, ad baſilicam ſancti Confeſſoris acceſſit, pulſánſque oſtium cellulæ, in qua ædituus quieſcebat, virum ſuſcitare nequiuit. Cùmque baſilicam Sancti ingredi non valeret, coram abſida ſepulchri fudit orationem, collegitque parum de puluere terreno, quod ſecum fide plenus euexit, eúmque dilutum, vt puellulæ ad bibendum protulit, protinus febris abſceſſit.

Capvt XXVI.

De carcerariis abſolutis.

FVerat nobis cauſa quædam, Childeberti Regis adire præſentiam. F Pergentibus quoque nobis, iter per pagum Remenſem aggreſſi ſumus, reperimúſque hominem quendam qui nobis relatu patefecit, patefactum carcerem huius vrbis, in quo inter reliquos vinctos huius famulus tenebatur, Martini virtute fuiſſe, vinctóſque ergaſtulo abſolutos, liberóſque abſceſſiſſe. Erat homini carcer ita tectus, vt ſuper ſtrue tignorum, aſſeres validi ſuperpoſiti palpitarent, ac deſuper qui eoſdem opprimerent, inſignes fuerant lapides collocati. Nihilominus & oſtium carceris, ſera ferro munita, obducta claue peſſulo obſerabatur, ſed virtus Antiſtitis, vt ipſe relator aſſeruit, lapides dimouit, deiecit pulpita, cathenas confregit, & trabem quæ cunctorum coarctabat pedes aperuit, ac nec reſerato oſtio homines per aëra ſubleuatos, foris tecto patente produxit dicens. Ego ſum Martinus miles Chriſti, abſolutor veſter, abſcedite in pace & abite ſecuri. Sed cùm nos ad Regem accedentes, virtutis diffamaremus miraculum, affirmauit Rex, quoſdam ex his qui abſoluti fuerant ad ſe veniſſe, atque G compoſitionem fiſco debitam, quam illi fredum vocant, à ſe fuiſſe reis indultam. Hoc autem factum eſt ante quatuor feſtiuitatis dies, in anno memorati Regis ſexto decimo.

Capvt XXVII.

De ſeruo Monnichij Epiſcopi à debilitate ſanato.

ADueniente autem feſto beati Martini Monnichius Nanneticorum Pontifex, ad baſilicam Sancti aduenit, exhibens ſecum puerum membris diſſolutum, nomine Baudegiſillum. Celebratis igitur ſolemniis Sancti, hunc artubus reſtitutis, ſecum reduxit incolumem. H

Capvt XXVIII.

De Claudij regalis Cancellarij febre.

NObis quoque cum Rege morantibus, Claudius quidam ex Cancellariis regalibus à febre corripitur. Cúmque cibum potúmque nimia oppreſſus febre exhorruiſſet, nobis quæ patiebatur queſtus eſt, dilutúmque puluerem, quem de ſancto Beati ſepulchro pro ſaluatione leuauimus, vt hauſit, mox compreſſa febre ſanatus eſt.

Capvt XXIX.

De eo quod Agnes Pictauienſis Abbatiſſa de nauta retulit.

VEnerabilis verò Agnes Pictauarum Sanctimonialium Abbatiſſa relatum ſibi ab ipſo cui contigit, Treuerico negotiatore, rem miraculi prouenisse, ſic retulit. Dum, inquit, Metis acceſſiſſem, interrogauit me quidam negotiator vnde venirem. Dixi: de Pictauis. Dixit mihi, Si aliàs ad baſilicam B. Martini Turonis occurriſſem. Dixi quod dum in Auſtria ambularem, vbi me præſentaſſem, dixit mihi quale beneficium domini Martini ſenſerat. Dum enim Metis ſalem negotiaſſet, & ad pontem Metis applicuiſſet, dixit, Domine Martine, me & puerulos meos quos habeo, & nauiculam meam tibi commendo. Inter hæc recubantes in naui condormiuimus. Mane excitans me cum puerulis, quos mecum habebam, inuenimus nos ante portam Treuericam, neſcientes quomodo veniſſemus, qui nos adhuc Metis credebamus conſiſtere, qua ratione nauigatum eſt, aut volatum, ſola commendatione beati Martini, nec fluuium ſenſiſſemus, & Moſellæ tunc ſæuientia vndas naufragas euitaſſemus: & quod ſatis eſt mirabile, quomodo inter ſaxa nocturno tempore præteriiſſemus incolumes, non nauta vigilante, non vento flante, non remo ducente.

Capvt XXX.

De virtutibus Locociagenſis Monaſterij.

TEmpore poſt habito cùm vſque Pictauam acceſſiſſemus vrbem, libuit gratia tantùm orationis Monaſterium Locociagenſe adire, quo congregatam Monachorum cateruam locauerat vir beatus. Ibi enim mortuum primùm ſuſcitaſſe legitur, & ex illo ad Epiſcopatum ductus ſcribitur. Ergo deſideratum ego expetens locum, proſternor ad cancellos anguli, in quo dicitur defuncti ſpiritum reduxiſſe. Poſt effuſas verò cum oratione lachrymas, ac celebratas ſolemniter Miſſas, percunctor Abbatem, ſi aliquod ibi Dominus miraculum oſtendiſſet. Aſſeruitque ille coram qui aderant fratribus, plerumque ibi illuminari cæcos, ac debiles reintegrari. Quid tamen nuper ſit geſtum, inquit, tibi Domine, quia ſollicitè inquiris euoluam. Mulier quædam vicina loci huius, paralyſis humore perculſa, officium membrorum omnium vſquequaque perdiderat. Quæ carrucæ impoſita, à bobus trahentibus ferebatur, vt circuiens domos diurna ſtipe, inopiæ ſuæ expleret neceſſitatem. Ergo dum delata ad hunc locum pauimento proſternitur, lento conamine accedens, velum quod ſanctum tegebat cancellum deuotè oſculatur dicens. Hic te beate Confeſſor adeſſe credo, hic te mortuum ſuſcitaſſe teſtificor. Confido enim quòd ſi volueris poteris me ſaluare, ac ſanitati reſtituere, ſicut quondam diruptis inferni faucibus, defuncti animam eduxiſti. Hæc effata genas lachrymis rigabat vbertim, ac ſtatim impleta oratione: quicquid aridum, quicquid contractum, quicquid diſſolutum fuit, reintegratum eſt mulieri in corpore à beati Antiſtitis virtute. Simili ſorte & alius paralyticus ad hoc accedens Monaſterium, vt velum ipſius cancelli attigit, amota omni debilitate ſanus abſceſſit. Diſtat autem ab vrbe Pictaua quaſi ſtadiis quadraginta.

Capvt XXXI.

De fonte quem oratione Sanctus vt oriretur obtinuit.

EXinde egreſſi, Sanctonicum territorium ingreſſi ſumus: cumque in quodam conuiuio de beati Martini virtutibus famularemur, hæc mihi vnus de ciuibus, affirmantibus aliis vera eſſe retulit. Naiogialo villa eſt in hoc territorio ſita, ad quam cùm ſanctus Martinus adhuc ſuperſtes in corpore adiret, obuium habuit virum exhibentem aquam cum vaſculo. Erat enim puteus ille de quo hanc exhibebat, ſitus in valle quaſi mille paſſus à villa, & ex eo incolæ hauſtam deferebant aquam. Tunc ait vir Dei, homini aquam ferenti. Quæſo, dilectiſſime, contine manum tuam, & huic aſello cui ſedeo, paululum aquæ ad bibendum indulge. Qui ait: Si neceſſarium ducis animal tuum adaquare, ſecede ad puteum, & hauriens dabis ei. Nam ego quod cum labore detuli, non præbebo, & hæc dicens præteriit. Quo diſcedente, venit protinus mulier, & ipſa deferens aquam in vrnam, dixitque ei ſimiliter vir Dei. Quæ illico ei ac ſi Rebecca quondam audiens nuntium Dei, & tibi præbeo ait & aſino tuo potum, nec mihi labor eſt vt hauriam. Tantùm voluntas tua fiat, qui iter pergens neceſſitatem pateris. Et depoſito de vlnis vaſculo dedit aſino illius bibere. Quo facto, iterùm hauſta aqua, impletoque vaſculo reuertebatur ad vrbem. Quam proſequens Sanctus ait. Reddam tibi pro mercede beneficium, quia adaquaſti aſinum meum. Et poſitis genibus in terra orauit ad Dominum, vt loco illi fontis oſtenderet venam, ac ſtatim conſummata oratione, dirupta terra fontem immenſum populis admirantibus patefecit. Qui vſque hodie beneficium præbet hominibus commanentibus in agro illo. In huius enim fontis ore eſt lapis in teſtimonium qui veſtigium retinet aſelli huius, ſuper quem ſanctus ſedit Antiſtes.

Capvt XXXII.

De incendio vrbis Pictauæ.

NEc illud ſilendum puto, quòd hoc tempore cùm Placidus Epiſcopatum Pictauæ vrbis adeptus eſt, virtus Sancti fuit oſtenſa. Domus adiuncta Eccleſiaſticæ domui incendio maximo cremabatur, ac ſcintillæ cum carbonibus ſuper domum Eccleſiæ impellente vento, cadebant. Sed ille de puluere beati ſepulchri ſecum habens, eleuato chriſmario contra ignem, exortus ſubitò ventus, vento illi contrarius, flammas à tecto Eccleſiaſtico auertens, aliam pepulit in partem, & ſic domus Eccleſiæ liberata eſt.

Capvt XXXIII.

De puero à febre ſanato.

CVm autem puer eius in valetudine acerbiſſima febre exuſtus iaceret in lectulo, & iam quaſi exanimis haberetur, vt de hoc puluere diluto porrexit infirmo, protinus fugata febre, puer conualuit de labore. Sed ad baſilicam Sancti redeamus.

Capvt XXXIV.

De Lendulfo amente & debili.

CVm ante hos annos, terræmotus magnus terram concuteret, cunctáque valdè mouerentur, quaſi in vno momento caſura, Lendulfus quidam ab eo vehementer excuſſus, non ſolùm ſenſu mulctatur, ſed etiam omnibus membris debilis eſt effectus. Qui veniens ad baſilicam Sancti Turonis, & orationi paucis diebus incumbens, & voci redditur & ſenſui, & membris omnibus quaſi rediuiuus, ſoſpes eſt redditur.

Capvt XXXV.

De homine innocente per calumniam accuſato & liberato.

NEc illud prætereundum puto, quòd innocens homo accuſatus per calumnias malorum, adducebatur ad vrbem vinctus loro, vt truderetur ergaſtulo. Cùmque ante baſilicam ſancti Petri Apoſtoli in publicum adductus æger deueniſſet, ſolutæ ſunt manus eius, dixitque cuſtodibus: in hoc apparet me à culpa quam dicitis, eſſe immunem, cùm meæ manus diuinitus ſunt ſolutæ. Tunc illi indignantes arctius eum reuinxerunt, & inſuper adhuc alio loco ligaminis adiecto, vt ita dicam, vincula ipſa vinxerunt. Contigit autem eo tempore, vt nos de Baſilica ſancti Martini per plateam veniremus. Hi autem cùm nobis obuiam venientes appropinquarent, vt primùm baſilicam Sancti homo vinctus aſpexit, ſtatim ſolutæ ſunt manus eius: exiliénſque de caballo in quo ſedebat, pedes noſtros arripuit exponens ſe iniuſtè damnari. Sicque nobis cum iudice loquentibus, abſque faſcinatione diſceſſit.

Capvt XXXVI.

De muliere obmuteſcente ſanata.

COniux Serenati hominis noſtri cùm de cultura viro præmiſſo rediret, ſubitò inter manus dilapſa comitantium, terræ corruit, ligatáque lingua, nullum verbum ex ore potens proferre obmutuit. Intereà accedentibus ariolis, ac dicentibus eam meridiani dæmonij incurſum pati, ligamina herbarum atque incantationum verba proferebant, ſed nil medicaminis iuxta morem conferre poterant perituræ. Cùmque familia mixto vlulatu perſtreperet, filius eius ad neptem noſtram Euſteniam citius occurrit, nuntians matrem ſuam extremæ vitæ terminum attigiſſe. Quæ adueniens ad ægrotam, eámque viſitans, amotiſque ligaminibus quæ ſtulti indiderant, oleum beati ſepulchri ori eius infudit. Mox ſermone reddito nequitiæ dolo perempto, ægra conualuit.

Capvt XXXVII.

De frigoriticis ſanatis.

TEmpore autem quo poſt obitum glorioſiſſimi Regis Guntranni Childebertus Rex Aurelianenſium vrbem adiit, puerorum vnus aulicorum grauiter à typo tertiano, accedentibus diſcedentibuſque febribus, tremore ſuperueniente quatiebatur. Id cùm nobis fuiſſet queſtus, de puluere ſancti ſepulchri ei porreximus: quem hauriens, compreſſo tremore conualuit. In ſequenti verò nocte cùm dies ille, quo frangi conſueuerat aduenitſet, vidit per viſum venientem perſonam teterrimam dicentémque ſibi. Ecce iam tempus tui tremoris aduenit, quid diſſimulas? Age quòd conſueuiſti. Hæc eo dicente, aduenit vir quidam vultu ſplendidus, cæſarie nitens, aſpectu decorus, dicens ei: ne timueris, ſed facito ſuper frontem tuam ſignum venerandæ Crucis, ſtatimque ſaluaberis. In hac viſione expergefactus, munitúſque hoc ſignaculo quo fuerat iuſſus, nunquam vlterius quæ pertulerat paſſus eſt. Ab hoc typo Reginæ puella fatigata, potu huius ſancti medicaminis ſumpto ſanata eſt.

Capvt XXXVIII.

De cæcis, energumenis & paralyticis.

NOn poſt multos dies, cùm ſolemnia Sancti dies annuus retuliſſet, nos à grege regreſſi, feſtiuitati eius affuimus, in qua quatuor cæci lumine recepto regreſſi ſunt, duo energumeni mundati, duo paralytici contracti, reſtitutis greſſibus incolumes, redierunt.

Capvt XXXIX.

De contracto & carceratis laxatis.

POſt paucos verò dies cùm culpabiles quoſdam vrbis Turonicæ, iudicis ſententia carcerali ergaſtulo concluſiſſet, lamentantibus cunctis, beatus Confeſſor apparuit, diruptiſque vinculis compeditorum, liberos in baſilicam abire permiſit. Sicque & hi à iudice relaxati, ad propria acceſſerunt. Quidam in regione Cantabrina Auranus nomine, manè à lectulo conſurgens, dum de domo egreditur, viſum eſt ei quaſi ab aliquo percuſſus fuerit in ceruicem. Qui protinus ruens in terram, factus eſt tanquàm mortuus, ac per triduum ſolo ſpiritu viuens. Quarto autem die aperuit oculis nihil poterat loqui. Ablata enim ei fuerat fandi facultas: auditis autem beati Martini miraculis, vnum trientem nautis porrigere innuit cum ſupplicatione, vt eum ad beati Antiſtitis templum deferrent. Quibus abeuntibus, ille ad domum ſuam reuerſus, vidit ante pedes ſuos aureum in ſimilitudinem trientis. Quo aſſumpto, penſatóque, vnius ſolidi appenſus eſt pondere. Quod ille cernens, dixit intra ſe. Reddidit mihi virtus beati Martini meritum pro fœnore, quod eius templo direxi. Et accenſus deſiderio voluit in vnam atque aliam nauim conſcendere, ſed à parentibus eſt retentus. Reperta autem tertia naui, retineri non potuit: qua aſcenſa, cùm impellente vento altum mare ingreſſi fuiſſent, os eius virtus ſancti Antiſtitis reſerauit. Qui extenſis ad cœlum manibus, locutus eſt dicens. Gratias tibi ago omnipotens Deus, qui me hoc iter ſuſcipere iuſſiſti. Iam enim priuſquam templum Sancti tui videam, eius refertus ſum beneficiis. Quibus nauigantibus Burdegalæ vrbi appulſi ſunt: egreſſiſque de mari, hic ad baſilicam ſancti Dei accedens, ac votum ſuum exſoluens, quæ ſcripſimus, ab ipſius ore relata cognouimus.

Capvt XL.

De alio contracto, & vinculatis liberatis.

ALia verò feſtiuitate adueniente, quæ in hyeme celebratur, Marcellus quidam ex domo Ponticonenſi, ſeruus Agini Ducis, qui menſe Martio per incurſionem neſcio quam, vnius poplitis perdiderat

A vſum, & greſſum figere non valens, adhibito ſibi ad geniculum fuſte, vt mos eſt claudorum, affuit. Is cùm per triduum orationem fudiſſet ad Dominum, quarta die quæ eſt in craſtinum de feſtiuitate, genu directo ſanus abſceſſit. Poſt paucos autem dies homines, qui qui carceris vinculis tenebantur, diuinitus abſoluti, ſancti baſilicam ſunt ingreſſi, & per iudicem immunes à damno laxati ſunt.

CAPVT XLI.

Item de alio contracto.

PVer quidam pedibus manibúſque contractos, de vrbe Themalло in pago Turonicæ vrbis, vici Ambiacenſis, adueniens ad baſilicam Sancti, dum inter B reliquos petentes poſtularet victûs ſtipem, viſitatus à Sancti virtute directus abſceſſit.

CAPVT XLII.

De pueris febricitantibus ſanatis.

ALius quoque puerulus Euthymi Preſbyteri noſtri, cùm in valetudinem febris nimiæ incidiſſet, ac exanimati ab eadem putaretur, de puluere ſancti ſepulchri Preſbyter leuans, ac fimbrias pallæ ſuperpoſitæ dirumpens ſecum detulit, puluerémque puero hauriendum dedit, fimbrias verò collo eius alligauit: mox febre reſtincta ſanatus eſt. Non diſpari modo & Viſaricus Preſbyter alteri puero febricitanti ſtudium adhibens, ſubuenit, & ille protinus per virtutem Sancti, febre carens conualuit.

C

CAPVT XLIII.

De præcipuo amente.

PRæcipuus quidam vir bonus, Petragoricæ vrbis, amentiam neſcio quam incurriſſe putabatur, & tam grauiter angebatur interdum, vt de ſenſu videretur excedere. Quod cùm multis menſibus perferret, beati Antiſtitis baſilicam expetiuit. Ibique vt arbitror quatuor reſidens menſes, abſtinens ſe à cibo carnium ac vino, adiutus confeſſoris beati præſidio, incolumis domi ſuæ reſtitutus eſt.

CAPVT XLIV.

D

De Leodulpho cæco ſanato.

ET quia ruſticitas hominum dum parum prædicationem ſacerdotalem ſequitur, ipſa ſe Dei præparat ad offenſam: quod nuper geſtum fuit, edicam. Leodulphus quidam Bituricæ vrbis homo, cùm fœnum ſecuiſſet, metuens ne euentu pluuiæ venientis infunderetur, & laborem ſuum perderet, die Dominico mane iunctis bobus ad pratum perrexit, ac ſuper plauſtrum fœnum agglomerare cœpit, ſtatimque pes eius vnus quaſi ardens ei viſus eſt, regreſſuſque ad hoſpitium ſuum, ceſſauit ab opere. Poſt Miſſarum ſolemnia verò celebrata, iterum iunctis bobus opus cœptum cæpit explere, completúmque cum eſſet plauſtrum fœno, ſtatim oculi eius quaſi à quibuſdam aculeis puncti, dolorem maximum intulerunt. Quibus concluſis nunquam deinceps eos aperire potuit. Sicque per annum in cæcitate manens, ad feſtiuitatem ſancti Antiſtitis deuotus aduenit, cujus poſt diem tertiam beneficio lucis quam perdiderat, reſtauratus eſt.

E

CAPVT XLV.

De duobus aliis contractis.

EO tempore, & alius contractus adueniens, virtute Sancti directus, propriis greſſibus ad vrbem ſuam regreſſus eſt. Aduenit quidam ex Britannia nomine Paternianus, qui cæcus, mutus, ac ſurdus, & manibus contractus, per quoddam contagium fuerat, & conflictis omnibus membris morbo, ſoli tantùm pedes præbebant homini ſuſtentaculum. Patroni præpotentis hic expetit baſilicam, orationem fundit, apertis oculis lucem perditam cernit, manus ad vſum priſtinum recipit, & ſe ſaluatum beati Antiſtitis virtute F mirans, ſoſpitatis ſuæ gratiam populis declarat. Ob huius miraculi gratiam, à multis munera cepit, de quibus nonnullos a iugo captiuitatis exemit.

CAPVT XLVI.

De incendio ope eius extincto.

PRæſenti quodam tempore apud Burdegalenſem vrbem, domus vna ignibus comprehenſa vehementer cœpit exuri. Cúmque flammis hinc & inde ſpatiantibus aliæ domus huic diſcrimini ſubiacerent, nec dubium eaſdem huius fomitis calore depaſci, congregatus in circuitu populus nomen beati Martini cœpit attentius inuocare, & ne vicinas domos virtus eius exuri permitteret cum lachrymis deprecari: ſicque ad eleua G iam vocem deflentium cœpit crepitus flammæ decedere. Atque illis clamantibus ad cœlum, aduenit ſubitò Antiſtite impartiente præſidium, colliſumque ſupplici oratione incendium, reſtinxit plebs per lachrymas, quod nequiuerat ſuperare per vndas. Eo tempore puer noſter Laudonaldus cùm grauiter à dyſenteria fatigaretur, vt de puluere ſepulchri accepit, protinus morbo caruit.

INCIPIT PRÆFATIO Gregorij Turonenſis in librum ſuum de Vitis Patrum.

STATVERAM quidem illa tantùm ſcribere quæ ad ſepulchra beatiſſimorum Martyrum Confeſſorúmque diuinitus geſta ſunt: ſed quoniam quædam de iis nuper H reperi: quos beatæ conuerſationis meritum euexit ad cœlum, quorúmque vita tramitem certis relationibus cognitum Eccleſiam ædificare putaui: dicere aliqua ex illis opportunitate cogente non differo: quia Sanctorum vita non modò eorum pandit propoſitum, verùm etiam auditorum animos incitat ad profectum: & quæritur a quibuſdam vtrum vita Sanctorum an vitæ dicere debeamus. Aulus Gellius autem & complures alij Philoſophorum vitas dicere voluerunt: nam Plinius auctor in tertio artis Grammaticæ libro ait: vitas antiqui cuiuſcunque noſtrûm dixerunt; ſed Grammatici pluralem non putant habere vitam: vnde manifeſtum eſt melius dici vitam Patrum quàm vitas: quia cùm ſit diuerſitas meritorum virtutúmque, vna tamen omnes vita corporis alit in mundo. Et ſcripſi fateor in ſuperiore Confeſſorum libro aliqua de quorumdam vita quæ in corpore operati ſunt breuiora: idcirco cùm de virtute ingentia cenſeantur; parua tamen reducuntur in ſcriptis: prolixiora quoque in hoc quem de vita Sanctorum vocitare voluimus libro imperiti

idiotaque præſumimus propalare, orantes Dominum vt dignetur dare verbum in ore noſtro qui ora mutorum ad vſus priſtinos ſæpius reſerauit: vt auditoribus lectoribúſque ſalutaria, & ſanctis Patribus digna labia mea referant: & quæ in ſanctis præcipit ſcribi reputet ea ſuis in laudibus declamari.

CAPVT I.

De Lupicino atque Romano Abbatibus.

SEries Euangelicæ admonet diſciplinæ vt dominicæ largitionis pecunia nummularis fœnerata cum digno multiplicationis fructu diſpenſante domino reſtauretur, nec altis defoſſa foueis recondatur ad detrimentum: ſed rationabili diſpenſatione porrecta, & æternæ vitæ creſcat ad lucrum, vt incipiens retributionis dominus quæ commodauit inquirere, cum vſuris recepta fœnerationis ſuæ duplici ſatisfactione talentis dicat. Euge ſerue bone, quia ſuper pauca fuiſti fidelis ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Prædeſtinatorum eſt enim iſta cum Dei ope perficere qui ab ipſis incunabulorum vagitibus, vt ſæpe de multis legitur, dominum ſcire meruerunt, cognitumque eo nunquam ab eius præceptionibus receſſerunt, neque poſt baptiſmi Sacramentum niueam illam pollentémque regenerationis ſtolam impudicis actibus polluerunt: qui meritò ſequuntur agnũ quocumq; ierit, quos ipſius agni candor egregius liliis decoris nullo ſementionis æſtu marceſcibus coronauit. His deniq; fertis dextera inclytæ dominationis extenta inchoantes prouocat, vincẽtes adiuuat, victores adornat, quos nominis ſui titulo præſignatos de terrenis gemitibus eleuans in cælorum euehit gaudia glorioſos: de quorum niueo electionis numero & illos eſſe non ambigo qui Iurenſis eremi opaca luſtrantes non modo Dei templum efficere meruerunt, verùm etiam in multis mentibus Spiritus ſancti gratiæ tabernacula parauerunt, id eſt, Lupicinus Romanuſque germanus eius. Igitur Lupicinus ab exordio ætatis ſuæ Deum toto requirens corde literis inſtitutus cùm ad legitimam tranſiiſſet ætatem, genitore cogente, cùm animi non præberet conſenſum, ſponſali vinculo nectitur; Romanus vero adhuc adoleſcentior & ipſe ad Dei opus animum extendere cupiens, nuptias refutauit: parentibus vero relinquentibus ſæculum communi conſenſu eremum petunt; & accedentes ſimul inter illa Iurenſis deſerti ſecreta, quæ inter Burgundiam Alemaniámque ſita Auenticæ adiacent ciuitati tabernacula figunt proſtratique ſolo animum diebus ſingulis cum pſallentij modulamine deprecantur, victum de radicibus quærentes herbarum, ſed quoniam liuor illius qui de cælo delapſus eſt, ſemper inſidias humano generi conſueuit intendere, contra hos Dei ſeruos armatur, hoſque per miniſtros ſuos à cœpto itinere nititur reuocare. Nam lapidibus vrgere eos dæmonea per dies ſingulos non deſinebant, & quotieſcumque genua ad orandum Dominum deflexiſſent, ſtatim imber lapidum ſuper eoſdem iacientibus dæmonibus decidebat, ita vt ſæpe vulnerati immenſis dolorum cruciatibus torquerentur. Intereà ætas adhuc immatura cœpit iniurias quotidiani hoſtis metuere, nec paſſa diutius ſufferre dolores, relinquens eremum ad propria redire deliberat: ſed quid inuidia non cogat inimici? verùm vbi relinquentes hoc habitaculum quod expetierant, ad villas manentium ſunt regreſſi: domum cuiuſdam pauperis ingrediuntur, percunctatur mulier de quo itinere milites Chriſti venirent. Reſpondent non ſine confuſione ſe reliquiſſe eremum, & quæ eos cauſa à cœpto diſtulerit opere per ordinem pandunt. At illa ait, oportuerat vos, ô viri Dei, contra inſidias diaboli viriliter dimicare, nec formidare eius inimicitias: qui ſæpius ab amicis Dei ſuperatus occubuit. Æmulus eſt enim ſanctitati, dum metuit, ne vnde ille perfidia vilis corruit genus humanum fide nobilitatum aſcendat: at illi compuncti corde & ſeorſum diſcreti à muliere dixerunt. Væ nobis quia peccauimus in Deum dimittendo propoſitum noſtrum: ecce nunc à muliere arguimus pro ignauia & qualis nobis in poſterum erit vita, ſi ea vnde æſtu inimici expulſi fuimus non repetamus. Tunc armati vexillo Crucis ſumptis in manu bacillis regreſſi ſunt ad eremum: quibus venientibus iterùm eos inſidiæ dæmonis lapidibus cœperunt vrgere, ſed perſiſtentes in oratione obtinuerunt à Domini miſericordia, vt remota tentatione liberi ad illum diuini cultus famulatum expeditique perſeuerarent. His denique in oratione perſiſtentibus cœperunt ad eos turbæ fratrum hinc & inde confluere, & audire verbum prædicationis ab eis. Cúmque iam beati Eremitæ populis, vt diximus, publicati fuiſſent, fecerunt ſibi monaſterium, quod Condatiſcone vocitari voluerunt, in quo ſuccisis ſyluis & in plana redactis de laboribus manuum propriarum victum quærebant, tantúſque fervor de Dei amore proximos locorum accenderat, vt congregata ad officium Dei multitudo ſimul habitare non poſſet, feceruntque aliud monaſterium in quo felicis aluearis examen inſtituerunt. Sed & his deinceps cum Dei adiutorio ampliatis tertium intra Alemaniæ terminum monaſterium locauerunt. Ibántque viciſſim hi duo patres requirentes filios quos diuinis imbuerent diſciplinis prædicantes in ſingulis monaſteriis ea quæ ad inſtitutionem animæ pertinebant. Lupicinus tamen Abbatis ſuper eos obtinuit monarchiam: erat autem valde ſobrius & cibo potúque abſtinens, ita vt plerúmque tertia die reficeretur. Cùm autem eum, ſicut corporis humani depoſcit neceſſitas, ſitis arriperet, vas cum aqua exhiberi faciebat in qua manus immerſas diutius retinebat. Mirum dictu: ita abſorbebat caro ei aquam appoſitam vt putares eam per os eius adſumi, & ſic ardor ſitis extinguebatur. Erat enim ſeuerus valde in diſtrictione fratrum: nec quemquam non modo peruersè agere verùm etiam nec loqui ſinebat; mulierum quoque vel colloquia, vel occurſus valde vitabat. Romanus ita erat ſimplex, vt nihil de his penitus ad animum duceret, ſed omnibus tam viris, quàm mulieribus æqualiter flagitatam benedictionem diuinitatis nomine inuocato tribueret. Lupicinus igitur Abbas cùm minus haberet vnde tantam ſuſtineret congregationem, reuelauit ei Deus locum in eremo in quo antiquitus theſauri reconditi fuerant: ad quem locum accedens ſolus aurum argentúmque quantum leuare poterat monaſterio inferebat, & ex inde, coëmpto cibo reficiebat fratrum multitudines quos ad Dei officium congregauerat, ſicque faciebat per ſingulos annos, nulli tamen fratrum patefecit locum quem ei Dominus dignatus eſt reuelare. Factum eſt autem vt quodam tempore viſitaret fratres, quos in illis Alemaniæ regionibus diximus congregatos, & accedens meridie cùm adhuc fratres in agro eſſent, ingreſſus eſt domum in qua cibi coquebantur ad reficiendum, viditque diuerſorum ferculorum apparatum magnum, piſciúmque multitudinem aggregatam, dixitque in corde ſuo: non eſt dignum vt monachi quorum vita ſolitaria eſt, tam ineptis vtantur ſumptibus: & ſtatim iuſſit præparari æneum magnum: cúmque locatus ſuper ignem feruere cœpiſſet, poſuit in eo cunctos ſimul, quos parauerant cibos, tam piſces quàm olera ſiue legumina, vel quidquid ad comedendum monachis deſtinatum fuerat, dixitque de his pultibus nunc reficiantur fratres: nam non deliciis vacent quæ eos à diuino impediant opere: quod illi cognoſcentes valde moleſtè tulerunt. Tunc duodecim viri habito conſilio iracundia inflammati reliquerunt locum & abierunt per deſerta vagantes, & ea quæ erant ſæculi delectabilia inquirentes: reuelatúmque eſt ſtatim per viſum Romano, nec ei voluit diuina miſeratio rem actam occultare. Regreſſo quoque Abbate ad monaſterium dicit: ſi ſic futurum erat vt ad diſperſionem fratrum abires, vtinam nec acceſſiſſes ad eos. Cui ille, noli, inquit, moleſtè

ferre,

A ferre, frater dilectiſſime, quia ea acta ſunt: nam ſcias purgatam eſſe aream Domini, & triticum tantùm reconditum in horreo, paleas autem eiectas eſſe foras: & ille. Vtinam nullus abſceſſiſſet ex his, ſed nunc indica quæſo mihi quanti exinde abierunt: qui reſpondit duodecim viri cothurnoſi atque elati, in quibus Deus non habitat. Tunc Romanos, cum lachrymis ait: credo in illo diuinæ miſerationis reſpectu quia nec illos ſeparabit à theſauro ſuo, ſed congregabit eos, & lucri eos faciet pro quibus pati dignatus eſt: & facta pro his oratione obtinuit vt reuerteretur ad gratiam omnipotentia Dei: Dominus enim compungi fecit corda eorum; & agentes pœnitentiam pro exceſſu ſuo, congregauerunt congregationes ſuas, & fecerunt ſibi monaſteria quæ vſque hodie, in Dei laudibus perſeuerant. Romanos autem perſiſtebat in ſimplicitate & operibus bonis viſitans infirmos & ſaluans eos oratione ſua. Factum eſt autem quodam tempore, dum iter ageret ad viſitandos fratres, vt occupante crepuſculo ad hoſpitiolum diuerteret leproſorum. B Erant autem nouem viri: ſuſceptúſque ab eis ſtatim plenus charitate Dei, iuſſit aquam calidam fieri atque omnium pedes manu propria lauit, lectulúmque ſpatioſum fieri præcepit vt omnes in vno ſtratu requieſcerent, non abhorrens lutidæ maculam lepræ: quod cùm factum fuiſſet obdormientibus leproſis, hic inter decantationes pſalmorum vigilans extendit manum ſuam & tetigit latus infirmi vnius; ſtatimque mundatus eſt, tactúque ſalubri iterum tangens alium, & ipſe protinus eſt mundatus, cúmque ſe ſenſiſſent redditos ſanitati tetigit vnuſquiſque proximum ſuum vt ſcilicet expergefacti rogarent ſanctum pro emundatione ſua: ſed cùm tacti ab inuicem fuiſſent & ipſi mundati ſunt. Mane autem facto aſpiciens omnes nitente cute effulgere, gratias agens Deo & vale dicens ac ſingulorum oſcula libans abſceſſit mandans eis, vt ſemper ea quæ Dei erant, & retinerent pectore & operibus exercerent. Lupicinus autem iam ſenex C factus acceſſit ad Chilpericum Regem, qui tunc Burgundiæ præerat, audierat enim eum habitare apud vrbem Lanubam, cuius cùm ingreſſus eſt portam tremuit cathedra Regis qui ea hora ad conuiuium reſidebat, exterritúſque ait ſuis: terræ motus factus eſt. Reſponderunt qui aderant, nihil ſe ſenſiſſe commotionis: & ille occurrite quantocius ad portam ne fortè aliquis aduerſari cupiens regno noſtro adſit, quaſi nociturus nobis. Non enim ſine cauſa hæc ſella contremuit: qui protinus concurrentes offenderunt ſenem in veſte pellicia, & dixerunt Regi de eo, qui ait, Ite, adducite eum in conſpectu meo, vt intelligam, cuius ordinis homo ſit: & ſtatim adductus ſtetit coram Rege, ſicut quondam Iacob coram Pharaone; cui ille ait: quis es, vel vnde venisti? aut quod eſt opus tuum? vel quid neceſſitatis habes vt venias ad nos? Cui ille: pater ſum, inquit, dominicarum ouium quas cum Dominus ſpiritalibus cibis iugi adminiſtratione reficiat, corporalia eis interdum alimenta deficiunt; ideò petimus potentiam D veſtram, vt ad victus veſtitúſque neceſſaria aliquid tribuatis. Rex vero hæc audiens ait, accipite agros vineáſque de quibus poſſitis viuere, ac neceſſitates veſtras explere: qui reſpondit. Agros & vineas non accipiemus, ſed ſi placet poteſtati veſtræ, aliquid de fructibus delegate, quia non decet monachos facultatibus mundanis extolli, ſed in humilitate cordis Dei regnum iuſtitiámque eius exquirere. At Rex cùm audiſſet hæc verba dedit eis præceptionem, vt annis ſingulis trecentos modios tritici, eiuſdémque menſuræ numero vinum accipiant, & centum aureos ad comparanda fratrum indumenta quod vſque nunc à fiſci ditionibus capere referuntur. Poſt hæc autem cùm ſenex prouectæque eſſet ætatis Lupicinus Abbas ſcilicet & Romanus frater eius: ait Lupicinus germano ſuo. Dic, inquit, mihi in quali monaſterio vis tibi parari ſepulchrum, vt ſimul quieſcamus; qui ait. Non poteſt fieri vt ego in monaſterio ſepulchrum habeam, à quo mulierum acceſſus arcetur. Noſti enim quod mihi indi- E guo & non merenti Dominus Deus meus gratiam tribuit curationum, multique per impoſitionem manus meæ ac virtutem Crucis dominicæ à diuerſis languoribus ſunt erepti. Erit autem concurſus ad tumulum meum ſi ab hac luce migrauero, ideoque eminus à monaſterio in monte paruulo ſepultus eſt, ſuper cuius deinceps ſepulchrum magnum templum ædificatum eſt: in quod ingens frequentia populi diebus ſingulis accurrit. Multæ enim virtutes ibi in Dei nomine nunc oſtenduntur; nam & cæci ibi lumen, & ſurdi auditum, & paralytici greſſum plerúmque recipiunt. Lupicinus autem Abbas obiens intra monaſterij baſilicam eſt ſepultus: reliquitque domino pecuniæ creditæ multiplicata talenta, id eſt, beatas monachorum congregationes in eius laude deuotas.

Capvt II.

De ſancto Illidio Epiſcopo.

F INter reliqua vitæ perpetuæ ſemina quæ cœleſtis ſator ex illo diuinitatis fonte mentis incultæ aruum inrigauit, inſtitutione vel dogmate, ait, omnis qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus: & alibi. Niſi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipſum ſolum manet: ſi autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Qui amat animam ſuam, perdet eam: & qui odit animam ſuam, in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam. Sed ille nihilominus vas electionis beatus Paulus Apoſtolus dicit: Semper mortificationem Chriſti in corpore veſtro circumferentes, vt & vita Ieſu manifeſtetur in corde veſtro mortali. Ergo confeſſores Chriſti quos tempus perſecutionis ad Martyrium non laceſſiuit ipſi ſibi perſecutores effecti modo vt digni Deo haberentur diuerſas abſtinentiæ cruces adhibuerunt: & vt mortificatis G membris ſoli Chriſto viuerent, de quo idem Apoſtolus dicat. Iam non viuo ego, viuit autem in me Chriſtus, & alibi allegans, illud Pſalm. xliij. Propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus, ſicut oues occiſionis. Aſpiciebant enim per illos mentis internæ oculos Dominum cœlorum deſcendiſſe ad terras, non abiectum ad humilitatem: ſed humiliatum miſericorditer ad mundi redemptionem: aſpiciebant pendentem in patibulo non deitatis gloriam, ſed adſumpti corporis hoſtiam mundam, de qua Ioannes paulò ante prædixerat. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata huius mundi. Habebant in ſe & clauorum adfixionem cùm à timore eius confixi atque à iudiciis diuinis exterriti nihil indignum eius omnipotentiæ in corporis ſui habitatione gerebant; iuxta illud quod Pſalm. cxviij. ſcriptum eſt. Confige timore tuo carnes meas: à iudiciis enim tuis timui. Fulgebat in his & illud reſurrectionis lumen inſigne quo Angelus refulſit dum reuoluit lapidem monumenti: de quo Marc. xvj. Et introëuntes in monumentum viderunt iuuenem ſedentem in H dextris, coopertum ſtola candida & obſtupuerunt. Quo & Ieſus ſplenduit ſub illa oſtiorum obſeratorum incluſione cùm improuiſus in medio Apoſtolici ſenatus adſtitit comitatu: quos idem Dominus eoſdem verbis vitæ imbuens cœleſtem eſt euectus in arcem. Inter quos & beatus Confeſſor Illidius ita hæc omnia in cordis ſui tabernaculo collocauit, vt & ipſe quoque templum ſancti Spiritus effici mereretur: de cuius vita aliqua ſcripturus veniam peto à legentibus. Non enim me artis grammaticæ ſtudium imbuit, neque auctorum ſæcularium polita lectio erudiuit, ſed tantùm beati patris Auiti Aruerni Pontificis ſtudium ac Eccleſiaſtica ſollicitauit ſcripta: ſi mihi non ad iudicium contingerent quæ ipſo prædicante audiui, vel cogente relegi, quia ea nequeo obſeruare: qui me poſt Dauidici carminis cannas ad illa Euangelicæ prædicationis dicta atque Apoſtolicæ virtutis hiſtorias Epiſtoláſq. perduxit:

A de quo ea tantùm capere potui vt cognoſcerem, ſeſum
Chriſtum Filium Dei ad ſalutem mundi veniſſe atque
amicos eius qui accepta Cruce auſteræ obſeruantiæ
ſponſum ſequuti ſunt, dignis obſequiis honorare. Qua
de re crudæ ruſticitatis terreſtritatem oſtendens quæ de
beato cognoui Illidio illo quo poſſum proferam ſtylo.
Sanctus igitur Illidius cùm perfectæ vitæ ſanctitate
polleret, ac diuerſarum in ſe gratiarum chariſmata lar-
giente Domino congeſſiſſet illud quod adhuc ſancti-
tatis culmini deerat, Deo inſpirante ac populo eligen-
te promeruit, vt ſacerdos Aruernæ Eccleſiæ, & domi-
nicarum ouium paſtor eligeretur: cuius ſanctitatis fa-
ma dum per diuerſos gratiarum eueheretur aſcenſus, non
ſolùm ipſos Aruerni territorij terminos, verùm etiam
vicinarum vrbium fines adiuit: vnde factum eſt vt hæc
gloria Treuerici Imperatoris aures attingeret, cuius fi-
lia cùm à ſpiritu immundo correpta grauiter vexaretur,
& non inueniretur à quo poſſet erui, beatum Illidium
fama detexit: & dicto citius ab Imperatore directi
B pueri ſanctum ſenem in antedicta repertum vrbe pote-
ſtati Regiæ celeriter repræſentant. At ille venerabili-
ter exceptum de exitu infœlicis conqueritur filiæ. Ille
vero confiſus in Domino in oratione proſternitur, no-
ctéque cum ſacris Hymnis canticiſque ſpiritalibus du-
cta immiſſis in os puellæ digitis nequam ſpiritum à
corpore abegit obſeſſæ. Quod miraculum Imperator
cernens immenſos auri argentique cumulos ſancto of-
fert ſacerdoti: quod ille execrans ac refutans hoc obti-
nuit vt Aruerna ciuitas quæ tributa in ſpecie triticea
ac vinaria dependebat, in auro diſſolueret: quia cùm
graui labore penui inferebantur imperiali. Sanctus
vero, vt aiunt, impleto vitæ præſentis tempore in ipſo
itineris curriculo migrauit ad Chriſtum, à ſuiſque de-
latus in vrbe ſua ſepultus eſt: vt forſitan, vt plerumque
homines murmurare ſoliti ſunt, quiſpiam garrulabit
dicens: non poteſt hic haberi inter ſanctos pro vnius
tantùm operatione miraculi. Nam ſi perpenditur illud
quod Dominus ait in Euangelio: multi mihi dicent in
C illa die. Domine, Domine, nonne in nomine tuo dæ-
monia eiecimus, virtuteſque multas fecimus, & reſ-
pondebo eis dicens, quia non noui vos. Profectò in-
telligit quod magis proficit ad laudem virtus egreſſa de
tumulo, quàm ea quæ quiſquam viuens geſſit in mun-
do: quia illa labem habere potuerunt per aſſidua mun-
danæ occupationis impedimenta, hæc vero omni labe
ad liquidum caruerunt. Ergo quia illa, vt credimus,
quæ ſanctus Illidius ante hoc tempus operatus eſt
obliuioni data ſunt, nec ad noſtram notitiam peruene-
runt, ea quæ propriis inſpeximus oculis expertique ſu-
mus, vel quæ à fidelibus agnita cognouimus declara-
mus. Tempore quo Gallus Epiſcopus Aruernam rege-
bat Eccleſiam horum ſcriptor in adoleſcentia degens
grauiter ægrotabat, & hic ab eo plerumque dilectione
vnica viſitabatur eo quod patruus eius eſſet: erat enim
valetudo cum nimia ſtomachi pituita ac febre valida.
Intereà aduenit paruulo deſiderium & credo inſpiran-
D te Deo, vt ad beati Illidij baſilicam deportaretur, illa-
túſque manibus puerorum ad eius tumulum fuſa ora-
tione cum lachrymis leuiorem ſe ſenſit eſſe quàm cùm
venerat, reuerſúſque ad domum iterum à febre corripi-
tur. Quadam vero die cùm grauius agere cœpiſſet,
cúmque febris aſperior ſolito adgrauaret, vt vitum
euaderet dubia ſub ſorte iaceret, accedens genitrix eius
ait ad eum. Mœſtum hodie, dulcis nate, ſum habitura
diem, cùm te talis detinet febris: & ille, nihil, inquit,
prorſus obſecro contriſteris, ſed ad ſepulchrum me re-
mitte beati Illidij Pontificis: credo enim & fides mea
eſt quod virtus eius, & tibi lætitiam, & mihi tribuat ſu-
ſpiratem. Tunc ſancti deportatus ad tumulum oratio-
nem fudit, ſpondens proſtratus ſponte ſi eum Antiſti-
tis ſui virtus ab hoc contagio liberaret, clericum ſe fa-
cturum, nec prorſus moraretur ſi deprecatio obtineret
effectum. Hæc effatus ſenſit protinus diſcedere febrem,
vocatoque puero domum ſe reportari depoſcit, cúm-
que in recubitu vbi tunc epulabantur fuiſſet illatus,

erumperet e naribus ſanguinis copia, febris ſimul E
cruorque defluxit: quod meritis beati Confeſſoris præ-
ſtitum habetur probatum. Sed & nuper Veneraudi Co-
mitis ſeruus cùm in diuturna cæcitate reſideret celebri-
tatis vigiliis ſanus abſceſſit. De reliquiis vero eius hæc
ipſe præfatus ſcriptor, vt actum eſt, propria contem-
platione proſpexit. Dedicauerat igitur oratorium in-
tra domum Eccleſiaſticam vrbis Turonicæ in primo ſa-
cerdotij ſui anno, in quo cum reliquorum ſanctorum
pignoribus huius Antiſtitis reliquias collocauit: poſt
multos vero dedicationis dies admonitus eſt ab Abba-
te, vt reliquias quas in altari ipſo locauerat viſitaret, ne
ab humore noui ædificij humectatæ aliquid in his pu-
tredinis inſideret: quas cùm requirens reperiſſet infe-
ctas, ablatas ex altari contra ignem ſiccare cœpit. Ve-
rùm vbi ligaturas illas ſigillatim compoſuit, ventum eſt
ad reliquias beati Illidij Epiſcopi, denique tenens eaſ-
que contra ignem filum quo ligatæ erant quia erat val-
de prolixum ſuper ardentes decidit prunas, & tan- F
quam æneum aut ferreum ab ardore ignis incaluit.
Illo quoque parui pendente quid filum fieret quo ſan-
ctæ reliquiæ ligarentur, æſtimans ipſum iam in fauil-
lam fuiſſe reſolutum, comperit adhuc integrum & in-
corruptum: quippe quod vinculum & ligamen paulo
ante fuiſſet huius glorioſi Pontificis. Multa quidem &
alia de hoc ſancto miracula ſunt relata, quæ ſcribere
longum putaui, hæc æſtimans fidei perfectæ ſufficere
quæ dicta ſunt. Quia cui pauca non ſufficiunt plura
non prodeſſunt: nam ad huius tumulum cæci illumi-
nantur, dæmones effugantur, ſurdi auditum & claudi
recipiunt greſſum præſtante Domino noſtro Ieſu Chri-
ſto, qui credentibus repromiſit à ſe petita ſine ambi-
guitate largiri.

Capvt III.

De ſancto Abraham Abbate. G

NVlli Catholicorum eſſe occultum reor quod Do-
minus ait in Euangelio. Amen dico vobis, ſi ha-
bueritis fidem integram & non hæſitaueritis, ſi dixeri-
tis huic monti transfer te, & transferet ſe, & omnia
quæcunque petieritis in nomine meo credite quia ac-
cipietis & venient vobis. Ergo non erit dubium quin
ſancti obtinere poſſint à Domino quod petierint quia
in eis fides fundamine poſito nullis hæſitationum flu-
ctibus vacillat: pro qua fide non ſolùm intra patriæ
terminum propriæ dum cœleſtem vitam agere cupiunt
exules facti ſunt, ſed etiam tranſmarina ac peregrina
petierunt loca, vt ei cui ſe deuouerant plus placerent:
ſicut nunc beatus Abraham Abbas qui poſt multas ten-
tationes ſæculi, fines eſt territorij ingreſſus Aruerni,
qui non immerito Abrahæ illi comparatur ſeni pro
magnitudine fidei, cui quondam dixerat Deus: exi de
terra tua & de cognatione tua & vade in terram quam H
monſtrauero tibi. Reliquit autem hic non ſolùm ter-
ram propriam, ſed etiam veteris hominis actionem, &
induit nouum hominem qui ſecundùm Deum formа-
tus eſt in iuſtitia, ſanctitate & veritate: ideoque cùm
ſe perfectum in Dei opere cerneret, non fuit dubius in
fide petere quod per vitam ſanctam confiſus eſt obti-
nere, per quem opifex cœli, maris ac terræ paruæ qui-
dem numero, ſed admiranda miracula operari dignatus
eſt. Igitur Abraham iſte ſuper Euſratis fluuij littus ex-
ortus eſt, vbi in Dei opere proficiens ad viſitandos He-
remitas adire Ægypti ſolitudines concupiuit, quo dum
tenderet à paganis comprehenſus, & multis pro Chri-
ſti nomine affectus verberibus in vincula conijcitur, in
quibus per quinque annos exultans Angelo ſoluente
laxatur. Occidentalem quoque plagam viſitare cupiens
Aruernis aduenit, ibique ad baſilicam ſancti Cirici mo-
naſterium collocauit, erat enim miræ virtutis, fugator
dæmonum, illuminatorque cæcorum, aliorum quoque

A morborum potentiſſimus mediator. Igitur cùm feſtiuitas ſupradictæ baſilicæ aduenisset præpoſitum vocat vt vaſa vino plena ad reficiendum populum qui ſolemnitati adeſſet in atrio ex amore componeret: cauſatur monachus dicens, Ecce Epiſcopum cum duce & ciuibus inuitatum habes & vix nobis ſuperſunt quatuor vini amphoræ, vnde omnia iſta complebis? & ille, aperite mihi, inquit, penum, quo aperto ingreſſus eſt: & dans orationem quaſi nutu fidei as eleuatis ad cœlum manibus infuſis fletu luminibus ait. Ne deficiat quæſo, Domine, de hoc vaſculo vinum donec cunctis miniſtretur in abundantia & irruente in ſe Spiritu ſancto ait. Hæc dicit Dominus, non deficiet vinum de vaſe, ſed omnibus petentibus affatim tribuetur & abundabit: veruntamen ad verbum & hilaritatem diſpenſationis illius cuncto populo in abundantia miniſtratum eſt & ſuperfuit: ſed quia ſtrenuitas præpoſiti prius menſorauerat vaſculum quinquagenarium & repererat quatuor palmorum menſuram cernens quæ acta fuerant, in B Chriſto iterum menſurans tantum reperit in vaſe, quantum in eo præcedente reliquerat die. Ea hoc ſancti virtus in populis declarata eſt, in quo monaſterio plenus dierum obiit, ibique cum honore ſepultus eſt. Erat in eo tempore ſanctus Sydonius Epiſcopus, & Victorius Dux qui ſuper ſeptem ciuitates principatum Eoticho Gothorum Rege indulgente ſuſceperat. Huius vero ſancti Epitaphium beatus Sydonius ſcripſit, in quo aliqua de his quæ loquutus ſum eſt præfatus: ad huius enim beati Abrahæ ſepulchrum plerumque frigoritici decubantes medicinæ cœleſtis præſidio ſubleuantur.

Capvt IV.

De ſancto Quintiano Epiſcopo.

C Omnis qui ſe terrenæ materiæ corpus ferre cognoſcit cogitare debet ne in his deuoluatur quæ terrena & carnis huius amica eſſe noſcuntur; quia iuxta Apoſtolum Paulum, manifeſta ſunt opera carnis, plena immunditia & iniquitate, pollutumque & fœtidum hominem qui ea ſectatus fuerit reddunt, atque ad extremum flatibus deputant ſempiternis. Fructus autem ſpiritus eſt omne quod in Deo pollet ac inter quod in hoc ſæculo mortificata carne animam exultare facit, in futuro autem gaudiis donat æternis. Vnde nos qui nunc ſumus in corpore poſiti aſpicere debemus, quæ operatus eſt Deus in ſanctis ſuis, in quibus tanquam intra ſplendidum candidumque ac leuigatum meritis tabernaculum diuerſiſque virtutum floribus adornatum reſidens extenſa dexteræ maieſtate dignatus eſt per eos miſeratione propria perficere quæ periiſſent, ſicut nunc per beatum Quintianum, de quo ſermo futurus eſt, mentis nobilis generoſitate fulgidum, iuſtitiæ opus plerumque compleuit. Ergo non nos mors peccatorum carnis ſectatio ad terrena ſubmergat ac deprimat, D ſed potius ſanctorum exemplis illectus prudenter intelligentes quæ Dei ſunt ſpiritalia nos opera ad cœleſtia ac ſempiterna ſuſtollat, neque in nobis mens ab impudicis actionibus victa luxuriet, ſed æternitatis pro meritis vendicans ſolium victrix ſapientia regnet. Igitur beatiſſimus Quintianus Apher natione, & vt quidam volunt, nepos Fauſti Epiſcopi qui genitricem ſuam ſuſcitaſſe perhibetur, ſanctitate præditus, virtutum dote fulgidus, charitatis igniculo feruidus, caſtitatis flore præcipuus, ad Epiſcopatum Rutenæ Eccleſiæ eligitur, expetitur, ordinatur. In quo Epiſcopatu ampliatis adhuc virtutibus, cùm in Dei ſemper operibus creſceret auctam beati Amantij Antiſtitis baſilicam ſanctum corpus in antea tranſtulit: ſed non fuit ſancto acceptabile hoc opus. Vnde factum eſt vt per viſum apparens diceret ei, quia auſu temerario actus in pace quieſcentes viſus es amouiſſe, ecce ego remouebo te ab hac vrbe, & eris exul in regione altera: veruntamen non E priuaberis ab honore quo frueris. Non poſt multum vero tempus orto inter ciues & Epiſcopum ſcandalo, Gothos qui tunc in antedicta vrbe morabantur ſuſpicio attigit, quod ſe vellet Epiſcopus Francorum ditionibus ſubdere, conſilioque accepto cogitauerunt eum perfodere gladio. Quod cùm viro ſancto nuntiatum eſſet, de nocte conſurgens cum fideliſſimis miniſtris ſuis ab vrbe illa egrediens Aruernos aduenit, ibique à ſancto Euſraſio Epiſcopo qui Aprunculo quondam Antiſtiti ſucceſſerat receptus eſt, largitiſque ei tam domibus quàm agris & vineis, & ille & qui Lugdunenſi vrbi præerant ſumma eum diligentia excolebant; erat enim tam ſenex & verus Dei cultor: decedente autem ab hoc mundo ſancto Euſtaſio, Apollinaris tribus menſibus ſacerdotio ſubminiſtrato migrauit. Cùm autem hæc Theodorico Regi nuntiata fuiſſent, iuſſit inibi ſanctum Quintianum conſtitui, & omnem ei poteſtatem tradi Eccleſiæ dicens: hic ob noſtri amoris F zelum ab vrbe ſua eiectus eſt. Denique cùm ſanctus Quintianus in antedicta vrbe potiretur Epiſcopatu Proculus, quidam eſt ærario presbyter ordinatus multas ei iniurias intulit, omnémque poteſtatem illi de rebus Eccleſiæ auferens, vix ei & ſatis tenuem quotidianum victum miniſtrari præcepit: ſed per eius orationem à ciuibus correptus prudentioribus reſtituta omni poteſtate ſe ab eius remouit inſidiis. Antedictus tamen ſacerdos non immemor iniuriæ ſicut quondam Paulus Apoſtolus de Alexandro, & ſic de Proculo decantabat dicens. Proculus ærarius multa mala mihi fecit, reddet illi Dominus ſecundùm opera ſua: quod in poſterum ei euenisse manifeſtum eſt. Erat autem vir beatus in oratione aſſiduus, & in tantum amator populi ſui, vt adueniente Theodorico ac vallante cum exercitu vrbem, ſanctus Dei muros eius per noctem pſallendo circuiret, & vt regioni vel populo Dominus velociter ſuccurrere dignaretur, afflictus in ieiuniis atque vigiliis G inſtanter orabat. Porrò Theodoricus Rex cùm cogitaret etiam muros vrbis euertere, mollitus eſt miſericordia Domini, & oratione ſacerdotis eius quem in exilium retrudere cogitabat. Nam nocte pauore perterritus de ſtratu ſuo exilit, ac ſolus per viam publicam fugere nititur: perdiderat enim ſenſum neſciens quid ageret. Quod aduertentes ſui eúmque retinere conantes vix potuerunt, cohortantes, vt ſe ſigno ſalutari muniret. Tunc Hilpingus Dux accedens propius ad Regem ait: audi, glorioſiſſime Rex, conſilium paruitatis meæ: ecce muri ciuitatis iſtius fortiſſimi ſunt, eoſque propugnacula ingentia vallant, quod vt plenius magnificentia veſtra cognoſcat, de ſanctis quorum baſilicæ muros vrbis ambiunt hæc loquor; ſed Antiſtes loci illius magnus apud Dominum habetur: noli facere quod cogitas: noli Epiſcopo iniuriam inferre, aut vrbem euertere. Cuius conſilium Rex clementer accipiens præceptum poſuit, ne vllus ab octauo vrbis milliario læderetur: quod obtentu ſacerdotis præſtitum nullus ambigat. Tunc & Proculus ille presbyter irrupH tis Vrtenſis caſtri muris ab ingredientibus hoſtibus ante ipſum Eccleſiæ altare gladiorum ictibus in fruſtra diſcerptus eſt, reddiditque illi Dominus, ſicut ſacerdos cantare conſueuerat, ſecundùm opera ſua. Poſt peractam igitur ſtragem cladis Aruernæ Hortenſius vnus ex Senatoribus Comitatum vrbis illius agens quendam de parentibus ſancti, id eſt Honoratum nomine, in vrbis platea nequitur retineri iuſſit, quod celeriter beato viro nuntiatum eſt: at ille per amicos ſuos cœpit rogare, vt eum data audientia abſolui iuberet; quod ille nullatenus præſtitit. Tunc beatus ſenex deferri ſe in plateam qua ille tenebatur iubet: allatus autem rogabat milites vt eum dimitterent, illi verò timentes obedire, auſi non ſunt Pontifici: & ſacerdos ad domum inquit Hortenſij me velociter deportate: erat enim ſenex valde & propriis pedibus abire non poterat. Deferentes autem eum in domum Hortenſij miniſtri eius, excutiens in eam puluerem calciamenti ſui ait: maledicta ſit domus hæc & maledicti habitatores eius in ſempiternum, fiatque

deſerta

A deſerta & noo ſit qui inhabitet in ea; & dixit omnis populus, amen, & adiecit. Quæſo, Domine, nunquam de hac generatione proueharur quiſquam ad Epiſcopale ſacerdotium, qui Epiſcopum non exaudit. Egreſſo autem ex ea ſacerdote protinus omnes familiæ quæ in domo illa erant, à febre corripiuntur & parumper ingemiſcentes ſpiritum exhalabant: quod cùm iam die tertia ageretur, videns Hortenſius ſibi nihil de ſuis ſeruientibus reſeruari, timens ne etiam & ipſe pariter interiret, ad ſanctum virum mœſtus ingreditur, proiectúſque ad pedes eius cum lachrymis veniam rogat: quam ille benigniſſimè indulgens benedictam aquam domui tranſmiſit, illáque per parietes reſperſa omnis ægritudo protinus eſt depulſa, magnáque ibi virtus apparuit: nam & qui incurrerant ſanati ſunt, & qui ſanati erant vltra non incurrerunt. In Eccleſiaſticis vero ſcripturis eruditus eſt habitus hic ſacerdos, ſed & in eleemoſynis magnificus fuit: nam cùm pauperem quempiam clamare cerneret, aiebat, ſuccurrite quæſo

B ſuccurrite, & pauperi victus neceſſaria miniſtrate: ignari enim eſtis, ô deſides! & forſitan ipſe eſt qui ſe per Euangelicæ lectionis ſeriem reficiendum in pauperibus minimis eſſe mandauit. Eiiciebat autem & dæmonia ſe confitentia: In monaſterium autem Candidobrinſe veniens cùm energumenum quemdam repetiſſet atrociter debacchantem miſit Presbyteros vt ei manus imponerent: ſed cùm eorum exorcizatione larua non fuiſſet expulſa, ſanctus Dei cominus appropinquans & immiſſis in os eius digitis perſonam reddidit abſolutam. Multa & alia miracula vir beatus operatus eſt, & oratione facta ſæpius quæ petiſſet à Domino obtinebat. Porrò in Aruerno quodam tempore cùm magna ſiccitas conſumeret arua & arentibus herbis nulla penitus iumentis pabula remanerent, & ſanctus Dei rogationes illas quæ ante aſcenſionem Dominicam aguntur deuotiſſimè celebraret, die tertia cùm iam portæ ciuitatis appropinquarent, ſuggerunt ei vt

C ipſe antiphonam dignaretur imponere dicentes: ſi tu beate Pontifex deuotè antiphonam impoſueris, confidimus de ſanctitate tua quod protinus nobis Dominus pluuiam dignabitur benigna pietate largiri; at ille proſtratus ſuper cilicium ſuum in ipſa platea diutiſſimè cum fletu orauit. Exurgens autem antiphonam quam petebant, vt virtus fuit, impoſuit: verba autem ei ex illa Salomonica oratione edita hæc erant. Si clauſo cœlo pluuiæ non fuerint propter peccata populi & conuerſi deprecati fuerint faciem tuam, exaudi Domine, & dimitte peccata populi tui & da pluuiam terræ quam dediſti populo tuo ad poſſidendum: cúmque pſallere deuotiſſimè cœpiſſent, penetrauit excelſæ potentiæ aures humilis oratio Confeſſoris, & ecce contenebratum eſt cœlum ac nubibus obtectum, & priuſquam portam vrbis attingerent, deſcendit pluuia vehemens ſuper vniuerſam terram illam, ita vt omnes mirarentur, ac dicerent ad preces hoc beati viri fuiſſe largitum. Senuit autem ſacerdos Dei & in tantum ætate prouectus eſt vt ſputum oris in terram proiicere

D non valeret, ſed adhibito labiis ſudario in eum ſaliuas oris exponeret. Non caligauit oculus eius nec immutatum eſt cor à viis Dei: non ſepoſuit vultum pauperis, nec metuit perſonam potentis, ſed vna eadémque ei fuit in omnibus ſancta libertas, vt ita ſuſciperet penulam pauperis, ac ſi veneraretur togam inclyti Senatoris. Obiit autem perfectus in ſanctitate & ſepultus eſt in baſilica ſancti Stephani ad læuam altaris, ad cuius nunc tumulum plerumque quartanæ febris melancholiæ compreſſa reſtinguitur.

CAPVT V.

De S. Portiano Abbate.

QVanta omnipotens Deus ſuo dicatis nomine indulgeat quantámque eiſdem pro fideli ſeruitio benignitatis opem compenſet, magna quidem ſe pollicetur redditurum in cœlo: ſed quæ accepturi ſunt plerumque hoc declarat in ſæculo. Nam ſæpius de ſeruis liberos, de liberis efficit glorioſos. Iuxta illud Pſalmographi dictum, ſuſcitans à terra inopem & de ſtercore erigens pauperem: vt collocet eum cum principibus populi ſui. De hoc & Anna Helcanæ ait, ſaturati prius pro pane ſe locauerunt & famelici ſaturati ſunt. Ex hoc & ipſa redemptionis noſtri genitrix Virgo Maria dicebat: Depoſuit potentes de ſede & exaltauit humiles. Sic & Dominus in Euangelio ait: erunt primi

F nouiſſimi & nouiſſimi primi. Mittit ergo amore ſuo diuina miſericordia ſuper inopes, vt de paruis magnos ſtatuat ac de infimis vnigeniti ſui faciat cohæredes; præfecit enim de hac mundana egeſtate in cœlo, quo ſcandere non potuit terrenum imperium, vt accedat illuc ruſticus quo accedere non meruit purpuratus. Sic nunc de beato Portiano Abbate quem non modo de onere mundani ſeruitij eruit, verumetiam magnis virtutibus ſublimauit, atque poſt motum & preſſuras ſæculi in requie æterna conſtituit, locauitque eum inter Angelorum choros, de quibus expulſus eſt dominus ille terrenus. Beatiſſimus igitur Portianus ab ineunte ætate Deum quærere cœli ſemper etiam inter terrena ſeruitia conabatur. Sic enim ſeruus fertur fuiſſe cuiuſdam barbari, iſque cùm plerumque ad monaſterium confugeret, vt eum domino ſuo Abbas redderet excuſatum: ad extremum fugientem dominus eum de veſtigio ſequitur & Abbatem calumniari cœpit imputans quod ipſe eum ſeduceret ne ſibi ſuus famulus deſeruiret,

G cúmque de conſuetudine vt eum redderet calumniando Abbatem inſiſteret, dicit Abbas Portiano quid vis vt faciam, & ille redde, inquit, me excuſatum, cumque excuſatus redditus fuiſſet & dominus eius reducere eum domum vellet: ita cæcatus eſt vt nihil penitus poſſet cognoſcere. Cernens autem ſe grauibus doloribus affici Abbatem vocat dicens; Supplica, quæſo, pro me Dominum & accipe hunc ſeruum ad eius cultum forſitan promerebor recipere lumen emiſſum. Tunc Abbas vocatum beatum ait, impone, quæſo, manus tuas ſuper oculos eius. Cúmque ille refuteret, tandem Abbatis deuictus precibus ſuper oculos domini ſui ſignum beatæ Crucis impoſuit, ſtatimque diſrupta caligine & ſedato dolore priſtinæ redditus eſt ſanitati. At vero exin beatus Portianus clericus factus tanto virtutis cumulo eſt prælatus, vt decedente Abbate ipſe ſuccederet, qui fertur æſtiuo tempore cùm ardor Solis vi caloris ſui cuncta conſumeret & etiam corpora quæ robuſtiora potu ciboque erant ab æſtu defatigaret; in ieiuniis poſt perditum omnem ab ore humorem ſalem

H æſtuans ruminabat, ex quo iterum adſumpto liquore arentes gingiues parumper reficere quærens, quamquam palatum aridum humectaret, tamen maius tormentum addita corporis ſiti præſtabat. Sal enim, vt nulli occulitur, magis ardorem ſitis concitat quàm extinguat, ſed hic tribuente Domino arcebatur ab eo. His diebus Theodericus, ingreſſus Aruernum terminum omnia exterminabat, cuncta deuaſtabat, cúmque in Artbonenſis vici pratis caſtra metaſſet, antedictus ſenex ad occurſum eius properat quaſi pro populo rogaturus, ingreſſúſque caſtra mane Rege adhuc in tentoriis dormiente Sigiualdi papilionem, qui tunc primus cum eo habebatur aggreſſus eſt: & dum de hac captiuitate conquerirur, Sigiualdus vt ablutis aqua manibus merum dignaretur accipere deprecatur dicens. Magnum mihi hodie gaudium commodúmque diuina pietas præſtet, ſi intra tentorij mei ſepta facta oratione potum dignatus accipere: audierat enim famam

A ſanctitatis eius, idcirco & honorem eo pro Dei reuerentia impendebat. Quod ille diuerſis modis excuſans adſerebat hoc non poſſe fieri, quia, inquit, nec hora debita eſſet, nec Regi dignum præbuiſſet occurſum: & quod his omnibus potius erat, nec dum adhuc Domino Pſalmorum decantationem debitam euoluiſſet. Sed his ſepoſitis vi eum compulit allatúmque vaſculum quo potio tenebatur, rogat vt ſanctus impoſita prius manu ſanctificaret, qui eleuata dextera cùm ſignum Crucis impoſuiſſet, vaſculum ſcinditur medium, ac vinum quod intra tenebatur cum immenſo ſerpente terræ diffunditur: quod cernentes qui aderant metu exterriti ad pedes beati viri decidunt lambunt veſtigia, oſculantur & plantas, mirantur omnes virtutem ſenis, mirantur & ſe ab iniqui anguis viru diuinitus fuiſſe ſaluatos. Ad iſtud miraculum concurrit omnis exercitus, vallat multitudo omnis beatum virum, cupiens eius fimbriam manu tangere, & ſi oſculo honorare non potuit: & Rex exilie de ſtratu ſuo accurritque ad beati Confeſſoris aduentum,
B illoque tacente cunctos quos repetebat captiuos abſoluit, & reliquos deinceps vt voluit: & ſic recepit duplex ibi beneficium Domino cooperante, & illos à morte eruit, & hos à iugo captiuitatis exemit. Verè, vt ego credo, & fides mea eſt quia conſtat ab hoc periculo ſaluatos quaſi ſuſcitatos à mortuis. Nec hoc præterire volui quod cum diabolus diuerſis machinis conatus eſt illudere: cùm videret ſe nihil ei poſſe nocere, viſibilibus illum præliis eſt aggreſſus. Nam nocte quadam dum ſe ſopori dediſſet, ſubito expergefactus vidit cellulam ſuam quaſi incendio concremari, exurgénſque perterritus oſtium petiit, quod cùm reſerare nequiret, in oratione proſternitur, ac ſignum ſalutare coram ſe & circum ſe faciens, protinus phantaſia flammarum quæ apparuerat euanuit, cognouitque hoc diaboli fuiſſe fallaciam: idque ſtatim reuelatum eſt beato Prothaſio qui tunc apud Canbidobienſe monaſterium habebatur reclauſus, qui cum ſumma feſtinatione monachum ex cellula ſua ad fratrem dirigens hortatus eſt dicens: opor-
C tet te, dilectiſſime frater, inſidiis diaboli reſiſtere viriliter, nihil de illius doloſitate paueſcere, ſed omnia quæ intulerit oratione aſſidua, ac ſigno Crucis è contra oppoſito euincere: quia talibus ſemper tentationibus ſeruos Dei nititur expugnare. Senuit autem vir beatus & impleto boni operis curſu migrauit ad Dominum, cuius nunc tumulus ſæpius diuinis glorificatur virtutibus. Hæc tantùm de ſancto viro cognouimus, non diiudicantes alios qui maiora de eo cognouerunt, ſi voluerint aliqua in eius laudem conſcribere.

CAPVT IV.

De S. Gallo Epiſcopo.

MObilitatis mundanæ faſtigium ſempér inhiat cupiditatibus, gaudet honoribus, inflatur occurſi-
D bus, litibus forum pulſat, rapinis paſcitur, calumniis delectatur, rubiginoſi auri talenta deſiderat, & dum parua poſſidere videtur, vt agglomeret plurima magis accenditur, ingeritque ei congeries auri ſitim arduam poſſidendi, ſicut Prudentius ait. *Auri namque fames procedit maior ab auro*: Vnde fit vt dum gaudet pompis ſæculi & vanis honoribus oblectatur, nihil ei de manſuris dignitatibus in memoriã reuocetur: nec reſpicit ad ea quæ non videntur, dummodo illa quibus ſatiari animum putat importunè poſſideat. Sed ſunt qui ſe de his nexibus tanquam aues de muſcipulis euolantes & ad altiora tendentes mentis alacrioris ingenia abſoluerunt, ac relictis terrenis facultatibus, totis ſe viribus ad illa quæ ſunt cœleſtia aptauerunt; ſicut ſanctus Gallus incola Aruernæ vrbis, quem à Dei cultu abſtrahere non potuit, non dilectio patris, non matris blanditiæ, non amor nutricum, non obſecundatio baiulorum: ſed his omnibus pro nihilo ductis & tanquam ſtercora exoſis Dei ſe dilectioni, Dei ſe officio vouens monaſterioli ſe diſtrictioni ſubegit. Sciebat enim

E iuuenilis feruoris flammas non aliter poſſe deuincere, niſi cenſuræ canonicæ & diſciplinæ ſeueriſſimæ ſubderetur. Sciebat enim ſe ab humilitate ſæculi ad altiora ſeſubleuandum & per patientiam tolerationis ad illam excelſi apicis gloriam euehendum: quod poſtea probauit euentus. Sanctus denique Gallus ab adoleſcentia ſua deuotus Deo cæpit diligénſque ex tota anima Dominum & ea quæ Deo dilecta eſſe nouerat diligebat. Pater ei nomine Georgius, mater vero Leocadia ab ſtirpe Vectij Epagati deſcendens, quem Lugduni paſſum Euſebij teſtatur hiſtoria, qui ita de primoribus Senatoribus fuerunt, vt in Galliis nihil inueniatur eſſe generoſius atque nobilius: cùmque ei pater cuiuſdam Senatoris filiam quærere vellet, ille aſſumpto ſecum puerulo monaſterium Cromonenſe expetiit ſexto ſitum de Aruerna vrbe milliario, ſuppliciter Abbatem exorans, vt ſibi comam capitis tondere dignaretur. At illeque videns prudentiam atque elegantiam pueri nomen
F inquirit, interrogat genus & patriam. Ille vero Gallum ſe vocitari pronuntiat, ciuem Aruernum, Georgij filium Senatoris: quem Abbas vt cognouit de prima progenie eſſe progenitum ait. Benè deſideras, fili, ſed primùm oportet hæc in patris tui deferri notitiam, & ſi hæc ille voluerit, faciam quæ depoſcis. Denique Abbas pro hac cauſa nuntios ad patrem interrogantes quid de puero obſeruari iuberet miſit: et ille paulumper contriſtatus ait; primogenitus, inquit, erat mihi, & ideo eum volui coniugio copulare; ſed ſi eum Dominus ad ſuum dignatur adſciſcere ſeruitium, illius magis quàm noſtra voluntas fiat & adiecit, quicquid vobis infans Deo inſpirante ſuggeſſerit adimplete. Tunc Abbas iſta nuntiis referentibus, puerum clericum fecit: erat autem egregiæ caſtitatis & tanquam ſenior, nihil peruersè appetens à iocis ſe etiam iuuenilibus cohibebat, habens miræ dulcedinis vocem cum modulatione ſuaui, lectioni incumbens aſſiduè, delectans ieiuniis & abſtinens ſe multùm à cibis.
G Quem cùm beatus Quintianus Epiſcopus ad idem monaſterium veniens cantantem audiſſet, non eum permiſit vltra illuc retineri: ſed ſecum ad ciuitatem adduxit: & vt cœleſtis pater in dulcedine ſpirituali nutriuit: cúmque defuncto patre vox eius magis ac magis die adueniente componeretur, atque idem in populis maximum haberet amorem: nuntiauerunt hæc Theodorico Regi, quem dicto citius arceſſitum tanta dilectione excoluit; vt eum proprio filio plus amaret: à Regina autem ſimili amore diligebatur, non ſolùm pro honeſtate vocis, ſed etiam pro caſtimonia corporis. Nam tunc Theodoricus Rex ex ciuibus Aruernis clericos multos abduxit, quos Treuericæ Eccleſiæ ad reddendum famulatum Domino iuſſit adſiſtere: beatum vero Gallum à ſe nequaquam paſſus eſt ſeparari: vnde factum eſt, vt eunte Rege in Aggrippinam vrbem, & ipſe abiret ſimul. Erat autem ibi fanum quod-
H dam diuerſis ornamentis refertum, in quo barbaries opima libamina exhibens vſque ad vomitum cibo potúque replebatur. Ibi & ſimulachra vt Deum adorans membra ſecundùm quod vnumquemque dolor attigiſſet ſculpebat in ligno. Quod vbi ſanctus Gallus audiuit ſtatim illuc cum vno tantùm clerico properat, accenſoque igne cùm nullus ex ſtultis paganis adeſſet ad fanum adplicat ac ſuccendit: Illi videntes fumum delubri ad cœlum vſque conſcendere, auctorem incendij quærunt; inuentum euaginatis gladiis proſequuntur: ille vero in fugam verſus aulæ ſe Regiæ condidit. Verùm poſtquam Rex quæ acta fuerant paganis minantibus recognouit, blandis eos ſermonibus leniuit, & ſic eorum furorem improbum mitigauit. Referre enim ſæpe erat ſolitus vir beatus hæc cum lachrymis & dicebat: vel mihi qui non perſtiti vt in hac cauſa finirer. Fungebatur eo tempore diaconatus officio, denique cùm beatus Quintianus Epiſcopus ab hoc ſæculo iubente Domino tranſiſſet ſanctus Gallus apud vrbem Aruernam eo tempore morabatur: ciues autem Aruer-

ni ad

A nl ad domum Impetrati praſbyteri eiuſdem auuncuiz conueoerunt conquerentes de obitu ſacerdotis, & qui in eius locum deberet ſubſtitui requirentes: quod diutiſſimè pertractantes regreſſus eſt vnuſquiſque ad ſemetipſum, poſt quorum diſceſſum ſanctus Gallus vocauit vnum ea clericis & intuente in ſe Spiritu ſancto ait. Quid hi muſſitant? quid curſitant? quid terractant? Vacuum aſt, inquit, opus eorum, ego ero Epiſcopus mihi Dominus hunc honorem largiri dignabitur: tu vero cùm me redire de præſentia Regis audiaris, accipe equum deceſſoris mei ſtratum & egrediens te obuiam exhibe mihi: quod ſi audita deſpexaris, caoe ne te in poſterum pœniteat: cúmque hæc loqueretur ſupee lectulum decumbebat. Tuoa iratus contra eum clericus cùm multa exprobraret, eliſum ſuper ſpondam lecti latus eius læſit turbidúſque diſceſſit: quo diſcedente ait Impetratos prerbyter ad beatum Gallum: audi fili, conſilium meum, noli penitus retardare, ſed vade ad Regem & nuntia ei quæ hîc contigerint, etſi ei inſpirat Dominus, vt tibi hoc ſacerdotium largiatur magnas Deo referemus gratias: ſin aliud, vel ei qui B ordinatus fuerit commendaberis. Ille vero abiens quæ de beato Quintiano contigerant Regi nuntiauit: tunc etiam & Aprunculus Treuerorum Epiſcopus tranſiit; congregatique clerici ciuitatis illius ad Thaodericum Regem: ſanctum Gallum petebant Epiſcopum: quibus ille ait, abſcedite & alium requirite: Gallum enim diaconum alibi habeo deſtinatum. Tunc eligentes ſanctum Nicetium Epiſcopum acceperunt: Aruerni vero alerici cum conſenſu inſipientium facto & multis muneribus ad Regem venerunt: Iam tunc germen illud iniquum cœperat pullulare, vt ſacerdotium aut venderetur à Regibus aut compararetur à clericis. Tunc ſi audiunt à Rage quod ſanctum Gallum habituri eſſent Epiſcopum: quem presbyterum ordinatum iuſſit Rea vt datis de publico expenſis ciues inuitarentur ad epulum, & lætarentur ob honorem Galli futuri Epiſcopi, quod ita factum eſt. Nam referre erat ſolitus noo amplius donaſſe pro Epiſcopatu, quàm vnum trientem C coquo qui ſeruiuit ad prandium. Poſt hæc Rea datis ad ſubſidium eius duobus Epiſcopis Aruernos eum direxit: clericus vero ille qui ſuper ſpondam lecti eius inliſarat Viuentius nomine ad occurſum Pontificis ſecundùm verbum illius properat, non ſine magno pudore & ſe ſimúlque equum quem iuſſarat repræſentat, ingreſſiſque vtriſque in balneum dolorem lateris quem ab impulſu ſuperbiæ eius clerici incurrerat clementer improperat, magnam ex hoc ei ingerens verecundiam, non cum ira, ſed tantùm ioco ſpiritali delectatus. Igitur eum de eum multo pſallentio in ciuitatem ſuſcipitur & in ſua Eccleſia Epiſcopus ordinatur. Iam vero aſſumpto Epiſcopatu tanta humilitate tantáque charitate cum omnibus vſus eſt vt ab omnibus diligeretur: patientiam vero vltra hominum morem habens, ita vt, D ſi dici fas eſt, Moyſi compararetur ad diuerſas iniurias ſuſtinandas: vnde factum eſt vt à presbytero ſuo in conuiuio percuſſus in capite, ita ſe quietum reddiderit vt nec ſermonem quidem aſparum reſpondiſſet, ſed omnia quæ ei accidebant patienter ferans, in Dei hoc arbitrio à quo ſe petebat enutriri iactabat. Nam & Ennodius quidam ea Senatoribus presbyter cùm in conuiuio Eccleſiæ multis calumniis atque conuiciis laceſſiſſet, coorſurgens ſacerdos loca baſilicarum ſanctarum circuibat: tamen eùm hoc Ennodio fuiſſet prolatum poſt eum curſu veloci dirigens & ſe ante pedes eius in ipſa platea proſternens veniam petiit, deprecans vt eum oratio eius cum omnipotente iudice non fuſcaret. At ille benignè eum colligens cunctáque quæ loquutus fuerat clementer indulſit, eum arguens ne hæc vltra contra ſacerdotes Domini auderet appetere, quia ipſe Epiſcopatum nunquam prometeretur accipere, quod poſtea probauit euentus: nam cùm in Gabalitano ad Epiſcopatum iam electus, iam in cathedra poſitus, iam cuncta parata eſſent vt benediceretur Epiſcopus, ita ſubito contra eum omnis populus conſurrexit, vt vix viuus poſſet euadere, qui poſtea Presbyter tranſiit apud E Aurelianenſem autem vrbem incriminato ab iniquis Epiſcopo Marco & in exilium truſo, magnus Epiſcoporum conuentus eſt aggregatus Childeberto Rege iubente, in qua Synodo cognoſcentes beati Epiſcopi, hoc eſſe vacuum quod contra eum fuerat muſſitatum, eum ciuitati & cathedræ ſuæ reſtituunt. Denique tunc in ſeruitio ſancti Galli Valentianus Diaconus qui nunc Presbyter habetur, atque Vocalis abiit: eúmque Epiſcopo alio Miſſas dicente, Diaconus ille propter iactantiam potius quàm pro Dei timore cantare vellet à ſancto Gallo prohibebatur dicente ſibi: ſine, inquit fili, quòd non Domino iubente nos celebrauerimus ſolemnia, tunc & tu canere debes: nunc eius clerici concinant qui conſecrant Miſſas: at ille & tunc ſe poſſe pronuntiat, cui Sacerdos fac vt libet, nam quod volueris non explebis. Ille quoque negligens mandatum Pontificis abiit, & tam deformiter cecinit vt ab omnibus irrideretur. Adueniente autem alia Dominica F dicente ſæpè dicto Pontifice Miſſas iuſſit abire: ouna, inquit, in nomine Domini quod volueris explicabis quod cùm feciſſet in tantum vox eius præclara facta eſt vt ab omnibus laudaretur. O beatum virum cui talis gratia concesſa eſt vt ſicut animæ ita & cum eo voces hominum ſub eius poteſtate conſiſterent, quas & cùm voluit cantu prohibuit & cantata permiſit. Præſtitit autem Deus & alia miracula magna per illum: nam cùm Iulianus Defenſor Presbyter deinceps dulciſſimæ voluntatis homo à quartano typo correptus grauiter cruciaretur, lectulum ſancti Sacerdotis expetiit: in quo decubans à lectuaria ipſa opertus paululùm obdormiens, ita ſanatus eſt vt nec contractus quidem poſt ea ab hac infirmitate videretur. Cùm autem Aruerna ciuitas maximo incendio cremaretur, & hoc ſanctus comperiſſet ingreſſus Eccleſiam diutiſſimè Dominum ante ſanctum altare cum lachrymis exorauit, ſurgénſque Euangeliis comprehenſis apertiſque in obuiam ſe igni obtulit, G quo obtemperante protinus ad aſpectum eius ita omne incendium eſt extinctum, vt nec fauillæ quidem in eo igne remanſiſſent. Sub eius autem tempore magno terræ motu Aruerna ciuitas eſt concuſſa, ſed cur hoc acciderit ignoramus. hoc tamen ſcimus quòd nullum ex populo læſit. Cùm autem lues illa quã inguinariam vocant, per diuerſas regiones deſæuiret & maximè tunc Arelatenſam Prouinciam depopularet, ſanctus Gallus non tantùm pro ſe, quantùm pro populo ſuo trepidus erat, cúmque die noctuque Dominum deprecaretur vt viuens plebem ſuam vaſtari non cerneret, per viſum noctis apparuit ei Angelus Domini qui tam cæſariem quàm veſtem in ſimilitudinem niuis candidam efferebat, & ait ad eum: bene enim te, ô Sacerdos! proſpectat diuina pietas pro populo tuo ab hac infirmitate liberato, nullúſque te viuente in regione iſta ab hac ſtrage deperibit: nunc autem noli metuere, poſt octo vero annos expletos migrabis à ſæculo: quod poſteà manifeſtum fuit. Expergefactus autem & Deo gratias pro hac conſolatione agens quòd per cœleſtem nuntium H confortari dignatus eſt, rogationes illas inſtituit, vt media quadrageſima pſallendo ad baſilicam beati Iuliani Martyris itinera pedeſtri veniret: ſunt autem in hoc itinere quaſi ſtadia trecenta ſexaginta. Cùm autem regiones illas, vt diximus, lues illa conſumeret, ad ciuitatem Aruernam ſancti Galli intercedente oratione non attigit: vnde non paruam cenſeo gratiam eius qui hoc meruit vt paſtor poſitus oues ſuas deuorari defendente Domino non videret. Sed veniamus ad illud tempus cùm eum Dominus de hoc mundo iuſſit aſſumi: cùm grauatus incommodo decubaret, ita febris interna omnia membra eius depilauit, vt capillos & barbam ſimul amitteret: ſciens autem ſe, reuelante Domino, poſt triduum migraturum, conuocat populum & omnibus confracto pane communionem ſancta ac pia voluntate largitur. Adueniente autem die tertia, quæ erat Dominica dies, quæ ciuibus Arnernis immanem intulit luctum, albeſcente iam cœlo interrogat quid in Eccleſia

A pſallerent, dixerunt benedictionem ſeſe pſallere: at ille pſalmo quinquageſimo & benedictione decantata & alleluyatico cum capitello expleto conſummauit officium totum temporis matutini: quo iam extremo perfunctus officio ait. Vale dicimus, vobis fratres, & hæc dicens, extenſis membris ſpiritum cœlo intentum præmiſit ad Dominum: tranſiit autem ætatis ſuæ anno ſexageſimo quinto, Epiſcopatus vero ſui ſeptimo & vigeſimo anno: exin ablutus atque veſtitus in Eccleſiam defertur: donec comprouinciales ad eum ſepeliendum conuenirent: magnum enim ibi miraculum oſtenſum populis fuit, quod ſanctus Dei attracto dextro pede in ſecreto ſe in aliud latus quod erat verſus altare contulit. Dum autem hæc agerentur, rogationes illæ quæ quotannis vbique in Paſchate fiunt celebrantur: iacuit autem in Eccleſia triduo, aſſiduo inſtante pſallentio cum magna frequentia populi: Epiſcopi autem quarta die aduenientibus eum de Eccleſia leuauerunt, & portantes in ſancti Laurentij baſilicam ibi B ſepeliunt. Iam vero in exequiis eius quantus planctus, quanti populi affuere enarrari vix poteſt: mulieres cum lugubribus indumentis tanquam ſi viros perdidiſſent: ſimiliter & viri obtecto capite vt in exequiis vxorum mos eſt: ipſi quoque Iudæi accenſis lampadibus plangendo proſequebantur: omnes præterea populi vna voce dicebant, væ nobis qui poſt hanc diem nunquam ſimilem merebimur habere Pontificem: & quia, vt diximus, prouinciales longe diſtabant nec celerius venire poterant, vt mos ruſticorum habetur, glebam ſuper beatum corpus poſuere fideles, quo ab æſtu non intumeſceret: quem ceſpitem poſt eius exequias mulier quædam, & verè, vt ego diligenter inquiſiui, virgo puriſſima & deuota Deo Meretina nomine ab iis eiectum collegit, in horto ſuo poſuit infuſa ſæpius aqua Domino incrementum dante viuere fecit: de quo ceſpite infirmi non ſolùm auferentes atque bibentes herbam ſanabantur, verùm etiam fidelis ſuper eum oratio ſuffragium merebatur, qui poſtea per incuriam virgine migrante deperiit. Denique ad ſepul- C chrum eius multæ virtutes oſtenſæ ſunt: nam quartanarij & diuerſis febribus ægroti, vt ad beatum tumulum fideliter attingunt, protinus hauriunt ſanitatem. Valentinianus igitur cantor cuius ſupra meminimus, qui tunc presbyter habebatur, cùm diaconatus fungeretur officio à typo quartano corripitur, ac per multos dies magna defectione laborauit: factum eſt autem, vt in die acceſſus huius febris loca ſancta circuire diſponeret orans, veniénſque ad huius ſancti ſepulchrum proſtratus ait, memor eſto alumni proprij quem amore vnico dilexiſti, & erue me ab hac qua detineor febre: hæc effatus herbulas quæ ad honorem ſacerdotis tumulo reſperſæ fuerant à deuotis, colligit & quia virides erant ori applicat, dentibus decerpit ſuccúmque earum deglutit: præteriit enim dies illa, nec ab hoc eſt pulſatus incommodo, & deinceps ita ſoſpitati eſt reſtitutus, vt nec illas, quas vulgo frictiones vocant, vltra D perferret, hoc ab ipſius presbyteri ore ita geſtum cognoui: non enim ambigitur per illius potentiam prodire virtutes de tumulis ſeruorum ſuorum qui Lazarum vocauit ex monumento.

CAPVT VII.

De S. Gregorio Epiſcopo Lingonenſi.

EGregiæ ſanctitatis viri quos palma perfectæ beatitudinis à terris editos euexit ad cœlos, ſi ſunt quos aut non fictæ charitatis vinculum ligat, aut Eleemoſynarum fructus ditat, aut flos caſtitatis adornat, aut martyrij agonizatio certa coronat, in quibus ad inchoandum perfectæ iuſtitiæ opus illud fuit ſtudium, vt in primis corpus ſine macula præparatum habitaculum Spiritui ſancto præberent, & ſic ad reliquarum E virtutum excelſa contenderent, atque ipſi ſibi perſecutores facti dum in ſe ſua perimebat vitia tanquam Martyres probati, peracto curſu agonis legitimi triumpharent: quod nullus ſine Dei ope valebit efficere, niſi Dominici adiutorij protegatur vel parma vel galea, & quod egerit non ſui, ſed ad diuini nominis gloriam deputet, iuxta illud Apoſtoli: qui gloriatur in Domino glorietur: in hoc enim & beatus Gregorius omnem gloriam contulit, qui de excelſa Senatorij ordinis potentia ad illam ſe humilitatem ſubdidit, vt omnibus ſæculi curis abiectis ſoli ſe Deo dicaret opere quem in pectore retinebat. Igitur ſanctus Gregorius ex Senatoribus primis benè litteris inſtitutus Auguſtodunenſis ciuitatis comitatum ambiuit: in comitatu autem poſitus regionem illam per quadraginta annos iuſtitia comitante correxit: & tam ſeuerus atque diſtrictus fuit in malefactoribus, vt vix eum vllus reorum poſſet euadere. Coniugem de genere Senatorio habens Armen- F tariam nomine, quam ad propagandam generationem tantùm dicitur cognouiſſe, de qua & filios Domino largiente ſuſcepit: aliam vero mulierem vt iuuenilis aſſolet feruor, inardeſcere non contigit: poſt mortem autem vxoris ad Dominum conuertitur, & electus à populo Lingonicæ vrbi Epiſcopus ordinatur: cui magna fuit abſtinentia, ſed ne iactantia putaretur, occultè ſubcinericios panes ex hordeo aliis tenuibus ſupponebat, triticum frangens aliis erogabat; ipſe vero clam hordeum nemine intelligente præſumens, ſimiliter de vino faciens, dum aquam ei pincerna porrigeret ad diſſimulandam aquam deſuper effundebat, tale vitrum eligens quod claritatem aquæ obtegeret. Iam in ieiuniis, eleemoſynis, orationibus atque vigiliis tam efficax iámque deuotus erat, vt in medio mundi poſitus nouus effulgeret eremita. Nam cùm apud Diuionenſe caſtrum moraretur aſſiduè, & domus eius baptiſterio adhæreret, in quo multorum ſanctorum reliquiæ tenebantur, nocte de ſtratu ſuo nullo ſentiente conſurgens ad orationem Deo tantùm teſte pergebat oſtio diuinitus reſe- G rato attentè pſallebat in baptiſterio: ſed cùm hoc multi temporis ſpatio ageret, tandem ab vno diacono res cognita atque manifeſtata eſt: idem cùm cognouiſſet hæc agi, à longè, ne eum vir beatus ſentire poſſet proſequebatur & quid ageret ſpectabat: aiebat enim diaconus quod veniens ſanctus Dei ad oſtium baptiſterij pulſans manu propria, oſtium nemine comparente aperiebatur, illoque ingrediente diutiſſimè ſilentium erat: poſteà pſallentium tanquam multarum vocum per trium horarum & ferè amplius ſpatium audiebatur. Credo ego quod cùm magnorum ſanctorum in eodem loco haberentur reliquiæ, ipſi ſe beato viro reuelantes pſallentium Domino in commune reddebant. Nam impleto curſu reuertens ad lectulum ita ſe cautè ſuper ſtratum deponebat, vt prorſus nemo ſentiret: obſeruatores vero oſtium baptiſterij obſeratum inuenientes claue ſua ſolita aperiebant commotoque ſigno ſanctus Dei ſicut reliqui nouus ad officium Dominicum con- H ſurgebat. Nam cùm energumeni eum in primo die Epiſcopatus ſui confiterentur, rogabant eum presbyteri vt eos benedicere dignaretur: quod ille viriliter ne vanam incurreret gloriam refugiebat: clamans indignum ſe ad manifeſtandas virtutes Dominicas eſſe miniſtrum, ſed tamen quia diutius hoc diſſimulare non potuit adduci eos ad ſe iubens ſine vllo tactu facto tantùm ſigno Crucis è contra verbo dæmonia diſcedere imperabat: quod illa protinus audientia corpora quæ ſua nequitia diuexarant abſoluebant. Nam illo abſente multi de virga quam in manu ferre ſolitus erat ſuſpenſos atque ſignatos energumenos expellebant, nam & de ſtratu eius ſiquis ægrotus quippiam abſtuliſſet erat præſens medicamentum. Armentaria autem neptis eius cùm grauiter quodam tempore in adoleſcentia ſua quartano fatigaretur incommodo ac medicorum ſtudio plerúmque fota, nullum poſſet ſentire leuamen, & ab ipſo Confeſſore beato ſæpius vt orationi inſiſteret hortaretur, quadam die lectum eius expetiit, in quo poſita

ita

A ita febris cuncta teſtincta eſt, vt nunquam ea deinceps ægrotaret. Sanctus verò Gregorius cùm per diem ſanctam Epiphaniorum ad ciuitatem Lingonas ambulaſſet, à modica febre pulſatus relicto ſæculo migrauit ad Chriſtum: cuius beata facies ita erat glorificata poſt tranſitum vt roſis ſimilis cerneretur; hæc enim apparebat rubea, reliquum verò corpus tanquam candens lilium refulgebat, vt æſtimares eum iam tunc ad futuræ reſurrectionis gloriam præparatum: quod deferentes ad caſtrum Diuionenſe vbi ſe iuſſerat tumulari, in Campania illa quæ à parte Aquilonis habetur haud procul à caſtro: aggrauati geſtatores non ſuſtinentes feretrum ſolo depoſuerunt, ibique parumper reſumentes vires, & poſt paululum eleuantes, ad intramuraneam Eccleſiam detulerunt. Aduenientibus autem quinto die Epiſcopis ab Eccleſia ad baſilicam beati Ioannis deferebatur: & ecce vincti carceris ad beatum corpus clamare cœperunt dicentes, miſerere noſtri, piiſſime Domina, vt quos viuens in ſæculo non abſolniſti, vel de- B functus cœleſte regnum poſſidens digneris abſoluere: viſita nos quæſumus & miſerere noſtri. Hæc & alia illis clamantibus aggrauatum eſt corpus ita vt ipſum penitus ſuſtinare non poſſent; tunc ponentes feretrum ſuper terram virtutem beati Antiſtitis præſtolabantur: his ergo expectantibus ſubitò reſeratis carceris oſtiis, trabes illa qua vinctorum pedes coarctabantur repulſis obicibus ſcinditur media, confractiſque cathenis omnes pariter diſſoluuntur, & ad beatum corpus nemine retinente perueniunt: dehinc eleuantes feretrum geſtatores ij inter reliquos ſequuntur quieti, à iudice poſtea ſine damno aliquo ſunt dimiſſi. Poſt hæc beatus Confeſſor multis ſe virtutibus declarauit: aiebat enim quidam religioſus cœlos ſe apertos in die eius ſepulturæ vidiſſe: nec enim ambigitur, quin poſt actus Angelicus ſydereis ſit cœtibus aggregatus. Vinctus quidam per viam illam qua beatum corpus Lingonis eſt exhibitum ad antedictum caſtrum adducebatur, eúmque milites cum equitibus præcedentes poſt terga tra- C herent vinctum, ad locum vbi beati Confeſſoris artus quieuerant peruenerunt; quem prætereuntes vinctus inuocato nomine beati Antiſtitis petiit, vt eum ſua miſericordia liberaret: quo orante laxati ſunt laquei de manibus eius & ſentiens ſe ſolutum quietum reddidit, coopertiſqua manibus putabatur adhuc eſſe ligatus: ingreſſi autem portam caſtri cùm ad atrium perueniſſent, hic exiliens & corrigiam ligaminis trahentium in manu tenens cum auxilio omnipotentis Dei & obtentu beati Pontificis liberatus eſt. Admirabile autem eſt & illud miraculum qualiter beatum corpus eius cùm poſt multa tempora transferretur apparuit glorioſum: cùm beatus Pontifex in angulo baſilicæ fuiſſet ſepultus & paruus eſſet locus ille, nec ibi populi ſic poſſent accedere vt deuotio poſtulabat, ſanctus Terricus filius & ſucceſſor eius hæc cernens & virtutes ibidem aſſiduè operari proſpiciens, ante altare baſilicæ fundamenta iecit erectáque abſida miro opere conſtruxit & tranſuoluit: qua tranſuoluta diſrúptóque pariete, arcum ædi- D ficauit: quod opus perfectum atque exornatum, vt in medio abſidæ loculum fodit, quò corpus beati patris transferre volens, conuocat Preſbyteros & Abbates ad illud officium, qui vigilantes orabant vt ſe beatus Confeſſor ad hanc præparatam habitationem transferri permitteret. Mane autem facto cum choris pſallentium apprehenſum ſarcophagum ante altare in abſidam quam beatus Epiſcopus ædificauerat tranſtulerunt: quod ſepulchrum dum diligenter componunt ſubitò &, vt credo, ad Dei iuſſum operculum ſarcophagi motum eſt in vna parte, & ecce apparuit beata facies eius ita integra & illæſa, vt putares eum non mortuum eſſe, ſed dormientem: ſed nec de ipſo veſtimento quod cum eo poſitum fuit aliquid offenſum eſt & diminutum: vnde non immeritò apparuit glorioſus poſt tranſitum cuius caro non fuit corrupta ludibrio. Magna eſt enim corporis & cordis integritas quæ & in præſenti ſæculo præſtat gratiam, & in futuro vitam largi- E tur æternam: de qua Paulus Apoſtolus ait: pacem ſequimini & ſanctificationem, ſine qua nemo videbit regnum Dei. Puella quædam die Dominico cùm ſuum caput componeret pectine apprehenſo, credo ob iniuriam diei ſancti in manibus eius adhæſit, ita vt aſſixi dentes iam in digitis quàm in palmis magnum ei dolorem inferrent, quæ cùm baſilicas Sanctorum flens atque obſecrans circuiret, ad ſepulchrum beati Gregorij Antiſtitis, in eius virtute confiſa proſternitur: cúmque diutiſſimè beati Confeſſoris præſidium flagitaſſet directa manus eius ad opus priſtinum pectine decidente reducitur. Sed & energumeni eum confitentes ad eius ſepulchrum ſæpè purgantur: nam plerumque vidimus poſt eius tranſitum, virgulæ cuius ſupra meminimus, quam manu gerebat, per parietes ita eos affixos vt putares illos validis atque acutiſſimis ſudibus retineri. Multa quidem de eodem geſta cognouimus, ſed ne faſtidium incitarent de pluribus pauca perſtringimus. Obiit autem trigeſimo tertio Epiſcopatus ſui anno ætate nonagenarius, qui ſe virtutibus mani- F feſtis ſæpiùs declarauit.

Capvt VIII.

De ſancto Nicetio Lugdunenſi Epiſcopo.

PRæſentiæ diuinæ bonum quod plerumque regno ſuo prouideat, quos adſciſcat ipſa ſæpiùs ſacræ lectionis teſtantur oracula, ſicut ad Hieremiam eximium vatem cœleſtis oris myſtica deferuntur eloquia dicentis: priuſquam te formarem in vtero noui te, & antequàm exires de vulua ſanctificaui te: & ipſe Dominus vtriuſque conditor teſtamenti cùm illos quos largitio hilaris agnino decoratos vellere ſuis locat à dextris quid ait? Venite benedicti patris mei percipite præparatum vobis regnum à conſtitutione mundi. Sed G & illud vas electionis beatus Apoſtolus, quos inquit, præſciuit & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui. Nam & de Iſaac, Ioannéque qualiter naſcerentur vt & quid agerent, & nomen & opus prædixit & meritum. Sic nunc & de beato Nicetio ipſa illa priſca miſeratio pietatis quæ immerita ditat, non nata ſanctificat, & omnia priuſquàm gignantur & diſponit & ordinat, qualibus ſacerdotalis gratiæ inſulis floreret in terris prius genitrici valuit reuelare: de cuius vita retinetur quidem exinde libellus nobiſcum, neſcio à quo compoſitus, qui multas quidem virtutes eius pandit, non tamen vel exordium natiuitatis conuerſioniſque eius, vel ſeriem virtutum declarat ad liquidum; & licèt nec nos omnes eius virtutes inueſtigamus quas per eum Dominus vel occultè operari eſt dignatus, vel publicè, tamen quæ ad priorem auctorem non peruenerunt, & ſi ruſticiori ſtilo pandere procurauimus. Igitur Florentinus quidam ex Senatoribus accepta Artemia coniuge, cùm duos iam haberet liberos, ad Epi- H ſcopatum Ianubenſis vrbis expetebatur, & re iam obtenta cum principe ad domum reuertitur, coniugique quæ egerat nuntiauit: quod illa audiens reſpondit viro: deſine quæſo, dulciſſime coniunx, ab hac cauſa & ne quæſieris Epiſcopatum vrbis, quia ego ex conceptu à te ſumpto Epiſcopum gero in vtero. Requieuit vir ſapiens audita vxore rememorans illud quod diuina quondam præceptio noſtro Abrahæ præcepto beato præceperat: omnia quæ dixerit tibi Sara audi vocem eius: denique impletis pariendi diebus mulier enixa eſt puerum, quem quaſi victorem futurum mundi Nicetium in baptiſmo vocitauit, eundémque ſumma nutritum diligentia litteris Eccleſiaſticis mandauit inſtitui: defuncto autem patre hic cum genitrice iam clericus in domo paterna reſidens cum reliquis famulis manu propria laborabat: intelligens commotiones corporeas non aliter niſi laboribus & ærumnis opprimi poſſe. Quodam verò tempore cùm adhuc in domo ipſa

A degeret, orta eſt ei puſtula mala in facie: quod virus inualeſcens ac excoquens fecit puerum deſperatum: ſed mater eius iugiter inter ſanctorum nomina beati Martini nomen pro eius ſalute peculiarius inuocabat. cùmque per biduum puer tacuiſſet in lectulo clauſis oculis, & nullum verbum conſolationis matri lamentanti proferret: ſed potius ipſa genitrix inter ſpem metúmque titubans, iuxta ritum exequiarum neceſſaria funeris præpararet, ſecunda die ad veſperum aperiens oculos ait: quò iuit mater mea? quæ ſtatim adueniens ait: ecce adſum, quid vis fili? & ille, ne timeas, inquit, mater: Beatus enim Martinus ſuper me Crucem Chriſti faciens ſurgere me iuſſit incolumem. Hæc effatus ſtatim ſurrexit à lectulo geminauitque virtus diuina miraculi huius gratiam vt & Martini panderetur meritum, & hic quia futurus erat Pontifex à contagio ſaluaretur: teſtis enim fuit huius cauſæ viſa cicatrix eius in facie. Ætate quoque iam tricenaria Presbyterij honore præditus nequaquam ſe à labore operis quod prius geſſit abſti-

B nebat, ſed ſemper manibus propriis operabatur cum famulis, vt Apoſtoli præcepta compleret dicentis: laborate manibus vt habeatis vnde tribuere poſſitis neceſſitatem patientibus. Illud omninò ſtudebat, vt omnes pueros qui in domo eius naſcebantur: vt primum vagitum infantiæ relinquentes loqui cœpiſſent, ſtatim litteras doceret ac Pſalmis imbueret: ſcilicet vt ingreſſui tale iungeretur pſallentium, tam antiphonis quàm meditationibus diuerſis, vt deuotio flagitabat, animum poſſet implere. Caſtitatem autem non modò hic diligenter erat cuſtodiens, verùm etiam cuſtodiendi gratiam aliis iugiter prædicabat, & à polluto tactu & verbis obſcœnis vt deſiſterent edocebat. Nam ſæculo in adoleſcentia mea cùm primùm litterarum elementa cœpiſſem agnoſcere & eſſem quaſi octaui anni æuo, & ille indignum me lectulo locari iuberet ac paterna dilectionis dulcedine vlna ſuſciperet, oram indumenti ſui articulis atripiens, ita ſe colobin concludebat, vt nunquam artus meos beata eius membra contingerent.

C intuemini quæſo & aduertite cautelam viri Dei, qui ſic ab infantuli artubus in quo nulli adhuc eſſe poterant ſtimuli concupiſcentiæ, nulla incitamenta luxuriæ, ita ſe ne ab eius artubus tangeretur abſtinuit, qualiter de loco vbi ſuſpicio luxuriæ eſſe potuit ille refugit: erat enim, vt diximus, caſtus corpore, mundus corde, non in ſcurrilitate verba proferens, ſed ſemper quæ Dei ſunt loquens. Et licèt omnes homines in illo cœleſtis charitatis vinculo diligeret, matri tamen ita erat ſubditus, vt quaſi vnus ex famulis obediret. Denique ægrotante Sacerdote Lugdunenſi Antiſtite in vrbe Pariſiaca cùm à Childeberto ſeniore magno amore diligeretur, voluit Rex vſque ad eius lectulum proficiſci ac viſitare infirmum, quo veniente ait Epiſcopus: optimè noſti piiſſime, quòd tibi in omnibus neceſſitatibus tuis fideliter ſeruierim ac quæcunque iniunxiſti deuotè impleuerim: nunc precor vt quia tempus reſolutionis meæ adeſt, ne dimittas me ab hoc mundo cum dolore diſcedere: ſed vnam petitionem quam

D ſupplico libenter indulge: & ille, pete, inquit, quod volueris obtinebis: rogo ait, vt Nicetius Presbyter nepos meus Eccleſiæ Lugdunenſi ſubſtituatur Epiſcopus: eſt enim vt mei teſtimonij verba proferunt, amator caſtimoniæ dilectórque Eccleſiarum, & in eleemoſynis valdè deuotus, & quæcumque ſeruos Dei decent, & operibus gerit & moribus. Reſpondit Rex, fiat voluntas Dei, & ſic pleno Regis & populi ſuffragio Epiſcopus Lugdunenſis ordinatus fuit præcipuus concordiæ ac pacis amator: & ſi læſus fuiſſet ab aliquo ſtatim aut remittebat per ſe aut per alium inſinuabat veniam deprecari. Nam vidi ego quodam tempore Baſilium Presbyterum miſſum ab eo ad Armentarium Comitem qui Lugdunenſem vrbem in his diebus poteſtate iudiciaria gubernabat: dixitque ad eum: Pontifex noſter cauſæ huic quæ denuo impetitur dato iudicio terminum fecit, idcóque cõmonet ne eam iterare præſumas. Qui furore ſuccenſus reſpondit Presbytero: vade & dic ei, quia multæ ſunt cauſæ in meo conſpectu poſitæ, quæ alterius iudicio finiendæ erunt. Regreſſus Presbyter quæ audiuit ſimpliciter expoſuit: Sanctus verò Nicetius commotus contra eum ait. Verè inquam, quia Eulogias de manu mea accipies pro eo quòd verba quæ furor caegit meis auribus intuliſti: erat autem conuiuio recumbens, ad cuius & ego læuam cùm adhuc Diaconatus fungerer officio propinquus accubueram, dixitque mihi ſecretius. Loquere Presbyteris vt deprecentur pro eo? cúmque loquutus fuiſſem, non intelligentes voluntatem ſancti ſilebant: quod ille cernens: tu, inquit, ſurge & deprecare pro eo. At ego cum trepidatione conſurgens oſculatus ſum ſancta eius genua, orans pro Presbytero: quo indulgente atque Eulogias porrigente ait, rogo, dilectiſſimi fratres, vt verba inutilia quæ ignauè muſſitantur aures meas non verberent, quia non eſt dignum vt homines rationabiles irrationabilium hominum procacia verba

F ſuſcipiant: hoc tantùm vos ſtudere oportet, vt illi qui contra Eccleſiæ vtilitatem quædam machinare cupiunt veſtris propoſitionibus confundantur: irrationabilia enim non ſolùm non admirari, ſed nec audire deſidero. O beatum virum qui omni intentione vitare cupiebat ſcandalum: audiant autem hæc illi qui ſi offenſi fuerint ignoſcere nolunt, ſed totam pro ſua vltione concutientes vrbem, etiam teſtes adhibere non metuunt, qui vocibus nefariis dicant: hæc & hæc audiuimus de te hunc loquentem, & ita fit vt pauperes Chriſti talibus accuſationibus miſericordia poſtpoſita opprimantur. Quodam autem mane cùm ſurrexiſſet ad matutinas ſanctus Nicetius expectatis duabus antiphonis egreſſus eſt in ſacrarium, vbi dum reſideret Diaconus reſponſorium Pſalmum canere cœpit: & ille commotus ait, ſileat, nec præſumat canere iuſtitiæ inimicus, & dicto citius oppilato ore ſiluit, iuſſitque eum vocari ad ſe ſanctus & ait. Nonne præceperam tibi ne ingredereris Eccleſiam Dei, & cur auſu temerario ingredi præſumpſiſti? aut cur vocem in can-

G ticis Dominicis es auſus emittere? Stupentibus autem omnibus qui aderant, & nihil mali de Diacono nouerant: exclamauit dæmonium in eo & ſe torqueri à ſancto immenſis cruciatibus confitetur: ipſe enim præſumpſerat in Eccleſia canere, cuius vocem ignorantibus populis ſanctus agnouit, & ipſum verbis acerrimis non dicam execrauit: tunc impoſitis ſanctus Diacono manibus, eiecto dæmone perſonam reſtituit integræ menti. His & aliis ſignis declaratus in populis viceſimo ſecundo Epiſcopatus ſui anno, ætate ſexagenaria migrauit ad Chriſtum, qui dum ferretur ad ſepeliendum, cæcus quidam ſe ſub feretro flagitauit adduci, ſtatimque ingreſſus viſus diu lumine viduatus, reſeratis oculis adornatur: nec diſtulit diuina pietas beatos artus glorificare ſignis, cuius beatam animam cum choris Angelicis ſuſcipiebat in aſtris. Poſt dies autem quos lex Romana ſanciuit, vt defuncti cuiuſpiam voluntas publicè relegatur, huius Antiſtitis teſtamentum in foro delatum turbis circumſtantibus à iudice reſeratum re-

H citatúmque eſt: presbyter quoque baſilicæ tumens felle, quòd nihil loco illi in quo ſepultus fuerat reliquiſſet ait: aiebant ſemper plerique ſtolidum fuiſſe Nicetium, nunc ad liquidum verum eſſe patet, cùm nihil baſilicæ in qua tumulatus eſt delegauit. Sequenti autem nocte apparuit presbytero cum duobus Epiſcopis, id eſt Iuſto atque Eucherio in veſte fulgenti dicens ad eos. Hic presbyter, ſanctiſſimi fratres, blaſphemiis me obruit dicens, quia nihil facultatis ſcripſerim templo huic quo requieſco: & neſcit quia quicquid pretioſius habui ibidem reliqui, id eſt glebam corporis mei: at illi dixerunt, iniuſtè fecit vt detraheret ſeruo Dei, conuerſúſque ſanctus ad presbyterum pugnis palmiſque guttur eius inliſit dicens: peccator contere ode deſine ſtultè loqui: expergefactus autem presbyter tumefactis faucibus ita doloribus coarctatur vt ipſas quoque ſaliuas oris vix cum labore poſſet maximo deglutire: vnde factum eſt vt per dies quadraginta

lectulo

A lectulo decubans grauiter cruciaretur, ſed inuocato Confeſſoris nomine ſanitati redditus nunquam auſus eſt ea verba quæ prius præſumpſerat garrulare: & quia nouimus Priſcum Epiſcopum huic ſancto ſemper fuiſſe aduerſum diacono cuidam huius caſulam tribuit: erat autem valida eo quod & ipſe vir Dei robuſto fuiſſet corpore. Capſa autem huius indumenti ita dilatata erat atque conſuta, vt ſolent in illis candidis fieri quæ per Paſcalia feſta ſacerdotum humeris imponuntur, ibátque diaconus cum hoc veſtimento diſcurrens ac paruipendens de cuius vſibus remanſiſſet; hoc habens in lectulo, hoc vtens in foro, de cuius fimbriis ſi credulitas certa fuiſſet reddi potuit ſalus infirmis; cui ait quidam, ô diacone ſi ſcires virtutem Dei & quis fuit cuius veſtimento vteris, cautius te cum eo viuere oportebat: cui ille, verè inquit, dico tibi quia & hac caſula tergo vtor, & de capſa eius parte prolixiore deciſa tegumen pedum aptabo: fecit illico miſer quod pollicitus eſt ſuſcepturus protinus diuini iudicij vltionem.
B Verùm vbi deciſo cucullo aptatis pedulis pedes operuit extemplo arreptus à dæmone ruit in pauimento: erat enim ſolus in domo, nec erat qui ſuccurreret miſero: cúmque ſpumas cruentas ore proiiceret, extenſis ad focum pedibus, pedes cum pedulis ignis pariter deuorauit. Hactenus de vltionibus. Argulfus quoque diaconus noſter a Roma veniens, beata nobis ſanctorum pignora deferebat: hic cauſa orationis tantùm locum quo ſanctus quieſcit adiuit, ingreſſúſque ædem dum diuerſorum miraculorum opus illuſtre perpendit, vidit immenſum cateruatim populum ad eius ſepulchrum, ac velut fœlicium examina apum ad conſuetum aluearc confluere & alios presbytero qui aderat miniſtrante particulas ceræ pro benedictione ſumere: alios parumper pulueris, nonnullos diſruptas ab opertorio eius fimbrias capere, & abire ferentes in diſparibus cauſis vnam gratiam ſanitatis. Hæc ille cernens fide compunctus lachrymans ait: ſi marinorum me moles fluctuum ſulcare tonſis actum mei ſacerdotis deuotio
C fecit, vt luſtrata Orientalium Martyrum ſepulchra aliquid de eiſdem pignoris deferre deberem: cur non Gallicanei mei Confeſſoris pignora capiam, per quæ mihi meiſque ſalus integra reparetur? & ſtatim accedens quaſdam de herbulis quas deuotio populi ſacrum iecit in tumulum manu linteo operta ſacerdote porrigente ſuſcepit, repoſitáſque diligenter domum detulit, ſed ſtatim fidem hominis miraculorum actio comprobauit. Nam diſcerptis de his foliis frigoriticis cum aquæ potu porrectis, protinus cum hauſtu ſalutem inuexit, ſed & multis deinceps, quando autem nobis hæc retulit, iam quatuor exinde ſanos factos ab hac infirmitate narrauit. Ioannes autem presbyter noſter dum ab vrbe Maſſilienſi cum commercio negotiationis ſuæ rediret, ad huius ſancti ſepulchrum in oratione proſternitur, de qua conſurgens aſpicit confractas compedes diſruptáſque maculas cathenarum quæ culpabilium vel aſtrinxerant colla, vel ſuras attinuerant & admiratus eſt: ſed contemplatio non fuit vacua miraculis.
D Nam rediens ad nos presbyter aſſerebat cum Sacramento tres coram ſe ibi cæcos fuiſſe lumini redditos, ac domum rediiſſe ſaluatos: nam apud Genebenſem Galliarum vrbem dum eius reliquiæ cum honore pſallentij portarentur, tantam ibi Dominus gratiam præſtare dignatus eſt, vt ſuppliciter adorantes & cæci viſum & claudi reciperent greſſum: nec dubitare poterat quiſpiam præſentem eſſe Confeſſorem, cùm videbat talia infirmis remediorum munera miniſtrari. Seditio etenim in quodam loco exorta cùm vulgo ſæuiente volantibus ſaxis ac facibus furor arma non mediocriter miniſtraret, vnus eleuato enſis acumine cum aſſultu grauiter virum perculit: poſt dies autem paucos nactus ab interempti germano ſimili exitu trucidatur: quod cùm iudex loci illius comperiſſet, vinctum virum in carcerem retrudi præcepit dicens: dignus eſt letho hic ſcelestus occumbere qui voluntatis propriæ arbitrio nec expectato iudice auſus eſt temerè mortem fratris vlciſci.

E In qua dùm teneretur cuſtodia, & multorum ſanctorum nominibus inuocatis miſericordiam precaretur, quaſi ad ſanctum Dei conuerſus ait: audiui de te ſancte Niceti quod ſis potens in opere miſericordiæ, ac prius in compeditorum flentium abſolutione: deprecor nunc vt me illa ſupereminenti pietate viſitare digneris: qua in reliquorum abſolutione vinctorum ſæpius elaruiſti: & poſt paululùm obdormiens, apparuit ei vir beatus dicens. Quis es tu qui nomen Nicetij inuocare? aut vnde noſti quis fuerit quod eum obſecrare non deſinis? At ille cauſam delicti ex ordine reſerans adiecit: miſerere quæſo mihi ſi tu es vir Dei quem inuoco: cui ſanctus ait, ſurge in nomine Chriſti & ambula liber, à nullo enim comprehenderis: at ille in hac expergefactus voce ſe abſolutum cathenis comminutis confractáque trabe miratur: nec moratus nemine retinente, vſque ad eius ſepulchrum perrexit intrepidus: tunc à iudice noxialis culpæ damnatione conceſſa, laxatus abſceſſit ad propria. Gratum eſt illud addi miraculis, quod accubiſſe ad lectum eius fecerit credula, quia ingentia ſunt quæ in cœlis habitans operatur in terris: igitur lectulus in quo ſanctus quieſcere
F erat ſolitus ſæpius miraculis adornatur illuſtribus, quique grandi ſtudio ab Ætherio nunc Epiſcopo fabricatus deuotiſſimè adoratur, non immeritò cùm frigoritici ſæpius ſub eo ſiti compreſſo vapore ac frigore ſaluantur, cæterique infirmi ibidem proiecti protinus ſubleuantur: palla enim ſpecioſa tegitur, lichni in ea iugiter accenduntur: vnus igitur ex his per quadraginta dies totidémque noctes, vt ipſe ædituus aſſeruit abſque vllius fomenti adiutorio perdurauit ſplendens, in quo nec papirus addita nec gutta olei ſtillantis adiecta, ſed in ipſa qua in primum ſtatum eſt compoſitione permanſit in luce præclara. Huius ſancti reliquias Gallomagnus Tricaſſinorum Pontifex deuotus expetiit, quæ cum pſallentio deducerentur, & cæcorum oculi illuminati ſunt earum virtute, & aliorum morborum genera meruerunt recipere medicinam. Ad
G nos quoque facie tergium dependentibus villis intextum, quod ſanctus ſuper caput in die obitus ſui habuit eſt perlatum: quod nos tanquam munus cœleſte ſuſcepimus. Factum eſt autem vt poſt dies plurimos ad benedicendam Eccleſiam in parochia Paternacenſi vrbis Turonicæ inuitaremur: acceſſi fateor ſacraui altare, decerpſi fila de linteo locaui in templo: dictis miſſis facta oratione diſceſſi: paucis deinde diebus interpoſitis aduenit ad nos ille qui inuitauerat dicens: gaude in nomine Domini ſacerdos Dei de virtute beati Nicetij Antiſtitis: nam noueris quia oſtendit miraculum in Eccleſia quam ſacraſti: cæcus enim erat in pago noſtro diuturna cæcitatis & caliginis oculorum nocte detentus, cui apparuit vir quidam per viſum noctis dicens: ſi vis ſanus fieri, proſternere in orationem coram baſilicæ ſancti Nicetij altari, & recipies viſum: quod cùm feciſſet, diſruptis tenebris lumen ei virtus diuina patefecit. Poſui fateor, de his pignoribus, & in
H alijs baſilicarum altaribus in quibus & energumeni ſanctum confitentur & fidelis oratio ſæpius promeretur effectum. Phronimius igitur Agathenſis Epiſcopi famulus Epileptici morbi acceſſu fatigabatur, ita vt plerumque cadens ac ſpumans linguam ſuam propriis dentibus laceraret: & cùm ei à medicis plurima fierent, accidebat vt paucis menſibus interpoſitis non tangeretur à morbo: ſed iterùm in recidiuum cruciatum ruens peius quàm prius egerat perferebat: dominus vero eius cùm vidiſſet tantas virtutes ad ſepulchrum beati Nicetij fieri dixit ad eum: vade & proſternere coram ſepulchro ſancti, orans vt te adiuuare dignetur: qui cùm iuſſa expleſſet ſanus regreſſus eſt, nec vltra eum hic attigit morbus: ſeptimus enim erat ab incolumitate pueri quando eum nobis Epiſcopus præſentauit. Quidam vero pauper viuente ſancto litteras ab eo elicuit manu eius ſubſcriptas, qualiter ſibi per deuotorum domos eleemoſynam flagitaret: poſt cuius obitum adhuc cum ipſa circuiens Epiſtola nō pauca ab eleemoſynariis

pro ſancti memoria capiebat : deſiderium enim erat omnibus , vt quiſque viderat ſubſcriptionem ſancti aliquid præberet egeni : quod videns quidam Burgundio non honorans neque venerans ſanctum , obſeruare pauperem cœpit à longè vidénſque eum ſyluas ingreſſum irruit & abſtulit ei ſex aureos cum Epiſtola, coliſuſoque calcibus reliquit exanimem : at ille inter calces & reliqua verbera , hanc vocem emiſit: abiuro te per Deum viuum & virtutem ſancti Nicetij vt vel Epiſtolam eius mihi reddi facias , quia mihi vltra non erit vita ſi eam perdidero : ille verò ea proiecta in terram abiit, quam pauper colligens venit ad ciuitatem: erat enim ibi eodem tempore Phronimius Epiſcopus cuius ſupra meminimus , ad quem accedens pauper ille ait : Ecce homo qui me grauiter cæſum expoliauit abſtulitque ſex aureos quos pro interuentu Epiſtolæ ſancti Nicetij acceperam : Epiſcopus autem narrauit hæc Comiti , iudex verò vocauit Burgundionem , percunctari cœpit ab eo quid exinde diceret : negauit autem coram omnibus dicens, quia nunquam vidi hominem iſtum, neque res eius abſtuli. Epiſcopus autem aſpiciens Epiſtolam vidit ſubſcriptionem ſancti, & commotus ad Burgundionem ait : ecce in hac Epiſtola ſubſcriptio ſancti Nicetij tenetur : ſi es innocens accede propius , & iura tangens manu ſcripturam quam ipſe depinxit : credimus enim de virtute illius quia aut te hodie reddet ab hoc ſcelere comprobatum , aut certè abire permittet innoxium. At ille nihil moratus accedit ad manus Epiſcopi, qui hanc Epiſtolam extentam tenebat eleuánſque manus ſuas vt Sacramentum daret cecidit retrorſum ſupinus , & clauſis oculis ſpumas ab ore proiiciens, quaſi mortuus putabatur : tranſeunte autem quaſi duarum horarum ſpatio aperuit oculos ſuos dicens : væ mihi quia peccaui auferendo res pauperis huius, & ſtatim retulit per ordinem , qualiter iniuriam intulerat homini illi: tunc Epiſcopus cum iudice obtenta culpa ea tantùm quæ abſtulerat inopi reddidit, & pro cæde duos inſuper ſolidos addidit : & ſic vterque à iudicis conſpectu diſceſſit. Quanti per hunc ſanctum carcerali ergaſtulo teneuti abſoluti ſint, quantorum compeditorum cathenæ ſiue compedes ſint confractæ, teſtis eſt hodie moles illa ferri quæ in baſilica eius aſpicitur de ſupradictis ſupplicijs aggregata. Nuper autem in conſpectu Gunthramni Principis Siagrium Auguſtodunenſem Epiſcopum Regi referentem audiui in vna nocte in ſeptem ciuitatibus carceratis apparuiſſe beatum virum eóſque abſoluiſſe ab ergaſtulo & abire liberos permiſiſſe : ſed nec iudices contra eos quicquam agere deinceps auſi ſunt : de cuius ſepulchro ſi febricitans , ſi frigorationes habens ac diuerſis morbis laborans quid pulueris ſumpſerit ac dilutum acceperit , mox recipit ſanitatem : quod non eſt dubium præſtare eum qui ait ſanctis ſuis : omnia quæcunque petieritis in nomine meo , credite , quia accipietis & venient vobis. Igitur apud vicum Priſciniacenſem vrbis Turonicæ Eccleſia dudum conſtructa abſque ſanctorum pignoribus habebatur : cúmque incolæ loci plerumque peterent, vt eam quorumpiam ſanctorum cineribus ſacraremus : de ſupradictis reliquiis ſancto altari collocauimus , in qua Eccleſia ſæpius virtus Domini per beatum manifeſtatur Antiſtitem. Nouiſſimo autem tempore , mulieres quædam vexatæ à dæmonio ex termino Biturigæ venientes tres numero dum ad baſilicam ſancti Martini deducerentur , hanc Eccleſiam ſunt ingreſſæ: igitur colliſis in ſe palmis , dum ſancti Nicetij faterentur ſe virtutibus cruciari , proiicientes ab ore neſcio quid purulentum cum ſanguine , ab obſeſſis ſpiritibus protinus ſunt mundatæ. Dado vnus ex his pagenſibus cùm in hoſtilitate illa quæ apud Conuenas acta eſt acceſſiſſet , & plerumque in periculis mortis iniueret , vouit vt ſi domum reuerteretur incolumis ad memoratam Eccleſiam exornandam in honore beati Nicetij aliqua ex his quæ acquiſierat largiretur : rediens igitur duos calices argenteos detulit , vouitque iterùm in itinere vt hos Eccleſiæ conferret ſi ad propria ſoſpes accederet : ad domum igitur accedens , vnum tantummodò dedit, alium fraudare procurauit, dans coopertorium Sarmaticum quo altare Dominicum, cum oblationibus tegeretur : apparuit autem viro vir beatus per ſomnium dicens : quouſque dubitas & votum implere diſſimulas, vade, inquit, & calicem alterum quem vouiſti redde Eccleſiæ ne pereas tu & domus tua: coopertorium verò quia ratum eſt non ponatur ſuper munera altaris, quia non exinde plenè tegitur myſterium corporis ſanguiniſque Dominici: at ille expergiſcens, nihil moratus votum quod vouerat velociter adimpleuit. Huius hominis frater ad vigilias Dominici natalis aduenit, monuitque Presbyterum dicens : vigilemus vnanimiter ad Eccleſiam Dei , atque exoremus deuotè beati Nicetij potentiam, vt eo obtinente huius anni curriculum cum pace ducamus : quod Presbyter audiens gauiſus iuſſit ſignum ad vigilias commoueri, quo commoto adueniente Presbytero cum clericis & reliquo populo, hic gulæ inhians moras vocicodi innectebat , miſitque ſæpiùs Presbyter ad eum arceſſendum , quibus reſpondebat pauliſper ſuſtinete & venio : quid plura? tranſactis vigiliis data luce hic qui prius commouerat ad vigilias non acceſſit: Presbyter verò impleto officio commotus contra hominem ad metatum eius properat quaſi eum à communione ſuſpenderet ; at ille correptus febre, ſicut vino ita diuino exurebatur incendio ; nec mora viſo Presbytero datis vocibus cum lachrymis ſupplicabat ſibi pœnitentiam tradi , cúmque eum Presbyter increparet dicens ; meritò à ſancti Nicetij virtute exureris ad cuius Eccleſiam venire ad vigilias neglexiſti & inter ſermocinantium colloquia ſpiritum exhalauit. Facta quoque hora tertia cùm populus ad Miſſarum ſolemnia conueniret , hic mortuus in Eccleſiam eſt delatus: quod virtute ſancti Antiſtitis actum nemo ambigere poteſt; hæc enim nobis ipſe expoſuit Presbyter : plurima etenim de his vel propriè experti ſumus , vel per fidelium relationem cognouimus quæ indicare longum putauimus. Sed quoniam placuit libello clauſulam dare , vnum adhuc admirandum de libro vitæ eius quem ſupra à quodam ſcriptum præfati ſumus , memorabo miraculum : de quo virtus diuina procedens non reliquit inglorium : ſed ad comprobandum virtutem dictorum patefecit eſſe plurimis glorioſum. Diaconus enim Auguſtodunenſis graui oculorum cæcitate turbatus , audiuit hæc quæ glorificator ſanctorum ſuorum Deus ad ſancti tumulum exercebat , dixitque ſuis, ſi eius adirem ſepulchrum aut aliquid de ſanctis pignoribus ſumerem , aut certè ſi pallium quo ſancti artus teguntur mererer attingere fierem ſanus : cúmque hæc & huiuſcemodi cum ſuis verba conferret , adſtitit repentè clericus quidam dicens , bene inquit dicens credis , ſed ſi de iiſdem firmare mentem cupis virtutibus: en volumen chartaceum quod de his habetur ſcriptum, vt facilius credas ea quæ ad auditum tuarum aurium peruenerunt. At ille priuſquàm legere appeteret inſpirante diuinæ pietatis reſpectu ait: credo quia potens eſt Deus egregia operari per famulos ſuos & ſtatim poſuit volumen ſuper oculos : extemplò autem fugato dolore diſruptáque caligine vſum videndi recipere meruit voluminis à virtute , & in tanta claritate poſitus eſt , vt ipſe propriis oculis legens virtutum geſta cognoſceret : operatur hæc autem vnus atque idem Dominus , qui gloriatur in ſanctis ſuis, vt qui ipſos illuſtribus miraculis editos effecit glorioſos, ipſi gloria & imperium in ſæcula ſæculorum. Amen.

Capvt IX.

De ſancto Patroclo Abbate.

CVm egregia Moyſis vatis prudentia ad confirmandum diuinæ deſcenſionis tabernaculum iuxta ipſum oris Dominici præceptum fabricare diſponeret,

atque

A atque ad hunc eiuſdem apparatum multa congerere
iuſſus non haberet cuncta in regiſtro promptuarij quæ
ab ipſo Domino ei oſtenſa fuerant, in montis ardui
ſummitate iuſſit commoneri populum vt offerret
vnuſquiſque pro viribus quiddam muneris Deo, & hoc
non ex neceſſitate, ſed ſponte. Offerebant ergo dona-
ria auri, argentique æris, ac ferri metalla: gemmarum
etiam micantium pulchritudines ac fila byſſi duplicati
coccique bis torti; nonnulli pelles arietum rubricatas,
piliſque caprarum. Sed cùm hæc omnia doctores Ec-
cleſiarum eſſe allegorica tradidiſſent & in reliquis do-
nariis gratiarum genera declaraſſent, in illis caprarum
pilis laudationum verba comparauerunt: ita nunc &
nos ſteriles ſenſu, imperiti ſtudio, ſquallentes in actu,
& ſi aurum, argentum, vel gemmas filáque duplicata ac
torta non offerimus, ſaltem vel pilos caprarum id eſt
verba quæ ſanctorum atque amicorum Dei prodant
miracula in Eccleſia ſancta porrigimus, vt legentes eo
incitentur ſtudio, quo ſancti meruerunt ſcandere po-
B lum. Ergo quia nobis de beati Patrocli vita nuper data
relatio quædam prodidit non obmittenda ſed manife-
ſtanda curaui: & licèt ſermone ruſtico, non tamen oc-
culenda arbitratus ſum quæ Deus geſſit per famulum
ſuum. Igitur beatiſſimus Patroclus Biturigi territorij
incola Ætherio patre progenitus, cùm decem eſſet an-
norum paſtor ouium deſtinatur, fratre Antonio tradito
ad ſtudia litterarum: erant enim non quidem nobilitate
ſublimes ingenui tamen, cúmque quodam meridie hic
ab ſcholis, ille à grege commiſſo ad capiendum cibum
paterno in hoſpitio conueniſſent, dixit Antonius fratri
ſuo, diſcede longiùs ô ruſtice! tuum eſt enim opus oues
paſcere, meum litteris exerceri, qua de re nobiliorem
me ipſius officij cura facit: cùm te huius cuſtodiæ ſer-
uitus vilem reddat: quod ille audiens & hanc increpa-
tionem quaſi à Deo ſibi tranſmiſſam putans, reliquit
oues in campi planicie, & ſcholas puerorum niſu animi
agili atque curſu velociſſimo experiuit, traditiſque ele-
C mentis ac deinceps quæ ſtudio puerili neceſſaria erant,
ita celeriter memoria opitulante imbutus eſt, vt fratrem
vel in ſcientia præcederet, vel alacritate ſenſus adiu-
uante diuini numinis auxilio anteiret: dehinc Mumioni
qui quondam cum Childeberto Pariſiorum Rege ma-
gnus habebatur, ad exercendum commendatus eſt, à
quo cùm ſumma amoris diligentia nutriretur, ita ſe hu-
milem atque ſubiectum omnibus præbebat. Vt omnes
eum tanquam proprium parentem in ſumma bonitate
diligerent: regreſſúſque ad domum patre defuncto re-
perit matrem ſuam adhuc ſuperſtitem, cui illa ait: ecce
genitor tuus, ô dulciſſime nate? obiit: ego verò abſque
ſolatio dego, requiram puellam pulchram ingenuámque
cui copulatus ſolatium præbeas maternæ viduitati. At
ille reſpondit: non coniungor mundanæ coniugi, ſed
quæ concepit animus cum Domini voluntate perficiam:
cui cùm genitrix non intelligens quæreret quid hoc
eſſet prodere noluit, ſed abiit ad Arcadium Biturigiæ
vrbis Epiſcopum petiitque comam capitis tonderi ad-
ſciriqúe ſe in ordinem Clericorum: quod Epiſcopus
D Domino volente ſine mora compleuit, nec multò poſt
Diaconatus officium ſumens vacabat ieiuniis, delecta-
batur vigiliis, exercebatur lectione, atque in oratione
aſſidua promptus effundebatur, vt nec ad conuiuium
menſæ canonicæ cum reliquis accederet clericis: quod
audiens Archidiaconus frendens contra eum ait: aut
cum reliquis fratribus cibum ſume, aut certè diſcede à
nobis: non enim rectum videtur, vt diſſimules cum his
habere victum cum quibus Eccleſiaſticum implere pu-
taris officium. Non eſt autem de his ſcitus Dei com-
motus animo qui iam eremi ſitiebat adire ſecretum; ſed
ab vrbe egreſſus memorata venit ad vicum Meren-
ſem, ibique ædificato oratorio ſancti Martini reliquiis
conſecratu pueros erudire cœpit in ſtudiis litterarum.
Veniebant autem ad eum infirmi & ſanabantur, atque
Energumeni nomen eius confitentes emundabantur:
nec ei erat ſolitudo vt voluerat, ſed patefacta virtus pu-
blicum vſquequaque reddebat: tunc pro hoſpitio quod-
dam breuibus conſcriptis poſuit ſuper altare vigilans E
& orans tribus noctibus, vt quid ei Dominus iuberet,
dignaretur manifeſtiſſimè declarare: ſed pietatis diui-
næ inclyta miſeratio quæ eum præſciens eremitam
eſſe decreuerat, breuem illum accipere iubet, vt Ere-
mum properaret: ille autem in cellula in qua degebat
congregatis virginibus monaſterium inſtituit puella-
rum, nihil de omni labore ſuo quod ibidem aggregaue-
rat, cùm abſcederet ſumens niſi raſtrum vnum vnámque
bipennem, ingreſſúſque alias ſyluarum ſolitudines,
venit ad locum qui dicitur Mediocantus, ibique con-
ſtructa cellula in opere quod ſupra diximus Deo vaca-
bat atque inibi cùm multos energumenos manu im-
poſita per ſignum Crucis effugatis dæmonibus mente
integra reddidiſſet, vnus ad eum adductus eſt rabidus
qui rictibus patulis dentibúſque cruentis, quod attin-
gere poterat dentibus propriis laniabat, pro quo per
triduum in oratione proſtratus obtinuit ad illam diui-
næ miſerationis potentiam, vt mitigato furore letho
obnoxius mundaretur, immiſſiſque in os eius digitis F
fugato feralis atrocitatis ſpiritu, perſonam reſtituit in-
columitati: nullas enim ante eum vires habere pote-
rat perſuaſionis iniquæ præſtigium: nam ſicut hos qui
vexabantur emundabat, ita & quæ immittebat occul-
tè atrocia auctor criminis repellebat per Crucis ſacra-
tiſſimæ virtutem. Nam Leubellæ cuidam fœminæ cùm
per luem illam inguinariam diabolus Martinum men-
titus oblationes quibus quaſi populus ſaluaretur nequi-
ter obtuliſſet, hæc ad ſanctum delata, non ſolùm reue-
lante Spiritu ſancto euanuerunt, verumetiam ipſe in-
centor malorum ſancto teterrimus apparens, quæ ne-
quiter geſſerat eſt profeſſus: transfigurat enim ſæpe
diabolus ſe in Angelum lucis, vt hac fraude decipiat in-
nocentes: ſed cùm ei multas intentaret inſidias ne huc
aſcenderet, vnde ille corruerat, immiſit ei cogitatio-
nem vt prætermiſſa eremo ad ſæculum reuerti deberet:
ſed hic ſanctus cùm virus graſſari ſenſiſſet in pectore,
in oratione proſtratus petebat, vt nihil aliud niſi quod
Deo eſſet placitum exerceret. Tunc apparuit ei Ange- G
lus Domini per viſum dicens. Si vis mundum videre,
ecce columna in quam aſcendens contemplare omnia
quæ geruntur in eo: erat enim ante eum per ipſam vi-
ſionem columna miræ celſitudinis collocata, in quam
aſcendens vidit homicidia, furta, cædes, adulteria, for-
nicationes, & omnia praua quæ geruntur in mundo: &
deſcendens ait, ne quæſo Domine, reuertar ad has pra-
uitates quas dudum te confeſſus oblitus ſum: tum ait
illi Angelus qui cum eo loquebatur, deſine ergo quæ-
rere mundum ne pereas cum eo, ſed potius vade in
oratorium in quo Dominum depreceris, & quod ibi in-
ueneris, hoc tibi erit conſolatio in peregrinatione tua:
ingreſſúſque cellulam oratorij, inuenit tegulam fictì-
lem in qua ſignum Crucis Dominicæ erat expreſſum,
agnoſcénſque munus diuinum intellexit ſibi ad omnis
mundanæ perſuaſionis incitamenta hoc eſſe inexpu-
gnabile munimentum. Poſt hæc ædificauit monaſte-
rium Columbarienſe in millibus quinque à cellula
eremi in qua habitabat, & congregatis monachis vt in
ſolitudine libero potius fungeretur arbitrio, Abbatem H
inſtituit qui gregi monaſteriali præeſſet: octauum
enim & decimum in hoc eremi loco expleuerat annum:
tum congregatis fratribus tranſitum ſuum annuntians,
obiit in ſenectute bona, ſanctitate præcipua, qui aqua
ablutus feretróque impoſitus ferebatur ad monaſte-
rium ſuum, vbi ſe viuens ſepeliri mandauerat. Tunc Ar-
chipresbyter Merenſis vici collecta clericorum cohor-
te voluit vi auferre glebam ſancti corpuſculi, videlicet
vt ad vicum ſuum vnde egreſſus fuerat transferret, ſed
cùm furibundus veniens vidiſſet à longe pallam quæ
tegebat artus ſanctos eximio albere nitore, ita nutu Dei
eſt metu perterritus, vt omni velocitate reuocaret ab
animo, quod malè conceperat leuitatis arbitrio, con-
iunctúſque pſallentio in exequiis ſancti progreſſus tu-
mulauit eum cum reliquis qui aderant fratribus in ipſo
Columbarienſi monaſterio, ad cuius ſanctum ſepulchrũ

Prudentia

A Prudentia cæca enim alia Lemouicina puella ſimiliter lumine viduata, vt ſepulchrum ſanctum in oratione oſculatæ ſunt, lumen recipere meruerunt. Maxonidius autem poſt quintum cæcitatis ſuæ annum hunc tumulum ſanctum adiit lumenque recepit. Energumeni verò Lupus, Theodulphus, Rucco, Scopilia, Nectariola & Tacihildis ad hunc ſancti tumulum ſunt mundati: ſed & puellæ duæ de Lemouicino venientes, oleo quod ipſe ſanctus benedixit perunctæ à nequitia qua obſidebantur mundatæ ſunt: & quotidiè ibidem ad corroborandam fidem gentium operatur Dominus, qui perpetualiter glorificat ſanctos ſuos.

CAPVT X.

De Sancto Friardo recluſo.

B MVlti variique ſunt gradus per quos ad cœlorum regna conſcenditur, de quibus (vt opinor) & Dauid dicit, quia aſcenſus in corde poſuit: accipiuntur ergo hi gradus diuerſorum operum ad cultum diuinum perfectis, & nullus in his greſſum figere poteſt, niſi fuerit, ſicut ſæpè teſtati ſumus, Dei adiutorio prouocatus: ſic enim pſalmographus in illo mediæ perfectionis gradu loquitur dicens: niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborant qui ædificant eam: quod adiutorium non modò Martyres, verumetiam & illi quos ſacræ vitæ celebrauit auctoritas iugiter inquirentes ad hoc quod ſitis deſiderij ſpiritalis promebat alacres peruenerunt. Nam ſi ad Martyrium mens accenſa eſt, huius adiutorij opem popoſcit Martyr vt vinceret, ſi ieiunij obſeruantiam adhibere ſtuduit, vt ab eo confortaretur afflictus eſt, ſi caſtitati artus reſeruare voluit impollutos, vt ab illo muniretur orauit: ſi poſt ignorantiam pœnitendo conuerti deſiderauit, vt ab eo nihilominus ſubleuaretur, cum lachrymis flagitauit: etſi C quid operis boni exercere eorum quiſpiam meditatus eſt, vt ab hoc adiutorio iuuaretur expetiit: per hus ergo ſcalæ huius aſcenſus iam difficiles: támque excelſos: iam arduos: cùm ſint diuerſi: ad vnum tamen Dominum per huius adiutorij opem conſcenditur. Idcirco ſemper poſcendus, ille quærendus, ille inuocandus erit: vt quod de bono mens concipit adiutorio ſuo ipſa perficiat: de quo & nobis ſine fine oportet dicere: adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram: ſicut & ille beatiſſimus, de quo nunc nobis futurus eſt ſermo, qui inter diuerſas vel tentationes, vel cruces ſæculi, ſemper eius adiutorij munimen expertus. Fuit igitur apud inſulam Vindimitiam vrbis Nanneticæ vir egregiæ ſanctitatis Friardus nomine recluſus, de cuius vita parumper ad ædificationem Eccleſiæ dicere delectat animum quia ignoro ſi ab aliquo ſit ſcripta. Hic ab infantia ſua ſemper Deo deuotus fuit atque pudicus: factus autem vir ſemper in Dei laudibus, ſemper in oratione, ſemper in vigiliis degebat: victus neceſſaria proD priis manibus exigebat à terra: & ſi in opere inter reliquos properans nunquam ab oratione ceſſabat; quod vicinis aut extraneis, vt mos ruſticorum habet, ridiculum erat: quodam verò die dum eum reliquis in ſegetem culmis inciſis manipulos colligaret, examen mirabilium atque ſæuarum muſcarum, quas volgo veſpas vocant, reperit: cùmque acerrime meſſores emiſſis aculeis lacerarent, vndique circumeuntes meſſem, locum illum in quo hæ adunatæ erant tranſiliunt: atque irridendo beatum Friardum alloquuntur dulusè dicentes: veniat benedictus, veniat religioſus qui orare non deſinit, qui Crucem auribus & oculis ſemper imponit, qui viis itineris ſui ſalutaria vexilla præmittit: ipſe metat ſuper examen, ipſe ipſum ſua oratione miteſcat. Tunc quaſi ad confuſionem Dominicæ virtutis hæc verba ſuſcipiens, prouolutus terræ orationem fudit ad Dominum, & accedens facto deſuper ſigno Crucis ait: adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram: E ad hanc eius orationem confeſtim omnes veſpæ ſe intra antrum vnde egreſſæ fuerant abdiderunt: ille verò ad ſpectaculum omnium meſſem deſuper illæſus expetiit: quod non ſine miraculo irridentibus fuit, eo quòd Dominus in ſe ſperantem ad confuſionem eorum ſic dignatus fuerit roborare. Denique poſt hæc cùm in arborem pro quadam neceſſitate aſcendiſſet, ſubitò conliſo ſub pedibus ramo ruere cœpit, eadénſque deorſum, per ſingulos quos percutiebat ramos, Chriſti beatiſſimum nomen inuocabat dicens: Chriſte omnipotens ſalua me: cumque perueniſſet ad terram nihil eſt læſus, ſed aiebat ſemper adiutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram: his & aliis virtutibus animatus cœpit intra ſecreta cordis tacitus cogitare dicens: ſi Crux Chriſti & inuocatio nominis eius, atque adiutorium poſtulatum ab eo tantam potentiam habet, vt aſpera quæque mundi deuincat, periculoſa obruat, tentationum atra depellat, & omnia quæ ſunt ſæculi huius oblectamenta pro nihilo reputata faſtidiat, quid F mihi & mundo: niſi vt relictis omnibus quæ eius ſunt in illius vacare ſolius debeam obſequiis cuius nominis inuocatione à periculis ſum ſaluatus iniquis? & egreſſus ab hoſpitiolo ſuo, oblitus parentes & patriam eremum petiit, ne in ſæculo habitanti impedimentum aliquod de oratione mundi ſollicitudo conferret: ipſe quoque & Abbas Sabaudus qui quondam Regis Clotharij miniſter fuerat pœnitentiam accipientes Vindimitenſem Nannetici territorij inſulam ſunt aggreſſi: habebant autem ſecum & Secundellum Diaconum. Abbas verò ablata de aratro Domini manu ab inſula diſcedens monaſterium reliquit, nec multò poſt occultis de cauſis gladio eſt peremptus. Sanctus verò Friardus cum Secundello Diacono in ſupradicta inſula ſtetit immobilis: habebat tamen vterque eorum propriam cellulam, ſed procul inter ſe poſitam: cúmque ſtrenuè in oratione perſiſterent, nocte Secundello Diacono apparuit tentatio in ſpecie Domini dicens: ego ſum Chriſtus quem quotidiè deprecaris, iam enim ſanctus effectus es & nomen tuum libro vitæ cum reliquis ſanG ctis meis adſcripſi: egredere nunc ab hac Inſula & vade fac ſanitates in populos: his & ille illectus deceptionibus diſceſſit ab inſula, nec ſocio nuntiauit: tamen cùm infirmis in nomine Chriſti manus imponeret ſanabantur. Regreſſus autem poſt multum tempus ad inſulam, venit ad ſocium cum vana gloria, dicens: abij enim extra inſulam, & virtutes multas in populis feci: cumque conterritus ille interrogaret quid hoc ſibi vellet, cuncta quæ geſſerat ſimpliciter pandit: at ſenior obſtupeſcens ſuſpiránſque & lachrymans ait: Væ nobis inquantum audio à tentatore deluſus es, vade age pœnitentiam ne vltra tibi præualeant eius doli: quod ille intelligens & periiſſe ſe timens, cum fletu ad pedes eius proſternitur, rogans vt pro ſe Dominum deprecaretur: vade, inquit & pariter eius omnipotentiam pro ſalute animæ tuæ poſcamus: non eſt enim difficilis Dominus ſe confitentibus miſereri: cùm ipſe per Prophetam dicat, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Orantibus autem H illis aduenit iterùm tentator in ſimili ſpecie ad Secundellum Diaconum dicens: nónne præceperam tibi eo quòd oues meæ morbidæ eſſent & paſtore indigerent, vt egredereris & viſitares, atque opem ſanitatis eis tribueres, & ille: in veritate enim comperi quòd ſeductor ſis, neque te Deum credo, cuius tu ſpeciem mentiris habere: tamen ſi Chriſtus es, Crucem tuam quam reliquiſti ipſam oſtende & credam tibi; cúmque non oſtenderis Diaconus Crucem Domini in os eius faciens confuſus euanuit, rurſúmque ad eum veniens cum multitudine dæmonum tanta cum cæde mactauit, vt vix putaretur euadere, & diſcedens nuſquam comparuit: idem poſteà Diaconus in ſumma ſanctitate perdurans, die debito defunctus eſt: beatus verò Friardus cùm magnis virtutibus effulgeret, quadam vice effractum è vento ab arbore ramum, quem, vt ferunt, ipſe inſeruerat collegit, compoſitumque baculum ſibi exinde

quem

A quem manu gereret fecit. Poſt multum verò tempus
iam areſactam virgam in terra plantauit, infuſaque aqua
ſæpiùs baculus ille frondens emiſit & poma, atque in-
tra duos aut tres annos in magnam arboris proceritã-
tem diſtentus excreuit; quod cùm grande miraculum
populis cernentibus haberetur, & quotidiè ad hanc vi-
ſendam immanis turba confluerent, vt etiam ipſam re-
motionem inſulæ virtus prodita publicaret, ſanctus
Dei ne vanæ gloriæ labe ſubrueret, arborem accepta ſe-
curi ſuccidit, rurſuſque ſanctus alterius arboris ruinam
cernens quæ acta venti violentia floribus plena cor-
ruerat, miſericordia motus orauit dicens ne pereat,
quæſo Domine huius arbuſculæ fructus, quæ te iubente
florum ornamenta produxit: ſed potiùs a te incremen-
tum reparationis indultum fructuum adipiſci mereatur
effectum: & hæc dicens, accepta ſecurè amputata arbo-
ris columna ſuper radices quæ adhuc hærebant colum-
nam ipſam in modum ſudis fecit acutam, eámque terræ
B defixit, mox ligatis ſine radice ramis & ad priſtinum re-
ſtituris ſtatum flores qui aruerant viruerunt: ipſo quo-
que anno hæc arbor fructus cultori ſuo reſtituit. Credo
ego de miſericordia Dei quòd miraculum præſens exe-
git loqui, quia obtinere potuit hic oratione ſua vitam
mortuis à Domino impertiri, qui obtinuit arbores ari-
das in re diuina viriditate frondeſcere. Idem cùm ple-
rumque tranſitum ſuum fratribus prædiceret, quadam
die tactus à febre dicit ſuis, ite ad Fœlicem Epiſcopum
& nuntiate ei diſceſſum meum dicentes, frater tuus
Friardus dixit, ecce conſummato curſu vitæ huius de hoc
mundo abſoluor, & vt ſis certior de hoc verbo, die
Dominica tranſitum accipio, & vado ad requiem quam
mihi promiſit Rex æternus Deus: veni obſecro & vi-
deam te priùs quam obeam: cùmque ille occaſione ne-
ſcio qua detineretur, mandatum miſit dicens, rogo ſi
fieri poteſt vt me modicum ſuſtineas, donec membris
artuum diſſolutis ad te vſque perueniam, reuertentibus
verò nuntiis & iſta dicentibus cùm iam lectulo decu-
baret, ait: ſurgamus ergo & ſuſtineamus fratrem no-
C ſtrum. O virum ſanctitate ineffabilem, qui quamquam
feſtinaret diſſolui, & cum Chriſto eſſe, non tamen obli-
tus charitatem obtinuit apud Dominum adhuc eſſe in
mundo, vt fratrem cerneret ſpiritali intuitu: ſed nec il-
lum infimi reor fuiſſe meriti, cuius aduentu Dominus
huius ſancti dilatare dignatus eſt diem, de qua tarditate
accepto nuntio protinus quieſcente febre, ſanus ſurre-
xit à lectulo; poſt multum verò tempus adueniente
Epiſcopo à febre corripitur, ingreſſúmque ad ſe ſalu-
tat & oſculatur dicens, grandes mihi moras de itinere
debito facis, ô ſancte ſacerdos! quibus vigilantibus
nocte quæ erat Dominica mane facto tradidit ſpiritum,
quo emiſſo mox omnis cellula ab odore ſuauitatis re-
pleta tota contremuit: vnde indubitatum eſt Angelicam
ibidem adfuiſſe virtutem, quæ ſancti meritum ſignans
cellulam diuinis faceret aromatibus effragrare, cuius
glorioſum corpus ſacerdos ablutum recondit in tumu-
lo, Chriſtus animam ſuſcepit in cœlo relinquens terri-
D genis exempla virtutum.

Capvt XI.

De Sancto Caluppane recluſo.

SEmper paupertas ſæculi regna reſerat cœli, atque
viuentes ac non modò præparat polo, verùm etiam
glorificatos miraculis illuſtres eſſe declarat in mundo,
quò fit vt dum illa ergaſtularis conſtrictionis reuinctio
paradiſi ianuam patefacit, anima Angelicis choris in-
ſerta in requie ſempiterna perfulget: ſicut nunc de beato
Caluppane recluſo quod verum cognouimus, prorſus
ſilere nequimus. Hic autem ab ineunte ætate ſemper
religionis Eccleſiaſticæ bonum quæſiuit & repetiit, &
apud monaſterium Meletenſe territorij Aruerni con-
uerſatus, in magna humilitate ſe fratribus præbuit: erat
enim ſummæ abſtinentiæ, ita vt inedia nimium attritus E
quotidianam cum reliquis fratribus operam explere
nequiret: vnde, vt mos eſt monachorum, magnum im-
properium inferebant, dicente ſibi præſertim præpo-
ſito, qui non deliberat laborare, indignè poſtulat man-
ducare: dum autem hic aſſiduè vteretur his exprobratio-
num verbis vallem haud procul à monaſterio conſpica-
tur, de cuius medio lapis natura præbente conſurgens
prouehitur in excelſum, quaſi in quingentis aut eò am-
pliùs pedibus, nullam penitus habens cum reliquis
montibus circumpoſitis coniunctionem: cuius vallis
medium fluuius alluit qui hunc montem placidè con-
tingens dilabitur. In huius ergo lapidis ſciſſuram quod
priſcis temporibus quondam propter tranſitum ho-
ſtium receptaculum fuit, eremita ſanctus ingreditur, &
exciſo lapide habitacula ſtatuit, in quæ nunc per ſcalam
valdè difficilem ſcanditur: locus etenim ille tam diffici-
lis eſt ad incedendum, vt etiam feris beſtiis, illuc acce- F
dere ſit laboris. In hoc loco oratoriolum paruulum
quodam modo fecit, cui oranti vt ipſe nobis cum la-
chrymis referre erat ſolitus, ſerpentes ſuper caput eius
ſæpiùs decidebant, & inuoluentes ſe circa collum eius,
non minimum ei inferebant horrorem: ſed quia dia-
bolus ad ſpeciem callidi ſerpentis habetur, non ambigi-
tur eius hanc fuiſſe immiſſionis inſidiam, nam cùm ille
ad hæc perſtaret immobilis, nec moueretur minorum
anguium ictibus, quadam die duo dracones immenſæ
magnitudinis ad eum ingreſſi adſtiterunt procul: quo-
rum vnus (vt arbitror) ipſe dux tentationis validior
altero erat, qui erecto pectore os ſuum contra os beati
quaſi aliquid muſſitaturus erexit: at ille timore per-
territus tanquam aheneus valdè diriguit, nullúmque
penitùs membrum mouere potens, neque manum ele-
uare vt ſignum beatæ Crucis opponeret: cùmque ambo
diutiſſimè in ſilentio conſtitiſſent, venit in mentem ſan-
cto per ſpiritum vt orationem Dominicam, & ſi labia
mouere non poterat, vel corde clamaret: quam dum ta-
citus loquitur, cœperunt paulatim membra eius quæ G
inimici fuerant arte reuincta diſſolui, & ſentiens ſe ma-
num dextram habere iam liberam, ori ſignum beatæ
Crucis imponit, rurſúmque conuerſus ad hydrum, pin-
git iterum Crucem Chriſti aduerſus eum dicens: tu ne
es ille qui protoplaſtum de paradiſi habitaculum proie-
ciſti, qui germani dexteram patricidio cruentaſti, qui
Pharaonem vt populum Dei perſequeretur armaſti? qui
ad extremum ipſum Hebræum populum: vt inuidia ſuc-
cendente perſequeretur dominum excitaſti? diſcede à
ſeruis Dei à quibus ſæpiùs ſuperatus diſceſſiſti confuſus:
tu es enim in Cain proiectus, in Eſaü ſupplantatus, in
Goliath proſtratus, in Iuda traditore ſuſpenſus, & in
illa Dominicæ virtutis Cruce cum poteſtatibus & do-
minationibus tuis triumphatus, atque contritus es? ab-
de nunc Dei inimice caput, & humiliare ſub ſignaculo
Crucis diuinæ, quia non eſt tibi portio cum ſeruis Dei
quorum eſt hæreditas regnum Chriſti: hæc & huiuſce-
modi ſancto dicente, Crucémque per ſingula faciente
draco huius vexilli virtute confuſus viciſſim ſe humi-
lians terræ ſubditur: ſed dum hæc agerentur ille alius H
circa pedes & tibias ſancti in inſidiis voluebatur, cùm-
que hunc ad pedes ſuos confuſum ſanctus eremita vi-
deret orationem faciens, eum abire iuſſit dicens: vade
retro Sathana, nihil mihi in nomine Chriſti mei pote-
tis vltra nocere: at ille vſque ad limen cellulæ egreſſus
ſonum validum per inferiorem partem emiſit, & tanto
cellulam fœtore repleuit, vt nihil aliud quam diabolus
crederetur, nec vltra coram ſancto aut ſerpens aut draco
comparuit. Erat enim aſſiduus in opere Dei, nec vaca-
bat ad aliud, niſi aut legeret aliquid aut oraret: & iam
cùm parumper cibi caperet: ſemper orabat, ſumebat
interdum piſcem de flumine (raro quidem) ſed cùm
voluiſſet opitulante Domino confeſtim aderat: cibum
panis non aliunde ſumebat, niſi qui de monaſterio mit-
tebatur: ſi quis vero deuotorum panes detuliſſet, aut
vinum id in cibos deputabatur egentium, in illorum
dumtaxat qui ab eo aut ſignum ſalutare ſuſcipere aut

infirmita

A infirmitatum remedia ſumere flagitabant: ſcilicet vt quos per orationem ſaluti dabat etiam cibi refectione foueret, illud Domini recolens, quod in Euangelio de turbis quas à diuerſarum morborum contagio ſanauerat dixit: dimittere eos ieiunos nolo ne deficiant in via. Sed nec illud beneficiũ occuli arbitror quòd ei in loco illo diuina pietas eſt largita: nam cùm a profundo vallis illius quaſi per ſtadia decem aquas deferretur, orauit ad Dominum, vt ei in ipſo cellulæ ſuæ habitaculo fontis venam oſtenderet, ſed non defuit virtus illa cœleſtis, quæ quondam ſitientibus populis aquas produxit à ſilice. Statim igitur ad huius orationem gutta laticis à caute prorumpens, cœpit ſolùm ſtillis frequentibus irrigare: at ille munus cœleſte congaudens, concauum in lapide paruulum, in modum ciſternæ faciens tenentem quaſi congia duo, limphas diuinitùs ſibi indultas ſuſpiciebat, de quibus tantùm ei miniſtrabatur per dies ſingulos, quantum ipſi pueróque ſufficeret, qui ei miniſter fuerat datus. Acceſſimus autem & nos ad locum cum B beato Auito Epiſcopo, & omnia quæ narrauimus quædam ab ipſo relata cognouimus, quædam oculis proprijs inſpeximus. A memorato autem Pontifice Diaconatus ac presbyterij ſortitus eſt gradum: multa populo diuerſis vexato morbis remedia contulit, nulli tamen cellulam egreſſus ſe præbuit contemplandum, niſi tantùm per feneſtellam extendens manum ſalutare ſignaculum imponebat, & ſi à quoquam viſitatus fuiſſet, ad hanc accedens ſpeculam orationem colloquiúmque præbebat: denique in hac religione curſum vitæ conſummans quinquageſimo (vt opinor) æui anno migrauit ad Dominum.

Capvt XII.

De Sancto Æmiliano Eremita & Brachione Abbate.

C Qvantum diſciplina cœleſtis ſe cuſtodientibus prærogat, quantúmque non cuſtodita negligentibus irrogare debeat, per os Pſalmographi ſpiritus ſanctus pandit: apprehendite, inquit, diſciplinam nequando iraſcatur Dominus, & pereatis à via iuſta: de bonis autem Salomon ait, diſciplina patris erit ſuper eum: diſciplina ergo hæc timorem Domini facit, timor autem Domini initium ſapientiæ præbet, ſapientia verò diligere Deum docet: dilectio autem Dei hominem à terrenis ſubleuat, ad cœlos euocat, paradiſo locat, in quo fœlicium animæ ex illius vitis vitalis ſumpto vini noui liquore epulantur in regno Dei: deſiderare ergo oportebat homines huius vitis haurire myſterium, vt accedere valerent ad illum tam iocundæ habitationis amœniſſimum locum. Quod ſi iſtæ quas nunc cernimus vites, quæ per traduces extenſæ, emiſſis palmitibus pampino intextæ dependentibus vuis amœna nos contemplatione lætificant: dum non ſolùm proferant copiam fructuum, D verumetiam opportuno nos vmbraculo protegunt igniti Solis ab æſtu, quas ſcimus poſt aſſumptum fructum temporis legitimi deciduis foliis quaſi aridas reddi: quantomagis illa deſiderare debemus; quæ nullo fine deficiunt, neque vllo tentationis æſtu marceſcunt: vbi ſpe prætereita res ipſa quæ ſperabatur & tenetur & fruitur. Hæc multi deſiderantes non modò facultates proprias reliquerunt, verumetiam deſerta quæque & inculta aggreſſi ſunt, vt ſitim huius deſiderij ſolitariæ ac remotioris orationis patrocinio lachrymarúmque fluento reſtinguerent: ſicut nunc beatus Æmilianus nouus noſtris temporibus eremita feciſſe probatur. Hic igitur relictis parentibus ac facultate propria eremi deſerta petiit, & ſe intra ſecreta ſyluarum Pontiuacenſium Aruerni territorij abdidit, in qua decisa ſylua modicum deplanans campum raſtro ipſam effodiens humum, vitæ eliciebat alimentum: habebat & hortum paruulum quem aqua ſuperueniente rigabat, de quo ſolus ad refectionem nullo impinguatum adipe præſumebat: ſolatium verò abſque Dei adiutorio nullum habens, E cohabitatores enim beſtiæ auéſque illic erant, quæ ad eum quotidie tanquam ad Dei famulum confluebant: vacabat autem ieiuniis & orationi, nec eum ab hac cauſa vlla mundanæ ſollicitudinis occaſio impedire poterat, quia præter Deum aliud nihil habebat. Erat autem tunc temporis apud Aruernam vrbem Sigiualdus magna potentia præditus, in cuius ſeruitio erat adoleſcens quidam nomine Brachio, quod eorum lingua interpretatur vrſi catulus. Huuc antedictus vir ad capeſſendam porcorum ſylueſtrium venationem delegerat, ibatque cum ingenti moloſſorum turba circuiens ſyluas, & ſi quid cœpiſſet Domino deferebat: quadam verò die dum ſuem immenſi corporis canum allatrantium turba proſequeretur, ſus intra ſepta quæ circa cellulam erant ſancti ingreditur: proſequens verò canum turba cum latratu vſque ad aditum acceſſit veſtibuli, móxque in ſuis hæſit veſtigiis, nec ingredi eſt permiſſa poſt ſuem: quod cernens Brachio & cœlitus hæc eueniſſe admirans ad F cellulam ſancti ſe confert, viditque ſuem ante oſtium ſtantem, nihil penitùs formidantem, conſalutatus autem ac oſculatus à ſene, inuitatur ad reſidendum: quibus conſedentibus ait ſenex, video te, fili dilectiſſime, in grandi elegantia compoſitum, & ſequi ea quæ magis detrimentum animæ præparant quàm ſalutem: relinque, quæſo, terrenum Dominum, & ſequere Deum verum cœli terræque factorem, cuius nutu omnia gubernantur, cuius imperio omnia ſubduntur, cuius maieſtate ipſa quam cernis beſtia adſtat intrepida: non te tumidum faciat, aut extollat potentia domini tui quæ nihil eſt: ſic enim ait Paulus Apoſtolus qui gloriatur in Domino glorietur, & alibi, ſi hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem: ſubde te eius ſeruitio qui ait, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: ipſe enim eſt Dominus cuius onus leue eſt, cuius iugum ſuaue eſt, cuius cultus & tribuit præſentia & vitam G largitur æternam: ſic enim ait, ſi quis renuntiauerit omnibus quæ poſſidet centuplum accipiet, & inſuper vitam æternam poſſidebit. Hæc & his ſimilia ſene viriliter diſſerente ſus illæſus ſyluas petiit, puerque diſceſſit ab eo, non ſine grandi admiratione quòd aprum quem incliuauerat ſequi ferum in conſpectu ſenis manſuetum adſtare videbat vt agnum. Plurima igitur animo tractans ac multa ſecum reuoluens quid ageret quidve faceret, vtrùm ſæculum relinqueret, an ſæculo deſeruiret: tandem compunctus à diuina pietate, & credo ſancti Æmiliani oratione, aditum quærere cœpit occultè qualiter clericus eſſe poſſet, quia publicè propter terrenum dominum non audebat: tamen cùm eſſet adhuc laſſus in nocte bis aut ter de ſtratu ſuo conſurgens terræ proſtratus orationem fundebat ad Dominum: neſciebat tamen quid caneret quia litteras ignorabat. Videns autem ſæpiùs in oratorio litteras ſuper Iconicas Apoſtolorum reliquorúmque ſanctorum eſſe conſcriptas, exemplauit eas in codice, cúmque ad occurſum domini ſui clerici H vel Abbates aſſiduè conuenirent: hic ex iunioribus quem potuiſſet accerſire, ſecretiùs interrogabat nomina litterarum, & ab hoc eas intelligere cœpit: antea autem inſpirante Domino & legit & ſcripſit, quia litterarum ſeriem cognouiſſet. Exin mortuo Sigiualdo ad antedictũ ſenem properat, & cum eodem duos vel tres annos faciens pſalterium memoriæ commendauit: quem eius germanus plerumque interficere voluit, quòd nollet matrimonio copulari: dehinc Monachi ad eos adiuncti ſunt. Impletis autem beatus Æmilianus diebus vitæ ſuæ, & circiter nonagenaria ætate egrediens à corpore Brachionem reliquit hæredem: hic ſtabilito monaſterio obtinuit à Rachinilde Sigiualdi memorati filia multa terrarum ſpatia quæ ad hoc monaſterium dereliquit: erat enim ſaltus ex domo Vindiacenſi. Hic verò de hoc egreſſus monaſterio Toronos venit, ibique ædificatis oratoriis duo monaſteria congregauit: quodam autem tempore aduenientes homines peregrini reliquias ſanctorum detulerunt ſecum, quas ſuper altare baſilicæ S.

A Martini Turonis locauerunt quaſi in craſtinum profectum: adfuit eis Brachio Abbas qui vigilans in baſilica circa medium ferè noctis vidit quaſi globum ignis immenſi de ſanctis pignoribus emicare, & vſque ad templi cameram cum lumine magno conſcendere: quod non eſt dubium aliquid fuiſſe diuinum: nulli tamen de aſtantibus aliis niſi illi tantùm fuit oſtenſum. Poſt hæc autem regreſſus eſt Atuernum ad priùs monaſterium, in quo per quinque annos inhabitans, venit Turonos ſtabilitiſque Abbatibus in monaſteriis ſupradictis Atuernum regreſſus eſt. Cùm ad priorem cellulam reſideret in monaſterium Manatenſe quod per incuriam Abbatis intepuerat ordinatur, vt ſcilicet eius ſtudio congregatio ipſa canonicè regeretur: erat enim caſtiſſimæ conuerſationis, ſed & alios ſtrenuè diſtringebat caſtam gerere vitam: qui erat ſuauis colloquio, & blandus affatu: in transgreſſionibus verò regulæ ita ſeuerus habebatur, vt aliquoties putaretur eſſe crudelis: in ieiuniis vigiliiſque & charitate perfectum red- B diderat virum: cúmque tempus migrationis appropinquaret, vidit in viſu ſicut ipſe beato Auito Epiſcopo retulit ductum ſe ad Æthera in præſentiam Domini, ibique Seraphin obumbrare maieſtatem Domini, & Eſaiæ Prophetæ verba quæ vaticinaturus erat intimante turba circumſtante Angelorum, in laudem Dei ſedentis ſuper æthera, & ibi Seraphim obumbrare maieſtatem, Eſaiam Prophetam extenſo volumine verba quæ vaticinaturus erat clamare: dumque hoc attonitus ſpectaret, expergefactus ſomniúmque ſuum attentè diſcutiens, vt finem vitæ ſuæ Domino reuelante cognoſceret, dicit Abbati quem in priorem ſtatuerat in monaſterio: locus ille ſecus fluuium in quo oratorium facere putabam iocundus eſt valdè: ideò rogo vt quod ego volui tu expleas, atque illuc oſſa mea transferre non abnuas: quo migrante & in oratorio prius cellulæ ſepulto cùm Abbas iniunctum cœpiſſet opus explere, nutu Dei lapides coctos antiquitus & funda- C mentum in ea menſura quam ipſe ponere cogitabat nactus eſt, perfectoque ædificio detexit Abbatis ſepulchrum: quo patefacto reperit corpuſculum illæſum, vt putaretur ante diem alterum fuiſſe defunctum, & ſic cum gaudio proſequente cætetu monachorum quam ipſe edocuerat, in locum illum poſt duos annos tranſlatus eſt.

Caput XIII.

De Sancto Lupicino.

Athletæ Chriſti atque triumphatores mundi, vitæ iſtius fugitiuæ ſacrificium facere cupientes pertendere ad illam vitam voluerunt quæ in exultatione perpetua manet, quæ nullo gemitu obſtrepit, nec quoquam fine concluditur, cuius lumen nunquam extinguitur, cuius ſerenitas nulla obſcuritate nubis obtegitur: idcirco- D que ſemper præſentium dolorum contumelias pro nihilo habuerunt, ſcientes ſe in paucis vexatos, in multis benè diſponendos: & ob hoc quiſquis ille eſt qui in illo agone tendit, metu non terretur, pœna non ſoluitur, per dolorem non frangitur: vt tantùm illa æternæ iocunditatis amœnitate cum electis Dei perfrui mereatur, ſicut multos feciſſe nouimus de ſanctis viris, quorum nunc vita tractatur aut legitur. Igitur Lupicinus quidam magnæ ſanctitatis fortiſſimúſque in operibus Dei, qui primum eleemoſynam per domos deuotorum depoſcens, quæque acquirere potuiſſet ſibi ſimilibus erogabat: ad extremum iam mediam habens ætatem ad vicum Berberenſem qui nunc Lipidiaco dicitur veniens, parietes antiquos reperit, ibique recluſus ab omnium ſe hominum aſpectibus inhibebat, ac per modicam feneſtellam parumper panis vel aquæ accipiens: quod ei aliquotiens cùm eſſet valdè exiguum vſque ad diem tertium perdurabat: aqua enim per canalem paruulum infereba- E tur: feneſtella verò velo operiebatur, vtriuſque tamen rei aditus ita obiectus erat, vt nullus beatos eius vultus poſſet aduertere: dum ibidem die noctuque in Dei laude pſalmorum modulis delectatur, tormentum ſibi quod corpuſculum plus grauaret adhibuit, non immemor illius Apoſtoli dicti quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: lapidem namque grandem quem duo homines vix leuare poterant ceruici impoſitum tota die dum Deo caneret per cellulam deportabat: nocte autem ad additamentum iniuriæ in virga quam manu gerebat duas defixerat ſudes, deſuper acumina parans quæ ad mentum ſuum ne ſomnum caperet ſupponebat. Denique ad extremum vitæ tempus corrupto pectore à pondere ſaxi, ſanguinem per os eiicere cœpit, quem per parietes præſentes proiiciens ſpuebat: ſed & plerumque fidelibus viris nocte ad cellulam clam appropinquantibus, quaſi vox multorum pſallentium reſonabat: ſed & multos infirmos & præſertim ab acceſſionibus frigoriticis F vel pullulis malis oppreſſos tactu tantùm vel ſigno ſalutari impoſito ſanitati reſtituebat. Cùm autem iam ſenio inclinatus eſſet, vocauit miniſtrum ſuum dicens: prætereito tempore occulenda manifeſtandi tempus aduenit: ſcito ergo me poſt triduum ab hoc ſæculo liberandum, voca nunc fideles quoſque fratres & filios quibus ſum valè dicturus, vt veniant ad nos viſitandum. Illuceſcente autem die tertia confluentibus fratribus oſtium quod clauſum erat aperuit, atque ingredientibus cunctis qui aderant conſalutatis deoſculatiſque orationem fudit ad Dominum dicens: gratias tibi ago Domine Ieſu Chriſte qui me ſaluari iuſſiſti ab huius mundi impedimentis, & ita me fouere dignatus es in hoc ſæculo, vt nihil ſuum in me auctor criminis inueniret, & conuerſus ad plebem ait: magnificate quæſo, dilectiſſimi, Dominum mecum, & exaltemus nomen eius in commune, qui me erectum de ſtercore, erutum de tenebrarũ opere, amicorum ſuorum fecit eſſe conſortem. qui miſit Angelum ſuum ad me acceſſendum ab hac mundana ſta- G tione, & pollicitus eſt me in requiem ſempiternam perducere, vt collega amicis eius effectus mererer regno eius aſcribi. O beatum virum qui ita conſolari meruit in hoc corpore, vt prius cognoſceret quo erat fruiturus in cœlo. qui migraret a ſæculo, meruitque hic obtinere apud diuinam potentiam quod Dauid ſæpiùs decantabat, notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum vt ſciam quid deſit mihi, dehinc humo incumbens ſpiritum cœlo intentũ præmiſit ad Dominum. Tunc omnes in fletu proſtrati, alij plantas oſculantur, alij fimbrias veſtimenti diripiunt, alij de pariete beatum ſanguinem qui ab eius fuerat ore proiectus inter ſe certantes excudunt: miſerum ſe quiſque dicebat ſi immunis ab eius pignoribus diſceſſiſſet. Teſtis eſt hodie quoque & ipſe paries qui tot foſſulis patet, quot ab ore beati Confeſſoris ſputa emicuit: teſtis eſt ipſe canalis de quo vir beatus aquam ſumpſit ad vſus, de quo fideliter oſculantes hauriunt ſanitatem. Nam vidi ego multos qui euulſa à pariete ſacrati oris ſputa in diuer- H ſis infirmitatibus poſiti meruerunt accipere medicinam. Denique hoc (vt diximus) defuncto affuit quædam matrona quæ ablutum dignis induit veſtimentis, & cùm eum ad vicum Tranſalicenſem inferre vellet, reſtitit ei populus pagi Lipidiacenſis dicens: noſtrum hunc ſolum fouit, nobis corporis eius gleba debetur: matrona autem reſpondebat ad hæc, ſi aliqua de victus eius exprobratis neceſſitate, ſæpiùs ei ego & triticum miſi, & ordeum quod vel ille ſumeret, vel aliis miniſtraret: at illi dicebant, noſtri generis humo effectus eſt, noſtri fluminis aquas hauſit, noſtra eum terra cœlo tranſmiſit: æquum ne ergo eſt vt tu de terra aliena veniens rapias eum in noſtra? noueris enim quia non hoc ſuſtineret quiſquam noſtrum ſed hic ſepelietur, reſpondit: ſi germen ſtirpis eius inquiritis ex aliis hic regionibus aduentauit, ſi aquas fluminis ingeritis, parum ſitim eius molliuerunt, quàm potiùs è cœlo manans fons ille reſtinxit: cúmque hæc & huiuſcemodi inter ſe verba

A profertent & Lipidiacenſes effoſſa humo & depoſito
ſarcophago cum iepelite nierentut , conuocatis ma-
rronæ auxiliis, fugatis pagenſibua rapuit ſanctum cor-
pus ac ferre cœpit in feretro ad vicum Tranſaliacen-
ſem, diſpoſitis in itinete pſallentium turmis cum Cru-
cibus,cereis atque odore fragrantia thimiamatis : quod
illi cernentes pœnitentia moti , miſerunt poſt matro-
nam dicentea : peccauimus reſiſtendo tibi , profectò
enim cognuſcimus in hoc eſſe Domini voluntatem :
nunc autem petimus vt non abiiciamur ab huius fune-
ris obſeqoiis, ſed admittamur officiis eius : illa qooque
permittente vt ſequerentut coniunctus eſt vtetque po-
pulus : & ſic pariter vſque ad Tranſaliacenſem vicum
venientes celebratis Miſſis beatum corpus cum ſum-
mo honore gaudióque ſepelleront : io quo vico ſæpiùa
ſe beatiſſimus in vittutibus declaraoit , ſed & Lipidia-
co vt ſupra præfati ſumus , plerumque opus eiua ſan-
ctum oſtenditur : vterque enim locus vnius ſancti præ-
ſidiia communitur , & fortaſſia quorumdam incredibi-
B lium latratus de his conatur obſtrepete : nouerint à me
viſum Deo datum presbyterum ſummam octogenarij
æui ferentem,qui mihi hæc vt ſcripta ſunt contulit,con-
firmans ſacramento nihil ſe de his admixto mendacio
enarraſſe.

Capvt XIV.

De Sancto Martio Abbate.

MAgnum nobis diuina pietas largitur augmentum,
cum delictis noſtris fieri præcepit da remiſſione
refugium ſi ignoſcamus oegligentibus, ſi indulgeamus
lædentibus , ſi odientibus nos è contrario commodum
benedictionis impertiamur , dicente Domino Ieſu
Chriſto : diligite inimicos veſtros , benefacite his qui
C oderuut vos, & orate pro calumniantibus & perſequen-
tibus vos,vt ſitis filij patris veſtri qui in cœlis eſt. Ecce
quàm magnum theſaurum congregat contemptua iræ.
reconciliatio damnari , remiſſio iudicari : filium te Dei
patris facit , cohæredem Chriſti adſcribit , cœleſtibus
regnis habitatorem ſtatoit, vnde manifeſtum eſt oblita
ilicta eius in cœlo, qui delinquenti beneficium veniæ
impertitur in ſæculo:ſic enim Dominici oris ſenteotia
prolata teſtatum: ſi, inquit, dimiſeritis hominibus pec-
cata eorum , dimittet & pater veſter cœleſtis peccata
veſtra : cùm verò ſupplices ſamulos docet orare ait, ſic
enim dicetis ad patrem : dimitte nobis debita noſtra
quemadmodum & nos dimittimus debitoribua noſtris.
Hic igitur ſanctus Martius beatus Abbas ſanctitate
præclatus, diuinia eruditua ſtudiis,huius ſententiæ bo-
num retinuit corde, vt libenter dimitteret delinquenti,
& non ſolùm ignouit noxam verùm etiam pro mune-
re præbuit gratiam,nec aliquia vilem velit reddere cul-
pari perſonam:ſed ante de conuerſatione eius pauca lo-
cuturi ſumus , priuſquàm ad huius gratiæ beoeficium
D accedamus. Igitur beatiſſimus Martius Aruernæ vrbis
Abbas eiuſdem territorij fuiſſe incola fertur, & à pue-
ritia ſua religioſam agens vitam,totum ſe Dei operibus
dedicauit : erat enim parcus in cibis , largus in eleemo-
ſynis, promprus in vigiliis, in orationibus valdè deuo
tus,totis viribus luxuriam abſtinentiæ freno ac parci-
tatis agone coërcens , ne ſibi aliquid ſubrepere poſſet.
Nuo immeritò Martius vocitatus qui marte triumpha
li pullulantes actionum mortalium cogitationes gladio
Spiritus ſancti in ipſo dimicationis exordio ſuccidebat:
non ſurdè auditor Apoſtolicæ exhortatiools dictacom-
memotans : accingite vos armatura Dei & gladio Spi-
ritus ſancti , vt poſſitis ignita diaboli tela contemnere:
cùmque ad illam ætatis legitimæ perfectionem veniſ-
ſet,& tanquam ſydua egregium in hac vrbe ſulgeret ad-
huc aliqui l ſibi deeſſe putans, haud procul ab ea ſeceſ-
ſit, acceptóque ſarcalo , montem lapideum cædere cœ-
pit , in quo cellulas ſculpens habitacula ſibi paruula
fecit : ſcilicet vt arctiùs ſobrietatis cathena conſtrictua, E
faciliùs Deo omnipotenti precum thura laudationúm-
que holocauſtomata ſuper cordis mundi altare profer-
ret, recolens Dominum dixiſſe per Euangelium : intra
in cubiculum & clauſo oſtio ora patrem tuum,& pater
tuus qui videt in abſconſo reddet tibi.ſciebat enim &
Angelicæ ſibi viſitationia conſolationem adfore , ſi ſe
ab humanis aſpectibua longiùs amouiſſet. Io hac ergo
rupe cauata montis habitationis vt diximus neceſſaria
præparabat , formans in antris ex ipſo lapide ſcamnum
& cellulam ſiue lectulum in quo poſt laborem multum
feſſi corpuſculi requiem indulgeret : ſed erant hæc im-
mobilia quia ex ipſo lapide inciſa malleo ipſi petræ in-
hætebant:nihil autem ſuper eam cùm quieſceret ſterne-
bat , niſi tantùm cum veſtimento quo indutus erat de-
combebat, nec alioa habens taperes plumellas aut ſtra-
gula quibua hæc operirentur , niſi cùm ipſe deſuper
conſediſſet:nihil enim habebat propriom niſi Dei cul-
tum , in quo indeficiens permanebat , victum ei inter-
F dum deuotorum largitio miniſtrabat:denique & æter-
nus Dominus qui iugiter glorificat ſanctos ſuos , cœ-
pit cœleſte famuli meritum terrigenis declarare , vel
qualis eſſet cultor ſuæ diuinitatis oſtendere , dum ei
curarum gratiam dignatus eſt impertiri : nam dæmo-
nes de obſeſſis corporibus in nomine Ieſu Chriſti ver-
bo fugabat , venenum malæ puſtulæ Crucis ſignacu-
lo opprimebat , quartanis , tertianiſve febribus infu-
ſo benedicti olei liquore medebatur , & multa alia
beneficia populis annuente largitore bonorum om-
nium tribuebat. Ad tanti viri formam cœperunt qui-
dam ad eum confluere , gaudentes eiua inſtrui diſci-
plinis : quid plura ? colligit viros , format Monachos,
efficit ad opus Dei perfectos : erat enim ei magna pa-
tientia , tantámque aduerſus ſuſtinendarum iniuria-
tum tela ſumpſerat bonitatem , vt putares eum lorica
dulcedinis eſſe vallatum. Erat autem Monachis hortus
diuerſorum olerum copia ingenti refertus , arborúm-
que fructuum & amœnus vſibus , & fertilitate iocun-
dus : ſub quarum arborum vmbraculo ſuſurrantibus G
auræ ſibilo foliis , beatus ſenex plerumque ſedebat.
Quidam autem Imprudena & ſine timore Dei , gulæ
circumſcriptus deſiderio effracta ſepe horti furtiuum
eſt ingreſſus aſcenſum : ſicut Dominus exprobrat in
Euangelio , quia qui non intrat per ianuam hic fur eſt
& latro : porrò autem erat noctia tempus , nec enim
poterant hæc niſi in nocte perpetrari , quia omnis qui
malè agit, odit lucem : hic verò collectis oleribua , ce-
piſque, & alliis , ſiue pomia : oneratus faſce fraudis ini-
quæ ad aditum quo ingreſſus fuerat pergit , ſed nequa-
quam reperit vt egrederetur : grauatus onere conſcien-
tiæ terretur , & inter labores ponderum alta ſuſpiria
ducit : ſuſtentatur interdum ſuper columnas arborum.
Circuit iterum iterúmque omnem ambitum horti , &
non modò oſtium non reperit, verùm etiam nec ipſum
quem inter nocturnas tenebras patefecit aduertit in-
greſſum : torquetur enim duplici cruciatus dolore , ne
aut teneatur à monachis,aut à iudice capiatur. Inter has
cogitationum faces nox ei elongatur , iubar lucis non H
deſideratæ redditur : Abbas verò in pſallentio noctem
ducit,& vt credo,reuelante Deo quæ gerebantur agno-
ſcit;etenim albeſcente iam polo, vocat præpoſitum di-
cena : accurre velociùs ad hortum , bos enim peruleus
ingreſſus eſt in eum,ſed nihil læſit ex eo,accede nunc &
impoſitis neceſſariis dimitte eum;ſic enim legitur,boui
trituranti os non colligabis. Præpoſitua quoque non
intelligens quæ narraret, abiit implere iuſſionem: quem
cùm vidiſſet homo appropinquantem proiectis in terrā
quæ ſuſtulerat,fugere cœpit,ac inter ſpinas & rubos caput
immergit,& in modū porcorum aditum vnde egredere-
tur ictu facili conatur aperire;quē monachus apprehen-
dēs ait: ne timeas fili,quia ſenior noſter miſit me vt edu-
cā te ab hoc loco: tunc collectis monachua quæ ille pro-
iecerat,tā pomis quā oleribus impoſuit humeria eius. &
aperto oſtio dimiſit eum dicens: vade in pace,& ne vltra
repetas quæ ignauia comitante geſſiſti. Ipſe quoque
ſacerdos

A ſacerdos velut iubar veri luminis in orbe reſplendens
infirmitatum morbida virtutum efficacia pellebat: Ni-
uardus quidam diuturna febre detentus dum aquas
æſtuans ab ardore haurit aſſiduè, ab hydrope intumuit,
ita vt tam venter quàm ſtomachus in modum veſicæ
cerneretur extenſus: in deſperatione ergo pro tali in-
firmitate poſitus, deferri ſe ad ſanctum beneficio plau-
ſtri depoſcit, denique à lectulo eleuatus, imponitur ſu-
per vehiculum, atque ad cellulam ſancti Martij perdu-
citur, deprecans humiliter vt ſibi ſacerdos Dei manus
imponeret: at ille proſtratus in orationem coram Do-
mino conuerſus eſt ad infirmum, tactuque blandiſſimo
eius membra contrectans, eum in contemplatione ad-
ſtantium reddidit ſanum: nam ita fertur tumor omnis
antedictus aufugiſſe de corpore obceſſo, vt nullum in
eo vlteriùs ægritudinis huius remaneret indicium.
Hæc autem à mei genitoris relatione cognoui, eò
quòd ei fuerat hic Niuardus in amicitiæ coniunctione
deuinctus: aſſerebat autem idem vidiſſe ſe ſanctum bis
B verbis. Cùm eſſet adhuc puer quaſi annorum vndecim
ab illo tertianarum acceſſu febrium occupatur: tunc
apprehenſum puerum duxerunt ad virum Dei, erat enim
iam ſenex & proximus reſolutionis diei, caligabánt-
que oculi eius: poſita verò manu ſuper puerum ait,
quis eſt hic? vel cuius eſt filius? reſponderunt, famu-
lus tuus eſt puer Florentius Georgij quondam filius
Senatoris: & ille benedicat, (inquit) tibi Dominus
Deus fili, & ſanare dignetur languores tuos: at ille
oſculans manus eius, & gratias agens abſceſſit ſanus,
adierebat autem nunquam deinceps ſe in omni vita ſua
ab hoc contagio fuiſſe pulſatum. Ipſe verò iam æta-
te nouagenarius bono deſudans certamine conſumma-
to curſu vitæ ſeruans in Deo fidem, ad illam coronam
iuſtitiæ quam in illa retributionis die redditurus eſt ei
Dominus commigrauit: dehinc cum ſummo honore
ablutus, digniſque veſtimentis indutus intra orato-
rium monaſterij eſt ſepultus. Quòd autem beatus eius
tumulus diuinis virtutibus illuſtretur ipſa quæ aſſiſtit
C caterua poterit conteſtari: quæ cùm infirmos mittit
ad tumulum exemplò incolumes remittit ad domum.
Nam cùm diuerſis è partibus confluentes deferentéſque
morborum genera ſibi capiunt medicinam frigo-
riticorum vibrantia tremore membra, ſæpiùs ad
ſoliditatem integram reſtaurantur, tribuente hoc Do-
mino noſtro Ieſu Chriſto qui glorificat illuſtribus mi-
raculis ſanctorum nunc tumulos, quondam mortuos
reducens è tumulis: ipſi gloria in ſæcula ſæculorum,
Amen.

Caput XV.

De Sancto Senoch Abbate.

VAnitas vanitatum dicit Eccleſiaſtes & omnia va-
nitas: verúmne eſt ergo quòd omnia quæ gerun-
D tur in mundo cuncta ſint vanitas? vnde fit vt ſancti
Dei quos nullus libidinum æſtus exuſſit, nullus concu-
piſcentiæ exagitauit ſtimulus, quos nullum luxuriæ
cœnum nec in ipſa (vt ita dicam) cogitatione tenta-
uit aſtus tentatoris, elati vaſi ſunt ſibi eſſe iuſtiſſimi, &
ob hoc iactantiæ cothurnoſæ perflati ſupercilio ſæpiùs
corruerunt: factúmque eſt ita, vt quos non valuit ma-
iorum criminum gladius trucidare, leuis vanitatis fu-
mus addictos facile peſſundaret; ſicut & ipſe ille, de quo
nunc nobis ſermo futurus eſt, cùm multis virtutibus
floruiſſet, penè in illo arrogantiæ baratro obrutus oc-
cumberet, ſi eum non exhortatio fratrum fidelium at-
tenta recuperaſſet. Igitur beatus Senoch gente Thei-
phalius, Pictaui pagi quem Theiphaliam vocant oriun-
dus fuit, & conuerſus ad Dominum clericúſque factus
monaſterium ſibi inſtituit: reperit enim intra territorij
Turonici terminum parietes antiquos quos eruderans
à ruinis habitationes aptauit dignas, reperitque ibi

E oratorium in quo ferebatur celebriter noſtrum oraſſe
Martinum: quod diligenti cura compoſitum erecto al-
tari loculumque in eo ad recipiendas ſanctorum reli-
quias præparatum, ad benedicendum inuitat Epiſco-
pum. Adfuit tunc Euphronius beatus Epiſcopus, qui
conſecrato altari Diaconatus eum honore donauit: ce-
lebratis igitur Miſſis cùm capſulam reliquiarum in lo-
culo cuperent collocare, extitit capſa prolixior, nec re-
cipi in loculum poterat: tunc proſtratus Diaconus cum
ipſo ſacerdote pronus ad orationem, lachrymas preci-
bus mixtas effudit, obtinuitque petita: mirum dictu, ita
enim loculus diuinitùs amplificatus capſuláque conſtri-
cta eſt, vt in eum ſpatioſiſſimè non ſine admiratione
reciperetur. In hoc loco collectis tribus Monachis, Do-
mino aſſiduè ſeruiebat, & inprimis arcto vitæ tramite
incedebat exiguoſque cibos & tenues potiones ſumens:
diebus autem quadrageſimæ ſanctæ addebatur augmen-
F tum abſtinentiæ ciborum diminutione: nam eſus illi
panis tantùm hordaceus erat & aqua, de vtriſque ele-
mentis libras ſingulas per dies ſingulos ſumens: rigo-
rem verò hyemis ſine vllo pedum tegmine pati con-
tentus, manibúſque ac pedibus, ſimul & collo ferrea ca-
thena reuinctus. Dehinc à fratrum contemplatione ſe-
motus ſolitariè ſe recluſit in cellula, orans aſſiduè atque
in vigilijs & orationibus die noctuque ſine ambiguita-
te perdurans: conferebat autem deuotio fidelium ple-
rumque pecuniam, ſed non eam in abditis loculis, ſed
in pauperum marſupijs condebat: illud Dominici elo-
quij oraculum ſæpè commemorans, nolite theſaurizare
vobis theſaurum ſuper terram quia vbi fuerit theſaurus
tuus, illic erit & cor tuum. Dabat enim hic quæ acci-
piebat pro Dei intuitu, in diuerſis neceſſitatibus indi-
gentium: vnde factum eſt, vt in vita ſua de his ampliùs
quam ducentos à nexu ſeruitutis, debitique onere ſu-
bleuaret. Cùm autem nos in Turonicum veniſſemus,
egreſſus eſt de cellula, venitque ad inquirendos nos, ſa-
lutatiſque ac deoſculatis regreſſus eſt iterùm: erat enim
G (vt diximus) valdè abſtinens, ſanans infirmantium lan-
guores: ſed vt de abſtinentia ſanctitas, ita de ſanctitate
vanitas cœpit obrepere, nam egreſſus de cellula iactan-
tia cothurnoſa ad requirendos viſitandoſque parentes
in pago Pictauenſi, cuius ſuprà meminimus, abiit: re-
greſſuſque tumidus arrogantia ſibi ſoli placere niteba-
tur: ſed obiurgatus à nobis & accepta ratione quòd ſu-
perbi longè fiant à regno Dei, ita ſe purgatus iactantia
humilem reddidit vt nulla in eo penitùs radix ſuperbiæ
remanſiſſet: ita vt profiteretur dicens, vera nunc eſſe co-
gnoui quod beatus Apoſtolus ſacri oris conteſtatur
eloquio, qui gloriatur in Domino glorietur. Sed cùm
per eum Dominus ſuper infirmos multas faceret virtu-
tes, & ille ita ſe duxit includere, vt nunquam humanis
aſpectibus appareret: conſilium ſuaſimus vt ſe perpetuò
in hac concluſione conſtringeret, niſi in illis duntaxat
diebus qui inter depoſitionem ſancti Martini, ac Do-
minici natalis ſolemnitate habentur: vt in illis ſimili-
ter quadraginta diebus quos & ante Paſchalia feſta in
H ſumma duci abſtinentia patrum ſanxit auctoritas, reli-
quis verò diebus, infirmorum gratia populis ſe præ-
beret. Audito autem conſilio noſtro libenter quæ dicta
ſunt accepit, impleuitque ſine ambiguitate: denique
quia de conuerſatione eius pauca prolocuti ſumus, ad
virtutes quas per illum medicabilis diuinæ potentiæ
dextera operari dignata eſt accedamus. Cæcus quidam
Popuſitus nomine ad eum venit, erat enim tunc beatus
Senoch iam presbyter ordinatus, per Dominum aliquid
alimenti poſtulat, tactis à ſancti ſacerdotis manu oculis,
per ſignum ſalutare meruit protinus viſum recipere.
Alius quoque Pictauenſis puer huiuſcemodi morbo la-
borans audita confeſſoris huius opera pro luminis per-
diti receptione precatur, nec moratus ille, ſed inuocato
Chriſti nomine Crucem oculis cæci imponit, ſtatimq; de-
fluente riuo ſanguinis lux intrauit, ac poſt viginti anno-
rum curricula orbatæ fronti geminorum ſyderum iubar
inclaruit. Duo pueri mēbris omnibus debiles, & in mo-
dum ſphæræ in rotunditate contracti eius conſpectibus

A ſunt delati, quibus impoſitis manibus reintegratis artubus vuiua buræ momento vtrumque reddidit abſolutum, geminauitque deinde geminæ virtutis beneficium: puer cum puella coram eo contractis manibus adſtiterunt, erat autem tunc medium Paſchalis feſtum ſolemnitatis, cúmque pro ſuæ directionis medela Dei famulo ſupplicarent & ille pro ea quæ ad Eccleſiam conuenerat populi frequentia hæc agenda differret, indignum ſe clamitans per quem Deus infirmis præbere beneficia dignaretur, ſupplicantibus cunctis manus eorum ſuis ſuſcepit in manibus, quibus attrectatis directis digitis ſanos abſcedere iuber. Sic & Benaia (hoc enim erat nomen mulieris) oculos deferens clauſos tactu ſalutaris dextræ benedicta illuminata diſceſſit. Sed nec illud occuli puto quòd ſæpiùs eius oratio virus ſerpentium exinanire obtinuit: dum enim tumidi murſo hydri eius pedibus proſternuntur, deprecantes vt virus quòd Deus malæ beſtiæ artubus moribundis iniecit ſua virtute diſcuteret: at ille orationem fudit ad Dominum dicens: B Domine Ieſu Chriſte qui in principio cuncta mundi elementa creaſti, & ſerpentem illum humanis dignitatibus æmulum ſub maledicto eſſe ſanxiſti, tu depelle ab his famulis tuis veneni huius malum, vt non angues de his, ſed hi de angue valeant triumphare: hæc autem cùm dixiſſet, palpauit omnem compagem corporis eorum, ſtatimque compreſſo tumore virus mortiferum nocendi perdidit vires. Dies Dominicæ Reſurrectionis aduenerat, & homo quidam dum ad Eccleſiam pergeret: vidit pecorum multitudinem ſuam ſegetem depaſcentem, ingemuitque & ait: væ mihi quia annualis mei laboris opera ita deperit, vt nihil prurſus ex eo remaneat, & accepta ſecurè amputatis ramis aditum ſepis claudere cœpit, confeſtimque contracta manus inuita retinuit, quod voluntaria comprehendit: dolore etiam inſtigante vadit ad ſanctum confeſſorem mœſtus trahens poſt ſe ramum quem manu conſtruxerat, narrauitque omnia ſicut geſta erant: tunc ille oleo benedictione ſanctificato manum manu perungens, abſtracto ramo ſanitati reſtituit: ſed & deincepſ multos à ſerpentium C morſu, & à puſtulæ malignæ veneno ſigno Crucis locato deſuper reddidit ſoſpitati: nonnullos autem obſeſſos dæmonis ſæui liuore vt manus impoſuit extemplò fugatis dæmonibus mentem energia turbatam ad integritatem intelligentiæ reparauit. Omnes enim quoſcunque per eum a diuerſis infirmitatibus dextera diuina ſaluauit, ſi inopes fuiſſent ipſe cibum veſtitúmque diſpenſatorem hilari porrigebat manu, tantáque ei cura de egentibus fuit, vt etiam pontes ſuper alueos amnium diligenter inſtrueret ne quis inundantibus aquis naufragia ſæua lugeret. In his ergo virtutibus clarus in populis declaratus cùm eſſet annorum circiter quadraginta modica pulſatus febre per triduum lectulo decubauit, nuntiatumque eſt mihi cùm tranſitus eſſet propinquus: at ego velociùs illuc properans, ad lectulum eius acceſſi, ſed nihil ab eo collocutionis elicere potui, erat enim valdè feſſus, debina interpoſito quaſi vnius horæ ſpatio ſpiritum exhalauit. Congregata au- D tem ad eius exequias multitudo illa redemptorum quos ſupra diximus ab eo vel a iugo ſeruitutis, vel à diuerſis debitis abſolutus, quos vel alebat cibo, vel veſtitu tegebat: plangebant enim dicentes, cui nos pater ſancte relinquis? poſt hæc ſepulturæ locatus ſæpiùs ſe maniſeſtus virtutibus declarauit, nam trigeſimo ab eius obitu die cùm ad eius tumulum miſſa celebraretur, Caidulphus quidam contractus dum ſtipem poſtular ad eius ſepulturam accedit, qui dum pallam ſuper poſitam oſculis veneratur, diſſolutis membrorum ligaturis directus eſt: ſed & multa alia ibi geſta comperi, de quibus hæc tantùm memoriæ habenda mandaui.

Capvt XVI.

De Sancto Venantio Abbate.

E Solitarium atque multiplex donum Eccleſiis populiſque terrigenis cœleſtis potentia præſtat cùm largitur iugiter ſæculo non modò peccatorum ſuffragatores, verùm etiam vitæ doctores æternæ, quod vtcumque cernitur dum à maieſtate diuina tribuitur multiplex, quia cunctis qui expetere voluerint affluenter indulgetur, iuxta illud, petite & accipietis & reliqua. Vnde vigilanter inceſſanterque debet inuaſtigare mens humana ſanctorum vitam, vt hoc prouocata ſtudio, accenſa exemplo, ad ea ſemper extendatur quæ Deo nouit eſſe acceptabilia, vt ab ipſo vel mereatur erui, vel poſſit audiri: hæc autem ab eius maieſtate quærebant ſancti percipere poſcentes iugiter, vt Ipſe inſinuaret F cordi, ipſe perficeret in opere, ipſe loqueretur in ore, quò faciliùs purgata mens cogitatione, eloquio, actione cogitaret ſancta, loqueretur iuſta, operaretur honeſta. Vnde factum eſt vt dum in his quæ diuinitati ſunt placita famulabantur, obtinerent ſibi remitti peccati debitum, eruerentur à cœni ſordentis contagio, cœleſte pro meritis inuitarentur ad regnum. Ponebant etiam & prædeceſſorum exempla ante oculos ſuos, & omnipotentem Dominum pro eorum affectibus collaudabant, quorum (vt diximus) exempla ſequi meditabantur; vnde & nos in præconio deuoti Deo famuli Venantij Abbatis effari nitentes diuinitati potiùs dona ſua referimus, quæ dexteram eius manifeſtum eſt effeciſſe, quòd ſanctos conſtitit operatos eſſe, deprecantes vt aperiat os muti ad publicanda opera Antiſtitis ſui: quia ſicut eſſe nos recognoſcimus ſcientia tenues, ita nouimus in conſcientia peccatores. Igitur beatus Venantius Biturigi territorij incola fuit, parentibus ſecundùm ſæculi dignitatem ingenuis atque Ca- G tholicis: qui dum eſſet iuuenili ætate florens, à parentibus ſponſali vinculo obligatur, cúmque vt ætati huic conuenit, amori ſe puellari præſtaret affabilem & cum poculis frequentibus etiam calciamenta deferret, contigit vt ad vrbem Turonicam Domino inſpirante veniret: erat enim tunc temporis monaſterium baſilicæ ſancti Martini propinquum, in quo Siluinus Abbas gregem Deo deuotum regulari ſceptro regebat: ad hunc vir iſte deuotus accedens, virtuteſque cernens beati Martini: ait intra ſe (vt cunijcio) meliùs eſt ſeruire impollutum Chriſto quàm per copulam nuptialem contagio inuolui mundano: relinquam ſponſam territorij Biturigi & annectar Catholicæ per fidem Eccleſiæ, vt qui credo corde & iam opere merear effectui condonare. Hæc intra ſe voluens aduenit ad antedictum Abbatem, prouolutúſque ad pedes eius quod intimo corde gereret, cum lachrymis pateſecit: at ille gratias agens Deo pro fide pueri, & addita etiam prædicatione ſacerdotali iuuenem totondit, & gregi mo- H naſteriali adſciuit. Ex hoc ſe in humilitate fratribus exhibens, charitatem cum omnibus diligens, in tantùm ſanctitatis apicem euectus aſſeritur, vt ab omnibus tanquam parens proximus ſummo ſtudio coleretur: vnde factum eſt vt decedente Abbate iam dicti monaſterij, ipſe in locum Abbatis eligentibus fratribus ſubſtitueretur: denique quadam Dominica ad Miſſarum celebranda ſolemnia inuitatur, dixitque fratribus, iam oculi mei caligine obteguntur, nec poſſum libellum aſpicere, presbytero igitur hæc alteri agenda mandate. Dicente igitur presbytero, ipſe proximus adſtitit, ventúmque eſt vt ſanctum munus iuxta morem Catholicum ſigno Crucis ſuperpoſito benediceretur: at ille intuitus vidit quaſi ad feneſtram abſidæ ſcalam poſitam, & quaſi deſcendentem per eam virum ſenem clericatus honore venerabilem, atque oblatum altaris ſacrificium dextera extenſa benedicente. Hæc enim agebantur in baſilica ſancti Martini

A quod nullus videre meruit niſi ipſe tantùm, reliqui verò cur non viderint, ignoramus: ipſe tamen deinceps fratribus retulit, nec enim eſt dubium hæc fideli famulo Dominum demonſtraſſe, cui etiam dignatus eſt arcanorum ſecreta cœleſtium reuelare. Nam idem dum de baſilicis ſanctorum die Dominica expleta oratione reuerteretur ſuper bacillum ſuſtentatus in medio Confeſſoris atrio erectis auribus, oculiſque ad cœlum diutiſſimè attentis ſtetit immobilis, deinde motus a loco cœpit dare gemitus ac ſuſpiria longa producere, interrogatuſque a ſuis quid hoc eſſet, aut ſi aliquid diuinum fuiſſet intuitus enarraret, reſpondit. Væ vobis inertibus & pigris, ecce iam in cœlo Miſſarum ſolemnia expediuntur, & nos ſegnes nec inchoare cœpimus huius myſterij Sacramentum: verè (inquit) dico vobis quòd ego audiui voces Angelorum in cœlis, Sanctus, Sanctus in laude Domini proclamantes, & dicto citius in Monaſterio Miſſarum ſolemnia iuſſit expleri. Sed nec illud præteribo quòd quadam vice dum iuxta conſuetudinem (vt ſu-

B pradiximus) de baſilicis quas orationis gratia adierat repedaret, & in baſilica ad Miſſas Dominicæ orationis verba decantarentur, cùm illi dixeruot, ſed libera nos à malo: audiuit è tumulo cuiuſdam vocem dicentem ſimiliter, libera nos à malo, quod non ſine perfectionis merito cenſetur, vt hæc meruiſſet audire: ſed & ad Paſſini Presbyteri tumulum veniens, & qualitatem eius meriti & quantitatem refrigerij ipſo docente cognouit: & licèt hæc magna ſint, ad illam tamen ſanitatum gratiam quam per eum Dominus infirmis protulit liber accedere. Non enim ambigitur quòd per eum ſicut ſupra diximus operata ſit dextera Dei, cui iſta quæ memorauimus tanta voluit reuelare: puerulus enim quidam Paulus nomine crurum poplitumque graui dolore vexatus ſanctum adiit, proſtratuſque genibus eius exorare cœpit, vt ei medicinam oratione ſua à Domini miſericordia obtineat impertiri, qui protinus oratione facta oleo benedicto palpans membra infirmi, eum ſuper lectulum ſuum requieſcere fecit: quo paululum quieſcente poſt

C vnius horæ curriculum ſurgere iubet, qui conſurgens ſanus matri ſuæ ſancti eſt manibus reſtitutus: Pharetri cuiuſdam ſeruus infenſus Domino huius Sacerdotis oratorium expetiuit, ſed ille elatus ſuperbia abſente beato viro ſeruum abſtrahit, cecidítque, ſed mox à febre correptus ſpiritum exhalauit. Venenum malæ puſtulæ impoſito ſalutari ſigno reſtinxit, obſeſſos dæmonibus inuocato Trinitatis nomine emundauit; nam ſurgente eo quadam nocte de ſtratu ſuo ad reddendum officium vidit duos arietes magnos ſuis foribus aſſiſtentes quaſi præſtolantes aduentum eius, quo viſo furibundi ad eum eum impetu valido diriguntur, at ille ſignum Crucis opponens, illis euaneſcentibus abſque metu oratorium eſt ingreſſus: alia nocte regreſſus ab oratorio inuenit cellulam ſuam plenam dæmonum, dixitque eis: vnde venitis? à Roma, aiunt, heſterna die egreſſi, ad hunc locum acceſſimus, quibus ille, abſcedite (inquit) deteſtabiles, & nolite accedere ad locum in quo nomen Domini inuocatur, hæc eo dicente ſicut

D fumus euanuerunt. His & talibus virtutum magnarum gratia pollens impleto vitæ præſentis curriculo vitam percepturus æternam emigrauit ſæculo, cuius beatum ſepulchrum miraculorum illuſtrium effectu plerumque redditur glorioſum. Maſcarpionis ſerui ipſius Monaſterij mentem iniquus dæmon obſederat qui per trium annorum curricula energumenus factus, ad ſepulchrum beati viri debacchans, tandem eius eſt (vt credimus) oratione, eiecto dæmone expurgatus, multos deinceps mente integra viuens annos. Iuliani coniunx quartanæ febris acceſſu laborans vt ſepulchrum beati viri attigit, compreſſo ardore ac tremore corporali ſanata diſceſſit: ſimili ſorte & Baudimundi vxor ab hac febre laborabat, ſed vbi ad lectulum ſancti viri proſtrata fudit orationem, mox incolumitate reſtituta conualuit. Multa quidem & alia de eo audiuimus, ſed ſufficere hæc ad credulitatem Catholicorum quæ ſcripta ſunt arbitramur.

CAPVT XVII. E

De ſancto Nicetio Treuerorum Epiſcopo.

SI fides dictis adhibetur, relatoribus ſacrorum operum pro fidei merito fideliter arbitror eſſe credendum, quia non omnia quæ in ſcripturis leguntur obtutibus propriis cerni potuerunt, ſed quædam ipſius ſcripturæ relatione firmata, quædam aliorum auctorum teſtimonio comprobata, quædam verò proprij intuitus auctoritate creduntur, ſed ſunt quod peius eſt, qui peruerſo ſenſu vt ſcripta non credunt, ita teſtificata reprehendunt, viſa verò tanquam conficta faſtidiunt, non habentes aliud in ſua credulitate quod Thomas Apoſtolus geſtabat in corde dicens niſi videro non credam, beati quidem qui non viderunt & crediderunt, ſed ille vt vidit, ſtatim credidit: nam (vt diximus) multi videntes

F non modò non credunt, ſed & derident, vnum & ego aliqua de ſancti Nicetij Treuerici Sacerdotis virtutibus, virilitate, magnanimitate, ſanctitate ſcripturus, reprehendi ab aliquibus vereor dicentibus mihi. Tu cum ſis iunior quomodo ſeniorum geſta poteris ſcire, qualiter ad te eorum facta venerunt? nempe non aliud niſi conficta à te hæc quæ ſcripta ſunt decernuntur: qua de cauſa relatorem huius operis in medio ponere neceſſe eſt, vt hi qui veritati derogant confundantur. Nouerint igitur à beato Aredio Abbate vrbis Lemouicinæ qui ab ipſo Nicetio Antiſtite conuerſus, & clericatus ordinem ſortitus eſt, hæc quæ ſubiecta ſunt a me audiſſe, quem in hoc non credo feſelliſſe cùm per eum Deus eo tempore quando mihi iſta retulit, & cæcorum oculos illuminauit, & paralyticis greſſum præſtitit, & energumenos electis dæmonibus ſanæ menti reſtituit. Nec credendum eſt eum mendacij nube obumbrari poſſe, quem Deus ſæpiùs ab imbrium nube obtectu ita protexit, vt imbutus ſocus ipſe nulla ſtillarum

G cadentium infuſione madeſceret: denique ſi de tali ſe dubitat, de beneficiis Dei diffiditur. Aiebat ergo memoratus Sacerdos de antedicto Antiſtite, multa quidem, dulciſſime frater, de ſancto Nicetio bonorum virorum teſtimonio diuulgata cognoui, ſed plura meis oculis propriis inſpexi, vel etiam ab eo vix elicita cognoui: & cùm mihi quæpiam de his quæ per illum Deus operatus eſt explanaret, non eo intuitu iactantiæ tumeſcebat, ſed compunctus corde cum lachrymis aiebat. Ideò tibi hæc, fili chariſſime, pandere volo, vt & tu cum ſumma conuerſans innocentia cordis ſimilia mediteris: non enim ad excelſa virtutum Dei contendere quis poterit, niſi fuerit innocens manibus & mundo corde, ſicut cantus Dauidici carminis canit, hæc ergo de eo præfatus relator exorſus eſt. Igitur ſanctus Nicetius Epiſcopus ab ipſo ortus ſui tempore clericus deſignatus eſt, nam cùm partu fuiſſet effuſus, omne caput eius vt eſt conſuetudo naſcentium infantum à capillis nudum cer-

H nebatur, in circuitu verò modicorum pilorum ordo apparuit, vt putares ab eiſdem coronam clerici fuiſſe ſignatam, exinde a ſtudioſiſſimis enutritus parentibus, litteris inſtitutus, Abbati cuidam in Monaſterio commendatur: in quo loco ita ſe deuotum Deo exhibuit, vt migrante Abbate ipſe ſuccederet. Iam verò aſſumpto Abbatiæ officio tantum ſe talémque ad inſtructionem atque diſtrictionem fratrum exhibuit, vt non modò agere, verùm etiam nulli liceret aliquid vel loqui peruersè dicens: cauenda eſt ſcurrilitas, dilectiſſimi, & omne verbum otioſum, vt ſicut corpus omne purum exhibere debemus Deo, ita etiam & os non ad aliud aperire, niſi ad laudem Dei, quia tria ſunt in quibus genus dilabitur humanum, aut enim cogitat, aut loquitur, aut agit: ergo vos, dilectiſſimi, oportet vitare ſcurrilitatem, malitiam & omne opus peſſimum: multa & alia exhortabatur fratres, vt eos dignos Domino exhiberet ac mundos; venerabatur autem eum & Rex Theodoricus magno honore eo quod ſæpiùs vitia eius nudaret ac crimina,

A caſtigatus emendatior redderetur, & ob hanc gratiam
decedente Treuericæ vrbis Sacerdote, eum ad Epiſco-
patum iuſſit accerſiri, cúmque dato conſenſu populi ac
decreto Regis ad ordinandum à viris ſummo cum Re-
ge honore præditis adducebatur. Verumtamen cùm pro-
pinqui ad vrbem cadente Sole fixis tentoriis manſio-
nem pararent, illi confeſtim laxatis equos per ſegetes
pauperum dimiſerunt, quod cernens beatus Nicetius
miſericordia motus ait: expellite quantociùs equos
veſtros à ſegete pauperis, alioquin remouebo vos à com-
munione mea: at illi indignantes dixerunt, quænam eſt
hæc cauſa quam loqueris? adhuc enim Epiſcopalem
apicem non es adeptus, & iam excommunicationem
minaris? & ille, verè (inquit) dico vobis quia deſtina-
uit Rex vt me auulſum à Monaſterio huic oneri con-
ſecrari iuberet, fiet quidem voluntas Dei, nam Regis
voluntas in omnibus malis me obſiſtente non adim-
plebitur: tunc curſu rapido abiens eiecit equos à ſe-
B gete, & ſic cum admiratione hominum illorum ad vr-
bem deductus eſt: non enim honotabat perſonam po-
tentis, ſed Deum tantùm & in corde, & in operibus
metuebat. Impoſitus itaque in cathedra dum lectio-
num ſeriem auſcultaret ſenſit neſcio quid graue ſuper
ceruicem ſuam, cúmque bis aut ter manum clam ad
tentandum inieciſſet, nullius rei cauſam inuenire po-
tuit, quæ huc pondus inferret, diuerténſque caput ad
dexteram & læuam odoratus eſt odorem ſuauitatis, in-
tellexit quoque hoc onus eſſe Sacerdotij ipſius digni-
tatem. Aſſumpto verò Epiſcopatu tam terribilem ſe
præbuit omnibus ſi Dei mandata non ſeruarent, vt im
minere mortem proximam voce præconis teſtaretur,
quibus de cauſis pauca loqui placet ad roborandam Sa-
cerdotum cenſuram: vel ad inſtructionem populi, ſiue
etiam ad ipſorum Regum præſentium emendationem.
Nam cùm Theodorico decedente Theodebertus filius
eius regnum ambiiſſet, ac multa iniquè exerceret, &
ab eodem plerumque corriperetur, quòd vel ipſe per-
C petraret, vel perpetrantes non argueret Eccleſiam eſt
ingreſſus: lectis igitur lectionibus quas canon ſanxit
antiquus oblatis muneribus ſuper altare Dei, ait Sa-
cerdos: non hîc hodie Miſſarum ſolemnia conſumma-
buntur, niſi communione priuati priùs abſcedant. Hæc
Rege renitente ſubitò exclamat vnus de populo arre-
ptus à dæmone puer iuuenis, cœpitque voce valida
inter ſupplicia torturæ ſuæ & ſancti virtutes & Regis
crimina confiteri, dicebátque Epiſcopum caſtum, Re-
gem adulterum, hunc timore Chriſti humilem, illum
gloria regni ſuperbum, illum Sacerdotio impollutum
a Deo in poſterum præſerendum, hunc ab auctore ſce-
leris ſui velociter elidendum: cúmque Rex timore con-
cuſſus peteret vt hic energumenus ab Eccleſia eijcere-
tur, dixit Epiſcopus, priùs illi qui ſecuti ſunt, id eſt in-
ceſti, homicidæ, adulteri, ab hac Eccleſia extruduntur,
& hunc Deus ſilere iubebit: & ſtatim Rex iuſſit Sacer-
doti dæmoniacum foras extrahi, ſed cùm apprehenſa
columna euelli à decem viris non poſſet, ſanctus Dei
D ſub veſtimento ſuo propter iactantiam faciens Crucem
Chriſti è contrà dæmonem relaxari præcepit, qui pro-
tinus corruens cum his qui eum trahere nitebantur,
poſt paululum ſanus erectus eſt, deinde poſt acta ſolem-
nia requiſitus nunquam reperiri potuit, nec vllus ſci-
uit vnde venerit, vel quò abierit: conijciebatur tamen
a plurimis eum à Deo miſſum, qui Regis Sacerdotiſque
opera non taceret. Vnde factum eſt vt Sacerdote orante
Rex mitior fieret, paſtor à Domino remunerandus di-
gnè propheticum illud audiret, quia qui reddiderit
pretioſum de vili tanquam os meum erit: quotidie au-
tem prædicabat Sacerdos populis, denudans crimina
ſingulorum, & pro remiſſione deprecans aſſiduè con-
fitentium. Vnde aduersùs eum ſæpiùs odij virus exar-
ſit, quòd tam veraciter multorum facinora publicaret:
nam plerumque ſe perſecutoribus vltro obtulit, & gla-
dio exerto ceruicem præbuit, ſed nocere ei Dominus
non permiſit: voluit enim pro iuſtitia mori, ſi perſecu-
tor fuiſſet infeſtior: aiebat enim libenter moriar pro
iuſtitia: ſed & Clotharium Regem pro iniuſtis operi- E
bus ſæpiùs excommunicauit exiliúmque eo minitante
nunquam eſt territus. Quodam verò tempore cùm iam
in exilium ductus ab Epiſcopis reliquis, qui adulatores
Regis effecti fuerant remoueretur, atque à ſuis omni-
bus derelictus vni Diacono qui adhuc perſtabat in fide
ait: qui tu nunc agis, quare non ſequeris fratres tuos? vt
eas quo volueris ſicut illi fecerunt? qui ait, viuit Domi-
nus Deus meus, quia vſquequò ſpiritus meus intra hos
artus contentus fuerit, nunquam derelinquam te, & ille
quia (inquit) hæc dixiſti, dicam tibi quæ Domino reue-
lante cognoui: cras enim in hac hora & honorem re-
cipiam, & Eccleſiæ meæ reſtituar, hi autem qui me re-
liquerunt cum magno pudore ad me confugient: præ-
ſtolabatur itaque Diaconus rem promiſſam attonitus,
quod poſteà eſt expertus. Illuceſcente autem die craſti-
na ſubitò aduenit Legatus Sigisberti Regis cum litte-
tis, nuntians Regem Clotharium eſſe defunctum, ſéque
regnum debitum cum Epiſcopi charitate debere perci- F
pere: hæc ille audiens ad Eccleſiam regreſſus poteſtati
reſtituitur, confuſiſque his à quibus derelictus fuerat,
omnes in charitate recepit. Iam verò quàm fortis fue-
rit ad prædicandum, quàm conſtans ad ſuſtinendum,
quàm prudens ad docendum, quis euoluere queat? vnus
enim ei ſemper erat rigor in proſperis, & aduerſis, nec
minitantem timuit, nec à blandiente deluſus eſt. Nam
verè (vt aiebat relator ille memoratus) parum fuit quin
iuxta Paulum Apoſtolum non fuiſſet iniuriatus, peri-
culis fluminum, periculis latronum, periculis in ciuita-
te, periculis in falſis fratribus, & reliqua. Nam quadam
die dum Moſellam fluuium nauigio tranſnataret, in-
ter pilas pontis fluctuúmque actus impulſu, palmis
tantùm pilæ adhæſit, pede continens nauem, & ſic ab
irruentibus iam ad demerſionem paratus erutus eſt,
quod non ſine tentatoris inſidiis ſe pertuliſſe ferebat:
ſed & ipſe auctor criminis plerumque ſe obtutibus
eius nociturus oſtendit. Denique dum quadam die iter
ageret deſcendens ab equo inter veptes condenſas ven- G
tris purgandi gratia eſt ingreſſus, & ecce aſſiſtit ei vm-
bra teterrima ſtatu procera, craſſitudine valida, colore
tetra, oculorum ſcintillantium immenſitatem in mo-
dum tauri petulantis habebat, ore patulo quaſi ad de-
glutiendum virum Dei parata: at illo faciente ſignum
Crucis è contrà in modum fumi aſcendentis euanuit:
quod non ambigitur ipſum ei ſceleris principem fuiſſe
monſtratum. In ieiuniis autem valdè (vt diximus) fortis
erat, nam cæteris reficientibus ſæpè ipſe contexto ca-
pite à cucullo ne agnoſceretur in publico, cum vno
tantum puero ſanctorum baſilicas circuibat: ſed & cu-
rationum gratia data eſt ei à Deo, dum autem hæc in
illo (vt ſupra diximus) habitu ſanctorum habitacula
circuiret, ad templum ſancti Maximini Antiſtitis acceſ-
ſit, in cuius atrio poſt multas debacchationes tres ener-
gumeni preſſi ſopore quieſcebant, cernénſque eos ſom-
no deditos, fecit ſignum Crucis è contrà, ſtatimque
expergefacti eleuantes in ſublime voces dato impetu
ad vomitum emundati ſunt. Cùm autem lues inguina- H
ria Treuericum populum in circuitu ciuitatis valdè va-
ſtaret, & Sacerdos Dei pro ouibus commiſſis Dei miſe-
ricordiam imploraret aſſiduè, factus eſt ſonus de nocte
magnus tanquam tonitruum validum ſuper pontem
amnis, ita vt putaretur vrbs ipſa abſorberi; cúmque
omnis populus exterritus in lectulis reſediſſet, lenſe-
tum ſibi interitum operiens, audita eſt in medio ru-
moris vox vna cæteris clarior dicens: & quid hîc, ô
ſocij, faciemus? ad vnam enim portam Eucharius Sa-
cerdos obſeruat, ad aliam Maximinus excubat, in me-
dio verſatur Nicetius, nihil hîc vltrà præualere poſſu-
mus, niſi ſinamus hanc vrbem eorum tuitioni: hac voce
audita, ſtatim morbus quieuit nullúſque ab eo vltra de-
functus eſt: vnde non ambigitur virtute memorati An-
tiſtitis fuiſſe defenſam. Inuitatus autem quodam tem-
pore Sacerdos a Rege, dicit ſuis, quærite nobis piſcium
multitudinem in abundantia, vt euntes ad occurſum
Regis, & noſtrum expleatur opus, & amicis miniſtretur

affatim,

A affatim,dixerúntque ei:lapſus noſter in quem piſces de-
cidere ſoliti ſunt prorſus deſertus habetur : ſed & ma-
ceriæ ipſæ de locis ſuis amnis impetu euulſæ noſcun-
tur,non eſt qualiter iuſſio veſtra adimpleatur, dum non
eſt in promptu qualiter capiantur quæ præcipis:& ille
hæc audiens ingreſſus in cellulam ſuam vocauit pue-
rum, & ait:vade & dic cocorum præpoſito vt exhibeat
piſces abamne,qui iuſſa referens,deriſus eſt ab homine,
reuerſoque ait Sacerdos : ſcio quia lucutus es ea quæ
præcepi, ſed audire noluerunt , vade & dic eis vt eant:
cúmque bis aut tertiò hanc ordinationem durè ſuſci-
perent, commori tandem abierunt ad lapſum , & aſpi-
cientes inuenerunt eum ita refertum piſcibus , vt de-
cem viri quæ repererant vix exhibere potuiſſent:oſten-
debat enim ei virtus diuina ſæpiùs quæ ei opportuna
erant Sed nec hoc ſilendum putaui quod eidem de Re-
gibus Francorum à Domino fuit oſtenſum : vidit enim
in viſu noctis turrem magnam tanta celſitudine prædi-
tam , vt polo propinqua ſuſciperet habentem fene-
B ſtras multas,Dominúmque ſtantem ſuper cacumen eius,
& Angelos Dei per ſpeculas illas poſitos : vnus autem
ex eis tenebat librum magnum in manu dicens,tantum
temporis Rex ille & ille victurus eſt in ſeculo:nomina-
uitque omnes viritim vel qui eo tempore erant vel
deinceps nati ſunt ; dixitque & qualitatem regni &
quantitatem vitæ eorum:ſed poſt vniuſcuiuſque nomen
ſemper Amen cæteri Angeli reſpundebant , ſicque de
bis in poſterum impletum eſt , ſicut ſanctus per præfa-
tam reuelationem annuntiauit. Regreſſus autem à Re-
ge euectu nauali obdormiuit , & ecce commotus vento
fluuius cœpit fluctus in excelſa porrigere,ita vt putare-
tur nauis ipſa demergi ; Sacerdos autem, vt præfati ſu-
mus , dormiens ſomno neſcio, quo vt plerumque dor-
mientibus,quaſi ab aliquo oppreſſus eſt:excitatus quo-
que à ſuis fecit ſignum Crucis ſuper aquas & ceſſauit
procella: deinde ſuſpirans crebrius interrogatus à ſuis
eſt quid vidiſſet, qui ait, ſilere quidem decreueram, ſed
tamen dicam : vidi enim quaſi per vniuerſum orbem
C retia ad capiendum extendere , & nullus erat adiutor
meus niſi tantùm hic puer Aredius,& meritò eum Do-
minus retificem oſtendere voluit qui quotidie populos
ad diuinum officium capiebat.Venit autem ad eum ho-
mo quidam Cæſariem barbámque prolixam efferens,
proſtratúſque ad pedes eius ait:ego ſum Domine qui in
maris periculo poſitus , tuo adiutorio ſum ſaluatus , at
ille obiurgans hominem cur de eo laudationis huius
proferret gloriam ait : dic qualiter te Deus ab hac ne-
ceſſitate eripuit, nam virtus mea nullum iuuare poteſt,
qui ait : nuperrimo tempore cùm nauem aſcendens Ita-
liam peterem , multitudo paganorum mecum ingreſſa
eſt,inter quos & ego tantùm ſolus eram inter illam ru-
ſticorum multitudinem Chriſtianus , orta autem tem-
peſtate cœpi inuocare nomen Domini , atque vt me
interceſſio tua eriperet flagitare : pagani verò inuoca-
bant Deos ſuos, & ille Iouem, iſte Mercurium procla-
mabat,alius Mineruam, alius Veneris auxilium flagita-
bat,cúmque iam diſcrimine mortis eſſemus, aio ad eos:
D ô viri nolite veſtros Deos inuocare , non enim ſunt dij
iſti , ſed dæmones , nam ſi vultis de præſenti interitu
erui inuocate ſanctum Nicetium, vt ipſe obtineat cum
Domini miſericordia vos ſaluari:cúmque vna voce ele-
uata in huiuſcemodi clamore dixiſſent , Deus Nicetij
eripe nos,protinus mare mitigatum eſt,cecíditque ven-
tus ac Sole reducto eò quò voluntas noſtra fuit nauis
acceſſit,ego autem voui ne priùs comam capitis tonde-
rem quàm tuis obtutibus præſentaret : tunc iuſſu Epi-
ſcopi tonſuratus homo Aruernum adiit , vnde ſe eſſe
confeſſus eſt. Innumera ſunt etiam quæ de hoc viro
relata à memorato Abbate cognouimus, ſed finiendum
libellum puto:cùm autem propinquum tranſitus tem-
pus migrationis ſuæ cognouiſſet , fratribus retulit di-
cens, vidi Paulum Apoſtolum cum Ioanne Baptiſta in-
uitantem me ad requiem ſempiternam atque exhiben-
tem mihi coronam cœleſtibus margaritis ornatam , ac
dicentibus mihi viris , talibus ſpeciebus perfrueris in

E regno Dei. Hæc quibuſdam fidelibus referens poſt
paucos dies modica febre pulſatus ſpiritum præmiſit
ad Dominum,ſepultuſque eſt in baſilica ſancti Maximi-
ni Antiſtitis , cuius nunc tumulus plerumque diuinis
virtutibus illuſtratur.

Capvt XVIII.

De Vrſo & Leubatio ſeu Leupatio Abbatibus.

Legiſeri vatis oraculum cùm de principio princi-
pium fandi ſumpſiſſet & Dominum extendiſſe
cœlos dextra maieſtatis fuiſſet effatum ait : & fecit
duo luminaria magna & ſtellas , & poſuit eas in fir-
mamento cœli , ſic nunc & in illo mentia humanæ cœ-
lo ſicut piorum ſanxit auctoritas, luminaria magna de-
dit , Chriſtum ſcilicet & Eccleſiam eius quæ luceant
F in tenebris ignorantiæ , & illuminent ſenſus humilita-
tis noſtræ , ſicut Ioannes Euangeliſta de ipſo Domino
ait , quia hic eſt lux mundi quæ illuminat omnem ho-
minem venientem in hunc mundum : poſuit etiam in
eo & ſtellas , Patriarchas videlicet , Prophetas Apo-
ſtolóſque qui vel doctrinis nos erudiant , vel mirabili-
bus ſuis illuminent , ſicut in Euangelio ait , quia vos
eſtis lux huius mundi , & ſic luceat lux veſtra coram
hominibus vt videant opera veſtra bona & glorificent
patrem veſtrum qui eſt in cœlis, hi enim Apoſtoli me-
ritò pro tota accipiuntur Eccleſia quæ non habens
rugam aut maculam impolluta ſubſiſtit , ſicut Apoſto-
lus ait , quia ipſe ſibi exhibuit Eccleſiam mundam non
habentem maculam aut rugam , aut aliquid huiuſce-
modi. Ex horum ergo doctrina & vſque ad noſtra
fuerunt tempora qui in hoc ſeculo quaſi aſtrorum iu-
bar,non ſolùm meritorum radiantes luce , verùmetiam
dogmatum magnitudine coruſcantes , orbem totum
radio ſuæ prædicationis illuſtrauerunt, euntes per lo-
ca ſingula prædicando ac Monaſteria ad diuinum cul-
G tum locando , docendo homines à curis ſæcularibus
abſtinere , & relictis tenebris concupiſcentiæ Deum
verum ſequi per quem facta ſunt omnia , ſicut de Vrſo
Leubatióque Abbatibus fidelium fratrum relatio ſi-
gnat. Igitur Vrſus Abbas Caducinæ vrbis incola fuit,
ab ineunte ætate religioſus & in Dei amore deuotus,
de quo egreſſus loco Bituricum territorium eſt ingreſ-
ſus, fundatiſque Monaſteriis apud Tauſiriacum,Onian
atque Pontiuiacum , ſtabilitiſque præpoſitis ſanctitate
honorificis , diſpenſatione libratis Turonicum territo-
rium eſt ingreſſus , & ad locum quem Senapariam vo-
citari priſcus inſtituit auctor acceſſit,ædificatóque ora-
torio Monaſterium ſtabiliuit , commiſſáque Leubario
præpoſito ſumma regulæ Monaſterium aliud ſtatuit,
quod nunc Locias vocant , ſitum ſcilicet ſuper fluuium
Ligerim in receſſu montis , cui nunc Caſtrum ſuper-
eminet ipſo nomine vt Monaſterium vocitatum , vbi
adiuncta congregatione ſtatuit apud animum ſuum
ne vltra alium proficiſceretur in locum , ſed in eo cum
H omni Congregatione manibus propriis operari , vi-
ctum à terra in ſudore vultus exigere : illud fratribus
inter reliqua prædicationum dona commendans,
quòd Paulus Apoſtolus ait : labora manibus vt habeas
vnde poſſis tribuere neceſſitatem patientibus,& aliud
quia qui non laborat , nec manducet. Dedit autem ei
Dominus & gratiam curationis , ita vt inſufflatis ener-
gumenis protinus dæmonia eiiceret à corporibus ob-
ſeſſis:ſed & alias per eum Dominus dignatus eſt opera-
ri virtutes.Erat enim abſtinens à cibis & potu,indicens
Monachis ſine neceſſitate auertere oculum & cogita-
tionem ab omni luxuria:dum autem hæc ageret, ac fra-
tres molam manu vertentes triticum ad victus neceſſa-
ria comminuerent,pro labore fratrum viſum eſt ei mo-
lendinum in ipſo Ligeris fluuij alueo ſtabilire , defixiſ-
que per flumen palis aggregatis lapidum magnorum
aceruis excluſam fecit , atque aquam canale collegit,

cuius impetu fabricæ rota in magna volubilitate vertere cœpit, hoc opere laborem Monachorum releuans, atque vni fratrum delegans opus neceſſarium implebatur. Hanc autem fabricam Sichlatius quidam Gothus qui magno cum Alarico Rege amore diligebatur, æmulus Monaſterio concupiuit, dixitque Abbati: dona mihi hoc molendinum vt ſit ſub ditione mea, & quod volueris repenſabo: cui ille, cum grandi, inquit, hoc labore paupertas noſtra ſtatuit, & nunc non poſſumus ipſum donare, ne fratres mei fame pereant. & ille: ſi vis inquit ipſum bona voluntate tribuere, gratias ago; ſi non vi ipſum auferam, aut certè faciam aliud cuius excluſis aquis retrorſum conuerſa rotam tuam vertere amplius non permittam. Abbas reſpondit, non facies autem quod Deus non voluerit, nam à nobis ipſum penitus non accipies. Tunc Sichlarius feruens felle, ſimilem ſub hoc fabricam adaptauit, cúmque aqua retrorſum conuerſa ſub huius operis rotam inundans gurgitem feciſſet, reſtitit prorſus nec omnino verti potuit vt conſueuerat, venitque cuſtos eius ad Abbatem media, vt ferunt, nocte illo in oratorio cum fratribus vigilante, & ait: ſurge Abbas deprecare attentius Dominum, reſtitit enim rota molendini ab inundatione canalis alieni quem Sichlatius fecit. At ille hæc audiens miſit confeſtim fratres ſingulos ad Monaſteria illa quæ ſtatuerat dicens; proſternite vos in oratione & non ſit vobis opus aliud, donec iterum ad vos dirigam: ſed & ipſe non egreſſus ab oratorio deprecans Dominum attentè, ac præſtolans aduentus eius miſericordiam: ſic fecit per integros duos dies totidémque noctes, tertia iam illuceſcente die, acceſſit iterum Monachus ille qui cuſtos fuerat nuntians rotam fabricæ ſuæ iuxta conſuetudinem priorem in ſumma verti velocitate egreſſuſque Abbas cum fratribus de oratorio accedit ad littus, conſpiciénſque molendinum quod Sichlarius fecerat non reperit, accedénſque ad littus & fundum alueí intuens, indicium nullum de eo accepit: de quo non quicquam ligni, non lapidis, non ferri, vel vllius vnquam generis indicij potuit oſtendi, niſi quòd conijci potuit ipſo quo fabricatum fuerat loco virtute diuina dehiſcens ab oculis hominum ablatum. Tunc miſit nuntios ad fratres dicens, requieſcite iam à labore, quia vltus eſt Deus iniuriam fratrum noſtrorum: his & talibus virtutibus prædiitus conſummato curſu vitæ migrauit ad Dominum, ad cuius tumulum poſteà & energumeni ſanitati, & cæci illuminati ſunt: poſt cuius obitum præpoſiti qui per Monaſteria erant Abbatum officium Epiſcopis largientibus ſuſceperunt: ſed & Leubatius apud Senaparium Monaſterium quod intra territorium Turonicum erat Abbas inſtituitur, in ſumma ſanctitate ac ſenectute perdurans, ibique & obiit ac ſepultus eſt.

Capvt XIX.

De Beata Monegunde.

INſignia diuinorum beneficiorum chariſmata quæ humano generi cœlitus ſunt indulta nec ſenſu concipi, nec verbis effari, nec ſcripturis poterunt comprehendi, cùm ipſe Saluator mundi ab illo rudis ſæculi exordio Patriarchis ſe præſtitit videri, Prophetis annuntiari, ad extremum ſemper Virginis intactæque Mariæ dignatur vtero ſuſcipi, & præpotens immortaliſque creator mortalis carnis patitur amictu veſtiri, mortem pro hominis peccato mortui reparatione adire, victórque reſurgere, qui nos grauium facinorum ſpiculis ſaucistos, ac latronum inſidiantium vulneribus affectos, infuſo meri oleique liquore ad ſtabulum medicinæ cœleſtis, id eſt, Eccleſiæ ſanctæ dogma produxit, qui nos exemplis ſanctorum viuere inceſſabili præceptionis ſuæ munere cohortatur nobiſque non modò viros, ſed etiam ipſum inferiorem ſexum, non ſegniter, ſed viriliter agonia autem præbet exemplum: qui non ſolùm viris legitimè decertantibus, verumetiam fœminis in his prælijs fauorabiliter deſudantibus ſyderea regna participat: ſicut nunc beata Monegundis, quæ relicto genitali ſolo tanquam Regina prudens quæ audire ſapientiam Salomonis adiuit, ita hæc beati Martini baſilicam, vt eius miracula quotidianis indulta momentis miraretur expetiit, hauriétque de fonte ſacerdotali quo poſſet aditum nemoris Paradiſiaci recludere. Igitur beatiſſima Monegundis Carnotenæ vrbis indigena parentum ad votum copulata coniugio, duas filias habuit ſuper quibus valdè gauiſa lætabatur dicens, quia propagauit Deus generationem meam, vt mihi duæ filiæ naſcerentur, ſed hoc mundiale gaudium præuenit ſæculi huius amaritudo, dum puellæ modica febræ pulſatæ metam naturæ debitam concluſerunt: ex hoc genitrix mœſta deplorans, orbatámque ſe lugens, non diebus, non noctibus à fletu ceſſabat, quàm non vir, non amicus, non vllus propinquorum poterat conſolari: tandémque in ſe conuerſa ait, ſi nullam conſolationem de obitu filiarum capio, vereor ne ob hoc lædam Dominum meum Ieſum Chriſtum: ſed nunc hæc lamenta relinquens, cum beato Iob conſolata decantem, Dominus dedit, Dominus abſtulit, quomodo Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum, & hæc dicens exuta veſte lugubri, iuſſit ſibi cellulam paruulam præparari, in qua tantum modò feneſtellam per quam modicum lumen poſſet cernere præcepit aptari, ibique contempto mundi ambitu, ſpreto viri conſortio ſoli Deo, in quo erat confiſa, vacabat, fundens orationem pro ſuis populique delictis habens puellam vnam, cuius ei famulatu miniſtrabatur aquæ neceſſitas: accipiebat etiam & farinam hordeaceam infuſoſque limphis cineres ac diligenter colans, ex ea aqua mixturam maſſæ conficiebat, formatóſque proprijs manibus panes & ipſa coquens, poſt longa ieiunia reficiebatur, reliquum domus ſuæ cibum pauperibus diſpenſabat. Factum eſt autem quadam die, vt memorata puella quæ ei conſueuerat famulari, & credo inimici aſtu ſeducta cui ſemper bonis iniurias irrogare mos eſt, ſe ab eius famulatu ſubſtraheret dicens: non potero ego cum hac domina permanere, quæ in tali abſtinentia commoratur, ſed potius vt in ſæculo cibum potúmque in abundantia ſumam. Quintus autem iam fluxerat abſceſſionis eius dies, quòd hæc religioſa neque farinam conſueram, neque aquam acceperat, ſed perſtabat immobilis & fixa manens in Chriſto, in quo quiſquam locatus vel fundatus, nec venti turbine, nec fluctuum impulſione dilabitur, nec ſibi illa de mortali cibo vitam, ſed de verbo Dei ſicut ſcriptum eſt putabat inferri, commemorans illud ſapientiæ Salomoniacæ Prouerbium, quia non necabit Dominus fame animam iuſti, & illud, quia iuſtus ex fide viuit: ſed quoniam corpus humanum abſque vſu terreno ſuſtentari nequit, proſtrata in orationem petiit, vt qui manna populo eſurienti de cœlo limpháſque ſitienti produxit de ſaxo, ipſe quoque alimentum quo paruimper corpuſculum feſſum confortaretur, dignaretur indulgere, protinúſque ad eius orationem nix de cœlo decidua humum operuit: quod illa cum gratiarum actione cernens, educta manu per feneſtram quod circa parietem erat, ex ipſa niue collegit, de qua aquam exprimens panem ſolito formauit, quouſque ad alios quinque dies victum corporeum miniſtrauit, habebátque contiguum cellulæ paruulum viridarium, in illud autem pro quadam recreatione prodire erat ſolita, in quod ingreſſa intuens herbas loci ac deambulans, mulier quæ triticum ſupra tectum ſuum ſiccandum poſuerat, quaſi de eminentiori loco curis oppleta mundanis importunè proſpexit, móxque oculis clauſis lumine caruit: cognoſcens autem reatum ſuum, ad eam accedit, rem, vt geſta fuerat, pandens, at illa deijciens ſe ad orationem ait, væh mihi quia pro paruitatis meæ perſona peccatrice aliorum clauſi ſunt oculi, & conſummata oratione impoſuit manum mulieri: confeſtim autem vt ſignum Crucis expreſſit, mulier viſum recepit. Homo ex pago illo qui olim auditum perdiderat,

ad

A ad hanc cellulam deuotus aduenit, pro quo deprecati ſunt parentes eius, vt ei manus hæc benedicta dignaretur imponere, ſed illa indignam ſe proclamans per quam Chriſtus operari dignaretur, ſolo proſtrata & quaſi ipſa Dominicorum pedum veſtigia lambens humiliter pro eo diuinam clementiam ſupplicauit, illaque adhuc ſolo decumbente, aures ſurdi apertæ ſunt, rediitque ad domum propriam mœrore ablato cum gaudio. His ſignis glorificata inter parentes, ne vanæ gloriæ lapſum incurreret, ſancti Martini Antiſtitis baſilicam relicto coniuge cum familia vel omni domo ſua fideliter expetiuit, cúmque iter cœptum carperet, venit ad vicum vrbis Turonicæ cui nomen eſt Euena, in quo beati Medardi Sueſſionici Confeſſoris reliquiæ continentur, cuius & vigiliæ ea nocte celebrabantur, in quibus illa attentè excubans in oratione, hora debita cum reliquo populo ad miſſarum acceſſit ſolemnia, quæ dum à ſacerdotibus celebrarentur aduenit quædam puella puſtulæ malæ veneno conflata, proieditque ad pedes eius dicens: ſubueni mihi quia mors iniqua vitam conatur eripere, at illa more ſolito in oratione proſtra-
B te ſupplicauit ea Deo omnium creatori, erectáque ſignum Crucis impoſuit, ſicque in quatuor partes vulnere exerepante, puellam pure decurrente mors importuna reliquit. Poſt hæc ad baſilicam ſanctam Martini Monegundis beata peruenit, ibique proſtrata coram ſepulchro gratias agens, quod tumulum ſanctis oculis propriis contemplari meruerat, in cellula parua conſiſtens, quotidie orationi ac ieiuniis vigiliiſque vacabat: ſed nec ille locus ab eius virtute fuit inglorius, nam viduæ cuiuſdam filia manus contractas detulit, quæ vt exorans ſignum ſalutis impoſuit, manibus ſuis digitos puellæ contrectare cœpit, extenſis digitis, neruiſque directis volas laxauit incolumes. Dum autem hæc agerentur audita vir ille fama beatæ, conuocans amicos vicinoſque ſuos perrexit poſt eam, ac reduxit ad propria & eam in cellulam in qua prius habitauerat intromiſit: at illa non ceſſabat ab opere quo conſueuerat, ſed exercebatur in ieiuniis, obſecrationibuſque vt tandem locum
C in quo habitare deſiderabat poſſet acquirere. Inchoat iterum iter deſideratum implorans beati Martini auxilium, vt qui dederat deſiderium tribueret & effectum perueniendi ad baſilicam, reuertitur ad cellulam illam in qua prius fuerat commorata, in ea perſtitit inconcuſſa, nec eſt amplius à viro ſuo quæſita, ibique paucas colligens monachas, cum fide integra & oratione degebat, non ſumens panem niſi ordeaceum, non vinum niſi parumper in diebus feſtis, & hoc ipſum modicè temperatum, nullum habens ſtratum fœni, paleæque mollimen, niſi tantùm illud quod intextis iunci virgulis fieri ſolet, quas vulgo nattas vocant, hoc ſuperponens formulæ, hoc ſolo ſuperſternens: hoc erat quotidianum ſcamnum, hæc culcitra, hæc plumella, hoc erat ſtragulum, hoc omnis lectuli neceſſitudo, ſic docens eaſdem facere quas ſecum adſciuit: ibique in Dei laudibus degens, multis infirmis oratione facta ſalutaD
D ria impertiebat medicamenta. Mulier quædam filiam ſuam exhibuit vulneribus plenam, & vt quidam vocant, pus eadem genuerat, tunc illa facta oratione ſaliuam ex ore ſuſcipiens, vulnera ſæua perunxit, puellámque reddidit ſanam, opitulante eius virtute qui cæci nati oculos ſputo reformauit: puer vero incola loci maleficium in potione hauſit, de quo vt aſſerunt ſerpentes generari in interaneis pueri magnum dolorem ſuis morſibus excitabant, itavt nulla quieſcendi mora vel in modicum momentum indulgeretur, ſed neque cibum aut potum capere poterat, & ſi poſt diu aliquid accipiebat, protinus reiiciebat: qui adductus ad beatam fœminam, petiit ſe eius virtute mundari, cúmque illa reclamaret indignam ſe eſſe quæ hæc agere poſſet implicita precatu parentum, ventrem pueri palpat, & palma demulcet, ſenſitque ibi anguium venenatorum nequitiam latitare; tunc accepto pampini viridis folio, ſaliua liniuit, fixitque ſuper eum Crucis beatæ ſignaculum, quod ponens ſuper aluum iuuenculi dolore paululum ſedato obdormiuit in ſcamno, qui olim doloribus inſiſtentibus caruerat ſomno, poſt vnius vero horæ momentum conſurgens ad purgandum ventrem E
egreſſus, peſtiferæ generationis germen effudit, gratiaſque referens ancillæ Dei ſanus abſceſſit. Alius vero puer paralytica ægritudine contractus, ante eam inter manus delatus eſt aliorum deprecans à beata ſanari: at illa in oratione proſtrata, precem pro eo fudit ad Dominum, conſummata vero oratione conſurgens apprehenſa manu pueri erexit eum, ſoſpitémque abire permiſit. Mulier erat cæca quæ adducta ad eam, deprecata eſt vt ei manus imponeret, at illa reſpondit: quid vobis & mihi homines Dei? nónne ſanctus Martinus hîc habitat, qui quotidie illuſtrium virtutum opere refulget? Illuc accedite, ibi obſecramini, vt ipſe vos viſitare dignetur, nam ego peccatrix quid faciam? Illa vero in ſua petitione perdurans aiebat. Deus per omnes timentes nomen ſuum quotidie opus exercet egregium, ideoque ſupplex ad te confugio, cui præſtita eſt diuinitus gratia curationum: tunc commota Dei famula lu-
minibus ſepultis manus impoſuit, ſtatimque reſeratis F
manus impoſuit, ſtatimque reſeratis cataractis mundum latè patentem quæ fuerat cæca proſpexit: multis etiam energumenis ad eam ingreſſis vt manus impoſuit, fugato hoſte nequam ſoſpitatem reſtituit, nec morabantur ex his curari quos ad ſe ſancta permiſiſſet accedere. Iam autem tempus vocationis eius appropinquabat, & defeſſa corpore ſoluebatur, quod cùm viderent ſanctimoniales quas ſecum habebat, flebant valde dicentes: & cui nos, mater ſancta relinquis? vel cui commendas filias quas in locum hunc pro Dei intuitu congregaſti? at illa parumper lachrymans ait: ſi pacem ſanctificationémque ſequamini Deus erit protectio veſtra, habebitiſque ſanctum Martinum Antiſtitem paſtorem magnum, nam & ego non diſcedam à vobis, ſed inuocata adero in medio charitatis veſtræ. At illæ rogabant dicentes, venturi ſunt multi infirmi ad nos, flagitantes benedictionem à te accipere, & quid
faciemus cùm te non viderint eſſe ſuperſtitem? confuſæ enim eos ſuras emittemus, cùm tuam faciem non contemplabimur: rogamus autem vt quia hæc ab oculis noſtris abſconditur, vt ſaltem digneris oleum ſalémque benedicere, de quo poſſimus ægrotis benedictionem flagitantibus miniſtrare: tunc illa benedicto oleo ac ſale tradidit eis, quæ ſuſcipientes diligentiſſimè ſeruauerunt, ſicque beatiſſima obiit in pace, & ſepulta eſt in ipſa cellula, multis ſe in poſterum virtutibus repræſentans. Nam de memorata benedictione multi poſt eius tranſitum ægroti incolumitatibus beneficia ſunt experti: Boſonis denique diaconi pes vnus a puſtula mala conflauerat, ita vt greſſum facere non valeret, deportatúſque ad eius tumulum orationem fudit: puellæ vero accipientes ex oleo memorato quod ſancta reliquerat, poſuerunt ſuper pedem eius, & extemplo erumpente vulnere, defluente veneno ſanatus eſt. Cæcus quidam adductus ad eius tumulum in oratione proſternitur, irruente autem in eum ſopore obdormiuit,
apparuitque ei beata dicens: indignam quidem me iudico exæquari ſanctis, ſed tamen vnius hic oculi recipiens lumen, deinceps autem propera quantocius ad beati pedes Martini, & proſternere in compunctione animi coram eo, ipſe enim tibi reſtituet alterius oculi viſum: expergefactus homo vnius oculi recepto lumine, abiit quo iuſſio impulit imperantis, ibique iterum obſecrans beati Confeſſoris virtutem, depulſa cæci oculi nocte videns abſceſſit. Mutus etiam ad hunc beatæ tumulum proſtratus occubuit, qui in tantum fide compunctus eſt, vt riuis lachrymarum cellulæ inficeret pauimentum, qui conſurgens abſoluta lingua virtute diuina regreſſus eſt. Alius denique mutus veniens & decumbens, corde tantùm implorabat & non voce ſolubili beatæ fœminæ auxilium, in cuius ore de memorata benedictione infuſa, erumpente ſanguine mixto cum pure, vocis officium meruit adipiſci. Frigoriticus quoque accedens ad hoc monumentum vt pallam tegen-

tem attigit, reſtincta cuntagionis febre conualuit. Cuutractus vero Marcus nomine manibus deportatus aliotum ad ſepulchrnm beatæ orationem diutiſſimè fudit, hora autem nona pedibus propriis ſtetit, domúmque regreſſus eſt, Leodiuus puer cùm in valetudinem grauem iruens quarto ægrotaret menſe, & non ſulùm greſſum, verùm etiam iam ciborum vſum inſiſtente febre nimia perdidiſſet, ad eius deportatus ſepulchrum præmurtuus accepta ſalute ſurrexit è tumulo rediuiuus. Quid de friguriticis reliquis loquar? cùm plerìſque hoc fuit beneficium remedij cùm pallam tumuli ſuut fideliter oſculati? Quid etiam de energumenis qui adducti ad cellulam beatæ eùm limen ſanctum fuerint ingreſſi, integræ menti reſtituuntur, nec moratur larua egredi è corpore, cùm ſanctæ huius ſenſerit adeſſe virtutem, operante hoc Domino noſtro Ieſo Chriſto, qui timentibus nomen ſuum præmia largitur æterna.

Capvt XX.

De ſancto Leobardo recluſo in maiori monaſterio prope Turonuum.

ECcleſia fidelis ædificatur quotieſcumque ſanctorum geſta deuotiſſimè replicantor, & licèt de his teneat maximum gaudium, quod hi qui ab initio ætatis religioſam vitam ducentes peruenire meruerunt perfectionis ad portum, tamen & de his Domino iubente lætatur, qui conuerſi à ſæculo opus inchoatum voluerunt perducere diuina opitulante miſericordia ad effectum. Igitur beatiſſimus Leobardus Aruernici territorij indigena fuit, genere quidem non Senatorio, ingenuo tamen, qui ab initio Deum pectore tenens, cùm non floretet natalibus glorioſis, meritis præfulgebat, qui tempure debitó eum reliquis pueris ad ſcholam miſſus quempiam de Pſalmis memoriæ commendauit, & neſciens ſe clericum eſſe futurum, iam ad Dominicum parabatur innocens miniſterium. Sed cùm ad legitimam perueniſſet ætatem, cogentibus iuxta conſuetudinem humanam parentibus, vt artham puellæ quaſi vxorem accepturus daret impellitur: illo quoque reſpuente ait pater, cur, dulciſſime fili, voluntatem paternam reſpuis? nec te iungere vis connubio, vt ſemen exeites noſtro de genere ſæculis ſequentibus profututum? caſſo enim labora exercemur ad operandum, ſi poſſeſſor deerit ad fruendum, vel cur implemus domum opibus, ſi de genere noſtro non proceſſerit qui vtatur? quid mancipia [illegible]to pretio noſtris ditionibus ſubiugamus, ſi rurſum alienis debent dominationibus ſubiacere? obedire debere filios voci parentum ſcripturæ reſtantur diuinæ, & tu cùm inobediens eſſe parentibus probaris, vide ne te cœleſtibus eruere nequeas ab offenſis? hæc parte loqoente licèt haberet alium filium, facilè tamen tali ætatulæ perſuaſit voluntati propriæ contrà ire:. denique dato ſpooſæ annulo porrigit oſculum præbet calciamentum, celebrat ſponſalium diem feſtum. Intereà genitor genitrixque mortis ſomno ſopiti migrauerunt à ſæculo vitæ præſentis curriculo iam peracto, hic vero cum germano tempore luctus expleto oneratus donis nuptialibus fratris pergit ad domum, quem in tantum reperit vino madidum, vt nec cognoſceret, nec reciperet propriain domo germanum: ille vero ſuſpirans & lachrymans ſeceſſit in partem, venit ad tugurium, in qno fœnum fuerat aggregatum, ibique colligato præbens equo pabulum, decubuit ſuper fœnum ad quieſcendum: expergefactus autem media nocte ſurgit de ſtram ſuo, erectíſquè ad cœlum manibus gratias agere cœpit omnipotenti Deo, quod eſſet, quod viueret, quod aleretur donis eius, & alia huiuſcemodi proſecutus, eùm ſuſpiria longa protraheret, atque lachrymis crebris genas vbertim rigaret, Deus omnipotens qui illos quos præſciuit & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, compunxit cor eius vt relicto ſæculo manciparetur ad cultum diuinum. Tunc ille quaſi iam ſacerdos animæ ſuæ prædicare ſibi ipſi exorſus eſt dicens, quid agis anima? quid in ambiguu ſuſpenſa teneris? vanum eſt enim ſæculum, vanæ ſunt concupiſcentiæ, vana gloria mundi, & ea quæ in illu ſunt omnia vanitas, melius eſt igitur relinquere eum & ſequi Dominum, quàm ad eius opera præbere conſenſum. Hæc effatus cùm diem terris reddere lux diuturna cœpiſſet, aſcenſo equo cœpit ad hoſpitium ſuum reuerti, eúmque per viam iam alacris pergeret, voluere intra ſe cœpit quid ageret, quo abiret, dixitque, expetam Martini beati tumulum vnde procedit virtus alma ſuper infirmos, credo enim quud & mihi eius oratio iter reſerabit ad Deum, qui deprecatus Dominum mortuos reduxit à Tartaro, & ſic viam carpens oratione comite ſancti Martini baſilicam eſt ingreſſus, circa quam paucis diebus commuratus itanſito amne ad cellulam Maiori monaſterio propinquam, de qua Alarieus quidam receſſerat deuotus acceſſit, ibique ſe propriis manibus membranas faciens ad ſcribendum aptauit ibi ſe, vt ſcripturas ſanctas intelligeret, ac Dauidici carminis pſalmos qui dudum exeeſſerant memoriæ, vt retineret exercuit, ſicque diuinarum ſcripturarum lectionibus eruditus cognouis verum eſſe quod ei Dominus prius inſpirauit in corde. Sed ne hæc cuiquam fabuloſa videantur, quæ retulimus, teſtor Deum quia ab ipſius benedicti hæc ore cognoui. In vero interpoſito pauci temporis ſpatio humilem ſe tantúmque præbuit, vt honoraretur ab omnibus, acceptoque ſarculo cellulam in quam ingreſſus fuerat, incidens lapidem ampliauit, in qua cellula delectabatur ieiuniis, oratione, pſallentio, lectiune, nec vnquam à diuinis officiis & oratione ceſſabat, ſcribebat interdum vt ſe à cogitationibus noxiis diſcuteret. Intereà vt ſe tentator manifeſtaret Dei ſeruis ſemper inimicum eſſe ac inuidum, cùm quidam de illius monachulis litem quandam cum vicinis habuiſſet, immiſit ei cogitationem vt relicta cellula illa ad aliam tranſmigraret, cúmque ibi ad orationem ſolitam deueniſſemus, dolum nobis veneni graſſantis aperuit: ego vero ſuſpirans non minimo dolore increpare hominem cœpi aſſerens diaboli eſſe calliditatem, libroſque ei, vt vitas Patrum ac inſtitutionem monachorum, vel quales qui recluduntur eſſe debeant, vel cum quali cautela monachos viuere oporteat, abſcedens ab eo direxi, quibus relectis non ſolùm cogitationem prauam à ſe diſcuſſit, verumetiam tanto ſenſum acumine erudiuit, vt miraremur facundiam locutionis eius: erat enim dulcis alloquio, blandus hortatu, erátque ei ſollicitudo pro populis, inquiſitio pro Regibus, oratio aſſidua pro omnibus Eccleſiaſticis Deum timentibus, verumetiam nec ille vt quidam dimiſſis capillorum flagellis aut barbarum dimiſſione plaudebat, ſed certo tempore capillum tondebat & barbam. In qua cellula viginti & duos annos in hoc opere degens, tanta Domini gratia conſortatus eſt, vt puſtulis malis ſaliua oris ſui perunctis vim veneni ſæuientis opprimeret, frigoriticis vero per poculum vini charactere Crucis beatæ ſanctificatum accedens æſtúmque eſtinxit, non immerito diſcutiens incommodas febres ab aliis qui in ſe extinxerat incentiua criminis noxialis. Quodam autem tempore cæcus ad cum veniens ærumnam doloris ſui humiliter deplorabat, ac depoſcebat vt tactu dexteræ ſuæ ſanctus lumina clauſa palparet, quod ille diutiſſimè renuens tandem fletibus hominis victus miſericordia motus cùm per triduum pro eo orationem fudiſſet ad Dominum, quarta die imponens manum ſuper oculos eius ait. Domine omnipotens Fili vnigenite Dei Patris, qui cum eo ac Spiritu ſancto regnas in ſæcula, qui homini à natiuitate cæco reddidiſti lucem beati oris ſputo, tu redde huic famulo tuo luminis vſum vt cognoſcat quia tu es Dominus omnipotens, & hæc dicens vt Crucem ſuper oculos cæci depinxit, mox pulſis tenebris lucem de præſenti reſtituit, huius virtutis teſtimonio Euſtathius Abbas adſtipulator adſtitit. Denique hic de labore lapidis ſubmontani

A quem aſſiduè cædebat confractus, ieiunij auſteritate confectus, oratione indeſinenti debilitatus cœpit paulatim corporis firmitate deſtitui: quadam autem die dum nimium feſſus haberetur, non ad ſe vocari præcepit, ad quem accedentes poſt quàm funeris ſui neceſſitatem defleuit, Eulogias à nobis peccatoribus flagitauit, quibus acceptis hauſto mero ait, tempus meum iam impletur iubente Domino, vt me ab huius corporis vinculis iubeat relaxari, ſed adhuc paucis diebus erit ſpatium, vesumtameo ante diē ſanctuo Paſchæ vocandus ero. O beatum virum qui ſic ſeruiuit creatori omnium, vt ſui obitum reuelatione diuina cognoſceret! erat enim menſis decimus quando hæc eſt effatus: duodecimo autem menſe cœpit iterum grauiter ægrotare, aduenit dies Dominica, vocat miniſtrum ſuum & ait, præpara quiddam cibi quod accipiam quia valde defeſſum me ſentio, illo quoque reſpondente; præſto eſt domine, ait ad eum: egredere foras & aſpice ſi iam celebratis ſolemnibus populus de miſſis egreditur, hoc au-B tem dicebat non quod cibum capere vellet, ſed vt tranſitus ſui nullus teſtis adeſſet, quo egrediente & reuertente cùm ingreſſus fuiſſet cellulam, inuenit virum Dei extenſum corpore, clauſis oculis ſpiritum exhalaſſe. vnde factum manifeſtum eſt eum ab Angelis ſuſceptum, qui hominem adeſſe noluit ſuum ſacer Heros ad tranſitum. Hæc cernens miniſter ille eleuauit vocem in fletu, ſicque concurrentibus reliquis fratribus ablutus, ac veſtimentis dignis indutus in ſepulchro quod ipſe ſibi in antedicta cellula ſculpſerat, reconditus eſt, quem in conſortio ſanctorum adſcitum, nulli fidelium haberi reor incertum.

EPISTOLA S. GREGORII Turonenſis Archiepiſcopi ad beatum C Sulpitium Bituricenſem Archiepiſcopum in vitam ſanctorum Septem Dormientium.

*B*EATISSIMO *patri Sulpitio Dei gratia Bituricenſi Archiepiſcopo Gregorius Turonorum indignus ſacerdos in Deo ſalutari noſtro ſalutem perpetuam. Apud poetam ſub figura apum ſanctorum virtus & prudentia laudatur cùm dicit.* Quo magis exhauſtæ fuerint, hoc acrius omnes incumbunt generis laſſi ſarcire ruinas. *Hoc pater beatiſſime in fronte epiſtolæ præmiſiſſe libuerit conſideranti quanta prudentia, quanta ſollicitudine nubaminis Eccleſiæ ſtatum firmare & eius ruinas reſarcire contenditis. Hoc in te propriè exemplis lucentibus, hoc mellifluis exhortantium ſermonum verbis, hoc denique geſtis præcedentium ſanctorum in medium prolatis agere non ceſſatis. Hinc eſt enim quod inter cætera quæ paruitati mea veſtra ſublimitas imperauit, vrgens ſcilicet imperium* D *eſt amici ammonitio, quatenus ſeptem dormientes qui apud maius monaſterium dicuntur quieſcere, quorùmque fama percelebris longè latèque diffunditur, actus, vitam vel finem ſi vſpiam poſſem reperire. Tunc ego iuxta poeticum illud pro more meo pro veſtra reuerentia reſpondi.* Tuus eſt pater alme, quid optes, explorare labor, mihi iuſſa capeſſere fas eſt. *Statimque vicino, vt dicitur, pede veſtram proſequens iuſſionem perſcrutatus Eccleſiarum ſcrinia & bibliothecas reuoluens, tandem apud præfatum maius monaſterium reperi quod quærebam. Seruato igitur tenore Eccleſiæ paternitati veſtræ vt petieras tranſcriptum deſtinaui. De cætero veſtrum eſt & promere, veſtrum eſt & ob Chriſti gratiam quærere ædificare Eccleſias, & amico, imò ſeruo obedienti Chriſti Domini gratiam impetrare.*

E

VITA ET MORS SEPTEM Dormientium, quorum corpora in maiori monaſterio continentur. Et nomina hîc inſcribuntur. Clemens, Primus, Lætus, Theodorus, Gaudens, Quiriacus, Innocentius.

TEMPORIBUS Diocletiani & Maximiani, crudelitate eorum exigente deficere cœpit & diſcedere pene vniuerſus orbis à Romanorum poteſtate: inter multos autem Hunnorum regnum diſceſſit præſidente eis Floro Rege ſtrenuiſſimo. Qui Florus patre ſuo Amnaro nomine nouiter viam vniuerſæ carnis ingreſſo regnum adeptus eſt, cùm viginti eſſet an-F norum. Habebat autem idem Florus duos fratres minores ſe Martinum & Amnarum. Duxit autem ſæpe dictus Florus vxorem puellam pulcherrimam Brichildem nomine filiam Chut Regis Saxonum ex qua genuit tres filios. Primogenitum Florum beati Martini Turonenſis genitorem, ſecundum Hilgſiuum, tertium Amnarum. Secundus ſiquidem Hilginus quatuor filios genuit Clementem, Primum, Lætum, & Theodorum. Tertius autem tres genuit Gaudenſem, Quiriacum & Innocentium. Florus ſiquidem cùm regno ſuo ferè per decem annos fœliciter potiretur, à Maximiano aggreditur. Qui ferè per tres annos laborans vix & cum magna difficultate primas partes regni eius aggreſſus eſt, nec ſine morte & ſanguine ſuorum pugnauerat. Siquidem Florus eum bis terque & turpiter deuictum fugauerat. Sed proditione ſuorum ſanciuit quoddam caſtrum & muniuit contra eum & eius regnum, & ſic ſecundum & tertium. Tandem obſedit eum in quodam caſtro muniti ſſimo cum omni ferè nobili-G tate Hunnorum. Obſeſſus per dimidium annum ad deditionem compulſus eſt venire, vita ſibi cum membris ſuis atque ſuorum conceſſa. Captoſque duxit ſecum Romam, inter quos fuerunt duo fratres Flori Regis Martinus & Amnarus. Filius autem nondum genuerat, niſi primogenitum ſuum Florum videlicet trium annorum, alios autem duos poſt reuerſionem captiuitatis genuit. Cùm autem præſentati eſſent Diocletiano miſit eos in carcerem. Poſt annum ferè dimidium recordatus Diocletianus probitatis Flori iuſſit eum ſibi præſentari. Videns autem pulchritudinem eius ob fecem & laborem carceris emarcuiſſe, miſericordia motus eſt, abſolutúmque remiſit ad propria permiſſo regno in vita ſua cum redditibus, ſublatis vel fractis munitionibus. Tali etiam pacto permiſit eum regnare, vt poſt mortem ipſius filius eius non ſublimaretur in regno nec in Conſulatu, ſed tantùm Tribunus exiſteret. Quod cùm ex vtraque parte firmatum fuiſſet, receſſit H cùm omnibus ſuis. Reuerſus autem eodem anno genuit duos filios geminos Hilginum & Amnarum. Diocletianus autem non multùm poſt, priuatam eligens viſam apud Mediolanum diem clauſit extremum. Maximianus vero cùm diſpoſitis inſidiis genero ſuo Conſtantino tunc regnum tenenti mortem molitetur, deprehenſo dolo illius apud Maſſiliam captus, nec poſt multum in carcere in carcere à dæmonibus ſtrangulatus, impiam vitam digna morte finiuit.

FLorus autem primogenitum ſuum Florum Conſtantino qui Diocletiano & Maximiano Imperatoribus breui tempore Auxentio mediante ſucceſſerat educandum tradidit, quem ſemper charum & dilectum habuit. Adultoque & milite facto vxorem dedit neptem ſuam filiam ſororis ſuæ, Tribunúmque conſtitutum remiſit ad patrem ſuum. Qui ex vxore ſua filium viuente patre ſuo genuit quem Florum vocari præcepit. Qui poſtmodum tempore Conſtantij à beato Paulo

Conſtan

Conſtantinopolitano Epiſcopo Deo educante cathecumenus factus & baptizatus Martinus eſt vocatus. Natus eſt autem Conſtantini vndecimo anno. Florus autem antiquus ſenio confectus diem clauſit extremum: terram ſuam primogenito ſuo dimiſit & duos fratres iuuenes in manu eius reliquit. Qui mortuo patre terram viriliter rexit, & fratres ſuos cum filiabus nobiliſſimorum pagi Hunnorum copulauit, ex quibus primogenitus ſuus Hilgrinus videlicet quatuor filios generauit, ſecundus autem Amnatus tres.

FLorus autem Tribunus filius Flori Regis mortuo Conſtantino & regnante Conſtantio Conſtantinopolim venit cum filio ſuo Floro paruulo, quem imperatori commendauit, qui eum ſecum retinuit & militem fecit, iuuenem etiam ſecum habuit poſt mortem Conſtantij ſed vir ſanctus magis elegit Deo ſeruire cœleſti quàm ſub imperatore terreno militare. Quia ſpecialiter effectum eſt, vt vexillum ſanctæ Crucis Occiduas orbis portaret in partes & militiæ Sacramenta Euangelicis mutaret edictis. Qui, vt diximus, à beato Paulo Conſtantinopolitano Epiſcopo tempore Conſtantij Deo educante, primo cathecumenus factus & poſt non multum baptizatus eſt. Qui beatus Epiſcopus à Conſtantino imperatore apud ciuitatem quandam Cappadociæ Cucuſam nomine ob Catholicam fidem pulſus exilio, Arrianorum inſidiis crudeliter ſtrangulatus ad cœleſtia regna migrauit. Beatus autem Martinus poſt ſacri baptiſmatis myſterium magnis in mundo clarui miraculis & doctrinis Catholicis longè latéque reſplenduit in vrbe. Hic vir primo Florem adoleſcentiæ Mediolana tranſegit in vrbe, ſed exinde Arrianorum ſæuitia principum expulſus Gallicanas ſeceſſit in partes, venerabilique Pictauenſi Antiſtiti Hilario eſt coniunctus, huius ſe diſciplinis S. Martinus poſt relictum militiæ cingulum ſociauit.

INde quoque ſanctus vir diuino admonitus oraculo parentes ſuos errore relicto ad ſanctæ fidei profeſſionem conuertit & matrem quæ illum mundo genuit, ipſe Chriſto generauit exemplo auorum ſuorum Martini & Amnati qui Chriſtianiſſimi erant & ciuitatibus deputatis Epiſcopatus officio fungebantur, inter quos baptizati ſunt Hilgrinus & Amnatus patrui eius, cum ſeptem filiis Clemente videlicet, Primo, Leto, & Theodoro Gaudente, Quiriaco & Innocentio. Horum patres Hilgrinus ſcilicet & Amnatus non ſicut patres paternam hæreditatem diuidentes, ſed ſicut vno ortu gemini nati ſunt, ſic in vna domo, vno fundo, vnà cum vxoribus & filiis contenti ſunt. Eodem autem anno quo baptizati ſunt viam vniuerſæ carnis ingreſſi ſunt. Horum autem prænominati ſeptem filij omnia prædia ſua venundantes & pretium pauperibus diſtribuerunt ſeruóſque ſuos ingenuos fecerunt, ipſi verò in quodam loco ſe incluſerunt lectioni, orationi, & pſalmodiæ vacantes, duobus tantùm ſeruulis contenti, qui officium conſolationis impenderent. Veniebant in cœnaculo conſtituti ſine querela tam Deo quàm hominibus placentes, vxorum & liberorum grato conſortio carentes cælibémque vitam actitare ſatagentes. De reliquiis autem ciborum ſuorum ad quaſcunque partes deferrentur vel à quibuſcunque infirmis ſumerentur, qualicunque infirmitate tenerentur protinus ſanabantur. Quamobrem primò ex adiacenti prouincia, poſtmodum ex omni regione illa pene vniuerſi venientes ſicut Dei prophetas venerabantur. Ex quibus multi prædicatione eorum fidem ipſorum imitantes Chriſtianitati ſubiiciebantur, veterem hominem exuentes nouum hominem qui ſecundùm Deum creatus eſt, induebantur. Denique obſequiis multis donatiuis venerabantur. Cæterùm principes, Tribuni & milites Chriſtiani, Iudæi & Gentiles eos viſitabant, reuerebantur & excolebant. Qua de re ſerui Dei permoti inani gloriæ & ambitioni huius ſæculi ſubiici timentes, fugæ latibulum expetentes patriam relinquere diſpoſuerunt: quippè cùm in exemplo ſit Abraham & multi alij iuſti, & maximè eorum conſobrinus beatus Martinus.

CÆterùm audientes famam ſanctitatis & nominis eius, & quòd in Epiſcopatu Turonicæ ciuitatis eſſet ſubrogatus, conſilio inito breui expenſa & exiguis ſarcinis collectis vſque ad ipſum venire & conſilio eius viuere ſtabiliuerunt, quod & factum eſt. Venientes autem vſq; ad Turonenſem ciuitatem inuenerunt beatum Martinum in Epiſcopatu more ſuo Dominico die miſſarum ſolemnia celebrantem petierúntque more ſuo benedictionem. Poſt acta autem miſſarum ſolemnia cognouit eos beatiſſimus Martinus conſanguineos & conſobrinos ſuos fleuitque ſuper ſingulos & oſculatus eſt eos, ducéuſque eos trans fluuium ſecum, vbi multitudo commanebat fratrum, inuitauit ad prandium in commune cum fratribus. Sequenti autem die omnem peregrinationis ſuæ ſeriem texuerunt voluntatémque ſuam in hoc eſſe dicentes, vt limina Apoſtolorum Petri & Pauli viſitarent & in Hieroſolymas pergerent ſepulchrum Domini viſitaturi & Crucem Domini adoraturi, & per beati Iacobi ſepulchrum venturi & ſic ad ipſum reuerſuri. Quam viam cum benedictione beati Martini aggredientes nudis pedibus laneis vtendo veſtibus, pane & aqua & crudis herbis contenti quinquennio peregerunt. Reuertentes autem ſani & incolumes beato Martino ſe præſentauerunt cum multis reliquiis, videlicet de ſepulchro Domini & eius ſanctiſſima Cruce, de ſepulchro etiam ſanctæ Mariæ matris Domini & ipſius veſtimentis, de reliquiis Apoſtolorum Petri & Pauli & Iacobi fratris Domini, & ex multis aliis quas beatus Martinus reuerenter accipiens in capſida maioris Eccleſiæ cum reuerentia poſuit.

IPſi vero ſeptem fratres beato Martino & fratribus ibidem manentibus tam anima quam corpore dedentes deuouerunt ſe de loco illo non receſſuros. Statim autem beatus Martinus eos gratanter excepit & monachali habitu eos induit & benedictione propria confirmauit; poſuitque eos in latere cuiuſdam montis in quodam ſpecu, fecitque eis oratorium in ipſa rupe, benedixitque altare, vbi & reliquias proprias manu condidit quas ipſi apportauerunt. Ordinauit autem Clementem & Primum Presbyteros, Lætum & Theodorum diaconos, Gaudentem, Quiriacum & Innocentium ſubdiaconos. Permanſerunt autem in eadem cellis ſiue oratorio, vbi & delectabantur ieiuniis, oratione, ſilentio, lectione quamdiu beatus Martinus ſuperfuit: ipſe quidem per reuelationem obitum ſuum longè prænoſcens & ad Condatenſem vicum ire deſiderans, pacem inter clericos reformare cupiens cognouit per ſpiritum non ſe reuerſurum, conuocatoſque ſingulos oſculatus eſt atque benedixit, & præfecit eis vnum ex fratribus loco ſuo nomine Galbertum Abbatémque conſtituit & benedictione confirmauit, cui & commendauit ſeptem ſupradictos fratres & conſobrinos ſuos, qui eos ſuſcipiens in commune cum fratribus aliis ſingulariter eos diligebat & ſpiritualiter reuiſebat & confortabatur.

BEatus autem Martinus poſt obitum ſuum vſque ad diem obitus eorum ſæpiſſimè eis apparebat in viſione confortans eos & conſolans. Vixerunt autem poſt obitum B. Martini xxv. annis, tempore B. Martini xvj. annis, tempore autem Galberti poſt beatum Martinum primi Abbatis xxxiij. annis, tempore verò Aichardi ſecundi Abbatis duobus annis. Tempore ſiquidem Aichardi ſecundi Abbatis contigit feſtiuitates beati Martini de tranſitu Sabbatho euenire. Sequenti vero die qua Dominicam celebramus, poſt peracta matutinorum ſolemnia media nocte apparuit eis beatus Martinus nuntians eis diem obitus ſui dicens. Craſtina die ſummo mane vocate huc Aichardum Abbatem ad vos; quo vocato nuntiate omnes & ſinguli vitæ veſtræ ſeriem & actus veſtros, confitentes peccata veſtra. Dicite ei ex me vt in honore ſanctæ Trinitat. miſſam celebret

A commemorationem mei faciens & ſanctorum quorum reliquiæ in præſenti altario à me conſecrato continentur, ponámque ſingulas hoſtias pro vobis ſingulis oblaturas, quibus conſecratis ſinguli communicabitis, peracta communione viaticóque ſuſcepto Corporis & Sanguinis Ieſu Chriſti miſſaque finita proſterneris vos ad orationem, viam vniuerſæ carnis ingrediemini tam à dolore mortis extranei quàm à corruptione carnis eſtis alieni, ſicque ab Angelis ſuſcipiemini & a meipſo ſorſum conducemini, donec aſſignemus vos ante tribunal Chriſti: quod totum factum eſt vt B. Martin. imperauit.

CVm autem viaticum accepiſſent de manu Aichardi Abbatis finitaque miſſa genibus flexis ſunt atque incolumes viam vniuerſæ carnis ingreſſi ſunt, tam à dolore mortis extranei quam à corruptione carnis fuerant alieni, repleta eſt autem cella illa tanto odore ac ſi multorum aromatum congeries ibi ſparſa putaretur. Suſcipiens autem eos non de morte ſed quaſi de oratione Abbas Aichardus vnà cum fratribus non mortuos

B putabat ſed dormientes, cùm facies eorum vt roſa ruberet, caro vt nix ſplendeſceret. Quam ob rem per ſedilia ſedere fecit ſicuti ſoliti erant ſedere, in cella ſua poſuit eos mediante ianuarum repagulo. Patebant etiã limina vt omnes aduenientes viderent ſanctorum facies, non ſicut mortuorum ſed ſicut dormientium. Quia licèt hominibus mortui eſſent, Deo cui omnia viuunt, dormiebant. Per ſeptem autem dies quibus ſuper terrã fuerunt non defuit odor ille ſuauiſſimus. Tanta autem fuit aduentantium multitudo quantum aut locus admiſit aut viæ, aut ſemitæ capere potuerunt. Omnes febricitantes vel frigoritici qui adueniebant ſani reuertebantur, leproſi autem, ſurdi, muti & claudi multi curabantur. Afferebantur autem in lectis & grabatis & ex odoris fragrantia curabantur. Septimo autem die à tranſitu ipſorum Abbas Aichardus congregatis fratribus ſancti monaſterij ad funus aſſuit. Vocaut autem ſanctiſſimum ſedis Turonicæ ciuitatis Archiepiſcopum beatum Brictium vnà cum clero & populo, inito autem conſilio

C ſicut erant veſtiti ſepelierunt eos in ipſa cella vel oratorio aut altari ipſius oratorij à B. Martino cum pignore ſanctorum conſecrati. Tranſierunt autem pridie idus Nouembris ſecundo die à feſto quo celebratur tranſitus S. Martini, ſepultique ſunt tertiodecimo Kalend. Decembris. Qui ſepulti terris in Chriſto ſe viuere manifeſtant virtutibus & miraculis. Qui viuit & regnat cum Deo Patre in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Theodoſius 2. & Valentin. 3. Anno Chriſti 426.

EVAGRII SCHOLASTICI, Epiphanenſis, & ex Præfectis Oriundi, Hiſtoriæ Eccleſiaſt.

LIBRI VI.

D *Euſeb. Pamphili, Sozomeni, Theodoriti Socratis, cũ* **Euagrio connexio.**

EVAGRIVS ex Græcis primus eorum qui leguntur Orthodoxus hiſtoricus, ſuã quam Græcè ſcripſit hiſtoriam, anno Mauritij non duodecimo vt lib. vlt. legitur mendoſe. ſed decimo inchoante abſoluit. Zachariam Rhetorẽ, cuius authoritate magnam partem ſcriptorum ſuorum confirmat, Eutychianum hereticum fuiſſe, plurimaque rerum bene à Catholicis geſtarum ſilentio ſupprimere, atque ea quæ Eutychiano errori fauent ad verbum recenſere conſtat. Meminerit igitur Lector Catholicus, vt caute legat ea quæ ab eodem Zacharia Rhetore, in cauſa præſertim Eutychianorum ſcripta, apud Euagrium citantur. Idem ipſa Euagrius, ſubodoratus fuiſſe videtur, vt patet ex lib. 3. c. 9. infr. Ea quæ Baronius in hiſtoria Euagrij adnotauit vel in margine appoſuimus, vel ad finem capitis cuiuſque ſubiecimus. quæ vero in eadem Iacobus Billius obſeruauit, annotationibus Curterij & Suffridi, ſuis quæque locis ac capitibus adiecimus.

E *Primus hic liber continet acta ſub Theodoſio ſecundo Arcadij filio, & Valentinian. tertio, ann. 27. Huc igitur refer authores iſtos, quos ſupra adnotauimus ad librum Socr. 7.*

CAPVT I.

Authoris proœmium, quomodo ad ſcribendum præſentem hiſtoriam acceſſerit, & quod poſt impij Iuliani interitum, cum hæreſes paulisper conquieuiſſent poſtea diaboli malignitas denuo fidem exagitauit.

EVSEBIVS cognomento Pamphilus, vir ſane cum in aliis rebus diſertiſſimus, tum in ſcribendo tãtum pollens, vt poſſit Lectores ſuorum librorum, etsi nõ efficere perfecte Chriſtianos, ita tamen perſuadendo impellere, vt Chriſtianam religionem lubentes colant: Euſebius, inquam, Sozomenus, Theodoritus & Socrates, de clementiſſimi noſtri Seruatoris in mundum aduentu, de

F eius in cœlos aſcenſione, de rebus geſtis Apoſtolorum, de certaminibus à ſanctis martyribus cõfectis, & ſi quid aliud factum ſit dignum commemoratione, vel ſecus ad aliquã partẽ regni Theodoſij literis accuratiſſime prodiderunt. Et quoniã ea, quæ deinceps geſta ſunt, illis videntur non multo inferiora, atq; hactenus nullo ordine cõmemorata ſunt; quãuis ipſe in eiuſmodi rebus tractãdis indiſertus videar, tamen arbitror laborẽ in illis memoriæ prodendis à me poni, hocq; opus ſuſcipi, iuq; eo qui & piſcatores ſingulari imbuit ſapientia, & linguam indiſertam ita limauit, vt voces articulatim & diſtincte poſſit exprimere, firmam ſpem collocari debere: ad eum plane finem, vti res geſtas iam obliuione intermortuas, quaſi ad vitã denuo reuocare queam, ſicq; animare oratione, & ſempiternæ memoriæ commendare: non modo vt quiſq; tum quid factũ ſit ad noſtrã vſque ætatẽ, tum quo tempore, quove loco, tum quomodo, tum aduerſum quos, tum demiq; à quibus, verum etiam vt nihil dignũ

G memoria, præ languida & diſſoluta inertia, obliuione, quæ illi rei finitima eſt & vicina maxime, obruatur. Ibi igitur diuino adiutus auxilio, initiũ faciã ſcribendi, vbi illi ſcriptores quos ſupra dixi, finem Hiſtoriæ impoſuerunt. Cum iam impia Iuliani crudelitas ſanctorũ martyrum ſanguine ſatiata erat, & amens Arij furor veræ doctrinæ quaſi catenis in Concilio Nicæno fabricatis cõſtrictus, & Eunomius ac Macedonius ſacroſãcti Spiritus virtute in Boſphoro acerbe exagitati, & Conſtantinopoli, vrbe in primis illuſtri, facti debilitatique, & ſancta Eccleſia ſordea, quibus recens cõtaminata fuiſſet, depoſuerat, eratq; ad priſtinũ decus reſtituta, & in veſtitu deaurato circundata varietate, & amatori ac ſponſo adornata: hoſtis probitatis dæmon, quia iſta ferre nõ poſſet, peregrinũ quoddã & monſtroſum belli genus cõtra nos excitauit. Ac cum videret & cultum ſimulachrorũ quaſi pedibus conculcatũ, & ſeruilẽ illã atq; abiectã Arij inſaniã penitus ab Eccleſia depulſam: quanquã verebatur fidem aperte, vt hoſtis, oppugnare, præſertim à tot ac tã

H ſanctis patribus roboratam, firmeq; munitam (quippe in ea obſidenda multum amiſiſſet virium) ex occulto tamẽ rem aggreditur, & rogatis quibuſdam, reſponſiſque excogitatis, errorẽ ad Iudaiſmũ nouo more ac modo traducere ſtuduit: neq; intellexit miſer inde ſe euictum & profligatũ iri. Quod autem antea vnum ſibi habuit aduerſariũ, iã idẽ ipsũ tenere & quodãmodo amplecti videbatur: quandoquidẽ non verũ Eccleſiã à fidẽ vniuerſa detrudere, ſed verũ verbũ aliquod in ea deprauare poſſet inſolẽs laborauit. Atq; ſæpenumero ſua ipſius inuolutus malitia, etiam literã ad ipſum ſenſum & ſententiã inuertendam pertinentem immutare ſubdole molitus eſt. Cæterum quemadmodum ſenſum à lingua diſiunxerit, quo hæ duæ res minime velut vno conſenſu Deum & ſyncere confiterentur, diuiniſque efferrent laudibus, quin etiam qua ratione iſtarum rerum vnaquæque geſta ſit, & quem ad exitum peruenerit, ſuo loco explicabo: attexamque præterea, ſi quid aliod potero

Euagrius vbi ſcribendi initium faciat.

Pſal 44.

Dæmonis aſtutia.

A reperire, quod ab inſtituto videatur alienum, dignum tamen quod hiſtoriæ mandetur: ibique finem ſcribendi faciam, vbi Deo clementi ac propitio viſum fuerit.

CAPVT II.

Quomodo Neſtorius ex Anaſtaſij diſcipuli ſui diſſertatione, ſanctam Dei matrem, non Deiparam, ſed Chriſtiparam vocitaſſe, deprehenſus ſit, qua de cauſa hæreticus habitus eſt.

Vide Niceph. cap. 31. 32. lib. 14. Socr. lib. 7. c. 20. 32. 33. Bar. anno 428. n. 3. & ſeqq. Ioan. 19.

QVoniam Neſtorius, qui lingua Deum oppugnauit, qui alterum cum Caipha contra filium Dei coëgit Concilium, qui blaſphemiæ officinam, in qua Chriſtus denuo trucidatur & diuenditur, inſtruxit, qui naturas illius (qui in ipſa cruce ne os quidem, vti ſcriptum eſt, omnino habuit confractum, neque veſtem penitus textilem à parricidis diſciſſam) diuiſit diremitque, vocem hanc Deiparam, à multis lectis ſpectatiſque patribus fabricatam repulit, atque adeo reiecit, & vocem Chriſtiparam, ab ſe veteratorie effictam & conflatam B ei oppoſuit, ſeditionibuſque infinitis referſit Eccleſiam, atque inteſtina ac ciuili ſanguinis effuſione repleuit: arbitror orationem mihi deeſſe non poſſe, cum ad hiſtoriam apte appoſiteque contexendam, tum ratione ac via in ea ad finem vſque progrediendum, ſi Chriſto omnium gubernatore opem ferente, à nefaria iſtius impij Neſtorij blaſphemia exordium capiam. Concertatio in Eccleſiis ſuſcepta hinc habuit initium. Anaſtaſius quidam Presbyter peruerſa imbutus opinione, Iudaicorum dogmatum, quæ tenebat Neſtorius, acerrimus fautor, & ei ad Epiſcopatum proficiſcenti comes, vbi Neſtorius cum Theodoro in vrbe Mopſueſtis congreſſus, audita illius doctrina à vera pietate deſciuit: Anaſtaſius (inquam) vt à Theodulo in Epiſtola quadam de iis rebus ſcriptum eſt, in diſputatione apud populum Chriſtum ſancte colentem, in Eccleſia Conſtantinopolitana habita, palam auſus eſt dicere, Nemo Mariam Deiparam vocet. Nam Maria, inquit, homo erat: atqui ab homine Deus naſci non poteſt. Quæ quidem verba cum populus Chriſto conſecratus grauiter & acerbe ferret, & diſputationem illam non ſine cauſa haberet pro blaſphemia: C Neſtorius iſtius blaſphemiæ author & dux, non ſolum non prohibuit illum, neque rectam ſanamque doctrinam tutatus eſt, verum etiam eius verba rerum in primis roborare contendit, & in eiſdem defendendis acrius inſtitit. Atque ſua ipſius opinione hiſce adiuncta atque adeo aſcripta, venenoque animi ſui in Eccleſiam effuſo & eiecto, multo maiorem blaſphemiam docere conatus eſt, adeo vt ad ſuiipſius capitis perniciem, hanc impiam ſententiam, nimirum, *Ego eum qui ſpatiis menſtruis, hoc eſt, bimeſtri & trimeſtri, & ita deinceps, adoleuerit, Deum certe non appellauero* proferre non dubitaret; ſicut tum à Socrate, tum à priore Concilio Epheſi celebrato perſpicue narratum eſt.

Neſtorius Mariam Chriſtiparam non Deiparam appellat. Neſtorius Eccleſiam ſeditionibus infinitis replet.

Anaſtaſij concio impia Neſtorium inſtruxit ad hæreſin.

CAPVT III.

Quid magnus Cyrillus ad Neſtorium ſcripſerit, & de tertio Concilio Epheſino, ad quod Ioannes Antiochenus Epiſcopus & Theodoritus tardius acceſſerunt.

D

Vide Niceph. c. 31. l. 14. Socr. l. 7. c. 32. 33. Bar. anno 429. n. 28 & 32. & ann. 431.

Cyrillus Neſtorij refutator.

HÆc nefaria Neſtorij dogmata cum Cyrillus, Epiſcopus Alexandriæ, vir ſane ipſa famæ celebritate inſignis, ſigillatim per literas refutaſſet, Neſtoriuſque eius ſcriptis reluctatus eſt, & neque Cyrillo neque Celeſtini antiquæ Romæ Epiſcopi Conciliis obſecundanit, ſed ſuum ipſius virus nihil veritus euomuit in Eccleſiam, poſtulauitque vt authoritate ac nutu Theodoſij iunioris, qui tum Orientis adminiſtrauit imperium, primum Concilium Epheſi cogeretur. Itaque literæ Imperatoris erant ad Cyrillum, & ad alios omnes vbique ſanctarum Eccleſiarum præſides miſſæ: quæ diem Pentecoſtes, quo die vitalis & ſacer ſpiritus ad nos deſcendit, conuentui præſtituerunt. Neſtorius autem, propterea quod Epheſus non longe abeſt à Conſtantinopoli omnino anteuertit. Cyrillus vero, & qui eum eo erant, E eo veniunt ante diem præſtitutum. Ioannes præſul Antiochiæ vna cum ſuis ad diem dictum abfuit, non quidem ſua ſponte, ſicut multis videtur, qui eius factum defendere volunt; ſed quod ſuos Epiſcopos tam cito cogere non poterat, quippe nonnullæ è ciuitatibus quibus præerant, ab Antiochia (ſic enim olim appellabatur, at iam Theopolis dicitur, id eſt, ciuitas Dei) homini expedito ac ſtrenuo diſtant iter duodecim dierum, & quibuſdam amplius eo: & Epheſus abeſt Antiochia circiter triginta dierum iter. Ac cum Ioannes conſtanter affirmaret, ſe non poſſe ad ſtatutum diem, id eſt, ad nonum Dominicum (ſic enim vocatur) adeſſe, ſui omnes apud ſedes proprias, ſe ſuas manſere.

Epheſi ab Antiochia diſtantia.

CAPVT IV

Quomodo Ioanne Antiocheno Epiſcopo non præſente, Neſtorius gradu depoſitus ſit.

Vide Niceph. c. 34. l. 14. Bar. anno 431. n. 49 & ſeqq.

F

Neſtorius vt contumax damnatus abſens.

Memnon antiſtes.

VBi igitur quindecim dies vltra diem præfinitam præterierunt, Epiſcopi qui Epheſi conuenerant, quaſi iam Epiſcopi verſus Orientem habitantes non eſſent venturi, aut ſi forte venirent, multum dilaberetur temporis antequam in vnum cogerentur, Cyrillo locum Celeſtini Epiſcopatum antiquæ Romæ, vt ſupra docui, gerentis obtinente, accerſunt Neſtorium, hortanturque vt criminibus ipſi obiectis reſpondeat. Ac cum ſuperiore die polliceretur ſe venturum, ſi ita res poſtularet, & poſtea etiam ter vocatus, promiſſa negligeret, qui conuenerant, res in quæſtionem vocare cœperunt. Atque cum Memnon antiſtes Epheſi dies vltra diem ſtatutum præter lapſos (prætierant autem numero decem & ſeptem) perenſuiſſet, & diuini & admirabilis Cyrilli Epiſtolæ quas ſcripſerat ad Neſtorium, & quas hic ad illum denuo, eſſent perlectæ, & Epiſtola illa plane diuina Celeſtini, viri cum primis illuſtris, ſcripta itidem ad Neſtorium, recitata, & Theodotus Epiſcopus Ancyræ, & Acacius ſedem obtinens Eccleſiæ Melitinæ, verba blaſphemiæ, quæ Neſtorius Epheſi profuderat, in medium protuliſſent, & multæ præclaræ ſententiæ à ſanctis & ſpectatis patribus ſanam & ſynceram fidem aperientibus in eo congreſſu commemoratæ, & nonnullæ etiam, quæ à Neſtorio inconſiderate & cum blaſphemia prolatæ fuiſſent, inter eas interiectæ, ſanctum Concilium iſta totidem verbis contra Neſtorium pronunciauit: *Vt omittamus alia honoratiſſimi ſcilicet Neſtorij ſcelera quoniam à nobis accerſitus, obtemperare noluit, neque ſanctiſſimos religioſiſſimoſque Epiſcopos à nobis ad eum miſſos recipere, inducti neceſſitate, ad impia eius dogmata excutienda aggreſſi ſumus: & cum partim ex ipſius Epiſtolis & libris à nobis perlectis, partim ex verbis nuper in hac vrbe primaria recitatis ab eo & quaſi teſtimonio confirmatis, eum impiè & ſenſiſſe & prædicaſſe deprehenderimus, tum Eccleſiæ Canonibus, tum Epiſtola ſanctiſſimi patris noſtri, & collegæ Celeſtini, Epiſcopi Eccleſiæ Romanæ, neceſſario compulſi, idque non ſine crebris lachrymis ad hanc ſeueram ſententiam contra eum pronunciandam venimus. Itaque Dominus noſter Ieſus Chriſtus, contra quem blaſphemias loqui non dubitauit Neſtorius, per iſtud ſanctum Concilium decidit ſtatuitque, eum & Epiſcopatus dignitate abdicandum, & ab omni conuentu ſacerdotum penitus excludendum eſſe.*

Theodotus Epiſcopus. Acacius Epiſcopus.

G

Cócilij in Neſtoriū ſententia.

Neſtorius Epiſcopatus dignitate abdicatus.

H

CAPVT V.

Quod Ioannes Epiſcopus Antiochenus, quum quinque dies poſt adueniſſet, Cyrillum Alexandrinum Epiſcopum abdicat, & Memnona Epheſinum: quos contra Concilium abſoluit, & Ioannem viciſſim cum ſuis loco mouet: & quomodo Cyrillus & Ioannes ſcriptis ad vtrúmque à Theodoſio Imperatore literis in gratiam redierint, & Neſtorij abdicationem approbauerint.

Vide Niceph. c. 35. l. 14. Socr. l. 7. c. 33. Bar. præd. an.

POſt iſtam autem æquiſſimam iuſtiſſimamque pronunciatam ſententiam, Ioannes Antiochiæ Epiſcopus vna † cum ſuis ſacerdotibus, quinque dies poſt abdicationem Neſtorij venit Epheſum, & ſuis omnibus ibi in vnum conuocatis, Cyrillum & Memnonem abdicat.

Digitized by Google

A *Ioannes Epheſum venit. Socrates reprehenſus.*

dicat. Deinde poſt libellos à Cyrillo & Memnone, Concilio cum his in vnum coacto (licet Socrates rem aliter, vtpote eiuſdem ignarus, commemoret) oblatos, accerſitur Ioannes, de abdicatione ab ipſo facta reſponſurus. Qui cum iam ter accitus, minime aduentaret, Cyrillus quidem & Memnon liberantur ab abdicatione, ipſe autem ſuique ſacerdotes à ſancta communione, & omni authoritate ſacerdotali amouentur: atque vbi Theodoſius (qui primo Neſtorij abdicationem minime approbauit, poſt tamen eius blaſphemia explorate cognita, eidem aſſenſus) literas admodum pias ad Cyrillum & Ioannem Epiſcopos dederat, illi inter ipſos redeunt in gratiam, abdicationemque Neſtorij ratam faciunt.

Theodoſius Ioannem cum Cyrillo reconciliat.

CAPVT VI.

De aduentu Pauli Emiſeni Epiſcopi Alexandriam, & laude qua Cyrillus Magnus Epiſtolam proſecutus eſt.

Vide Niceph. c. 3. B *l. 14. Bar. an. 432. n. 58. & ſeqq.* *Paulus Emiſæ Epiſcopus Ioannis Antiocheni Epiſtolam ad Cyrillum & Cyrilli ad eundem reſponſio.*

EAdem tempeſtate, cum Paulus Epiſcopus Emiſæ, aduentaſſet Alexandriam, inque Eccleſia concionem illam, quæ illius nomine circumfertur, recitaſſet, Cyrillus Epiſtolam Ioannis ad ipſum ſcriptam laudauit plurimum, hæcque ſcripſit his fere verbis, *Lætentur cæli & exultet terra: diruta eſt enim interpoſita maceria: & bilis, quæ animos vexabat, compreſſa, & omnis diſſenſionis materia ſublata. Quippe Seruator noſter, Ieſus Chriſtus, pacem largitus eſt Eccleſiis, & nos ad idem ipſum impulerunt religioſiſſimi ſanctiſſimiq; Imperatores: qui quidem patriam & auitam pietatem ſummo ſtudio imitati, rectam veramq; fidem firmam ac ſtabilem in ſuis ipſorum animis retinent, ſingularique animi cura ac prouiſione ſanctis proſpiciunt Eccleſiis, vti ipſi percelebrem nominis famam in perpetuum duraturam inde conſequantur, & ſuum Imperium ad ſummam gloriam efferunt. Quibus Dominus exercituum larga liberalique manu defert beneficia: largiturque præterea, vt non modo hoſtes profligent, verum etiam ab eiſdem illuſtrem ſemper reportent victoriam. Neque enim Dominus mentiri poterit, qui dicit: Viuo ego quod glorificantes me glorifico. Atqui cum dominus Paulus, frater & collega noſter*

C *ſanctiſſimus, veniſſet Alexandriam, maxima ſane efferebamur lætitia, idque iure optimo: propterea quod ille, vir plane eximius, ſe medium interpoſuit, & grauiores quam vires ferebant, ſuſcepit in concionando labores, quo tum diaboli ſuperaret inuidiam, tum diſtracta Eccleſiæ membra amore copularet, tum denique Eccleſiam noſtram pariter ac veſtram ad mutuam concordiam & pacem reduceret. Ac paulo poſt addit iſta: Quod autem contentio in Eccleſia ſuborta, leuis fuit, & leui admodum de cauſa ſuſcepta, iam pleniſſime perſuaſum habemus, quod dominus meus ſanctiſſimus, Paulus Epiſcopus literas, in quibus ſana & ſyncera fidei elucebat confeſſio, ad me attulit: eaſque affirmauit à tua ſanctitate & Epiſcopis religioſiſſimis, qui ibi ſunt compoſitas eſſe. Literæ quidem ita ſe habent, & in Epiſtola iſta Cyrilli totidem verbis inſeruntur. De Deipara quidem certe, & quæ ſequuntur. Quas voces adeo pias cum legiſſemus, voſque ipſos ita ſentire comperiremus. (Vnus Dominus vna fides, vnum baptiſma) totius vniuerſitatis conſeruatorem Deum laudibus extulimus: & ſumus propterea inter nos*

D *animis admodum læti, quod veſtra ſimul & noſtra Eccleſia partim Scripturis diuinitus inſpiratis, partim noſtrorum ſanctorum patrum traditione impulſu, concordem inter ipſas fidem amplectantur. Iſta quidem ſi quis res id temporis geſtas accurate indagare voluerit, erunt facilia ad cognoſcendum.*

CAPVT VII.

Quænam impius Neſtorius paſſum fuiſſe ſe literis ſuis declaret, & quod tandem lingua vermibus eroſa, apud Oaſim inſulam expirauit.

Vide Niceph. c. 36. l. 14. Bar. ann. 413. n. 25 & 436 n. 3 & ſeqq.

QVemadmodum autem Neſtorius in exilium eiectus ſit, & quid poſtea de illo factum, & quem vitæ exitum ſit conſecutus, & quas pœnas blaſphemiæ cauſa dederit, neutiquam ab illis, qui eius res geſtas literis prodiderunt, traditum eſt: quæ omnia plane interciderunt, fuiſſentque temporis diuturnitate ita deleta obrutaque, vt ne de illis omnino vt ſemel audiri poſſet, niſi in librum quendam ab ipſo Neſtorio editum, in quo iſtarum rerum continetur narratio, forte fortuna incidiſſem. Itaque blaſphemiæ parens Neſtorius, qui non ſuper fundamentum firme poſitum, ſed ſuper arenam ædificium extruxerit (quod quidem, vt dominus loquitur parabola, cito diſſoluitur) ad eos qui illi crimini dederant, tum quod inconſiderate res nouas moliens erat, tum quod imprudenter popoſcerat Concilium Epheſi cogi, præter alia nonnulla, quibus ſuam blaſphemiam tueri ac defendere volebat: iſta præterea ſcribit, *ſe nimirum ad hoc inſtitutum ſuſcipiendum neceſſitate compulſum fuiſſe, quippe cum Eccleſia diſtraheretur, & pars Marium hominiparam, vt ita dicam, pars Deiparam nominandam affirmarent: ipſe equidem, inquit, quo in neutram partem peccarent, vel Chriſtum morti minime obnoxium eſſe aſſeuerando, vel in alteram partem inclinando, eum immortalitate priuarem, hanc vocem Chriſtiparam, qua Maria appellaretur, excogitaui.* Porro autem in eodem libro oſtendit, Theodoſium primo propter amorem,

E *Narratio de Neſtorio ex ipſius ſcriptis. Matth. 7.*

Chriſtiparæ vocabulum quæ occaſione inductū à Neſtorio.

F

quo eum complectebatur, eius abdicationem minime ratam feciſſe: deinde cum quidam Epiſcopi ex vtraque factione ab vrbe Epheſo ad Theodoſium (idem ipſum namque Imperator poſtulauerat) miſſi eſſent, poteſtatem ſibi datam ad ſuum monaſterium reuertendi: quod ante portas Antiochiæ, quæ iam Theopolis dicitur, ſitum eſt: cuius nomen à Neſtorio non ponitur illud quidem, tamen fertur appellatum eſſe monaſterium Euprepij: quod quidem ante portas Antiochiæ locatum eſſe pro certo cognoſcimus, & ab iiſdem non amplius duobus ſtadiis diſtare. Narrat item ipſe Neſtorius, ſe in eo loco quadriennij ſpatio commoratum eſſe variis affectum honoribus, variiſque præmiis donatum: poſtea autem relegatum ad Oaſim edicto Theodoſij. Verum quod caput omnium erat, penitus occultauit. Neque certe in eo loco vitam degens, a ſua deſtitit blaſphemia, adeo vt Ioannes Antiochiæ præſul iſtam in apertum proferret ſententiam, Neſtorium ſcilicet perpetuo exilio mulctandum eſſe. Scribit præterea Neſtorius

Euprepij monaſterium in quo aliquando egit Neſtorius.

G

alium libellum acute & ſubtiliter ad quendam videlicet Ægyptum, de ſua in Oaſim relegatione; in quo de iis rebus diſputat vberius. Quæ autem pertulerit ſupplicia ob conceptas ab ipſo blaſphemias (quippe oculorum Dei omnia contemplantem latere non potuit) ex aliis literis quas ad præfectum Thebaidis dabat, ſatis poterit intelligi. Nam in illis videre licet, quod cum iuſtas hominibus pœnas non luerit, vltio diuina eum ex improuiſo oppreſſit, & quaſi captiuum ducens, in acerbiſſimam omnium coniecit calamitatem. Nam quoniam maiores luere debebat pœnas, ex Blemmyis, à quibus captus erat, dimiſſus, Theodoſio reditum illi per edicta decernente, circiter extremas oras Thebaidis, de vno loco in alium demigrans, atque ad terram colliſus, finem viuendi dignū ante acta vita eſt conſecutus, ipſoque vitæ exitu alter Arius declaratur: in quo perſpicue elucet, & quaſi pro certo dignoſcitur, quæ merces ſit impiæ in Chriſtum blaſphemiæ propoſita. Vterq; enim & Arius & Neſtorius in eum ſimiliter iecit blaſphemiam, alter appellando creaturam, alter hominem eſſe exiſtimando. Libenter equidem à Neſtorio, qui acta Epheſino vt æquitas poſcebat, ſed vt aſtutia & iniqua quaſi machinatione Cyrilli aduerſus eum inſidias paratis edita, queritur, ſciſcitari vellem, qua de cauſa tandem, cum Theodoſius eum tanto ſtudio proſequeretur, ſolū vertere coactus ſit, & abſq; vlla miſericordia tam acerbis ad dictus exiliis, & adeo infelicē vitæ exitum habuerit? Aut quid aliud ſit præterea, quam diuinum iudicium, quod à Cyrillo & cæteris cum eo ſacerdotibus factitatū eſt, præſertim cū ambobus, id eſt, Neſtorio & Cyrillo in numerū mortuorū iam aſcriptis (quando, vt ſapienti inter gētiles ſcriptori placet, quiſq; ſtabili & conſentiente omnium beneuolētia, modo nihil ſit, quod iure debeat eſſe impedimento, honorari ſolet) Neſtorius, vt author blaſphemiæ, & Dei hoſtis iudicatur: Cyrillus autem

Neſtorius diuina vltio ex improuiſo oppreſſit, vt olim Arium.

Arij & Neſtorij H *ſimiles blaſphemiæ. Refutatur Neſtorius in Cyrillum conuitium.*

A

vt præco verbi inſignis , & ſtrenuus veræ ac ſalutaris doctrinæ anteſignanus , laude & prædicatione celebratur. Verum ne et imen ſubeamus mendacij,ipſum Neſtorium , qui nos iſtas res doceat in medium adducamus. Age Neſtori,recita mihi quædam ad verbum ex Epiſtola abs te ipſo de his quæ iam dudum Epheſi de ſanctiſſima religione agitabantur, conſcripta,& ad præfectum Thebaidis miſſa. *Ex Imperatoris edicto Oaſim,alio nomine Ibiu appellatam,demigrare coacti ſumus. Ac quibuſdam deinceps interpoſitis, adiungit iſta ; Poſtquam Oaſis, quam ſupra dixi,à barbaris capta erat,igneque & ſedibus funditus vaſtata, nos ab eiſdem barbaris,qui nos, qua cauſa adducti neſcio ſunt derepente commiſerati, dimiſſi ſumus: minacibus quibuſdam conteſtationibus ad nos perterrefaciendos adiectis , vt quamprimum è regione illa egrederemur. Nam Mazici, inquiunt nobis abeuntibus , ſunt extemplo eam occupaturi. Venimus igitur in Thebaidem cum captiuis quibuſdam , quos barbari ob miſericordiam (quid autem voluerint,equidem non habeo dicere) nobis adduxerunt.*

B

Poſtremo iſti ad chara ſua quiſque domicilia dimiſſi ſunt, nos autem ad Panopolim noſipſos propere recepimus. Verebamur namque , nequis , quoniam captiui eramus , anſam inde ad negotium nobis faceſſendum arripiens, vel fugitiuorum crimen contra nos confingeret , vel alio quodam accuſationis genere (varia calumnia hominibus malitioſis ſolent abunde ſuppetere) nos per fraudem implicare moliretur. Quapropter veſtram celſitudinem obſecramus , vt noſtra captiuitatis , ſicut leges poſtulant , curam habeatis , & ne patiamini quenquam hominem captiuum veteratoribus ad perniciem dedi : ne omnis poſteritas velut tragice hoc decantet , ſatius eſſe à barbaris duci captiuum , quam auxilij cauſa ad imperium Romanum confugere. Atque iureiurando adiecto , ſic præterea ab illis poſtulanit : Nobis per vos, quæſo, liceat in hoc commorari domicilio, ad quod ab Oaſi , cum eſſemus à barbaris dimiſſi,acceſſimus, vt quicquid à Deo de nobis decretum ſit , id iam nobis obueniat.

Ex alia eiuſde ad eundem Epiſtola.

C

Ex ſecunda etiam Epiſtola Neſtorij ſcripta ad eundem, iſta inde ſumpſimus : Has literas ad tuam amplitudinem à nobis perſcriptas , ſiue vt argumentum amoris erga te mei , ſiue vt admonitionem à patre ad filium miſſam ducis , animum , quæſo , attende rebus in illis explicatis: quæ ſane permulta ſunt , eaque pauciſſimis verbis. quantum fieri poterat , à nobis comprehenſa. Oaſis , quæ Ibis quoque dicitur , Nomadum multitudine in eam irruptionem faciente iam pridem penitus vaſtata eſt. Et paulo poſt : Quo res cum ita accidiſſent tua amplitudo , neſcio qua cauſa impulſa, aut qua arrepta occaſione, iuſſit vt ad regionem quandam , Elephantinam nomine , ſitam ad extremam oram Prouinciæ Thebaidis, per milites Barbaros ex Panopoli abduceremur : quo quidem manu militum, quos dixi, miſere raptati ſumus. Ac cum itineris longitudine eſſemus fracti contritique , mandatum minime ſcriptum illud quidem rurſus à tua magnanimitate accepimus , vti Panopolim reuerteremur. Itaque moleſtiis quæ in tanto & tam prolixo itinere nobis obtigerunt, debilitati, corpore morbo vexato & pro ſenectute languido , manibus

Elephantina regio.

D

etiam & lateribus confractis , venimus denuo Panopolim, ibique aduerſis caſibus , & acerbo dolorum morſu conciſi, vere animam egimus. Rurſus aliud mandatum ſcriptum à tua celſitudine ad nos allatum , nos à Panopoli ad quoddam illius confinium traduxit. Ac cum nos iam finem mandatis contra nos editis ſtatutum fore putaremus , expectaremuſque Imperatorum illuſtriſſ. de nobis voluntatem, de improuiſo aliud crudele ſane dabatur mandatum, vt iam quarto mulctaremur exilio. Ac paulo infrà : Sis, quæſo , his rebus geſtis contentus : ſatis ſit tibi tot exilia contra vnum corpus decreuiſſe : acquieſcas, amabo te , incommodis, quæ iam abs tua amplitudine accepimus. Quæſtionem : quæ eſt exercenda de nobis (per quos oportuerat cauſam declaratam fuiſſe) quæſo imperatoribus noſtris inuictiſſimis , vt æquitas poſtulat, permittas. Iſta conſilio à nobis ad te, tanquam à patre ad filium ſcripta ſunt. Quod ſi eadem iam, ſicut antea , grauiter & iniquo animo feras, fac quod voluntas iubet,ſi modo vincere ratio non poſſit voluntatem. Ad iſtum modum Neſtorius tam Imperatores,

Neſtorius quomodo

quam eorum magiſtratus literis, velut pugnis & calcibus verberare, maledictiſque figere non dubitauit : neque rebus aduerſis, quas pertulerat, ad modeſtiam traductus fuit. Ipſe equidem accepi a ſcriptore quodam, modum quo deceſſit è vita,talem fuiſſe : nimirum eius linguam vermibus exeſam eſſe,ſicque eum ex huius vitæ miſeriis ad grauiora ſupplicia iuſto Dei iudicio infligenda,eaque ſempiterna migraſſe.

E

è vita deceſſerit.

CAPVT VIII.

Quod Neſtorio Conſtantinopoli ſucceſſit Epiſcopus Maximianus,& illi Proclus,deinde Flauianus.

Vide Niceph. c. 37.l.14. Socr. l.7. c.34. 39. 40. Bar. ann.431. n.173. & ſeqq.

POſt ſcelerati Neſtorij mortem , Epiſcopatum Conſtantinopolis. vrbis perecelebris, capeſcit Maximianus,cuius temporibus Eccleſia Dei pace fruebatur tranquilliſſima. Quo mortuo, Proclus illius ſedit gubernacula ſuſcipit.Cui viam vniuerſæ carnia conficienti,ſuccedit Flauianus.

Maximianus

F

Neſtorij ſucceſſor, item Proclus, huius Flauian.

CAPVT IX.

De infortunato Eutyche, & quomodo à Flauiano Conſtantinopolitano Epiſcopo de gradu deturbatus ſit, & de ſecundo Conciliosillo ſcilicet nefario, quod Epheſi coiuit.

Vide Niceph. c. 47.l.14. Bar.ann. 448.n.19 & ſeqq.

TEmporibus Flauiani, error impij Eutychis oritur, de quo Concilium prouinciale cogitur Conſtantinopoli : inque eo Euſebius Dorylæenſis Epiſcopus, & dicendi facultate peritus,prolatis libellis,primus Neſtorij blaſphemiam coarguit. Vbi vero Eutyches accedit vocatus,iſtos errores tenere ſuis ipſius verbis deprehēditur. Nam confiteor,inquit,Dominum noſtrum, antequam diuinitas cum humanitate coniungeretur,ex duabus fuiſſe naturis:at poſt harum rerum coniunctionem, vnam ſolum naturam in eo extitiſſe affirmo. Idem etiam corpus Domini non ex eadem ſubſtantia cum noſtro corpore conſtare aſſeruit. Abdicatur igitur ſacerdotio : & tamen cum Theodoſium pro ſe ipſe orauiſſet(libellos enim contra ipſum à Flauiano falſo confictos dixit) primum Concilium Conſtantinopoli ex finitimis Epiſcopis ad eam rem exquirendam conuocatur : à quo in Flauianum, & ab aliis quibuſdam Eccleſiarum præſidibus accurate inquiſitum eſt. Ac libellis, quod veri eſſent,confirmatis,alterum Epheſi celebratur Concilium.

Eutychis error quando ortus , & quomodo in ſynodo Conſtantinop. damnatus ſit, ortus eſt a.an 449

G

CAPVT X.

Quod ſtudio & opera Dioſcori & Chryſaphij effectum eſt vt veſanum Epheſi conciliabulum congregaretur.

Vide Niceph.c. 47. l.14. Bar. ann. 449. n. 102. & ſeqq.

HVius Concilij Dioſcorus,qui in Alexandriæ Epiſcopatum poſt Cyrillum ſucceſſit , quo odium in Flauianum incenderetur (Chryſaphius enim, qui tum præfectus palatij fuit, hanc rem callide molitus fuerat) præſes deſignatus fuit, eoque Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus , qui etiam Epheſinam rexiſſet Eccleſiam,multis ipſum comitantibus ſacerdotibus commeauit. His acceſſit Domnus, qui Ioanne mortuo Antiochiæ creabatur antiſtes:Iulius præterea,qui locum ſuppleuit Leonis,antiquæ Romæ Epiſcopi. Aderat quoque Flauianus,cum ſuis Epiſcopis. Theodoſius iſta quæ ſequuntur Elpidio mandauit : Qui ante hac iudicium de Eutyche religioſiſſimo Abbate tulerunt,interſint Concilio illi quidem, & quiete ſe gerant, & iudicandi authoritatem nullam habeant : ſed communem omnium ſanctiſſimorum patrum ſententiam expectent, quandoquidem ea quæ fuerunt ante ab illis iudicata,iam excutiuntur. In hoc Concilio Eutyches à Dioſcoro ac ſuis Epiſcopis abdicatione liberatus fuit,ſicut in actis eiuſdem Concilij continetur. At Flauianus & Euſebius Dorylæenſis Epiſcopus abdicati. In eodem Concilio Ibas quoque Edeſſenorum Epiſcopus Eccleſia interdictus. Abdicatus præterea Daniel Epiſcopus Carrorum, & Irenæus Tyri. Itemque Aquilinus Epiſcopus Bibli. Nonnulla porro ibidem acta fuere contra Sophronium Epiſcopum Conſtantinopolitanum. Abdicatur etiam ab illis Theodoricus Epiſcopus Cyrenenſis , & Domnus

Dioſcorus Cyrilli ſucceſſor. Epheſina ſynodus 2. quæ

H

λῃστρικὴ dicitur, in qua reſtitutus eſt Eutyches & omnes Epiſcopi bene ſentientes condemnati ſunt. Eutyches à Dioſcoro abdicatione liberatus.

quoque

A quoque Eccleſiæ Antiochenæ antiſtes. De quo quid poſtea factum ſit, non conſtat. Hue modo ſecuodùm Concilium Epheſi habitum, dimiſſum fuit.

CAPVT XI.

Autheris pro opinionum apud Chriſtianos repugnantia Apologia, & de ridiculis gentilium deorum deliramentis.

Vide Niceph. c. 48. l. 14. Excuſat diuerſitatem iudiciorum de cbtro- uerſiis Religionis Chriſtianæ. Clementia Dei imperueſtigabilis.

NE quiſquam gentilium, qui inſano ſimulachtorum colendorum ettore ducuntur, nos Chtiſtianos propterea itrideat, quod poſteriores Epiſcopi piiorem ſententiam abrogant, & ſemper videntur aliquid noui fidei noſtræ adiungere. Nam oos, quanquam clementiam Dei, quæ nec verbis exptimi, nec tatiune vlla peruestigati poſſit, ſedulo perſcrutamut: hue tamen animo ſumus, vt ſiue in hane ſiue in illam ſeutentiam deflectimus, eam aſſiduè ſumma gloria decoremus, laudibúſque in primis extullamus. Neque quiſquam eorum qui hæreſes inter Chriſtianos excogitarunt, dedita opera blaſphemiam loqui voluit, neque ſua ſponte ad diuinum numen contumelia afficiendum ruere: ſed potiùs perſuaſum habuit, ſi hoc vel illud aſſeueranter affirmaret, ſe meliùs dicturum, quam alios qui ipſum antegreſſi fuiſſent. Ae quod ea quæ ſunt fidei fundamenta, quæque rara eſſe debent, attinet, communi omnium conſenſu concedontur. Nam numen quod adoramus, Trinitas iudicarur: & perſonæ, quibus laudes decantamus, vnitas; Deique Verbum ante ſeeula genitum, & ob commiſerationem creaturæ ſuæ ſecunda generatione incarnatum creditur. Quod ſi in aliis tebus quædam nouantur fiunt ea quidem, Deo liberè hominum voluntati per-, mittente poteſtatem, de illis pro arbitraru ſentiendi, quo S. Carhulica & Apoſtolica Eccleſia ea quæ in vtramque partem dicantur, coërceat, ad ſanam doctrinam veràmque pietatem traducat, & ipſa ad planam rectámque viam ſe recipiat. Et ob hanc cauſam dictum eſt ab Apoſtolo planiſſimè: Oportet hæreſes in vobis eſſe, vt qui probati ſint, manifeſti fiant. Atque in hoe etiam arcanam Dei ſapientiam licet admirati, ad D. Paulum ſic loquentis: Virtus mea in infirmitate perficitur. Ex quibus namque rebus Eccleſiæ diſrupta ſuur membra, ex eiſdem recta dugmata, quæ in nullam teprehentionem poſſunt incurrere accuratius limantur, & reponuntur integrius, & Eccleſia Catholica indies creſcit, & ad cœlum quodammodo extollitur. Gentiles autem erroris alumni, qui neque Deum neque eius de hominibus ſuſceptam curam omnino ſtudent inuenire, bi, & quæ antegreſſa ſunt, & quæ ipſi inter ſe ſanciuerunt, antiquant, tum nouos deos, alius ex aliis excogitando, tum ſuas animorum perturbationes pro diis conſectando, nomináque deorum illis imponendo, tum denique res eiuſmudi in deorum numerum adſcribendo, quo ſuæ ipſorum intempetantiæ parent impunitatem. Ae propterea certè, qui apud illos ſummo habetur pro Deo, pater oempe hominúmque Deúmque in auis ſpeciem mutatus, adoleſcentulum Phrygem per laſciuiam rapuit, mercedémque torbia & flagitioſi faci noris poculum tribuit amoris cauſa propinate ipſi permittens, quo eum nectare prubra vterque communiter hauriret. Idem Deus aliis infinitis ſe obſtrinxit ſceleribus, quæ etiam vulgus hominum deteſtatur. Nam in omnem ſpeciem animantium rationis expertium ſe: commutans flagitioſiſſimus ille, androgynus factus eſt & quanquam fœtum non geſſit vtero, fœmore tamen geſſiſſe dicitur, vti hæc res ab eo contra naturam fieri videretur. A quo etiam Bacchum editum ferunt, eúmque androgynum quoque fuiſſe, qui vtrumque ſexum affecit ignominia: eundémque extitiſſe ducem ebrietatis, temulentiæ, crapulæ, grauedinis ex heſterna ingurgitatione contractæ, & malorum inde naſcentium. Huic Ægiocho, & altitonanti Ioui aliud facinos memorabile attribuunt, parricidámque (quod ſcelus apud omnes gentes grauiſſimo ſupplicio coërceri debet) nuncupant. Nam Saturnum, qui cum ad pernitiem in lucem edide-rat, memorant ab eo è regno exturbatum. Quid ſtuprum commemorem, in deos relatum? cui Venerem Cypriam è concha ſatam præficiunt: quæ & continentiam, tanquam ſcelus exectabile & planè abſurdum odit, & ſtupris omnique flagitij genere delectatur, ſéque his placari vult. Qua cum Mars turpitudinem admiſit, Vulcanique aſtutia conſtrictus, diis contemplandus deridendúſque proponebatur. Quis eſt, qui non iure rideat illorum Phallos, Ithyphallos, Phallagogia, maximúmque illum Priapum & Pana turpi membro honoratum, & myſteria in Eleuſine celebrata? ob vnam rem ſolum laudanda, quod ea ſol non videt, ſed in tenebris peragenda decernuntur. Verùm iſtis, qui turpiter & colunt & coluntur, relictis, redeamus, vnde digreſſi ſumus, & reliquam partem Imperij Theodoſij omnium quaſi oculis ſubiiciamus.

Hæreſes magna Dei prouidentia cedunt in Eccleſiæ vtilitatem. In Gentium Deos. — C

D — *Iupiter in aquilam mutatus Ganymedem rapit. Iupiter androgynus.*

Bacchus androgynus.

E — *Saturnus regno expulſus. Venus Cypria.*

F

CAPVT XII.

Quomodo Theodoſius Imperator hereſim Neſtorij abegerit.

Extat hæc lex in Codice Iuſtiniani eo loco, quo hic indicatur, idque Græcè & Latinè, in tamen editionibus, quæ correctæ ſunt, in Theodoſiano Codice non eſt.

PLum admodum decretum à Theodoſio ſcriptum eſt, & poſitum in libro Iuſtiniani, qui Codex dicitur, lege tertia primi tituli: quo quidem Neſtorium, cuius amore ac deſiderio olim, ſicut idem ipſe ſcribit Neſtorius, admodum tenebatur, diuina impulſione ad id incitatus, omnibus, vt dicitur, calculis condemnauit, eique denúciauit anathema. Sic enim ſcribit: Item decernimus, vt qui impiam fidem ſectentur Neſtorij, aut neſariæ eius doctrinæ obtemperent, ſi Epiſcopi fuerint, è ſanctis Eccleſiis eiiciantur: ſin laici, damnentur anathemate. Extant aliæ leges ab eo pro noſtra religione editæ, quæ ardens illius erga eam ſtudium perſpicuæ declarant.

CAPVT XIII.

De S. Symeone qui columnam incolebat.

G — *Vide Nicephor. cap. 51. lib. 14. Theod. l. vlt. c. Bar. anno 460. n. 7. Symeones quando floruerit.*

EIſdem temporibus floruit, inque magna gloria fuit Symeones, vir & inſignis pietatis, & memoriæ percelebris: hic primus ſtationem in columna inſtituit, domiciliúmque in ea, cuius menſura vix duos continebat cubitus, conſtruxit. Per idem tempus Domnus Antiochenum procurauit Epiſcopatum: qui vbi venit ad Symeonem, manſionem & rationem viuendi admiratus, ea quæ apud illum ſecretiora erant, cognoſcere valdè cupiebat. Ambo igitur ſimul ingrediũtur, & puro Chriſti corpore conſecrato, vitalem inter ſe mutuo participant communionem. Iſte Symeones vitam cœleſtium poteſtatum in carne æmulatus, ſe à rebus terrenis abſtrahere laborauit, vim afferre naturæ, quæ ſuler ſuopte nutu deorſum ferri, res in ſublimi locatas perſequi: & inter cœlum & res terreſtres quaſi medius interiectus, cum Deo colloqui, cum pariter cum Angelis laudibus extollere, & tum preces pro hominibus è terra in cœlum ſubleuans, Deo offerre, tum miſericordiam Dei de cœlo in terram deferens, hominibus impertiri. Huius res geſtas literis prodidit cum alius quidam, qui eum oculi aſpexiſſent, tum Theodoritus Eccleſiæ Syrenenſis Epiſcopus eadem diſertè expoſuit: à quo cum alia, tum hoc, quod deinceps dicemus, in primis prætermiſſum eſt, quod quidem inuenimus apud ſanctæ eremi incolas reſeruatum, ipſúmque ab illis accepimus. Cum Symeones iſte, qui in terra Angelus, in carne cœleſtis Hieruſalem ciuis fuit peregrinam hanc viuendi viam, hominibus planè incognitam inſtitueret, ſanctæ eremi incolæ mittunt quendam ad illum, iubéntque, vt ab eo ſciſcitaretur, quid hæc noua & inuſitata vitæ ratio ſibi vellet, & quamobrem trita viuendi via & ſanctorum preſſa veſtigiis relicta, aliam quandam peregrinam, & hominibus omnino ignotam ſequeretur: cúmque hortantur per nuncium, vt ex ſuo domicilio deſcenderet, viámque electorum patrum inſtaret. Quod ſi alacri animo

Domnus Epiſcopus cum Symeone congreſſus.

H — *Symeonis res geſtæ à Theodorito deſcriptæ, ſed non planè.*

A ac parato deſcendere videretur, mandarunt, vt ei ſua ipſius viuendi via inſiſtendi poteſtas fieret, (ex obedientia enim ſatis conſtare poſſe dixerunt, eum Deo duce in eam viam ingreſſum fuiſſe, támque graue certamen ad ſe affligendum in vita ſuſcepiſſe) ſi ſe ſiſteret, aut ſuæ inſeruiret voluntati, ac non ſtatim ipſorum hortationi morem gereret, vt vi inde abſtraheretur. Nuncius, vbi acceſſit ad eum, & patrum mandatum illi expoſuit, iſque extemplo alterum produxit pedem, patrum hortationi obſecuturus, permiſit ſua ac propria viuendi via pergere, ſic eum affatus: Bono animo ſis, & ſtrenuè rem gere, ſtatio tua a Deo eſt inſtituta. Hæc res ab illis, qui de eo ſcripſerunt, prætermiſſa, digna tamen quæ literis prodatur, à me hoc loco commemorata eſt. Virtus porrò diuinæ gratiæ tam penitus in iſtius inſedit animo, vti ad Imperatorem Theodoſium per legem iubentem, vt Iudæis Antiochiam incolentibus ipſorum ſynagogæ, quas ante Chriſtiani ab illis abſtuliſſent, redderentur, adeo liberè ſcripſit, adeóque acriter

Obedientia argumentum pietatis.

B eum propterea increpauit (ſolùm namque ſuum Imperatorem Deum veritus eſt) vt Imperator Theodoſius, quo Chriſtianorum ſatisfaceret voluntati, ſua mandata reuocaret, præfectúmque qui ipſum de Iudæorum ſynagogis reddendis docuerat, abdicaret Magiſtratu, & ſanctiſſimum ac aërium oraret martyrem, vti nominatim pro ipſo Deum obſecraret obteſtaretúrque, atque ſua ipſum impertiret benedictione. Iſte Simeones hoc ſeuerum viuendi genus in carne traducens, vitam ad quinquaginta ſex annos propagauit. Nam in Monaſterio, in quo primum diuinas viuendi præceptiones didicit, annos vixit nouem: in Mandra autem, ſic enim vocatur, quadraginta ſeptem: atque horum annorum decem in loco admodum anguſto confecit: in columnis arctioribus, ſeptem: denique in columna quadraginta cubitorum, triginta. Huius ſanctiſſimum corpus poſt migrationem è vita Antiochiam deportatum fuit, Leone tum Imperium gerente, & Martyrio adminiſtrante Epiſcopatum Antiochiæ: Ardaburio præterea præfecto præſidiorum in Oriente, cum militum

Theodoſius quid cum Symeone.

Symeonis vitæ curſus & mors, & tranſlatio Antiochiam vſque.

C ducibus & cæteris ordinibus in ipſa Mandra commorantibus, ſeruantibuſque ſanctiſſimum B. Symeonis corpus, ne vrbes vicinæ illud ſurriperent. Itaque corpus ſacratum, multis miraculis in itinere editis, defertur Antiochiam: quod Leo Imperator poſtea ab Antiochenis petiuit. At Antiocheni contra Imperatori aliud poſtulatum offerebant, quod ita ſe habet: *Quoniam ciuitas mœnibus caret (Imperatoris namque furor ea diruit) ſanctiſſimum Symeonis corpus huc apportauimus, vt nobis & muri & munimenti loco ſit.* Quibus verbis perſuaſus Leo, eorúmque obſecutus poſtulationi, venerandum corpus illis conceſſit. Iſtius corporis cum multæ aliæ partes ad noſtram vſque ætatem fuere, reſeruatæ, tum caput ipſe equidem conſpicatus ſum: Gregorio viro magni nominis id temporis Epiſcopatum illius Eccleſiæ gerente, & Philippico efflagitante vti ſanctorum reliquiæ, quo tutius in Oriente expedi-

D tiones militares faceret, ad ipſum mitterentur. Atque illud valdè mirandum videtur, capilli in capite inhærentes, minimè conſumpti ſunt, ſed perinde, ac ſi viueret, & cum hominibus verſaretur, integri manſerunt. Frontis item cuticula, quanquam contracta fuit in rugas, exaruitque, tamen manſit incorrupta: multi etiam ex dentibus, qui hominum fidelium manibus minimè fuiſſent euulſi: hique figura ſua indicarunt, qualis diuinus ille Symeones fuerit, & qua ſtatura. Ibi quoque catena ferrea quam collo geſtabat, reponebatur: qua cum (nam ne mortuum quidem charum illud ferrum Symeonem deſeruit) corpus omnium ſermone celebratum, quod tam graues exantlaſſet labores, diuinos honores conſecutum eſt. Cuius ſingulas res geſtas cum ad meam ipſius, tum ad legentium vtilitatem narrando percenſerem, niſi de eiſdem à Theodorito, vti ſupra dixi, vberius diffuſiúſque diſputatum eſſet.

Symeonis caput viſũ Euagrio.

Symeonis catena ferrea.

CAPVT XIV.

De ſtella, quæ ſæpenumero in porticu columnæ Symeonis conſpicitur, quam ſcriptor hic & alij complures viderunt, & de ipſo etiam S. Symeonis capite.

E DEinceps aliud, quod ipſe oculis vidi, ſcriptis mandabo. Permagno tenebar deſiderio templum iſtius ſancti Symeonis aſpiciendi. Abeſt autem Theopoli, id eſt, Antiochia, ſtadiis ad ſummum trecentis, poſitum in ipſo montis iugo. Iſtud Mandriam vocant indigenæ: cui loco ſeuera vitæ diſciplina arbitror, quam ſanctiſſimus Symeones in eo exercuit, iſtud nomen tribuit. Montis autem accliuitas porrigitur ad viginti ſtadia. Templi ædificium extructum eſt in modum crucis, porticibus ex quatuor lateribus pulchrè illuſtratum. Porticibus vero columnæ expolito lapide concinnè fabricatæ, adiunctæ ſunt, quæ tectum ſcite admodum in ſublime erigunt. Verſus medium templum, atrium eſt ſub dio, ſummo artificio elaboratum: in quo ſita eſt

Vide Niceph. cap. 51. lib. 14.

Symeonis templum.

Columna in atrij medio.

F columna illa quadraginta cubitorum, in qua vitam cœleſtem iſte terreſtris corporeúſque Angelus tranſegit. At qui porticus, quas diximus, tanquam cancellos, quos feneſtras vocant, in recto habent, tum ad atrium, tum ad ipſas porticus vergentes. Ad læuam columnæ in vno cancellorum ipſe equidem cum tota agricolarum circa columnam incedentium multitudine ibi in vnum coacta, vidi ſtellam inuſitata magnitudine, diſcurrentem per totam rimam, iubárque fundentem: neque id quidem ſemel biſve aut ter, ſed ſæpiùs, eandémque crebro euaneſcentem, & ex improuiſo apparentem denuo: quæ ſolum in iſtius ſanctiſſimi viri die feſto cernitur. Sunt qui memorant (ac miraculo ſanè tum propter fidem eorum, qui idem ipſum narrant, tum propter alia, quæ ipſi ſumus conſpicati, credendum eſt) veram perſonæ illius effigiem huc illúcque volitantem ſe vidiſſe, barba demiſſa, & capite, vt ſolet, tiara operto. Viris, qui ad eum locum veniunt, liber & facilis patet introitus: hi

Stellæ & ſancti faciei apparentes eius die feſto.

G que cum iumentis ſuis columnam ſæpè circumeunt. Fit autem cuſtodia accuratiſſima, ne mulier (qua de cauſa haud equidem habeo dicere) aliquando in templum ingrediatur: ſed ſi quæ accedunt, extra limen conſiſtunt, miraculum admiratæ. Nam è regione ſtellæ fulgentis vna ex portis ſita eſt.

Mulieres templum Symeonis nõ ingrediuntur.

CAPVT XV.

De Iſidoro Peluſiota, & Syneſio Syrena Epiſcopo.

EOdem Imperatore regnante, magno etiam in honore fuit Iſidorus, cuius gloria ob illius tum facta, tum dicta longè latéque peruagata eſt, omniúmque ſermone celebrata. Iſte carnem ſic macerauit laboribus, ſicque animum arcanis & diuinis doctrinis ſaginauit, vt vitam Angelicam in terris traduceret, & viuam

Vide Niceph. c. 53. 54. 55. l. 14. Bar. anno 410. n. 72. &c.

H expreſſámque effigiem vitæ Monaſticæ, & diuinæ contemplationis omnibus perpetuo intuendam proponeret. Scripſit quidem cum alia multa opera perquam vtilia, tum vnum ad Cyrillum: ex quo perſpicuum eſt, cum eiſdem cum admirabili illo Cyrillo vixiſſe temporibus. His iam à me ea elegantia qua poteram explicatis, deinceps veniat in medium Syneſius Syrenenſis, vti mentione, quæ de illo fiet, noſtra illuſtretur oratio. Iſte Syneſius fuit cum in aliis rebus diſertus, tum in Philoſophia egregiè excolenda adeò præ cæteris eximius, vt etiam à Chriſtianis, qui neque amore, neque odio adducti, de eo iudicium fecerunt, in magna haberetur admiratione. Itaque illi perſuadent, vt licet nondum doctrinam de reſurrectione carnis admiſiſſet, neque ita cenſere vellet, ſalutari regenerationis lauacro tingeretur, & iugum ſuſciperet, ſacerdotij: rectè admodum de eo augurantes quod hæ res aliàs eius virtutes ſequerentur, diuináque gratia nihil pateretur in eo deſiderari. Quæ ſpes illos minimè fruſtrata eſt. Nam qualis

Iſidorus quo tempore floruerit. Iſidori opera.

Syneſius Syrenenſis eiúſque ſcripta.

&

A

& quam eximius vir euaſerit, argumento ſunt tum Epiſtolæ ab eo poſt ſacerdutij ſuſceptionem eleganter & ornatæ compoſitæ, tum libet ille, quem dedicauit Theodoſio, tum aliæ præclarè illius, quæ extant lucubrationes.

CAPVT XVI.

Quod D. Ignatius à Theodoſio Roma tranſlatus, Antiochia ſepultus eſt.

De hac ſecunda Ignatij tranſlatione. Baron. anno 438. n. 13. Ignatij oſſa Antiochiam deportata ibique rursus condita dedicato in eius honorem templo. Ioan. Rhetor.

MAiora roboſtioráque Ignatij viri planè diuini oſſa à beſtiis relicta (quæ, ſicut tum à Ioanne rhetore, tum ab aliis memoriæ proditum eſt, poſteaquam ſanctus martyr beſtiarum ventres, vt ei erat in optatis, ſepulchri loco in amphitheatro Romano conſecutus fuerat, Antiochiam deportata fuerunt) regnante etiam Theodoſio, quod fuit longo tempore poſt eius martyrium, in cœmeterium tranſlata ſunt: quippe Deus Opt. Max. animum Theodoſij impulit, vt diuinum illum martyrem maioribus afficeret honoribus, & templum iam olim dæmonibus dedicatum (quod indigenæ templum Fortunæ nũcupant) Ignatio victori & martyri conſecraret. Itaque quod olim Fortunæ dicatum fuit, iam ſacrarium ſanctitatium, & templum Auguſtum ad Ignatij memoriam celebrandam factum eſt: cuius martyris ſacræ reliquiæ curru cum ſolemni pompa per ciuitatem portatæ, & in templo repoſitæ fuerunt. Qua de cauſa feſtum celebre, & lætitiæ communis ad noſtram vſque ætatem peragitur: quod quidem feſtum à Gregorio Pontifici multo maiore magnificentia illuſtratum eſt. Iſta propterea in eo loco facta fuerunt, quod Deus ſacras ſanctorum ſuorum memorias ibi coli honorarique voluit.

B

Apollo Daphnæus.

Nam ſceleſtus ille & impius tyrannus Iulianus, quoniam Apollo (qui in Daphne coli ſolet, quique vocem & vim vaticinandi ex fonte, qui Caſtalia dicitur, hauſit) ei tum Imperium gerenti, ſciſcitantique illius oraculum, reſponſum date non poterat (ſanctus namque Babylas, cuius corpus in proximo conditum fuit, et os obturauerat) Iulianus, inquam, licet inuitus, & quaſi plagis ad eam rem compulſus, ſanctum Babylæ corpus honorificè ex eo loco tranſtulit, templumque ampliſſimum, quod adhuc integrum manet, ante portas vrbis Antiochiæ extruxit: hócque egit ad eum planè finem, vti dæmones in poſterum ſua liberè obirent negotia, quemadmodum ſe facturos ante Iuliano, vt fertur, polliciti fuiſſent. Verùm illud certè Dei ſeruatoris prouidentia adminiſtratum fuit, cum vt virtus, quæ inſit martyribus, omnibus pateat, tum vt ſacratæ huius ſancti martyris reliquiæ in locum tranſferrentur ſacratum, & templi præclariſſimi honore decorarentur.

C

Iulian. Imper. Babylo martyri templum extruit.

CAPVT XVII.

De Attila rege Scytharum & quomodo partes tum Orientales, tum Occidentales depopulatus ſit, & de inaudito terræmotu, aliiſque terribilibus, quæ orbi incumbebant ſignis.

D

Vide Nicephor. cap. 57. l. 14. Bar. an. 442. & ſeqq. Attila bellum. Priſcus rhetor Attilai belli ſcriptor. Terræmotus ſub Theodoſio, iſtémque & inũdatio.

TEmporibus iiſdem bellum, quod multorum ſermone celebratur, ab Attila Scytharum rege excitatum fuit: de quo accuratiſſimè diſertiſſiméque cum magno verborum apparatu ſcribit Priſcus rhetor, oſtendítque & quomodo partes tum Orientem, tum Occidentem verſus inuaſerit, & quas ac quam multas vrbes ſubegerit, & quibus denique rebus geſtis nobilitatus, ex hac luce migrauerit. Porrò autem eodem Theodoſio Imperium gubernante, maximus maximéque memorabilis terræmotus, qui ſua magnitudine omnes terræmotus, qui ante extitiſſent, omnino obſcurauit, orbem terrarum occupauit, propè dixerim vniuerſum: ſic vt multæ turres in palatio ad terram ruerent, murus Cherrhoneſi, qui longus dicitur, concideret, dehiſceret terra, & multos pagos deglutiret, multæ atque adeo innumerabiles terra marique graſſarentur calamitates, nonnulli fontes excitarentur, alibi aquæ, vbi nullæ ante fuiſſent, inundarent, arbores ingenter extirparentur radicitus, plurimæ terræ moles ita coacervarentur, vt montes efficerentur, mare piſces eiiceret mortuos, multæ in eo ſubmergerentur inſulæ, nauigia per mare tranſuectia, vndis retrocedentibus, in arido conſiſtere cernerentur, multa denique loca Bithyniæ, Helleſponti, & vtriuſque Phrygiæ grauibus efficerentur incommodis. Hæc clades terram multum diúque oppreſſit: non tamen tam grauis eſſe pergebat vt cœperat, ſed vſque eo ſenſim langueſcere & remittere videbatur, quoad penitus extincta eſſet.

E

CAPVT XVIII.

De Antiochiæ ædificiis, & illorum conditoribus.

Antiochiæ ædificia memorabilibus extruxerunt.

EAdem tempeſtate Memnonius, Zoilus & Caliſtus, viri propter accuratam noſtræ religionis obſeruationem præſtabiles à Theodoſio ad magiſtratus Antiochiæ gerendos miſſi fuerunt. Ac Memnonius quidem locum illum, qui à nobis Pſephium appellatur, à primis fundamentis magnificè & artificioſè extruendum curauit, atrio, quod libero cœlo pateat, in medio relicto. Zoilus autem regalem porticum (hoc quidem nomine etiam noſtra ætate, quamuis multis variatus ædificiis, nuncupatur) qui ad Auſtrale latus recti palatij quod Ruffini nomen obtinet, ſpectat, exædificauit. Quinetiam Caliſtus magnificum & illuſtre ædificium, quod tum à veteribus tum ab huius ætatis hominibus porticus Caliſti dicitur, ante ſedes, quæ ad exercendum iudicium poſitæ ſunt, e regione fori (in quo pulcherrima domus eſt quam præfecti præſidiorum incolere ſolent) extruxit. Poſt iſtos Anatolius rurſus, qui ordinibus in Oriente militiam exercentibus præficiebatur, eo miſſus porticum ipſius nomine appellatam ædificauit, eámque varia exornauit materiæ. Iſta quidem, licet à propoſito videantur aliena, ſunt tamen ſtudioſis non in elegantia ad cognoſcendum.

F

Memnonius. Zoilus.

Caliſtus.

CAPVT XIX.

De bellis variis in Italia, tum Perſide regnante Theodoſio ſuſceptis.

G

Theodoſius Perſarũ furorẽ minuit.

REgnante item Theodoſio crebræ in Europa ſeditiones conflatæ, idque dum Valentinianus Romæ imperabat: quas Theodoſius ingentibus copiis & exercitu tum pedeſtri tum nauali terra marique emiſſis, adeo penitus repreſſit. Atque eo pacto etiam Perſarum minuit furorem, quorum rex tum fuit Iſdigerdes, pater Bararanis (vel vt Socrati placet, ille ipſe Bararanes) & miſſis ab illis de pace legatis, pacem eis conceſſit: quæ ad duodecimum annum imperij Anaſtaſij continuata eſt. Quæ res cum ab aliis ſcriptoribus commemoratæ ſunt, tum ab Euſtathio Syro ex Epiphanio valdè ſcite & eleganter compendio quodam explicatæ, qui quoque ſcribit, quo pacto Amida capta fuerit. Eodem tempore Claudianum & Cyrum Poëtas hominum fama celebratos fuiſſe. Ac Cyrum primarium præfectum, quem maiores noſtri præfectum aulæ vocant, conſtitutum: copiiſque Romanis verſus Occidentem eo tempore præfuiſſe quo Carthago capta fuit à Vandalis, & Gezericus barbarorum duxit exercitum.

Scriptores rerum Theodoſij Euſtathius Syrus & Epiphan.

H

CAPVT XX.

De Eudocia Imperatrice & filia eius Eudoxia, & de eius Hieroſolymas profectione & ſtatua, quæ ab Antiochenis donata eſt.

Vide Nicephor. cap. 50. lib. 14. Bar. anno 438. n. 18. & 439 n. 8. Eudociã Theodoſius in matrimonium ducit, ex quo Eudoxiam procreat, vxorem poſtea Valentiniani.

ISte Theodoſius impulſu Pulcheriæ imperatricis, ſororis ſuæ, Eudociam, genere Athenienſem, forma ſanè perhoneſta & liberali, poſtquam ſalutari baptiſmatis lauacro tincta fuit, duxit in matrimonium, ex qua filiam ſuſcepit nomine Eudoxiam. Hanc cum eſſet nubilis, Imperator Valentinianus duxit vxorem, abduxitque Roma antiqua, & ad Conſtantinopolim deduxit. Eudocia vero poſtea ad ſanctam Chriſti Dei ciuitatem

A

profecta eſt, vbi habita oratione ad populum, in extrema parte illius hoc carmen recitauit;

Stirpe ſatam veſtra me, & ſanguine glorior eſſe.

Scriptorum origi-num & antiqui-tatum.

Quo quidem ſignificauit, * colonias e Græcia eo deducta fuiſſe. Quod ſi quiſquam iſtarum rerum accuratius cognoſcendarum ſtudio teneatur, ſunt à Strabone Geographo, Phlegonte, Diodoro Siculo, Arriano, & Piſandro Poëta ab Vlpiano præterea, Libanio, & Iuliano Sophiſtis omnium præſtantiſſimis, ſcriptis exquiſitè mandata. Poſtea autem Antiochiam profectam, Antiocheni illam ſtatua ex ære artificioſè fabricata, quæ adhuc integra ſeruatur, honorarunt. Eius hortatu Theodoſius impulſus, maximam ciuitati adiunxit acceſſionem, murumque amplificauit ad portam vſque, quæ ad Daphnem ſuburbium ducit. ſicut cuique cupienti perfacile eſt videre. Nam ad noſtram vſque ætatem veteris muri veſtigia ex ipſis reliquiis, quæ oculos quodammodo ad eam quaſi manu ducunt, facilè indagari poſſunt. Sunt tamen, qui dicunt, murum illum ab antiquiore Theodoſio dilatatum: quinetiam eundem aurum ducentarum librarum reſiciendo Valentis balneo ex quadam parte accenſu tribuiſſe.

Theodoſius Antiochiæ magnam acceſſionem adiungit.

B

* Quo quidem ſignificauit, &c.) Verſum Eudociæ malè interpretatur Euagrius. Nam Græci, (teſte Ioſeph. lib. 10 antiquitat. c. 5. & lib. 13. c. 9) è Palæſtinis, non contra Palæſtini è Græcis originem traxerunt. Vide Baron. anno 834. num. 39.

CAPVT XXI.

Quod Eudocia multa Hieroſolymis præclarè adminiſtrauit, & de diuerſa Monachorum Palæſtinæ victus viuendique ratione.

Vide Niceph. cap 50. l. 14 Bar. an. 438. n. 25.

G

Eudocia in Hieroſolymam profecta, mul ibi lem præſtiterit. Diuerſa Monachorum viuendi inſtituta ad eundem tamen finem ſpectantia.

EVdocia vero Conſtantinopoli Hieroſolymam bis profecta eſt: & quanquam qua de cauſa, aut quid potiſſimum, vt aiunt animo intenderet, eis qui de vita illius ſcripſerunt, licet mea quidem ſententia, minimè verè rem, vt geſta eſt, narrant, relinquendum cenſeo: tamen conſtat, eam cum in ſancta illa Chriſti ciuitate verſabatur, multas res ad Dei ſeruatoris honorem illuſtrandum, geſſiſſe. Nam ſancta ædificauit Monaſteria, & loca illa, quæ Lauras vocant: in quibus tametſi varia ratione viuitur, tamen vitæ inſtitutio ad vnum eundémque finem ſpectat, eumque ſanctiſſimum. Nam alij gregatim vitam degunt nihil terrum, quæ animus hominum ad terram deprimere ſolent, poſſident, quippe aurum illis non ſuppetit: at quid dixi aurum? imò vero, ne propria veſtis, aut cibariorum quicquam. Nam quo pallio aut tunica vnus iam induitur, alter veſtitur eodem paulò poſt, adeo vt omnium veſtitus vnius eſſe videatur, & vnius omnium. Quinetiam menſa communis apponitur, non opiparis inſtructa deliciis, aut alio quouis cibariorum genere: ſed oleribus ſolum & leguminibus apparata, iiſque eatenus ſuppeditatis, quatenus ſolum ſatis eſſent ad viuendum. Porrò autem in precibus ſolum, quas communiter inter ipſos ad Deum fundunt, ſe dies noctéſque defigunt: ſicque atterunt ſeſe, ſic laboribus affligant, vt mortui inſepulti ſuper terram iacentes videantur. Nonnulli eorum leges, quas ὑπερθέσμια vocant, id eſt, leges legibus, quibus tenentur, ſupra irrogatas, ſæpè exequuntur: quippe ieiunant ad biduum, atque etiam ad triduum. Sunt ex illis, qui quinque dies continuos & amplius ieiunant, & vix tum quidem cibum capiunt neceſſarium. Alij autem aliud ingrediuntur viuendi genus, idque diuerſũ à ſuperioribus. Nam ſe ſeparatim in ædiculas concludunt, quæ tantum habent latitudinis altitudiniſque, vt in illis neque corpore erecto conſiſtere, neque ſe liberè inclinare poſſint. Quorum alij, vt eſt apud Apoſtolum, in ſpeluncis & cauernis vitam aſſiduè degunt, vnaque cum beſtiis habitant, & in quibuſdam occultis & ignotis terræ latibulis Deo precationes adhibent. Quinetiam alius viuendi modus à nonnullis eorum excogitatus eſt, qui omnem fortitudinis & tolerantiæ vim ſuperat. Etenim viri ac mulieres in ſolitudinem ardoribus efferueſcentem ſe abdunt, & ſolis illis membris, quæ naturæ ſeruiunt neceſſitati, obtectis, reliquum corpus frigoribus immenſis & feruidis aëris caloribus nudum exponunt, æſtu æquè atque algore contempto. Eo accedit, quod alimentis, quibus homines veſci ſolent penitus reiectis, depaſcũtur terram, vnde βοσκοί, id eſt, pabulatores appellantur: indéque ſolum victum ſibi ſuppeditant, adeo vt tempore belluis ſimiles efficiantur, quippe cum forma corporis & animi habitu ab aliis hominibus omnino diſcrepent. Ac ſi fortè viderint homines, ſtatim aufugiunt: & ſi qui eos inſequantur, aut elabuntur velocitate pedum, aut abſtruſis terræ locis, ad quæ difficulter accedi poſſit, ſe occultant. Aliud præterea commemorabo, quod quamuis præ aliis merito primas tenet, ipſe tamen penè præterijſſem. Etſi perpauci ſunt ex hoc genere, ſunt tamen aliqui, qui ſimul ſe virtutis ſubſidio ab omnibus animi perturbationibus liberi ac vacui ſint, prodeunt in hominum ſocietatem, ſéque in medias turbas iniiciunt, ſéque dementes eſſe ſimulant: ſicque inanem gloriam, quam vt ſapiens Plato ait, anima poſtremo omnium, tanquam vltimam tunicam ſolet exuere, quaſi pedibus conculcant. Adeo etiam ſine delectatione cibum capiunt, inque ea re tam auſteram exercent diſciplinam, vt ſiue ad cauponam, ſiue ad lupanar eos diuertere cogat neceſſitas, nec locum refugiunt, nec operiunt faciem, nec quicquam prorſus erubeſcunt. Porrò, balneis crebro vtuntur, ac ſæpè vna cum mulieribus verſantur, ſimúlque lauant ſeſe: atque ita perturbationum omnium ſunt expertes, vt naturam ipſam ſibi ſubieciſſe videantur: quandoquidem neque aſpectu, neque tactu, neque denique ipſo complexu mulieris ad naturalem concupiſcentiam inclinari impellive poſſunt. Sed ſunt cum viris viri; mulieres autem cum mulieribus: atque tametſi non recuſant cum vtroque ſexu coire ſocietatem, tamen vnius ſolum vſum norunt. Verùm vti comprehendam breui, in hoc ſanctiſſimo diuiniſſimóque vitæ genere virtus naturæ iura præſcribit, legéſque conſtituit proprias: nempe vt nemo eorum, res ad vitam neceſſarias capiat ad ſatietatem, quandoquidem ipſorum lex eos eſurire & ſitire iubet, corpus eo veſtitu tegere, quem poſcit neceſſitas. Eorum vitæ ratio adeo exquiſitis libratur laudibus, vt cum in contrariam partem, eámque ab altera multum diſtantem ſe inflexerint, nullam ſe mutationem feciſſe ſentiant. Ita enim res contrariæ in illis temperatæ ſunt, diuina gratia ea, quæ nullo modo commiſceri poterant, in vnum cogente, eadémque rurſus dirimente, vt vita in illis ac mors, duæ res & natura & effectu pugnantes maximè, ſimul habitent: & in quibus rebus perturbationes dominari ſolent, in illis mortui eſſe, & quaſi in ſepulchro conditi: & vbi aſſidua facienda ſit ad Deum precatio, ibi, etiamſi ætate exacta fuerint, corpore valentes & viribus integris eſſe videantur. Atque ſic in illis vtrumque vitæ genus cohæret, vt certè tum veluti carne prorſus depoſita, perpetuo viuant, cúmque viuis verſentur, tum corporibus medelam adhibentes, ſupplicum voces Deo offerant, aliáque officia, quæ ſuperiori viuendi modo aptè conueniant, exequantur, & neque rebus neceſſariis egeant, neque locis circumſcribantur, ſed omnes audiant, & cum omnibus verſentur: crebris, imò vero aſſiduis genuum flexionibus vtuntur, quas graues viciſſim ſtationes excipiunt, ſolo appetitu ætatem, & imbecillitatem ſponte ſuſceptam recreante. Sunt athletæ carne nudati, ſunt luctatores expertes ſanguinis: qui etſi ieiunium habeant pro conuiuio omni ciborum genere inſtructo, próque opiparis delitiis, ac nihil, ſi modo ita viui poſſit, guſtare, loco menſæ dapibus onuſtæ ducũt; tamen quando hoſpes aliquis ad eos accedit, ſi etiã primo mane illud fortè eueniat, magna cum beneuolẽtia & amica inuitatione tum ad comedendũ, tum ad bibẽdum, illum accipiũt, alio ieiunãdi genere excogitato, videlicet vt inuiti comedant, adeo vt res magnam omnibus admirationem excitet, quippe qui cum pluribus ad naturæ ſuſtentationem egeant, admodum paucis contenti ſunt, propriæ voluntatis inimici & naturæ. Iuxta veterũ placita proditores, ſic vt omnibus modis illecebræ carnis

D

Heb. 11.

Monachi Palæſtinæ.

E

Βοσκοί, qui victus conſuetudine, vt imitantur, ita moribus quoque referunt feras. Aliud genus Monachorum.

F

G

Exercitatio quantum valeat in domandis affectibus, hoc exemplo patet.

H

Monachorum Palæſtinæ ieiunium.

arceantur,

A

arceantur, & anima gubernet, pulcherrima Deoque placita prudenter tum diligens tum obſeruans: felices ſane illi propter præſentis vitæ inſtitutum, multo tamen feliciores hinc diſceſſuri, quo omnes ſuos conatus dirigunt, ad illud quod in optatis habent, videndum properantes.

CAPVT XXII.

Quæ Eudocia Imperatrix in Palæſtina reparauerit, & de S. Stephani Eccleſia exædificatione.

Vide Niceph. cap. 50. & 53. l. 14. Soz. l. 9. c. 17. *Eudocia Hieroſolymorum mœnium*

B

reſtitutrix. Theodoſij mors.

CVm multis huius generis hominibus Theodoſij coniunx collocuta eſt, & multa eiuſmodi monaſteria, vt ante dixi, ædificauit: Hieroſolymorum refecit mœnia, eaque pulchriora reddidit. Templum extruxit præterea ad memoriam S. Stephani, primi & diaconi & martyris, ſplendore ac pulchritudine eximium, (quod quidem non ſtadio ab vrbe Hieroſolyma diſtat) inque eo ſimulatque ad vitam immortalem profecta eſt, condita fuit. Theodoſius autem poſtea, vel vt quidam putant, ante mortem Eudociæ, vbi triginta octo annos Imperium gubernauerat, deceſſit è vita: inque eo honoris gradu poſt eum locatus fuit vir omnium facile præſtantiſſimus, Martianus. Cuius res geſtas, Imperium etiam Orientis adminiſtrantis, perſpicue, cæleſti Dei gratia benigne nobis opem ferente, ſequens docebit hiſtoria.

EVAGRII SCHOLASTICI, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

Valent. 3. & Martian. Imp. an. Chriſti 453.

LIBER II.

C

Secundus & Tertius liber ſimul continent acta ſub Valentiniano Tertio, Martiano, Leone, Zenone Anaſtaſio, annis ſexaginta ſex. Huc refert vitam Rom. Pontif. Leonis I. Hilarij, Simplicij Felicis 2. Gelaſij, Anaſtaſij, Symmachi, & Horſmidæ, quos ex illis ſcriptoribus adnotauimus ad Euſebij lib. 1. & 2. Adde his Tomos Concil. & Hæreſ. His adiunge rerum Rom. lib. 14. 15. Ioan. Maurem, Bedam in hiſtor. Angl. Trithemium de Regibus Francorum: Paulum diaconum lib. 16. Ioannem Baptiſtam Egnatium, item Caſſiodorum, Procopium etiam de bello Vandalico item Blondum, & Agathium de bello Gothico, Iornandem.

CAPVT I.

De Martiano Imperatore, & quæ ſigna præceſſerint Imperium eius portendentia.

Vide Niceph. c. 1. l. 15. Bar. ann. 450.

D

n. 17 & ſeqq.

Martian. Imp. quis, vnde, quomodo ad Imperium euectus. Patriſcus rhetor Martiani res geſtas deſcripſit.

RES quidem Theodoſij temporibus geſtas primus liber complexus eſt. ſequitur, vt deinceps Martianum, celebrem illum Romanorum imperatorem ponamus in medio, commemoremuſque quis fuerit, vnde ortus, & quomodo ad gubernacula imperij Romani aſcenderit. Sic namque res ab eo geſtas, ſuo quaſque loco commodo exponere poterimus. Cuius vita cum ab aliis multis, tum à Patriſco rhetore literis prodita eſt. Thrax erat genere, filius viri rem exercentis militarem: qui propterea quod ſtudio paternæ vitæ æmulandæ ducebatur, ad Philippopolim recta ſe contulit, inque ea ciuitate aſcriptus eſt in militum numerum. Forte fortuna ei illic proficiſcenti inter vias, corpus recens occiſum, humique proiectum viſum eſt. Cui aſtans (erat enim cum in aliis vitæ officiis facile præſtantiſſimus, tum propenſiſſimus ad miſericordiam) factum admodum miſeratus eſt, & diu ibi propterea commoratus, quod funeri iuſta ſoluere cupiebat. Verum vbi quidem iſtud viderunt, rem deferunt ad magiſtratus Philippopolis. Illi prehendunt Martianum, quæſtionem de cæde facta in eum exercent: ac cum coniecturis & ſignis plus tribueretur, quam aut veritati, aut verbis Martiani cædem pernegantis: cumque Martianus iam pœnas homicidæ eſſet perſoluturus, ex improuiſo, diuina largiente gratia, deprehenſus eſt ille ipſe, qui cædem fecerat: quo pro facinore capite mulctato,

E

Martian. capitis periculo liberatur.

Martianus capitis periculo liberatur. Quocirca mirandum in modum ereptus diſcrimine, ad quandam militum turmam ibi accolentium venit, cupiens in eorum numerum nomen dare. Illi admirati hominem, & præpotentem fore certiſſimis coniecturis augurati, libentiſſime eum admittunt, inque ſuum album referunt: neque ponunt infimo in loco, ſicut lex poſtulabat militaris, ſed ad quendam honoris gradum, quem vir nuper mortuus (cui nomen erat Auguſtus) obtinuerat, Martianum, qui Auguſtus itidem appellabatur, eſſe iubent, inque album inſcribunt, ſic vt nomen, quo donantur imperatores noſtri, vna cum purpura (vocantur namque Auguſti) prius quam potiretur Imperio, obtineret. Neque certe nomen abſque dignitate in eo reſidere poterat, neque rurſus dignitas imperij aliud nomen ad ſuum decus illuſtrandum requirebat, adeo vti idem ipſum nomen & proprium & appellatiuum exiſteret ſemelque prolatum tum dignitatem eius ſignificaret, tum appellationem. Aliud præterea accidit, quod itidem Martiano portendebat imperium. Cum

F

Omen Imperatoriæ dignitatis in Martiano.

enim contra Vandalos ſimul cum Aſpare bellaret, deuicto à Vandalis Aſpare, ille cum aliis quam plurimis captus, & cum reliquis captiuis deductus fuit in campum, vbi Genzerichus eos viuos videre voluit. Quibus in vnum coactis, Genzerichus in tabulato quodam ſedens, multitudinem captiuorum ſpectando multum cepit voluptatis. Captiui autem, tempore pro cuiuſque arbitratu contrito (nam Genzerichi mandato cuſtodes eorum vincula diſſoluerant) in campo manſerunt. Proinde cum alij alias res agerent, Martianus corpore humi poſito, in ſole feruido & vehementius quam tempus anni ferebat, exardeſcente, ſomno ſe dedidit.

Aſpar à Vandalis deuictus.

Cui dormienti aquila deſuper imminens, & corpori ſoli velut ad perpendiculum oppoſita, alis paſſis obuolitans, inſtar nubis, illum vmbra texit, indeque magnam ei attulit leuationem, vſque adeo vti Genzerichus oſtentum admiratus, de rebus quæ ei euenturæ eſſent, veriſſimam coniecturam faceret. Itaque Martianum acceſſitum, liberum dimiſit, eumque obſtrinxit iureiurando, vt ſi ad imperium aliquando aſcenderet, fœdera iungeret cum Vandalis, nec vnquam contra eos arma ferret: quod quidem Martianum firme reipſa tenuiſſe ſcripſit Procopius. Sed omiſſis illis quæ ſunt ab inſtituto aliena, ad hiſtoriam redeamus. Iſte quidem Martianus, ſicut pietate erga Deum, ſic iuſtitia erga Deum, ſic iuſtitia erga ſubiectos admodum excelluit.

G

Augurium portendens Martiano Imperium Genzerichus Martianum liberum dimittit.

Martiani virtutes.

Diuitias putauit, non quæ ſunt conditæ in theſauro aut ex tributis collectæ ſed eas ſolum, quæ poſſint tum his qui opis indigent, ſubſidio eſſe, tum illis qui multa poſſident, vitam tutam ſecuramque præſtare. Suis erat formidini non in puniendo, ſed ne aliquando puniret: ac propterea Imperium ei fuit non hæreditas, ſed virtutis præmium: quod quidem conſecutus eſt ſuffragiis omnium tam ſenatorum, quam aliorum cuiuſcunque fortunæ & conditionis eſſent, idque Pulcheria illis idem ipſum ſuadente: quam tametſi in domum ſuam aſciuit, vt Imperatricem: tamen cum ea, vtpote quæ virgo ad ſummam manſerit ſenectutem, nunquam rem habuit. Iſta confecta fuere, cum Valentinianus Romanus Imperator nondum quidem Martiani electionem confirmauerat, qui tamen poſtea propter hominis virtutem ei ſuffragatus eſt. Martianus igitur magnopere cupiebat, vt communis honos ab omnibus Deo tribueretur, & linguæ, quas impietas confuſione quadam reſciderat, iam pie inter ipſas concordantes ſacrum eius numen vno eodemque laudationis genere percelebrarent.

Quibus ſuffragiis ad impe-

H

rium aſcenderit. Pulcheria perpetuam virginitatẽ coluit in coniugio Martiani Imper.

CAPVT

A

CAPVT II.

De Chalcedonenſi Concilio, & eius congregandi cauſa.

V. de Niceph. c. 2. l. 15. Bar. ann. 449. n. 100. & ſeqq. & 45. n. 65.

MArtiano igitur iſta in animo habenti, accedunt tum illi, qui Leonis antiquioris Romæ Epiſcopi reſponſa ad alios perferre ſolent, docentque Dioſcorum deciſionem Leonis in ſecundo Epheſino Concilio rectam ſanamque doctrinam præſcribentem repudiaſſe, tum alij qui erant à Dioſcoro iniuriis & contumelia affecti, orantque vt de ipſorum rebus Concilium diiudicaret. Quod quidem ab Imperatore maxime omnium contendit Euſebius Dorylæenſis Epiſcopus, oſtendit que tum ſe tum Flauianum fraude & fallaciis Chryſapij Theodoſij ſatellitis abdicatum fuiſſe: quod Flauianus Chryſaphio aurum pro eius ad Epiſcopatum ordinatione poſtulanti, ſacra Eccleſiæ vaſa, quo eum pudore ſuffunderet, miſiſſet, quodque Chryſaphius in ſimili errore & prauitate cum Eutyche verſaretur. Ait præterea, Flauianum miſerandum in modum à Dioſcoro interfectum, per vim ab eo Eccleſia extruſum, & calcibus verberatum. His de cauſis Concilium Chalcedoni coactum eſt, nuncijque ac tabellarij miſſi, ſacerdotes per literas plenas pietatis vndique acciti. Ac primo Nicæam, adeo vt cum Leo Epiſcopus Romanus ad eos litteras daret, per Paſcaſianum, Lucentium & cæteros quos eo ad ſuum locum ſupplendum miſerat, eas ſic inſcriberet: EPISCOPIS NICÆ CONVOCATIS S. Poſtea autem Chalcedonem vrbem Bithyniæ, quo Neſtorium etiam acceſitum Zacharias rhetor affectione quadam animi inductus narrat. Verum rem minime ita ſe habere, argumento eſſe poteſt, quod Neſtorius Concilio penitus per anathema interdictus fuit. Quod etiam perſpicue declarat Euſtathius Epiſcopus Beryti per literas, quas tum ad Ioannem Epiſcopum, tum ad alterum Ioannem presbyterum de rebus in eo Concilio agitatis dedit, ſic enim ſcribit: *Hi aduenerunt, qui Neſtorij reliquias ſedulo conquirunt, & contra Concilium ita cœperunt vociferari: Quid eſt, quamobrem ſanctis viris denuncietur anathema? ſic vt Imperator rem grauiter & acerbe ferens, iuſſit ſatellitibus, vti eos inde procul expellerent. Quomodo igitur Neſtorius, qui hinc demigrauerat, ſit acceſſitus, non poſſum equidem dicere.*

B

Chalcedonenſis Concilij cur coactum.

Zacharias rhetor refutatus Neſtorium Concilio Chalcedonenſi interfuiſſe ſcribens.

C

CAPVT III.

Templi ſanctæ martyris Euphemiæ apud vrbem Chalcedonenſem deſcriptio, & editorum in illo miraculorum commemoratio.

Vide Niceph. c. 3. l. 15. Bar. ann. 451. num. 56. & 61.

Euphemiæ templi à Boſphoro diſtantia.

D

ITaque congregantur Epiſcopi in ſacro Euphemiæ martyris templo quod Chalcedoni vrbi Bithyniæ locatum eſt. Abeſt autem hoc templum à Boſphoro amplius duobus ſtadiis, ſitum in loco quodam amœno, qui adeo paulatim erigitur in accliuitatem, vti aſcenſus perfaciles minimeque moleſtos præbeat ad templum martyris accedentibus: qui quidem videntur ſibi de repente in ſublime ſublati, atque adeo intra ipſum templi ſanctuarium verſari. Vnde tanquam ſpecula oculos deiicientes, campos omnes ſubſtratos cernunt, eoſque in æquabilem & patentem planitiem porrectos, herba quoque virentes, onuſtos ſegetibus, arboribus cuiuſque generis pulchre ad aſpectum veſtitos: quinetiam montes aſperos, ſcite erectos, in altitudinem leuatos incuruatoſque: diuerſos præterea pelagus, partim præ tranquillitate purpureum colore præ ſe ferentes, & placide ac quiete cum ipſis quaſi ludentes litoribus, quibus adiacentes agri à tempeſtatibus vacui ſunt: partim turbulentos, & vaſtis, furentes fluctibus vnde vmbilici, alga, & minutiores piſciculi ex teſta, eorum genere reciproco vndarum impetu excutiuntur. Porro autem iſtud templum è regione Conſtantinopolis poſitum eſt, adeo, vt talis & tam egregiæ vrbis aſpectus illi permultum ſplendoris afferat. Hoc templum conſtat

Templi ſtructura

ex tribus ampliſſimis ædificiis: vnum libero cælo, patens, atrio oblongo, & columnis vndique concinne exornatum. Alterum deinceps, latitudine longitudineque, paruis itidem columnis priori ſimile, faſtigio ſuppoſito ſolummodo diſſimile. Ad cuius latus verſus Aquilonem eſt alterum ædificium ductum in gyrum, quod ſpectat ad ſolis ortum, ipſumque ad formam teſtudinis, columnis valde artificioſe fabricatis, ex eadem confectis materia, magnitudine eadem, intus in orbem tornatum, ſubter his tabulatum eſt ſublime, eodem opertum tecto, in quo liberum eſt cuique preces martyri fundere, & ſacris intereſſe myſteriis. Intra teſtudinem ad Orientem, eſt ſacrarium decore conſtructum: in quo ſanctiſſimæ martyris reliquiæ in capſa bene longa (quam propterea quidam *μακρὰν*, id eſt, longam, veluti proprio nomine appellant) eaque ex argento valde ſcienter confecta conditæ reponuntur. Miracula autem, quæ ab iſta ſanctiſſima martyre quibuſdam temporibus eduntur, nemini Chriſtiano obſcura ſunt. Nam ſæpenumero aut Epiſcopis qui ordine illius vrbis Eccleſiam rexerant, ſecundum quietem ipſa martyr apparens, aut aliis quibuſdam ob piam vitæ rationem nobilitatis accedens, iubet, vt in ipſo templo feſtum delitiis & opiparis epulis celebrent. Quod vbi ſignificatum eſt Imperatoribus, pontifici & toti ciuitati, ad templum accedunt omnes, tam qui reip. clauum tenent, quam ſacerdotes, magiſtratus, & reliqua vniuerſa multitudo, quo efficiantur myſteriorum participes. Deinde omnibus his inſpectantibus, Epiſcopus Conſtantinopolis vna cum ſuis ſacerdotibus ſacrarium, in quo ſanctiſſimum martyris corpus, de quo ſupra dixi, reconditum eſt, ingreditur. Eſt in ipſa capſa ad læuam velut fenestra exigua, paruis ianuis obfirmata, per quam ferrum oblongum ſpongia circumligatum ad reliquias vſque immittunt: quod quidem vbi circumtorſerint, ſpongiam plenam ſanguine retrahunt, plenamq; cruentis guttis concretis plurimis. Quod vbi videt populus, ſtatim Deum propterea veneratur, gloria ac laudibus effert. Tanta autem guttarum concretarum inde extractarum copia, vt piis Imperatoribus, ſacerdotibus omnibus ibi congregatis, & vniuerſæ populi frequentiæ abunde ſatis ſuppetant, tum ad participandum, tum ad mittendum cæteris fidelibus, per orbem vniuerſum illarum rerum cupientibus fieri participes. Ac guttæ illæ concretæ manent integræ perpetuo, & ſacer ſanguis neutiquam in aliam formam commutatur. Quæ res fiunt non certo aliquo & definito tempore, ſed prout Epiſcopi, vita, & morum illius grauitas fert. Aiunt namque cum aliquis ſpectatus vir, & virtutibus eximius eam gubernet Eccleſiam, hoc miraculum ſæpiſſime fieri ſolere: cum autem improbus illo munere fungatur, raro admodum ſigna illa diuina edi. Aliud præterea commemorabo, cui neque tempus neque occaſio vlla eſt impedimento, neque diſcrimen inter fideles & infideles ab eo confertur, ſed omnibus ex æquo oſtendit ſeſe. Cum aliquis eo loci accedat, vbi ſacra capſa, in qua ſunt conditæ ſanctiſſimæ illæ reliquiæ, reponitur, tam fragrante completur odore, vt alij omnes odores, quibus homines vti ſolent, ab eo longe ſuperentur. Nam neque odori florum, qui ex pratis colliguntur, ſimilis eſt, neque illi qui ex rebus ſuauiſſime olentibus capitur, neque talis, qualis conficitur ab vnguentario: ſed peregrinus eſt, & præ cæteris eximius, ex ipſius martyris reliquiis vim & virtutem illam ei tribuentibus efflatus.

E

Capſa argentea, qua D. Euphem. reliquiæ continentur. Euph. martyris miracula.

F

G

Olei copia & fragrantia fluentes ex ſepulchro.

H

CAPVT IV.

De iis quæ in Concilio tractata ſtatutáque ſunt, & quod Dioſcoro Alexandrino Epiſcopo ab Epiſcopali ſede ſummoto, Theodoritus & Ibas & aliquot alij reuocati fuerint.

HOc eodem in loco Concilium cogitur, in quo aderant Paſcaſianus & Lucentius Epiſcopi, & Bonifacius

Vide Niceph. c. 4.

A

5.6.7 lib. 15. Bar. anno 451. n. 71. Sec. Concilij Chalcedonenſ. in D. Euph. templo Paſchaſ. Epiſcopus Lucens. Epiſcop. Boniſac. Presbyter natal. Epiſcop. Dioſcorus Epiſcop. Dioſcorus à Leonis Legatis & Euſebio accuſatus.

factus presbyter, Vicarij, vt dictum eſt, Leonis antiquæ Romæ Pontificis: Anatolius item antiſtes Conſtantinopolis, Dioſcorus Alexandriæ Epiſcopus, Maximus Epiſcopus Antiochiæ, & Iuuenalis Hieroſolymorum, & horum omnium ſacerdotes eidem Concilio interfuerunt. Quorum numero adiuncti erant ſenatores primarij: quib. dixerunt Vicarij Leonis, Dioſcorum non debere cum illis in Concilio conſidere. Iſtud enim ſuum Epiſcopum Leonem mandaſſe: quod quidem ſi minime obſeruarent, ſe ab Eccleſia deceſſuros. Ac cum ſenatores rogarent, quænam crimina obiicerentur Dioſcoro, reſponderunt, illum qui perſonam iudicis præter æquum & bonum ſuſceperat, debere pro iudicio, quod ipſe de aliis dederat, iudicium ſubire. Quæ cum dixiſſent, & Dioſcorus de ſententia Senatus in medio conceſſu ſtatueretur, petebat Euſebius, vt ſupplex libellus quem ad imperatores miſerat, coram iam perlegeretur, hæcque verba adiecit: Mihi certè à Dioſcoro facta eſt iniuria, fides etiam facta iniuria: Flauianus Epiſcopus ab eo interfectus, vnaque mecum iniquè ſacerdotio abdicatus. Iubete meum ſupplicem libellum legi. Quæ cum dixiſſet, ſupplex libellus lectus fuit, qui eſt hæc verba complexus.

B

†† *Vide annotat. pag. 35. lat. 1 lin. 6. & 7.*

Supplex † libellus Imperatoribus noſtris Chriſtum verè colentibus, religioſiſſimis & ſanctiſſimis, Flau. Valentiniano & Marciano ſemper Auguſtis, ab Euſebio humillimo Epiſcopo Dorylæenſi, qui pro ſe, pro orthodoxa fide, † pro Flauiano denique ſanctiſſimo Epiſcopo Conſtantinopolitano verba fecit, oblatus.

Supplex Euſebij libellus ad imp. aduer. ſus Dioſcorum.

Eſt quidem veſtræ amplitudinis propoſitum, vt cunctis, qui veſtro parent Imperio, ſedulo prouideatis & cum cæteris omnibus iniuria affectis, tum maximè ſacerdotibus benignè opitulemini. In hoc enim diuinum numen, à quo mortalium imperium & dominatus vniuerſi orbis vobis tributus eſt, verè colitur. Quare quoniam & fides Chriſtiana & nos etiam incommoda multa grauiaque contra æquitatis regulam à Dioſcoro reuerendiſſimo Epiſcopo Alexandriæ vrbis primariæ, accepimus, ad veſtram benignitatem ſupplices accedimus, vt quod æquum eſt à vobis impetremus. Cauſa autem querelæ eiuſmodi eſt. In Concilio nuper Epheſi vrbis primariæ habito (quod vtinam nunquam fuiſſet habitum, ne orbem terrarum tantis malis ac turbis oppleuiſſet) ille bonus vir Dioſcorus, qui iuris & æqui normam pro nihilo putauit, qui timorem Dei contempſit, qui eandem tenuit cum Eutyche homine pleno inanitatis, atque adeo hæretico opinionem & ſententiam, quam quiſitam eſſet aliquandiu multos celauit: poſtea tamen ſeipſum prodidit, cum exterminatione, quam ego Eutychi intuliſſem, & ex ſententia, quam Flauianus ſanctæ ac piæ memoriæ Epiſcopus contra eum pronunciaſſet, occaſionem arripuiſſet, multitudine populorum ſeditioſorum coacta, & potentia ſibi pecuniæ ſubſidio acquiſita, piam orthodoxorum religionem, quoad eius fieri poterat, labefactare, & peruerſam Eutychis monachi doctrinam, quæ ab ipſis Apoſtolorum temporibus hactenus à ſanctis patribus condemnata fuerit, ſtabilire laborauit. Itaque cum facinora, quæ tam confidenter tum contra Chriſtianam fidem, tum contra nos admiſerit, non exigui momenti ſint, ſupplices accedimus ad genua veſtra celſitudinis, obſecramuſque, vt iubeatis Reuerendiſſimum Epiſcopum Dioſcorum ad crimina et à nobis obiecta, reſpondere, nimirum ad Commentarios rerum ab eo contra nos geſtarum in ſancto Concilio perlectos: quibus certò oſtendere poterimus, eum & à noſtra orthodoxa fide alienum eſſe, & hæreſim propugnare impietatis plenam, & iniquè nos abdicaſſe, & grauibus nos affeciſſe incommodis: atque oramus præterea, vt diuina & honorifica veſtra mandata mittere dignemini ſancto & generali dilectiſſimorum Epiſcoporum Concilio: quo & quid nos, & quid prædictus Dioſcorus egerit, audiri, & omnia quæ in *Concilio geruntur,* veſtræ pietati ſignificari poſſint, vti immortali noſtro capiti Chriſto placeamus. Cuius rei facti compotes, Imperatores ſanctiſſimi, aſſiduas preces pro proſpero veſtri Imperij ſtatu perpetuando Deo offerre non deſiſtemus. Quæ autem in ſecundo Concilio Epheſino ab Epiſcopis acta erãt, poſtea rogatu tum Dioſcori, tum Euſebij publicè legebantur:

C

Dioſcorũ in Synodo receſſimus.

Eutychis doctrinã peruerſam Flauianus

D

ſtabilire laborat. Petitio.

quorum ſubtilem & exquiſitam diſputationem cum à multis aliis traditam, tum in actis Concilij Chalcedonenſis comprehenſam, ne his quorum animus inter legendum ad extram rerum geſtarum cognoſcendum feſtinat, nugas ſi hoc loco ponerem, agere videar, extremo huic libro, qui in manibus eſt, ſubiungam: quo etiam his qui omnia ad vnguem, vt dicitur, ſcire volunt, copia ſit & cuncta perlegendi, & rem quamque vt geſta eſt, accuratè in memoria imprimendi. Ac iam ea quæ ſunt inſtituti noſtri maximè propria perſequamur: nempè quomodo Dioſcorus tum ex reiectione Epiſtolæ Leonis antiquæ Romæ Epiſcopi, qualis eſſet, deprehenſus ſit, tum præterea ex abdicatione Flauiani Epiſcopi nouæ Romæ, quam vno eodemque die fecerat, callidéque prouiderat, vt Epiſcopi in vnum coacti, chartæ, in qua iam nihil inerat ſcripti, poſtea tamen in eadem Flauiani inſcriberetur abdicatio, ſubſcriberent. *Poſt hæc Senatores iſta decreuere. Poſtridie cum conſilium exquiſitius habitum eſſet, de Orthodoxa & Catholica fide multo accuratius quæſitum videmus. Ac quoniam Flauianus, piæ memoriæ Epiſcopus, & Euſebius Reuerendiſſ. Dorylæi Epiſcopus, ex Concilij actorum decretorúmque inquiſitione, & ex verbis eorum qui tum Concilio præſederunt (dixerant enim ſe errore lapſos fuiſſe, iniuſtéque Flauianum & Euſebium abdicaſſe) declarati ſunt minimè in fide hallucinari, & propterea iniquè abdicati, æquum nobis ſanè videtur, idque Deo noſtram approbante ſententiam, vt Dioſcorus modo ita placuerit diuiniſſimo & ſanctiſſimo Domino noſtro Imperatori, Reuerendiſſimus Alexandriæ Epiſcopus, Iuuenalis Reuerendiſſimus Epiſcopus Hieroſolymorum, Thalaſſius Reuer. Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, Euſebius Reuerendiſſimus Epiſcopus Armeniæ, Euſtathius Epiſcopus Reuerendiſſimus Beryti, & Baſilius Reuerendiſſimus Epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ (penes quos tum poteſtas erat, conciliόque illi præſidebant) ſacri Concilij ſententia ac iudicio, eodem pœnæ genere ſicut Canones Eccleſiæ poſtulant, mulctati dignitate Epiſcopali abdicentur, omniáque de ſententia Imperatorum diuiniſſ. decernantur. Poſt iſta libelli ab aliis contra Dioſcorum, cum de criminibus quæ admiſerat, tum de pecunia quam acceperat, prolati, & Dioſcorus iterum ac tertio ad Concilium vocatus, cauſis quibuſdam ſimulatis pro ſe adductis, non veniret, Leonis Epiſcopi antiquæ Romæ Vicarij iſta totidem verbis in Concilio pronunciarunt: Facinora ea quæ ſunt à Dioſcoro dudum Alexandriæ vrbis primariæ Epiſcopo contra Canonum præſcriptionem & diſciplinam Eccleſiaſticam admiſſa, partim ex illis quæ in priore conſeſſu inquiſita erant, partim ex his quæ hodie acta ſunt, omnibus ſunt explorata perſpecta. Iſte enim (vt multa alia miſſa faciamus) Eutychem eiuſdem cum ipſo opinionis, à proprio ac ſuo Epiſcopo patre videlicet ſanctiſſimo, & Epiſcopo noſtro Flauiano, ſicut Canon præſcribat Eccleſiæ, abdicatum, ſua ipſius authoritate contra Eccleſiæ Canonem recepit in communionem: idque antequam Concilio illi, quod Epheſi cum Epiſcopis ſanctiſſimis habebat, interfuiſſet. Quibus Epiſcopis ſedes Apoſtolica veniam propterea tribuit, quod res quas ibi geſſerant, contra voluntatem geſſiſſent: qui ad præſens vſque tempus Leoni Epiſcopo ſanctiſſimo, & vniuerſo ſancto & generali Concilio morem gerunt: & ob eam cauſam eos, vtpote eidem fidei conſentientes, in ſuam recepit communionem. Ac iſte Dioſcorus de illis rebus, de quibus gemere, lugere, ſéque humi abiicere debuerat, etiam adhuc gloriari non deſinit. Accedit eodem, quod Epiſtolam Beati Papæ Leonis, quam ſcripſit ad Flauianum ſanctæ memoriæ Epiſcopum, legi non permiſit. idque ſæpius rogatus ab iis qui eam attulerant, vt legeretur, ipſoque cum iureiurando adiecto ſe eam legendam curaturum pollicitus eſſet. Quæ minimè perlecta, ſanctiſſimis per orbem terræ Eccleſiis & offenſioni fuit, & detrimento. At quanquam talia conſciuerat facinora, tamen Concilium à nobis initum eſt, quomodo tum ei pro impio ſcelere ab ipſo ante admiſſo, tum reliquis iiſdem piis Epiſcopis, penes quos minimè par cum eo erat poteſtas iudicandi, aliqua impertiretur miſericordia. Verùm quoniam prior eius impietas poſterioribus ſceleribus longè ſuperata eſt (non enim dubitauit etiam ſanctiſſimum & religioſiſſimum antiquæ Romæ Archiepiſcopum commu-*

E

F

Dioſcorus & eius Concilij decreto excommunicati.

Thalaſſius Epiſcopus. Euſtathius Epiſcopus.

Quibus cauſis

G

Dioſcorũ Epiſcopatus dignitate priuari: Concilium.

H

nione

Digitized by Google

A

atione interdicere : quin etiam cum libelli pleni impietatis ab ipſo commiſſa contra eam eſſent producti , & ille ipſe ſemel , iterum ac tertio , vti Canon Eccleſiæ vult , eſſet ad Concilium per Deo amatiſſimos Epiſcopos vocatus,minime obtemperauit , vtpote propria conſcientia ſtimulis exagitatus & eos qui à variis Conciliis iure eſſent abdicati,contra ius recepit ad ſe : ac denique variis Eccleſiæ legibus ab eo quaſi pedibus conculcatis , contra ſe ipſe quodammodo ſententiam pronunciauerat) quoniam,inquam,hæc omnia deinceps admiſit, idcirco ſanctiſſimus & beatiſſimus Archiepiſcopus magnæ & antiquæ Romæ Leo , per nos & præſens Concilium,cum beatiſſimo & omni laude celebrando Apoſtolo Petro qui eſt petra & baſis Catholicæ Eccleſiæ, & fidei Orthodoxæ fundamentum ſpoliauit omni dignitate Epiſcopali,& omni ſacerdotali miniſterio prorſus abdicauit. Quamobrem hoc ſanctum & frequens Concilium ſententiam , quam Eccleſiæ Canones poſtulant , contra Dioſcorum , de quo noſtra ſuperior inſtituta fuit oratio,pronunciat. His rebus à Concilio confirmatis , aliiſque nonnullis confectis . Epiſcopi qui fuerant cum Dioſcoro abdicati,Concilij rogatu & conſenſu Imperatoris ad ſuos Epiſcopatus reuocantur & cum alia res his quæ geſta erant , adiuncta eſſent, deciſio Concilij recitata fuit , his ferè verbis : Dominus noſter & Seruator IESVS-CHRISTVS, *dum diſcipulos fidei cognitione confirmare vellet Pacem, inquit, meam do vobis, pacem meam relinquo vobis : vt nemo videlicet cum proximo de pietatis dogmatis diſſentiat ſed vt conſentientibus animis verbum prædicaretur veritatis. Poſtea verò , lecto ſancto Concilij Nicæni ſymbolo,lecta etiam deciſione centum quinquaginta ſanctorum Patrum Conſtantinopoli congregatorum,hæc quæ ſequuntur,adiunxerunt : Diuinum iſtud & ſalutare diuinæ gratiæ ſymbolum cum ad abſolutam fidei cognitionem , tum ad certam eiuſdem confirmationem ſatis profecto habet momenti ac ponderis. Nam de patre,& filio,& Spiritu ſancto, quæ ſunt neceſſario cognoſcenda,docet accuratiſſimè,& Domini incarnationem his qui eam cum fide amplexantur, manifeſtè tradit. Ceterùm quoniam quidam ſuis erroribus veritatis doctrinam tollere molientes,multas inanitates pepererunt, quorum alij myſterium incarnationis Domini pro nobis ſuſceptæ deprauare,& vocem Deiparam,quæ Virgini Mariæ tribuitur , denegare non ſunt veriti : alij confuſione quadam & commixtione naturarum introducta,vnam eandemque carnis & diuinitatis naturam eſſe ſtultè commenti ſunt,& ea confuſione diuinam vnigeniti naturam patibilem monſtroſè confinxerunt : idcirco hoc præſens , amplum & generale concilium, cupiens omnibus machinis contra veritatem paratis quaſi aditum præcludere,prædicationem fidei à patribus ductam , firmam ac ſtabilem manere debere docet : ac propterea decreuit,fidei formulam à trecentis decem & octo ſanctis Patribus traditam potiſſimum omnium integram ſeruandam eſſe. Quinetiam quo Spiritus ſancti oppugnatores commacantur,doctrinam poſtea à centum quinquaginta patribus, qui Conſtantinopoli vrbe primaria conuenere,de Spiritus ſancti eſſentia editam ratam facit:quam quidem illi patres omnibus palam propoſuerunt, non quaſi aliquid quod in decretis Concilij Nicæni ante promulgatis deſiderabatur,adiicerent,ſed vti ſuam ipſorum de Spiritu ſancto ſententiam ac mentem contra eos , qui eum Dominum eſſe denegabant,teſtimoniis ex ſcriptura petitis perſpicuè declararent. Porro autem,quo eos qui myſterium incarnationis Dominicæ deprauare non dubitabant , & eum qui ex ſancta Virgine natus fuit,hominem ſolum eſſe impudenti & maledico ore affirmabant.beati Cyrilli Eccleſiæ Alexandrinæ Paſtoris Epiſtolas , quæ Synodicæ dicuntur , ad Neſtorium & Epiſcopos verſus Orientem incolentes ſcriptas auctoritate ſua approbauit : quippè quæ tam ad amentiam Neſtorij refutandam, tam ad eos erudiendos, qui pio ſtudio ad ſalutare Symbolum ritè intelligendum rapiuntur. Quibus Epiſtolis beatiſſimi quoque & ſanctiſſimi antiquæ Romæ Archiepiſcopi Leonis Epiſtolam , ad ſanctiſſimum Archiepiſcopum Flauianum de tollendo inſano Eutychis errore ſcriptam , vtpote eximij Petri confeſſioni conſentientem, & velut columnam quandam ad veram doctrinam contra malè de fide ſentientes roborandam non ſine cauſa adiunxit. Nam illis qui myſterium Incarnationis in duos filios*

Dioſcorus omni Epiſcopali dignitate ſpoliatur.

B

Concilij de fide ſtatuta. Ioan. 14

C

Commendantur Cyrilli Epiſtolæ Synodales aduerſus

D

Neſtoriū, & ea Leonis quæ eſt ad Flauianū contra Eutychē

E

dirimere nituntur,ſtrenuè reſiſtit,& eos qui diuinitatem vnigeniti patibilem dicere audent , à ſanctorum conuentu excludit,& illis qui in duabus Chriſti naturis commixtionem aut confuſionem eſſe ſtatuunt,fortiter aduerſatur,& qui formam ſerui,quam ex nobis ſumpſit,ex cœleſti aut alia quapiam eſſentia conſtare per inſaniam ſentiunt , eos exagitat: denique eis, qui ante coniunctionem naturarum duas , poſt coniunctionem autem vnam ſolam in Domino inaniter & falſo confingunt , anathema edicit. Quamobrem ſanctorum patrum ſententiam ſecuti , vnum & eundem filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum confitemur , & vno conſenſu omnes docemus eum perfectum in diuinitate , perfectum etiam in humanitate,verè Deum,hominem verè,eumque ex animo rationis participe & corpore conſtare, ſecundum diuinitatem patri conſubſtantialem nobis autem conſubſtantialem ſecundum humanitatem, nobiſque in omnibus , excepto peccato,ſimilem,ante ſecula à patre genitum ſecundum diuinitatem , in extremis diebus propter nos noſtramque ſalutem,ex Maria Virgine & Deipara natum ſecundum humanitatem : vnum & eundem Ieſum Chriſtum , filium, dominum, vnigenitum,ex duabus naturis ſine earum confuſione,ſine mutatione . ſine diuiſione,ſine ſecretione cognitum, & naturarum differentiam propter copulationem minimè ſublatam, ſed proprietatem vtriuſque naturæ integram ſeruatam: & in vna perſona , ſiue ὑποστάσει vna, vt Græci loquuntur , cohærentem , non in duas partitum aut diuiſum perſonas , ſed vnum & eundem filium vnigenitum , Deum verbum , & Dominum Ieſum Chriſtum , ſicut antiquitus Propheta de eo,& poſt ille ipſe Chriſtus nos docuit, & idem ipſum nobis patrum ſymbolum tradidit. His igitur accuratiſſimè , & ſumma cum diligentia à nobis deciſis definitiſque,ſanctum & generale Concilium ſtatuit,vt nemini liceat aliam fidem aut proferre, aut conſcribere, aut componere aut aliter ſentire docereve. Eos autem qui audeant aliam fidem componere, aut inferre , aut docere , aut aliud Symbolum his qui ex gentilitate , vel ex Iudaiſmo, vel ex alia qualicunque ſecta ad cognitionem veritatis aliquando ſe transferunt,tradere,ſi Epiſcopi fuerint, dignitate Epiſcopali priuari ſin clerici, clericali miniſterio : ſin autem monachi vel laici, anathemati addici iubet. Itaque hac deciſione perfecta , Mertianus Imperator , qui Concilio Chalcedonenſi interfuit , quique orationem in eodem habuit,Conſtantinopolim reuertitur. Iuuenalis & Maximus , Theodoritus & Ibas ad Epiſcopatus , quibus erant abdicati,reuocantur. Alia præterea ibi agitata,quæ vt ſupra dixi , in extremo hoc libro ponentur. Decretum eſt præterea vt ſedes Epiſcopalis nouæ Romæ, id eſt , Conſtantinopolis , propterea quod ſecundas poſt Romam antiquam obtinebat , primas inter alias vrbes ferret.

F

G

Vide ſupra lib. 2. cap. 10. Epiſcoporum reuocatio. Decretū de dignitate & prærogatiua Sedium Epiſcopaliū Rom. & Conſtant.

CAPVT V.

De Seditione propter ordinationem Proterij Alexandriæ ſuſcitata, & iisdem Hieroſolymis.

Vide Niceph. c. 8.

H

9. l. 15. Bar. anno 452. n. 17

PORRO autem Dioſcorus ad Gangrenam vrbem Paphlagoniæ incolendam condemnatus, & Proterius communibus concilij ſuffragiis ad Epiſcopatum Alexandriæ gerendum delectus. Quo in ſede illa Epiſcopali locato,maximus tumultus, & planè intolerabilis à populo variis æſtuante ſententiis cietur. Nam , vti in eiuſmodi rebus euenire ſolet , alij Dioſcorum repetere, alij partibus Proterij firmè adhærere cœperunt , adeò vt clades ingens eàque certè inſanabilis inde naſceretur. Nam Priſcus rhetor ſcribit , præfectum Thebaidis eadem tempeſtate veniſſe Alexandriam, vidiſſéque populum vno conſenſu contra magiſtratus impetum feciſſe,iecíſſéque lapides in militum copias, quæ ſeditionem comprimere ſtudebant , atque milites vi coëgiſſe ad templum,quod olim Serapidis dicebatur,confugere: tum populum concurriſſe eo,templum expugnaſſe,militeſq, viuos ignis cremaſſe incendio. De quibus rebus cum certior factus eſſet Imperator , militum recens ad eam rem lectorum duo millia illò miſiſſe. Quos adeo

Gangrena Paphlagoniæ vrbs. Proterius in Dioſcori exauli locum. Alexandriæ Epiſcopus, vnde populi ſeditio. Priſcus rhetor de ſeditione Alexandriæ.

A ſecundo vento & proſpera vſos nauigatione, vt ſexto poſt die Alexandriam appellerent. Deinde cum milites petulanter in vxores & filias Alexandrinorum inſultarent, cladem poſteriorem priorem ſua acerbitate penè obſcuraſſe. Poſtea populum in circo congregatũ oraſſe Florum, qui & præſidiariorum militum geſſit præfecturam, & eiuſdem vrbis adminiſtrationem tenuit, vt ipſis frumenti congiarium, quod illis ademerat, quinetiam balnea, ſpectacula, & alias denique res, quæ eis propter tumultuoſam ipſorum ſeditionem ablatæ fuerant, redderet curaret. Florum autem populi impetum, cum corã adeſſet, ſua hortatione cohibuiſſe, pariterq; ſeditionem ad tempus ſedaſſe.

Florus præfectus ſeditionẽ ſedat.

Verùm intereà monachi, qui ſolitudinem in confiniis Hieroſolymorum ſuam incolebant, minimè pacato tranquilloque animo fuere. Nonnulli enim eorum, qui concilio interfuiſſent, & ab eius decretis penitùs diſſentirent, veniunt in Palæſtinam, de fide prodita conqueſturi, & alios monachos ad ſeditionem incendere excitareque cœperunt. Ac cum Iuuenalis ad B ſui Epiſcopatus ſedem reuertiſſet, & vi compulſus ab illis aduerſariis, qui illum in contrariam ſententiam retrahere nitebantur, ſuam ipſius ſententiam refellere deteſtarique, ad vrbem in qua tum Imperator vixit, confugiſſet, qui concilio Chalcedonenſi, vt ſupra diximus, refragabantur, in vnum coacti, in ſancto die feſto Reſurrectionis Theodoſium, qui maximè omnium concilium illud perturbaſſet, quique primus illos de eo certiores feciſſet, deſignant Epiſcopum: de quo poſtea monachi in Palæſtina ſcripſerunt ad Aciſiunem, qui à ſuo proprio Epiſcopo in maleficiis deprehenſus, expulſus fuit monaſterio: & qui, dum fortè Alexandriæ verſabatur, adhæſerat Dioſcoro, & multis, vtpote ſeditioſus, verberibus dilaceratus, cameloq; maleficorum more impoſitus, circa vrbem ductus fuerat. Ad iſtum multi ex vrbibus Paleſtinæ accedentes, effecerunt, vt ipſis ab eo deſignarentur Epiſcopi. Inter quos Petro ex Iberia orto, Epiſcopatus Maiumæ prope Gazanſitæ donatus fuit.

Alia ſeditio monachorũ in Palæſtina. Theodoſio quodam irrito ordinatur Eccleſiam furente.

Aciſio e monaſterio excluſus.

Petro Maiumæ Epiſcop. donatus.

C Quibus rebus nunciatis, Martianus primò iubet Theodoſium militum manu ad ſe adduci: mittitque eo Iuuenalem, qui res ibi perturbatas ad meliorem tranquilliorem que ſtatum reduceret quinetiam omnes à Theodoſio ad Eccleſiæ miniſterium deſignatos exturbari mandat. Poſtea vero quam Iuuenalis eo aduentauit, multa & acerba mala, qualia (dæmone inuido, & Deo infeſto vafrè excogitante) animus cuiuſque ſuggerere ſolet, ex vtraque factione manarunt. Nam dæmon ex mutatione vnius literæ, falſaque eius interpretatione perfecit, vt vtrouis modo efferretur, ſententiam omnino diuerſam induceret: quam quidem tam diſcrepans à compluribus putatur, ſenſuſq; tam penitus inter ſe pugnantes inferre, vt alter alterum prorſus labefactet: qui enim fatetur Chriſtum ἐν hoc eſt, in duabus eſſe naturis, perſpicuè dicit eum ἐκ, hoc eſt, ex duabus naturis conſtare: ſiquidem Chriſtum in diuinitate pariter & humanitate in eſſe concedens, eum ex humanitate & diuinitate pariter conſtare concedit: qui rurſus ἐκ, hoc eſt, ex duabus naturis conſtare dicit, omnino confitetur ἐν, hoc eſt, in D duabus ineſſe: quippe ex diuinitate & humanitate conſtare aſſerens eum in diuinitate & humanitate ineſſe aſſerit: ſic tamen vt neque caro in diuinitatem, neque diuinitas in carnem (quatũ coniunctio inexplicabilis eſt) commutetur: atque adeo per hanc vocem prolatam, Ex Dvabvs, intelligitur ſimul proferri, In Dvabvs: & per vocem, In Dvabvs, intelligatur pariter proferri, Ex Dvabvs, & alteram ab altera minimè abeſſe: quandoquidem ex abundanti conſtat non modo totum ex partibus conſtare, ſed in partibus totum intelligi: & tamen iſta penitus ab ſe mutuo ſeiuncta quidam homines opinantur, quippe quorum animi ſunt ante ita occupati, vel quadam de Deo opinione, quæ ipſis aſſueta eſt vel, tali voluntate, vt quoduis mortis genus ſubire malint, quam ei, quod verum eſt, aſſentiri. Vnde mala, quæ ſupra poſuimus, profecta ſunt. Sed iſta quidem hoc modo.

Vnius literæ diſcrimen diſſenſiones in Eccleſia peperit.

E

CAPVT VI.

De imbrium penuria, fame ac peſte, vtque incredibiliter quibuſdam in locis tellus ſua ſponte fructus protulerit.

Vide Niceph. c. 10. l. 15. Baro. an. 454 n. 12

Iſdem temporibus tanta fuit imbrium paucitas in vtraque Phrygia, Galatia, Cappadocia & Cilicia, vt homines rerum neceſſariarũ penuria coacti, alimentum peſtiferum & exitiale caperent, vnde etiam peſtis nata eſt, & ob victus mutationem ægrotare cœperunt, & corporibus intumeſcentibus propter nimiam inflammationem lumina amiſerunt: ac tuſſi ſimul afflictati, tertio die migrarunt e vita. Cui quidem peſti quanquam nullum potuit omnino remedium inueniri, fames tamen his quibus vita ſuppetebat, per ſalutarem Dei omnium moderatoris prouidentiam leuata eſt: quippe anno illo ſterili & effœto alimentum ex aëre non aliter atque manna olim Iſraëlitis delapſum dicitur, & inſequente anno fructus maturos terram ſua F ſponte produxiſſe. Atque non modo hæc mala per Palæſtinam graſſabantur, verumetiam aliæ graues calamitates per alias multas & prope infinitas regiones peretrabant.

Imbrium paucitas. Fames. Peſtis. Manna ex aëre delabitur. Fruges ſpõ[nte] na[tæ]

CAPVT VII.

De Valentiniani cæde, & Romæ expugnatione, & aliis qui illic imperitabant.

Vide Niceph. c. 11. l. 15. Bar. anno 455. n. 3. 13 & 14. & ratio anni ſeq. Maximus Imp.

Dvm hæc in Oriente geruntur, in antiqua Roma Aëtius miſerè interfectus eſt. Valentinianus quoque partium verſus Occidentem Imperator, & Heraclius vna à quibuſdam Aëtij militibus è medio ſublati: inſidiis à Maximo, qui imperium ambierat, propterea contra eos comparatis, quod coniunx Maximi fuerat à Valentiniano ſtuprata, & per vim compreſſa. Iſte Maximus Eudoxiam Valentiniani vxorem coëgit inuitã ſibi nubere. Illa igitur, neque id ſanè immeritò, hoc facinus G & contumeliæ & turpitudinis maximæ loco ducens, & omnem aleam, vt dicitur, iacere cupiens, propterea, quæ maritus paſſus eſt (mulier enim eſt, & propter pudicitiã quam ipſa amiſerat atrox, & animo implacabili, cum pudicitiam retinere ſtudens ea ſpoliatur, idque ab eo maximè, cuius atrocitate virum amiſit) mittit in Lybiam ad Genzerichũ, dona quamplurima illi dat, bonamq; ſpem etiam animo eius inijcit, de aliis in poſterum potiondis: ſuadet vt ex inopinato Imp. Rom. inuadat polliceturq; ſe omnia in manus eius traditoram. Qua re confecta, Roma capitur. Genzerichus, vtpote barbarus, morum inconſtantia & mobilitate præditus, fidem huic minimè ſeruauit, ſed vrbe incenſa, rebúſque omnibus direptis, Eudoxia denique cum binis filiabus capta, reuertitur: inque Libyam ſe recipit, & Eudoxiam maiorem natu filiam filio ſuo Honoricho collocat in matrimonium: Placidiam autem natu minorem vna cum Eodoxia matre poſtea famulatu planè regio comitatam, quo Martiani animum (nam & incendium Romæ, & Imperatoris H Valentiniani filiæ tam contumelioſè tractatæ ei bilem mouerant) pacatum & tranquillum efficeret, mittit. Itaq; Placidia iuſſu Martiani eam deſpondentis, nubit Olybrio, viro nobili ex ordine ſenatorio: qui Roma capta, confugit Conſtantinopolim. Mortuo Maximo Imperium Romanorum obtinet Auitus ad menſes octo. Quo peſte extincto, Maiorinus proximo anno ſuſcipit Imperij gubernacula Maiorino etiam à Rhecimero Romanorum duce per inſidias interempto, Seuerus triennio Imperium occupauit.

Aëtij interitum. Valentiniani interitus. Heracly interitus. Pœna libidinum. Furens quid fœmina poſſit exemplo ſuo docet Eudoxia.

Genzerichus Romam diripit. nec domui Valentiniani parcit. Tyranni Imperio. Auitus, Maiorin. Seuerus Imp. Occidentis circa an Chriſti 460

CAPVT VIII.

De morte Martiani & Leonis Imperio, & quod heretici Alexandrini Proterium occidunt, eiuſque Epiſcopatum Timotheo Æluro tradunt.

Vide Niceph. c. 15. 16. 17. l. 15. Bar. anno 457. n. 1. & ſeqq. vſq. ad 29

Severo porrò Romanorum adhoc Imp. gerente, Martianus, cum ſeptem ſolùm annis regnaſſet, de-

A

Martian. quamdiu regnarit. ſ opulus Alexandrinus in primis ſeditioſus.

poſito hoc regno, ad præſtabilius domicilium demigrauit, exemplari imperandi vere regio omnibus ad intuendum relicto. De cuius morte Alexandrini certiores facti, iracundiam cum maiore furore & æſtu contra Proterium renouarunt. Nam populus ad iram facile accendi, leuique arrepta occaſione ad tumultus ciendos inflammari ſolet idque Alexandrinus in primis; qui quidem frequenti ſua multitudine eaque obſcura & abiecta maximè ſe efferens, temeraria audacia magnos ſumit ſpiritus. Atque ea de re aiunt plebeium quemque modo ipſe voluerit principium dare, ciuitatem illam ad popularem ac ciuilem ſeditionem poſſe incendere, & quo velit deducere rapereque adeo vti eam non pudeat res planè ridiculas & ineptas (ſicut de Amaſi ſcribit Herodotus) plerumque conſectari. Ac talis eſt in eiuſmodi quidem rebus populus iſte: at in aliis tamen non eſt talis, qualis contemnendus videatur. Alexandrini ergo tempore, quo præſidiorum præfectus Dionyſius in ſuperiori Ægypto commorabatur, diligenter obſeruato, Timotheum cognomento Ælurum, qui iam

B

Timoth. Ælurus Alexand. Epiſc. per ſeditionē conſtitutus, urſiſtit adhuc Proterio Proterij Epiſcopi monſtranda cædes, ob Arianam facta.

pridem monaſticum vitæ genus excoluiſſet, poſtea autem eſſet in numerum presbyterorum Alexandrinorum aſcriptus, ad Epiſcopatus gradum capeſſendum ſuffragiis deligunt; ac ſimul atque in magnam Eccleſiam, quæ Cæſaris nomine nuncupatur, deduxerant, illum ſuum declarant Epiſcopum, dum Proterio adhuc ſuppeditabat vita Sacerdotiſque muneribus fungebatur. Timothei electioni interfuit Euſebius antiſtes Peluſij, & Petrus ex Iberia ortus, Maiumæ ciuitatis Epiſcopus: quas etiam res, hiſtoricus ille, qui vitam Petri literis prodidit, commemorat: à quo traditur, Proterium non à populo, ſed à quodam milite trucidatum. Nam cum Dionyſius, ſceleribus ibi admiſſis impulſus, maxima cum celeritate Alexandriam veniret, maturaretq; incenſam ſeditionis flammam reſtinguere, quidam ex Alexandrinis, Timothei ſuaſu, vti ſcriptum erat ad Leonem Proterium abeuntem, confugientemque ob Ba-

C

Tetrapylon locus. Leo Imp. an. Chriſti 459.

ptiſterium, viſceribus eius gladio transfixis, conficiunt, funeque circum ligatum, in loco, qui Tetrapylon, id eſt, quatuor portæ, dicitur, omnium oculis ſubiiciunt ad contemplandum, ac cum irriſione & clamore Proterium occiſum prædicant. Poſtea vero corpus per totam ciuitatem raptatum, igni cremandum tradunt: atque more belluarum viſcera eius deguſtare neutiquam exhorreſcunt: ſicut ex poſtulatione Epiſcoporum Ægyptum incolentium, & totius cleri Alexandrini hæc omnia complectente conſtat, quæ ad Leonem imperio Romano, vti diximus, poſt Martianum potitum, facta fuit, iiſque ferè verbis conſcripta.

Epiſcoporū Ægyptum incolentium poſtulatio apud Leonem aduerſus Timoth.

Pio Chriſti amantiſſimo, & victori à Deo declarato, triumphatori, Auguſto Leoni poſtulatio ab Epiſcopis omnibus diœceſeos Ægypti veſtræ, & à clericis maximæ & ſanctiſſimæ veſtræ Eccleſiæ Alexandrinæ miſſa Cum ſis humana vita diuina & cæleſti gratia velut dono tributus Auguſte Imperatorum omnium ſanctiſſime, non deſinis veneratione proximè & ſecundum Deum in dies ſingulos communi Reip. vtilitati prouidere. Et poſtea: Timoth. qui tum presbyter fuit,

D

pace populi rectè de fide ſentientis cum apud nos, tum apud Alexandrinos diſturbata, ſe ſtatim poſt Concilium Chalcedoni celebratum cum quatuor aut quinque duntaxat Epiſcopis & paucis monachis, tum peruerſo Apollinarij, tum pernicioſo eius ipſius Timothei errore pariter eam ob ſuſpectis (ob quem omnes id temporis à Proterio, viro diuinæ planè memoriæ & concilio Epiſcoporum in Ægypto coacto dignitate ſacerdotali, ſicut canon Eccleſiæ poſtulat, abdicati ab Imperatoribus, quibus bilem mouerant, in exilium eiecti fuerunt) ab Eccleſia Catholica & fide ſe ſeparauit ſeiunxitque. Ac paulo poſt: Idem Timotheus tempore, quo Martianus ſanctiſſimæ memoriæ Imperator ex hac luce ad Deum migrauit, diligenter obſeruato, maledicis verbis, vtpote nullis ſubiectus legibus, eam impudens lacerare non dubitauit: ſancto etiam & generali Concilio Chalcedoni habito quaſi perfricta fronte anathema denunciare, pertrahere ad ſe populi venalis & ſeditioſi turbam, contra diuinos canones, ordinem Eccleſiaſt. remp. & leges diuinas ſe intrudere in ſanctâ Dei

De Timothei hæreſi & ſcelerib.

E

Eccleſiam paſtorem tum & doctorem habentem ſanctiſſ. noſtrum patrem & Archiep. Proterium, conſuetas celebrantem ſynaxes, & preces noſtri omnium ſeruatori Chriſto pro ſancto veſtro Imperio, & pro palatio veſtro Chriſti amantiſſimo offerentem. Et paulo infrà: Vno die præterlapſo, Proterio ſanctiſſ. Epiſcopatus munere, vt moris eſt, perfungente, Timotheus aſſumptis ſibi duobus Epiſcopis dignitate Epiſcopali abdicatis, & clericis iiſdem exilio, vt diximus, mulctatis, à duobus illorum creatur Epiſcopus, nullo omnino Epiſcoporum orthodoxorum ex diœceſi Ægyptiaca ſicut in creando Epiſcopo Alexandrino fieri ſolet præſente: & ita cathedram Archiep. ſicut ipſe putabat obtinet, ſtupro planè contra Eccleſiam habentem ſuum proprium ſponſum, qui diuina in ea obibat myſteria, ſedemque ſuam, vti Eccleſiæ canon flagitat, gubernabat, admiſſo. Et quibuſdam interpoſitis, ſequuntur iſta: Beatus ille Proterius nihil aliud facere poterat, quam dare locum iræ: ſicut ſcriptum eſt, & quo impetum eorum, qui ad necem illi inferendam accurrebant, effugeret, ad venerandum ſe recipere baptiſterium: quem locum maximè omnium, etiam barbari & agreſtes homines, qui ſacratum

Timothei Epiſcopi creatio.

Rom. 12.

F

eius decus & gratiam inde emanantem penitus ignorant, violare extimeſcunt. At iſti tamen, qui propoſitum ab initio Timotheo concilium reipſa perficere nitebantur, ne in puris illis & inuiolatis quaſi adytis Proterium ſeruari paſſi ſunt, neque ſanctimoniam loci, neq; temporis (ſolennis enim dies feſtus ſalutaris Paſchalis tum celebrabatur) reuereantes, neque reformidantes Sacerdotij dignitatem, quæ inter Deum & homines mediatrix eſt innocentem occidunt, crudeliterq; cum aliis ſex è medio tollunt: atque corporis reliquias vulneribus vndiq; plenas abducunt ſecum, trahunt per vniuerſam ferè vrbem, ludibrio miſerandum in modum exponunt: atrociter verberibus lacerant corpus illud, quod verbera minimè ſentiebat, diſcindunt membratim, & ne à viſceribus more ferarum deguſtandis illius quem nuper mediatorem inter Deum & homines exiſtimabant, ſe continuerunt. Poſtremo quod reliquum erat corporis igni tradunt abſumendum: & cineres illius in ventum ſpargunt diſſipantque, adeò vt efferatam beſtiarum immanitatem longè ſuperare viderentur. Atque iſtorum omnium malorum author & architectus fuit Timotheus. Zacharias autem, qui res eaſdem narrat, literis nimirum Timothei ad Leonem miſſis perſuaſus, tradit plura præterea geſta eſſe, idque culpa Proterij, qui maximas turbas, vti ait ille, in Alexandriam inuexerat: facinoraque ea non à populo, ſed à quibuſdam militibus deſignata: eoque militum Stelam ab Imperatore, Leone, pœnas illis inflicturum.

Proterij interitus.

G

Zacharias de Timotheo & Proterio.

CAPVT IX.

De circularibus Leonis literis.

Vide Niceph. c. 18 19. l. 15. Bar. ann. 458 Leo conſulto Occidentis Epiſcopos ſuper iſtis rebus.

LEo Imperator cum ab Epiſcopis temp. Romanam incolentibus, tum ab aliis piis viris ob monaſticum vitæ genus plurimum commendatis, de Concilio Chalcedonenſi, & Timothei cognomento Æluri creatione interrogaſſet, literas generatim ad omnes ſcripſit: miſitque vna exemplaria ſupplicum libellorum tum à Proterij, tum à Timothei fautoribus ſibi oblatorum.

H

Literæ autem Leonis quaquauerſum ad omnes miſſæ, ſunt his verbis compoſitæ: Exemplar literarum diuinarum ſanctiſſimi Imperatoris Leonis, Anatolio Epiſcopo Conſtantinopolitano & omnibus aliis per totum orbem terrarum metropolitanis Epiſcopiſque reliquis miſſarum.

IMPERATOR CÆSAR, LEO, PIVS, VICTOR, Triumphator, Maximus, ſemper Auguſtus, Anatolio Epiſcopo, S.

Leonis literæ ad Anatolium.

Fuit meæ pietatis in optatis, vt tum omnes ſanctiſſimæ orthodoxæque Eccleſiæ, tum præterea ciuitates reip. Romanæ ſubiectæ ſumma tranquillitate fruerentur, nihilque accideret quod quietum earum ſtatum perturbaret. Quæ autem turbæ nuper Alexandriæ contigerint, tuæ ſanctitati minimè iam obſcurum arbitramur. Verum quo accuratius omnia intelligat, & quæ cauſa tanti tumultus, tantæque perturbationis exti-

terint

A

terint, verè cognoſcat exemplaria ſupplicum libellorum, quos ſanctiſſimi Epiſcopi & clerici à prædicta vrbe & diœceſi Ægyptiaca Conſtantinopolim vrbem Imperij primariam aduentantes, contra Timotheum ad meam pietatem attulerunt, quinetiam exemplaria ſupplicum libellorum, quos quidam etiam Alexandria à Timotheo ad caſtra noſtra accedentes, noſtræ clementiæ tradiderunt, ad tuam pietatem miſimus, ad eum planè finem, vti quid factum ſit à Timotheo, quem & populus Alexandrinus, & primarij viri, & ciues, & naucleri ſibi popoſcerunt Epiſcopum deque aliis rebus in ipſo ſupplicum libellorum corpore comprehenſis & præterea de Chalcedonenſi Concilio, cui minimè aſſentiuntur quidam, ſicut libelli ſupplices infra poſiti declarant, tua ſanctitas perſpicuè intelligere poſſit.

Etiam exemplaria ſupplicum libellorum mittit Leo.

Proinde tua pietas faciat, vt omnes orthodoxi & ſancti Epiſcopi, qui in hac vrbe primaria in præſentia commorantur, quinetiam omnes ſanctiſſimi clerici conſeſſum apud ſe conueniant, & omnibus rebus (quippè Alexandria quæ vti in ſtatu tranquillo & pacato locetur, nobis maximè curæ eſt,

B

iam eſt vehementer turbata) diligenter exactam diſquiſitiſque, quid de eo de quo ſupra diximus, Timotheo, quid etiã de Concilio Chalcedonenſi, omni humano timore, gratia & odio penitùs depoſito ſoloque Dei omnipotentis timore ante oculos ſtatuto (noſtis enim vos de hac re ſancta cum & ſynceræ diuinitati rationem reddituros) quod, inquam, vobis videatur, planè ſignificetis, quo nos de omnibus per veſtras literas certiores facti, edictum, quod appoſitè illis conueniat, promulgare poſſimus. Iſta quidem ſunt litera ſcripta ad Anatolium. Non diſſimiles ab eodem Imperatore ſcriptæ fuerunt, cum ad alios Epiſcopos, tum ad viros illuſtres, qui per id temporis, vt ſuprà demonſtratum eſt, vitam inopem, & rebus omnibus ad victum neceſſariis deſtitutam egerunt: ex quorum numero Simeones (de quo ſuperior noſtra mentionem fecit Hiſtoria) fuit: qui quidem primus omnium cœpit in columna habitare, illudque domicilij genus inuenit. His annumerantur Baradatus & Iacobus Syrij.

C

CAPVT X.

De quibus rebus Epiſcopi & Simeones, qui columnam incolebat, reſcripſerunt.

Vide Niceph. c. 19. lib. 15. Euagriũ l. 2. c. 13. Bar. anno 457. n. 53. & ſeqq. Simeonis habitaculum quale. Vide ſup. l. 1. c. 13. Leonis Epiſcopi Rom. iudicium de ſynod. Chalcedonenſ.

PRimum igitur Leo Epiſcopus antiquæ Romæ pro defenſione Concilij Chalcedonenſis ſcripſit, creationemque Timothei, vtpote contra Eccleſiæ leges factam, improbauit: quam Leonis Epiſtolam Imperator per ſilentiarium eius mandata exequentem, Timotheo Alexandriæ antiſtiti miſit: cui reſcripſit Timotheus, & cum Concilium Chalcedonenſe, tum Leonis Epiſtolam coarguit. Iſtarum Epiſtolarum exemplaria extant in literis Leonis Imperatoris generatim ad omnes ſcriptis, & à me quidem omittuntur, ne nimis multa eius generis ſcripta in hoc Opere intexere videar. Porro alij itidem Epiſcopi Chalcedonenſis Concilij firme adhæſere decretis, & creationem Timothei conſentientibus ſuffragiis condemnauêre. Ac ſolus Amphilochius Epiſcopus Sidæ Epiſtolam ſcripſit ad Imperatorem, in qua vti contra Timothei creationem grauiter vociferatur, ſic Concilium Chalcedonenſe improbat: quæ res ſunt etiam à Zacharia rhetore literis mandatæ, ipſaque Epiſtola Amphilochij in eius libro poſita. Simeones item vir ſanctæ memoriæ, binas de iiſdem rebus ſcripſit Epiſtolas, alteram ad Leonem Imperatorem, ad Baſilium Antiochiæ alteram: quarum eam, quæ eſt ſcripta ad Baſilium, vtpote breuem, in hac mea ponam Hiſtoria: cuius hæc eſt ſententia.

D

& cauſ. Timothei Æluri. Vide Cuſpinianũ in vita Anaſtaſ. Aliorum Epiſcoporum iudicia. Simeonis decreta bina. Simeonis ad Baſilium Epiſtola de Concilio Chalcedonenſ.

DOMINO MEO RELIGIOSISSIMO SANctiſſimo, Deòque Chariſſimo Baſilio Archiep. Simeones humilis peccator in Domino, S.

Iam opportunè dicere poſſumus: Benedictus Deus, qui non auertit precem noſtram, & miſericordiam ſuam à nobis peccatoribus. Cùm literas veſtra amplitudinis accepiſſem, admiratus ſum, tum ſingulare ſtudium & pietatem Imperatoris noſtri ſanctiſſimi, quam non modo erga ſanctos patres, verumetiam erga fidem ab illis confirmatam demonſtrauit, declarauitque. Verùm hoc non ex nobis donum, vt ſanctus loquitur Apoſtolus, ſed ex Deo qui per preces veſtras hanc propenſam illi largitus eſt voluntatem. Poſteà adiungit iſta: Quapropter ego abiectus & vilis velut abortus monachorum, Imperatori ſignificaui cum quid ipſe de fide ſexcentorum illorum & triginta ſanctorum Patrum Chalcedone in vnum coactorum ſenſerim, tum me illi adhæreſcere, & ab eadem vtpote ſancti Spiritus afflatu demonſtrata confirmatum affirmaui. Nam ſi Seruator adeſt in medio duorum aut trium in nomine eius congregatorum, qui fieri poteſt, vt tam multorum tamque ſanctorum patrum non interfit Concilio, cum Spiritus ſanctus fuerit cum illis ab initio? Et poſtea: Quamobrem confortare, & eſto robuſtus in vera pietatis defenſione, non aliter atque Ieſus filius Naue, ſeruus Domini in populo Iſraelitico gubernando tuendoque. Vniuerſo clero tua ſanctitati obſequenti, & populo benedicto ac fideli, à me, quaſo ſalutem dicito.

E

F

CAPVT XI.

De Timothei Æluri exilio, & Timothei Salofacioli creatione, & de Gennadio & Acacio Conſtantinopolitanis Epiſcopis.

Vide Niceph. cap. 16. l. 15. Bar. anno 460. n. 2. & ſqq. Timothei Æluri exilium. Anatolio ſuccedit Conſtantinopoli Gennadius, huic rurſum Acac.

POſt iſta Timotheus Ælurus addicitur exilio, iubeturque Gangrenæ domicilium rerum ſuarum collocare. Itaque Alexandrini alterum Timotheum Proterij ſucceſſorem deſignant: quem alij Baſilicum, Salofaciolum alij vocarunt. Mortuo Anatolio, ſedem Epiſcopatus Conſtantinopolis vrbis primariæ capeſſiit Gennadius: cui Acacius, qui in eadem vrbe orphanotrophiorum collegio præfuerat, ſucceſſit.

CAPVT XII.

De terra motu, qui accidit Antiochia trecentos & quadraginta ſeptem annos poſt illum, qui fuerat, regnante Traiano.

Vide Niceph. c. 20. l. 15.

G

Bar. anno 458. n. 27. Antiochia terræmotum quando acciderit. & quantum Vrbi nocuerit, accidit anté ann. Chriſti 462.

SEcundo anno Imperij Leonis ingens terræmotus, & conquaſſatio Antiochiæ accidit ante cuius initium quidam è populo eiuſdem vrbis ſari, ſupra modum inſanire, & omnem belluinam feritatem longe ſuperare viſi ſunt, quaſi procœmium eiuſmodi cladibus præbituri. Anno autem ſexto & quingenteſimo poſt nomen illi vrbi impoſitum, grauiſſimus terræmotus accidit, quippe decimoquarto die menſis Gorpiæi, quem Romani Septembrem vocant, circiter horam quartam noctis, trecentum quadraginta ſeptem annis decurſis ab eo terræmotu, qui ſub Traiano fuit. Ille enim terræmotus anno centeſimo quinquageſimo nono poſt ciuitatem liberam & ſui iuris factam contigit: hic autem regnante Leone, ſicut à ſcriptoribus, qui eum accuratè perſecuti ſunt, commemoratur, accidit, ſexto & quinquageſimo anno. Qui quidem omnes ferè ædes vrbis nouæ diſturbauit, quæ vrbs à multis hominibus incolebatur, nullaque eius pars deſerta fuit aut neglecta, ſed tota Imperatorum magnificentia aliorum alios in ea ſe ſuperare contendentium exquiſitè elaborata extructaque. Quinetiam prima & ſecunda palatij domus deiecta, aliis ſtantibus vna cum adiuncto balneo, quod cum ante nulli fuiſſet vſui, iam tum in ea calamitate neceſſario propter clades, quæ reliquis balneis obtigerunt, ciuitati abluendæ inſeruiuit. Euerſæ etiam porticus ante palatium, & locus qui Tetraphylon dicebatur: & turres circi prope ianuas, & quaſdam etiam porticus ex illi egredientes: aliquam item partem balneorum Traiani, Seueri & Adriani concuſſit diruitque: aliquam quoque viciniæ, quæ Oſtracina dicitur, vna cum porticibus, & Nymphæum (ſic enim nominatur) proſtrauit: quorum ſingula accuratè à Ioanne rhetore narrantur. Ait porro tum ciuitati de tributis mille auri talenta ab Imperatore eſſe condonata, tum ciuibus etiam vectigalia, qui ea clade afflicti erant, tum denique ab eodem curam de publicis ædificiis reficiendis ſuſceptam.

H

Tetraphylon.

Ioan. rhetoris hiſt. de terræmotu Antiochiæ.

A

Vide Niceph.c. 21.l.15. Bar.anno 465.n.1. & ſeqq. Conſtantinopolis incendiũ quale. Dæmon incendiarius fœminam ſimulat, & ponit.

CAPVT XIII.

De incendio, quod extitit Conſtantinopoli.

CLades præterea huic non diſſimilis, imò vero multo acerbior Conſtantinopoli accidit, quæ in parte vrbis mare tangente, quam Viam Bouis nuncupant, primum incœpit. Fertur dæmonem quendam maleficum & conſceleratum mulieris gerentem ſimilitudinem, ſiue mulieris egentem, quæ victum manibus quæritabat (vtrumque namque dicitur) circiter tempus, quo lucernæ accendi ſolent, lucernam in forum detuliſſe, quaſi aliquid ſalſamenti empturam, depoſitaque ibi lucerna ſe inde ſubduxiſſe. Flammam lucernæ ſtupam occupaſſe, maximum excitaſſe incendium, ædificiumque in foro poſitum dicto citius combuſſiſſe, atque ædificia alta in proximo ſita, non modo quæ facile incendi poterant, verumetiam quæ erant ex lapidibus
B
conſtructa, depaſcentem, facile abſumpſiſſe: quo quidem incendium duraſſe ad quatriduum, nulliſque viribus comprimi potuiſſe: per vrbem mediam totam perterrans, à Septentrionali regione ad Auſtralem vſque omnes domus ad quinque ſtadia in longum, in latum autem ad quatuordecim ſtadia penitus vaſtaſſe, nullumque ædificium vel publicum vel priuatum, nullas columnas, nullos denique fornices ex lapidibus ſtructos, toto illo ſpatio, quo graſſabatur, omnino reliquiſſe: ſed omnem duram concremaſſe materiam, perinde ac ſi fuiſſet res perfacilis ad incendendum. Hanc cladem in Boreali vrbis regione, in qua nauale eſt, à Via Bouis (hoc enim nomine eſt) vſque ad vetus templum Apollinis oberraſſe: in Auſtrali autem à portu Iuliani ad ædificia Eccleſiæ, quæ Concordiæ nomine nuncupatur, non multum diſtantia graſſatam. In media ciuitate, à foro Conſtantini ad Tauri forum vſque, miſerabile ſpectaculum, & cum primis horrendum ante omnium
C
oculos poſuiſſe. Nam quæcunque vrbis loca in ſublime cum ſumma pulchritudine erecta fuiſſent, aut quæ ad magnificentiam & ſingularem præſtantiam affabre elaborata, aut ad publicos priuatoſve vſus extructa, aceruatim velut in montes colleſq; inuios & abruptos aggerata fuiſſe, atque confecto omni materiæ genere, ne priorem deformaſſe effigiem, vt ne ab eorum habitatoribus internoſci poterat, qui locus hic vel ille ante fuiſſet, vel vbi ſitus.

Cõcordiæ templum. Deformatio Conſtantinopolis ex incendio.

CAPVT XIV.

De variis variarum regionum calamitatibus.

Terræmotus.

EIſdem temporibus, bello Scythico, quod contra Romanos verſus Orientem incolentes ſuſceptum fuit, exardeſcente, Thracia, Helleſpontus, & Ionia terræ motu admodum concuſſæ ſunt: concuſſæ etiam eodem Cyclades inſulæ, concuſſæ item Cnidus & Coo
D
inſulæ, vſque adeo, vt multa in illis deturbarentur ædificia. Porro autem Priſcus memorat tam ingentem pluuiam Conſtantinopoli, & in Bythinia extitiſſe, vt ad tres aut quatuor dies aquæ inſtar fluuiorum de cœlo præcipitarentur, & montes illarum violentia in planitiem deprimerentur: quinetiam ſic obruerentur pagi, vt in exitij diſcrimen venirent, inque Boana lacu, qui non longe abeſt Nicomedia, ob crebram ſordidæ cuiuſque generis materiam in eum congeſtam, nonnullæ fierent inſulæ. Verum iſta euenêre poſtea.

Priſcus Rhetor. Pluuia inuſitata.

CAPVT XV.

De Zenonis & Ariadnæ nuptiis.

Vide Niceph. c. 27. l. 15. Bar.anno 470 n.2. Leo Imp. Zenoni filiã ſuam deſpondet.

IMperator Leo Zenoni Ariadnam deſpondet filiam, eum ſibi generum aſciſcit, qui ab incunabulis Aricmeſus quidem vocatus fuerat: at poſt nuptias nomen à quodam viro ab Iſauria oriundo, ſic appellato, qui ad magnum decus & ſplendorem peruenilſſet, obtinet. Vnde vero iſte Zeno ad tantam dignitatem aſcenderit, & quam ob cauſam omnibus à Leone ſit prælatus, ab Euſtathio Sytio commemoratum eſt.

E

Euſtathius Syrius hiſtoricus.

CAPVT XVI.

De Imperatore Romano Anthemio, & qui poſt illum imperauerint.

Romani Imp Occid. Anthemius an. Chriſti 464. Vide Nicephor. 27.l.15. Baro. an. 467 n. 1. & 469.n. 1 & 475. num.1. Olymbr. Glycer.

ANthemius porro rogatu legatorum à Romanis ad Occidentem habitantibus Conſtantinopolim ad Leonem miſſorum, Imperator ad Romam gubernandam mittitur cui Martianus, qui dudum rexerat Imperium, filiam deſponderat. Baſiliſcus præterea, frater Berinæ coniugis Leonis, cum exercitu ex militibus lectiſſimis collecto dux contra Genzerichum mittitur: quæ res ſunt à Priſco rhetore accuratiſſimè conſcriptæ: neque hæc ſolum, verum etiam quomodo Leo Aſparem, qui Imperium ei tradiderat, per dolum, quaſi mercedem honoris, ad quem ipſum extulerat, ei redditurus, è medio ſuſtulit: quinetiam filios eius Ardabu-
F
tium, quem antea Cæſarem creauerat, & Patricium, quo Aſparis patris eorum inſolentiam & inſcitiam ludificaret, itidem trucidauit. Poſt occiſum Anthemium, qui quinquennio Rom. Imperium adminiſtrauerat, Olymbrius à Rhecimere Imperator renunciatur: quo extincto, Imperator creatur Glycerius: quem Nepos poſt quintum Imperij ſui annum exturbat, ipſeque potitur Imperio, Epiſcopum aut Rom. Glycerium apud Salonas vrbem Dalmatiæ deſignat. Iſtum Nepotem regno eiicit Oreſtes: poſt Oreſtem filius eius Romulus, cognomine Auguſtulus, qui poſtremus Romæ Imperator fuit, 1300. annos poſt regnum Romuli, Imperium occupauit. Quo mortuo, ſummam rerum Romanarum adminiſtrat Odoacer, qui Imperatoris nomine repudiato, ſe regem appellari voluit.

Nepos. Oreſtes. Romul. Odoacer. Authoritate Imp. Priſcum rhetor. Leo ſuſtulit Aſparem Ardabutium Patricium. Finis Imperij Roman. in Occidentem ad regnum relapſi.

[a] *Odoacer ex Imp Rom. Rex an 471. poſt quem Imperium Occidentis iacuit annos 33. Videlicet, vſque ad Carol Magnum: & ſunt proinde interea temporis omnes qui in hoc opere memorantur Imper. Orientis* Leo Iunior Imp. Orientalis, Mox Zeno eius pater ann. Chriſti 475

G

CAPVT XVII.

De morte Leonis & parui Leonis Imperio, & Zenonis rurſum patris eius.

Vide Niceph. c.29.l.15 Bar.anno 474.n.1. & ſeq. Leo Imperator Imperium depoſuit ann 473. Zeno obtinuit Imp. anno 475.

PEr idem tempus Leo Imperator, cum decem & ſeptem annos regnaſſet, Conſtantinopoli deponit Imperium Leonemque Ariadnæ filiæ ſuæ & Zenonis filium, iam admodum tenerum ætate, in Imperij gradu locat. Poſt quem Zeno pater purpuram induit, vt Leonis gener, ſubſidio Berinæ coniugis Leonis: mortuoq; puero paulo poſt, Zeno ſolus Imperij obtinet gubernacula. Quæ autem res fuerint vel ab eo contra eum geſtæ, quæque eius temporibus acciderint, proximus Liber, Deo iuuante, perſpicuè docebit.

H

CAPVT XVIII.

Compendium rerum in Chalcedonenſi Concilio geſtarum, in huius ſecundi Libri fine collocatum.

Vide notas Conc. Chalc. to.2. cõc. gen.edit. Bin.

EPITOME EORVM QVÆ ACTA SVNT, & Decisa in Concilio Chalcedonenſi.

Vide Niceph.c. 30.l. 15. Euag. l.1.c 4. † Correctius cum ſcriptus habere codex Græc. impreſſus,

PAſcaſianus & Lucentius Epiſcopi, & Bonifacius presbyter in hoc concilio, Leonis antiquæ Romæ pontificis fuêre vicarij: Anatolius item antiſtes Conſtantinopolis, Dioſcorus Alexandriæ Epiſcopus, Maximus Epiſcopus Antiochiæ, & Iuuenalis Hieroſolymorum, & horum omnium Sacerdotes, eidem concilio interfuerunt. Quorum numero adiuncti erant ſenatores primarij, quibus dixerunt vicarij Leonis, Dioſcorum non debere cum illis in concilio conſidere. Iſtud enim

ſuum

A

ſuſpicor malo animo ab aliquo vocem Romani, ſublatã, Niceph. l. 15. c. 30 eã etiam habet, & debet in textum hoc loco redire.

Epiſcopi præcipui Concilij Chalcedonenſis Leonis Pontif. vicarij.

ſuum Epiſcopum Leonem mandaſſe: quod quidem ſi minimè obſeruarent, ſe ab Eccleſia deceſſuros. Ac cum ſenatores rogarent, quænam crimina obiicerentur Dioſcoro? reſponderunt, illum qui perſonam iudicis præter æquum & bonum ſuſceperat abſque Romani Pontificis † præſidentis permiſſu, debere pro iudicio, quod ipſe de aliis dederat, iudicium ſubire. Quæ cum dixiſſent, & Dioſcorus de ſententia ſenatus in medio conſeſſu ſtatueretur, petebat Euſebius, vt ſupplex libellus quem Imperatores miſerant, coram iam perlegeretur hæcque verba adiecit: Mihi certè à Dioſcoro facta eſt iniuria, fidei etiam facta iniuria: Flauianus Epiſcopus ab eo interfectus, vnáque mecum iniquè Sacerdotio abdicatus. Iubete meum ſupplicem libellum legi. Quæ cum dixiſſet, ſupplex libellus lectus fuit, qui eſt hæc verba complexus: Supplex libellus Imperatoribus noſtris Chriſtum verè colentibus, religioſiſſimis & ſanctiſſimis, Fl. Valentiniano & Marciano ſemper Auguſtis, ab Euſebio humillimo Epiſcopo Dorylæenſi, qui pro ſe, pro orthodoxa fide, pro Flauiano deniq; ſanctiſſimo Epiſcopo Cõſtantinopolitano verba fecit, oblatus:

B

Dioſcorũ à cætu reiici & ſe prius purgare poſtulãt.

Eſt quidem veſtræ amplitudini propoſitum, vt cunctis qui veſtro parent Imperio, ſedulò prouideatis, & cum cæteris omnibus iniuria affectis, tum maximè Sacerdotibus benignè opitulemini. In hoc enim diuinum numen, à quo mortalium imperium & dominatus vobis tributus eſt verè colitur. Quare, quoniam & fides Chriſtiana & nos etiam incommoda multa grauiáque contra æquitatis regulam à Dioſcoro reuerendiſſ. Epiſcopo Alexandriæ, vrbis primariæ, accepimus: ad veſtram benignitatem ſupplices accedimus, vt quod æquum eſt, à vobis impetremus. Cauſa autem querelæ eiuſmodi eſt: In Concilio nuper Epheſi vrbis primariæ habito (quod vtinam nunquam fuiſſet habitum, ne orbem terrarum tantis malis ac turbis oppleuiſſet) iſte bonus vir Dioſcorus qui iuris & æqui normam pro nihilo putauit, qui timorem Dei contempſit, qui eandem tenuit cum Eutyche homine pleno inanitatis atque adeo hæretico opinionem ac ſententiam, qui quiſnam eſſet, aliquamdiu multos celauit: poſtea tamen ſeipſum prodidit, cum ex criminatione, quam ego Eutychi intuliſſem, & ex ſententia, quam Flauianus ſanctæ ac piæ memoriæ Epiſcopus contra eum pronunciaſſet, occaſionem arripuiſſet, multitudine populorum ſeditioſorum coacta, & potentia ſibi pecunia ſubſidio acquiſita, piam orthodoxorum religionem, quoad eius fieri poterat labefactare, & peruerſam Eutychis Monachi doctrinam, quæ ab ipſis Apoſtolorum temporibus hactenus à ſanctis Patribus condemnata fuerit, ſtabilire laborauit. Itaque cum facinora, quæ tam confidenter tum contra Chriſtianam fidem, tum contra nos admiſerit, non exigui momenti ſint, ſupplices accedimus ad genua veſtræ Celſitudinis, obſecramúſque vt iubeatis reuerendiſſ. Epiſcopum Dioſcorum ad crimina ei à nobis obiecta reſpondere, nimirum commentaria rerum ab eo contra nos geſtarum in ſancto Concilio perlegantur, quibus certè oſtendere poterimus, eum & ab orthodoxa fide alienum eſſe, & hæreſim propugnare impietatis plenam & iniquè nos abdicaſſe, & grauibus nos affeciſſe incommodis: atque oramus præterea, vt diuina & honorifica veſtra mandata mittere dignemini ſancto & generali diuiniſſimorum Epiſcoporum Concilio, quo & quid nos, & quid prædictus Dioſcorus egerit, audiri, & omnia quæ in Concilio gerentur, veſtræ pietati ſignificari poſſint, vt immortali noſtro capiti Chriſto placeamus. Cuius rei facti compotes, Imperatores ſanctiſſimi, aſſiduas preces pro proſpero veſtri Imperij ſtatu perpetuando, Deo offerre non deſiſtemus.

Dioſcorus Alexandriæ Epiſcopus aduerſus Euſebij libellus ſupplex.

C

Dioſcorus ab orthodoxa fide alienus.

D

Quæ autem in ſecundo Concilio Epheſino ab Epiſcopis acta erant, rogatu tum Dioſcori, tum Euſebij publicè ac palam legebantur: ex quibus conſtabat, Epiſtolam Leonis minimè lectam fuiſſe, idque cum verba de eadem ſemel atque iterum facta fuiſſent. Vnde Dioſcorus cauſam rogatus, reſpondit ſe ſemel atque iterum egiſſe cum Epiſcopis, vt illud fieret: poſtulauitque Iuuenalis Hieroſolymorum Epiſcopus, & Thalaſſius Cæſariæ Cappadociæ Epiſcopus, vt res iſtæ apertè declararentur (hoa namque vna cum Dioſcoro authoritatem in Concilio Chalcedonenſi ſibi aſſumpſiſſe conſtat) atque Iuuenalis dixit, affirmauitque, Dioſcorum quidem per literas Imperatorias de legenda Leonis Epiſtola admonitum, poſtea tamen mentionem eiuſdem Epiſtolæ à nemine factam: Thalaſſius autem dixit ſe minimè obſtitiſſe, quo minus legeretur, neque tantum habuiſſe authoritatis, vti ipſe ſolus decidere poſſet, vt legeretur. Itaque actis Concilij perlectis, & quibuſdam Epiſcopis nonnullas veteratorias & quaſi commentatitias ſententias in illis deprehendentibus, Stephanus Epheſiorum antiſtes rogatus, quinam eorum qui tum ſubſcribebant, cum exceptione ſubſcripſiſſent, reſpondit Iulianum, qui poſtea Lebidi fuit Epiſcopus, & Criſpinum ita ſubſcripſiſſe: eos tamen qui ſubſcribebant Dioſcoro, iſtud fieri minimè permiſiſſe, ſed prehendiſſe ſubſcribentium digitos, adeo vt turpiſſima ignominiæ nota affecti viderentur. Proinde Stephanus confitebatur eodem ipſo die abdicationi Flauiani fuiſſe ſubſcriptum. Quippe Acacius Ariarathiæ Epiſcopus, chartæ, in qua nihil ſcriptum erat, omnes per vim & neceſſitatem infinitis ferè malis à militibus, qui cum cruentis gladiis diſtrictiſque circumſiſtebant, diuexatos, ad ſubſcribendum impulit. Deinde alia rurſus accuſatione perlecta, Theodorus Epiſcopus Claudinopolis dixit, neminem iſta locutum fuiſſe. Cum autem ita actorum lectio progrederetur, vbi locus quidam occurrebat, qui complectebatur Eutychem & eos, qui aſſerunt carnem Dei & Domini ac Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti de cœlo deſcendiſſe, ita locutos, actorum commentarij oſtenderunt, Euſebium reſpondiſſe, Eutychen dixiſſe quidem de cœlo, ſed non adiecisſe, vnde ſumpſerat. Diogenem autem Epiſcopum Cizici tum vrgere: Dic ergo vnde? eos vero vlterius quærere non fuiſſe permiſſos. Tum ipſa acta in medium proferunt. Deinde Baſilius Epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ dixit: Adoro vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, filium Dei, ſolum Deum verbum, qui poſt incarnationem & copulationem diuinitatis & humanitatis in duabus naturis conſiſtere intelligitur. Contra iſta cœperunt Ægyptij ita vociferari: Nemo eum qui pariri nequit, in partes diuidat; vnum filium oportet, non duos dicere filios. Tum Epiſcopi Orientis clamare: Anathema ſit Chriſtum partienti, anathema eum diuidenti. Eadem etiam acta referunt, Eutychem interrogatum vtrum duas in Chriſto eſſe naturas aſſereret? reſpondiſſe, ſe ſcire Chriſtum ante coniunctionem diuinitatis cum humanitate ex duabus conſtitiſſe naturis, at poſt copulationem, vnam in eo eſſe? Baſilium tum dixiſſe: Quod ſi non dicat, poſt coniunctionem naturarum duas eſſe naturas, quæ nec ſeparari nec confundi poſſint, confuſionem inducere & commixtionem: ſin autem adiiciat, diuinitatem incarnatam eſſe, & humanitatem induiſſe, & incarnationem eo modo quo Cyrillus intelligat, eadem eum dicere, quæ ipſi. Nam aliud diuinitatem eſſe quæ ex patre fuit, humanitatem autem aliud quæ ex matre. Qui cum eſſent interrogati, quamobrem abdicationi Flauiani ſubſcripſiſſent, actorum commentarij declarant, Epiſcopos Orientis ſic clamaſſe: Omnes peccauimus, omnes igitur veniam petimus. Deinde cum vlterius in actis legendis procederetur, conſtabat Epiſcopos rogatos fuiſſe, cur Euſebium in congreſſum & colloquium cum illis venire cupientem non permiſiſſent? ad quæ Dioſcorus reſpondet, Elpidium literas admonitorias attuliſſe illis, confirmaſſéque Imperatorem Theodoſium dediſſe in mandatis, vt in Concilium minimè intromitteretur. Idem quoque Iuuenalem reſpondiſſe, docent ipſa acta. Thalaſſius autem dixit, ea nihil habere authoritatis, quæ à principibus condemnationem habuiſſent, neque fidei propoſitæ hanc defenſionem eſſe. Vnde Dioſcorum quæ fiebant reprehendiſſe acta indicant, his ferè verbis: & dixiſſe, Quales iam ſeruantur canones? Cum Theodoritus in conuentum veniſſet, tum fertur ſenatum dixiſſe, quod pro accuſatore ingreſſus eſt: reſpondiſſe

Thalaſſius, Cappadociæ Epiſcopus.

E

Stephanus, Epheſiorum Epiſcopus.

F

Acta Concilij Epheſini lecta in Synodo Chalcedonenſ. Seſſione prima.

Epiſcopi neceſſitate coacti per vim coactũ ſubſcribere abdicationi Flauiani.

G

Eutychetis impius error.

H

A Dioſcorum eum Epiſcopi loco conſidere. Tum ſenatum dixiſſe, cum Euſebium, tum Theodoricum locum accuſatorum obtinere, non aliter quam Dioſcorum ipſum locum tenere rei. Omnibus igitur actis ſecundi Concilij Epheſini perlectis, ſententia quoque contra Flauianum & Euſebium pronuntiata, vſque ad verbum quoddã: quo prolato, Hilarius Epiſcopus loqui cœpit; Epiſcopi Orientis & qui cum illis erant, clamabant: Anathema Dioſcoro. Eodem momento Chriſtus abdicauit Dioſcorum: Flauianus à Dioſcoro abdicatus eſt. Sancte Domine, tu ſo illum animaduerte: túque Imperator orthodoxe, illum vleiſcere. Viuat Leo multos annos, multos annos viuat Patriarcha. Poſtremo lectis illis literis, quæ oſtendebant, omnes Epiſcopos ibi in vnum collectos abdicationi Flauiani & Euſebij conſenſiſſe, illuſtriſſimi magiſtratus iſta quæ ſequuntur, totidem verbis loquuti ſunt: *Poſtridie cum Concilium exquiſitius habitum eſſet, de orthodoxa & Catholica fide multo accuratius quæſitum videmus. At quoniam Flauianus piæ memoriæ Epiſcopus, & Euſebius reuerendiſſ. Dorylæi Epiſcopus ex Concilij actorum Decretorúmque Inquiſitione, & ex verbis eorum qui tum Concilio præſederunt (dixerant enim ſe errore lapſos fuiſſe, iniuſtéque Flauianum & Euſebium abdicaſſe) declarati ſunt minimè in fide hallucinati, & propterea iniquè abdicati: æquum nobis ſanè videtur, idque Deo noſtram approbante ſententiam, vt Dioſcorus (modo ita placuerit diuiniſſimo & ſanctiſſimo Domino noſtro Imperatori) reuerendiſſ. Alexandriæ Epiſcopus, Iuuenalis reuerendiſſ. Epiſcopus Hieroſolymorum, Thalaſſius reuerendiſſ. Cæſariæ Cappadociæ Epiſcopus, Euſebius reuerendiſſ. Epiſcopus Armeniæ, Euſtathius reuerendiſſ. Epiſcopus Seleociæ Iſauriæ (penes quos tum poteſtas, erat. Conciliòque illi præſidebant.) ſancti Concilij ſententia ac iudicio eodem pœnæ genere ſi. ut Canones Eccleſiæ poſtolant. multati dignitate Epiſcopali abdicentur. omniaque ex ſententia Imperatorum diuiniſſ. decernantur.* Quibus verbis recitatis, clamare Orientis Epiſcopi: Iuſtum eſt illud quidem iudicium. deinde vociferari Epiſcopi Illyrici, Omnes errauimus, omnes veniam poſtulamus. Ac cum Epiſcopi Orientis rurſus clamaſſent, Iuſta eſt iſta ſententia: homicidam abdicauit Chriſtus, martyres vltus eſt Chriſtus, ſenatores iuſſerunt, vt ſinguli Epiſcoporum ibi coactorum, ſeparatim ſuam ipſorum fidem exponerent: vt qui pro certo cognoſcerent, Imperatorem diuiniſſimum ſecundum formulam illam fidei à trecentis decem & octo patribus Nicææ, & à centum quinquaginta Conſtantinopoli coactis editam, & ſecundùm Epiſtolas ſanctorum Patrum, Gregorij, Baſilij, Hilarij, Athanaſij, Ambroſij, & ſecundùm Epiſtolas Cyrilli in primo Concilio Epheſino palam recitatas credere. Etenim Leonem reuerendiſſ. antiquæ Romæ Epiſcopum Eutychem propterea abdicaſſe, Iſto igitur Conuentu ad hunc modum dimiſſo, cum Epiſcopi ſanctiſſ. ad alium Conuentum agendum in vnum cogerentur, Euſebius Dorylæi Epiſcopus libellos pro ſe ac Flauiano illis obtulit: quibus Dioſcorum, vtpote eundem cum Eutyche tenentem errorem, & quod ipſos Sacerdotio abdicauerat, accuſauit: addidit præterea, quod Dioſcorus voces quaſdam in Concilio tum congregato minimè prolatas in Commentariis inſeruerat, quod chartas, in quibus nihil ineſſet ſcripti, ſubdole parauerat, quibus ipſi ſubſcriberent, poſtulauitque vt omnia acta ſecundi Concilij Epheſini ſententiæ Epiſcoporum iam coactorum abrogarentur, ipſique reſtituerentur ad Sacerdotium, ſceleratúmque illud Eutychis dogma anathemate damnaretur: petebat porro vt poſt actorum lectionem aduerſarius in Concilium compareret. Quod cum vt fieret conceſſum eſſet, Aëtius primicerius notarius dixit, ſe ad Dioſcorum venisse, ſicut etiam ad alios: reſpondiſſéque Dioſcorum, non ſibi à cuſtodibus ſuis permiſſam poteſtatem ad Concilium accedendi. Ferebant etiam Dioſcorum ante Concilium coactum quæſitum fuiſſe: quo minimè inuento, dixiſſe Anatolium Epiſcopum, eum debere accerſiri, & ad

Vociferatio ſynodi aduerſus Reos Epiſcopos. Dioſcori abdicatio. Flauiani abdicatio.

B

Concilij ſententia odoceius Dioſcorũ eiúſque ſocios.

C

Eutyches eur à Leone Rom. Epiſcopo abdicatus. Seſſio ſecunda rurſus contra

D

Dioſcorum.

Dioſcorus per nuncios ad Conciliũ vocatur patres verbis eludit.

Concilium venire. Qua re confecta, qui ad eum miſſi erant, reuerſi dixerunt, dixiſſe Dioſcorum, Teneor equidem a cuſtodibus: quod ſi faciant mihi copiam veniendi, dicant. Ac cum illi qui miſſi erant, dixiſſent ſe ad eum, non ad Magiſtrianos miſſos, eum ferunt ſic dixiſſe: Paratus ſum ad ſanctum & generale Concilium venire, ſed impedior. Quibus adiunxit Himerius, quod ipſis redeuntibus à Dioſcoro obuiam factus eſt Boëtius, magiſtro diuinorum Officiorum, & cum eo rurſus Epiſcopi ibant ad Dioſcorum; & quod quædam de colloquio habito cum Dioſcoro ſchedis notata habebant: quæ cum eſſent perlecta, declarabant Dioſcorum iſta bis ferè verbis dixiſſe: *Cum hanc rem mecum ipſe conſidero, comperióque perquam vtilem mihi eſſe, iſta reſpondeo: quoniam præſides illuſtriſſimi, qui in iſto Concilio ſedent, multa poſt crebra ſingulorum colloquia decreuerunt: ipſeque ad ſecundum iam vocor Concilium, quo ea quæ ante dicta fuerint, retractentur: quæſo ab illis, vt præſides excellentiſſimi ſacérque ſenatus, qui primo interfuère Concilio, etiam huic interſint, vt eadem res denuo accuratè diſquirantur. Cui acta referunt, Acacium reſpondiſſe ad hunc modum: Non iuſſit ſanctum & eximium Concilium vt tua ſanctitas ideo accedas, vt ea quæ coram illuſtriſſimis præſidibus, & coram ſacro ſenatu acta fuerunt, retractentur: ſed nos miſit eo planè animo, vti tu ad Concilium venias & ne tua ſanctitas abſit ab illis. Cui Dioſcorum dixiſſe, oſtendunt actorum Commentarij: Significaſtis mihi, Euſebium iam libellos Concilio obtuliſſe: vos obteſtor denuo, vt coram præſidibus & ſenatu mea cauſa penitus expendatur cognoſcatúrque.* Poſtea aliis quibuſdam eius generis interpoſitis, mittebantur denuo quidam ad Dioſcorum hortandum, vti rebus in Concilio gerendis intereſſet. Quo facto, qui miſſi erant, redeuntes dixerunt, ſe eius verba in ſchedis notaſſe, quæ ſignificabant dixiſſe eum: Iam pridem ſignificaui veſtræ ſanctitati, me morbo teneri, idcirco peto, vt illuſtriſſimi præſides, & ſacer ſenatus rerum diſquirendarum iudicationi adſint. Ac quoniam morbus ingraueſcit, eam ob cauſam aduentum differo. Tum Cecropium, actorum Commentarij memorant, dixiſſe Dioſcoro: Antea nulla abs te de morbo facta eſt mentio, debueras igitur canonibus Eccleſiæ feciſſe ſatis. Huic autem reſpondiſſe Dioſcorum: Semel dixi, præſides debere intereſſe Concilio. Deinde Ruffinum Epiſcopum Samoſatenum dixiſſe Dioſcoro: Ea quæ quærebatur, ſecundum canones Eccleſiæ quæri, & propterea eum ad Concilium accedentem poſſe, quæ vellet, liberè dicere. Perſuaſo igitur Dioſcoro, Iuuenalis etiam & Thalaſſius eo aduentarunt. Euſtathius autem protulit ea quæ nihil ad rem pertinebant. Ad quæ reſpondiſſe Dioſcorum, acta docent: rogaſſéque Imperatorem Chriſti amantiſſimum, vt præſides, & illi qui cum ipſo iudicium in Concilio dediſſent eo accederent.

His rebus eos qui miſſi erant reſpondiſſe, Euſebium enim ſolum accuſare: & propterea non neceſſe eſſe, vt omnes accederent: dixiſſe tum Dioſcorum, Omnes qui cum ipſo iudicium in Concilio dederant, debere accedere Nam Euſebium non habere priuatam contra ipſum actionem: ſed ea de quibus omnes decidiſſent iudicaſſéntque. Rurſus illis qui miſſi erant, idem vrgentibus, reſpondiſſe Dioſcorum: Semel dixi, & amplius quod dicam non habeo. Poſt illa Euſebium Dorylæi Epiſcopum dixiſſe, ſe contra Dioſcorum ſolùm habere actionem, contra alium præterea neminem, poſtulaſſéque vt tertio accerſiretur Dioſcorus: quem interpellantem Aëtium, docuiſſe iamdudum quoſdam, qui ſe clericos eſſe dicebant, vna cum laicis quibuſdam Alexandria ad Concilium veniſſe, dediſſe libellos contra Dioſcorum, eos ſtantes pro foribus templi, in quo Concilium ſedebat, clamores edidiſſe. Ac primum Theodorum Concilio libellum exhibuiſſe, qui ſanctæ Eccleſiæ Alexandrinæ Diaconus fuit, deinde Iſchyrianum eiuſdem Eccleſiæ Diaconum, tum Athanaſium Preſbyterum filium fratris Cyrilli: Sophronium item dediſſe libellos, quibus Dioſcorum tum ob blaſphemiam, tum ob res ad corporis

E

Dioſcorus ab Eccleſiaſticis ad laicos principes prouocat.

F

Dioſcori excuſatio.

G

Ruffinus Epiſcopus.

H

Dioſcorus Tertio ad Cõcilium fruſtra vocatus.

vſum

A vſum pertinentes, violentámque pecuniarum direptionem criminabatur. Porrò autem vocatur tertiò Dioſcorus, vt ad Concilium accedat. Qui autem ad hoc negotium deſignati erant, reuerſi ſignificabant Concilio, Dioſcorum dixiſſe: Satis multa dixi veſtræ pietati, quibus nihil addere poſſim.

Dioſcorus Eccleſiæ canonibus obnoxius.

Ac rurſus illis qui ad eam rem miſsi erant, vrgentibus vt veniret, Dioſcorus eadem ipſa reſpondit. Tum Paſchaſinus dixit: Dioſcurus iam tertiò vocatus non venit, conſcientiæ ſtimulo perculſus: rogauitque quid meritus eſſet. Ad quod reſponderunt Epiſcopi, eum factum Eccleſiæ canonibus obnoxium. Deinde Proterius, Epiſcopus Smyrnæ: Quando, inquit, ſanctus Flauianus ab eo fuit interfectus, non prout meruerat, pœnas perſoluit. Poſtremo Leonis antiquæ Romæ Archiepiſcopi vicarij, iſta totidem verbis in Concilio recitarunt: *Facinora ea quæ ſunt à Dioſcoro dudum Alexandriæ vrbis primariæ Epiſcopo, contra canonum præſcriptionem & diſciplinam Eccleſiaſticam admiſſa, partim ex illis quæ in priore conſeſſu inquiſita erant, partim ex his quæ hodie acta ſunt, omnibus ſunt explorate perſpecta. Iſte enim (vt multa alia miſſa faciamus) Eutychem eiuſdem cum ipſo opinionis à proprio ac ſuo Epiſcopo, patre videlicet ſanctiſſimo, & Epiſcopo noſtro Flauiano, ſicut canon poſcebat Eccleſiæ, abdicatum, ſua ipſius authoritate contra Eccleſiæ receptis in communionem: idque ante, quam Concilio illi quod Epheſi cum Epiſcopis ſanctiſſimis habebat, interfuiſſet. Quibus Epiſcopis Sedes Apoſtolica veniam propterea tribuit quod res quas ibi geſſerant, contra voluntatem geſſiſſent: qui ad præſens vſque tempus Leoni, Epiſcopo ſanctiſſimo & vniuerſo ſancto & generali Concilio morem gerunt, & ob eam cauſam eos vtpote eidem fidei conſentientes, in ſuam recepit communionem. At iſte Dioſcorus de illis rebus, de quibus gemere, lugere, ſeque humi abijcere debuerat, etiam adhuc gloriari non deſinit. Accedit eodem, quod epiſtolam beati Leonis, quam ſcripſit ad Flauianum ſanctæ memoriæ Epiſcopum, legi non permiſit: idque ſæpius rogatus ab his qui eam attulerant, vt legeretur, ipſeque cum iureiurando adiecto ſe eam legendam curaturum pollicitus eſſet. Quæ minime perlecta, ſanctiſſimis orbis terrarum Eccleſiis & offenſioni fuit & detrimento. At quanquam talia conſciuerat facinora, tamen conſilium à nobis initum eſt, quomodo tum ei pro impio ſcelere ab ipſo ante admiſſo, tum reliquis itidem piis Epiſcopis, penes quos minimè par cum eo erat poteſtas iudicandi, aliqua impertiretur miſericordia. Verùm quoniam prior eius impietas, poſterioribus ſceleribus longe ſuperata eſt (non enim dubitauit etiam ſanctiſſimum & religioſiſſimum antiquæ Romæ Archiepiſcopum communione interdicere: quinetiam cum libelli pleni impietatis ab ipſo commiſſa contra eum eſſent producti, & ille ipſe ſemel, iterum ac tertiò, vti canon Eccleſiæ vult, eſſet ad Concilium vocatus, minimè obtemperauit, vtpote propriæ conſcientiæ ſtimulis pulſus, & eos qui à variis conciliis iure eſſent abdicati, contra ius recepit ad ſe: denique variis Eccleſiæ legibus ab eo quaſi pedibus conculcatis, contra ſe ipſe quodammodo ſententiam pronunciauerat) quoniam, inquam, hæc omnia deinceps admiſit, idcirco ſanctiſſimus & beatiſſimus Archiepiſcopus magnæ & antiquæ Romæ Leo, per vos & præſens Concilium cum beatiſſimo & omni laude celebrando Apoſtolo Petro, qui eſt petra & baſis Eccleſiæ Catholicæ & fidei orthodoxæ fundamentum ſpoliauit omni dignitate Epiſcopali, & omni ſacerdotali miniſterio prorſus abdicauit. Quamobrem hoc ſanctum & frequens Concilium ſententiam, quam Eccleſiæ canones poſtulant, contra Dioſcorum de quo noſtra ſuperior inſtituta fuit oratio, pronunciat.*

Vicariorũ Leonis Papæ ſententia aduerſus Dioſcorũ.

B

Epiſcopis venia tributa, ob id quod coacti dolis quorũdã & veniã petierint.

C

Dioſcori crimina

D

Quibus ab Anatolio, Maximo & reliquis Epiſcopis confirmatis, illis exceptis qui à ſenatu erant vna cum Dioſcoro abdicati, de his per literas à Concilio referebatur ad Martianum: & abdicatio per idem Concilium miſſa fuit Dioſcoro, quæ ita ſe habet: *Scito te tum quod diuinos Eccleſiæ canones contempſeris, tum quod ſancto huic & generali Concilio minimè obtemperaueris, tum propter alia multa crimina præterea, quæ commiſiſſe deprehenſus es: tum quod tertio vocatus à ſancto hoc & celebri*

Dioſcori abdicationis ratio, per Concilium Chalcedonenſe.

E

Concilio, vt illis quæ ſunt tibi obiecta, reſponderes, non veneris: ſcito, inquam, te propter iſta omnia à ſancto & generali Concilio tertio idus iſtius menſis Octobris Epiſcopatu abdicatum eſſe, & ab omni iure Eccleſiaſtico penitus abalienatum. Quibus verbis in Commentarios relatis, miſſiſque ad pios ſanctiſſimæ Eccleſiæ Alexandrinæ Epiſcopos & Decreto contra Dioſcorum edito, Conuentus iſte dimiſſus fuit, eóque modo exitum habuit.

Verùm poſt in vnum rurſus congregati, primum reſponderunt ad rogatum principum de vera rectaque fide doceri cupientium: deinde dixerunt, non debere quicquam amplius de cauſa Eutychis ſemel ab Epiſcopo Romano concluſa definitáque ſtatui: in quam ſententiam omnes quaſi pedibus iuerunt. Quinetiam cum omnes Epiſcopi ſe eadem affirmare clamarent & principes verbis quémque Patriarcham hortarentur, vt vna & altera perſona cuiúſque eorum diœceſeos in medium prodiret, quo ſententia cuiúſque perſpicuè cognoſceretur, Florentius Epiſcopus Sardenſis poteſtatem petiit, vt cum Concilio & rebus tempore deliberatis, ipſi poſſent ad veritatem accedere: Et Cecropius Epiſcopus Sebaſtopolis: *Fides, inquit, & præclarè expoſita eſt à trecentis decem & octo ſanctis Patribus, & confirmata deinde à ſanctis Patribus, Athanaſio, Cyrillo, Celeſtino, Hilario, Baſilio & Gregorio, & iam denuo à ſanctiſſimo Leone ſtabilita. Itaque petimus, vt fidei formula tum trecentorum ſanctorum Patrum, tum Leonis ſanctiſſimi legatur, qua perlecta, totum Concilium clamauit, Iſta eſt fides orthodoxorum ſic omnes credimus, ſic Papa Leo credit, ſic credidit Cyrillus, ſic Papa interpretatus eſt.* Ac cum colloquium inter eos fieret, vt formula fidei à centum quinquaginta ſanctis Patribus Conſtantinopoli edita legeretur, illa quoque lecta fuit. Poſtea totum denuò Concilium clamauit, Hæc fides orthodoxorum: ſic omnes credimus. His confectis rebus, Aëtius Archidiaconus: Habeo, inquit, ad manum Diui Cyrilli epiſtolam ad Neſtorium, quam omnes Epiſcopi Epheſi congregati, ſuis ſubſcriptionibus ratam fecerunt: habeo etiam alteram eiuſdem Cyrilli epiſtolam, ſcriptam ad Ioannem Epiſcopum Antiochiæ, eámque confirmatam: quæ epiſtolæ vt perlegerentur, poſtulauit. Colloquio igitur de his facto, vtraque lecta fuit. Prioris autem quandam partem hoc loco poſuimus, quæ ſe habet ad hunc modum.

Acta Chalcedonenſis Synodi poſt condemnationem Dioſcori.

F

Florentius Epiſcopus. Cecropius Epiſcopus.

Nicena fides lecta & probata

Acclamatio Patrum. Epheſinæ prim. Synodi acta lecta & probata

G

REVERENDISSIMO Sanctiſſimóque Collegæ noſtro Neſtorio Cyrillus S.

SVNT, vt audio, nonnulli qui meæ exiſtimationi apud tuam reuerentiam obtrectent, idque non raro: quod quidem tum faciunt potiſſimum, cum illuſtres viros ac magiſtratus in vnum frequentes conueniſſe animaduertunt, vt fortaſsè tuas aures eiuſmodi rebus audiendis oblectari. Ac paulo infra: Sanctum & celebre Concilium aſſeris, eum qui ex Deo Patre naturaliter genitus eſt filium eſſe vnigenitum, Deum verum ex Deo vero, lumen de lumine, per quem pater omnia fecit: deſcendiſſe de cœlo, incarnatum eſſe, hominem factum, paſſum reſurrexiſſe tertio die ad cœlos aſcendiſſe. His verbis, hiſque doctrina nos oportet aſſentiri, rationéque & mente luſtrare, quid ſibi velit incarnari, quid, verbum Dei hominem fieri. Non enim dicimus, quod Dei verbi natura commutata, facta ſit caro: neque quod in totum hominem, qui conſtat ex animo & corpore, conuerſa: ſed illud potius, quod verbum ſecundum ſubſiſtentiam carnem anima rationis participe animatam ſibi coniungens, factus eſt homo, eo certè modo, qui nec exprimi verbis, nec cogitatione comprehendi poteſt: & vocatus filius hominis non ſecundum voluntatem ſolam, aut quod ſuæ benignitati ita viſum erat, neque aſſumptione duntaxat perſonæ aut quod diuerſæ naturæ in veram vnitatem coniunctæ erant: ſed quod vnus Chriſtus ex duabus conſtabat naturis, vnuſque filius: non quod naturarum

Cyrilli Epiſtola ad Neſtorium.

H

Duarũ in Chriſto naturarũ vnio.

Eiuſdem incarnatio.

A

differentia ſublata erat propter vnitatem, ſed diuinitas & humanitas inexplicabili quadam & arcana coniunctionis concurſione vnum Dominum & Chriſtum & filium effecerunt. Et aliis quibuſdam interpoſitis iſta adiungit: Quoniam propter nos & propter noſtram ſalutem ſibi ſecundum ſubſiſtentiam naturam iunxit humanam & proceſſit ex muliere, idcirco dicitur ſecundum carnem natus eſſe. Nam non primum, vti communis natura fert, natus eſt homo ex ſancta virgine, ac deinde Verbum Dei in eum ingreſſum eſt; ſed in vulua cum carne copulatum, dicitur carnalem ſuſtinuiſſe natiuitatem, vtpote qui ſua carnis natiuitatem ſibi propriam effecerit. Eodem modo dicimus eum paſſum eſſe & reſurrexiſſe, non quod Deus verbum in ſua natura aut plagas aut confixus clauorum, aut alias afflictiones paſſus eſt (diuinum enim numen quia ſit corporis expers, pati non poteſt) ſed quod corpus, quod ipſius proprium factum eſt, patiebatur, dicitur ille ipſe iſta pro nobis paſſus eſſe. Nam in corpore quod patiebatur, inerat ille qui pati non poterat. Sed de hac quidem epiſtola hactenus. Alterius epiſtolæ magna pars in primo Hiſtoriæ libro poſita eſt. In ea quidem epiſtola quam Ioannes Epiſcopus Antiochiæ ſcripſit, Cyrillus vero etiam ſuo ſuffragio penitus confirmauit, talis extat ſententia: *Confitemur ſanctam Virginem Deiparam eſſe, propterea quod ex ea Deus Verbum carnem ſumpſit & humanitatem, & ex ipſa conceptione ſibi templum, quod accepit ab ea coniunxit. Ac non ſumus neſcij homines diuinitus inſpiratos voces Euangeliorum & Epiſtolarum ſcriptarum ab Apoſtolis, quæ ſunt de Domino tradita, partim communes aſſeruiſſe, velut de vna perſona prolatas: partim ſeparatim diuiſiſſe, velut de duabus naturis poſitas: partim diuinas affirmaſſe, velut de Chriſti diuinitate duntaxat loquentes: partim denique humiles & abiectas, velut de humanitate ſolum conſcriptas. Quibus addit iſta: cum iſtas veſtras pias voces legiſſemus, vóſque ipſos ita ſentire comperiremus (Vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma) totius vniuerſitatis conſeruatorem Deum laudibus extulimus & ſumus propterea inter nos animis admodum lætati, quod veſtra ſimul & noſtra Eccleſia partim ſcripturis diuinitus inſpiratis, partim ſanctorum Patrum traditione impulſæ concordem inter ipſas fidem amplectantur.*

Chriſtus cur ſecundum carnem natus eſſe dicatur.

Paſſo. Chriſtus quomodo paſſus eſſe dicatur. Et reſurrectio.

B

Ex epiſt. Ioannis Antiocheni.

C

Concilio probata Synodi epiſtola.

His epiſtolis perlectis, qui aderant in Concilio, ſic acclamabant: Omnes ita credimus, ita Leo Papa credit: anathema ei qui Chriſtum diuidit, qui eius confundit naturas: iſta fides Leonis Archiepiſcopi, ſic credit Leo: Leo & Anatolius etiam ſic credunt. Omnes ſic credimus: & Cyrillus ita credit: ſempiterna ſit memoria Cyrilli & epiſtolæ eius ſimiliter. Sic nos ſentimus, ſic nos & credidimus & credimus. Leo Archiepiſcopus ſic credit, ſic ſcripſit. Ac cum fieret colloquium inter eos vt Leonis epiſtola legeretur, lecta fuit, & interpretatio illi adiuncta, quæ in actis Concilij extat. Poſt lectam epiſtolam, cum Epiſcopi clamaſſent, Hæc fides patrum, hæc fides Apoſtolorum, omnes ſic credimus, orthodoxi ſic credunt, anathema ei, qui ſic non credit, Petrus per Leonem iſta pronunciauit, Apoſtoli ſic docuerunt, Leo piè & verè iſta docuit, Cyrillus ſic docuit, Leo & Cyrillus ſimiliter docuerunt, anathema ei, qui ſic non credit, iſta vera fides, ſic orthodoxi ſentiunt, iſta fides patrum, iſta cur in Concilio Epheſino non legebantur, iſta Dioſcorus occultauit: cum, inquam, Epiſcopi ad hunc modum clamaſſent, acta Concilij referunt, quod cum pars epiſtolæ Leonis, quæ hæc verba complectebatur: *Ad perſoluendum noſtræ naturæ debitum, diuina natura naturæ patibili iuncta fuit, quo vnus & idem mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus (quæ quidem res ad noſtra vulnera curanda admodum accommodata fuit) ex vna natura mori poſſet, ex altera non poſſet:* cum, inquam, hæc pars lecta eſſet & de verborum ſenſu ac ſententia Epiſcopi Illyrici & Palæſtini ambigerent, Aëtius Archidiaconus ſanctiſſimæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſententiam Cyrilli in medium protulit, quæ ita ſe habet:

Leonis Epiſtola in Concilio lecta & interpretata probatáque.

D

Ambigentibus Illyricis & Palæſtinis Epiſcopis ſuper Leonis quibuſdam verbis, Aëtius Cyrilli ſententiam in medium profert ad clariorem ex relatione intellectum. Hebr. 2.

Quoniam corpus ipſius proprium, gratia Dei, vt ait Apoſtolus Paulus, pro omnibus guſtauit mortem, idcirco ipſe dicitur pro nobis mortem paſſus: non quod ipſe mortem, quantum ad ipſius naturam pertinebat, eſſet expertus (iſtud namque vel dicere vel ſentire inſania eſt) ſed quod, vt dixi modo, caro eius guſtauit mortem. Ac rurſus de ſententia epiſtolæ Leonis, quæ ita ſe habet: *Agit vtraque forma alterius communione, quod vtriuſque proprium eſt: verbo quidem illud operante, quod verbi eſt, corpore autem ea exequente, quæ ſunt corporis: atque illud claret miraculis, hoc contumelias ſuſtinet,* de hac, inquam, ſententia cum dubitarent Illyrici & Palæſtini Epiſcopi, idem Aëtius ſententiam Cyrilli legebat, hæc verba complectentem: *Quædam voces de Domino in Sacris literis traditæ, maxime diuinæ naturæ conueniunt: aliæ rurſus humanæ, aliæ medium locum obtinent, vtpote, quæ filium Dei, & Deum & hominem pariter eſſe declarant.*

E

Poſtea cum de alia parte epiſtolæ Leonis Epiſcopi ſupra poſiti ambigerent, quæ ſic ſe habet: Tametſi in Domino Ieſu Chriſto vna eſt reuera Dei & hominis perſona, tamen aliud eſt, vnde in vtroque communis eſt contumelia: aliud, vnde communis eſt gloria. De noſtro enim illi eſt minor patre humanitas, de patre illi eſt æqualis cum patre diuinitas. Theodoritus, re ponderata, dixit à Beato Cyrillo hæc eſſe ad verbum tradita: Cum homo factus erat, non depoſuit, quod proprium erat, ſed manſit, quod erat: & altera natura in altera habitauit, hoc eſt diuina natura in humana.

F

His explicatis, cum illuſtres principes ſciſcitarentur, vtrum quiſquam eſſet qui amplius dubitaret? omnes reſponderunt, ſe non amplius dubitare. Poſt Atticus Epiſcopus Nicopolis dies aliquot omnibus dari poſtulauit ad deliberandum, vt ea, quæ & Deo placerent, & ſanctorum Patrum doctrinæ conſentirent, conſtanti & ſtabili mente decernerentur: poſtulauit etiam epiſtolam Cyrilli ad Neſtorium ſcriptam, in qua Cyrillus hortatur Neſtorium, vt duodecim fidei quaſi capitibus conſentiat, quibus omnes conſenſerunt.

Atticus Epiſcopus Nicopolitanus Synodi acta ſcribenda ſuſcipit. Cyrill. ad Neſtoriū Epiſtola argumentum.

Ac cum principes de hac re verba inter ſe feciſſent, conceſſiſſentque illis ad deliberandum dies quinque, vt cum Anatolio Conſtantinopolis antiſtite conuenirent: omnes aſſenſerunt, dicentes: Nos ſic credimus, omnes ſic credimus: vt Leo credit, ſi credimus: nemo noſtrum dubitat, nos omnes ſubſcripſimus.

G

Ad quæ rurſus dicebantur iſta: Non neceſſe eſt vt omnes conueniant: ſed quoniam conſentaneum videtur, vt qui ambigant confirmentur, reuerendiſſimus Epiſcopus Anatolius ex illis, qui ſubſcripſerunt, eligat eos quos ad docendum ambigentes, idoneos putauerit. His adiecit Concilium: Petimus à patribus, vt Concilij huius primarij pro nobis orthodoxis Imperatori & Auguſtæ ſupplicent: omnes peccauimus, omnibus detur venia. Clerus autem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ clamauit: Pauci clamant, non totum loquitur Concilium. Tum clamant Epiſcopi Orientis: Exilio abdicatur Ægyptius. Ac cum Epiſcopi Illyrici idem poſtularent, clamauit clerus Conſtantinopolitanus: Exulet Dioſcorus, exulet Ægyptius, exulet hæreticus, Chriſtus Dioſcorum abdicauit. Rurſus Illyrici Epiſcopi, & qui cum illis erant, clamant: Omnes peccauimus, veniam omnibus tribuito. Dioſcorus Concilio, Dioſcorus expelletur Eccleſiis. His rebus aliiſque einſdem generis exagitatis Conuentus dimiſſus eſt. Proximo poſt Conuentu, cum ſenatus ſimul collocutus eſſet, vt formulæ iam poſtulatæ legerentur, Conſtantinus ſecretarius à ſcheda iſta quæ ſequuntur, legit:

H

Conſtantinus ſecretarius recitat acta Concilij. Eadē ſupra poſita ſunt, tum in hac epitome, tum in 4. cap. lib. eiuſdem.

Poſtridie cum Concilium exquiſitius habitum eſſet de orthodoxa & catholica fide multo accuratius quæſitum videmus. Ac quoniam Flauianus piæ memoriæ Epiſcopus, & Euſebius reuerendiſſ. Dorylæi Epiſcopus ex Concilij actorum decretorúmque Inquiſitione, & ex verbis eorum, qui tum Concilio præſiderunt (dixerant enim ſe errore lapſos fuiſſe, iniuſtéque Flauianum & Euſebium abdicaſſe) declarati ſunt minime in fide hallucinati, & propterea inique abdicati. æquum nobis ſanè videtur, idque Deo noſtram approbante ſententiam, vt Dioſcorus (modo ita placuerit diuiniſſimo & ſanctiſſimo domino noſtro Imperatori) reuerendiſſimus

Alexandria

A *Alexandriæ Epiſcopus, Iuuenalis reuerendiſſimus Epiſcopus Hieroſolymorum, Thalaſſius reuerendiſſimus Cæſariæ Cappadociæ Epiſcopus, Euſebius reuerendiſſimus Epiſcopus Armeniæ, Euſtathius reuerendiſſimus Epiſcopus Beryti, & Baſilius reuerendiſſimus Epiſcopus Seleuciæ Iſauriæ (penes quos tum poteſtas erat, concilioque illi præſidebant) ſacri Concilij ſententia ac iudicio eodem pœnæ genere, ſicut Eccleſiæ Canones poſtulant, mulctati, dignitate Epiſcopali abdicentur, omniaque de ſententia Imperatorum diuiniſſima decernantur.*

Deinde aliis ſcriptis perlectis, Epiſcopi qui ibi erant coacti, cum rogarentur, vtrum literæ Leonis fidei trecentorum decem & octo ſanctorum patrum in Concilio Nicæno olim congregatorum, & fidei etiam centum & quinquaginta patrum, qui Conſtantinopoli in vnum conuenerant, conſentirent? Anatolius Conſtantinopolis antiſtes, & omnes ad vnum qui aderant, reſponderunt, epiſtolam Leonis cum fide ſanctorum patrum quos diximus, conſentire: eidem epiſtolæ ſubſcripſerunt. B Quibus ita conſtitutis, clamauit concilium: Omnes aſſentimur, omnes iſta approbamus, omnes ſimiliter credimus, omnes eadem ſentimus, omnes ſic credimus. Sic credere patres, qui ſunt in concilio, ſic qui ſubſcripſere concilio. Ad multos annos viuat Imperator, ad multos annos viuat Auguſta, ad multos annos viuant patres, qui interſunt concilio, qui eiuſdem fidei ſunt cum concilio. Ad multos annos viuat Imperator, ad multos annos viuant, qui eadem ſentiunt cum concilio, ad multos annos Imperator. Omnes fidei ſubſcripſimus, ſic ſentit Leo, ſic nos ſentimus, poſtremo ſic locuti ſunt: de iis rebus retulimus ad diuiniſſimum & ſanctiſſimum dominum noſtrum Imperatorem, reſponſumque ab eius clementia expectamus. Ac cum illis à quibuſdam diceretur, Veſtra reuerentia & de Dioſcoro à vobis abdicato, diuiniſſimi Imperatoris celſitudine inſciente, & nobis ſimiliter inſcientibus & de omnibus illis de quibus à vobis poſtulatio facta eſt, & de huius concilij actis eſt Deo rationem redditura: clamarunt, C Dioſcorum Deus abdicauit, Dioſcorus iure abdicatus eſt, Dioſcorum Chriſtus abdicauit. Poſt iſta, cum reſponſum, quo quid de abdicatis conſtituere Epiſcopis permiſit, à Martiano allatum erat, quemadmodum à principibus monſtratum eſt, petebant Epiſcopi iſta ſic locuti: Oramus, vt qui eiuſdem ſunt opinionis, qui idem ſentiunt cum concilio, qui epiſtolæ Leonis in concilio ſubſcripſerunt, in concilium ingrediantur. Qui, facto colloquio, in concilium aſcripti ſunt. His confectis rebus, ſupplices libelli ab Epiſcopis diœceſeos Ægypti Imperatori Martiano oblati legebantur, qui præter alia iſta etiam complexi ſunt: Sentimus, ſicut à trecentis decem & octo Epiſcopis in Concilio Nicæno coactis, fides expoſita eſt: & ſicut beatus Athanaſius & ſanctus Cyrillus ſentiunt, anathema denunciantes omni hæreſi, tum Arij, tum Eunomij, tum Manetis, tum Neſtorij, tum eorum, qui dicunt carnem Domini noſtri de cœlo delapſam, & non ex Maria Deipara & ſemper virgine ſumptam, eamque noſtri omnium carni omnino, peccato excepto, ſimilem, D tum omnes, qui erant in concilio clamarunt: Cur iſti dogmati Eutychis non denunciarunt anathema? ſubſcribant epiſtolæ Leonis, denunciántque anathema Eutychi & eius dogmatis, Leonis epiſtolæ conſentiant: volunt fortaſſe nos deludere, nos in fraudem impellere. Quibus dixerunt Epiſcopi Ægyptij, multos eſſe in Ægypto Epiſcopos, ſeque non poſſe abſentium perſonam ſuſcipere: rogaruntque concilium, vti expectarent ſuum Archiepiſcopum, quo, ſicut mos poſtulat, illius ſententiæ morem gererent. Quod ſi ante primatis electionem aliquid tranſigerent, Epiſcopos Ægyptiacæ diœceſeos in illos impetum facturos. Cùm autem multum precarentur, & concilium illis admodum reſiſteret, fit ſermo, vt ſpatium Epiſcopis Ægyptiis vſque eo daretur, quoad Archiepiſcopus illis deſignaretur. Tum ſupplices libelli quorundam monachorum proferebantur, quorum ſumma fuit, vt nemo chartis

Epiſcoporū acclamatio probantium decreta Concilij.

Libelli ſupplices Martiano oblati quid cõtinuerint.

Cõtrouerſia inter Epiſcopos de Eutychis damnatione.

Supplices libelli monachorū.

E vllis ſubſcriberet, donec concilium frequens cogeretur, quod cogi decreuerat Imperator, & decreta intelligere. Quibus perlectis, Diogenes Epiſcopus Cyzici memorat, Barſumam vnum ex numero eorum, qui conuenerant, Flauianum trucidaſſe. Eum enim clamaſſe, Occidito, & cum in libello inſertus non ſit, contra quam oportet in concilium intraſſe. Clamare omnes Epiſcopi: Barſumas vniuerſam Syriam perdidit, induxitque contra nos mille monachos. Ac cum rogatum erat, vt qui conuenerant, deciſionem Concilij expectarent, monachi poſtularunt, vt libelli ab ipſis compoſiti degerentur.

In quibus continebatur, vt Dioſcorus & Epiſcopi, qui cum eo ſentirent, concilio intereſſent. Quo omnes ad vnum commoti, clamarunt: Anathema Dioſcoro, Dioſcorum Chriſtus abdicauit, iſtos foras eiicito: tolle è concilio contumeliam, tolle vim. Has impias voces Imperatori adime, tolle è concilio contumeliam, tolle deiecus. His reſtiterunt monachi, clamaruntque: Tolle contumeliam à monaſteriis.

F Cum rurſus eadem concilium clamaſſet, fit ſermo, vt reliqui libelli legantur, qui aſſerunt Dioſcorum iniquè abdicatum, oportereque, fide ad diſcutiendum propoſita eum concilij fieri participem: & niſi hoc fieret, ſe ſuorum veſtimentorum excuſſuros puluerem, & à communione Epiſcoporum, qui ibi conuenerant, ſe ſeparaturos. Quæ cum dixiſſent, Aetius Archidiaconus legit canonem de his qui ſe ſeparant.

Rurſus cum monachi rogatis ſanctiſſimorum Epiſcoporum, & Aetij etiam Archidiaconi repugnarunt, & pars Concilij Neſtorio & Eutychi anathema edicerent, pars illud deprecarentur: habitum eſt colloquium à principibus, vt ſupplices libelli Fauſti, & reliquorum monachorum legerentur: qui quidem libelli petebant ab Imperatore, ne monachi, qui ante recta dogmata reſtituiſſent, deinceps reciperentur, propterea quod Dorotheus monachus Eutychem vocauerat orthodoxum. Contra quem varia Eutychis dogmata coram principibus agitabantur. Poſt quinto conuentu facto, principes iubent decreta de fide plana fieri: legitque G Aſclepiades diaconus Conſtantinopolis deciſionem, quæ videbatur non eſſe in commentarios referenda. A qua nonnulli diſſederunt, alij aſſenſi ſunt eidem.

Cum autem clamores tollerentur contrarij, dixere principes, dixiſſe Dioſcorum, Flauianum ob hanc rem à ſe abdicatum, propterea quod duas affirmarat in Chriſto naturas, & deciſione contineri, cum ex duabus conſtare naturis. Tum Anatolius, Non, inquit, ob fidem abdicatus erat Dioſcorus: ſed quod Leonem à communione excluſerat, & ter vocatus ad concilium non venerat. Deinde principes epiſtolam Leonis in deciſione inſeri voluerunt. Cui cum Epiſcopi contradicerent, affirmarentque aliam non debere fieri deciſionem (eam enim perfectam eſſe) referebantur iſta ad Imperatorem: qui iubet, vt ex Epiſcopis Orientis ſex, tres ex Ponto, ex Aſia tres, ex Thracia tres, tres ex Illyrio, præſente vna Anatolio & Epiſcopi Romani vicariis, in templo conuenirent, recteque de fidei rebus deciderent: vel vt ſinguli ſuam ipſius fidem declararent, vel certo ſcirent, Concilium in Occidente ea de H re coactum fore. Cum autem ab illis rogatum eſſet, Dioſcoro ne aſſentirentur Chriſtum ex duabus eſſe naturis aſſerenti, an Leoni dicenti duas naturas in Chriſto eſſe? clamarunt, ſe & Leoni credere, & eos, qui ei contradicunt, habere pro Eutychianiſtis. Dixere tum principes, à Leone hoc adiungi, nempe duas in Chriſto coniunctas naturas, quæ nec conuerti, nec partiri, nec confundi poſſint: templumque diuæ Euphemiæ vna cum Anatolio & Vicariis Leonis, & Maximo Epiſcopo Antiochiæ, & Iuuenali Hieroſolymorum Epiſcopo, & Thalaſſio Cæſariæ Cappadociæ, & aliis præterea ingrediuntur. Quibus ingreſſis deciſio fidei legebatur, quæ ita ſe habet: Dominus noſter & Seruator Ieſus Chriſtus, & quæ ſequuntur: quæ ſupra in Hiſtoria à nobis poſita ſunt. Qua perlecta clamatum eſt:

Barſumas Flauiani interfector.

Vociferatio patrū aduerſ. libellos monachorum.

Fauſti ſupplices libelli quid ab Imperatore petierint. Quinta ſeſſio.

Aſclepiades diaconus.

Decretū Zenonis de plenaria fidei conſtitutione.

Fidei deciſio qualis.

Cap. 4 *ſuperius li.*

Iſta

A *Ibæ, eademq; & approbata.*

Iſta omnium patrum fides, Epiſcopi primarij iam huic ſubſcribant: iſta Apoſtolorum fides, huius quaſi veſtigiis omnes inſiſtimus, omnes ita ſentimus. Tum principes: Ea, inquiunt, quæ ſunt decreta à patribus, quæque omnibus probata, ad diuinam Imperatoris celſitudinem referentur. In ſexto vero conuentu aderat Martianus Imperator, deque concordia ad Epiſcopos orationem habuit: atque eius iuſſu deciſio fidei per Aetium Archidiaconum Conſtantinopolitanum lecta fuit, cui ſubſcripſere ad vnum omnes, ſciſcitatuſque eſt Imperator, illa ne deciſio facta eſſet de omnium ſententia? Quod ita eſſe omnes ſecundis acclamationibus confirmarunt. Ruſſus Imperator binas habuit apud eos conciones, quas omnes vehementer collaudabant. Atque Imperatoris hortatu canones ſanciti ſunt, ipſque metropolitanum Chalcedoni tributum, à quo etiam mandatum, vt Epiſcopi ad triduum aut quatriduum manerent, & quod cuique viſum eſſet, illud coram principibus quiſque proponeret ad exquirendum, & vt quæ eſſent conſentanea conſtituerent. Quibus confectis, conuentus dimiſſus eſt. Alia præterea acta ſunt, alij conſtituti canones. Aliud item celebratum concilium à Iuuenale & Maximo: in quo decretum eſt, vt Epiſcopos Antiochiæ vtramque Phœniciam & Arabiam ſuæ diœceſi ſubiectam haberet: Epiſcopus autem Hieroſolymorum, tres Palæſtinas. Quod quidem colloquio à principibus & Epiſcopis habito confirmatum fuit. In nono conuentu tractabatur cauſa Theodoriti, qui Neſtorium damnauit anathemate, hiſque verbis vſus eſt: Anathema Dioſcoro & ei qui negat ſanctam Mariam virginem Deiparam, quique vnum vnigenitum filium in duos filios diuidit. Ego, inquit, & fidei deciſioni, & Leonis epiſtolæ ſubſcripſi. Itaque facto inter omnes colloquio, ad propriam Epiſcopatus ſedem reſtitutus eſt. In alio conuentu Ibæ cauſa fuit agitata, & legebantur iudicia, quæ Photius Epiſcopus Tyri, & Euſtathius Beryti Epiſcopus, de eo pronunciauerant: ſententia autem in poſterum diem dilata fuit. Vndecimo conuentu, cum multi Epiſcopi ei ad ſacerdotium ſuffragati eſſent, ceteri Epiſcopi reſtiterunt, dixeruntque accuſatores pro foribus eſſe, & ingredi debere. Legebantur etiam acta de eo promulgata. Fit præterea a principibus ſermo, vt acta Epheſini Concilij de Iba legerentur, omniaque acta Concilij ſecundi Epheſini irrita fierent, creatione Maximi Epiſcopi Antiochiæ ſola excepta: orabantque de ea re Imperatorem, vt nihil eorum, quæ poſt primum Concilium Epheſinum, cui præſidebat ſanctus Cyrillus Alexandriæ Pontifex, ratum fieret: iudicatumque eſt, vt Maximus Epiſcopatum retineret. In altero conuentu, cauſa Baſiani Epiſcopi Epheſi examinata fuit, & decretum, vt Baſianus de eo dignitatis gradu dimoueretur, inque eius locum ſufficeretur Stephanus. Altero conuentu facto, iſta ſtabilita fuere. Conuentu decimo tertio, cauſa Eunomij Epiſcopi Nicomediæ, & Anaſtaſij Epiſcopi Nicææ diſquiſita fuit, qui inter ſe de ſuis ipſorum ciuitatibus contenderunt. Decimo quarto conuentu, cauſa Baſiani fuit excuſſa. Ad extremum decretum fuit, vt Epiſcopalis ſedes Conſtantinopolitana proximum locum poſt Romanam obtineret.

Sexta ſeſſio. Martiani oratio in conciliandis Epiſcopis.

B *Concilium de ſuibus Diœceſib.*

Nona ſeſſio. Theodoritus reſtituitur. Decima ſeſſio.

Ibæ cauſa agitata.

Vndecima ſeſſio. C

Acta Concilij Epheſini primi abrogata.

Duodecima ſeſſio. Eiecto Baſiano reſtituitur Stephanus. Seſſio 13. Seſſio 14.

Decretū de primatu ſedis D *Roman.*

EVAGRII SCHOLASTICI, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ.

LIBER III.

CAPVT I.

De Zenonis Imperio & vita.

Zenonis libido. Vide Niceph. c. 1.

ZENO poſteaquam Imperij clauum filio ſuo mortuo obtinuit, perinde ac ſi perſuaſum ſibi haberet, ſe minime totius orbis terræ dominatu poſſe potiri, niſi omne voluptatum genus, quod forte occurreret, licenter & effuſe conſectaretur: in initio ita libidinum illecebris ſe totum dedidit, vt à nulla turpitudine & nefario flagitio ſe continuerit, ſed ſic in illis volutaretur, vti eadem iſta in tenebris & in occulto admittere, abiecti & puſilli animi putaret: palam autem atque in oculis omnium, regale quiddam eſſe, & ſolo Imperatore dignum. In qua re peruerſo & plane ſeruili iudicio vſus eſt: quippe Imperator non ex eo, quod aliis imperat, ſpectari debet, ſed ex eo, quod ſeipſum ita regere ac moderari poteſt, vti nullum abſurdum voluptatis genus ſinat in animum irrepere, ſed ita inuictum ſe ab intemperantia præſtet, vt vita eius ſit tanquam imago virtutis, quam & imitentur ſubiecti eius, & ad virtutem erudiantur. At iſte ſe expoſuit voluptatum blanditiis, pedetentimque in tam turpem ſeruitutem redactus fuit, vt inde nullo modo redimi poſſet: quippe qui dominos perſæpe mutarit, non aliter atque ſerui inutiles ac perditi, quibus voluptates innumerabiles velut dominæ præficiuntur: quæ quidem continenter titillant animum, & crebræ alia aliam ſequuntur, quandoquidem voluptati, quæ iam quaſi in manibus eſt, nullus terminatur modus: ſed ex ea quidem alia atque alia vſque eo incenditur, ortumque habet, quoad aliquis vel ita ſibi imperare aggrediatur, vti totum voluptatum imperium abs ſe penitus repellat, deque cætero regno potiatur ille ipſe, vel earum tyrannide oppreſſus ad extremum vſque ſpiritum illis inſeruiens, tandem ad inferos miſer detrudatur.

E *l. 16. Bar. ann. 474. n. 6. &c.*

Imperator quomodo ſe gerere debeat.

F *Voluptatis nullus modus.*

CAPVT II.

De Barbarorum tum in Oriente, tum in Occidente incurſionibus.

AD hunc modum Zeno in initio Imperij ſui vitam inſtituit. Illius autem ſubiecti tam qui Orientem, quam qui Occidentem incolebant, grauibus afficiebantur incommodis: quippe Barbari, qui Scenitæ vocantur, loca omnia populati ſunt, multitudoque Hunnorum, qui olim vocabantur Maſſagetæ, in Thraciam incurſionem fecit: quinetiam traiecit Danubium, prohibente nemine. Zeno vero reliquis etiam Imperij partibus per vim barbaro quodam more ac modo ſpoliatus fuit.

Vide Niceph. c. 1. l. 16. Zenonis ſubiecti G *grauibus incommodis affecti. Vid. Plin. l. 6. c. 28.*

CAPVT III.

De tyrannide Baſiliſci, & Zenonis fuga.

ISte Zeno, cum Baſiliſcus Berniæ frater contra eum arma ferre pararet (erat enim ſuis ideo odioſus, quod omnes ex æquo flagitioſiſſimam eius vitam deteſtabantur: quandoquidem nulla in eo animi magnitudo elucebat, ſed ignauia & deſperata nequitia, quæ fractam illius & euictam à voluptate ſocordiam ſatis indicauit) animo demiſſo fugam capeſſit, auguſto Imperij honore ſine vllo negotio Baſiliſco relicto. Atque vna cum coniuge Ariadna, quam ſecum habebat, quæque fugerat à matre, & ſi quis alius erat, in quo quicquam erga eum reſidebat beneuolentiæ, in Iſauria, quæ illum ante educauerat, obſeſſus eſt. Hoc modo igitur Baſiliſcus Imperij Romani nactus gubernacula, Marcum filium Cæſarem renuntiauit: rationemque imperandi tum Zenoni, tum Imperatoribus, qui ante regnauerant, omnino contrariam ſecutus eſt.

Vide Niceph. c. 2. l. 16. Bar. ann. 476. n. 23. & ſeqq. Baſiliſcus contra Zenonem arma parat.

H *Zenonis fuga.*

* *Baſiliſcus Imperio occupato Marcum Cæſarem deſignat.*

CAPVT IV

Quod Baſiliſcus, Timotheo Æluro reuocato, ab eo perſuaſus, circulares quáque verſum literas ad condemnandum Chalcedonenſe Concilium emiſit.

ISte Baſiliſcus, rogatu quorundam Alexandria ad ipſum miſſorum, Timotheum ab exilio, in quo de-

Vide Niceph. c. 3. l. 16. Bar.

A

ann. 476. n.30. & ſeqq. Baſiliſcus Timotheum ab exilio reuocat. Epiſtola Baſiliſci aduerſus acta Concilij Chalcedonenſ.

cem & octo annos ætatem degerat, reuocant, Acacio id temporis Epiſcopatum Conſtantinopolis gerente. Timotheus igitur cum veniſſet Conſtantinopolim, ſuadet Baſiliſco, vt literas generatim ad omnes vbique ſacerdotes ſcribat,* & tum acta Concilij Chalcedonenſis, tum Leonis de fide deciſionem anathemate damnet: quæ literæ ſcriptæ fuere in hunc modum.

*Imperator Cæſar Baſiliſcus, Pius, Victor, Triumphator, Max. ſemper Auguſtus: & Marcus Cæſar illuſtriſſ. Timotheo reuerendiſſ. & ſanctiſſ. nobilis ciuitatis Alexandriæ Archiepiſcopo S. Leges pro defenſione ſynceræ, & Apoſtolicæ fidei à ſanctiſſimis Imperatoribus, qui nos ſunt antegreſſi, quique beatam, æternam & vitæ parentem Trinitatem rite coluerunt, ſancitas, vtpote, quæ vniuerſo mundo ſemper ſalutares fuerint, nullo tempore antiquari, imo vero eas vt noſtras ac proprias diuulgari volumus. Nam & pietatem & ſingularem amorem erga Deum & Seruatorem noſtrum Ieſum, qui nos tum fabricauit, tum ad gloriam extulit, vniuerſo illo ſtudio, quod in rebus humanis poni ſolet, præponimus, proque certo credimus, firmam Chriſti gregis in charitate colligationem cum ſalutis nobis ipſis ſubiectiſque omnibus, tum fundamentum, quod nequit frangi, atque adeo murum, qui expugnari non poteſt, noſtro Imperio eſſe. Itaque diuina mentis impulſione commoti, concordem ſanctæ Eccleſiæ conſenſum non ſine cauſa velut primitias Imperij noſtri Deo & Seruatori noſtro Ieſu Chriſto offerre animo inſtituentes, baſim & firmamentum vitæ beatæ, quæ hominibus tribuitur, ſymbolum nimirum trecentorum decem & octo ſanctorum Patrum Nicææ olim Spiritus ſancti inſtinctu in vnum congregatorum (in quod quidem cum nos, tum omnes maiores noſtri credentes baptizati ſunt) decernimus, vt ſolum in omnibus ſanctiſſimis Dei Eccleſiis à populo orthodoxo ſeruetur cuſtodiaturque:

B

Approbatio fidei Nicenæ.

quippe in quo vno ſyncera fidei vero & abunde ſatis, cum ad errorem quemque tollendum tum ad concordiam ſanctarum Dei Eccleſiarum ſtabiliendam definita ſit: quin etiam acta, quæ ad illius ſymboli confirmationem edita ſunt, ſatis reuera ad eam rem habent in ſe virium & firmitatis. Porro ſanctum ſymbolum à centum quinquaginta ſanctis Patribus in hac vrbe Conſtantinopoli, contra eos, qui blaſphemias aduerſus Spiritum ſanctum locuti ſunt, compoſitum, ratum facimus. Itemque acta Concilij Epheſini contra impium Neſtorium, & eos, qui poſt eadem cum illo ſentiebant, edita confirmamus. At ea, quæ conſenſum & ordinem ſanctarum Dei Eccleſiarum & pacem totius orbis terræ diſturbant, nempe Leonis de fide deciſionem, & omnia, quæ in Concilio Chalcedonenſi de fide definienda de expoſitione ſymboli, interpretatione, doctrina aut diſceptatione eiuſdem dicta actave, quo noua fides contra ſanctum illud ſymbolum à trecentis decem & octo Epiſcopis compoſitum (de quo iam diximus) introducatur: ſtatuimus decernimuſque, vt tum hic, tum in ſingulis aliis paſſim Eccleſiis à ſanctiſſimis vbique Epiſcopis anathemati addicantur, &

C

vbicunque locorum forte reperta fuerint, igni tradantur comburenda (quandoquidem Imperatores piæ ac beatæ memoriæ Conſtantinus & Theodoſius Iunior, qui ante noſtram ætatem vixerunt, eodem modo de omnibus hæreticorum dogmatis decreuere)* atque ita abrogata, ex vna ſolaque Catholica, Apoſtolica & orthodoxa Eccleſia prorſus eiciantur: vtpote, quæ tum ſalutaria illa trecentorum decem & octo ſanctorum decreta, quæ perpetuo rata eſſe debent, tum ea, quæ beati patres Spiritus ſancti impulſu in Concilio Epheſino ſanciuerunt, penitus tollunt. Denique ne cuiquam vel ſacerdoti vel laico integrum ſit diuiniſſimam illam ſancti ſymboli legem violare, ſed vt vna cum omnibus nouis ſanctionibus in Concilio Chalcedonenſi editis etiam hæreſis eorum, qui non confitentur filium Dei vnigenitum ex Spiritu ſancto, & ſancta Maria ſemper virgine, & Deipara vere incarnatum, hominemque factum, ſed

D

carnem eius aut è cœlo delapſam, aut viſo quodam & ſpecie figuratam monſtroſe confingunt: & omnis omnino error, & ſi quid aliud aliquo in tempore, aliquo modo locove in toto mundo nouandarum rerum ſtudio vel cogitatione vel verbis expreſſum ad diuinum hoc ſymbolum euertendum fuerit, funditus profligetur. Ac quoniam Imperatoris eſt ſedulo proſpicere, vt ſubiectis non in præſentia ſolum, ſed etiam in poſterum ſecura tranquillaque vita prouido eius conſilio ſuppeditetur: decernimus, vt ſanctiſſimi vbique Epiſcopi his diuinis noſtris literis generatim ſcriptis ad omnes, palamque diuulgatis ſubſcribant, quo declarent perſpicue, ſe in ſolo diuino trecentorum decem & octo ſanctorum patrum ſymbolo velle inſiſtere, quod etiam centum & quinquaginta ſancti patres confirmarunt: idemque poſt ab orthodoxis ac ſanctis patribus, qui Epheſi vrbis primariæ conuenerunt, definite ſtabilitum: viſumque ſolum illud trecentorum & octo ſanctorum patrum ſymbolum velut ratam fidei deciſionem ſequendum, anathemaque indicendo actis Concilij Chalcedonenſis, quæ populo orthodoxo offenſioni eſſe poſſunt, eaque Eccleſiis penitus eiiciant, vtpote à quibus cum totus orbis terrarum conturbetur, tum noſtra impediatur felicitas, eos autem, qui poſt has noſtras diuinas literas acceptas, quas, vti credimus, Dei nutu diuulgari curauimus, quo concordia, quæ omnibus optabilis eſt, in ſanctis Dei Eccleſiis ſtabiliatur, aliquando aggredientur vel proferre, vel nominare ſine diſputando, ſeu docendo, ſeu ſcriptis vllo tempore, modo aut loco nouam illam deciſionem in Concilio Chalcedonenſi contra fidem promulgatam, velut tumultus & perturbationis ſanctis Dei Eccleſiis & omnibus, qui noſtro parent Imperio, authores, Deo præterea & noſtræ ſaluti aduerſarios, iubemus, idque ſecundum leges iam ante noſtram ætatem ab Imperatore beatæ & diuinæ memoriæ Theodoſio, contra talem & tam peruerſam amentiam conditas, hiſque noſtris diuinis literis generatim ad omnes ſcriptis ſubiunctas, ſi Epiſcopi fuerint aut clerici, dignitatis ſuæ & miniſterij gradu abdicari: ſin monachi aut laici, exilio, omnium bonorum publicatione & aliis grauiſſimis ſuppliciis mulctari. Enimvero ſancta, conſubſtantialis, procreatrix omnium & vitæ parens trinitas tali à nobis obſeruantia honorata, iam non ſolum propter zizania, quæ modo commemorauimus, per nos radicitus extirpata: ſed etiam propter rectas & Apoſtolicas ſancti ſymboli traditiones à nobis ſtabilitas propitia & clemens animis noſtris, omnibuſque noſtris ſubiectis futura eſt, ſemper vna nobiſcum adminiſtratura Imperium, rebuſque humanis ſtatum pacatum & quietum allatura.

E

Imperatorum officium.

F

Concordia omnibus optabilis.

G

CAPVT V.

De iis, qui circularibus Baſiliſci literis aſſenſi concilium reuocerunt.

HIs literis à Zenone generatim ad omnes ſcriptis, Timotheus, qui modo, vti dixi, ab exilio reuerterat, vti à Zacharia rhetore literis proditum eſt, aſſenſit. Idem fecit Petrus antiſtes Antiochiæ, cognomento Cnapheus, qui erat tum Conſtantinopoli vna cum Timotheo. His rebus ita conſtitutis, Paulus ad eundem Archiepiſcopatus Epheſini capeſſendum deligitur. Fertur Anaſtaſium quoque, qui poſt Iuuenalem antiſtes Hieroſolymorum fuit, illis Baſiliſci literis ſcriptis ad omnes generatim, ſubſcripſiſſe: alioſque præterea complures circiter quingentos numero idem præſtitiſſe, qui Leonis deciſionem & Concilium Chalcedonenſe abrogarunt. *Quin etiam extat ſupplex libellus ab Epiſcopis Aſiæ, qui Epheſi conuenerunt, ad Baſiliſcum ſcriptus: ex quo nonnulla ſumpſimus, quæ ſunt hoc loco à nobis poſita: Sanctiſſimis Chriſtique amantiſſimis, dominis noſtris Baſiliſco & Marco Victoribus, ſemper Auguſtis S. Et alias interiectis adiungit iſta: Omnino ô ſan-*

Timotheus. Vide Niceph. l.16. c.14. Bar. ann. 476. n. 40 & ſeqq.

H

* Deciſionem Leonis Papæ & acta Concilij Chalcedonenſis Zeno damnat.

* Conſtantinus & Theodoſius quid de omnibus hæreticorum dogmatis decreuerint.

* Baſiliſci imper. literis aſſentiunt itemque alij complures.

* Fragmentum ſupplicis libelli Epiſcoporum quorundam ad Baſiliſcum.

ctiſſimi

A

Eliſſimi & Chriſto deditiſſ. Imperatores, vna cum fide, qua & inuiſa eſt, & variis modis impugnata. vos impugnari declaraſtis. Ac paulo poſt: *Terribilis quadam expectatio iudicij, diuinæ iræ flamma, & iuſta veſtra clementia indignatio è veſtigio aduerſarios occupauit, qui & prapotentem Deum & veſtrum Imperium vera fide roboratum arroganter inuadere impugnareque moliuntur: quique non modo non ceſſant noſtram tenuitatem variis incommodis afficere, verum ſemper nos calumniari, falſa crimina contra nos confingere ſtudent, nimirum veteris diuinis & Apoſtolicis literis generatim ſcriptis ad omnes, nos non niſi vi ac neceſſitate compulſos ſubſcripſiſſe: quibus certo nos libentibus animis & propenſa voluntate ſubſcripſimus.* Ac rurſus infra paulo: *Nolite alia decreta contra literas veſtras generatim ſcriptas decernere, pro certo, vti diximus, perſuaſi, mundum, ſi id feceritis, ſeditionibus euerſum iri, & mala à Concilio Chalcedonenſi orta (ob quæ quidem infinitæ cedes factæ, ſanguiſque orthodoxorum iniuſte & inique fuſus eſt) exigua admodum videri.* Poſtea etiam addit: *Conteſtamur coram Seruatore noſtro Ieſu Chriſto, noſtrum cultum erga Deum & pietatem liberam eſſe: oramuſque vt cùm ille tum præcipue Epiſcopus Conſtantinopolis, qui nequiter multis in rebus ſuo officio functus deprehenditur, iuſto, Canonico & Eccleſiaſtico iudicio condemnetur, abdiceturque Epiſcopatus gradu.* Zacharias porro iſta quoque ſcribit ad hunc modum: *Literis Imperatoris, quas ſcripſit generatim ad omnes, diuulgatis, monachi, qui Conſtantinopoli peruerſo errore Eutychis infecti erant, rati, ſe, cum Timotheum & literas Imperatoris nacti fuiſſent, ſubſidia ad hereſim ſuam tuendam inueniſſe, ſperanteſque ſe iam ſuum inſtitutum commode poſſe perſequi: propere ad Timotheum ſe conferunt, ac cum à Timotheo, qui Dei verbum ſecundum carnem nobis conſubſtantiale, patri autem conſubſtantiale ſecundum diuinitatem oſtendit, eſſent refutati domum reuerterunt.*

B

Zacharias rhetor. Monachi item accedunt ſententia Imp.

E

multum concitat.

Zacharias nõ ex fide ſed ex affectu hiſtoriam ſcripſit. Baſiliſci litera ſuperioribus contraria.

F

CAPVT VI.

Quod Ælurus Timotheus Alexandrino Epiſcopatu recuperato, patriarchatus ius Eccleſiæ Epheſina reddens, Chalcedonenſe Concilium anathemate percellebat.

C

Vide Niceph. c. 5. l. 16. Bar. ibid. … Paulum Epiſcopũ in ſede Epiſcopali collocat.

IDem ſcriptor narrat, Timotheum, Conſtantinopoli egreſſum peruenuiſſe Epheſum, Paulumque illius vrbis Pontificem (qui quidem iam dudum ab Epiſcopis prouinciæ, ſicut vetus Eccleſiæ conſuetudo poſtulat, creatus fuerat, ſede tamen poſt exciderat) in ſede Epiſcopali collocaſſe. Reddidit præterea idem Timotheus Eccleſiæ Epheſianæ ius patriarchatus, quod Concilium Chalcedonenſe, vti ante demonſtratum eſt, ei ademerat. Inde tandem ſoluit, petitque Alexandriam: ibi ab omnibus, qui ad eum accedebant, poſtulauit, vt Concilio Chalcedonenſi anathema denuntiarent. Reſilierunt ab eo, ſicut a Zacharia traditum eſt, cum alij complures ſuæ factionis, tum Theodotus, vnus ex eorum numero, qui Ioppe à Theodoſio, Epiſcopo tum à quibuſdam deſignato Hieroſolymorum, cum Iuuenali Conſtantinopolim confugerat.

D

* *Timotheus Eccleſia Epheſiana patriarchatus ius reddit.*
* *Zacharias rhetor.*

CAPVT VII.

Quod monachis Acacij ſuaſu motum concitantibus, Baſiliſcus timens ſibi, circulares literas ſuperioribus contrarias, in omnes partes emiſit.

Vide Niceph. c. 8. & 7. l. 16 Bar. ann 476. n 41. Acacius cõtra Baſiliſcũ …

EST porro apud eundem ſcriptorem, Acacium antiſtitem Conſtantinopolitanum iis de rebus circuiſſe, monachoſque & populum Conſtantinopolis contra Baſiliſcum, vtpote hæreticum, concitaſſe, illumque denegaſſe literas generatim ſcriptas ad omnes, atque adeo decreuiſſe, vt ea quæ tam temere & quaſi repentino impetu facta fuiſſent, penitus abrogarentur: effeciſſeque, vt contrariæ literæ ab eodem Imperatore, quæ Concilium Chalcedonenſe approbabant, paſſim ad omnes mitterentur.

Has autem literas, quas ait contrarias alteris fuiſſe, Zacharias, qui quandam animi affectionem ſecutus, totam illam conſcripſit hiſtoriam, miſſas fecit. Quæ quidem literæ ita ſe habent: *Contraria litera Imperatoris Baſiliſci Imperatores ac Cæſares Baſiliſcus & Marcus: Apoſtolicam & orthodoxam fidem ab initio in Eccleſiis conſeruatam & ad noſtrum vſque continuatam Imperium, & nobis iam regnantibus cuſtoditam, & in perpetuum cuſtodiendam, in qua baptizati ſumus, & credimus, ſolam integram firmamque retinendam, retentamque in omnibus Catholicis & Apoſtolicis orthodoxorum Eccleſiis perpetuo continuandam decernimus, nullamque præterea quærendam eſſe. Quam ob cauſam literas, nobis imperantibus, ſeu generatim ad omnes ſcriptas, ſeu alias, vel ſi quid præterea fidei & Eccleſiaſticæ conſtitutionis gratia à nobis editum ſit, mandamus irrita fieri, abrogarique: atque tum Neſtorio & Eutychi, tum omnibus qui ſunt eiuſdem cum illis opinionis, tum omni denique hereſi anathema denunciari & nec concilium cogi, nec inquiſitionem fieri de fide: ſed ea quæ de ea decreta ſunt, rata ſtabiliaque manere: quinetiam prouincias, quarum Epiſcoporum creatio penes ſedem huius regia & illuſtris ciuitatis eſt, reuerendiſſimo & ſanctiſſimo Patriarchæ & Epiſcopo Acacio reſtitui: atque Epiſcopos qui illis iam præſunt prouinciis, proprias nihilominus ſedes tenere. ſic vt poſt iſtorum mortem nullum præiudicium contra ordinationis ius. quod ad ſanctam ſedem huius regia & eximia vrbis pertinet, ex ea re fiat. Denique quod hoc diuinum noſtrum decretum vim habeat diuini edicti, nemini dubium aut obſcurum eſſe volumus.* Iſtæ res illo modo fuere confectæ.

CAPVT VIII.

De reditu Zenonis.

G

Vide Niceph. c. 3. l. 16. Bar. ann 477. n. 4. Zenonis aduerſus Cõſtantinopolim exercitus. Thecla viſio Zenonem ad imperiũ recuperãdum animat. Baſiliſci exitus.

ZEno vero per viſionem, vt fertur, conſpicatus ſanctam, ſtrenuam & eximiam martyrem Theclam non ipſum ſolum impellentem, verum etiam Imperij pollicentem reſtitutionem, verſus Conſtantinopolim exercitum ducit. Atque viris qui illum obſidebant muneribus inductis, Baſiliſcum, cum iam biennio regnauerat, Imperio exturbat, & ad ſacri templi adyta confugientem, hoſtibus auferendum tradit. Quam ob cauſam Zeno egregiæ martyri Theclæ ampliſſimum templum, ſplendore & pulchritudine eximium, Seleuciæ vrbis Iſauriæ dedicauit, pluribuſque ac plane regalibus monumentis, quæ ad noſtram vſque ætatem ſeruata ſunt, exornauit. Baſiliſcus autem mittitur in Cappadociam mortem oppetiturus. Vbi in diuerſorio nomine Aconſo vna cum vxore & liberis trucidatur. Zeno autem legem ſancit, qua decreta Baſiliſci tyranni in literis generatim ad omnes perſcriptis comprehenſa, abrogata fuere: & Petrus cognomine Cnapheus Eccleſia Antiochena, & Paulus Epheſiana expellitur.

* *Zenonis decreto acta Baſiliſci reſciſſa.*

H

CAPVT IX.

Quod vita functo Baſiliſco, Epiſcopi Aſia, dum Acacij bilem placare ſtudent, quod Chalcedonenſe Concilium damnaſſent, pœnitentiæ libellum exhibuerunt.

Vide Niceph. c. 9. l. 16. Bar. ann. 477. n. 11. Aſianorũ Epiſcoporum pœnitentia de reprobato Con-

EPiſcopi Aſiæ, quo Acacium placarent, deprecari culpam, veniamque petere cœperunt: mittunt quoque ad eum pœnitentiæ libellos, quibus aſſerebant ſe non ſua ſponte, ſed vi ac neceſſitate coactos literis Baſiliſci generatim ad omnes datis ſubſcripſiſſe: atque adeo iureiurando confirmant rem ita reuera ſe habere, ſeque non aliter, quam Concilium Chalcedonenſe vel credidiſſe, vel credere. Libelli autem hanc habent ſententiam. Epiſtola, ſiue ſupplex libellus ab Epiſcopis

Aſiæ

A

cilio Chalcedonenſi. Aſianorũ Epiſcoporum ad Acacium ſupplex libellus.

Atiæ ad Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum miſſus. Acacio ſanctiſſimo religioſiſſimoque Eccleſiæ Conſtantinopolis, quæ Roma coua dicitur, Patriarchæ S. Et poſtea: Venit ad vos, vti par eſt, qui noſtrum locum ſupplsat. Ac paulo infra: Per iſtos libellos agnoſcimus, nos non noſtra voluntate, ſed neceſſitate adductos literis ſubſcripſiſſe Baſiliſci: eiſdemque non animo, ſed verbis duntaxat conſenſiſſe. Nam Dei opt. max. aſpirante numine, cui noſtræ preces gratæ ceeptæque ſunt, credimus non aliter quam à trecentis illis decem & octo orbis terræ luminibus, & centum quinquaginta ſanctis patribus accepimus. Credimus præterea actis, quæ à ſanctis patribus Chalcedoni coactis ſancte ſyncereque decreta ſunt. Quod autem ad ea attinet, quæ Zacharias rhetor de iis Epiſcopis tradidit, ſiue ipſe falſo eos criminatus eſt, ſiue illi ipſi mentiti ſunt, ſe inuitos literis Baſiliſci ſubſcripſiſſe, non poſſum pro certo affirmare.

Confeſſio Epiſcoporũ Aſianorum.

B

CAPVT X.

De iis qui Antiochia Epiſcopatu fungebantur.

Vide Niceph. c. 10. l. 16. Bar. ann. 482. n. 1. & ſeqq. *Stephani Epiſcopi interitus tragicus*

PEtro Eccleſia Antiochena exturbato, Stephanus illius ſedem capeſſit: quem Antiocheni calamis, ad ſimilitudinem haſtarum præacutis, vti ſcribit Ioannes rhetor, confecerunt. Quo extincto, Calandio illius ſedis clauum ſuſcipit: qui omnes qui ipſum adibant induxit, vt tum Timotheo, tum literis Baſiliſci generatim ad omnes ſcriptis anathema indicerent.

CAPVT XI.

Quod Imperator Zeno cum Ælurum perſequi conſtituiſſet, illi ob ingraueſcentem ætatem pepercit: qui cum è viuis exceſſiſſet, Petrus Mongus Epiſcopus Alexandrinus creatus eſt: ſed Timotheus, qui Proterium in Epiſcopatu ſequebatur, pulſo illo, ſedem eius Imperatoris mandato capeſſit.

C

Vide Niceph. c. 11. l. 16. Bar. ann. 477. n. 10. vbi Euagrium de ſede Timothei maleſentientem, refellit.

ZEno autem, quanquam habebat in animo Timotheum Alexandria expellere: tamen, cum à quibuſdam iam certior factus eſſet, eum admodum ſenem eſſe, & quam primum commune vniuerſæ carnis domicilium ſubiturum, deſtitit de ſententia. Timotheus vero non multo poſt commune naturæ debitum perſoluit. Quo mortuo, Epiſcopi Alexandrini Petrum cognomento Mongum ſua ipſorum authoritate ſibi Epiſcopum diligunt. Quod Zenonem, vbi ad aures eius peruenit, vehementer conturbauit. Itaque Petrum mulctauit morte: Timotheum autem qui Proterio ſucceſſerat, quique tum propter quandam populi ſeditionem ætatem degebat in Canobo, receſſit, ſic Timotheus Imperatoris iuſſu ſuam Epiſcopalem ſedem denuo obtinet.

* *Timotheum cui Zeno Alexandria pellere deſtiterit. Timotheo Petrus Mongus. Petro Timotheus Alexandria ſucceſſit.*

D

CAPVT XII.

De Ioanne, cui poſt mortem Timothei Eccleſia Alexandrina gubernacula obtigerunt, vtque illum Zeno tanquam peierantem abigens, Petrum Mongum Eccleſiæ Alexandrinæ præficit.

Vide Niceph. c. 12. l. 16. Bar. anno 478. n. 18. & 19. vbi Zachar. notat. *Ioannes Epiſcopatũ ambit.*

IOannes Presbyter, cui Auguſti templi diui Ioannis Baptiſtæ & præcurſoris Domini adminiſtratio commiſſa fuit, quorundam impulſus conſilio Conſtantinopolim venit, Imperatorem precaturus, vt ſi forte Epiſcopus Alexandriæ migraret è vita, ſibi liceret antiſtitem, quem vellet, ciuibus illius ciuitatis nominare: qui quidem, vt Zacharias memorat, Epiſcopatum pro ſe ambire ab Imperatore deprehenſus eſt: & cum ſe iureiurando obſtrinxiſſet, ſe nunquam ſedem Epiſcopalem Alexandrinam petiturum, domum reuertitur.

E

Ioannes Alexandrinorum Epiſcopus deligitur data pecunia Iohãi exauthorato Petrus Mongus ſufficitur.

Quapropter Zeno cum poſt mortem Timothei Epiſcopum creandum decreuit, quem clerus & laicorum multitudo deligerent. Non longo tempore poſt, mortuo Timotheo, Ioannes data pecuniæ ſumma, quemadmodum ab eodem Zacharia traditum eſt, & iureiurando, quod Imperatori dederat, neglecto, Alexandrinorum deligitur Epiſcopus. Qua re cognita, Imperator illum Alexandria exigendum mandat: atque quorundam impulſu epiſtolam ſcribit Alexandrinis, quam ἑνωτικὸν vocauit, id eſt, de concordia: decreuitque, vt Petro ſedes Epiſcopalis Alexandrina redderetur, modo epiſtolæ illi ſubſcriberet, & eos qui Proterianæ factionis erant, in communionem reciperet.

CAPVT XIII.

Quod Petrus Mongus Zenoni henoticum, hoc eſt, conciliatricem epiſtolam recipit, & iis qui à Proterij partibus ſteterunt, coniungitur.

F

Vide Niceph. l. 12. c. 10. Bar. ann. 482. n. 35. & 14. *Pergamius Ægypti præfectus. Petrus Mõgus ab Imperatore imperata facit.*

HVius rei adminiſtrationem Pergamius præfectus Ægypti iam deſignatus, de ſententia Acacij Epiſcopi Conſtantinopolis, ſuſcepit: qui cum Alexandriam appuliſſet, comperiſſetque Ioannem aufugiſſe, venit cum Petro in colloquium: ſuadet, vt epiſtolam Zenonis Alexandrinis dedicatam, & eos etiam qui ab ipſa diſſentiunt, admittat. Itaque Petrus epiſtolam, quam dixi, recipit, eique ſubſcribit: pollicetúrque ſe eos qui partes aduerſarias ſequebantur, admiſſurum. Poſtea ergo cum celebris conuentus Alexandriæ ab vniuerſo populo ageretur, & ad vnum omnes epiſtolam Zenonis de concordia admitterent, Petrus quoque eos qui ſtabant à Proterio, recipit: & concione apud populum in Eccleſia habita, Epiſtolam Zenonis de concordia legit.

CAPVT XIV.

De Henotico quod vocant Zenonis, hoc eſt, conciliatrice eius epiſtola.

G

ZENO IMPERATOR, CÆSAR, Pius, Victor, Triumphator, Max. ſemper Auguſtus, reuerendiſſ. Alexandriæ, Ægypti, Libyæ, & Pentapolis Epiſcopis, clericis, monachis, & laicis S.

Vide Niceph. c. 12. l. 16. Bar. anno 482. n. 25. & ſeqq. *Zenonis de concordia epiſtola lecta concione ad populum recitata.*

H

Eccleſia Dei Catholica vbique terrarũ.

QVoniam pro certo ſcimus, Imperium noſtrum à ſyncera ſolum & vera fide tum initium habuiſſe, tum ſtabilitum eſſe, tum robur ac præſidium, quod expugnari nequit, ex ea ſumpſiſſe (quam quidem fidem diuini numinis inſtinctu trecenti decem & octo ſancti patres Nicææ congregati expoſuerunt, quamque etiam confirmarunt centum & quinquaginta ſancti patres Conſtantinopoli coacti) noctes dieſque non precibus ſolum, ſed ſtudio omni & legibus ſanciendis laborauimus, vti ea iis ſancta, Catholica & Apoſtolica Dei Eccleſia, quæ vbique terrarum eſt, quæque immortalis & ſempiterna noſtri principatus quaſi parens eſt, plene perfecteque expleatur: vt piuſque Dei populus in pace & diuina concordia perſeuerans, gratas acceptaſque precationes vna cum ſanctiſſimis Epiſcopis & clero pietatis deditiſſimo, & monaſteriorum præpoſitis & monachis, Deo pro noſtri Imperij conſeruatione offerat. Nam ſi præpotens Deus & Seruator noſter Ieſus Chriſtus, qui ex ſancta Virgine Maria Deipara carnem ſumpſit & natus eſt, noſtras conſentientes laudes & cultum quem ei tribuimus approbet, lubenſque & quaſi parato animo excipiat: non modo omnia aduerſariorũ genera, fracta debilitataque concident verum etiam illi omnes mortales ſuam ipſorum ceruicẽ iugo noſtri Imperij, proxime ac ſecundum Deum ſponte ſubijcient: & pax eiuſque commoda, æquabilis aeris temperatio, fructuum cuiuſq; generis abundantia, aliaq; omnia quæ ſunt ad humanæ vitæ vſum accõmodata, affatim ſuppeditabuntur. Iam igitur cũ conſtet inter omnes, nos Imperiumq; Romanum

A *ſyncera fidei ſubſidio conſeruari, afferuntur nobis libelli ſupplices à pijs monaſteriorum præfectis heremitis, & alijs reuerendiſſimis viris, qui nos vehementer obteſtantur, vt ſanctiſſimis Eccleſiis reſtituatur concordia, membraque membris coniungantur, quæ hoſtis probitatis dæmon iam longiſſimo temporis ſpatio dirimere pro virili laborauit: pro certo perſuaſus, ſi corpus Eccleſiæ concordiæ vinculis firme cohærens impugnaret, ſe ſuperatum iri. Nam quia membra Eccleſiæ non coaleſcebant, factum eſt, vt infinita hominum multitudines, quas temporis longinquitas tot annorum curriculis ex hac vita exemerit, partim baptiſmatis lauacro carentes mortem obierint, partim diuinæ communionis minime factæ participes, ex corporis cuſtodia (quod nemo homo vitare poteſt) emigrarint: quinetiam cædes ferè infinitæ inde factæ, & non terra modo, verumetiam aer copioſa ſanguinis effuſione inquinata. Quotuſquiſque ergo eſt, qui non optaris iſta corrigi, atque ſtatum reduci meliorem? Quocirca dedimus operam, vt vos intelligatis cum nos, tum omnes vbique Eccleſias non aliud ſymbolum, vel do-*

B *ctrinam, vel deciſionem fidei, vel fidem, quam ſanctum ſymbolum, de quo diximus, trecentorum decem & octo Epiſcoporum, quod centum quinquaginta patres, quos ſupra commemorauimus, confirmarunt, aut habuiſſe, aut habituros eſſe, aut ſcire alios habere. Quod ſi quiſquam aliud habeat, eum alienum ab Eccleſia exiſtimamus. Nam hoc ſolo noſtrum Imperium, vti docuimus, conſeruari confidimus, idemque ipſum populi amplexati, ſalutari Spiritus ſancti illuſtrantur lumine, ſacroque Baptiſmatis lauacro tinguntur: eidem quoque aſſenſi ſunt ſancti patres in concilio Epheſino congregati, qui impium Neſtorium & eius erroris fautores miniſterio Eccleſiaſtico abdicarunt. Cui etiam vna cum Eutyche) vterque enim fidei decretis, quæ diximus, repugnat) anathema denunciamus, approbamuſque ea quæ duodecim capita dicuntur Cyrilli piæ memoriæ ſanctæ & Catholicæ Eccleſiæ Alexandrinæ Archiepiſcopi. Nam confitemur, vnigenitum Dei filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vere incarnatum eſſe, con-*

Chriſtus patri conſubſtantialis.

C *ſubſtantialem Patri ſecundum diuinitatem: ſecundum humanitatem nobis conſubſtantialem: deſcendiſſe de cœlo: carnem ſuſcepiſſe à Spiritu ſancto & Maria virgine Deipara: vnum eſſe non duo. Vnius enim eſſe dicimus & miracula quæ edidit, & paſſiones quas in carne ſuſtinuit. Eos autem qui eum diuidunt aut naturas eius confundunt, aut carnem ſuſcepiſſe imaginariam introducunt, omnino reiicimus. Quippe incarnatio ſine labe peccati ex Deipara reuera facta, acceſſionem alterius filij non effecit. Nam manet trinitas, etiam cum vna trinitatis perſona, nempe Deus ſermo, incarnata ſit. Quare exploratum habeamus, cum omnes ſanctas vbique & orthodoxas Eccleſias, tum earum præſides Deo chariſſimos, tum noſtrum Imperium nullum aliud ſymbolum, aliamve fidei deciſionem præter ſymbolum, de quo ſumus modo locuti, vel admiſiſſe vel admittere velle, abſque vlla hæſitatione nos ad concordiam reducamus. Iſta quidem certe vobis ſcripſimus, non vt nouaremus fidem ſed vt vobis de fide penitus perſuaderemus: Cuique autem, qui aliud quiddam vel ſenſerit vel ſentiat, ſeu iam, ſeu alias, ſeu in Concilio Chalcedonenſi, ſeu in alio quouis concilio, anathema indicimus: maxime vero*

D *omnium Neſtorio, Eutychi, & illorum doctrinæ fautoribus. Quocirca vos ſpirituali matri Eccleſiæ adiungite, atque ſecundum vnam ſolamque fidei deciſionem trecentorum decem & octo ſanctorum patrum nobiſcum vna diuina in ea communione fruimini. Nam ſacroſancta veſtra mater Eccleſia, tum vos ingenuos ſuos filios amplecti cupit, tum veſtram diu optatam, dulcemque vocem audire deſiderat. Propere igitur vos ad eam recipite. Nam ſi hoc præſtiteritis, non modo Domini Seruatoris & Dei noſtri Ieſu Chriſti beneuolentiam vobis conciliabitis, verumetiam à noſtra celſitudine magnam laudem conſequemini.* Iſta epiſtola perlecta, omnes Alexandrini ſanctæ, Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ adiunxerunt.

Cõcordia cõſtituta in Eccleſia Alexandrina.

CAPVT XV.

E

Quod Ioannes Alexandrinus Epiſcopus Romam profectus effecit vt Pontifex Romanus Simplicius ad Zenonem de irrogatis ipſi iniuriis literas daret.

IOannes, de quo ſupra mentio facta eſt, fugiens Alexandria, ad antiquam Romam contendit: ibique magnas conciuit turbas. Dixit namque, ſe pro decretis Leonis & Chalcedonenſis Concilij ſua ſede Epiſcopali exturbatum fuiſſe, alterumque qui illis aduerſabatur, in ipſius locum ſurrogatum. Qua re cum Simplicius antiquæ Romæ Epiſcopus vehementer conturbaretur, & literas propterea ad Imperatorem Zenonem daret, reſcribit Zeno, crimenque periurij obiectat Ioanni, eumque eius rei, non autem alterius gratia Epiſcopatu abdicatum eſſe.

Vide Niceph. c. 15. l. 16. *Ioannes Romæ magnas turbas concitat. Zenonis reſponſum ad Simplicium Papam de Ioanne Alexandrino.*

CAPVT XVI.

F

De Calandione Antiocheno Pontifice, qui propter amicitia cum Illo, Leontio & Pamprepe ſuſpicionem, in exilium actus eſt: & quod cum Petro Cnapheo Mongus, & Conſtantinopolis & Hieroſolymorum Epiſcopi, amicitiæ fœdus inierunt.

CAlandio antiſtes Antiochiæ ſcribens ad Imperatorem Zenonem & Acacium Conſtantinopolitanum Epiſcopum, Petrum non ſolum adulterum vocat, verumetiam eum cum eſſet Alexandriæ, Chalcedonenſi Concilio anathema indixiſſe aſſerit: qui poſtea ad incolendam Oaſin condemnatus fuit quod partes Illi & Leontij & Pamprepis contra Zenonem fouebat. Petrus vero cognomento Cnapheus, qui ante Calandionem & Stephanum Epiſcopus fuit, vt ſupra dixi, Antiochiæ, propriam ſedem recuperauit: qui & epiſtolæ ſubſcripſit Zenonia de concordia, & ſynodales literas ad Petrum Mongum Alexandrinorum Epiſcopum ſcripſit. Iſti Petro Acacius etiam Epiſcopus Conſtantinopolitanus reconciliatus fuit. Martyrius item Epiſcopus Hieroſolymæ ad eundem literas ſynodales ſcripſit. Poſtea tamen nonnulli ſe à Petri communione ſeparatunt; vnde factum eſt, vt Petrus Concilio Chalcedonenſi palam denunciaret anathema. Quæ res ad aures Acacij Epiſcopi Conſtantinopolitani perlata, magnopere eum conturbauit: & propterea quoſdam miſit, qui quid eſſet factum, ſedulo cognoſcerent: quibus Petrus, quoniam cupiebat illis penitus perſuadere, ſe nullum eiuſmodi facinus admiſiſſe, ſcripſit literas quibus ſe purgaret: in quibus tamen Petrum nihil tale ſcripſiſſe, quidam ſe certo ſcire affirmant.

Vide Niceph. c. 13. l. 16. Bar. ann. 482. n. 5 & 6. *Calandis antiſtes de ſceleribus Petri Cnaphei.*

G

Petrus reiicit Concilium Chalcedonenſe.

CAPVT XVII.

De iis quæ ad Acacium Chalcedonenſis Concilij propugnatorem Petrus ſcripſit.

ISte Petrus, homo fraudulentus, verſutus & temporibus ſeruiens, minime in vna perſtitit ſententia: ſed modo Concilium Chalcedonenſe anathemate damnauit, modo palinodiam cecinit, idemque ipſum concilium omnibus ſuffragiis approbauit. Itaque epiſtolam ſcripſit ad Acacium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, his vere verbis. *Summus omnium Deus tuam ſanctitatem pro tantis tuis laboribus & vigiliis ſuſceptis cõpenſet: qui tot annorum temporis curriculo non modo fidem ſanctorum patrum obſeruaſti ipſe, ſed etiam eandem ſine intermiſſione palam prædicando confirmaſti. Ad quam roborandam ſymbolum à trecentis decem & octo ſanctis patribus apte compoſitum animaduertimus: ſecundum quod ſymbolũ baptizati, credidimus & credimus: quod etiam quinquaginta ſancti patres, qui Conſtantinopoli in vnum conuenerant, ratum fecerunt. Proinde tu aſſidue omnibus præis, vt dux ſanctam Dei Eccleſiam traducis ad concordiam, nobis denique firmiſſimis argumentis perſuades, nihil in ſanctiſſ. & generali*

Vide Niceph. c. 14. l. 16.

H

Bar. ann. 482. n. 17. & ſeq. *Petri Cnaphei verſutia & ad Acacium Cõſtantinopolitanum epiſtola.*

Concilio

A

Concilio Chalcedonenſi actum contra iſta patrum decreta, ſed à qua erant olim Nicaæ à ſanctis patribus ſancita, hoc concilio conſenſu omnium confirmata eſſe. Nos igitur, quoniam nihil in fide nouatum inuenimus, noſtra ſponte illi conſenſimus credidimuſque. Attamen non ſumus neſcij, nonnullos quoſdam qui noſtra fraterna concordia inuident, tuis pijs auribus quædam inculcaſſe commiſſa, quæ tuam ſanctitatem non aleo facile offendere potuerunt: primum quod reliquias ſanctiſſimi & beatiſſimi noſtri patris Timothei Archiepiſcopi in alterum locum tranſtulimus: quam rem nec acceptam Deo, nec legibus conſentaneam eſſe prædicant. Deinde ad alterum crimen tranſiliunt, quod vt commentitium, ita priore multo deterius eſt. Nam qui fieri poteſt, vt nos Concilium Chalcedonenſe anathemate damnemus, cum idem credendo confirmemus? Tua enim pietati minime obſcuram aut incognitam eſſe arbitror, populi qui apud nos eſt, æmulationem, monachorumque leuitatem nouis rebus ſtudentium: qui vna cum alijs quibuſdam ſceleratis hominibus ab Eccleſia refugere cogitarunt, populumque inde auellere conati ſunt. Quamobrem veſtris precibus adducti, literas haſce exequuti, quæ huic malo remedio ſunt, quæque de authoritate Concilij Chalcedonenſis nihil detrahant: pro certo perſuaſi, nihil in eo nouatum eſſe. Atque quo iam ſimplicibus perſuaderemus tum vt illi qui nobiſcum vna verſabantur, pro defenſione idem ipſum docerent, effecimus: in quod quidem negotium cum aſſidue incumberemus, exiguo momento populi animum repreſſimus. Illud etiam veſtra ſanctitas intelligat velim, quod adhuc etiam monachi non deſinunt diſſeminare Zizania, ſibique quoſdam homines, qui nunquam vixere in monaſterijs, velut inſtrumenta ſibi adſciſcere, & circumcurſitando rumores varios contra nos, & contra pacem Eccleſiæ Chriſti diſſipare: nihilque nobis permittere, ſicut canones videntur, etiam ſanctæ & Catholicæ Dei Eccleſiæ poſtulat, obire: ſed efficere vt noſter populus nobis potius imperet, quam pareat: omniaque moliuntur, quæ Deo indigna ſunt, & indecora. Spes eſt igitur, tuam ſanctitatem diuiniſſimo totius orbis terræ domino imperatori de omnibus ſignificaturam, effecturamque vt decretum ab illius clementia illis tribuatur quod ea quæ ſunt conſentanea Eccleſiaſticæ tranquillitati (quæ tum Deo tum Imperatori congruens eſt) præſcribat, ad eum ſane finem, vt omnes in illis rebus acquieſcant.

Purgat duo obiecta crimina.

B

Accuſat monachos quoſdam.

C

CAPVT XVIII.

Quomodo Ioannes Alexandrinus Epiſcopus Felici Pontifici Romano conſuluerit, vt Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo abdicationem denunciet.

Vide Niceph. c. 16. l. 16. Felix Simplicij ſucceſſor. Hanc epiſtolam reperies to. 2. Concil. gen. edit. Romana.

IOannes, qui Romam confugerat, Felicem, qui poſt Simplicium Epiſcopus Romanus fuit, admonet de rebus à Petro geſtis, ſuadetque, vt narrat Zacharias, vt epiſtolam abdicationis ideo mittat Acacio, quod cum Petro communicauerat, quod quidem, vtpote contra canones Eccleſiæ factum (quidam enim qui vitam monaſticam in monaſterio eorum qui ἀκοίμητοι vocantur, eam epiſtolam attulerunt) Acacius admittere noluit. Quæ res etiam à Zacharia ſcriptis proditæ ſunt. Sed mihi videtur nihil iſtarum rerum explorate cognitum habuiſſe, ſed extremis, vt dicitur, auribus ſolum accepiſſe, ſicque commemoraſſe. Itaque ipſe res vt geſtæ ſunt, accurate explicaturus venio. Cum libelli Felici à Ioanne contra Acacium, quod contra Eccleſiæ ritum cum Petro communicauerat, deque alijs facinoribus ab eo contra canones admiſſis, dati erant, mittuntur à Felice ad Zenonem Vitalius & Miſinus Epiſcopi, vt eius authoritate tum Concilium Chalcedonenſe confirmaretur, tum Petrus vt hæreticus Epiſcopatu pelleretur: tum denique Acacius mitteretur ad ipſum Felicem, rationem de rebus, quas Ioannes (cuius mentionem ſæpe fecimus) ei obiectaſſet, redditurus.

D

Miſenus alias tom. 2. Concil. gen. Decretum Felicis Rom. Pap.

CAPVT XIX.

De Cyrillo monachorum qui inſomnes vocantur præfecto, quonam pacto Romam ad Felicem literas dederit, extimulans eum, vt illatas contra fidem iniurias vlciſceretur.

E

Vide Niceph. c. 10. l. 10. ἀκοίμητοι. monachi, quorum præfes Cyrillus Fel. cu literas ad Miſinum de Cyrillo.

AT prius quam Vitalis & Miſinus venere ad Imperatorem, Cyrillus qui monachis, quos ἀκοιμήτους vocant, præerat, mittit ad Felicem, quo eum, cum tam grauia peccata contra veram fidem admiſſa eſſent, inſimularet tarditatis, Felix igitur ſcribit ad Miſinum, vt nihil ante moliretur, quam eſſet cum Cyrillo collocutus, & ab eo quid eſſet faciendum didiciſſet.

CAPVT XX.

De ijs quæ Felix ad Zenonem, & Zeno viciſſim ad eum ſcripſit.

Vide Niceph. cap. 15. 16. 17. 18. 19. l. 16. Bar. anno 484. n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & ſeqq. Felicis Papæ litera ad Zenonem & Acac.

F

ALiæ præterea literæ à Felice tum ad illos tum ad Zenonem ſcriptæ fuerunt, quibus eas non modo Concilij Chalcedonenſis, verum etiam perſecutionis in Africa, regnante Theodorico excitatæ in memoriam redigeret. Scripſit porro aliam ad Acacium epiſtolam. Zeno autem reſcripſit, eum fruſtra perturbatum verbis Ioannis: qui cum iureiurando ſe aſtrinxiſſet, nunquam omnino ſeſe in Epiſcopatus Alexandrini occupaturum, violata fide & iureiurando neglecto nullum non ſacrilegij genus admiſiſſet. Petrum vero non ſine accurata de eius fide inquiſitione ad ſacerdotij gradum elatum fuiſſe: ſed eum ſubſcripſiſſe ſua manu, ſe fidem trecentorum decem & octo ſanctorum patrum, qui Nicææ olim in vnum conuenerunt, cui ſanctum Concilium Chalcedonenſe conſentit, approbare. Iſta enim à Zenone ſcripta ſunt his verbis: *Debes pro certo cognoſcere, & noſtram pietatem, & Petrum ſanctiſſimum, de quo ante dictum eſt, & omnes ſanctiſſimas Eccleſias, ſanctiſſimum concilium Chalcedonenſe amplecti & venerari: quod quidem concilium cum fide Concilij Nicæni conſentit.* Extant præterea in actis eiuſdem concilij epiſtolæ tum a Cyrillo, quem ſupra poſuimus, tum ab alijs monaſteriorum præpoſitis Conſtantinopolis, tum ab Epiſcopis, & clericis Ægypti ad Felicem contra Petrum, vtpote hæreticum, & eos qui cum eo communicabant. Qui autem ex domicilio monachorum, quos ἀκοιμήτοι vocant, venere ad Felicem, Miſinum & Vitalem propterea coarguerunt, quod ad ipſorum vſque Conſtantinopolim aduentum, Petri nomen clam & occulte in ſacris tabulis legi conſueuerat: ex eo autem ad præſens vſque tempus palam & aperte & Miſinum ac Vitalem cum Petro communicaſſe. Epiſtola quidem Ægyptiorum tum iſta de Petro complexa eſt, tum etiam quod Ioannes & orthodoxus eſſet, & vt leges Eccleſiæ poſtulant, ordinatus, Petrus autem ex duobus ſolum Epiſcopis eadem erroris prauitate cum illo infectis, creatus, tum denique quod ſtatim poſt Ioannis fugam, nulla non ſupplicij genera orthodoxis ab eo inflicta. Quæ omnia Acacio per quoſdam, qui Conſtantinopolim venerunt ſignificata eſſe, Acaciumque Petro in omnibus, quæ moliebatur, ſubſidio fuiſſe memorant.

Zenonis literæ ad Felicem Papam.

G

Rom. Legati à monachis repreh.

Epiſtola Ægyptiorum.

H

CAPVT XXI.

Quòd Simeone monaſterij Inſomnium monachus Romam profectus, eos qui Roma Conſtantinopolim miſſi erant, cum hæreticis communicaſſe accuſat, quodque tum illos, tum qui cum Petro communicabant, Eccleſia Romana abdicabat.

CAeuere etiam res iſtæ ſermone Symeonis monachi (qui fuit ex numero eorum, qui vocantur ἀκοίμητοι) miſſi à Cyrillo ad Felicem. Nam Miſinus & Vitalis ab eo fuere reprehenſi, propterea quod cum hæreticis communicarant, idque cum nomen Petri, vt

Baro. an. 484. n. 9. & ſeqq. & acta Concilij Roma-

A *in cauſa Miſini & Vitalis ſub Felice, to. 2. Cõc. gen. edition. Biniana.*

hæretici palam in ſacris tabulis recitaretur: quodq; ea ratione multi ſimplices homines ab hæreticis in errorem inducerentur, qui affirmare non dubitarunt, Petrum ab Epiſcopo Romano in communionem receptum eſſe. Addidit etiam Symeones, cum quædam quæſtiones rogarentur, Miſinum & eius fautores noluiſſe quenquam orthodoxorum in colloquium venire, vel literas reddere, vel quicquam contra veram ſyncetamque fidem admiſſum accurate examinare. Producebatur item in medium Syluanus Presbyter, qui vna cum Miſino & Vitali fuiſſet Constantinopoli, iſque verba monachorum confirmauit. Lecta eſt præterea Acacij epiſtola ad Simplicium, quæ ſignificabat, Petrum iam pridem & abdicatum fuiſſe, & filium tenebrarum declaratum. Quibus de cauſis Miſinus & Vitalis de ſacerdotij gradu dimouentur, & à ſacroſancta ac pura ſeparantur communione, idque de ſententia totius Concilij, quod iſta quæ ſequuntur, de Petro pronunciauit, Petrum hæreticum iam pridem ſententia ſacræ ſedis Apoſtolicæ condemnatum, interdictum Eccleſia & anathemate mulctatum, Eccleſia Romana non recipit: cui quidem licet nullum aliud crimen obijciatur, hoc profecto ſatis habet ponderis, eum quidem non poſſe orthodoxis præeſſe, quod ab hæreticis ordinatus. Fuit eadem Concilij hoc quoque complexum eſt: Acacium Epiſcopum Conſtantinopolis grauiſſimo crimine dignum, res ipſa declarauit: quippe qui tametſi literas ad Simplicium ſcripſerit, & Petrum appellarit hæreticum tamen idem ipſum iam Zenoni minime patefecerit, cum certe iſtud, ſi modo amaret Zenonem, præſtare deberet. Verum Imperatoris deſiderio ſatisfacere, quam fidei conſulere expetit. Sed ad ea, quæ deinceps explicanda ſunt, ſermonem transferamus. Extat epiſtola Acacij ad antiſtites Ægypti, clericos, monachos & ad populum vniuerſum, qua eos ſchiſmate diſſidentes conatur ad concordiam reducere. De quibus rebus ſcripſit etiam ad Petrum Epiſcopum Alexandrinum.

Miſini & Vitalis reprehenſio.

Vide hãc epiſtolam to. 2. Conc. gen. edit. Biniana.

B

Acacius crimine grauiſſimo dignus.

C

C A P V T XXII.

De turba Alexandriæ pleriſque in locis alijs ob Chalcedonenſe Concilium ſuſcitata.

Vide Niceph. c. 17. l. 16. Bar. ann. 484. n. 40 & 41

Alexandrina ſeditio ob Petrum Mongum Chalcedonenſis Synodi oppugnatorem.

ITaque cum ſchiſma Alexandriæ ardeſceret, Petrus quibuſdam Epiſcopis, & monaſteriorum præpoſitis perſuaſit, vti cum ipſo communicarent: Leoniſque etiam de fide deciſionem & acta Concilij Chalcedonenſis, & eos, qui libros Dioſcori & Timothei non reciperent, damnauit anathemate. Quinetiam alios plurimos, cum illis idem perſuadere non poſſet, ſuis ipſorum monaſterijs exturbauit. Quibus de cauſis Nephalius Constantinopolim profectus, qui factum ſit nunciat Zenoni: qui animo propterea conturbatus, Coſmam vnum ex ſatellitum ſuorum numero eo mittit, qui quidem grauiſſimis minis coargueret Petrum, quod tum contra literas Zenonis de concordia ſcriptas feciſſet, tum ſua aſperitate grauem ſeditionem excitaſſet. At cum nihil Coſmæ ſuccederet ex ſententia, prætetquam quod monachi expulſi eius opera, ſuis ipſorum monaſterijs eſſent reſtituti, ad Imperatorem reuertitur. Quare Imperator rurſus mittit Arſenium, Ægypti præſidem, & militum præſidiariorum præfectum: qui vna cum Nephalio Alexandriam profectus, de concordia inter eos conſtituenda verba facit: ac cum illis non poſſet perſuadere, nonnullos eorum mittit Conſtantinopolim. Et quanquam multa verba coram ipſo Zenone de Concilio Chalcedonenſi fiebant, nihil tamen de eo concluſum eſt: quandoquidem Zeno illi neutiquam omnino aſſenſit.

D

Zeno non aſſentit Concilio Chalcedonenſi.

E

C A P V T XXIII.

De Phranita & Euphemio Conſtantinopolitanis, Athanaſio, & Ioanne Alexandrinis, Palladio & Flauiano Antiochenis, & alijs.

Vide Niceph. c. 18. 19. 20. l. 16. Bar. ann. 484. n. 1. & ſeqq. & 485. n. 1. & ſeqq.

Acacij obitus Phranitas Acacij ſucceſſor, & Phranita Euphemius.

INterea temporis, cum Acacius Epiſcopus Conſtantinopolis communem vniuerſæ carnis viam eſſet ingreſſus, Phranitas Epiſcopatum illum capeſſit. Qui cum literas ad Petrum de communicando inter ipſos ſcripſiſſet, reſpondit Petrus per literas, actaque Concilij Chalcedonenſis grauiter perſtrinxit. Vbi Phranitas, qui quatuor ſolum menſes eo Epiſcopatus munere fungebatur, è vita migrauit, Euphemius Epiſcopus illius vrbis deligitur: qui cum literas Petri de mutua inter ipſos communione accepiſſet, animaduerteretque eas acta Concilij Chalcedonenſis anathema indixiſſe, valde animo commotus fuit, ſeque à Petri communione penitus ſeiunxit. Vtraque iſtorum extat epiſtola, tum Phranitæ ad Petrum, tum Petri ad Phranitam: quas quidem epiſtolas propter earum prolixitatem miſſas facio. Quapropter cum Euphemius & Petrus eſſent inter ipſos grauiter dimicaturi, & ſynodos alter aduerſus alterum conuocaturi, forte Petrus ante exceſſit è vita: in cuius locum ſucceſſit Athanaſius: qui quidem dedit operam, vt partes inter ipſas diſſidentes reconciliaret. Verum id efficere ideo non poterat, quod eorum animi erant in tam varias & diſcrepantes ſententias diſtracti. Idem Athanaſius poſtea literis de communione mutua ad Palladium, qui poſt Petrum Antiochiæ rexit Epiſcopatum, miſſis, idem ipſum, quod Petrus antea, de Concilio Chalcedonenſi præſtare molitur. Idem quoque conatur Ioannes, qui ſedem Epiſcopatus Alexandrini poſt Athanaſium obtinuit. Porro Palladio Epiſcopo Antiochiæ morte extincto, & Flauiano in eius locum ſuffecto, Salomon Presbyter Antiochiæ mittitur ab illo Alexandriam cum literis de communicando inter ipſos mutuo ad Ioannem, illiuſque reſponſum per literas Flauiano requirit. Ioanne mortuo, alter Ioannes Epiſcopus Alexandriæ deligitur. Atque hæ quidem res ad aliquot annos, quibus Anaſtaſius geſſit Imperium, (hic enim Imperator Euphemium Epiſcopatus eiecit) ad hunc modum progeſtæ ſunt: quas quidem, quo Hiſtoria planior & magis perſpicua redderetur, coactus ſum ordine percenſere.

F

Petro Mongo defuncto Alexandriæ ſucceſſit Athanaſius.

Palladius Epiſcopus Antiochiæ.

Ioannes Alexandriæ Epiſc. Flauianus Antiochiæ Epiſcop. Ioannes alter Alexandriæ Epiſ.

G

C A P V T XXIV.

De Armati Imperatricis Berinæ cognati interitu.

Vide Niceph. c. 21. l. 16. Bar. ann. 477. n. 1.

Armati interitus.

ZEno autem Armatum, cognatum Imperatricis Berinæ, quem à Baſiliſco ducem contra ipſum miſſum, muneribus ad ſuas partes pellexerat, & ſocium pro hoſte effecerat, & Baſiliſcum filium eius Cæſarem Nicææ deſignauerat, de ſententia illi interficit. Nam Conſtantinopolim profectus, & Armatum per dolum tollit è medio & Baſiliſcum eius filium pro Cæſare ſacerdotem creat: qui poſtea ad gradum Epiſcopatus elatus fuit.

H

C A P V T XXV.

De Theodorichi Scytha, qui contra Zenonem arma ceperat, morte.

Vide Niceph. c. 21. l. 16. Bar. anno 481. n. 1.

Theodorichus bellũ cõtra Zenonem gerit.

PEr idem tempus Theodorichus, Scytha genere, contra Zenonem arma ferre parat, & copiis ſuis in Thracia collectis bellũ gerit aduerſus Zenonem: agriſque omnibus, qui ante pedes iacebant vſque ad oſtium Ponti vaſtatis, parum aberat, quin Conſtantinopolim cepiſſet, niſi quidam ex illius maxime neceſſarijs vehementer erga eum offenſi, conſilium de illo interimendo iniiſſent: qui cum ſuorum intellexiſſet maleuolentiam, retulit pedem, atque non adeo multo poſt in mortuorum numerum aſcriptus eſt. Verum quo genere mortis

occubue

A occubuerit, dicam: quod ita habet. Pro caſtris eius haſta cuſpide bifida in ſublimi ſuſpenſa fuit, more barbarico. Deinde corpus ſuum agitare exercereque cupiens, equum ſibi adduci iubet. Tum abſque mora (cuius etiam in aliis rebus gerendis impatiens eſſe ſolet) in equum inſilit. Equus autem vtpote indomitus & ferox, cum nondum Theodoricus pedibus vtrinque ritè diſpoſitis firme inſideret, pedes anteriores tollit in ſublime, ac poſterioribus ſolum inſiſtit erectus, adeo vt Theodoricus cum magna contentione cum eo luctaretur, & neque auderet cum freno, ne in ipſum caderet, retrahere: neque adhoc in ſella firme ſederet, huc illucque ſic volutaretur, vt haſtæ ſuſpenſæ cuſpidem vehementer agitaret, qui in eum impactus, latus grauiter vulnerauit. Inde igitur in lecto cunctus decumbere, paucis poſt diebus ex eo vulnere periit.

Theodorici interitus.

CAPVT XXVI.

B *De Martiano, qui contra eundem bellum monit, & quid illi poſtea acciderit.*

Vide Niceph. cap. 22. lib. 16. Bar. anno 478 n. 7 & 8.

His rebus confectis, Martianus cum Zenone inimicitias exercere cœpit: qui filius fuit Anthemij, qui Romæ imperauerat: affinis autem Leonis, qui ante Imperium geſſerat. Iſte vbi Leontiam Leonis filiam minorem natu vxorem duxerat, tyrannidem occupare molitur. Ac pugna graui in palatio commiſſa, & multis vtrinque cadentibus, Martianus aduerſarios terga dare cogit: atque certè palatio potitus fuiſſet, niſi negotio quod ſusceperat, in craſtinum dilato, oblatam occaſionem omiſiſſet. Nam occaſio præceps eſt, quæ vt cum ad pedes accedit, forſan capi poteſt: ſic eum quaſi è manibus elapſa eſt, in ſublime ſubuolat, ri[d]etque inſequentes, ac de reliquo omnem aditum ad ſe illis penitus præcludit. Itaque qui fingendi pingendique artem norunt, ſolent quidem in illius ſincipite comam adhibere, in occipiti velut abradere ad cutem: ſcite admodum innuentes: quod dum adhuc a tergo eſt, ab illis qui comam eius prehendunt, teneri poteſt: verùm vbi à fronte eſt, penitus auolat, nihil habens quo à perſequente capi queat. Quod planè euenit Martiano, qui vt tempus opportunum ſibi datum amiſit, ſic idem ipſum de cætero reperire non potuit. Nam poſtero die à ſuis proditus, & relictus ſolus, confugit ad templum Sanctorum Apoſtolorum: indéque vi abſtractus, Cæſaream Cappadociæ demigrat: ibique ad quoſdam Monachos ſe aggregans, poſtea dum latitare cuperet, deprehenſus eſt: atque ab Imperatore Tarſum vſque Ciliciæ amandatus, coma abraſa, Preſbyter deſignatus eſt. Sunt iſta quidem ab Euſtathio Syro ſcripta pereleganter.

Martiani cum Zenone inimicitia. fronte capillata, poſt eſt occaſio caluæ.

C

Martianus Presbyt. deſignatur.

Euſtathius Syrus Hiſtoricus.

CAPVT XXVII.

De Ili & Leontij tyrannide.

D

Vide Niceph. cap. 23. l. 16 Bar. an. 482. n. 9. & 10. Vide Cuſpinianū in vita Zenonis.

Est apud eundem ſcriptorem, Zenonem inſinitas ferè inſidias contra Berinam ſocrum ſuam ſtruxiſſe, poſtea autem eam relegaſſe in Ciliciam: eámque inde denuo ad arcem, quæ Papiniana dicitur, illo iam tyrannidem exercente, tranſtuliſſe: in qua exceſſit è vita. Res autem ab Ilo geſtas idem Euſtathius per diſertè ſcribit, tum quemadmodum à Zenone inſidiis appetitus effugerit, tum quo pacto Zeno eum, cui dederat mandatum, vt Ilum interficeret, morte mulctarit, capite ideo ceruicibus abſciſſo, quod eum ob conatus fruſtrationem tali mercede compenſare voluit. Ilum vero, quo facinus tentatum occultaret, ducem copiarum in Oriente militantium deſignauit. Is amicitia non cum Leontio ſolum, ſed cum Marſo etiam, viro ſpectato, & Pamprepe contracta, in partibus Orientis commoratus eſt. Iam vero quod narrat Leontius, Tarſi Ciliciæ Imperator renunciatus fuerit, & quem fructum iſti ex tyrannide ſua perceperint, cum Theodoricus vir genere Gothus, & apud Romanos in magno honore habitus, dux

E cum noſtris, tum exteris copiis ſtipatus, contra eos emiſſus eſſet, quinetiam qua ratione miſeri à Zenone pro beneuolentia, quam verſus illum præſtiterant, trucidati, & præterea quod Theodoricus, cognito Zenonis conſilio & voluntate, ad antiquam Romam ſe receperit: idem Euſtathius literis concinne admodum perſequitur. At quidam memorant Theodorichum, Zenone authore, viciſſe Odoacrem, & ita tum Romam ſibi ſubieciſſe, tum ſe regem nuncupaſſe.

Odoacer à Theodorico Gotho victus & ab eodem capta Roma.

CAPVT XXVIII.

De Mammiano & geſtis eius.

Mammianus quando floruerit.

Mammianum temporibus Zenonis fuiſſe, narrat Ioannes rhetor. Cum eſſet infimo loco natus, ad ordinem ſenatorium perueniſſe, cúmque ædificium in ſuburbio Daphne, quod antiphorum dicitur (qui locus antea vites produxit, fuitque ad agriculturam idoneus) extruxiſſe, è regione balnei publici, vbi poſita eſt ſtatua ænea, quæ hanc habet inſcriptionem: MAMMIANVS AMATOR CIVITATIS. Idem præterea Ioannes ſcribit, eum in vrbe duas regales porticus cum ob eximiam ædificationem valdè magnificas, tum ob lapidum coniunitatem & ſplendorem in primis ornatas ædificaſſe: erexiſſéque tetrapilon, velut interſtitium inter duas illas porticus interiectum, colúmnis & ænea materia pereleganter & exquiſitè elaboratas. Ac nos quidem haſce porticus vidimus, quæ non nomen ſolum, verum etiam reliquias antiqui ſui ſplendoris adhuc propterea retinent, quod lapides ex Proconneſo inſula deportati, in ſolo conſtrati iacent: at ipſum tamen ædificium nihil inſignium, quibus olim decoratum erat omnino habet: ſiquidem ex veteribus eius ruinis nouum ædificium extructum eſt: nihil tamen ornatus illi veteri ex eo acceſſit. Quod autem ad tetrapilon attinet à Mammiano ædificatum, ne veſtigium quidem illius reliquum vidimus.

Structura inſignes à Mammiano facta.

F

CAPVT XXIX.

G

De morte Zenonis, & Anaſtaſij electione.

Anaſtaſius Imper. anno Christi 491. Vide Niceph. c. 24. l. 16 Bar. anno 491. num. 1. & ſeqq.

Cum autem Zeno abſque liberis, decimoſeptimo regni ſui anno confecto, comitiali morbo extinctus eſſet: Longinus eius frater magnam adeptus potentiam, tametſi ſpem animo concepit, ſe imperio potiturum, tamen ea, quæ expectabat, minimè eſt conſecutus. Nam Ariadna Anaſtaſio, qui nondum ad ſenatorium ordinem aſcenderat, ſed ſolum in ſcholam ſilentiariorum eorum, (ſic enim dicitur) aſcriptus erat, coronam impoſuit Imperatoriam. Commemorat porro Euſtathius, annos ducentos ſeptem a regno Diocletiani ad mortem Zenonis, & Anaſtaſij deſignationem præteriiſſe: ab Imperio autem Auguſti, qui ſolus regnauit, quingentos triginta duos annos & menſes ſeptem: à regno Alexandri Magni regis Macedonum, octingentos & triginta duos annos, & menſes itidem ſeptem: à Roma condita, & regno Romuli, mille & quinquaginta duos annos, & menſes præterea ſeptem: à Troia capta, mille ſexcentos & octoginta ſex annos, & menſes ſeptem. Iſte Anaſtaſius patriam habuit Epidamnum, quæ iam Dyrrhachium nuncupatur: ac non imperium ſolum Zenonis, ſed etiam eius vxorem ſibi comparauit: & primum Longinum fratrem Zenonis officio fungentem magiſtri, quem vetuſtiores præfectum ordinum aulicorum vocabant, mittit in patriam: multiſque aliis poſtea Iſauris idem poſtulantibus, ad ſuos reuertendi conceſſit poteſtatem.

Zeno iuxta regni ſui annum ſit extinctus.

H

Vide Cuſpin. in vita Anaſtaſ. Euſtathij Syri chronologia. Zenoni in Imperiū ſucceſſit Anaſtaſius, anno Christi 494.

A

CAPVT XXX.

De Anaſtaſio Imperatore, qui cum nouare quicquam in Eccleſiæ ſtatu noluerat, Eccleſiæ tum plagis innumeris afflictæ ſunt, cum complures ob id Epiſcopi eiecti.

Vide Niceph. c.25.26. lib.16. Bar. anno 492. n.41.

Anaſtaſius pacis ſtudioſus. De Chalcedonenſi Synodo differentes ſententiæ.

ISte Anaſtaſius pacis ſtudioſus, cum in rep. tum maximè in Eccleſiæ adminiſtratione nihil omnino rerum nouarum moliri voluit: imò vero omnibus modis elaborauit, vt tum Eccleſiæ ſanctiſſimæ ab omni tumultu & perturbatione vacarent, tum omnes, qui ipſius parebant Imperio, ſumma tranquillitate fruerentur, omni contentione & diſcordia ex rebus tam Eccleſiaſticis, quam ciuilibus prorſus ſublata. Quod autem ad Concilium Chalcedonenſe attinet, illud id temporis neque palam in Eccleſiis ſanctiſſimis prædicatum fuit, neque ab omnibus reiectum. Nam ſinguli Eccleſiarum præſides pro ſuo arbitratu in ea re egerunt. Atque vt nonnulli decretis in eo Concilio editis firme & conſtanter adhæſerunt, & ne ſyllabam de rebus in illo definitis remittere, imò vero ne literæ mutationem admittere voluerunt, quinetiam ab illis, qui eiuſdem decreta repudiabant, magna cum animi confidentia refugerunt, recuſaruntque penitus cum illis communicare: ſic alij non ſolum illud Concilium & eius decreta reiecerunt, verumetiam tum illud, tum Leonis de fide deciſionem damnarunt anathemate.

B

Epiſcoporum & Eccleſiarum inter ſe ſuper Chalcedonenſi Concilio diſſidia.

Alij vero epiſtolam Zenonis de concordia mordicus tenuere, idque cum inter ſe vtrum vna, an duæ ſint in Chriſto naturæ, grauiter diſſiderent. Ac pars eorum ipſa litterarum compoſitione decepti ſunt, pars ad pacem ſe magis inclinarunt, vſque adeo vti omnes Eccleſiæ in ſeparatas factiones diuiderentur, & earum præſides inter ipſos minimè communicare vellent. Vnde plurimæ diſſenſiones tum in oriente, tum in Occidente, tum in Libya ortæ ſunt, dum Epiſcopi Orientis, neque cum Epiſcopis Occidentis, neque cum Epiſcopis Libyæ, neque ipſi viciſſim cum Orientalibus in gratiam reduci poterant: ſed res ad maiorem abſurditatem in dies prolapſa eſt. Quippe antiſtites Orientis,

C

nec ſecum ipſi communicare voluerunt, nec Europæ præterea, & Libyæ Epiſcopi nedum cum exteris. Quas res cum Anaſtaſius Imperator animaduerteret, Epiſcopos, ſicubi eos nouis rebus ſtudentes, aut quicquam præter conſuetudinem illorum locorum, in quibus ætatem degebat, Concilium Chalcedonenſe prædicantem, aut idem ipſum damnantem anathemate comperiret, exturbauit. Ac primum Euphemium, vt ſupra ſcripſi, eiecit Conſtantinopoli: deinde Macedonium, cui ſucceſſit Timotheus: Antiochia porro Flauianum expulit.

Anaſtaſius in exilium mittit Epiſcopos.

CAPVT XXXI.

Monachi Palæſtinæ ad Alciſonem de Xenaia Monacho, & aliis quibuſdam epiſtola.

D

Vide Niceph. c.17.28. l.16. Bar. an.512. n.19.20. & ſeqq.

De Macedonio & Flauiano quales literæ ad Alciſonẽ ſint ſcriptæ à Monachis Palæſtinæ.

ATqui ſunt literæ de Macedonio & Flauiano à Monachis Palæſtinæ ad Alciſonem his ferè verbis ſcriptæ: *Cum Petrus exiuiſſet de vita, Alexandria, Ægyptus & Libya inter ſe denuo diſſidere cœperunt, reliquaque partes verſus Orientem contra ſe ipſa digladiari: quandoquidem Eccleſia verſus Occidentem non alia conditione cum illis communicare volebant, niſi præter Neſtorium & Eutychem & Dioſcorum, etiam Petrum cognomine Mongum & Acacium anathemati addicerent. Itaque cum Eccleſiæ totius orbis terrarum hoc loco erant conſtitutæ, fautores Dioſcori & Eutychis fuere ad minimum planè numerum redacti. Ac cum parum abeſſet, quin fuiſſent funditus è terra ſublati, adeo vt non amplius inter homines verſarentur, Xenaias quidam à Deo reuera ξένος, id eſt, peregrinus, neſcio quid apud animum proponens, aut quas inimicitias contra Flauianum ſuſceptas vlciſci cupiens, ſimulata fidei ſpecie, vti multi prædicant, hominum animos aduerſus eum concitare, eique tanquam Neſtoriano obtrectare cœpit. Ac cum Neſtorio vna cum eius errore anathema indixiſſet, ex illo digreſſus ad Dioſcorum, & Theodorum, & Theodoritum, & Ibam & Cyrum, & Eutherium, & Ioannem, & ad alios neſcio quos, neque vnde collectos, tranſit. quorum alij reuera Neſtorij doctrinam tuebantur: alij, quorum eiuſdem doctrinæ in ſuſpicionem venerant, Neſtorium anathemate damnabant, inque Eccleſia*

E

communi conquieſcebant. Iſtos omnes, inquit Xenaias, Neſtorij olentes hæreſim, niſi anathemate damnaueris, tu ipſe Neſtorij errori fauere videberis, etiamſi ei cum ſua doctrina & opinione millies anathema edixeris. Idem porro Xenaias per literas cum eos, qui Dioſcori errorem ſequebantur, tum hæreſis Eutychianæ patronos commouit perſuaſitque, vt ipſi contra Flauianum ſubſidio eſſent: non tamen Concilium, ſed perſonas dumtaxat, de quibus ante dictum eſt, anathemate damnari poſtularent.

Xenaias Flauianũ ad Chalcedonenſis Synodi condemnationem tentat adigere.

Quibus cum Flauianus Epiſcopus diu reſtitiſſet, aliique ſe cum Xenaia contra eum coniunxiſſent, & Eleuſinus Epiſcopus vrbis cuiuſdam Cappadociæ minoris, & Nicias Epiſcopus Laodiceæ, quæ eſt in Syria, & ex aliis locis alij (quorum criminationes, quas æmulatione nimis abiecta adducti Flauiano inferebant, non noſtrum eſt, ſed aliorum certè

F

commemorare) tandem Flauianus ratus illos propter hoc, quibus anathema denunciari cupiebant, placatos fore, ceſſit eorum contentioni. Ac cum ſcripto perſonas illas anathemate damnaſſet ſcripſit ad Imperatorem. Etenim animum eius iſti contra Flauianum, vtpote opinionis Neſtorij patrocinium ſuſcipientem, commouerant. Neque his rebus contentus Xenaias, poſcebat denuo à Flauiano, vt tum Concilium ipſum, tum eos, qui duas naturas in Domino eſſe dixerunt, carnis alteram, alteram diuinitatis, anathemati addiceret. Quem eius poſtulationi nequiquam obſequentem, rurſus vt Neſtorianum accuſat. Poſtremo cum de iis rebus vehementer certatum eſſet, & Patriarcha Flauianus formulam fidei edidiſſet, in qua ingenuè fatebatur, Concilium quantum ad abdicationem Neſtorij & Eutychis attinebat, approbandum eſſe, at quantum ad deciſionem & doctrinam fidei non item: rurſus illum vt ſubdole ac latenter

Concilii Chalcedonenſis.

G

errori Neſtorij patrocinantem ſe adorturos minantur, niſi tum Concilio ipſi, tum illis qui duas naturas in Domino eſſe dixerunt, alteram carnis, diuinitatis alteram, anathema denunciare vellet. Iſauros præterea verborum fuco & fallaciis in ſuam pertrahunt ſententiam, formulamque fidei componunt, in qua Concilium vna cum illis, qui duas in Domino eſſe naturas dixerunt, anathemati addicunt: & ad extremum ſe ſeparant à Flauiano & Macedonio, & ad alios, qui formulæ illi ſubſcribebant, aggregant.

Interea etiam poſtulant ab Epiſcopo Hieroſolymitano, vt formulam fidei ſcriptis prodat (quam cum edidiſſet, per Dioſcori ſectatores mittit ad Imperatorem. Quam fidei formulam illi tandem proferunt, in qua iam tum comprehenſa fuit, eos anathemate damnatos, qui duas in Domino naturas eſſe aſſerebant. Attamen ipſe Epiſcopus Hieroſolymitanus, eam ab illis deprauatam conſtanter affirmans, aliam in medium produxit, in qua nullum tale continebatur anathema. Nec planè mirum. Etenim ſanctorum patrum libros ſæpè deprauarunt, multoſque Apollinarij libros Athanaſio, Gregorio cognomento Thaumaturgo, id eſt, qui eximia edebat miracula, & Iulio, inſcriptionibus commutatis attribuerunt: quibus quidem libris plurimos in ſuum impium errorem induxerunt. Popoſcerunt item formulam fidei à Macedonio ſcriptis mandatam: qui fidem trecentorum decem & octo Nicææ olim, & quinquaginta etiam Conſtantinopoli conuocatorum, ſolum ſe noſcere aſſeueranter affirmauit, atque Neſtorio, Eutychi & iis, qui duos filios aut Chriſtos eſſe ſtatuunt, aut naturas diuidunt, indixit anathema: & tamen nec Concilij Epheſini, quo abdicatus fuit Neſtorius, nec Chalcedonenſis, quod abdicauit Eutychem vllam mentionem fecit. Qua de re Monachi Conſtantinopolitani grauiter commoti, ſe à Macedonio Epiſcopo ſeparant. Interim Xenaias & Dioſcorus cum multos Epiſcopos ſibi adiunctos haberent adeo moleſti fuere illis qui anathema nolebant denunciare his quibus ipſi anathema denunciari cupiebant, vt intolerabiles & non ferendi viderentur:

Hæreticis familiare eſt patrũ libros deprauare

H

falſoſque ſupponere. Gregorius Thaumaturgus.

quorum

A

quorum nonnullos, cum cedere nollent, per fallaciam exilio mulctandos curarunt. Ad hunc modum igitur Macedonius, Ioannes Epiſcopus Palti, & Flauianus ſolum vertere coacti ſunt. Sed de Monachorum literis hactenus.

CAPVT XXXII.

De Macedonij Conſtantinopolitani Epiſcopi, & Flauiani Antiocheni eiectione.

Vide Nicephor. c. 26. 37. lib. 16. Bar. anno 511. n. 3. & ſeqq. & c. & an. 512. num. 32.

SEd quæ occultè animum Anaſtaſij angerent, longè diuerſa fuere. Nam cum Ariadna haberet in animo Anaſtaſium habitu induere purpureo, Euphemius Epiſcopus vſque eo conſentire noluit, quoad Anaſtaſius chirographum iureiurando confirmatum ei dediſſet, quod planè declararet, eum ſi ſceptra ſuſciperet Imperij, fidem ſyncera ſeruaturum; nihilque rerum nouarum introducturum in ſacroſanctam Dei Eccleſiam: quod chirographum Macedonio ſacri theſauri cuſtodi tradidit. Factum autem eſt illud propterea ab Euphemio, quod Anaſtaſius putabatur à nonnullis errore Manichæorum infectus eſſe.

B

Euphemius cur in Anaſtaſij coronationē cōſentire noluerit, vnde & odium Anaſtaſij in Euphemium. Anaſtaſius Manichææ hæreſis ſuſpectus. Macedonius calumniis ſupplantatur.

Vbi vero Macedonius ad ſacerdotij dignitatem aſcendit, voluit Anaſtaſius chirographum ſuæ confeſſionis recipere: Quippe dedecori, inquit, eſt imperio ſi chirographum illud reſeruetur. Cui poſtulationi cum Macedonius ſtrenuè reſiſteret, ſéque fidem minimè proditurum conſtanter aſſeueraret: Anaſtaſius imperator inſidias contra eum tendere cœpit, ad eum ſanè finem, vti Epiſcopatu exturbaret. Itaque tandem accedunt adoleſcentes calumniatores, qui tum ſe, tum Macedonium flagitioſi cuiuſdam facinoris falſo reos agunt. At vero vbi Macedonius genitalibus carere deprehenſus fuit, ad alias fallacias ſe conuertunt: nec deſtiterunt, quoad conſilijs Celeris aulicorum ordinum præfecti ex occulto ſede Epiſcopali dimouiſſent. Iſtam Flauiani expulſionem aliæ quoque res ſecutæ ſunt. Nam ipſi ab hominibus ætate prouectiſſimis, qui ea, quæ acciderant Flauiano, firmè memoria tenebant, accepimus, quod a Xenaia (fuit hic quidem Epiſcopus Hierapolis vrbis Antiochiæ finitimæ, Græcóque vocabulo Philoxenus appellatus) Monachi Cynegicæ (ſic enim vocantur) qui apud gentem, quæ Syrorum primaria eſt, accolunt, perſuaſi, frequentes cum tumultu & ſumma confuſione Antiochiam præcipites feruntur, vi Flauianum coacturi, vt tum Concilio Chalcedonenſi, tum deciſioni Leonis anathema indicat. Quod cum Flauianus valdè ægrè ferret, & Monachi impetu inſtarent, populus ciuitatis, ſeditione conflata, tam magnam cædem fecere Monachorum, vt multi eorum, atque adeo ferè innumerabiles Orontem fluuium, corporibus fluctibus conditis, pro ſepulchro haberent. Euenit porro aliud hiſce nihilo inferius. Monachi enim, qui Cœloſyriam, quæ iam Syria minor dicitur accolebant, quique amore incredibili ac ſtudio erga Flauianum propterea incendebantur, quod vitam Monaſticam in cœnobio in agro (huic quidem nomen eſt Tilmogium) poſito, agebat, properant Antiochiam eo quidem conſilio, vti Flauianum propugnarent, vti ea eo non exigua incommoda contingerent. Quamobrem Flauianus, ſiue prioribus de cauſis, ſiue de poſterioribus factum, ſiue de vtriſque, eiectus fuit, & ad Petras incolendas, quæ ſunt in vltimis oris Palæſtinæ ſitæ, condemnatus.

C

Monachorum cædes.

D

Flauiani exilium.

CAPVT XXXIII.

De Seuero Antiocheno Epiſcopo.

Vide Nicephor. cap. 29. l. 30. 31. Bar. anno 511. num. 16. & ſeqq.

FLauiano igitur in exilium electo, Seuerus ad Epiſcopatum Antiochiæ delatus fuit, anno quingenteſimo ſexageſimo primo poſt illud nomen ciuitati impoſitum menſe Nouembri: iam vero, hoc eſt, tempore quo iſta à me ſcribuntur, anno ſexcenteſimo quadrageſimo primo. Huic Seuero patria fuit Sozopolis, vrbs Piſidiæ: qui antequam Epiſcopatu potitus ſit, Beryti in oratione forenſi ac iudiciali ſe exercuit. Verùm ſimul ac in ſacro templo Leontij, diuini martyris, quem Tripolis Phœniciæ vrbs maritima colit, fuit lauacro baptiſmi cinctus, ſe à legum ſtudio ad vitam Monaſticam tranſtulit: quam quidem vitam traduxit in Monaſterio, quod medium locum inter vrbem Gazam & oppidum Maiomam occupat. In quo loco Petrus Iberus, qui eiuſdem Gazæ fuerat antiſtes, quique cum Timotheo Æluro fugerat, eiſdem incedens gradibus, hominum ſermone poſt multum prædicatus fuit. Porro autem Seuerus, de quo inſtituitur oratio, cum Nephalio (qui antea eiuſdem cum eo ſectæ & opinionis fuiſſet, nimirum quod vna in Chriſto natura ſit, poſtea tamen Concilio Chalcedonenſi, & doctrinæ eorum qui duas naturas in Domino noſtro Ieſu Chriſto ineſſe aſſerunt, conſenſit) in diſputationem veniens, à Nephalio & eius fautoribus vna cum alijs compluribus qui in eadem fuere opinione, è Monaſterio ſuo pulſus eſt. Inde igitur Conſtantinopolim recta ſe contulit, pro ſe quoque illis qui cum eo eiecti erant, legationem obiturus: ſicque imperatori Anaſtaſio, ſicut traditum eſt ab eo, qui vitam Seueri ſcripſit, notus eſſe cœpit. Itaque literas ſcripſit ad ſuos fautores de mutua inter ſe communione, in quibus nominatim Concilium Chalcedonenſe anathemate damnauit. De qua re literæ Monachorum ſcriptæ ad Alciſonem iſta loquuntur: *Literæ Timothei, qui iam Epiſcopus Conſtantinopolitanus eſt, de mutua communione hic in Palæſtina receptæ ſunt. At abdicatio Macedonij & Flauiani, quinetiam literæ Seueri de mutua communione reiectæ fuerunt. Porro qui eas literas huc attulerunt, dedecore & contumelia merito ſanè affecti (populus námque ciuitatis & Monachi contra eos concitati erant) fuga ſalutem ſibi quæſiuere. Hoc quidem in loco res fuere Palæſtinæ. Qui autem Eccleſiæ Antiochenæ paruerunt, partim fuerunt vna cum cæteris in errorem inducti, ex quorum numero fuit Marianus Epiſcopus Beryti, partim vi & neceſſitate compulſi, literis Seueri de mutua communione (quæ non Concilio ſolum, verumetiam cæteris omnibus qui duas naturas ſiue proprietates in domino ineſſe, alteram carnis, diuinitatis alteram, aſſerebant, anathema induxerunt) conſentiebant. Verum quos neceſſitas ad conſentiendum compulerat, hi poſtea mutata ſententia, ſe ad Eccleſiam reuocarunt. Ex quorum numero fuerunt Epiſcopi qui Eccleſiæ parebant Apameæ. Erant vero alij qui omnino conſentire noluerunt: ex quibus erant Iulianus Epiſcopus Boſtri, & Epiphanius Tyri Epiſcopus, & alij nonnulli, vt fertur, Epiſcopi. Iſauri autem, qui iam reſipuerant, ob priorem ſuum errorem ſe ipſi condemnarunt, Seueróque & eius ſectatoribus denunciarunt anathema. Alij Epiſcopi & clerici qui ſub Seuero erant, Eccleſijs ſuis relictis fugerunt: inter quos eſt Iulianus Epiſcopus Boſtri, & Petrus Damaſci Epiſcopus, qui hic vitam degunt: Mamas item, alter e duobus illis Dioſcorianis, qui duas ab initio naturas aſſerebant: quorum arrogantem pertinaciam ab illis ipſis ad id quidem coactus, Seuerus condemnauit, & paulo infra: Monaſteria autem, tum quæ hic ſunt, tum quæ Hieroſolymis, Dei iuuante gratia, in recta fide conſentiunt: aliaque plurima ciuitates & Epiſcopi eodem modo. Pro quibus omnibus, & pro nobis quoque tu ſanctiſſimè Domine & Pater noſter honoratiſſimè precari digneris, ne intremus in tentationem.*

E

Seueri quãdo ad Epiſcopatũ Antiochiã delatus ſit. Seueri patria, ſtudium, profeſſio, vita genus.

F

Monachorũ litera ad Alciſonẽ de actis Concilij Chalcedonẽſis & de Seuero.

Bar. anno 512. num. 2. & ſeqq.

G

H

CAPVT XXXIV.

De miſſa ad tum à Coſma & Seueriano abdicatione.

Vide Nicephor. c. 13. 35. lib. 16. Bar. anno 512. num. 3. & ſeqq.

QVoniam autem iſtæ literæ memorant, Epiſcopos, qui Eccleſiæ Apameæ parebãt, à Seuero deſciuiſſe, deinceps ponamus in medio, quod à partibus nobis traditum eſt, licet nulla hiſtoria hucvſque comprehen-

† *Monachi tumultuantur aduerſus Concilium Chalcedonenſe.*

* *Monachorum Syriorum tumultuatio.*

A

Coſmas & Seuerianus Epiſcopi magno aſtu Seuero excommunicationis libellū inſinuant.

ſum, Coſmas, qui noſtræ Epiphaniæ Orontem fluuium tangentis Epiſcopatum geſſit, & Seuerianus Epiſcopos Arethuſæ, vrbis finitimæ, literis Seueri de mutua communione grauiter offenſi, primum ſe ab eius communione ſegregarunt: deinde libellum abdicationis ad eum iam tum Epiſcopatum Antiochiæ adminiſtrantem mittunt, quem libellum tradunt Aureliano, præcipuo Epiphaniæ Diacono: qui, quoniam Seuerum extimeſcebat, & tam illuſtris Epiſcopatus amplitudinem reuerebatur, vt primum venit Antiochiam, induit ſe veſte muliebri, & ita ad Seuerum acceditſeque eſſe effœminatum & mollem oſtendit, mulierémque omnino eſſe ſimulat: atque velamine, quo caput obuoluebatur, ad pectus vſque demiſſo, lamentari, & exili voce velut ex imis præcordijs ducta obteſtari cœpit. Seueróque prodeunti, libellum abdicationis dat; & clam omnibus, ex turba quæ ſequebatur Seuerum, euadit, fugáque ſibi ante ſalutem parat, quam Seuerus ea quæ libellus complectebatur, potuiſſet cognoſcere.

B

Anaſtaſius de his factis, certior quæ Seuero acciderant, Coſmam & Seuerianum ſuis ſedibus expellit. Clemens Anaſtaſij vox.

At Seuerus, quanquam libellum recipiebat, & quæ in eo ſcripta erant, ſatis intelligebat: tamen in ſua ſede Epiſcopali firme perſtitit ad mortem vſque Imperatoris Anaſtaſij. Vbi autem Anaſtaſius de his quæ Seuero acciderant, certior factus eſt (facinus namque tam benigne & clementer ab Anaſtaſio editum, hoc loco commemorandum eſt) mandatum dat Aſiatico, præfecturam Libeæſæ, quæ eſt in Phœnicia, gerenti, vt Coſmam & Seuerinum ſuis ſedibus expelleret, propterea quod Seuero libellum abdicationis miſerant: qui cum veniſſet in Orientem, & multos Seueriani & Coſmæ doctrinis adhæreſcentes, & ſuas ipſorum ciuitates ſtrenuè propugnantes reperiret, retulit ad Anaſtaſium, hos ſine ſanguine non poſſe ſuis ſedibus exturbari. Itaque tantum in Anaſtaſij animo inſedit clementiæ & manſuetudinis, vt per literas Aſiatico planè ſignificaret, ſe velle nullum facinus aggredi, quantumuis magnum & memorabile, ſi vel gutta ſanguinis pro eo fundenda eſſet. Hic quidem Eccleſiarum totius orbis

C

terræ ſtatus fuit, dum regnaret Anaſtaſius: quem nonnulli, tanquam Concilij Chalcedonenſis aduerſarium exiſtimantes, ex ſacris tabulis exemerunt: Hieroſolymis autem anathema fuit illi denunciatum.

CAPVT XXXV.

De tyrannorum Iſaurorum euerſione.

Vide Nicephor. cap. 36. l. 16. Bar. an. 495. num. 9.

* pro dūtaxat, lege, Ca-ton.

Longinus contra

D

Anaſtaſium. Anaſtaſij clementia, cap. 29.

NOn fuerit forſitan ab eo quod ſumus ante polliciti, alienum, ſi alias quoque res Anaſtaſij temporibus geſtas huic Hiſtoriæ attexamus. Longinus Zenonis frater, cum in patriam, vt ante dixi, veniſſet bellum palam contra Imperatorē parat: & multis copijs vndique collectis (quibuſcum Epiſcopus * duntaxat Prouinciæ Apameæ, quæ eſt in Syria, coniunctus fuit) vna cum Iſauris & ipſe quoque Iſaurus ad bellum gerendum proficiſcitur. Cui bello finis tandem imponebatur, partim quod Iſauri, cum vna cum Longino ad bellum iuerant, penitus deleti, partim quod Longini & Theodori capita à Ioanne Scytha Conſtantinopolim miſſa fuere: quæ quidem capita Imperator palis alligata, in loco cui Sycæ nomen eſt, è regione Conſtantinopolis in vlteriore maris littore ſuo ſuſpendit: gratum ſanè ſpectaculum propterea Conſtantinopolitanis, quod ipſi à Zenone & Iſauris grauibus ante affecti fuiſſent incommodis. Alter porro Longinus, cognomento Selinuntius, qui magnam partem tyrannidis pariter occupauerat, & Indus, vna à Ioanne cognomine Cyrto, viui capti ad Anaſtaſium mittuntur, quæ res animos tum Imperatoris, tum Conſtantinopolitanorum magnopere recreauit: quippe & Longinus & Indus, catenis ferreis collis eorum circumiectis, inſtar triumphi per plateas ciuitatis, & per circum ducebantur. Atque ea de cauſa, quæ iam ante vectigalia Iſaurica dicebantur

Selemontheus à Coſſin. dicitur.

* *Longini & Theodori capita à Ioanne Scytha Conſtantinopolim miſſa.*

E

(erat quidem iſta ſumma auri ad quinque millia librarum, quæ quotannis barbaris penſitari ſolet) in theſauros Imperatoris importata fuere.

CAPVT XXXVI.

De Scenetis barbaris, quod fœdera cum Romanis ſanxerunt.

Vide Nicephor. cap. 36. lib. 16. Scenetæ barbari arma contra Imperium Romanum ferunt.

BArbari porro (quos *σκηνίτας*, id eſt, in caſtris & tabernaculis habitantes vocant) arrogantia elati, contra Imperium Romanum non ſine ſuo damno arma ferunt: Meſopotamiam, vtramque Phœniciam & Palæſtinam depopulantur: qui quidem à ducibus cuiúſque Prouinciæ grauiter & acerbe afflictati, in poſterum fœdere cum Romanis omnium ſuorum nomine pacto, conquieuerunt.

CAPVT XXXVII.

De Abidæ obſidione, & ædificatione Daras.

F

Vide Nicephor. c. 36. 37. lib. 16. Bar. anno 507. n. 27. & 509 n. 7. Perſarū in Armeniam irruptio. Euſtathij hiſtoria & mors.

PErſæ præterea ruptis fœderibus & proprijs ſedibus relictis, Cabade ipſorum rege duce, primum in Armeniam incurſionem faciunt: atque oppido, quod Theodoſiopolis vocatur, capto, Amidam, vrbem Meſopotamiæ ſatis munitam accedunt, eámque obſidione capiunt, quam Imperator Romanus non ſine multis moleſtijs ac laboribus recuperauit. Quod ſi quiſquam ſtudio ducitur iſtas res ad vnguem (vt aiunt) cognoſcendi, & omnes perueſtigandi accuratè Euſtathium legat, à quo diſertè admodum ſummóque cum labore & exquiſita elegantia narratæ, literiſque proditæ ſunt: qui cum Hiſtoriam ad tempus, quod nos iam perſequimur, deduxiſſet, & ad annum duodecimum regni Anaſtaſij finem ſcribendi feciſſet, exceſſit è vita. Hoc bello confecto, Anaſtaſius locum quendam Meſopotamiæ, qui Daras dicitur, in extremis Imperij Romani finibus ſitum, & velut terminum, quo altera reſp. ab altera diſtinguitur, ex agro in ciuitatem mutauit: ac primum muro fortiſſimo circundedit, deinde varia ædificia, eáque eximia in illo extruxit, vt Eccleſias & alias ſacras ædes: vt regales porticus, balnea publica & alia id genus, quibus illuſtres vrbes magnificè & egregiè adornari ſolent. Ferunt autem nonnulli locum illum ideo Daras appellatum, quod Darius ibidem ab Alexandro rege Macedonum, Philippi filio, penitus deuictus fuit.

Anaſtaſius vrbē Daras munit & amplificat.

G

CAPVT XXXVIII.

De Muro longo.

Vide Nicephor. cap. 39. lib. 16. Longus murus.

IDem porro Imperator opus planè ampliſſimum, & cum primis memorabile ædificauit (quod longus Murus appellatur) in Thracia in loco commodo ſitum: quod abeſt Conſtantinopoli ad ſummum ducentis & octoginta ſtadijs. Mare vtrumque complectitur ad quadraginta & viginti ſtadia, inſtar freti cuiuſdam: & vrbem fermè inſulam pro peninſula efficit: tranſportatque eos quibus libitum eſt nauigare, à Ponto ad Propontidem, & mare Thracium cum ſumma ſecuritate: barbaros denique, qui ex Ponto Euxino, & Colchide, & Meotide palude excurſiones faciunt, quique ex locis vltra Caucaſum, & qui ex Europa erumpunt, arcet repellitque.

H

CAPVT XXXIX.

De Chryſargyro, vt vocant, quod Anaſtaſius diruebat.

Vide Nicephor. cap. 40. lib. 16. Bar. anno 491. n. 1. Chryſargyrum ab Anaſtaſio ſublatum.

EST præterea res ſupra modum illuſtris, & planè diuina ab eodem Imperatore in tributo quod Chryſargyrū dicitur, tollendo geſta. De qua quidem dicturis, vel lingua Thucydidis, vel alia pleniore diſertioréque opus eſſet. Ipſe tamen dicam, non tam oratione, quam

A ipſius rei dignitate fretus. Amplæ & eximiæ reipublicæ Romanorum tributum ſceleratum, Deo inuiſum, & ne ipſis quidem barbaris, nedum Chriſtianiſſimo Romanorum Imperio dignum impoſitum fuit, quod ad tempora Anaſtaſij, qua de cauſa non equidem habeo dicere, neglectum, ipſe regifice & cum ſumma omnium commendatione ſuſtulit. Impoſitum vero fuit cum aliis compluribus, qui quæſtu victum ſibi quæritabant, tum meretricibus, quæ corporis pulchritudinem habebant venalem, & effuſe ac libidinoſe ſtupris in abditis & occultis locis ciuitatis, id eſt, in ganeis ſe dedebant, tum præterea omnibus, quos ſcortari non pudebat, qui non naturam modo, verum etiam ipſam rempublicam dedecore & ignominia affecerunt, vſque adeo vti quæſtus inde perceptus, non aliter atque lex quædam, eos qui tam turpis flagitij cupiditate flagrarent, velut voce emiſſa, ad id quidem impelleret: & qui in locis ſingulis impium illud & nefarium tributum, quod ex eiuſmodi ſceleribus cogi ſolet, colligebant, idem ipſum
B ſingulis quadriennis ad ſummum & primarium magiſtratum deferebant, adeo vt non minima tributorum regni pars cenſeretur, & in priuatis ſcriniis (ſic enim nuncupant) reponeretur: & qui rerum eiuſmodi cenſores exriterunt, illud munus non obſcurorum & ignobilium eſſe, vt reliqua officia, quæ in republica geruntur, exiſtimabant: quod cum Anaſtaſius intellexiſſet, detuliſſetque ad ſenatum, & ſcelus eſſe ac facinus inauditum oſtendiſſet, decreuit ſtatuitque vt omnino tolleretur: quinetiam ſchedas, quæ rationem exactionum complectebantur, igni cremandas tradidit. Porro autem cum in animo haberet Deo velut ſacrificium in ea nequitia delenda offerre, quo ne cuiquam poſt eum integrum eſſet veteres illas turpitudines denuo reuocare, ſimulat ſe in mœrore eſſe, & temeritatis ſe ipſe atque extremæ dementiæ inſimulat: nimium, inquiens, ſe inani gloriæ tribuiſſe, & eo pacto reipublic. neglexiſſe vtilitatem, propterea quod tam amplum tributum tamque antiquitus inceptum, & tam longo temporis ſpa-
C tio continuatum confirmatumque, tam imprudenter & inconſulto abrogauerat: neque proſpexerat pericula inde impendentia, vel ſumptus ex eo in militiam ſuppeditatos, quibus reſpublic. tanquam mœnibus defendi ſolet, vel eos qui ad cultum Dei ab eodem conferuntur. Poſtremo conſilio quod intendebat, intra animi ſui cogitationem occultato, denunciat ſe velle tributum illud in integrum reſtituere: atque eam ob cauſam eos qui tributo colligendo præfuiſſent, accerſit ad ſe, docetque facti ſe pœnituiſſe, nec habere quid agat, aut quo modo culpam ſuam præſtet, præſertim cum ſchedæ quæ rationem ac ſummam exactionis demonſtrare poterant, eſſent igne penitus abſumptæ. Atque cum illi non ſimulatione vlla, ſed vere & ex animo factum ideo deplorarent, quod inde iniuſta iniquaque merces ipſis ſuppetere conſueuerat: & ſimiliter cum Anaſtaſio tributum non poſſe reſtitui arbitrarentur, hortari atque adeo orare cœpit, vt omnibus modis peruestigare pergerent, ſi fortè poſſent ex omnibus tabulis, quæ
D in ſingulis locis reſeruatæ eſſent, elicere totius tributi exigendi rationem. Itaque ſingulis ſummam pecuniæ quam in tabulis colligendis conſumerent, miſit: imperauitque vt quæque ſcheda, quæ ad huius rei declarationem faceret, quocunque in loco inueniretur, ad ipſum apportaretur: quo accurata conſideratione, & valde exquiſita hæc res denuo ſarciri, & in integrum reſtitui poſſet. Poſtea vero quam aliquo temporis ſpatio interiecto reuertiſſent hi, quibus datum fuiſſet negotium. Anaſtaſius geſtire lætitia & gaudio exultare viſus eſt. Nam lætabatur admodum, quod ea de quibus tantum laborauerat, reuera iam eſſet conſecutus. Rogat, qua ratione tabulas reperiſſent, & apud quos, & ſi quid apud quenquam, quod ad tale inſtitutum faceret, etiamnum reliquum eſſet? Cùm autem illi multos ſe labores in illis in vnum cogendis collocaſſe affirmauerarent, iurarentque per ipſum Imperatorem nullam iam ſchedam in tota rep. Romana remanere, quæ tributi rationem

E poſſet oſtendere: rurſus magnum rogum incendi, ſchedaſque apportatas in eo comburi, & cineres aqua oppleri obruique iubet: eo quidem animo & conſilio, vt tributi illius ratio ita penitùs deleretur, vti nec familia nec cinis, nec vllum denique literæ ex ſchedis iam combuſtis veſtigium appareret. Verùm ne dum Anaſtaſij factum in hoc tributo tollendo tanta laude efferimus, ignorare videamur, quæ de eo veteres ſuis indulgentes affectibus tradiderint, deinceps ea ponemus in medio, & ex rebus ab illis ipſis commemoratis perſpicuè falſa oſtendemus.

CAPVT XL.

De iis quæ Zoſimus ſcripſit de Chryſargyro & Conſtantino Imperatore.

Vide Niceph. cap. 41. l. 16. *Zoſimi calumnia aduerſus Conſtantinum Magnum.*

ZOſimus vnus eorum qui nefariæ & execrabili gentilium religioni dediti ſunt, iracundia propterea contra Conſtantinum inflammatus, quod primus ex Imperatoribus, deteſtabili gentilium ſuperſtitione relicta, religionem Chriſtianam amplexatus eſt: narrat,
F tributum, quod Chryſargyrum dicitur, ab eo primum excogitatum, ſancitumque vt ad quartum quemque annum illud idem penſitaretur. Aliis item infinitis maledictis pium & magnificum Conſtantinum laceret. Nam ait eum cum alia nonnulla mala contra homines cuiuſque fortunæ & conditionis inueniſſe, tum Criſpum filium miſerandum in modum occidiſſe, tum Fauſtam coniugem in balneum extra modum exardeſcens concluſam, è medio ſuſtuliſſe. Et cum de tam nefandis cædibus à ſuis ſacerdotibus expiari laboraret, minimeque quod volebat conſequeretur (illos enim plane reſpondiſſe, eas non poſſe expiari) forte in Ægyptum qui ex Iberia venerat, incidiſſe, & perſuaſum ab eo fidem Chriſtiani hominis, vim habere peccati cuiuſque tollendi, ea ex animo amplexatum quæ Ægyptius ipſi tradiderat. Deinde patrio de religione inſtituto relicto,
G impietatem, vt iſte prædicat, ſectari aggreſſum eſſe. Quod autem iſta omnino falſa ſint, mox oſtendam: interim iſta de Chryſargyro dicta ſint.

Intelligit ſacerdotibus ſimulachrorum.

CAPVT XLI.

Inuectiua in Zoſimum propter nephariam eius in Conſtantinum & Chriſtianos maledicentiam.

Vide Niceph. c. 41-43. l. 16. *Calumniarum depulſio.*

TV dæmon ſcelerate & crudelis ait Conſtantinum, cum vrbem Romæ parem extruere conſtitueret, primum in agro Troadis & Ilij amplam & illuſtrem ciuitatem condere aggreditur: atque fundamentis iactis muroque in ſublime erecto, vbi Byzantium locum ad eam rem commodiorem reperit, ſic ſepſit mœnibus, ſic vrbem antiquam amplificauit, ſic ſplendore illuſtrauit ædificiorum, vt Roma, quæ pedetentim multorum annorum ſpatio creuerat, non multo videretur inferior. Dicis præterea, eum populo Byzantij frumenti
H congiarium tribuiſſe & magnam vim auri his qui Byzantium commigrabant, ad ædes ſibi extruendas largitum. Addis quoque (tuis enim verbis vtar) ſummam rerum ad Conſtantium, Conſtantino iam patre mortuo, mortuis etiam fratribus rediiſſe: & Conſtantium, cum Magnentius, & Bretannio tyrannidem occuparent, Bretannioni pacem ſuadere aggreſſum: atque ambobus exercitibus in vnum coactis orationem habuiſſe, milites redegiſſe in memoriam patris ſui in eos liberalitatis & magnificentiæ, quo duce multas hoſtium copias profligaſſent, & à quo ampliſſimis muneribus donati fuiſſent. Vt primum vero milites iſta audiuerant, Bretannionem veſte regali nudarunt, dignitatis gradu ſpoliatum ad Conſtantium velut priuatum deducunt: qui certe à Conſtantio (quem vna cum patre tantis conuitiis conſectaris) nihil pertulit incommodi. Quemadmodum fieri poſſet, vt qui tam liberalis tamque magnificus fuiſſet, idem ipſe adeo ſordidus &

Conſtantin. Chryſargyrū vectigal non inſtituit Conſtantinus nec ſuſtulit.

A pſtcus exiſteret, vel tale & tam nefandum tributum ſuis imponeret, equidem penitus ignoro. Quod autem neque Fauſtam, neque Criſpum interemerit, neque ab vllo Ægyptio propterea myſteriis noſtræ religionis initiatus ſit, audi quæſo, quid Euſebius cognomine Pamphilus de his rebus ſcribat, qui eodem tempore cum Conſtantino & Criſpo vixit, & cum illis multum verſatus eſt. Tu vero ea quæ ne audiuiſti quidem, nedum quæ vera ſunt, ſcribis: qui quidem longo tempore poſt, Arcadio videlicet & Honorio regnantibus, ſcripſiſti, vel poſt illorum ætatem. Euſebius autem in octauo libro hiſtoriæ Eccleſiaſticæ ſcribit hæc hiſce fere verbis: *Non longo temporis interuallo intercecto, Imperator, Conſtantius, qui & vniuerſam vitam placidiſſime inſtituerat, & erga ſubiectos ſuos beneuolentiſſime animatus erat, & erga Dei verbum amiciſſime affectus, filium ſuum ingenuum Conſtantinum, Imperatorem & Auguſtum pro ſe relinquens, communi lege naturæ finem viuendi fecit.*

Euſebiū eum Conſtantio & Criſpo eodem tempore vixiſſe.

Lib. 8. cap. 16.

Et paulo infra: Huius filius Conſtantinus, ſtatim vt
B *Imperij gubernacula ſuſceperat, Imperator ſummus & Auguſtus cum ab exercitibus, tum multo ante ab ipſo ſummo omnium imperatore Deo declaratus, ſe paternæ pietatis erga noſtræ religionis diſciplinam æmulum & imitatorem præſtitit. Quinetiam ſub finem totius hiſtoriæ his verbis vtitur: Conſtantinus, Max. Victor, omni pietatis genere ornatus, vna cum filio Criſpo Imperatore Deo charisſimo, & patris rebus in omnibus ſimili, Orientem in ſuam redegit poteſtatem.* Non tantum profecto laudis Euſebius, cui poſt Conſtantinum vita ſuppetebat, Criſpo tribuiſſet, ſi à patre fuiſſet interfectus. Theodoritus porro ſcribit. Conſtantinum in ipſo extremo ætatis tempore Nicomediæ baptiſmi lauacro tinctum, illudque ad id temporis propterea diſtuliſſe, quod magnopere cupiebat in Iordane fluuio eſſe baptizatus. At tu, ô nefarie & ſceleſtiſſime Zoſime, ais, ex eo tempore, quo religio Chriſtiana cœpta eſt diuulgari, ſtatum Imperij Romani dilapſum eſſe, & penitus labefactatum: quod quidem factum eſt abs te, vel quod veterum ſcri-
C pta minime euolueris, vel quod erga veritatem male animo affectus ſis. Nam contrarium plane oſtenditur, ſimul cum ſtatum Imperij Romani vna cum fide noſtra creuiſſe. Conſidera igitur quæſo, quomodo circiter Chriſti Dei noſtri incarnationem complures ex Macedonibus à Romanis ſubacti fuerint: Albania item, Iberia, Colchi & Arabes Romanorum ditioni ſubiugati: Galli præterea, Germani & Britanni poſt centeſimam vigeſimam tertiam Olympiadem à Caio Cæſare magnis & grauibus prælis deuicti, & quingentæ ciuitates quas incolebant, Imperio Romano, vti ab Hiſtoricis proditum eſt, adiunctæ. Hic Caius primus poſt Conſules ſolus Imperio potitus eſt, viamque ad monarchiæ decus muniuit, & pro ſtatu reipublicæ populari & multitudinis arbitrio gubernato, illud Imperij genus introduxit. Quod quidem diuinitus factum eſt propterea quod Chriſti monarchia breui eſſet ſecutura. Iudæa quoque tota & regiones ei finitimæ Imperio
D Romano adiectæ, adeo vt tum primus cenſus, in quo Chriſtus vna cenſeretur, factus ſit: adeo vt ipſa Bethleem prophetiæ de ſe olim edictæ expletionem perſpicue ante omnium oculos ſtatueret. Sic enim de ea à
Mich. 5. Michæa propheta dictum eſt: Et tu Bethleem terra Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exibit dux, qui reget populum meum Iſraël.

Conſtantinum in extremo ætatis tempore baptizatum. Imperium Romanū Chriſtiana religione auctum non imminutum, vt mentitur Zoſimus. Gentes à Romanis deuictæ poſt Chriſtum natum Iulium intelligit.

Matt. 2. Poſt natum Chriſtum Deum noſtrum Ægyptus Romano Imperio addita fuit, Auguſto Cæſare (cuius temporibus Chriſtus natus fuit) regnante, qui Antonium & Cleopatram omnino profligauit: hique poſt ſibi ipſi necem conſciuere.

Quibus extinctis Cornelius Gallus ab Auguſto Cæſare præſes Ægypti conſtitutus eſt, & poſt Ptolemæorum occaſum, vti tradunt Hiſtorici, Ægypto præficitur. Quæ autem regiones Perſia à Ventidio & Corbulone duce Neronis, à Seuero etiam, Traiano, Caro, Caſſio & Odænatho ex Palmyra, ab Apollonio & aliis

E denique ereptæ, quoties præterea Seleucia & Cteſiphon captæ, quoties Niſibis nunc ad Romanos, nunc ad Perſas tranſlata, & quo pacto Armenia, aliæque gentes finitimæ Romanorum imperio acceſſerint, tu non aliter atque alij literis prodidiſti. At me propemodum præteriiſſent illa, quæ ſcribis à Conſtantino (qui certe noſtræ religionis ſubſidio adiutus, valde ſtrenue & viriliter imperio Romano præfuit) confecta eſſe: quinetiam quæ acciderint Iuliano, tuis impiis myſteriis initiato, & quæ tum vulnera reipublic. reliquerit. Vnum autem quicquam eorum quæ Prophetæ cecinerunt vel de mundi fine, vel vtrum principium habuerit, vel exitum ſit habiturus, altioris myſterij eſt, quam vt in tuam intelligentiam cadat. Itaque expendamus, ſi placet, quemadmodum Imperatores, qui gentilium ſuperſtitionem propugnabant, & qua ratione etiam qui Chriſtianæ religionis ſtudio ducebantur, imperandi finem fecerint. An non C. Iulius Cæſar, qui primus imperio ſolus potiebatur, per dolum occiſus, ceſſit è vita: An non deinde quidam milites Caium, nepotem Tiberij, gladiis trucidarunt? An non Nero à quodam neceſſario & familiari interemptus fuit? An
F non Galba eundem exitum habuit, Otho & Vitellius, qui tres ſedecim duntaxat menſes regnarunt? Quid Titum Imperatorem commemorem, quem Domitianus, quamuis eſſet frater illius, veneno ſuſtulit? Rurſus, an non Domitianus miſere à Stephano necatus, ex hac luce migrauit? Quid ais de Commodo, annon Narciſſus illi vitam ademit? Quid Pertinax, quid Iulianus, annon eodem mortis genere occubuerunt? Quid Antonius filius Seueri, annon Getæ fratri manus violentas attulit, ipſique non diſſimilis mors à Martiali illata fuit? Quid dicam de Macrino, annon circiter Byzantium inſtar captiui à ſuis militibus crudeliter cæſus? Quid Aurelius Antoninus ex Emeſſa, annon vna cum matre interemptus? Quid poſt illum Alexander, annon vna cum matre eandem peregit fabulam? Quid loquar de Maximino, qui à ſuo ipſius exercitu mactatus fuit? Aut de Gordiano, qui Philippi inſidiis &
G dolo à ſuis itidem militibus confectus, extremum ſuum diem obiit? Dicito tu, quæſo, Zoſime, quid Philippo, & poſt illum Decio obtigerit: annon ab hoſtibus perempti? Adde his Gallum, & Voluſianum, annon à ſuis ipſorum copiis è vita extruſi? Quid Æmilianus, annon in eandem cladem incidit? Quid Valerianus, annon in bello captus à Perſis, & ab eiſdem in triumpho circumductus? Quid? annon Galieno per dolum occiſo, & Carino obtruncato, rerum ſumma ad Diocletianum rediit: quos Diocletianus, ne ſimul cum ipſo regnarent, è medio ſuſtulit. Poſt quos Herculius Maximianus, & Maxentius huius filius, & Licinius etiam cum ſumma turpitudine & ignominia perierunt. At vero ex eo tempore, quo illuſtriſſimus Conſtantinus imperare cœpit, & vrbem extructam, ſuoque ipſius nuncupatam nomine, Deo dedicauit circumſpice iuxta mecum, quæſo, num quiſpiam in ea vrbe Imperator, Iuliano eiuſdem tecum religionis ritibus initiato, tuoque Impera-
H tore excepto, vel à ſuis, vel ab aduerſariis interiit, vel omnino tyrannus quiſquam Imperatorem debellauit, præter Baſiliſcum ſolum: qui quanquam Zenonem expulit imperio, ab eodem tamen profligatus, vitam edidit? Quod autem ad Valentem attinet, qui Chriſtianos tot affecit incommodis, facile tibi dicenti aſſentior: de alio enim nulla abs te facta eſt mentio. Iſta quidem nemo putet ab hiſtoria Eccleſiaſtica aliena eſſe, ſed cum ad legendum perutilia, tum inſtituto propterea conſentanea, quod gentiles hiſtorici propter maleuolentiam rerum geſtarum veritatem deprauate contenderint. Verum iam ad reliquas res ab Anaſtaſio geſtas pergamus.

Comparatio Chriſtianorum principum & Ethnicorum quoad cuiuſque vitæ finē. Vide vlt. c. Suetonij de vita Tiberij. Imperatorū idololatrarū cruentus ac tragicus exitus.

Vide Cuſpin. in vita Carini.

Piorum & Chriſtianorum Imp. exitus tranquillior.

Etſi Euagrius iuſtè in Zoſimum excanduerit, vtpote qui odij concitatus affectu multa calumnioſè in Conſtantinum coaceruarit; tamen in his quæ ſpectant ad Criſpi & Fauſtæ necem non iure in eum inuehitur: ſiquidem huius non tan-

A

tium Zoſimus, ſed etiam ipſe Euſebius in Chronico, Aurelius Victor, Eutropius, Oroſius, Sidonius Apollinaris, alia Concilij Roman. I. ſub Sylueſtro habiti locis allegatis. Supra apud Euſeb. in fine c. vlt. lib. 10. & Sozom lib. 1. c. 5 expreſſe meminerint. Vide Baron. anno 324. n. 8.

CAPVT XLII.

De Chryſotelia, hoc eſt, auri tributo.

Vide Niceph. c. 44. l. 16. *Chryſotelia ab Anaſtaſio excogitata vindices.*

QVemadmodum ea quæ ſupra commemorauimus, ab Anaſtaſio egregie, & vt Imperatoris poſtulat maieſtas, facta ſunt: ſic alia ab eo geſta, quæ iſtorum dignitatem non parum videntur obſcurare. Nam & tributum, quod Chryſoteliam, id eſt, aureum tributum vocant, excogitauit, & ſtipendia militaria vna cum exactionibus non ſine grauiſſimo reipublic. detrimento diuendidit. Suſtulit autem conſuetam vectigalium exactionem à curiis, & eos qui vindices appellantur, in

B

ſingulis ciuitatibus conſtituit, impulſione, vt ferunt, Martini Syri, qui ſummum magiſtratum, quem præfectum aulæ nuncupant, adminiſtrauit. Vnde factum eſt, vt magna pars vectigalium perierit, & ciuitatum decus labefactatum conciderit. Nam ante illud tempus patriciorum nomina in albo cuiuſque ciuitatis inſcribebantur: quippe vnaquæque ciuitas eos qui in curias erant relati, pro ſenatu quodam habuit numerauitque.

CAPVT XLIII.

De Vitaliani tyrannide.

Vide Niceph. c. 38. lib. 18. Bar. anno 514. n. 40. & an. 515. in princip. * Hunnicil.

COntra Anaſtaſium porro Vitalianus, genere Thrax tyrannidem occupare ſtuduit. Hic Thracia & Myſia ad Odyſſum & Anchialum vſque vaſtata, Conſtantinopolim cum multitudine ex gentibus, * quæ incertis ſedibus vagari, & habitare ſub dio conſueuerant, collecta proficiſci maturat: cui obuiam iterum Hypa-

C

tium miſit Imperator. At poſteaquam Hypatius proditus à ſuis viuus captus fuit, ingentique pecuniæ ſumma redemptus. Cyrillus belli expeditionem capeſſit: ac primum prælio ancipiti pugnatur, deinde non pauci vertuntur in fugam: deinceps cum Cyrillus tum hoſtea perſequendo, tum ſuos reducendo, ſuperiores partes haberet, Vitalianus in Cyrillum conuerſus, eum militibus præ maleuolentia cedentibus, in Odyſſo capit. Poſtremo ad Sycas vſque excurſus facit, omnia ferro & igni vaſtat: nihil aliud cogitatione complectens, quam Conſtantinopolim excidere, & potiri imperio. Caſtris igitur in Sycis locatis, Marinus Syrus, de quo ante mentionem fecimus, cum claſſe ab Imperatore mittitur, contra eum depugnaturus. Itaque exercitus vterque propius inter ſe accedit, atque puppes nauium alterius Sycas, alterius Conſtantinopolim verſus ſpectabant. Ac primum ſe aliquantiſper à pugna continent: deinde fit nauibus excurſio, & tanquam proluſione qua-

Vitaliani tyrannis ann. 515. Hypatius Anaſtaſij dux viuus capitur. Cyrillus Anaſtaſij dux viuus capitur.

D

dam & vmbratili pugna dimicatur: poſtea graui nauali prælio circiter Bythariam commiſſo, Vitalianus puppibus nauium conuerſis, & multis copiis amiſſis, animo attonito fractoque ſe fugæ mandat. Fugiunt quoque eius milites, quantum poſſunt, adeo vt poſtridie eius diei ne vnus quidem ex hoſtium numero vel in traiectu, vel circiter ipſam vrbem reperiretur. Vitalianum autem in Anchialo, aliquandiu commoratum, acquieuiſſe ferunt. Porro aliud genus barbarorum, qui itidem ſub dio habitare ſolebant, tranſmiſſo mari, in Pylas vrbem Cappadociæ irruptionem facit. Iiſdem temporibus Rhodus ingenti terræmotu iam tertio intempeſta nocte miſere concuſſa, & prope labefactata fuit.

Vitalianus fuga ſe mandat.

Hunnorũ in Cappadociam irruptio. Terræmotus Rhodum concutit. Aliud genus Hunnorum à ſuperiori.

E

CAPVT XLIV.

Quod cum hymno triſagio particulam hanc, QVI PROPTER NOS CRVCIFIXVS EST, *Anaſtaſius adiungere voluiſſet, turba ac ſeditio in populo excitabantur: quam rem extimeſcens cum ſummiſſionem ſimularet, illico plebis furor compreſſus eſt, & de Anaſtaſij ex hac luce migratione.*

Vide Niceph. c. 45. l. 6. Bar. anno 518. n. 14. & ſeq. *Conſtantinopolitana ſeditionis cauſa verſiculus vnus hymno additus.*

PEr idem tempus Conſtantinopoli grauiſſima ſeditio propterea à populo ciebatur, quod Imperator ad hymnum triſagium, illud, QVI CRVCIFIXVS EST PROPTER NOS, addere voluit: perinde ac ſi ea particula adiecta religio Chriſtiana tolleretur. Cuius ſeditionis ducem & principem fuiſſe Macedonium & clerum ei ſubiectum, Seuerus ad Soterichum ſcribens, memorat: qui quidem Seuerus nondum ad ſacerdotij gradum aſcenderat, ſed vitam in aula Imperatoria degebat, neque vna aliis ſuo, vt ante à me dictum

F

eſt, monaſterio eiectus erat. Macedonium vero non ſolùm ob crimina illi falſo intentata, quæ ſupra poſuimus, verumetiam ob iſta iam ei obiecta expulſum arbitror. Et cum populus hac de cauſa efferuatè ferretur, non ſolum nobiles in grauiſſima deuenere diſcrimina, verumetiam multa præclara ædificia incenſa fuere: quinetiam monachum quendam, hominem agreſtem & ſimplicem, populus cum in ædibus Marini Syri offendiſſet, primum obtruncat, inquiens, eius hortationibus particulam illam quam diximus, ad ſanctum hymnum adiectam: deinde alligat ad contum, & in ſublimi ſuſpendit: tum clamore ſublato, inſidiatorem Trinitatis cum irriſione vocat. Ac ſic creuit ſeditionis flamma vaſtantis omnia, & omnes vires perfringentis, vti Imperator neceſſitate ad commiſerationem compulſus, corona depoſita ad circumueniret, mitteretque præcones ad populum proclamaturos, ipſum ad ſe imperio abdicandum paratiſſimum ac fieri non poſſe, vt omnes in eo dignitatis gradu locarentur, cum minime multos

G

ad ſe admittat: ſed vnum omnino, qui quidem poſt ſe eſſet Imperium gubernaturus. Quæ cum populus vidiſſet, ſubito velut nutu quodam diuino captus, mutauit ſententiam: rogat Anaſtaſium, vt coronam ſibi imponat: polliceturque ſe ea lege acquieturum. Anaſtaſius autem poſt hæc ad breuiſſimum temporis ſpatium vitam protrahens, cum viginti ſeptem annos, menſes tres & dies totidem Romanum rexiſſet Imperium, ex hac luce migrauit.

Anaſtaſij obitus ann. 518.

EVAGRII SCHOLASTICI,
Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ

LIBER IV.

Liber quartus continet acta ſub Iuſtino primo, & Iuſtiniano Magno annis quadraginta ſeptem: huic refer vitam Pontif. Rom. Ioannis 1. Bonifacij 2. Ioannis 2. Agapeti, Syluerij, Vigilij, Pelagij, Ioannis 3. ex authoribus quos ad 1. & 2. lib. Euſeb. adnotauimus. Adde his rerum Rom. ſiue Annalium Conſtantinop. lib. 15. 16. Paul. Diaconum de geſtis Longobardorum, Procopium item & Agathium & Blondum, & Pompon. Latum. Paulum Æmylium, Trithemium Annonium, Iornandem de rebus Geticis, Ioannem Maiorem. Adde his tomos Concil. & Hæreſ. & D. Gregorij dialogos.

H

CAPVT I.

De Imperatore Iuſtino primo.

POSTQVAM Anaſtaſius ex corporis ergaſtulo ad præclarius domicilium, vti dixi, demigrauit, Iuſtinus genere Thrax, nono die menſis Pauemi, qui à

Iuſtinus Imp. ann. Chriſti

Latinis·

A Chriſti 518. Vide Niceph. c. 2. l. 15. Bar. tom. 7. an. 518. n. 1. & 2. *Iuſtinus quando purpura imperatoria veſtitus & quaratione imperium adeptus.*

Latinis Iulius nominator, anno autem quingenteſimo ſexageſimo ſexto ex eo tempore, quo vrbs Antiochia primum illud nomen accepit, purpura veſtitur Imperatoria: & à militibus prætorianis, quibus ante, cum eſſet præfectus ordinum aulicorum, præfuerat, Imperator declaratur. Qui quidem ad iſtam Imperatoris dignitatem præter omnem ſpem propterea aſcendit, quod multi & præſtantes viri cum Anaſtaſio cognatione coniuncti, adhuc ſuperfuerunt: qui cum omnibus rebus, quas proſper & beatus vitæ ſtatus poſtulat, abundare videbantur, tum eam conſecuti potentiam, quæ homines in tam amplo honoris gradu locare poſſit.

CAPVT II.

De Amantio Eunucho & Theocrito, vtque Iuſtinus illos trucidauerit.

Bar. anno præd. n. B 2. & 3. *Amantius imperatoris cubicularius. Iuſtinus aliena pecunia, quâ alius imperium mercari voluit.*

PEr idem tempus Amantius, vir potens in primis, cubiculo Imperatoris præfuit: qui, quoniam non licebat Eunucho imperio Romano potiri, cupiebat Theocrito, homini ſecum fide & beneuolentia coniuncto, coronam donari Imperatoriam. Itaque Iuſtino accerſito, magnam pecuniæ vim ei dat: quam iubet illis diſtribui, qui poſſent purpuram Imperatoriam Theocrito impertiri, & ad id præſtandum maxime viderentur idonei. Iuſtinus autem ſiue quod populum largitione ſuum plane reddidit, ſiue quod excubitorum beneuolentiam pecunia ſibi conciliauit (vtrumque enim memoratur) imperio ipſe potitus eſt. Ac ſtatim poſt Amantium & Theocritum cum aliis nonnullis è medio ſuſtulit.

CAPVT III.

Quod dolo Vitalianum Iuſtinus interemit.

Bar. anno 519. n. 92. C & 520. num. 1. *Iuſtini vafrum conſilium aduerſus Vitalian.*

VItalianum vero vitam in Thracia degentem, qui Anaſtaſium imperio exturbare moliebatur, Iuſtinus Conſtantinopolim accerſit. Nam & potentiam eius extimuit, & ancipitem fortunam, quæ in bellis cerni ſolet, & nominis eius celebritatem, quæ in omnium ore fuit, & imperij, qua flagrabat, cupiditatem. Ac cum coniectura proſpiceret, idque ſane veriſſime, ſe non alia ratione eum poſſe vincere, niſi amicitiam erga eum ſimularet: vultu mire ad fraudem compoſito, quæ facile deprehendi non poſſet, vnum ex ducum numero, qui Præſentes vocantur, eum deſignat. Et quo magis perſuaderetur Vitaliano, & facilior aditus ad fraudem pateret, ad conſolatus quoque honorem effert. Qui conſul factus, cum in palatio verſaretur, in porta quadam poſt aulam poſita, per dolum cæſus occubuit: haſque pœnas pro ſceleribus, quæ tam inconſiderate contra Imperium Romanum conſciuerat, perſoluit. At vero iſta geſta fuere poſtea.

Vide Cuſpin. in vita Iuſtini. Vitaliani cædes.

CAPVT IV.

D

Quomodo etiam exacto Seuero Paulum pro illo induxerit, paulo poſt Euphraſius Antiochenæ ſedi præficitur.

Vide Niceph. c. 2. l. 17. Baro. an. 519. n. 143. *Lit. ἐνθρονιστικαί.*

SEueros, qui antiſtes Anthiochiæ, vti ſupra commemoratum eſt, ordinatus fuit, quoniam Concilio Chalcedonenſi in dies ſingulos anathema indicere non deſtitit, & maxime in literis, quæ ἐνθρονιστικαὶ; id eſt, quæ de Epiſcopis in ſede Epiſcopali collocandis ſcriptæ ſunt, & in aliis quas ad iſtarum defenſionem compoſuit: quaſque, licet ad omnes miſerit patriarchas, ſolos tamen Ioannes Alexandriæ antiſtes, Ioannis alterius ſucceſſor, Dioſcoros & Timotheus, receperunt (quæ literæ etiam ad noſtram ætatem reſeruatæ ſunt) & quoniam etiam hinc in Eccleſia multæ contentiones ortæ ſunt, & populus in varias factiones diuiſus: Seuerus, inquam, ideirco mandato Iuſtini, primo regni ſui anno prehenſus, pœnas dat, lingua vt nonnulli prædicant, abſciſſa: quod negotium datum fuit Irenæo, qui magiſtratum quendam Antiochiæ in Oriente id temporis adminiſtrauit. Confirmat quoque Seuerus ipſe, ſupplicij ei irrogandi negotium Irenæo commiſſum, in literis quas ſcribit ad Antiochenos, modumque fugæ ſuæ exponit: in quibus quoque Irenæum grauiſſimis vexat conuitiis, eumque diligentiſſime obſeruaſſe ait, ne Antiochia euolaret. Sunt qui dicunt Vitalianum (ad id enim temporis videbatur maxime & authoritate & gratia apud Iuſtinum valere) linguam Seueri ideo poſtulaſſe, quod Seuerus in ſuis concionibus probra & contumelias in eum iecerat. Ex ſua vero Epiſcopali ſede fugit Gorpiæo menſe, quem Latini Septembrem vocant, anno quingenteſimo ſexageſimo ſeptimo poſt nomen vrbi Antiochiæ impoſitum. In cuius ſedem ſucceſſit Paulus, cui dabatur mandatum, vti Concilium Chalcedonenſe palam prædicaret. Qui ſua ſponte decedens Antiochia, certo iam vitæ curſu confecto, communé vniuerſæ carnis iter ingreditur. Cuius Epiſcopatus ſedem Euphraſius Hieroſolymis Antiochiam profectus, capeſſit.

E *Seuerus Antiochia Epiſcopatu pulſus lingua amputatur.*

Paulus ſuccedit Seuero, Euphraſius Paulo. F

CAPVT V.

De incendiis & terræ motibus apud Antiochiam, quo tempore Euphraſius ruinarum congeſtu obrutus interiit.

Vide Niceph. c. 3. l. 17. Bar. anno 525. n. 13. 15. & ſeqq. *Antiochia incendia & magni terræmotus.* G

EIſdem temporibus, regnante Iuſtino, grauia crebraque incendia Antiochiæ contigerunt, velut prænuncia terræmotuum maximè horribilium in ea ciuitate ſtatim inſecuturorum, & aliarum etiam calamitatum præuia. Nam breui tempore poſt, anno ſeptimo regni eiuſdem Iuſtini, menſe decimo, Artemiſio videlicet, id eſt, Maio, quarto Calend. Iunij die Veneris, in ipſa meridiè, conquaſſatio & terræmotus vrbem occupant, parumque aberat, quin totam penitus euertiſſent: quæ duo ſequebatur incendium quaſi calamitatem cum illis partiturum. Nam quas res illa non attigiſſent, incendium eas depaſcens, prorſus abſumpſit, & in cineres redegit. Quæ autem ciuitatis partes hac cladè labefactatæ fuerint, & quot mortales incendio & terræmotu, ſicut veriſimile fuit, vaſtati, quam præterea graues caſus, quamque miri, qui certè nulla dicendi facultate exprimi poſſunt, id temporis obrigerint, tam luctuoſo orationis genere à Ioanne rhetore explicantur, vt cuiuſque animum magnopere commouere poſſint: qui quidem illis commemorationis finem Hiſtoriæ ſuæ impoſuit. Poſtremò omnium Euphraſios (cuius mors aliam nouam calamitatem attulit ciuitati) eiſdem cladibus oppreſſus, interiit, ne quiſquam reliquus fieret, qui vrbi res prouideret neceſſarias.

Ioannis rhetoris hiſtoria. Ὑψηλὸς ...τῆς. Euphraſij Epiſcopi interitus.

CAPVT VI.

De Ephraimo Euphraſij ſucceſſore.

H Vide Niceph. cap. 3. l. 17. Bar. præd. loco, an. 525. n. 21 *Ephraim fit epiſcopus.*

VErum ſalutaris Dei erga humanum genus prouidentia, quæ antè plagam afflictam remedia parare, & gladium iræ ſuæ clementia demulcere, & cum res in deſperationem venerint, ſuæ miſericordiæ quaſi fores aperire ſolet, Ephraimum Orientis præfectum gerentem, ad curam de vrbe illa ſuſcipiendam, quo nulla res ei deeſſet neceſſaria exſuſcitauit. Quem Antiocheni propterea vehementer amplexati, Epiſcopum ſuum deligunt. Itaque ſedes Apoſtolica, velut merces & præmium tantæ erga ciuitatem prouidentiæ ei donata fuit. Ciuitas illa rurſus biennio & ſex menſes poſt terræmotibus concuſſa eſt. Quo quidem tempore tum Theopolis pro Antiochia nuncupata fuit, tum aliis rebus Imperatoris prouidentia locupletata.

Terræmotus alius. Antiochia Theopolis dicta.

A

CAPVT VII.

De Zoſima & Ioanne, qui miraculis claruerunt.

Vide Niceph. c. 4. l. 17. Bar. anno 525. n. 15 & 19. Zoſima ortus.

CÆterùm quoniam calamitatum, quæ ſupra poſitæ ſunt, mentionem fecimus, deinceps alias quaſdam res plane memorabiles, quas illi qui eaſdem videbant, nobis narrarunt, huic operi adnectamus. Zoſimas quidem, genere Phœnix, ex Sinda pago Phœniciæ maritimæ ortus (qui pagus non abeſt Tyro viginti ſtadia) qui monaſticum vitæ genus excolens, ita tum abſtinentia à cibis, tum eiſdem capiendis, tum aliis virtutibus, quæ in eius vita elucebant, Dei gratiam ſibi conciliauit, vt non modo res futuras præuideret, verumetiam ab omni perturbatione liber & vacuus exiſteret, cum forte fortuna cum nobili quodam viro patricio, & prudentia eximio, nomine Arceſilao, qui & præclaris honoris inſignibus & cæteris vitæ ornamentis egregiè decoratus fuit, Cæſareæ vrbis primariæ Palæſtinæ verſaretur, ipſo temporis articulo, quo Antiochia cecidit, ſubito ingemiſcere, grauiter lamentari, & ſuſpiria ex intimo pectore ducere cœpit, tantamque vim profudit lachrymarum, vt terram madefaceret: deinde thuribulum poſtulat, & toto choro, in quo ſimul conſtiterunt, thuris incenſi nidore perfuſo, ſe proſternit humi, precibus & orationibus Deum placaturus. Tum Arceſilao ſciſcitanti, quid eſſet, quod eum tantopere conturbaret? liquido reſpondit, fragorem ruentis Antiochiæ iam tum eius auribus circumſonuiſſe: adeò, vt Arceſilaus, & alij qui fortè aderant, præ admiratione obſtupeſcentes, ipſam horam qua res gerebatur, literis mandarent, reperirentque poſtea ita ſe habuiſſe, vti Zoſimas declarauerat. Sunt & alia complura ab eo edita miracula, quarum maximam partem ſilentio prætereo (quippe vix aut ne vix quidem numerari poſſunt) quædam hoc loco percenſebo. Eodem tempore, quo Zoſimas in magna nominis celebritate, & pari cum Zoſima virtutum excellentia præditus vixit Ioannes, in Chuzica laura, (qui locus poſitus eſt in extrema valle ad Aquilonarem partem viæ regiæ, quæ Hieroſolymis recta ducit ad vrbem Iericho) vitámque monaſticam eamque à rebus terrenis quaſi penitùs ſecretam & liberam degit, & vrbis Cæſareæ, quam diximus, Epiſcopatum procurauit. Hic Ioannes Chuzibites, poſtquam vxori Arceſilai, de quo ſupra locutus ſum, alterum oculum radio effoſſum audiuit, propere ad illam contendit, plagam, quam acceperat, conſpecturus. Vbi autem vidit pupillam penitùs excidiſſe, & oculum ſede dilapſum, cuidam ex medicis, qui eo commearant, mandat vt ſpongiam afferat, oculúmque dilapſum in ſedem, quam commodè poſſet, inducat, & ſpongiam appoſitam faſciolis alliget. Arceſilaus verò aberat: ſiquidem id temporis fuit cum Zoſima in eius monaſterio, quod eſt locatum in oppido Sindena, quod Cæſarea abeſt ad ſummum quingenta ſtadia. Cùm maxima igitur celeritate itur ad Arceſilaum, vt de his rebus certior fieret. Arceſilaus fortè cum Zoſima conſidens, ſermonem cum eo contulit. Quibus rebus nunciatis, flebiliter eiulare, vellere capillum, dilacerare, & eundem cœlum verſus iacere cœpit. Zoſimæ verò cauſam roganti, Arceſilaus, quid acciderat, lamentis & lachrymis crebris interpoſitis, exponit. Itaque Zoſimas illo relicto, ſolus ad cubiculum propere accurrit, in quo Deum, ſicut fas eſt id genus hominibus familiariter compellat. Paulò poſt egreſſus ad Arceſilaũ, geſtiens, & modeſtè ridens dixit: Abito domum lætus, abito: gratia Chuzibitæ tributa eſt, vxor tua ſanata, vtrumque oculum habet integrum: nam calamitas iſta nihil ei potuit adimere, quandoquidẽ ita Chuzibitæ placuit. Quæ duo miracula ab vtriſque illis iuſtis viris vno eodemq; momento edita fuere. Porrò iſti Zoſimæ iter quodam tempore Cæſaream facienti, ſecúmque aſinum, cui res quaſdam ſibi neceſſarias impoſuerat, ducenti occurrit leo, & aſino Zoſimæ abrepto, diſcedit. Zoſimas per ſyluam vſque eo inſequitur, quod leo, voratis aſini carnibus, ſatur eſſet. In quem hilari vultu & ſubridenti intuens,

Zoſimas monachus cladem Antiochiæ abſens ſpiritu percepit.

B

C

Ioannes Chuzibites monachus Zoſima contaneus eodem miraculo clarus.

Sindena à Cæſarea diſtantia.

D

E

dixit: Aeuein, ô amice, iter iam mihi penitus interruptum eſt: quippe cum annis plurimis onuſtus ſim, & ætate admodũ prouectus, nec valeam ea, quæ aſino erant impoſita, humeris portare. Quare tu hoc onus contra naturæ tuæ conſuetudinem geſtes, neceſſe eſt, ſi modo Zoſimam ex hoc loco diſcedere volueris: poſtea autem ad priſtinam feritatem naturámque propriam redibis. Tum Leo, furoris prorſus oblitus, ſubblandiri, & placidus exemplo ad Zoſimam accurrere, & ipſo corporis habitu obſequij ſignificationẽ dare cœpit. Cui Zoſimas onus, quod aſinus geſtauerat, imponit, eumque ad portas vſque Cæſareæ deduxit, quo declararet tum virtutem & potẽtiam Dei, tum quod omnia iam diu hominibus inſeruiant obtemperentq; quandiu ſecundum eius voluntatem vitam inſtituimus, & gratiam nobis donatã nequaquam deprauamus. Verùm ne pluribus commemorandis ſim longior, reuertar eo, vnde deflexit oratio.

Zoſima Leo obtemperat.

CAPVT VIII.

De calamitatibus, quæ paſſim occurrebant.

F

Vide Niceph. c. 3. l. 17. Bar. anno 525 n. IX. Dyrrachiũ terræmotu grauiter concutitur, vt & Anazarbus.

IVſtino adhuc Imperium adminiſtrante, oppidum, quod iam Dyrrachium, olim Epidamnus appellatum fuit, terræmotu grauiter concuſſum eſt. Similiter & Corinthus, quæ eſt in Græcia ſita. Adde his Anazarbum, vrbem minoris Ciliciæ primariam, quæ iam quartò illud cladis genus pertulerat. Quas vrbes Iuſtinus magna pecuniæ ſumma ſuppeditata, refecit. Eiſdem temporibus Edeſſa vrbs Oſroenorum ampliſſima, & beata imprimis, vndis Scirti torrentis præter labentis ſic obruebatur, vt multa ædificia aquæ impetu abriperentur, & infinita hominum multitudo, quos flumen ſecũ auexerat, interiret. Edeſſa igitur & Anazarbus ab ipſo Iuſtino noua nomina accepere, & vtraque vrbs Iuſtinopolis appellata eſt.

Iuſtinopoles duæ.

CAPVT IX.

Quòd Iuſtinus adhuc viuens, Iuſtinianum, qui ſimul cum ipſo regnaret, aſciuit.

G

CVm Iuſtinus octo annos, menſes nouem & dies tres regnaſſet, Iuſtinianũ ſororis filium ſibi in ſocietatem imperij gerendi aſciſcit. Qui Imperator declaratus fuit primo die menſis Xanthici, id eſt, Cal. April. anno 575. poſt nomen Antiochiæ impoſitum. His ita conſtitutis, Iuſtinus ſupremum vitæ diem obiens, ex iſto migrauit Imperio primo die menſis Loij, id eſt, Calend. Auguſti, qui vna cum Iuſtiniano menſes regnauit quatuor. Totum autem regni ſui tempus nouem annos integros, & tres dies complexum eſt. Cùm autem Iuſtinianus iam ſolus totius Imperij gubernacula teneret & Chalcedonenſe Concilium paſſim per omnes ſanctiſſimas Eccleſias mandato Iuſtini, ſicut ante à me demonſtratum eſt, prædicaretur, adhuc ſtatus Eccleſiæ cum in aliis quibuſdam prouinciis conturbatus fuit, tum maximè Conſtantinopoli & Alexandriæ: quandoquidem Epiſcopatum Conſtantinopolitanum adminiſtrauit Anthimus, Alexandrinum autem Theodoſius, qui vterque vnam in Chriſto naturam ineſſe aſſeuerauit.

Vide Niceph. c. 7. lib. 17. Bar. an. 527. n. 1. & c. Iuſtinus Iuſtinian. in ſocietatem imperij gerendi adſciſcit an. Chriſti 527. Iuſtinianus quando

H

Imp. declaratus. Anthim. Conſtantinop. Theodoſ. Alexand.

CAPVT X.

Quòd Iuſtinianus eos, qui Chalcedonenſe Concilium approbabant, charos habuit: ſed Theodora coniunx ipſius contra fouit illos, qui Concilio renitebantur.

QVemadmodum Iuſtinianus Epiſcopis, qui Chalcedone in vnum conuenerant, & decretis ab illis editis valdè conſtanter adhæſit: ſic Theodora eius coniunx, illos qui vnam in Chriſto naturam ineſſe aſſerebant, admodum amplexata eſt. Siue igitur ita reuera ſentiebant (quando enim de fide propoſita eſt controuerſia, & parentes à liberis, & liberi à parentibus, & vxor à ſuo marito, & maritus rurſus ab vxore diſſentit) ſiue

Vide Niceph. cap. 7. l. 17. Bar. anno 535 n 61 & ſeqq. Theodora Iuſtiniani

A *communem diuerſam ſectam fouet à marito.*

ita dedita opera inter eos conuenerat,vt ille eorum,qui duas naturas in Chriſto Deo noſtro poſt diuinitatis & humanitatis copulationem ineſſe:hæc eorum,qui vnam aſſeruut,patrocinium ſuſciperet, (nam neuter alteri cedebat) ille certè decreta Concilij Chalcedonenſis valdè ſtudioſè tuebatur, hæc illis, qui contrariam partem, vnam nimirum ineſſe in Chriſto naturam, tenebant, omnibus modis proſpexit:& eius opinionis homines,ſi noſtrates eſſent, beneuolè & amicè cumplexa eſt: ſin exteri, præmiis benignè remunerata:quæ etiam perſuaſit Iuſtiniano, vti Seuerum accerſeret.

CAPVT XI.

Quod Anthimum Conſtantinopolitanum Epiſcopum Seuerus peruerterit, & item Theodoſium Epiſcopum Alexandrinum,quos expellens Imperator alios conſtituit.

B *Vide Niceph. c. 7.9 l. 17. Bar.anno 535. n. 69. & ſeqq. & an.536. n. 21. & ſeqq.* *Seueri ad Iuſtinianum epiſt. 41. qui Anthimũ Conſtantinopolit. & Theodoſium. Alexandrinum in ſuam* C *opinionem trax.*

EXtant quidem adhuc Epiſtolæ Seueri ad Iuſtinianum & Theodoram ſcriptæ ; ex quibus intelligi poteſt,eum in initio, poſtquam ſedem Epiſcopatus Antiocheni deſeruerat, iter ſuum Conſtantinopolim verſus detuliſſe:poſtea tamen eo ſe contuliſſe,ſcripſiſſéque ſe,cum eſſet Conſtantinopoli, & cum Anthimo collocutus eſſet, comperiſſérque eum eandem ſecum tenere opinionem, idemque de Deo ſentire,perſuaſiſſe, vt ſedem Epiſcopalem relinqueret. Scripſit præterea iiſdem de rebus ad Theodoſium Epiſcopum Alexandrinum literas : in quibus magnopere gloriatur ſe Anthimo, vti dictum eſt,perſuaſiſſe, vt eiuſmodi dogmata gloriæ terrenæ & ſedi epiſcopali longè præponeret.Erant porrò Anthimi ad Theodoſium de eiſdem rebus epiſtolæ, & Theodoſij rurſus ad Seuerum & Anthimum : quas, ne in librum,qui in manibus eſt, nimis multas res includere videar, præterire animus eſt, eaſque relinquere his, qui earum euoluendarum cupiditate inceduntur. Ambo iſti Epiſcopi,poſtquam Imperatoris mandatis ſe opponere, & Concilij Chalcedonenſis decreta repudiare cœperunt,ſuis eiecti ſunt ſedibus,& in ſede Alexandrina Zoilus, Epiphanius autem in Conſtantinopolitana locatus : quo de cætero Concilium Chalcedonenſe in omnibus Eccleſiis palam prædicaretur, nemóque illud anathemati auderet addicere:& qui aliter ſentirent, hi omnibus modis inducerentur ad ei conſentiendum. Nam Iuſtinianus conſcripſit edictum,in quo Seuero & aliis eiuſdem ſectæ anathema denunciauit : eoſque qui illorum tuebantur dogmata, grauiſſimis mulctauit ſuppliciis:ad eum planè finem,vt ea eo tempore in omnibus totius orbis terrarum Eccleſiis nihil omnino reſideret diſcordiæ,ſed patriarchæ cuiuſque diœceſeos conſenſu inter ipſos conſpirarent, & Epiſcopi ſingularum ciuitatum ſuis obſequerentur Archiepiſcopis, & quatuor concilia in Eccleſiis prædicarentur,Nicænum primum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, & Chalcedonenſe. Cogebatur etiam quintum Concilium mandato Iuſtiniani : de quo quæ fuerint conſentanea, dicam equidem ſuo loco. Interea res ſigillatim iiſdem temporibus geſtæ, quæ ad commemorandum præclarè videantur, huic noſtræ Hiſtoriæ attexendæ ſunt.

Edicto Imp. iuſſu pelluntur Epiphanio & Zoilo in eorum locũ ſuffectis Iuſtiniani decreta pro Eccleſia pace.

D

CAPVT XII.

De Cabada Perſarum Rege, & Choſroe eius filio, ex hiſtoria Procopij Cæſarienſis.

Vide Niceph. c. 10. l 17. *A Procopio literis prodita res Iuſtiniani.*

PRocopius rhetor, à quo res geſtæ Beliſſarij literis proditæ ſunt,ſcribit Cabaden Regem Perſarum animo inſtituiſſe Choſroë filio ſuo natu minimo regnum tradere,iniuiſſéque conſilium,quo pacto ab Imperatore Romano adoptaretur, ad eum planè finem, vti regnum ei eo pacto in tuto collocaretur. Verùm cum id nullo modo aſſequi potuerit. Procli impulſu, qui aſſiduus cum Iuſtiniano fuit,eiuſque quæſtor conſtitutus,maiores inimicitiæ inter eos & Romanos ſuſceptæ ſunt. Porrò autem idem Procopius res à Romanis & Perſis, dum inter ipſos præliis decertabant, geſtas, Beliſſario tum Orientalium copiarum duce, accuratiſſimè diſertiſſiméque narrat. Ac primum victoriam Romanorum apud Daras & Niſibin partam commemorat : quo quidem tempore Beliſſarius & Hermogenes copiis Romanis præfuerunt. Quibus adiungit res in Armenia geſtas,& mala illa, quæ Alamundarus dux Barbarorum, qui Scenitæ vocantur,in finibus Romanorum patrauit: qui Timoſtratum fratrem Ruffini vna cum militibus ſuis viuum cepit, ac poſtea magna pecuniæ ſumma accepta eos dimiſit liberos.

E *Beliſarij.*

Hermogenes.

CAPVT XIII.

De Alamundaro & Azeretho, & populi apud Byzantium coorta ſeditione, cui nomen à ſymbolo, quod populo dabatur impoſitum erat, Nica, hoc eſt vince.

F

Vide Niceph. c. 10. l.17. *Alamundari & Azerethi in Romanorũ fines incurſio an. 530.*

INcurſionem porro in fines Romanorum ab Alamundaro,de quo dixi, & Azeretho factam, & quo modo cum his in patriam reuertentibus Beliſſarius coactus ab exercitu ſuo,in littore Euphratis,ipſo die feſto Paſchatis appropinquante, manus conſeruerit, & qua ratione exercitus Romanus propterea, quod conſilio Beliſſarij obtemperare noluit,penitùs profligatus ſit, & quo pacto Ruffinus & Hermogenes pacem perpetuam(ſic enim vocarunt)cum Perſis conſtituerint,iam diſertè narrat,vt animos legentium valdè commoueat. Quibus adiicit ſeditionem popularium Conſtantinopoli conflatam, quæ nomen ex teſſera populi accepit : quippè Nica, id eſt vince, fuit propterea appellata, quod populus inter ſe congreſſus,hanc teſſeram, Nica,ſibi præſcripſit, quo alter ab altero internoſceretur.In qua quidem ſeditione Hypatius & Pompeius à plebe ad tyrannidem occupandam compulſi,plebe deuicta mandato Iuſtiniani capite mulctati fuerunt,& in mare proiecti. In qua dimicatione triginta hominum millia cecidiſſe memorat Procopius.

Pax cum Perſis ſeditio Cõſtantinop. ann. 532. In qua teſſera fuit, Nica id eſt vince.

G

CAPVT XIV.

De Vandalorum Rege Onoricho, & Chriſtianis quorum linguæ ab illo euulſæ fuerunt.

Vide Niceph. c. 11. l. 17. *Onorich. Genzerichi ſucceſſor, Arianis fauet in catholicos variis ſuppliciis.*

AB eodem authore hiſtoriam Vandalorum literis mandante, narrantur res præclariſſimæ & planè dignæ, quæ memoriæ ſempiternæ commendentur, de quibus iam dicturus venio. Onorichus,qui poſt Genzerichum in Imperium ſucceſſit, & hæreſi Arianæ addictus fuit,aduerſus Chriſtianos,qui Libyam incolebant, maximam exercuit crudelitatem. Nam eos, qui rectam & ſanam tuebantur doctrinam,vi coëgit ad opinionem Arianam ſe transferre. & eos,qui neutiquam eius voluntati cedebant,ignis incendio & aliis infinitis mortis generibus è medio ſuſtulit:quibuſdã verò excidit linguas. Quos quidem Conſtantinopoli,cum eo profugiſſent,ſe oculis aſpexiſſe docet Procopius,& perinde locutos,atq; eos quibus nihil tale accidiſſet:ac tametſi linguæ eſſent radicitus exciſæ, voces articularim protuliſſe, & clarè diſtinctæque locutos eſſe. Quod quidem miraculi genus fuit,nouum certè & penè incredibile.De quibus in edicto Iuſtiniani fit mentio:quorum duo, vti idem ſcribit Procopius, lapſi ſunt. Nam vt primum voluerunt cum mulieribus colloqui,vox illis adempta fuit,nec donum martyrij ampliùs cum illis permanſit.

H

Miraculum eorum, qui ſ. linguas locuti ſunt.

CAPVT XV.

De Cabaone Mauruſiorum duce.

Vide Niceph. c. 11. l 17.

ALiud præterea miraculum commemorat dignum planè admiratione, quod in hominibus (qui licèt id temporis religione à nobis diſſentirent,

pié

A

Bar. ann. 522. n. 8. Cabaon Maurusiorum dux piis in Christianos factis Vandalos vincere meruit.

pie tamen ſe in vita geſſerunt) Dei ſeruatoris virtute factum eſt. Cabaonem narrat Mauruſiis circiter Tripolim accolentibus præfuiſſe. Iſte Cabaones (Procopij enim verbis præclarè admodum de his rebus diſſerentis vtar) ſimul atque accepit, Vandalos contra ſe arma tuliſſe, iſta egit. Primum edicit omnibus, qui eius ditioni parebant, vti tum ab omni iniuſtitia, tum à cibariis, quæ ad luxum facerent, tum maximè omnium à mulierum conſuetudine ſe abſtinerent. Deinde duo valla conſtruxit, in quorum altero ipſe vna cum viris omnibus caſtra locauit: in alterum mulieres concluſit, minatúſque eſt, ſi quis fortè ad vallum mulierum iter, eum morte mulctatum fore. Poſtea miſſis Carthaginem ſpeculatoribus, imperat iſta, vt ſimulátque Vandali in expeditione conſtituti, templum aliquod à Chriſtianis cultu & veneratione dignatum, turpiter violare aggrederentur, ipſi quæ facta eſſent, diligenter conſiderarent: & cum Vandali ex eo loco diſcederent, ipſi templum, à quo Vandali abiiſſent, contra quam feciſſent Vandali, purgare cohoneſtareque conarentur: eumque dixiſſe fertur, ſe Deum quem colebant Chriſtiani, ignorare quidem, eſſe tamen veriſimile, ſi tam potens ſit, quam prædicatur, & vlturum eos, qui ipſum afficiunt contumelia: & qui honore & obſeruantia proſequuntur, eos defenſurum. Speculatores igitur, cum veniſſent Carthaginem, dedere operam, vti bellicum Vandalorum apparatum penitus cognoſcerent. Ac ſimul vt Vandali Tripolim verſus iter ſuſceperunt, ſpeculatores habitu vili & abiecto induti ſequuntur. Vandali autem templa Chriſtianorum, ſicut primo die, ſpoliare aggrediuntur, equos aliaque animalia in ea introducere: nihil denique turpitudinis prætermittunt aut contumeliæ, ſed ſuam ipſorum libidinem ceperunt, & intemperantiam explere, ſacerdotes quos prehenderunt verberibus cedere, lacerare eorum terga, ex illiſque complures ſibi ſeruire mandarunt. Vt primum verò inde deceſſere, ſpeculatores Cabaonis faciunt, quod illis fuit imperatum. Nam ſtatim aggrediuntur templa perpurgare, fimum & ſi quid aliud per impietatem ingeſtum fuit, diligenter educere, omnes accendere cereos, proſequi magna reuerentia ſacerdotes, & cæteris humanitatis officiis complecti: pauperibus denique, qui circa templa illa conſidebant, pecuniam erogare. His rebus geſtis Vandalos ſequi, & ea eo tempore per iter vniuerſum, vt Vandali ſimilia conſciſcere ſcelera, ſic ſpeculatores ſimilibus pietatis officiis perfungi, non deſtiterunt. Vbi propius ad Tripolim ventum eſt, ſpeculatores anteuerterunt; nunciant Cabaoni, quæ tum Vandali, tum ipſi in Chriſtianorum templa præſtitiſſent, & quod hoſtes eſſent in proximo. Quibus auditis, Cabaones parat ſe ad prælium: in quo magna pars Vandalorum interiit, multi ab hoſtibus capti, perpauci autem ex eo exercitu domum reuerterunt. Atque hæc quidem plaga à Mauruſiis Thraſymundo inflicta fuit: qui poſtquam viginti ſeptem annos Vandalorum gentem rexiſſet, abiit è vita.

B

Vandali Christianorum templa spoliant.

Cabaonis Legati templa Christianorum à Vandalis prophanata purgant.

C

Cabaonis Victoria de Vandalis.

D

CAPVT XVI.

De Beliſſarij contra Vandalos expeditione, & eorum internecione.

Vide Niceph. c. 12. l. 17. Iustinianus Vandalis bellum indicit admonitus per visionem. Anno Christi 534. Procopij testimo-

EST apud eundem ſcriptorem, Iuſtinianum miſericordia erga Chriſtianos, qui in illis locis miſere affligebantur, adductum, bellum induxiſſe Vandalis, ſed hortatu Ioannis, qui aulæ præfectus fuit, à propoſito deſtitiſſe: poſteà tamen per viſionem, quæ ei apparuit, admonitum, vt eam expeditionem ſuſciperet non tardaret. Nam iniurias Chriſtianis illatas vlciſcendo, eſſet Vandalos omnino profligaturus. Hac igitur viſione animatus, ſeptimo anno imperij ſui, Beliſſarium ad bellum Carthagini contra Vandalos geſtum mittere ſtatuit. Nauis igitur prætoria, in qua traiiceret Beliſſarius, circiter æſtiuum ſolſtitium ad litus, quod antè palatium eſt, appellit: Epiphanius, qui tum Epiſcopus Conſtantinopolitanus fuit, de more precari, nonnullos ex militibus baptiſmi lauacro tingere aggreditur, poſtremò eos ad nauem prætoriam deducit. Commemorantur præterea ab eodem authore nonnulla de Cypriano martyre, quæ ſunt huic noſtræ Hiſtoriæ valdè accommodata, ſic enim ſcribit: Cyprianum, virum ſanctiſſimum Carthaginenſes ad vnum omnes in primis colunt, cui templum planè memorabile extra vrbem ad litus maris extruxerunt: cumque cum aliis pietatis officiis venerantur, tum feſtum diem, quem Cypriana vocant, quotannis celebrant. Atque nautæ tempeſtatem quæ ſolet incidere eo ipſo tempore quo Libyes hoc feſtum celebrandum ſtatuebant, huius nomine cuius mentionem nuper feci, nuncupare ſolent. *Iſtud templum Vandali, regnante Onoricho Chriſtianis vi abſtulerunt: indeque ſacerdotibus ignominia expulſis, de reliquo Arianis, vtpote ad eorum ius pertinens, reddiderunt. Ex quibus rebus cum Libyes magnam ægritudinem & angorem animis caperent, fertur Cyprianum illis ſecundum quietem ſæpe apparuiſſe: dixiſſéque, Chriſtianos non debere ob eam cauſam in mœrore & ſollicitudine eſſe. Se enim poſt aliquod temporis ſpatium tam iniuriam vindicaturum: quæ prædictio temporibus Beliſarij expleta fuit, nam idem Cyprianus martyr prædixerat, Carthaginem poſt nonageſimum quintum annum quo à Vandalis capta & exciſa fuit, in poteſtatem Beliſarij ducis exercitus Romani venturam, & Vandales omnino expugnatos fore, & opinionem Arianam ex finibus Libyæ prorſus relegatum iri, & Chriſtianos ſua templa recuperaturos.*

E

Basilium de Cypr. martyre eius templo à Vandalis tradito Arianis. Vide Basilium in Hexaemeron. Cypriana dies festus Carthaginensium.

F

Belisarij de Vandalis victoria Arianorumque ex Africa expulsio à D. Cypr. præsignificata.

CAPVT XVII.

De manubiis quæ ab Aphrica venerunt.

Vide Niceph. cap. 12 l. 17. Gelimer Vandalorum dux à Belisario in triumpho ductus.

AB eodem porrò authore literis proditum eſt, Beliſarium, poſtquam Conſtantinopolim profligatis Vandalis reuertit, ſpolia & captiuos circum vrbem duxiſſe, ipſumque Gelimerem Vandalorum ducem, triumpho ei decreto, per circum vndique vexiſſe, quæ omnia admiratione planè digna fuere. Inter quæ ſpolia monumenta erant admodum pretioſa, Genzerichi nimirum: qui quidem palatium Romanum id temporis, ſicut antè narraui, diripuerat, cum Eudoxia coniuna Valentiniani Imperatoris Romanorum verſus Occidentem habitantium, Maximini opera & virum amiſit, & ob caſtimoniam contumeliis affecta, Genzerichum accerſiuit, cui pollicita eſt ſe vrbem proditurum. Eo tempore igitur Genzerichus, Roma incenſa, Eudoxiam vna cum filiabus in Vandalorum regionem abduxit. Eodem tempore etiam vna cum aliis monimentis, eripuit ea quæ Titus filius Veſpaſiani, Hieroſolymis ſubactis, Romam deportauerat: id eſt, monimenta, quæ Salomon Deo quem eximiè colebat, conſecrauiſſet. Quæ Iuſtinus ad honorem Chriſti, Dei noſtri, illuſtrandum remiſit Hieroſolymam: in qua re certe pietatis in Deum, cui ante illa dedicata fuiſſent, ſedulo, vti par erat, officio perfunctus eſt. Eodem quoque tempore, memorat idem Procopius, Gelimerem humi proiectum in circo coram Iuſtiniani imperatoris ſella, in qua ſedebat res quæ ibi gerebantur, ſpectaturus, ſuo & patrio ſermone illud diuinum Salomonis Prouerbium, Vanitas vanitatum & omnia vanitas, recitaſſe.

G

Lib. 2. cap. 7.

Vide Iosephū de capt. Ierusalem l. 7. c. 17. quaiis hæc spolia fuerint. Spolia Hierosolymis Romam, & Roma Carthag. aurecta, inde rursus Romam, Roma Hierosolymas reuecta.

H

CAPVT XVIII.

De Phœnicibus qui à Ieſue filio Naue fugerunt, & Theoderico Gotho, & iis quæ illo regnante Romæ vſque ad Iuſtiniani tempora contigerunt: & quod Roma in poteſtatem Romanorum Vitige ab ea diſcedente denuo redacta eſt.

Eccleſ. 1.

Vide Niceph. c. 12. 13. lib. 17. Baro. an. 517. n. 5. & 6.

ALiam item rem geſtam narrat idem hiſtoricus, quæ ad ſuam ætatem literis minimè mandata fuit, valdè tamen memorabilis, & omnem propè ſuperans admirationem. Sic namque ſcribit: Mauruſios, gentem Libyæ, eiectos Palæſtina, in Lybiam demigraſſe. Hos verò Gergeſæos, Iebuſæos, & reliquas gentes

A

Mauriſij Palæſtinorum infidelium Coloni à Ieſu Naue pulſi. Procopij teſtimonio. Phœnicū epigramma. Libya rurſus Imp. Rom. ſubiecta. Vrbes in Libya per Iuſtinianum reſtitutæ.

quas Sacra memorant eloquia, à Ioſue filio Naue expugnatas. Remque ita ſe habere, argumentum capit ex Epigrammate, quod literis Phœnicum conſcriptum, ait ſe legiſſe: Illud autem propè fontem eſſe, in quo loco duæ extant columnæ ex albo lapide fabricatæ, in quibus inciſa ſunt hæc verba: NOS SVMVS, QVI A FACIE IOSVE LATRONIS, FILII NAVE, FVGERIMVS. Ad hunc modum igitur hæ res fuere conſopitæ, cum Lybia denuo Romanis pareret, & tributa quotannis, vt antè conſueuerat, penſitaret. Fertur porro Iuſtinianum centum & quinquaginta ciuitates, quarum pars penitus deletæ fuerunt, pars non paruas ruinas perpeſſæ, in integrum reſtituiſſe: & tam eximio ſplendore, tantis ornamentis, tam præclara ædium tum publicarum, tum priuatarum fabricatione, tam amplis mœnibus circundatis, aliſque egregiis ædificiis, quibus tum vrbes exornari ſolent, tum ſacrum numen coli, denique tam multis aquarum ductibus ad vſum partim, partim ad pulchritudinem accommodatis: quorum hi iam primum, cum ante non ſuppeterent ciuitatibus, in eas deriuati, illi ad priſtinum ſtatum denuo redacti fuerunt, eas illuſtraſſe, vt nihil fieri poſſet magnificentius. Iam vero res quæ in Italia geſtæ erant, commemoraturus venio: quæ etiam ab eodem Procopio rhetore aliquovſque ſuot ſcriptis perſpicuè proditæ. Simulatque Theodoricus, vti ſupra demonſtratum eſt, Romam cepit, Odoacro tyranno penitus profligato, & adminiſtratis ad tempus imperij Romani gubernaculis, finem viuendi fecit: Amalaſuntha eius coniunx, Reip. procurationem pro Atalaricho filio, quem Theodorichus ab ea ſuſceperat, capeſſit, & imperium ſic gubernat, ſicque eius proſpicit rebus, vt ad virilem grauitatem quam proxime videretur accedere. Hæc primum induxit Iuſtinianum, vti bellum contra Gothos ſuſcipere magnopere cuperet, legatoſque ad eum de inſidiis ſibi compratis miſit. Atque cum Atalarichus, dum adhuc valde tenera ætate eſſet, è vita abiiſſet, Theodatus cognatus Theodorichi imperio Occidentis potitur. Qui ſimul vt Beliſſarius à Iuſtiniano ad partes Occidentales miſſus fuit, ideò ceſſit imperio, quod & literis potius operam nauaret, & vſu belli gerendi minimè valeret: quo quidem tempore Vitiges, vir bellicoſiſſimus, copiis Romanorum verſus Occidentem præfuit. Ex hiſtoria Procopij præterea intelligi poteſt, Vittigem, Beliſſario in Italiam aduentante, Roma deceſſiſſe: Beliſſarium autem cum exercitu ſuo Romam veniſſe: quem Romani, portis patefactis, libentiſſimè in vrbem receperunt: quippe Siluerius pontifex hoc perfecerat, miſeratque ea de re Fidelium curatorem Atalarichi ad Beliſſarium. Ciuitas igitur Beliſſario ſine pugna tradita eſt, & Roma denuo Romanis ſubiecta, poſt annos ſexaginta, quibus à Gotthis occupata fuiſſet, nono die Apellæi, hoc eſt, ad quintum idus Decembris, vndecimo anno imperij Iuſtiniani. Scribit item Procopius, quod Gothis iterum Romam obſidentibus, Beliſſarius, quoniam Silnerium Pontificem ſuſpectum habebat de proditione, eum in Græciam relegauit, Vigiliumque conſtituit Pontificem.

B

Theodorichi & Alarichi mors.

Amalaſuntha, alias Atalarichus legis Cuſt.

Theodatus regno Italiæ exuitur.

C

Roma à Beliſario capta an. 538. iterum à Gothis capta.

Siluerius D *& Vigilius Rom. Pont.*

CAPVT XIX.

Quod Eruli qui dicuntur, Iuſtiniani temporibus Chriſti fide initiati ſunt.

Procop. Vide Niceph. c. 13. l. 17. Eruli quo tempore Chriſtianam religionē receperint.

IIſdem temporibus, vti idem ſcribit Procopius Erulos, qui tempore, quo Anaſtaſius Romanum rexit imperium, Danubium traiecerunt, à Iuſtiniano benignè & humanitus tractatos, & magna pecuniæ vi ab eodem donatos, omnes ad vnum religionem Chriſtianam recepiſſe, agreſtemque vitæ conſuetudinem in manſuetiorem ciuiliorémque commutaſſe.

E

CAPVT XX.

Quod rurſus Romam ſub Gotthis cum fuiſſet, Beliſſarius iterum in libertatem aſſeruit.

Procop. Vide Niceph. c. 13. l. 17. Bar. anno 537. n. 72. Roma rurſus in Gotthorū poteſtatē venit, an. 540.

NArrat porro idem author, Beliſſarium rediiſſe Conſtantinupulim & Vittigem cum ſpoliis Romæ ſecum deportatis eo deduxiſſe, Totilamque Romano poſitum imperio, & vrbem rurſus in Gotthorum veniſſe poteſtatem: quin etiam Beliſſarium ſecundo in Italiam profectum, Romam recuperaſſe, eundemque, bello cum Medis ſuſcepto, ab Imperatore Conſtantinopolim iterum acceſſitum.

CAPVT XXI.

Quòd etiam Abaſgi iiſdem temporibus Chriſtianæ fidei myſteriis imbuti ſunt.

Procop. Vide Niceph. c. 13. l. 17. Bar. anno 529. n. 12. F *Abaſgi quando Chriſtianam fidē receperint. Lege Iuſtiniani, caſtratio puerorum apud Abaſgos vetita. Templum Deiparæ Virginis.*

MEmorat præterea idem Scriptor, Abaſgos ad mitius humaniuſque vitæ genus traductos, iiſdem temporibus fidem Chriſtianam recepiſſe, Iuſtinianumque Imperatorem quendam ex Eunuchis aulicis Abaſgum genere, nomine autem Euphratam, ad eos miſiſſe, qui vetaret, ne cuiquam in ea gente, quaſi vi illata naturæ, teſticuli exæcarentur. Nam qui cubiculis Imperatorum inſeruiebant, quos vulgo vocant Eunuchos, perſæpè ex ea gente ſumi conſueuerunt. Per idem tempus Iuſtinianus, templo Deiparæ apud Abaſgos ædificato, ſacerdotes illis deſignauit, à quibus Chriſtianæ religionis dogmata accuratiſſimè didicerunt.

CAPVT XXII.

Quòd qui Tanaim incolunt, eodem tempore Chriſti fidem amplexati ſunt, & de terræ quaſſationibus, quæ per Græciam & Achaiam euenerunt.

G

Vide Nicep. c. 13. l. 17. Tanaus flu. Gens ad Tanaim ſita Chriſti fidem ſuſcipit.

Terræmotus per Græciam an. 546.

ESt porro ab eodem Hiſtorico ſcriptis mandatum, eos qui circiter Tanaim habitant (Tanaim autem appellant indigenæ amnem illum, qui ex Mæotide palude in Pontum Euxinum influit) oraſſe Iuſtinianum, vti Epiſcopum ad ipſos mitteret, Iuſtinianum autem diligenter, quod erat ab illis rogatum, perfeciſſe, libentiſſimoque animo ad eos miſiſſe Epiſcopum. Idem author docet, idque valde diſerte, Gothos, regnante Iuſtiniano, ex Mæotide in fines Romanorum excurſiones feciſſe: ingenteſque terræ motus accidiſſe in Græcia: Bœotiam quoque, Achaiam, & loca circa ſinum Criſſæum concuſſa, regiones infinitas vaſtatas, vrbes ad terram deturbatas, & hiatus multis in locis contigiſſe: qui in vnum denuo in aliquibus locis coiuere, in nonnullis locis aperti manſere.

CAPVT XXIII.

H

De Narſe ductore exercitus, & eius erga Deum pietate.

Vide Niceph. c. 13. l. 17. Bar. anno 553. n. 18 & an. 568. 9. & ſeqq. Totila à Narſe victus. Deipara Virgo Narſi apparet. Agathias rhetor.

SCribit etiam Procopius expeditionem Narſis ducis à Iuſtiniano in Italiam miſſi, & qua ratione Totilam deiecerit, & poſtea Teiam, & quemadmodum Roma iam quinto capta fuerit. Commemoratum eſt porro ab his qui vna cum Narſe fuerunt, dum precibus & aliis pietatis officiis diuinum numen placaret, debitumque cultum ei tribueret, ſanctam virginem Deiparam ei apparuiſſe, planeque tempus præſcripſiſſe, quo bellum cum hoſtibus gereret: atque vt non prius ad prælium committendum ſe accingeret, quam cælitus ſignum acciperet. Multæ aliæ quoque res à Narſe valdè memorabiles geſtæ ſunt. Nam Buſelinum & Synduàldum expugnauit, multaque loca ad Oceanum vſque in ſuam redegit poteſtatem. Quæ res ſunt quidem ab Agathio rhetore literis proditæ, nondum tamen ad nos peruenerunt.

CAPVT

A

CAPVT XXIV.

Quod Choſroës propter ſecundas Iuſtiniani res inuidia tabeſcens, contra Romanos exercitum eduxit, ac plurimas ciuitates deleuit, inter quas Antiochia magna vna fuit.

Vide Nicephor. c. 14. l. 17. Bar. anno 540. num. 40. & ſeqq.

Choſroës Iuſtiniani ſucceſſibus inuidet.

LItteris eſt etiam ab eodem Procopio traditum, Choſroëm, vbi accepit res tum in Libya, tum in Italia tam proſperè ſucceſſiſſe Imperio Romano, graui inuidiæ flamma exarſiſſe, Imperatorique obiectaſſe, nonnulla ab eo contra fœdus ictum factitata, & pacem inter ipſos conſtitutam propterea diremptam eſſe. Iuſtinianum vero primum legatos miſiſſe ad Choſroëm, qui illi ſuaderent, ne pacem, quam ſempiternam vocabant, rumperet, néve fœdera pacta violaret: ſed ſi quid anceps videretur aut controuerſum, amice & beneuole componeretur. Choſroëm inuidiæ æſtu, qui in eius animo efferueſcebat, furentem nullam æquam conditionem admiſiſſe, ſed magno exercitu collecto, feciſſe in Imperij Romani fines decimotertio anno regni Iuſtiniani incurſionem. Scribit præterea idem author, Choſroëm Surum vrbem ad littora Euphratis ſitam obſidione expugnatam diruiſſe: qui alia cum illis paciſci videbatur, alia vero eáque ſceleſtiſſima in eos admittebat: quippe nihil quod paciſcebatur ſeruauit, atque dolo potius quam armis vrbe illa potitus eſt. Eundem item Berœam incendiſſe, deinde impetum feciſſe in Antiochiam, cum iam Euphraimius illius Epiſcopatum geſſit: qui quidem vrbem propterea reliquit, quod nemo ex ſpeculatoribus, quos emiſerat, ad ipſum reuertit. Cuius prouiſione Eccleſiam, & omnia ad eam ſpectantia ſeruata dicuntur. Nam eam ſacris monimentis vndique ornauit, vti eo pacto ab hoſtium violentia redimeret. Quin eſt apud eundem ſcriptorem, acri quodam orationis genere ad animos legentium commouendos commemoratum, qua ratione idem Choſroës Antiochiam ceperit, & quod omnia in ea ferro & igne vaſtarit: & quomodo deinde venerit Seleuciam, & Daphnem eius ſuburbium, & poſtea Apameam, cuius Eccleſiam adminiſtrauit Thomas, vir non doctrina modo, ſed rectè factis etiam facilè præſtantiſſimus. Qui fortè vna cum Choſroë certamen equorum in circo ſpectare (licet hoc Eccleſiæ canon vetaret) neutiquam recuſauit: quod propterea ab eo factum eſt, vti omnibus modis Choſrois furorem molliret mitigarétque. Quem percunctanti Choſroi, velletne eum in ſua videre ciuitate? reſpondiſſe ferunt verè & ex animo, nolle libenter eum ibi videre. Quod eius dictum Choſroëm admiratum eſſe, hominémque veritatis cauſa, vti merebatur, admodum amplexatum.

B

Choſroës in Romani Imperij fines incurſionem facit ann. 540. & antea ſæpius mouit bellū imperante Iuſtiniano anno 539. & poſtea 541.

C

Antiochiā qua ratione Choſroës ceperit.

CAPVT XXV.

De miraculo quod Apameæ honorabilis viuificique crucis ligni virtute editum eſt.

D

Vide Nicephor. c. 15. l. 17. Baron. præd. loco.

Crucis Chriſti lignum quanto in honore Apameæ habitum.

SEd quoniam in hunc ſermonem noſtra delapſa eſt Hiſtoria, miraculum, quod Apameæ factum fuit, quodque huic noſtro Operi eſt valdè accommodatum, commemorabo. Vt primum Apameenſes intellexere Antiochiam igne incenſam, Thomam, quem dixi, rogabant, vt ſalutare vitaléque lignum crucis, licet conſuetudo id minimè pati videretur, in medium proferret, inque omnium oculis ſtatueret, quo iam cum ſupremum vitæ diem viderentur obituri, illud contemplarentur, amplexarentúrque, vtpote in quo ſolo hominum ſalus poſita eſſet: atque adeo ad alteram vitam iam profecturi, crucem venerandam haberent pro viatico, quæ poſſet eos ad meliorem locum incolumes peruehere. Itaque Thomas facit, quod rogatum eſt, certiſque diebus ad eam rem præſtitutis, vitale crucis lignum profert, vti omnes vicini ibi in vnum conuenire poſſent, & ſalutis inde promanantis participes fierent. Eo etiam parentes mei vna cum aliis commearunt, méque id temporis ad ſcholam euntem ſecum duxerunt. Poſtquam vero data nobis fuit poteſtas honoratam crucem adorandi amplexandique, Thomas ſublatis manibus, lignum crucis, quo vetus peccati maledictio deleta fuit, totum ſanctuarium circumiens (vti in ſtatis adorationis diebus fieri ſolebat) omnibus oſtendit. Ac Thomam de loco in locum progredientem ingens flamma ignis ſplendeſcentis, non ardentis ſequebatur, adeo vt totus locus, in quo conſiſtens venerandam crucem populo oſtendebat, conflagrare videretur. Atque hoc factum eſt non ſemel aut iterum, ſed ſæpiùs, cum Thomas omnem illum locum circuiret, & populus congregatus, eum, vt illud fieret, rogaret. Quæ res ſalutem, quæ poſtea Apameenſibus contigit, præſignificauit. Ob quam cauſam imago in teſtudine ſanctuarij ſtatuta fuit, quæ inſcriptione in baſi inciſa hoc miraculum illis, qui eiuſdem ignari erant, commonſtrauit. Ipſa imago ad irruptionem ab Adaarmano & Perſis in ea loca factam ſeruata fuit, ac tum vna cum ſancta Dei Eccleſia, quæ ibi fuit, & cum tota vrbe combuſta: atque hæc res hunc quidem habuere exitum. Choſroës autem in ea incurſione, fœderibus violatis, alia præterea (quoniam ita tum animo ſuo viſum eſt) admiſit ſcelera leuitati & inconſtantiæ morum ſuorum admodum conſentanea, non tamen viro rationis participi, nedum Imperatori fœderis rationem habenti conuenientia.

Euagrij parentes.

E

Crucis ligni miraculum.

F

Choſroës ſcelera.

CAPVT XXVI.

De Choſrois contra Edeſſam expeditione.

IDem porro Procopius litteris mandauit, ea quæ ſunt de Edeſſa & Abgaro à veteribus commemorata, & quemadmodum Chriſtus ad Abgarum ſcripſerit epiſtolam: deinde quo pacto Choſroës altera facta incurſione, Edeſſam obſidere conſtituerit, ratus ea ſe falſa eſſe conuicturum, quæ de ea ciuitate omnium fidelium ore ac ſermone celebrantur, nempe Edeſſam nunquam ab hoſtibus ſubiugatam fore. Quæ res in epiſtola a Chriſto Deo noſtro ad Abgarum ſcripta non ponitur illa quidem (vt ſtudioſi ex hiſtoria Euſebij cognomento Pamphili, apud quem hæc epiſtola ad verbum citata eſt, intelligere poſſunt) ſed tamen eum exitum conſecuta eſſe à fidelibus non decantatur ſolum, ſed etiam creditur, ratúſque eius euentus prædictionem illam veram eſſe confirmat. Nam poſtquam Choſroës vrbem inuadere aggreſſus eſt, quanquam multos in eam impetus fecit, & aggerem adeo ingentem ſtruxerat, vt mœnia ciuitatis facilè tranſgredi poſſet, aliáſque complures machinas apparauit, re tamen infecta inde deceſſit. Sed quemadmodum res geſta ſit, exponam. Choſroës primum militibus ſuis imperat, vt magnam ſtruem lignorum, qualiacunque illa eſſent, ad vrbem obſidendam in vnum congerant. Quibus dicto ferè citius in vnum coaceruatis, inque orbem ductis, aggerem in medium iniicit, eúmque verſus vrbis murum recta dirigit: atque extruit pedetentim, ligno & alia materiei congerie impoſita. Tum ita tollit in ſublime, & eius altitudine ita mœnia ſuperat, vt tela in eos qui in muro pro vrbis defenſione capita ſua periculo obiiciebant, percommodè iacere poſſint. Vbi qui obſeſſi erant, vident aggerem inſtar montis vrbi appropinquare, & veriſimile eſſe, hoſtes in eam pedibus ingreſſuros, primo mane è regione aggeris foſſam ſtruere moliuntur, inque eam ignem iniicere, ad eum planè finem, vti eius flamma ligna aggeris abſumpta, ipſum aggerem ſolo æquarent. Qua quidem machina confecta, rogóque accenſo, neutiquam ſucceſſit quod intendebant, propterea quod ignis erumpere, aëremque admittere non poterat, quo ſtruem lignorum occuparet. Ad extremum igitur, cum deſperatione debilitati ferè ſuccumberent, ſanctiſſimam imaginem diuinitus fabricatam, quam non hominum manus effinxerant,

Vide Euſebium ſuprà l. 1. cap. 13. Vide Nicephor. c. 7. lib. Itemque l. 17. c. 1. Procopiū de bello Perſic. l. 2. Bar. an. 545. num. 12.

G

Chriſti ad Abgarum epiſtola.

Choſroës aduerſus Edeſſam conatus irritus.

H

Strategema militare Choſroës.

Chriſti imago Abgaro miſſa hoſtiles impetus retundit.

A *Cultus imaginũ. vide infrà lib. 5. c. 18.*

ſed Chriſtus Deus Abgaro (quandoquidem eum videre cupiebat) miſerat, proferunt, eamque in foſſam, quam conſtruxerant, importatam aqua conſpergunt: ex qua non parum in rogum ac ſtruem lignorum immittunt atque diuina potentia fidei illorum qui iſtud moliebantur, ſubſidio veniente, quod ab illis ante fieri neutiquam poterat, iam facilè confectum fuit. Nam extemplo ligna inferiora concepere flammam, & dicto citius in carbones redacta, ad ligna ſuperiora, igne omnia vndique depaſcente eam tranſmiſere. Vbi vero qui obſidione premebantur, vident fumum in ſublime erumpere, iſtam machinam ad hoſtes ludificandos excogitant. Paruas educunt lagenas, eáſque ſulfure, ſtupa & alia id genus materiæ ad flammam concipiendam apta faciunt, deinde conijciunt in aggerem. Quæ fumum, igne ipſa iaciendi vi & impetu accenſo, ex ſe emittunt: quo quidem fumus erumpens ex aggere adeo penitus obſcuratus fuit, vt omnes qui machinæ ignari erant, exiſtimarent fumum illum non aliunde, quam ab ipſis lagenis effuſum eſſe. At vero triduo poſt flammulæ ignis è terra erumpentes viſæ ſunt: ac tum quidem Perſæ qui in aggere pugnabant, intellexere in quod diſcrimen deuenissent. *Strategema Edeſſenorum.* B Verùm Chosroës, quaſi diuinæ virtute ac potentiæ reluctaturus, aquæ ductus qui extra vrbem erant, ad rogum deriuat, eumque ita reſtringere conatur. At rogus aquam, velut oleum, ſulphur aut aliud quippiam eorum quæ facilè incendi ſolent, excipiens, magis magiſque exarſit: vſque adeo vti totum aggerem vaſtaret, inque cineres prorſus redigeret. Poſtremo igitur Chosroës de ſpe penitus deturbatus, cum reuera intelligeret ſe turpem admodum dedecoris notam propterea ſubiiſſe, quod in animum induxerat, ſe Deum, quem nos colimus, omnino ſuperaturum, domum cum ignominia reuertit. *Chosroës domum cũ ignominia reuertit.*

CAPVT XXVII.

De miraculo quod Sergiopoli viſum eſt.

C *Vide Niceph. cap. 17. l. 17. Bar. ann. 544. num. 3. & ſeqq. De hac cruce emiſſa vide infrà l. 6. c. 10. Sergiopolim Chosroes obſidione expugnare parat. Sacris donariis redempta olim Sergiopolitarum. Proditoris exemplum. Inuocatio & cultus diuorum vide infrà lib. 6. c. 10. Sergius martyr vrbem tuetur.*

ALiam præterea rem alio tempore à Chosroë Sergiopoli geſtam, hoc loco commemorabimus: quippe quæ & explicari oratione, & ſempiternæ memoriæ reuera commendari debeat. Hanc vrbem quoque Chosroes inuadere, eamque obſidione expugnare parat. Ac ſimul vt mœnia aggreditur, fit vtrinque ſermo & colloquium de ſeruanda ciuitate: conuenitque inter eos, vti ſacris theſauris ac monumentis, inter quæ crux à Iuſtiniano & Theodoro miſſa fuit, vrbs redimeretur. Vbi iſta fuere ad Chosroëm apportata, percunctatur à Sacerdote & Perſis, qui cum eo ad eam rem miſſi erant, ecquæ alia ſupereſſent? Cui quidam eorum qui verum dicere minimè conſueuerat, reſpondet, alia etiam adhuc monumenta reſtare à paucis quibuſdam ciuibus occultata. Relinquebatur autem ab his qui theſauros & monumenta attulerunt, auri argentive prorſus nihil, ſed alterius cuiuſdam materiæ multo præſtabilioris, quæ Deo omnino dicata fuit: ſanctiſſ. dico D reliquias Sergij inuicti Chriſti martyris, quæ in capſa erant oblonga, argentóque obducta repoſitæ. Itaque poſtquam Chosroës his verbis perſuaſus, totum exercitum ad vrbem excidendam dimiſerat, derepente in ipſis mœnibus magna hominum multitudo clypeis munita viſa eſt ciuitatem propugnare. Quam qui erant miſſi a Chosroë, conſpicati reuerterunt, ac tum multitudinem tum armaturam admirati, ad Chosroëm rem referunt. Vbi autem rurſus certior factus eſt, paucos admodum in vrbe remanere, eóſque vel ætate exacta eſſe, vel tenera & immatura (quippe omnes qui firma fuere ætate & robuſta, è medio ſublati erant) pro certo nouit illud miraculum à ſancto martyre editum: & propterea metu percolſus, admiratúſque Chriſtianorum fidem, domum reuertitur: quem ferunt ſub extremum ætatis tempus diuino regenerationis lauacro tinctum fuiſſe.

CAPVT XXVIII.

De peſtilente morbo.

E *Vide Niceph. cap. 18. l. 17. Bar. ann. 544. num. 7. & ſeqq. Cõſimile ferè malum vide apud Euſeb. l. 7. lib. 17. Peſtilens morbus 52. annos inter homines*

IAm venio narraturus hiſtoriam nunquam antea memoriæ proditam, de morbo, qui quinquaginta duos annos inter homines graſſatus eſt, & ita inualuit, vt vniuerſum orbem terrarum depaſceretur. Nam biennio poſt Antiochiam à Perſis captam, peſtifer morbus in eam inuaſiſſe dicitur, in nonnullis rebus ei qui à Thucydide deſcribitur, perſimilis in aliis quibuſdam ab eo multum diſcrepat: initium cœpit in Æthiopia, ſicut & ille qui à Thucydide commemoratur, orbémque terrarum vniuerſum deinceps peragrauit: neque quiſquam mortalium fuit, qui eius effugerit contagionem. Ac nonnullas vrbes vſque ea opprimebat, quoad eas omnibus ſuis habitatoribus orbaſſet: cum aliis autem, quas fortè occupauit, lenius egit & mitius. Neque certo definitóque tempore graſſari cœpit, neque rurſus cum graſſaretur, ſimili ratione & modo deſit: quippe nonnulla loca ineunte hyeme, alia ſub finem veris, media æſtate quædam, alia autumno progrediente occupauit: & quibuſdam in locis cum partem vrbis F *graſſans, multas vrbes ciuibus exhauſit.* attigiſſet, reliquas deſeruit. Ac non raro licebat videre in ciuitate morbo illo laborante, quaſdam familias prorſus extinctas: interdum vero vna & altera familia interempta, reliquam vrbem integram incolumémque manſiſſe. Quinetiam familiæ quæ integræ manſerunt, ſicut accurata obſeruatione comperimus, ſequenti anno ſolæ morbo vexabantur. Atque quod eſt omnium maximè mirandum, ſi qui fortè vrbes infectas incolentes ad alia loca, quæ morbus minimè inuaſerat, demigrarent, illi ſoli morbo opprimebantur, licet ex ciuitatibus infectis ad alias integras ſe, quo vitæ conſulerent, tranſtuliſſent. Atque hæc quidem calamitas circulorum conuerſionibus, quos *ἰνδικτιῶνας* vocant, ſæpè tum in vrbes tum in alia loca peruaſit: ſed tamen G maxima omnium pernicies ſecundo anno circuli, qui ſpatium quindecim annorum complectitur, in homines perlapſa eſt, adeo vt me, qui iſta literis prodo (placet enim ea etiam Hiſtoriæ attexere, vt res quarum aliæ aliis appoſitæ conueniunt, coniungam) me, inquam, dum ſcholas adhuc frequentarem, in initio huius contagionis abſceſſus illi qui in inguine naſci ſolent, occuparent. Accidit quoque vt morbo iſto variis graſſante modis, tum complures ex liberis meis, tum coniugem, tum per multos cognatos partim in vrbe, partim in agris degentes amitterem, provt circuli ἐν τῷ λοιμῷ calamitates iſtas mihi diſtribuerant. Cum autem iſta *Morbus etiã Euagrium & familiam eius depaſcitur. Bodſárus.* ſcriberem, quinquageſimo octauo anno ſcilicet ætatis, non biennio ante, morbus iſte quater Antiochiam occupauerat: ac cum iam quartus ab initio circulus dilapſus eſſet, præter liberos, quos ſupra poſui, filiam præterea & nepotem perdidi. Morbus vero iſte ex variis morborum generibus compoſitus fuit. Nam in nonnullis hominibus, à capite primum exorſus oculos cruentos, vultúmque tumidum reddidit: deinde in guttur H delapſus eſt, & quemcunque occuparit, è medio ſuſtulit. Aliis fluxus alui contigit, quibuſdam abſceſſus in inguine exorti, indéque febres in primis ardentes, adeo vt biduo aut ad ſummum triduo mortem obirent, perinde tum animo tum corpore affecti, atque illi quibus nihil mali accidiſſet. Alij de mentis ſtatu deturbati, vitam edidere: quinetiam carbunculi è carne erumpentes multos extinxere. Euenit etiam interdum, vt qui ſemel atque iterum hoc morbo correpti, euaſiſſent, rurſus eodem oppreſſi interirent. Quod autem ad rationem morbi contrahendi attinet, ea ſanè tam varia fuit, vt nulla poſſit oratione explicari. Nam alij ſolum vnà verſando, paritérque vitam degendo fuere infecti. Alij tangendo duntaxat, & in eandem domum ingrediendo, alij in foro: non pauci qui ex vrbibus contagione infectis fugientes, integri manebant, ſanis & valentibus morbum impertiebant. Alij qui *a Peſtilentis morbi contrahendi ratio. b Philoſtratum dem ante*

cum

A

hâc morbū vixit, & ei propterea fuit incognitus. Idcirco magis miratur peſtem illam ſui temporis, quod ſi hâc morbū vidiſſet, non fuiſſet eā peſtem tantoperè miratus. Sed quæ futura

cum ægrotantibus verſabantur, & non modo ægros, ſed etiam mortuos attingebant, non omnino in morbum inciderunt. Alij, quibus tametſi propter liberorum aut neceſſariorum interitum in optatis fuit morte occumbere, & maxime ob hanc cauſam ſe ægrotantibus admiſcuere; tamen perinde ac ſi morbus eorum aduerſaretur voluntati, neutiquam eo occupati ſunt. *a* Morbus autem, vt ante à me dictum eſt, totum orbem terrarum iam ad ſpatium quinquaginta duorum annorum depaſtus eſt, omnéſque morbos qui vnquam extitiſſent, longè ſuperauit. *b* Philoſtratus autem demiratur, peſtem quæ ſua ætate viguit, ad quindecim annos continuatam eſſe. Verùm quæ futura ſunt hominibus incerta ſunt & incognita, eóque voluuntur, quo Deo qui & cauſas rerum, & quorſum tendant, cognoſcit, viſum eſt. At iam eo redeamus, vnde deflexit oratio, & cæteras res geſtas Iuſtiniani deinceps perſequamur.

B

ſunt, ei ignota ſunt.

CAPVT XXIX.

De inexplebili Iuſtiniani pecuniæ cupiditate.

Vide Nicephor. cap. 9. l. 17. Bar. ann 563. n. 8. & 9. Iuſtiniani philargyria.

IN Iuſtiniano vero tam inexplebilis fuit pecuniæ cupiditas, & tam turpis atque adeo abſurda rerum alienarum appetitio, vt omnia ſubiectorum bona his qui magiſtratus adminiſtrabant, qui tributa colligebant, qui nulla de cauſa inſidias hominibus ſtruere volebant, ob auri amorem vendiderit. Complures, imò vero innumerabiles qui multa bona poſſidebant, cauſa falſa commentitiáque conficta, omnibus fortunis mulctauit. Quod ſi quæ meretrix oculos cupiditatis ad alicuius bona adiiciens, conſuetudinem ſe vllam cum eo vel coniunctionem habuiſſe ſimularet, ſtatim omnia iura ac leges, modo Iuſtinianum turpis lucri ſocium conſtitueret, eius cauſa euerſæ iacuerunt facultatéſque omnes illius qui falſo in crimen adductus erat, fuerunt in eius domum tranſlatæ. Erat porro tam largus in pecunia eroganda, vti multa ſancta & magnifica templa in multis locis extrueret, aliáque ſacra ædificia, quibus tum viri, tum mulieres & ætate tenera, & exacta, tum qui variis morbis vexabantur, ſedulo accurarentur, ædificaret, magnámque ſeorſum colligeret à ſuis pecuniarum vim, vnde iſta perficerentur: alia denique infinita exequeretur opera, quæ ſanè pia Deóque accepta eſſent, ſi modo vel ille vel alij qui talia moliuntur, de ſuis ipſorum bonis efficienda curarent, ſuæque vitæ actiones vacuas à ſceleris labe tanquam hoſtiam Deo offerrent.

C

Eiuſdem ingens largitas.

CAPVT XXX.

De ſancta Sophia ſanctorúmque Apoſtolorum templo eminentiſſimo.

D

Vide Nicephor. cap 10. l. 17. Bar. ann. 537. num 10 & ſeqq. Sophia templum quale. Deſcriptio templi Sophiæ.

IDem Iuſtinianus Conſtantinopoli cum alias multas ſacras ædes pulcherrimo artificio elaboratas Deo & & ſanctis erexit, tum inſigne illud & præ cæteris eximium ædificium, ampliſſimum dico Sophiæ templum extruxit: quod quidem tale fuit, quale non aliquando viſum fuiſſet, quódque ornatu & ſplendore adeo excelluit, vti nulla dicendi vi facilè explanari poſſet. At ipſe tamen illud pro virili deſcribere conabor. Teſtudo ſanctuarij quatuor fornicibus in ſublime erecta, & ad tantam ſublata altitudinem, vt ad eius hemiſphærij faſtigium acies eorum, qui infra ad baſin conſiſterent, oculos ſurſum tollebant, ægrè penetrare poſſet: & qui ſupra ſtabant, etiamſi valdè eſſent animoſi, deſpicere neutiquam auderent, oculoſve ad baſin deiicere. Fornices à ſolo vſque ad tectum (vſque eo namque eriguntur) penitus vacant. In dextro templi latere, ſunt homini ingredienti ad læuam columnæ ordine locatæ, quæ ex lapide Theſſalico confectæ ſunt: ſunt etiam alta tabulata aliis columnis ſimilibus ſuffulta, in quibus, ſi qui volunt, myſteria peracta videre poſſunt. In illis quoque Imperatrix diebus feſtis, dum ſacroſanctæ myſteriorum celebrationi intereſſet, aſſidere ſolet. Quæ quidem partim verſus Orientem Solem, partim Occidentem verſus ſic diriguntur, vt minimè impedimento ſint, quo minus amplitudo talis operis ſpectari queat. Porrò autem porticus eorundem tabulatorum, quæ infra columnis paruiſque fornicibus operis extremitates ambiunt. Verùm quo magis admirabilis ædificij fabrica velut ante oculos cuiúſque verſetur, viſum eſt hoc loco intexere, quot pedes eius longitudo contineat, quot latitudo, quot altitudo: & de fornicibus eodem modo, quot pedes vacuus eorum complectatur ambitus, quot denique eorum altitudo. Sic igitur ſe habent: Longitudo à porta, quæ e regione ſacræ conchæ, in qua incruentum offertur ſacrificium, ſita eſt, ad ipſam concham vſque, pedes continet C L X X X X. Latitudo à parte Septentrionali ad Borealem, pedes CXV. Altitudo ab ipſo puncto in vertice hemiſphærij ad ſolum vſque, pedes CLXXX. Latitudo autem cuiúſque fornicis pedes habet L X V I. Longitudo totius templi ab Oriente ad Occidentem, pedes C C L X. Latitudo vero τῶ ἱερῶν illius, pedes continet LXXV. Sunt præterea verſus ſolis occaſum aliæ duæ porticus valdè eximiæ, & atria vndique ſub dio poſita. Ab eodem porrò Iuſtiniano ædificatum eſt templum ſanctorum Apoſtolorum, quod omnium facilè primas fert: in quo Imperatores & Sacerdotes ſepeliri ſolent. Verùm de iis rebus iſta hactenus.

E

ἱερὰ ἀἰγχοι.

F

Apoſtolorum templum ab eodē Iuſtiniano extructū.

CAPVT XXXI.

De amentia potius quam amicitia Iuſtiniani immodice fauentis Venetorum factioni.

Vide Nicephor. cap. 21. l. 17 Bar.

G

ann. 558. n. 21. Iuſtiniani immanitas vnde initiū duxerit. Cyaneis aduerſus Praſinos fauet Iuſtinianus.

DE alio item Iuſtiniani facto mihi dicendum eſt, quod quidem ſiue ex naturæ vitio, ſiue ex formidine & timore ortum ſit, non habeo dicere: eius tamen generis fuit, vt omnem belluinam immanitatem longè ſuperaret: duxit autem initium ab ea ſeditione populari quam Nica, hoc eſt, vince, vocant. Placuit Iuſtiniano ita vehementer in alteram ſectionem eorum qui Praſini dicuntur, animo propendere, vt impunè poſſent ipſa meridie in media ciuitate aduerſarios trucidare, & non modo non pœnas metuerent, verum etiam dignarentur honoribus: adeo vt inde multi homicidæ exiſterent. Licebat autem illis in ædes alienas irrumpere, theſauros diripere in illis reconditos, hominibus ſuam ipſorum ſalutem ac vitam diuendere. Et ſi qui magiſtratus illos cohibere moliretur, ſuo ipſius capiti creauit periculum. Vnde certè vir quidam, qui geſſit in Oriente magiſtratum, quoniam nonnullos eorum, qui rebus nouis ſtudebant, neruis coërcere voluit, quo modeſtiores efficerentur, per mediam vrbem circumductus fuit, neruiſque grauiter cæſus. Callinicus porro præfectus Ciliciæ, cum duo Cilices, Paulus & Fauſtinus, homicida vterque, in eum impetum facerent, occideréque in animo haberent, quoniam pœna ex legibus conſtituta eos mulctauit, in crucem actus eſt, hócque ſupplicio pro recta conſcientia & legum obſeruatione affectus. Inde factum eſt, vt qui alterius erant factionis, cum à domiciliis ſuis fugiſſent, & à nemine vſquam exciperentur hoſpitio, ſed velut ſcelerati vbique exagitarentur, tendere inſidias viatoribus, compilare, cædes facere cœperint, vſque eo, vti omnia loca nece immatura, direptione & reliquis id genus maleficiis redundarent. Interdum animo in contrariam ſententiam mutato, eius generis homines interfecit, legúmque permiſit poteſtati etiam eos quos ante paſſus fuiſſet more barbarorum in ciuitatibus impia ſcelera conſciſcere. Sed ad iſta ſigillatim perſequenda mihi nec tempus ſuppetit, nec facultas dicendi. Atque ea quæ diximus, ſatis eſſe poterunt ad coniecturam de reliquis eius facinoribus faciendam.

Vide Chil. Eraſ. in neruum ducere. Vide Procopium, Item Ioan. Cuſpin.

H

Eoſdem tandem perſequitur.

A

CAPVT XXXII.

De Barſanuphio Monacho.

Vide Niccephor. cap.22. lib.17. Bar. anno 548. num.14. *Barſanuphius Monachus quando floruerit.*

VIxere per idem tempus viri planè diuini, qui multis in locis magna edebant miracula, & quorum gloria vbique peruagata fuit. Ex quorum numero erat Barſanuphius, genere Ægyptius. Iſte vixit in Monaſterio prope vrbem Gazam, & in carne vitam carni aduerſariam degit, adeo vt multa memorabilia ederet miracula. Creditur porrò eum in ædicula quadam concluſum ætatem egiſſe, atque à tempore, quo in eam ingreſſus eſt, ad ſpatium quinquaginta annorum & amplius neque à quoquam viſum eſſe, neque quicquam alimenti vel aliarum rerum in terra cepiſſe. Quibus rebus cum Euſtochius Epiſcopus Hieroſolymorum minimè fidem adhiberet, eúmque ædiculam, in qua vir ille diuinus concluſus fuit, perfodere conſtituiſſet, parum aberat, quin ignis ex ea erumpens, omnes qui cum eo illuc venerant, combuſſiſſet.

B

CAPVT XXXIII.

De Symeone Monacho, qui propter Chriſtum ſe morionem eſſe ſimulauit.

Vide Nicephor. cap.22. lib.17. Bar. anno 565. num.15. & ſeqq. *Symeonis Monachi vita qualis.*

FVit Emeſæ vir quidam nomine Symeones, qui omni inanis gloriæ cupiditate abiecta, quanquam ſapientia cuiuſque generis & diuina gratia refertus fuit: tamen his qui eum minimè ignorabant, delirare viſus eſt. Iſte maxima ex parte remotus ab aliorum conſpectu, vitam tranſegit, nec cuiquam omnino conceſſit poteſtatem cognoſcendi, quando aut quomodo Deum precaretur, neque quo tempore ſolus apud ſe vel abſtineret cibariis, vel eadem capeſſeret. Interdum vero cum in publica platea aut in foro verſaretur, viſus eſt à priſtina viuendi conſuetudine deflexiſſe, imò vero etiam nihil omnino vel prudentiæ habere, vel ingenij: quinetiam tabernam aliquando ingreſſus, eſculentis, cum eſuriret & cibis quibuſlibet veſcebatur. Quod ſi quiſpiam inflexo capite eum ſalutabat, ira accenſus, è loco illo celeriter exceſſit, veritus ne ſua virtus à vulgo deprehenderetur. Atque ad hunc modum Symeones, dum eſſet in foro, ſe gerere conſueuit. Erant tamen nonnulli, quibus ſine vlla ſimulatione ſe familiarem reddidit. Ex quorum numero vnus fortè habuit ancillam, quæ ſtuprata à quodam & grauida facta, cum ab hero heráque apertè dicere cogeretur, quis hoc feciſſet facinus: reſpondet Symeonem clam cum ea concubuiſſe, & ab eo concepiſſe, velléque non iurare modo rem planè ita ſe habere, verum etiamſi opus eſſet, perſpicuè probare. Quod cum Symeones accepiſſet, ita eſſe aſſenſus eſt, ſéque carnem geſtare, rem ſanè quam lubricam. Vbi vero facinus in omnium ore eſſe cœpit, & Symeones propterea non exiguam, vti videbatur ſubierat notam infamiæ, ſe tum ab hominum oculis ſubduxit, tum erubeſcere ſimulauit. Poſtquam igitur dies pariendi aduentauit, eáque de more in lecto ſedit, labor pariendi tam aſperum, tam ingentem, tam denique intolerabilem dolorem ciebat vt hominem illam in extremum vitæ periculum deduceret: & tamen partus minimè proceſſit. Itaque cum Symeonem, qui eo dedita opera venit, orarent, vt preces pro illa ad Deum funderet: dixit palam, mulierem non prius parituram, quam verè fateretur, quis infantem, quem geſtat in vtero, procreaſſet. Quod cum feciſſet & verum oſtendiſſet infantis patrem, extemplo infans, velut veritate obſtetricis munus exequente, ex vtero exiliit. Idem Symeones à quibuſdam viſus eſt aliquando in domum meretricis intrare: qui oſtio occluſo, ſolus cum ſola diu commoratus eſt. Deinde oſtio reſerato, abiit atque vndique circumſpiciens, ecquis eum videret, auxit magnopere ſuſpicionem, adeo vt qui illum vidiſſent meretricem ad ſe accerſerent, ab eáque ſciſcitarentur, quid ſibi vellet Symeonis ad eam introitus, rantique temporis mora? illa ſe inopia rerum neceſſariarum, triduo ante illum diem nihil guſtaſſe præter aquam ſolam: Symeonem autem obſonia & cibos, & vaſculum quoddam vini ad ipſam ſecum apportaſſe, & occluſo oſtio appoſuiſſe menſam, iuſſiſſe vt cœnaret, ſéque illis ſaturaret epulis, quippe quæ abſtinentia à cibo ſatis preſſa afflictatáque fuiſſet. Quæ cum illis narraſſet, reliquias cibariorum, quæ attulerat Symeones, profert. Porrò autem idem ipſe Symeones, cum terræmotus, qui Phœniciam maritimam conquaſſauit, appropinquaret (quo quidem tempore Berytus, Biblium & Tripolis grauiſſimas patiebantur ruinas) flagello manu ſublato, columnarum, quæ erant in foro, complures cædebat, ſic vociferatus: Conſiſtite firme: breui namque eſtis ſaltaturæ. Itaque quoniam nihil ab eo temere fieri ſolebat, illi qui huic rei geſtæ intererant, accuratè animo notarunt, quas columnas ſine verberibus, prætériiſſet: quæ certè non multo poſt terræmotus violentia concuſſæ corruerunt. Multæ aliæ res ab eo præterea geſtæ fuere, quæ operæ ſeparato egere videntur.

Obiectum à meretrice ſtuprũ quomodo Symeones purgauerit.

C

D

Quomodo eſurientẽ meretricem pauerit.

E

Quomodo terræmotum præſignificauerit.

F

CAPVT XXXIV.

De Thoma Monacho, qui eodem modo fatuitatem fingebat.

Vide Nicephor. cap.23. lib.17. *Thomæ Monachi vita, qualis & diuinatio. Anaſtaſij obitus.*

PEr id temporis Thomas quoque vitam auſteram in Cœleſyria coluit, qui Antiochiam profectus eſt, vt ſubſidium, quod inde quotannis Monaſterio ſuo ſuppeditari ſolebat, acciperet. Ab ea quidem Eccleſia Preſbyter fuerat ordinatus. Hunc Anaſtaſius, qui illam procurabat Eccleſiam, quoniam non raro multum ei faceſſebat moleſtiæ, in maxilla cædit. Quam rem illis qui aderant ægrè ferentibus, dixit neque ſe ab Anaſtaſio poſtea accepturum, neque Anaſtaſium daturum. Quæ vtraque ita acciderunt. Nam Anaſtaſius poſt vnum diem mortem oppetiit: Thomas autem in hoſpitio infirmorum, quod fuit in Daphne ſuburbio, dum abiret Antiochia domum, ad vitam immortalem migrauit: cuius corpus conditum eſt in ſepulchro, quod aduenis paratum fuit. Vbi vero vno & altero corpore in eodem ſepulchro repoſito, eius corpus Deo poſt mortem illius maximum edente miraculum, illis ſuperiectum fuit (nam ea corpora inde amota longéque depulſa fuere) homines ſanctum illum admirati, rem ſignificant Ephremio. Itaque ſanctiſſimum eius corpus cum ſolemni celebritate ac pompa tranſportatur Antiochiam, ibique in cœmeterio ſepelitur cuius virtute peſtis, quæ illic tum graſſabatur, ſedata eſt. Ad cuius honorem Antiocheni diem feſtum quotannis ad noſtram vſque ætatem agere non deſierunt. Verùm ad inſtitutam hiſtoriam deinceps ſermonem transferamus.

G

Sepultura Thomæ & miraculo poſt mortem.

CAPVT XXXV.

De Mena Patriarcha, & miraculo, quod ea tempeſtate in Hebræi puero factum eſt.

H

Vide Nicephor. cap.25. lib.17. Bar. anno 552. num.23. & 24. *Menæ Epiſcopi temporibus quale miraculum editum. Mos, Euchariſtiæ reliquias pueris tradendi.*

ANthimo ex ſede Conſtantinopolitana, vti ſupra dixi, eiecto, Epiphanius eum capeſſit Epiſcopatum. Epiphanio mortuo ſucceſſit Menas: cuius temporibus miraculum editum fuit planè memorabile. Vetus fuit conſuetudo Conſtantinopoli, vt ſi quando multæ admodum particulæ puri & immaculati corporis Chriſti Dei noſtri ſupereſſent, pueri impuberes, qui ſcholas frequentabant, accerſerentur, eaſque manducarent. Quod cum factum fuit, filius cuiuſdam hominis, Hebræi quidem opinione, arte autem vitrarij, vna cum pueris verſatus eſt: qui quidem parentibus percunctantibus ab eo cauſam moræ, reſpondit, vti res ſe habuit, ſe cum aliis pueris pariter comediſſe. Hebræus bile, furore & iracundia inflammatus, in clibanum ardẽtem, in quo vitrum formare ſolebat, puerum conïicit. Poſtquam vero mater puerum quæritans, reperire non potuit, paſſim per totam vrbem ibat, Deum cum gemitu obteſtans, & flebilibus lamentis ſe dedens. Triduo

antem

A

Puer Hebrœus in fornace ſeruatur.

autem poſt ad oſtium officinæ viri ſui conſiſtens, locta miſerabiliter diuexata, nomine puerum compellat. Puer matris vocem vt agnouit, è clibano reſponſum dat. Mater effractis foribus intro irrumpit, videt puerum in mediis carbonibus candentibus conſiſtentem, illæſum, ab ignis incendio. Qui cum rogaretur, quo pacto illæſus manſerit? Mulier, inquit, veſte amicta purpurea crebro ad me venit, porrexit aquam, qua carbonum flammas corpus ambientes extinguerem: cibum denique dedit, quoties eſuriebam. Qua re ad Iuſtinianum perlata, puerum cum matre lauacro regenerationis tingendos decernit: patrem autem pueri, qui recuſauit in numerum Chriſtianorum aſcribi, in Sycia cruci ſuffigendum curauit. Atque iſta quidem hoc modo.

CAPVT XXXVI.

Qui magnarum vrbium id temporis fuerint Epiſcopi.

B

Vide Niceph. c. 26. l. 17. Bar. ann. 548 n. 13

Epiſcopi Conſtantinopolitani.

Hieroſolymitani.

Alexandrini.

POſt Menam Eutychius ad ſedem Epiſcopatus Conſtantinopolitani aſcendit: ſedem autem Hieroſolymorum obtinet poſt Martyrium Saluſtius, cui ſucceſſit Halias: hunc Petrus, Petrum autem Macharius ſecutus eſt Imperatore nondum ei ſuffragante, qui poſtea ſede ſua pulſus fuit. Nam ferebatur, eum dogmata Origenis tutatum. Cui in eo Epiſcopatu ſucceſſit Euſtochius. Theodoſio porro, vt ſupra demonſtratum eſt, exturbato, Zoilus Epiſcopus declaratus fuit Alexandriæ: quo mortuo, Apollinarius ſedem illam capeſſit.

CAPVT XXXVII.

De ſancto vniuerſalique concilio quinto, & quam ob rem ſeſtitutum fuerit.

Vide Niceph. c. 27. 28. l.

C

17. Nonas hu as Concilij to a Cõcil. gen. edit. roma.

Iuſtinianus quinde cur. quin um ocolium conuocauerit Cõſtantinopoli.

POſt Euphemium ſedes Antiochena Domnino concredita fuit. Iam vero cum Vigilius antiquæ Romæ, & Menas nouæ primum, deinde Eutychius, Alexandriæ autem Apollinarius, & Domninus Antiochiæ Epiſcopatum geſſit, Iuſtinianus quintum concilium conuocauit, tali cauſa adductus. Euſtochius, vbi illi qui dogmata Origenis tuebantur, cum in aliis locis, tum maxime in Noua laura (ſic enim vocabatur) inualeſcerent, omnem curam ac ſtudium ſuum eo contulit, vti eos expelleret. Qui ad Nouam præfectus lauram, omnes inde eiecit, & tanquam communem peſtem omnium longe fugauit. Illi in varia loca diſperſi, multos in ſuam pellexerunt opinionem. Quorum patrocinium ſuſcepit Theodotus cognomine Aſcidas, Epiſcopus Cæſareæ, vrbis gentis Cappadocum primariæ, qui cum Iuſtiniano aſſidue verſabatur, eique fidelis fuit & in primis neceſſarius. Cum igitur iſte animos nobilium palatium incolentium incendiſſet contra Euſtochium, remque omni impietate ac ſcelere plenam affirmaret: Euſtochius mittit Conſtantinopolim

Rufus Theodoſij

D

monaſterij præſes. Conon Sabæ Abbas.

Rufum, qui monaſterio Theodoſij præfuit, & Cononem abbatem Sabæ: qui duo cum ob virtutis ſuæ præſtantiam, tum ob amplitudinem monaſteriorum, quibus præerant, facile primas inter monachos ſolitudinem incolentes obtinuerunt. Eos comitati ſunt etiam alij illic dignitate non multo inferiores. Hi potiſſimum de Origenis dogmatis, de Euagrio & Didymo diſceptationem inſtituerunt. Theodorus autem Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, iſtos ab ea diſceptatione ad aliam traducere cupiens, cauſam Theodori Epiſcopi Mopſueſtiæ, & Theodoriti, & Ibæ introducit: idque non ſine Dei clementiſſimi prouidentia, qui omnes illas res tam præclare adminiſtrauit, ad eum ſane finem, vti omnis profana & impia doctrina vtrinque reiiceretur. Primo igitur quæſtione propoſita, ſitne mortuis

Eutychij ſententia, licere etiã in mortuos anathema mittere.

anathema denunciandum, an non, Eutychius, qui tum aderat, vir in Sacris literis exquiſite eruditus, non tamen in numero Illuſtrium (quippe iam tum munere functus eſt pro Epiſcopo Amaſiæ reſpondendi) viuente adhuc Mena, cum eos qui in vnum coacti erant, non

E

ſolum non ſapere, ſed deſipere potius animaduerteret, aperte quæſtionem illam nulla egere deliberatione dixit. Nam Ioſiam regem non modo ſacerdotes, qui dæmones colebant, quibuſque vita adhuc ſuppetebat, trucidaſſe: ſed eorum etiam ſepulchra, qui iam pridem mortem obierant, effodi curaſſe. Hæc ab Eutychio dicta accommodate omnibus videbantur. Quæ cum Iuſtinianus intellexiſſet, Eutychium, ſtatim vt mortuus fuit Menas, ad ſedem Epiſcopatus Conſtantinopolitani extulit. Vigilius autem per literas conſenſit concilio, non tamen intereſſe voluit. Cum vero Iuſtinianus à concilio iam coacto ſciſcitaretur, quid de Theodoro, quid de his quæ Theodoritus contra Cyrillum & duodecim illius de fide capita diſſeruiſſet, quid denique de epiſtola Ibæ ad Marim Perſam ſcripta ipſis videretur: vbi multæ ſententiæ Theodori perlectæ erant, perſpicueque demonſtratum, iam pridem Theodorum condemnatum fuiſſe, & eius nomen ex ſacris tabulis deletum, & hæreticos poſt mortem etiam condemnari

F

oportere, non Theodoro ſolum, verumetiam verbis Theodoriti contra duodecim capita Cyrilli & ſanam veramque fidem habitis, & epiſtolæ Ibæ ad Marin Perſam ſcriptæ omnibus, vt dicitur, ſuffragiis anathema denunciarent, hæcque proferrent verba: *Quoniam à magno Deo & Seruatore noſtro Ieſu Chriſto, vt eſt in Euangelij parabola, dictum eſt*, &c. Et paulo poſt: *Condemnamus & anathemate addicimus non ſolum alios omnes hæreticos, qui ſunt à quatuor ſanctis prædictis conciliis, & à ſancta Catholica Eccleſia condemnati, verum etiam Theodorum Epiſcopum Mopſueſtiæ, & impios eius libros, & impia ſcripta Theodoriti, tum fidem veram, & duodecim ſanctiſſ. Cyrilli de fide capita, tum ſanctum Concilium Epheſinum primum impugnantia, & quæcunque ab eodem Theodorito pro defenſione Theodori & Neſtorij literis prodita ſunt.* Præterea anathemate etiam damnamus impiam epiſtolam Ibæ ad Marin Perſam ſcriptam. Atque aliis quibuſdam interpoſitis, quatuordecim veræ & ſinceræ fidei capita expoſuerunt. De quibus rebus ſic actum accepimus. Poſtquam autem libelli ab Eulogione, Conone, Cyriaco, & Pancratio monachis contra dogmata Origenis Adamantij, & eos qui huius impietatem & errorem ſequebantur, concilio oblati erant, percunctatur Iuſtinianus à concilio congregato, quid de his ſtatueret? adiungit etiam eodem libelli vnius exemplar, quinetiam literas Vigilij de iiſdem rebus perſcriptas. Ex quibus animaduerti poteſt, quemadmodum elaboratum fuerit ab Origene, vt ſimplicem Apoſtolicorum dogmatum doctrinam gentilium & Manichæorum zizaniis refarciret. Itaque vbi contra Originem & eos, qui in eodem cum illo errore verſati ſunt, clamores editi fuerunt, res relata eſt ad Iuſtinianum per epiſtolam, cuius pars aliqua his verbis continebatur: *Qui animum nobilitatis antiquæ participem tenes, Imperator Chriſtianiſſime.* Et paulo infra: *Fugimus igitur, fugimus iſtam doctrinam. Nam voces eorum, qui ſunt ab Eccleſia alieni, non agnoſcimus, imo vero ſi quis talis ſit, eum vt furem & latronem vinculis firmis anathematis conſtrictum extra ſacra Eccleſiæ mœnia eiicimus.* Ac poſt adiungunt iſta: *Actorum noſtrorum vim ex eorum lectione*

H

facile intelliges. His adiunxere capita, quæ patroni dogmatum Origenis didicerant: quæ non eorum ſolum conſenſum, verumetiam diſſenſionem, atque ideo multiplicem errorem perſpicue declararunt. Quorum quintum caput fuit blaſphemiarum, quæ ex perſona nonnullorum monachorum nouum monaſterium incolentium proferebantur, quod ita ſe habet: *Theodorus, qui Aſcidas dicitur, Epiſcopus Cæſareæ dixit, Si iam Apoſtoli & martyres qui miracula edunt, in tanto honore ſunt, quæ tandem erit illis reſtitutio in vltima carnis reſtitutione, niſi pares & æquales Chriſto efficiantur:* Recenſebantur porro ab illis qui has res ſtudioſi ad modum collegarunt, complures Didymi, Euagrij, Theodori, aliæ blaſphemiæ. Poſt iſtud concilium aliquo temporis interuallo interiecto, Eutychius ſede Epiſcopatus Conſtantinopolitani expellitur, Ioannes ex Sirme ortus

Anathemate damnata quorundam Epiſcoporum ſcripta.

14. Articulos fidei intelligit.

G

Aduerſus Origenem & ſectatores eius.

Blaſphema vox Theodori in ſanctos martyres.

eſt

A

(eſt quidem Sitimis pagus Cynegicæ regionis Antiochiæ finitimæ) in eius locum ſubrogatur.

CAPVT XXXVIII.

Quod Iuſtinianus à recta fidei cultura excidens, Domini corpus omnis prorſus corruptionis expers eſſe contendebat.

Vide Niceph. c. 39. l. 17. Bar. anno 563. n. 8. 9. &c. *Iuſtinianus à recta fidei cultura excidit.*

EOdem tempore Iuſtinianus à recta ſanæ doctrinæ via auerſus, & ſemitam ingreſſos, quam nec Apoſtoli neque Patres vnquam triuerant, in ſpinas & tribulos delapſus eſt, quibus Eccleſiam farcire inſtituens, id quod volebat minime eſt propterea conſecutus, quod Dominus regiam viam ita firmis muniimentis ſepſerat, vti homicidæ in eam, perinde ac ſi paries eius inclinatus, & maceries depulſa fuiſſet (in qua re expleta eſt quidem prophetia) minime inſilirent. Itaque cum Ioannes, qui etiam Catelinus dicebatur, mortuo Vigilio antiquæ Romæ, & Ioannes Sirimenſis nouæ, & Apollinarius Alexandriæ, & Anaſtaſius poſt Domninum Antiochiæ, & Macarius qui ad propriam ſedem iam reſtitutus fuit, Hieroſolymorum Epiſcopatum gubernaret, vbi concilium Origeni, Didymo & Euagrio poſt Euſtochij abdicationem anathema denunciauerat, Iuſtinianus edictum ſcripſit: in quo aſſeruit, Corpus Domini non eſſe obnoxium internecioni, neque affectionum illarum quæ naturaliter inſitæ ſunt, inque nullam incurrunt reprehenſionem, particeps eſſe, & Dominum eodem modo ante paſſionem comediſſe, quo poſt reſurrectionem comedit, & corpus eius ſanctiſſimum nullam conuerſionem mutationemve vel ex formatione, quæ in matrice facta eſt, vel ex voluntariis naturalibuſve affectionibus accepiſſe, imo ne poſt reſurrectionem quidem: quibus opinionibus vt ſacerdotes & Epiſcopi vbique aſſentirentur, compellere inſtituit. At omnes ſe Anaſtaſij Epiſcopi Antiochiæ ſententiam expectare reſpondendo, primum illius conatum depulerunt.

B

Iuſtiniani ſuper Domini corpore error.

C

CAPVT XXXIX.

De Anaſtaſio Antiocheno Archiepiſcopo.

Vide Niceph. c. 40. l. 17. Bar. ann. 563. n. 9. 10. & ſeq. *Antiochia Epiſcopus Anaſtaſius quomodo ingenium ſuum temperarit.*

ANaſtaſius, vir quidem erat cum in Sacrarum literarum cognitione apprime diſertus, tum in moribus & tota vitæ ratione adeo exquiſitus, vt etiam rerum leuicularum magnam curam haberet, inque illis ne à conſtanti & ſtabili animi ſui propoſito decedere vellet, ne dum in rebus maximi momenti & ponderis, & quæ ipſum Deum viderentur attingere. Quinetiam ita ſuum temperauit ingenium, vt neque propter lenitatem animi, atque comitatem, nimis facile his rebus quæ minus rationi conſentientes erant, crederet, neque propter ſeueritatem & inclementiam ægre his quas recta ratio poſtulabat, aſſentiretur. Ac rebus ſeriis audiendis eius patebant aures, & vt ſermone profluens, ita in quæſtionibus diſſoluendis acutus & perſpicax. Rebus autem ineptis & nullius momenti occluſit aures: linguam vero ſic quaſi freno cohibuit, vt & ſermonem ratione moderaretur, & ſilentium loquela præſtabilius efficeret. Iſtum tãquam turrem munitiſſimã oppugnare omni machinarum genere aggreſſus eſt, illud ſcilicet complectens animo, ſe, ſi iſtum euerteret, nullo labore ciuitatem totam occupaturum, recta fidei dogmata redacturum tanquam in ſeruitutem, & oues Chriſti denique captiuas ab Eccleſia abducturum. Verum Anaſtaſius ſic diuina quadam animi celſitate elatus fuit (nam ſupra firmam fidei petram conſtitit) vt Iuſtiniano per literas ſuas libere & aperte contradiceret, tum perſpicue admodum, tum diſerte oſtenderet, diuinos Apoſtolos, & ſanctos Patres confeſſos eſſe, atque adeo tradidiſſe, corpus Domini internecioni obnoxium eſſe, & affectionum, quæ ſunt natura in animia impreſſæ, quæque reprehenſione carent, particeps. Eodem modo etiam monachis Maioris & Minoris Syriæ eius de hac re ſciſcitantibus ſeorſum, reſpondit: Omnes confirmauit mentes, ad certamen ineundum præparauit: in Eccleſia denique lectitauit quotidie illam Pauli, vaſis electionis ſententiam: Si quis vobis Euangelizauerit, præter id quod accepiſtis, etiam ſi Angelus de cœlo ſit, anathema eſto. Quibus omnes, paucis exceptis, aſſenſi, ſimile ſtudium erga fidei defenſionem declararunt. Idem porro Anaſtaſius cum accepiſſet, Iuſtinianum velle illum in exilium mittere, ſcripſit ad Antiochenos orationem, qua eorum animos in fide confirmaret: quæ certe tum ob ſermonis elegantiam, tum ob crebritatem ſententiarum, tum ob teſtimoniorum à Sacris literis petitorum frequentiam, tum denique ob hiſtoriam, quæ tam commode in ea narrata eſt, optimo iure ſane permagni facienda eſt.

D

Anaſtaſius conſtanter impugnat Iuſtiniani ſententiã de Domini corpore.

E

Galat. 1.

Anaſtaſij λόγος *πρὸς τοὺς* ... (marginal note partly illegible)

CAPVT XL.

De Iuſtiniani morte.

F

Vide Niceph. c. 41. l. 17. Bar. ann. 565. n. 1. & ſeqq. *Iuſtiniani obitus ann. 565.*

VErum Iuſtiniani edictum diuina prouidentia, qua melius nobis proſpectum fuit, minime diuulgatum eſt. Nam Iuſtinianus, qui Anaſtaſio & ſuis ſacerdotibus exilium indixerat, ex improuiſo perculſus, cum triginta octo annos integros & menſes octo regnaſſet, ex luce migrauit.

EVAGRII SCHOLASTICI, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ

LIBER V.

Iuſtinus 2. Imp. G an. Chriſti 565.

Quintus liber continet acta ſub Iuſtino ſecundo, & Tiberio annis octodecim. Huc igitur refer ex authoribus ad Euſebij lib. 1. & ſupra relatis vitam Pontif. Rom. Benedicti, Pelagij, Gregorij Magni: his adde tomos Concil. & Hæreſ. Item rerum Rom. ſiue Annalium Conſtantinop. lib. 17. Blondum, Pomponium Lætum, Iornandem, Procopium, Agathium, Paul. Diac. Æmilium, Antonium Ioannem Maiorem, Polydorum Virgil. & Michaëlem Ritium.

CAPVT PRIMVM.

De Iuſtini creatione & eius moribus.

H

Vide Niceph. c. 33. l. 17. Bar. ann. 565. n. 1. & ſeq. an. 566. n. 1. 5 & ſeqq. an. 556. n. 1. 2. 3. *Iuſtinus imperatoria purpura induitur. Mandatũ Iuſtini.*

IVSTINIANVS igitur cum omnia omnino turba ac tumultu compleuiſſet, mercedemque his rebus debitam in extremo vitæ ſuæ tempore reportaſſet, ad ſupplicia iuſte Dei iudicio apud inferos luenda profectus eſt. Iuſtinus autem ſororis eius filius, qui præfectus palatij fuit, purpura induitur Imperatoria, cum nemo præter ſuos, vel Iuſtinianum mortem oppetiuiſſe, vel eum Imperatorem declaratum eſſe, vſque eo intelligeret, quoad in circo munera, quæ ius imperij poſtular, tum ipſe exequeretur, tum alij ei præſtarent. Itaque his rebus confectis, cum nemo omnino eſſet, qui nouis rebus ſtuderet, ad aulam reuertitur. Ac primum dat mandatum, vt omnes Epiſcopi & ſacerdotes, qui ex omnibus locis in vnum Conſtantinopoli conuocati erant, ad ſuas ipſorum dimitterentur ſedes, vti conſuetos cultus Deo ſancte religioſeque adhiberent: nemoque quicquam quod

ad

A

ad fidem pertineret, nouare molitetur. Atque iſtud eius factum in laude quidem ponendum eſt. Verum quod ad vitæ eius rationem attinet, delitiis ſeuera diffluxit & mollitie, in voluptatibus obſcœnis volutatus, alienæ pecuniæ adeo ardenter appetens, vti omnia iniqui quæſtus gratia diuenderet; imo vero etiam ipſa ſacerdotia, diuinum numen minime reuerens, plebeiis hominibus venalia palam exponeret. Quinetiam audacia & timiditate duobus vitiis contrariis iteretims, primum Iuſtinum cognatum, virum in magna gloria apud omnes, tum ob rerum bellicarum vſum, tum ob alia ornamenta, iam circiter Danubium ideo commoratum, vt Abaros, ne eo flumine traiecto in fines Romanorum irrumperent, prohiberet, ad ſe accerſit. Iſti Abari ſunt ex gente Scytharum, qui Hamaxobij dicuntur, quique agros vltra Caucaſum iacentes accolunt, oriundi. Qui Turcas vicinos ſuos, ab illis grauibus affecti incommodis, cum omnibus ſuis fugientes, primum ad Boſphorum venerunt: deinde littoribus, Euxini Ponti relictis (vbi multæ gentes barbaræ habitabant illæ quidem, ſed vrbes & caſtella à Romanis incolebantur, atque eo tum nonnulli milites rude donati adnotauerant, tum coloniæ erant de Imperatorum ſententia deductæ) recto itinere contenderunt, omnibus barbaris qui ante pedes erant vſque eo expugnatis, quoad Danubij ad littora peruenirent: vnde legatos miſerunt ad Iuſtinianum. Ex eo loco Iuſtinus acceſſebatur, eo nomine videlicet, vti conditionibus inter ipſum & Imperatorem Iuſtinum pactis frueretur. Nam quoniam ambo in ſimili vitæ ſplendore poſiti videbantur, & imperium ad vtrunque ſpectaret, poſt magnam de rerum ſumma diſceptationem & controuerſiam conuenit inter eos, vt vter illorum ad Imperij honorem aſcenderet, alteri deferret ſecundas, eatenus quidem, vti licet ſecundas ab Imperatore, præ cæteris tamen omnibus primas obtinuerit.

Plin. lib. 4. c. 12. *Abarorũ ortus. Abari Turcas fugiunt.*

Iuſtini Imperatoris cognatus.

B

CAPVT II.

De Iuſtini cognati ſui occiſione.

C

Vide Niceph. c. 34. l. 17. Bar. anno 567. n. 3. *Simulatio Imperatoris. Imp. cognatum in ſummis miſeriam & in modum interemit.*

QVapropter Iuſtinus Imperator beneuolentia quadam fronte ſimulata alterum Iuſtinum complectitur, & criminibus paulatim contra eum confictis, & ſatellitibus, militibus, prætorianis ac ſtipatoribus ab eo remotis, vetat, quo minus in publicum prodiret (domi enim aſſidue ſe continuit) & tandem mandat, Alexandriam tranſportandum. In qua vrbe nocte intempeſta, eum iam decumberet in lecto, miſerandum in modum interemptus eſt: iſtsque mercede tum ob beneuolentiam in Remp. tum ob res præclare in bello geſtas remuneratur. Atque non prius Imperatoris, eiuſque coniugis furor & iracundiæ flamma reſtincta fuit, quam caput eius ceruicibus abſciſſum oculis cernerent, inque illud calcibus inſultarent.

CAPVT III.

D

De execrabilibus Addæo & Ætherio.

Vide Niceph. c. 34. l. 17. Bar. præd. ann. *Ætherij & Addæi interitus.*

NOn longo tempore poſt, Æthetium & Addæum vtrunque ex ordine ſenatorio, qui principem locum apud Iuſtinianum diu tenuerant, in iudicium ob piaculum quoddam adducit Iuſtinus. Quorum alter, Ætherium dico, confeſſus eſt ſe animo inſtituiſſe, Imperatorem veneno conficere, habuiſſeque Addæum illius conatus ſocium & in omnibus adiutorem. Verum Addæus graui cum iureiurando affirmat, ſe iſtius rei prorſus ignarum eſſe. At vterque tamen ſecuri percuſſus eſt: atque Addæus, cum iam caput abſcinderetur, dixit ingenue, ſe licet falſo de iis rebus eſſet accuſatus, iuſta tamen debitaque à Deo facinoris cuiuſque contemplatore & vindice ſibi inflicta ſupplicia. Theodorum namque aulæ præfectum ſe præſtigiis quibuſdam è medio ſuſtuliſſe. Cæterum iſta itane ſe habeant, an ſecus, non poſſum equidem pro certo affirmare. Attamen vterque ſceleſtus fuit: quippe Addæus inſano puerorum amore exarſit: Ætherius autem nullum calumniæ genus prætermittens, tum viuos, tum mortuos nomine aulæ Imperatoriæ, cui regnante Iuſtiniano præfuit, fortunis ſpoliauit. Atque hæ res hunc habuere exitum.

Quod differtur, nõ aufertur.

E

CAPVT IV.

De fidei edicto, quod Iuſtinus ad Chriſtianos vbicunque ſcribendum curauit.

Vide Niceph. c. 15. l. 17. Bar. ann. 566. n. 3. &c. Ioan. 14.

POrro autem edictum omnibus vbique Chriſtianis à Iuſtino ſcriptum fuit, his fere verbis: *In nomine Domini Ieſu Chriſti Dei noſtri, Imperator Cæſar, Fl. Iuſtinus: fidelis in Chriſto, Manſuetus, Max. Beneficus, Alamanicus, Gothicus, Germanicus, Anticus, Francicus, Erulicus, Gepidicus, Pius, Fortunatus, Glorioſus, Victor, Triumphator, ſemper Auguſtus. Pacem meam do vobis, inquit Chriſtus Dominus, verus Deus noſter: pacem meam relinquo vobis, idem Dominus omnibus hominibus prædicat. Atque iſtud aliud nihil eſt, quam vt credentes in eum, ad vnam eandemque Eccleſiam ſe conferant, in recta Chriſtianorum fide ipſi inter ſe conſentiant, eoſque qui ei contradicunt, opinionemve aduerſariam conſectantur, penitus deteſtentur. Eſt enim prima omnibus hominibus ſalus, ingenua veræ fidei confeſſio. Quocirca nos, tum præceptis Euangelicis, tum ſancto ſymbolo, id eſt, doctrinæ ſanctorum patrum obſequentes, hortamur omnes, vt ad vnam eandemque Eccleſiam & diſciplinam ſe recipiant, credentes in Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, Trinitatem conſubſtantialem, vnam deitatem, id eſt, naturam & ſubſtantiam, ratione & reipſa vnam, vnam potentiam & facultatem vnam in tribus perſonis glorificamus, in quas baptizati ſumus, in quas credimus, quibus in vnum coniungimur. Vnitatem in Trinitate, & in vnitate Trinitatem adoramus, tum diuiſionem habentem, tum coniunctionem plane admirabilem: vnitatem ſecundum ſubſtantiam, id eſt, diuinitatem, Trinitatem ſecundum proprietates, id eſt, perſonas (Diuiditur enim ratione, vt ita dicam, indiuidua: coniungitur autem diuidua. Siquidem diuinitas, vnum eſt in tribus, & tres in vnum in quibus eſt diuinitas, vel, vt accuratius dicam, quæ ſunt ipſa diuinitas) Deum Patrem, Deum Filium, Deum Spiritum ſanctum: quandoquidem ſingula perſona per ſe conſideramus, mente, ea quæ ſeiungi non poſſunt, ſeiungente, Deum nouerimus tres eſſe perſonas, quæ in vnum motu & natura, vt ita dicam, identitate coniuncta intelliguntur. Nam oportet & vnum confiteri Deum, & tres perſonas, ſiue proprietates prædicare. Confitemur etiam ipſum vnigenitum filium Dei, Deum verbum ante ſecula & ab æternitate à patre genitum, non factum: & in nouiſſimis diebus propter nos & propter noſtram ſalutem deſcendiſſe de cœlis & incarnatum ex Spiritu ſancto, & ex domina noſtra, ſancta & glorioſa Deipara, ſemperque virgine Maria, & natum ex ea, qui eſt æqualis Patri & Spiritui ſancto. Nam quartæ perſonæ acceſſionem, id eſt, Dei verbi incarnati, qui eſt vna perſona Trinitatis, ſancta Trinitas non admittit: ſed eſt vnus & idem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui eſt conſubſtantialis Patri ſecundum diuinitatem, nobis autem conſubſtantialis ſecundum humanitatem, paſſibilis quidem carne, diuinitate autem impaſſibilis. Non enim alium Deum verbum, qui miracula edidit, & alium qui paſſus eſt, agnoſcimus: ſed vnum & eundem confitemur Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, Dei verbum incarnatum, & vere hominem factum, & tum miracula quæ edidit, tum afflictiones, quas ſua ſponte pro noſtra ſalute carne ſuſtinuit, vnius & eiuſdem fuiſſe. Nam non homo aliquis ſeipſum pro nobis tradidit, ſed ipſe Deus verbum, qui ſine diuinitatis mutatione factus eſt homo, & ſua ſponte paſſionem & mortem pro nobis ſubiit. Quapropter dum Deum illum confitemur, non inficiamur hominem eſſe: & dum illum confitemur hominem, Deum eſſe non negamus. Vnde dum vnum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ex vtraque natura,*

F

Iuſtini pro edicto de fide Chriſtiana & ſacroſancta Eccleſiæ concordia. Salus omnium hominum prima quæ.

Trinitatis diuiſio & coniunctio.

G

H

Chriſtus quomodo Patri & nobis conſubſtantialis.

Chriſtum ſua ſponte paſſionem pro nobis ſubiiſſe.

A *tura, diuinitate & humanitate conſtare aſſerimus, non confuſionem in vnitatem introducimus. Etenim quod ſecundum noſtram naturam factus ſit homo, non deſinet Deus eſſe: neque quod Deus ſit ſecundum ſuam naturam ſimilitudinemque habeat noſtra ſimilitudinis haud capacem, homo eſſe detrectabit: ſed manet, ſicut Deus in humanitate, ſic non minus in diuinitatis præſtantia, homo. Ambo igitur in eodem, & vnus Deus pariter & homo qui eſt Emanuel. Eundem porro dum perfectum, in diuinitate, perfectum quoque in humanitate, ex quibus duabus rebus conſtat concedimus, vni eius compoſita perſona diuiſionem ſectionemve particularem non inferimus: ſed naturarum ſignificamus differentiam, quæ propter copulationem minime tollitur. Siquidem neque diuina natura mutata eſt in humanam, neque humana natura in diuinam conuerſa: ſed quia vtraque in propria natura finitione rationeque melius intelligatur, exiſtatque, idcirco copulationem factam in perſona dicimus. Copulatio autem quæ eſt in perſona, oſtendit Deum verbum, hoc eſt, vnam ex tribus perſonis in diuinitate, non hominis, qui ante extitit, coniunctum fuiſſe: ſed in*

B *vtero dominæ noſtræ ſanctæ & glorioſæ Deiparæ, & ſemper virginis Mariæ ſibi ex ea in propria perſona carnem nobis conſubſtantialem, & eiſdem nobiſcum affectionibus, peccato excepto, obnoxiam, eamque anima rationis & intelligentis participi imbutam fabricaſſe. In ſe namque propriam habuit perſonam, & factus eſt homo, & eſt vnus & idem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, eiuſdem cum Patre & Spiritu ſancto particeps gloriæ. Ac dum mente complectimur inexplicabilem eius copulationem, confitemur vere vnam naturam Dei verbi incarnatam carne, anima rationali & mentis participi imbuta. Rurſum autem cum cogitatione comprehendimus naturarum differentiam, duas naturas, nulla tamen indiuidua earum diremptione, aſſerimus. Nam in eo vtraque ineſt natura, & propterea vnum & eundem confitemur Chriſtum, vnum filium, vnam perſonam, ſiue vnam proprietatem eſſentiæ diuinæ, Deum pariter & hominem. Quocirca omnibus qui iſtis contraria vel ſenſerunt, vel ſentiunt, denunciamus anathema, alienoſque a ſancta*

Chriſtus eiuſdẽ cũ Patre & Spiritu S. gloria particeps.

C *Catholica & Apoſtolica Dei Eccleſia iudicamus. Et cum recta veraque dogmata, quæ ſancti Patres nobis tradiderunt, nobis prædicata ſint, hortamur vos omnes imo vero etiam obſecramus, vt in vnam eandemque Catholicam & Apoſtolicam Eccleſiam coaleſcatis. Nam non grauamur, licet ſimus in hoc eximio imperij gradu locati, eiuſmodi verbis pro omnium Chriſtianorum concordia & coniunctione vti, eo quidem conſilio, vti omnes vno ore laudem & gloriam Dei Opt. Max. & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti celebrent, & nemo de reliquo vlla de cauſa, vel de perſonis Trinitatis, vel de vlla ſyllaba in ea comprehenſa digladietur: quandoquidem ipſæ ſyllabæ nos ad vnam & ſynceram fidem ſententiamque ferunt, & eadem conſuetudo & modus in ſancta Catholica, & Apoſtolica Dei Eccleſia hactenus omnino firmus & minime nouatus manſit, & in vniuerſum poſterum tempus manſurus eſt.* Huic edicto quanquam conſenſere omnes, illudque, ſicut vera fides poſcit, editum dixere: membra tamen Eccleſiæ, quæ opinionum varietate diſtracta erant, minime fuerunt ad concordiam reducta. propterea quod edictum plane &

D apertis verbis ſignificauit, vnam conſuetudinem in Eccleſiis firmam & minime nouatam hactenus manſiſſe, & in poſterum tempus manſuram.

CAPVT V.

De Anaſtaſij Epiſcopi Theopolitani, id eſt, Antiocheni electione.

Vide Niceph. c. 30. l. 17. Bar. ann. 557. n. 10. 17. & ſeq. *Anaſtaſ. cur à Iuſtino ſede Antiochena*

IVſtinus porrò Anaſtaſium, his illi obiectis criminibus, primum quod ſacrum theſaurum extra modum & in nullum vſum neceſſarium profuderat, deinde quod conuitia in ipſum iecerat (Anaſtaſium enim, cum rogaretur quid cauſæ eſſet, cur ſacrum theſaurum tam effuſe abſumpſiſſet? ingenue reſpondiſſe ferunt: Ne à Iuſtino communi totius orbis pernicie diriperetur) ſede Antiochena exturbauit. Quinetiam dicitur Iuſtinum Anaſtaſio ſuccenſuiſſe, quod poſtulanti ei pecuniam, cum Epiſcopus eſſet deſignatus, Anaſtaſius dare noluit. Alia præterea crimina à quibuſdam, qui Imperatoris inſtituto, credo, inſeruire ſtudebant, ei intendebantur.

E *no ſi, conturbatus.*

CAPVT VI.

Quod Anaſtaſio ſucceſſit Gregorius Epiſcopus, & quibus moribus præditus fuerit.

Vide Niceph. c. 36. l. 17. Baron. præd. loco. *Anaſtaſ. ſucceſſor Gregorius ob poeticã facultatẽ magnam apud omnes gloriã conſequitur.* *Vita eius & moril probitas.*

POſt illum Gregorius ad ſacrum Epiſcopatus gradum elatus fuit, qui ob poëticam facultatem magnam apud omnes gloriam conſecutus eſt. Hic ineunte ætate monaſticam viuendi viam ingreſſus, adeo viriliter & excelſo animo in ea decertauit, vt cum iam primum pubeſcere inciperet, ad ſummum & perfectiſſimum gradum perueniret: præfueritque monaſterio Conſtantinopoli, in quo vitam inopem & auſteram degit. Deinde mandato Iuſtini, monaſterio in monte Syna præfectus fuit: vbi obſeſſus à barbaris Scenitis Arabibus, in grauiſſima incidit pericula. Ac cum in

F illis locis pacem conſtituiſſet, inde ad Epiſcopatum capeſſendum accerſitus fuit. Erat vir quidem, ſiue prudentiam, ſiue virtutem ſpectes, omnino præſtantiſſimus, & ad quamcunque rem animum ſuum applicaret, in ea perficienda longe diligentiſſimus: atque vt metu percelli non poterat, ſic nullo modo adduci, vt vel ſententia cederet, vel hominum pertimeſceret poteſtatem. Ita porro magnificas pecuniarum fecit largitiones (liberalitate namque & beneficentia in quemque vſus) vt cum aliquo prodiret, ingens multitudo propter eos qui illum comitari conſueuiſſent, eum ſequerentur, & qui vel viderent, vel audirent eum quopiam iturum, frequentes confluerent. Atque ad eximiam illius dignitatis amplitudinem, in qua collocatus fuit, hæc velut ſecunda adiecta fuere ornamenta, quod videlicet homines ſua ſponte inducti, tam ſæpe vel prope in eum intueri, vel verba facientem audire

G cuperent. Erat enim ad deſiderium in animis omnium, qui quacunque de cauſa, vel quocunque modo ipſum compellaſſent, inſerendum aptiſſimus: admirabilis cum primis aſpectu ſermone propter leporem iucundiſſimus: Et ſicut ad rem quampiam intelligentiæ acumine ex tempore eliciendam peracutus, ſic ad optimum conſilium capiendum, & ad iudicandum tum de ſuis rebus, tum de alienis, ſolertiſſimus. Vnde etiam euenit, vt tot & tam egregia facinora gereret, nihil enim diſtulit in craſtinum. In magnam præterea traduxit admirationem, non ſolum Imperatores Romanos, verum etiam reges Perſarum, propterea quod omnibus ita vti poterat, ſicut tum poſcebat neceſſitas, tum occaſio, quam non aliquando omiſit, poſtulabat. Cuius quidem rei ſingulæ eius res geſtæ argumento eſſe poſſunt. Erat quoque in eo multa ſeueritas, & interdum ira: non exigua rurſus, imo vero etiam permagna comitas & manſuetudo, vt illud prudens Gregorij Theologi dictum in eum optime conueniret: Seueritas ſic

Gregor. ad iudicandum ſolertiſſimus.

H cum pudore temperata fuit, vti neutra ea læderetur ab altera, ſed vtraque alterius ope maximam conſequeretur commendationem.

CAPVT VII.

Quod qui Perſarmeni dicti ſunt, ſe ditioni Romanorum tradiderunt, atque hinc bellum in Perſas ſuſceptum eſſe.

Vide Niceph. c. 73. l. 17. Bar. ann. 572. n. 22. *Armenia maior. Perſarmenia, cur ad Romanos defecerit.*

PRimo anno quo iſte Epiſcopatum adminiſtrauit, qui maiorem accolebant Armeniam (ſic enim olim appellata eſt, poſtea tamen Perſarmenia, quæ ante fuerat Romanis ſubiecta, & à Philippo, qui Gordiano ſucceſſit, Sapori prodita: atque vt Armenia, quæ minor dicitur, fuit in ditione Romanorum, ſic reliqua tota Perſis paruit) qui inquam maiorem accolebant, fidem

Chriſtia

Digitized by Google

A Chriſtianam profeſſi, quoniam à cæteris Perſis miſere, & potiſſimum religionis ſuæ gratia vexabantur, clandeſtinam ad Iuſtinum miſere legationem, ſupplicantes, vt Romanorum ſubiicerentur imperio, quo liberè, nemine impediente diuinos cultus exequerentur. Quam legationem cum Iuſtinus admiſiſſet, & quædam conditiones in literis, quas ad eos dabat, explicatæ eſſent, & ſacroſancto ac ſolenni iureiurãdo confirmatæ, Armenij ſuos ipſorum principes trucidant, & ſe cum ſuis omnibus Romano adiungunt Imperio. Quibuſcum regio finitima, in qua homines cum eiuſdem gentis, tum peregrini habitabant, vna Romanorum ditioni acceſſit, duce Vardane, qui apud eos tum ob generis & honoris ſplendorem, tum ob peritiam rei militaris facilè primas obtinuit. Itaque Iuſtinus Choſroem his de rebus eum inſimulantem hac oratione repulit: Præfinitum pacis tempus effluxiſſe, nec fas eſſe vt Chriſtiani Chriſtianos in tempore belli ad ſe confugientes deſertos eſſe patiantur. Atque Iuſtinus, tametſi iſtud dedit reſponſum Choſroi, tamen ad bellum gerendum neutiquam ſe parat, ſed conſuetis deliciis tenetur irretitus, omniaque ſuæ voluptati poſtponit.

Iuſtinũ reſponſum ad Choſroem de ſuorum defectione B componentem.

CAPVT VIII.

De Martiano duce, & obſidione Niſibis.

Vide Niceph. c. 38. l. 17.

Martianus à Iuſtino cum exercitu inepto miſſus aduerſus Choſroë. Perſas aliquos ſuperat.

INterea Martianum cognatum ſuum mittit ducem in Orientem, cui neque exercitum aptum ad præliandum, neque res alias ad bellum gerendum neceſſarias ſuppeditat: qui non ſine aperto diſcrimine & extremo de ſumma rerum periculo petit Meſopotamiam, ductis ſecum perpaucis militibus, iiſque inermibus: inter quos habuit & oſſores & bubulcos nonnullos ex numero vectigalium exemptos. Leuem igitur pugnam circiter Niſibin contra Perſas quoſdam inſtituit, reliquis Perſis nondum ad arma paratis: atque ſuperiores adeptus, obſidet ciuitatem. At Perſæ ne portas quidem occludere operæpretium putarunt, ſed exercitum Romanum turpiſſimis affectum contumeliis penitus contemnere viſi ſunt. Ac quanquam multa alia prodigia calamitates futuras portendentia viſa fuere, inter cætera tamen in ipſo belli initio vitulus recens editus viſus eſt, qui duo capita habuit ex vna ceruice excreſcentia.

C Niſibin obſidet. Vitulus biceps.

CAPVT IX.

Quod Choſroes, vbi contra Romanos Adaarmanem ducem emiſerat, qui illos magnis multiſque cladibus affecit, ipſe Niſibin profectus eſt.

Vide Niceph. c. 38. l. 17. Bar. ann. 574. n. 2.

Adaarmanes Choſroe dux.

CHoſroes, vero vbi ſatis ad bellum gerendum inſtructus fuit, Adaarmanem aliquouſque perductum trans Euphratem, qui in ditione ſua erat, mittit cum exercitu: qui eius iuſſu in fines Imperij Romani per vrbem, quæ Circeſium dicitur, irrumpit. Circeſium autem eſt vrbs Romanis opportuniſſima, in extremis oris ditionis Romanæ ſita: quæ non ſolum mœnibus firmè munita eſt ad immenſum altitudinis erectis, verum etiam Euphrate & Abota fluuiis circundata, & ab eiſdem velut inſula facta. Deinde ipſe Tigrim fluuium vna cum copiis ſuis tranſgreſſus Niſibin recta contendit. Quæ res geſtæ diu Romanos latuerunt, adeo vt Iuſtinus fame, Choſroem aut mortuum eſſe, aut ad extremum ſpiritum edendum veniſſe loquenti, fidem adhiberet: iniquoque animo & grauiter ferret, obſidionem Niſibis tardatam eſſe, miſiſſéque quoſdam qui Martianum incitarent, & claues vrbis quam primum ad ipſum adferrent. Verum vbi res minimè procedit, ſed Iuſtinus grauem ſubit turpitudinis & infamiæ notam, propterea quod in tanta & tam ampla vrbe obſidenda, cum tam abiecto præſertim exercitu rem, quam nullo modo conficere poterat, tentare videbatur, primum de ea fit certior Gregorius Epiſcopus Antiochiæ. Nam huic Epiſcopus Niſibis amiciſſimus fuit, magnis muneribus ab eo donatus, & propterea cum inſanam Perſarũ contumeliam contra Chriſtianos admiſſam, qua ſemper ferè premebantur ægrè admodum pateretur, & magnopere cuperet ciuitatem, cuius ipſe fuit Epiſcopus, in ditionẽ Romanorum venire, omnia quæ extra fines Romanorũ circiter Niſibin gerebantur, ſignificauit opportunè expoſuit. Quæ quidem Gregorius illico ad Iuſtinũ retulit, eique quam celerrimam declarauit Choſrois incurſionem. At vero ille in conſuetarum voluptatũ ſordibus volutatus, Gregorij literis neque animum attendere, neque fidem habere voluit, illud duntaxat verũ arbitratus, quod ipſe in animum induxerat. Nam hominũ intemperantium & luxu perditorum conſuetudinem imitabatur, in quorum animis ſicut ignauia inſita eſt, ita de proſpero rerum euentu nimis magna fiducia, & ſi quid contra ipſorum voluntatem acciderit, ei nolunt vllo modo fidem adiungere. Itaque ſcribit Gregorio, reſque ad ſe relatas, quaſi omnino vero non ſint reiicit. Quod ſi veræ ſint, Perſas nõ ante ſuos obſidionem occupaturos: ſin autem ante occupârent, cum magno ſuo malo diſceſſuros. Deinde mittit Acacium, hominem ſuperbum & contumelioſum ad Martianum cum hoc mãdato vt, ſi Martianus alterum pedem in ciuitatem ante intuliſſet, honoris ſui gradu eum abdicaret. Quod quidẽ factum eſt ab eo ſedulo, idque non ſine Reipubl. detrimento, quo Imperatoris mandato inſeruiret. Nam profectus ad caſtra Romanorum, Martianum extra fines imperij verſantẽ, inſciente exercitu ſpoliat dignitate. Præfecti autem manipulares & centuriones, vbi peractis vigiliis didicerant ducem ſuum de honoris gradu dimotũ, copias non vlterius ducunt, ſed clam ſe inde ſubducentes, ſparſi fugiunt, obſidione cum omnium irriſione dimiſſa. Adaarmanes igitur, qui Perſarum & Scenetarum barbarorũ ſatis magnum & validum habebat exercitum, Circeſium præteriens, res Romanorum incendio, occiſione & aliis omnibus vaſtationis generibus populatur, nec quicquã clementiæ omnino vel cogitatione cõplexus eſt, vel factis declarauit. Capit caſtella & pagos multos, nemine propterea repugnãte, primum quod copiæ Romanæ nullum ducem haberent: deinde quod militibus circiter Daras à Choſroe circumcluſis, populationes agrorum, & incurſiones abſque vllo timore fiebant. Inuadit porro Choſroes & Antiochiã per ſuos duntaxat milites (ipſe namque eò non venit) qui præter omnem ſpem inde fuere repulſi, cum tamen nemo vel pauci admodũ in ciuitate remanerẽt; cumque Epiſcopus inde fuiſſet, ſecumq; eduxiſſet ſacrum Eccleſiæ theſaurũ, propterea quod magna pars muri ceciderat, & populus, vt fit in eiuſmodi præſertim temporibus, ſeditione cõflata nouis rebus ſtudebat: quibus fugientibus vrbs deſerta relicta fuit, neque quiſquam erat, qui vel ad machinas vllas contra hoſtes fabricandas, vel ab eiſdem vllo modo reſiſtendum animum intenderet.

Gregorius Iuſtino E amiciſſimus, fruſtra tamẽ bene conſulit.

Stoliditate Iuſtini F Martiano exauthorato Romanus exercitus dilapſus Niſibin relinquit. Vide ſequens caput.

Hoſtili exercitu remoto Perſa impunè Romanorum ditiones populantur. G

CAPVT X.

De Apamea & Dare expugnatione.

Vide Niceph. c. 38. l. 17. H *Bar. præd. loco.*

Heraclea, poſtea Gagalica.

POſtea vero quam hic conatus Adaarmani minimè ſucceſſit ex ſententia, vrbe, quæ olim Heraclea, poſtea autem Gagalica nominata eſt, incenſa: Apameam, quam Seleucus filius Nicanoris habitatoribus compleuit, ciuitatem quondam beatam, temporis tamen diuturnitate multum diminutam & prope labefactatam, iter capit. At cum vrbem quibuſdam pactis conditionibus acquiſiuiſſet, quoniam ciues reſiſtere minimè poterant, muro præ vetuſtate ad terram collapſo, eam totam igni abſumpſit, & direptis omnium fortunis, & omnibus rebus contra pactas conditiones vaſtatis, & vrbe ipſa agriſque finitimis in ſeruitutem redactis, abiit: ſimulque non Epiſcopum ſolum, ſed præfectum vrbis etiam viuum ſecum abduxit. Quinetiam in itinere ſuo inde ſuſcepto grauiſſima patrauit mala, obſtante nemine aut omnino reſiſtente, pauciſſimis copiis exceptis à Iuſtino eo miſſis, quibus Magnus præfuit, qui ante menſæ Argentariæ Conſtantinopoli præfuiſſe dicebantur,

A

tut, poſtea vero vnam ex ædibus Imperatoriis Iuſtini mandato procuraſſe: quæ quidem copiæ illinc profugientes attonitæ, parum aberat, quin captæ fuiſſent. Itaque Adaarmanes his rebus confectis, ad Choſtoen ſe recipit, qui ciuitatem obſeſſam nondum expugnauerat. Hic eius copiis adiunctus, & eas effecit valentiores, & ſuorum confirmauit animos, & hoſtes denique perterrefecit. Vrbem autem offendit vallo circumdatam, & aggerem ingentem propè mœnia factum, & machinas ad vrbes capiendas accommodatas, & catapultas, tela ex locis ſuperioribus commodè iacientes, quæ vulgo baliſtæ vocantur. Quibus rebus adiutus Choſtoes, vrbem tempore hyberno vi capit, Ioanni Timoſtrati filio, qui ei præerat, nulla curam ad hoſtem propulſandum ſuſcipiente, imo vero eam prodente. Vtrumque enim dicitur. Obſederat autem vrbem Choſtoes amplius quinque menſes, nemine reſiſtente. Omnibus igitur è ciuitate promiſcuè eductis, & quibuſdam miſerandum in modum ibi interfectis, quam plurimis autem viuis captis, vrbem vtpote ſibi ſuiſque opportunam, præſidio muniuit, ipſéque domum regreſſus eſt.

Daræ expugnatio. Proditor Ioannes.

B

CAPVT XI.

Quod Iuſtinus Imperator cum in phrenitidem incidiſſet, Tiberius totius imperij adminiſtrationem capeſſit.

Vide Niceph. c. 39. l. 17. Bar. ann. præd an n. 1. & an. 578. n. 1.

Iuſtini phreneſis.

HIs rebus auditis, Iuſtinus præ nimia inſolentia ac ſuperbia ſanitate animi & prudentia ex mentis domicilio exturbata, caſum qui acciderat, multo acerbius, quam humana fert conſuetudo, tulit: indeque in morbum, quam Græci [illegible] vocant, id eſt, mentis alienationem & inſaniem incidit, adeo vt de cætero rerum quæ gerebantur, nullum omnino ſenſum haberet. Itaque Tiberius genere Thrax, qui facile primas apud Iuſtinum obtinuit, Reipubl. capeſſit adminiſtrationem. Hunc Iuſtinus, ingenti collecto exercitu, ad congrediendum cum Abaris jam pridem miſerat Qui quidem, militibus aſpectum barbarorum haud ferentibus, parum aberat quin captus fuiſſet, niſi diuina prouidentia eum præter omnium opinionem ſeruaſſet, & in fines imperij Romani reduxiſſet incolumem: quippe temerariis Iuſtini inſtitutis obſecutus, ipſe cum tota Romana Republic. in periculum venit penitus intereundi, & amplum imperij Romani decus barbaris concedendi ad occupandum.

Tiberius imperij præfectus.

Iuſtini temeritas.

CAPVT XII.

Quod Traianus ad Choſroem legatione fungens, res Romanorum in integrum reſtituit.

Vide Niceph. c. 19. l. 17. Bar. ann. 575. n. 13 & 14.

Trajanus legatus Sophiæ Imperatricis ad Choſroem.

D

PRoinde initum eſt maturè conſilium rebus Romanis peropportunum & accommodatum, quo illud quod temeritate peccatum erat, in integrum reſtitutum eſt. Nam mittitur ad Choſroem Trajanus, vir eximius, ex ordine ſenatorio, magno in honore ab omnibus tum ob canos, tum ob ſingularem prudentiam habitus, non ex perſona Imperat. aut Reip. legationem obiturus, ſed pro Sophia duntaxat Imperatrice verba facturus. Nam ſcripſit illa literas ad Choſroem, quibus apud illum de viri calamitate déque Rep. principe orbata conqueſta eſt, & quod non oporteat illum in mulierem viduam in Imperatorem iacentem & afflictum, in Remp. deſertam opéque deſtitutam impetum facere. Nam ij olim morbo diuexato non modo parem benignitatem declaratam, verum etiam optimos quoſque medicos à Repub. Romana ad ipſum miſſos, qui eum morbo leuarent. Quibus verbis perſuaſus fuit Choſroës: & quanquam in res Romanorum extemplo erat incurſionem facturus: tamen ad triennium paciſcitur inducias pro partibus verſus Orientem, ſimulque decretum fuit, vt Armenia ſimili frueretur conditione, nullumque bellum ibi gereretur, ne quiſquam partibus ad Orientem vergentibus quicquam faceſſeret moleſtiæ. Dum hæc geruntur in Oriente, Sermium oppidum à barbaris capitur: quod quidem fuerat iam olim à Gepidis occupatum, poſtea ab iiſdem Iuſtino traditum.

Choſroes verbis Imperatricis obtēperat.

E

CAPVT XIII.

De cooptato in imperium Tiberio & moribus eiuſdem.

Tiberius Imp. ano. Chriſt. 576. Vide Niceph. c. 40. l. 17. item l. 18 c. 1. Bar. ann. 578. n. 2. & ſeqq.

Tiberius Cæſar declaratur.

INterea temporis Iuſtinus de conſilio Sophiæ Tiberium Cæſarem declarat taliaque verba in eo declarando locutus eſt, qualia à nulla hiſtoria vel vetere vel recentiore ſunt omnino commemorata, Deo vidalicet propitio ei tempus largiente tum ad ſua ipſius peccata confitenda, tum ad explicanda ea, quæ ex vſu Reipublic. forent. Nam cum Ioannes Epiſcopus vna cum ſuis, cumque principes ac magiſtratus, cum denique milites prætoriani in atrio ſub dio, vbi eiuſmodi negotia de more inueterato agi ſolent, in vnum cogerentur: Iuſtinus Tiberium tunica induens Imperatoria, & læuâ circumueſtiens, ſic clara voce locutus eſt: Ne te in errorem inducat veſtis ſplendor, neq; illuſtris ornatus iſtarum rerum, quæ ſub aſpectum cadunt, decipiat: quibus ipſe in fraudem impulſus imprudens meipſum grauiſſimis ſupplicijs obnoxium reddidi. Itaq; tu in Rep. ſumma cum manſuetudine & animi lenitate regenda, mea vitia præſtato. Atque digito magiſtratus demonſtrans: Non oportet, inquit, horum conſiliis morem gerere: nam hi me in iſtas, quas cernis, miſerias deduxerunt. Aliaque eius generis protulit verba, quæ omnes cum in maximam traduxere admirationem, tum ad immenſam vim lachrymarum profundendam impulere. Erat iſte Tiberius corpore maxime procero & robuſto, & pulchritudinis excellentia omnium opinione maior, adeo vt non regibus ſolum & Imperatoribus, ſed omnibus etiam hominibus facile præſtaret. Ac primum quod ad corporis formam attinet, ea principatu planè digna fuit: quod autem ſpectat ad animum, illum manſuetudo & benignitas exornarunt primo ipſo aſpectu omnes videbatur ad ſe diligendum inuitare. Diuitias eas putauit, quæ cuique ſatis eſſent ad largiendum, non ſolum ad neceſſitatem, verum etiam ad affluentiam. Nam non iſtud modo conſiderabat, quod, qui opis indigeant, illis beneficia accipienda ſint: ſed quod Imperatorem Romanum deceat liberaliter dare Aurum vero adulterium exiſtimauit, quod cum ſubiectorum lachrymis collectum eſt. Qua re inductus, tributum vnius integri anni vectigalibus condonat. Quinetiam prædia, quæ Ardamanes tributis impoſitis fere labefactauerat, quaſi in libertatem vindicauit: & non modo damnum pro eius magnitudine, ſed etiam cum fœnore ſarcinit. Atque iniquas largitiones, pro quibus alij Imperatores ſuos ſubiectos magiſtratibus pro libidine abutendos exponere, & quodammodo diuendere conſueuerant, remiſit: cauitque per leges ne quid eiuſmodi in poſterum committeretur.

Iuſtini

F

verba Tiberium inauthorantis. Tiberius qualis fuerit.

G

Tiberij leges.

CAPVT XIV.

Quod Tiberius Imperator coacto magno contra Choſroem exercitu illum, ductore militum Iuſtiniano, ab Romanorum ditione repulit.

H

Vide Niceph. c. 2. l. 18 Bar. ann. 579. 3. 4. &c.

Tiberij contra Choſroem exercitus.

IDem Tiberius, cum pecuniam malè & iniquè partam ita collocaſſet, ſicut ratio & æquitas poſtulabat, res ad bellum faciendum neceſſarias parare, ingentem cogere exercitum virorum facilè præſtantiſſimorum tam ex gentibus tranſalpinis circiter Rhenum Incolentibus, quam ex ciſalpinis, quinetiam ex Maſſagetis, aliiſque ex genere Scytharum, ex Pæonia præterea, Myſia, Illyria & Iſauria collectorum, adeo vt prope centum quinquaginta turmas equitum lectiſſimorum inſtructas haberet; quorum ſubſidio Choſroem, qui ſtatim poſt Daras expugnatas, tempore æſtiuo in Armeniam inuaſerat, Indéque iter verſus Cæſaream vrbē Cappadociæ primariam ſuſceperat, penitus profligauit. Iſte Choſroes tam inſolenter ſe geſſit aduerſus imperium Romanum, vt cum Imperator legatos ad

Iuſtinianus dux Tiberij.

com

A

eum miſiſſet, illis ne ſe quidem adeundi poteſtatem facere dignaretur, ſed iuberet eos Cæſaream vſque ſequi. Ibi namque ſe conſilium de eorum legatione initurum dixit. Poſtquam vero exercitum Romanum ex aduerſo ſibi occurrentem & à Iuſtiniano fratre Iuſtini, qui tam miſerabiliter interfectus fuit, gubernatum, & armis firme munitum, & tubas claſſicum canentes, & ſigna ad pugnam ſublata, & milites acutè vociferantes, & in acie pulchro ordine locatos iram & furorem anhelantes, & tantum ac tam egregium equitatum, quantum nemo aliquando ex Imperatorum numero vel ipſa cogitatione conceperit, animaduertit: vehementer obſtupefactus, præ re tam inſperata inexpectataque ex intimo pectore ingemuit, & prælium exordiri noluit. Eum igitur pugnam differentem, cunctantem, terentem tempus, & callide ludificantem Curs Scytha, qui dextro cornu exercitus Romani præfuit, adortus eſt: & cum Perſæ impetum eius ferre non poſſent, ſed aciem penitus desererent, Curs magnam cædem hoſtium fecit. Poſtremum agmen à tergo inuadit, vbi apparatus tum Choſrois, tum totius exercitus locatus fuit. Capit theſaurum Regis vniuerſum, & omnem præterea apparatum bellicum, idque Choſroe inſpectante toleranteque, atque hoc potius perpetiendum arbitrante, quam Curs impetu facto in ipſum irrueret. Curs igitur cum ſuis magna pecuniæ vi & multis ſpoliis potitus eſt: iumenta cum ſarcinis, inter quæ ignis fuit, quem pro Deo coluit Choſroes, abducit: atque Perſarum exercitu repulſo, lætum pæana canens, ſub crepuſculum redit ad ſuos, qui iam ſtationes, in quibus ordine locabantur, reliquerant. Et adhuc neque Choſroes, neque illi præliari cœperant, ſed quædam duntaxat velitares pugnæ factæ ſunt, ſicubi ſinguli ex vtroque exercitu, vti fieri ſolet, cum ſingulis congrederentur. Choſroes autem ingenti rogo noctu accenſo, prælium nocturnum inſtituit. Ac cum Romani duos haberent exercitus, illum: qui verſus Septentrionem erat, intempeſta nocte adoritur. Quo repente & de improuiſo pedem referente, Meletinam

Choſroes obſtupefactus prælium exordiri detrectat. Curs Scytha dux Tiberij exercitũ Choſroes

B

fundit & impedimẽta ſpoliaque capit.

C

vrbem ſitam in proximo, præſidiis nudatam atque prorſus deſertam a ciuibus, inuadit, qua igne abſumpta, parat ſe ad fluuium Euphratem traiiciendum. Vbi vero copiæ Romanorum in vnum coactæ eum ſequi cœperunt, ipſe metuens de ſalute ſua, conſcenſo elephante, fluuium tranſmittit: magna autem pars exercitus ſui tranando flumine vndis obruta eſt. Quam, ſubmerſam cum accepiſſet, mature deceſſit. Itaque Choſroes hoc poſtremum ſupplicium pro inſana temeritate contra Romanos admiſſa luens, vna cum ſuis, qui ſupererant, in Orientem reuertit. Ibi autem pactas habuit inducias, ne quis eum inuaderet. Iuſtinianus vero incurſione cum toto exercitu in fines ditionis Perſarum facta, tota hyeme ibi commoratus eſt, nemine quicquam omnino ei exhibente moleſtiarum. Circiter vero ſolſtitium æſtiuum redit, nulla parte exercitus amiſſa: atque in finibus, quibus Romanorum & Perſarum imperium terminatur, cum magna vitæ proſperitate & rerum geſtarum gloria, totum æſtatis tempus contriuit.

Acta ſũt hæc anno 578.

D

CAPVT XVI.

Quod Choſroes, cum ſe ſuperatum pugna dolenter tuliſſet, mortuus eſt, filio ſuo Hermiſda Perſarum Imperio relicto.

Choſroes autem ingenti doloris cumulo oppreſſus animo fracto & ancipiti, cura debilitato languens, crebris denique & variis ægritudinis fluctibus demerſus, miſerandum in modum interiit: ac legem quam ſcripſit, ne rex Perſarum in poſterum contra Romanos arma ferret, velut ſempiternum ſuæ fugæ monimentum poſt ſe reliquit. Quo extincto, Ormiſdes eius filius regnum capeſſit: de quo in præſentia omitto dicere, quandoquidem res deinceps exponendæ me ad ſe vocant, & ſermonis noſtri curſum eo transferri expectant.

Vide Niceph. c. 2. l. 18. Bar. præd. loco. *Choſrois interitus. Ormiſdes Patri Choſroi ſuccedit.*

E

CAPVT XVI.

Quinam tum temporis præcipuarum Eccleſiarum Epiſcopi fuerint.

Cum Ioannes, qui alio nomine Catelinus dicebatur, ex vita migraſſet, Bonoſus Epiſcopatus Romani ſuſcipit gubernacula: cui ſucceſſit Ioannes alter, hunc rurſus ſecutus eſt Pelagius. Epiſcopatum autem Conſtantinopolitanum poſt Ioannem Eutychius, qui etiam antea eundem rexerat, capeſſit. In ſedem vero Alexandrinam, Apollinario mortuo, Ioannes ſucceſſit: poſt quem Eulogius. Ad Epiſcopatus Hieroſolymitani gradum poſt Macarium aſcendit Ioannes, qui in monaſterio, ἀκοιμήτων dicitur, vitam valde inopem & auſteram tranſegerat: cuius temporibus nihil in ſtatu Eccleſiæ nouatum fuit.

Bonoſus Anaſtaſio Benedictus vocatur. Epiſcopi quis?

F

CAPVT XVII.

De terræmotu Antiochiæ regnante Tiberio.

Antiochiæ porro & Daphnæ, quæ eſt illi finitima, ad tertium annum imperij Tiberij Cæſaris tam ingens terræmotus in ipſa meridie extitit, vt Daphnæ tota eius vi & impetu concideret, & Antiochiæ ædificata tam publica quam priuata ad terram vſque diſrumperentur illa quidem, ſed non ita tamen, vt ad ſolum ruerent. Acciderunt præterea tum Antiochiæ, tum Conſtantinopoli alia nonnulla quæ longum ſermonem requirunt: quæ quidem certe vtramque vrbem grauiter exagitarunt, & in maximas turbas coniecerunt: atque vt ex diuino quodam zelo orta ſunt, ſic exitum habuere planè admirabilem, de quibus deinceps verba facturus ſum.

Vide Niceph. c. 3 l. 18. Bar. ann. 580 n. 1. & ſeqq. *Daph. Antiochia finitima. Terræmotus Antiochia Daphnæ, & Conſtantinopoli.*

G

CAPVT XVIII.

De tumultu qui propter ſceleſtum Anatolium fiebat.

Anatolius quidam, vir primum quidem plebeius & mollis, poſtea vero ad magiſtratus & alia munera obeunda ſubdole, neſcio quo modo arrepſit, & Antiochiæ ætatem traduxit. Quo in loco res, quas habebat in manibus, ſedulo executus eſt. Vnde cum Gregorio eius vrbis antiſtite maximam conflauit familiaritatem: perſæpéque illum adiit, partim gratia de negotiis ſuis colloquendi, partim vt maiorem authoritatem ex crebra eius conſuetudine ſibi conciliaret. Iſte Anatolius hoſtias ſimulachris immolaſſe forte deprehenſus eſt: qui cum vocaretur in quæſtionem, homo impius, præſtigiator, & infinitis inuolutus ſceleribus repertus fuit. Et tamen parum aberat, quin & ipſe & ſui omnes (habuit namque alios ſui ſimiles, qui idolis itidem ſacrificaſſe manifeſto tenebantur) liberi dimiſſi fuiſſent, niſi populus excitato tumultu, omnia turbis ita miſcuiſſet, vt conſilium de illis impiis initum eo pacto diremptum eſſet. Quin etiam contra Gregorium Epiſcopum clamores tolluntur, eum conſilij Anatolij participem fuiſſe palam prædicatur. Porro autem execrabilis dæmon, humanæ vitæ perturbator nonnullos induxerat, vt victimis immolandis cum Anatolio ſe ſocios adiungerent. Hinc Gregorius in maximum venit diſcrimen, populo eum grauiſſime exagitante inſectantéque: hinc etiam tam vehemens in illum mouebatur ſuſpicio, vt Imperator ipſe Tiberius coram ex ore Anatolij rei veritatem expiſcari laboraret. Mandatũ igitur dat, vt Anatolius & ſui omnes Conſtantinopolim quã celerrime aduẽherent. Quibus rebus cognitis, Anatolius ad imaginẽ quandã Mariæ Deiparæ fune in carcere ſublimẽ appenſam accurrens, manibus à tergo complicitis ſe ei ſupplicare precéſque adhibere oſtendit. Illa autem eum velut ſacrilegum deteſtata, & vt

Vide Niceph. c. 4 l. 18 Bar. præd. an. *Anatolius vnde cũ Gregorio familiaritatẽ conflauerit. Anatolius Diis ſacrificare deprehenſus.*

H

Gregor. Epiſc. ob familiaritatem eiuſdem idololatriæ cum Anatolio inſimulatus. Imago Deiparæ

A

virginis ſupplicem Anatolij auerſata multis videntibus.

Cultus imaginū, vide ſupra l.4. c.26.

Vide Baronium. Populi Conſtantinopolitani furor in indices propter nimiam le B nitatem in idololatras iudicium.

Deo inuiſum coarguens, penitus abs ſe auertit: ſpectaculum plane horribile, & ſempiternæ memoriæ prodendum. Quod quidem à præſidiariis militibus & ab his, quibus illius cuſtodia commiſſa fuit, viſum eſt, & ab iiſdem omnibus aliis diuulgatum. Apparuit item Deipara re ipſa nonnullis aliis fidelibus, eoſque contra ſceleſtum illum incitauit, inquiens, Anatolius filium ſuum contumeliis afficere. Vbi vero Anatolius ad vrbem Conſtantinopolim deductus fuit, & ibi verberibus ſupra modum cæſus, nihil contra Epiſcopum potuit dicere, ipſe cum ſuis maioris tumultus & ſeditionis plane popularis ciuitati author & cauſa extitit. Nam cum quidam illorum ſententiam haberent de ſe pronunciatam, vt morte, ſed exilio duntaxat mulctarentur: populus diuino quodam zelo incenſus, omnia turbare, bile & iracundia exardeſcere, exilioque damnatos rapere cœpit: qui in nauem piſcatoriam impoſiti totius populi ſuffragiis viui ignis tradebantur incendio. Contra Imperatorem porro & Eutychium Epiſcopum ſuum tanquam fidei proditores grauiter vociferati. Nec dubium quin & Eutychium & eos quibus poteſtas in Anatolium cum ſuis inquirendi permiſſa fuit, (iſtos namque in ſingulis locis conquirere, & vndique circumſidere cœperunt) prorſus è medio ſuſtuliſſent niſi Dei prouidentia, quæ omnium ſaluti proſpicit, illos è quærentium manibus eripuiſſet, & tam ingentis populi multitudinis furorem prudentium ſedauiſſet: ſiquidem ita factum eſt vt, neque vllum atrox facinus eorum manibus ederetur, & Anatolius primum in amphitheatro beſtiis expoſitus, ab iiſdem dilaniaretur, deinde ageretur in crucem. Neque tamen ita finem ſuppliciorum ſibi inflictorum reperit. Nam lupi corpus eius in terram diſturbantes (quod ante nunquam viſum fuiſſet) paſtu crudeli membratim deuorarunt. Erat autem quidam è noſtris hominibus qui prius quam res iſtæ confectæ eſſent, dixerat, ſe ſecundum quietem vidiſſe, ſententiam contra Anatolium ac ſuos à populo latam. Quinetiam vir illuſtris, qui Imperatoris palatio præfuit, quique partes Anatolij acriter admodum tuebatur, dixerat quoque, ſe vidiſſe Deiparam Mariam, eamque ſic ipſi locutam: Quouſque defendis cauſam Anatolij, qui tum me, tum filium meum tantis onerat contumeliis? Sed de his hoc modo.

Anatolij ſupplicium dignum.

C

Deipara virgo patrono Anatolij irraſcitur.

CAPVT XIX.

De Mauritij præfectura, & eius virtutibus.

Vide Niceph c.5. l.18 Baron 581. n.4 item an. 583. n.1 & ſeq.

Tiberius adeptam Iuſtiniano præfecturam

D

Mauritio tradit. Mauritij mores.

Tiberius Iuſtino mortuo corona decoratus Imperatoria, Iuſtinianum honore propterea ſpoliat, quod non tam feliciter atque antea cuncta barbaros depugnauerat. Ducem vero Orientis deſignat Mauritium, qui & genus & nomen traxit ab antiqua Roma: verum ob parentes, ex quibus proxime oriundus eſt, Arabiſſum vrbem Cappadociæ patriam agnouit. Vir erat prudens, ingenioſus, in rebus quibuſque diligens, animo conſtans ac ſtabilis: ipſa vitæ ratione & moribus compoſitus, beneque cultus. Ventris etiam cupiditates ſic coërcuit, vt non modo rebus neceſſariis & facile parabilibus, verum etiam aliis omnibus, quibus vita intemperans ſe inſolenter efferre ſolet, abſtinuerit. Vulgus hominum non facile admiſit ad colloquium, neque aures cuiuſque ſermonibus patefecit, quippe qui ſciret alterum contemptum, alterum aſſentationem parere. Raro ſe adeundi conceſſit poteſtatem, eamque non niſi vehementer orans largitus eſt. Aures ſermoni ſuperuacaneo obturauit non cera, vt eſt apud Poetam, ſed ratione, vt illa pro claui

Odyſſ. 10.

exiſteret, quæ eas hominum ſermonibus commode tum aperiret, tum occluderet. Inſcitiam autem matrem audaciæ, & timiditatem, quæ ei vicina & finitima eſt, ſic ab ſe depulit, vt in temeritate periculum, in cunctatione ſecuritatem eſſe cenſeret. Quippe fortitudo & prudentia, quæ in eius animo inſidebant, ſic ferebantur ad res gerendas, ſicut temporum momenta poſtulabant, habenaſque appetitionis ita direxerunt, vti vſus rerum requirebat, adeo vt in ea tum remittenda, tum intendenda modus quidam & moderatio conſeruaretur. Sed de hac re poſtea accuratius diſputabimus.

E

Nam quam egregius quiſque ſit, & qualem naturam moreſque habeat, ex eius imperio conſiderandum eſt: quæ vna rer hominem ſolet perſpicuè, qualis ſit, oſtendere: quandoquidem cum libera ſit ei viuendi poteſtas, ea quæ ſunt in animi domicilio recondita, omnium oculis ſubiicit ad contemplandum. Iſte Mauritius, cum bellum in exteris regionibus gereret, ciuitates & arces Perſis accommodatiſſimas cepit, tantamque prædam inde auexit, vt inſulas, vrbes, agroſque diu ab hominibus deſertos, captiuis quos abduxerat, compleret: terramque, vt ante cultura omnino caruerat, iam ſedulo coli efficeret: atque adeo ex illis hominibus ingentem cogeret exercitum, qui contra alias gentes valde viriliter & excelſo animo dimicarunt: denique quamque familiam domeſticis miniſteriis impleret, quoniam captiui quam minimo compa rati poterant.

Eiuſdem aduerſus Perſas præclare geſta.

F

CAPVT XX.

Quod Mauritius Choſroen & Adaarmanem Perſarum duttores ſuperauit.

Vide Niceph. c.5. l.18. Baron. præd. an. 583.

Mauritius cum quibus decertarit, Tamo Choſroe, & Adaarmane

G

à Mauritio ſuperati.

Alamundarus Scenetarum dux.

Porro autem idem Mauritius cum præſtantiſſimis quibuſque Perſarum, vtpote cum Tamo Choſroe & Adaarmane, qui copias ingentes ad bellum faciendum ducebant, prœliis decertauit. Verum quo modo, quove tempore, & qua fortuna res iſtæ ab eo geſtæ ſint, vel alij literis perſequantur, vel nos in alio Opere ſeparato, (præſertim cum in Opere, quod in manibus eſt, aliarum rerum explicationem ſimus polliciti) fortaſſe exponemus. Tantum tamen hoc loco dicam, Tamo Choſroen in acie non exercitus Romani fortitudine, ſed ſola ducis pietate, & in Deum fide cecidiſſe: Adaarmanum autem viribus in prœlio profligatum, ac multis amiſſis copiis verſum in fugam, idque cum non ſolum Alamundarus, barbarorum Scenetarum dux, Mauritium propterea prodiderat, quod flumium Euphratem traiicere, & contra Scenetas barbaros, qui ex aduerſis partibus militabant, ei ſubſidio venire noluit (iſti enim Scenetæ ab aliis propter equorum velocitatem comprehendi non poſſunt neque ſicubi intercluſi ſint, capi: ſed hoſtes, dum fuga ſit ipſis facienda, longe prævertunt) verumetiam Theodoricus dux Scytharum, qui intra teli iactum conſiſtere non audebat, ſed ſe cum ſuis illico fugæ mandauit.

Theodoricus dux Scytharū.

CAPVT XXI.

De ſignis quæ Mauritij imperium indicabant.

Vide Niceph c.9. l.18. Bar.

H

an. 583. n.6. & ſeq.

Mauritio quæ ſigna diuinitus oſtenſa.

1.

2.

Signa quoque diuinitus oſtentata antegreſſa ſunt quæ Mauritium Imperatorem fore præſignificarunt. Nam ad multam noctem ei intra Sanctuarium templi ſanctæ & caſtiſſimæ virgini & Deiparæ Mariæ dedicati, quod quidem ab Antiochenis templum Iuſtiniani nuncupatur, thus incenſum offerenti, aulæum ſacræ menſæ igne conflagrare viſum eſt, adeo vt ingens admiratio ac ſtupor illum inceſſerit, viſionemque magnopere extimuerit. Cui aſtans Gregorius illius vrbis Epiſcopus dixit viſionem cælitus demiſſam eſſe, & ſummum ei ſplendorem atque eximium portendere. Apparuit præterea verſus Orientem re ipſa Chriſtus Deus, vltionem de hoſtibus requirens. Qua quidem viſione Imperium Mauritij perſpicuè præmonſtratum eſt. Nam à quo quæſo, niſi ab Imperatore, & ab homine, qui ipſum pie colebat, rem eiuſmodi poſtularet? Quinetiam mihi de his rebus percunctanti, aliæ res ſanè memorabiles & dignæ hiſtoria à parentibus ſuis narratæ ſunt. Nam pater eius memorauit,

A morauit, ſe eo tempore, quo Mauritius conceptus fuit, in ſomnio vidiſſe vitem maximam ex ſuo cubili pullulaſcere, & botros ferè innumerabiles & maturos ex ea dependere. Mater autem narrauit, terram tempore partus ſui ſuaue olentem odorem, peregrinum, & alternis vicibus variatum ex ſe efflaſſe: atque ſæpè laruam, quam Græcè *ἐμπουσαν* vocant, infantem de loco in locum mouiſſe, tanquam illum voraturam, minimè tamen ei nocere poſſe. Itémque Symeones, qui prope Antiochiam in columna habitauit, vir ad res quaſque prudenter ac ſtudiosè exequendas aptiſſimus, & omnibus diuinis virtutibus eximiè exornatos, multa cum verbis, tum factis expreſſit, quæ Mauritium Imperatorem fore planè indicarunt. De quo Symeone, quæ ſunt ad commemorandum accommodata, proximus liber explicabit.

Ἐμπουσαν. *Symeones Stylites.*

B *Hinc porrò liber hic quintus vna cum ſexto continet acta Mauritij annis 13. vt Euagrius ipſe teſtatur cap. vlt. libri ſexti. Refer igitur huc vitam Gregorij Magni Pont. & ſcriptores iſtos vniuerſos quos adnotauimus ſupra ad principium huius libri quinti.*

CAPVT XXII.

De Mauritij & Auguſtæ creatione.

Mauritius Imp. ann. 584. Vide Niceph. c. 8 l. 18. l. 16. Bar. an. 586. num. 20. & ſeqq. Tiberius Auguſtā Mauritio in matrimonium collocat. Mauritius imperium dotale habuit.

CVm autem Tiberius iam prope ad extremum ſpiritum edendum veniret, Mauritio, qui ad Imperium gubernandum iam electus fuit, filiam Auguſtam collocauit in matrimonium, & imperium pro dote tribuit: qui tametſi ad exiguum tempus in adminiſtrando imperio ætatem propagauit, tamen pro rebus præclarè à ſe geſtis (quas quidem hoc ſermone commodè complecti non poſſumus) tum immortalem nominis ſui memoriam, tum optimam Reipubl. hæreditatem, Mauritium nempe, quem Imperatorem C declarauerat, Reipublicæ reliquit: quique etiam ſua ipſius nomina illis impertiuit: ſiquidem Mauritium Tiberium, Auguſtam Conſtantinam appellauit. Quæ vero res ab illis geſtæ ſint, proximus liber, Dei iuuante gratia, perdocebit.

CAPVT XXIII.

De temporis, à Iuſtino Iuniore vſque ad Mauritium, ſupputatione.

Bar. anno 578. n. 8. & 586. num. 10. Iuſtinus Iunior quandiu regnarit. Deſideratur aliquid in Græco co dice. Vide Cuſpin. Numerus annorum deſideratur. Vide Chron. Euſeb.

VT autem ordinem temporum accuratiſſimè complectamur, intelligendum eſt, Iuſtinum Iuniorem per ſe ſolum ad annos duodecim & menſes decem cum dimidio regnaſſe, atque vna cum Tiberio ad annos tres & vndecim menſes, totúmque tempus regni ſui annos ſedecim & nouem menſes cum dimidio complexum eſſe. Regnauit autem Tiberius per ſe ſolum annos quatuor, cum Iuſtino autem annos tres & menſes vndecim, adeo vt ſi annos à Romulo ad declarationem Mauritij D Imperatoris in vnum colligere volumus, erunt ſicut tum numerus annorum antegreſſus, tum hic, quem in præſentia ſubduximus, manifeſto declarat.

CAPVT XXIV.

De Hiſtoria ſerie ad nos vſque ſeruata.

Quid ſcriptū ſuis complexi ſint Euſebius Theodoretus, Sozomenus, Socrates.

QVod autem ad ſeriem temporum, quam Eccleſiaſtica poſtulat hiſtoria, attinet ea quidem in monumentis eorum, qui eandem hiſtoriam ſcripſerunt, ſtrictim & breuiter tradita eſt. Nam tempora à Chriſto ad Conſtantinum complexus eſt Euſebius: à Conſtantino ad Theodoſium Iuniorem, Theodoritus, Sozomenus & Socrates: de cuius Imperatoris rebus geſtis etiam hoc opus, quod habemus in manibus, multa diſſeruit. Quod vero ſpectat tum ad veterem, tum ad externam hiſtoriam, quæ res ab initio mundi geſtæ continentur, eſt illa quidem ordine à diligentibus E ſcriptoribus literis mandata. Etenim primum Moyſes hiſtoriam ſcribere exorſus (vti eſt ab illis, qui has res in vnum colligunt, perſpicuè demonſtratum) res à primis mundi iactis fundamentis geſtas, verè, ſicut à Deo, qui eum in monte Sina collocutus eſt, didicerat, literis prodidit. Deinde alij qui hunc ſecuti, viam ad noſtram religionem muniebant, res deinceps geſtas ſacris monumentis expoſuerunt. Longam porrò Ioſephus ſcripſit hiſtoriam, eámque refertam vtilitate cuiuſque generis.

Moyſes. Eſdras & Prophetæ. Ioſephus.

Quæ vero vel fabulis commentitiis redundantia, vel re ipſa à Græcis & veteribus barbaris geſta, qui & ipſi inter ſe & alteri contra alteros multa prælia commiſerunt, referuntur, aut ſi quid aliud poſt homines natos factum conſtat, hæc omnia tum à Charace, Theopompo & Ephoro, tum ab aliis ferè infinitis conſcripta ſunt. Quod autem pertinet ad res geſtas Romanorum, quæ totius penè orbis terrarum hiſtoriam F complectuntur, aut ſi quid aliud acciderit, ſiue ex mutua inter ipſos diſcordia, ſiue ex bellis contra alios ſuſceptis, ſunt iſta à Dionyſio Halicarnaſſæo accuratè ſcriptis prodita: qui hiſtoriam ab illorum ætate, qui Aborigines vocantur, ad Pyrrhum regem Epiri deduxit. Ex cuius temporibus ad euerſionem Carthaginis, Polybius Megalopolitanus res geſtas explicauit: quarum ſingulas ſcitè & ſolerti cum iudicio diſtinxit Appianus, eáſque licet variis temporibus confectas in vnum congeſſit: quin etiam, quæ poſt illorum ætatem facta ſunt, itidem commemorauit. Porrò res vſque ad Iulium Cæſarem geſtæ, à Diodoro quoque Siculo ſunt expoſitæ: & à Dione Caſſio, qui hiſtoriam ad Antonium ex Emeſa ortum deduxit. Eadem ferè aut ſimilia ſunt ab Herodiano, qui ad mortem Maximi finem ſcribendi fecit, explanata. Itémque Nicoſtratus Sophiſta ex Trapezunte, res geſtas ab Imperio Philippi, qui Gordiano ſucceſſit, vſque ad Odænathum ex Palmyra ſatum, turpem ignominioſámque Valeriani contra Perſas expeditionem narrauit. De eiſdem G quoque Dexippus ſcripſit plurima, qui hiſtoriam orſus eſt à regno Medorum, & ad Imperium Claudij, qui ſucceſſit Galieno, eam continuauit. A quo literis etiam conſignata ſunt ea, quæ Carpi, & aliæ gentes barbaræ in Hellade, Thracia & Ionia bello gerendo confecerunt. Euſebius item initium ab Imperatore Octauiano capiens ad Traiani & Marci tempora, quin etiam ad mortem Cari hiſtoriam prouexit.

Charax. Theopompus. Ephorus. Dionyſius Halicarn. Polybius. Appianus. Diodorus Siculus. Dion Caſſius. Herodianus. Nicoſtratus ſophiſta. Dexippus. Euſebius.

De eiſdem temporibus quædam ſunt ab Ariano & Aſinio Quadrato notata. Tempora autem quæ ſunt deinceps conſecuta vſque ad Arcadium & Honorium Imperatores pertexuit Zoſimus: res vero poſt eorum ætatem geſtas, Priſcus Rhetor & alij complexi ſunt. Quas res omnes Euſtathius Epiphanenſis ſtrictim quidem, ſed præclarè tamen imprimis, duobus voluminibus perſecutus eſt: quorum alterum res geſtas à mundi primordio ad Ilij vaſtationem, alterum ab eo tempore ad duodecimum annum Imperij Anaſtaſij comprehendit. Quæ deinceps ad tempora Iuſtiniani facta H ſunt, ſcribit Procopius Rhetor. Tempora quæ poſt ſecuta ſunt, etſi Agathius Rhetor & Ioannes tum ciuis tum cognatus meus ordine expoſuerunt ad tempus non ſolum quo Choſroës Iunior ad Romanos profugit, verum etiam quo in regnum reſtitutus eſt per Mauritium (qui ad eam rem conficiendam minimè langueſcere, ſed ſtrenuè, vt decebat Imperatorem, aggredi viſus eſt, & Choſroëm cum magna pecuniæ vi & exercitu in regnum deducere) tamen Hiſtorias ſuas hactenus non ediderunt. De quibus poſtea etiam, benigna Dei gratia nobis facultatem largiente, ea quæ ſunt conſentanea, diſſerere animus eſt.

Arianus. Aſinius Quadratus. Zoſimus. Priſcus Rhetor. Euſtathius. Epiphanenſis. Procopius Rhetor. Agathius. Ioannes.

A

EVAGRII SCHOLASTICI, Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ

LIBER VI.

CAPVT I.

De Mauritij & Augustæ nuptiis.

Vide Nicephor. cap. 8. l. 18. Bar. an. 586. num. 21. & ſeqq.

MAVRITIVS ſuſceptis Imperij gubernaculis, primum ea quæ ad nuptias ſpectabant, apparauit: deinde Auguſtam, alio nomine Conſtantinam appellatam, ritibus, quos decus exigit imperij, ſolemniter celebratis, vinculo matrimonij ſibi copulauit: tum pompam magnificè ac ſplendidè egit nuptiarum: poſtremo conuiuia publica cum ſummo ſplendore per totam vrbem agitanda curauit. Aderant autem his nuptiis vera pietas & regia magnificentia, quæ eas & præclariſſimo comitatu & muneribus honorificentiſſimis adornauere. Nam altera non ſolum vtrumque Mauritij parentem (quod nulli ante Imperatori eueniſſe aliquando traditum eſt) nuptias decora canitie, & rugis planè venerandis cohoneſtaturum, verumetiam fratres pulchritudine & forma eximios, ex ſolemnia exornaturos adduxit. Altera vero veſtem auro intertextam, purpura & lapidibus Indicis colluſtratam, coronas multo auro & magna lapidum pretioſorum varietate ac ſplendore illuminatas, & omnes nobiles tam qui in militiam, quam qui in aulam aſcripti erant, attulit: qui quidem & tædas accendebant nuptiales, & ſplendidè ornatéque, quo ſe magis in luce & oculis omnium collocarent, ſolemnem illam nuptiarum celebritatem decorabant: ſic vt pompa illa nihil inter homines vel illuſtrius vel beatius vnquam factum eſſe memoriæ proditum ſit. Quinetiam Damophilus rerum Romanarum ſcriptor ait, Plutarchum Chæroneum ſcitè quidem dixiſſe, quod huius vnius vrbis gratia (Romam dico) virtus & fortuna ſocietatem inter ipſas coiuerunt: at ipſe equidem dicerem, pietatem veram & felicitatem in vno Mauritio ad hunc modum propterea coiuiſſe, quod vera pietas felicitatem vi ſua adeſſe coëgit, & neutiquam omnino eam euerti labefactatíve paſſa eſt. His rebus confectis, Mauritius deinceps non corpus modo, verumetiam animum eximia purpura & corona veſtiuit. Nam ſolus ferè ex Imperatorum numero ſibi ipſi imperare nititur, & Imperator reuera factus, primum popularem perturbationum ſtatum ex animo ſuo exigere: deinde ſtatum optimatum in rationis domicilio conſtituens, viuum ſe virtutis exemplar præbere, quo ſubiectos ad ſe imitandum erudiret. Atque iſta dicuntur à me quidem non vti eum blanditiis & aſſentatione deliniam (cur enim amabo hæc à me ad eum finem dicerentur, cum ille, quæ ipſe literis prodo, penitus ignoret?) ſed quod tum dona à Deo ei tam munificè tributa, tum res quæ tam variis modis adeo proſpere & feliciter acciderunt, ea ita ſe habere liquido oſtendunt. Quæ ſane omnia ex animo & ingenuè Deo accepta referre debemus.

B

Mauritij & Auguſtæ nuptiæ, earúmque magnificus apparatus.

C

Damophilus hiſtoricus.

Mauritius viuũ Imperatoris exemplar.

D

CAPVT II.

De Alamundaro Saraceno & nato eius Naamane.

Vide Nicephor. cap. 10. lib. 18.

Alamundarum mulcta

ISta Imperator præter cæteros omnes operam dabat, vt nullius ſanguis, qui læſæ maieſtatis reus fuit, omnino funderetur: & propterea ne Alamundarum quidem Scenitarum Arabum ducem, qui ipſum (vt ante commemoraui) prodiderat, mulctauit morte: ſed vna ſola inſula expulſum cum vxore & quibuſdam libertorum, iuſſit mulctæ loco in Siciliam demigrare. Quinetiam Naamanem huius filium, qui infinita mala in Rempublicam inuexerat, qui vtramque Phœniciam & Palæſtinam populatus fuerat, qui denique eaſdem regiones opera barbarorum, quos circum ſe habebat, eodem tempore, quo pater Alamundarus capiebatur, in ſeruitutem redegerat, cum omnes morti addixiſſent, in libera tenuit cuſtodia, nullóque prætérea ſupplicio affecit. Eadem quoque clementia erga infinitos alios ab eo oſtentata eſt, vti ſingillatim, cum locus opportunus inciderit, declarabo.

E

loco in Siciliam migrare iubet Mauritius, tametſi maieſtatis reum.

CAPVT III.

De Ioannis præfectura, & Philippico, & quæ ab eis geſta ſunt.

DVa vero copiarum in Oriente militantium primum Ioannes, genere Thrax, à Mauritio miſſus eſt, qui nonnullis præliis malè rem gerens, in aliis rurſus, quod ante peccauerat, ſarciens, nihil, quod ſit in laude ponendum, tranſegit. Deinde Philippicus, affinitate cum Mauritio (vnam namque ex ſororibus duxerat vxorem) coniunctus: qui extra fines Imperij Romani in regiones alienas egreſſus, omnia quæ ante pedes erant depopulatus eſt, magniſque ſpoliis potitus, multos tum ex nobilibus & patritiis Niſibis, tum ex aliis qui cis Tigrim fluuium accolebant, interfecit. Congreditur porro cum Perſis, & graui commiſſo prælio, multos è Perſis eóſque illuſtres proſtrauit, complures viuos cepit, atque vnam turmam, quæ in collem opportuno in loco ſitum confugerat, cum capere poſſet, dimiſit illæſam: quæ quidem pollicebatur, ſe quamprimum ad regem ſuum legatos de pace miſſuram. Alias prætérea res, dum copias Romanorum ductabat, & confecit, militéſque à luxu & deliciis vindicauit, & velut freno ad modeſtiam & obſequentiam aſſuefecit. Quas res his qui vel de eiuſmodi modo ſcripſerint, vel ſcribere ſint aggreſſuri, eatenus ſi placet perſequendas relinquimus, quatenus vel auditione acceperint, vel conceperint opinione: quorum oratio præ ignoratione labi, atque adeo claudicare, & vel præ nimio partium ſtudio temiſſa, vel præ nimio odio cæcata à vero aberrare ſolet.

F

Vide Nicephor. cap. 10. lib. 18.

Philippici ſpolia & victoria.

G

CAPVT IV.

De Priſci præfectura, & quæ facto repente à militibus ſuis in eum impetu, perpeſſus ſit.

POſt Philippicum illud ducis munus capeſſit Priſcus, ad quem ſine cauſis grauibus & neceſſariis non facilis & expeditus patebat aditus: quippe exiſtimauit, ſi modo multum ipſe ſecum ſolus verſaretur, tum ſe omnia ex ſententia geſturum, tum copias quibus præfuit, eo pacto inductas ad metuendum, multo facilius eius mandatis obtemperaturas. Verùm cum ad exercitum ſuperciliis elatis, inſolenti obtutu & toto corporis habitu ad nimiam arrogantiam compoſito accederet, militibúſque nonnulla de militum in bellis gerendis tolerantia, de exquiſita armatura, denique de præmiis quæ eſſent à republica accepturi, expoſuiſſet: illi ante de iis rebus ſatis perſuaſi, palam ſuæ iræ furorem oſtendere, ſimúlque eo prorumpentes, vbi tentorium ſibi poſuerat, omnem magnificum eius apparatum & theſaurum pretioſiſſimum barbarorum more diripere cœperunt: atque parum certè aberat, quin eum ipſum confeciſſent, niſi equo quodam vectario conſcenſo, Edeſſam propere confugiſſet: quam vrbem, miſſis quibuſdam copiis, obſidebant, Priſcúmque repetebant.

Vide Nicephor. cap 18. lib. 18.

H

Priſcus Philippici ducis munus capeſſit.

Priſci arrogantia per milites retuſa.

CAPVT

A

CAPVT V.

De Germano, qui Imperij ſummam inuito reluctanteque animo ſuſcepit.

Vide Niceph. cap. 11. lib. 18. *Germanus copiarum dux deſignatus.*

VBi vero ciues Edeſſæ Priſcum reddere noluerunt, milites eo relicto, Germanum copiarum in Phœnicia Libaneſienſi militantium ducem vi manúque captum, ſuum ducem atque adeo Imperatorem deſignant. Cum autem is id muneris recuſaret, illique inſtarent acrius & grauis contentio vtrinque oriretur, partim quod hic cogi noluit, illi eum compellere conati ſunt: & cum illi minarentur ſe eum interfecturos, ni ſponte munus illud ſuſciperet, hicque planè declararet, ſe neque metuere, neque vlla ex parte attonitum eſſe, tandem eum verberibus cædere, & corporis membra mutilare aggrediuntur: quos cruciatus illum minimè toleraturum (nam eum neutiquam plus habere duritiæ ad plagas ferendas, quam quod natura eius ætaſque præ ſe ferebat) in animum induxerunt.

B

Germanus ad Imperatorium munus ſuſcipiendũ à militibus coactus.

Eum igitur aggreſſi, & quid pati poſſet, experti, cautione quidem & clementia, ne eum grauiter læderent, adhibita, tandem eorum inſtituto aſſentiti, & iuſiurandum dare, ſe reuera fidem illis ſeruaturum cogunt. Itaque ad eum modum, illum qui ipſi imperauerant, imperare: & quem rexerant, regere: & quem velut captiuum duxerant, ipſis dominari compellebant. Quinetiam alios omnes ordinum præfectos, duces, manipulares, tribunos, centuriones, & decuriones de gradibus ſuis deturbant, ſibique quos volunt, præficiunt: Imperium denique maledictis figunt. Et quanquam erga vectigales gerebant ſe modeſtius, quam barbari ſolent: tamen erga ſocios & reipubl. adminiſtros animo erant planè alieno. Nam neque commeatum menſura aut pondere accipere, neque diuerſoriis ſibi præſtitutis contenti eſſe voluerunt: ſed mens cuiuſque cuique lex, & voluntas pro regula præſcripta fuit.

C

CAPVT VI.

Quod cum rurſus Philippicum Imperator emitteret, exercitus illum recuſauit.

Vide Niceph. cap. 11. lib. 18. *Philippicũ exercitus recuſat.*

IMperator igitur mittit Philippicum, qui iſtas res corrigeret: quem milites non ſolum non admiſerunt, ſed ſi quem eius partibus fauere ſuſpicarentur, eum in grauiſſimum vitæ diſcrimen adduxerunt.

CAPVT VII.

De Gregorio Theopolitano, hoc eſt, Antiocheno Epiſcopo, & intentata aduerſus eum calumnia, & quomodo falſam illam redarguerit.

Vide Niceph. cap. 12. lib. 18. Bar. anno 587. num. 3. & ſeqq. *Aſterius Orientis præfectus. Criminationes falſæ in Gregorium.*

D

HIs rebus hoc loco conſtitutis, Gregorius Antiochiæ Epiſcopus Conſtantinopoli domum reuertitur, graui confecto certamine, de quo iam dicturus venio. Cum Aſterius Orientis gereret præfecturam, & contentio inter eum & Gregorium orta eſſet, primum omnes ciuitatis primores partibus Aſterij ſe adiunxerunt. Deinde adiuncti ſunt etiam ei, ſi qui populares erant, & artes exercebant in ciuitate (ſinguli enim ſe aliquid damni à Gregorio accepiſſe affirmabant) poſtremò plebi vt conuitia in Gregorium iacerent permiſſum erat. Ambo igitur & optimates & populares in eandem cum plebe quaſi pedibus iuere ſententiam: & tum in plateis tum in theatro probra & contumelias in Epiſcopum Gregorium intorquere non ceſſauere, quinetiam ne à ſcena quidem talis abfuit petulantia.

Aſterio abdicato ſuſſicitur Gregorius.

Quapropter Aſterius abdicatur præfectura, ad quam adminiſtrandam Ioannes deligitur: cui Imperator dabat mandatum, vt de ſeditione illa accuratè inquireret. Hic Ioannes vir quidem erat, ne ad minima quidem negotia procuranda, nedum ad tam grauem Prouinciam ſuſcipiendam idoneus. Itaque cùm ciuitatem tumultu ac perturbatione referſiſſet, edictúmque publicaſſet, cuique liberum eſſe pro arbitratu Epiſcopum inſimulare, libellum contra eum à quodam argentario recepit, quo accuſabatur, cum propria ſorore alteri viro in matrimonium data, rem habuiſſe. Recipit item ab aliis eius generis hominibus, quod proſperum ciuitatis ſtatum non ſemel, ſed ſæpius labefactauerat. At Gregorius cum de eo ſe purgauit crimine, tum de aliis ad Imperatorem & Concilium prouocauit. Me igitur cum eo aſſiduè verſante, præſenteque, iter capit Conſtantinopolim de criminibus hiſce ſe purgaturus. Ac cum Patriarchæ omnes partim per ſe, partim per vicarios quæſtioni de Gregorio habitæ intereſſent, & cauſa eſſet coram ſacro ſenatu, & multis ſanctiſſimis primatum vrbium Epiſcopis cognita, poſt multas & graues contentiones ſecundum Gregorium ſententia pronunciata eſt. vt eius accuſator neruis excruciatus, & circum ciuitatem actus, exilio mulctaretur.

E

Euagrius cũ Gregorio verſatus.

Criminũ abſolutus Gregorius ad ſedẽ ſuã reuertitur.

F

Itaque Gregorius inde ad ſuam ſedem reuertitur: interea loci milites tumultus ciere non deſinunt, Philippico circiter Berœam & Chalcidem vrbem commorante.

CAPVT VIII.

Quod iterum terræmotibus Theopolis concutiebatur.

Vide Niceph. c. 13. l. 18. Bar. anno 587. num. 22. & ſeqq. *Theopolis quando terræmotu concuſſa.*

G

Euagrij nuptiæ.

QVatuor menſibus poſt reditum Gregorij dilapſis, anno ſexcenteſimo trigeſimo ſeptimo poſt nomen Antiochiæ vrbi impoſitum, & anno ſexageſimo primo poſt terræmotum, qui proximus ante in ea ciuitate extitiſſet, cum ipſe pridie Calend. Octobris teneram virginem vxorem ducerem, & ciuitas propterea feſtum celebraret, & publicos Conuentus cum pompa circiter thalamum iugalem agerent, tertia hora poſt crepuſculum turbatio & terræmotus ſimul cum impetu irruens totam ciuitatem concutit, multáque loca conquaſſatis fundamentis deturbat, adeo vt omnia ædificia circa Eccleſiam ſanctiſſimam ad terram proſternerentur, excepto ſolo hemiſphærio, quod Ephremius ex lauro conſtruendum curauerat, quodque terræmotu temporibus Iuſtini facto non parum acceperat incommodi, quod denique terræmotibus, qui deinceps acciderunt, grauiter agitatum verſus Septentrionem ita inclinabatur, vt trabes ligneas eiiceret, quæ cum ingenti fragore ceciderunt, hemiſphærio in proprium locum reſiliente, & velut perpendiculo quodam directè locato.

Briſia loca.

Multæ etiam partes Oſtracinæ & Pſephium, de quo ſupra diximus, & omnia illa loca quæ Briſia vocantur, quinetiam ædificata ſanctiſſimi templi Deiparæ Mariæ corruerunt, media quadam porticu mirum in modum conſeruata. Porrò autem omnes turres quæ in plano conſtructæ erant, diſiectæ ſunt, reliquo ædificio, pinnis muri exceptis, integro ſtante manenteque. Pinnarum autem lapides nonnulli retro pulſi, minimè tamen prolapſi ſunt. Alia prætereà templa, & vtrumque balneum publicum, quod duobus diſtinctis temporibus inſeruit, eadem oppreſſit calamitas.

H

Sexaginta hominũ millia terræmotu eliſa.

Multitudo quoque promiſcuè eſt eadem inuoluta clade: & vt quidam coniecturam ex pane, qui in tota ciuitate conſumi ſolet, faciunt, hæc lues ſexaginta hominum millia extinxit. Verùm Epiſcopus præter omnium expectationem euaſit incolumis, toto domicilio in quo ſedebat ruinam paſſo, & ſolis illis qui eum circumſiſtebant ſeruatis, alio prætereà nemine: qui illum omni feſtinatione ſubleuantes, cum terræmotus locum ſecunda concuſſione patefaceret per funem demiſſum è periculo eripuerunt. Accidit autem in hoc infelici caſu res quædam ciuitati perſalutaris. Nam clementia Dei propitij furorem ſuum mitigantis, & virga miſerationis & miſericordiarum peccata populi corrigentis, nullum incendium factum eſt, cum ingens flamma, quæ partim ex foco & lucernis tam publicè quam priuatim accenſis, partim ex culinis, balneis & aliis locis

A

ptope infiuitis erumpebat, roram vrbem circuiret. Hoc tertæmotu oppreſſi fuere tum nobiles & illuſtres viri quamplurimi, tum Aſterius vna extinctus. Quam cladem vbi inflictam pecunia farcit Imperator.

CAPVT IX.

Quod barbari propter exercitus Romani defectionem audaciam ſumentes, illum adorti a Germano fuſi proſtratique ſunt.

Vide Nicephor. cap. 14. lib. 18. Baron. præd. anno. Barbari à Germano fuſi.

QVod autem ad exercitum attinet, eodem ferè loco fuit, adeo vt barbari petſuaſum habentes, neminem eos prohibiturum, quo minus ſuo more graſſarentur, lo fines Romanorum irruerent. Verum Germanus cum ſuis copiis illis obuiam profectus, vi manúque ſic profligauit, vt vnus fieret ſeliquus, qui cladem cæteris Perſis nunciaret.

B

CAPVT X.

De Imperatoris clementia in eos qui ducem ſuum deſeruerant.

Vide Nicephor. c. 14. l. 18. Bar. anno 588. n. 1. &c. Abari quas ciuitates & arces expugnarint. Andreas Satelli tum præfectus.

EXercitum igitur pecunia temuneratur quidem Imperator, ſed Germanum alióſque in iudicium vocat: & tameiſi contra omnes mortis pronunciata fuit ſententia, tamen nemioem eorum vllo aſſici incommodo paſſus eſt, ſed munera illis impertiit. His rebus ita conſtitutis, Abari bis vſque ad locum qui Longus muros appellatur, irruptione facta Singedonem, Anchialum, totam Helladem, & alias prætetea ciuitares & arces expugnant, ſibique ſubiciunt, omnibus rebus ferro & igne vaſtatis, idque cum moltæ copiæ Romanorum in Oriente verſarentur. Itaque Imperator Andream ſuorum ſatellitum facilè principem mittit, perſuaſurum exercitui, vt duces manipulares & alios præfectos, quos ante habuerant, admitterent.

C

CAPVT XI.

Quod Gregorius Theopolitanus Epiſcopus ad reconciliandum exercitum mittitur, & eius apud milites oratio.

Vide Nicephor. c. 14. 15. lib. 18. Baron. præd. anno. Gregorio suo exercitus malum honoris iure debuerit.

AC cum milites Andreæ hortationem ne audire quidem ſuſtinerent, negotium ad Gregorium transfertur, non ſolum quod res maximas commodè conficere poterat, ſed quod multum honoris ei iure debebat exercitus: quippe nonnulli milites ab eo pecunia liberaliter donati erant, alij veſtitu, cibo & aliis rebus adiuti tum cum in album militum relati, & per eum admiſſi fuerant. Itaque nuntiis in loca ſingula miſſis, totius exercitus facilè principes Litarbis (qui locus Antiochia abeſt circiter trecenta ſtadia) in vnum cogendos curat. Ad quos cum acceſſit, genibus humi poſitis talem habuit orationem: *Iam pridem mecum decreueram, ô Romani (qui hoc nomen verè vſurpatis) ad vos iter ſuſcepiſſe, quo tum de rerum præſentium ſtatu vobiſcum communicarem, tum illud vna inirem conſilium, quod mea erga vos beneuolentia, quam vos veſtris animis ſine dubio percepiſtis, ſatis iam tum confirmatam, cum naualem pugnam à vobis ſuſceptam tempeſtatémque inde excitatam ſubſidiis opportunis ac neceſſariis ſubleuaui.*

D

Gregorij oratio ad milites rebelles vt Imperatori & Ducibus reconcilientur.

Verùm hactenus illud à me dilatum eſt, diuina fortaſsè prouidentia neutiquam poteſtatem concedente, quo tum Perſæ vires ac fortitudinem Romanorum, à quibus etiam duce deſtitutis erant profligati, penitus perſpicerent, tum veſter ſyncerus & beneuolus in rempublicam animus & tempore exploratæ cognitus, & rebus geſtis comprobatus, omnino confirmaretur. Nam illud planè omnibus notum ac teſtatum effeciſtis, quod quamuis aduerſus duces veſtros alienato ſitis & offenſo animo, nihil vobis republica exiſtis antiquius. Quod cum ita ſit, deinceps iam quid agendum ſit videamus. Imperator vos ad amicitiam vocat, pollicetur omnium quæ ante hac à vobis peccata ſunt, ſe prorſus obliturum: veſtra in rempublicam beneuolentiam, & animorum in bello gerendo magnitudinem ſatis putat habere ponderis ad veniam vobis iure impetrandam: atque iſta omnia velut certiſſima pignera dat, ſe vobis veſtra errata condonaſſe. Atque, ſi veſtra erga rempublicam beneuolentia Deus tantum tribuebat, vt propterea perficeret, vti poſt peccata depulſa non minor quam ante in vobis eluceret fortitudo (quod quidem euidens culpæ remiſſæ argumentum eſt) qui fieri poteſt, vt ipſe meam voluntatem non dirigam eo, quo diuinus inſtinctus eam inclinauerit? Mihi igitur, ô Romani, quam celerrimè obſecundate: & ne prodamus occaſionem nobis in præſentia oblatam, neque noſtra incuria eam præterlabi ſinamus.

E

Etenim eam prætergrediatur, odit moram, & ægrè admodum ferens, quod negligentia præterita ſit, ſe rurſus prehendi omnino non patitur. Quocirca paterna & auita obedientiæ eſtote hæredes, quemadmodum eſtis & fortitudinis, vt in omnibus rebus vos verè Romanos declaretis: atque nullus obtrectator vel nominis veſtri perſtringendi cauſam habeat, vel vos filios degeneres eſſe ac ſpuriis oſtendendi. Nam patres ac maiores veſtri à Conſulibus & Imperatoribus gubernati obedientia & animi celſitate vniuerſum orbem terrarum in poteſtatem ac ditionem ſuam redegerunt.

Occaſio moræ oſor.

F

Quid Manlium Torquatum commemorem, qui filium ſuum, licet res præclaras geſſiſſet, tamen propter neglectam ab eo obedientiam è medio ſuſtulit? Nam prudenti ducum conſilio, & militum alacri obedientia magna & præclara res confici ſolent. Verùm cum altera iſtarum rerum alterius ope caret, negotium ſuſceptum claudicat, labat, & omnino malè geritur: nec immerito, præſertim cum duæ res, quæ neceſſario coniungi debent, penitus diſſecientur. Ne ſit igitur vlla in vobis mora, ſed mihi quamprimum morem gerite (quippe Epiſcopus inter Imperatorem & exercitum cauſam agit) & declarate, quod in veſtris conatibus nulla inſit tyrannidis exercendæ ſignificatio: ſed quod iuſtum odium à vobis ad tempus contra duces, qui vos iniuria affecerint, ſuſceptum ſit. Quod ſi ita ſit, vt nunquam celerrimè his conſiliis aſſentiamini, ipſe tamen videbor cum beneuolentia in rempublicam tum amicitia erga vos officio perfunctus eſſe. Illud porrò cum veſtris mentibus conſiderate, quales tyrannorum exitus fuerint. Cogitate præterea, qua ratione res, quas habetis in manibus expedire poſſitis, præſertim cum mea quidem ſententia, vt omnes vna conſiſtatis, fieri nullo modo poteſt (vnde namque vel firmamentum vel res, quas mare ad hominum ſubſidium continenti ſuppeditare ſolet, vobis apportabuntur) niſi Chriſtianos bello oppugnantes, & viciſſim ab illis oppugnati, turpiſſimum dedecus tum admittere, tum ſubire volueritis? Et quis tandem ſuarum eſt exitus? Certè in varia loca diſperſi diſſipatique vitam miſere tranſigetis. Atque inde è veſtigio vltio ſequetur, quæ vobis de cætero veniam concedi non ſinet.

Manlius Torquatus filium inobedientem è medio tollit.

G

Quare date mihi dexteras, & mutuo inter nos conſideremus, quid tum ex noſtri ipſorum, tum ex reipublica vſu futurum ſit, præſertim cum feſtos dies tum ſalutaris paſſionis, tum ſanctiſſimæ reſurrectionis Chriſti Dei noſtro inſtituto quodammodo opem ferentes habeamus.

H

CAPVT XII.

Quod poſt habitam Gregorij orationem milites mutata ſententia, denuo Philippicum Imperatorem exercitus recipiunt.

CVm hæc dixiſſet Gregorius, magnámque vim lachrymarum profudiſſet, omnium illorum mentes velut diuina quadã vi ac virtute momento temporis mutatæ ſunt, adeo vt poſtularent poteſtatem è conſeſſu exeundi, quo ſeparatim ipſi inter ſe quid agendum eſſet, deliberarent. Itaque haud diu poſt veniunt, ſe Epiſcopi voluntati atque arbitrio dedituri. Ac cum Gregorius Philippicum illis nominaret, quem voluit vt ſibi ducem peterent: reſpondent, tum ſe tum reliquum vniuerſum exercitum ſanctè iuraſſe, nunquam ſe illud facturum.

Gregorij oratione perſuaſi milites. Inſtitutis aduerſum per Epiſcopum remiſſa.

Tum

A

Milites per Epiſcopum iuramento ſoluti ſacra ſynaxi muniuntur.

Tum ille ſine mora aut vlla omnino cunctatione: Epiſcopo, inquit, conceſſum eſt, & poteſtas data ſoluendi & ligandi in cœlo & in terra, ſententiámque Euangelij illis citauit. Cùm verò illi etiam in hac re eius arbitrio cederent, Deum idcirco precibus & obſecrationibus placare cœpit. Atque immaculato Chriſti corpore eis diſtributo (erat enim ſacroſancta illa dies, quæ ſanctæ Domini Paſſioni proxima eſt) cum omnes, qui circiter duo millia erant, toris in herba ad eam rem confectis accumbentes cœna excepiſſet, poſtridiè domum rediit: decreuitque vt illi quo loco vellent, in vnum conuenirent.

Philippicum exercitus recipit.

Itaque Philippicum interim Tarſi Ciliciæ ætatem degentem accerſit, vt Conſtantinopolim maturè contendat: deque his rebus refert ad Imperatorem, eique poſtulata exercitus de Philippico per literas ſignificat. Milites autem Philippico poſtea Antiochiam profecto occurrunt, & hominibus qui lauacro diuinæ regenerationis tincti erant, ſibi, vt pro eis deprecarentur, aſcitis, ad genua Philippici accidunt. Qui cum dexteram illis dediſſet, ſe præteritæ culpæ memoriam obliuione penitùs deleturum, cum eo denuo in militiam proficiſcuntur. Atque iſtæ res ad hunc exitum peruenere.

B

CAPVT XIII.

De capta Martyropoli.

Vide Niceph. c. 17. l. 18.

Sittas Martyropolis proditor.

SIttas quidam, vnus ex decurionibus Martyropolis, quoniam animo aduerſus quendam militum præfectum exulcerato fuit, ciuitatem prodidit, tempore, quo milites præſidiarij aberant, ad eam rem obſeruato. Atque cohorte Perſica, Romanæ cohortis ſpecie in vrbem introducta, eam occupauit, vrbem Romanis planè opportuniſſimam: ac mulieres complures ætate florente integráque intra vrbem continuit, alioſque omnes, ſeruis quibuſdam exceptis, exegit. Quare extemplo Philippicus eo iter maturè facit; vrbem milite circundans obſidet. Et quamuis res ad obſidionem neceſſariæ ei deeſſent, tamen illis quæ ſuppetebant, depugnauit. Atque quibuſdam foſſis excisis, vnam turrim diſturbat.

C

Philippicus Martyropolim obſidione cingit.

Verùm ciuitatem capere propterea non poterat, quod Perſæ de nocte vigilantes, quod dirutum erat, denuo reſarciebant. Vbi verò Romani crebro in murum impetu facto repulſi ſunt, (tela enim ex locis ſuperioribus exquiſitè in eos coniiciebantur, & plus incommodi accepere ipſi, quam illis qui erant in vrbe intulere) dimittunt obſidionem, & paululum inde digreſſi, caſtra ponunt; illudque dumtaxat agunt, vt illis qui vrbem defendebant, nulli alij Perſæ adiungerentur. Cæterùm Gregorius mandato Mauritij ad caſtra profectus, ſuadet, vt ad obſidionem reuertantur. At nihil ampliùs efficere poterant, præſertim cum nulla machina bellica ad vrbes expugnandas accommodata eis ſuppeteret. Idcirco dimittitur exercitus ad hyberna: inque finitimis caſtellis multa præſidia relinquuntur, eo quidem conſilio, vt Perſæ non clandeſtino introitu in vrbem ingrederentur.

D

Perſæ quanquam pugna inferiores Martyropolim ingrediuntur.

Proxima autem æſtate exercitu collecto & Perſis ex aduerſo dimicantibus, circiter Martyropolim fit grauis pugna. Et quanquam Philippicus in eo prælio ſuperior fuit, & multi Perſæ, vno ex illorum principibus deuicto, ceciderunt tamen ſatis magna eorum multitudo (de qua re vna potiſſimum ab illis laboratum eſt) in Martyropolim introiit. Inde ergo Romani tametſi de vrbe per obſidionem capienda prorſus deſperare cœperunt (fieri enim haud poterat, vt eam viribus obtinerent) tamen alteram vrbem ſeptem inde ſtadia è regione in loco montoſo & natura communito, extruunt, vt machinationes quaſdam & aggreſſiones in Martyropolim comminiſcerentur. Atque hæ res æſtate ab illis geſtæ ſunt: hyeme autem dimittitur exercitus.

E

CAPVT XIV.

De Commentioli ducatu, & Ocbas deuictione.

Vide Niceph. c. 17. l. 18.

COmmentiolus autem genere Thrax, mittitur in Orientem ad Philippicum in ducatu ſuccedendum: qui tametſi bello feliciſſime contra Perſas depugnabat, parùm tamen abfuit, quin ipſe præceps vna cum equo delapſus, vitam amiſiſſet, niſi vnus ex ſatellitibus, equo vectario conſcenſo, eum è prælio ſubduxiſſet. Perſæ verò, qui ſupererant, in omnibus ſuis ducibus amiſſis, terga dant, & Niſibin confugiunt. Ac quoniam ad regem ſuum redire extimeſcebant (mortem enim illis minatus fuerat, niſi duces ſuos ſaluos & incolumes reducerent) ibi contra Ormiſdam coniurare conſtituunt: atque etiam Barames Dux Perſarum, qui iam cum ſuis ex prælio contra Turcas commiſſo reuerterat, idem ipſum ſuaſit.

Perſarum fuga Conſpiratio Perſarum aduerſus Hormiſdam Regem.

Ocbas arx capta.

Interim Commentiolus, Martyropolim obſidens, maiorem partem copiarum ibi relinquit: ipſe autem cum quibuſdam lectiſſimis militibus excurſionem facit ad Ocbas, arcem munitiſſimam in ripa vlteriore à regione Martyropolis in rupe abrupta ſitam, vnde tota ciuitas Martyropolis facilè conſpici poteſt. Quam arcem obſidione cingens, nihil quod ad eam expugnandam facere videbatur, intentatum reliquit: ſed quibuſdam muri partibus catapultis deturbatis, illac tranſgreſſus, arcem vi capit. Proinde Perſæ de reliquo cœpere de Martyropoli deſperare.

F

CAPVT XV.

De cæde Hormiſdæ.

Vide Niceph. c. 19. l. 18. Bar. anno 591. n. 26.

DVm hæc geruntur, Perſæ Hormiſdam regem omnium ſceleratiſſimum iniuſtiſſimúmque propterea trucidant, quod ſubiectos ſuos non modo pecunia, ſed variis etiam mortis generibus mulctaſſet.

G

Hormiſda cur à Perſis trucidatus.

CAPVT XVI.

De Iunioris ad nos Choſrois fuga.

Vide Niceph. c. 20. l. 18. Bar. præd. an. n. 27.

Barames contra Choſroem arma fert.

HOrmiſda extincto, Choſroëm eius filium regem creant, contra quem Barames cum ſuis copiis arma fert. Choſroës igitur cum exiguo exercitu illi obuiam it: ac cum ſuos ab ſe deficere cerneret, capeſſit fugam, rectáque cum Deum, vt ipſe aiebat, Chriſtianorum inuocaſſet, vt equus ipſum eo deportaret, quo ab illo duceretur, Circeſium contendit. Vbi autem cum vxoribus duobus tenellis liberis & quibuſdam Perſis nobilibus qui eam ſua ſponte comitabantur, eo veniſſet, inde legatos mittit ad Mauritium Imperatorem.

H

Humanitatis officia exhibita Choſroi ab Imperatore eiuſque familia.

Ille, cum de hac re conſilium accuratiſſimè iniuiſſet, & inconſtantem volubilémque vitæ humanæ rationem, & repentinas tum eius tum aliarum ſimilium rerum mutationes viciſſitudineſque ponderaſſet, ſupplicem admittit legationem: & Choſroëm hoſpitem pro exule, & pro fugitiuo filium efficit: muneribus planè regalibus donat, quibus eum ad ſe diligendum inuitaret. Atque non Mauritius ſolùm tam magnifica dona miſit ad Choſroëm, ſed imperatrix etiam erga Choſrois coniuges, & liberi Mauritij erga liberos eius, paria benignitatis officia præſtiterunt.

CAPVT XVII.

Quòd Imperator Gregorium & Domitianum in Choſrois occurſum emiſit.

Vide Niceph. c. 20. l. 18.

POrrò Mauritius omnes ſatellites ſuos & totum exercitum Romanum cum duce, qui Choſroëm quocunque vellet comitarentur, mittit. Quinetiam quo

plus

A *Baron. ſu præd. loco Mauritius quã tum honoris Choſroi detulerit Domit. & Epiſc. Melitinæ. Gregor.*

plus honoris ei deferret, mittit quoque Domitianum Epiſcopum Melitinæ, ſuum cognatum, virum prudentia & ingenio præſtantem, & tum verbo, tum re ipſa ad res maximas gerendas maximè idoneum, & ad grauiſſima obeunda negotia aptiſſimum. Mittit præterea Gregorium, qui Choſroem cum ob prudentes ſermones, quos de alijs rebus omnibus cum eo conferebat, tum ob munerum magnificentiam, & conſilia, quæ pro rerum quibus perturbatus erat conditione per opportune ei impertiebat, in maximam traduxit admirationem.

CAPVT XVIII.

Quod rurſum Perſarum Imperium Romanorum ope recepit Choſroes.

Vide Niceph. c. B 20. l. 18 Item, anno 593. n. 1. *Hierapo- lis ciuita*

CHoſroës vero cum Hierapolim, quæ primaria Euphrateſiæ ciuitas eſt, perueniſſet, rurſus reuertit. Quod cum intellexiſſet Mauritius, pluris faciens commodis Choſrois ſupplicia, quam ſuæ ipſius gloriæ conſulere, ingenti pecuniæ vi (quod non ante aliquando viſum fuiſſet) cum iuuat: atque ex Perſis conſcribit exercitũ, & impenſis omnibus de ſuo ſuppeditatis, Choſroem vtroque exercitu, Romano ſcilicet & Perſico inſtructum, extra fines Imperij Romani ad Martyropolim vſque producendum curauit. Cui Sittas primum traditus eſt, deinde à Martyropolitanis lapidibus obrutus, poſtea ab eiſdem in crucem actus. Traditum eſt ei quoque Daras oppidum, à quo clam exiuerant Perſæ: atque Barame à Romanis ſolis vnico prælio ſuperato, & ſolo cum ignominia in fugam verſo, Choſroës ad ſuum regnum reductus fuit.

Sittas proditoru ſupplicium. Baramus profligatus. Choſroes in R. gnũ reductus.

CAPVT XIX.

Quòd id temporis ſancta martyr Golanduch viuebat.

C Vide Niceph. cap. 25. l. 19 Item, anno 593 n. vlt. *Golanduch martyr. Stephan. Hierapol. epiſc. hiſt.*

EOdem tempore vixit apud nos Golanduch martyr, quæ multa tormenta perpeſſa, & à magis Perſis grauiter excruciata martyrij coronam poſt magna miracula quæ ediderat, aſſecuta eſt. Cuius vita ab antiquiore Stephano, Hierapolis Epiſcopo, literis mandata eſt.

CAPVT XX.

De donarijs, quæ ad ſanctum Martyrem Sergium miſit Choſroes.

Vide Niceph. c. 17. l. 15. Item lib. 17. c. 22. Bar. anno 593. n. 2. D & ſeqq. *Calix Diarum Choſroes qualia donaria ad Sergiũ martyrẽ miſerit.* 1. 2. Vide ſup. l. 4. c. 27. *Votum Choſroïs.*

CHoſroës autem iam ad ſuum regnum reſtitutus mittit ad Gregorium crucem multo auro & lapidibus pretioſis exquiſitè elaboratam, qua honorem Sergij martyris inclyti illuſtrari voluit. Hanc crucem primum Theodora coniunx Iuſtiniani ei dedicauerat, deinde Choſroës ſenior cum alijs monimentis, vti à me ſupra commemoratum eſt, inde abripuerat. Mittit quoque aliam crucem auream, in qua literis Græcis iſta curauit inſcribenda: *Hanc crucem ego Choſroës rex regum, filius Ormiſdæ miſi. Cum enim diabolico conatu, & veteratorio infeliciſſimi Baramis, & ſuorum Caballariorum in Romaniam confugere eramus compulſi, & propter aduentum ſcelerati Zadeſpram cum exercitu ad Niſibin, qui Caballarios, qui à partibus Niſibenis non ſtabant, ſubduceret: Caballarios cum duce ad Charchas vſque, qui Zadeſpram reſiſterent, eiuſque vires frangerent, miſeramus, ope & præſidio commuuiti S. Sergij martyris honoratiſſimi & in primis memorabilis, quoniam acceperamus, eum res abs ſe poſtulatas ſolere largiri primo anno regni noſtri.*

Septimo idus Ianuarij poſtulauimus opem ab eo, votumque fecimus, ſi Caballarij noſtri Zadeſpram vel interficerent, vel captiuum ſecum adducerent, nos auream crucem lapillis diſtinctam ad eius templum miſſuros, qua venerandum eius nomen illuſtraretur: atque ad quintum idus Februarij caput Zadeſpram, ad nos perlatum fuit. Itaque poſtulationis noſtræ facti compotes, quo res geſta nemini dubia eſſet, ad venerandum S. Sergij nomen illuſtrandum hanc crucem à nobis fabricatam, ad templum eius miſimus vna cum cruce, quam Iuſtinianus Imperator Romanus ad idem templum miſit, quamque Choſroes rex regum, filius Cabadis proauus noſter, temporibus, quibus Romani & Perſæ grauiſſime inter ſe diſſiderent, huc aduexit, quam denique nos in noſtris theſauris inuenimus, & ad ædem ſancti & venerabilis Sergij mittendam curauimus. Has cruces Gregorius cum de ſententia Mauritij Imperatoris accepiſſet, cum magna pompa ad ſacrum martyris templum detulit, inque eo repoſuit. Haud ita multo poſt alia dona ad ſanctum illud templum miſit Choſroes, inter quæ erat diſcus ex auro confectus, in quo inſcribenda curauit hæc verba: *Ego Choſroës rex regum, filius Ormiſdæ hæc in hoc diſco inſcribenda curaui. non vt ſpectentur ab hominibus, neque vt amplitudo tui venerandi nominis ex meis verbis cognoſcatur: ſed partim propter rerum in eo inſcriptarum veritatem partim propter multa beneficia & liberalia, quæ abs te accepi. Nam mecum feliciter actum puto, quod nomen meum in tuis ſacris vaſis extet. Cum forte Beramais eſſem, petebam abs te, ſancte Sergi, vt mihi ſubſidio venires, & Sira conciperet. Ac cum Sira Chriſtiana eſſet, & ego gentilis, & lex noſtra non permitteret nobis poteſtatem, mulierem Chriſtianam in vxorem ducendi: tamen ob meum ſingularem erga te amorem, legem in hac muliere neglexi, & eam de die in diem inter cæteras vxores ingenuè diligere non deſtiti, neque deſiſto. Quamobrem viſum erat tuam bonitatem, ſancte Sergi, deprecari, vt grauida fieret. Quin etiam votum tibi nuncupaui, ſumque pollicitus, ſi Sira conciperet, me crucem quam illa geſtat, ad ſanctiſſimum templum tuum miſſurum. Quapropter ipſe equidem & Sira hoc apud animos noſtros proponebamus, vt hanc crucem in memoriam nominis tui, ſancte Sergi, ipſi teneremus, & viſum erat pro illa pretium eius quod quatuor millia & quadringentos ſtateres miliareſios non excederet, mittere, & ſic idem augere, vt eius ſumma quinque millia ſtaterum complecteretur. Atque ex eo tempore, quo iſtam poſtulationem animis noſtris concipere, hecque cogitare cœperamus, ad tempus, quo Rhoſon Choſron venimus, non amplius decem dies præterierant: ad quod quidem tempus tu ſancte Sergi, non quod ipſe dignus eſſem, ſed propter tuam ipſius bonitatem mihi noctu ſecundum quietem viſus es, & iam tertio dixiſti Siram concepturam. Atque ego in eadem viſione tertio apertè tibi, quæ erant conſentanea, reſpondi. Ac quoniam tu rerum abs te poſtulatarum largitor es, ex eo die Sira morbum, quo mulieres laborare ſolent, non ſenſit. Ego autem etſi hac de re animo hæſitabam, vtrum verbis tuis fidem haberem an non cum ſis poſtulationum largitor: poſtea tamen ex eo, quod morbus muliebris Siram non attigit, tum vim exploratam habui viſionis, tum tuorum verborum veritatem. Quocirca crucem hanc illico, & eius pretium vna ad tuam ſanctiſſimam ædem miſi: dedique mandatum, vt ex eius pretio diſcus vnus, & vnus calix fierent, qui diuinis myſterijs celebrandis inſeruirent: quin etiam & crux fieret, & thuribulum fabricaretur, vtrumque aureum in vſum ſacræ menſæ, & velum vtrinque apertum conficeretur auro collustratum. Quòd autem de ſumma pretij reſtaret, ad neceſſarios vſus tua ſacra ædis reſeruaretur, vt mihi & Siræ tu ſancte Sergi, cum in alijs rebus opitulareris, tum maximè in hac petitione ſubſidio venires: & quod per tuam interceſſionem nobis euenire, idem ipſum per tuam clementiam & bonitatem mihi & Siræ ex ſententia penitus ſuccedat, quo tum ipſe tum Sira, tum alij omnes denique in toto orbe terrarum, tua in virtute ſpem ponamus? & in te deinceps credamus.* Hæc donaria à Choſroë oblata ea loqui videntur, quæ cum Propheta Balaam conſentiunt: quod planè Dei prouidentia factum eſt, vt gentilium linguæ verba ſalutaria proferrent.

E 3 *Operculum calicis.* F *Votum alterum Choſroïs.* *Lex Perſarum.* G *Choſroi ſanctus Sergius apparens prolem promittit.* *Menſtrua* H 4. 5. 6. 7. 8. *Prophetia Balaam.*

CAPVT

A

CAPVT XXI.

De Naamane Saraceno.

Vide Niceph. c. 23. l. 18. Bar. anno 593. n. 6. &c. *Naamanes Saracenus quando ad baptiſmum acceſſerit.*

PEr id temporis Naamanes gentis Scenitarum tribunus gentilis adeo nefarius & ſceleratus, vt propria manu homines dæmoniis ſuis mactaret, ad ſanctum acceſſit baptiſmum, ſtatuamque Veneris auream igne liquefactam pauperibus erogauit, & omnes qui ad eum ſpectabant, ad veram in Deum fidem traduxit. Gregorius autem poſtquam cruces à Choſroe donatæ erant, de ſententia Imperatoris omnia monaſteria in ſolitudine, Limitaneorum dicta, & maximè in quibus peruerſa Seueri dogmata regnabant, perluſtrauit, expoſuitque illis vera Eccleſiæ dogmata, & multa caſtella, pagos, monaſteria & gentes integras ad Dei Eccleſiam adduxit.

B

CAPVT XXII.

De Sancti Simeonis, qui columnam incolebat, morte.

Vide Niceph. c. 34. l. 18. Vide ſup. l. 5. c. 34. l. 1. c. 13. 14. Bar. anno 574. n. 5. & ſeqq. *Simeonis monachi obitus. Cur Simeones columnam incoluerit.*

INterea loci cum Simeones ſanctiſſimus tam grauiter ægrotaret, vt nulla eſſet ſpes vitæ reliqua, Gregorius à me de hac re certior factus, maturat, vt Simeoni extremum ſpiritum agenti adeſſet. Verùm quod volebat, minimè eſt conſecutus. Erat autem iſte Simeones propter eximiam virtutem omnium hominum ſuæ ætatis facilè præſtantiſſimus, qui in columna vitam ſeueram coluerat, adeò à teneris, vt aiunt, vnguiculis, vti dentes ſuos in ea manſione commutaret. Ad vitam autem in columna degendam tali cauſa inductus fuit: Cùm adhuc valdè tenella ætate eſſet, & puerorum more per montis iuga ludendo ſaltandóque pererraret, fortè fortuna incidit in pardum, cuius collo cingulo circumiecto, eo velut freno beſtiam quæ iam ſuam feram naturam exuerat, ad ſuum monaſterium ſecum ducit. Quòd cum magiſter eius, qui ætatem agebat in columna, videret, percontatur quid ſit. Reſpondet puer felem eſſe quem vulgò catum nominant. Hinc igitur coniecturam faciens, quantopere virtute eſſet in poſterum præſtiturus, ad vitam in columna degendam eum induxit. In qua

C

columna, ſimul & in altera ſummo in montis vertice ſita, ſexaginta octo annos vixit, omnibus gratiæ donis repletus: quippè dæmones expulit, ſanauit omnem morbum & omnem languorem, res futuras perinde ac præſentes præuidit. Qui prædixerat Gregorio, iſtum eius morti minimè adfuturum, atque adeò ignoraturum, quid poſt ipſum mortuum eueniret. Quinetiam cum ipſe mecum cogitarem de liberorum amiſſione, quærerémque quid cauſæ eſſet cur gentilibus, qui liberis abundarent, idem ipſum neutiquam accideret: Simeones, quamuis hanc cogitationem nemini omnino patefeciſſem, ſcripſit ad me, vt ab eiuſmodi cogitationibus, vtpote Deo minimè probatis, deſiſterem. Porrò autem cum vxor ſcribæ mei, quoniam lac illi, poſtquam pepererat, ita obſtructum fuit, vt infans in maximum vitæ veniret periculum: Simeones, vbi manum dextram viri eius tetigerat, iuſſit, vt ad vxoris vbera iniiceret. Quo facto, extemplo lac velut ex fonte erupit, adeò vt veſtem mulieris totam madefaceret. His accedit, quod puerum à viatoribus, quibuſcum iter fecerat Simeones, intempeſta nocte à tergo relictum, leo dorſo impoſuit, & ad monaſterium Simeonis aduexit. Itaque miniſtri Simeonis iuſſu egreſſi, puerum à leone apportatum introduxerunt. Multa alia prætereà geſſit planè memorabilia, quæ & linguam diſertam, & vacuum tempus, & ſeparatam tractationem deſiderant: quæ certè crebro hominum ore ſunt atque ſermonibus decantata. Nam cuiuſque nationis homines, non Romani ſolum, ſed etiam barbari ad eum aduenerunt, rerumque poſtulatarum compotes facti ſunt. Huic Simeoni rami quidam fruticis in monte creſcentis, & cibi & potionis loco fuêre.

Simeonis ad Euagrium litera.

D

Miraculū Simeonis.

Acta Simeonis.

Alimentum Simeonis.

E

CAPVT XXIII.

De Gregorij Theopolitani Epiſcopi ab hac vita migratione

Vide Niceph. c. 37. l. 18. Bar. anno 594. n. 19. *Gregorius Epiſcopus quando obierit.*

NOn longo tempore poſt Gregorius podagra correptus, qua maximè torquebatur, cum medicamentum ex Hermodactylo (ſic enim vocatur) confectum quod medicus quidam ei dediſſet, ebibiſſet, exiit è vita. Moritur autem tempore, quo Gregorius, qui ſucceſſerat Pelagio, Epiſcopatum antiquæ Romæ geſſit, nouæ autem Ioannes, & Alexandriæ Eulogius, vt ſupra dixi, & Anaſtaſius Antiochiæ, qui poſt viginti tres annos ad ſuam ſedem reſtitutus fuiſſet, & Hieroſolymorum Ioannes, qui paulo poſt obiit mortem, & nemo adhuc ad illius Epiſcopatus gubernacula capeſſenda deſignatus eſt.

Anno Christi 594.

F

Hoc loco Hiſtoriæ finem imponere animus eſt, anno ſcilicet duodecimo regni Mauritij Tiberij Imperatoris Romani, reſque quæ deinceps ſequuntur, his quibus libitum fuerit narrandas, monimentiſque literarum prodendas relinquere. Quod ſi quicquam à nobis vel omiſſum negligentia, vel minus accuratè expoſitum videatur, nemo nobis crimini det: illum ſecum cogitans, nos hiſtoriam diſperſam diſſipatamque in vnum collegiſſe, quo vtilitati hominum, quorum gratia tantos & tam graues labores ſuſcepimus, inſeruiremus. Aliud prætereà opus à nobis elaboratum eſt, quod relationes, epiſtolas, decreta, orationes, diſputationes, & alias res nonnullas complectitur. Relationes autem, quæ in eo continentur, ſunt maximam partem ex perſona Gregorij Epiſcopi Antiochiæ factæ. Pro quibus duos honoris gradus conſecuti ſumus: quæſturam à Tiberio Conſtantino, & muneris tabellarum ſeruandarum, in quibus præfectorum nomina inſcribebantur, à Mauritio Tiberio: quo regnante eas relationes compoſuimus, idque eo ipſo tempore, quo Theodoſium, qui tum ei rum Reipublicæ principium felicitatis cuiuſque generis dabat, in lucem edidit.

Euagrij hiſtoria vbi deſinat.

Aliud Euagrij opus. Euagrij dignitates.

G

SANCTI ISAACI SYRI Presbyteri Antiocheni, de contemptu mundi,

LIBER I.

Sanctum hunc Patrem Iſaacum, illum eſſe dubito quem Gregorius magnus Dialogorum lib. 3. de Syriæ partibus ad Spoletanam vrbem prioribus Gothorum temporibus veniſſe ait, narratque porro de illo multa, illud vero inprimis quod ad huius libri argumentum reddit quam proximè, Monachum qui in terra poſſeſſiones quærit, non eſſe Monachum. Plura vide ibid. c. 14.

H

ANima, quæ Deum diligit in ſolo Deo hæret: Anticipa ſoluere omnem colligationem extrinſecam à te ipſo, & tunc Deo corde colligari: præcedit enim colligati Deo, ſolutio à mundanis. Eſus panis poſt ablactationem datur infanti: Et homo, qui vult delectari in diuinis, prius ſe debet à ſæculo, velut infans ab vberibus maternis alienare. Operatio corporalis operationem animæ, ſicut in Adam limus inſpiratam animam antecedit. Qui corporalem actionem non acquiſiuit, nec animæ poteſt operationem habere, quia hæc ab illa naſcitur, ſicut ſpica de nudo grano: & illis qui non habent operationem animæ ſpiritualia dona deſunt. Labores huius ſæculi, qui pro vanitate fiunt, non comparantur diuitiis, quæ præparatæ ſunt affligentibus ſe bonis. Sicut ſequuntur ſeminantes in lachrymis manipuli exultationis; ita conſequitur lætitia afflictionem, quæ fit propter Deum. Panis

De operatione corporali, & ſui abiectione. Cap. 1.

A

Humilitatis fructus.

qui ſudore acquiritur, dulcis apparet agricolæ: & operationes quæ propter iuſtitiam fiunt, cordi, quia cordi dant ſcientiam Dei. Suſtine abiectionem & humilitatem bona voluntate, & ſecuritatem habeas ante Deum. Omne verbum durum ſuſtinens homo, ſciens abſque malo aliquo eſſe quod præceſſerit ab illo contra loquentem, coronam quidem ſpineam capiti ſuo ſuperimponit, ſed beatus eſt, quia tempore quo ignorat, incorruptibiliter coronabitur. Qui fugit gloriam ſcienter, hic in anima ſua futurum ſæculum iam præſentit. Qui dicit ſe reliquiſſe mundum & litigat cum hominibus pro vſu rei alicuius, neque ſpectat ad quietem ſuam, minatur eidem: cæcus eſt omninò hic, quia corpus quidem voluntariè penitùs dereliquit. Pro vno autem membro eius litigat atque pugnat. Qui fugit præſentis vitæ quietem, huius tuens futurum ſæculum intuetur. Qui verò cupiditate ligatus, ſeruus vitiorum exiſtit: Ne putes, quod ſit cupiditas quæſtus auri tantummodo & argenti, ſed in cuiuſlibet, in qua voluntas tua dependet. Ne laudes illum, qui corporaliter ſe affligit, tamen eſt ſenſibus diſſolutus, videlicet auditu & ore diffuſo, ac oculis, impudicis. Si quando animæ poſueris terminos, vt per pœnitentiam ædifices temetipſum, & non quæras iuſtitiam in rebus alienis: In hoc animam tuam aſſueſcas, ne videaris vna quidem manu operans, alia que diſpergens. Illic enim ſollicitudo noſtra eſt, hic vero dilatatio cordis. Scias quod dimittere debitoribus debita, de operibus iuſtitiæ eſt, & tunc videbis tranquillitatem, vndique cum ſplendore. Cùm aſcenderis viam iuſtitiæ, adhærebis tuæ in omni re libertati. Quidam ſanctorum dixit, quod miſericors, niſi fiat iuſtus, cæcus eſt, vt ea his det aliis, quæ laboribus propriis acquiſiuit, non ex acquiſitis per machinationes & mendacia, periuria & falſitates. Si vis ſeminare in pauperibus, de propriis ſemina. Nam ſi de alienis ſeminaueris, erunt zizaniis amariora. Ego verò dico, quod niſi fiat miſericors ſupra iuſtitiam, non eſt miſericors, id eſt, quod non ſolùm hominibus miſereatur de propriis, ſed & ſuſtineat cum lætitia iniuriam ab eiſdem, ac etiam miſereatur ipſorum. Cùm autem iuſtitiam per eleemoſynam vicit, coronatur non coronis, quæ ſunt in lege iuſtorum: ſed coronis quæ ſunt in Euangelio perfectorum. Nam quod aliquis det pauperibus, & nudum induat, & diligat proximum ſicut ſemetipſum, nec iniuſtum faciat, nec etiam mentiatur, hæc & in Teſtamento veteri continentur. Sed perfectio Euangelicæ diſpenſationis ſic præcipit: Ab auferente tibi tua non exigas, & omni petenti te tribues. Et non ſolùm iniurias rerum & cæteros euentus extrinſecos decet ſuſtinere cum gaudio, verùm in optimo animam poni pro fratre: Hic eſt enim miſericors, & non ille, qui tantummodo pro dono fratribus miſeretur. Et quicunque audierit vel viderit quicquam contriſtans fratrem ſuum & aduſtus fuit corde, hic miſericors eſt verè. Similiter, qui percuſſus à fratre ſuo, motus non fuerit ad dicendum aliquid, quod contriſtet cor eius, miſericors eſt.

Cupiditas quid ſit.

B

Dimittere debita.

Eleemoſyna.

C

D

De vigilia precirſtate. Cap. 2.

Operationem vigiliarum habeas pretioſam, vt inuenias conſolationem appropinquantem in anima tua. Perſeuera legens in ſolitudine, vt ſemper mens tua ad Dei mirabilia deducatur. Dilige autem patientiam, & paupertatem, vt à diſperſione tuus animus colligatur. Affabilitatem odio habebis, vt cogitationes tuas ſine turbatione conſerues: Retrahe teipſum à multis, & cura de anima tua, vt ſerues eam à diſperſione tranquillitatis internæ. Dilige caſtitatem, vt non confundaris temporis orationis tuæ, & in memoria mortis accendatur lætitia in corde tuo. Vt à magnis non excidas caueto tibi à paruis. Non ſis lentus in operatione tua, ne confundaris cum ſteteris in medio amicorum tuorum, & inueniaris ſine viaticis, ac te ſolum in viæ medio derelinquant. Intelligibiliter confitere opera tua, ne à toto curſu tuo derelinquaris: Acquire libertatem in conuerſatione tua, vt libereris à tempeſtate. Ne vincias libertatem in voluptate carnis, ne ſeruus ſeruorum fias. In veſtitu tuo dilige vilia indumenta, vt orientes in te cogitationes abiicias, ſcilicet elationis. Nam qui ſplendida diligit, humiles cogitationes habere non poteſt, quia cor exterioribus figurationibus confirmatur. Quis diligens turpiloquia, poteſt habere mundam mentem? Quis ſe fingit, vt ab hominibus glorietur, & poteſt cogitationes humiles adipiſci? Vel quis luxurioſus exiſtens & diſſolutus membris, poteſt fieri mente mundus & humilis corde? Cum mens à ſenſibus trahitur, tunc cum eis cibum comedit beſtiarum. Cum vero ſenſus retrahuntur à mente, cum ipſa ſtatim Angelorum cibum aſſumunt. Abſtinentia & retractio ſequuntur humilitatem. Vana gloria vero opus eſt ſuperbiæ, fornicationiſque miniſtra. Humilitas propter continuam retractionem ſuam contemplatione decorat animamque ornat in caſtitate; vana gloria propter continuam turbationem & fermentationem cogitationum ſuarum quæ fiunt ex occurſu rerum, theſauros continet execratos & polluit. Cor ipſum vero naturas rerum luxurioſo intuetur aſpectu, & in turpibus imaginationibus facit mentem ſtudere. Humilitas quoque per contemplationem ſpiritualiter retrahitur, & ad contemplandum Deum monet acquiſitorem ſuum.

E

Turpiloquium.

F

De ſolitudine. Cap. 3.

Noli comparare facientes ſigna & prodigia & virtutes in mundo, illis qui in ſolitudine ſunt ſcienter. Dilige ocium ſolitudinis pluſquam eſurientes ſæculi ſaturare, & conuertere multas gentes ad agnitionem ſupernam & ad honorem Dei. Meliùs eſt enim à peccati vinculo ſoluere temetipſum, quam liberare ſeruos à ſeruitute. Gregorius namque dixit, Bonum eſt Theologiam edere propter Deum, ſed melius eſt quod ſeipſum mundet quis apud Deum. Melius eſt tibi pacificare in anima tua vnitaté Trinitatis quæ in te eſt, quam pacificare doctrina tua diſcordes. Melius eſt, tibi breuiloquum eſſe, cum doctus ſis & peritus, quam proferre in ſubtilitate mentis doctrinam, quaſi torrentem. Expedit tibi ſolicitum eſſe ad erigendum, quod de anima in vitiis eſt collapſum per motum cogitationum tuarum in rebus diuinis, quam mortuus ſuſcitare. Multi operati ſunt virtutes & mortuos ſuſcitarunt, & poſtmodum ipſi qui viuificarunt alios, ad execrabilia & horribilia ceciderunt & facti ſunt aliis in ſcandalum, quia cum infirmitate animi laborarent, de ſanitate propria non curarunt: ſed expoſuerunt ſe mari huius ſæculi ad ſanandum animas aliorum dum ipſi ægrotarent. Nam ſuorum infirmitas ſenſuum obſtare non poterat flammæ rerum habentium ex conſuetudine vitiorum difficultatem. Adhuc egebant cauere ſibi, ne viderent mulieres, aut pecunias poſſiderent, neque præeſſent aliis, nec contra quemquam extollerentur. Melius eſt tibi exiſtimari viris imperitum ob breuitatem ſcientiæ ad diſputandum, quam eſſe vnum de ſapientibus præſumptoribus.

Breuiloquium.

G

De modo arguendi peccatores.

H

Cap. 4.

Argue contradicentes tibi in fide, virtutum tuarum potentia, non ſuggeſtibilitate verborum. Inflexibilium quoque præſumptione manſuetudine ac tranquillitate verborum tuorum refrena. Argue luxurioſas tuæ conuerſationis mobilitates & ſenſum impium ducas oculorum retentione tuorum. Peregrinum te ſentias omnibus diebus vitæ tuæ quocunque ingrediaris, vt à damno poſſis erui quod à ſecuritate contingit. In omni tempore te ipſum reputa nihil ſcire, vt culpam effugias quam facit ſuſpicio volentis ſiſtere contra alterius arbitrium diſputantis. Perſeuera ſemper ore benedicendo, & nunquam maledixeris. Nam benedictio benedictionem facit, & maledictio maledictionem. In omni re teipſum æſtima egere doctrina, & inuenieris ſapiens omnibus diebus vitæ tuæ. Ne tradas quidquam alicui, nondum quod comprehendiſti. Ne verecunderis, ſi in ipſo & ex comparatione tuæ conuerſationis ad illam tuæ traditionis falſitas reueletur. Si quid tale loquaris, alicui non temetipſum oſtendes, quod ſufficientior in eo ſis, vt & auditoribus ordinem humilitatis oſtendas, & eos ad audiendum verba tua, ad currendum ad operationẽ inducas & ſis venerabilis in oculis

eorundem

A lis eorundem. De huius rebus loquere cum lachrymis, vt tibi proſint & audientibus & gratia Dei erit tecum.

Blaſphemia ſpiritui quomodo ſit obuiandū. Cap 5.

Si ad Dei gratiam perueniſti & in contemplatione crearurarum Dei viſibilium, quod eſt primus ordo ſcientiæ delectari promeruiſti, contra ſpiritum blaſphemiæ, præpara teipſum & arma. Sine armis non ſtes in hac regione, ne ab inſidiatoribus & decipientibus quam citiùs occidaris. Sint autem tibi pro armis, lachrymæ ieiuniumque frequens. Caue tibi ne documenta hæreticorum legas, hoc enim eſt quod blaſphemiæ ſpiritum contra te amplius armat. Cum repleueris ventrem non te pigeat ad ſcrutandum aliquid de diuinis rebus *, ne *Moneri* moueaſis. Nam in ventre repleto, ſecretorum Dei ſcientia non exiſtit, intellige quod tibi dico. Lege continue & inſatiabiliter in libris doctorum de Prouidentia Dei, quia ipſi dirigunt mentem ad intuendum ordinem creaturarum Dei & operum eius, & robutant eam ex ipſis & aptant ad acquirendum intellectum illuminatum ex claritate ipſorum, & ad conſiderationem

B creaturarum Dei cum mundicia faciunt ambulare. Lege in Euangeliis vt viaticum acquiras ex diſpoſitis à Deo ad ſupernorum agnitionem in toto mondo, virtute prouidentiæ ſuæ. Peregrinationes ſingulas operare, vt mens tua in Dei mirabilibus profundetur, huiuſmodi Idcirco tuo labori coaptetur. Ne ſint penes te ſermones peritorum, ſcilicet falſariorum, & qui diuina eloquia vendunt, vt non remaneas in tenebris vſque ad finem vitæ tuæ, defectum patiaris incommoditatis ipſorum, ac ſi fermentatus terrearis tempore pugnæ tuæ, & in foueam incidas occaſione percipiendæ commoditatis ex ipſis. In omnimoda tranquillitate lectio tibi fiat, & eſto liber à multa ſolicitudine corporis rerumque turbatione, vt delectabilem guſtationem in anima tua guſtes per dulcem conſiderationem quæ ſuperat omnem ſenſum, & ſentiet eam anima tua perſeuerando in ipſa. Hæc tibi ſit pro ſigno in rebus quas ſubire voluiſti, ne de regione illa egrediaris.

C

De contemplatione rerum. Cap 6.

Cum cœperit gratia tua oculos aperire ad percipiendum contemplationem tecum in veritate, tunc ſtatim incipient oculi tui fundere lacrymas quaſi flumen, vt multoties lauentur ex abundantia genæ tuæ. Et tunc ceſſat pugna ſenſuum & retrahitur intus. Si quis iuſtorum docuerit contraria, ne credas ipſi, nam præter lachrymas aliud ſignum non quæras à corpore. Quam cito enim mens à creaturis attollitur, tum corpus tam à

Prou. 25. lachrymis, quam à ſenſualitate recedit. *Cum mel inueneris, ne inde repletus euomas, ex ipſo comede moderate.* Natura enim animæ tenuis res & leuis exiſtit. Aliquando enim pſallens deſiderat aſcendere ſupra naturam ſuam, multoties autem à lectione ſcripturarum & contemplatione rerum aliqua comprehendit, tum vero comparatur his quæ comprehenſa ſunt, ab illa inſufficientior & timidior apparet ſecundū ſuæ diſpoſitionis menſuram, reſpectu illorum, ad quæ ſcientia eius intrauit. Sic & inducat in cogitationibus ſuis timorem atque tremorem

D & feſtinet redire ad infimum ſui, propter formidinem, vt pute quæ mota eſt, & de his, quæ ſupra ſe ſunt diuinis rebus ſcrutari præſumpſit. Nam propter timiditatem rerum formido quædam fit ei, & diſcretio iuuat intellectum animæ, vt ſilentio vacet & non moueatur, ne pereat, nec exquirat, quæ ſupra ſe ſunt altiora. Cum vero poteſtas tibi data fuerit conſiderandi, ne mouearis contra myſteria, ſed adora glorifica, & ſilendo regratiare. Nam ſicut non expedit multum mellis comedere, ſic nec de diuinis eloquiis perſcrutari, ne volentibus intueri res breuiores nec adhuc eas ex aſperitate viæ valētibus inſiſtere, tur viſionis virtus & offendatur. Aliquando enim loco veritatis fantaſmata quædā videntur, & cum mens ab inquiſitione actiua occupatur, obliuiſcitur ſuæ in-

Prou. 25. tentionis. Bene ergo ait ſapiens Salomon; Quod homo ſine ſapientia, eſt ſicut ciuitas ſine muro. Munda igitur ô homo animam tuam, & excute à te ſolicitudinem rerum quæ ſunt extra naturam tuam, & apprehende humilitatis & caſtitatis velamina contra intellectus &

E motus tuos. Et per hoc inuenies id quod intra te eſt, humilibus enim myſteria reuelantur.

De oratione & lectione bene inſtituenda. Cap. 7.

Si vis animam tuam dare ad operationem orationis quæ mundat mentem, & perſeuerantiam in vigiliis nuctia, elonga teipſum ab aſpectu mundi, ſuccide colloqui, & noli accipere ex conſuetudine amicos in cellam tua, nec etiam ſub ſpecie bonitatis, præter illos qui ſunt tibi eiuſdem moris & arbitrij ac ſocietatis eiuſdem. Et timeto fermentationem locutionis animæ, quæ conſueuit inuita moueri. Et poſtquam ſucciderís & ſolueris exteriorem locutionem, coniunge orationi tuæ miſericordiam, & anima tua lumen veritatis videbit. Nam quanto magis cor ab extrinſecis rebus in tranquillitate manet, tanto magis mens poteſt recipere comprehenſionem, quæ à conſideratione intellectus habet eſſe. Eſt enim mos animæ cito mutare colloquium, ſi tamen laborauerimus paruam diligentiam adhibere, ſtude in lectionibus ſcripturarum quæ demonſtrant viam ſubtilitatis contemplationis, & in

F vita ſanctorum, quamquam à principio non ſentias dulcedinem, propter obtenebrantes propinquitates rerum vt mutes colloquium in colloquium. Et cum ſurrexeris ad orationem & regulam, loco meditationis ſæcularium quæ vidiſti & audiſti, inuenies te meditatione ſcripturarum quas legiſti, & recordationis illorum ſæcularium obliuiſceris, & taliter ad munditiam mens accedit. Et hoc eſt illud quod ſcriptum eſt, quod anima iuuatur à lectione, quando ſtat in Oratione, & ex oratione illuminatur in lectione, ac eodem loco extergi fece fermentationis inuenitur tota in forma orationis. Turpe eſt, carnis amatores & gaſtrimargos de rebus ſpiritualibus perſcrutari. Corpus grauiter ægrotans, odit cibos aſperos & repellit: & mens ſæcularibus rebus intenta non poteſt appropinquare ſcrutiniis diuinorum. Ignis in humidis lignis non accenditur, & diuinus calor in corde diligentis quietem & otium, non gignitur: Meretricis non manet amicitia penes

G

Amor meretricius

vnum, & anima quæ colligata eſt in rebus pluribus, in diuinis non permanet documentis. Quemadmodum is qui non vidit oculis ſuis Solem, ex auditu ſolo non poteſt recitare cuiquam lumen eius, nec ſentit, ita & ille cuius anima dulcedinem cæleſtium non guſtauit.

De eleemoſyna. Cap. 8.

Si habes quid vltra neceſſitatem tuam diurnam, pauperibus illud erога, & eris cum ſecuritate. Offer orationes tuas, id eſt, loquere cum Deo, ſicut filius cum Patre ſuo. Nihil facit ita appropinquare Deo, ſicut eleemoſyna. Nihil ita facit menti tranquillitatem, ſicut paupertas quæ voluntarie ſuſtinetur. Melius eſt tibi à pluribus vocari idiotam, quam propter gloriam, ſapientem atque perfectum. Si quis equum aſcendens extendat ad te manum vt accipiat à te eleemoſynam, ne repellas eum, quia illo tempore, ſicut vnus de pauperibus egens erit. Cum autem dederis, eum magnanimitate da, & vultus hilaritate plus quam ille petierit præbe. Emitte namque Domine panem tuum ante faciem pauperis, &

H poſt multum temporis retributionem videbis. Ne diſcernas pauperem à diuite, nolique ſcire dignum ab indigno. Sed ſint apud te omnes homines æquales ad bonum. Hoc modo poteris indignos trahere ad bonum, quia cito trahitur anima per temporalia in Dei timorem. Nam & Dominus publicanis & peccatoribus com-

Eleemoſyna omnibus indifferēter danda.

municabat in mēſis, nec ſeparabat indignos, vt hoc modo traheret ad Dei timorem vniuerſos & per corporalia ſpiritualibus propinquarent. Ob hoc in bono & honore in omnes homines fac æquales, quamuis Iudæus vel paganus ſit, & maximè quia frater tuus eſt, & de natura tua & à veritate ſine ſcientia deuiauit. Quando feceris alieno bonum, retributionem non expectes ab illo, & ſecundum vtramque rem retribuetur tibi à Deo. Et ſi tibi poſſibile fuerit, neque propter retributionem futuram facias bonū, ſed propter amorem Dei facias ſimpliciter.

De paupertate. Cap. 9.

Si poſueris animæ tuæ terminum paupertatis & per gratiam Dei fueris à ſolicitudinibus liberatus, & in tua paupertate factus fueris ſupra mundum, caue

A ne propter amorem pauperum quæſtum diligas pro eleemoſyna facienda, & ponas animam tuam in turbatione, vt accipias ab alio, vt aliis largiaris, & exiſtimes honorem tuum ſubiectione petitionis rerum nomine aliorum, & excidas à libertate & nobilitate intentionis ſuæ in ſolicitudines ſæcularium rerum, quia gradus tuus ſublimior eſt gradu miſericordium, ſupplico tibi, ne ſubtieiaris eleemoſynæ, quæ ſimilis eſt nutrimento puerorum. Sed ſolitudo perfectionis eſt caput. Si res habes ſemel illas diſperge. Quod ſi non habes, noli habere. Munda igitur cellam à ſuperfluitatibus & deliciis. Quia hoc te adducit ad abſtinentiam etiam inuitum & nolentem? Defectus rerum docet hominem abſtinere. Quia cum opportunitatem rerum accipimus, noſmetipſos non poſſumus continere. Qui exteriorem pugnam ſuperauerunt, ſocietatem acceperunt de timore interiori, nec opportune inſtat in eis, nec ab ante nec à tergo quatiuntur in pugna. Pugnam B autem dico, quæ aduerſus animam à ſenſibus & negligentia ſuſcitatur, ſicut eſt dare & accipere, auditus & lingua, quæ ſemper inducuntur animæ, ſibi faciunt cæcitatem, vt propter ſuperinductionem turbationis exterioris non poteſt ſibi ipſi attendere in latenti prælio, quod mouetur aduerſus eam, & cum tranquillitate illa videre, quæ mouentur ab intus. Quando quis clauſerit oſtia ciuitatis ſenſuum, tunc pugnat ab intus & inſidiatores qui ſunt extra ciuitatem, non timet.

De oratione & labore. Cap. 10.

Beatus, qui nouit hoc & manet in ſolitudine, nec fluctuat in operum multitudine, ſed omnes corporales operationes in laborem orationis conuertit, & credit, quamdiu operatur cum Deo, & habet ſolicitudinem in ipſo die noctuque, quod non deficiat ei quicquam de neceſſariis vſibus quemadmodum non ceſſat ab opere pro eodem. Si quis autem non ſuſtinuerit in ſolitudine ſiue operetur vtens quidem eo, tanquam adiutore; non tamen auide propter lucrum. Nam illud poſitum eſt infirmis, quia fortioribus turbamentum exiſtit, paupe C ribus & pigris patres expoſuerunt, vt operarentur, ſed non ſicut rem neceſſariam. In tempore, quo Deus compungit cor, da teipſum continuis extentionibus corporis in terra & genuflexionibus. Et cum cœperint in te Dæmones ſuggerere, vacare in labiis, cor tuum ſolicitum eſſe de aliquo, non dimittas, & tunc vide & mirare, quid debet ex hoc maius oriri. Nihil aliud maius eſt quam aliquem ſternere ſenſum ante crucem Chriſti die ac nocte, & manus poſt terga ligare, id eſt à manuali opere quieſcere. Via non frigeſieri tibi calorem & à lachrymis non paupertati, in his exerce teipſum. Et beatus es ô homo, ſi die ac noctu ſtudueris in his, quæ dicuntur tibi aliud quæſieris cum eiſdem, tunc enim orietur tibi lux interius & iuſtitia tua cito fulgebit, & fiet ſicut indeficiens fons aquæ ac ſicut florida paradiſus: Vides qualia bona homini de certamine oriuntur, multoties inuenitur cornatus ſuper genua in orationibus, manus habens excelſas ad cœlum, & reſpiciens faciem in cruce Chriſti, & colligens omnes cogitationes ſuas D in Deum in oratione. Et quamdiu erat cum lachrymis & compunctione, in ipſa hora ſtatim ſubito manat in corde ſuo fons producens delectationem, & diſſoluntur membra eius, & conuelantur oculi eius, & circuit facie in terram, cogitationes autem ipſius alterantur ita, vt non poſſit facere genuflectionem præ gaudio, quod in toto corpore ſuo erit. Attende igitur hiſce ô homo quæ legis, quia niſi laboraueris, non inuenies, & niſi cum feruore pulſaueris ac ſuperuigilaueris oſtio continue non exaudieris. Quis audiens hoc, deſiderabit iuſtitiam extrinſecam. ille ſcilicet qui non poteſt in ſolitudine inſtrbere. Veruntamen ſi quis non potuerit vacare, pro eo quod gratia Dei eſt, eſſe hominem intra oſtium, non derelinquam viam, ne vtriuſque vitæ faciat ſe expertem. Donec moriatur exterior homo à rebus mundi, non ſolum à peccato, ſed ab omni actione corporali, ſimiliter interior homo à prauis cogitationibus & infirmetur motus corporalis naturalis, vt

E non moueat in corde dulcedinem peccatorum, non mouebitur in homine dulcedo. Spiritus ſancti, & membra eius non purgabuntur in vita ſua, & in anima eius intellectus diuini non apparebunt. Et quouſque deſtruat in corde ſuo ſolicitudinem ſæcularium, præter neceſſarium vſum naturæ, ac dimittat Deum curare de ipſis, ſpiritualis ebrietas in ipſo non mouebitur & conſolationem illam non ſentiet, de qua erat Apoſtolus conſolatus, quando dicebat: *Noſtra conuerſatio in cælis eſt.* Et iterum, *viuo ego, iam non ego, ſed viuit in me Chriſtus.* (Gala.) Hoc autem dico non ſuccidens ſpem, ita videlicet, quod niſi qui attingeret ad ſummitatem perfectionis, non promereatur gratiam Dei, aut ſibi conſolationem inueniat occurrentem. In veritate cum aliquis commiſſa publicauerit & ab eis elongauerit ſe omnino, & acceſſerit conſtanter ad bona, in modico tempore ſentiet auxilium, quod ſi ſuperauerit aliquantulum, inueniet conſolationem animæ ſuæ, remiſſio F nem conſequenter, & abundantiam bonorum recipiet, & gratia dignus fiet. Verumtamen minor eſt iſte in comparatione apud perfectionem illius, qui ſeipſum ſegregauit à mundo, & inuenit in anima ſua beatitudinis ſecretum, & comprehendit illam rem, pro qua Chriſtus aduenit. Cui ſit gratia in ſæcula ſæculorum, Amen.

De honore à Deo dato. Cap. 11.

Multum honorem dedit Deus hominibus doctrinam duplicem, qua eis aperuit oſtium intrandi ad ſupernam agnitionem. Vis autem teſtem fidelem ſuper præmiſſis fac temet tu in teipſo, non peribis. Et ſi ab exterius via hoc ſcire, habes alium magiſtrum & teſtem, qui ad viam te dirigit veritatis. Mens fermentata obliuionem vitare non poteſt, & ſapientia non aperit talibus portam ſuam. Qui poterit comprehendere diligentis cognitione, ad quam æqualitatem finis omnium finiatur abbreuiatio temporalium, alio magiſtro non eget. Naturalis lex quæ primum homini data fuit à Deo, contemplatio eſt creaturarum ſuarum. Poſt præuaricationem vero addita eſt literalis. Qui non elongat ſe à cauſis viciorum voluntarie, inuitus trahitur ad peccatum. Hæ ſunt cauſæ peccandi, Vinum, mulieres, proſpera corporis habitudo & diuitiæ. Hæc naturaliter non ſunt peccatum, ſed per hæc declinatur ad paſſiones peccati, vnde oportet ſtudioſè cauere ſibi.

Non vult dicere hominem coniſi ac neceſſario peccare, cum ſine vſu libero G arbitrij, non ſit peccatum ſed hyperbolicè ita indicat vim paſſionũ, & virileſa conſuetudinis.

Si ſemper fragilitatis tuæ fueris memor, terminum cuſtodiæ non excedes. Apud homines abominabilis eſt paupertas, apud Deum vero plus anima corde ſublimis. Apud homines ſunt diuitiæ pretioſæ, ſed apud Deum, anima humiliata. Cum volueris facere initium bonæ operationis, contra venturas tibi tentationes prius præpara te ipſum, ne hæſites veritati. Nam conſuetudo eſt inimici, vt cum videt aliquem accipientem bonam conuerſationem fide feruenti & conſcientia pura, obuiat ei variis diuerſis tentationibus, vt exinde in timore veniens, areſcat à bono propoſito, ne habeat aliquatenus calorem appropinquandi Deo: non quod talem virtutem habeat aduerſarius (nam nullus poſſet tangere bonum) ſed permittitur à Deo, ſicut in beato Iob docti ſumus. (Iob. 1.) Tu vero præpara temetipſum viriliter ad obſtandum tentationibus, quæ virtutibus inducuntur, ac deinde virtutes incipe operari. Quia niſi prius te præparaueris, à virtutum operatione recedes. Homo dubitans Deum eſſe adiutorem bonæ operationis, ab vmbra ſua terretur, & in tempore fœlicitatis & abundantiæ, fame laborat, & in tranquillitate ſpirituali tempeſtate repletur. Qui vero confidit in Deo, confortatur corde, & coram omnibus apparebit precioſitas eius, & in conſpectu inimicorum ſuorum. Mandata Dei ſuper omnes theſauros mundi ſunt, & qui acquiſiuit ea, inuenit intra ſe Deum: qui ſemper quando cubat, ſolicitus eſt de eo, ipſum acquirit procuratorem, & qui conſiderat voluntatem eius, cœleſtes Angelos deductores habebit. Qui timet peccata, inoffenſibiliter tranſibit timidum iter, & ante ſe lumen inueniet tempore tenebroſo. Greſſus cuſtodit Dominus peccata timentis, &

De occaſionibus vitiorum vitandis Cap. 12.

H

tempore

A tempore ruinæ præueniet cum miſericordia Dei. Qui delicta ſua exiſtimat parua, cadet in deteriora prioribus, & in ſemetipſo ſolum vindictam. Semina eleemoſynam in humilitate, & in miſericordia iudicium metes. In quibus perdidiſti bonum, in illis iterum acquire illud ad te, non obolum des Deo, quod à te non pro te ipſe recepit. Margaritam videlicet caſtitatem perdidiſti, non recepit à te Deus Eleemoſynam. Caſtitatem corporis tui vult à te, ex quo præuaricatus es, mandatum putes acquiſitionem mundi dereliquiſſe, pro aliis pugnes. Radicem dereliquiſti & alios veniſti impugnare. Dixit beatus Ephrem, quia nullus repugnat æſtiuo tempore meſſis hyemalibus indumentis indutus, hic quilibet quod ſeminat, illud & metet, & quælibet infirmitas medetur propriis medicinis. Et tu forſitan agitatus inuidia, vt quid ſomnum impugnare feſtinas? Quouſque paruum habeas & incipiat florere delictum, exſcinda illud priuſquam amplificetur, & fructum faciat. Non ſis negligens, quando paruum tibi videtur delictum quoniam videbis illud primo Dominum inhumanum & coram illo ligatus, tanquam ſeruus incides, ſed ille qui repugnat à principio dominabitur eius cito.

Caſtitas.

B

De patientia perfectione Cap 13. *Humilitas.*

Qui poteſt iniuſtitiam ſuſtinere cum gaudio, habens vtrique præ manibus, quo reſiſtere poſſit: hic recipit conſolationem diuinitus per charitatem quam gerit ad ipſum. Qui cum humilitate ſuſtinet accuſationes obiectas, hic ad perfectionem venit, & à ſanctis Angelis admiratur. Nulla enim ita magna & difficilis ad obtinendum virtus exiſtit. Ne credas tibimet quod ſis fortis, quouſque examineris, & inuenias te ipſum in alteratum, ſic in omnibus proba temetipſum. Non habeas mentem elatam, nec confidas de virtute tua, ne permittaris in fragilitate naturæ, ac tunc ea propria natura fragilitatem tuam addiſcas. Ne credas tuo arbitrio, ne te vinculo ſuo illaqueet inimicus. Acquire fidem rectam in ſemetipſo, vt inimicos tuos valeas conculcare, habeas manſuetam linguam & omnino tibi dedecus non occurret. Acquire tibi dulcia labia, & habebis tibi omnes amicos. Ne glorieris vnquam in bonis operibus tuis, ne in

C lingua tua cõfundaris. Quamlibet rem, in qua gloriatur homo, Deus alteratri permittit, vt humilietur homo & omnia prouidentia diuina permitti. Ne credas, quod ſit tibi aliquid inalterabile in hac vita, talis autem affectus tuos oculos ſemper ad Deum extollat. Protectio Dei & prouidentia contra omnes homines eſt, nec videtur niſi ab his, qui purgauerunt ſemetipſos à peccato, & meditationẽ habent in Deo. Specialiter autem manifeſtatur his prouidentia Dei, qui pro Deo incidunt in magnam tentationẽ, tunc ipſam ſentiunt & quaſi oculis corporis apparet, quibus vident eam iuxta quantitatem & curam contingentis tentationis vt ad extremitatem pugnatores iungat, ſicut in Iob, Ieſu naue, Petro, & ſimilibus quibus in humana ſpecie apparebat confortans, & confirmans ad fidem. Si vero ſanctis hic diſpenſatorie datum fuit, quum ſpecialiter prometuiſſent, huiuſmodi viſiones: in tentationibus ſint tibi ad fortitudinis exem-

D plum martyres Chriſti, quorum multi multoties aut ſingulariter vnus, & vnus in multis locis certauerunt in Chriſto, & in occulta virtute, quæ in eis erat viriliter ſuſtinuerunt in luteis corporibus, campo, ferro & omnimoda tormenta, rem quidem ſupra naturam. Talibus enim ſancti Angeli viſibiliter apparebant, vt addiſceret quilibet, quod abundanter diuina prouidentia proueniret ad illos, qui modis omnibus ſuſtinent omnem tentationem & omnem tribulationem pro ipſo adiutorio fortitudinis eorum. Nam quanto ſancti magis viſionibus roborabantur, tanto plus aduerſarij propter ipſorum patientiã furebant. Quid neceſſe eſt dicere de Monachis peregrinis & anachoritis, qui deſertum inhabitabant & fecerunt illud habitabile hoſpitium Angelorũ, ad quos ſancti Angeli ſæpè accedebant, propter conuerſationis ſuæ ſuauitatem, & vt ſub vnius Domini protectione ſtaturi, inuicem conueniebant ad tempus, quia omnibus diebus vitæ ſuæ vitam eremiticam amplexantes in montibus & ſpeluncis, & cauernis terræ degebãt,

Angeli Martyribus apparebant.

propter dilectionem diuinam? Vnde ſicut terrena dereliquerunt, cœleſtia dilexerunt. Angelorũ imitatores facti ſunt; ita de iure Angeli ſuam eis voluntatẽ non abſconderunt, ſed ad tempus apparebant eis, qualiter oporrebat eos conuerſari docentes, & aliquando quædam eis ambigua exponebant, & quandoque ſanctos per deuia errantes dirigebant. Aliquando verò in tentationibus incidẽtes liberabant: & quandoque ſubita ruina lapidum & lapidum ictu, ab inimico ſanctos manifeſtè impugnante, eripiebant, & ſe illis viſibiliter oſtendebant, & ad ipſorum conſilium ſeu auxilium ſe dicebant tranſmiſſos, & confortationem & refrigerium & audaciã eis faciebant, & quandoq; per ipſos ſanitatem operabantur. Aliquando vero ipſos ſanctos curabant in paſſiones incidentes. Aliquando vero corpora eorum fame corruentia, tactu manus aut verbis naturalibus confortabant, & fortitudinem apponebant, quandoque & tranſitus ſui modum exponebant. Vt quid ergo multa enarramus, charitatem exprimendo, quam gratis noſtri, & curam quam gratia iuſtorum ſancti Angeli geſſerint & gerunt. Nam ſicut maiores Fratres minoribus Fratribus, ſic prouident ipſi ſuper nos. Sed hæc dicta ſunt, vt ſciat quilibet, quoniam *propè eſt Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate.* & quantam prouidentiam faciat illis qui ſe beneplacitis eius tradiderunt, & ſequuntur ipsũ ex toto corde ſuo. Si credis, quod Deus procuret pro te, quare ſolicitus es, & curas de temporalibus & neceſſariis carnis? Quod ſi non credis quod prouideat tibi Deus, & ob hoc de neceſſariis tuis es ſolicitus ſine ipſo, miſerrimus es omnium hominum. Vt quid ergo viuis? *Iacta ergo ad Dominum cogitatum tuum*, & à timore ſuperueniente non formidabis. Qui ſeipſum ſemel obtulit Deo in mentis quiete degit. Niſi aliquis fuerit ſine proprio, à turbatione cogitationum non poterit eius anima liberari, & ſine tranquillitate ſenſuum non ſentiet pacẽ mentis. Et niſi intrauerit in tentationem, ſapientiam Spiritus non acquiret. Et ſine laborioſa lectione, ſubtilitatem cogitationum non ſentiet. Sine tranquillitate cogitationũ, mens in occultis myſteriis non mouebitur, & ſine confidentia quæ fit per fidem, anima audaciam contra tentationes ſumere cum ſecuritate non poteſt. Et ſine experientia protectionis Dei, cor in ipſo ſperare non poteſt. Et niſi guſtet anima paſſiones Chriſti ſcienter, communionem non habebit cum ipſo. Illum reputat hominem Dei eſſe, qui ob multam pietatem ſemetipſum mortificauit neceſſitatis vtilitati. Nam qui miſeretur pauperis, Deum habet pro ſe cogitatorem. Et qui pro ipſo pauper, indeficientes theſauros iam inuenit. Deus non eget aliquo, ſed lætatur cum videt aliquam ſuam imaginem, id eſt, hominem complectentem & honorantem illam pro ipſo. Quando quis poſtulauit quid à te quod habes, non dicas corde dimittam hoc animæ meæ, vt requieſcam in ipſo. Et Deus habet vnde illi porrigat neceſſaria aliunde. Iniquorum certa ſunt hæc & ignorantium Deum. Nam iuſtus homo & bonus ſuum honorem non dat alij, neque permittit gratiæ tempus inaniter præterire: pauper quidem & egenus homo procuratur à Deo, quia nullum Dominus derelinquit. Tu autem reliquiſti honorem tuum procuratum tibi à Deo, & repellens pauperem, ſuam à te gratiam elongaſti: cum autem dederis, gaude, & dic: Gloria tibi Deus, qui feciſti me dignum, vt aliquem inuenirem ad complacendum. Quod ſi non habes quod des, gaude potius, & dic referens grates Deo: Gratias tibi ago Deus meus, qui dediſti mihi hunc honorem, vt ſim pro nomine tuo pauper, & feciſti me dignum guſtare tribulationem poſitam in via mandatorum tuorum in infirmitate & paupertate, ſicut guſtauerunt ſancti qui per hanc viam ambulauerunt.

Cum infirmaueris, dic, beatius eſt his qui meruerunt à Domino tentari in his quibus vitam hæreditariè poſſidemus, infirmitates enim corporis adſunt pro animæ ſanitate. Dixit quidam ſanctorum, & illud notaui, quod monachus qui non ſeruit Deo iuxta beneplacitum eius, nec ſtudioſè laborat pro ſalute animæ ſuæ, ſed erga virtutum acquiſitionem ſe continet negligenter, permit-

E *Angeli cum monachis ſunt conuerſati.*

F

Pſal. 144.

Pſal. 54.

G

Chriſti Paſſiones guſtãda.

Eleemoſyna.

H

Contemplatio in ægritud.

A ritur à Domino in tentationes incidere, ne per nimiam otioſitatem ſuam ad deteriora declinet. Ob hoc enim proiicit Deus tentationes ſuper pigros & negligentes, vt in ipſis, & non in vanitatibus meditentur. Facit hoc Deus diligentibus eum, vt caſtiget, & faciat ſapientes, & ipſos doceat ſuam voluntatem, quos, quando ad eum orant, citius non exaudit, quoſque confeſſi ſint, & ſciant pro certo, quod hoc ſibi pro ſua negligentia contigit. Scriptum eſt enim, *cum extenderitis ad me manus veſtras, auertam à vobis oculos meos. Et ſi multiplicaueritis orationes, non exaudiam.* (Iſa. 1.) Hoc licet pro aliis ſit dictum, tamen pro his ſcriptum eſt, quia viam Domini derelinquerunt. Ex quo Deum miſericordem multum dicimus, quia inter precationem poſtulantes & pulſantes non exaudimur, hæc autem docemur à Propheta dicente: *Non enim breuis manus Domini ad erudiendum, neque grauis auditu ad audiendum, ſed peccata noſtra diuiſerunt nos ab illo, & iniquitates noſtræ, ne exaudiat, quia ſuam faciem auerterunt.* (Iſa. 59.) B Eſto Dei memor in omni tempore, & cum incideris in mala, recordabitur ipſe tui. Natura tua facta eſt receptibilis vitiorum, etiam præſentis ſæculi tentationes multæ ſunt, nec longe ſunt à te mala, ſed intra te ipſum & ſubtus te, & pedibus tuis oriuntur. De loco non exeas, in quo manes, & ab ipſis liberaberis cum Deus annuerit tibi. Sicut propinqua tibi ſunt ſupercilia, ita ſunt & hominibus tentationes propinquæ. Hoc autem diſpoſuit Dei ſapientia pro vtilitate tua, vt aſſiduè oſtium ſuum pulſes: & timore tribulantium, in mente tua eius memoria inſeratur, & appropinques ei per interceſſiones, & ſanctificetur cor tuum per continuam memoriam, & te deprecantem exaudiat, & addiſcas quia Deus eſt qui te liberat, & ſenties creatorem tuum qui mundum duplicem pro te fecit, (*Duplex mundus.*) vnum tanquam doctorem, & caſtigatorem temporalem, alium tanquam paternam domum & hæreditatem tuam æternam, vnum in præſenti alterum in futuro. C Non fecit te Deus irreceptibilem triſtium, ne ad diuinitatem aſpirans, hæreditares, quod hæreditauit prius Lucifer, qui propter elationẽ Satanas poſtmodum eſt effectus. Similiter nec indeclinabilẽ, nec immobilẽ, nam ne fieres ſimilis inanimatorũ: & fierent tibi bona ſine lucro & mercede, ſicut ſunt irrationabilibus naturales effectus. Quanta vtilitas & gratiarũ actio, & humilitas oriuntur de ſuperna inductione ſtimulorum, omnes facile ſcire poſſunt: manifeſtum eſt quod nobis eſt ſtudere in bonis & declinare à malis, & ad nos honor & dedecus quæ habent ex his fieri, referuntur, pro dedecore verecundantes timemus, pro honore vero Deo gratias agimus & extendimur ad virtutes. Hac de cauſa permittit te Deus in contriſtationibus eſſe, ne aliquando declines exaſperans eum, & ſuperinductione pœnæ deſtruat te à facie ſua.

Prætermitto enim doctrinæ impietatem, & cæteras blaſphemias, quæ naſcuntur per proſperitatem & ſecuritatem. D (*Mala ex proſperitate.*) Quoniam prædicta doctrinæ quis non præſumat? Hos magiſtros Deus tibi multiplicauit, ne ſi liber eſſes ex eis & non receptibilis contriſtantium ac ſupra timorẽ exiſtens, obliuiſcereris Dominũ Deum tuum, & declinares ab ipſo, & ad culturam multorum deorum recideres, ſicut multi, qui vtique tuæ conditionis conſimiles exiſtentes, & eiuſdem contriſtabilibus non flagellati, in vno momento temporis pro breui potentia, non ſolùm ad multorum deorum inciderunt culturam, ſed & ſeipſos vocari Deos inaniter præſumpſerunt. Hac igitur de cauſa per paſſiones & contriſtabilia multiplicauit Deus memoriam ſui in corde tuo, & timore aduerſitatum excitauit te ad pulſandum oſtium ſuæ pietatis, & pro liberatione tua ab ipſis & occaſione eorum in te ſuam inſeruit charitatem. Charitatem autem inſerens honore vbi adoptionis appropinquauit, oſtenditque tibi abundantiam ſuæ gratiæ, quanta eſſet. Vnde ſciebas ô homo huiuſmodi diſpenſationem, & curam ſuam niſi tibi contraria contigiſſent? Nam ex his impoſſibile eſt animã tuã doctrinam multiplicari per amplius charitatem, ſcilicet ex recordatione ſuorum charismatum, E & ex recordatione multitudinis prouidentiæ ſuæ. Hæc omnia bona de contriſtabilibus tibi oriuntur, vt diſcas regratiari. Memento Dei, vt ſaluans te, recordetur & ipſe tui & omnem benedictionem largiatur. Ne obliuiſcaris eius elatus in vanitatibus, ne obliuiſcatur & ipſe tui tempore pugnæ tuæ. In abundantia tua obediens ſibi eſto, vt in tribulationibus præcordialem habeas, & aſſiduam deprecationem cum ſecuritate apud eum. Munda teipſum coram Deo, ſemper habens memoriam eius in corde tuo, ne moram protrahens extra memoriam eius ſine ſecuritate fias cum acceſſeris ad eum, quia ſecuritas apud Deum ex ipſius fit ferventi colloquio multaque oratione. Affectus qui fit erga homines & frequentatio, fit per corpus; & affectus ad eum, fit per memoriam animæ ac ſupplicationem, & orationem, & holocauſtum. Ex multa enim recordationis ipſius aſſiduitate, quando ad ſtuporem & admirationem transferunt, lætatur cor quærentium Dominum. O condemnabiles & confortamini ſpe, F quærite faciem eius per pœnitentiã & ſanctificabimini ſanctificatione vultus eius, & à peccatis veſtris mundabimini. Currite ad Deum ô vos, qui eſtis rei peccatis, quia potens eſt dimittere peccata, & poteſt delere delicta. Cum iureiurando ait per Prophetam dicens: *Viuo ego dicit Dominus, Nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat.* Et iterùm: *Tota die expandi manus meas ad populum contradicentẽ & rebellem. Et nunc quare moriemini Domus Iſrael: Conuertimini ad me & ego conuertar ad vos.* Et iterum Ezechiel: *In quacunque die peccator conuerſus fuerit à via ſua praua ad Dominum & fecerit iudicium & iuſtitiam, iniquitatum eius non recordabor, vita viuet dicit Dominus, & iuſtus ſi dereliquit iuſtitiã ſuã, & peccati iniuſtitiam fecerit, iuſtitiæ eius non recordabor, ſed ponam lubricum coram eo, & in obſcuritate operum ſuorum morietur, perſeuerans in eis.* (Ezech. 33) Qua de cauſa peccator non obligabitur peccato ſuo, quandocunq; conuerterit ad Dominum, & iuſtitia iuſti non liberabit eum, quacunque die peccauerit, dummodo permanſerit in peccato. G Et Hieremiæ quoque ſic ait Deus: *Accipe in pergamenum & quæcunque dixero tibi, inducam hæc populo, vt audiens & timens homo, derelinquat viam ſuam malam, ſed conuerſi pœniteant & tollantur peccata eorum.* Et Sapientia dixit: *Qui abſcondit peccatum ſuum inutilis erit, qui vero confitetur peccata ſua & tranſcendit ea, miſericordiam obtinebit à Deo.* Et Eſaias ait: *Quærite Dominum inuenimus inuocate eum, & appropinquantes, derelinquet propriam viam peccator, & iniquus vir cogitationes ſuas, & conuertimini ad me & ego miſerebor veſtri.* Cum cuſtodieris vias Domini, & feceris voluntatem eius, tunc ſpera in eum, & adhuc clamante te, dicet tibi, ecce adſum. Sed ſuperueniente tentatione iniquus non habet confidentiam inuocandi Deum, nec de propria ſalute ſperandi, quia in diebus quietis ſuæ elongatus eſt à voluntate ipſius. Priuſquam pugnare incipias, exquire compugnatores, & antequam infirmeris, require medicum, & H priuſquam cõtingant tibi tribulationes, ora, & tempore triſtitiæ inuenies eum, & exaudiet te. Priuſquam labores, inuoca & ſupplica, & antequam votum emittas, præpara promiſſa viatica, ſcilicet ab hoc mundo.

Arca Noë tempore pacis condita fuit, centum annis (Gen. 8.) ante ligna eius parata erant, tempore verò iræ perierunt iniuſti, & iuſto protectio fuit facta. Os iniquum per orationem obſtruitur: nam redargutio conſcientiæ hominẽ facit formidoloſum. Cor bonũ effundit lachrymas cum gaudio in oratione: nam quibus mundus mortuus eſt, hi ſuſtinent aduerſitates gaudentes. Magiſtrorũ eſt enim & potentium ſuſtinere labores mundi inter ſuos, & illorũ, quibus mundus iſte mortuus eſt, & omnis conſolatio deſperatur. Et quibus non eſt mortuus, nequeunt iniurias ſuſtinere, ſed a vana gloria mox ira turbantur, ſeu etiam à triſtitia occupantur. O quam difficile eſt, vt hæc acquiratur virtus, & quantã gloriam obtinet apud Deum, qui (*Patientia.*) vult hanc virtutem acquirere, ſcilicet iniurias ſuſtinere, neceſſe habet ſe elongare à ſuis atque peregrinari, quia non poteſt ea acquirere in ſua patria commutando, ſicut

A appeopinqoant gratla bumiliati, ſie & ſuperbiæ contriſtantes euentus. Oculi Domini ſuper bumiles ad lætificandum eos, vulius etiam Domini contra ſuperbos ad humiliandum illos. Humilitas ſemper recipit à Deo miſericordiam. Duitie vero eordis, & mordacitate fidei terribiles obuiatiooes occutrunt. Paruipende teipſum in omnibus apud omnes homines & exaltaberis ſuper principes buius mundi, præueni omnes inelinatione ad ſalutationem tuam, & honoraberis ſuper illos, qui offerunt munera, auri & ophyr: Vilipeode teipſum & videbis gloriam Dei in temetipſo. Nam vbicunque humilitas naſcitur, ibi gloria oritur Dei. Si laboraueris manifeſtè contenti ab omnibus, faciet te Deus glotiari. Quod ſi habes humilitatem in corde tuo, oſteodet ſibi Deus gloriam in corde tuo. Eſto contentus in magnitudine tua, & uon magnus in paruitate tua, ſtudeas deſpici & replebetis hooore diuino. Non quæras honorari, cum interius ſis replems illecebris, contemne bonorem vt honoretis: ne diligas illum, vt dedecus non incurras. Qui corrit poſt honorem, fugier ab eo, & qui ſugit illum, ſequetur ab ipſo, & de illius humilitate fiet omnibus hominibus prædicator. Si deſpicis teipſum, Deos te diuulgabi.: ſi vero propter veritatem contempſeris teipſum, præcipiet Deus ereaturis omnibus vt te laudent. Apetiet aote conſpectum tuum, oſtium glorlæ ereationis tui, & commendabit re, quis ſecundum Imaginem & ſimilitudinem eius eaiſtentem humiuem, quidem virtutibus fulgentem, hominibus vero contemptibilem appatentem, & vita ſplendentem, ſcientia quoque præclatum, bumilem veio Spiritu, quis vidit? Beatus qui humillat ſe in omuibus, quoniam eaaltabitur. Nam qui propter Deum humlliat & paruipendet ſeipſum, glorificatur à Deo: & qui propter Deum eſutit & ſitit, Deus illum bouis ſuis iorbtiabit: & qui propter eum fit nudus, ſtolam incotruptionis & gloriæ induetur ab illo: & qui pauper efficitur propter eum, mitis ipſius diuitiis conſolabitur. Teipſum deſpice propter Deum, & multiplicabitur tibi gloria, te penitus ignotante. In tua vita teipſum reputa peecatotem, vt ſemper iuſtificetis. Fias idiota in ſapieotia tua, ut e apparere te ſaeias ſapientem, idiota exiſtens, & ti meto ſuperbiam, & magnificaberis. Fuge vanam gloriam & gloriabetis. Non eſt enlm diſtributa filiis hominum vana gloria, neque nationi mulierum elatio. Si ſponte renunciaſti omnibus mundi rebus, ne velis aliquatenus eum aliquo litigare. Si vanam gloriam abominatis, fuge venantes eam. Fuge tam amatores rerum, quam acquiſitionem earum. Elonga teipſum à prodigir, ſieut à prodigalitate; fuge luxuriosos, ſicut à luxuria. Quia vbi ſimpliciter memoratio peccatorum conturbat mentem, quanto magis aſpectus & conuetſatio cum eiſdem. Apptopinqus iuſtis & Deo per ipſos appropinquaberis. Conuerſare cum habentibus humilitatem, & addiſce mores eorum, ſi enim aſpectus eorum eſt vtilis, quanto magis doctrina oris eorum. Dilige pauperes, quia per ipſos miſericordiam obtinebis. Ne appropinques litigioſis, ne forss tranquillitatem compelles. Ne feras abominabiliter infirmorum dolores, quia & tu cutue indueris ſicut & ipſi. Ne eaacetbes contriſtatos corde, ne ipſorum baculo flagelleris, & quæras, & non inuenias conſolantes. Ne irrideas mutilatos membris, quoniam ad mortem imus æqualiter vniuerſi. Dilige peccatores, ſed ipſorum tibi ſint opera ioſidioſa, ne quoniam in iis, in quibus ipſi ſunt, tu temueris. Memento, quoniam communionem habes cum terrena ſubſtantia, & benefac vniuerſis, & ne eaacerbes egentes, & orationibus tuis & ſuauibus ſermonibus & conſolationibus ne priues illos ne pereant, & à te ipſorum animæ requirantur. Sed imitare medieos, qui calidiores paſſiones medicinis frigidioribus, & cõtrariis mẽdetur frigidiora. Eacita teipſum cum obuiaueris proximo tuo, vt eum bonores ſupra menſuram, oſculate etiam pedes eius & manus, & tene ipſas multoties cum multo honore, & ſuperpone ipſas ſuper oculos tuos, & commenda ipſum etiam in eo quod non habet. Cum

Humilitas.

B

G

Mulierum ſuperbia.

Cum bonis conuerſandum.

D

E vero receſſeris ab illo, de ipſo loquere omne honum & quicquid eſt pretioſum. Per hæc & huiuſmodi trahes eum ad bonum, & ita ſemen virtutis ſeminabis in ipſo. Ex tali autem conſuetudine formatur in te forma bona, multam humilitatem acquires in teipſo, & magna obtinebis ſine labore. Quinimo ſi habet etiam defectus aliquos, honoratus à te, recipiet ſanitatem erubeſcens ex bonore quem feciſti. Hie modus ſalutationis & booris ſit tibi ſemper apud omnes; non exacerbes aliquem, neque turbes, neque inuideas alicui, ſed cuſtodi teipſum, nec aliquem in aliquo arguas, aut iudices, aut culpes, habemus enim in cœlis iudicem non acceptantem perſonas. Quod ſi velis ipſum conuertere ad veritatem, contriſtare pro ipſo, & cum lachrymis loquere ipſi vnum verbum aut duo, nec accendaris furore contra eum, ne inimicitiæ videas in te ſignum. Nam charitas noo nouit furere, aut exacerbare, aut abominari aliquem vitioſè. Signum charitatis & ſcientiæ eſt humilitas, quæ naſcitur ea conſcientia bona io Christo Ieſu Domino noſtro, cui eſt gloria & poteſtas cum Patre & Spiritu ſancto, & nunc & in ſæcula ſæculorum, Amen.

F

Quando aliquis in aliquam ruinam labitor peccati, ſignificatiuum eſt naturalis frigiditatis, quia conuenienter permiſit Deus naturam humanam receptibilem eſſe vitiorum: non enim prouidit conſtituere ipſam ſuper illa, ante regenerationem futuram. Ipſam autem eſſe receptibilem vitiorum, vtile eſt ad conſcientiæ pungimenta: ſed perſeuerantia in eiſdem, imprudens eſt & turpis. Tres modi ſunt, per quos omnis anima rationalis Deo poteſt appropinquare: Vel per ſetudtem Dei, vel timorem, vel Domini diſciplinam. Nullus enim poteſt appropinquare charitati Dei, niſi præceſſerit vous ea his tribus modis: ſicut enim ab ingluuie ventris naſcitur turbatio cogitationum, ita & à multiloquio, & immoderantia locutionum, ignorantia & mentis exceſſus: temporalium rerum ſollicitudo turbat animam, & fermentatio quæ ſit ex ipſis, mentem corrumpit, & exerit à quiete.

Appropinquare Deo, quomodo debeamus, &c. Cap. 14.

G

Decet enim religioſum, qui ſe tradidit operationi cœleſti quotidie, extra omnem ſolicitudinem temporalium ſemper eſſe, vt ſactus in ſemetipſo, nihil penitus in ſe inueniat de hoc mundo, ab huiuſmodi enim ſanctus in otio irreuocabiliter in lege Domini, die ac nocte poterit meditari. Corporalis labor ſine meritis mundicia eſt, ſicut ſterilis matrix & vbera ſicca, quia ſcientiæ Dei appropinquare non poteſt: laborioſum quidem facit corpus, ſed nibil acquirit. Sicut qui ſeminat ſuper ſpinas, nihil metere poteſt, ita qui ſe odio & cupiditate deſtruit, non poteſt aliquid adipiſci, ſed ea multis vigiliis & occupatione rerum infirmatur in loco ſuo. Et hoc teſtatur Scriptura quæ dicit, ſicut populus operans iuſtitiam, & nullum mandatum Domini negligens, veritatem & iuſtitiam quærunt à me, & nolunt mihi appropinquare dicentes: Quare ieiunauimus & non vidiſti, & nos bumiliauimur & non nouiſti? In diebus enim ieiuniorum veſtrorum facitis voluntates veſtras, & tanquam idolis ſacrificia offerentes malignas operationes animæ, & cogitationes prauas, quas ſicut Deos reputaſtis, vobis & corda veſtrum omnium pretioſiora thymiamate immolantes eiſdem: quæ vos oportebat offerre mihi per bonam operationem, & ſinceram conſcientiam veſtram. Sicut nubes operiunt lumen Lunæ, ita & vapores ventris in anima ſapientiam Dei. Sicut eſt flamma ignis in ſiccis lignis: ita eſt in ventre repleto. Sicut auget pinguis materia flammam ignis, ita & diuerſitas ciborum corporis motum. In corpore luxurioſo ſcientia Dei non habitat. Qui diligit corpus ſuum, Dei gratiam non acquiret. Sicut ea doloribus partus, fructus oritur lætificans parientem, ita ex labore naſcitur in anima ſecretorum Dei ſcientia. Sicut pater curam gerit filii ſui, ita Deus curam gerit corporis, quod pro ipſo affligitur, iuxta illud: Pretioſiſſima eſt corporis acquiſitio, quæ cum ſapientia exercetur.

Temporalium ſolicitudo.

Pſal. 1.

Iſa. 58.

H

Gula.

Amor corporis.

A

Quomodo homo ſit peregrinus & Monachus. Cap. 15.

Peregrinus eſt, qui mente factus extra ſæcularia vniuerſa: lugens eſt, qui in fame & ſiti vitam ducit omnibus diebus vitæ ſuæ propter ſpem futurorum bonorum. Diuitiæ religioſi ſunt, conſolatio quæ fit ex luctu & lætitia quæ fit ex fide quæ in cubilibus ſplendent, Monachus eſt, qui ſedet extra ſæculum, & ſemper ſupplicat Deo, vt adipiſcatur futura bona. Miſericors eſt, qui dat omnibus, & in mente aliquem ab aliquo non diſcernit. Virgo eſt, qui non cuſtodiuit corpus ſuum a pollutione tantum, ſed is, qui quando ſolitarius eſt verecundatur in ſemetipſo. Si diligis caſtitatem, turpes cogitationes per meditationem lectionis & attentam orationem expelle, & tunc armaberis contra cauſas naturæ, quia ſine his impoſſibile eſt munditiam in anima inueniri. Si vis inuenire gratiam vel miſericordiam poſſidere, priùs aſſueſce teipſum contemnere omnia, ne mens ipſorum pondere diſſoluatur, & extra terminos ſuos fiat. Nam certificatio miſericordiæ in iniuriatum patientia demonſtratur.

Miſericordia. B *Humilitas.*

Humilitatis perfectio eſt accuſationis flagella cum gaudio ſuſtinere. Si in veritate miſericors es, cum auferuntur tibi iniuſtè tua, ne contriſteris internus, nec exterius damnum recites, ſed diluatur potiùs iactura iniuriantium à miſericordia tua, ſicut vini auſteritas per abundantiam aquæ; oſtende cuique multitudinem miſericordiæ tuæ in bonis, quæ tribuis iniuriatoribus tuis, & ſicut B. Heliſæus fecit inimicis ſuis ipſum volentibus captiuare: nam quando orauit & excæcauit eos caligine, virtutem quæ erat in ſe, oſtendit. Et cum cibum, & potum dedit eis, & eos abire dimiſit, miſericordiam Domini monſtrauit.

De perfectione humilitatis. Cap. 16.

Qui in veritate humilis eſt, patiendo iniuriam non turbatur, nec excuſat ſe ſuper re in qua iniuriam eſt perpeſſus, ſed recipit accuſationẽ, vt virtutẽ; nec ſollicitus eſt ſuggerere hominibus quod ſit accuſatus, ſed veniam petit. Quidam enim infamiam luxuriæ ſponte attraxerunt ſibi, cum tales non eſſent adulteri; alij longè exiſtentes ab eo, ſuſtinuerunt, & ſemeipſos lachrymando pœna peccati quod non fecerant, honorabant, &

C

indulgentiam de iniquitate quam non perpetrauerunt, cum lachrymis ab iniuriantibus expetebant, omni puritate & munditia exiſtentes in anima coronati. Alij quoque ne glorificarentur in virtuoſa conuerſatione ſua quæ occulta erat in ipſis, ſe inſanos oſtendebant cum eſſent diuino ſale conditi & tranquillitate formati, vtpote qui ex conuerſatione ſua ſomna ſanctos Angelos operationum ſuarum prædicatores habebant. Tu enim humilitatem putas habere, ſed non poteris accuſari. Si ergo ſcire volueris, vtrum ſis humilis, proba teipſum in ſupradictis.

De manſionibus æternis à ... Cap. 17. Ioan. 14.

Multas manſiones Patris ſui Saluator vocat menſuras mentium in illa commorantium regione, videlicet diſcretiones & diuerſitates, quibus in animo perfruuntur. Non enim doctrina locorum, ſed ordine chariſmatum multas fore manſiones expreſſit: ſicut quilibet materiali Sole iuxta ſinceritatem virtutis viſus & gratia fruitur, & ſicut vna lucerna in vna domo lucente, ſit cuilibet lux diuerſa in ſplendores plurimos lumine indiuiſo, ita in futuro ſæculo iuſti omnes indiuiſi in vna regione morabuntur; quilibet au-

D

tem ab vno intelligibili Sole illuſtrabitur, ſecundum menſuram ſuam, & pro meritis valet gaudium, & lætitiam, tanquam ab vno aëre eris & loco & cathedra, & aſpectu & forma: nec inuidebit quis menſuris plus habentis vel minus, nec videndo gratiam ſuperabundantem amici ſui propriúmque defectum, fiet ſibi turbationis & triſtitiæ cauſa, quod abſit, vbi non eſt triſtitia, neque gemitus. Quinimò quilibet ſecundum conceſſam ſibi gratiam, iuxta menſuram interius delectatur. Vna eſt enim viſio omnibus exterius & lætitia vera. Et ab iſtis duobus ordinibus alius ordo medius non eſt, videlicet vnus ſuperior, aliùs inferior. In medio autem iſtorum veritas differens retributionum exiſtit. Quod ſi verùm eſt, ſicut verum eſt, quid inſipientius & amentius illis qui dicunt, ſufficit mihi vitare gehennam, ſi non intro in regnum, non curo. Nam euitare gehennam, nihil

E

aliud eſt, quam intrare regnum, ſicut & a regno excidere, eſt intrare gehennam. Non enim docuit nos Scriptura tres regiones, ſed quod cum *venerit Filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, oues quidem à dextris, hædos autem ſtatuet a ſiniſtris*: nec dixit tres ordines, *ſed vnum à dextris & alium a ſiniſtris*, & diſtinxit terminos eorum, & tabernacula dicens: *Ibunt iſti in æternum ſupplicium*, ſcilicet peccatores: *Iuſti autem autem in vitam æternam, qui fulgebunt ſicut Sol.* Et iterum; *venient ab Oriente & Occidente & recumbent cum Abraham in regno cœlorum. Filij autem regni eiicientur in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentium*, qui horribilior eſt omni igne. Quid ergo non intellexiſti, quod contrarium ſuperioris ordinis eſt ipſa gehenna, quæ cruciat: bonum eſt igitur inſtruere homines ad bonum, & trahere ipſos ad commorandum ſub diſpenſatione diuina, & ab errore ad veritatis agnitionem transferre: Hic enim fuit Chriſti & Apoſtolorum ordo, & eſt valdè ſublimis. Si vero ſe

Matt. 25.

F

ſentit homo ex huiuſmodi continentia & aſſidua communicatione, quod in viſione rerum ſua continentia infirmetur & turbetur eius tranquillitas, & ſcientia obſcuretur, pro eo quod mens ſua eget adhuc cuſtodia & ſenſuum ſubiectione, & dum velit alios curare, ſuam deſtruit ſanitatem, & exit à libertate propriæ voluntatis ad mentis turbationem: Iſte recordetur Apoſtolici verbi, *eſſe cibum ſolidum perfectorum*, & reuertetur retro, ne audiat tanquam in Prouerbio: Medice cura teipſum. Contemnat quoque ſeipſum: conſeruet propriam ſanitatem, & tam pro ſenſibilibus verbis ſuis quam vocibus ſuis, miniſtret & doceat conuerſatione bona. Cumque animam ſuam in ſanitate ſenſerit, tunc etiam proſit aliis & de aliis curam gerat. Nam cum infirmus inuentus fuerit ab hominibus, elongatus poterit eis benefacere potius in cœlo bonorum operum quam in verbis, dum & ipſe infirmus ſit & egeat ſanitate plus eis. *Cæcus enim, ſi cæcum duxerit, ambo in foueam cadunt.* Illi enim, qui ſanas habent ſenſualitates, & exer-

1. Cor. 3. Hebr. 5. Luc. 4.

Luc 6.

G

citati ſunt, qui etiam poſſunt ſumere omnem cibum, videlicet inſultus omnium ſenſuum, nec ab omnibus, quæ ſibi occurrunt læſionem incurrunt cordis, propter exercitationem perfectionis, prædicent & fructificent in humilitate. *Oculi Domini ſuper humiles corde, & aures eius ad preces eorum.* Quando diabolus vult mentem Religioſorum contaminare, immemor fornicationis, priùs in amore vanæ gloriæ probat mentem ipſorum, quia initium huius cogitationis eſſe vitium non putatur: Ita enim facere conſueuit cuſtodientibus mentem ſuam, in quibus non poteſt ſeminare cogitationes iniquas, & poſtquam eduxerit eos annunciatione ſua, & cœperit eum cogitatione priſtina diſputare, & elongauerit eos, ſtatim inde occurrit ei in forma fornicationis, & ſubuertit mentem in rebus luxuriæ. Et primo quidem turbantur in ſubito eorum incurſu propter præcedentem caſtitatem cogitationum, quæ occurrerat rebus à quibus mens fuerat ſeparata. Et quamuis non contaminantur omnino, à propria tamen dignitate deiicit ipſos. Si vero mens conuerſa fuerit retrorſum, & conculcauerit primum cogitationum inſultum, quæ eſt cauſa ſuperdictionis ſeruendi, tunc de facili poterit vitium ſuperari. Melius eſt enim per virtutum memoriam, quam per impugnationem ſubripere vitia, quoniam cum vitia, à ſua regione recedunt, & mouentur per pugnam, tunc menti imagines imprimunt atque formas potentium, namque magnam hic pugnam poſſidet contra mentem, cogitationes vehementer conturbans & tumultum excitans. Sed ſecundum primam determinationem quam diximus, veſtigia cunctorum vitiorum nec apparent in mente poſt expulſionem. Corporalis labor & Diuinarum meditatio ſcripturarum conſeruant munditiam, laborem vero corroborat vt ſpes & timor. Spem & timorem in mente conſtituunt, elongatio ab omnibus, & Oratio continuata. Quod iſque recipiat bono Paracletum, eget diuinis Scripturis, vt in mente ſua bonorum memoria informetur,

Pſal. 33.

H

Mentis Munditia.

A metur, & ex continua lectione innouetur in ipſo motus in bono, & cuſtodiat animam ſuam, & ab omni ſubtilitate peccati, quia nondum acquiſiuit virtutem Spiritus, quæ prolongat errorem captiuantem viles animæ recordationes & appropinquantem frigiditate mentis, quæ fit in conſperſione ipſius. Nam quando virtus Spiritus ſuperuenit virtuti animæ, quæ operatur per ipſum, tunc pro lege Scripturarum mandata ſpiritus adducuntur, & à ſenſuali materia auxilio nullo eget. Quandiu enim cor animalibus inſtruitur, doctrinam nimirum error & obliuio comitantur: cum vero doctrina Spiritus adeſt, tunc memoria cuſtoditur illæſa. Sunt cogitationes bonæ atque malæ, ſimiliter & voluntates. Primus ordo ſcilicet cogitationum, eſt motus tranſiens in mente, ſicut ventus qui ſurgit in mari, & in vndam ſe extollit. Secundus ſcilicet voluntatum ordo eſt quaſi pauimentum & fundamentum, & ſecundum pauimentum termini non iuxta cogitationum motus fit boni retributio atque B mali. Anima ex motu cogitationum conuertibilium non quieſcit, ſi vero vnicuique illarum mutationum dedecus inſeneris in cordis fundamento non exiſtente xx ſ. ea tu ad alteram dum quotidie aduerſus tua mala atque bona.

Labor in oratione. Auis impennata eſt mens educta nouiter à connexione vitiorum per pœnitentiam, & in tempore orationis laborans extolli à terrenis rebus, & nequiens: ſed adhuc ſerpens ſuper terræ faciem, & adhuc volare non potens. Veruntamen colligit cogitationes ſuas in lectione, & operatione, & timore, & cura veritatis. Nam præter hæc aliquid ſcire non poteſt, & hæc quoque conſeruant mentem impollutam ad breue tempus: poſtea vero veniunt recordationes, & conturbant & contaminant cor, quia nondum perſentit tranquillum aërem libertatis, ad quem per obliuionem rerum poſt longum tempus colligit mentem, quoniam adhuc alas habet corporeas, id eſt, virtutes quæ manifeſtè operantur. Nam contemplationis virtutes nondum inſpe-C xit, nec ipſas ſentire promeruit, quæ ſunt alæ ſomnis, quibus elongatur à terrenis & cœleſtibus appropinquatur. Quandiu ſenſibilibus rebus miniſtrauerit quis Domino, in figuris diuina conſiderat, & formæ rerum ipſarum in ſuis cogitationibus informantur: cum vero per interiora fiunt, tunc iuxta menſuram ſenſualitatis ſuæ, mens erit ad tempus ſublimior formis rerum.

Animæ ſalutis ſigna. Quando anima tua appropinquauerit vt exeas à tenebris, hæc tibi ſint pro ſigno: æſtuat cor tuum & caleſcit, ſicut ignis die ac nocte, ita vt totum mundum reputes tanquam ſtercora & cinerem, nec cibum appetas præ dulcedine mirabilium & feruentium cogitationum, quæ ſemper mouentur in anima tua, & datur tibi fons ſubito lachrymarum.* Sicut torrens montium abſque violentia, quæ omnibus operibus tuis commiſcentur. Cum autem hæc in anima tua videris, confortare, quia mare tranſfretaſti, & ſic adiicias operibus tuis, & tene bene cuſtodiam, vt multiplicetur in te gratia de die in diem, quouſque hic obuiaueris. Nondum enim perfe-D ciſti viam tuam, niſi pertingas ad opus Dei. *Gratia lachrymarum.* Quod ſi poſtquam veneris & acceperis gratiam lachrymarum, ceſſauerint lachrymæ, & calor tuus frigefactus fuerit ſine alteratione alterius rei, ſcilicet infirmitate corporis, ne tibi quid, quoniam in elationem aut negligẽtiam peruenisti. Si opera non habes, de virtutibus non loquaris. Pretioſæ in conſpectu Domini tribulationes, quæ ſunt pro ipſo & propter ipſum, & ſuper omnem orationem & ſacrificium & odorem, & ſudor ipſarum ſuper omnia aromata.

Quamlibet virtutem, ſine labore corporis factam, repura ſicut abortiuum exanime. Oblatio iuſtorum, lachrymæ oculorum ſuorum, & ſacrificium acceptabile, gemitus eorum in vigiliis. Oratio humilis tanquam ab ore ad aures Dei Domine Deus meus, tu illumina tenebras meas in tempore tranquillitatis tuæ. Clama in operibus bonis humilians: Clamabunt ad Dominum iuſti, corporis pondere anguſtiati, & in dolore preces ad Deum emittent, in clamore vocis ſuæ ſancti E ordines ad auxilium accedent, vt conſortent eos & in ſpe conſolentur. *Angeli. Communicant Angeli ſancti in paſſionibus & tribulationibus propter propinquitatem ſuam. Bona operatio & humilitas, hominem Deum faciunt ſuper terram. Fides vero & miſericordia cito faciunt ad munditiam tranſmeare. Calorem & contritionem in vna anima fieri impoſſibile eſt, ſicut in vno homine ebrietatem & modeſtiam cogitationum; cum animæ datur hic calor, aufertur ab eo contritio & luctus. Vinúmque ad hilaritatem. Sed calor ad animæ lætitiam, exhibe tibi illud, caleſacit corpus. Sed verbum Dei ad futurum ſæculum mentes. Sicut illi qui inebriantur vino, figuras & formas alteratas imaginantur, ſic & illi qui inebriantur ſpe & caleſiunt, nec tribulationem percipiunt, nec aliquid ſæculare. Hæc autem contingunt ſimplicioribus corde & feruentioribus ſpe & alia ſimilia poſt aſſiduam operationem & munditiam, quæ omnia præparata ſunt illis qui ambulant F in ſemita mandatorum Dei, hic vtique guſtat in principio viæ Dei propter fidem animæ ſuæ. Omnia enim quæcunque vult Deus facit. Beati qui præcinxerunt lumbos ſuos ad mare tribulationum, in ſimplicitate, inſcrutabili modo propter amorem Dei; nec dederunt terga, quoniam ad ſalutis portum quam citius dirigentur, & quieſcent in tabernaculis eorum qui bene laborauerunt, & conſolabuntur à tribulationibus ſuis, & exultabunt in lætitia cordis ſui, qui ſpe currunt, propter aſperitatem viæ non reuertuntur, nec ſpectant ad inquirendum de hac aſperitate, ſed per hoc mare tranſeuntes & aſperitatem videntes, Deo gratias offerunt, quoniam liberauit eos de anguſtiis & rupibus & huiuſmodi aſperitatibus neſcientibus ipſis. Illi vero qui multas cogitationes in mente reuoluunt volentes nimium eſſe ſapientes, quia exponunt ſe cogitationum ſubuerſionibus, præparant ſe pigritiæ: & prævidere volentes viam nocumenti, plures eorum ante portas domorum ſuarum ſemper ſedentes inueniunt quaſi G dicentes, vt piger tranſmiſſus ad viam, dicit: *Leo eſt in via & homicida in plateis*: & iuxta illos dicentes: *filios Gigantum vidimus, & eramus eis ſicut locuſtæ.* *Prou. 22. Num. 13.* Hi ſunt qui in tempore ſui in via, qui ſemper volunt eſſe ſapientes. Sed ponere principium omnino non valent. idiota vero tranſuatat in primo calore, de corpore nullatenus curam gerens, nec cogitans in ſemetipſo, vtrum lucretur aliquid nec de ſua negotiatione. Non fiat tibi multitudo ſapientiæ lubricum animæ & laqueus ante faciem tuam: ſed in Deo confiſus, viriliter pone initium incedendi per viam quæ ſaginæ plena eſt. *Eccl. 11.* *Ne ſemper videaris egenus & nudus à ſcientia Dei, timidus enim & qui ventos præſtolatur non ſeminabis*: melior eſt enim mors pro Deo, quam vita cum verecunda & pigritia. Cum volueris incipere opus Dei, prius conde teſtamentum, tanquam non habeas viuere in hac vita: & ſicut ille qui ſe parauit ad mortem deſperans de vita ſua, donec perueniat ad tempus termini ſui. Et hæc habeas in mente tua, & caueas ne impediaris ſpe H pœnitentia vitæ ad pugnandum & vincendum. Nam ſpes huius vitæ relaxat mentem, propter quod nihil excogites omnino, ſed fidei da locum in mente tua, & hoc memorare dierum qui erunt poſt mortem tuam, & nunquam laſatio veniet tibi iuxta ſapientem, qui dicit, quod *mille anni huius ſæculi non ſunt ſicut dies vnus in ſæculo iuſtorum.* *Malac 3.* In fortitudine tua incipe omnem bonam operationem, nec in duplicitate animi accedas ad eam, nec hæſites in corde tuo ſuper ſpe, ne labor tuus fiat

* *Rite iſtud accipito, certum eſt viros perfectos interdum in exercitio virtutum, quarum habitus altè defixos conſeruant, ſumma cum animi tum corporis voluptate affici. At nec illud minus exploratum actiones virtutum frequentes corpus extenuare, atterere, frangere, conſumere, & plerumque cum maximo corporis labore & niſu perfici, præſertim cum corpus domandum, & retundenda eius effrenis ſuperbia.*

A inutilis, & oneroſa oratio laboris tui, ſed crede in corde tuo, quod miſericors eſt Dominus, & exquirentibus eum dat gratiam, non ſecundum operationem noſtram, ſed ſecundum multitudinem & fidem animarum noſtrarum. Ait enim, *fiat tibi ſicut credidiſti.* (Matth. 8.) Diuerſitates operationum ſunt. Quidam enim pertulit virtutem capitis ſui pro collectis horarum tota die taliter agens. Alius genuflexionibus laborans, & ſic permanens colligit numerum orationum ſuarum. Alius multitudine lachrymarum ſupplet locum collectarum ſuarum, & contentus eſt eis. Alius ſollicitus in meditatione intentionis ſuæ, & colligit regulam coniunctam. Alius cruciat animam ſuam in fame, ita vt etiam nequeat complere collectas. Alius in feruenti cogitatione Pſalmorum permanens continuam collectam facit ipſam. Alius ſtudet lectioni, & calefit cor eius. Alius abripitur diuinos conſiderans intellectus. Alius ſtupefactus ex admiratione ſui à ſilentio præpeditur à conſueta meditatione detentus. Alius guſtans ex his omnibus &
B ſaturatus, conuerſus eſt retrorſum, & remanſit inanis. Alios modicum ex his guſtans tumefactus errauit. Alius multa infirmitate, & debilitate ſua impeditus eſt conſeruare regulam ſuam. Et alius conſuetudine alicuius concupiſcentiæ occupatus, vel ambitionis vel vanæ gloriæ, vel cogitationis etiam ruit. Alius occurrit & ſurrexit, nec conuertit terga ſua, donec accepit pretioſiſſimam margaritam; cum gaudio & promptitudine ſemper incipe opus Dei, & ſi mundatus fueris à vitiis & hæſitatione cordis, ipſe Deus aſcendere te faciet ad virtutum ſummitatem & auxiliabitur tibi, & prudentiorem te faciet, & ſecundum voluntatem ſuam mirabiliter ad perfectionem attinges. Cui ſit gloria & potentia in ſecula ſeculorum, Amen.

Quid impediat cor, ne ad mala ruat. Quo vinculo tenetur cor, ne diſcurrat ad mala? R. ſapientiam ſequi ſemper & doctrinæ in vita ſtudere. Aliud enim vinculum effrenationi mentis fortius non reſiſtit. *Quæſt.* Vſque quo eſt terminus itineris ſapientiam inſequentis, & in quo finitur doctrina eius? R.
C Ita eſt impoſſibile inuenire terminum iſtum, quod etiam ſancti, quo ad profectionem eius patiuntur defectum, contermini etiam ſapientiæ, quia vſque adeo ſublimatur, donec inſecutorem ſuum vniat Deo, & hoc eſt ſignum quod eius conſideratio eſt ſine fine, quia ſapientia eſt ipſe Deus. (*Sapientiæ nullus finis.*) Q. Quæ eſt prima ſemita & initium eorum, quæ nos faciunt appropinquare ſapientiæ? R. Quod quis totis viribus inſequatur ſapientiam, & inſequendo tota mente ſuſtinet, vt etiam, cum expedierit, exuat ipſam vitam, & proiiciat à ſe, nec fiat negligens propter amorem ſui. Q. Quis eſt ille qui dignè nominatur intelligens? R. Qui verè intellexit quid ſit terminus huius vitæ, idem enim potens eſt ponere terminum delictis ſuis. Quæ namque ſcientia, quiſve intellectus eſt maior iſto, videlicet, vt excogitet quis, qualiter exire poſſit de hac vita, cum incorruptione non habet membrorum aliquod concupiſcentiæ fœtore infectum, vel animæ maculam ab ipſius dulcedine ſordeſcentem. Homo enim, qui acuit intelle-
D ctus ſuos vt ingrediatur ad ſecreta omnium naturarum, & ditatus in adinuentione & conſideratione, in omni ſcientia, & anima eius exiſtit ſordibus peccati polluta, nec acquiſiuit teſtimonium in ſpe animæ ſuæ, ſed putat bene ad portum confidentiæ peruenire, inſipientiorem eo mundus non habet. Nam neque ad ſpem huiuſmodi adducunt eum opera ſua, propter indeficientem curſum ſuum. (*Vera fortitudo.*) Q. Quis eſt fortis in veritate? R. Qui proſperatur in tribulationibus temporalibus, in quibus abſcondita eſt gloria victoriæ ſuæ: nec deſiderat delectationem, in qua abſcondita eſt vita confuſionis, quæ calicem luctus propinat ſemper inuenientibus eam. Q. Si læditur in itinere quo itur ad Deum, ſi quis declinat à bonorum operum ſtudio propter tentationes? R. Non decet aliquem appropinquare Chriſto ſine tribulatione: nec ſine ipſa conſeruatur iuſtitia cuiuſquam inalterata, & ſi quis exigit opera quæ augent ipſam, recedit ab ea, nec conſeruant eam:

E ſed inuenitur ſicut theſaurus incuſtoditus, & tanquam athleta armis ſuis expoliatus, quando circundat eum acies inimicorum ſuorum, & ſicut nauis non habens apparatum ſuum. Et tanquam pomarium irrigationis fonte priuatum. Q. Quis eſt illuminatus in intellectibus ſuis? R. Quicunque peruenit ad amaritudinem quæ eſt abſconſa in dulcedine mundi, & continet os ſuum, nec de calice hoc guſtat, & ſemper ſcrutatur de ſalute animæ ſuæ, nec ceſſat à curſu ſuo donec diſſoluatur à mundo iſto, claudit quoque oſtia ſenſuum ſuorum, ne ſubintret vnquam in ipſo concupiſcentia huius mundi, & ſubripiat occulto theſauros eius. (*Mundus meretrici ſimilis.*) Q. Quid eſt mundus, & quomodo cognoſcimus eum, & in quo lædit diligentes ſe? R. Mundus eſt meretrix, quæ deſiderio pulchritudinis ſuæ ad concupiſcentiam trahit videntes eam: qui autem particulariter eius amore deceptus ipſum fuerit amplexatus, à manibus eius non poteſt euadere, donec ſpoliet cum vita ſua: & cum expoliauerit omnibus, eiiciet eum à domo ſua, & in die
F obitus ſui homo cognoſcit eum. Quando vero laborat quis exire de mundo iſto, quandiu abſconſus eſt in ipſo, non poteſt videre connexiones eius, & ſic non ſolum condiſcipulos ſuos & filios, & illos qui colligantur, in ipſo detinet mundo; ſed etiam illos qui proprium non habent, ſcilicet, religioſos, qui eius vincula diſrumpant, ſi in vnum facti erant ſupra eum, iam incipit quibuſdam modis in operibus ſuis venari, necnon etiam conculcare. Q. Quid faciemus corpori, quando circumdat id dolor & grauitas, quia conlaxatur cum eo voluntas prioris fortitudinis deſiderio boni? R. Hoc fit multoties, pro eo, quod medietas eorum exiuit poſt Deum, & reliqua medietas remanſit in mundo, & corda eorum non ſunt, ab his quæ ſunt hic, ſeparata, ſed diuiſa ſunt ſua, & quandoque reſpiciunt ante, retro vero quandoque. Et ſicut ego puto, illos, qui taliter ſunt diuiſi & appropinquant Deo, monet: Scriptura, dicens: *Ne accedas ad Deum in duplicitate cordis, ſed ad illum accede, ſicut qui ſeminat & metit.* (Eccl. 1.) Et Dominus, illis qui abrenunciant imperfecte, & ſunt diuiſi, & redeunt mente retrorſum oc-
G caſione timoris tribulationem, ſcies, quod nondum à ſe carnis deſiderium abiecerunt, cum abiicere illud voluit à mentibus eorundem, dixit eis verbum determinatum. *Quicunque vult poſt me venire, priùs abneget ſemetipſum*, (Matt. 16.) vt ſicut ille qui paratus eſt aſcendere crucem, aſſumit in mente ſua mortis intentionem ac ſic egreditur, velut homo non cogitans habere partem iterum in hac vita. Ita facere debet, qui perficere vult prædicta. Nam crux eſt ad omnem tribulationem parata voluntas. Item cum Dominus dicere voluit, quare hoc eſſet, dixit: *Qui vult viuere in hoc mundo, perdet ſemetipſum à vera vita. Qui vero perdet ſemetipſum propter me, hic, illic inueniet ſemetipſum.* id eſt, qui tranſit per viam crucis, & ponit greſſus ſuos in ipſa, & habet iterum ſolicitudinem in hac vita, perdit ſeipſum à ſpe, pro qua vt ſuſtineret, exiuit, quia huiuſmodi ſolicitudo non permittit eum appropinquare tribulationibus, quæ ſuſtinentur pro Deo, ſed propter moram quam trahit
H in eadem, trahit ipſum ſolicitudo modicum, & educit eum à certamine vitæ beatitudinis. Et augetur in ipſo in tantum hæc cogitatio, vt ſuperet eam: Et, Qui perdit animam ſuam propter me in mente ſua, ac propter dilectionem meam: hic in vitam æternam illæſus & innocens cuſtoditur. Hic enim qui perdit animam ſuam propter me, inueniet eam deinceps. Ergo præpara animam tuam ad exterminationem ex hac vita totalem, & ſicut repromiſi, dabo tibi vitam æternam, & in hac quoque vita, pro opere tuo, repromiſſionem meam & certitudinem futurorum bonorum oſtendam: tunc enim inuenies æternam, cum neglexeris iſtam. Cùmque interius intraueris in huiuſmodi præparationem, tunc contemnentur in oculis tuis omnia quæ laborioſa & tribulantia reputantur. Nam cum mens ita fuerit præparata, non habet certamen neque tribulationem in tempore periculi mortis. Propter quod, pro certo, niſi habuerit homo odio vitam ſuam

A iu hoc mundo, propter affectionem futuræ vitæ, tribulationes non poterit ſuſtiore. Q. Quomodo reſecat homo primam conſuetudinem, & aſſueſcit ſe ipſum in vita, religioni & egeſtati? R. Corpus viuere ſine neceſſariis non acquieſcit: ſed in quantum poſſibile eſt, mens ſeipſam à voluptatibus & laxatione, quamdiu ab
Matt.16. his, quæ laxationem operantur, longe conſiſtat. Nam quando videt materias rerum voluptatis excitatur in ea, concupiſcentia cum feruore, propter quod Saluator ſequenti eum, ſpoliari mandauit & exire de mundo, quia oportet hominem laxationis cauſas abiicere à ſe-
Matth.4. ipſo, & ſic appropinquare labori. Et ipſe quoque Dominus, quando incipit pugnare cum diabulo, ipſum in deſerto ſiccisſimo expugnauit. Et Paolus etiam admonet tollentes crucem Chriſti, exire de ciuitate, di-
Hebr.13. cens: *Egrediamur cum eo & aſſumamus opprobrium eius.* Quia Chriſtus extra ciuitatem paſſus eſt, per ſegregationem mundi, & eorum quæ ſua ſunt. Cito quis tradit obliuioni primam conſuetudinem ſuam, nec laboret in his tempore multo? Pro iniquitate vero
B mundi & rerum eius, mens à fortitudine ſua quantocius relaxatur. Expedit namque monacho, quod in hoc certamine viuat, vt ſit in neceſſitate & inopia ſtatus cellæ monachi, & vt ſit cella eius vacua, & ab omnibus ocioſa, quæ deſiderium quietis mouent in ipſo. Quum cauſæ relaxationis longe ſunt ab homine, non periclitatur in duplici prælio; interiori & exteriori. Nam quando homo eſt egens neceſſaria vtilitate tabernaculi ſui, tunc & vtilitas eius fit contemptibilis, nec in tempore neceſſitatis cum deſiderio videt cibum; & modico quodam facit corpus eſſe contentum, & illud etiam tanquam contemptibile videt, nec propter delectationem cibi comedit, ſed vt naturam tantum
Monaſtica ſolitudo. ſuſtentet ac conſortet. Occaſiones enim huius vitæ cito transformant hominem ad religionem ſine tribulatione ac triſtitia mentis, expedit autem monacho nullatenus commiſceri impugnantibus eum. Sed ab eorundem aſpectibus abſtinere, & elongare ſe à propinquitate eorundem, & hoc dico non ſolum pro ventre, ſed etiam pro omnibus in quibus exami-
C nator & probatur libertas monachorum. Quando homo accedit Deum, fœdus init cum Deo de his omnibus abſtinere. quæ ſunt hæc: Non videre faciem mulieris, nec reſpicere formoſarum aſpectus, nec concupiſcere quicquam, vel epulari, vel ornatum in veſtibus: non videre nec reſpicere hominum ſæcularium dignitates, eorum verba nunquam audire, nec ea quæ ſunt de eis.

Vitiorum fomenta. Quia multas vires acquirunt vitia de propinquitate ipſorum laxantium alterantium athletæ ſapientiam & propoſitum eius. Et ſi aſpectus bonorum mouet arbitrium zelum habentis, vt inclinetur ad operationem eorum, manifeſtum eſt, quod aſpectus contrariorum potentiam habet captiuandi animum ad ſeipſum. Et interdum plus fiat ſolitario ad infrenationem cum prælium inducit eum. Et ideo quidam de certatoribus ſenibus religioſis videns quendam imberbem ſimilem mulieribus, reputauit hoc nociuum menti ſuæ, atque damnoſum in pugna ſua. Quis enim poterit ſeſe inge-
D rere in aliis confidenter, poſtquam ſanctus iſte non acceptauit intrare, vt ſalutaret fratrem illum? Decreuit enim prudenter ille ſenex: quia (inquit) ſi cogitauero hac nocte tantum, quod hic ſit talis, fiet mihi iactura non parua: propter quod dixit aliis: Ego quidem filij non timeo, veruntamen cur volo mihi inducere pugnam in vanum? Nam recordatio talium infructuoſam facit menti tribulationem. Ad vnumquodque membrum corporis habet pugnam homo, & debet cuſtodire ſeipſum, & dimittere pugnam in ipſis, tanquam ſi iam appropinquaſſet: & quanquam homo ſibi faciat violentiam ad bonum, tamen periclitatur videndo ſemper ac concupiſcendo. Sicut medicinales herbæ multæ ſunt in terra contectæ, & in æſtate nemo cognoſcit eas propter æſtum: cum autem ex aqua fuerint humectatæ, ac perceperunt virtutem aërei frigoris, tunc apparet quælibet illarum, & ſpecies vbi fuerat in
E terra ſepulta: ita & homo quando eſt in gratia tranquillitatis & feruore abſtinentiæ, quieſcit à multis vitiis; ſed cum ad ſæculares accedit, tunc videt quomodo quodlibet vitium excitatur & ſubleuat caput ſuum maximè cum odorauerit quietis odorem. Hæc autem dixi, ne quis confidat in corpore ſuo, quandiu viuit, donec moriatur, & vt oſtendam [illegible] ſuſque longus à ſæculo iuuant contra ea quæcumque ferunt nobis confuſionem in recordatione ſui. Expedit nobis timere nec conculcare conſcientiam & contemnere eam. In deſertum tentemus ducere corpus, & faciamus per quod patientiam acquiramus. Maius autem omnibus eſt, vt cauſas pugnæ prolongemus à nobis, quanquam ex hoc corpus anguſtiam patitur. Quia timeo, ne cum ſuperuenerit occaſio & neceſſitas, ruinam propter propinquitatem eorum incurrat. Q. Quicunque abiecerit à ſe tentationem, & intrauerit ad pugnam, quod eſt initium eius in pugna abſtinentiæ, & vnde incipit pugna? R. Illud notum eſt omnibus, quod
F cuiuſlibet certaminis peccati & concupiſcentiæ initium eſt, labor ieiunij, maximè pugnantium contra peccatum, quod intra nos eſt. Signum quoque odij contra peccatum & concupiſcentiam eius, apparet ex hoc in certatoribus inviſibilis huius pugnæ, ſi cum ieiunio vigiliæ noctis cooperantur. Quicunque autem per totam vitam ſuam ſocietatem huius coniugij diligit, hic fit caſtitatis amicus. Sicut enim quies ventris, initium omnium malorum eſt, & laxatio ſomni, quæ accendit luxuriæ concupiſcentiam, ita via Dei ſancta & omnis virtutis fundamentum ieiunium eſt ac vigilantia in ſeruitio Dei, in crucifixione corporis per totam noctem contra dulcedinem ſomni.

Ieiunium profecto eſt omnis virtutis, & initium certaminis, & corona continentium, & pulchritudo virginitatis & ſanctitatis, & ſplendor caſtitatis, & principium vitæ Chriſtianitatis, & mater orationis, & fons ſapientiæ, & magiſter tranquillitatis, quæ præcedit omnia bona. Sicut imitatur ſanus oculus deſiderium luris, ita ſequitur ieiunium quod cum diſcretione fit, deſiderium Orationis. Cum quis cœperit ieiunare, ex hoc, deſiderium alloqui Deum, & peruenire ad eum incipit in mente ſua. Ieiunans corpus non expectat in lectu ſuo vt dormiat tota nocte, cum ſigillum ieiunij ſuperponitur ori hominis, mens compunctione meditatur, & cor eius producit orationem & mœſtitia iacet in vultu eius, & prauæ cogitationes elongantur ab ipſo. Hilaritas non inuenitur in oculis eius & concupiſcentiarum & vaniloquiorum non eſt amicus. Nunquam vidi aliquem ieiunantem cum diſcretione, à mala concupiſcentia redactum in ſeruitutem, eſt enim hoc magnum donum ad omne bonum, quoniam illud eſt mandatum, & qui negligit illud, amouet omne bonum quod ab initio fuit impoſitum ad cuſtodiam noſtræ naturæ, & inde condit principium plaſmationis noſtræ. Veruntamen vnde facta eſt exterminatio prima, inde certatores veniunt ad Dei timorem, poſtquam legem eius cœperint cuſtodire, Saluator etiam quando apparuit mundo huic, incepit. Nam *poſt baptiſmum eduxit eum Spiritus in deſertum, & ieiunauit quadraginta diebus*: ſimiliter autem & omnes qui exeunt poſt eum & ſequuntur eum, ſuper hoc fundamentum ponunt initium pugnæ ſuæ. Armatura eſt enim operata per Deum, quis negliget illam & non culpabitur? Et ſi is, qui edidit legem, ieiunat: Quis eſt ex obſeruantibus legem, quem non oporteat ieiunare: propter quod vſque tunc genus humanum victoriam ignorabar, nec diabolus unquam fuit expertus ſuperationem ſuam per naturam noſtram, ante ieiunium. In hac armatura ab ipſo principio fuit homo formidoloſus, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus princeps & primogenitus victoriæ factus eſt, vt daret primam coronam victoriæ ſuper caput naturæ noſtræ. Et diabolus quando videt hanc armaturam apud aliquem hominum, ſtatim terretur, & venit ad recordationem ſuperationis ſuæ,

Margin notes (right column): *Deſcriptio ieiunij.* — *Ieiunij fructus.* G — Matth.4. H

quam

A quam à ſaluatore paſſus eſt in deſerto, & virtus eius confonditur in armatura nobis data à principe noſtro.

Quæ igitur arma ſunt iis fortiora & magis confortationem exhibentia in pugna quæ fit contra ſpiritus malignos, ſicut experimentum factum à Chriſto? Nam quanto plus fatigatur & affligitur corpus, tanto magis [illegible] hominem acies dæmonum, cor ipſius à confidentia defenſatur: & qui ieiunij armatura veſtitur, omni tempore eſt accenſus. Zelotes Helias cum zelauit pro lege Dei, in hac armatura vicit reducens ad memoriam poſſeſſoris ſui, mandata Spiritus ſancti. Mediatrix eſt ieiunatio veteris Teſtamenti & gratiæ datæ nobis à Chriſto. Qui negligit ieiunium, apud cætera propugnacula laxus eſt & infirmus, & ſignum laxationis animæ demonſtrat, & dat locum victoriæ impugnanti eum. Quia nudus aggreditur pugnam, manifeſtum eſt quia nudus egreditur ab ea, quia membra eius non ſunt induta feruore famis. Item per ieiunium homo inconcuſſus mente ſeruatur apud occurſus difficilium vitiorum. B Dicitur de multis martyribus, quod nihil guſtabant in die in qua coronam præſtolabantur martyrij, ſed ſicut ad nuptias præparati expectabant occurrere gladio in ieiunio, cum hymnis, pſalmis & canticis.

Nos quoque qui ad inuiſibile martyrium vocati ſumus ad percipiendas ſanctificationis coronas, vigilemus, ne in aliqua parte negationis ſignum noſtris inimicis exhibeamus. Sunt quidam habentes hæc opera, qui quærunt cogitationem pacem, & tranquillitatem non ſentiunt vitiorum. O fratres vitia abſconſa ſunt in anima, quæ non corriguntur per laborra tantummodo corporales, nec etiam per eas cogitationes arctantur apud illos qui à ſenſibus ſemper expergeſiunt, quia labores huiuſmodi à concupiſcentia tuentur homines, ut ab eis & dæmonum turbatione vincantur. *Pax interior.* C Pacem vero & tranquillitatem animæ non impediunt, ſed tunc membra quæ ſunt in terra mortificantur & præſtant cogitationum pacem, cum ſolitudinem communicamus. Nam quanquam cito ſenſus exteriores ceſſauerint à turbatione, & permanſerint in operatione ſcilicet bona, per aliquod tempus ſentiet homo pacem, tamen quovſque deſecerit homini occurſus & membra eius ceſſauerint à diffuſione cogitationum, & ad ſe collegerit ſemetipſum, non poterit cognoſcere ſuam infirmitatem. Quietudo enim, ſicut ait beatus Baſilius, initium eſt munditiæ animæ. Cum exteriora membra ceſſauerint ab exteriori ſchiſmate & diſtractione ad exteriorem regionem, expergeſit cor ad ſcrutationem intentionum, quæ intus in anima ſunt, & ſi bene permanſerint, homo huiuſmodi incipiet ad munditiam animæ ambulare. *Munditia animæ.* R. Arbor quæ quotidie irrigatur, quando ſiccatur radix eius & minuitur vas quotidie recipiens incrementum: Et ſi munditia vicit, aliud eſt, quam euitare conuerſationes & recedere à conſuetudine, ille qui actualiter in ſemetipſo vel in aliis per ſenſus ſuos innouat eiuſdem libertatis D commemorationem, quæ eſt agnitio malitiæ non poterit animã ſuam ex hoc mondare, vel quando poterit ceſſare ab impugnatoribus, exterioribus licet contempletur. Si enim cor quotidie ſordeſcit, quãdo mũdatur à ſordibus, & ſi exteriorum effectui reſiſtere nequit, quanto minus poteſt cor mundare? Et qui eſt in medio exercitus conſtitutus, & expectat quotidie frequenter belli nunciationem audire, quando præſumit paciſci in anima ſua. Veruntamen cum ex hoc elongatus fuerit, tunc primo modicum quieſcere poterit ab intus, quia quovſque flumius ſuperne confluit, aquæ ipſius inferius minimè deſiccantur. Cum aliquis venit in quietem, tunc poteſt anima ſcrutari vitia & diſcernere ſapientiam quæ eſt in ea, tunc interior homo expergeſit ad opera ſpiritus, & de die in diem percipit ſapientiam occultam, quæ floret in anima ſua, ſtatim ad gratiam lachrymarum pertingit, quæ ſine violentia fiunt & perducit *Gratia lachrymarum.* ipſum ad perfectionem dilectionis Dei. Q. Quæ ſunt E certa argumenta & ſigna appropinquantia incipienti videre fructum occultum in anima ſua.

Lachrymæ. R. Eſt quod quis promeruit gratiam lachrymarum multarum, quæ ſine violentia fiunt. Nam ſicut, terminus poſitæ ſunt lachrymæ menti inter corporalia & ſpiritualia, & inter vitioſitatem & munditiem quovſque non recipit homo iſtud donum, adhuc in exteriore homine manet efficacia operis ſui, nec perſenſit adhuc efficaciam occultorum ſpiritualis hominis. Nam cum quis incœperit à corporalibus huius ſeculi ſeparari, & ita terminum, qui eſt intra naturam, viſus fuerit tranſeundo ad hanc gratiam lachrymarum, ſtatim pertigiſſe. Et ſola prima occulta conuerſatione incipiunt lachrymæ iſtæ, quæ perducunt ipſum ad perfectionem dilectionis Dei, & quanto magis procedit illic, tanto magis ditatur in ipſa, donec bibat ipſas lachrymas in potu & cibo ſuo, propter multam perſeuerantiam earundem, & hoc ſignum certitudinis, quod mens receſſit de mundo iſto & perſentit mundum illum ſpiritualem. F Quanto magis quis appropinquat mente ſua huic mundo, tanto plus de his lachrymis defectum incurrit: & cum mens eius omnino fuerit in mundo iſto, totalem defectum patitur huiuſmodi lachrymarum. Et eſt ſignum, quod in vitiis ſit ſepultus: *Lachrymarum 2. genus.* Lachrymarum quædam adurentes, & quædam impinguantes. Omnes autem lachrymæ quæ ex corde procedunt propter peccata, deſiccant corpus & adurunt, & ipſum cerebrum lædunt. De primo quidem, per hunc ordinem ex neceſſitate occurrit homo, & per eas aperitur ſibi oſtium intrandi in ſecundum ordinem meliorem, quod eſt gaudium, in quo recipit homo miſericordiam. Hæ lachrymæ ſunt, quæ ab intellectu profluunt, quæ corpus decorant pariter & impinguant, & ſine violentia per ſemetipſas emanant. Et aſpectus hominis alterant: ſicut dicitur, lætificati corde facies viret. Q. Quæ eſt reſurrectio animæ, quam dixit Apoſtolus: *ſi conſurrexiſtis cum Chriſto*, &c. R. illud quod dixit Apoſtolus: Deus qui dixit de tenebris lucem irradiari, vere in cordibus veſtris reſurrectionem vocans, oſtendit receſſum à vetuſtate, videlicet, vt G fiat homo nouus, nihil habens de vetere. *Dabo eis cor meum & ſpiritum nouum.* *Breuiloquium.* Tunc enim figuratur Chriſtus in nobis per ſpiritum ſapientiæ & reuelationis agnitionis Dei Q. Quid eſt breuiloquium: R. Virtus operationis ſolitudinis: ſolitudo ſenſus mortificat exteriores, & ſuſcitat motus interiores, ſed extrinſeca operatio iſtorum contraria operatur. Q. Quæ eſt iſta cauſa viſionum & reuelationum, quia quidam vident, quidam vero laborant: plus eis, & viſio non operatur in eis? R. Cauſæ multæ ſunt, quædam enim fiunt per diſpenſationem gratia generalis vtilitatis, quædam vero fiunt ad confortationem, & doctrinam. Et primo quidem per miſericordiam Dei diſpenſantur hæc omnia hominibus. Et tribus quoque modis ex maxima parte. Vel in ſimplicioribus qui ſunt abſque malitia penitus, vel in quibuſdam perfectè ſanctis, vel habentibus zelum ignitum fidei, & de hoc ſeculo deſperatis, qui perfectè abrenunciauerunt & à cohabitatione hominum receſſerunt, & poſt Deum nudi egreſſi ſunt, H nullum auxilium à viſibilibus expectantes, ſuper quos irruit aliquando formido propter ſolitudinem: Vel quando circumdat periculum mortis ea fame, vel infirmitate, aut etiam ex aliquo incurſu aut tribulatione, ita vt etiam appropinquet deſperationi. Conſolationum ergo, quæ fiunt talibus, nec fiunt illis qui eos ſuperant in labore: prima cauſa hæc eſt, quod quanto quis habet conſolationem humanam ab aliquo viſibilium, tanto ſibi huiuſmodi conſolationes non fiunt niſi per diſpenſationem aliquam communitatis. Nobis autem ſermo de ſolitariis, & hoc teſtatur vnus de Patribus qui pro ipſa conſolatione preces effudit & audiuit. Sufficit conſolatio & colloquium hominum. Alius eodem modo cum eſſet in ſolitudine & viueret iuxta conſuetudinem ſolitariorum, epulabatur in omni hora gratia conſolationis. Cum autem appropin-

quaſſet,

Digitized by Google

A quaſſet mundo, quæſiuit eam iuxta conſuetudinem, nec inuenit: & ſupplicauit à Deo cauſam ſibi ſignificari, dicens: Nunquid Domine propter Epiſcopatum receſſit à me gratia? Reſponſum eſt ei, Non: ſed quia Dominus diſpenſat cum his qui in eremo commorantur vt eos huius conſolationis dignos faciat. Indecens eſt enim quemquam diuinam recipere conſolationem, & iſtam, niſi ſit ob diſpenſationem aliquam prædictorum. Quæſtio. Eſt idem reuelatio & viſio? Reſponſio. Non, immo differentia eſt. Reuelatio enim multoties dicitur de duobus: nam quia reuelatur occultum.

Omnis viſio dicitur reuelatio, ſed non omnis reuelatio dicitur viſio. Nam reuelatio ex magna parte defectis & à mente guſtatis accipitur. Viſio fit quaſi imaginibus & formis, ſicut olim fiebat antiquis vel in ſomno profundo, vel vigilando, & aliquando certius, aliquando vero in phantaſmate, & quodammodo obſcuro: propter quod & ipſe qui videt, multoties ignorat vtrum vigilando videat, an dormiendo, aut per vocem audit ſuſceptionem.

B Quandoque vero formam videt, aliquando magis, ſcilicet facie ad faciem. Et viſio & collocutio virtutes ſunt ſanctæ dignis apparentes & reuelationes facientes in deſertioribus locis & remotiſſimis ab hominibus. Hæc igitur fiunt cum ex neceſſitate homo eget eis; ſi non habet aliam ſuſceptionem vel conſolationem ea loco. Reuelationes vero, quæ ſequuntur in mente per munditiam, & accepta ſunt, & ſolummodo perfectorum & pectorum exiſtunt.

Reuelationes. Mundus corde quis ſit.

Q. Si peruenit aliquis ad munditiam cordis, quod eſt ſignum eius, & quando cognoſcit homo quod peruenerit ad munditiam cor ipſius? R. Cum videt quis omnes homines eſſe bonos, nec apparet ei quiſquam immundus vel contaminatus, tunc eſt mundus corde, quoniam enim perficitur verbum Apoſtoli: *Reputate omnes potiores ex cordis ſinceritate*, niſi perueniat ad illud quod dicitur, *oculus bonus non videt mala.* Q. Quid eſt munditia, & vſque quo eſt terminus eius. R. Munditia eſt obliuio ſpecierum ſcientiæ, quæ ſunt contra naturam,

C quas in mundo adinuenit natura: terminus autem quo quis liberetur ab eis, eſt, vt redeat homo ad primam ſimplicitatem naturæ ſuæ & innocentiam, vt puer ſine puerili defectu. Q. Decet aliquem ad hunc ordinem peruenire? R Sic, Ecce Abbas Syſois ſic peruenit ad hanc menſuram, vt quæreret à ſuo diſcipulo, ſi comediſſet an non? Et alius quidem de Patribus ad talem ſimplicitatem paulominus puerilem deuenit, vt omnium, quæ hic ſunt, eſſet oblitus & comediſſet ante communionem niſi à diſcipulis impediretur, & diſcipuli ſui ducebant ipſum ad communionem, quaſi puerum, & mundo quidem puer erat, ſed in anima perfectus erat apud Deum. Q. Quam meditationem & exercitium habere debet ſolitarius in ſolitudine ſua, ne ſtudeat mens in cogitationibus vanis? R. De meditatione & exercitio quibus mortificetur homo in cella ſua. Nunquid homo peruigil & feſtinus, qui ad animam eget interrogatione, quomodo conuerſetur, dummodo ſit ſecum. Quid aliud eſt meditatio monachi, quam luctus in cella ſua?

D *Monaſtica meditatio.*

Nunquid ob luctum valeat etiam ad aliam cogitationem reſpicere? Quænam meditatio melior hac exiſtit? Ipſa namque ſeſſio & ſolitudo monachi ſimilis eſt conuerſantibus in ſepulchris quæ ab humano gaudio diſtat. Docet eum, qui luctus eſt operatio eius & ipſum cognomen nominis ſui adhæc inducit eum, luctuoſus etenim appellatur, id eſt, amarus corde. Et omnes quoque ſancti lugendo egreſſi ſunt de hac vita. Ex quo ſancti lugebant & eorum oculi pleni lachrymis ſemper erant, donec egrederentur de hac vita, omnes plorabant. Conſolatio ſanè monachi de planctu naſcitur & vbique perfecti & triumphatores hic plorauerunt. Ille qui vulneribus eſt repletus, quomodo ſuſtinebit vt à planctu quieſcat? Qui mortem ſuam habet ante ſe poſitam, eget doctrina, quo cogitatione vtatur lachrymis. Anima tua mortificata eſt in peccatis, vt iacet ante conſpectum tuum, quæ

E mater eſt apud te, quam totus mundus, & planctu non eget. Si veniremus in ſolitudinem, poſſemus in planctu manere, propter quod aſſidua mente Domino ſupplicemus, vt nobis hoc largiatur. Nam ſi gratiam hanc obtinuerimus præ cæteris donis eſt potior & ſuperior, ad mundiciem ingredimur & cum ingreſſi fuerimus ad eandem, non auferetur à nobis munditia, vſque ad noſtrum exitum huius vitæ. Beati mundo corde, æterni quoniam non eſt tempus in quo non percipiant delectionem huiuſmodi lachrymarum, & ipiæ ſemper Dominum contemplantur: & exiſtentibus adhuc lachrymis in oculis ſuis promerentur viſionem reuelationum eius. In excellentia autem ſuarum orationum, nec eſt eis oratio ſine lachrymis. Et hoc eſt quod Dominus ait: *Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur.* (*Matth. 5.*) De luctu quidem venit homo ad miſericordiam animæ, propter quod dicit Dominus, *quoniam ipſi conſolabuntur.* Non expreſſit quam conſolationem. Nam cum monachos per lachrymas regionem tranſire promeruerit vitiorum & peruenerit ad campum munditiæ animæ, tunc occurrit ei huiuſmodi conſolatio quæ non pertranſitur ab his qui inueniunt eam, & in iſta occurrit conſolatio quæ hic nullatenus inuenitur.

F Et tunc intelligit, quam conſolationem ſuſcipit ſuus luctus, quam Deus per munditiam lugentibus elargitur. Quia indecens eſt continuè lugentem aliquem vitiis moleſtari. Impoſſibilius enim eſt iſtud, quod ſi mentem lugentis ad tempus à commemoratione poſſunt lachrymæ auertere. Quid dicemus de his qui experientia habent die noctuque hanc conſolationem? Auxilium autem, quod fit ex lachrymis, nemo nouit, niſi illi, qui huic operationi ſuas animas tradiderunt. Omnes ſancti introductionem hanc affectant, quia per lachrymas aperietur oſtium curam eis, vt ad regionem conſolationis ingrediantur, in qua regione veſtigia Dei per reuelationem imaginantur.

Quomodo meditari debeat aliquis in ſolitudine. Cap. 20.

Ex operatione violenta oritur calor ſine menſura, qui in corde ingeritur ex nouis cogitationibus, quæ de nouo ſuperueniunt menti. Nam operatio & cuſtodia mentem acuunt in ipſarum feruore, & præſtant viſionem, & hæc viſio parit feruentes cogitationes,

G quas prædixi in profunditate viſionis animæ, quæ contemplatio appellatur. Hæc autem contemplatio parit feruorem, & hoc feruore qui fit ex gratia contemplationis, dum fluxus gignitur lachrymarum: In principio quidem prius modicæ ſcilicet ſuperueniens homini per diem & iterum deficiunt, & ex hoc proueniunt eidem indeficientes lachrymæ, & recipit anima pacem cogitationum & ad mentis munditiam exaltatur. Per munditiam vero mentis peruenit ad videndum ſecreta, quia munditia eſt abſconſa in pace, quæ pugnis ſucceſſit. Poſt hoc autem contingit mens ad videndum reuelationes & ſigna, ſicut videt Ezechiel Propheta qui deſignant tres ordines per quos appropinquat anima Deo. Initum omnium horum eſt bonum propoſitum erga Deum, & ſpecies inconuertibiles operum ſolitudinis, quæ naſcuntur ex multa abſtinentia & elongatione ſecularium, nec eſt adeo neceſſarium ſpecies horum operum per ſingula recitare, quia ſunt pluribus notæ:

H veruntamen quia indemnis eſt occurrentibus expoſitio eorundem, quinimo vtilis eſſe poterit, ſicut ego duco, illas explicare non pigritabor. Quæ ſunt iſtæ, fames, lectio, peruigiles totius noctis vigiliæ iuxta poſſe vniuſcuiuſque, multitudo genuflexionum, quæ ad faciendum ſunt neceſſariæ in horis die ac nocte multoties. Fiant autem ad minus xxx. qualibet vice & adoretur crux, & ſic deinde recedatur. (*Genuflexiones.*) Sunt quidam qui addiderunt huic numero iuxta poſſe ſuum, Alij in oratione faciunt per triginta, habentes mentem peruigilem abſque violentia & elatione, proſtrati in faciem, & hæ duæ ſpecies manifeſtant, & exponunt multitudinem diuitiarum gratiæ quæ cuilibet homini diuiduntur ſecundum ſua neceſſaria. Quis vero ſit modus alterius orationis & perſeuerantiæ in ipſis ſine violentia indignum reputauimus publicare, nec verbis linguæ aut exaratione cala-

mi,

A

mi, ne ſi lector inueniretur comprehendere, quod legeret, æſtimaret inutilia & quæ ſcribetentur. Vel ſi inueniretur, & ſcite paruipenderet, vtique nullum qui rerum ordinem ignorater, & ſi ex hoc virimo conuungeret vilipenſio, ex præſidenti vero deſiderio & hoc modo appateut vt barbarus in huiuſmodi rebus, iuxta

1.Cor.14.

verbum Apoſtoli qui ait de propbetante. Quicunque igitur homo adiicere cupit, & viam ambulet ſupradictam & operationem menti faciat conſonantem, & eum qui in bia ſactus fuerit, ipſe addiſcet per ſemetipſum, vnde dicitur, ſede in cella tua, & eadem omnis te docebit.

De contemplatione & propria infirmitatem conſideratione.
Cap. 21.

Beatus eſt homo qui ſcit infirmitatem ſuam, quia hæc ſcientia initium ſibi ſit & etiam fundamentum. Cum enim didicerit aliquis, & in veritate perſenſerit ſuam infirmitatem, tunc compeſcit animam ſuam à laxatione quæ denigrat ſcientiam & theſaurixat cuſtodiam ſibi ipſi. Nemo autem poteſt percipere infirmitatem, niſi tentari modicum permittatut in his, quæ ſiue animam opprimunt, ſiue corpus. Tunc enim compa-

B

tationem faciens infirmitatis ſuæ ad auxilium Dei, eius magnitudinem ſcire poteſt. Et idem, cum perſpexerit ad omnia artificia ſua, videlicet ad cuſtodiam, abſtinentiam, protectionem animæ ſuæ, per quæ ſperat confidentiam inuenire, nec inuenit ſibi portanti tranquillitatem, propter timorem percipiat & cognoſcat ex eo, quid timor cordis deſignat & manifeſtat, quod egest vtique conſilio alicuius. Cor enim reſtatur interius ex timore, quoniam producit ab intus demonſtrans, quod defectum alicuius patiatur, ob hoc confidentis nequeat habitare. Et quoniam auxilium Dei eſt quod ſaluare poteſt, quando ſcit aliquis quod egest auxilio Dei, orationes multiplicat, & quanto magis auget eas, tanto plus cor eius humiliatur. Nullus enim

Humilitas ſequitur orationem.

egens & poſtulans poteſt non humiliari: *Cor enim contritum & humiliatum Deus non ſpernit.* Igitur quouſque humiliatur cor ab elationibus non ceſſare non poteſt, quia humilitas colligit cor. Cum autem humiliatus fuerit homo, ſtatim circundat eum miſericordia & diui-

C

num auxilium, tunc enim ſentit cor, quis inuenerit virtutem confidentiæ, quæ mouetur in ipſo.

Quod oratio eſt refugiũ, & fons ſalutis.
Cap. 22.

Quando homo verè percipit diuinum auxilium præſtari ſibi, ſtatim fide repletur, & intelligit ex hoc, quoniam oratio refugium eſt auxilij & fons ſalutis & confidentiæ theſaurus, & lumen iis qui in tenebris ſunt, & portus liberans à tempeſtate, & auxilium in ægritudinis violentia, & clypeus liberationis in prælio, & ſagitta acuta contra inimicos. Et ſimpliciter dico, per orationem habet iudicium tota multitudo bonorum, & ideo epulatur homo in oratione fidei, & cor eius decoratur ex confidentia, & nullatenus in priori cæcitate & oris locutione moratur cum taliter animo percipit, tunc poſſidet orationem in anima ſuæ, ſicut theſaurum & præ multa lætitia formas orationis, in voces gratiarum commutat. Et hic eſt ſermo, quem dixit ille, qui cuilibet rerum formam propriam diffiniuit. Quoniam oratio gaudium, eſt gratiarum referens actiones: hanc exponens, qui perficitur in ſcientia Dei, id

D

eſt, à Deo deſtinatur. Quomodo & ex tunc & in labore non erit homo, nec in ærumna, ſicut fit in cæteris orationibus, quæ prius fiunt, quam iſta percipiatur: Sed cum gaudio cordis & admiratione producit regratiabiles motus continuè cum genuflexionibus taciturnis, & præ multitudine motus eius ad ſcientiam & admirationis & ſtupefactionis ad gratiam Dei, ſubito exaltat vocem ſuam laudans & glorificans Deum, & gratias refert & orans ſtupefactus minimum, non mouet linguam. Quicunque igitur peruenit huc vſque in veritate & non in phantaſmate, & poſuit hic ſignacula multa, & multas agnouit differentias propter multam probationem, ipſum hic nouit, quia non eſt contrarium id quod dico. Igitur ceſſet de cætero talis cogitare vitia, & maneat in Deo per continuam orationem pauidus & timens, ne priuetur multitudine auxilij Dei. Hæc omnia naſcuntur homini ex recogitatione infir-

E

mitatis ſuæ. Nam ex multo affectu eius ad diuinum auxilium appropinquat Deo, permanens in oratione, & quanto magis appropinquat Deo, tanto magis attingit eum Deus per chariſmata ſua, nec aufert ab eo gratiam propter multam humilitatem: Quod Dominus differt aliquando, quia ſicut illa vidua clamat in-

Luc.18.

deſinenter ad iudicem aduerſario ſuo iudicanti. Ob hoc enim miſericors Dominus continet ab eo gratias, vt hæc ſibi materia fiat appropinquandi eidem, & propter neceſſitatem ſuam permanet apud eum, à quo vtilia producuntur, qui in quibuſdam quaſdam, petitiones eius exhibet feſtinanter, illa dico, ſine quibus ſaluari non poteſt. Continet vero quaſdam ab eo & in quibuſdam rebus quaſdam inimici aduſtiones excutit & expellit ab ipſo. In quibuſdam vero eum tentari permittit, vt illud ſibi cauſa fiat appropinquandi Deo, ſicut prædixi, vt experientiam habeat tentationum & caſtigetur. Et hic eſt ſermo Scripturæ, quod Dominus reliquit gentes multas ne diſpergeret eas, nec tra-

F

didit eas in manus Ieſv filij Naue, vt caſtigaret in eis filios Iſrael, & vt docerentur tribus filiorum Iſrael ac addiſcerent bellum. Iuſtus autem non recognoſcens propriam infirmitatem ſuam in arido loco tea ſuas haber, nec receſſit à ipſo, neque à corrumpente leone, ſcilicet dæmone ſuperbiæ: Et item? Quicunque ignorat infirmitatem ſuam deficit ab humilitate, qui vero deficit ab ea, deficiens eſt etiam à perfectione. Et qui deficiens eſt ab ea, timidus eſt ſemper, quia ciuitas eius non eſt fundata ſuper columnas ferreas, neque ſuper liminaria ærea, id eſt, humiliationem.

Quomodo acquiritur humilitas.
Cap. 23

Humilitatem autem acquirere nemo poteſt, niſi per modos ſuos, per quos fit contritio cordis, & cogitationes elationis contemnuntur. Ob hoc enim multoties videt inimicus veſtigia cauſarum ad hominem declinandum. Nam ſine humilitate opus hominis perfici nequit, quia nullatenus eſt appoſitum inſtrumentum libertatis ſuæ Spiritusſancti ſigillum, immo ſeruus adhuc exiſtit. Et opus eius nondum eſt à timore ſublatum, ſicut quis non corrigit opus ſuum ſine hu-

G

militate, neque caſtigatur niſi per tentationes ac ſine caſtigatione non comprehendit humilitatem. Propter hoc dimittit Dominus ſanctis cauſas humilitatis & contritionis cordis ac laborioſæ orationis, & multoties permittet eos per paſſiones naturæ & lapſus prauarum cogitationum & execrabilium, multoties quoque per iniurias & humana verba. Aliquando vero

Tentationum cauſa.

per ægritudines & corporales infirmitates, & quandoque per paupertatem & vſus neceſſariorum egeſtatem. Aliquando etiam per timorem diri doloris, ac derelictionem, necnon & pugnam diaboli manifeſtam. Per quæ omnia timorem incurrere conſueuit, aliquando per materiales & diuerſas, & terribiles. Et hæc quidem omnia fiunt, vt habeat materias humiliationis, & eis negligentiæ ſomnolentia non contingat, vel ex rebus in quibus athleta viſus eſt infirmari, vel etiam ex timore futuro. Neceſſariò igitur tentationes vtiles

Tentationum vtilitas.

ſunt hominibus. Hæc igitur non dico, quod deceat hominem in turpibus ſponte laxari, vt fiat ei humilitatis occaſio ipſarum, neque vt feſtinet intrare ad alias

H

tentationes, ſed quia decet eum, dum in bono laborat omni tempore vigilare & cogitare quoniam creatus eſt, ob hoc etiam eſt caducus. Quilibet autem creatus eget virtute ac protectione diuina, & omnis qui eget protectione alterius naturalem infirmitatem oſtendit. Omnis vero, qui ſuam infirmitatem agnoſcit, neceſſario eget humiliari ad impetrandum humilitatem ſuam, ab illo qui potens ei eſt ſubuenire: & ſi nouiſſet à principio & vidiſſet infirmitatem ſuam, negligens non fuiſſet, nec obdormiuiſſet, vt traderetur in manus tribulantium eum, & expergefacerent eum. Vnde decet ambulantem in via Dei gratias agere ſibi in omnibus ſuperuenientibus, & culpare & conuitiari animam ſuam & cognoſcere, quod nequaquam permiſſus fuiſſet à procuratore, niſi per negligentiam vel elationem, vt expergefieret, nec timeat ex hoc nec recedat, nec ipſum

excuſet,

A excuſet, ne duplicetur ſibi malum, quia non eſt apud producentem iuſtitiam Deum, iniquitas, abſit.

De perfectionibus, virtutibus & Officiis Monachorum. Cap. 24

Decet monachum eſſe in omnibus rebus ſuis formam humilitatis videntibus eum, vt ex multis virtutibus eius fulgentibus, ſicut radios perſpicientes inimici veritatis, & inuite confiteantur, quod ſit Chriſtianis ſpes certa ſalutis, & tanquam ad refugium vndique occurrant ad eum, & cornu Eccleſiæ exaltetur contra inimicos ſuos, & multi moueantur ad virtutis zelum, & recedant à ſeculo, ipſeque fiat venerabilis ex pulchritudine conuerſationis ſuæ. Conuerſatio etenim monaſtica, gloria eſt Eccleſiæ Ieſu Chriſti. Decet vtique monachum pulchros habere geſtus ex omni parte ſui propter viſionem viſibilium, certiſſimam priuationem rerum, omnimodum carnis contemptum, altum ieiunium, conſtantium in quietudine temperantiam, ſenſuum viſus cuſtodiam, omnium conuentionum in rebus huius ſeculi abſtinentiam, breuitatem in verbis, in multa recuſatione munditiam, cum

B diſcretione ſimplicitatem: ſcire quod hæc vita ſuperflua ſit & inanis, & quod prope eſt illa ſpiritualis & vera, non ligare ſeipſum amicitiis & vnioni hominum, alicuius habere locum habitationis auxilium fugere hominis, & indeſinenter permanere in orationibus, non habere ambitionem, nec gaudere authenis, non ligare ſeipſum huic viſæ, tentationes viſiles ſuſtinere. Alleuari à mundanis affectibus & interrogatione rerum ipſarum, continuè curare ac meditari in regione veritatis, habere vultum pallidum & rugoſum, lachrymari die noctúque, & plus his omnibus cuſtodire caſtitatem, eſſe mundum ab ingluuie ventris, & à paruis etiam & à magnis. Hæ ſunt virtutes monachi ſub compendio dictæ, quæ ſibi teſtimonium perhibent de omnimoda mortificatione ſua in mundo, & propinquare eius ad Deum. Decet ergo nos de his ſemper curam gerere. Quod ſi quis dixerit, Quæ neceſſitas fuit exprimere ſingula & non dicere ea generaliter & vniuerſaliter, dico hoc, neceſſario factum eſt, vt quomodo

C quæſierit vnum ex præmiſſis in anima ſua, ille qui ſtudet pro vita ſua, & inuenerit quod egeat vno iſtorum, cognoſcat exinde defectum ſuum in omni virtute, & erit ſibi odor iſte in parte recordationis. Cum autem acquiſieris iſta omnia in ſemetipſo, tunc reliquorum ſcientia quam non expreſſimus, largietur eidem, & erit hominibus materia glorificationis Dei, & exinde præparabit animæ ſuæ locum quietis, priuſquam egrediatus de vita iſta.

De primaria conſolatione ſpiritali nō turbetur homo, ſed legat in libris Patrum & ſuſtineat pariter. Cap. 25.

Quicunque conuenit in vnum cum mente ſua, & vt conuerſetur in ſolitudine, conformet ſeipſum operationi, & ſecundum ordinem ſolitudinis deducat reſiduum annorum ſuorum & dierum. Cum autem contigerit tibi fili, ſicut moris eſt in ordine ſolitudinis à diuina gratia conſtituente vt interius à tenebris anima confundatur, & ſicut ſolares radij velati ſuper terram à caligine nubium, priueris modicum tempus conſolationa ſpirituali, necnon & lumen gratiæ confundatur interius propter vmbrantem vitiorum nubem, ac tibi modicum virtus lætifica ſubtrahatur & obumbret men-

D tem inconſueta caligo, ne turberis in anima, nec ad ignorantiam manum extendas, ſed ſuſtine patienter, & lege in libris patrum, & infer tibi violentiam ad orandum, & præſtolare auxilium, & veniet tibi te ignorante. Nam ſicut tenebratur facies terræ per radios ſolares, obſcuritate aëris occupante, ita potens eſt oratio ſoluere & annihilare ab anima nebulas vitiorum, & irradiare mentem luce lætitiæ & conſolationis, quod gignere conſueuit in cogitationibus noſtris, & maximè cum habuerit pabulum à pagina ſacra, & vigilantia quæ mentem illuminat & illuſtrat. Continua enim lectio in ſcripturis ſanctorum replet animam incompreheniſibili admiratione ac lætificatione diuina. Quod ſi quando homo venit ad lachrymas, tunc egreditur mens ſua de carcere. Dico tibi vero, quam ſicut minimam non contemnes, nec hæſites in cæteris verbis meis, quia veraces ſunt qui mihi eadem tradiderunt. Si ſuſpēderis teipſum

Sacræ lectionis fructus.

E à palpebris, ne putes quando perueneris ad lachrymas, quod perueneris ad continentiam conuerſationis tuæ. Huc vſque mundo etenim ſeruierunt occulta tua: id eſt, ſtas in habitatione mundanorum, & opus Dei per exteriorem hominem operatis. Nam interior adhuc infructuoſus exiſtit, pro eo quod ad lachrymas non peruenit fructus eius. Cumque ad regionem ipſarum perueneris, tunc ſcito quod egreſſa eſt mens tua de carcere mundi huius, & poſuit pedem ſuum in itinere noui hominis, & cæpit adorare odorem mirabilis atq; noui, & tunc incipit effundere lachrymas, quia incipit dolor exitus pueri ſpiritualis. Nam gratia, quæ cōmunis eſt inter omnes, traducitur ad animam, vt pariat diuinam formam ſecreto ad futuri ſeculi claritatem, cumq; tempus partus aduenit, ſtatim moueri mens incipit in quibuſdam quæ inde ſunt ſicut ſpiramen, quo attrahitur infans intra membra in quibus nutritur, & quoniam ſuſtinet, quod conſuetudini ſibi non eſt, ſtatim incipit mouere corpus ad planctum mixtum dulcedine mellis, & quanto magis nutritus infans interius, tanto plus habet augmētum lachry-

F marum. His autem ordo lachrymarum dixi. quod non eſt ille qui ſolitarius ex incitatione contingit, quia illa conſolatio, quæ de tempore fit ad tempus, vbique fit in ſolitudine commoranti cum Deo & cuilibet exiſtenti in contemplatione mentis, quandoque in ſermonibus ſcripturarum, aliquando in orationum occurſu. Sed de ordine iſto dico, qui adeſt indeſinenter lachrymanti noctu dieque. Quicunque autem pro certo veritatem formarum iſtarum inuenit, fiunt autem oculi eius ad inſtar fontis aquarum, vſque ad biennium vel vltra poſtea vero ingreditur ad pacem cogitationum, & ſic ingreditur ad illam quietem, de qua dicit B. Paulus: *Sicut particulariter caput natura à pacifica quoque quiete incipit mens contemplari myſteria, & tunc Spiritus ſanctus incipit ei reuelare cæleſtia, & Deus habitat in ipſo & fructus Spiritus excitat in eo*, & ex hoc ſentit alterationem, quæ in omni innouatione debet excipere naturam interiorem. Obſcurè quodammodo, & ſicut in ænigmate ſcri-

G pſi hæc ad recordationem veſtram & omnium ſecundum quod comprehendi poteſt à contemplatione ſcripturarum & veracibus orationibus, & nondum ab experientia, vt fiat mihi auxilium per orationes eorum qui exinde fuerint vtilitatem adepti, quia non modicum laborem in his impendi. Audi etiam ibidem quod debeo tibi dicere, quod ab ore meo didici fallace. Cum ingreſſus fueris ad regionem pacis cogitationem, tunc à te multitudo lachrymarum auferetur, & poſtea prouenient lachrymæ in menſura conuenienti. Hæc eſt pro certo veritas, ſicut ab Eccleſia creditur generali.

De tribus ordinibus quibus homo proficit. Cap. 26.

Tres ſunt ordines, in quibus proficit homo: Nouitiorum, medius, & perfectorum. Qui eſt ergo in primo ordine, quanquam intentio eius ad bonum tendat, motus tamen ſuæ mentis iniquus eſt. Medius autem, medium quidem eſt inter paſſibilitatem & impaſſibilitatem, & cogitationes tam dextræ quam ſiniſtræ æqualiter mouentur in ipſo, nec ceſſat omnino lumen in ipſo producere tenebras, ſicut iam dictum eſt. Si vero ceſſaueris modicum ab aſſidua le-

H ctione diuinarum ſcripturarum, ac deſiderio videndi imagine formarum veritatis, & à poſſe ſuo, quod ad exteriorem cuſtodiam, ex qua fit interior cuſtodia, & ſufficiens operatio ad initia, detraheris. Quod ſi nutrierit naturale ſuum in his quæ dixi, nec dimiſit mihi inquiſitionem & ſcrutationem & affectum eorum de longo, quamvis non viderit ea: ſed ex nutu lectionis diuinarum ſcripturarum nutriat cogitationes ſuas, & contineat ne declinet ad ſiniſtram, nec recipiat ſemen aliquod diabolicum ſub ſpecie veritatis, cuſtodiat quoque animam ſuam cum deſiderio in Deo cum oratione laborioſa, & patientia: ipſe præſtabit ei petitionem ſuam, & aperiet ei oſtium ſuum, & maximè pro vtilitate ipſius, Secreta quoque humilibus reuelantur. Si vero mortuus fuerit in huiuſmodi ſpecie, & nunquam viderit terrā illam de prope, puto quod hæreditas eius erit cum antiquis iuſtis, qui ad perfectionem venire

A ſperabant. Nec videtur iuxta verbum Apoſtoli, quam in ſpe operati ſunt omnibus diebus vitæ ſuæ, & dormierunt. Quod autem diximus: Si nó peruenerit homo ad terrá promiſſionis, quæ eſt figura perfectionis, id eſt, comprehenſio veritatis manifeſta, iuxta méſuram virtutis naturalis, núquid prohibetur propter hoc ab iſto, vt in extremo cordis maneat in omne propoſitum ad ſiniſtram, & pro eo declinat quod non comprehendit omné veritatem, nunquid permanet in fortitudine primi ordinis, qui nec nouit hæc, nec deſiderat, vel conuenit eum exaltari ad mediam viam dixi. Non enim vidit eam, niſi táquam per ſpeculum, ſed ſperauit de longe, & propter hanc ſpem poſitus eſt cum patribus ſuis. Et non fuit dignus hac perfecta gratia factus. Sed quia ſemper alloquebatur eandem, & eam reducebat ad mentem, & quia mouebatur in deſiderio eius in quantum poterat dum vixiſſet: & cogitationes referebat, cor eius repletum hac ſpe exit à mundo: nam omne quod habet humilitatem, decorum videtur, quia incorporeum mentis exercitium circa deſiderium, quod dirigitur ex conſideratione diui- B natarum ſcripturarum animam interius coram malignis cogitationibus circumuallat, & conſeruat animú in recordatione futurorum bonorum, nec laxatur mens in negligentia ſua ad commemorationem ſecularium rerum, quia ex his frigeſcunt calores motuum eius, & ad concupiſcentias cadit.

De ſpe quæ fit per fidem præcordialem & dilectionem. Cap. 27

Fit ſpes in Deo per fidem præcordialé, & quæ bona eſt, diſcretione & ſcientia fit Homo, qui penitus nó curat de rebus temporalibus, ſed cómendat ſe Deo die noctuque, nec eſt ſolicitus de re aliqua ſeculari, propter ſtudiú quod gerit circa virtutes & omné curá ſuá poſſidet in diuinis, & propter hoc negligit parari ſibi cibos & indumenta & præparationé loci habitationis & cetera cuncta: Hic bene & magiſtraliter ſperat in Deo, quod ipſe debeat ſibi neceſſaria præparare, & hæc eſt prudétiſſima ſpes & vera. Iuſtum eſt etenim talem ſperare in Deo, quoniam ſeruus eius exiſtit & ſtudio ſe incumbit operi eius, abſq; omni negligentia quæ ab aliqua cauſa C contingat. Nam huic dignum eſt à Deo fieri prouidentiá ſpecialem, quia ſeruat mandatum eius qui dixit *Quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis.* Cum autem ſic diſponimur, mundus tanquam ſeruus nobis omnia præparabit, & tanquá Dominis indubitanter obediet verbis noſtris, & noſtris volúntatibus non reſiſtet. Ne igitur ceſſet de ſtatu ſuo continuo coram Deo, non tradit ſe ipſum ad curádum de neceſſaria vtilitate corporis, nec quoque de alio curat niſi tantum otioſus fieri, propter timorem Dei, ab huiuſmodi ſolicitudine magna & parua, vnde quæ ſpectant ad voluptatem, obtinebit. Veruntamen hæc omnia mirabiliter, neque curat de eis, neque laborat in ipſis. Homo quippe, qui cor ſuum ſepultum habet penitus in terris, & ſemper terram comedit cum ſerpéte, & in nullo ſtudet complacere Deo, ſed in omnibus corporalibus diſtractus & diſſolutus exiſtit & otioſus ab omni virtute propter aſſiduum colloquium & luxum elationis & occaſiones quaſdam proponit: hic propter deſidiá & otiú excidit iam a bono, & contingit cum arctatur ab aliqua D neceſſitate vel morte, ſeu tribulatur à fructificatione ſuarum iniquitatum, dicat: Sperabo in Deo, & ipſe me ſanat abſq; ſolicitudine, & auxilium mihi præſtabit. Inſipiens vſq; modo non fuiſti recordatus Dei, immo iniuriatus es ei per vitia tuorum operum, per te blaſphematur à gentibus nomen Domini ſicut ſcriptum eſt, & núc præſumis ore pleno dicere: In ipſo ſperabo, & ipſe auxiliabitur mihi, & ſolicitus erit de me Benedictum eſt à Deo, confundendo tales, per Prophetam dicenté: *Quotidie exquirunt me, & volunt addiſcere vias meas. Et ſicut aliqui facientes iuſtitiam & iuſtificationes Dei ſui non relinquentes quærunt iudicium & iuſtitiam.* De talibus enim eſt inſipiens, qui etiam mente fit proximus Deo. Sed cú à tribulationibus circundatur, extollit manus confidenter ad Deum. Hic vtique neceſſe habet multoties vt diſciplinetur hinc inde, quia non habet opus dignum, vt confidat in Deo. Nam propter prauas cogitationes & negligentiam in his, quæ conueniunt, diſciplina fit dignus. E Deus vero propter miſericordiam ſuam ſuſtinet eum, ne decipiat, talis ergo ſeipſum ſi obliuiſcatur & ordinem cóuerſationis ſuæ, & dicat ſe confidere in Deo, diſciplinabitur enim, quia opera fidei nunquam habet. Non extendat in otio pedem ſuum, & dicat: Credo in Deum, quod dabit mihi neceſſaria, tanquam in Dei operibus conuerſanti, nec inſipienter proiiciat ſemetipſum in puteum, in mente non habens Deum, & dicat: Sperabo in Domino nunc, tandem per iniuriam & eruet me. Noli errare ó inſipiens, quia labor & ſudor, qui pro Deo fiunt in agricultura ſua, ſpem quæ in tempore geritur, antecedunt Si credis in Deum, bene facis, ſed fides eget operibus, & ſpes quæ de eo habetur, eget afflictionibus ad virtutes. Credo quod Deus prouideat: credis creaturis ſuis, & ſit in omnibus potens. Sed fidem tuam ſequatur conueniens operatio, & tunc exaudiet te. Noli tenere ventum in pugno tuo, ſine operibus videlicet fidem tuam. Multoties quis ignorans ambulat per viam habentem malignam feram, vel homicidas, vel aliquid F conſimile & hoc communis eſt prouidentia Dei, vt eruat de huiuſmodi incurſu, vel præpediat impetum itineris per aliquas cauſas, quovſque pertranſeat fera maligna, vel occurrat ei aliquis, vt ab itinere vertat eundem. Item ſerpens nequam aliquando inuenitur iacens in via & latens, & Deus nolens hominem exponere cladi huic, facit ſerpentem ſubito ſibilare & ab ipſo loco recedere, vel ſerpere coram eo, vt ipſe videns illum, caueat ſibi, vt eruatur ab ipſo, quem nobis infeſtum fecit ſuper propter occulta peccata ſua, quæ ſolus ipſe nouit. Eruit autem ipſum propter miſericordiam ſuam, & contingit cadere domum & labi funditus à loco ſuo, & tamen quandoque pro ſua mandat Deus miſericordia Angelo, quod eam detineat, ne labatur, quovſque ſurgant & inde recedant, vel per quaſdam cauſas educit eos, vt nullus inueniatur ſub ea, ſtatim autem pertimeſcentibus illis, ſaltem permittit eundem, quod ſi contigerit aliquam occupari, conſeruari facit illæſum, quoniam vult ex hoc fieri manifeſtam magnitudinem ſuæ G virtutis. Igitur & huiuſmodi communis & generalis prouidentia Dei ſunt. Iuſtus vero inſeparabiliter habet eam, cæteriſque hominibus cum diſcretione mandauit Deus diſpoſitioni, quæ aſpectant ad eos, & comparare ſcientiam prouidentiæ Dei. Sed iuſtus huiuſmodi ſcientia pro diſcretione ſuorum non eget, quia iam acquiſiuit pro ſcientia fidem, per quam deponet omnem elationem extollentem ſe contra ſcientiam Dei, & de nullo ſupradictorum timebit. Scriptum eſt enim, quod iuſtus ſicut leo confidit in omnibus: præſumens fidem, non quaſi tentando Deum, ſed ſecurius de ipſo tanquam armatus quis, & indutus Spiritus ſancti virtute. Et quanto magis habet aſſiduam cum Deo ſolitudinem, tanto plus & Deus dicet de ipſo, Cum ipſo ſum in tribulatione eripiam eum, & glorificabo eum, longitudine dierum replebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum. Qui vero laſſus eſt & piger, non poteſt habere hanc ſpé in opere ſuo, ſed qui manet continue cum Deo in omnibus, & appropinquat ei operum decore ſuorum & affectum ſui cordis ad eius gratiam indeſinenter exten- H dit, ſicut dixit beatus Dauid. Defecerunt oculi mei, dum ſperarem in Deo meo.

De luctu & labore cum diſcretione. Cap. 28.

Cum dilexerimus à mundo fugere & peregrini fieri à mundanis, nihil ita ſeparat nos a mundo nec mortificat vitia noſtra carnalia & viuificat ſpiritualia, ſicut luctus & labor cum diſcretione præcordiali. Facias enim verecundi imitatur humilitatem dilecti. Nihil facit nos in ſeculo conuerſari, & cum ebriis luxurioſis qui ſunt in eo, & nihil ſic nos ſeparat à theſauris ſapientiæ ac ſcientiæ Dei ſecretorum, ſicut riſus, hoc eſt, adinuantio fornicationis. Et quoniam percepi philoſophiam tuá amice, rogo te in charitate, vt caueas tibi ab amicorú incurſum, ne verború effrenatione frigefacias animam tuam à calore charitatis Chriſti, qui pro te fel guſtauit in ligno crucis, & loco illius dulcis meditationis & ſecuritatis ad Deum, repleatis multorum phan-

tasmatum

A tasſmatum obſcuritate vigilante, te vero dormitante irrationabilibus ſomoiis occupetur anima, quorum fœtorem ſancti Angeli ſuſtinete non poſſunt, & ſic fias aliis ludibrium & ſtimulus tibi. Compelle temetipſum vt imiteris humilitatem Chriſti, vt ignis accendatur, qui es in te inſpiratus ab ipſo, in quo eradicantur huiuſmodi ſeculi motua, qui interficiunt hominem nouum, & polluunt atria ſancti & fortia Dei. Et ego infirmus dico ſecundum Paulum quod *templum Dei ſumus*. Mundemus ergo templum eius, ſicut ipſe mundus eſt, vt habitare concupiſcat in ipſo. Sanctificemus illud, ſicut & ipſe ſanctus eſt. Ornemus illud cunctis operibus bonis, & præſenti fumigemus illud thymmate, in quo quieſcit voluntas eius, id eſt, præcordiali & munda oratione, quæ propter ſecularium communioné acquiri non poteſt Sic vtique obumbrabit animam nubes gloriæ Dei, & fulgebit ſplendor majeſtatis eius in corde ipſius, & replebuntur gaudio & lætitia omnes habitatores tabernaculi Dei: Effrontes vero & inuerecundi deficient in flamma Spiritus ſancti. Impropera tibi, ô frater, ſemper
B dicens: O anima miſera, diſſolutio tua à corpore appropinquat, quare delectaris in iis, quæ debes hodie derelinquere, & à quorum aſpectu abſtraheris in æternum: Attẽde quæ ſunt ante te, & cogita quæ operata es, qualia ſunt, & cum quo conuerſata es omnibus diebus vitæ tuæ, ſeu quis laborem operationis tuæ recipit, & quem in pugna tua lætificaſti, vt exeat in occurſu tuo, tempore exitus tui & quem delectaſti in occurſu tuo, in partu eius quieſcat: cuius gratia laborando te afflixiſti, vt peruenias ad eum cum gaudio, quam acquiſiſti mercedem ſoluere in occaſu ſolis receſſus tui. Tu ſciſcitare à temetipſa, ô anima, & videas, ad quam terram eſt proiectio tua. Quod ſi pertranſiſti agrum fructificantem in amaritudine cultoris tui, clama & vocifera in gemitu & anxietate, quæ ſuper ſacrificia & holocauſta placãt Dominum Deum tuum. Producat doloroſas voces, quibus ſancti Angeli delectantur. Vnge genas tuas lachrymis, & ſuper te Spiritus ſanctus requieſcat, & abluat te à ſurdibus malitiæ tuæ. Fac tibi propitium per lachrymas
C Deum, vt ad te veniat. Inuita Mariam & Martham vt luctuoſas voces te doceant, clama ad Dominum & dic.

Ioan. 11. *Oratio deuota.* Cap. 29.

Domine qui ſuper Lazarum plorasti, & ſuper eum lachrymas tuæ compaſſionis effudiſti, ſuſcipe lachrymas amaritudinis meæ, paſſionibus tuis paſſiones meas, ſana, vulneribus tuis medere vulneri meo, ſanguine tuo ſanguinem meum munda, & contempera corpori meo viuifici corporis tui odorem. Fel, quo ab inimicis potatus es, dulcem reddat animam meam ab amaritudine, quam mihi inimicus aduerſarius propinauit. Corpus tuum, quod in ligno crucis extenſum eſt, extollat ad te mentem meam, quæ à dæmonibus eſt inferius tracta: Caput tuum, quod in crucis patibulo reclinaſti, erigat caput meum ab inimicis colaphizatum. Crucifixæ clauis ſanctiſſimæ manus tuæ ſubleuent me, ad te, de confuſione perditionis, ſicut os tuum ſanctiſſimum repromiſit: facies tua quæ alapas recepit & conſputationes, à maledictis clarificet faciem meam iniquitatibus ſordidatam. Anima tua, quam tradidiſti primitus exi-
D ſtens, in cruce, deducat me ad te in gloria tua. Non habeo cor dolens ad quærendum te, non habeo pœnitentiam, neque compunctionem, quæ reducunt filios ad ſuam hæreditatem. Non habeo Domine lachrymas deprecabiles, obtenebratus eſt in ſecularibus animus meus, nec poteſt ad te reſpicere in dolore, & aruit cor meum à multitudine tentationum nec eo poteſt calefieri lachrymis tuæ dulcedinis. Sed ô Ieſu Chriſte theſaure bonorum, tribue mihi pœnitentiam perfectam, cor dolens. Vt ex eo properem anima ad quærendum te: nam ſine omni bono alienabor. Da mihi ergo Ieſu Chriſte gratiam tuam, pater qui te produxit de ſinu ſuo æternaliter ſine tempore, innouet in me lumen imaginis tuæ. Dereliqui te, non me derelinquas, exiui à te, exi ad quærendum me, & introduc me in paſcua tua, connumera me ouibus electis ouilis tui, & conſtituas me cum eis in partes diuitiarum ſecretorum tuorum,
E quorum eſt habitaculum cor mundatum, & in ipſo videatur ſplendor reuelationum tuarum, quæ ſunt conſolatio & refrigerium eorum, quæ laborauerunt pro te in tribulationibus & omnimodis afflictionibus, quibus digni conſtituamur gratia & pietate Saluatoris noſtri tunc & in futuro ſeculo. Amen.

Homo multæ ſolicitudinis, mitis & quietus eſſe non poteſt. Quia neceſſario cauſæ rerum in quibus ſtudet compellunt eum inuitum & renitentem in ipſis morari, & diſperdunt tranquillitatem & quietudinem. Decet ergo, in oppoſito vultus Dei ſtatuere ſemetipſum, & ad eum extendere viſum ſuum, ſi mentem ſuam vult verè cuſtodire, ac prauos motus, qui in ipſa pullulant, emundare, necnon addiſcere cum cogitationum tranquillitate vt diſcernat ingredientia, & egredientia, quia multæ occupationes ſunt in argumentum laxationis monachi contra operationem mandatorum Chriſti, & manifeſtatio ſuorum defectuum in diuinis. Niſi ſis ſine ſollicitudine, lumen in anima tua non quæras, neque tranquillitatem aut quietudinem in laxatione ſenſuum,
F vel vbicunque manet occupatio rerum. Ne multiplices tibi occupationes, & non inuenies in oratione tua concuſſiones. Nam ſine aſſidua oratione appropinquare Deo non potes; poſt laborem vero orationis, ſi menti fuerit alia ſolicitudo illata, operabitur in ipſa diſperſionem, lachrymæ ac percuſſio capitis in orationem, necnon voluntatem in terra cum feruore expergefaciunt calorem dulcedinis, ſuæ intus in corde, & cum laudabili mentis exceſſu tranſuolat cor ad Deum & clamat: *ſitiuit anima mea ad Deum fontem viuum, quando veniam, & apparebo ante faciem Dei.* Qui de hoc vino bibit & poſtea priuatus eſt eo, ipſe ſolus nouit quanta miſeria occupatur, & quid eſt ablatum ab eo propter laxationem ſui. O quam malum hominibus eſt aſpectus & locutio illis omnibus qui conuerſatur veraciter in ſolitudine plus multo quam illis, qui ſunt à ſolitudine colligati! Quia ſicut vehemens glacies ſubito incidens ſummitatibus plantarum deſiccat eas, ita
G colloquia hominum, quamvis omnino breuia ſunt, & putentur ad bonum prolata, deſiccant tamen flores virtutum, quæ de nouo floruerunt ex temperantia ſolitudinis, qui etiam circundant cum ſimplicitate & temeritate plantam animæ, quæ plantata eſt ſecus decurſus aquarum pœnitentiæ. Et ſic vehemens gelu comprehendens nouellas plantarum productiones, vrit eas: ita & colloquium hominum radices virtutum quæ incipiunt ſicut paſcua pullulare, quod ſi eorum colloquium, qui ex parte quidem abſtinentes ſunt, ex parte vero aliquem defectum patiuntur, conſueuit animæ iacturam inferre, quanto magis colloquium & aſpectus laicorum & ſtultorum, ne dicam potius mundanorum? Nam ſicut nobilis & venerabilis homo cum inebriatur, obliuiſcitur ſuæ voluntatis, & ſtatus eius exhonoratur, & irridetur pretioſitas eius propter alienas cogitationes quæ ſuperuenerunt eidem vini virtute: ita & caſtitas animæ turbatur ab aſpectu & incauta locutione, & eradicatur ab iſta omne ſuſtentaculum laudabilis ſtatus ſui. Si ergo colloquium & dilatio & diſperſio ſuperuenientes in ſolitudine commoranti, vel ipſorum
H propinquitates ad videndum & audiendum ſufficiunt inferre menti turbationem & frigefactionem in diuinis propter multa quæ fiunt ex viſu & auditu, & in breui hora hoc faciunt: quid dicemus de continuo eorum occurſu & de multa hora & diuturna in eiſdem? furioſitas ventris obnubilat mentem in cognitione Dei, quemadmodum & vapor ex humiditate terræ producitur, aſcendens aërem reddit obſcurum. Superbia vero non conſiderat quod in tenebris ambulat, quia propter prædictam obtenebrationem neſciens intentionem ſapientiæ, extollitur ſuper omnia cum ſit infima omnium, & addiſcere vias Dei non poteſt. Nam & Dominus voluntates ſuas occultat ab ea quam in via humilium voluit ambulare.

Noli putare ô homo, quod inter omnes operationes monachorum ſit alia quamlibet ſancta conuerſatio, ma-

Quod ſolicitudo impedit quietem. Cap. 30.

Pſal. 41.

Animæ periculũ ex confabulationibus.

Quod nõ eſt maior operatio

Monachorum vigiliis nocturnis cum diſcretione. Cap. 31.

A ior vigiliis nocturnis. In veritate fratres, ſi non fiat religio, latio, diſperſio, & turbatio in carnalibus rebus in ſolicitudine temporalium: ſed cauerit ſibi a mundo, & cuſtodierit ſeipſam vigiliis mens eius, quaſi cum aliis in breui tempore volat, & exaltatur in dilectionem Dei, & cito peruenit ad gloriam. Tranſit enim per leuitatem ſuam & agilitatem ad ſcientiam quæ ſuperat intellectum humanum. Monachum perſeuerantem in vigiliis cum mentis diſcretione, ne reſpicias illum ſicut carne feruentem. Hoc vtique Angelici ordinis opus eſt, non humanum. Impoſſibile eſt autem quod illos qui ſemper in huiuſmodi continentia conuerſantur, dimittat Deus ſine magnis bonis propter eorum ieiunium & vigilantiam cordis. Sed propter ſollicitam conuerſationem cogitationum ipſorum in ipſo, Anima quæ in huiuſmodi vigiliarum conuerſatione laborat & perſederat, quaſi Cherubin oculos ſuos habebit, quibus ſemper intueatur & perſpiciat contemplationem cœleſtem. Ego vero puto impoſſibile eſſe, vt ille qui cum ſcientia & diſciplina præelegit ſibi laborem iſtum magnum

B atque diuinum, & arbitratus eſt eius portare grauamen, & ſtudioſè laborat in hac glorioſa parte quam elegit, & in die ſibi cauet à turbatione locutionum & ſollicitudine pugnarum, fiat nodus & ſiatuus admirabili fructificatione magnæ dilectionis, quæ colligi præſtolator ab ipſo. Quicunque autem hoc negligat, præſumo dicere quod ignorat ad quid laborat & ſomno abſtinet, & in laudum collatione multa, & fatigatione linguæ & erecta ſtatione totus affligitur, non habens mentem ſuam in oratione & in cantu ſuo, ſed quaſi ductus eſt à conſuetudine indiſcretè. Et niſi ſint hæc taliter vt prædixi, quomodo deficeret à metendo, ex continua ſeminatione ſua in labore fructificationes maximas. Nam ſi vice ſolicitudinum excitet ſemetipſum in lectione diuinæ ſcripturæ quæ roborat mentem, cum orationis ſit maxima fortitudo, & in vigiliis quibus coniungitur præſtet auxilium, fiat ei lux mentis, & diſcretio in ſemitam rectam, & fertilis materia in contemplatione orationis quæ ligat mentem à di-

C ſperſione, nec in vanitatibus quatiatur, fiet quoque indeficiens ſibi ſeminatrix diuinæ recordationis in anima, & commemorationis viarum ſanctorum vel ſanctarum, qui vel Deo placuerunt, facietque mentem acquirere ſubtilitatem, & ſapientiam inuenerit vtique operationum huiuſmodi fructum maturum. Quare ergo homo indiſcrete te tuamque diſponis, quia totam quidem noctem peruigilem erectus ſtando deducis, & af-

Vigilia inſtructuoſa.

fligis teipſum orationibus laudibuſque: oneroſum vero non modicum tibi videtur per breuem in die curam te diuinam gratiam promereri, ne quis forſitan pro te contriſtaretur? Vt quid teipſum affligis de nocte quidem ſeminas, de die vero ſpargis laborem tuum, & videris infructuoſus? Quare diſpergis vigilantiam & ſtudium & calorem quem fuiſti adeptus, & perdis inaniter lucrum tuum ob turbabiles rerum curſus? Nam ſi nocturnæ meditationi concordem faceres operationem diurnam calore cordis, nec in medio doctrinam adhiberes, in breui vtique tempore amplexans pectus IESV.

D Sed ex hoc manifeſtum eſt, quoniam indiſcretè conuerſaris, nec ſcis qualiter oporteat monachos vigilare. Tu enim putas, quod hæc omnia ſunt ad hoc tantum ſtatuta, vt labores, nec ob aliud quod oriatur ex eis. Illi vero qui promeruerunt à gratia, pro qua ſæpe obſtant athletæ ſomno, & naturæ violentiam inferunt tam per violentiam corporum quam cogitationum ſuarum, cui ſingulis noctibus preces offerunt, ille ſolus nouit virtutem. Quæ fit ex diurna cuſtodia, & quale menti præſtat auxilium inquietudine noctis, & qualem poteſtatem circa ſe contra cogitationes, & qualem munditiam, & qualem intelligentiam ſine pugna & violentia ſibi donat, & quod faciat ipſum intelligere cum libertate verborum nobilitatem. Ego quoque dico, quod ſi corpus feſſum fuerit propter infirmitatem ſuam, vt ieiunare non poſſit, poteſt ſolis vigiliis mens acquirere ſtatum animæ, & intellectum præſtare cordi, virtutem ſpiritualem addiſcat, dummodo non fiat ſibi exterminatio à dilatatione diuinarum cauſarum, vnde rogo te, qui

E

Exhortatio ad vigilias.

affectas adipiſci mentem ſtudioſam apud Deum & agnitionem nouæ vitæ toto tempore vitæ tuæ, noli negligere conuerſationem vigiliarum, quia per ipſam aperiuntur oculi ad intuendum totam gloriam conuerſationis & virtutem viæ iuſtitiæ. Quod ſi fiat tibi (quod abſit) iterum laxationis cogitatio, & nidificauerit in te forſitan propter probationem protectoris tui, qui ex conſuetudine te permittit in huiuſmodi alterari, ſiue in calore ſeu etiam in frigefactione vel ea aliqua cauſa vel infirmitate corporis, vt non poſſis facere laborem multi cantus quem cantare conſueuiſti ac extenſæ orationis ac multarum genuflexionum quas facere conſueuiſti. Rogo in charitate, ſi derelictus fueris in huiuſmodi, nec poſſis eadem operari, ſaltem ſedendo vigila, nec dormias in corde tuo, & omni ingenio educ noctem ſedens, & bonos cogitans intellectus, & ne indures cor tuum & obtenebres illud in ſomno, quia veniet iterum tibi primus ille calor & lenitas & virtus, & exultans gaudebis, & referes Deo gratias. Nam frige-

F factio & huiuſmodi grauedo, & ad examinationem & probationem hominis permittuntur, & ſi ſemetipſum excitauerit cum feruore, ac excuſſerit eas à ſeipſo, inſtans aliquantulum importunè, ſtatim appropinquat gratia ſicut erat, & accedit ad eum alia virtus continens omne bonum occultum in ſemetipſa, & etiam ſpes protectionis, & homo admiratur obſtupefaciens de prima grauedine ac de ſuperueniente lenitate ac virtute: necnon etiam quod tam ſubito huiuſmodi alterationem recepit, & ex tunc inſtruitur, quod ſi venerit ſibi talis grauedo, cognoſcat illam ex prima experientia. Nam ſi in primo tempore non certauerit, hanc ſcientiam non poteſt recipere nec habere. Vides in quantum inſtruitur homo, quando compellit ſeipſum aliquantulum & ſuſtinet tempore pugnæ. Si virtus corporis infirmata eſt non ex pugna, ſed ex infirmitate neceſſitatis, tunc etenim non eſt conueniens impugnare naturam. In reliquis vero bonum eſt, vt quis in omnibus quæ ſibi proſunt importunè incitet ſemet-

G ipſum. Continua enim quietudo conſcientiæ, & moderata ciborum aſſumptio cum vigiliis, cito expergefaciunt mentem a ſtupefactione rerum, niſi forte fiat aliqua cauſa, quæ quietudinem ſoluat, cogitationes autem quæ mouentur in ſolitariis ſubito ſine conſenſu faciunt ambos oculos quaſi lauacri fontem in lachrymarum effuſione atque ſua multitudine genas lauant. Cum autem per abſtinentiam domitum fuerit corpus tuum & per ſtudioſam cuſtodiam, & quietudinis, & percipis quod corpus tuum moueatur violenta paſſione fornicationis, & præter naturalem motum, ſcias quod cogitationibus ſuperbiæ es tentatus. Appone ergo, quærere in cibo tuo & cohibeas ventrem tuum, & ſcrutare quid cogitaſti, & adiice alterationem naturæ tuæ, & in naturalia opera tua, & forſitan Deus miſerebitur tui, & emittet tibi lucem; vt adiicias humiliari, ne tua malitia augeatur. Ne ceſſemus ergo laborando & ſtudendo, vt pœnitentiam videamus in nobis, & in-

H ueniamus humilitatem, & requieſcant in Deo corda noſtra, cui ſit honor & gloria in ſecula ſeculorũ. Amen.

Quod homo debeat meditari prius & cauſas compunctionis & futura gaudia. Cap. 32.

Si ſingulariter manes in cella tua, meditare ſemper ſuper pſalmos & cauſas compunctionis, & in memoria mortis & in ſpe futurorum, ſi nondum es veram contemplationem adeptus. Hæc etenim colligunt mentem, nec permittunt eam diſcurrere, donec veniat contemplatio vera. Nam potentia ſpiritus fortior eſt vitiis, meditare etiam in ſpe futurorum cum recordatione Dei, & conſidera diligenter intelligentiam prædictorum, & caue tibi à rebus extrinſecis quæ te mouent ad concupiſcentias, & à paruis quæ facis in cella tua caueas tibi ſicut ab ipſis, & ſcrutare cogitationes tuas, & ora vt oculos in omni conuerſatione acquiras, & exinde incipit oriri gaudium, tunc etenim inuenies tribulationes dulciores melle. Nemo poteſt vitia ſuperare, niſi per ſenſibiles viſibileſque virtutes. Diſperſionem

vero

A
vero mentis nullus vincere poteſt niſi in exercitatione ſcientiæ ſpiritualis. Mens noſtra leuis eſt, niſi ligetur alicui cogitationi, à diſperſione non ceſſat, ac ſine perfectione virtutum impoſſibile eſt hanc virtutem adipiſci, niſi quis deuicerit inimicum non poteſt in pace morari. Et ſi pax non regnat, quomodo poteſt inuenire quæ ſunt contra pacem? vitia quoque diaſtagia virtutem animæ occultauerunt, & niſi prius diruantur per manifeſtas virtutes, non poſſunt interiora videri, quaſi nec poteſt aliquis extra murum exiſtens, cum iis qui intus ſunt conuerſari: nullus quoque videre poteſt ſolem ſub nube, nec virtutes animæ, vitiorum adhuc turbatione manente. Ora Deum, vt tibi ſentire det affectum ſpiritus & deſiderium eius. Cumque venerit tibi hæc ſenſualitas & deſiderium ſpiritus, tunc debes à mundo diſcedere, mundus à te diſcedet, nam ſine iſtis, quietudinem, religionem & colloquium lectionis ad hoc ſegregato nullus ſentire poteſt; & ſine hic illa non quæras: ſi vero quæſieris, conuertentur poſtmodum & corporalia

B
Gen. 3.
fiunt, qui intelligit intelligat. Placuit ſapienti Deo vt in ſudore hic comedamus panis, nec pro malitia hoc fecit, ſed ne fieret indigeſtioni nobis & moreremur: vnaquæque vitiorum mater eſt ſecundæ. Si dimiſeris matrem quæ parit virtutes & abieris quærere filias, nec prius matrem ipſarum acquiras, ipſæ inuenientur animæ ſicut viperæ, ſi à te non proiicias illas.

Signa charitatis.
Cap. 33.
Charitas Dei naturaliter calida eſt, & quando cadit ſuper aliquem, moderate facit illam animam exceſſiuam, quia charitatem in ſe capi percepit & morari. Iuxta menſuram vero qualitatis ſuperuenientis ſibi, Charitatis inconſueta videtur alteratio in eodem, & hæc ſunt ſenſibilia ſigna eius. Fit facies hominis rubicunda, iocunda corpus eius caleſcit, recedunt ab eo timor & verecundia, & fit exceſſiuus; & virtus quæ mentem colit recedit ab ipſo, & fit quaſi demens, & terribilem mortem reputat gaudium. Nec recidit contemplatio eius à conſideratione cœleſtium, & abſens tanquam præſens alloquitur non viſus ab aliquo. Scientia & viſio eius naturalis pertranſeunt, nec percipit ſenſualiter motum qui

C
eſt in rebus ſuis, & quaſi eſſet cum aliquo exercetur. In hac paſſione inebriati ſunt Apoſtoli & martyres, & quidam eorum deſtruxerunt totum orbem, & laborauerunt, & ſuſtinuerunt opprobria, ſimiliter & martyres cum eiſdem & in deſertis errauerunt, & irregularitatibus compoſitis, & cum eſſent ſapientes, deputati ſunt, dementes: ad hanc dementiam dignetur Deus nos peruenire, Amen.

Antequam peruenerit ad ciuitatem humilitatis, ſi viderit teipſum quod quieuiſti ab infeſtatione vitiorum, ne credas tibimet. Inſidias quaſdam tibi ſtatuet inimicus, & expecta poſt quietem turbationem multam, poſtquam vero tranſieris hoſpitia virtutum, non occurris quieti à fatigatione tua ab aduerſariis reſpiratione donec poſſis ad humilitatis habitaculum peruenire.

De ſpontanea tribulatione pro proximo.
Religio mater eſt ſanctitatis, ex qua oritur prima perceptionis guſtatio ſecretorum Dei, quæ vocatur primus ordo cognitionis ſpiritus. Nemo decipiat ſeipſum fantaſmate diuinationis, quare videat anima. Anima

D
Cap. 34.
enim infecta non aſcendit ad regnum mundum, nec coniungitur ſpiritibus ſanctorum, clarifica decorem caſtitatis tuæ cum lachrymis & ieiunia & ſolitaria quietudine: tribulatio parua pro Deo facta melior eſt opere magno quod ſine tribulatione perficitur. Quia ſpontanea tribulatio probationem fidei charitatis facit oriri, opus quietis ex ſaturitate conſcientiæ fit. Et ideo in tribulationibus probati ſunt ſancti pro charitate Chriſti, ſed non in refrigeriis, quoniam opus quod fit ſine labore, iuſtitia eſt perſonarum ſecularium quæ de exterioribus faciunt eleemoſynam, nec luctantur in ſemetipſis. Tu autem ô paſſionis conator vel ſectator ſtude in

Rom. 8.
temetipſu vt dignus fias guſtare gloriam eius. *Quod ſi compatimur & glorificabimur*: id eſt, non glorificatur mens cum Ieſu, niſi patitur corpus cum Chriſto, ergo qui contemnit humanam gloriam, hic eſt ille, qui fit dignus gloria Dei, & glorificatur corpus eius cum anima. Gloria enim corporis ſubiectio eſt caſtitatis cum

E
Deo. Gloria vero mentis, contemplatio vera de Deo. Abrenuntiatio vero duplex eſt in operibus & opprobriis, nam quomodo patitur corpus & compatiatur cor. Si vero non noſti Deum, impoſſibile eſt in te moueri charitatem eius, nec potes diligere Deum, niſi videas eum, viſio namque Dei fit ex ipſis ſcientia, non enim præcedit viſio ſcientiam. De ipſo fac me Domine ſcire te, & diligere non in ſcientia diſperſionis mentis, quæ fit ab exercitatione, ſed fac me dignum illa ſcientia in qua mens te videns glorificat naturam ſuam, in contemplatione quæ ſurripit ſenſualitatem mundi, à mente fac me attolli ab aſpectu voluntatis quæ fantaſmata gignit & videre te in violentia vinculi, cuius in parte ſecunda crucifixionis mentis, quæ in libertate conſtituta ceſſat ab efficacia intellectuum per continuam contemplationem tuam quæ eſt ſupra naturam: Pone in me augmentum charitatis tuæ, vt poſt amorem tuum veniam à mundo iſto, exoe conſiderationem humilitatis tuæ in

Abrenuntiatio duplex.

F
qua conuerſatus es mundo in velamento, quod induiſti de membris noſtris, vt in hac indeficienti ex inoblita recordatione aſſumam cum delectatione humilitatem naturæ meæ.

De duabus aſcenſionibus in crucem.
Cap. 35.
Duo ſunt modi aſcenſionis in crucem, vnus eſt crucifixio corporis, & alius eſt aſcendere in contemplationem: & primus quidem fit à libertate tua, ſecundus vero ab affectu operum, cui non ſubiicitur mens, niſi corpus ſubiiciatur. Crucifixio corporis eſt regnum mentis, nec ſubiicitur mens Deo, niſi ſubiiciatur libertas arbitrij, tamen difficile eſt exhiberi quædam alta illi qui nouitius eſt & ſtatu puer. Scriptum eſt vtique: *Væ ciuitati cuius rex puer* vel iunior *eſt*. Quicunque ſubiecerit ſe pro Deo, prope eſt vt ſubiiciatur ſibi. Qui cognoſcit ſeipſum, ſcientia omnium datur ei: nam cognitio ſuimet, ſcientiæ omnium eſt plenitudo, & in ſubiectione animæ ſuæ cuncta ſibi ſubiiciuntur. Tempore quo humilitas in anima tua regnat & in conuerſione tua ſubiicitur anima tua, & cum ea cuncta ſubiicientur: quia gignitur in corde tuo pax à Deo. Cum tu extra eum

G
fueris, non ſolum à vitiis, ſed ab accedentibus etiam perſequeris. Verè Domine niſi humiliati fuerimus, non ceſſas nos humiliare. Vera humilitas germen eſt ſcientiæ, & ſcientia vera genimen eſt tentationum.

De continuo ſilentio & quietudine.
Cap. 36.
Continuum ſilentium & cuſtodia quietudinis ex tribus his cauſis fiunt, vel propter gloriam hominum, vel propter gloriam cœli victoris, vel aliquem diuinum occultum quem habet aliquis intra ſe, ad quem trahitur animus eius. Quicunque non habet ex alterius neutra, neceſſario ægrotat. In primo virtus eſt non vtique manifeſtatio multarum ac diuerſarum actionum, quæ corporaliter exercentur; ſed ſapientiſſimum cor in ſpe ſua. Copulat enim ipſum diuinis operibus intentio, & animus quidem multoties poteſt ſine corporalibus actionibus exercere bonum. Corpus ſine ſapientia cordis quamuis operetur, non poteſt prodeſſe: verumtamen non ſuſtinet homo Dei cum opportunitatem inuenit bonam operandi, quia oſtendit laborem bonum operationis ſuæ charitatem quam habet ad Deum. Primus

H
autem ordo ſemper proſperatur. Secundus vero ordo quandoque proſperatur, quandoque non. Non putes quod res iſta parua ſit, vt vitia carnis ſemper quieſcant. Deo autem noſtro ſit gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

De motu carnis.
Cap. 37.
Motus autem inferiorum membrorum corporis, qui fit abſque acutioribus cogitationibus irrationabilibus delectationis quæ mouetur cum immunditia, & trahit animam ad miſeriam ſine ſponte, indubitanter eſt à ventris repletione: quod ſi fortè venter moderatus eſt in dieta, membra quantumcunque moueantur ſua ſponte, noueris quod in corde oritur vitium, & armaturam fortem & inexpugnabilem æſtima eſſe, in hoc agone diſtare ab aſpectibus mulierum, quoniam aduerſatiua nequit operari in nobis, id quod natura nequit agere ſua virtute: ne putes, quod natura tradat obliuioni quæ à Deo in ipſa naturaliter ſunt inſerta ad filiorum procreationem & examinationem illorum qui ſunt in

A certamine. Sed diſtantia rerum, concupiſcentiem in membris mortificat, & obliuionem & perditiooem operatur in ipſis. Aliæ ſunt cogitationes rerum longè diſtantium, quæ ſimpliciter pertranſierunt in animo, & patuum motum & modicum faciunt à ſeipſis, & aliæ ſunt cogitationes, quæ in aſpectu mareriæ ſubmergunt animum ſioe obliuione, & ex propinquitate mouent vitia & hominem nutriunt, ſicut olrum aſcenſionem lucernæ, vitiumque qood mortuum eſt & extinctum accendunt, & turbant pelagus corporis per motos, in nauicula mentis. Hic autem naturalis motus, qui habitat in oobis, propter ſolam creationem abſque appoſitione vel operatione extrioſeca turbare munditiæ arbitrij caſtitatem non poteſt. Deus enim oon condidit naturæ potentism ad ſoperandum arbitrium bonum quod eſt in aliquo erga ipſum, ſed qosndo aliqois mouetur vel ab ira vel e deſiderio, non compellit eum natura vel virtus de terminis exire naturæ & extra fieri quæ debeotur, ſed appoſitio quam facimus ſoper naturam per voluntatis actiones. Nam Deus omnia quæcunque fecit, bene fecit & menſurate, & quanto menſuram proportionis naturalium in nobis rectè ſeruamus, tanto naturalis motus compellere nos poſſit ad declinandum à vie Dei, ſed tantummodo temperat. His motibos mooetur corpus, vt ſciamus tantom, quo ſit in oobis paſſio oetoralis non ad titillaoduio & ioſeſtandum quo charitas impediatur, aut ed obtenebrendum meotem è feruore, & à pace mouendum ed viam. Si vero nos attracti fuerimos à ſenſualibus rebus per quas indignatio cooirs natotam conſoeuit impetum facere vel in eſu vel in potu, vel in ſuperabundantia quentitatis, ſeu in propinquitate mulierum, & accenſio ipſarum aſpectu aut collocutionibus quæ fiunt contra ipſas, ex quibus flemma concupiſcentiæ accenditur, & exoltat io corpore, committamus & ferocitatem exiode manſionem naturalem vel propter complexionis abundantiam vel propter incurrentes rerum aſpectus. Eſt eliquando ipſorom motus à permixtione quæ propter opinionem noſtram fit caſte, & non eſt ſicut ille, illas quidem pugnas libertatis vocemus, quæ ſunt communis naturæ: pugna vero quæ fit ex promiſſione, quæ fit ex cauſe neturæ: opinioois, ſcimus quod in laboribus & cautione per multa tempora facti ſumus & opinamue aliquid feciſſe, permittimur impugnari, vt diſcamus humilitatem. Reliquæ vero pugnæ quæ propter hanc cauſam fiunt nobis vltra vires, à noſtro tempore fiunt, quam natura cum oppoſitione aliqua materialem per gaſtrimargiam recepit nec quieſcit. Deinde ordine ſuæ primæ plaſmationis. Nam ille qui turbationes & recreationes depoſuit, compellitur inuitus peccatum diligere, ſine his enim recedere à blandimento ſenſualitatis nequimus. Qui quaoto plus multiplicantur dolores, tanto magis hæc minuuntur. Quoniam turbationes & pericula voluntatem vitiorum occidunt; quies vero nutrit & auget eam. Igitur notum eſt manifeſtè, quoniam Deus & Angeli eius in quiete, quod ſi in tribulationibus & anguſtiis perficiuntur mandata Dei, oos quæ ipſa contemoimus, ipſum ideo qui mandauit machinamur contemnere propter vitia quæ à quiete naſcuntur, & euccuamus virtutis cauſam, videlicet tribulationem & anguſtiam. Nam in quantum menſura quietis in nobis ioducitur, in tantum vitiis aptemus locum in nobis, quia in corpore anguſtiato cogitationes in vanitatibus agitari noo poſſunt. Com autem quis in gaudio tribulationes ſuſtinet & labores, poteſt vtique cogitationes reſiſtere potenter, quia ipſæ cogitationes in fatigationibus ceſſant. Quãdo vero recordatus fuerit homo propriorum peccatorum ſuorum, & cruciauerit ſeipſum, tuoe & Deus curam gerit, vt ipſum qoieſcere faciet, & gaudet Deus ex eo quod ipſemet ſibiipſi pœnam inflixit de præuaricatione viæ Dei, quod vtique veræ pœnitentiæ ſignum exiſtit: & quanto plos ipſe pœnitentiam egerit animæ ſoæ, tanto magis eius præmium multiplicator à Deo. Omne autem gaudiom quod à virtute non babet cauſam ſtatim, excitat motus concupiſceotiarom inuentori ſuo. Intellige quidem hæc de omni concupiſceotia vitioſa. Non enim hoc dicimus de concupiſceotia oaturali.

Motus naturalis in peccando potentia. (B)

C

Doloribus fugiunt peccata.

D

E

Quod virtutes inuicem ſibi ſuccedant. Cap. 38.

Virtutes inuicem ſibi ſuccedunt, ne enim fiat vicipſarum onoroſa, grauiſque & oon ordioe peragatur: & ex ea alleuiatur, & vt ita facilia ſint ea quæ ſunt difficilia propter boourn, ſicut & bona. Nemo enim poteſt acquirere inopiam virtute, niſi ſeipſum inducat, & præparet ad ſuſtinendum tentationes, niſi qui credidit quod aliquid ſuperans corporalem quietem, pro tribulationibus ad excipiẽdas ſe præparauit, primo dilectio tribulationum mouetur io ipſo, deinde ſuperuenit & cogitatio inops fieri de his quæ ſunt mundi, & omnis qui appropinquat tribulationibus. Quicunque priuauerit ſe rebus materialibus nec priuauerit ſeipſum etiam efficacia ſeoſuum viſus videlicet & auditus, tribulationem duplicem ſibi mendicabit, & duplex miſer fiet & tribulabitur: quinimo quæ vtilitas priuari materialibus rebus, & in ipſis delectari per ſenſus. Nam illud idem patitur ex paſſionibus quæ in eis ſunt, quod actualiter priùs patiebatur pro eo quod memoria conſuetudinis earum non recedit ab animo ſuo. Si enim imagines ipſarum menti factæ dolorem miniſtrant homini ſine rebus eiſdem: quid habemus dicere de appropinquante eſſentia? bonus eſt ergo exceſſus, etenim valdè operetur, quum cogitationes viriliter manſueſcit, & potentiam in exercitatione imponit, necnon patientiam magnam imponit homini in ſuperuenientibus ſibi neceſſariis tribulationibus à quo requirere eſt conſilium.

F

Ne homo conſulat alienum Cap. 39.

Ne quæras conſilium ab aliquo qui non ſit de conuerſatione tua, quamuis ſit ſapiens valdè, & committe potiùs cogitationes tuas idiotæ in experientia rerum facto, quam eloquenti Philoſopho ſuper ſcrutationem loquenti ſine experientia rerum. Quid eſt igitur experientia rerum? Experientia eſt non quod aliquis ingrediatur & perſpiciet aliquarum rerum, nondum aſſumens in ipſis earundem agnitionem in ſeipſo, ſed quod excipiet illarum experientia vtilitatem & damnum ipſarum operabiliter per moram quam fecit in eiſdem. Quemadmodum videtur multoties res damnosa, & eius habitus inuenitur merces vtilitate repleta: eodem quoque modo intellectu & in huiuſmodi contrario videlicet videre, multoties res vtilitatem habentes & habitus damno repletur. Vnde plures homines ex rebus quæ videntur lucrabiles, inueniunt damnum, & nec ex ipſis teſtimonium ſcientiæ verum exiſtit. Illo ergo conſiliario vtere, qui nouit probare in patientia res diſcretionis: propter hoc autem non eſt quilibet fide dignus ad dandum conſilium, niſi qui priùs bene voluntatem propriam gubernauerit, & actores & detractores non pertimeſcet.

G

Quod quanto magis homo vigilius proficit, tanto maiores tentationes habet. Cap. 44.

Quando enim inueneris in via tua pacem inalterabilem, tum pertimeſce, quia longè diſtat recto tramite qui laborioſis pedibus ſanctorum calcatur. Nam quanto progrederis in via ciuitatis regis, & appropinquas ciuitati hoc tibi ſibi ſit ſignum, fortitudo tentationum occurrebit tibi: & quanto proficis, tantum tentationes multiplicantur contra te, cum autem perſenſeris in anima tua alium gradum excelſum in oculis recipe, & addita eſt gratia in ſtatu in quo ſtabat. Nam ſecundum magnitudinem gratiæ tantum in tribulatione tentationum Deus adducit animam non in ſeculares tentationes quæ fiunt ad refrenandum malitiam & res manifeſtas neque corporales turbationes intelligas eas eſſe, ſed tentationes conuenientes Monachis in ſolitudine ſue, quas poſtmodum diſtinguemus. Quod ſi anima infirmitatem habet, nec eſt ſufficiens ad magnas tentationes, poſtulat non intrare in eas, & Deus exaudiet eam. Scito verè, quod in quantum inſufficiens eſt ad magnas tentationes, in tantum eſt & ad magna charismata inſufficiens, & quemadmodum magnarum tentationum incurſus præpeditus in ipſa ſit, & magna chariſmata præpediuntur in ea: quoniam non dat Deus magna chariſmata ſine magnis tentationibus. Nam & tentationes ſecundum chariſmata dinumeratæ ſunt à Deo, iuxta ſapientiam eius,

H

Anima tentationum capax.

quoniam

A quoniam bi qui ab eo eecati ſunt noo comprehendunt. Igitur a difficilibus tribulatiotubus contingeotibus tibi ea diſpenſatione diuine, comprehendis quantam conſolattonem recepit anima ſua de magnitudine eios. Nam ſecundum triſtitiam, & coooſolatio. Quid ergo priùs eſt, tentatio & deinde eharisma: an prius chariſma, & fit deinde tentatio? *Reſponſio.* Non venit tentatio niſi priùs recipiet eorma tua in occulto etiam magnitudinem ſuper primam ſuam menſuram & ſpiritum gratiæ, quoniam recipiat priùs & teſtatur ad ipſum tentetio Dei, ſimiliter & temetiones Apoſtolorum. Non enim permiſſi ſunt in tentatione intrare quovſqoe paracletum teceperunt. Nam qui communicabant bonie, conueoit eos ſuſtinere tentationes ipſorum, quia poſt bonum eſt & tribuiatio eius. Ita etim placuit ſapienti Deo in omnibus facere, & io hoc ſcit gratiam eiſe priuſquam tentationem, verumtatem præceſſit ſenſualitas tentationum: ſenſualitatem gratiæ propter probatiooem libertatis. Nunquid etentm prouenit in aliquo gretia, priuſ-

B quam guſtet tentationem? præcedit etiam gratia mentem, in ſenſualitate vero retardat, vnde decet nos habere in bis tentationem temporibus quædam duo contraria

Homini gaudium & timor. inuicem, & in nullo ſimilia. Hæc autem ſunt gaudium & timor. Gaudium quidem, quod in via ſumue quem calcauerunt ſancti, quinimo viuificator io ea inuentus eſt embulare, & boe eſt maoifeſtum ea agnitione teotationum. Timorem vero debemus habere, ne fortè ex cauſa ſuperbiæ tentemur. Io iſtis autem humiles ioſtruūtur à gretie, vt boc diſcernere poſſint, & ſcire quid ſit tentatio, quæ fit ea fructu ſuperbiæ: etiam quæ ſit illa qoæ fit ex alapis in iſtie qui verberantur ee ebaritate, diſcretæ ſunt eoim ab inuicem tentationes quæ ſunt à couamine & augmento conuerſationis in bono & tentetionibus promiſſiools, quæ ſont melius ad caſtigatioem vel guſtationem propter ſuperbiam cordis.

Quæ ſunt tentationes quibus anima proficit. Tentatiooes quæ fiunt à virga ſpirituali ad profectum & augmentum animæ, in quibus eeercitatur ani-

C me, & probetur etque mundatur, ſunt iſtæ. Pigritia grauitas corporis, laxatio membrotum, accidia, confuſio mentis, doloree corporis, eaciſio ſpei ad horam, obtenebratio cogitationum, defectus homini auxilij ad horem, egeſtas corpotalis vſus, & his ſimilia. Cap. 41.

Ex his tentatiooibus acquirit homo animam ſolitariam & ſui protectionem & bumilitatem & cor contritum, & ea his probatur quis vetuat ad deſiderium creatoris. Hæc aotem diſpenſator ordinat iuxta poſſibilitatem & ioate neceſſitatem ſapieorium ea. His contemperantur conſolatio, & eduerſitatia lua, & tenebræ, prælia & aduerſionee, & breuiter dicere auguſtant hoc atque hoc, eſt ſignum profectus hominis per auxilium. Tentationes itaque quæ fiunt à promiſſione Dei contte imprudentes, & eatollentes ſe in mentibus ſuis cotam bonitate Dei in ſuperbia ſua: ſuot iſtæ tentationes dæmonum manifeſtæ, quæ ſunt ſupra potentiam animæ, defectus virtutum ſapientiæ quæ ſuot in eis ſenſualitas acuta intentionis fornicandi, quæ permittitur contra eos ad humilitatem elationis eorum: iodignari eito, velle

D ſtatuere & contemnere, error mentis totalis, blaſphemia contra nomen Dei, intentiooes fatuæ pleuæ riſu, immo planctu, contemni ab omnibus, deſtructio honoris ſui, fieri confuſio & opprobrium in modis multis à dæmonibus occolto, manifeſtéqoe deſiderium commiſceri & conuerſari in mondo, loqui & nugari ſemper inſipienter, adinuenire, ſibi renouationem ſemper cum falſis Propheris promittere molte ſopra poſſe ſuum, hæc quidem ſunt aoimæ. In corporalibus vero eootingunt doloroſi euentus: permanentes ſemper perplexi, viaque ſolubiles occurſos malorum, ſemper & impiorum hominum incidere in manus hominum tribuiantium in otio cordis ſemper ſine cauſa, & repètino timore parari multoties minas magnas ex lapidibus & altis locis ea his ſimilia quæ fiunt & corporis fractione. Vltimo egeſtas ſapientiæ noſtrum cor ee diuine virtute & ſpe fidei ſuæ, vt cito dicantur, quotquot impoſſibilia & ſupra vires ſunt, inducuntur ei. Hæc autem quotquot

B ſuperiùs notauimus, & determinauimus, dæmonis ſunt tentationum ſuperbiæ: apparet autem principium in homine, quando quis incipit ſe habere ſapientem in oculis ſuis, & ſic tranſmutatur in omnibus malis, ſecundum menſuram ſuſceptionis huiuſmodi cogitationum ſuperbiæ: à ſpeciebus ergo cogitetionum tuetum comprehende viam ſubtilitatis mentis tuæ. Quod ſi videris aliquas ex his tentationibus commiſtas cum aliis tentationibus quæ ſuperiùs ante dictæ ſunt, ſcito quod in quantum habes ea iſtis, in taotum ſuperbia tibi contigit vel incumbit.

Quod patientia hominis repellit aduerſitates. Meus eduerſitates & tribulationes quæ noo participant, patientiæ duplex habet tormentum. Patentia enim hominis repellit aduerſitetes eius. Puſillanimitas enim mater eſt cruciatus. Patieotia vero mater eſt conſulationis. Et virtus quædam quæ à latitudine cordis habet ortum, quam virtutem difficile eſt homioem iouenire io tribulationibus ſuis abſque diuino Chriſmate, qoæ ex perſeuerantia oratione inuenitur & lachrymarum effuſione. Cap. 42.

F *De puſillanimitate.* Quando vult Deus peramplius tribulari promittit etiam venire ed manus puſillanimitatis. Hæc autem parat in eo poteotiam Accidæ, io qua guſtat ſuffocationem animæ, quæ eſt guſtatio gehennæ, & ea hac ſuperioducitur ſpiritus exceſſius ea quo naſcuntur plurimæ tentationes, ſcilicet confuſio, furor blaſphemia, fatua culpatio, peruerſæ cogitationes, & de terra in terram transmigratio, & bie ſimilia. Quod ſi dixeris quæ eſt cauſa horum? dico tibi, quod negligentie tua, quia non curaſti medicinam eorum: vna eſt enim omnium eorum medicina, per quam quis inuenit ſtatim in enime conſulationes: hæc eſt, humilitas cordie, & præter hanc deſtruere terminum iſtorum malorum nemo poterit, quin imo, iouenit eum ſub potentia contre eum. Ne iodigneris contra me, quia dico tibi veritatem, non quæſiſti eam ea tota anima tua vnquam: idem ſcire ſi vis, fac te in regiooe ſue, & videbis quomodo dabit malitiæ Cap. 43.

G tuæ. Nam ſecundum menſuram humiliteris toæ, datur tibi & patientie io adoerſitatibus tuis, & ſecundum patientiam toam alleuiatur grauitas tribulationis tuæ, & conſolatiooem obtinebis. Secundum vero conſolationem tuam magnificatur tua dilectio circa Deum, & ſecundum dilectionem tuam magnificatur gaudium in Spiritu ſancto: ab illis vero qui verè ſint Filij, Pater miſericors quando placet ei effectum facere tentatiooum earum, non aufert ab actione tentationes ipſorum, ſed patientiam præſtat eis in ipſis, & omnia bona hæc & in patieotia eorom recipit ad perfectionem enimarum ipſorum. Dignos nos igitur faciat Chriſtus in gratie ſua ſuſtinendi mala cum amore ſuo, & cum regeneratiooe cordis, Amen.

De virtute corporali & virtute ſpirituali, quomodo purgant hominem. Virtus corporalis io ſolitudine mondat corpus à ſordibus quæ ſunt in ipſo, virtus vero mentis humiliat animam & purgat eam à groſſis & pernicioſis intellectibus, vt moueator potiùs in cootemplatione ſua. Hæc autem contemplatio propinquare facit eam ad nu-

H ditatem mentis, qoæ vocatur contemplatio immaterialis. Et hæc eſt ſpiritualis virtus; hæc enim eetollit animam à terrenis, & eppropinquare facit eam primæ contemplationi ſpiritus, & apod Deum conſtituit enimum ad contemplationem gloriæ ineffabilis, quæ eſt motio intellectuum magnitudinis ipſiue, & ſeparat illum ab boe ſeculo & eius ſenſualitate, & ex boe de ſpe noſtra illa depoſite certificamor, & ad certitudinem eius ordinis peruenimus, & hæc perſeuerantie eſt certificatio, de qua dicit Apoſtolus perſeuerantia eſt certificatio, in qua lætatur mens intelligibiliter, videlicet in ſpe promiſſa nobis. Quid autem ſint hæc & quomodo quodlibet iſtorum eſt, eudi. Conuerſationem corporalem quæ ſecundum corpus eſt, vocat corporalia opera qoæ fiunt ex emendatione carnis in actione virtutis per opera manifeſta in ſemetipſis in quibus purgantur ab immunditie carnis. Cooueſatio vero animi, eſt operatio cordis quæ fit inceſſanter in ſolitudine iudicij ſcilicet iuſtitiæ & iudiciorum eius, oratio indeficiens cordis conſi- Cap. 44.

A deratio diſpenſationis & curæ Dei in hoc mundo ſimiliter facta ſpiritualiter & totaliter, necnon & exoere à vitiis collectis, ne occurrat quid es eis in regione occulta & ſpirituali, hoc eſt opus cordis, qood vocat conuerſationem animi.

De contemplatione materiali. Cap. 45.

In opera conuerſationis, quod vocatur actus animæ humiliatur cor, & ſeparatur à communione confuſæ vitæ, quæ eſt contra creaturam. Ex his incipit aliquando moueri ad intelligendum & intuendum in contemplatione naturalium quæ creata ſunt ad vſum & augmentum corporis, & quomodo in miniſtratione eorum datur virtus quatuor elementis, quæ ſuo actione vel in corpore.

De conuerſatione ſpirituali. Cap. 46.

Conuerſatio qooque ſpiritualis eſt actio ſine ſenſibus, & hæc eſt quam deſcripſerunt Patres, quam cum mentes ſanctorum ſuſcipiunt, ſubſtantialis aſpectus & pinguedo corporis tolluntur, ac deinde aſpectus fit intelligibilis. Aſpectũ autem ſubſtantialẽ vocat orationem primæ naturæ, & ea hoc aſpectu ſubſtãtiali dehinc B facile tranſcendit ad agnitionem ſolitariæ cooueſationis, quæ eſt in expoſitiona manifeſta miſericordiarum Domini: hic eſt magnus ſtatus futurorum bonorum, qui datur in libertate in mortalium vita, in conuerſatione quæ eſt poſt Reſurrectionem, qui non ceſſat in humana natura mirari Deum, nec conſiderat omnino quid de creaturis, nam ſi eſſet aliquid ſubſtantiale Deo, habuiſſet vtique mens memoriam in illo. Quod ſi omnis pulchritudo illorum quæ fiet in reſurrectione futura inferior eſt pulchritudine eius, quomodo poteſt aliquis exire in aſpecto ſuo extra pulchritudinem Dei? Quid ergo mors contriſtat eum, vel grauitas carnis ſeu memoria conſanguineorum eius, ſiue neceſſitas naturæ ac diuerſitas vel contrarietas ſeu exultatio ignota, ſeu naturæ imperfectio, aut circundatio elementorum, vel cum aliquo locutio, ſeu accidia laborioſiſſima, ſeu ſolicitudo carnis? Sed hæc omnia quamuis in hoc mundo fiant, & in tempora illo quando ablatum fuerit velamen vitiorum ab oculis animi, & perſpexerint ad illam gloC riam, ſtatim extollitur animus in obſtupefactione, & niſi quem terminum Deus poſuit in hac vita ſuper huiuſmodi rebus, & quantum deceat in ipſis morari, per totam vitam hominis promiſſum eſſet, non haberet exire à contemplatione eorum, & quanto potiùs oſtendimus, vbi hæc omnia non ſunt. Virtus autem illa indefinita eſt, & eiſdem rebus ſubſtantialiter erimus intra imperiales aulas ſi digni fuerimus pro conuerſatione noſtra. Quomodo poteſt ergo aliquis in tantum exire & elongari ab illa mirabili & diuina contemplatione & in aliam rem incidere. Væ oobis, quia noo cognoſcimus noſtra, neque ad quam conuerſationem vocati ſumus, ſed viam huius inſtabilitatis, & ſtatum vitæ & tribulationes mundi & ipſum mundum & malitiam eius, & quietes eius reputamus, aliquid. Sed ô Chriſte qui ſolus potens es, cuius ſuſceptio eſt apud te, & aſcenſiones in corde tuo diſpoſuit, tu Domine auerte facies noſtras à mondanis iu deſiderio too donec videamus eum ſicut eſt, nec credamus malitiæ ſicut veritati, neque ſimus increduli D veritati ſicut & vmbræ. Innooa in animo ſolicitudines ante mortem, vt in hora exitus noſtri cogooſcamus, quomodo ſint ingreſſus noſtri & exitus in hoc mundo, quovſque perficiamus opus in quo vocati ſumus ſecundum voluntatem tuam in hac vita priùs, poſtea, ſuperabimus in animo repleto confidentia recipere magna ſecundum promiſſionem ſcripturarum, quæ præparauit charitas tua in ſecunda renouatione, quorum memoria conſeruatur in fide ſecretorum.

De munditia corporis & animæ. Cap. 47.

Munditia corporis eſt ſanctitas de pollutione carnis: munditia vero animæ, libertatio ab occultis paſſionibus quæ ſiſtunt in animo. Munditia quoque mentis eſt in reuelatione ſecretorum, purgatur enim ea omnibus accidentibus ſenſuum in mundo pinguedinis eorum. Nam & infantes parui, mundi ſunt corde & innocentes anima & nemo vocat aos mundos mente. Munditia enim mentis, perfectio eſt in conuerſatione cœleſti, ſcilicet in contemplatione quæ ex ſenſu mouetur in virtute ſpirituali ſuperborum mundorum innumerabilium, quorum E conuerſatio diuiſa eſt ab inuicem ſobtili & inuiſibili myſterio ipſorum exiſtentium in intentione diuinarum & reuelationum contrariarum ipſarum in omni hora; ipſe autem Deus noſter nos faciat ſemper videre eum in nuditate mentis & poſtea immediatè in Spiritu ſancto in ſæcula ſæculorum cui ſit gloria, Amen.

De oſtio ſecretorum. Cap. 48.

Fides eſt oſtium ſecretorum. Nam quemadmodum corporales oculi, ſubſtãtialibus rebus, ſic eſt fides, oculis occultis & intelligibilibus, theſaurus: oculos duos habemus animæ, ſicut dicũt patres, velut duos oculos corporis, nec eſt idem vſus aſpectus in vtroque. In vno enim oculo intuemur occulta gloriæ Dei, quæ occulta in naturis: ſcilicet potentiam eius ſapientiam ipſius, & diſpenſationem eiuſdem coæternam circa nos, quæ comprehenditur ea magnitudine regiminis eius apud nos, & in hoc oculo cœleſtes ordines conſeruos noſtros vidimus: in oculo alio contemplamur gloriam naturæ eius ſanctæ, hoc eſt, ipſius Dei beneplacitum, quando fuerit Deo inducere nos in ſecreta ſpiritualia, & mare fiF dei aperire in animo noſtro. Gratia poſt gratiam data eſt hominibus, pœnitentia eius eſt regeneratio ſecunda ex Deo, & arra quam ex fide recepimus, per pœnitentiam recepimus donum eius. Pœnitentia eſt porta miſericordiæ, quæ aperta eſt perſequentibus eam. Per hanc portam intramus ad diuinam miſericordiam, & abſque introitu illo non inuenimus miſericordiam, quia omnes peccauerunt iuxta diuinam Scripturam, *iuſtificati gratis per gratiam eius*, & oritur in corde à fide & timore. Rom. 5. Timor autem eſt baculus ſpiritualis nos gubernans quovſque perueniamus ad Paradiſum ſpiritualem bonorum, & cum ibi applicamus, dimittit nos vt reuertamur. Paradiſus eſt Charitas Dei, in qua eſt delectatio cunctarum beatitudinum, vbi beatus Paulus nutritus eſt cibo ſupra 1. Cor. 2. naturam, ex quo guſtauit in lignum vitæ clamauit dicens: *Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor homi-* Gen. 3. *nis aſcendit quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* De hoc G bono fuit prohibitus Adam non conſilium diaboli. Lignum vitæ, eſt charitas ex qua cecidit Adam, & vlterius non occurrit ſibi gaudium, ſed in terra ſpinarum operatur & laborat. Qui de charitate Dei ſeparati ſunt panem ſudoris comedunt in operibus ſuis, quanquam in rectitudine ambulent, quem protoplaſtus viſus eſt comedere poſt occaſum donec inueniamus charitatem. In terra ſpinarum eſt operatio noſtra & inter ſpinas ſeminamus, & metimus quamuis ſemen noſtrum ſuit ſemen iuſtitiæ, & in omni hora pungimur ab eis, & quantumcunque iuſtificemur, in ſudore viuimus vultus noſtri, & quando inuenimus charitatem, pane cœleſti veſcimur & confortamur ſine opere & labore. Cœleſtis *panis eſt* Chriſtus, *qui de cœlo deſcendit & vitam tribuit mundo.* Hic eſt cibus Angelorum: Qui charitatem inuenit, Chriſtum manducat in vnaquaque hora, & fit immortalis. Ait enim. Qui comederit panem quem ego dedero ei, mortem non guſtabit, vel viuet in æternum. Beatus autem qui comedit de pane charitatis, qui eſt Chriſtus: Chriſtum enim comedit qui eſt omnium Deus. Et teſtatur beatus Ioannes dicens: *Deus charitas eſt.* Igitur vitam ea H Deo fructificat, qui in charitate viuit, & in hoc mundo Ioan. 6. exiſtens illum aërem Reſurrectionis odoratur, ita iſto namque delectantur iuſti in Reſurrectione. Charitas eſt regnum permiſit Deus figuratim vel figuratiuè Apoſtolis comedere in regno ſuo. Quid enim comedetis & bibetis in menſa regni mei? Charitas enim ſufficiens eſt nutrire hominem pro cibo & potu: hoc eſt, vinum quod lætificat cor hominis. Beatus qui bibit ex vino iſto ex hoc biberunt impudici, & facti ſunt pudici: & ebrij & facti ſunt ieiuni, ſeu ieiunatores: & peccatores, & obliti ſunt vias offenſionum: & diuites, & affectarunt paupertatem; & pauperes & ditati ſunt ſpe, & fragiles, & facti ſunt robuſti & idiotæ & facti ſunt ſapientes. Sicut impoſſibile eſt tranſire magnum mare ſine naui, ſine vaſculo, ſic non poteſt aliquis ſine timore tranſfretare ad charitatem. Mare fœtidum quod ſtatutum eſt inter nos & charitatem intelliges. Paradiſum eum vaſculo

pœnitentiæ

A pœnitentiæ tranſfretare poſſumus, habentes pro remigatore timorem: quod ſi iſti remigatores timoris non gubernant hanc nauem pœnitentiæ cum qua tranſimus mare huius mundi ad Deum, ſubmergimur in fœtido mari. Pœnitentia eſt nauis, timor verò gubernator eius, charitas portus diuinus; facit ergo timor nos ſedere in naui pœnitentiæ, & tranſfretat nos mare mundi fœtidum, & ad portum diuinum qui eſt charitas perducit nos, ad quem reſpiciunt omnes qui laborant & tribulantur in pœnitentia. Cumque peruenimus ad charitatem, peruenimus ad Deum, & via noſtra perficitur, & inde tranſimus inſulam quæ eſt vltra mundum, vbi Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus facit nos dignos gloria ſua charitateque per timorem, cui gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

De duplici ſcientia ſcilicet naturali, & qua eſt ex fide, & de menſura vtriuſque. Cap. 49.

Eſt ſcientia præcedens credulitatem, & ſcientia quæ naſcitur ex credulitate. Scientia quidem præcedit credulitatem in naturalibus, ſcientia vero quæ naſcitur ex credulitate eſt ſcientia ſpiritualis. Scientia naturalis eſt,
B quæ diſcernit bonum à malo, & vocatur diſcretio naturalis, in qua nouimus bonum, & diſcernimus bonum à malo. Naturalia abſque documento hanc poſuit Deus in naturali natura & à documento, additamentum ſuſcepit & augmentum, nec eſt aliquis qui hanc non habeat. Hæc autem virtus naturalis, diſcretio eſt boni & mali quæ mouentur inceſſanter in ipſa, & qui priusti ſunt es inferius naturali natura ſubſiſtunt, & qui habent eam in motu naturali rectè conſiſtunt nec habent aliquam confuſionem in his quæ contulit Deus naturæ ad honorem naturalium ſuorum. Illos vero qui hanc agnitionem perdiderunt quæ diſcernit bonum à malo, & inter illos qui perdiderunt eam, *aſſimilauit inſipientibus iumentis non* habentibus rationem nec diſcretionē. In hac impoſſibile eſt inuenire viam Dei & ſcientiæ naturalis, & hæc præcedit credulitatem. Hæc etiam ductrix eſt ad Deum, quia in eo cognoſcimus bonum à malo. Hanc recipere credulitatem teſtatur vtique virtus naturæ,

Pſal. 49.

C quod deceat hominem credere illi qui perducit ad creatorem. Hæc omnia & credere verbis mandatorum eorum & facere ea quæ ex credulitate naſcuntur: Naturalis vero ſcientia quæ eſt diſcretio boni & mali, quæ ex Deo eſt impoſita naturæ nec ſuggerit nobis quæ debeat credere Deo qui producit omnia. Et credulitas facit in nobis timorem; & timor compellit nos pœnitere ac operari, & Deus eſt dator ſpiritualis ſcientiæ hominum quæ eſt perceptio ſecretorum, quæ parit fidem veræ contemplationis. Diximus & non ſimpliciter ex credulitate tantum nuda naſcitur ſpiritualis ſcientia, ſicut dixit Sanctus Ioannes Chryſoſtomus. Quod quando quis acquiſierit voluntatem ſequendi timorem Dei & ſecretam prudentiā cito recipit reuelationem ſecretorū, id eſt, ſpiritualem ſcientiam hominis. Timor autem Dei parit hanc ſpiritualem ſcientiam, quia in natura non eſt adiiciens, naſci non poteſt: ſed accidenstur ſcientia hæc dum fit operatio in timore Dei, & inuenis quia
D pœnitentia & ſcientia ſpiritualis hæc eſt. Hæc ſiquidem quam diximus, quod eius arram recepimus in baptiſmate, pœnitiam vero recepimus. Donum eius, & donum quoque quod diximus quando per pœnitentiam recepimus, eſt hæc ſcientia, ſpirituale donum ſcilicet, quod per efficaciam timoris Dei datur.

De ſcientia ſpirituali. Cap. 50.

Spiritualis ſcientia eſt occultorum perceptio & quando quis huiuſmodi inuiſibilia, & valde ſuperacuta adſumit, ex his ſpiritualis ſcientiæ nomen naſcitur in ipſius perceptione, & credulitas alia quæ non eſt contraria primæ, ſed certificans credulitatem illam quæ eſt, & vocauit eam credulitatem contemplationis, vſque illic eſt auditus, aſpectus vero certior eſt auditu. Hæc ergo omnia ex illa ſcientia diſcernente bonum à malo, quæ eſt in natura naſcuntur, & ſemen bonum virtutis eſt quod iam dictum eſt. Quando vero hanc naturalem ſcientiam reuelauerimus in voluntate noſtra voluptuoſa, ex omnibus his bonis excedis: ſequitur ergo hanc ſcientiam continus ſcientia memoria mortis, indeficiens ſolicitudo quædam tormentum exiſtens, vſque ad exitum iſtum poſt hanc triſtitiam, mœſtitiam, timor
E Dei, quæ eſt à natura triſtitia pro prioribus peccatis decens ſtudium, etiam omnia communis vitæ & ſolitudo diuinitatis eius, petitio, cum gemitu à Deo intrandi ad portam iſtam, quæ eſt omnis naturæ iſtius conceptus mundi, & multum pro virtute certamen.

Hæc omnia inueniuntur in ſcientia naturali, faciat ergo collationem de ſpiritualibus operibus ſuis & iſta, & cum inuentus fuerit in iſtis in vis naturali ambulet, & quando de his fuerit elatus, & ad charitatem peruenit extollens ſupra naturam, & recedit ab eo certamen & timor & labor & fatigatio quæ conſiſtit in cunctis. Hæc ſunt ſequentia ſcientiam naturalem, & hæc eadem inuenimus in nobis, quando reuelamus eam voluntate noſtra voluptuoſa, & in his donis pertingimus ad charitatem quæ nos liberat ab omnibus his; ex ſupradictis ergo conſolationem faciat quis & perſcrutetur ſemetipſum in quibus ambulat vtrum in illis quæ ſunt contra naturam. Ex modis perfectè prædictis, cito
F quis inuenire poteſt regimen totius viæ ſuæ, & cum non fuerit inuentus in his quæ ſecundum naturam dicta ſunt à nobis quæ diſtinximus nec eſt in his quæ ſunt ſupra, manifeſtum eſt, quod in illis, quæ contra naturam ſunt, detectis.

De tentationibus. Cap. 51.

Non eſt enim tentatio bona quæ non fit à gratia diuina incidente in corde, nec cogitatio mala propinqua eſt animæ, niſi ad tentationem & probationem. Homo qui peruenit ad agnitionem menſuræ infirmitatis, hic ad humilitatis perfectionem peruenit. Qui conducit charismata Dei ad hominem cordis & quod ad indeficientem negationem mouetur, qui conducit tentationem ad animam cogitatus eſt murmurationis, qui mouetur ſemper in corde: omnes infirmitates hominis ſuſtinet Deus, hominem murmurantem non ſuſtinet niſi corrigat cum anima enim omni caret illuminatione ſcientiæ in huiuſmodi tentatione inuenitur. Os verò
G ſemper laudans Deum, benedictionem accipit a Deo & perſeuerans in actionibus gratiarum in ipſum ſuperuenit, gratiam præcurrit humilitas, & cogitationem præcedit operatio. Qui ſuperbit in blaſphemiis cadere permittitur, & qui de operatione virtutum extollitur, & qui Deum præoculis non habet, contra Deum, vel contra proximum ſemper penſat, in fornicationem permittitur cadere, & de ſapientia eleuatur, tenebroſos ignorantiæ laqueos patietur. Qui ignorat omnem hominem memoria Dei auxilium inuenit ab omni homine in occulto vultu Dei, qui ſe obiicit pro iniuria patienter Deum inueniet auxiliatorem ſibi. Qui pro malitia fratrem ſuum accuſat, Deum inueniet accuſatorem ſuum. Qui occultè proximum corrigit, malitiam eius ſentit. Qui verò in conuentu accuſat delicta, vulnera exacerbat. Qui occultè corrigit fratrem ſuum, affectum charitatis oſtendit: amicus in occulto redarguens, ſapiens medicus eſt. Signum compaſſionis eſt debiti indulgentia: & ſignum malæ operationis culpanti con-
H tradicere. Qui ad ſanitatem reprehendit, in charitate corrigit: qui autem quærit vindictam in animo ſine charitate. Deus in charitate corrigit non vlciſcens, ſed quærit vt ſanetur imago eius, & ad tempus non ſeruat iram vſque, hic modus charitatis es rectitudine eſt, & malitiosè ad communicationem non declinat Iuſtus ſapiens ſimilis eſt Deo, non corrigit vlciſcens malitiam, ſed vt correctus dirigatur, vt cæteri caueant. Correctio huic correctioni non eſt diſſimilis. Qui vero in fortitudine ſuæ ſcientiæ admirans in contemplatione diuinæ ſcientiæ, contemplatur magnitudinem carnis inquiſitione à virtute non deriuat, & in corde ſuo eleuatur, qui dirigit mentem ſuam ad dignam Dei retributionem, ipſe ad profundum humilitatis corpore & anima deſcendit in conuerſatione ſua, cum vero ſcientiæ proximus totus eleuatione eleuatur, & quantumcumque eleuatus fuerit, aſcenſio ſuæ ſcientiæ non perficitur, donec gloriæ ſæculum per ſe quæratur. Quantum quis proficit apud Deum, tantùm eius veſtigiis adhærebit, & in ſecundo ſæculo faciem oſtendet illi non quod eſt,

quia

A quia iuſti in ſæculo etiam fidem Dei in ænigmate conſpiciunt, in futuro vero manifeſtationem veritatis contemplantur.

Ignis in ſiccis lignis accenſus difficiliùs extinguetur. Et calor Dei qui fit & incidit ad cor renuntiantis ſeculo, eius ignitio non extinguitur, & eſt acutior igne. Vel vinum membra ſubiectans omnibus obliuionem inducit fortitudine ſua, & cum memoria Dei vſum tenet in mente, viſibilium memoriam tollit à corde. Mens quæ inuenit ſapientiam ſpiritus, ſimilis eſt illi qui nauiculam paratam ad transfretandum inuenit, & cum ſedet in ea, transducit de mari mundi, & facit applicari, inſulam futuri ſæculi, ſic eſt ſenſus futuri ſæculi, in hoc mundo, ſicut nauicula parua in mari, & qui appropinquat illi non vlteriùs laborat in fluctibus phantaſiæ huius mundi. Negotiator ſorte ſua finita properat ire domum ſuam, & monachus reſiduo vitæ ſuæ futurum ſæculum deſiderat. Quoniam redemit tempus ſuum, & arram
B recipit ſuam quamdiu eſt negotiatio in mari, timor poſſidet mentem ſuam, ne forte fluctus ſurgant in eum, ſubmergatur ſpes operationis ſuæ. Et monachus, quamdiu eſt in mundo, timor detinet conuerſationem ſuam, ne fortè inſurgat in eum hyems, & amittat quod eſt operatus.

Negotiator autem & monachus inſpicit horam mortis, nauta conſideratione dirigit nauem ſuam, & monachus orationem reſpicit, quia corrigit ſemetipſum & dirigit viam ſuam ad qualemcumque portum tendit conuerſatio ſua. Monachus in oratione quæ fit per horam, vidit inſulam in qua alligabit nauiculam ſuam. & inde tranſit ad aliam inſulam, hæc eſt via monachi tranſeuntis de ſcientia ad ſcientiam, & profectu ſcientiarum profuit, donec deſcendat de mari & ad ſanctitatem veram perueniat, via ſua in qua habitantes non ampliùs negotiantur, ſed vnoſquiſque in ſuis deliciis requieſcit. Beatus homo cuius via non eſt confuſa in hoc mundo magno, id eſt, in mari magno. Cum gaudio ad
C portum qui natat nudus mergitur in mari, donec inueniat margaritam, & ſapiens monachus nudus perambulat in hac vita, donec inueniat ſibi monachorum margaritam Ieſum Chriſtum, & cum inuenerit ipſum, non amplius poſſidet cum ipſo aliquod aurum. Margarita in penetrabilibus cuſtoditur, & voluptas monachi intus quietudine conſeruatur. In congregatione & multitudine virgo maculatur, & mens monachi multorum locutione violatur.

Auis ab omni loco currit ad nidum ſuum, vt paſcat pullos ſuos, & monachos diſcretus accelerat ad habitaculum ſuum, vt in ſeipſo faciat fructum vitæ. Serpens cum tactum fuerit totum corpus eius, cuſtodit caput, & monachus ab omni malo fidem ſuam quæ principium vitæ ſuæ. Nubes operit ſolem, & multa verba operiunt animam incipientem illuminari in contemplatione orationis. Herodius ſecundum dicta ſapientum tunc exultat & lætatur, quando eſt in deſerto, & anima noſtra tunc gaudium accipit cœleſte, cum elongauerit ſe
D ab omnibus & vadens habitat in regione quietis, expectat tempus exitus ſui. Dicitur de Syrene quod audiens vocem ipſius modulationis, proprij obliuiſcitur itineris, & cantus dulcedine captus cadens moritur, ſic & res animæ, cum peruenerit in ipſam dulcedo cœleſtis præ modulatione ſuauitatis verborum Dei, quæ ſubintraut cum ſenſu intellectu, ſic tota abiit poſt ipſam, vt obliuiſcatur ipſius vitæ temporalis, & deſtruat corpus delectationibus ſuis, & exaltatur ad Deum de vita ſua. Arbor niſi proiiciat folia priora, non producit recentes ramos, & monachus niſi priùs proiiciat à corde ſuo memoriam priorum, non producit recentes ramos & fructus in Chriſto Ieſu. Ventrem impinguat fructus, & ſolicitudo Dei fructus animæ. Canis qui lingit vlcera, priùs ſanguinem bibit, & nocumentum non ſentit propter dulcedinem quæ fit ad horam. Sic & monachus vanam gloriam bibens propriam vitam conſumit, & non ſentit nocumentum, propter dulcedinem quæ ad horam fit gloriæ ſæcularis.

E
De abſtinentia ſpirituali.
Cap. 52.

Dixerunt patres, in animam guloſam vitia reuertuntur, quæ priùs ſubiecta fuerant & expulſa. Nubes parua cooperit circulum Solis, & Sol cum nube fauet multum, & mœſtitia modica cooperit animam, ſi tamen eius gaudium exiſtit magnum verbis myſteriorum diuinæ ſcripturæ ſine petitione & oratione & adiutorio Dei, nec appropies, ſed dic: Domine, da mihi ſenſus virtutis, & quæ in ipſa eſt, clauem intellectum verborum verorum quæ ſunt in diuinis ſcripturis orationem exiſtima eſſe, cum volueris appropinquare Deo corde tuo, priùs in temporalibus oſtende laborem tuum. Ex his enim principium conuerſionis eſt, multum enim appropinquat cor Deo, in ſubtractione neceſſitatis, in abſtinentia vnius ſpecialis cibi & ſequitur operibus, & Dominus ex hoc facit fundamentum humilitatis. Exiſtima otioſitatem principium obtenebrationis animæ. Sunt obtenebrationes autem ſuper tenebrationes collocutionis ſermonum ſæcularium, primum occaſio ſecundi & ſecundum primi. Et vtiles ſermones ſine menſura pro-
F bati obtenebrationem etiam faciunt, vilificatur enim anima multitudine collocutionum, quamuis præparatio eius ſit in timore Dei. Obtenebratio animæ ex inordinatione conuerſationis fit menſura, & tempus in conuerſatione illuminat mentem & confuſionem expellit.

Pax animæ.

Confuſio mentis quæ eſt ab inordinatione, obtenebrationem facit in anima, & obtenebratio torbationem: Pax ex ordinatione fit, & lux ex pace naſcitur in anima, & ex luce & pace, mundus aët in mentem ſecundum menſuram appropinquationis cordis ad ſapientiam ſic ſuſcipit gratiam à Deo. Diſcretio ſapientiæ occupationum ſpiritus eſt extramundanarum, ſicut ſentis in anima tua, quia in ſapientia ſpiritus ſilentium tenet in anima. In ſapientia autem mundi fons occupationis actus eſt, poſt inuentionem autem primæ ſapientiæ, impleueris humilitate multa & manſuetudine & pace regnante ſuper omnes cogitationes tuas, & membra tua ceſſabunt & requieſcent ex turbatione & inquietudi-
G ne. Poſt inuentionem autem ſapientiæ ſecundæ, id eſt, mundanæ, poſſides ſuperbiam in ſenſu tuo, & cogitationes immundas indicibiles & turbationem intellectus dominationem & abdorationem ſenſuum & leuationem non exiſtimes hominem in Oratione fiducialiter agere coram Deo temporalibus obligatus. Anima fraudulenta defraudatur ſapientia.

Temporalium cura

Miſericors autem ſapientia & ſpiritu adiuuatur: ſicut oleum ſplendorem lampadis, ſic eleemoſyna nutrit animæ cognitionem. Clauis cordis diuinorum donorum in charitate proximorum datur & ſecundum menſuram ſolutionis cordis ex vinculis cordis aperitur coram ipſo oſtium cognitionis, tranſitus animæ à mundo in mundum, ſuſceptio intellectus eſt. Quam pulchra & laudabilis eſt dilectio proximi: ſi non ſolicitudo eius extrahat nos à dilectione Dei. Quam ſpecioſa eſt collocutio ſpiritualis fratrum noſtrorum, ſi poſſumus cuſtodire, cum dat collocutionem Dei. Ergo bonum eſt omnem tacere, probet

Dilectio Proximi

H bonæ operationis ſiue boni operis & conuerſionis occaſionem indeficienter ad Deum. Confuſio enim ſecundi ex ſtabilitate primi. Non ſufficit autem mens ad duas collocutiones, vnum tantum habet collocutorem conſtitutum & timentem Deum, & ſemetipſum cuſtodientem, pauperem quidem exiſtentem in tabernaculo ſuo, diuitem vero in miniſteriis Deo, viſio ſæcularium confuſionem facit animæ, tem mentitam propter opus Dei equidem ſpiritualium fratrum aſſidua locutio nocet, ſæcularium autem & ſola exterior viſio operationem corporalem impedit. Qui volt ex parte mentis vindemiare gaudium, eſt in operatione abſconditorum, & vices ſine viſione torbant requiem cordis, econuerſo: Mortificatio ſuper operatione ſenſuum non firmatur. Corporalis conuerſio euigilationem ſenſuum quærit. Conuerſatio autem ſcientiæ euigilationem cordis, ſicut in natura melior eſt anima corpore, & ſicut plaſmatio præuenit animationem, ſic & corporalia coram eo opus animæ Magna eſt virtus, parua conuerſatio perſeuerans petram duram voluit. Quando incipit in te ſpiritualis

homo

A homo ſurgete mottificatio ex hominibus eoigtlet in te & ferucat in gaudio anima tua ſupernæ ſiuulitudine ereationis, & non pacificantur cogitationes pro delectatione eotdis tui, & quando incipit mundus ſurgere io te, occupatio meotis tuæ multiplicatur, & prudentia ſæcularis & inotdinata: ſæculum autem voco vitia quæ pauit occupatio, & quando concepta fuerint & perfecta, perficiuntur peccata, & iotetficiunt hominem. Sic non fiunt vitia ſine occupatione mentis, nec eonſummatio peccati ſine multiloquio vitiorom. Cùm remultiplicata fuerit patientia in animabus noſtris, ſignum eſt, quod tecepimus in occulto gratiam conſolationis fortitudo patientiæ, fortior eſt paſſionum cadentium in corpore vita in Deo directa ſenſum, quaodo autem vixerit cor, cadunt ſenſus. Reſurrectio ſenſuum eſt mottificatio cordis à Deo ex virtutibus, quando ſine homine fiunt non recipit eonſcientia rectitudinem. Virtus quæ per alios operatur, quæ ſcilicet valet mundare animam, ad mercedem enim opus æſtimatur &
B perficit virtutem vtrumque & munditiam facit, propter hoc ſapere primo, & ſecundum quæritur præter ſollicitudinem quæ io hoc relinquitur aliquid, manifeſtius animus à Deo, ſecundum autem & locum primi adimpletur ſine operatione eius. Requies & otioſitas eſt perditio animæ, & magna quam dæmones poſſunt nocere. *Otij damna.* Corpos infirmum ſi ſupra virtutem ſuam operari cogis, obtenebrationem imponis animæ, & confuſionem magis ſuperinducis. Corpus verò fortè ſi otioſitati & requiei dederis, omnis malitia animæ habitabit in eo. Et quis bonum deſiderat, ſed tepide, & illud bonom à ſeipſo tollit. Cùm anima inebriata fuerit in gaudio ſpei ſupernæ lætitiæ Dei, inſenſibile fit corpus eius ad tribulationem, quamuis infirmum ſit. Suſtinet eoim duplex onus: ſcilicet infirmitatis & tribulationis. Et non intelligit, ſed concupiſcit in delicijs animæ. Si cuſtodieris linguam tuam, ô Frater, datur tibi gratia à Deo
C compunctionis cordis, vt in ipſam animam tuam intres, & in hoc in gaudium ſpiritus. Si lingua tua te vicerit, crede mihi in hoc quod dico tibi, nunquam poteris exilire à tenebris. Si non habes cor mundum, ſaltem habe cor purgatum ſicut beatus Hieronymus dixit, cum volueris aliquem admonere ad bonum, priùs da ſibi quietem corporalem, & honora eum in ſermone charitatis. Nil ſic verecuodari facit hominem & commutari à malitia ſua ad meliora, ſicut & corporalia bona & honor quem ſibi videt exhiberi. Quantum agonem aggreditur quis pro Deo, tantùm cordi eius in oratione fiducialius operatur. Et quantum à multis occupatur, tantùm fundatur adiutorio Dei. Ne triſteris, ne conturberis in caleſactionibus corporis, mors enim accipiet eas à te perfectè; Ne timeas mortem, quia Deus te fecit ſuper mortem.

De ſobrietate & continentia. Cap. 53. Hic eſt ergo ſobrius & Deo amabilis non reſpicere oculis hinc inde, ſed ſemper ante ſe otioſa verba loqui, ſed tantùm neceſſaria. Indumentis vilibus contectum eſſe ad neceſſitatem corporis, & ſic cibis ad ſuſtentatio-
D nem corporis vti, vt non gaſtrimargiæ, & participare parum de omnibus, & non hæc reprobare & hæc religere, nec impleat ex ipſis ventrem, maior eſt enim omni virtute diſcretio, vinum propter infirmitatem & debilitatem non ſumere. Noo præſcindas verbum loquentis, Nec ſicut indocta reſpondeas, ſed ſicut prudens tacitus eſto vbicunque inuentus fueris, minorem teipſum æſtima & ſeruum fratrum tuorum. Ne denudes aliquid tuorum coram aliquo membrorum tuorum, ne appropies corpori alicuius præter neceſſitatis cauſam. Nec corpori tuo permittas aliquem appropinquare; niſi vt dixi de cauſa rationabili. Declina à fiducia mulierum ſicut à morte, poſce ſobrium ordinem & ſanctum, ne elongetur à te virtus quæ te cuſtodit, In quocunque loco dormieris, ſi poſſibile eſt, nullus te videat. Spiritum coram aliquo non proijcias ſi euenerit tibi tuſſis ſedenti ad menſam, verte faciem tuam retro, & tuſſi. Cùm *Decorum menſa.* ſobrietate comede, & bibe, ſicut decet filios Dei. Ne extendas manum tuam vt accipias à conſpectu ita coram aliquo, quid proximus tui inuerecunde vel præſumptuoſè. Si autem ſederit tecum extraneus, admone eum ſe- E
mel & bis vt comedat, & ordinatè ponas te ad menſam non turbulente, & ornatè ſedeas & honeſtè, non denudans, quid membrorum tuorum. Cùm oſcitas, operi os tuum ne videaris, retines enim aſpirationes tranſiens ſi potes. Si intraueris præceptoris tui cellam, aut amici aut diſcipuli, caue ne videas aliquid ibi. Si non verò fueris coactus, hoc non facias. Quia quis in his aſſiduus eſt alienus eſt monaſtici habitus & Chriſti qui hunc donauit. Ne reſpicias loca, in quibus abſcondita ſunt vaſa amici tui. Cùm tranquillitate aperi oſtium proximi tui, & claude ſimiliter. Non ſubitò ad aliquem introeas, ſed pulſans vt externus, permiſſus ingredere. Ne ſis velox in greſſu tuo præter cauſam neceſſariam te compellentem. Eſto omnibus obediens in omni tempore præter auaros, & amatores: poſſeſſionem autem non ſequeris, vt non fiat opus diabolicum. Manſuete cum omnibus tracta, & cum ſobrietate, & honeſtate omnes aſpi- F
ce, & ne impleas oculos tuos aſpectu alicuius rei ambulans in via, ne præuenias maiorem te. Si autem tardauerit ſocius tuus parum dum progrederis, expecta eum: Qui enim hoc non facit, inſipiens eſt, quando loquitur ſocius obuianti, expecta eum. Sanus dicat infirmanti, ante tempus faciamus neceſſitatem. Ne arguas aliquem io aliquo delicto. Sed teipſum in omnibus æſtima culpabilem & delicti cauſam. Omne opus vile cum omni humilitate facere non recuſes. Si coactus fueris ridere, non appareant dentes tui. Compulſus loqui cum mu- *Decorum in ridendo.*
liere, auerte faciem tuam à viſione eius, & ſic cum ea loquere, A monialibus fuge, ſicut ab igne & laqueo diaboli, fuge obuiationem earum & collocutionem & viſionem ne colorent cor tuum ſordibus vitiorũ quamuis ſint ſorores tuæ ſecundum carnem ſicut ab extraneis te cuſtodi. A fiducia iouenum & allocutione fuge, ſicut ab amicitia diaboli. Vnum habe collocutorem & conſortem timentem Deum, & ſemetipſum cuſtodientem: pauperem quidem exiſtentem in tabernaculo ſuo, G
diuitem vero in miniſterijs Dei, ab omnibus abſconde myſteria tua & tuas operationes ſerua. Ne ſedeas coram aliquo ſine habitu tuo, præter neceſſitatem. Cum ſobrietate ad neceſſaria tua egredere ſicut verecundans cuſtodiente te Angelo, & timorẽ Dei perfice. Melius eſt *Lites fugienda.* tibi comedere venenum mottiferum, quam cum muliere comedere, quamuis ſit mater tua vel ſoror tua. Melius eſt habitare cum dracone quam dormire cum aliquo, & cooperiri cum eo, quamuis ſit tibi frater ſecundum carnem. Si dixerit tibi, quis maior te, tibi ambulanti io itinere: veni, pſallamus: noli eſſe inobediens ei. Si autem non dixerit, lingua quidem tace, corde vero Deum glorifica. Non reſiſtas alicui pro aliquo nec certes, nec mentiaris, nec iures per nomen Dei. Deſpice teipſum, & alios non deſpicias. Iniuriam ſuſtine, & alij iniuriam non eroges. Melius eſt corporalia corrumpi cum corpore, quam damnificare quid animæ. In iudicio cũ aliquo non introeas, ſed ſuſtine condem- H
natus vel condemnabilis exiſtens. Ne diligas animæ tuæ quid ſeculare, ſed ſubditus eſto ducibus & principibus, & à coniunctione ipſorum teipſum abſtine, ipſa namque illaqueatio eſt illaqueans negligentiores in perditionem. O guloſe, qui propriam quæris curare gulam, melius eſt tibi mittere in ventrẽ tuum carbones ignis, quam frixaturas diuitum & principium. Superfunde tibi ſemper omne oleum miſericordiæ, & eſto obſeruans te ab omnibus. A multiloquio teipſum cuſtodi, *Multiloquia.* illud enim extinguit io corde motiones intellectuales à Deo pullulantes Fuge dominari: cum prælatis Eccleſiæ; ac cum alijs ſicut à leone audaci. Et in plateis iracundorum aut compugnantium ne tranſeas, vt non impleatur cor tuum furore, & detur animæ tuæ erroris obſcuritas. Ne habites cum ſuperbo vt enim ſancti ſancta operatio auferatur ab anima tua, & efficiatur habitaculum omnium vitiorum. Has depoſitiones ſi ſeruaris ô homo & cuſtodieris teipſum in meditatione Dei in veritate videbit anima tua in ſemetipſa lumen,

&

A & in ſæculum non tenebreſcet : ipſi honor & gloria in ſæcula, Amen,

CHRYSIPPI PRESBYTERI Hieroſolymitani de Sancta Maria Deipara, Sermo.

Ioan. Pico Interprete.

Virgam Ieſſe ſemper virentem, quæ cuncto generi humano, vitam pro fructu attulit, omni quidem tempore beatam prædicare, admirari, & laudibus extollere conuenit. Iis tamen, qui hymnis celebrant eam, eſt quoddam tempus præſcriptum, quo & vt plurimum B præclara ſolemnitas hæc peragitur, cumque planè circa myſterium iſtud quippiam geſtum ſit, quod ſenſum multorum effugiat. Agite ergo, & nos & ſi munera digna offerre nequimus, pro viribus tamen bonam voluntatam adferámus. Mox verò ſumamus initium à verbis quæ Gabriel apud eam fecit, *Aue gratia plena, Dominus tecum.* (Luc. 1.) Aue, inquit, tuum enim eſt ta vera auare & gaudare : tuum eſt variſſime audire iſtud, Gratia plena, quia tecum eſt vniuerſus lætitiæ theſaurus, totius lætitiæ & gratiæ Rex cum ancilla : cum ſpecioſa inter mulieres, ſpecioſus forma præ filiis hominum : cum puella impolluta, is qui ſanctificat omnia. (Pſal. 4. *Virginis Conceptio ſine macula qua Chriſtum concepit.*) Tecum eſt conditor omnium tecum inquam, vt ex te gignatur, tecum conceptiona, vt ea partu tuo generetur, tecum velut Deus, vt ex ta ſit Deus & homo. Hactenus Gabrial verbis ſalutatioois finem imponit. Nos autem peropportunum eſt modo vt plurimarum propheriarum fauſtas acclamationes illi adſeribamus & dedicemus. C Aue igitur ſemper, Aue gratia plena, Aue quæ vuluam adepta es præter naturam, vel ipſis cœlis latiorem : quandoquidem per hanc comprehendiſti eum, quem ne Cœli quidem capiunt. Aue fons lucis omnem hominem illuminantis. (Ioan. 1.) Aua Solis ortus, qui nullum ferra poteſt occaſum. Aue armarium vitæ. (Cant. 4. 5) Auæ quæ es hortus Patris. Aue quæ es pratum totius fragrantiæ ſancti Spiritus. Aue radia omnium bonorum. Aue ſpecimen gemmæ omne precium excedentis. Aue vitis vuas pulchras producens. Aue nubes pluuiæ, potum animis Sanctorum exhibentis. Aue quæ es puteus ſemper viuentia aquæ. Aue quæ es rubus ardens igne ſpiritali, nuſquam tamen aduteris. (Exod. 3.) Aue porta clauſa ſoli Regi aperta. (Ezec. 44.) Aue mons vnde lapis angularis abſciſſus eſt ſine manibus. (Dan. 2.) His enim atqua aliis multis huiuſmodi cuncti qui Deum geſtant particulatim eam alloquuntur. Cæterum nobis ſufficit nunc admetiri ſermonem cum his quæ in medium adduxerunt illi, qui ſuppeditant ea quæ ad feſtum pertinent, D quod celebramus. Quapropter dico in primis quod me vultis dicere, (Eſa. 7.) quo pacto Eſaias laudibus proſequitor partum ſeminia expertem, ſed fertilem : incultum, & nihilominus pulchros fructus producentem, præter naturam ſimul & ſecundum naturam, quia quæ noſtra ſunt accepit : præter naturam quia digreſſus eſt à ſuperis : ſecundum naturam propter tempus conceptionis, inſuper & propter legem generationis, præter naturam, eo quod is qui ſupra nos eſt, hæc omnia ſuſcepit noſtri gratia. Dico porro quæ & Paulus exclamauit, dico etiam quæ Lucas prædicat, (Gal. 4. Luc. 1. & 2.) aut placat vobis vt antea dicam qualia nunc decantauit Dauid, dum pulſatat liram Dei imitratricam : ſcio quod hoc anteponitis & vultis. Quæ enim quiſpiam vehementius capetit, hæc audire magis deſiderat. Mauultis vos merito cantica Dauidis, eo quod in ipſis omnem vitam ducatis, (*Nocturnæ preces.*) quod Hymnorum cantionem continuam obſeruatis, quod diu noctuque eorum gratia chorum congregari ſolitum non deſeratis : quod eorum dulcedinem ore ſemper hauriatis, atque ex eis viuificas delicias abſque ſatietate in animis recondatis. E Agite ergo agite, denuo illa cum clamora pronunciate quæ prodeunt ex tam grata vobis cythara. (Pſal. 131.) *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tua.* Arca enim vere regia. Arca precioſiſſima eſt Virgo deipara. Arca quæ excepit totius ſanctificationis theſaurum. Arca non ea in qua erant omnium animalium genera, quemadmodum in arca Noe, quæ fluctantis vniuerſi mundi effugiebat naufragium, (Gen. 6.) Arca non ea in qua erant tabulæ lapideæ, quemadmodum in arca quæ per totum deſertum vna cum Iſraëla perambulabar : (Ioſue 4. 5. & 6.) ſed arca cuius architectus & incola, gubernator & mercator, comes viæ & dux erat opifex omnium creaturarum quas in ſe ipſe vniuerſas portat, ſed à cunctis ipſe non comprehenditur. *Surge Domine in requiem tuā,* tua enim requies, inquit, eſt Virgo, & vterus tua requies, quia tibi cubile efficietur & habitatio. Surge Domine. (Ioan. 1.) Nam niſi tu exurgas è ſinu paterno, inquit, genus noſtrum quondam lapſum non reſurget. F Surge Domine, quia etiam ſi exurgas, non ſeparaberis à gloria paterna, & verſans in terra, non relinques Cœlos, & licet appareas in carne, non imminues poteſtatem quam habes ante ſecula, *Tu & arca ſanctificationis tua.* Cum enim tu inde ſurrexeris, ſigilabis arcam ſanctificationis tuæ, tumque arca cum omnibus exurget à lapſu in quo vel illam conſtituit Euæ cognatio. Talia præclamabat & adorabat illius gratia, quæ ex eo germinare debebat, imo vero totius generis humani nomine. Age vero alteram etiam recolite Pſalmorum cantionem, quæ illuſtriorem hymnis præ ſe ferat honorem. Audiſti quæ fuerint hymnorum, iam audi quæ ſint odæ verba. *Audi filia, & vide & inclina aurem tuam, & obliuiſcere populum tuum, & domum Patris tui, & concupiſcet Rex decorem tuum, quia eſt ipſe Dominus tuus, & adorabis eum.* (Pſal. 44.) Tractemus igitur quantum licet etiam in his latentem ſenſum. Audi, inquit, filia, hoc eſt, de cætero ſermo meus dirigitur ad te, quæ à me ortum accepiſti, ſermo, inquam, ad te, per quem eadem etiam Euangelizo Eccleſiæ gentium, G ſermo meus ad te, quæ deſponſanda es Regi magno : ſermo eſt ad te, quæ Deum Verbum, pro vt ipſe nouit, conceptura es. Audi filia, & vide : adeo diligenter auſculta, vt etiam ipſis notitiæ oculis intuearis effectum. Audi etiam hæc mecum inclinatione prædicentam, atque Gabrielem eadem tibi indicaturum, (Pſal. 44.) *Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam,* hoc enim fauſtum nuncium eſt de redemtione Mundi. *Inclina aurem tuam* & oſculatio diriget cor tuum. *Et obliuiſcere populum tuum & domum Patris tui*, populus enim à quo cognationem contraxiſti, nequam eſt, ignominiam tibi affert, Populus imprudens tibi irreprehenſæ naturæ propagini familiaritate iunctus eſt, & culturą ſpinarum feraa roſam tuam producit, obliuiſcere autem vna cum populo, etiam ipſam domum paternam. Audi pauliſper dignitatem quam adepta es è conceptione indicibili, Et enim Propheta & Rex ſum ego, qui tibi ſemen ſuppeditabo, tu vero declarabere mater Regis, qui Dominus eſt ſceptrorum non terrenorum, at cœleſtium. H *Et obliuiſcere populum tuum & domum Patris tui.* Ne poſthac attendas animum huic inferiori cognationi, quoniam in Reginam tranſmutaberis. Et audi, inquit, quanto te amore proſequetur is qui & conditor omnium eſt, & poteſtatem habet. *Concupiſcet enim,* ait, *Rex decorem tuum*, ipſe Pater te ſibi ipſi deſponſabit, Spiritus ſanctus coefficiet ea quæ ad deſponſationem pertinent, & Filius ipſum templi tui decorem aſſumet. Itaque ne exiſtimaueris te parituram infantem humanum, *quoniam ipſe eſt Dominus tuus, & adorabis eum.* Ipſe formator tui, ipſa etiam infans ipſum concipies, & cum cæteris adorabis vt Dominum. Animaduertite quodnam Epithalamium Dauid obtulit Deiparæ, dum velut modulator quiſpiam hymnum decantat, quo etiam velut Pater congratulatur rantæ puellæ beatitudini. Cæterum quis circumſtantias partus, quis inquam, vt par eſt explicare poſſit? Inde clangere incipiat tuba Eſaiæ, & opportune ſubminiſtret vocem reſonanti verba. *Ecce virgo in vtero*

accipiet,

A

accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen eius Emanuel. Nunc primum inquit, vobis reuelo myſterium quale non viderunt anteriores nationes, imo vero quale ne ipſa quidem lex naturæ nouit. Oſtendito mihi virginitatem & conceptionẽ. Oſtendito mihi partum nullis demonſtratis nuptiis. Itaque ne diffidat quis infantem eſſe Deum. Quod ſi Deus eſt ſimul & infans, horum concurſus appellationem Emmanuelis expoſcit. *Et vocabunt nomen eius Emmanuel,* hoc eſt Deum, & eundem indiuiduè hominem, Deum & hominem ipſum. Etenim partus ſecundum carnem humanus eſt: qui vero natus eſt Deus, partus ſecundum carnem humanus, & ob id quæ pertinet ad partũ humanæ legi ſubiecta ſunt, natur vero eſt Deus, propterea & vuluæ ſigillum permanſit ei quæ peperit. Eſt Deus qui natus eſt, alioqui quo pacto ſtella natiuitatem eius in gentes diuulgaſſet? Eſt Deus * qui natus eſt, ſed ex muliere naturam habet humanam. *Miſit enim Deus filium ſuum natum ex muliere, factum ſub lege vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt filiorum adoptionem reciperemus.* Audiamus hæc Pauli verba dictis conuenientia cum his quæ dicta ſunt ab Eſaia! O ſermonem ſuperantem omnem intellectum: vt ego efficiar filius Dei, vnigenitus Dei filius factus eſt ad ſimilitudinem autem meam dico participatione carnis, in qua tamen nulla ſit communicatio peccati. Quænam igitur, quænam verlſimile eſt hoſtem humani generis ſecũ loqui, dum videt nos per mulierem reuocatos ad filiorum adoptionem quam ioitio habebamus: Nonne hæc dicit & quæritur? Qui ſit in inſtrumentum quod in principio cooperabatur mihi, nunc mihi aduerſetur? Mulier mecum effecit, vt in genus humanum tyrannidem occuparem, & mulier me è tyrannide deturbauit. Antiqua Eua me erexit in altum, & noua deiecit. Ipſa eſt etiam Eua ſecundum naturam, licet non Eua ſecundum generandi rationem. Quæ enim mulier poſſit edere partum adeo alienum ab omnium opinione? nulli coitus inſeruiens corruptioni, imprægnata mater effecta eſt citra ſolutionem virginitatis. Hæc edidit quæ nullas nouit nuptias, nutriuit infantem, cuius tamen infantis nullus ſit Pater in terra. Quamobrem merito immutatæ ſunt res meæ ab eo qui immutat naturam: & per quam captiuitati ſubiiciebam, in captiuitatẽ redactus ſum: per quam vincebã, ſuccubui. Ego vero fruſtra in eam maligne moliebar inſidias, & ipſi etiam Ioſephi ſuadens vt de ea maſè ſuſpicaretur, conſilium ei ſubieci, vt occulte eam dimitteret, & hac ratione declararet ex adulterio proficiſci conceptionem. Angelus autem aſtãs in ſomnis apertè reuelauit ei quod latebat in conceptione myſterium. At vero quantũ mihi tempus ſufficere poſſit ad proſequendum verbis; quibus modis triumphauit de me qui partum ex ea ſubiit? In his quæ attentabam deprehenſus, in his quæ impugnabam pudefactus, dum ab ipſis qui mecum ſunt dæmonibus frequenter audirem ipſum appellari Dei filium? Eripuit mihi cunctus variis morbis laborantes: eripuit omnes à malignis ſpiritibus perturbatos: eripuit etiam eos quos ipſi morti tradidi, tandem etiam conſiliis meis in Crucem actus; multo maiore me verecundia perfundit, & mecum denuo mortem, dum è Cruce concuſſi vniuerſa quæ ſunt in terra, ex motu patefaciens omnia ſub terra iacebant, decerpens tam me hic quam mortem ibi, reſurgentibus, cum eo mortuis. Horum igitur omnium quæ mihi cauſa eſt? Quæ alia præter eam quæ genuit eiuſmodi miraculorũ opificem? profecto præſtabat mihi, vt Euam illam antiquam non inducerem in dolum: ſatius erat mihi etiam per Serpentem illam non decipere. Nam quid lucri mihi acceſſit ex circumuentione? ſiquidem eos quos in ſeruitutem redegi, modo video priſcam libertatem recipere, imo vero vna cum præcedente libertate etiam ipſum regnum cœlorum hæreditario iure poſſidere. Talibus equidẽ communis omnium noſtrum inimicus apud ſeipſum vſus eſſe ſermonibus videtur. Nos vero denuo recurrentes ad ea, quorum ſuperius fecimus mentionem, laudemus virgam Ieſſe, beatum prædicemus, & ſanctis omnibus pro ſequamur ſacrum Dauidis ſurculum. *Aſcendit enim &*

Per humanam legem intelligo integritatẽ humanã dempto peccato.

* *Intellige Deum pro Chriſto per communicationem idiomatũ.*

B

Gal. 4

1. Cor. 15 *Dempto ſcilicet peccato.*

C

Matth. 1

Luc. 4.

D

Matt. 27.

Gen 3.

Matth. 1.

Ioſeph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam ad ciuitatem Dauid, quæ quidem vocatur Bethleem, eo quod ipſe eſſet de domo & familia Dauid, cum Maria ſibi deſponſata & grauida. Iſta Lucas nobis nunciauit per hiſtoriam Euangelicam, teſtificans familiam & propinquitatẽ Dauidis non ſolum ad Ioſeph, ſed etiam ad Deiparam & ſemper Virginem pertinere. Quid igitur poſteaquam aſcenderunt, quid accidit? *Impleti ſunt,* inquit, *dies vt ipſa pareret, & peperit filium ſuum primogenitum.* Peperit filiũ ſuum, qui & illius ſimul & Patris cœleſtis eſt primogenitus & vnigenitus. *Et pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præſepio, quia non erat locus in diuerſorio.* Inuoluit panniculis illũ qui amictus eſt lumine ſicut veſtimento. Faſciis inuoluit eum, qui ſua ipſius potentia omnẽ creaturam inuoluit. Reclinauit in præſepio eum, qui proprio arbitrio cœlos inclinat. Reclinauit in præſepio eũ, qui ſedet ſuper ſolium. Hæc porro non fruſtra cõtingebant, ſed in præſepi animalium irrationalium proponebatur λόγος, id eſt Verbum & ratio, vt pro inſtituto accurrentes homines irrationales, ſenſus rationalis participes efficeret. In menſa beſtiarum proponebatur panis cœleſtis, vt ex hominum genere, his qui beſtiales erant, communicationem eſcæ myſticæ exhiberet. *Et non erat locus ipſi in diuerſorio.* Locum in quo habitaret non habet, is qui domũ totius mundi conſtruxit. Non habet locum habitationis, quia cum eſſet diues, ſponte pauper effectus eſt. Locum non habebat, quis enim locus capere poſſet eum qui locum excedit? Quare peropportunũ eſt, vt hoc etiam è Pſalmis dicamus: *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine.* Vnde enim hæc? Vnde enim niſi ex tua, qui gratia noſtra deſcendiſti, bonitate? Vnde tanta ipſius humilitas, niſi ex ipſius erga naturam noſtram clementia? Cæterum quemadmodum quæ ſpectant ad Dominum omnium, reſplendere ſolent in eius honorẽ, per ea quæ geruntur in Cœlis, ita & per ea quæ geſta ſunt apud nos eo ſuper Cherubim ſedente, circumſtare ſolent exercitus Angelorum. Verùm & in præſepio choreæ circumſteterũt: illic à virtutibus cœleſtibus continuã habet adorationẽ: hic à gentibus, ſtella obtemperante. Illic vniuerſa elementorum turba, quæ habent à natura offerunt: hic & paſtores pro muneribus exhibẽt tripudia, & magi theſauros. Illic præterquam quod ſedet in ſolio ſuper Cherubim, etiam eſt in ſinu Patris, hic non ſolùm reſidet in præſepio, ſed etiam in vlnis maternis. Iſte porro thronus verè regius, thronus iſte glorioſus, thronus ſanctus, thronus ſolus dignus qui ſanctum ſanctorum geſtaret in terra Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum, Amen.

E

Luc. 2.

F

Phi lip. 2.

Pſal. 30.

G

ANASTASII PATRIARCHÆ Theopolitani ex Cyrilli Alexandrini, Compendiaria orthodoxæ fidei explicatio.

H

CATECHISTA. Heus tu, cuius es religionis?

CATHECVMENVS. Chriſtianus ſum.

CATECH. Quis eſt verò Chriſtianus?

CATHECVM. Qui ex Dei voluntate viuit. & piè, & ita vt Deo placere ſtudeat: bene denique ſe gerit.

CATECH. Quod ad Deum attinet; quot naturas profiteris?

CATHECVM. Vnicam.

CATECH. Quamnam?

CATHECVM. Deitatem.

CATECH. Quid eſt Deus?

CATHECVM. Eſſentia cuius nullus eſt author, cauſa omnipotens: cui prorſus nihil deſit: omnis denique cauſæ & naturæ ſupereſſentialis cauſa.

CATEC. Quomodo credis;

CATH. Credo in vnum Deum, Patrem, & in vnum Filium, ac Deum, ex Deo ac Patre genitum: & in vnum

Spiritum

A Spiritum ſanctum, Deum ex Patre procedentem.

Catec. Qua re differt Filius à Patre?

Cath. Hypoſtaſi, quatenus Pater eſt ingenitus, Filius autem genitus. Eſt enim ex Patre.

Catec. Spiritus S. verò quoad differt à Patre & Filio?

Cath. Hypoſtaſi, quatenus procedit.

Catec. Ergo conſequenter in tres Deos credis.

Cath. Abſit.

Catec. At certe in tres naturas.

Cath. Minimè.

Catec. Atqui tres Deos recenſuiſti: quomodo igitur inquis, Abſit?

Cath. Atqui etiam ſi tres recenſui, tria tamen dico propter triplicem coeſſentialis & indiuiduæ Trinitatis ſubſiſtentiam. Nam & Pater eſt vnus Deus, & Filius eſt vnus Deus, & Spiritus ſanctus eſt vnus Deus, & vnica deitas in tribus hypoſtaſibus ſtatuitur, & vnica eſſentia, vnicum regnum, vnica potentia & natura.

B Catec. Quid eſt autem eſſentia?

Cath. Res quæ per ſe eſt, neque altero indiget ad hoc vt ipſa ſubſiſtat.

Catec. Quid eſt natura?

Cath. Res vniuerſalis, & hypoſtaſes, ſibi ſubiectas complectens. Aut ſic definito: Vera exiſtentia rerum vt eſſentia natura, forma, ſint vna & eadem res.

Catec. Quot hypoſtaſes agnoſcis in Deitate?

Cath. Tres, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum.

Catec. Quid eſt hypoſtaſis?

Cath. Eſſentia cum ſuis quibuſdam proprietatibus, ab iis quæ eiuſdem ſunt ſpeciei numero differens, id eſt, perſona coeſſentialis. Perſonas autem in Deo dicimus incorporeas & omnis figuræ expertes.

Catec. Quidnam eſt ſingulis iſtis tribus hypoſtaſibus proprium? quid item commune.

Catech. Proprium eſt Patris, ingenitum eſſe: Filij vero, genitum eſſe: Spiritus ſancti, proceſſio. Communis autem illis eſt Deitas, & commune regnum.

C Catec. In œconomia (*id eſt incarnationis myſterio*) quot naturas profiteris?

Matth. 1 Tim.2. Ioan 5.

Cath. Duas. Deitatem & humanitatem: vt idem Filius ſit perfectus Deus & perfectus homo.

Catec. Quot naturales voluntates & actiones in Chriſto profiteris?

Cath. Duas: vnam diuinam, alteram humanam.

Catec. Quæ eſt voluntas diuina.

Cath. Purgare leproſos: vt, Volo, purgator: & cætera huiuſmodi: vt & illud, Vade, & fiat tibi ſicut credidiſti.

Catec. Quæ eſt actio diuina?

Cath. Vt ſeruentur omnes homines, & ad veritatis notitiam perueniant, vt illud, Pater meus vſque nunc operatur, & ego operor.

Catec. Quæ eſt voluntas humana?

Cath. Potum quærere, quod etiam in cruce accidit: & cibum expetere, vt illud: Habetis hic aliquid edulij?

D Catec. Quæ actio humana?

Ioan.4. Ioan 19. Luc.24. Ioan 4.

Cath. Iter facere, fatigari, & ſimilia.

Catec. Quot hypoſtaſes in fidei de Filio profeſſione profiteris?

Cath. Vnicam: vt idem & vnus ſit Filius Dei & Filius virginis.

Catec. Quid commune habet Filius cum Patre & Spiritu ſancto?

Cath. Communem habet cum illis naturam ſuæ deitatis quatenus eſt Deus perfectus: communem vero cum hominibus habet naturam humanitatis ſuæ, quatenus eſt homo perfectus.

Catec. Quid eſt Deus?

Cath. Si vis noſſe quid ſit Deus & quomodo ſit adorandus, attente auſculta, & veritatem cognoſce. Patris, Filij & Spiritus ſancti vnum eſt conſilium, ſapientia vna, potentia vna: neque vnus quidem extitit ante ſæcula, alter vero poſt ſæcula, ſed ſimul Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus: Filius in Patre, & Spiritus in Filio, cohæret enim hæc natura: vnde vna eſt natura, E & vna Deitas: diſtincta quidem in tres hypoſtaſes, ſed in vnitatem occurrens, habita eſſentiæ ratione. Idcirco etiam quum Patrem dicimus, & Filium ac Spiritum ſanctum profitemur, vnicum Deum dicimus. Eſt verò Deus commune nomen Patri, Filio, & Spiritui ſancto: Pater vero, & Filius, & Spiritus ſanctus, non ſunt communia nomina, ſed propriæ ſingulorum hypoſtaſes. Pater enim non dicitur Filius, nec Filius dicitur Pater, nec Spiritus ſanctus vocatur Pater aut Filius; at Deus ſemper Trinitas appellatur. Itaque quum tres hypoſtaſes ſiue tres perſonas dicimus, non dicimus tres eſſentias ſiue tres naturas, ſiue tres Deos: ſed vnum Deum, vnam eſſentiã, ſiue vnam naturam profitemur, ne arianizemus. Et rurſus quum vnam eſſentiam ſiue naturam dicimus, non dicimus vnam hypoſtaſim, ne Sabellianizemus: ſed tres hypoſtaſes ſiue tres perſonas in vna deitate, vnam eſſentiam & naturam credimus. Eſt autem Deus, eſſentia quæ omnem contemplationem ſuperat, mens quæ comprehendi nequit, pulchritudo cuius ratio ante nullū iniri poteſt, magnitudo quæ cerni non poſſit, gloria omnem F cogitationem effugiens. Filius eſt ineffabilis proles, ſermo nulla ratione explicabilis, mens inſuperabilis, eſſentia inuariata, natura inacceſſa, character ſubſiſtens. Spiritus eſt intellectualis & ſimplex, ſubtilis, planus ac pellucidus, omnis noxæ & maculæ expers, & omnia intuens. Imago Patris eſt ſol, radius filij radij calor eſt Spiritus S. Itaque ſol eſt Pater, radius Filius, ſplendor ignitus eſt Spiritus ille prorſus ſanctus. Et ſol quidem nunquam cælum deſeruit: Filium autem vt radios, ſplendorem videlicet ab ipſo refulgentem, emiſit in terram & Spiritum ſanctum, vt calorem quo ſuperiorem & inferiorem mundum vndequaque foueret & bonis cumularet. Ita nobis cogitandum eſt de vnica in tribus hypoſtaſibus Deitate. Natura, eſſentia, forma ſimul eadem eſt, hypoſtaſis & perſona idem eſt. Et eſſentia quidem ſiue natura id quod commune eſt deſignat: hypoſtaſis autem ſiue perſona, quod ſingulorum proprium G eſt declarat. Vt (exempli gratia ſic dicamus) in homine, Omnes homines vnius & eiuſdem naturæ ſumus, vna & eadem natura omnium eſt: ſiquidem omnes homines ex anima intellectuali & corpore conſtamus: hypoſtaſibus vero multis, & infinitis & innumerabilibus. Et Petrus ac Paulus vnius & eiuſdem ſunt naturæ, hypoſtaſibus autem diuerſis: & naturam quidem inter ſe communem habent, diuiduntur autem hypoſtaſibus ſiue perſonis.

SERMO SANCTI GALLI

Confeſſoris, dictus Conſtantiæ in templo S. Stephani.

H

IN CONSECRATIONE Ioannis Epiſcopi Conſtantienſis.

Nunc. primùm ex M.S. S. Galli editus, per Henric. Caniſ.

VVALAFRIDVS STRABVS, Lib. 1. de vita S. Galli Confeſſoris, Cap. 24.

PRæmiſſis ex more diuinæ libationis initiis (*die, quo Ioannes Conſtantiæ conſecratus eſt Epiſcopus*) poſt lectionem Euangelij rogauerunt venerabilem Gallum, vt multitudini, quæ aderat, verbi officio ſacræ inſtructio-

nis

Digitized by Google

A nis pabulum miniſtraret. Qui aſſumpto Ioanne Epiſcopo, gradnm aſcendit, eo videlicet pacto, vt ipſe quidem ædificationis inſtrumenta colligeret, Epiſcopus verò ad vtilitatem barbarorum bene prolata interpretando transfunderet. Cœpit ergo verbum facere de initio creaturarum, & Adæ peccatum, pro quo depulſus eſt de paradiſo, commemorare Tranſiens inde ad diluuium, Patriarcharum conſequenter tempora perſtrinxit & actus. Egreſſum quoque filiorum Iſraël de Ægypto, & tranſitum per mare rubrum, legiſque lationem per Moyſen & cœleſtis alimenti miracula replicauit. Regum deinde ſucceſſiones, & tempora Prophetarum breuiter attingens, Aduentus Dominici tempus retexuit. Baptiſmum etiam Saluatoris, & mirabilium eius gloriam commemorãs, B crucis ignominiam cum impiis inſectationum generibus veraci relatione ſubiunxit. Hæc audientes Eccleſiæ paſtores, cum populi multitudine lachrymas fuderunt vberrimas, & ad inuicem dixerunt verè Spiritus ſanctus locutus eſt hodie per os viri iſtius. Ille verò prædicationem perduxit vſque ad reſurrectionem Chriſti, & in commemoratione generalis iudicij terminauit. Omnes ergo qui aderant, alacri mentis exultatione repleri, benedicebant Dominum, & ad ſua çum gaudio remeabant. Doctor itaque venerabilis manens apud Ioannem Epiſcopum ſeptem diebus, inter multa ſalutiferæ conſolationis verba, hæc ſæpiùs inculcauit: Quem Deus elegit, homo non deſpiciet. *Hæc Vualafridus: cui Hartmannus S. Galli doctiſſimus: pariter & religioſiſſimus Monachus* C *vitio vertit, quod totam orationem S. Galli hiſtoria ſua non intexuerit, vt fecit S. Notkerus cognomento Balbulus eiuſdem Monaſtery Monachus, & Magni Othonis nepos, qui vitam S. Galli ligata & ſoluta oratione tribus libris complexus eſt.* Porrò nobile hoc & eximium antiquitatis monumentum miſit ad nos ex S. Gallo R. P. Iodocus Merzlerus, eiuſdem Monaſterij profeſſus, & SS. Canonum Doctor, cui vna mecum lectores gratias debent.

SERMO SANCTI GALLI
Confeſſoris Domini, habitus Conſtantiæ.

D Sempiternus & inæſtimabilis Deus, cum coæterna ſibi ſapientia, hoe eſt, Filio ſempiterno, & charitate ſibi, & filio ſuo conſempiterna, id eſt, Spiritu ſanctu, abſque vlla inchoationis, vel temporis mutabilitate, vel locorum, vel miniſteriorum indigentia, ſemper io ſemetipſu beata & immortali maieſtate ſubſiſtens. Nequaquam tamen ſine congruu ſibi ſeruitiorum obſequio ſolitarius manſiſſe putandus eſt, cum manifeſtiſſime dicat Apoſtolus: *Elegit nos in Chriſto ante conſtitutionem mundi*, prædeſtinatione ſcilicet æterna non creatione temporaria, ſed vocatione gratuita, vel indebita gratia. Sed qui ſemper omnia futura in ſua bonitate, & maxime ſanctorum Angelorum, & hominum ſocietatem, præſentialiter coutuendo quaſi facta diſponit, aliquando etiam præſcitam & prædeſtinatam immobili conſilio creaturam, ad ſe laudandum, & ex ſe, & io ſe, & per ſe beate viuendum omnipotentiſſimo dignatus eſt opificio creare de nihilo, & ſuper E cœleſtia quidem beatis ſpiritibus habitaculum fecit: terram vero futuris hominibus præparauit. Quorum creationis cauſſam noſſe oos conuenit, fratres Chriſtianiſſimi, ne viles vos & abiectos arbitrantes, pecudum conuerſaitone dignitatem veſtram nullificeris.

Deus ſumme bonus, beneuolentia plenus, inuidiæ carens, malitiæ neſcius, ſpiritus Angelicos exemplo ſui rationabiles creare diſpoſuit, vt ipſum Dominum, ſuæ cognoſcentes originis autorem, dilectionis eius pinguedine referti, in ipſu delectarentur eſſe beati. Sed cum de illis aliqui nondum de eius dulcedine deguſtata, ſeipſos ſibi eſſe principium, & caput, vitamque, & ſuauitatem, curſu temerario & ſtultiſſimo perſuadere ſibi præſumerent: intus inanes & vacui, ſuperbiæque pondere prægrauati, de tranquilliſſimo cœlorum habitaculo, in huius aëris tempeſtuoſam turbulentiam, vſque io diem generalis. & ſempiterni iudicij repeotino ſunt caſu detruſi. Sed immutabilis benigniſſimi crea- F toris voluntas præfiuitum beatiſſimi cœtus numerum supplere diſponens, humanum genus in eorum locum ſubſtituit. Quos homines ratione præditos, præceptis inſtructos, minis coërcitos, proprio dereliquit arbitrio, vt imitatione Dei praua & iniqua contemnerent, ac recta & æqua retinere curarent. Impius autem homicida ſatanas, qui nec ſibimetipſi pepercit, tantum à Deo terrigenis bonorem collatum perdolens, caſum, quo ipſe ſuperbus periit, incautis & fallaciæ neſcis inuidus perſuaſit, vt videlicet non creatorem ſempiternum pro Deo venerari; ſed creaturam temporalem, hoc eſt, ſeipſos ſibi pro diis habere delectatione mortifera conſentirent. Qood maximum & immaniſſimum peccatum tanta flagitia & facinora, vel etiam crimina ſunt ſubſecuta, vt iuſtitia diuina mundum, quem omnimodo decorauit ornatu, cum humano genere, quod eidem regendo præfecit, aquis diluuij delere decreuerit: Et faceret niſi multam malitiam noſtram, eius immenſa bonitas ſuperaret. G

Ergo nec tanta ſcelera inulta reliquit, nec tamen creaturam bene conditam penitus conſumpſit. Ex omnibus hominibus, vno delecto iuſto, per cuius prouidentiam, imo ſuam admonitionem, talis quædam archa conſtrueretur, in qua ipſe cum domo ſua, & reliqua creatura ad reſuſcitandum ſemen competente, in ſupremis licet periculis ſe quaſi defuncti mundi ſuperſtitem remanere miraretur. Cumque poſt totius anni pene circulum præſago nomine Noë nuncupatum, quaſi conſolatorem tantæ, licet iuſtiſſimæ vindictæ, de clauſtri illius ergaſtulo creator miſeratus eduxiſſet, & ipſum cum prole ſua, & ſeminarium cunctæ creaturæ noua benedictione ditauit. Iamque renaſcentibus filiis Adam, reuixit & ſuperbia dudum in radice damnata, adeo vt Lutei mortales luteo & bitumine turrim conſtruere molirentur, de cuius cacumine ſidereum & immortale habitaculum, Deo poſſeſſore inuito poſſent inuadere. Cuius iam inuicti (vt ſtolidis videbatur) machinamenti H conſpirationem tam facile omnipotentiſſima ſapientia diſſipauit, vt linguis omnium confuſione diuerſiſſima, vel ſimilitudine diſſimilia diſparatis, nullus conſanguinei, vel fratris ſui linguam intelligere poſſet: Et idcirco vniuerſi per regiones & loca varia diſiecti, vt terris & loquela diuiſi, ita & religiooe, vel potius furore diſperſi, & alij quidem cœleſtem naturam hominum miniſteriis, Deo autore prouiſam, diuino cultu & ſeruitute venerati ſunt. Alij vero mortuis hominibus, ſimulacra facientes, malignos ſpiritus aſſidentes eis, quaſi tutores & fautores animæ, vel corporis viuorum, licet inſte mortalium dementes colere cœperunt. Sed adhuc indefeſſa pietas immortalis & veræ Deitatis creaturam benigne conditam, non vſquequaque ſua miſeratione priuatam diſpulit, ſed de medio idololatriæ deditarum gentium Abraham patrem futurorum fidelium, ad ſe, verum & viuum Deum cognoſcendum de cœlo vocauit.

Qui incomparabili plenus obedientia diuino parens imperio, exiit de terra & cognatione ſua, neſciens ad-

hue quo ire deberet, dummodo Dei iuſſionem expleret. Qua de re huiuſcemodi deſuper accepit oraculū, quod & terram peregrinationis ſuæ in poſſeſſionem eſſet accepturus: quod factum eſt in Iudæis de carne eius, mortali propagine deſcendentibus: & quod in ſemine ipſius benedicerentur omnes gentes. Quod in nobis ipſis per Chriſtum, ex eius ſemine, ſecundum carnem, procreatū per virginem, completum eſſe gaudemus. Huius igitur fidei in præputio comprobatæ quaſi quoddam ſignaculum eidem patri Abraham circumciſionis impoſuit ſignum. Quo tam diu gentem de eius femore propagatā oportuit inſigniri, donec ille veniret, qui omnes in ſe credentes ab omni peccato, & circumciſionis iniuria ſua paſſione redimeret. Cum autē populus de illo non modicus exortus, cauſsa famis de terra Canaan, quam incolebant, terram ingrederentur Ægypti, quo Deus vnum de pronepotibus eius, cauſſa multorum ſalutis, direxit, per cuius prouidentiam mundus pene totus, alimentorum penuria periclitatus, aliquatenus conſeruaretur; & iuxta ritum gētis illius milleformia cœpiſſent monſtra venerari, duriſſimis etiā operibus premerentur ab Ægyptiis, recordatus Deus fidei, probitatiſq; Patrum, direxit ad eos ſeruum ſuum Moyſen, qui per multa ſigna & plagas intolerabiles, domitis Ægyptiis, Dei populum ad terram, Patriarchæ Abraham dudum promiſſam, cœleſti ducatu directus introduceret. Cumque de terra illa progreſſi inter oram rubri maris, & vaſtiſſimam ſolitudinem feſſi conſediſſent, Rex Ægyptiorum damno ſeruitutis amiſſæ ſtimulatus, congregato exercitu, iunctiſque curribus, eos ita quaſi pilce in gurguſtio concluſit. Quibus ad Deum verum leuantibus vocem, aquæ maris huc atque illuc diuiſæ, iter ſiccum viantibus præbuerunt. Quod cernentes cultores ſimiarum, & caniformis Anubis, Neptunum iam ſuperuacue placandum ſibi putabant, ſic vadis in partes diuiſis. Omnes igitur ſequentes veſtigia commeantium, exercitu ſuorum baratrum ingreſſi, nouiſſimoque plebis Dei ad naturale litus tranſgreſſi, ita ſunt montibus aquarum inuoluti, vt nullus remaneret, qui factum domi reſidentibus referre potuiſſet.

Cum autem expenſæ, quas de Ægypto ſecum tulerant, Hebræis defeciſſent (quod nomen populo Dei idcirco impoſitum eſt quia tranſierant de gente in gentem, & de regno ad populum alterum) dedit eis Deus panem vel carnes de cœlo, aquam vero vel amaram dulcorauit, vel non habitam de petra produxit, & ſic eos per deſertum quadraginta annos ad terram promiſſionis circumduxit, donec deſueſcerent idololatriam, de qua erant educti, & quam vbicunque venirent, erant inuenturi, à qua, ſicut & de cæteris malis, de cælis illos cauere monuit, & ad ſe cognoſcendum, vel alia bona & iuſta ſectanda, diligenter inſtructos, tandem in terram, pollicitationis ſuæ memor, miſeratus introduxit. Et vt pridem rubrum mare, ita modo Iordanem fluuium nauigabilem ſiccis pedibus tranſmeare præcepit & fecit. Dumque adhuc, qui hæc mirabilia viderunt, ſuperſtites in carne viuerent, notitia & cultus veræ Deitatis & diuinæ veritatis incontaminata perſeuerauit. Illis vero ad patres ſuos repoſitis, filij de carne ipſorum propagati, non fidei bonum imitati, ſed circumpoſitarum gentium ſimulacra colendo, ſunt in præcipitium idololatriæ deuoluti. Pro quo ſcelere dati ſunt in manus inimicorum ſuorum, circumcirca vel longe poſitorum. Et cum aliquando preſſi iuſtiſſime, per preces ad Deum patrum ſuorum fuiſſent reuerſi, ſuſcitauit illis aliquem de fratribus eorum, qui eis & ſaluator contra hoſtes, & ad concordiam inuicem retinendam iudex idoneus exiſteret. Cumque multo tempore influctuarent, id eſt, vt cum aliquando illis proſperitas arrideret, ad venerationes idolorum defluerent: Quum vero tempeſtas perſecutionum immineret, ad Deum verum, ad tutiſſimum portum omni adniſu, redire conarentur.

Tandem dedit illis Regem, nomine Dauid, qui & à finitimarum gentium incurſionibus defenderet, & timorem Dei, cuius ipſe pleniſſimus erat, & iuris nomen ſuum Mano fortis, continuis retineret habenis. Poſt cuius mortem, cum propter peccatum filiorum eius, non ampliùs de duodecim tribus filiorum Iſraël (quod nomen patri eorum, & ipſis idcirco impoſitum eſt: quia viſione ſua Deus eundem dignaretur) quam duæ tantū, Benjamin ſcilicet & Iuda, à qua & Iudæi ſunt appellati, poſteris Dauid cum paucis Sacerdotibus & Leuitis adhærerent, (quo nomine omnes diuino miniſterio mancipandi, à parte ſuo Leui ſunt nuncupati.) Reliquæ vero decem, vel potiùs vndecim tribus per Regē vna ſubuerſorem ſuum Hieroboam nuncupatū, & peſſimam ipſius progeniem ad immunditiam idololatriæ fœditatis à gloria ſua, Deo ſcilicet ſempiterno, immaniſſima dementia receſſerunt. Qui & tradidit eos in manus inimicorum ſuorum, quibus ſubiecti, idola, ſunt etiam qui nollent adorare compulſi. Sed & fideliſſimi Dauid propagatio ad infidelitatis malum non poſt multum temporis aberrauit, adeò vt & ipſi Reges & Sacerdotes, neglecto vulos veri Dei cultu, Saturnos, Iunones, turpiſſimúmque Priapum, in ipſa Hieroſalem, quam ciuitatem cum templo in ſanctificationem ſibi delegit, acti furore, venerarentur. Propter quod competenti ſatis talione impiè derelictus ab eis, iuſtè dereliquit eos Deus, in poteſtatē paganorum vt impleretur, quod eis antea comminabatur, Sicut ſeruiſtis Diis alienis in terra non veſtra, ſic ſeruietis diis alienis in terra non veſtra, qui non dabunt vobis requiē.

Sed & tunc non oblitus Fidei Abraham, & Dauid, aliquos ex iis, pro reliquiis, in terra ſua, retinuit, templumque ſuum in Hieruſalem ad tempus aliquantulum conſeruauit, donec peccatis eorum crebreſcentibus, etiam ipſum cum ciuibus & ciuitate mereretur incendi. Sed neque tunc eos vſquequaque diuina deſeruit clementia, quin imo de fauillis & ruinis vrbis euerſæ quoſdam reſeruauit, quibus apriſſimè propheticum illud conueniret: Facti eſtis quaſi torris de incendio raptus, & nec ſic rediſtis ad me, dicit Dominus. Quod quidem in eis, quos in terra ſua reſidere fecit, completum cognouimus, vt peccata peccatis addentes, & ſe mutua cæde vaſtantes vltima neceſſitate, vt ſibi videbatur, compulſi, in Ægyptum quaſi reſeruandi, contra vetitum diuini oraculi, vere trucidandi confugiſſent. Qui vero à Rege; qui ſuperbiam eorum Dei voluntate domuerat in captiuitatem longinquam fuiſſent abducti, ibi ad Deum Patrum ſuorum ex toto corde conuerſi ita tribulationis igne decocti ſunt, vt nec igne materiali ab ipſius poſſent amore diuelli.

Tandem ergo miſericors & miſerator Dominus tam graues eorum labores miſereatus, Regum adeò animos, qui eoſdem in captiuitate tenuerunt, ad indulgentiam & relaxationem voluntariam illorum permutauit, vt de publicis redditibus & ærariis, plurima impendi præciperent, in adminiculum ad terram ſuam reuertendi, & templum Dei in ea demum reſtaurandi. Sed heu pró dolor! cum legem Dei vel cæremonias, in quantum à finitimis, immo commixtitiis hoſtibus impediri non poterant, ſedulo curaſſent obſeruare; quod nullus vnquam vel excogitare potuiſſet, repentino caſu Rex nefandiſſimus Græcorum, vt puta, præuius & præco maligniſſimi Antichriſti, eos ita oppreſſit, vt non niſi manu cœleſtis Imperatoris ſe vllo modo vlterius crederent alleuari. Qui & tanto miraculo ab immaniſſimorū, diuerſiſſimorum atque innumerabilium aduerſariorum eos impetu liberauit, vt pauciſſimi de Iudæis plurimis eorum interfectis, reliquis, qui manere poterant, non parùm inuenerent vbicunque terroris. At cum illi, qui talibus flagellis erudiri, Dominum patrum ſuorum metuere noluiſſent diuerſis caſibus abſumpti, morte ſua mundum reliquiſſent orbatum, & propter peccata in ſæculo remanentium. Primum viles perſonæ de ſucceſſoribus eorum populo Dei præfirerentur: Poſtea verò & ipſi alienigenis miſcerentur, vel potiùs ſeruituris eius iugo ſubiicerentur, neceſſarium erat, vt ipſa diuina ſapientia, per quam cuncta ſunt facta, reficiendo generi humano per ſeipſam conſulere dignaretur.

Sed quia in ſua incomprehenſibili maieſtate, natura

illa

A illa diuina ab infirmis, & mortalibus comprehendi non poterat, mira pietatis diſpenſatione procurauit, vt noſtræ infirmitatis mortali, manente tamen incommutabilitatis ſuæ potentia conformata, de incorruptæ Virginis vtero naſceretur, & conſueto nobis more vſque ad iuueniles annos ætate & incrementa, gratia vero & ſapientia ſingulari perueniret. Nec tamen cum carne ſua Deitas illius eſſet obumbrata, per totum potuit humanis mentibus abſcondi, his duntaxat, qui eum cognitum ſuſcipere voluiſſent. Quando & in hora Natiuitatis illius Angelus Domini cum magna claritate paſtoribus gentis ipſius apparuit, & ortum eius omnibus gentibus profuturum nunciauit, in quæ verba eidem Angelo multitudo cœleſtis militiæ occinuit. Sed & ipſa hora in remotioribus Orientis partibus ſapientiſſimis, & aſtrorum gnaris hominibus noua ſtella inopinato apparens, eos ad ortum noui Regis attraxit. Necnon & quadrageſimo natiuitatis eius die, cum eum ad templum B Dei, pro ſolemni eius gentis conſuetudine, Mater Virgo præſentandum deferret, ibidem à ſanctis hominibus mundi Saluator eſt agnitus, & ab eis cæteris fidelibus nuntiatus.

Duodecimo quoque ætatis anno cum in eodem templo parentibus remaneret ignaris, videlicet æſtimantibus inter cognatos & notos eum receſſiſſe de vrbe, ſed eo non inuento, regrederentur ad templum, & ibi eum poſt triduum in medio Doctorum ſapientiſſimè ſe agentem reperiſſent, interrogante Matre, cur eam dolentem reliquiſſet: reſpondit: in his, quæ Patris mei ſunt, oportet me eſſe: vtique inſinuans templum non minus ad ſe, quam ad Deum Patrem pertinere. Trigeſimo vero, ex quo inter homines conuerſari cœpit, anno ad Baptiſma ſeruuli ſui properauit, vt ex eo ſcilicet ſequacibus ſuis exemplum tribueret, ne quis ab inferiori perſona baptizari contemneret, quando ipſum Dominum & Deum ſuum famuli ſui manibus baptizatum meminiſſet; ſed C quia non aliqua ſui neceſſitate, ſed humilitatis propagandæ gratia voluiſſet in aqua lauari: Ecce Deus Pater cum voce de cœlo delata, conteſtatus eſt, dicens: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi complacitum eſt, ipſum audite. Et Spiritus ſanctus, cuius iam & opere conceptus eſt, ad declarandam ſanctitatis eius innocentiam, in columbæ ſuper eum ſpecie deſcendit.

Ita ergo Chriſtus homo glorificatus & confortatus ad prælium cum diabolo conferendum, quadraginta dierum ieiunium exacturus, abiit in deſertum. Quibus expletis, calidiſſimus aduerſarius, ex aliquibus, vt creditur, humani corporis geſtibus, aut habitu, illum eſurire perſentiſcens, & idcirco hominem eum tantum eſſe reputans. Sed propter vitam innocentem actam ſuper homines formidans, hac arte illum aggreditur, vt ſi quidem eſuriem ſuam pane de lapide facto, vt ipſe ſuadebat, conſolari potuiſſet, diuina in eo potentia deprehenſa, ab eius iniuriis & inſectationibus D quieuiſſet; ſi in tanta neceſſitate nec ſeipſum recreare quiuiſſet, puro tamen homine comprobato, non minus eum ſibi, quam cæteros mortalium obnoxium conſideraret. Sed admirabilis Magiſter pietatis, ita verſutias eius eluſit, vt nec in panes lapidibus permutatis, diuinitatis in eo deprehenderet inſignia, nec impoſſibilitate confeſſa, ad noſtra animaretur infirma. Dicens, quod vita rationalis animæ non tantum in materiali conſiſtat alimento, ſed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.

In hoc ergo conflictu certior factus, quam ante fuerat, diabolus per oſtentationem inanis gloriæ, qua plurimum delectari mortalium mentes agnouerat, diuinitatem Chriſti ſe explorare poſſe putabat. Aſſumpto eo, & ſuper faſtigia celſiſſimi templi poſito, ſuaſóque vt inde ſi filius Dei eſſet, ſe præcipitem daret, & non læderetur. Ad quem bellator inuictus huiuſmodi temperauit eloquium, vt nec filium Dei ſe negaret, nec diaboli ſuaſionibus conſentiendum E eſſe decerneret, dicens: quia ſanæ mentis non eſſet, vt quiſquam Dominum & Deum ſuum tentare præſumeret. Igitur & in hoc eliſus certamine inimicus, per auaritiam qua mundum ſe peremiſſe gaudebat, & Chriſtum ſibi ſubiugare non diffidens, oſtendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, eo pacto, vt ſi pro his accipiendis ipſum proſtratus adoret, talibus ab eo donatus abiret. Quam immaniſſimam blaſphemiam magiſter humilitatis exhorreſcens, rubida indignatione monſtrum nefandiſſimum à ſe repulit, dicens: Religioſi cordis eſſe, Dominum Deum adorare, & illi ſoli ſeruire. Cuius vi fulminis attonitus aduerſarius, & ab eo receſſit vſque ad tempus. Victorioſiſſimum vero Regis noſtri triumphum admirantes Angeli, debitis eum venerati ſunt obſequiis.

His ergo ita peractis, Chriſtus Dominus ad homines regreſſus, ſecundum ſcripturam, operatus eſt ſalutem in medio terræ: Cæcis viſum reſtituens, ſurdis auditum, mutis loquelam, leproſis emundationem, F mancis opificia, dæmoniacis mentem, paralyticis vigorem, claudis greſſum, & mille ſine nomine morbis omnimodam impertiens medelam. Quin & ſequentium quatuor millia de ſeptem panibus, & pauciſſimis piſcibus ſaturauit. Aliquando vero de quinque panibus & duobus piſcibus ita quinque millia virorum, excepta mulierum & paruulorum immenſa numeroſitate, repleuit, vt de fragmentis reliquiarum, quæ de his pauculis rebus, inter manus & dentes comedentium ſuccreuerant, duodecim cophini ad teſtimonium tanti miraculi ſarcirentur. Mare quoque ſiccis pedibus ambulauit, & fœtentes mortuos de ſepulchro ſuſcitauit, & ad conuiuium vocatus, aquas in vina mutauit. Et ſuper hæc omnia, Pater de cœlo, quondam diſcipulis audientibus, interdum vero turbis infinitis aſtantibus, pariter & auſcultantibus eum filium ſuum commendauit, & ſe illum iam clarificaſſe, & adhuc clarificaturum promiſiſſe.

De doctrina vero eius quis aliquid dignè commemoret? cum & diſcipulis ſuis talia mandata proponeret, quæ vix aut nequaquam humana poſſibilitas, G niſi valida Dei ipſius adiuta vel attacta poſſet exequi, & omni ſexui vel conditioni tam leuia, & ita ſalubria ipſa monita intimare curaret, vt nullus omnino, niſi multum ignarus, & per omnia diuina gratia vel protectione indignus, à regno Dei debeat excludi. Denique ipſis Apoſtolis & eorum ſequacibus ita bonum virginitatis arripiendum perſuaſit, vt hoc ſcirent non humanæ induſtriæ, ſed muneris eſſe diuini. Abrenunciationem quoque omnium facultatum & affectionum, ſic eiſdem aggrediendam intimauit, vt ſe cognoſcerent & in hoc ſeculo multo plura, quam reliquerant, accepturos, & in futuro vitam æternam poſſeſſuros, & in die magni iudicij cum ipſo iudices eſſe venturos. Cæteros autem fideles docuit, vt humilitate, manſuetudine, pace, miſericordia, iuſtitia vel patientia Deos ſuos & ſibi regnum Dei, perſecutiones etiam improborum, ſi H ita neceſſitas incumberet, ſuſtinendo acquirere non laſſarentur. In commune autem cunctis præceptum dedit, ne fratribus nati conuiciorum maledicta in eos iacularentur, vel his occaſionibus non amputatis, ad homicidia laberentur. Et nequis vxorem proximi ſui impuro contueretur oculo, & idcirco maculari poſſet adulterio, & ne temerè iurare præſumeret, ne fortè periuraret, nec quiſquam obſtinate aduerſario ſuo reſiſteret, & inde non ſolum animæ, ſed & corporis periculum incurreret.

Porrò autem profectioris vitæ cupidis, & regni cœlorum auidis, ita nuditatem & contemptum terrenorum indixit, vt tamen nequaquam hæc ſibi defutura confiderent, cum cæteros Chriſtianos his abundantes ita ad illorum accenderet obſequium, vt quicumque illorum hæc ſuis pauperibus miniſtraret, ipſi Chriſto & Deo Patri ſe impendere non dubitaret. Fictos autem Dei cultores, & de generis nobi-

A litate glorianteſ, Hypocritas & genimina viperarum nuncupauit. Ipſos quoque Sacerdotes, qui pietatem nomine prætendebant, & malitiam in corde contegebant, cæcitatis notauit & cæcorum duces redarguit, & multum conuenienti comparatione ſepulchris dealbatis aſſimiles deuicit, quæ à foris quidem apparent hominibus pulchra intus vero plena ſunt omni ſpurcitia. Necnon & Phariſæos, qui ſibi iuſti videbantur, & aſpernantes cæteros, pœnitentiam peccatorum recipere noluerunt, ita confutauit, vt ſeipſum diceret ideo veniſſe, non vt iuſtos, ſed peccatores & perditos inquireret, & ſaluos faceret. Et ſe eſſe verum Dei filium non ſolum atteſtatione ſignorum, & incomparabili ſapientia manifeſtauit ſed etiam propheticis literis, ac inuictiſſimis allegationibus approbauit, ſed increduli Iudæi quotiens in Sanctis ſuis Deum contemnere non timuerunt, nec ab vnico filio eius malitiæ ſuæ machinamenta continuerunt, iniuriis eum laceſſentes & maledictis: inſuper & la- B pidibus eum inſectantes. Cum ergo incorrigibiles eos peruideret, cum diſcipulis ſuis ſecedens ab eis ſeorſum, ruinam miſerorum iam iamque incumbere, ſed & mundi totius finem non longè poſt futurum renunciauit: & ſe pro ſalute generis humani cito crucis patibulum ſubiturum, & die tertia ſe reſurrecturum eſſe prophetauit.

Interea gens impia vnum de diſcipulis iam dudum auaritiæ morbo corruptum promiſſa pecunia, ad proditionem Magiſtri & Domini ſui pertrahere curauerat: dum illo diabolo plenus, & iam vltro inimicis eum tradere paratus eſſet. Captata igitur opportunitate quando ſine turbis, quæ illum frequentiſſime ſequi ſolebant, ita ab aduerſariis capi, ligari trahique potuiſſet, vt euadendi vel defendendi facultas ei, ſicut illis videbatur, non eſſet. Poſt orationem quam valdè prolixam pro ſalute noſtra Dei Patri profudit, obuiam perſecutoribus ſuis proceſſit, & quem quærerent, interrogauit. Qui cum ſe Ieſum (quod nomen eius erat proprium) quærere dixiſſent, *Proprium* C & ille ſe eſſe reſponderet, iterum atque iterum retroacti abierunt, & ceciderunt in terram. Sed qui ad hoc venerat, vt paſſione ſua nos ab æterna damnatione liberaret, tandem aliquando, maieſtatis ſuæ potentia tempus abſcondita, in poteſtatem furentium ſe ſponte permiſit, vt indebita morte ſua nos ab omnibus debitis peccatis abſolueret. Captum ergo & ligatum impij miniſtri ad Tribunal Pilati præſidis perduxerunt quod gentem illorum ſubuerteret, & tributa Cæſari dare prohiberet, & Chriſtum regem ſe eſſe diceret, & idcirco Iudex ipſe, ſi amicus Cæſaris eſſe voluiſſet, talem viuere in ſui condemnationem capitis permittere non deberet. Tum ille neceſſitate compulſus, dedit illum militibus ſuis ad illudendum. Qui irriſoria veſte, veluti qui Regium ſibi nomen vſurpare præſumeret, induens: Et corona ſpinea pro diademate coronatum, quin & arundine pro ſceptro imperiali dextram complexum, ſpu- D tis in faciem illius proiectis, & colaphis alapiſque creberrimis, ferulíſque cædentibus eum iniuriantes, & regis nomine ſalutantes: inſuper & ſingulorum nomina prodere velatum poſtulantes, quaſi vile mancipium (vt interim Dei filium taceam) maximum Prophetam, & tantorum effectorem ſignorum, ſapientiſſimumque virum turpiſſimè tractare ſtuduerunt, & illuſum, imò caſtigatum. & vt apertius quidem di eam, mortificatum præfecto ſuo iterato illum præſentauerunt.

Iudæi vero nec dum tantis eius iniuriis ſaturati, petierunt præſidem, vt eum crucifigi præciperet. Quod cum ille ſæpius abnueret, dicens: in eo ſe nihil dignum morte inuenire. Tunc impia gens, & cunctis abominanda, tali maledicto ſe damnauit, vt imprecarentur ſanguinem eius venire ſuper ſe & ſuper filios ſuos, aduertentes quia ipſi legem haberent, & ille ſecundum legem deberet mori, qui ſe Dei filium præſum- E ptuosè faceret, ſed ne verbo quidem ſimplici diceret, niſi eo modo, vt ipſi ex operibus, quæ in nomine Patris ſui faciebat, metirentur, aut coniectarent, virum tantorum mirabilium operator, filius Dei diei & credi merito deberet. His igitur præſes tremefactus, & maximè propter illud conſtrictus, quod quaſi maximum & intolerabile ſibi metuebat obiectum, Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris, adiudicauit fieri petitionem eorum.

Tunc impoſuerunt ei crucem, quam ad locum vſque portaret, ſed tamen quaſi honorantes & compatientes ei, quem tam indigna morte perimere ſategerunt, coegerunt quendam alienigenam crucem ferre poſt illum. Et cum veniſſet ad locum, qui Caluariæ dicebatur, pro eo quod ibidem ad mortem condemnati truncari ſolebant, Chriſtum Dominum crucifigentes; vt ex hoc turpiſſima mors redderetur infamior, latrones vnum à dextris, alterum ſuſpenderunt à ſiniſtris, & his verbis irridere gaudebant: F Alios ſaluos fecit, ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Vnus etiam de latronibus ſimili bacchatus inſania dixit ad illum. Si tu es filius Dei, ſaluum fac teipſum & nos: alter vero, cuius Deus illuminare dignatus eſt mentem, ad cognoſcendam veritatem præſentem, increpabat ſocium, & obſecrauit Dominum pendentem, vt ſuimet in regno ſuo meminiſſe dignaretur. Cuius credulam mentem & os confitens Chriſtus approbans, eodem die ſecum in Paradiſo illum ſpopondit affuturum. Dum hæc creator à creatura quam rationabilem condidit, pertuliſſet: irrationabilia & inſenſibilia maieſtatis eius nutu conterrita, defectum ſui mortalibus minabantur; Cum & ſol in tenebras ſit conuerſus, & terra mota, & petræ ſciſſæ, & monumenta aperta, & rerum natura turbata, quæ iniuriam Dei ferre non ſuſtinebat. Poſthæc vero cum omnia reliqua, quæ fieri oportuerat, eſſent impleta, vt conſummaretur Scriptura, quod aceto potandus eſſet: ſitire ſe dixit, & cum accepiſſet acetum, G & ſuum ſpiritum in manus Patris commendaſſet, dixit: Conſummatum eſt, & ſic inclinato capite tradidit ſpiritum, & honorificè ſepultus ab amicis, cautiſſimè ſeruabatur à cuſtodibus, metuentibus videlicet, ne die tertia, ſicut ante prædixit, reſurgere potuiſſet.

Sed Angelus cœlo veniens, milites ſepulchrum euigilantiſſimè cuſtodientes, mortuorum inſtar ſtupefactos reddidit, & poſt modicum recreato animo & ſpiritu, teſtes glorioſæ reſurrectionis eius effecit. Portò interim cum ipſi iacerent, vt exanimes, pias eius aromatibus eius * corrumpendi corporis viſitatrices idem Angelus * gratanter affatus, nec timerent hortatus eſt. ** vngendi.* ** fort. gauderet.* Et quia Dominus Ieſus Chriſtus deuicto mortis imperio reſurrexit, certo patefecit iudicio, & vt locum, viderent, vbi poſitus erat Dominus admonuit. Quo cum intrarent, viderunt duos Angelos in albis ſedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, quondam ibi requieſcentis, & modo re- H ſurgentis inde authoris æternæ vitæ. Cúmque patefactæ cœpiſſent egredi, aufugere cupientes, occurrit eis ipſe Dominus benigniſſimè ſalutatas ad diſcipulos ſuos deuictæ mortis nuntias deſtinauit. Et eodem die Petro ſpecialiter apparuit. Qui & duobus ambulantibus, & de ſermocinantibus conuiator effectus, de ſcripturis aſſeruit, *quia ſic oporteret Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis, & ita intrare in gloriam ſuam.* A quibus etiam inuitatus ad cœnam in fractione panis eſt agnitus, cum ob cæcitatem cordis priùs videretur ignotus.

Sero quoque cum factum eſſet, ipſa die apparuit Apoſtolis ſuis, & eis gaudia pacis mandans inſufflauit, & dixit: *Accipite Spiritum ſanctum. quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt.* Ad confirmanda quinetiam corda dubitantium, qui ſe putarent, ſpiritum potiùs videre quam corpus, oſtendit eis manus & pedes recen-

tiſſimæ

A tiſſimæ paſſionis ſigna retinentes, vt indubiæ reſurrectionis eius fierent idonei teſtes. Sed illis adhuc non credentibus & mirantibus præ gaudio, vt per effectum comeſtionis veritas pateſceret carnis, interrogauit, ſi haberent aliquid ad manducandum. Cúmque obtuliſſent ei partem piſcis aſſi & fauum mellis, manducans coram illis, reliquias dedit eis, & commemorauit eis hæc eſſe verba, quæ ante paſſionem ſuam prædixerat, quomodo neceſſe eſt ſua morte mortis imperium diſſolui, & in ſua reſurrectionis agnitione pœnitentiam & remiſſionem peccatorum, cunctis gentibus prædicari, necnon & ipſos adhuc glorioſiſſima Spiritus ſancti miſſione roborari promiſit. Nec tamen ita iuſtructos, & tali promiſſione conſolatos mox abſceſſu corporali diſcedere voluit, ſed per quadraginta dies in vniuerſis argumentis eos viſitauit.

Nunc foribus clauſis, in medio eorum conſiſtere, nunc vero per totam noctem fruſtra in piſcando B laborantibus, ipſe ſtans in littore multitudine piſcium rete eorum compleuerat, & inter prandendum beato Petro poſt claues regni cœlorum, ac retentiones relaxationeſve peccatorum ouium ſuarum curam præcepit, & quia pro earundem cura ouium crucem ſubiturus eſſet intimauit. Deinde in montem quendam ſecutos in fide ſolidauit, & præcepit, *vt irent docere omnes gentes & baptizare eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti:* docentes ſeruare omnia quæcunque ipſe mandauerat illis, & ait illis: *Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.*

Et quia irritatores Dei & increduli Iudæi, & gentes idololatriæ deditæ, ſignis erant ad fidem nutriendi, dedit Apoſtolis ſuis virtutem ſuper omnia dæmonia, & vt languores curarent, cæcos illuminarent, leproſos mundarent, ipſos & mortuos reſuſcitarent, & præcepit illis, vt annunciarent regnum Dei appropinquare. Et quia cunctis gentibus & linguis nouam hanc doctrinam C prædicare debuerunt, dedit eis diuerſarum linguarum agnitionem. Quin etiam ipſis & eorundem fidei ſequacibus multo maiora promiſit & conceſſit, ita vt dum plurimarum linguarum hominibus in vnâ loquerentur, à cunctis intelligerentur, & vmbra illorum tranſeuntium infirmi ſanarentur, & ſudariis vel cingulorum fimbriis nequam ſpiritus fugarentur. Sed cum hæc in alia regione, hoc eſt, in Galilæa, vel ante paſſionem, vel poſt reſurrectionem ſuam diſcipulis edidiſſet, vt in vicinia eius loci ad alta cœli conſcenderet, vbi crucis ignominiam paulo ante ſubiit, atque ipſo quoque nomine diſpenſationem Incarnationis, Paſſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis in cœlum fidelibus aperiret, Bethaniam, quæ domus obedientiæ dicitur, vnde cœlus peteret, cum Apoſtolis iniuiſit, doctore gentium, quid ſignificent, exponente: *Ieſus Chriſtus factus eſt obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod & Deus illum exaltauit.* Cúmque illum qui conuenerant, interrogarent, ſi dies iudicij & manife- D ſtatio regni Dei iam immineret, dicebat; non eſſe illorum, vel cuiuſquam mortalium, ſed ne ipſorum quidem Angelorum, noſſe tempora & momenta, quæ Pater poſuit in ſua poteſtate, potiúſque in ciuitate Hieruſalem aduentum ſancti Spiritus eis expectare præcipiebat. Quo ſpiritu roborati, teſtes illi eſſent primum in eadem vrbe, deinde in tota Iudæa & Samaria, ad poſtremum vero, vſque ad vltimum terræ. Et his præmiſſis, eleuatis manibus ſuis benedixit illis, & cunctis nihilominus opinantibus quaſi pennis columbæ incorruptibile corpus ſuum librauit ad cœlum. Cuius rei mox duo Angeli, hoc eſt, quia cœlum penetraret adſtipulatores adſtiterunt, & quia in eadem ſpecie, qua aſſumptus eſt ab illis, ad iudicandos viuos & mortuos venturus eſſet, dixerunt. Tunc vt ſibi à dominatore cœli præceptum erat, Hieruſalem ingreſſi, ſancti Spiritus aduentum ſuſpenſi præſtolabantur. Qui decima poſthæc die venit, & ſcientiæ perfectione illos edocuit, E & linguarum varietate donauit, & aduerſus rabiem perfidorum roborauit. Congruentibus ad hæc ſignis oſtenſis, ſono videlicet flatus vehementis, & linguis igneis, cuius authoritate confortati, reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti authoritate prophetica comprobantes mille Iudæorum eodem die ad fidem conuerterunt. Et in ſequentibus aliquot millia. Quantam vero turbam Sacerdotum obedire fidei perſuaſerunt.

Interea vero dum omnia ſupradicta fierent, dimiſit Dominus omnes gentes ingredi vias ſuas, & diuerſiſſimorum errorum opinionibus impleri, ita vt quidam Solem & Lunam & Stellas miniſteria videlicet humanis vſibus attributa diuinis honoribus celebrarent. Alij vero maiore dementia capti, non ſolum aurum & argentum, ſed & ligna & lapides, quadrupedia, ſerpentia ſeu volatilia, & ipſa terræ naſcentia pro Deo authore venerare[illegible]r. Tandem ergo prius creator rerum omnium, r[illegible] & nos ipſos adinuentionum & peſſimorum [illegible] noſtrorum pigere deberet, ac F tædere, dixer[illegible]os Apoſtolos ſuos, qui docerent nos ab his v[illegible]conuerti ad Deum viuum & verum: & expectare filium eius de cœlis, & in perceptione Spiritus ſancti, quem in Chriſto regenerati percepimus, remiſſionem peccatorum conſequi nos crederemus.

Huius igitur legationis nos indigni noſtris temporibus vicem gerentes, obſecramus pro Chriſto, vt ſicut quondam in Baptiſmo, ita ſemper abrenuncietis diabolo, & omnibus pompis eius cognoſcatis vnum verum Deum Patrem ſemper in cœlo regnantem, & ſempiternam ſapientiam eius in tempore pro nobis incarnatam, & ſanctum Spiritum æternæ pignus ſalutis in hac vobis peregrinatione conceſſum, atque ita viuere curetis, ſicut Dei filios decere cognouiſtis, deuitantes gulæ concupiſcentiam & ebrietatis inſaniam, fornicationis immunditiam, auaritiæ idololatriam, iræ veſaniam, triſtitiæ nebulam tædij rancorem, inuidiæ G rubiginem, inflationis iuanitatem, ſuperbiæ ſubuerſionem, & nullus cuilibet Chriſtiano furtum aut homicidium, vel conuitium conferre, aut falſum teſtimonium de qualicunque crimine præſumat inurere, ſed ſitis inuicem benigni, & donantes vobiſmetipſis, ſicut Deus donauit vobis peccata veſtra. Et delicta præterita pœnitentiæ remediis, vel eleemoſynarum largitate redimentes, imminentia cum Dei adiutorio præcauere ſtudeatis. Scientes & diem generalis iudicij iam iámque proximare, & incertam ſingulis exitus ſui horam impendere. Et quidem magni iudicij nouiſſima dies, cunctis eſt mortalibus expaueſcenda, vt puta in qua nihil incorrectum abſque æternali pœna remanebit inultum.

Sed non minus cunctis ſapientibus quotidianum iudicium formidandum eſt, quo & quoſdam probandos diſpenſatione reliquit in mundo ad tempus, quoſdam vero hic iuſtè condemnatos, obliuiſcitur in perpetuum. Alios quoque diu iacentes in criminibus manu miſe- H ricordiæ ſuæ leuat: Alios autem de peracta iuſtitia præſumentes ſædæ quondam paſſioni concedit: hos vero quocunque verbere coërcitos vſque in finem ab omni prorſus ſcelerum labe cuſtodit. Quocirca ſub his Dei iudiciis vnicuique in hac vita metuendum eſt, vt in futuro iudicio ab omni metu peccatorum & mortis abſolui mereatur. Deus omnipotens, qui omnes homines vult ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, qui hæc per miniſterium linguæ noſtræ, auribus veſtræ Fraternitatis infudit, ipſe per gratiam ſuam eadem in cordibus veſtris fructificare faciat, cooperante Domino noſtro Ieſu Chriſto, & Spiritu paraclero benedictus Deus in ſæcula. Amen.

A

IORNANDES EPISCOPVS Rauennas de Getarum, ſiue Gothorum Origine & rebus geſtis.

Item de Regnorum & temporum ſucceſſione.

DE IORNANDE ſiue IORDANO ita IOANNES TRITHEMIVS Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

B *IOrdanus ex Monacho Epiſcopus Gothorum, vir in diuinis Scripturis ſtudioſus, & in ſecularibus literis competenter eruditus, ingenio mitis, & apertus eloquio ſcrutator temporum, & rerum geſtarum ſcriptor inſignis. Fertur quadam praclara compoſuiſſe volumina, de quibus ad meam notitiam pauciſſima peruenerunt. Reperi enim tantum hiſtoriarum lib. II. In quorum primo recenſuit geſta Romanorum, in ſecundo vero originem & geſta Gothorum, vſque ad finem regni ipſorum. Claruit autem ſub Iuſtiniano Imperatore, anno Domini D. X X X.*

IORNANDES CASTALIO S.D.

VOlentem me paruo ſubaectum nauigio, oram tranquilli littoris attingere & minutos de priſcorum (vt quidam ait) ſtagnis piſciculos legere, in altum Frater Caſtali laxare vela compellis, relictóque opuſculo quod intra manus habeo, id eſt. De breuiatione chronicorum, ſuades C *vt noſtris verbis duodecim Senatoris volumina De origine actáque Getarum, ab olim vſque nunc per generationes regéſque deſcendente, in vnum & hoc paruo libello coartem. Dura ſatis imperia, & tanquam ab eo qui pondus huius operis ſcire nolit impoſitu. Nec illud adſpicis, quod tenuis mihi eſt ſpiritus ad implendum eius tam magnificam dicendi tubum. Superat nos hoc pondus, quod nec facultas eorundem librorum nobis datur, quatenus eius ſenſui inſeruiamus. Sed vt non mentiar, ad triduanam lectionem diſpenſatoris eius beneficio libros ipſos antehac relegi. Quorum quamuis verba non recolo, ſenſus tamen & res actas credo me integrè tenere. Ad quos nonnulla ex hiſtoriis Græcis ac Latinis addidi conuenientiuinitium finémque & plura in medio mea di-* D *ctatione permiſcens. Quare ſine contumelia quod exegiſti, ſuſcipe libens, libentiſſimè lege: & ſi quid parum dictum eſt, & tu, vt vicinus genti, commemoras: adde. Ora pro me frater chariſſimè.*

IORNANDES EPISCOPVS Rauennas de Getarum ſiue Gothorum origine, & rebus geſtis.

CAPVT I.

De totius orbis terrarum diuiſione.

MAIORES noſtri, vt refert Oroſius, totius terræ circulum Oceani limbo circumſeptum triquetrum ſtatuere, eiuſque tres partes, Aſiam, Europam, & Africam vocauere. E De quo tripartito orbis terrarum ſpatio innumerabiles penè ſcriptores exiſtunt, qui non ſolum vrbium locorúmve poſitiones explanant; verum etiam, quod eſt liquidius, paſſuum miliariúmque dimetiuntur quantitatem. Inſulas quoque marinis fluctibus intermixtas, tam maiores, quam etiam minores, quas Cycladas, vel Sporadas cognominant, in immenſo maris magni pelago ſitas determinant. Oceani vero intransmeabilis vlteriores fines non ſolum deſcribere quis aggreſſus eſt, verum etiam nec cuiquam licuit transfretare: quia reſiſtente vlua, & ventorum ſpiramine quieſcente impermeabiles eſſe ſentiantur, & nulli cogniti, niſi ſoli ei qui eos conſtituit. Citerior vero eius pelagi ripa, quam diximus, totius mundi circulum in modum coronæ ambiens, fines ſuos curioſis hominibus, & qui de hac re ſcribere voluerunt per quam innotuit, quia & terræ circulus ab incolis poſſidetur. Et nonnullæ inſulæ in eodem mari habitabiles ſunt, vt in F Orientali plaga, & Indico Oceano, Hippodes, Iamneſia, ſole peruſtæ, quamuis inhabitabiles, tamen omnino ſui ſpatio in longum latúmque extenſæ. Taprobane quoque, in qua exceptis oppidis, vel poſſeſſionibus, dicunt munitiſſimas vrbes, decoram Sedaliam, omnino gratiſſimam Sileſtantinam, necnon Etheron, licet non ab aliquo ſcriptore dilucidas tamen ſuis poſſeſſoribus affatim refertas. Habet in parte occidua idem Oceanus aliquantas inſulas, & penè cunctas ob frequentiam euntium & redeuntium notas. Et ſunt iuxta fretum Gaditanum haud procul, vna Beata, alia quæ dicitur Fortunata, quamuis nonnulli & illa gemina Galliciæ & Luſitaniæ promontoria in Oceani inſulis ponant. In quorum vno templum Herculis, in alio monumentum adhuc conſpicitur Scipionis; tamen quia extremitatem Galliciæ terræ continent, ad terram magnam Europæ potiùs, quam ad Oceani pertinent inſulas. Habet tamen & alias inſulas interius in ſuo æſtu, quæ dicuntur Baleares, habétque & aliam Meuaniam: necnon & Orcadas numero XXXIV. quamuis non omnes excultas. Habet & in vltimo plagæ occidentalis aliam inſulam nomine Thylen, de qua Mantuanus: G

——tibi ſeruiat vltima Thyle.

Habet quoque hoc ipſum immenſum pelagus in parte Arctoa, id eſt, Septentrionali amplam inſulam nomine Scanziam, vnde nobis ſermo, ſi Dominus iuuerit, eſt aſſumendus, quia gens, cuius originem flagitas, ab huius inſulæ gremio velut examen apum erumpens, in terram Europæ aduenit. Quomodo vero, aut qualiter, in ſubſequentibus (ſi Dominus donauerit) explanabimus.

CAPVT II.

De Britannia inſula.

NVnc autem de Britannia inſula, quæ in ſinu Oceani inter Hiſpanias, Gallias, & Germaniam ſita eſt, vt potuero, paucis abſoluam. Cuius licet magnitudinem olim nemo (vt refert Liuius) circumuectus eſt, multis H tamen data eſt varia opinio de ea loquendi. Quamdiu ſiquidem armis inacceſſam Romanis, Iulius Cæſar præliis, ad gloriam tantum quæſitis, aperuit primiam: deinceps mercimoniis, aliáſque ob cauſas, multis patefacta mortalibus, non indiligenti, quæ ſecuta eſt, ætati, certius ſui prodit ſitum, quam, vt à Græcis Latiniſque authoribus accepimus, perſequimur. Triquetram eam plures dixere, cono ſimilem, inter Septentrionalem Occidentalémque plagam proiectam; vno, qui magnus eſt, angulo in Rheni oſtia ſpectantem: dehinc correpta latitudine obliqua retro abſtractam in duos exire alios: geminóque latere longiore Galliæ prætendi, atque Germaniæ. In duobus millibus trecentis decem ſtadiis latitudo eius vbi patentior: longitudo non vltra ſeptem millia centum triginta duo ſtadia fertur extendi: modo vero dumoſa, modo ſyluestri iacere planitie, montibus etiam nonnullis increſcere: mari tardo circumflua, quod nec remis facilè impellentibus cedat, nec ven-

torum

A torum flatibus intumeſcat, quia temotæ longius terræ
cauſas mutibus negant. Quippe illuc latius, quam vſ-
quam, æquur extenditur. Refert autem Strabo, Græ-
corum nobilis ſcriptor, tantas illam exhalare nebulas,
madefacta humo Oceani crebris excurſibus; vt ſubre-
ctus ſol per illam penè totam fœdiorem, qui ſerenus
eſt, diem negetur aſpectui, noctem quoque clariorem.
In extrema eius parte Memma, quam Cornelius etiam
annalium ſcriptor narrat, metallis plurimis copioſam,
herbis frequentem, & his feraciorem omnibus, quia
pecora magis, quam homines alat. Labi vero per eam
& multa quam maxima relabique flumina, gemmas
margaritaſque voluentia, ſylorum colorati vultus, tor-
to pleriquecrine & nigro naſcuntur. Calidoniam vero
incolentibus, rutilæ comæ: corpora magna, ſed flui-
da: qui gallis ſiue Hiſpanis à quibuſque attenduntur
aſſimiles. Vnde coniectauere nonnulli, quod ea ex his
accolas continuo vocatos acceperit, inculti æquè om-
nes populi, regeſque populorum: cunctis tamen in
B Calidoniorum metallum conceſſiſſe nominandi, autor
eſt Dio celeberrimus ſcriptor annalium. Virgeas habi-
taſſe caſas, communia recta cum pecore, ſiluæque illis
ſæpe ſunt domus. Ob decorem neſcio, an aliam ob
rem, ferro pingunt corpora. Bellum inter ſe aut impe-
rij cupidine, aut amplificandi quæ poſſident, ſæpius ge-
runt; non tantum equitatu vel pedite, verum etiam
bigis, curribuſque falcatis: quos more vulgari Eſſe-
das vocant. Hæc pauca Britanniæ inſulæ forma dixiſſe
ſufficiat.

CAPVT III.

De Scanzia inſulæ ſitu, & nationibus.

AD Scanziæ inſolæ ſitum, quā ſuperius reliquimus,
redeamus. De hac enim in ſecundo ſui operis libro
Claudius Ptolemæus orbis terræ deſcriptor egregius
meminit, dicens: Eſt in oceani arctoo ſalo poſita in-
ſula magna, nomine Scanzia, in modum folij cedri, la-
C teribus pandis poſt longum ductum concludens ſe; eius
ripas influit oceanus. Hæc à fronte poſita eſt Viſtulæ
fluuij, qui Sarmaticis montibus ortus, in conſpectu
Scanziæ ſeptentrionali Oceano triſculus illabitur, Ger-
maniam Scythiamque diſterminans. Hæc ergo habet ab
oriente vaſtiſſimum lacum, in orbis terræ gremio: vn-
de Vagi fluuius velut quodam ventre generatus in
oceanum vndoſus euoluitur. Ab Occidente namque
immenſo pelago circumdatur: à Septentrione quo-
que innauigabili eodem vaſtiſſimo concluditur Ocea-
no, ex quo quaſi quodam brachio exeunte, ſinu diſten-
to, Germanicum mare efficitur. Hic gentes, quæ carni-
bus tantum viunt. Ibi etiam paruæ, ſed plures perhi-
bentur inſulæ eſſe diſpoſitæ, ad quas ſi congelato mari
ob nimium frigus lupi tranſierint luminibus feruntur
orbari. Ita non ſolum inhoſpitalis hominibus, verum
etiam beluis terra crudelis eſt. In Scanzia vero inſula,
vnde nobis ſermo eſt, licet multæ & diuerſæ maneant
nationes, ſeptem tamen earum nomina meminit Pto-
D lemæus. Apum ibi turba mellifica ob nimium frigus
nunquam reperitur. In cuius parte arctoa gens Ado-
gir conſiſtit, quæ fertur in æſtate media quadraginta
diebus & noctibus luces habere continuas: itemque
brumali tempore, eodem dierum noctiumque numero
lucem claram neſcire. Ita alternato mœrore cum gau-
dio, beneficio aliis damnoque impar eſt, & hoc quare?
Quia prolixioribus diebus ſolem ad Orientem per
axis marginem vident redeuntem; breuioribus vero
non ſic conſpicitur apud illos, ſed aliter; quia Auſtri-
na ſigna percurrit, & qui nobis videtur ſol ab imo ſur-
gere, illis per terræ marginem dicitur circuire. Aliæ
vero ibi gentes tres Creſennæ, qui frumentorum non
quæritant victum, ſed carnibus ferarum atque auium
viuunt; vbi tanta paludibus fœtura ponitur, vt & au-
gmentum præſtent generi, & ſatietatem ac copiam
genti. Alia vero gens ibi moratur Suethans, quæ ve-
lut Thuringi equis vtuntur eximiis. Hi quoque ſunt,
qui in vſus Romanorum Saphirinas pelles, commer- E
cio interueniente, per alias innumeras gentes tranſ-
mittunt, famoſi pellium decora nigredine. Hi quum
inopes viuunt, ditiſſime veſtiuntur. Sequuntur deinde
diuerſarum turba nationum, Theuſtes, Vagoth, Ber-
gio, Hallin, Liothida, quorum omnium ſedes ſub
humo plana ac fertili, & propterea inibi aliarum gen-
tium incurſionibus infeſtantur. Poſt hos Athelnil, Fin-
naithæ, Fervir, Gautigoth, acre hominum genus, & ad
bella promptiſſimum. Dehinc mixti Evagreæ Othin-
gis. Hi omnes exciſis rupibus, quaſi caſtellis inhabitant,
ritu beluino. Sunt ex his exteriores Oſtrogothæ, Rau-
mariceæ Raugnaricij, Finni mitiſſimi, Scanziæ cultori-
bus omnibus mitiores: nec non & pares eorum Vino-
uiloth, Suethidi, Cogeni in hac gente reliquis corpo-
re eminentiores, quamvis & Dani ex ipſorum ſtirpe
progreſſi, Erulos propriis ſedibus expulerunt: qui in-
ter omnes Scanziæ nationes nomen ſibi ob nimiam
proceritatem affectant præcipuum. Sunt quanquam &
illorum poſitura Grannij, Aganziæ, Vnixæ, Ethelrugi,
Arochiranni, quibus non ante omnes, ſed ante multos F
annos Rudulf rex fuit, qui contempto proprio regno,
ad Theodorici Gothorum regis gremium conuolauit,
& vt deſiderabat, inuenit. Hæ itaque gentes Romanis
corpore & animo grandiores, infeſtæ ſæuitia pugnæ.

CAPVT VI.

Gothi vnde primum egreſſi, quo pacto paulatim ſedes ſuas promouerint in Scythiam Pontico mari vicinam.

EX hac igitur Scanzia inſula quaſi officina gentium,
aut certe velut vagina nationum, cum rege ſuo no-
mine Berig, Gothi quondam memorantur egreſſi: qui
vt primum è nauibus exeuntes, terras attigere, ilico loco
nomen dederunt. Nam hodie illic, vt fertur, Gothiſ-
canzia vocatur. Vnde mox promouentes ad ſedes Vl-
merugorum, qui tunc Oceani ripas inſidebant, caſtra-
metati ſunt, eoſque commiſſo prælio propriis ſedibus
pepulerunt, eorumque vicinos Vvandalos iam tunc G
ſubiugantes, ſuis applicuere victoriis. Ibi vero magna
populi numeroſitate creſcente, etiam penè quinto re-
ge regnante, poſt Berig, Filimer, Filogud, Arigis con-
ſilio ſedit, vt exinde cum familiis Gothorum promo-
ueret exercitus, qui aptiſſimas ſedes, locaque dum
quæreret congrua, peruenit ad Scythiæ terras, quæ
lingua eorum Ouim vocabantur: vbi delectato magna
vbertate regionum exercitu, & medietate tranſpoſita,
pons dicitur, vnde amnem tranſiecerat, miſerabiliter
corruiſſe, nec vlterius iam cuiquam licuit ire aut redi-
re. Nam is locus, vt fertur, tremulis paludibus voragi-
ne circumiecta concluditur: quem vtraque confuſione
natura reddidit impernium. Verumtamen hodieque il-
lic & voces armentorum audiri, & indicia hominum
deprehendi, commeantium adteſtatione, quamvis à
longe audientium, credere licet. Hæc igitur pars Go-
thorum? quæ apud Filimer, dicitur in terra Ouim
emenſo amne tranſpoſita, optatum potita ſolum. Nec
Mora, ilico ad gentem Spalorum adueniunt, conſerto- H
que prælio, victoriam adipiſcuntur; exindeque iam ve-
lut victores ad extremam Scythiæ partem, quæ Ponti-
co mari vicina eſt, properant: quemadmodum & in
priſcis eorum carminibus penè hiſtorico ritu in com-
mune recolitur; quod & Ablabius deſcriptor Gotho-
rum gentis egregius veriſſima adteſtatur hiſtoria. In
quam ſententiam & nonnulli conſenſere maiorum. Io-
ſephus quoque Annalium relator veriſſimus, dum vbi-
que veritatis conſeruit regulam, & origines cauſarum
à principio reuoluit; hæc vero, quæ diximus, de gente
Gothorum principia cur omiſerit, ignoramus. Sed ta-
men ab hoc loco eorum ſtirpem commemorans, Scy-
thas & natione & vocabulo aſſerit appellatos: cuius ſoli
terminos, antequam aliud ad medium deducamus, ne-
ceſſe eſt, vt iaceant, dicere.

A

CAPVT V.

Scythiæ ſitus & deſcriptio, & variæ Gothorum in ea ſedes.

SCythia ſiquidem Germaniæ terræ confinis, eotenua vbi Hiſter oritur amnis, vel ſtagnum dilatatur Myſianum, tendens vſque ad flumina Tyram, Danaſtrum, & Vagoſolam, magnumque illum Danubium, Taurumque montem, non illum Aſiæ, ſed proprium, id eſt Scythicum, per omnem Mæotidis ambitum, vltraque Mæotida per anguſtias Boſpori vſque ad Caucaſum montem, amnemque Araxem, ac deinde in ſiniſtram partem reflexa, poſt mare Caſpium, quæ in extremis Aſiæ finibus ab Oceano Euroboreo in modum fungi primum tenuis, poſt hæc latiſſima & rotunda forma exoritur, vergens ad Hunnos, Albanos, & Seres vſque digreditur. Hæc inquam patria, id eſt Scythia, B longe ſe tendens, lateque aperiens, habet ab oriente Seres, in ipſo ſui principio ad littus Caſpij maris commanentes; ab occidente Germanos, & flumen Viſtulæ; ab Arctoo, id eſt Septentrionali, circundatur Oceano, à meridie Perſide, Albania, Hiberia, Ponto, atque extremo alueo Hiſtri, qui dicitur Danubius ab oſtio ſuo vſque ad fontem. In eo vero loci latere, quo Ponticum littus attingit, oppidis haud obſcuris inuoluitur, Boriſthenide, Olbia, Callipode, Cherſone, Theodoſia, Pareone, Mirmycione, & Trapezunte, quas indomitæ Scytharum nationes Græcos permiſere condere, ſibimet commercia præſtaturos. In cuius Scythiæ medio eſt locus, qui Aſiam Europamque ab alterutro diuidit, Riphæi ſcilicet montes, qui Tanain vaſtiſſimum fundunt intrantem Mæotida: cuius paludis circuitus paſſuum millia CXLIV. nuſquam octo vlnis altius ſubſidentis. In qua Scythia prima ab occidente gens ſedit Gepidarum, quæ magnis opinatiſque ambitur fluminibus. Nam Tiſianus per Aquilonem eius Corumque diſcurrit. Ab Africo vero magnus ipſe Da- C nubius, ab Euro fluuius Tauſis ſecat, qui rapidus ac verticoſus in Hiſtri fluenta furens deuoluitur. Introrſus illi Dacia eſt, ad coronæ ſpeciem arduis alpibus emunita, iuxta quorum ſiniſtrum latus, quod in Aquilonem vergit, & ab ortu Viſtulæ fluminis per immenſa ſpacia venit, Vvinidarum natio populoſa conſedit. Quorum nomina licet nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen Sclauini & Antes nominantur. Sclauini à Ciuitate noua, & Sclauino Rumunnenſe, & lacu qui appellatur Muſianus, vſque ad Danaſtrum, & in Boream Viſcla tenus commorantur. Hi paludes ſyluaſque pro ciuitatibus habent. Antes vero qui ſunt eorum fortiſſimi, qui ad Ponticum mare curuantur, à Danaſtro extenduntur vſque ad Danubium, quæ flumina multis manſionibus ab inuicem abſunt. Ad littus autem Oceani, vbi tribus faucibus fluenta Viſtulæ fluminis ebibuntur, Vidioarij reſident, ex diuerſis nationibus aggregati, poſt quos ripam Oceani Itemeſti tenent, pacatum hominum genus omnino. D Quibus in auſtro adſedit gens Agazairorum fortiſſima, frugum ignara, quæ pecoribus & venationibus victitat. Vltra quos diſtenduntur ſupra mare Ponticum Bulgarorum ſedes, quos notiſſimos peccatorum noſtrorum mala fecere. Hinc iam Hunni quaſi fortiſſimarum gentium fœcundiſſimus ceſpes, in bifariam populorum rabiem pullularunt. Nam alij Aulziagri alij Auiri nuncupantur, qui tamen ſedes habent diuerſas. Iuxta Cherſonem Aulziagri, quo Aſiæ bona auidus mercator importat, qui æſtate campos peruagantur effuſos, ſedes habentes, prout armentorum inuitauerint pabula, hyeme ſupra mare Ponticum ſe referentes. Hunugari autem hinc ſunt noti, quia ab ipſis pellium murinarum venit commercium: quos tantorum virorum formidauit audacia. Quorum manſionem primam eſſe in Scythiæ ſolo iuxta paludem Mæotidem, ſecundo in Mæſia, Thraciaque, & Dacia, tertio ſupra mare Ponti- E cum, rurſus in Scythia legimus habitaſſe: nec eorum fabulas alicubi reperimus ſcriptas, qui eos dicunt in Britania, vel in vna qualibet inſularum in ſeruitutem redactos, & vnius caballi precio quondam redemptos. Aut certè ſi quis eos aliter dixerit in noſtro orbe, quam quod eos diximus, fuiſſe exortos, nobis aliquid obſtrepit, nos enim potius lectioni credimus, quam fabulis anilibus conſentimus. Vt ergo ad noſtrum propoſitum redeamus, in prima parte Scythiæ, iuxta Mæotidem, commanentes præfati, vnde loquimur, Filimer regem habuiſſe noſcuntur. In ſecundo, id eſt, Daciæ, Thraciæque & Mœſiæ ſolo Zamolxen, quem miræ philoſophicæ eruditionis fuiſſe teſtantur plerique ſcriptores Annalium. Nam & Zeutam prius habuerunt eruditum, poſt etiam Diceneum, tertium Zamolxen, de quo ſuperius diximus. Nec defuerunt, qui eos ſapientiam erudirent. Vnde & penè omnibus barbaris Gothi ſapientiores ſemper extiterunt, Græciſque penè conſimiles, vt refert Dio: qui hiſtorias eorum annaleſque F Græco ſtilo compoſuit. Qui dixit primum Zarabos Tereos, deinde vocitatos Pileatos hos, qui inter eos generoſi extabant: ex quibus eis & reges, & ſacerdotes ordinabantur. Adeo ergo fuere laudati Getæ, vt dudum Martem, quem poëtarum fallacia Deum belli pronunciat, apud eos fuiſſe dicant exortum. Vnde & Virgilius,

Gradiuumque patrem Geticis qui præſidet aruis.

Quem Martem Gothi ſemper aſperrima placauere cultura. Nam victimæ eius mortes fuere captorum, opinantes bellorum præſulem aptius humani ſanguinis effuſione placandum. Huic prædæ primordia vouebantur, huic truncis ſuſpendebantur exuuiæ; eratque illis religionis præter cæteros inſinuatus affectus, quum parenti deuotio numinis videretur impendi. Tertia vero ſedes ſupra mare Ponticum. Iam humaniores, & vt ſuperius diximus, prudentiores effecti, diuiſi per familias populi, Veſegothæ familiæ Balthorum, Oſtrogothæ præclaris Amalis ſeruiebant. Quorum ſtudium fuit primum, inter alias gentes vicinas arcus inten- G dere neruis, Lucano plus hiſtorico quam poëta teſtante:

Armenioſque arcus Geticis intendere neruis.

Ante quos etiam cantu maiorum facta modulationibus cithariſque canebant, Etheſpamaræ, Hanalæ, Fridigerni, Vvidiculæ, & aliorum, quorum in hac gente magna opinio eſt, quales vix heroas fuiſſe miranda iactat antiquitas. Tunc, vt fertur, Veſoſis Scythis lachrymabile ſibi potius intulit bellum, eis videlicet, quos Amazonum viros priſca tradit autoritas. De queis feminas bellatrices & Oroſius in primo volumine profeſſa voce teſtatur. Vnde cum Gothis eum dimicaſſe euidenter probamus, quem cum Amazonum viris abſolutè pugnaſſe cognoſcimus, qui tunc à Boriſthene amne quem accolæ Danubium vocant vſque ad Tanain fluuium circa ſinum paludis Mæotidis conſidebant. Tanain vero hunc dico, qui ex Ripheis montibus deiectus adeo præceps ruit, vt quum vicina flumina, ſiue Mæotis, vel Boſporus gelu ſolidentur, ſolus amnium confragoſis montibus vaporatus, nunquam Scythico H dureſcit algore. Hic inter Aſiam Europamque terminus famoſus habetur. Nam alter eſt ille, qui montibus Chrinnorum oriens, in Caſpium mare dilabitur. Danubius autem ortus grandi palude, quaſi ex mari profunditur. Hic vſque ad medium ſui dulcis eſt & potabilis, piſceſque nimij ſaporis gignit, oſſibus carentes, cartilaginem tantum habentes in corporis continentiam. Sed vbi fit Ponto vicinior, paruum fontem ſuſcipit, cui ex Ampheo cognomen eſt, adeo amarum, vt cum ſit XL. dierum itinere nauigabilis, huius aquis exiguis immutetur, infectuſque, ac diſſimilis ſui, inter Græca oppida Callipidas & Hipanis in mare defluat. At cuius oſtia inſula eſt in fronte, Achillis nomine. Inter hos terra vaſtiſſima, ſiluis conſita, paludibus dubia.

CAPVT

A

CAPVT VI.

Gothi Veſoſim Ægyptiorum regem profligant, & Aſiam in reditu ex Ægypto ſubiugant Item De Parthorum origine.

HIc ergo Gothis morantibus, Veſoſis Ægyptiorum rex in bellum irruit: quibus tunc Taunaſis rex erat. Quo prælio ad Phaſim fluuium, à quo Phaſides aues exortæ, in toto mundo epulis potentum exuberant, Taunaſis Gothorum rex Veſoſi Ægyptiorum occurrit, eumque grauiter debellans, in Ægyptum vſque perſecutus eſt: & niſi Nili amnis intranſmeabilis obſtitiſſent fluenta, vel munitiones, quas dudum ſibi ob incurſiones Æthiopum Veſoſis fieri præcepiſſet, ibi in eius eum patria extinxiſſet. Sed dum eum ſemper ibi poſitum non valuiſſet lædere, reuertens penè omnem Aſiam ſubiugauit, & ſibi tunc charo
B
amico Sorno rege Medorum ad perſoluendum tributum ſubditum fecit. Ex cuius exercitu victores tunc nonnulli prouincias ſubditas contuentes, & in omni fertilitate pollentes, deſerto ſuorum agmine ſponte in Aſiæ partibus reſederunt. Ex quorum nomine vel genere Trogus Pompeius Parthorum dicit extitiſſe proſapiam. Vnde etiam hodiéque lingua Scythica fugaces, quod eſt Parthi, dicuntur: ſuoque generi reſpondentes, inter omnes penè, Aſiæ nationes ſoli ſagittarij ſunt, & acerrimi bellatores. De nomine vero, quod diximus eos Parthos, id eſt fugaces, ita aliquanti etymologiam traxerunt, vt dicerentur Parthi, quia ſuos refugere parentes. Hunc ergo Taunaſim regem Gothorum mortuum inter numina ſui populi coluerunt.

CAPVT VII.

C

Amazones abſentibus in prælio maritis, hoſtium variis incurſibus reſiſtunt, & diuerſas Aſiæ gentes bello ſuperant.

POſt cuius deceſſum exercitu eius cum ſucceſſore ipſius in aliis partibus expeditionem gerente, feminæ Gothorum à quadam vicina gente tentatæ, in prædamque ductæ à viris, fortiter reſtiterunt, hoſtéſque ſuper ſe venientes cum magna verecundia abegerunt. Qua parata victoria, fretæque maiori audacia, inuicem ſe cohortantes, arma arripiunt, eligentéſque duas audaciores Lampeto & Marpeſiam principatui ſubrogarunt. Quæ dum curam gerunt, vt propria defenderent, & alia vaſtarent, ſortito Lampeto reſtitit, fines patrios tuendo: Marpeſia vero feminarum agmine ſumpto, nouum genus exercitus duxit in Aſiam, diuerſaſque gentes bello ſuperans, alias vero pace concilians, ad Caucaſum venit: ibique certum tempus demorans, loco nomen dedit, Saxum Marpeſiæ. Vnde Virgilius:

Ac ſi dura ſilex aut ſtet Marpeſia cautes.

D
In eo loco vbi poſt hæc Alexander Magnus portas conſtituens, Pylas Caſpias nominauit: quod nunc Lazorum gens cuſtodit pro munitione Romana. Hic ergo certum temporis Amazones commanentes confortatæ ſunt. Vnde egreſſæ, & Alym fluuium, qui iuxta Garganum ciuitatem præterfluit, tranſeuntes: Armeniam, Syriam, Ciliciamque, Galatiam, Piſidiam, omniaque Aſiæ oppida, æqua felicitate domuerunt: Ioniam, Æoliamque conuerſæ, deditas ſibi prouincias effecerunt. Vbi diutius dominantes, etiam ciuitates caſtraque ſuo nomini dicauerunt. Epheſi quoque templum Dianæ ob ſagittandi venandique ſtudium, quibus ſe artibus tradidiſſent, effuſis opibus, miræ pulchritudinis condiderunt. Tali ergo Schyticæ gentis feminæ caſu Aſiæ regno potitæ, per centum penè annos tenuerunt, & ſic demum ad proprias ſocias in cautes Marpeſias, quas ſuperius diximus, repedarunt, in montem ſcilicet Caucaſum. Cuius montis quia facta iterum mentio eſt, non
E
abs re arbitror eius tractum, ſitumque deſcribere, quando maximam partem orbis noſcitur circuire iugo continuo. Caucaſus ab Indico mari ſurgens, qua meridiem reſpicit, ſole vaporatus ardeſcit. Qua ſeptentrioni patet, rigentibus ventis eſt obnoxius & pruinis. Mox in Syriam curuato angulo reflexus, licet amnium plurimos emittat, in Aſianam tamen regionem Eufratem Tigrimque nauigeros ad opinionem maximam perennium fontium copioſis fundit vberibus. Qui amplexantes terras Aſſyriorum, Meſopotamiam & appellari faciunt, & videri, in ſinum maris rubri fluenta deponentes. Tunc in Boream reuertens, Scythicas terras, iugum antefatum magnis flexibus peruagatur: atque ibidem opinatiſſima flumina in Caſpium mare profundens, Araxem, Cyſſum, & Cambyſen continuato iugo ad Ripheos vſque montes extenditur. Indeque Scythicis gentibus dorſo ſuo terminum præbens, ad Pontum vſque deſcendit: conſertiſque collibus, Hiſtri quoque fluenta contingit, quo amnis ſciſſus dehiſcens, in Scythia quoque Taurus vocatur. Talis ergo, tantúſque, &
F
penè omnium montium maximus, excelſas ſuas erigens ſummitates, naturali conſtructione præſtat gentibus inexpugnanda munimina. Nam locatim reciſus, qua diſrupto iugo vallis hiatu pateſcit, nunc Caſpias portas, nunc Armenias, nunc Ciliceas, vel ſecundum locum qualis fuerit, facit, vix tamen plauſtro meabilis, lateribus in altitudinem vtrimque directis, qui pro gentium varietate diuerſo vocabulo nuncupatur. Hunc enim Iamnium, mox Propaniſmum Indus appellat: Parthus primum caſtra poſt Niſacen edicit. Syrus & Armenius Taurum, Scythæ Caucaſum ac Ripheum, iterúmque in fine Taurum cognominant: aliaque complura gentes huic iugo dedere vocabula. Et quia de eius continuatione pauca libauimus, ad Amazones, vnde diuertimus, redeamus.

CAPVT VIII.

De Amazonum cum vicinis gentibus concubitu, earumque partubus.

G

VEritæ hæ, ne earum proles rareſceret, à vicinis gentibus concubitum petierunt, facta nundina ſemel in anno, ita vt futuris temporibus eis deinde reuertentibus in idipſum, quicquid partus maſculini ediidiſſet, patri redderet, quicquid vero fœminei ſexus naſceretur, mater ad arma bellica erudiret. Siue, vt quibuſdam placet, editis maribus, nouercali odio infantis miſerandi fata rumpebant: ita apud illas deteſtabile puerperium erat, quod vbique conſtat eſſe votiuum. Quæ crudelitas illis terrorem magnum cumulabat, opinione vulgata. Nam quæ, rogo, ſpes eſſet capto, vbi ignoſci vel filio nefas habebatur? Contra has, vt fertur, pugnabat Hercules, & Melanes pene plus dolo quam virtute ſubegit. Theſeus vero Hippolyten in prædam tulit, de qua genuit & Hippolytum. Hæ quoque Amazones poſt hæc habuere reginam nomine Pentheſileam, cuius Trojano bello extant clariſſima documen-
H
ta. Nam hæ feminæ vſque ad Alexandrum Magnum referuntur tenuiſſe regnum.

CAPVT IX.

De viris Amazonum, & eorum rege Telepho, deque eius ortu & rebus geſtis.

SEd ne dicas, de viris Gothorum ſermo adſumptus, cur in feminis tamdiu perſeueret: audi & virorum inſignem, & laudabilem fortitudinem. Dio hiſtoricus, & antiquitatum diligentiſſimus inquiſitor, (qui) operi ſuo Getica titulum dedit: quos Getas iam ſuperiori loco Gothos eſſe probauimus, Oroſio Paulo dicente: Hic Dio regem illis poſt tempora multa commemorat, nomine Telephum. Ne vero quis dicat hoc nomen à lingua Gothica omnino peregrinum eſſe; nemo eſt qui

neſciat

A neſciat animaduerti vſu pleraque nomina gentes amplecti, vt Romani Macedonum, Græci Romanorum, Sarmatæ Germanorum, Gothi plerumque mutuantur Hunnorum. Is ergo Telephus Herculis filius, natus ex Auge ſorore Priami, coniugio copulatus, procerus quidem corpore, ſed plus vigore terribilis, paternam fortitudinem propriis virtutibus æquans, Herculis genio formæ quoque ſimilitudinem referebat. Huius itaque regnum Mœſiam appellauere maiores. Quæ prouincia ab oriente oſtia fluminis Danubij, à meridie Macedoniam, ab occaſu Hiſtriam, à ſeptentrione Danubium habet. Is ergo antefatus habuit bellum cum Danais, in qua pugna Theſſandrum ducem Græciæ interemit: & dum Aiacem infeſtus inuadit, Vlyſſémque perſequitur, equo cadente, ipſe corruit, Achilliſque iaculo fœmore ſauciatus, diu mederi nequiuit. Græcos tamen quamvis iam ſaucius, è ſuis finibus proturbauit Telepho vero defuncto, Eurypilus filius ſucceſſit in regno, ex Priami Phrygum regis germana progenitus. Qui ob B Caſſandræ amorem bello intereſſe Troiano, ac parentibus ſoceroque ferre auxilium cupiens, mox vt venit extinctus eſt.

CAPVT X.

De variis Gothorum aduerſus reges Perſarum, & Macedonum bellis & victoriis.

CYrus rex Perſarum poſt grande interuallum, & penè poſt ſexcentorum triginta annorum tempora, Pompeio Trogo teſtante, Getarum reginæ Thamiri ſibi exitiale intulit bellum. Qui elatus ex Aſiæ victoria, Getas nititur ſubiugare, in quibus (vt diximus) regnauerat Thamiris. Quæ cum ab Araxe amne Cyri arcere potuiſſet acceſſus, tranſire tamen permiſit, eligens armis eum vincere, quam locorum beneficio ſubmouere, quod & factum eſt, & veniente Cyro, prima ceſſit fortuna Parthis tanta; vt & filium Thamiris, & plurimum exercitum trucidarent: ſed iterato Marte, C Getæ cum ſua regina Parthos deuictos ſuperant atque proſternunt, opimamque prædam de eis auferunt: ibique primum Gothorum gens ſerica vident tentoria. Tunc Thamiris regina acta victoria, tantaque præda de inimicis potita, in partem Mœſiæ (quæ nunc ex magna Scythia nomen mutuata, minor Scythia eſt appellata) tranſiens, ibi in ponte Mœſiæ colitur, & Thamiris ciuitatem ſuo de nomine ædificauit. Dehinc Darius rex Perſarum Hyſtaſpis filius, Antiregiri regis Gothorum filiam in matrimonium expoſtulauit, rogans pariter atque deterrens, niſi ſuam peragerent voluntatem. Cuius affinitatem Gothi ſpernentes, legationem eius fruſtrarunt. Qui repulſus, furore flammatus eſt, & octoginta millia armatorum contra ipſos produxit exercitum, verecundiam ſuam malo publico vindicare contendens; nauibuſque penè à Chalcedonia vſque ad Byzantium ad inſtar pontium tabulatis æquè conſertis, petit Thraciam & Mœſiam; pontéque rurſus in Danubio pari modo conſtructo, duobus D menſibus crebris fatigatus intaphis octo millia perdidit armatorum, timénſque ne pons Danubij ab eius aduerſariis occuparetur, celeri fuga in Thraciam repedauit: nec Mœſiæ ſolum credens ſibi tutum fore aliquantum remorandi. Poſt cuius deceſſum iterum Xerxes filius eius paternas iniurias vlciſci ſe æſtimans, cum ſuis ducentis & auxiliatorum trecentis millibus armatorum, roſtratas naues habens mille ſeptingentas, & onerarias tria millia, ſuper Gothos profectus ad bellum, nec tentata re in conflictu præualuit, animoſitate conſtantiæ ſuperatus. Sic namque vt venerat, abſque aliquo certamine ſuo cum rubore receſſit. Philippus quoque pater Alexandri magni cum Gothis amicitias copulans, Medopam Gothilæ filiam regis accepit vxorem, vt tali affinitate roboratus, Macedonum regna firmaret. Qua tempeſtate, Dione hiſtorico dicente, Philippus inopiam pecuniæ paſſus, Vidiſitanam Mœſiæ ciuitatem inſtructis copiis vaſtare deliberat, quæ tunc propter viciniam Thamiris, Gothis erat ſubiecta. E Vnde & ſacerdotes Gothorum aliqui, illi qui Pij vocabantur, ſubito patefactis portis, cum citharis & veſtibus candidis obuiam ſunt egreſſi, paternis diis, vt ſibi propitij Macedones repellerent, voce ſupplici modulantes. Quos Macedones ſic fiducialiter ſibi occurrere contuentes ſtupeſcunt; & ſi dici fas eſt, ab inermibus terrentur armati. Nec mora, acie ſoluta quam ad bellum conſtruxerunt, non tantum ab vrbis excidio remouere; verum etiam & quos foris fuerunt iure belli adepti reddiderunt, fœdereque inito ad ſua reuerſi ſunt. Quem dolum poſt longum tempus reminiſcens egregius Gothorum ductor Sitalcus, CL. virorum millibus congregatis, Athenienſibus intulit bellum, aduerſus Perdicam Macedoniæ regem, quem Alexander apud Babyloniam miniſtri inſidiis potans interitum, Athenienſium principatui hæreditario iure reliquerat ſucceſſorem. Magno prælio cum hoc inito, Gothi ſuperiores inuenti ſunt: & ſic pro iniuria, quam illi in Mœſia dudum feciſſent, iſti in Græciam diſcurrentes, cunctam Macedoniam vaſtauere. F

CAPVT XI.

De Dicenei Boroiſta ad Gothos aduentu, qui eos omnem philoſophiam docuit. De quo eius ſumma apud Gothos authoritate. Item De Commoſico Dicenei ſucceſſore.

DEhinc regnante in Gothis Sitalco, Boroiſta Diceneus venit in Gothiam, quo tempore Romanorum Sylla potitus eſt principatu, quem Diceneus ſuſcipiens Boroiſta, dedit ei penè regiam poteſtatem: cuius conſilio Gothi Germanorum terras (quas nunc Franci obtinent) depopulati ſunt. Cæſar vero, qui ſibi primus omnium Romanum vindicauit imperium, & penè omnem mundum ſuæ ditioni ſubegit, omniáque regna perdomuit, adeo vt extra noſtrum orbem Oceani ſinu repoſitas inſulas occuparet, & qui nec nomen Romanorum auditu quidem nouerant, eos Romanis G tributarios faceret, Gothos tamen crebro tentans nequiuit ſubigere. Gaius Tiberius iam tertius regnat Romanis, Gothi tamen ſuo regno incolumes perſeuerant; quibus hoc erat ſalubre, aut commodum, aut votiuum, vt quicquid Diceneus eorum conſiliarius præcepiſſet, hoc modis omnibus expetendum, hoc vtile iudicantes, effectui manciparent. Qui cernens eorum animos ſibi in omnibus obedire, & naturale eos habere ingenium, omnem penè philoſophiam eos inſtruxit, erat enim huius rei magiſter. Nam Ethicam eos erudiuit, vt barbaricos mores ab eis compeſceret: Phyſicam tradens, naturaliter propriis legibus viuere fecit, quas vſque nunc conſcriptas Bellagines nuncupant: Logicam inſtruens, eos rationis ſupra cæteras gentes fecit expertos: Practicen oſtendens, in bonis actibus conuerſari ſuaſit: Theoricen demonſtrans, ſignorum duodecim, & per ea planetarum curſus, omnemque aſtronomiam contemplari docuit, & quomodo lunaris orbis augmentum ſuſtinet, aut patitur detrimentum, edixit: ſoliſque globus igneus quantum terrenum orbem in menſura excedat, oſtendit: aut quibus nominibus, vel H quibus ſignis in cœli polo vergentes, aut reuergentes CCCXLIV. ſtellæ ab ortu in occaſum præcipites ruant, expoſuit. Qualis erat, rogo, voluptas, vt viri fortiſſimi quando ab armis quatriduum vſque vacaſſent, doctrinis philoſophicis imbuebantur? videres vnum cœli poſitionem, alium herbarum frugúmque explorare naturas; iſtum lunæ commoda incommodáque, illum ſolis laborem attendere, & quomodo rotatu cœli raptus retro reduci ad partem occiduam, qui ad orientalem plagam ire feſtinarit, ratione accepta quieſcere. Hæc & alia multa Diceneus Gothis ſua peritia tradens, mirabilis apud eos inuenitur; vt non ſolum mediocribus, imo & regibus imperaret. Elegit namque ex eis tunc nobiliſſimos prudentiores viros, quos Theologiam inſtruens, numina quædam & ſacella venerari ſuaſit, fecit

que

A que ſacerdotes, nomen illis Pileatorum contradens, vt teor, quia opertis capitibus tiaris, quos pileos alio nomine nnocupamus, litabant: teliquam vero geotem Capillatos dicere iuſſit, quod nomen Gothi pro magno ſuſcipientes, adhuc hodie ſuis cantionibus reminiſcuntur. Decedente vero Dicneo, penè pari veneratione habuere Cumoſicum, quia nec nopar erat ſolenia. Hic etenito & rex illis, & pontifex ob ſuam peritiam habebatur, & in ſua iuſtitia populos iudicabat.

CAPVT XII.

De Corillo Gothorum rege. Item Deſcriptio Daciæ antiquæ. Item Deſcriptio Danubij.

ET hoc rebus excedente humania, Corillus rex Gothorum io regnum conſcendit, & per XL. anuos in Dacia ſuis gentibus imperauit Daciam dico antiquam, quam ounc Gepidarum populi poſſidere noſ-
B cuntur. Quæ patria in conſpectu Mœſiæ trans Danubium corona montium cingitur, duos tantum habens acceſſus, vnum per Bontas, alterum per Tabas. Hanc Gothicam, quam Daciam appellauere maiores, (quæ nunc, vt diximus, Gepidia dicitur) tunc ab oriente Roxolani, ab occaſu Tamaaires, à ſeptentrione Sarmatæ & Baſtarnæ, à Meridie amnis Danubij flnenta terminant. Tamazires à Roxolanis alueo tantum fluuij ſegregantur. Sed quia Danubij mentio facta eſt, non ab re iudico pauca de tali amne egregia indicare. Nam hic in Almanicia aruis exoriens, L X. habet à fonte ſuo flumina vſque ad oſtia in Pontum vergentis, per mille ducentorum paſſuum millia hinc inde ſuſcipient flumina in modum ſpinæ, quæ coſtas vt cratem intexunt, omnino ampliſſimus eſt, qui in lingua Beſſorum Hiſter vocatur, ducentis tantum pedibus in altum aquam alueo haber profundam Hic etenim amnis inter cætera flumina immania, omnes ſuperat, præter Nilum. Hæc de Danubio dixiſſe, ſufficiat. Ad propo-
C ſitum verò, vnde nos digreſſi ſumus, adiuuante domioo, redeamus.

CAPVT XIII.

De Dorpaneo Gothorum rege, & variis eorum contra Romanos ſub Domitiano Imp. prælis & victoriis.

LOngum poſt interuallum, Domitiano Imperatore regnante, eius auaritiam metuentes, fœdus quod dudum cum aliis principibus pepigerant Gothi ſoluentes; ripam Danubij iam longe poſſeſſam ab imperio Romano, deiectis militibus cum eorum ducibus vaſtauerunt, cui prouinciæ tunc poſt Agrippam Poppæus præerat Sabinus. Gothis autem Dorpaneus principatum agebat, quando bello commiſſo Gothi Romanis deuictis, Poppæi Sabini capite abſciſſo, multa caſtella & ciuitates inuadentes de parte Imperatoria publicè deprædarunt: qua neceſſitata ſuorum Domitianus cum omni virtute ſua in Illyricum properauit, & totius
D penè reipublicæ militibus ductore Fuſco prælato cum electiſſimis viris amnem Danubium conſertis nauibus ad inſtar pontis tranſmeare coëgit, ſuper exercitum Dorpanei. Tum Gothi haud ſegnes reperti, arma capeſſunt, primoque armati conflictu, mox Romanos deuincunt, Fuſcoque duce extincto, diuitias de caſtris militum deſpoliant, magnaque potiri per loca victoria, iamiam proceres ſuos quaſi qui fortuna vincebant, non puros homines, ſed ſemideos, id eſt Anſes vocauere. Quorum genealogiam vt paucis percurram, vt quo quia parente genitus eſt, aut vnde origo accepta, vbi finem efficit, abſque inuidia qui legis vera dicentem auſculta.

E
CAPVT XIV.

Genealogia Procerum Gothorum, quos illi Anſes, id eſt ſemideos vocabant, deque eorum origine & fine.

HOrum ergo (vt ipſi ſuis fabulis ferunt) primus fuit Gapt, qui genuit Halmal, Halmal vero genuit Augis, genuit eum, qui dictus eſt Amala, à quo & origo Amalorum decurrit. Et Amala genuit Iſarna, Iſarna autem genuit Oſtrogotha, Oſtrogotha genuit Vnilt, Voilt genuit Athal, Athal genuit Achiulf, Achiulf genuit Aoſilam & Ediulf, Vuldulf & Hermenerich, Vuldulf vero genuit Valerauans; Valerauans autem genuit Vuinitharium, Vuinitharius quoque genuit Theodemir & Vualemir & Vuidemir: Theudemir genuit Theodericum, Theodericus genuit Amalaſuentam, Amalaſuenta genuit Athalaricum & Mathaſuentam, de Vtherico viro ſuo, cuius affinitati generis ſic ad eam
F coniunctus eſt. Nam ſupradictus Hermenricus filius Achiulfi genuit Huunimundum, Hunnimundus autem Thoriſmundum, Thoriſmundus vero genuit Berimund, Berimund genuit Vuidericum, Vuidericus genuit Eutharicum, qui coniunctus Amalaſuentæ genuit Athalaricum & Mathaſuentam; mortuoque in puerilibus annis Athalarico, Mathaſuentæ Vuitichis eſt ſociatus, de quo non ſuſcepit liberum, adductique ſimul à Beliſario in Conſtantinopolim, & Vuitichi rebus excedente humanis, Germanus patricius fratruelis domini Iuſtiniani Imperatoris eandem in coniugio ſumens, patriciam ordinariam fecit; de qua filium genuit item Germanum nomine. Germano vero defuncto ipſa vidua perſeuerare diſponit. Qualiter autem, aut quomodo Amalorum regnum deſtructum eſt, loco ſuo (ſi dominus voluerit) edocebimus. Nunc autem ad id, vnde digreſſum fecimus, redeamus, doceamuſque quando ordo gentis, vnde agimus, curſus ſui metam explenerit. Ablauius enim hiſtoricus refert, quia ibi ſuper lim-
G bum Ponti, vbi eos diximus in Scythia commanere, pars eorum, qui orientalem plagam tenebant, eiſque præerat Oſtrogotha (incertum vtrum ab ipſius nomine, an à loco orientali) dicti ſunt Oſtrogothæ, reſidui vero Veſegothæ in parte occidua. Et quidem iam diximus, eus tranſito Danubio aliquantum temporis apud Mœſiam, Thraciamque vixiſſe.

CAPVT XV.

De Maximini Imper. è gente Gothica orti mira fortitudine, & quo pacto ad Imperium peruenerit fragmentum ſumptum ex Symmachi hiſtoriarum lib. V.

EX eorum reliquiis fuit & Maximinus Imperator, poſt Alexandrum Mammeæ, vt dicit Symmachus in quinto ſuæ hiſtoriæ libro. Alexandro, inquit, Cæſare mortuo, Maximinus ab exercitu factus eſt Imperator, ex infimis parentibus in Thracia natus, à patre Gotho nomine Mecca, matre Alana, quæ Ababa dicebatur. Is
H triennium regnans, dum in Chriſtianos arma commoueret, imperium ſimul & vitam amiſit. Nam hic Seuero Imperatore regnante, & natalem filij diem celebrante, poſt primam ætatem & ruſticam vitam, de paſcuis in militiam venit. Princeps Seuerus quidem militares dederat ludos; quod cernens Maximinus, qui erat ſemibarbarus adoleſcens, poſitis præmiis, barbara lingua petit ab Imperatore, vt ſibi luctandi cum militibus licentiam daret. Seuerus admodum miratus magnitudinẽ formæ, (erat enim, vt fertur, ſtatura eius procera vltra octo pedes) iuſſit eum cum lixis corporeo nexu contendere, ne quid à rudi homine militaribus viris veniret iniuriæ. Tunc Maximinus ſedecim lixas tanta felicitate proſtrauit, vt vincendo ſingulos nullam ſibi requiem intercapedine temporum daret. Hic captis præmiis, iuſſus eſt in militiam mitti, primaque ei ſtipendia equeſtria fuere. Tertiam poſt diem, cum Imperator prodierat in campum vidit eum exultantem more barbarico,

A iuſſitque tribuno vt eum coërcitum ad Romanam im-
bueret diſciplinam. Ille vero vbi de ſe intellexit prin-
cipem loqui, acceſſit ad eum, equitantemque præire pe-
dibus cœpit. Tum Imperator equo adacto in curſum
calcaribus incitatum, multos orbes hoc atque illuc vſ-
que ad ſuam fatigationem variis inflexibus interpeda-
uit, ac deinde ait illi: Numquid vis poſt curſum Thra-
ciſce luctari? reſpondit, Quantumlibet, Imperator.
Ita Seuerus ex equo deſiliens, recentiſſimos militum
cum eodem certare iuſſit. At ille ſeptem valentiſſimos
milites ad terram eliſit, ita vt antea nihil per interualla
reſpiraret. Solus à Cæſare & argenteis præmiis, & au-
reo torque donatus eſt, iuſſus deinde inter ſtipatores
degere corporis principalis. Poſt hæc ſub Antonino
Caracalla ordines duxit, ac ſæpe famam factis exten-
dens, inter plures militiæ gradus centuriaſque ſtrenui-
tatis ſuæ pretium tulit. Macrino tamen poſtea in re-
gnum ingreſſo, recuſauit militiam pene triennium, tri-
bunatuſq; habens honorem, nunquam ſe oculis obtulit
B Macrini, indignum ducens eius imperium, quod perpe-
tratum facinus erat quæſitum ab Heliogabalo. De hinc
quaſi ad Antonini filium reuertens, tribunatum ſuum
adiit, & poſt hunc ſub Alexandro Mammeæ contra Par-
thus mirabiliter dimicauit. Eoque Mogontiaco mili-
tari tumultu occiſo, ipſe exercitus electione abſque
Senatus conſultu effectus eſt Imperator, qui cuncta bo-
na ſua in Chriſtianorum perſecutione malo voto fœ-
dauit, occiſuſque Aquileiæ à Pupione, regnum reliquit
Philippo. Quod nos ideirco huic opuſculo de Symma-
chi hiſtoria mutuauimus, quatenus gentem, vnde agi-
mus, ad regni Romani faſtigium vſque veniſſe docea-
mus. Cæterum cauſa exigit, vt ad id vnde digreſſi ſu-
mus redeamus.

CAPVT XVI.

Gothi antea Romanorum fœderati, ob diſtracta ſibi ſti-
C *pendia hoſtes facti, Mœſiam Thraciamque*
vaſtant, ductu Oſtrogotha Regis.

NAm gens iſta mirum in modum in ea parte, qua
verſabatur, id eſt Ponti in littore Scythiæ ſoli in-
notuit, ſine dubio tanta ſpatia tenens terrarum, tot ſi-
nus maris, tot fluminum curſus, ſub cuius ſæpe dextra
Vvandalus iacuit, ſtetit ſub pretio Marcomanus, Qua-
dorum principes in ſeruitutem redacti ſunt. Philippo
namque antedicto regnante Romanis, qui ſolus ante
Conſtantinum Chriſtianus cum Philippo, id eſt, filio
fuit, cuius & ſecundo anno regni Roma milleſimum
annum expleuit, Gothi, vt aſſolet, diſtracta ſibi ſtipen-
dia ſua ferentes ægre, de amicis facti ſunt inimici. Nam
quamuis remoti ſub regibus viuerent ſuis, Reipublicæ
tamen Romanæ fœderati erant, & annua munera per-
cipiebant. Quid multa? Tranſiens tunc Oſtrogotha
cum ſuis Danubium, Mœſiam Traciamque vaſtauit, ad
quem repellendum Decius ſenator à Philippo dirigi-
tur; qui veniens dum genti nihil præualet, milites pro-
D prios exemptos à militia fecit vita priuata degere, quaſi
eorum neglectu Gothi Danubium tranſiiſſent, factaque
vt putat in ſuis vindicta, ad Philippum reuertitur. Mili-
tes vero videntes, ſe eſſe poſt hos labores militia pul-
ſos, indignati ad Oſtrogothæ regis Gothorum auxilium
confugerunt. Qui excipiens eos, eorumque verbis ac-
cenſus, mox triginta millia virorum armata produxit
ad prœlium, adhibitis ſibi Thaphilis & Aſtringis non-
nullis. Sed & Carporum tria millia, genus hominum
ad bella nimis expeditum, qui ſæpe Romanis infeſti
ſunt; quos tamen poſt hæc imperante Diocletiano, Ga-
lerius Maximinus Cæſar de ciuitate Reipublicæ Roma-
næ ſubiecit. Is ergo habens Gothos & Peucenos, ab in-
ſula Peuce, quæ oſtio Danubij Ponto mergenti adiacet,
Argaitum & Guntheritum nobiliſſimos ſuæ gentis præ-
fecit ductores. Qui mox Danubium vadati, & ſecundo
Mœſiam populati, Marcianopolim eiuſdem patriæ vr-
bem famoſam metropolim aggrediuntur, diúque obſeſ-
ſam, accepta pecunia ab his, qui inerant, reliquere. Et E
quia Marcianopolim nominauimus, libet aliqua de eius
ſitu breuiter intimare. Nam hanc vrbem Traianus Im-
perator hac re ædificauit, vt fertur, eo quod Marciæ ſo-
roris ſuæ puella, dum lauat in flumine illo, quod nimiæ
limpiditatis ſaporiſque in media vrbe oritur, Potami co-
gnomento, exindeque vellet aquam haurire, caſu vas au-
reum, quod ferebatur, in profundum cecidit, metalli
pondere grauatum, & longe poſt emerſit; quod certè
non erat vſitatum, aut vacuum ſorberi, aut certè ſemel
voratum vndis reſpuentibus renatare. His Traianus ſub
admiratione compertis, fontique numinis quiddam in-
eſſe credens, conditam ciuitatem germanæ ſuæ in no-
mine Marcianopolim nominauit.

CAPVT XVII.

Faſtida Gepidarum rex, Oſtrogotha Gothorum regi bellum
infert, Gothi victores euadunt. Item de cognatione F
inter ſe Gothorum & Gepidarum.

AB hinc ergo, vt dicebamus, poſt longam obſidio-
nem accepto præmio ditatus Geta, receſſit ad pa-
triam: quem Gepidarum cernens natio ſubito vbique
vincentem, prædiſque ditatum, inuidia ductus, arma in
parentes mouet. Quomodo vero Getæ Gepidæque ſint
parentes, ſi quæris, paucis abſoluam. Meminiſſe debes,
me initio de Scanziæ inſulæ gremio Gothos dixiſſe
egreſſos cum Berich ſuo rege, tribus tantum nauibus
vectos ad citerioris Oceani ripam, quarum trium vna
nauis, vt aſſolet, tardius vecta, nomen genti fertur de-
diſſe, nam lingua eorum pigra Gepanta dicitur. Hinc
factum eſt, vt paulatim & corruptè nomen eis ex con-
uitio naſceretur. Gepidæ namque ſine dubio ex Gotho-
rum proſapia ducunt originem: ſed quia, vt dixi, Ge-
panta pigrum aliquid tardumque ſignat, pro gratuito
conuicio Gepidarum nomen exortum eſt, quod nec ip-
ſum credo, falſiſſimum. Sunt enim tardioris ingenij, G
grauiores corporum velocitate. Hi ergo Gepidæ tacti
inuidia, dudum ſpreta prouincia, commanebant in in-
ſula Viſclæ amnis vadis circumacta, quam pro patrio
ſermone dicebant Gepidos. Nunc eam, vt fertur, inſu-
lam gẽs Viuidaria incolit ipſis ad meliores terras mean-
tibus. Qui Viuidarij ex diuerſis nationibus ac ſi in vnum
aſylum collecti ſunt, & gentem feciſſe noſcuntur. Ergo
(vt dicebamus) Gepidarum rex Faſtida, qui etiam gen-
tem excitans patrios fines per arma dilatauit, Burgun-
diones pæne vſque ad internecionem deleuit, aliaſque
nonnullas gentes perdomuit. Gothos quoque male pro-
uocans, conſanguinitatis fœdus prius importuna con-
certatione violauit: ſuperbaque admodum elatione ia-
ctatus, creſcendi populo dum terras cœpit addere, inco-
las patrios reddidit rariores. Is ergo miſit legatos ad
Oſtrogotham, cuius adhuc imperio tam Oſtrogothæ
quam Veſegothæ, id eſt eiuſdem gentis populi, ſubia-
cebant? incluſum ſe montium queritans aſperitate, ſil-
uarumque denſitate conſtrictum? vnum poſcens è duo- H
bus, vt aut bellum ſibi, aut locorum ſuorum ſpatia præ-
pararet. Tunc Oſtrogotha rex Gothorum (vt erat ſolidi
animi) reſpondit legatis bellum ſe quidem tale horrere,
durumque fore & omnino ſceleſtum armis confligere
cum propinquis? loca vero non cedere. Quid multa?
Gepidæ in bella irruunt, contra quos ne nimij iudica-
rentur mouit & Oſtrogotha procinctum, conueniunt-
que ad oppidum Galtis, iuxta quod currit fluuius Au-
cha, ibique magna partium virtute certatum eſt: quippe
quos in ſe & armorum, & pugnæ ſimilitudo commo-
uerat, ſed cauſa melior, viuaxque ingenium iuuat Go-
thos, inclinata denique parte Gepidarum, prœlium nox
diremit. Tunc relicta ſuorum ſtrage, Faſtida rex Gepi-
darum properauit ad patriam, tam pudendis opprobriis
humiliatus, quam fuerat elatione erectus? Redeunt vi-
ctores Gothi, Gepidarum diſceſſione contenti, ſuáque
in patria noſtri in pace verſantur, vſque dum eorum
præuius exiſteret Oſtrogotha.

CAPVT

A

CAPVT XVIII.

Cnina rex Gothorum poſt obitum Oſtrogotha exercitum in Mœſiam ducit, & varus praliis Romanos infeſtat in quibus Decius caditur.

POſt enius deceſſum Cnina exercitum diuidens in duas partes, nonnullos ad vaſtandum Mœſiam dirigit, ſciens eam negligentibus principibus defenſoribus deſtitutam. Ipſe vero cum ſeptuaginta millibus ad Euſteſium, id eſt Nouss conſcendit: vnde à Gallo duce remotus, Nicopolim accedit, quæ iuxta Iſtrum fluuium eſt conſtituta notiſſima, quoniam deuictis Sarmatis Trajanus eam fabricauit, & appellauit Victoriæ ciuitatem vbi Decio ſuperueniente Imperatore, tandem Cuius in Hæmoniæ partes, quæ non longè aberant, receſſit: inde apparatu diſpoſito Philippopolim ire feſtinans. Cuius ſeceſſum Decius Imperator cognoſcens, & B ipſius vrbi ferre ſubſidium geſtiens, iugo montis tranſacto, ad Bertœam venit. Ibique dum equos exercitúmque laſſum refoueret, ilico Cniua eum Gothis in modum fulminis ruit, vaſtatoque Romano exercitu, Imperatorem cum paucis qui fugere quiuerant ad Thuſciam rurſus trans Alpes in Mœſiam protrubauit, vbi tunc Gallus dux limitis cum plurima manu bellantium morabatur; collectoque tam exinde quam de hoſte exercitu, futuri belli reparat aciem. Cniua vero diu obſeſſam inuadit Philoppopolim, prædaque potitus, Priſcum ducem, qui inerat, ſibi fœderauit, quaſi eum Decio pugnaturum. Venientéſque ad conflictum, ilico Decij filium ſagitta ſaucium crudeli vulnere confodiunt. Quod pater animaduertens, licet ad confortandos animos militum dixiſſe fertur; Nemo triſtetur, perditio vnius militis non eſt reipublicæ diminutio: tamen paternum affectum non ferens hoſtes inuadit, aut mortem aut vltionem filij expoſcens, veniénſque abrupto Mœſiæ ciuitatem, circumſeptus à Gothis & ipſe extinguitur, imperij finem vitæque terminum faciens. Qui locus ho- C diéque Decij ara dicitur, eo quod ibi ante pugnam miſerabiliter idolis immolaret.

CAPVT XIX.

Quo pacto Gallus & Voluſianus fœdus cum Gothis inierint, & Æmilianus Mœſiam infeſtarit.

DEfuncto tunc Decio, Gallus & Voluſianus regno potiti ſunt Romanorum, quando & peſtilens morbus pœnè iſtius neceſſitatis conſimilis, vt nos ſorte hos nouem annos experti ſumus, faciem totius orbis fœdauit, ſupra modum quoque Alexandriam totiuſque Ægypti loca deuaſtans Dionyſio hiſtorico ſuper hanc cladem lachrymabiliter exponente, quam & noſter conſcripſit venerabilis martyr Chriſti Epiſcopus Cyprianus in libro cuius titulus eſt de Mortalitate. Tunc & Æmilianus quidam, Gothis ſæpè ob principum negligentiam Mœſiam deuaſtantibus, vt vidit D licere, nec à quoquam ſine magno reipublicæ diſpendio remoueri, ſimiliter ſuæ fortunæ arbitratus poſſe euenire; tyrannidem in Mœſiam arripuit, omnique manu militari aſcita, cœpit vrbes & populos deuaſtare. Contra quem intra paucos menſes multitudo apparatus accreſcens, non minimum incommodum reipublicæ parturiunt; qui tamen in ipſo pœnè nefario conatus ſui initio extinctus, & vitam & imperium, quod inuadebat, amiſit. Supradicti vero Gallus & Voluſianus Imperatores, quamvis vix biennio in imperio perſeuerantes, ab hac luce migrarint; tamen ipſo biennio, quo affuere, vbique pacati, vbique regnauere gratioſi, præterquam quod vnum eorum fortunæ reputatum eſt, id eſt generalis morbus: ſed hoc ab imperitis & calumniatoribus, qui vitam ſolent aliorum dente maledico lacerare. Hi ergo mox vt imperium adepti ſunt, fœdus cum gente Gothorum pepigere, & nec longo in- E tervallo vtrinſque regibus occumbentibus Gallienus arripuit principatum.

CAPVT XX.

Gothi regnante Gallieno in Aſiam inuolant. Dianæ Epheſinæ templum incendunt. Chalcedoniam ſubuertunt. Trojam vaſtant. Thraciam infeſtant.

HOc in omni laſciuia reſolnto, Reſpa & Veduco, Thuro Varoque duces Gothorum ſumptis nauibus Aſiam tranſiere, fretum Helleſponticum tranſuecti, vbi multis eius prouinciæ ciuitatibus populatis, opinatiſſimum illud Epheſi Dianæ templum, quod dudum diximus Amazonas condidiſſe, igne ſuccendunt: partibus Bithyniæ delati, Chalcedoniam ſubuertere, quam poſt Cornelius Auitus aliqua parte reparauit. Quæ hodieque quamvis regiæ vrbis ciuitate congaudeat, ſigna tamen ſuarum ruinarum aliquanta ad indi- F cia retinet poſteritatis. Hac ergo felicitate Gothi qua intrauere partibus Aſiæ præda ſpolioque potiti, Helleſponticum fretum retranſmeant, vaſtantes in itinere ſuo Trojam Iliumque, quæ vix à bello illo Agamemnoniaco aliquantulum reſpirantes, rurſus hoſtili mucrone deletæ ſunt. Poſt Aſiæ ergo tale excidium, Thracia eorum experta eſt feritatem. Nam ibi ad radices Hæmi montis mari vicinam Anchialos ciuitatem aggreſſi mox adeunt, vrbem quam dudum Sardanapalus rex Parthorum inter limbum maris & Hæmi radices locaſſet. Ibi enim multis feruntur manſiſſe diebus, calidarum aquarum delectati lauacris, quæ à quintodecimo milliario Anchialitanæ ciuitatis ſunt ſitæ, ab imo ſui fontis igni ſcaturientes, & inter reliquia totius mundi thermarum innumerabilium loca omnino præcipuè ad ſanitatem infirmorum efficaciſſimæ. Exinde ergo ad proprias ſedes regreſſi.

G

CAPVT XXI.

Maximianus Imp. Gothorum auxilio maximas victorias de Parthis & Perſis reportauit. Conſtantinus etiam eorum auxilio multa præclarè geſſit.

POſt hæc à Maximiano Imperatore ducuntur in auxilia Romanorum contra Parthos rogati, vbi datis auxiliariis, fideliter decertati ſunt. Sed poſtquam Cæſar Maximianus pœnè cum eorum ſolatio Narſem regem Perſarum Saporis Magni nepotem fugaſſet, eiuſque omnes opes, ſimúlque vxores & filios deprædaſſet, Achillémque in Alexandria cum Diocletiano ſuperaſſet, & Maximianus Herculius in Africa Quinquegentianos attriuiſſet, pacem reipublicæ nacti, cœpere quaſi Gothos negligere. Nam ſine ipſis dudum contra quaſvis gentes Romanus exercitus difficile decertatus eſt. Apparet namque frequenter, quomodo inuitabantur, ſicut & ſub Conſtantino rogati ſunt, & contra cognatum eius Licinium arma tulere, eúmque H deuictum & in Theſſalonica elauſum, priuatum imperio, Conſtantini victoris gladio trucidarunt. Nam & dum famoſiſſimam & Romæ æmulam in ſuo nomine conderet ciuitatem, Gothorum interfuit operatio, qui fœdere inito cum Imperatore, XL. ſuorum millia illi in ſolatia contra gentes varias obtulere; quorum & numerus, & millia vſque ad præſens in republica nominantur, id eſt Fœderati. Tunc etenim ſub Ararici & Aorici regum ſuorum florebant imperio. Poſt quorum deceſſum ſucceſſor regni extitit Geberich, virtutis & nobilitatis eximiæ.

A

CAPVT XXII.

Geberichus Gothorum rex Viſumaro Vvandalorum regi bellum infert, & vincit. Pauci Vvandali è clade ſuperſtites Pannoniam à Conſtantino inhabitandam petunt & obtinent.

GEberichus Helderich patre natus, auo Ouida, proauo Cniuida, gloriam generis ſui factis illuſtribus exæquauit, primitias regni ſui mox in Vvandalica gente extendere cupiens contra Viſumar eorum regem Aſdingorum è ſtirpe, quæ inter eos eminet, genúſque indicat bellicoſiſſimum, Dexippo hiſtorico referente, qui eos ab Oceano ad noſtrum limitem vix in anni ſpatio perueniſſe teſtatur præ nimia terrarum immenſitate. Quo tempore erant in eo loco manentes, vbi Gepidæ ſedent, iuxta flumina Matiſia, Miliare, & Gilfil, & Griſſia, qui amnes ſupradictos excedit. Erant namque illis B tunc ab oriente Gothi, ab occidente Marcomanni, à ſeptentrione Hermunduri, à meridie Hiſter, qui & Danubius dicitur. Hic ergo Vvandalis commorantibus, bellum indictum eſt à Geberich rege Gothorum, ad littus prædicti amnis Mariſiæ, vbi tunc diu certatum eſt ex æquali. Sed mox ipſe rex Vvādalorum Vviſimar magna cum parte gentis ſuæ proſternitur. Geberich vero ductor Gothorum eximius ſuperatis deprædatiſque Vvandalis ad propria loca vnde exierat remeauit. Tunc perpauci Vvandali qui euaſiſſent, collecta imbellium ſuorum manu, infortunatam patriam relinquentes, Pannoniam ſibi à Conſtantino principe petiere, ibique per XL. annos plus minus ſedibus locatis, Imperatorum decretis vt incolæ famulatunt. Vnde etiam poſt longum ab Stilicone magiſtro militum & exconſule ac patricio inuitati, Gallias occupauere, vbi finitimos deprædantes non adeo fixas ſedes habuere.

C

CAPVT XXIII.

De Ermanarici rege Gothorum, qui Alexandro Magno ob multas gentes quas perdomuit comparatus fuit, in Erulos, Venetos & Oſtrogotos expeditionibus & victoriis.

GOthorum rege Geberich rebus excedente humanis, poſt temporis aliquod Ermanaricus nobiliſſimus Amalorum in regno ſucceſſit, qui multas & bellicoſiſſimas Arctoas gentes perdomuit, ſuiſque parere legibus fecit. Quem merito nonnulli Alexandro magno comparauere maiores. Habebat ſiquidem quos domuerat, Gothos, Scythas Thuidos in Aunxis, Vaſinabroncas, Merens, Mordenſimnis, Caris, Rocas, Tadzans, Athual, Nauego, Bubegentas, Coldas; & eum tantorum ſeruitio carus haberetur, non paſſus eſt niſi & gentem Erulorum quibus præerat Alaricus magna ex parte trucidatam reliquam ſuæ ſubigeret ditioni. Nam prædicta gens (Ablauio hiſtorico referente) iuxta Mæotidas paludes habitans in locis ſtagnantibus, quas D Græci Ele vocant, Eruli nominati ſunt gens quanto velox, eo amplius ſuperbiſſima. Nulla ſiquidem erat tunc gens, quæ non leuem armaturam in acie ſua ex ipſis elegerint. Sed quamvis velocitas eorum ab aliis ſæpè bellantibus non euacuaretur, Gothorum tamen ſtabilitati ſubiacuit & tarditati, fecitque cauſa fortunæ, vt & ipſi inter reliquas gentes Getarum regi Ermanarico ſeruiuerint. Poſt Erulorum cædem idem Ermanaricus in Venetos arma commouit, qui quamvis armis deſpecti, ſed numeroſitate pollentes, primo reſiſtere conabantur. Sed nihil valet multitudo in bello, præſertim vbi & multitudo armata aduenerit: nam hi, vt initio expoſitionis, vel catalogo gentis dicere cœpimus, ab vna ſtirpe exorti, tria nunc nomina reddidere, id eſt Veneti, Antes, Sclaui: qui quamvis nunc ita facientibus peccatis noſtris vbique deſæuiunt, tamen tunc omnes Ermanarici imperiis ſeruiere. Æſtrorum quoque ſimiliter

E nationem, qui longiſſima ripa Oceani Germanici inſident, idem ipſe prudentiæ virtute ſubegit, omnibuſque Scythiæ & Germaniæ nationibus ac ſi propriis laboribus imperauit.

CAPVT XXIV.

De Hunnorum execranda origine: veneficarum ſcilicet cum immundis ſpiritibus congreſſu. Et de Hunnorum in Oſtro-Gothos Scythicos expeditione vbi & de immani & terribili Hunnorum vultu.

POſt autem non longi temporis interuallum; vt refert Oroſius, Hunnorum gens omni ferocitate atrocior exarſit in Gothos. Nam hos, vt refert antiquitas, ita exortos comperimus. Filimer rex Gothorum, & Gandarici magni filius, poſt egreſſum Scanziæ inſulæ iam quinto loco tenens principatum Getarum, qui & terras Scythicas cum ſua gente introiſſet, ſicut à nobis F dictum eſt, reperit in populo ſuo quaſdam magas mulieres, quas patrio ſermone Aliorumnas is ipſe cognominat, eáſque habens ſuſpectas de medio ſui proturbat, longéque ab exercitu ſuo fugatas in ſolitudinem coëgit terræ. Quas ſpiritus immundi per eremum vagantes dum vidiſſent, & earum ſe complexibus in coitu miſcuiſſent, genus hoc ferociſſimum edidere, quod fuit primum inter paludes minutum, tetrum atque exile, quaſi hominum genus, nec alia voce notum, niſi quæ humani ſermonis imaginem aſſignabat. Tali ergo Hunni ſtirpe creati, Gothorum finibus aduenere. Quorum natio ſæua, vt Priſcus hiſtoricus refert, in Mæotide palude vlteriorem ripam inſedit, venatione tantum, nec alio labore experta, niſi quod poſtquam creuiſſet in populos, fraudibus & rapinis vicinam gentem conturbauit. Huius ergo (vt aſſolent) venatores, dum in vlteriori Mæotidis ripa venationes inquirunt, animaduertunt quomodo ex improuiſo ceruа ſe illis obtulit, ingreſſaque palude nunc progrediens, nunc ſubſiſtens, G indicem ſe viæ tribuit. Quam ſecuti venatores, paludem Mæotidem, quam imperuiam vt pelagus exiſtimabant, pedibus tranſiere. Mox quoque vt Scythica terra ignotis apparuit, cerua diſparuit. Quod credo ſpiritus illi, vnde progeniem trahunt, ad Scytharum inuidiam egere. Illi vero, qui præter Mæotidem paludem alium mundum eſſe penitus ignorabant, admiratione inducti terræ Scythiæ, & vt ſunt ſolertes, iter illud nulli ante hanc ætatem notiſſimum, diuinitus ſibi oſtenſum rati; ad ſuos redeunt, rei geſtum edicunt, Scythiam laudant, perſuaſſque gente ſua, via quam cerua iudice didicere ad Scythiam properant, & quantoſcunque prius in ingreſſu Scytharum habuere, litauere Victoriæ, reliquos perdomitos ſubegere. Nam mox ingentem illam paludem tranſiere, illico Alipzuros, Alcidzuros, Itamaros, Tuncaſſos, & Boiſcos, qui ripæ iſtius Scythiæ inſidebāt, quaſi quidam turbo gentium rapuere. Alanos quoque pugna ſibi pares, ſed humanitatis victu formaque diſſimiles, frequenti certamine fatigantes ſubiugauere. Nam & quos bello forſitan minimè ſuperabant, vultus ſui terrore nimium pauorem ingerentes terribilitate H fugabant, eo quod erat eis ſpecies pauenda nigredine, ſed velut quædam (ſi dici fas eſt) deformis offa, non facies, habenſque magis puncta quam lumina. Quorum animi fiduciam toruus prodit aſpectus, qui etiam in pignora ſua primo die nata deſæuiunt. Nam maribus ferro genas ſecant, vt antequam lactis nutrimenta percipiant, vulneris cogantur ſubire tolerantiam. Hinc imberbes ſeneſcunt, & ſine venuſtate ephebi ſunt, quia facies ferro ſulcata, tempeſtiuam pilorum gratiam per cicatrices abſumit. Exigui quidem forma, ſed arguti, motibus expediti, & ad equitandum promptiſſimi; ſcapulis latis, & ad arcus ſagittaſque parati: firmis ceruicibus, & in ſuperbia ſemper erecti. Hi vero ſub hominum figura viuunt beluina ſæuitia. Quod genus expeditiſſimum, multarumque nationum graſſatorum Getæ vt viderūt, expaueſcunt: ſuoq; cum rege deliberant qualiter ſe à tali

A hoſte ſubdocant. Nam Ermanaricus rex Gothorum, licet (vt ſuperius retulimus) multarum gentium extiterit triumphator, de Hunnorum tamen aduentu dum cogitat, Roxolanorum gens infida, quæ tunc inter alias illi famulatum exhibebat, tali eum nanciſcitur occaſione decipere. Dum enim quandam mulierem, Sanielh nomine ex gente memorata, pro mariti fraudolento diſceſſu, rex furore commotus, equis ferocibus illigatam, incitatiſque curſibus, per diuerſa diuelli præcepiſſet: fratres eius Sarus & Ammius germanæ obitum vindicantes, Ermanarici latus ferro petierunt: quo vulnere ſaucius, ægram vitam corporis imbecillitate contraxit. Quam aduerſam eius valetudinem captans Balamir rex Hunnorum, in Oſtrogothas mouit procinctum: à quorum ſocietate iam Veſegothæ diſceſſere, quam dudum inter ſe iuncti habebant. Inter hæc Ermanaricus tam vulneris dolorem, quam etiam incurſiones Hunnorum non ferens, grandæuus & plenus dierum, centeſimo decimo anno vitæ ſuæ defunctus eſt. Cuius mortis oc-B caſio dedit Hunnis præualere in Gothis illis, quos dixeramus orientali plaga ſedere, & Oſtrogothas nuncupari.

CAPVT XXV.

Veſegotha Oſtrogothis à Vandalis victis à Valente Imper. Mæſiam habitandam appetunt & obtinent, & quum Chriſtiani fieri cuperent, Valens vt Arianus, prædicatores Arianos ad eos mittit, & perfidia ſua veneno inficit.

VEſegothæ, id eſt, alij eorum ſocij, & occidui ſoli cultores, metu parentum exterriti, quid nam de ſe propter gentem Hunnorum deliberarent, ambigebant, diuque cogitantes, tandem communi placito legatos ad Romaniam direxere, ad Valentem Imperatorem fratrem Valentiniani Imperatoris ſenioris, vt partem Thraciæ ſiue Mœſiæ ſi illis traderet ad colendum, eius legibus viuerent, eiuſque imperiis ſubderentur. Et vt fi-C des vberior illis haberetur, promittunt ſe, ſi doctores linguæ ſuæ donauerit, fieri Chriſtianos. Quo Valens comperto, mox gratulabundus annuit, quod vltro petere voluiſſet; ſuſceptoſque in Mœſiæ partibus Getas quaſi murum regni ſui contra cæteras gentes ſtatuit. Et quia tunc Valens Imperator Arianorum perfidia ſaucius, noſtrarum partium omnes Eccleſias obturaſſet, ſuæ partis fautores ad illos dirigit prædicatores, qui venientibus rudibus & ignaris, illico perfidiæ ſuæ virus defundunt. Sic quoq; Veſegothæ à Valente Imperatore Ariani potius quam Chriſtiani effecti. De cætero tam Oſtrogothis quam Gepidis parentibus ſuis per affectionis gratiam Euangelizantes huius perfidiæ culturam edocentes, omnem vbique linguæ huius nationem ad culturam huius ſectæ inuitauere. Ipſi quoque (vt dictum eſt) Danubium tranſmeantes, Daciam Ripenſem, Mœſiam, Traciáſque permiſſo principis inſedere.

CAPVT XXVI.

D *Veſegothi Romanorum ſubditi, ingenti fame preſſi, & à ducibus Romanis peſſimè habiti, ſeſe in libertatem vendicant, & Thracias, Daciámque Ripenſem occupant. Valens Imp. qui eos Arriana perfidia infici curarat, diuina vindicta ab ipſis comburitur.*

EVenit his vt adſolet gentibus necdum bene loco fundatis, penuria famis. Cœpere autem primates eorum & duces, qui regum vice illis præerant, id eſt Fridigernus, Alatheus, & Safrac exercitus inopiam condolere negociationémque à Lupicino Maximoque Romanorum ducibus expetere. Verum quid non auri ſacra fames compellit adquieſcere? Cœperunt duces (auaritia compellente) non ſolum ouium, boumque carnes, verumetiam canum, & immundorum animalium morticina eis pro magno contradere: adeo, vt quodlibet mancipium in vnum panem aut decem li- E bras in vnam carnem mercarentur. Sed iam mancipiis & ſupellectili deficientibus, filios eorum auarus mercator victus neceſſitate expoſcit. Haud enim ſecus parentes faciunt, ſalutem ſuorum pignorum prouidentes, ſatius deliberant ingenuitatem perire, quam vitam; dum miſericorditer alendus quis venditur, quam moriturus ſeruatur. Contigit enim illo ſub tempore ærumnoſo Lupicino & ductori Romanorum, vt Fridigernum Gothorum regulum ad conuiuium inuitaret, dolúmque ei, vt poſt euentus docuit, molitetur. Sed Fridigernus doli neſcius, cum paucorum comitatu ad conuiuium veniens, dum intus in prætorio epulatus eſt, clamorem miſerorum morientium audiret, iámque alia in parte ſocios eius recluſos, dum milites ducis ſui iuſſu trucidare conarentur, & vox morientium duriter emiſſa iam ſuſpectis auribus intonaret; ilico apertos ipſos dolos cognoſcens Fridigernus, euaginato gladio in conuiuio, non ſine magna temeritate velocitatéque egreditur, ſuoſque ſocios ab imminenti morte ereptos ad necem Romanorum inſtigat. Qui nacta occaſione votiua ele- F gerunt viri fortiſſimi in bello magis quam in fame deficere, & ilico in ducum Lupicini & Maximi armantur occiſionem. Illa namque dies Gothorum famem, Romanorúmque ſecuritatem ademit: cœperúntque Gothi iam non vt aduenæ & peregrini, ſed vt ciues & domini poſſeſſoribus imperare, totáſque partes ſeptentrionales vſque ad Danubium ſuo iure tenere. Quod comperiens in Antiochia Valens imperator, mox armato exercito, in Thraciarum partes digreditur, vt lachrymabili bello commiſſo, vincentibus Gothis, in quodam prælio iuxta Hadrianopolim ſaucius ipſe refugiens, ignorantibus quoque quod imperator in tam vili caſula delitesceret Gothis, ignéque (vt aſſolet) ſæuiente ab inimico ſuppoſito, cum regali pompa crematus eſt haud ſecus quam Dei prorſus iudicio, vt ab ipſis igne combureretur, quos ipſe veram fidem petentes in perfidiam declinaſſet, & ignem charitatis ad gehennæ ignem detorſiſſet. Quo tempore Veſegothæ Thracias Daciámque Ripenſem poſt tanti gloriam trophæi, tanquam ſolo genitali potiti, cœperunt incolere. G

CAPVT XXVII.

Veſegotha Theodoſio Imp. eis internecionem moliente, eo ægrotante ad Theſſaliam Epirot & Achaiam & Pannoniam prædandas digrediuntur. Gratianus Imp. fœdus cum iis init, quod & Theodoſius ſanxit.

SEd Theodoſium ab Hiſpania Gratianus imperator electum in orientali principatu loco Valentis patrui ſubrogat, militaríque diſciplina mox in meliori ſtatu repoſita, ignauiam priorum principatum & deſidiam excluſam Gothus vt ſenſit, pertimuit. Nam imperator acri omnino ingenio, virtutéque & conſilio clarus, cum præceptorum ſeueritate & liberalitate, blandiciéque ſua remiſſum exercitum ad fortia prouocaret. At vero vbi milites principe meliore mutato fiduciam acceperunt, Gothos impetere tentant, eóſque Thraciæ finibus pellunt: ſed Theodoſio principe pœnè tunc vſque ad deſperationem ægrotante, datur iterum Gothis audacia, diuiſoque exercitu, Fridigernus ad Theſſaliam prædandam, Epiros, & Achaiam digreſſus eſt: Alatheus vero & Saſtach cum reſiduis copiis Pannoniam petierunt. Quod cum Gratianus imperator, qui tunc Roma in Gallias ob incurſionem Vvandalorum receſſerat, comperiſſet; quia Theodoſio fatali deſperatione ſuccumbenti, Gothi magis ſæuirent, mox ad eos collecto venit exercito, nec tamen fretus in armis, ſed gratia eos muneribúſque victurus, pacémque & victualia illis concedens, cum ipſis inito fœdere fecit. Vbi vero poſt hæc Theodoſius conualuit imperator, reperitque Gratianum cum Gothis & Romanis pepigiſſe fœdus, quod ipſe optauerat, admodum grato animo ferens, & ipſe in hac pace conſiſtit. H

A

CAPVT XXVIII.

Atanaricus Veſegothorum rex, Fridigerni ſucceſſor, à Theodoſio Imper. Conſtantinopolim euocatus, magnis honoribus ab eo afficitur, ibique moritur, vbi & de Fæderatis, & de Theodoſij aduerſus Eugenium tyrannum, qui Gallias occuparat, auxilio Viſegothorum victoria.

ATanaricum quoque regem, qui tunc Fridigerno ſucceſſerat, datis ſibi muneribus ſociauit moribus ſuis benigniſſimis, & ad ſe eum in Conſtantinopolim accedere inuitauit. Qui omnino libenter acquieſcens, regiam vrbem ingreſſus eſt, miranſque. En, inquit, cerno quod ſæpe incredulus audiebam, famam videlicet tantæ vrbis: & huc illuc oculos voluens, nunc ſitum vrbis, commeatúmque nauium, nunc mœnia clara proſpectans miratur, populoſque diuerſarum gentium quaſi fonte in vno, è diuerſis partibus ſcatu- B rient vnda, ſic quoque militem ordinatum aſpiciens, Deus inquit, ſine dubio terrenus eſt Imperator, & quiſquis aduerſus eum manum mouerit, ipſe ſui ſanguinis reus exiſtit. In tali ergo admiratione, maioréque à principe honore ſuffultus, paucis menſibus interiectis ab hac luce migrauit. Quem princeps affectionis gratia penè plus mortuum quam viuum honorans, dignæ tradidit ſepulturæ; ipſe quoque in exequiis feretro eius præiens. Defuncto ergo Atanarico, cunctus exercitus in ſeruitio Theodoſij imperatoris perdurans, Romano ſe imperio ſubdens, cum milite velut vnum corpus efficit, militiaq; illa dudũ ſub Cõſtantino principe fœderatorum renouata, & ipſi dicti ſunt Fœderati. E quibus Imperator contra Eugenium tyrannum, qui occiſo Gratiano Gallias occupaſſet, plus quam xx. millia armatorum fideles ſibi & amicos intelligens ſecum duxit, victoriáque de prædicto tyranno potitus, vltionem exegit.

CAPVT XXIX.

C *Veſegothæ ſubtractis ſibi à Theodoſij filiis conſuetis donis, pertæſi otij, Alaricum ſibi regem eligunt, & Italiam inuadunt.*

POſtquam vero Theodoſius amator pacis gentiſque Gothorum rebus exceſſit humanis; cœperunt eius filij vtramque Rempub. luxorioſè viuentes adnihilare auxiliariiſque ſuis id eſt Gothis conſueta dona ſubtrahere. Mox Gothis faſtidium eorum increuit, verentesque ne longa pace eorum reſolueretur fortitudo, ordinant ſuper ſe regem Alaricum, qui erat poſt Amalos ſecunda nobilitas, Balthatúmque ex genere origo mirifica, qui dudum ob audaciam virtutis Baltha, id eſt, audax nomen inter ſuos acceperat. Mox vt ergo antefatus Alaricus creatus eſt rex, cum ſuis deliberans ſuaſit ſuo labore quærere regna, quam alienis per otium ſubiacere: & ſumpto exercitu, per Pannonias, Stilicone & Aureliano conſulibus, & per Firmium dextro latere quaſi viris vacuam intrauit Italiam. Nul- D lo penitus obſiſtente ad pontem applicuit Candidiani, qui tertio milliario ab vrbe erat regia Rauennate. Quæ vrbs inter paludes & pelagus, interque Padi fluenta vni tantum patet acceſſui, cuius dudum (vt tradunt maiores) poſſeſſores Eneti id eſt laudabiles dicebantur. Hæc in ſino regni Romani ſuper mare Ionium conſtituta, in modum influentium aquarum redundatione concluditur. Habet ab oriente mare, ad quod qui recto curſu de Corcyra atque Helladis partibus nauigat dextrum latus, primum Epirum, dein Dalmatiam, Liburniam, Hiſtriamque, & ſic Venetias radens palmula nauigat. Ab occidente vero habet paludes, per quas vno anguſtiſſimo introitu vt porta relicta eſt. A ſeptentrionali quoque plaga ramus illi ex Pado eſt, qui Foſſa vocatur Aſconis. A meridie idem ipſe Padus, quem ſolum fluuiorum regem dicunt, cogno- E mento Eridanus, ab Auguſto imperatore altiſſima foſſa demiſſus, qui ſeptima ſui aluei parte mediam influit ciuitatem, ad oſtia ſua amœniſſimum portum præbens, claſſem ccl. nauium, Dione referente, tutiſſima dudum credebatur recipere ſtatione. Qui nunc, vt Fabius ait, quod aliquando portus fuerat, ſpacioſiſſimos hortos oſtendit, arboribus plenos: verum de quibus non pendeant vela, ſed poma. Trino ſiquidem vrbs ipſa vocabulo gloriatur, trigeminaque poſitione exultat, id eſt, prima Rauenna, vltima Claſſis, media Cæſarea, inter vrbem & mare, plena mollitie, arenaque munita, vectationibus apta.

CAPVT XXX.

Alaricus Stiliconem Gothos inopinato bello adorſum, cædit, Italiam vaſtat, Romam ſpoliat. Inde, in Africam cogitans cum ſpoliis moritur. Veſegothæ Alaricum in alueo fluminis Buſentini mira ratione ſepeliunt.

F VErum enimvero cum in ea ciuitate Veſegothorum applicuiſſet exercitus, & ad Honorium imperatorem (qui intus reſidebat) legationem miſiſſet, quatenus ſi permitteret, vt Gothi pacati in Italia reſiderent, ſic eos cum Romanorum populo viuere, vt vna gens vtraque credi poſſit, ſin autem aliter, bellando quis quem valeret expelleret, etiam ſecurus qui victor exiſteret imperaret. Honorius imper. vtramque pollicitationem formidans, ſuoque cum ſenatu inito conſilio, quomodo eos extra fines Italos expelleret deliberabat. Cui ad poſtremum ſententia ſedit, quatenus prouincias longe poſitas, id eſt Gallias Hiſpaniaſque, quas iam pœne perdidiſſet, & Gizerichi eas Vandalorum regis vaſtaret irruptio, ſi valeret Alaricus ſua cum gente ſibi tanquam lares proprios vendicaret, donatione ſacro oraculo confirmata, Conſentiunt Gothi, hac ordinatione, & ad traditam ſibi patriam proficiſcuntur. Poſt quorum diſceſſum nec quicquam mali in G Italia perpetratum, Stilico patricius & ſocer Honorij imperatoris, (nam vtramque eius filiam, id eſt Mariam & Ermantiam quas ſibi princeps vnam poſt vnam ſociauit, vtramque virginem & intactam Deus ab hac luce migrare præcepit) hic ergo Stilico ad Polentiam ciuitatem in alpibus Cocciis locatam doloſè accedens, nihilque mali ſuſpicantibus Gothis, ad necem totius Italiæ ſuamque deformitatem ruit in bellum. Quem ex improuiſo Gothi cernentes, primo perterriti ſunt, ſed mox recollectis animis, & (vt ſolebant) hortatibus excitati, omnem pœnè exercitum Stiliconis in fugam conuerſum, vſque ad internecionem deiiciunt, furibundoque animo arreptum iter deſerunt, & in Liguriam poſt ſe, vnde iam tranſierant, reuertuntur, eiuſque prædis ſpoliiſque potiti, Æmyliam pari tenore deuaſtant, Flaminiæque aggerem inter Picenum & Thuſciam, vſque ad vrbem Romam diſcurrentes quicquid inter vtrumque latus fuit in prædam diripiunt, ad poſtremum Romam ingreſſi. Alarico H iubente ſpoliant tantum: non autem, vt ſolent gentes, ignem ſupponunt, nec locis ſanctorum in aliquo penitus iniuriam irrogari patiuntur. Exindéque egreſſi, per Campaniam & Lucaniam ſimili clade peracta, Brutios acceſſerunt: vbi diu reſidentes, ad Siciliam exinde ad Africam tranſire deliberant. Brutiorum ſiquidem regio in extremis Italiæ finibus interiacens, parte angulorum eius Apennini montis initium facit, Adriæque pelagus vt lingua porrecta à Tyrreno æſtu ſeiungens, nomen quondam à Brutia ſortitur regina. Ibi ergo veniens Alaricus rex Veſegotharum, cum opibus totius Italiæ quas in præda diripuerat, exinde (vt dictum eſt) per Siciliam in Africam quietam patriam tranſire diſponit. Cuius, quia non eſt liberum quodcunque homo ſine nutu Dei diſpoſuerit, fretum illud horribile aliquantas naues ſubmerſit, plurimas conturbauit. Qua aduerſitate repulſus Alaricus dum ſecum quid ageret deliberaret, ſubito immatura à morte præ-

uentus

A uentus rebus exceſſit humanis. Quem nimia dilectione lugentes, Barentinum amnem iuxta Conſentinam ciuitatem de alueo ſuo deriuant. Nam hic fluuius à pede montis iuxta vrbem dilapſus, fluit vnda ſalutifera. Huius ergo in medio alueo collecto captiuorum agmine ſepulturæ locum effodiunt, in cuius foueæ gremio Alaricum cum multis opibus obruunt, rurſuſque aquas in ſuum alueum reducentes, ne à quoquam quandoque locus cognoſceretur, foſſores omnes interemerunt.

CAPVT XXXI.

Athaulphus Alarici ſucceſſor Italiam ſpoliat. Placidiam Theodoſij Imper. germanam vxorem ducit. Ex Italia in Gallias, ad exigendos inde Vuandalos & Alanos tranſit. Inde in Hiſpaniam. Ibi interficitur. Item Regericus III. Veſegotharum rex interficitur.

MOrtuo Alarico Veſegotha, Athaulfo eius conB ſanguineo & forma & mente conſpicuo tradunt. Nam erat quamvis non adeo proceritate ſtaturæ formatus, quantum pulchritudine corporis vultuque decoros. Qui ſuſcepto regno reuertens item ad Romam, ſi quid primum remanſerat, more locuſtarum eraſit: nec tantum priuatis diuitiis Italiam ſpoliauit, imo & publicis, imperatore Honorio nihil reſiſtere præualente, cuius & germanam Placidiam, Theodoſij Imperatoris ex altera vxore filiam, vrbe captiuam abduxit. Quam tamen ob generis nobilitatem, formæque pulchritudinem, & integritatem caſtitatis attendens, in Foroliuij Æmyliæ ciuitate ſuo matrimonio copulauit, vt gentes, hac ſocietate comperta, quaſi adunata Gothis Republica efficacius terrerentur, Honoriumque Auguſtum quamvis opibus exhauſtum, tamen quaſi cognatum grato animo derelinquens, Gallias tendit: vbi cum aduenisſet, vicinæ gentes perterritæ, in ſuis ſe finibus cœperunt continere, quæ dudum crudeliter Gallias infeſtaſſent, tam Franci, quam Burgundiones. Nam C Vvandali & Alani quos ſupra diximus, permiſſu principum Romanorum vtraque Pannonia reſedere, nec ibi ſibi ob metum Gothorum arbitrantes tutum fore, ſi reuerterentur, ad Gallias tranſiere. Sed mox a Galliis, quas ante non multum tempus occupaſſent, fugientes, Hiſpania ſe recluſere, adhuc memores ex relatione maiorum ſuorum, quid dudum Geberich rex Gothorum genti ſuæ præſtitiſſet incommodi, vel quomodo eos virtute ſua patrio ſolo expuliſſet. Tali ergo caſu Galliæ Athaulfo patuere venienti. Confirmato ergo Gothis regno in Galliis, Hiſpanorum caſu cœpit dolere, eoſque deliberans à Vvandalorum incurſibus eripere, per ſuas opes Barcinolam cum certis fidelibus delectis plebéque imbelli, interiores Hiſpanias introiuit, vbi ſæpe cum Vvandalis decertans, tertio anno poſtquam Gallias Hiſpaniáſque domuiſſet occubuit, gladio illo perforatus Vernulfi, de cuius ſolitus erat ridere ſtatura. Poſt cuius mortem Regericus rex conſtituitur, ſed & ipſe ſuorum fraude peremptus, ocyus vitam cum regno reli-
D quit.

CAPVT XXXII.

Valia IV. Veſegoth. rex pace cum Honorio Imper. inita, Placidiam Romanis reddit. Item, de Conſtantino Conſtante, Iouino & Sebaſtiano Gallia inuaſoribus.

DEhinc iam quartus ab Alarico rex conſtituitur Valia, nimis deſtrictus & prudens: contra quem Honorius Imperator Conſtantinum virum induſtria militari pollentem multiſque præliis glorioſum cum exercitu dirigit, veritus ne fœdus dudum cum Athaulfo initum ipſe turbaret, & aliquas rurſus in Repub inſidias moliretur, vicinis ſibi gentibus repulſis: ſimulque deſiderans germanam ſuam Placidiam ſubiectionis opprobrio liberare, paciſcens cum Conſtantino, vt aut bello, aut pace, vel quoquo modo ſi eam potuiſſet, ad ſuum regnum reuocaret, eique eam in matrimonium ſociaret. Quo placito Conſtantinus ouans cum E copia armatorum, & pœnè iam regio apparatu Hiſpanias petit. Cui Valia rex Gothorum non minori procinctu ad clauſtra Pirenæi occurrit: vbi ab vtraque parte legatione directa, ita conuenit paciſci, vt Placidiam ſororem principis redderet, ſuaque ſolatia Romanæ Reipublicæ, vbi vſus exigeret, non denegaret. Eo namque tempore Conſtantinus quidam apud Gallias inuadens imperium, filium ſuum Conſtantem ex monacho fecerat Cæſarem; ſed non diu tenens regnum præſumptum, mox fœderatis Gothis Romaniſque, ipſe occiditur Arelati, filius vero eius Viennæ. Poſt quos item Iouinus ac Sebaſtianus pari temeritate Rempub. occupandam exiſtimantes, pari exitio periere. Nam duodecimo anno regni Valiæ, quando & Hunni poſt pœnè quinquaginta annos inuaſa Pannonia à Romanis & Gothis expulſi ſunt, videns Valia Vvandalos in ſuis finibus, id eſt Hiſpaniæ ſolo, audaci temeritate ab interioribus partibus Galliæ (vbi eos fugauerat dudum Athaulfus) egreſſos cuncta in prædis vaſtare, eo tempore quo Hierius & Ardaburius conſules F extitiſſent? nec mora, mox contra eos mouit exercitum.

CAPVT XXXIII.

De Vvandalorum regum ſerie in Africa per annos fere centum, vſque Beliſarius de Gilimere Conſtantinopolim adducto triumpharit, & Africa rurſum Imperio Romano adiecta fuerit. Item de Valiæ morte.

SEd Gizericus rex Vvandalorum iam à Bonifacio in Africam inuitatus, qui Valentiniano principi veniens in offenſam, non aliter quam ſe malo Reipub. potuit vindicare. Is ergo ſuis precibus eos inuitans, per tractum anguſtum, quod dicitur fretum Gaditanum, & vix ſeptem millibus Africam ab Hiſpaniis diuidit, oſtioque maris Tyrrheni Oceani æſtum egerit, tranſpoſuit. Erat namque Gizericus iam Romanorum clade in vrbe notiſſimus, ſtatura mediocris, & equi caſu claudicans, animo profundus, ſermone rarus, luxu- G riæ contemptor, ira turbidus, habendi cupidus, ad ſollicitandas gentes prouidentiſſimus, ſemina contentionum iacere, odia miſcere paratus. Talis Africæ Rempub. precibus Bonifacij, vt diximus, inuitatus intrauit, vbi ad diuinitatem (vt fertur) accepta authoritate diu regnans, ante obitum ſuum filiorum agmen acciturn ordinauit, ne inter ipſos de regni ambitione eſſet diſſenſio; ſed ordine quiſque & gradu ſuo, qui aliis ſuperuiueret, id eſt, ſeniori ſuo fieret ſequens ſucceſſor, & rurſus ei poſterior eius. Quod obſeruantes per annorum multorum ſpatia, regnum feliciter poſſedere, nec quod in reliquis gentibus aſſolet, inteſtino bello fœdati ſunt, ſuoque ordine vnus poſt vnum ſuſcipiens regnum, in pace populis imperarunt. Quorum ordo iſte ac ſucceſſio fuit. Primum Gizericus, qui pater & dominus, ſequens Hunnericus, tertius Gundamundus, quartus Tranſamundus quintus Hilderich. Quo, malo gentis ſuæ, Gelimer, immemor ataui præceptorum, de regno eiecto & interempto, tyrannidem præſumpſit, H ſed non ei ceſſit impunè quod fecerat. Nam Iuſtiniani Imperatoris vltio in eo apparuit, & cum omni genere ſuo, opibuſque quibus more prædonis incubabat, Conſtantinopolim delatus per virum glorioſiſſimum Beliſarium, magiſtrum militum orientalem, & conſulem ordinarium atque patricium, magnum in Circo populo ſpectaculum fuit, ſeramque ſui pœnitudinem gerens, cum ſe videret de faſtigio regali deiectum priuatæ vitæ, cui noluit famulari, redactus occubuit. Sic Africa, quæ in diuiſione orbis terrarum, tertia pars mundi deſcribitur, centeſimo ferè anno Vvandalico iugo erepta in libertatem reuocata eſt regni Romani: & quam dudum ignauis dominis, ducibus infidelibus, a Reip. Romanæ corpore gentilis manus abſtulerat, ſolerti domino & fideli ductore nunc reuocata, hodiéque congaudet. Quamvis & poſt hæc aliquantum inteſtino prælio

Maurorumque infidelitate adritam ſe lamentatus erit? tamen triumphus Iuſtiniani Imperatoris à Deo ſibi donatus, quod inchoauerat ad finem vſque perduxit. Sed nobis quid opus eſt vnde res non exigit dicere? Ad propoſitum redeamus. Valia ſiquidem Rex Gothorum adeò cum ſuis in Vvandalos, ſæuiebat, vt voluiſſet eos etiam in Africa perſequi, niſi eum caſus, qui dudum Alarico ad Africam tendenti contigerat, reuocaſſet. Nobilitatus namque intra Hiſpanias, incruentáque victoria potitus; Toloſam reuertitur; Romano imperio, fugatis hoſtibus, aliquantas prouincias (quod promiſerat) derelinquens, ſibique aduerſa poſt longum valetudine ſuperueniente, rebus humanis exceſſit, eo videlicet tempore, quo Berimundus Toriſmundo patre genitus, de quo in catalogo Amalorum familiæ ſuperiùs diximus, cum filio Vviterico ab Oſtrogothis, qui adhuc in Scythiæ terra Hunnorum oppreſſionibus ſubiacebant, ad Veſegotharum regnum migrauit. Conſcius enim erat virtutis & generis nobilitatis, facilius ſibi credens principatum à parentibus deferri, quem hæredem regum conſtabat eſſe multorum. Quis namque de Amalo dubitaret ſi vacaſſet eligere? ſed nec ipſe adeò voluit quis eſſet oſtendere. Et illi iam poſt mortem Valiæ Theodericum ei dedere ſucceſſorem, ad quem veniens Berimund, animi pondere quo valebat eximiam generis ſui amplitudinem commoda taciturnitate ſuppreſſit, ſciens regnantibus ſemper de regali ſtirpe genitos eſſe ſuſpectos. Paſſus eſt ergo ignorari, ne faceret ordinanda confundi. Suſceptúſque eſt cum filio ſuo à rege Theoderico honorificè nimis, adeò vt nec conſilio ſuo expertem, nec conuiuio faceret alienum; non tantum pro generis nobilitate, quam ignorabat, ſed pro animi fortitudine & robore gentis, quam non poterat occultare.

CAPVT XXXIV.

Theodericus V. Veſegothorum Rex. In hunc Romani cum auxiliaribus Hunnis rupta pace exercitum ducunt, Fœdera firmantur. Attila pacatur. Item de Attila aula.

DEfuncto Valia, vt ſuperiùs quod diximus repetamus, qui parum fuerat felix Gallis, proſperrimus feliciórque Theodericus ſucceſſit in regno, homo ſumma moderatione compoſitus, animi corporiſque vtilitate abundans. Contra quem Theodoſio & Feſto conſulibus, pace rupta Romani Hunnis auxiliaribus ſecum iunctis, in Gallias arma mouerunt. Turbauerat namque eos Gothorum fœderatorum manus, quæ cum Gaina comite Conſtantinopolim ſe fœderaſſet. Aëtius ergo patricius tunc præerat militibus, fortiſſimorum Mœſiorũ ſtirpe progenitus, in Doroſtoria ciuitate, à patre Gaudentio, labores bellicos tolerans, Reipub. Romanæ ſingulariter natus, qui ſuperbiam Sueuorum, Francorúmque barbariem immenſis cædibus ſeruire Romano imperio coëgiſſet, Hunnis quoque auxiliariis Litorio ductante, contra Gothos Romanus exercitus mouit procinctum, diuque ex vtraque parte acie ordinata, cum vtrique fortes, & neuter inferior eſſet, datis dextris, in priſtinam concordiam redierunt, fœderéque firmato, ab alterutro fida pace peracta, receſſit vterque. Qua pacatur Attila Hunnorum omnium Dominus, & pene totius Scythiæ gentium ſolus in mundo regnator, qui erat famoſa inter omnes gentes claritate mirabilis. Ad quem in legationé remiſſus à Theodoſio iuniore Priſcus, tali voce inter alia refert. Ingentia ſiquidem flumina id eſt Tyſiã, Tibiſiamque & Dricam tranſeuntes, venimus in locum illum vbi dudum Vidicula Gothorum fortiſſimus Sarmatum dolo occubuit. Indéque non longè ad vicum in quo rex Attila morabatur acceſſimus: vicum inquam, ad inſtar ciuitatis ampliſſimæ, in quo lignea mœnia ex tabulis nitentibus fabricata reperimus, quarum compago ita ſolidum mentiebatur, vt vix ab intento poſſet iunctura tabularum comprehendi. Videres triclinia ambitu prolixiore diſtenta, porticúſque in omni decore diſpoſitas. Area verò curtis ingenti ambitu cingebatur, vt amplitudo ipſa regiam aulam oſtenderet. Hæ ſedes erant Attilæ regis barbariam totam tenentis: hæc captis ciuitatibus habitacula præponebat.

CAPVT XXXV.

De Attila Regis Hunnorum patre, fratribus, déque ipſius ſtatura forma & moribus. Item de gladio Martis quem ipſe vſurpauit, locus inſignis è Priſco hiſtorico.

IS namque Attila patre genitus Mundzucco, cuius fuere germani Octar & Roas, qui ante Attilam regnum Hunnorum tenuiſſe narrantur, quamuis non omnino cunctorum. Eorum ipſe poſt obitum, cum Bleda germano Hunnorum ſucceſſit in regnum, & vt ante expeditioni quam parabat par foret, augmentum virium parricidio quærit, tendens ad diſcrimen omnium nece ſuorum. Sed librante iuſtitia deteſtabili remedio creſcens, deformes exitus ſuæ crudelitatis inuenit. Bleda enim fratre fraudibus perempto, qui magnæ parti regnabat Hunnorum, vniuerſum ſibi populum ſubiugauit, aliarumque gentium quas tunc in ditione tenebat numeroſitate collecta, primas mundi gentes, Romanos Veſegothaſque ſubdere præoptabat. Cuius exercitus quingentorum millium eſſe numerus ferebatur. Vir in concuſſionem gentis natus in mundo, terrarum omnium metus: qui neſcio qua ſortè terrebat cuncta, formidabili de ſe opinione vulgata. Erat namque ſuperbus inceſſu, huc atque illuc circumferens oculos, vt elati potentia ipſo quoque motu corporis appareret. Bellorum quidem amator, ſed ipſe manu temperans, conſilio validiſſimus, ſupplicantibus exorabilis, propitius in fide ſemel receptis. Forma breuis, lato pectore, capite grandiori, minutis oculis, rarus barba, canis aſperſus, ſimo naſo, teter colore, originis ſuæ ſigna reſtituens. Qui quamuis huius eſſet naturæ vt ſemper magna confideret, addebat ei tamen confidentiam gladius Martis inuentus apud Scytharum reges ſemper habitus. Quem Priſcus hiſtoricus tali refert occaſione detectum. *Quum paſtor*, inquiens, *quidam gregis vnam buculam conſpiceret claudicantem, nec cauſam tanti vulneris inueniret, ſollicitus veſtigia cruoris inſequitur: tandemque venit ad gladium, quem depaſcens herbas bucula incautè calcauerat, effoſſumque protinus ad Attilam defert. Quo ille munere gratulatus, vt erat magnanimus, arbitratur ſe totius mundi principem conſtitutum, & per Martis gladium poteſtatem ſibi conceſſam eſſe bellorum.*

CAPVT XXXVI.

Attila, ſuapte natura ad vaſtandum orbem paratus, à Gizerico Vvandalorum rege multis muneribus ad id inſtigatur. Is, omni ratione diſcordiam inter Romanos & Gothos ſerere conatur, ſed fruſtra. Epiſtola Valentiniani Imp. ad Veſegothos, eorumque reſponſum.

HVius ergo mentem ad vaſtationem orbis paratam comperiens Gizericus rex Vandalorum, quem paulo ante memorauimus, multis muneribus ad Veſegotharum bella præcipitat, metuens ne Theodericus Veſegotharum rex filiæ vlciſceretur iniuriam, quæ Hunericho Gizerici filio iuncta, priùs quidem tanto coniugio lætaretur: ſed poſtea, vt erat ille & in ſua pignora truculentus, ob ſuſpicionem tantummodo veneni ab ea parati, eam putatis naribus ſpolians decore naturali, patri ſuo ad Gallias remiſerat, vt turpe funus miſeranda ſemper offerret, & crudelitas, qua etiam mouerentur externi, vindictam patris efficacius impetraret. Attila igitur dudum bella concepta Gizerici redemptione parturiens, legatos in Italiam ad Valentinianum principem miſit, ſerens Gothorum Romanorumque diſcordiam, vt quos prælio non poterat concutere, odiis interius elideret, aſſerens ſe Reipublicæ eius amicitias in nullo violare, ſed contra Theodericum Veſe-

gotharum

A gotharum regem ſibi eſſe certamen, vnde eum excipi li-
benter optaret. Cætere epiſtulæ vſitatis ſalutationum
blandimentis oppleuerat, ſtudens fidem adhibere men-
dacio. Pari etiam modo ad regem Veſegotharum
Theodericum erigit ſcriptum, hortans vt à Romanorum
ſocietate diſcederet, recoleretque prælia, quæ paulò ante
contra eum fuerant concitata ſub nimia feritate. Homo
ſubtilis antequam bella gereret, arte pugnabat. Tunc
Valentinianus Imperator ad Veſegothas eorumque re-
gem Theodericum in his verbis legationem direxit.
Prudentiæ veſtræ eſt, fortiſſime gentium, aduerſus vrbis
conſpirare tyrannum, qui optat mundi generale habere
ſeruitium, qui cauſas prælij non requirit, ſed quicquid
commiſerit hoc putat eſſe legitimum. Ambitum ſuum
brachio metitur, ſuperbia licentiam ſatiat, qui ius faſ-
que contemnens, hoſtem ſe exhibet naturæ cunctorum.
Etenim meretur hic odium, qui in commune omnium
ſe approbat inimicum. Recordamini quæſo, quòd certè
non poteſt obliuiſci. Ab Hunnis caſus eſt fuſus, ſed quod
B grauiter agit, inſidiis egit apertum, vnde vt de nobis
taceamus, poteſtis hanc inulti ferre ſuperbiam? Armo-
rum potentes, fauete propriis doloribus, & communes
iungite manus. Auxiliamini etiam Reipub. cuius mem-
brum tenetis. Quam ſit autem nobis expetenda vel am-
plexanda ſocietas, hoſtis interrogate conſilia. His & ſi-
milibus legati Valentiniani regem permouere Theode-
ricum. Quibus ille reſpondit, Habetis, inquit, Romani,
deſiderium veſtrum, feciſtis Attilam & nobis hoſtem.
Sequimur illum quocunque vocauerit, & quamuis infle-
tur de diuerſis ſuperbarum gentium victoriis, norunt
tamen Gothi confligere cum ſuperbis. Nullum bellum
dixerim graue niſi quod cauſa debilitet, quando nil tri-
ſte pauet, cui maieſtas arriſerit. Acclamant reſponſo co-
mites ducis, lætum ſequitur vulgus. Fit omnibus ambi-
tus pugnæ, hoſtes iam Hunni deſiderantur. Producitur
itaque à Rege Theodorico Veſegotharum innumerabi-
C lis multitudo: qui quatuor filiis domi dimiſſis, id eſt
Friderico & Turico, Rotemero & Himmerit, ſecum tan-
tum Thoriſmund & Theodoricum maiores natu parti-
cipes laboris aſſumit. Felix procinctus, auxiliantium
ſuaue collegium habere, & ſolatia illorum, quos delectat
ipſe etiam ſimul ſubire diſcrimina. A parte vero Ro-
manorum tanta patricij Aëtij prouidentia fuit, cui tunc
innitebatur Reſpub. Heſperiæ plagæ, vt vndique bella-
toribus congregatis, aduerſus ferocem & infinitam mul-
titudinem non impar occurreret. His enim adfuere au-
xiliares Franci, Sarmatæ, Armoritiani, Litiani, Burgun-
diones, Saxones, Riparioli, Ibriones, quondam milites
Romani, tunc verò iam in numero auxiliariorum exqui-
ſiti, aliæque nonnullæ Celticæ vel Germanicæ nationes.
Conueniunt itaque in campos Catalaunicos, qui &
Mauricij nominantur, C. leugas, vt Galli vocant, in lon-
gum tenentes, & LXX. in latum. Leuga autem Gallica mil-
le & quingentorum paſſuum quantitate metitur. Fit
ergo area innumerabilium populorum pars illa terra-
D rum; Conferuntur acies vtræque fortiſſimæ, nihil ſubre-
ptionibus agitur, ſed apertum Martem teſtantur. Quæ
poteſt digna cauſa tantorum motibus inueniri? aut quod
odium in ſe cunctos animauit armari? Probatum eſt, hu-
manum genus regibus viuere, quando vnius mentis in-
ſano impetu ſtrages fit facta populorum, & arbitrio ſu-
perbi regis momento deiicitur, quod tot ſæculis natura
progenuit.

CAPVT XXXVII.

De iis rebus quæ in ipſorum bellorum motibus priùs quam prælium inter Romanos & Hunnos commit- teretur acciderunt.

SEd antequam pugnæ ipſius ordinem, referamus, ne-
ceſſarium videretur edicere, quæ in ipſis bellorum
motibus accidere, quia ſicut famoſum prælium, ita mul-
tiplex atque perplexum. Sangibanus namque rex Ala-
norum metu futurorum perterritus, Attilæ ſe tradere
pollicetur, & Aurelianã ciuitatem Galliæ, vbi tunc con- E
ſiſtebat, in eius iura transducere. Quod vbi Theoderi-
cus & Aëtius agnouere, magnis aggeribus eandem vr-
bem ante aduentum Attilæ deſtruunt, ſuſpectúmque cu-
ſtodiunt Sangibanum, & inter ſuos auxiliares medium
ſtatuunt cum propria gente. Igitur Attila rex Hunno-
rum tali perculſus euentu, diffidens ſuis copiis, metuens
inire conflictum, inter quæ fugam reuoluens ipſo funere
triſtiorem, ſtatuit per haruſpices futura inquirere. Qui
more ſolito nunc pecorum fibras, nunc quaſdam venas
in abraſis oſſibus intuentes, Hunnis infauſta denun-
ciant. Hoc tamen quantulum prædixere ſolatij, quod
ſummus hoſtium ductor de parte, aduerſa occumberet,
relictáque victoria, ſua morte triumphum fœdaret.
Cumque Attila necem Aëtij, quod eius motibus ob-
uiabat, vel cum ſua perditione duceret expetendam, tali
præſagio ſollicitus, vt erat conſiliorum in rebus bellicis
exquiſitor, circa nonam diei horam prælium ſub trepi-
datione committit, vt ſi non ſecus cederet, nox immi-
nens ſubueniret, conuenere partes, vt diximus, in cam- F
pos Catalaunicos.

CAPVT XXXVIII.

Poſitio loci, quo in Catalaunicis campis prælium inter Romanos & Hunnos eſt commiſſum: & Deſcriptio vtriuſque aciei.

ERat autem poſitio loci decliui tumore, in modum
collis excreſcens. Quem vterque cupiens exercitus
obtinere, quia loci opportunitas non paruum benefi-
cium conferret: dextram partem Hunni cum ſuis, ſini-
ſtram Romani & Veſegothæ cum auxiliariis occupa-
runt. Relictóque de cacuminis eius iugo certamine, dex-
trum cornu cum Veſegothis Theodericus tenebat ſini-
ſtrum Aëtius cum Romanis, collocantes in medio San-
gibanum, quem ſuperiùs retulimus præfuiſſe Alanis,
prouidentes cautione militari, vt eum, de cuius animo G
minus præſumebant, fidelium turba concluderent. Faci-
lè namque adſumit pugnandi neceſſitatem, cui fugiendi
imponitur difficultas. E diuerſo verò fuit Hunnorum
acies ordinata, vt in medio Attila cum ſuis fortiſſimis
locaretur; ſibi potiùs rex hac ordinatione proſpiciens,
quatenus inter gentis ſuæ robur poſitus, ab imminenti
periculo redderetur exceptus. Cornua verò eius multi-
plices populi & diuerſæ nationes quas ditioni ſuæ ſub-
diderat ambiebant. Inter quos Oſtrogotharum præemi-
nebat exercitus, Vvalamire & Theodemire & Vvide-
mire germanis ductantibus, ipſo etiam rege, cui tunc
ſeruiebant, nobilioribus; quia Amalorum generis eos
potentia illuſtrabat; eratque & Gepidarum agmine in-
numerabili rex ille famoſiſſimus Ardaricus, qui ob ni-
miam ſuam fidelitatem ergã Attilam eius conſiliis in-
tererat. Nam perpendens Attila ſagacitatem ſuam, eum
& Vvalamirem Oſtrogotharum regem ſuper cæteros
regulos diligebat. Erat namque Vvalamir ſecreti tenax, H
blandus alloquio, doli ignarus. Ardarich fide & conſilio,
vt diximus, clarus. Quibus non immeritò contra paren-
tes Veſegothas debuit credere pugnatoribus. Reliqua
autem ſi dici fas eſt, turba regum, diuerſarúmque na-
tionum ductores, ac ſi ſatellites, nutibus Attilæ attende-
bant, & vbi oculo annuiſſet abſque aliqua murmuratio-
ne cum timore & tremore vnuſquiſque adſtabat, aut
certe quod iuſſus fuerat exſequebatur. Sed ſolus Attila
rex omnium regum, ſuper omnes & pro omnibus ſolli-
citus erat. Fit ergo de loci, quem diximus, opportuni-
tate certamen. Attila ſuos dirigit qui cacumen montis
inuaderent, ſed à Thoriſmundo & Aëtio præuentus eſt,
qui eluctati collis excelſa vt conſcenderent, ſuperiores
effecti ſunt, venientéſque Hunnos montis beneficio
facile turbauere.

CAPVT

A

CAPVT XXXIX.

Attila oratio ad Hunnos, qua eos ad prælium aduerſus Romanos ineundum exhortatur.

TVnc Attila, quum videret exercitum cauſa præcedente turbatum, eum tali ex tempore eredit alloquio confirmandum. Poſt victorias tantarum gentium, poſt orbem ſi conſiſtatis edomitum, ineptum iudicauerim, tanquam ignaros rei verbis acuere. Quærat hoc aut nouus ductor, aut inexpertus exercitus. Nec mihi fas eſt aliquid vulgare dicere, nec vos oportet audire. Quid autem aliud vos quam bellare conſueti? aut quid forti ſuauius, quam vindictam manu quærere? Magnum munus à natura, animum vltione ſatiare. Aggrediamur ergo hoſtem alacres, audaciores ſunt ſemper, qui inferunt bellum. Adunatas deſpicite diſſonas gentes. Iudicium pauoris eſt, ſocietate defendi. En ante impetum B terroribus iam feruntur, excelſa quærunt, tumulos capiunt, & ſera pœnitudine in campis munitiones efflagitant. Nota uobis ſunt, quam ſint leuia Romanorum arma; primo etiam non dico vulnere, ſed ipſo puluere grauantur. Dum inordinate coëunt, & acies teſtudinemque connectunt, vos conſligite præſtantibus animis, vt ſoletis, deſpicienteſque eorum acies, Alanos inuadite, in Veſegothas incumbite. Inde nobis eſt citam victoriam quærere, vnde ſe continet bellum. Abſciſa autem neruis mox membra relabuntur; nec poteſt ſtare corpus, cui oſſa ſubtraxeris. Conſurgant animi furor ſolitus intumeſcat. Nunc conſilia Hunni, nunc arma depromite; aut vulneratus quis aduerſarij mortem depoſcat, aut illæſus hoſtium clade ſatietur. Victuros nulla tela conueniunt, morituros & in ocio fata præcipitant. Poſtremò cur fortuna Hunnos tot gentium victores C adſereret, niſi ad certaminis huius gaudia præparaſſet? Quis denique Mæotidarum iter aperiret maioribus noſtris tot ſeculis clauſum ac ſecretum? Quis adhuc inermibus cedere faciebat armatos? Faciem Hunnorum non poterit ferre adunata collectio. Non fallor euentu, hic campus eſt quem nobis tot proſpera promiſerant. Primus in hoſtes tela coniiciam. Si quis potuerit Attila pugnante ocium ferre, ſepultus eſt. His verbis accenſi, in pugnam cuncti præcipitantur.

CAPVT XL.

Succeſſus prælij commiſſi inter Romanos & Veſegothos aduerſus Hunnos. Theoderici regis mors. Attila ſe plauſtris vallat.

ET quamuis haberent res ipſæ formidinem, præſentia tamen regis cunctationem hærentibus auferebat. Manu manibus congrediuntur, bellum atrox, multiplex, immane, pertinax, cui ſimile nulla vſquam narrat antiquitas, D vbi talia geſta referuntur, vt nihil eſſet, quod in vita ſua conſpicere potuiſſet egregius, qui huius miraculi priuaretur aſpectu. Nam ſi ſenioribus credere fas eſt, riuulus memorati campi humili ripa prolabens, peremptorum vulneribus ſanguine multo prouectus, non auctus imbribus, vt ſolebat, ſed liquore concitatus inſolito, torrens factus eſt cruoris augmento. Et quos illic coëgit in aridam ſitum vulnus inflictum, fluenta mixta clade traxerunt: ita conſtricti ſorte miſerabili ſordebant, potantes ſanguinem quem fudere ſauciati. Hic Theodericus rex dum adhortans diſcurreret exercitum, equo depulſus, pedibuſque ſuorum conculcatus, vitam matura ſenectute concluſit. Alij vero dicunt eum interfectum telo Andagis de parte Oſtrogotharum, qui tunc Attilanum ſequebantur regimen. Hoc fuit quod Attilæ præſagio haruſpices prius dixerant, quamquam ille de Aëtio ſuſpicaretur. Tunc Veſegothæ diuidentes ſe ab Alanis, inuadunt Hunnorum cateruas, & pene Attilam trucidaſſent; niſi prius prouidus fugiſſet & ſe ſuoſque illico intra ſepta caſtrorum, quæ plauſtris vallata habebat, recluſiſſet. E Quamuis fragile munimentum, tamen quæſierunt ſubſidium vitæ, quibus paulo ante nullus poterat muralis agger obſiſtere. Thoriſmund autem regis Theoderici filius, qui cum Aëtio collem anticipans, hoſtes de ſuperiori loco proturbauerat, credens ſe ad agmina propria peruenire, nocte cæca ad hoſtium carpenta ignarus incurrit. Quem fortiter dimicantem quidam capite vulnerato, equo deiecit, ſuorumque prouidentis liberatus, à præliandi intentione deſiit. Aëtius vero ſimiliter noctis confuſione diuiſus, quum inter hoſtes medios vagaretur, trepidus ne quid incidiſſet aduerſi Gothis, inquirens, tandemque ad ſocia caſtra perueniens, reliquum noctis ſcutorum defenſione tranſegit. Poſtera die luce orta, quum cadaueribus plenos campos aſpicerent, nec audere Hunnos erumpere, ſuam arbitrantur eſſe victoriam, ſcienteſque Attilam non niſi magna clade confuſum, bello confugiſſe: quum tamen nil ageret vel proſtratus abiectum, ſed ſtrepens armis tubis canebat incurſionemque minabatur: F velut leo venabulis preſſus, ſpeluncæ aditus obambulans, nec audet inſurgere, nec deſinit fremitibus vicina terrere, ſic bellicoſiſſimus rex victores ſuos turbabat incluſus. Conueniunt itaque Gothi Romanique, & quid agerent de ſuperato Attila deliberant. Placet eum obſidione fatigari, qui annonæ copiam non habebat, quando ab ipſius ſagittarijs intra ſepta caſtrorum locatis, crebris ictibus arceretur acceſſus. Fertur autem deſperatis in rebus prædictum regem adhuc & in ſupremo magnanimem, equinis ſellis conſtruxiſſe piram, ſeſeque, ſi aduerſarij irrumperent, flammis iniicere voluiſſe, ne aut aliquis eius vulnere lætaretur, aut in poteſtate hoſtium, tantorum hoſtium gentium dominus, perueniret.

CAPVT XLI.

Thoriſmund Theoderico regi patri ſuo exequias parat, & conſilio Aetij patricij, qui Hunnis funditus interemptis, mala à Gothis metuebat Imperio Romano, ſe recipit & patri ſuccedit. Franci & Gepidæ mutua clade ſe atterunt. Numerus cæſorum prælio inter Rom. & Attilam. G

VErum inter has obſidionum moras Veſegothæ regem, filij patrem requirunt, admirantes eius abſentiam, dum felicitas fuerit ſubſequuta. Quumque diutius exploratum, vt viris fortibus mos eſt, inter denſiſſima cadauera reperiſſent, cantibus honoratum, inimicis ſpectantibus abſtulerunt. Videres Gothorum globos diſſonis vocibus confragoſos, adhuc inter bella furentia funeri reddidiſſe culturam. Fundebantur lachrymæ, ſed quæ viris fortibus impendi ſolent, noſtra mors erat, ſed Hunno teſte glorioſa, vnde hoſtium putaretur inclinata fore ſuperbia, quando regis efferre cadauer cum ſuis inſignibus inſpiciebant. At Gothi Theodorico adhuc iuſta ſoluentes, armis inſonantibus regiam deferunt H maieſtatem, fortiſſimuſque Thoriſmund bene glorioſus, ad manes cariſſimi patris, vt decebat filium exequias eſt proſequutus. Quod poſtquam peractum eſt, orbitatis dolore cõmotus, & virtutis impetu qua valebat, dum inter reliquias Hunnorum mortem patris vindicare contendit; Aëtium patricium, ac ſi ſeniorem, prudentiaque maturum, de hac parte conſuluit, quid ſibi eſſet in tempore faciendum. Ille vero metuens, ne Hunnis funditus interemptis, à Gothis Romanorũ premeretur imperium, præbet hac ſuaſione conſiliũ, vt ad ſedes proprias remearet, regnumq; quod pater reliquerat arriperet; ne germani eius, opibus ſumptis paternis, Veſegotharũ regnum peruaderent, grauiterq; de hinc cum ſuis, & quod peius eſt, miſerabiliter pugnaret. Quo reſponſo non ambigue, vt datum eſt, ſed pro ſua potius vtilitate ſucepto, relictis Hunnis, redit ad Gallias. Sic humana fragilitas dum ſuſpicionibus occurrit, magna rerum agendarũ occaſione intercipitur. In hoc enim famoſiſſimo & fortiſſimarum gentium bello ab vtriſque partibus CLXII. millia cæſa referuntur, exceptis XC. millibus Gepidarum &

Francorum,

A Francorum, qui ante congreſſionem publicam noctu
ſibi occurrentes, mutuis concidere vulneribus, Francis
pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte pu-
gnantibus. Attila igitur diſceſſione cognita Gothorum,
quod de inordinatis colligi ſolet, & inimicorum ma-
gis æſtimans dolum, diutius ſe intra caſtra continuit.
Sed vbi hoſtium abſentia ſuot longa ſilentia conſecuta,
erigitur mens ad victoriam, gaudia præſumuntur, atque
potentis regis animus in antiqua fata reuertitur. Tho-
riſmund ergo patre mortuo, in campis ſtatim Catalau-
nicis, vbi & pugnauerat, regia maieſtate ſubuectus, To-
loſam ingreditur. Hic licet fratrum & fortium turba
gauderet, ipſe tamen ſic ſua initia moderatus eſt, vt nul-
lus reperiret de regni ſucceſſione certamen.

CAPVT XLII.

*Attila de Veſegotharum receſſu à Romanis certior factus
ad oppreſſionem Romanorum omnibus viribus ſe con-*
B *fert. Aquileiam, Mediolanum, Ticinum, vaſtat. Leo
Papa ad eum accedit, & pacem Italiæ certis conditio-
nibus impetrat. Attila ad ſuas ſedes vltra Danubium
remeat.*

ATtila vero nacta occaſione de receſſu Veſegotha-
rum, & quod ſæpè optauerat, cernens hoſtium
ſolutionem per partes, mox iam ſecurus ad oppreſſio-
nem Romanorum mouit procinctum, primáque aggreſ-
ſione Aquileienſem obſedit ciuitatem, quæ eſt metro-
polis Venetiarum, in mucrone vel lingua Adriatici po-
ſita ſinus. Cuius ab Oriente muros Natiſſa amnis
fluens, à monte Picis elambit, ibique quum diu multó-
que tempore obſidens nihil penitus præualeret, fortiſ-
ſimis intrinſecus Romanorum militibus reſiſtentibus;
exercitu iam murmurante & diſcedere cupiente, Attila
deambulans circa muros, dum vtrum ſolueret caſtra,
an adhuc moraretur deliberat; animaduertit candidas
aues, id eſt, ciconias, quæ in faſtigio domorum nidifi-
C cant, de ciuitate fœtus ſuos trahere, atque contra mo-
rem per rura forinſecus comportare. Et vt hoc, ſicut
erat ſagaciſſimus inquiſitor, perſenſit, ad ſuos in-
quit; Reſpicite aues futurarum rerum prouidas peri-
turam relinquere ciuitatem, caſuráſque arces periculo
imminente deſerere. Non hoc vacuum, non hoc cre-
datur incertum; rebus præſcitis conſuetudinem mutat
ventura formido. Quid plura? Animus ſuorum rurſus
ad oppugnandum Aquileiam inflammatur. Qui, ma-
chinis conſtructis, omnibuſque tormentorum generi-
bus adhibitis, nec mora, inuadunt ciuitatem, ſpoliant,
diuidunt, vaſtantque crudeliter, ita vt vix eius veſtigia,
vt appareant, reliquerint. Ex hinc iam audaciores, &
necdum Romanorum ſanguine ſatiati, per reliquas
Venetum ciuitates Hunni bacchabantur. Mediolanum
quoque Liguriæ metropolim, & quondam regiam vr-
bem, pari tenore deuaſtant, necnon & Ticinum æquali
ſorte deiiciunt, vicináque loca ſæuientes allidunt, de-
moliuntúrque penè totam Italiam, Quumque ad Ro-
D mam animus fuiſſet eius attentus accedere, ſui eum
(vt Priſcus refert hiſtoricus) remouere, non vrbi, cui
inimici erant, conſulentes; ſed Alarici quondam Veſe-
gotharum regis obiicientes exemplum, veriti regis ſui
fortunam, quia ille poſt fractam Romam diu non ſu-
peruixerat, ſed protinus rebus exceſſit humanis: Igitur
dum eius animus ancipiti negotio inter ire & non ire
fluctuaret, ſecúmque deliberans tardaret, placita ei le-
gatio à Roma aduenit. Nam Leo Papa per ſe ad eum
accedit in Acrouentu Mamboleio, vbi Mincius amnis
commeantium frequentatione tranſitur. Qui mox de-
poſito exercitus furore & rediens qua venerat, id eſt,
vltra Danubium, promiſſa pace diſceſſit; illud præ
omnibus denuncians, atque interminando diſcernens,
grauiora ſe in Italiam illaturum, niſi ad ſe Honoriam
Valentiniani Principis Germanam, filiam Placidiæ
Auguſtæ, cum portione ſibi regalium opum debita mit-
teret. Ferebatur enim quia hæc Honoria, dum propter

aulæ decus ac caſtitatem teneretur nutu fratris incluſa, E
clandeſtino eunucho miſſo, Attilam inuitaſſet, vt contra
fratris potentiam eius patrociniis vteretur: prorſus
indignum facinus, vt licentiam libidinis malo publico
compararet,

CAPVT XLIII.

*Attila in Alanos trans Ligerim conſidentes mouet. A Tho-
riſmunde rege Veſegotharum conſerto prælio in ſuas
ſedes fugere compellitur. Thoriſmundi cædes.*

REuerſus itaque Attila in ſedes ſuas, & quaſi otij
pœnitens, grauitérque ferens à bello ceſſare, ad
Orientis Principem Marcianum legatos dirigit, Pro-
uinciarum teſtans vaſtationem, quod ſibi promiſſa à
Theodoſio quondam Imperatore minimè perſolueret,
& inhumanior ſolito ſuis hoſtibus appareret. Hæc ta-
men agens, vt erat verſutus & callidus, alibi minatus,
alibi arma ſua commouit, & quod reſtabat indigna- F
tioni, faciem in Veſegothos retorſit. Sed non eum,
quem de Romanis, reportauit euentum. Nam per diſſi-
miles anterioribus vias recurrens, Alanorum partem
trans flumen Ligeris conſidentem ſtatuit ſuæ redigere
ditioni, quatenus mutata per ipſos belli facie, terribi-
lior emineret. Igitur ab Dacia & Pannonia Prouinciis,
in quibus tunc Hunni cum diuerſis ſubditis nationibu.
inſidebant, egrediens Attila, in Alanos mouit procin-
ctum. Sed Thoriſmund rex Veſegothorum fraudem
Attilæ non impari ſubtilitate perſentiens, ad Alanos
tota ſubtilitate priùs aduenit, ibique ſuperuenientis
iam Attilæ motibus præparatus occurrit, conſertóque
prælio, penè ſimili eum tenore vt priùs in campis Ca-
talaunicis, à ſpe remouit victoriæ, fugatúmque à parti-
bus ſuis ſine triumpho remittens in ſedes proprias
fugere compulit. Sic Attila famoſus, & multarum vi-
ctoriarum Dominus, dum quærit famam perditoris
abiicere, & quod priùs à Veſegothis pertulerat abolere;
geminatam ſuſtinuit, ingloriúſque receſſit: Thoriſmund G
vero repulſus ab Alanis Hunnorum cateruis, ſine aliqua
ſuorum læſione Toloſam migrauit, ſuorúmque quieta
pace compoſita, tertio anno regni ſui ægrotans, dum
ſanguinem tollit de vena, ab Aſcalcruo cliente inimi-
cos nunciante, armis ſubtractis, peremptus eſt. Vna ta-
men manu, quam liberam habebat, ſcabellum tenens,
ſanguinis ſui extitit vltor, aliquantos inſidiantes ſibi
extinguens.

CAPVT XLIV.

*Theodericus Thoriſmundi frater rex Veſegotharum Ri-
ciarium Sueuorum regem qui Hiſpaniam inuaſerat
bello ſuperat. Achiulphum clientem Sueuus præficit, is
tyrannidem affectans capite plectitur. Sueui permiſſu
Theoderici Remiſmundum ſibi regem eligunt; Theode-
rici regis mors.*

POſt cuius deceſſum, Theodericus germanus eius H
Veſegotharum in regno ſuccedens, mox Riciarium
Sueuorum regem cognatum ſuum repperit inimicum.
Hic item Riciarius affinitatem Theoderici præſumens,
vniuerſam penè Hiſpaniam ſibi credidit occupandam,
iudicans, opportunum tempus ſurreptionis incompoſi-
ta initia tentare regnantis, Quibus ante Gallicia & Lu-
ſitania ſedes fuere, quæ in dextro latere Hiſpaniæ per
ripam Oceani porriguntur, habentes ab Oriente Au-
ſtrogoniam, ab Occidente in promontorio ſacrum Sci-
pionis Romani docis monumentum, à Septentrione
Oceanum, à meridie Luſitaniam, & fluuium Tagum,
quia arenis ſuis permiſcens auri metalla, trahit cum limi
vilitate diuitias. Exinde ergo exiens Riciarius rex Sue-
uorum nititur totam Hiſpaniam occupare. Cui Theo-
dericus cognatus ſuus, vt erat moderatus, legatos mit-
tens, pacificè dixit, vt non ſolum recederet à finibus
alienis? verum etiam nec tentare præſumeret, odium

A ſibi tali ambitione acquirens. Ille verò animo præſumido ait: Si hic murmuras, & me venire cauſaris: Toloſam, vbi tu ſedes, veniam; ibi ſi vales, reſiſte. His auditis, ægrè tulit Theodericus, compacatuſque cum cæteris gentibus arma mouit in Sueuos, Burgundionum quoque Gundiacum, & Hilpericum reges auxiliares habens, ſibique deuotos. Ventum eſt ad certamen iuxta flumen Vrbium, quod inter Aſturicam Hiberiamque, prætermeat; conſertóque prælio, Theodericus cum Veſegothis, qui ex iuſta parte pugnabat, victor efficitur, Sueuorum gentes penè cunctas vſque ad internecionem proſternens. Quorum rex Riciarius relicta infeſta victoria, hoſtem fugiens, in nauim conſcendit, aduerſaque procella Tyrrheni oſtij repercuſſus, Veſegotharum eſt manibus redditus, miſerabilem non differens mortem, cum elementa mutauerit. Theodericus verò victor exiſtens, ſubactis pepercit, nec vltra certamina ſæuire permiſit, præponens Sueuis, quos ſubiecerat, clientem Athaulfum: Qui in breui animum ad præuaricationem

B ex Sueuorum ſuaſionibus commutans, neglexit imperata complere, potius tyrannica elatione ſuperbiens, credenſque ſe ea virtute prouinciam obtinere, qua dudum cum domino ſuo eam ſubiecisset. Is ſiquidem erat Vvarnorum ſtirpe genitus, longè à Gothici ſanguinis nobilitate ſeiunctus: idcirco nec libertati ſtudens, nec patrono fidem ſeruans. Quo comperto, Theodericus mox contra eum qui eum de regno peruaſo deiicerent, deſtinauit. Qui venientes, ſine mora in primo eum certamine ſuperantes, congruam factorum eius ab eo exegerunt vltionem. Captus namque, & ſuorum ſolatio deſtitutus, capite plectitur; ſenſitque tandem iratum, qui propitium dominum crediderat contemnendum. Tunc Sueui rectoris ſui interitum conuenientes locorum ſacerdotes ad Theodericum ſupplices direxerunt. Quos ille pontificali reuerentia ſuſcipiens, non ſolùm impunitatem Sueuorum indulſit; ſed & vt ſibi de ſuo genere principem conſtituerent flexus pietate conceſſit. Quod & factum eſt, &

C Remiſmundum ſibi Sueui regulum ordinauerunt. His peractis, paceque cunctis munitis, tertiodecimo regni ſui anno Theodericus occubuit.

CAPVT XLV.

Euricus Veſegotharum Rex Theoderico ſuccedit, Romanis Imperatoribus aliis ſuper alios caſis Gizericus Vvandalorum rex Italiam inuadit, Romam vaſtat. Euricus Gallias inuadit, Britones Romanorum auxiliarios profligat, Aruernam Galliæ ciuitatem occupat.

CVi frater Euricus percupida feſtinatione ſuccedens, ſæua ſuſpicione pulſatus eſt. Nam dum hæc circa Veſegotharum gentem & alia nonnulla geruntur, Valentinianus Imperator dolo Maximi occiſus eſt, & ipſe Maximus tyrannico more regnum inuaſit. Quod audiens Gizericus Rex Vvandalorum, ab Africa armata claſſe in Italiam venit, Romamque ingreſſus, cuncta de-

D uaſtat. Maximus verò fugiens, à quodam Vrſo milite Romano interemptus eſt, poſt quem, iuſſu Marciani Imperatoris Orientalis, Maiorianus Occidentale ſuſcepit imperium gubernandum. Sed & ipſe non diu regnans, dum contra Alanos, qui Gallias infeſtabant, mouiſſet procinctum, Dertonæ iuxta fluuium Ira cognomento occiditur. Cuius locum Seuerus inuaſit, qui tertio anno imperij ſui Romæ obiit. Quod cernens Leo Imperator, qui in Orientali regno Marciano ſucceſſerat, Anthemium patricium ſuum ordinans, Romæ principem ordinauit. Qui veniens illico Ricimerem generum ſuum contra Alanos direxit, virum egregium, & penè tunc in Italia ad exercitum ſingularem. Qui multitudinem Alanorum, & regem eorum Beorgum in primo ſtatim certamine ſuperatos, internecione proſtrauit. Euricus ergo Veſegotharum rex crebram mutationem Romanorum principum cernens, Gallias ſuo iure niſus eſt occupare. Quod comperiens Anthemius Imperator, protinus ſolatia Britonum poſtulauit. Quorum rex Riothimus

E cum XII. millibus veniens, in Biturigas ciuitatem Oceano è nauibus egreſſus, ſuſceptus eſt. Ad quos rex Veſegotharum Euricus innumerum ductans exercitum aduenit, diuque pugnans, Riothimum Britonum regem, antequam Romani in eius ſocietate coniungerentur, ſuperauit. Qui ampla parte exercitus amiſſa, cum quibus potuit fugiens, ad Burgundionum gentem vicinam, Romanis in eo tempore fœderatam, aduenit. Euricus verò rex Veſegotharum Aruernam Galliæ ciuitatem occupauit, Anthemio principe iam defuncto; qui cum Ricimere genero ſuo inteſtino bello ſæuiens, Romam triuiſſet, ipſeque à genero peremptus, regnum reliquit Olibrio. Quo tempore in Conſtantinopoli Aſpar primus patriciorum, & Gothorum genere clarus, cum Ardabure & Patriciolo filiis, illo quidem olim patricio, hoc autem Cæſare, generóque Leonis principis appellato, ſpadonum enſibus in palatio vulneratus interiit. Et nec dum Olibrio VIII. menſe in regnum ingreſſo obeunte, Glycerius apud Rauennam plus præſumptione quam electione Cæſar effectus eſt. Quem anno vix

F expleto, Nepos Marcellini quondam patricij ſororis filius, a regno deiiciens, in portu Romano Epiſcopum ordinauit. Tantas varietates mutationéſque Euricus cernens, vt diximus ſuperiùs, Aruernam occupat ciuitatem, vbi tunc Romanorum dux præerat Decius nobiliſſimus ſenator, & dudum Auiti Imperatoris, qui ad paucos dies regnum inuaſerat, filius. Nam hic ante Olibrium paucos dies tenens imperium, vltro receſſit Placentiam, ibique Epiſcopus eſt ordinatus. Huius ergo filius Decius diu certans cum Veſegothis, nec valens anteſtare, relicta patria maximéque vrbe Aruernate hoſti, ad tutiora ſe loca collegit. Quod audiens Nepos Imperator, præcepit Decio, relictis Galliis ad ſe venire, in locum eius Oreſte magiſtro militum ordinato: qui Oreſtes ſuſcepto exercitu, & contra hoſtes egrediens, à Roma Rauennam peruenit, ibique remoratus, Auguſtulum filium ſuum Imperatorem efficit. Quo comperto, Nepos fugit in Dalmatias, ibique defecit priuatus regno, vbi iam Gly-

G cerius dudum Imperator Epiſcopatum Salonitanum habebat; Auguſtulo à patre Oreſte in Rauenna Imperatore ordinato.

CAPVT XLVI.

Odoacer Turcilingorum Rex Italiam inuadit & ſubiugat.

NOn multum poſt Odouacer Turcilingorum Rex habens ſecum Scyros, Herulos, diuerſarúmque gentium auxiliarios, Italiam occupauit, & Oreſte interfecto Auguſtulum filium eius de regno pulſum, in Lucullano Campaniæ Caſtello exilij pœna damnauit. Sic quoque Heſperium Romanæ gentis imperium, quod ſeptingenteſimo nono vrbis conditæ anno primus Auguſtorum Octauianus Auguſtus tenere cœpit, cum hoc Auguſtulo

H periit, anno deceſſorum prædeceſſorúmque regni quingenteſimo vigeſimo ſecundo, Gothorum dehinc regibus Romam Italiámque tenentibus. Interea Odouacer rex gentium omni Italia ſubiugata, vt terrorem ſuum Romanis indicaret, mox initio regni ſui Brachilam comitem apud Rauennam occidit, regnoque ſuo confortato, penè per quatuordecim annos vſque ad Theoderici præſentiam, de quo in ſubſequentibus dicturi ſumus, obtinuit. Interim tamen ad eum ordinem, vnde digreſſi ſumus, redeamus.

CAPVT XLVII.

Euricus Veſegotharum rex Arelatum Maſſiliam, & Burgundiones ſubigit. Moritur Alaricus Eurici filius, nonus Veſegotharum rex

EVricus Rex Veſegotharum Romani regni vacillationem cernens, Arelatum & Maſſiliam propriæ ſubdidit ditioni. Gezericus etenim Vvandalorum rex

ſuis,

ſuis eum muneribus ad iſta committenda illexit, quatenus ipſe Leonis vel Zenonis inſidias, quas contra eum direxerant, præcaueret; egitque vt orientale imperium Oſtrogothæ, Heſperium Veſegothæ vaſtarent, vt in vtraque Repub. hoſtibus decertantibus, ipſe in Africa quietus regnaret. Quod Euricus grato ſuſcipiens animo, totas Hiſpanias Galliaſque ſibi iam iure proprio tenens, ſimul quoque & Burgundiones ſubegit, Arelatoque degens, decimonono anno regni ſui vita priuatus eſt. Huic ſucceſſit proprius filius Alaricus, qui nonus in numero ab illo Alarico magno regnum adeptus eſt Veſegotharum. Nam pari tenore, vt de Auguſtulo ſuperiùs diximus, & in Alaricis proueniſſe cognoſcitur, in eis ſæpè regna deficiunt, à quorum nominibus inchoant. Quo interim nos prætermiſſo, ſicut promiſimus, omnem Gothorum texamus originem. Et quia dum vtræque gentes tam Oſtrogothæ, quam etiam Veſegothæ in vno eſſent, vt valui, maiorum ſequens dicta reuolui, diuiſoſque Veſegothas ab Oſtrogothis ad liquidum ſum proſequutus: neceſſe nobis eſt, iterum ad antiquas eorum Scythicas ſedes redire, & Oſtrogotharum genealogiam actuſque pari tenore exponere.

CAPVT XLVIII.

Oſtrogotharum regum ab Ermanarici regis deceſſione genealogia, vſque ad Vvalamirum Thoriſmundi filium, & Attilæ mortem.

Oſtrogotæ Ermanarici regis ſui deceſſione à Veſegothis diuiſi, Hunnorum ſubditi ditioni, in eadem patria remorati ſunt. Vvinithario tamen Amalo principatus ſui inſignia retinente. Qui aui Ataulfi virtutem imitatus, quamuis Ermanarici felicitate inferior tamen moleſtè ferens Hunnorum imperio ſubiacere, paululum ſe ſubtrahebat ab illis, ſuamque dum nititur oſtentare virtutem, in Antarum fines mouit procinctum, eoſque dum aggreditur, prima congreſſione ſuperatur: deinde fortiter egit, regemque eorum Box nomine cum filiis ſuis & LXX. primatibus in exemplo terroris cruci adfixit, vt dediticiis metum cadauera pendentium geminarent. Sed cum tali libertate vix anni ſpatio imperaſſet, non eſt paſſus Balamber rex Hunnorum, ſed aſcito ad ſe Sigiſmundo Hunimundi magni filio, qui iuramenti ſui & fidei memor cum ampla parte Gothorum Hunnorum imperio ſubiacebat, renouatóque cum eo fœdere, ſuper Vvinitharium duxit exercitum; diuque certantibus, primo & ſecundo certamine Vvinitharius vincit. Nec valet aliquis commemorare quantam ſtragem de Hunnorum Vvinitharius fecit exercitu. Tertio vero prælio ſubreptionis auxilio ad fluuium nomine Erac, dum vterque ad ſe veniſſent, Balamber ſagitta miſſa caput Vvinitharij ſaucians, interemit, neptemque eius Vvaladamarcam ſibi in coniugio copulans, iam omnem in pace Gothorum populum ſubactum poſſedit: ita tamen, vt genti Gothorum ſemper vnus proprius regulus (quamuis Hunnorum conſilio) imperaret. Et mox defuncto Vvinithario, rexit eos Hunimundus filius quondam regis potentiſſimi Ermanarici, acer in bello, totiuſque corporis pulchritudine pollens. qui poſt hæc contra Sueuorum gentem feliciter dimicauit. Eoque defuncto, ſucceſſit Thoriſmund filius eius flore iuuentutis ornatus, qui ſecundo principatus ſui anno contra Gepidas mouit exercitum, magnáque de illis potitus victoria, caſu equi dicitur interemptus. Quo defuncto, ſic eum luxere Oſtrogothæ; vt XL. per annos in eius loco rex alius non ſuccederet, quatenus & illius memoriam ſemper haberent in ore, & tempus accederet quo Vvalamir habitum repararet virilem, qui erat ex conſobrino eius genitus Vvandalario; quia filius eius, vt ſuperiùs diximus, Beriſmund, iam contempta Oſtrogotharum gente propter Hunnorum dominium, ad partes Heſperias Veſegotharum fuiſſet gentem ſequutus, de quo & ortus eſt Vedericus. Vederico quoque filius natus eſt Eutharicus, qui iunctus Amalaſuentæ filiæ Theoderici, item Amalorum ſtirpem iam diuiſam coniunxit, & genuit Athalaricum & Matheſuentam. Sed quia Athalaricus in annis puerilibus defunctus eſt, Matheſuenta Conſtantinopolim iolata, de ſecundo viro, id eſt Germano fratruele Iuſtiniani Imperatoris genuit poſthumum filium quem nominauit, Germanum. Sed nobis, vt ordo quem cœpimus decurrat, ad Vvandalarij ſobolem, quæ trino flore pullulabat, redeundum eſt. Hic etenim Vvandalarius fratruelis Ermanarici, & ſupraſcripti Thoriſmundi conſobrinus, tribus editis liberis, in gente Amala gloriatus eſt, id eſt Vvalamir, Theodemir, Vvidemir. Ex quibus per ſucceſſionem parentum Vvalamir in regnum conſcendit, adhuc Hunnis eos inter alias gentes generaliter obtinentibus. Eratque tunc in tribus his germanis contemplatio grata, quando mirabilis Theodemir pro fratris Vvalamir militabat imperio. Vvalamir vero pro altero iubet ornando, Vvidemir ſeruire pro fratribus æſtimabat. Sic eis mutua affectione ſe tuentibus, nulli penitus deerat regnum, quod vtrique in ſua pace tenebant. ita tamen, vt ſæpè dictum eſt, imperabant, vt ipſi Attilæ Hunnorum regis imperio deſeruirent. Quibus nec contra parentes Veſegothas licuiſſet recuſare certamen; ſed neceſſitas domini etiam ſi parricidium iubet implendum eſt. Nec aliter ab Hunnorum dominio diuelli potuit gens aliqua Scythica, niſi optata cunctis nationibus in commune, & Romanis mors Attilæ proueniſſet, quæ tam vilis fuit, vt vita mirabilis.

CAPVT XLIX.

De Attila Hunnorum regis morte ex nimia ebrietate & de magnificis exequiis ei præſtitis.

Attila vt Priſcus hiſtoricus refert, extinctionis ſuæ tempore puellam Ildico nomine, decoram valdè, ſibi in matrimonium poſt innumerabiles vxores, vt mos erat gentis illius, ſocians: eiuſque in nuptiis magna hilaritate reſolutus, vino ſomnoque grauatus, reſupinus iacebat, redundanſque ſanguis qui ei ſolitè de naribus effluebat, dum conſuetis meatibus impeditur, itinere ferali faucibus illapſus eum extinxit. Ita glorioſo per bella regi temulentia pudendum exitum dedit. Sequenti vero luce, quum magna pars diei fuiſſet exempta, miniſtri regij triſte aliquid ſuſpicantes, poſt clamores maximos fores effringunt, inueniuntque Attilæ ſine vulnere necem ſanguinis effuſione peractam, puellámque demiſſo vultu ſub velamine lachrymantem. Tunc, vt illius gentis mos eſt, crinium parte truncata, informes facies cauis turpauere vulneribus, vt præliator eximius non fœmineis lamentationibus & lachrymis, ſed ſanguine lugeretur virili. De quo id acceſſit mirabile, vt Martiano principi orientis de tam feroci hoſte ſollicito in ſomnis diuinitas adſiſtens, arcum Attilæ in eadem nocte fractum oſtenderet, quaſi quod gens ipſa eo telo multa præſumat. Hoc Priſcus hiſtoricus vera ſe dicit atteſtatione probare. Nam in tantum magnis imperiis Attila terribilis habitus eſt, vt eius mortem in locum muneris ſuperna regnantibus indicarent. Cuius manes quibus modis à ſua gente honorati ſunt, pauca de multis dicere non omittamus. In mediis ſiquidem campis, & intra tentoria ſerica cadauere collocato, ſpectaculum admirandum & ſolemniter exhibetur. Nam de tota gente Hunnorum electiſſimi equites in eo loco quo erat poſitus, in modum Circenſium curſibus ambientes, facta eius cantu funereo tali ordine referebant. Præcipuus Hunnorum rex Attila, patre genitus Mundzucco, fortiſſimarum gentium dominus, qui inaudita ante ſe potentia ſolus Scythica & Germanica regna poſſedit, necnon vtraque Romanæ vrbis imperia captis ciuitatibus terruit, & ne præda reliqua ſubderent, placatus precibus, annuum vectigal accepit. Quumque hæc omnia prouentu felicitatis egerit, non vulnere hoſtium, non fraude ſuorum, ſed gente incolumi inter gaudia lætus, ſine ſenſu doloris occubuit. Quis ergo hunc dicat exitum, quem nullus æſtimat vindicandum? Poſtquam talibus

A lamentis eſt defletus, ſtrauam ſuper tumulum eius, quam appellant ipſi, ingenti commeſſatione concelebrant, & contraria inuicem ſibi copulantes, luctum funereum mixto gaudio explicabant, noctuque ſecreto cadauer eſt terra reconditum. Cuius fercula primum auro, ſecundo argento, tertio ferri rigore communiunt; ſignificantes tali argumento potentiſſimo regi omnia conueniſſe: ferrum quo gentes edomuit; aurum & argentum, quod ornatum reipublicæ vtriuſque acceperit, addunt arma hoſtium cædibus acquiſita, phaleras vario gemmarum fulgore pretioſas, & diuerſi generis inſignia, quibus colitur aulicum decus. Et vt tot & tantis diuitiis humana curioſitas arceretur, operi deputatos deteſtabili mercede trucidarunt, emerſitque momentanea mors ſepelientibus cum ſepulto.

CAPVT L.

B *Attila mortuo contentio inter innumeros eius filios de ſucceſſione orta. Ardaricus Gepidarum rex Ellac Attilæ filium in prælio interficit, reliquos filios ad Ponticum vſque mare fugat. Marcianus Imp. variis Gothis & Gepidis diuerſas ſedes concedit.*

TAlibus peractis, vt ſolent animi iuuenum ambitu potentiæ concitari, inter ſucceſſores Attilæ de regno orta contentio eſt & dum inconſultè imperare cupiunt cuncti, omnes ſimul imperium perdidere. Sic frequenter regna grauat plus copia quam inopia ſucceſſorum. Nam filij Attilæ, quorum per licentiam libidinis pene populus fuit, gentes ſibi diuidi æqua ſorte poſcebant, vt ad inſtar familiæ bellicoſi regis cum populis mitterentur in ſortem. Quod dum Gepidarum rex comperit Ardaricus, de tot gentibus indignatus, velut viliſſimorum mancipiorum conditione tractari, contra filios Attilæ primus inſurgit, illatúmque ſeruiendi pudorem ſequuta felicitate deterſit: nec ſolum ſuam gen-C tem, ſed & cæteras, quæ pariter premebantur, ſua diſceſſione abſoluit: quia facilè omnes appetunt quæ pro cunctorum vtilitate tentantur. In mutuum igitur armantur exitium, bellumque committitur in Pannonia, iuxta flumen cui nomen eſt Netad. Illic concurſus factus eſt gentium variarum, quas Attila in ſua tenuerat ditione. Diuiduntur regna cum populis, fiuntque ex vno corpore membra diuerſa, nec quæ vnius paſſioni compaterentur, ſed quæ exciſo capite inuicem inſanirent; quæ nunquam contra ſe pares inuenerant, niſi ipſi mutuis ſe vulneribus ſauciantes, ſeipſas diſcerperent fortiſſimæ nationes. Nam ibi admirandum reor fuiſſe ſpectaculum, vbi cernere erat cunctis, pugnantem Gothum enſe furentem, Gepidam in vulnere ſuorum cuncta tela frangentem, Sueuum pede, Hunnum ſagitta præſumere, Alanum graui, Herulum leui armatura aciem inſtruere. Poſt multos ergo grauesque conflictus fauit Gepidis inopinata victoria. Nam triginta fere millia tam Hunnorum, quam aliarum gentium, quæ D Hunnis ferebant auxilium, Ardarici gladius conſpirata totúmque peremit. In quo prælio filius Attilæ maior natu, nomine Ellac, occiditur: quem tantum pater ſuper cæteros amaſſe perhibebatur, vt eum cunctis diuerſiſque filiis ſuis in regno præferret: ſed non fuit voto patris fortuna conſentiens. Nam poſt multas hoſtium cædes ſic viriliter eum conſtat peremptum, vt tam glorioſum ſuperſtes pater optaſſet interitum. Reliqui verò germani eius eo occiſo fugantur iuxta littus Pontici maris, vbi priùs Gothos ſediſſe deſcripſimus. Ceſſere itaque Hunni, quibus cedere putabatur vniuerſitas. Adeò diſſidium pernicioſa res eſt, vt diuiſi corruerint, qui adunati viribus territabant. Hæc cauſa Ardarici regis Gepidarum felix adfuit diuerſis nationibus, qui Hunnorum regimini inuiti famulabantur, eorumque diu mœſtiſſimos animos ad hilaritatem libertatis votiuam erexit: venienteſque multi per legatos ſuos ad ſolum Romanorum, & à principe tunc Marciano gratiſſimè ſuſcepti, diſtributas ſedes, quas incolerent, accepere.

E Nam Gepidæ Hunnorum ſibi ſedes viribus vendicantes, totius Daciæ fines velut victores potiti, nihil aliud à Romano imperio, niſi pacem & annua ſolemnia, vt ſtrenui viri, amica pactione poſtulauere. Quod & libens tunc annuit Imperator, & vſque nunc conſuetum donum eſt. Nam gens ipſa à Romano ſuſcipit principe. Gothi verò cernentes Gepidas Hunnorum ſedes ſibi defendere, Hunnorúmque populum ſuas antiquas ſedes occupare; maluerunt à Romano regno terras petere, quam cum diſcrimine ſuo inuadere alienas, accipientes Pannoniam, quæ in longa porrecta planicie habet ab oriente Mœſiam ſuperiorem, à meridie Dalmatiam, ab occaſu Noricum, à ſeptentrione Danubium. Ornata patria ciuitatibus plurimis, quarum prima Sirmis, extrema Vindomina. Sauromatæ verò, quos Sarmatas diximus, & Cemandri, & quidam ex Hunnis in parte Illyrici ad caſtrum Martenam ſedes ſibi datas coluere. Ex quo genere fuit Bliuilas dux Pentapolitanus, eiuſque germanus Froilas, & noſtri temporis Beſſa patricius. Sciri F vero, & Satagarij, & cæteri Alanorum cum duce ſuo nomine Candax Scythiam minorem, inferioremque Mœſiam accepere. Cuius Candacis Alanouiamuthis patris mei genitor Peria, id eſt, meus auus, notarius quouſque Candax ipſe viueret fuit; eiuſque germanæ filius Gunthigis, qui & Baza dicebatur, magiſter militum, filius Andagis, filij Andalæ, de proſapia Amalorum deſcendens. Ego item (quamuis agrammatus) Iornandes, ante conuerſionem meam notarius fui. Rugi verò, aliæque nationes nonnullæ Bizimetas, Scandiopolim, vt incolerent, petiuere. Hernac quoque iunior Attilæ filius cum ſuis in extremo minoris Scythiæ ſedes delegit. Emnedzar & Vzindur conſanguinei eius in Dacia Ripenſi. Vto & Iſcalmus, qui ea potiti ſunt, multique Hunnorum paſſim proruentes tunc ſe in Romaniam dederunt. E quibus nunc vſque Sacromontiſij & Foſatiſij dicuntur.

CAPVT LI.

G *De Gothorum qui Minores dicuntur ſedibus, & de Vulſila ipſorum Pontifice, qui eos literis inſtituit.*

ERant ſiquidem & alij Gothi, qui dicuntur Minores, populus immenſus, cum ſuo Pontifice, ipſóque primate Vulfila, qui eis dicitur & literis inſtituiſſe, hodiéque ſunt in Mœſia regione incolentes Eucopolitanam. Ad pedes enim montis gens multa ſedit pauper & imbellis, nihil abundans, niſi armento diuerſi generis pecorum, & paſcuis, ſiluáque lignorum, parum habens tritici, cæterarum ſpecierum eſt terra fœcunda. Vineas verò nec ſi ſunt alibi, certi eorum cognoſcent, ex vicinis locis ſibi vinum negociantes, nam lacte aluntur.

CAPVT LII.

H *De Oſtrogotharum variis poſt Attilæ mortem ſedibus, in Pannonia, vtque Attilæ filios irruentes propulſarint in Scythiam. Deque Oſtrogotharum cum Romanis amicitia, obſide pacis Conſtantinopolim miſſo Theoderico Theodemiri filio.*

PLerique ergo, vt ad gentem vnde agitur reuertamur, id eſt Oſtrogotharũ, qui in Pannonia ſub rege Vualemir eiuſque germanis Theodemit & Vuidemir morabantur, quamuis diuiſa loca, conſilia tamen habuere vnita. Nam Vualemir inter Scarniungam & Aquam nigram fluuios, Theodemir iuxta lacum Pelſodis, Vuidemir inter vtróſque manebat. Contigit ergo, vt Attilæ filij contra Gothos, quaſi deſertores dominationis ſuæ, velut fugacia mancipia requirentes venirent; ignariſque aliis fratribus ſuper Vualemir ſolum irruerent. Quos tamen ille, quamvis cum paucis, excepit; diuque fatigatos ita proſtrauit, vt vix pars

aliqua hoſtium temancret, quæ in fugam verſa, eas partes Scythiæ peteret quas Danubij amnis fluenta prætermeaot, quæ lingua ſua Hunniuar appellant. Eoqoe tempote quuio ad frattem Theodemirem gaudij nunciom direxiſſet, eo mox die nuncius venieus felicius in domo Theodemiris reperit gaudium. Ipſo ſiquidem die Theodericus eius filius quamuis de Erelieua concubina, bonæ tamen ſpei puerulus natus erat. Poſt tempus ergo ooo multum rex Voalemir, eiuſque germaoi Theodemir & Vuidemir, conſueta duio traderent dona à principe Marciano, quæ ad inſtar ſtrenuæ geotis acceperont, vt pacis fœdera cuſtodireot, miſſa legatione ad imperatotem, videne Theoderieum Triatij filium, & huoc genere Gothico, alia ramen ſtirpe, oon Amala procreatum, omnino florentem cum ſuis, Romanorum amicitiis iuoctum, & aooua ſolenoia cooſequentem, & ſe tantum deſpici. Illico furore commoti arma arripiút. & Illyricum pene totum diſcutrentes in prædam deuaſtant. Sed ſtatim imperator animo mutato ad priſtinam recurrit amicitiam, miſſaque legatione, tam prætertta cum inſtantibus munera tribuit, quam etiam de futuro ſine aliqua controuerſia tribuere compromittit paciſque obſidem ab eis, quem ſupra retulimus, Theodericum infantulum Theodemiris accepit. Qui iam annorum ſeptem ineremeota conſcendens, octauum intrauerat annum. Quem dum pater cunctatus daret, pattuus Vualemir extitit ſupplicator, taotum vt pax firma inter Romanos Gothoſque maneret. Datus igitur Theodericus obſes à Gothis, ducitur ad vrbem Conſtantinopolitanam Leoni principi, & quia puerulus elegans erat, meruit gratiam imperialem habere.

CAPVT LIII.

Oſtrogotha poſt Attila mortem in Satagas mouent. Hunnos, duce Dinzione Attila filio, obſiſtentes propulſant. Varia Oſtrogotharum cum Sueuis & Sciris pralia. Vualemiri mors. Sciri ad internecionem deleti.

POſtquam ergo firma pax Gothorum cum Romanis effecta eſt, videntes Gothi non ſibi ſufficere ea quæ ab imperatore acciperent ſolatia, ſimulque eupientes oſtentare virtutem, cœperunt vicinas geutes circumcirca prædari: primo eootra Satagas, qui interiorem Pannoniam poſſidebant, arma mouentes. Quod vbi rex Hunnorum Dinzio, filius Attilæ, cognouiſſet; collectis ſecum qoi adhoc videbantur quamois pauci, eius tamen ſub imperio remanſiſſe, Vlziogores, Angiſciros, Bittugores, Bardures, veuiens ad Baſianam Pannoniæ ciuitatem, eamque circumuallans, fines eius cœpit prædari. Quo comperto Gothi, vbi erant, expeditionemque ſolueotes quam contra Satagas collegerant, in Hunoos conuertunt, & ſic eos ſuis à finibus inglorios pepuleroot, vt iam ex illo tempore, qui remanſerant Huooi, & vſqoe hactenus, Gothorum arma formident. Quieſcente vero tandem Hunnorum gente à Gothis, Huolmuodus Sueuorum dux dum ad prædandas Dalmatias traoſit, armenta Gothorum in campis errantia deprædauit, quia Dalmatiis Sueuia vicina erat, nec à Pannoniis multum diſtabat, præſertim vbi tunc Gothi reſidebant. Quid plurimum? Hunimundo cum Sueuis vaſtatis Dalmatiis ad ſua reuertente, Theodemir germanus Vualemiris regis Gothorom, oon tantum iacturam armentorum dolens, quantum metuens ne Sueui ſi impune hoc lucrarentur ad maiorem licentiam proſilirent; ſic vigilaoit in eorum tranſitu, vt intempeſta nocte dormientes inuaderet ad lacum Pelſodis, conſertoqoe inopinato prælio, ita eos oppreſſit, vt etiam ipſo rege Hunotmundo capto omnem exercitum eius, qui gladium euaſiſſent, Gothorum ſubderet ſeruituti. Et dum multum eſſet amator miſericordiæ, facta vltione, veoiam condonauit, reconciliatúſque cum Sueuis, eundem quem ceperat adoptans ſibi filium, remiſit cum ſuis in Sueuiam. Sed ille immemor paternæ gratiæ, poſt aliquod tempus conceptum dolum parturiens, Scitorum gentem incitauit, qui tunc ſupra Danubiom conſidebant, & cum Gothis pacificè morabantor, quatenus ſciſſi ab eorum fœdere, ſecumque iuncti, in arma proſilirent, gentémque Gothorum inuaderent. Tuoc Gothis nihil mali ſperantibus, præſertim de vtriſque amicis vicinis confiſis, bellom inſurgit ex improuiſo, coactique neceſſitate ad arma confugiunt, ſolitóque certamine arrepto, ſe ſuamque iniuriam vleiſcuotur. In eo ſiquidem prœlio rex eorum Vualemir dum equo inſidens ad cohortandos ſuos ante aciem curreret, proturbatus equus corruit, ſeſſoremq; ſuum deiecit, qui mox inimicorum lanceis confoſſus, interemptos eſt. Gothi vero tam regis ſui mortem, quam ſuam iniuriam a rebellionibus exigentes, ita ſunt prœliati, vt pene de gente Scirorum, niſi qui nomen ipſum ferrent, & hi cum dedecore non remanſiſſent, ſic omnes extinxeruot.

CAPVT LIV.

Sueuorum reges Hunimundus & Alaricus cum Sarmatis & Sciris, Gepidis & Rugis in Oſtrogothas mouentes, maxima clade afficiuntur.

QVorum exitium Sueuorum reges Hunnimundus & Alaricus veriti, in Gothos arma mouerunt, freti auxilio Sarmatarum, qui cum Beuga & Babai regibus ſuis auxiliarius eorom deueniſſent, ipſaſque Scirorum reliquias quaſi ad vltionem ſuam acrius pugnaturas accerſentes cum Edica & Vvlſo eorum primatibus habuerunt ſimol ſecum tam Gepidas, quam ex gente Rugorum non parua ſolatia; exteriſque hincinde collectis, ingentem multitudinem aggregantes, ad amnem Bolliam in Pannoniis caſtrametati ſunt. Gothi tunc Vvalemire defuncto, ad fratrem eius Theodemir coofugerunt. Qui quamuis dudum cum fratribus regnans, tamen auctioris poteſtatis inſignia ſumens. Vvidemire fratre iuniore accito, & cum ipſo curas belli partitus, coactus ad arma proſilit; conſertóque prælio, ſuperior pars inuenitur Gothorum, adeo vt campus inimicorum corruentium cruore madefactus, vt rubrum pelagus appareret, armáque & cadauera in modum collium cumulata, campum plus qoam decem millibus oppleuerunt. Quod Gothi cernentes, ineffabili exſultatione lætantur, eo qood regis ſui Vvalemiris ſanguinem & ſuam iniuriam cum maxima inimicorum ſtrage vlciſcerentur. De innumerabili vero variáque multitudine hoſtium qui valuerunt euadere, effugati vix ad ſua inglorij peruenerunt.

CAPVT LV.

Theodemirus rex in Sueuos mouet, eoſque vaſtat & penè ſubigit. Theodoricus Theodemiri filius penè adhuc puer inſcio patre Babai Sarmatarum regem adortus, interimit. Singidonum ciuitatem capit.

POſt certum verò tempus inſtanti hiemali frigore, amnéque Danubij ſolitè congelato: (nam iſtiuſmodi fluuius ita rigeſcit, vt in ſilicis modum vehat exercitum pedeſtrem, plauſtráque & tragulas, vel quicquid vehiculi fuerit nec cymbarum indigeat lintre) ſic ergo eum gelatum Theodemir Gothorum rex cernens, pedeſtrem ducit exercitum; emenſóque Danubio, Sueuis improuiſus à tergo apparuit. Nam regio illa Sueuorum ab oriente Baiobaros habet, ab occidente Francos, à meridie Burgundiones, à ſeptentrione Thuringos. Quibus Sueuis tunc iuncti Alemanni etiam aderant, ipſique alpes erectas omnino regentes: vnde nonnulla fluenta Danubio influunt, nimio cum ſono vergentia. Hic ergo taliter munito loco. Theodemir rex hiemis tempore Gothorum ductauit exercitum, & tam Sueuorum gentem quam etiam Alemannorum vtraſque ad inuicem fœderatas deuicit, vaſtauit, & penè ſubegit. Inde quoque victor ad proprias ſedes id eſt Pannonias reuertens, Theodoricum filium ſuum, quem Conſtantinopolim obſidem dederat, à Leone impe-

A tatore remiſſum cum magnis muneribus gratanter excepit. Qui Theodoricus iam adoleſcētiæ annos contingens, expleta pueritia, octauum decimum peragens annum, adſcitis ſatellitibus patris, ex populo amatores ſibi clienteſque conſociauit, penè ſex milia viros, cum quibus inſcio patre, emenſo Danubio, ſuper Babai Sarmatarum regem diſcurrit, qui tunc de Camondo duce Romanorum victoria potitus, ſuperbiæ tumore regnabat, eumque ſuperueniens Theodoricus interemit, familiámque & cenſum deprædans, ad genitorem ſuum cum victoria repedauit. Singidonum dehinc ciuitatem, quam ipſi Sarmatæ occupaſſent, inuadens; non Romanis reddidit, ſed ſuæ ſubdidit ditioni.

CAPVT LVI.

Oſtrogothæ pertæſi pacis, Italiam, Gallias & Illyricum infeſtant. Theodemirus fœdere cum Romanis
B *inito moritur.*

MInuentibus deinde hinc inde vicinarum gentium ſpoliis, cœpit & Gothis victus veſtitúſque deeſſe: & hominibus, quibus dudum bella alimoniam præſtitiſſent, pax cœpit eſſe contraria: omneſque cum clamore magno ad regē Theodemir accedentes Gothi orant, quacumque parte vellet ductaret exercitum. Qui accito Germano, miſſaque ſorte, hortatus eſt, vt ille in partem Italiæ, vbi tunc Glycerius regnabat imperator, ipſe verò ceu fortior ad fortiora regnum accederet orientale quidem, quod & factum eſt. Et mox Vvidemir Italiæ terras intrauit, & extremum fati munus reddens, exceſſit rebus humanis, ſucceſſorem relinquens regni Vvidemir filium ſuum. Quem Glycerius Imperator muneribus datis, de Italia ad Gallias tranſtulit, quæ à diuerſis circumcirca gentibus premebantur, adſerens vicinos ſibi Veſegothas eorum parentes regnare. Quid multa? Vvidemir acce-
C ptis muneribus, ſimulque mandatis à Glycerio Imperatore, Gallias tendit, ſeſeque cum parentibus iungens Veſegothis, vnum corpus efficitur, & ſic Gallias Hiſpaniáſque tenentes ſuo iure deſcendunt, vt nullus ſibi alius præualeret. Theodemir autem frater ſenior cum ſuis tranſit Sauum amnem, Sarmatis militibúſque interminans bellum, ſi aliquis obſtaret ei. Quod illi verentes, quieſcunt, imò nec præualent ad tantam multitudinem. Videns Theodemir vndique ſibi proſpera prouenire, Naiſſum primam vrbem inuadit Illyrici; filióque ſuo Theoderico conſociatus adſtat, & in villam comites per caſtrum Herculis tranſmittit Vlpianam. Qui venientes, tam eam, quam & opes mox in deditionem accipiunt, nonnulláque loca Illyrici inacceſſibilia ſibi tunc primum peruia faciunt. Nam Heracliam & Lariſſam ciuitates Theſſaliæ primum præda capta, iure bellico potiuntur. Theodemir verò rex animaduertens tam felicitatem ſuam, quam etiam filij; nec hac tamen contentus, egrediens Naiſſitanam vrbem, paucis ad cuſtodiam dere-
D lictis, ipſe Theſſalonicam petiit, in qua Clarianus patricius à principe directus, cum exercitu morabatur. Qui dum videret vallo muniri Theſſalonicam, nec ſe eorum conatibus poſſe reſiſtere, miſſa legatione ad Theodemir regem, muneribúſque oblatis, ab obſidione eum vrbis retorquet. Initóque fœdere, Romanus ductor cum Gothis loca eis iam ſpontè, quæ incolerent, tradidit, id eſt Ceropellas, Europam, Medianam, Petinam, Bereum, & alia quæ Sium vocantur. Vbi Gothi cum rege ſuo armis depoſitis; compoſita pace quieſcunt. Nec diu poſt hæc & Rex Theodemir in ciuitate Cerras fatali ægritudine occupatus, vocatis Gothis, Theodoricum filium regni ſui deſignat hæredem, & ipſe mox rebus humanis exceſſit.

CAPVT LVII.   E

Theodoricus Oſtrogotharum rex à Zenone Imp. Romam euocatur, ab eo adoptatur, conſulatu & Equeſtri ſtatua donatur, Odoacrum in Heſperia magna clade afficit. Inſignia regis Romanorum aſſumit.

THeodoricum verò genti ſuæ regem audiens ordinatum imperator Zeno, gratum ſuſcepit, eique euocatoria deſtinata, ad ſe in vrbem venire præcepit, dignóque ſuſcipiens honore, inter proceres ſui palatij collocauit. Et poſt aliquod tempus ad ampliandum honorem eius in arma, ſibi eum filium adoptauit, de ſuíſque ſtipendiis triumphum in vrbe donauit; factuſque eſt conſul ordinarius, quod ſummum bonum, primumque in mundo decus edicitur, nec tantùm hoc, ſed etiam equeſtrem ſtatuam ad famam tanti viri ante regiam palatij collocauit. Inter hæc ergo Theodoricus Zenonis
imperio fœdere ſociatus, dum ipſe in vrbe bonis omnibus frueretur, gentemque ſuam in Illyrico (vt diximus) reſidentem, non omnino idoneam aut refertam audiret; elegit potius ſolito more gentis ſuæ labore quærere victum, quam ipſe ocioſè frui regni Romani bona, & gentem ſuam mediocriter victitare: ſecumque deliberans, ad principem ait, Quamuis nihil deeſt nobis, imperio veſtro famulantibus: tantùm ſi dignum ducit pietas veſtra, deſiderium mei cordis libenter exaudiat. Cumque ei vt ſolebat, familiariter facultas fuiſſet loquendi concesſa; Heſperia (inquit) plaga, quæ dudum deceſſorum prædeceſſorumve veſtrorum regimine gubernata eſt, & vrbs illa caput orbis & domina, quare nunc ſub regis Turcilingorum & Rugorum tyrannide fluctuat? Dirige cum gente mea ſi præcipis, vt hic expenſarum pondere careas, & ibi, ſi adiutus à domino vicero, fama veſtræ pietatis irradiet. Expedit namque, vt ego, qui ſum ſeruus veſter & filius, ſi vicero, vobis donantibus regnum illud
G poſſideam, haud ille, quem non noſtis, tyranni iugo ſenatum veſtrum partemque reipublicæ captiuitatis ſeruitio premat. Ego enim ſi vicero, veſtro dono veſtróque munere poſſidebo: ſi victus fuero, veſtra pietas nihil amittit, imo (vt diximus) lucratur expenſas. Quo audito, quamuis ægrè ferret imperator diſceſſum eius, nolens tamen eum contriſtare, annuit quæ poſcebat, magniſque ditatum muneribus dimiſit à ſe, ſenatum populumque ei commendans Romanum. Igitur egreſſus vrbe regia Theodericus, & ad ſuos reuertens, omnem gentem Gothorum, quæ tamen ei præbuerat conſenſum, aſſumens; Heſperiam tendit, rectóque itinere per Sirmia aſcendit, vicina Pannoniæ. Indeque Venetiarum fines ingreſſus, ad pontem Sontium nuncupatum caſtrametatus eſt. Cumque ibi ad reficienda corpora hominum iumentorúmque aliquanto tempore reſediſſet, Odouacer armatum contra eum direxit exercitum. Quem ille, ad campos Veronenſes occurrens, magna ſtrage deleuit,
H caſtriſque ſolutis, fines Italiæ cum potiore audacia intrat; tranſactoque Pado amne ad Rauennam regiam vrbem caſtra componit, tertio fere miliario ab vrbe, loco qui appellatur Pineta. Quod cernens Odouacer, totus ſe in vrbe communiuit, indeque ſubreptiuè noctu frequenter cum ſuis egrediens, Gothorum exercitum inquietat, & hoc non ſemel, nec iterum, ſed frequenter & penè moliturr toto triennio. Sed fruſtra laborat, quia cuncta Italia dominum iam dicebat Theodericum, & illius ad votum res illa publica obſecundabat. Tantum ille ſolus cum paucis ſatellitibus, & Romanis qui aderant, & fame & bello quotidie intra Rauennam laborabat. Quod dum nihil proficeret, miſſa legatione, veniam ſupplicat. Cui & primum concedens Theodericus, poſtmodum hac luce priuauit. Tertioque, vt diximus, anno ingreſſus in Italiam, Zenoniſque imperatoris conſulto priuatim habito, ſuæque gentis veſtitum reponens, inſigne regij amictus, quaſi iam Gothorum Romanorumque regnator adſumit.

CAPVT

A

CAPVT LVIII.

De Theoderici regiſ uxore Audefleda & concubina, eiuſque filiis & filiabus earumque cum variis regibus coniugie aliiſque aſſinitatibus. Item de Mundone graſſatore, & de trophaeo de Francis parto.

MIſſa legatione ad Lodoin Francorum regem, filiam eius Audefledam ſibi in matrimonio petit. Quam ille grate libentérque conceſſit, filios ſuos Ildebertum, & Cheldebertum & Thuideberium credens hac ſocietate cum gente Gothorum, inito fœdere, ſociari. Sed non adeo pacis ad concordiam profuit iſta coniunctio, quin ſæpenumero propter Gallorum terras grauiter inter ſe decertati ſunt, & nunquam Gothus Francis ceſſit, dum viueret Theodericus. Antequam ergo de Audefleda ſobolem haberet, naturales ex concubina, quas genuiſſet adhuc in Mœſia, filias habuit, B vnam nomine Theudicodo, & aliam Oſtrogotho. Quas mox vt in Italiam venit, regibus vicinis in coniugio copulauit, id eſt, vnam Alarico Veſegotharum, & aliam Sigiſmundo Burgundionum. De Alarico ergo natus eſt Amalaricus. Quem auus Theodericus in annis puerilibus vtroque parente orbatum dum fouet atque tuetur, comperit Euthanicum Vuiterichi filium, Betemundi & Thoreſmundi nepotem, Amalorum de ſtirpe deſcendentem, in Hiſpania degere iuuenili ætate, prudentia & virtute, corporiſque integritate pollentem. Ad ſe eum facit venire, eique Amalaſuentham filiam ſuam in matrimonio iungit. Et vt ad plenum progeniem ſuam dilataret, Amalafredam germanam ſuam, matrem Theodati, qui poſtea rex fuit, Africæ regi Vuandalorúmque coniugem dirigit Traſemundo, filiámque eius, neptem ſuam Amalabergam Thuringorum regi conſociat Hermenfredo. Pezamin quoque ſuum comitem inter primos electum ad obtinendam Sirmienſem dirigit ciuitatem. Quam ille ex- C pulſo rege eius Tranſarico, filio Traſtile, retenta eius matre obtinuit. Indéque contra Sabinianum Illiricum magiſtrum militiæ, qui tunc cum Mundone paranetat conflictum, ad ciuitatem cognomine Margoplano, quæ inter Danubium, Martianúmque flumina adiacebat, cum duobus millibus peditum, equitibus quingentis, in Mundonis ſolatia veniens, Illyricianum exercitum demoliuit. Nam hic Nundo Attilanis quondam origine deſcendens, Gepidarum gentem fugiens, vltra Danubium in incultis locis, ſine vllis terræ cultoribus debacchatur. Et pleriſque abactoribus, Scamariſque & latronibus vndecunque collectis, turrim quæ Herra dicitur, ſupra Danubij ripam poſitam, occupans, ibique agreſti ritu prædans vicinos, regem ſe ſuis graſſatoribus nuncupat. Hunc ergo pœne deſperatum, etiam de traditione ſua deliberantem, Petza ſubueniens, è manibus Sabiniani eripuit, ſuóque regi Theoderico cum gratiarum actione fecit ſubiectum. Non minus trophæum de Francis per Hibbam ſuum D comitem in Galliis acquiſiuit, plus xxx. millibus Francorum in prælio cæſis. Nam & Thiodem ſuum armigerum poſt mortem Alarici generi, tutorem in Hiſpaniæ regno Amalarici nepotis conſtituit. Qui Amalaricus in ipſa adoleſcentia Francorum fraudibus irretitus, regnum cum vita amiſit, Poſt quem Thiodis tutor eiuſdem regnum ipſum inuadens, Francorum inſidioſam calumniam de Hiſpaniis pepulit, & vſque dum viueret Veſegothas continuit. Poſt quem Thiodigiſgloſſa regnum adeptus, non regnans defecit occiſus ſuis. Cui ſuccedens Hactenuſagil, continuat regnum. Contra quem Athanagildus inſurgens Romani regni concitat vires. Vbi & Liberius Patricius cum exercitu deſtinatur. Nec fuit in parte occidua gens, quæ Theodorico, dum viueret, aut amicitia aut ſubiectione non deſeruiret.

E

CAPVT LIX.

Theodericus rex ſenex Athalaricum filia ſua Amalaſuentha filium patre orbum regem denunciat, Athalarico immatura morte ſublato mater Theodatum conſobrinum ſuum regem inſtituit qui illam in inſulam quandam relegat, vbi ſtrangulatur.

SEd poſtquam ad ſenium peruenißet, & ſe in breui ab hac luce egreſſurum cognoſceret, conuocans Gothos comites, gentiſque ſuæ primates, Athalaricum infantulum adhuc vix decennem filium filiæ ſuæ Amalaſuenthæ, qui Eutarico patre orbatus erat, regem conſtituit, eiſque in mandatis dedit, ac ſi teſtamentali voce denuntians, vt regem colerent, Senatum populumque Romanum amarent, principémque Orientalem placatum ſemper propitiúmque haberent. Quod præceptum quamdiu Athalaricus rex eiúſque mater viuerent, in F omnibus cuſtodientes, pœne per octo annos in pace regnarunt; quamuis Francis de regno puerili deſperantibus, imò in contemptu habentibus, belláque parare molientibus, quod pater & auus Gallias occupaſſet, eis conceſſit. Cætera in pacis tranquillitate poſſeſſa. Dum ergo ad ſpem iuuentutis Athalaricus accederet, tam ſuam adoleſcentiam, quam matris viduitatem Orientis Principi commendauit: ſed in breui infeliciſſimus immatura morte præuentus, rebus humanis exceſſit. Tum mater, ne pro ſexus ſui fragilitate à Gothis ſperneretur, ſecum deliberans, Theodatum conſobrinum ſuum germanitatis gratia acceſſitum à Thuſcia, vbi priuata vita degens, in laboribus propriis erat in regnum collocauit. Qui immemor conſanguinitatis, poſt aliquantum tempus à Palatio Rauennate abſtractam, in inſulam laci Bulſinenſis eam exilio relegauit. Vbi pauciſſimos dies in triſtitia degens, ab eius ſatellitibus in balneo eſt ſtrangulata.

G

CAPVT LX.

Beliſarius à Iuſtiniano Imp. aduerſus Gothos cum exercitu mittitur. Siciliam occupat. Gothi Vuitigim regem ſibi eligunt. Theodatum interficiunt. Vuitigis Rauennam cum Mathaſuenta regiiſque opibus dedit Romanis.

QVod dum Iuſtinianus Imperator Orientalis audiſſet, quaſi ſuſceptorum ſuorum mors ad ſuam iniuriam redundaret, ſic eſt commotus. Eodem namque tempore de Africa à Vuandalis quum per fideliſſimum ſuum Beliſarium Patricium reportaret triumphum, nec mora, in ipſo tempore madentibus adhuc armis cruore Vuandalico, contra Gothos per eundem ducem mouit procinctum. Qui dux prudentiſſimus haud ſecus arbitratus Getharum ſubigere populum, ſi priùs nutricem eorum occupaſſet Siciliam, quod & factum eſt, Trinacriámque ingreſſo, mox Gothi qui Syracuſanum oppidum inſidebant videntes ſe nihil præualere, cum H ſuo duce Sinderich vltro ſe Beliſario dediderunt. Quúmque ergo Romanus ductor Siciliam peruaſiſſet, Theodatus comperiens Euermor generum ſuum cum exercitu ad fretum, quod inter Campaniam Siciliamque interiacet, & de Tyrrheni maris ſinu vaſtiſſimus Hadriaticus æſtus euoluitur cuſtodiendum dirigit. Vbi cum Euermor acceßiſſet, ad Rhegium oppidum caſtra compoſuit. Nec mora, deterioratam cauſam cernens ſuorum, ad partes victoris cum paucis & fideliſſimis famulis conſciis mouit, vltroque ſe Beliſarij pedibus aduoluens, Romani regni optat ſeruire principibus. Quod Gothorum exercitus ſentiens ſuſpectum Theodatum clamitat regno pellendum, & ſibi ductorem ſuum Vuitigim, qui armiger eius fuerat, in regem leuandum, quod & factum eſt. Et mox in campis barbaricis Vuitigis in regnum leuatur Romam ingreditur, præmiſſiſque Rauennam fideliſſimis ſibi viris, Theodati necem demandat. Qui venientes, imperata ſibi

A perficiunt, & occiſum Theodatum regem, qui à rege
miſſus aduenieba, vt adhuc in campis barbaricis erat,
Vuitigim populis nunciat. Inter hæc Romanus exerci-
tus emenſo freto, Campaniam accedens, ſubuerſaque
Neapoli, Romam ingreditur, vnde ante paucos dies ex
Vuitigis egreſſus, Rauennam profectus, Mathaſuentam
filiam Amalaſuenthæ, Theoderici quondam regis ne-
ptem ſibi in matrimonium ſociatar. Cúmque his nouis
nuptiis delectatus, aulam regiam fouet Rauennæ, Ro-
mæ egreſſus imperialis exercitus, munita vtriuſque
Thuſciæ loca inuadit. Quo cernens per nuncios Vuiti-
gis, Cumunilam ducem Gothorum manu armis con-
fertа mittit Peruſiam Vbi dum magnum comitem cum
paruo exercitu reſidentem, obſeſſione longa euellere
cupiunt: ſuperueniente Romano exercitu, ipſi euulſi
& omnino extincti ſunt. Quod audiens Vuitigis, vt
leo furibundus omnem Gothorum exercitum congre-
gat, Rauennámque egreſſus, Romanas arces obſidione
longa fatigat. Sed fruſtrata eius audacia, poſt xiv. men-
B ſes ab obſidione Romanæ vrbis aufugit, & ſe ad Arimi-
nenſem oppreſſionem præparat. Vnde pari tenore fru-
ſtratus fugatúſque Rauennam ſe recepit; & obſeſſus,
nec mora, vltro ſe ad partes dedit victoris, cum Matha-
ſuentha iugali, regiiſque opibus. Et ſic famuloſum regnum,
fortiſſimámque gentem, diuque regnantem, tandem
deinde milleſimo & trecenteſimo anno victor gentium
diuerſarum Iuſtinianus Imperator per fideliſſimum con-
ſulem vicit Beliſarium, & perductum Vuitigi Conſtan-
tinopolim patricij honore donauit. Vbi plus biennio
demoratus, imperatoriſque in affectu conuictus, rebus
exceſſit humanis. Mathaſuentam vero iugalem eius fra-
tri ſuo Germano patricio coniunxit Imperator. De
quibus poſthumus patris Germani natus eſt filius, item
Germanus. In quo coniuncta Aniciorum gens cum Ama-
la ſtirpe, ſpem adhuc vtriuſque generis Domino præ-
ſtante promittit. Huc vſque Getarum origo, ac Amalo-
rum nobilitas, & virorum fortium facta, ac laudanda
progenies laudabiliori Principi ceſſit, & fortiori duci
G manus dedit: cuius fama nullis ſeculis, nullis ſilebitur
ætatibus. Sic victor ac triumphator Iuſtinianus Impe-
rator, & conſul Beliſarius, Vuandalici, Africani, Getici-
que dicuntur. Hæc qui legis, ſcito me veterum ſecu-
tum ſcripta, ex eorum ſpatioſis pratis paucos flores
collegiſſe, vnde inquirenti pro captu ingenij mei coro-
nam contexerem. Nec me quis in fauorem gentis præ-
dictæ, quaſi ex ipſa trahentem originem, aliqua addi-
diſſe credat, quam quæ legi aut comperi. Nec ſi tamen
cuncta quæ de ipſis ſcribuntur aut referuntur com-
plexus ſim nec tantum ad eorum laudem, quantum
eius laudem qui vicit, exponens.

IORNANDES EPISCOPVS Rauennas de regnorum & temporum ſucceſſione.

D

IORNANDES VIGILIO S.D.

*VIGILANTIÆ veſtra, nobiliſſime Frater Vigili, gratias refero, quod me per-
longo tempore dormientem veſtris tandem
interrogationibus excitaſtis. Deo magno
gratias, qui vos ita fecit ſollicitos, vt non
ſolum vobis tantum, quantum & aliis vigiletis, mali-
virtutis & meriti. Vis enim præſentis mundi cognoſcere
ærumnas, aut quando cœpit, vel quid ad nos vſque perpeſ-
ſus eſt, edoceri. Addis præterea, vt tibi quomodo reſpublica
cœpit & tenuit, totúmque pene mundum ſubegit, & haƈte-
nus vel imaginarie teneat, ex dictis maiorum floſculos
carpens breuiter referam: vel etiam quomodo regnum à
Romulo, & deinceps ab Auguſto Octauiano in Auguſtum
venerit Iuſtinianum, Quamuis ſimpliciter, meo tamen* E
*pandam eloquio. Licet nec conuerſationi meæ quod admo-
nes conuenire poteſt, nec peritiæ: tamen ne amici petitio-
nibus obnitamur, quoquo modo valuimus, latè ſparſa colle-
gimus, & prius ab authoritate diuinarum ſcripturarum,
cui & inſeruire conuenit, inchoantes, & vſque ad orbis
terræ diluuium, per familiarum capita currentes, deueni-
mus ad regnum Nini, qui Aſſyriorum in gente regnans,
omnem pæne Aſiam ſubiugauit, & vſque ad Arbacem
Medum, qui deſtructo regno Aſſyriorum, in Medos illud
conuertit, tenuitque vſque ad Cyrum Perſam: qui itidem
Medorum regnum ſubuerſum in Perſas tranſtulit & exin-
de vſque ad Alexandrum Macedonem, qui deuictis Per-
ſis, in Græcorum ditionem Rempublicam demutauit. Poſt
hoc quomodo Octauianus Auguſtus Cæſar, ſubuerſo regno
Græcorum, in ius dominationémque Romanorum perduxit.
Et quia ante Auguſtum, iam per ſeptingentos annos con-
ſulum, dictatorum, regúmque ſuorum ſolertia, Romana
reſpublica nonnulla ſubegit, ab ipſo Romulo ædificatore
eius originem ſumens, in viceſimoquarto anno Iuſtiniani* F
*Imperatoris, quamuis breuiter, vno tamen, in tuo nomine,
& hoc paruiſſimo libello confeci, iungens ei aliud volu-
men, de origine actúque Geticæ gentis, quod iam dudum
communi amico Caſtalio edidiſſem, quatenus diuerſarum
gentium calamitate comperta, ab omni ærumna liberum te
fieri cupias, & ad Deum conuertas, qui eſt vera libertas.
Legens ergo vtroſque libellos, ſcito quod diligenti mun-
dum ſemper neceſſitas imminet. Tu vero auſculta Ioan-
nem Apoſtolum, qui ait, Chariſſimi, nolite diligere mun-
dum, neque ea quæ in mundo ſunt, quia mundus tranſit, &
concupiſcentia eius: qui autem fecerit voluntatem Dei,
manet in æternum, Eſtóque toto corde diligens Deum &
proximum, vt adimpleas legem, & ores pro me, nobiliſſime
& magnifice frater.*

IORNANDES DE REGNORVM ac temporum ſucceſſione. G

ROMANI, vt ait Iamblichus, armis & legibus
exercentes ſeſe, orbem terræ ſuum fecerunt. At-
mis ſiquidem conſtruxerunt, legibus autem conſerua-
uerunt. Quod & ego, ſequens eruditiſſimum virum,
cum aliqua de curſu temporum ſcribere delibero, ne-
ceſſarium duxi opuſculo meo velut inſigne quoddam
ornamentum præponere. Cupiu namque ob inquiſitio-
nes amici fideliſſimi, ex diuerſis voluminibus maiorum
prælibans aliquos floſculos, pro captu ingenij mei, in
vnum redigere, & in modum hiſtoriunculæ, tam anno-
rum ſeriem, quam etiam eorum virorum qui fortiter
in rempublicam laborauerunt geſta ſtrictim breuitér-
que colligere. Quod quamuis ſimpliciter reor dictum
videri doctiſſimis, gratum tamen fore exiſtimo medio-
cribus dum & breuis ſine faſtidio legant, & ſine aliquo
fuco verborum quæ lectitauerint ſentiant. Ab origine
etenim orbis, primáque creatione tam hominum quam H
elementorum, vſque orbis terræ diluuium, ſecundum
veridici legiſlatoris verba Moyſi, duo millia ducentos
quadraginta & duos annos collegimus. In quibus annis
adhuc rudi & ſimplici hominum natura, non reges, ſed
familiarum capita in ſuo genere erant. Quorum tamen
ordo huiuſcemodi fuit. Adam protoplaſtus primúſque
mortalium, vixit annos CCXXX. & genuit Seth. Seth vi-
xit annos CCV. & genuit Enos. Enos autem vixit an-
nos CLXXXX. & genuit Cainan. Cainan autem vixit an-
nos CLXX. & genuit Malalehel. Malalehel vixit an-
nos CLXV. & genuit Iareth. Iareth vero vixit an-
nos CLXII. & genuit Enoch. Enoch vero vixit an-
nos CLXX. & genuit Mathuſalem. Mathuſalem vixit an-
nos CLXXVII. & genuit Lamech. Lamech quoque vixit
annos centum octoginta octo, & genuit Noë. Noë ve-
ro ſexcentorum erat annorum, quando diluuium mundi
crudeliſſima facinora expiauit. A cuius regimine, vel ab

ipſo

A

ipſo diluuio vſque ad confuſionem linguarum, quæ item ob delicta ædificantium turrim facta eſt in campo Sennaar & Heber, in quo Hebræorum genus, & lingua priſca remanſit, quia nec in illa conſpiratione interfuit, ſunt anni quingenti viginti quinque per familias, ſic. Arfaxat filius Sem, nepos Noë, qui poſt diluuium anno ſecundo eſt genitus, vixit annos cxxxv. Cainan vero vixit annos cxxxv. & genuit Sale. autem vixit annos centum xxx. & genuit Heber. Heber quoque vixit annos cxxx. & genuit Falech. A confuſione vero linguarum, & primatu Heber, à quo Hebræi, & vſque natiuitatem Abræ, quando & primus rex in gente regnabat Aſſyriorum Ninus, anno regni ſui xlii. ſuprascripta familiarum ſerie, currentes fiunt anni quingenti quadraginta vnus. Sic Faleeb vixit annos cxxx. & genuit Ragan. Ragan vixit annos cxxxii. & genuit Saruch. Sarueb autem vixit annos cxxx. & genuit Nachor. Nachor vero vixit annos lxxix. & genuit Thare. Thare quoque vixit annos

B

lxx. & genuit Abram. Simul ergo ab Adam vſque ad natiuitatem Abræ, id eſt, ab ortu mundi vſque quadrageſimum ſecundum annum regni Aſſyriorum Nini, vt ſupra diximus, per familias capitáque eorum fiunt generationes viginti. Anni autem iiiMcccviii. vnde iam relictis familiis, regum ſeriem proſequamur: & ſicut Euſebius ſeu Hieronymus, primum Aſſyriorum, deinde Medorum, Perſarúmque, & Græcorum regnum percurrentes, ad Romam imperium quomodo deletum ſit, vel quali tempore latins, ſi dominus permiſerit, exequamur.

Origo ergo regum regnorúmque antiqua, Aſſyria nobis amplexanda eſt, in qua primus Ninus Beli filius, vrbem ſui nominis fabricans Niniuen, regnauit annos xlii. vbi à primo anno ipſius Nini, & vſque in vltimum annum Thonos Concoloſos, quem regem Sardanapalum appellant, quem occidit Arbaces Medorum præfectus, regnum illud transferens in Medos, regnatum eſt à regibus xxx. & vi. per annos mccxl. ſic.

C

1. Ninus rex Aſſyriorum poſt natiuitatem Abræ, regnauit annos x.

2. Semiramis vxor Nini annos xlii. hanc dicunt, quaſi Babyloniæ conditricem, quamuis non legatur, quia condidit, ſed quia reparauit. Sub ea Abraham adoleſcit in Chaldæa.

3. Zameis, qui & Ninias, filius Nini & Semiramidis annos xxxviii. Cuius trigeſimotertio anno facta eſt promiſſio ad Abraham, quum eſſet annorum lxxv.

4. Arius annos xxx. cuius decimo anno centenarius Abraham genuit filium Iſaac.

5. Aralius regnauit annos xl. huius in vltimo regni anno naſcuntur gemini Iſaac, id eſt, Iacob & Eſau.

6. Xerſes qui & Baleus annos xxx. In huius regni tempore Iacob germanum fugiens Eſau, deſcendit in Ægyptum ſolus, ditatúſque cum turba aſcendit.

7. Armamitres annos xxxviii. Iacob à ſeruitute ſoceri Laban recedens, ad patrem reuertitur.

8. Belochus annos xxxi. hoc regnante Ioſeph adoleſcens ſomnia ſua fratribus & patri narrauit.

D

9. Baleus annos lxii. huius anno triceſimo Iacob penuria famis deſcendit in Ægyptum ibique filium ſuum reperit præpoſitum terræ totius Ægypti.

10. Altadas annos xxxii. hoc regnante Iacob defunctus in Ægypto, cuius cadauer Ioſeph cum magno honore locat in terra Chanaan.

11. Mamithus annis xxx. ſub iſtius regni tempore, moritur Ioſeph, & Hebræos deprimunt Ægyptij grauiſſima ſeruitute.

12. Manchalcus annos xxx. & hoc regnante ſeruitus durat in Ægypto Hebræorum.

13. Sperus annos xxx. huius regni temporibus vltimis, Ambra ex tribu Leui genuit Moyſen.

14. Mamilus triginta annis, & hoc regnante Moſes adoleſcens omnem Philoſophiam didicit Ægyptiorum.

15. Sparetus annis xl. quo tempore Moyſes occiſo Ægyptio in terram fugit Madiam.

16. Aſcades annos xl. huius regni anno octauo Moyſes quadringenteſimo trigeſimo anno repromiſſionis populum Hebræorum in ſignis & virtutibus educit ex Ægypto, eiſque in eremo per annos quadraginta legem exponit.

E

17. Amyntes xlv. annis, huius nono anno moritur Moyſes, & Ieſus Naue ducatum populo præbet.

18. Belothus annis xxv. ſub quo Othoniel iudex Hebræorum, populum & ſacerdotium continet Finees.

19. Belebares annis xxx. quo tempore Hebræorum iudex Aioth, Allophylique infeſti omnino Hebræis.

20. Lamprides annis xxxvii. & in huius regno ipſe perdurat Aioth.

21. Soſares annis xx. & huius temporibus quamuis ſenex, tamen adhuc conſiſtit Aioth, pugnátque cum alienigenis, & vicit adiutus à Deo.

22. Lampares annos xxx. quo regnante Iudæis præerat Debora.

23. Pannias annis xlv. ſub cuius tempore præfuit Gedeon, qui & Ierobaal.

F

24. Soſarmus annos xviii. ſub cuius tempore Thola & Abimelech iudices erant Hebræorum.

25. Mithreus annis xxix. ſub quo Iudæis præerat Iair.

26. Tautanes xxii. annis, cuius ſub regno iudices Hebræorum, Heſebon & Labdon. Nam & ipſo tempore Græci Troiam vaſtauerunt, vnde Æneas fugiens in Italiam venit, & ſe quoque cum latino Fauni filio, Pici nepote, Saturni abnepote, affinitatis gratia iungens, accepta filia eius in vxorem Lauinia vnitos Phrygas, Italóſque populos nominauere Latinos, & ſic deinceps quamuis in pauperrimo regno, lucóque anguſto, quod dicebatur Agroiantentum, regnauerunt. Poſt Latinum Æneas & ſucceſſores eius, qui & Siluij Albanique vocati, pro Albana vrbe & pro poſtumo Ænea eiuſdem Æneæ, qui idcirco Siluius dictus eſt, quia Lauinia poſt mortem Æneæ, timens Aſcanij inuidiam, clam eum in ſilua generauit, Æneámque Siluium nominauit. Ante quem, vt ſuperius diximus, Italiæ regnatum eſt, à Iano, Saturno, Pico, Fauno atque Latino, per annos circiter cl xxx.

G

27. Teuteus annos xl. ſub quo Samſon ille vltra fortes fortiſſimus iudex Hebræorum.

28. Tinneus annos xxx. hoc regnante anno decimo octauo, Heli Sacerdos audito nuncio de morte filiorum, arcáque teſtamenti ablata, cadens mortuus eſt.

29. Dercilius annos xl. ſub quo aliquantum tempus, Saül rex Hebræorum, alius vero rex Dauid ex tribu Iuda conſtitutus regnauit.

30. Eupales xxxviii. annis hoc regnante anno triceſimo ſecundo, Salomon templum Domini inchoauit, & perfecit ſingulare in mundo, per annos ſeptem.

31. Laoſthenes annos xlv. & hoc regnante Aſſyriis, Salomon regnat Hebræis, Sadoch vero & Achias Silonites prophetant.

32. Pritiades annis xxx. ſub quo iam mortuo Salomone inter Roboam & Ieruboam regnum diuiditur Hebræorum, & alij Iudæi, alij dicuntur Iſraëlitæ.

33. Ofrathæus annis xx. ſub iſto in parte Iudæorum regnat Ioſaphat, Iſraëlitarum vero celeri morte Nabad & Baſa, Ela & Ambri obeuntibus tenebat regimen Achas cum Hieſabel.

H

34. Ofrathenes annis l. ſub quo Ioram, Ochozias, & Godolia, & Ioas parti Iudææ regnabant, Iſraëlis vero Ochozias, Ioram, & Iehu principatui vnus poſt alium ſucceſſerunt.

35. Acraiapea annis xlii. ſub quo Amaſias in Iuda regno aſcitus obtinet principatum, Iſraëli vero Ioab, & Ioas, vnus poſt alium regnat.

36. Thonos Concolotos, quem Græci Sardanapalum nominant, annis xx. ſub quo Iudæorum Azarias, qui & Ozias, Iſraëlitas vero Roboam. Regnum vero Aſſyriorum, poſt numeros annorum mille ducentorum & quadraginta finem tantæ diuturnitatis accepit, ad Medóſque tranſlatum eſt. Nam Arbaces præfectus Medorum, Sardanapalo occiſo regnum eius inuaſit, & in Medos deduxit.

REGVM MEDORVM
Series.

1. ARbaces Medorum rex annos xxviii. ſub quo regnabat adhuc Azarias, qui & Ozias, Iudæ in parte. in Iſraël autem poſt Robuam paucis diebus fuerat Zacharias, rurſúſque Sellum, quibus ſucceſſerat, Mauaé.

2. Suſarinus annis xxx. in Iudæ parte regnabat Ioatham, Iſraëlitis Facee, quando & quatodecimo anno prima Olympias cœpta eſt numerari. Tunc etenim poſt innumerabiles, vt ita dicam, Laurenti loci, & Latij reges Siluios Albanóſque, qui trecentos per annos in parte Italiæ regnauerunt, quamuis pauperrime, Amulius rex Numitoris fratris ſui filiam Rheam nomine, quæ & Ilia vocabatur, veſtalem virginem fecerat. Quæ grauida inuenta, dum ſcelus ſuum nititur excuſare, à Marte ſe compreſſam mentita eſt. Ex qua genitis duobus, geminos rex exponi præcepit. Quos vagientes meretrix quædam, Lupa nomine, quum audiſſet, ſtatim tollens ad Fauſtulum paſtorem adduxit. Quos Accia vxor eius nutriens, inter alios paſtores conuerſari educuit.

3. Madiclus annos XL. quo Medis regnante, Iudæis regnabat Achas, Iſraëlitis alius Facee, annóque Madicli nono, ſeptima Olympiade, Romulus eiúſque germanus quos inter paſtores enutritos diximus, collecta paſtorum multitudine, Romanæ vrbis ædificia inchoauerunt, ſuóque de nomine iunior, qui germanum peremerat, vrbem vocari Romam præcepit. Cuius actus, ſeriémque ſucceſſorum eius ſaltu quodam prætergrediens, externa regna vt cœpi percurram; vt quum ſe locus obtulerit, ad eum ordinem redeam, tantum qui legis, aduerte, ab origine mundi, ad huius vſque magnæ vrbis exortum annos fuiſſe VM DCL.

4. Caldices annos XII. ſub quo Ezechias filius Achas ſuccedens regnat Iudæis Nam Iſraëlitarum gentes ſupradicti Madicli quinto decimo anno, à Salmanaſſar Chaldæorum rege, Medorum ſunt montibus tranſductæ captiuæ, poſtquam regnaſſent in Samaria annos CCL.

5. Deloces annos LIII. huius tempore primo Hebræorum ex Iuda Manaſſes ductus captiuus, & ferreis vinculis illigatus, fertur pœnitentiam egiſſe. Cuius & canticum pœnitentiæ legitur. Poſtea vero reuerſus in regno ſuo, ſucceſſorem reliquit filium ſuum Ammon.

6. Fraortes annos xxiii. ſub quo Ioſias rex Iudæorum, qui lucos ſuccidit, & gentium idola de ſuo regno abiecit, Deúmque cœli integrè coluit.

7. Cyaxares annos xxxii. ſub quo Iudæia regnat Ioachim, cui ſucceſſit Heliachim, qui & Ioachim, alteŕque & Ioachim primo adhuc Cyaxare viuente ſucceſſit, in quo & finis regni euenit.

8. Aſtyages annos xxxii. huius anno octauo Iudæi de Hieroſolyma captiuantur à Nabuchodonoſor rege. Sic regnum Medorum, quod per annos CCLVIII. durauit, deſtructum eſt, & in Perſas tranſlatum, quia Cyrus rex Perſarum, Darius Medorum, filius ſupraſcripti Aſtyagis, parentela coniuncti nepos auunculúſque fuerunt: inuentéſque ſuper Balthaſar abnepotem Nabuchodonoſor, regem Babyloniæ, id eſt, Chaldæorum regnum eius peruadunt; mortuóque Dario, Cyrus & ſuum, id eſt, Perſarum, & affinis ſui Darij, hoc eſt, Medorum, cum illo quod captiuauerat, tertio regno obtinuit. Poſt is admodum gentem Perſarum eleuauit. Quæ gens à Cyro prædicto & vſque ad Darium filium Arſami, regnat per annos plus minus ccxxx. & ſic ad Græcos deuenit, poſt reges xiv. Perſarum de gente.

REGNVM MEDORVM
in Perſas tranſlatum.

1. CYrus Perſa annos xxxii. hic ferè quingenta millia Iudæorum laxata captiuitate regredi fecit in Iudæam: qui conſtructo altari, templi fundamenta iecerunt. Quúmque à vicinis gentibus impediretur opus, vſque ad Darium remanſit imperfectum.

2. Cambyſes annos VIII. & ſub iſto opus impeditum à vicinis conſiſtit, nec ædificatur.

3. Magi duo fratres regnant menſibus viii.

4. Darius annos XLVI. cuius ſecundo reædificatum eſt templum à Zorobabel & Ieſu filio Ioſedech quingenteſimo duodecimo anno poſt primam Salomonis ædificationem ab Adam vero plus minus IVMDCCCXXX.

5. Xerſes deinde filius Darij annis xx. regnauit Perſis, Media, atque Chaldæis.

6. Artabanus menſes vii.

7. Artaxerſes, qui Macrochir ducebatur, annos xl.

8. Xerſes menſes duos.

9. Sogdianus menſes vii.

10. Darius cognomento, Nothus annos xviii.

11. Artaxerſes Mnemon Darij & Pariſadis filius annos xl. Ipſe eſt ab Hebræis qui dicitur Aſuerus, ſub quo liber Heſter confectus eſt.

12. Artaxerſes qui & Ochus annos xxvi. Hic etenim Sidonem ſubuertit, Ægyptúmque ſuo ſublegit imperio, Syriámque cunctam inuaſit.

13. Arſes filius Ochi annos iv. ſub quo Iadus Maximus & inſignis Pontifex Iudæorum.

14. Darius filius Arſami annos vi. Hunc Alexander Magnus Macedo occidit, regnúmque eius in ſuum redegit dominium, qui Alexandriam in ſuo nomine condidit, vbi regnatum eſt à regibus Græcorum per annos ccxcvi. ſic.

REGVM GRÆCORVM
Series.

ALEXANDER Magnus poſt mortem Darij annos vi.

2. Ptolemæus Lagi filius annos xl. Hic iterum gentem Hebræorum captiuam ducit in Ægyptum.

3. Ptolemæus Philadelphus annos xxviii. Hic captiuitate Iudæorum relaxata muneribúſque Eleazaro Pontifice Iudæorum placato, diuinas ſcripturas per ſeptuaginta interpretes ex Hebræa lingua vertit in Græcam.

4. Ptolemæus Euergetes annos xxvi. Huius temporibus Ieſus filius Syrach Sapientiæ librum ſcripſit.

5. Ptolemæus Philopator annos xvii. Sub hoc iidem victi Iudæi, & ſexaginta millia eorum cæſa ab Antiocho rege Syriæ, quando & Pontifex magnus Onias.

6. Ptolemæus Epiphanes annos xxix. Hic directo Scopa Principe militiæ capit Iudæam; ruſúſque Scopa ſuperante, Iudæam ſibi ſociat in amicitiam Antiochus.

7. Ptolemæus Philometor annos xxv. Sub hoc rege Ariſtobulus inde Peripateticus Philoſophus ſcripſit commentarios in libros Moyſi, & regi obtulit Ptolemæo. Antiochus agens contra legem Iudæorum multos interemit. Contra quem Iudas, qui & Machabæus, arma commouit.

8. Ptolemæus Euergetes annos xxviii. Hoc regnante Ionatas dux Iudæorum præclatus, qui cum Romanis & Spartiatis fœdus init.

9. Ptolemæus Fiſta, qui & Soter, annos xvii. ſub hoc Ariſtobulus Ionathæ filius, rex pariter & Pontifex conſtitit Iudæorum.

10. Ptolemæus qui & Alexander annos x. quo regnante multa Iudæorum populus tam ab Alexandrinis quam etiam ab Antiochenſibus tolerabat.

11. Ptolemæus qui à matre fuerat eiectus annos viii. Iudæis tunc regnabat Ameus, qui & Alexander.

12. Ptolemæus Dionyſius annos xxx. ſub cuius regno Alexandra, quæ & Salina, vxor Alexandri regis Hebræorum Hieroſolymis regnat. Ex cuius ætate Iudæos rerum confuſio & variæ clades oppreſſerunt.

13. Cleopatra annos xxii. qua regnante Iudæi in amicitiam Romanorum ſe ſociantes eorum iam legibus viuunt, quia Pompeius ſublato regno ab Ariſtobulo, Hircanum fratrem eius præfecerat. Hanc ſiquidē Cleopatram Romanus ductor ſuſcipiens Antonius, & ſuo

ſocians

A ſocians lateri, contra ciues proprios dimicat. Quem Auguſtus Octauianus in certamine ſuperans Actiaco in littore, egit, vt vtrique iugales ſeipſos perimerent, regnúmque eorum in Romanorum Imperium deuenit, vbi & vſque hactenus, & vſque in finem mundi ſecum Danielis prophetiam, regni debetur ſucceſſio. Et quidem abhinc Auguſtalis exoritur poteſtas, quod animo recondendum eſt. Auguſtus Imperator, qui & Octauianus dicebatur, à quo poſteri principes vocati ſunt Auguſti, tam ciues patrios rebelles, quam etiam gentes externas ſuperans, ſingularem ſibi vindicat principatum, regnans per annos LVI. Huius quadrageſimo ſecundo imperij, Dominus noſter Ieſus Chriſtus de ſancta Virgine natus, vt verus Deus, ita & verus homo, inſignis & virtutibus admirandis enituit, anno ab origine mundi VMU. ab vrbis autem Romæ conditione anno DCCLV. Et quia Romanorum regum ordinem actúſque inquirere ſtatuiſti, & nos breuiter tuis percontationibus reſpondere ſumus polliciti, neceſſa-
B rium eſt ergo, nobis ea interim, quæ ad tempora Auguſti Imperatoris dicuntur, omittere, & rurſus ad Romanæ vrbis primordia repedare, originémque Romuli eius conditoris exponere, ſimúlque ſucceſſorum eius regum, conſulúmque annos actúſque ad liquidem demonſtrare, qui ſunt hi.

REGVM ROMANORVM
Series.

AB origine vrbis Romæ & vſque Tarquinium regem cognomento Superbum, qui expulſus eſt, numerantur anni CCXLIII. Nam primus ille & vrbis & imperij conditor Romulus, fuit à Marte (vt ipſorum verbis loquamur) genitus, & Rhea Syluia. hoc ſeſe ſacerdos grauidatam confeſſa eſt. Nec mox fama dubitauit quin Amulij regis imperio abiectus in aquam profluentem cum Remo fratre, non potuit extingui. Siquidem & Tiberis amnem repreſſit, & relictis catu-
C lis lupa ſecuta vagitum, vbera admouit infantibus, matriſque geſſit officium. Sic repertos Fauſtulus regij gregis paſtor tulit in caſam, atque educauit. Alba tum erat Latio caput, Iulij opus. Nam Lauinium patris Æneæ, contempſerat. Abhinc Amulius iam ſeptima ſoboles regnabat, fratre pulſo Numitore, cuius ex filia natus erat Romulus. Igitur ſtatim prima iuuentæ face patruum ab arce deturbat, auum repoſuit. Ipſe fluminis amator & montium, apud quos erat educatus, mœnia noua vrbis agitabat. Gemini erant, vter auſpicaretur & regeret, adhibere placuit deos. Remus montem Auentinum, hic Palatinum occupat. Prius ille ſex vultures, hic poſtea duodecim vidit. Sic victor vrbem augurio excitat, plenus ſpei bellatricem fore, id aſſuetæ ſanguini & prædæ aues pollicebantur. Ad tutelam nouæ vrbis, ſufficere vallum videbatur: cuius dum anguſtias Remus increpat, ſaltu tranſiliuit, dubium an iuſſu fratris, occiſus eſt. Prima certè victima fuit, munitionémque vrbis nouæ ſanguine ſuo conſecrauit. Imaginem vrbis magis, quam vrbem fecerat, incolæ deerant. Erat
D in proximo lucus, hunc aſylum facit, & ſtatim mira hominum vis. Latini Thuſcique paſtores, etiam tranſmarini Phryges, qui ſub Ænea, Arcades, qui ſub Euandro duce confluxerant. Ita ex variis quaſi elementis congregauit corpus vnum, populúmque Romanum ipſe fecit.

Erat vero vnius ætatis populus Virorum itaque matrimonia à finitimis petita, quia non impetrabantur, manu capta ſunt, ſimulatis quippe ludis equeſtribus, virgines quæ ad ſpectaculum venerant prædæ fuerunt. Hæc ſtatim cauſa bellorum, pulſi fugatique Veientes. Cæninenſium captum ac direptum eſt oppidum. Spolia inſuper opima de rege Agrone Feretrio Ioui manibus reportauit. Sabinis prodita porta per virginem Tarpeiam, non dolo, ſed puella pretium rei, quod gerebant in ſiniſtris manibus, petierat, dubium clypeos, an armillas. Illi vt & fidem ſoluerent, & vlciſcerentur, clypeis obruere. Ita admiſſis intra mœnia hoſtibus, E atrox in ipſo aditu fit pugna, adeo vt Romulus Iouem oraret fœdam vt ſuorum fugam ſiſteret. Hinc templum, & Stator Iupiter. Tandem funeribus interuenere raptæ, laceris comis: ſic pax facta cum Tatio, fœdúſque percuſſum. Secutáque res mira dictu, vt relictis ſedibus ſuis, nouam in vrbem hoſtes migrarent, & cum generis ſuis auitas opes pro dote ſociarent. Auctis breui viribus, hunc rex ſapientiſſimus ſtatum Reipubl. impoſuit. Iuuentus diuiſa per tribus, in equis & armis, vt ad ſubita bella excubaret, conſilium Reipub. penes ſenes eſſet, qui ex autoritate patres, ab ætate ſenatus vocabantur. His ita ordinatis, repentè cum concionem haberet ante vrbem, apud Capreæ paludes, è conſpectu ablatus eſt, Diſcerptum aliqui à ſenatu putant, ob aſperius ingenium. Sed oborta tempeſtas; Soliſque defectio, conſecrationis ſpeciem præbuere. Cui rei mox Iulius Proculus fidem fecit, viſum à ſe Romulum affirmans auguſtiore forma, quam fuiſſet: mandare prætere- F a, vt ſe pro numine acciperent, Quirinum in cœlo vocari: placitum diis, vt genitum Roma potiretur.

2. Succeſſit Romulo Numa Pompilius, quem Curibus Sabinis agentem vltro petiuerunt, ob inclytam viri religionem. Ille ſacra, cæremonias, omnémque cultum deorum immortalium docuit: ille pontifices, augures, ſalios, cæteraque ſacerdotia: annúmque in XII. menſes, faſtos dies nefaſtoſque deſcripſit. Ille ancilia atque palladium, ſecreta quædam imperij pignora Ianumque bifrontem, Fidem pacis ac belli, in primis focum Veſtæ virginibus colendum dedit, vt ad ſimulachrum cœleſtium ſiderum, cuſtos imperij flamma vigilaret. Hæc omnia quaſi monitu deæ Egeriæ, quo magis barbari acciperent. Eo denique ferocem populum redegit, vt quod vi & iniuria occuparat imperium, religione atque iuſtitia gubernaret.

3. Excepit Pompilium Numam Tullus Hoſtilius, cuius honori & virtuti regnum vltro datum. Hic omnem militarem diſciplinam artémque bellandi inſtituit. G Itaque mirum in modum exercitata iuuentute, prouocare auſus eſt Albanos, grauem & diu principem populum. Sed quum pari robore frequentibus præliis vtrique comminuerentur, miſſo in compendium bello, Horatiis, Curatiiſque, trigeminis hinc atque inde fratribus vtriuſque populi fata permiſſa ſunt. Anceps & pulchra contentio, exituque ipſo mirabilis. Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occiſis, qui ſupererat Horatius, addito ad virtutem dolo, vt diſtraheret hoſtem, ſimulat fugam, ſinguloſque prout ſequi poterant, adortus exuperat. Sic rarum decus aliis, vnius manu parata victoria eſt, quam ille mox parricidio fœdauit. Nam flentem ſpolia circa ſe ſponſi quidem, ſed hoſtis, ſororem viderat: hunc tam immaturum amorem virginis vltus eſt ferro, vt audiret leges, nefas: ſed abſtulit virtutis parricidium, & facinus infra gloriam fuit. Nec diu in fide Albanus perſtat. Nam Fidenates bello miſſi in auxilium ex fœdere medij inter duos exſpectauere fortunam. Sed rex callidus vbi inclinare ſocios ad hoſtem videt, tollit animum quaſi H mandaſſet, ſpes inde Romanis, metus hoſtibus incuſſus, ſic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoſte victo, ruptorem fœderis Metium Suffetium religatum inter duos currus, pernicibus equis diſtrahit, Albámque ipſam, quamvis parentem, æmulam tamen diruit, quum prius omnes opes vrbis ipſúmque populum Romam tranſtuliſſet: prorſus vt conſanguinea ciuitas non periſſe ſed in ſuum corpus rediſſe rurſus videretur.

4. Ancus deinde Marcius nepos Pompilij ex filia, pari ingenio. Igitur & muro mœnia amplexus, & influentem vrbi Tiberim ponte commiſit, Oſtiámque in ipſo maris fluminiſque confinio poſuit coloniam, iam tunc videlicet præſagiens animo futurum, vt totius mundi opes & commeatus illo velut maritimo vrbis hoſpitio reciperentur.

A 5. Tarquinios poſtea Priſcus, quamvis tranſmarinæ originis, regnum vltro petens accepit: ob induſtriam atque elegantiam, quippe qui oriundus Corintho Græcum ingenium Italicis artibus miſcuiſſet. Hic & ſenatus majeſtatem numero ampliauit, & centuriis tribus auxit, quamvis Attius Nauius numerum augeri prohiberet, vir ſummus augurio. Quem rex in experimentum rogauit, fieri ne poſſet, quod ipſe mente conceperat? Ille rem expertus augurio, poſſe reſpondit. Atqui hoc inquit, agitabam, an cotem illam ſecare nouacula poſſem? Et Augur, potes, inquit, & ſecuit, inde Romanis ſacer auguratus. Neque pace Tarquinius, quam bello promptior. Duodecim namque Thuſciæ populos frequentibus armis ſubegit. Inde faſces, trabeæ, curules, anuli, faleræ, paludamenta, prætextæ. Inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur, togæ pictæ, tunicæque palmatæ. Omnia denique decora & inſignia, quibus imperij dignitas eminet, ſumpta ſunt.

B 6. Seruius Tullius deinceps gubernacula vrbis inuadit, nec obſcuritas inhibuit, quamvis matre ſerua creatum. Nam eximiam indolem vxor Tarquinij Tanaquil liberaliter educauerat, & clarum fore viſa circa caput flamma promiſerat. Ergo inter Tarquinij mortem annitente regina ſubſtitutus in locum regis, quaſi in tempus regnum dolo partum ſic egit induſtrie, vt iure adeptus videretur. Ab hoc populus Rom. relatus in cenſum, digeſtus in claſſes, decuriis ac collegiis diſtributus, ſummaque regis ſolertia ita eſt ordinata reſpublica, vt omnia patrimonij, dignitatis, ætatis, artium, officiorúmque diſcrimina in tabulas referrentur, ac ſic maxima ciuitas minimæ domus diligentia contineretur.

7. Poſtremus fuit omnium regum Tarquinius, cui cognomen Superbus ex moribus datum. Hic regnum auitum, quod à Seruio tenebatur, rapere maluit, quam exſpectare, miſſiſque in eum percuſſoribus, ſcelere partam poteſtatem non melius egit, quam adquiſierat. Nec
C abhorrebat moribus Tullia, quæ vt virum regem ſalutaret, ſupra cruentum patrem vecta carpento, conſternatos equos egit. Sed ipſe in ſenatum cædibus, in plebem verberibus, in omnes ſuperbia, quæ crudelitate grauior eſt bonis, graſſatus, quum ſæuitiam domi fatigaſſet, tandem in hoſtes conuerſus eſt. Sic valida Latij oppida capta ſunt, Ardea, Ocriculum, Gabij, Sueſſa, Pometia. Tum quoque cruentus in ſuos. Neque enim filium verberare dubitauit, vt ſimulantis transfugam apud hoſtes hinc fides eſſet. Quo à Gabiis, vt voluerat, recepto, & per nuncios conſulenti quid fieri vellet; eminentia forte papauerum capita virgula excutiens, quum per hoc interficiendos eſſe principes vellet intelligi, ea ſuperbia ſic reſpondit, vt ſenſerat. Tamen de manubiis captarum vrbium templum erexit. Quod dum inaugurraretur, cedentibus cæteris diis, mira res dictu, reſtitere Iuuentas & Terminus. Placuit patribus contumacia numinum, ſiquidem firma omnia & æterna pollicebantur. Sed illud horrendius quod molientibus ædem: in fundamentis humanum caput repertum eſt.
D Nec dubitauere cuncti, monſtrum pulcherrimam imperij ſedem, capútque terrarum promittere. Tamdiu ſuperbiam regis populus Rom. perpeſſus eſt donec aberat libido. Hanc ex liberis eius importunitatem tolerare non potuit. Quorum cum alter ornatiſſimæ feminæ Lucretiæ ſtuprum intuliſſet, matrona dedecus ferro expiauit. Imperium tum regibus abrogatum. Hæc eſt prima ætas populi Romani & quaſi infantia, quam habuit ſub regibus ſeptem, per annos, vt diximus, CCXLIII. quadam fatorum induſtria tam variis ingenio, vt reſpubl. ratio & vtilitas poſtulabat. Nam quid Romulo ardentius? Tali opus fuit, vt inuaderet regnum. Quid Numa religioſius? Ita res popoſcit, vt ferox populus, deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus? bellatoribus viris quam neceſſarius, vt acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus? vt vrbem colonia extenderet, ponte iungeret, muro tueretur. Iam vero ornamenta Tarquinij & inſignia, E
quantam principi populo addiderunt ex ipſo habitu dignitatem? Actus a Seruio cenſus quid effecit, niſi vt ipſa ſe noſſet Romana reſpublica? Poſtremo Superbi illius importuna dominatio nonnihil imo vel plurimum profuit. Sic enim effectum eſt, vt agitatus iniuriis populus, cupiditate libertatis incenderetur, mutatáque regali dominatione, ad conſulum inſulas ſe conferret, qui bini annis ſingulis, rempublicam gubernantes, ſequenti anno ab aliis venientibus ſuccedebantur, ſcientéſque ſe annis tantum ſingulis præeſſe in populo, erga alios agebant qualiter eos erga ſe acturos poſtea cupiebant. Qui ordo vſque ad Auguſtum Cæſarem obtinuit priuilegium, per viros nongentos quindecim in annis CCCCLVIII. Nouem ſiquidem annis ſine conſulibus, ſed tantum ſub tribunis plebis fuit, quatuor ſine iudicibus.

ADMINISTRATIO REIPVB. F
Per Conſules.

POſt exactos reges annum vnum quinis diebus, ſingulis diebus ſinguli ſenatorum Rempub. obtinuerunt, & tunc duobus creatis conſulibus, Bruto & Collatino, in poſterum vſque ad Panſam & Hirtium ſeruauerunt per annos prænotatos. Et quia omnium conſulum nomina actúſque conſcribere, & mihi tædium, & tibi, qui legis, faſtidio fore præcaui, aliqua exinde prælibans, multa ſuperſedi quod, pœnè nonnullis iam vſurpatum eſſe breuiatúmque opus cognoui. Igitur primi conſulum Brutus & Collatinus, quibus vltionem ſui matrona moriens mandauerat, populus Roman. ad vindicandum libertatis ac pudicitiæ decus quodam quaſi inſtinctu deorum concitatus, regem repente deſtituit, bona diripit, agrum Marti ſuo conſecrat, imperium in eoſdem libertatis ſuæ vindices transfert, mutato tamen, vt diximus, & iure, & nomine. Quippe ex perpetuo annuum placuit, ex ſingulari duplex, ne G poteſtas ſolitudine vel mora corrumperetur, conſuléſque appellauit pro regibus, vt conſulere ciuibus ſuis debere meminiſſent, tantúmque libertatis nouæ gaudium increuerat, vt vix mutati ſtatus fidem caperent, alterúmque ex conſulibus Lucretiæ maritum, tantum ob nomen & genus regium, faſcibus abrogatis, vrbe dimitterent. Itaque ſubſtitutus Valerius Poplicola, ſummo ſtudio niſus eſt ad augendam populi majeſtatem. Nam & faſces ei pro concione ſummiſit, & ius prouocationis aduerſus ipſos dedit: & ne ſpecies arcis offenderet, eminentes ædes ſuas in plana ſubmiſit. Brutus vero fauori ciuium etiam domus ſuæ clade & parricidio velificatus eſt quippè quum ſtudere de reuocandis in vrbem regibus liberos ſuos comperiſſet, protraxit in forum, & in concione media virgis cæcidit, ſecurique percuſſit, vt planè publicus parens, in locum liberorum adoptaſſe ſibi populum videretur. Liber iam hinc populus Rom. prima aduerſus exteros arma pro libertate corripuit, pro finibus mox, deinde pro ſociis, H tum gloria & imperio, laceſſentibus aſſiduè vſquequaque finitimis: quippe cum patrij ſoli gleba eſſet, ſed ſtatim hoſtile pomœrium, mediúſque inter Latium atque Etruſcos quaſi in quodam biuio collocatus, omnibus portis in hoſtem incurreret, donec quaſi contagione quadam per ſingulos itum eſt, & proximis quibuſque correptis totam Italiam ſub ſe redigeret. Nam Porſena rex Etruſcorum ingentibus copiis aderat, & Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen quamvis & armis, & fame vrgeret, occupatoque Ianiculo, in ipſis vrbis faucibus incubaret, ſuſtinuit, repulit, nouiſſimè etiam tanta admiratione perculit vt ſuperior vltro cum pœnè victis amicitiæ fœdera feriret. Nam Mucius Scæuola Romanorum fortiſſimus, regem per inſidias in caſtris ipſius aggreditur. Sed vbi fruſtratus circa purpuratum eius illatus ictus, teneretur, ardentibus mox foeis intulit manum, terroréḿque geminat dolo. En vt

ſcias,

A ſcias, inquit, quem virum effugeris, idem trecenti iurauimus. Cum interim, immane dictu, hic interritus, illa trepidaret, tanquam manus regis arderet. Sed ne ſexus quidem muliebris altera laude ceſſaret, ecce & virginum virtus, vna ex obſidibus regi data, elapſa cuſtodia Clœlia per patrium flumen equitabat. Rex quidem tot tantiſque virtutum territus monſtris, valere liberoſque eſſe iuſſit. Tarquinij tamdiu dimicauerunt, donec Aruntem filium regis manu ſua Brutus occidit, ſupérque ipſum vulnera mutuo exſpirauit, planè quaſi adulterum ad inferos vſque ſequeretur. Nec ſecus Latini Amulio Tuſculano duce apud Regili lacum expugnantur, vincuntur, atque ſubiiciuntur. Ocriculum atque Corniculum, Soraque & Alſium, eorum vrbes captæ prouinciáque effecta, de Verulis & de Bouillis pudet, ſed triumphauere Romani. Tibur nunc ſuburbanum, & æſtiuæ Præneſte deliciæ, nuncupatis in Capitolio votis petebantur: idem tunc Feſulæ, quod Carræ nuper: idem nemus Aricinum, quod Herculis ſaltus: B Fregellæ, quod Cæſarea: Tiberis quod Euphrates. Coriolos quoque, proh pudor, inuictos adeo gloriæ fuiſſe, vt poſt captum opidum Caius Marcius Coriolanus quaſi Numantia aut Africa nomini induceretur. Extant & de Antis ſpolia, quæ meminimus in ſuggeſto fori, capta hoſtium claſſe, infixit: ſi tamen illa claſſis: nam ſex fuere roſtratæ. Sed hic numerus illis initiis nauale bellum fuit. Peruicaciſſimi tamen Latinorum Æqui, & Volſci fuere, & quotidiani (vt ſic diæctim) hoſtes. Et hos præcipuè Titus Quintius domuit, ille dictator ab aratro, qui obſeſſa & pœnè iam capta Mallij conſulis caſtra egregia victoria recuperauit. Medium erat tempus fortè ſementis, quum patricium virum innixum aratro ſuo lictor in ipſo opere deprehendit. Inde in aciem profectus, ne quid à ruſtici operis imitatione ceſſaret, victos pecudum more ſub iugum miſit. Expeditione finita, rediit ad boues rurſus triumphalis agricola. Fides numinum, qua velocitate! intra quindecim dies cœptum peractumque bellum prorſus, vt C feſtinaſſe dictator ad relictum opus videretur. Pari tenore Veientes, Faliſci, & Fidenates, tunc magno labore deuicti ſunt. Qui modo etſi fuerint, non videntur aliquod reliquiſſe veſtigium. Laborat enim annalium fides, vt Veios, Faliſcos, Fidenates fuiſſe credamus. Galli autem Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad hoc ipſa corporum mola, perinde armis ingentibus, adeo Romano generi terribilis fuit, vt planè nata ad hominum interitum, vrbium ſtragem videretur. Hi quondam ab vltimis terrarum oris, & cingerent omnia oceano, ingenti agmine prouecti, quum iam media vaſtaſſent, poſitis inter Alpes & Padum ſedibus, ne his quidem contenti per Italiam bacchabantur. Tunc Cluſium Tuſciæ, vrbem obſidebant, vbi pro ſociis & fœderatis Romanus interuenit, miſſis ea more legatis. Sed quod ius apud barbaros, ferocius agunt, & inde ad certamen cum exercitu conuerſi Galli, Cluſio Romam. Quibus ad Alliam flumen cum exercitu Fabius conſul occurrit, non Cremeræ fœdior clades. Itaque hunc diem faſtis Roma damnauit. Fuſo exercitu, Galli iam D mœnibus vrbis appropinquabant, vbi pœnè nulla erant præſidia. Tum igitur ſic, vt nunquam alias, apparuit illis vera Romana virtus. Iam primum maiores natu, ampliſſimis vſi honoribus in foro coëunt. Ibi deuouente pontifice, diis ſe manibus conſecrant. Statimque in ſuas quiſque ædes regreſſi ſunt, ſicut in trabeis erant, & ampliſſimo cultu, in curulibus ſellis ſeſe repoſuerunt; vt quum veniſſet hoſtis, in ſua quiſque dignitate moreretur. Pontifices autem & flamines, quidquid religioſiſſimi in templis erat partim in doliis refoſſa terra reconderunt, partim impoſita plauſtris ſecum Veios auferunt: virgines ex ſacerdotio Veſtæ, nudo pede fugientia ſacra comitantur. Tamen excepiſſe fugientes vnus e plebe fertur Albinus, qui depoſitis vxore ac liberis, virgines in plauſtrum recepit, adeo tunc quoque in vltimis religio publica priuatis affectibus antecellebat. Iuuentus, quam ſatis conſtat vix millia hominum fuiſſe, duce Manlio arcem Capitolini montis inſedit, obteſtata ipſum quaſi præſentem Iouem, vt E quemadmodum ipſi ad defendendum templum eius occurriſſent, ita ille virtutem illorum numine ſuo tueretur. Aderant interim Galli, apertámque vrbem adeunt. Ibi ſedentes in curulibus ſuos prætextatos ſenes, velut Deos genioſque venerati, mox eoſdem poſtquam eſſe homines liquebat, alioquin nihil reſpondere dignantes, pari vecordia mactant, facéſque tectis iniiciunt, & totam vrbem igni, ferro, manibus, ſolo exæquant. Sex menſibus barbari (quis crederet?) circa montem vnum pependerunt, nec diebus modo, ſed noctibus quoque omnia experti; quum tamen Manlius nocte ſubeuntes, clangore anſeris excitatus, à ſumma rupe deiecit: & vt ſpem hoſtibus demeret, quanquam in ſumma fame, tamen ad ſpeciem fiduciæ, panes ab arce iaculatus eſt: & ſtato die, per medias hoſtium cuſtodias, Fabium pontificem ab arce dimiſit, qui ſolenne ſacrum in Quirinali monte conficeret: atque F ille per media hoſtium tela incolumis religionis auxilio rediit, propitioſque Deos renuntiauit. Nouiſſimè quum iam obſidio ſua barbaros fatigaſſet, mille pondo auri receſſum ſuum venditantes, ſubito aggreſſus à tergo Camillus cecidit, vt omnia incendiorum veſtigia Gallici ſanguinis inundatione deleret.

Igitur paſtorum quondam caſa, vrbs enituit, & poſt ſeruatam à Manlio faciem, reſtitutamque à Camillo, acrius etiam vehementiúſque in finitimos ſurrexit. Nec tamen contenti Romani ſuis eos mœnibus expuliſſe, quum per Italiam naufragia ſua latius traherent, ſic perſecuti ſunt ductante Camillo, vt hodie nulla Senonum veſtigia ſuperſint. Semel apud Anienem trucidati, quum ſingulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter ſpolia detraxit, vnde & Torquatus eſt dictus. Item in Pomptino agro, quum ſimili pugna Valerius inſidente galeæ ſacro alite adiutus retulit ſpolia, dictúſque eſt ipſe Coruinus. Nec non tandem poſt aliquot annos, omnes reliquias eorum in Etruria, ad lacum Vadimonis Dolabella deleuit, ne quis extaret ex G ea gente qui incenſam à ſe Romanam vrbem gloriaretur. Conuerſoque à Gallis Torquato, Latini expetiti ſunt, & deuicti. Indéque Sabini, qui eorum belli ſocij ductante Tatio extitiſſent, à Curio Dentato ſubiecti, eorumque loca à Barauio fonte Adriatico tenus mari, igni ferroque vaſtata, tantæque Romano populo additæ opes, vt nec ipſe poſſet æſtimare qui vicerat. Precibus deinde Campaniæ motus, non pro ſe ſed pro ſocia Samnitas inuadit. Omnium namque non modo Italiæ tantum, ſed penè toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga eſt, nihil mollius cœlo, denique bis floribus vernat, nihil vberius ſolo, ideo Liberi Cereriſque certamen dicitur. Nihil hoſpitalius mari, hic ille nobilis portus Caieta, Miſenus, tepentes fontibus Baiæ. Lucrinus & Auernus, quædam maris hoſtia. Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Maſſicus, & pulcherrimus cunctorum Veſuuius Ætnei ignis imitator. Vrbes ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculaneum Pompeij, & ipſa caput vrbium Capua, quondam inter tres maximas, Romam Carthaginémque, numeranda. Pro hac vrbe, & his regionibus H populus Romanus Samnitas inuadit; gentem, ſi opulentiam quæras, aureis & argenteis armis, & diſcolori veſte, vſque ad ambitum armatam: ſi fallaciam, ſaltibus ferè & montibus graſſatam: ſi rabiem ac furorem, ſacris legibus humaniſque hoſtiis in exitium vrbis agitatam: ſi pertinaciam, ſexies rupto fœdere, cladibúſque animoſiorem. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios ac Papirios patres, eorúmque liberos, ita ſubegit & domuit, ita ruinas ipſas vrbium diruit, vt hodie Samnium in ipſo Samnio requiratur, nec facilè appareat materia quatuor & viginti triumphorum maximè tamen nota & illuſtris apud Caudinas Furculas ex hac gente clades, Veturio Poſthumioque conſulibus accepta eſt. Clauſo per inſidias intra eum ſaltum exercitu vnde non poſſet euadere, ſtupens tanta occaſione dux

hoſtium

A boſtium Pontius, Herennium patrem conſuluit, num illos ſub iugum mitteret, an occideret. Sapienter, vt ſenior, ſuaſerat. Hic armis exutos mittere ſub iogum maluit, vt nec amici fureur beneficio, & poſt flagitium hoſtes magis. Itaque & conſules ſtatim magoificè volontaria dirîtione turpitudinem fœderis dirimuot, & vltionem flagitans miles, Papirio duce, horribile dictu, ſtrictis enſibus, per ipſam viam ante pugnam furit, & in coogreſſu arſiſſe omnium oculos hoſtis auctor fuit. Nec prius finis cædibus datus, quam iugum ſibi promiſſum Romani & duci Samnitum & hoſtibus repoſuerunt. Hactenus eum ſingulis gentibus certatum eſt, mox certatim, ſic tamen quoque par omnibus fuit. Etruſcorum duodecim populi, Vmbri in id tempus intacti, antiquiſſimos Italiæ pupulus Samnitum, & reliqui in exeidium Romani nominis repentè coniuraot. Erat terror ingens tot ſimul tantorúmque populorum, latè per Etruriam infeſta quatuor agminum ſigna volitabant. Ciminius interim ſaltus in medio, ante iuuius B planè, quaſi Calydonius vel Hercinios, adeo terrori erat, vt ſenatus conſuli denunciaret, ne tantum periculi ingrederetur. Sed nihil horum terruit docem, quin fratre præmiſſo exploraret acceſſus. Ille per noctem paſtorali babitu ſpeculatus omnia, refert totum iter. Sic Fabius Maximus periculoſiſſimum bellum ſine periculo explicuit. Nam ſubito ineonditos atque palantes aggreſſus eſt, captiſque ſuperioribus iugis, in ſubiectos ſuo iure detonuit. Ea namque ſpecies illius fuit belli, quaſi in terrigenas è cœlo ac nubibus tela iacerentur. Nec tamen incruenta illa victoria: nam oppreſſus in ſinu vallis alter coofulum Decius, more patrio deuotum diis manibus obtulit caput, ſolemnémque familiæ ſuæ conſecrationem in victoriæ pretium redegit.

Necdum Etruſco bello exempto, mox ſequitur Tarentinum, vnum quidem in nomine, ſed multiplex in victoriis. Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos, & caput belli Tarentinos, id eſt totam pœnè Ita- C liam, & cum his omnibus Pyrrhum regem Epirotarum, Græciæ regem, vna velut ruina pariter inuoluit; vt eodem tempore Italiam conſummaret, & tranſmarinos triumphos auſpicaretur.

Tarentus Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam, & Apuliæ, totiúſque Lucaniæ caput, cum magnitudine, & muris, portúque nobilis; tum mirabilis ſitu; quippe in ipſis Adriæ maris faucibus poſita in omnes terras, Hiſtriam, Illyricum, Epirum, Achaiam, Africam, Siciliam, vela dimittit. Imminet portui ad proſpectum maris poſitum theatrum, quod quidem cauſa miſeræ ciuitati caput fuit omnium calamitatum. Ludos forte celebrabant, cum adremigantem litori Romanam claſſem vident, atque hoſtem rati, emicant ſine diſcrimine & inſultant. Qui enim? aut vnde Romani? Nec ſatis. Aderat ſine mora querelam ferens legatio. Hanc quoque fœdè per obſcœnam turpémque dictu contumeliam violant: & hinc bellum. Sed apparatus horribilis, quum tot ſimul populi Tarentinis conſurgerent, omnibuſque vehementior Pyrrhus, qui D ſemigræcam ex Lacedæmoniis conditoribus ciuitatem vindicaturus, cum totis viribus Epiri, Theſſaliæ, Macedoniæ, incognitiſque in id tempus elephantis, mari, terra, viris, equis, armis, addito inſuper ferarum terrore veniebat. Apud Heracleam & Campaniæ fluuium Lirim, Leuino conſule prima pugna facta eſt, quæ tam atrox fuit, vt Ferentanæ turmæ præfectus Obſidius inuectus in regem turbauerit, coëgeritque proiectis inſignibus prælio excedere. Actum erat, niſi elephanti conuerſo in ſpectacula procurriſſent bello. Quorum cum magnitudine, tum deformitate, & nouo odore ſimul ac ſtridore conſternati equi, cum incognitas ſibi belluas ampliꝰ quam erant ſuſpicarentur, fugam ſtragémque latè dederunt. In Apulia deinde apud Aſculum melius dimicatum eſt, Curio Fabricioque conſulibus. Iam quippe terror belluarum exoleuerat, & Gaius Minutius quartæ legionis haſtatus vnius proboſcidè

E abſciſſa, mori poſſe belluas oſtenderat. Itaque & in ipſas pila congeſta ſunt, & in turres vibratæ faces, tota hoſtium agmina ardentibus ruinis operuerunt. Nec alius finis cladi erat, quam nox dirimeret, poſtremúſque fugientium rex ipſe è ſatellitibus ſaucius in armis ſuis referretur. Lucaniæ ſuprema pugna ſub Arruſinis, quos vocant, campis, ducibus iiſdem, quibus ſuperius, ſed cum tota victoria exitum, quem datura virtus fuit, caſus dedit. Nam prouectis in primam aciem rurſus elephantis, vnum ex illis pullum adacti in caput teli grauis ictus auertit. Qui cum per ſtragem ſuorum recurrens ſtridore quereretur, mater agnouit, ſeque, quaſi vindicare vellet, exhibuit, quum omnia circa quaſi hoſtilia graui mole permiſcuit: ac ſic eædem feræ, quæ primam victoriam abſtulerunt, ſecundam parem fecerunt, tertiam ſine controuerſia tradiderunt. Nec vero tantum armis, & in campis, ſed conſiliis & domi quoque intra vrbem cum rege Pyrrho dimicatum eſt. Quippe poſt primam victoriam, intellecta Romana F virtute, ſtatim deſperauit armis, ſéque ad dolos contulit: nam interemptos cremauit, captiuoſque indulgentius habuit, & ſine precio reſtituit, miſſiſque legatis in vrbem omni modo annixus eſt, vt facto fœdere in amicitiam reciperetur. Sed & bello, & pace, & foris, & domi omnem in partem Romana virtus tum ſe approbauit. Nec alia magis quam Tarentina victoria oſtendit populi Romani fortitudinem, ſenatus ſapientiam, ducum magnanimitatem. Nec alius pulchrior in vrbem aut ſpecioſior triumphus intrauit. Ante hunc diem, nihil præter pecora Volſcorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidiſſes. Tum autem, ſi captiuos aſpiceres, Moloſſi, Theſſali, Macedones, Brutius, Apulus, atque Lucanus: ſi pompam, aurum, purpura, ſigna, tabulæ, Tarentinæque lautitiæ. Sed nihil libentius populus Romanus aſpexit, quam illas quas timuerat cum turribus ſuis belluas, quæ non ſine ſenſu captiuitatis ſubmiſſis ceruicibus victores ſequebantur. Poſt Tarentinam cladem, domiti G Picentes, & caput gentis Aſculum, à Sempronio duce; qui tremente inter prælium campo, Tellurem deam promiſſa æde placauit. Salentini vero Picentibus additi, capútque his regionibus Brundiſium, cum inclyto portu, M. Atilio duce, & in hoc certamine victoriæ pretium templum ſibi paſtoria Pales vltro popoſcit. Poſtremi Italicorum in fidei munere Vulſini opulentiſſimi Etruſcorum implorantes opem, aduerſus vos quondam ſuos, qui libertatem à dominis datam in ipſos erexerant, tranſlataque in ſe repub. dominabantur. Sed hi quoque duce Fabio Gurgite pœnas dederunt.

Domita ſubactáque Italia, populus Rom. Appio Claudio conſule primum fretum ingreſſus eſt, fabuloſis famæ monſtris, æſtúque violentum. Sed adeo non eſt exterritus, vt ipſam illam ruentis æſtus violentiam pro munere amplecteretur, quod velocitas nauium iuuaretur, ſtatimque ac ſine mora Hieronem Syracuſanum tanta celeritate deuicit, vt ille ipſe prius ſe victum, quam hoſtem videret, fateretur.

Duellio Cornelioque conſulibus etiam mari congredi auſus eſt. Tum quidem ipſa velocitas claſſis H comparatæ, victoriæ auſpicium fuit. Intra enim ſexageſimum diem quam cæſa fuerat, centum ſexaginta nauium claſſis in ancoris ſtetit; vt arte factæ, ſed quodam munere deorum conuerſæ in naues atque mutatæ arbores viderentur. Prælij vero forma mirabilis, quum illas celeres volucréſque hoſtium naues, hæ graues tardæque comprehenderent. Longè plus illis nauticæ artis, detorquere remos, & ludificari fuga roſtra. Iniectæ enim ferreæ manus, machinæque validæ, ante certamen multum ab hoſte deriſæ, coactique hoſtes quaſi in ſolido decernere. Victor ergo apud Liparam merſa aut fugata hoſtium claſſe, primum illum maritimum egit triumphum. Cuius quoddam gaudium fuit, quod Duellius Imperator non contentus vnius diei triumpho, per vitam omnem, vbi à cœna rediret, præludere

funalia,

A funalia, & præcinere ſibi tibias iuſſit, quaſi quotidie triumpharet. Præ tanta victoria leue huius prælij damnum fuit, alter conſulum interceptus Aſina Cornelius, qui ſimulato colloquio euocatus, atque ita oppreſſus fuit, perfidiæ Punicæ documentum. Calatino dictatore fere omnia præſidia Pœnorum Agrigento, Drepanis, Panormo, Eryce, Lilybaeoque detraxit. Trepidatum eſt ſemel, circa Camerinenſium ſaltum. Sed eximia virtute Calpurnij tribuni militum periculo euaſimus. Qui lecta trecentorum militum manu, inſeſſum ab hoſtibus tumulum occupauit, adeoque moratus hoſtes, dum exercitus omnis euaderet: ac ſi pulcherrimo exitu, Thermopylarum & Leonidæ famam adæquauit. Hoc illuſtrior noſter, quod expeditioni tantæ ſuperfuit & nihil inſcripſerit ſanguine. Lucio Cornelio Scipione, quum iam Siciliæ ſuburbana eſſet populi Rom. prouincia, ſerpente latius bello Sardinia adnexa atque Corſica, tranſiit Olbiam: ibi Caralæ vrbis excidio incolas terruit, adeoque omni terra & mari Pœnos fugauit, vt iam victoriæ nihil niſi Africa ipſa reſtaret. B Marco Attilio Regulo duce, iam in Africam nauigabat bellum. Nec defuerant qui in ipſo Punici maris nomine ac terrore deficerent: inſuper augente Manlio tribuno metum, in quem, niſi paruiſſet, ſecuri diſtricta irruiſſet Imperator; metus mortis nauigandi fecit audaciam, mox deinde ventis remiſque properatum eſt, tantúſque terror hoſtici aduentus fuit Pœnis, vt apertis penè portis Carthago caperetur. Prima præmium belli fuit ciuitas Clypea. Prima enim à Punico littore, quaſi arx & ſpecula procurrit: & hæc, & trecenta amplius caſtella vaſtata ſunt. Nec cum hominibus modo, ſed cum monſtris quoque dimicatum eſt; quum quaſi in vindictam Africæ nata miræ magnitudinis ſerpens poſita apud Bragadam caſtra vexaret. Sed omnium victor Regulus, quum terrorem nominis ſui latè circumtuliſſet, quumque magnam vim iuuentutis ducéſque ipſos aut cepiſſet, aut haberet in vinculis, claſſémque ingenti præda onuſtam & triumpho grauem in vrbem præmiſiſſet; iam ipſam belli caput Carthaginem vrgebat obſidione, ipſiſque portis inhærebat. C Hic paululum circumacta fortuna eſt tantum, vt plura eſſent Rom. virtutis inſignia, cuius ferè magnitudo calamitatibus approbatur. Nam conuerſis ad externa auxilia hoſtibus, quum Xantippum illis ducem Lacedæmon miſiſſet, à viro militiæ peritiſſimo Regulus victus eſt, fœdáque clades, Romaniſque vſu incognita: nam viuus in manus hoſtium venit fortiſſimus Imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit: nam nec Punico carcere infractus eſt, nec legatione ſuſcepta, quippe diuerſa quam hoſtis mandauerat, cenſuit, ne pax fieret, nec commutatio captiuorum reciperetur. Sed nec illa voluntario ad hoſtes ſuos reditu, nec vltimo ſiue carcere, ſeu crucis ſupplicio deformata maieſtas. In omnibus admirabilior, quid aliud quam victor de victoribus? Ad quæ etiam Carthago non ceſſerat, de fortuna triumphauit. Populus autem Rom. multo acrior intentiorque pro vltione Reguli, quam pro victoria fuit.

Metello igitur conſule conſpirantibus arctius Pœnis, & reuerſo in Siciliam bello, apud Panormum ſic D hoſtis cæcidit Roman. exercitus, ne amplius eam inſulam aggredi cogitarent. Argumentum ingens victoriæ centum circiter elephantorum captiuitas. Sic quoque magnas egit prædas, vt gregem illum, non bello, ſed venatione cepiſſet. Appius Claudius conſul non ab hoſtibus ſed à diis ipſis ſuperatus eſt, quorum auſpicia contempſerat; ibi ſtatim claſſe demerſa, vbi ille præcipitari pullos iuſſerat, quod pugnare ab his vetaretur. Marcus Fabius Buteo claſſem iamiam in Africo mari apud Ægimurum oſtium in Italiam vltro nauigantem cæcidit. Quantus tum triumphus tempeſtate intercidit cum opulenta præda? Claſſis aduerſis acta ventis, naufragio ſuo Africam & Syrtes, omnium imperia gentium, inſularúmque litora impleuit. Magna clades fuit, ſed non ſine aliqua principis populi dignitate interceptam tempeſtate victoriam, & triumphum periiſſe naufragio conſtat. E Et tamen cum Punicæ prædæ omnibus promontoriis inſuliſque fluitarent, populus Roman. & ſic triumphauit. Lutacio Catulo conſule tandem bello finem impoſitum apud inſulas, quibus nomen Ægates. Nec maior alias in mari pugna quippe commeatibus, exercitu, propugnaculis, armis grauis claſſis, & in ea quaſi tota Carthago, quod ipſum exitio fuit. Romana claſſis prompta, leuis, & expedita, & quodam genere caſtrenſis, ad ſimilitudinem pugnæ equeſtris, ſic remis agebatur quaſi habenis, & in hos vel illos ictus mobilia roſtra, ſpeciem viuentium præferebant. Itaque momento temporis laceratæ hoſtium rates, totum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufragio ſuo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, vt de excidendis hoſtium mœnibus non quæreretur. Superuacuum viſum eſt in arcem muroſque ſæuire; quum iam in mari eſſet deleta Carthago.

Peracto quidem bello Punico, nec dum aliquantulum reſpirato, ſequitur Liguricum. Nam Ligures hi, imis Alpium iugis adhærentes, inter Varum Macramque amnem implicati, dumis ſilueſtribus victitabant; F quos pœnè maius fuit inuenire; quam vincere. Tuti ſiquidem locis & fuga, durum atque velox genus, ex occaſione latrocinia magis quam bella faciebant. Itaque quum diu multúmque eluderent ſaltu, viis, latebris, Deceates, Oxybij, Euburiates, Ingauni, tandem Fuluius latebras eorum igni ſepſit, Bebius vero in plana deduxit, Poſtumius ita exarmauit, vt vix relinqueret ferrum quo terra coleretur. Poſt quos mox Galli. Inſubribus & his qui alpium incolis, animi ferarum, corpora pluſquam humana erant. Sed experimentum deprehenſum eſt: quippe ſicut primus impetus maior quam virorum eſt; ita ſequens minor quam fœminarum. Alpina corpora humente cœlo educata, habent quoddam ſimile niuibus ſuis. Cum mox caluere pugna, ſtatim in ſudorem eunt, & leui motu quaſi ſole laxantur. Hi ſæpè & alias, & Britomaro duce non prius poſituros ſe balthea quam Capitolium aſcendiſſent iurauerant. G Factum autem eſt, & victos eos Æmilius in Capitolio diſcinxit. Et quod dux eorum de Romano milite prædam Marti ſuo torquem aureum deuouiſſet, intercepit Iuppiter votum, & de eius ipſius Ariouiſtinis aliorúmque Gallorum torquibus aureum trophæum Ioui erexit Flaminius. Rex quoque eorum Viridumarus Romana arma Vulcano promiſerat. Alioſum vota ceciderunt. Occiſo enim eo, Marcellus tertia poſt patrem Romulum Feretrio Ioui arma ſuſpendit. Illyrici autem, id eſt, Veneti ſeu Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arſiam Titiúmque flumen longiſſimè per totum Adriatici maris litus effuſi. Hi regnante Teutana muliere populationibus non contenti, licentiæ ſcelus addiderunt legatos Romanos ob ea quæ deliquerant iure agentes ne gladio quidem ſed vt victimas ſecuri percuſſerunt. Præfectos nauium igni combuſſerunt. Idque quo indignius foret, mulier imperauit. Itaque Gnæo Fuluio Centimalo duce late domantur. Strictæ ſecures in principum colla legatorum manibus litauere. Poſt primum autem Punicum bellum, vix quadriennium requies: ecce alterum bellum, minus quidem H ſpacio, (nec enim amplius decemnouem annos tenens) ſed adeo cladium atrocitate terribilius, vt ſi quis conferat damna vtriuſque populi, ſimilior victo ſit populus ille qui vicit. Vrebat nobilem populum mare ablatum, raptæ inſulæ, dare tributa, quæ iubere conſueuerat. Hinc vltionem puer Hannibal ad aram patris iurauerat, nec morabatur. Igitur Saguntus in cauſam belli deleta eſt, vetus Hiſpaniæ ciuitas, & opulenta: fidei erga Romanos magnum quidem ſed triſte monumentum. Quam in libertatem communi fœdere exceptam, Hannibal cauſas nouorum motuum quærens, & ſuis & ſuorum manibus euertit, vt Italiam ſibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderum Romanis religio eſt. Itaque ad auditam ſociæ ciuitatis obſidionem, memores icti quoque fœderis cum Pœnis, non ſtatim ad

A arma procurrunt, dum prius more legitimo quæri malunt. Interim iam nouem menſibus feſſi fame, machinis, ferro, verſa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum, dum deſuper ſe ſuoſque cum omnibus opibus ſuis ferro & igni corrumpunt. Huius tantæ cladis autor Hannibal poſcitur. Tergiuerſantibus Pœnis, dux legationis; Quæ, inquit, mora eſt, Fabius. In hoc ſinu bellum pacémque porto, vtrum eligitis? Succlamantibus bellum; Bellum ergo, inquit, accipite. Et excuſſo in media curia togæ gremio, non ſine horrore, quaſi pleno ſinu bellum ferret, effudit: ſimilis exitus belli initiis fuit. Nam quaſi has inferias ſibi Saguntinorum vltimæ diræ in illo publico parricidio incendioque mandaſſent: ita manibus eorum vaſtatione Italiæ, captiuitate Africæ, ducum & regum qui id bellum geſſerunt exitio parentatum eſt. Igitur ſimul ſe in Hiſpaniam mouit illa grauis & luctuoſa Punici belli vis atque tempeſtas, deſtinatúmque Romanis iamdiu fulmen Saguntino igne conflauit; ſtatim quodam impetu rapta medias fregit Alpes, & in
B Italiam ab illis fabuloſæ altitudinis niuibus velut cœlo miſſa deſcendit. Ac primi quidem impetus turbo inter Padum & Ticinum valido ſtatim fragore detonuit. Tunc Scipione duce fuſus exercitus, ſaucius etiam ipſe veniſſet in hoſtium manus Imperator; niſi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipſa morte rapuiſſet. Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ creſcit, nomen ex malis eius habiturus. Ticino Trebia ſuccedit: hic ſecunda Punici belli procella deſæuit, Sempronio conſule. Tum callidiſſimi hoſtes, frigidum & niualem diem nacti, quum ſe ignibus prius oleoque fomiſſent (horribile dictu) homines à meridie & ſole venientes, noſtra nos hyeme vicerunt. Traſimenus lacus tertium fulmen Hannibalis, Imperatore Flaminio. Ars noua Punicæ fraudis: quippe nebula lacus, paluſtribúſque virgultis tectus equitatus, terga ſubito inuaſit pugnantium. Nec de diis poſſumus queri: imminentem temerario duci cladem prædixerant inſi-
C dentia ſignis examina, & aquilæ prodire nolentes: commiſſámque aciem ſecutus terræ tremor, niſi illum horrorem ſoli equitum virorúmque diſcurſus, & mota vehementius arma fecerunt. Quartum, id eſt, pœnè vltimum vulnus imperij, Cannæ ignobilis Apuliæ vicus, ſed magnitudine cladis emerſit, & quadraginta millium cæde patrata nobilitata. Simul in exitium infelicis exercitus, dux, terra, cœlum, dies, tota rerum natura conſenſit. Siquidem non contentus ſimulatis transfugis Hannibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt; inſuper callidus imperator, in patentibus campis, obſeruato loci ingenio, quod & ſol ibi acerrimus, & plurimus puluis, & Eurus ab Oriente ſemper; quaſi ad conſtitutum ita inſtruxit aciem, vt Romanis aduerſus hæc omnia obuerſis, quaſi ſecum cœlum tenens, vento, puluere, & ſole pugnaret. Itaque duo maximi exercitus cæſi ad hoſtium ſatietatem, donec Hannibal diceret militi ſuo, Parce ferro. Ducum alter fugit, alter occiſus eſt, dubium vter maiore animo. Paulum puduit. Varro non deſperauit. Documenta cladis, cruentus aliquamdiu Aufidus: pons de cadaueribus iuſ-
D ſu ducis factus, in torrente Vergello: modij duo annulorum miſſi Carthaginem, dignitatiſque equeſtris taxata menſura: dubium deinde non erat, quin vltimum illum diem habitura fuerit Roma, quintúmque intra diem epulari Hannibal in Capitolio potuerit (ſic Pœnum illum dixiſſe Maharbalem Hamilcari ferunt) ſi Hannibal, quemadmodum ſciret vincere, ſic vti victoria ſciſſet. Sed tum quidem illum, vt vulgo dici ſolet, aut fatum vrbis imperaturæ, aut ipſius mens mala, & auerſi à Carthagine dij in diuerſum abſtulerunt. Et cum victoria poſſet vti, frui noluit; relictáque Roma, Campaniam Tarentúmque perrexit, vbi mox & ipſe, & ipſius exercitus ardor elanguit, adeo vt verè dictum ſit, Capuam Hannibali Cannas fuiſſe. Siquidem inuictum Alpibus, indomitúmque armis Campaniæ (quis crederet) ſoles, & tepentes fontibus Baiæ

E ſubegerunt. Permiſſum eſt interim Romanis reſpirare, & quaſi ab inferis emergere: arma non erant, detracta ſunt templis: deerat iuuentus, in Sacramentum liberata ſeruitia: egebat ærarium, opes ſuas ſenatus in medium libens protulit: necnon pariter quod in bullis cingulíſque & annulis erat, nec quicquam ſibi auri reliquerunt. Eques ſecutus exemplum, imitatæque equitem tribus. Denique vix ſuffecerunt tabulæ, vix ſcribarum manus, Leuino Marcelloque conſulibus, quum priuatorum opes in publicum referrentur. Quod autem in eligendis magiſtratibus, quæ centuriarum ſapientia, cum iuniores à ſenioribus conſilium de creandis conſulibus petierunt? Quippe aduerſus hoſtem toties victorem, tam callidum, non virtute tantum ſed ſuis etiam pugnare conſiliis oportebat. Prima redeuntis, & vt ita dixerim, reuiuiſcentis imperij ſpes Fabius fuit, qui nouam de Hannibale victoriam commentus eſt, non pugnare. Hinc illi cognomen nouum & reipublicæ ſalutare, Cunctator: hinc illud ex populo, vt
F imperij Scutum vocaretur. Itaque per Samnium totum, per Falernos, Gauranoſque ſaltus ſic macerauit Hannibalem, vt quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur. Inde Claudio Marcello duce, etiam congredi auſus eſt, cominus venit & pepulit è Campania ſua, & ab obſidione Nolæ vrbis excuſſit. Auſus eſt & Sempronio Graccho duce per Lucaniam ſequi & terga premere cedentis, quamvis cum, ô pudor, ſeruili pugnaret exercitu (nam hucúſque tot mala compulerunt) ſed libertate donatos, de ſeruitute Romanos fecerunt, ô horribilem in tot aduerſis fiduciam, ô ſingularem animum & ſpiritum populi Romani: tam arctis afflictíſque rebus, vt de tota Italia dubitare debuiſſet, auſus tamen eſt in diuerſa reſpicere, quúmque hoſtis in iugulo per Campaniam & Apuliam volitaret, mediámque de Italia Africam faceret, eodem tempore & hunc ſuſtinebat, & in Siciliam, Sardiniam, Hiſpaniámque diuiſa per terrarum orbem arma mittebat. Siciliam mandat Marcello, nec diu reſtitit, tota enim in-
G ſula in vna vrbe ſuperata eſt. Grande illud, & ante id tempus inuictum caput Syracuſæ, quamvis Archimedis ingenio defenderetur, aliquando ceſſerunt, longe illi triplex murus, totidémque arces portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethuſæ, niſi quod hactenus profuere, vt pulchritudini victæ vrbis parceretur, Sardiniam Gracchus arripuit, nihil illi gentium feritas, Inſanorúmque (nam ſic vocantur) immanitas montium profuere. Sæuitum in vrbes, vrbémque vrbium Caralim, vt gens contumax vilíſque mortis, ſaltem deſiderio patrij ſoli domaretur. In Hiſpaniam vero miſſi Gnæus & Publius Scipiones, pœnè totam Pœnis eripuerunt prouinciam. Sed inſidentes Punicæ fraudis inſidiæ alterum ferro caſtrametantem, alterum, quum euaſiſſet in turrim, cinctum facibus oppreſſerunt. Igitur in vltionem patris & patrui miſſus eſt cum exercitu Scipio, cui iam grande nomen de Africa fata decreuerant. Bellatricem illam viris, armiſque nobilem Hiſpaniam, illam ſeminarium hoſtilis exercitus, illam
H iam Hannibalis eruditricem, incredibile dictu, totam à Pyrenæis montibus, in Herculis columnas, in Oceanum recuperauit. Eodem quidem die quo obſeſſa eſt Carthago capta eſt, neſcio citius an felicius, quam facile, vel vna probat, omenque Africanæ victoriæ fuit quod tam facile victa eſt Hiſpaniæ Carthago. Certum eſt tamen, ad profligandam prouinciam maximè profeciſſe ducis ſanctitatem, quippe qui captiuos pueros puelláſque præcipuæ pulchritudinis barbaris reſtituerit, ne in conſpectum ſuum quidem paſſus adduci, ne quid de virginitatis integritate delibaſſe ſaltem oculis videretur. Hæc in diuerſa terrarum populus Romanus, nec ideo tamen viſceribus Italiæ inhærentem ſubmouere poterat Hannibalem. Pleraque ad hoſtem defecerant, & dux acerrimus contra Romanos Italicis quoque viribus vtebatur. Iam tamen cum pleriſque opidis & regionibus excuſſere Romani. Iam Tarentum tulerant, iam & Capua ſedes, domos, &

patria

patria altera Hannibalis tenebatur, cuius amiſſio tantum Pœno duci dolorem dedit, vt deinde totis viribus Romam conuerteretur. O populum dignum orbis imperio, dignumque omnium fauore & admiratione hominum ac deorum! compulſus ad vltimos metus ab incepto non deſiſtit, & ſua de vrbe ſollicitus, Capuam tamen non obmiſit, ſed parte exercitus ſub Appio conſule relicta, parte Flaccum in vrbem ſecuta, abſens ſimul præſenſque pugnabat.

Quid ergo miramur, mouenti caſtra à tertio lapide Hannibali iterum ipſos deos reſtitiſſe? Tanta enim ad ſingulos illius motus, ſuis imbrium copia effuſa eſt, tantorum ventorum violentia coborta eſt, vt diuinitus hoſtem ſubmoueri, non à cœlo, ſed ad vrbis ipſius mœnibus & Capitolio videretur. Itaque fugit & ceſſit, & in vltimum ſe Italiæ recepit ſinum, quum vrbem tantum non adoratam reliquiſſet. Siquidem ab Hiſpania Haſdrubal frater Hannibalis cum exercitu nouo, nouis viribus, noua belli mole veniebat, actum eſſet proculdubio, ſi vir ille cum fratre ſe iunxiſſet: Sed hunc quoque tantum quod ab Alpe deſcenderat, apúdque Metaurum caſtrametantem Claudius Nero cum Liuio Salinatore debellat. Nero in vltimos Italiæ angulos ſubmouerat Hannibalem. Liuius in diuerſiſſimam partem, id eſt, in ipſas naſcentes Italiæ fauces ſigna conuerterat. Tanto, id eſt, omni qua longiſſima eſt Italia ſolo interiacente, quo conſilio, qua celeritate conſules caſtra coniunxerint, inopinatumque hoſtem collatis ſignis oppreſſerint, neque id fieri Hannibal ſenſerit, difficile dictu eſt. Certè Hannibal re cognita, quum proiectum fratris caput ad ſua caſtra vidiſſet. Agnoſco, inquit, infelicitatem Carthaginis. Hæc fuit illius viri non ſine præſagio quodam fati imminentis prima confeſſio. Iam certum erat Hannibalem etiam ipſius confeſſione poſſe vinci, ſed tot rerum proſperarum fiducia plenus populus Romanus magni æſtimabat, aſperrimum hoſtem in ſua Africa debellare. Duce igitur Scipione in ipſam Africam tota mole conuerſus, imitari cœpit Hannibalem, & Italiæ ſuæ clades in Africa vindicare. Quas ille dij bone, Haſdrubalis copias fudit, quos Syphacis Numidici regis equitatus quæ quantaque vtriuſque hoſtis caſtra facibus illatis vna nocte deleuit! denique iam non a tertio lapide, ſed ipſas Carthaginis portas obſidione quatiebat: ſic factum, vt inhærentem atque incubantem Italiæ extorqueret Hannibalem. Non fuit maior ſub imperio Romano dies quam ille, quum duo omnium & antea & poſtea ducum maximi duces, ille Italiæ hic Hiſpaniæ victor, collatis cominus ſignis direxere aciem. Sed & colloquium fuit inter ipſos de legibus pacis, ſteterunt diu mutua admiratione defixi: vbi vero de pace non conuenit, ſigna cecinere. Conſtat vtriuſque confeſſione, nec melius inſtrui aciem, nec acrius potuiſſe pugnari. Hoc Scipio de Hannibalis, Hannibal de Scipionis exercitu prædicauerunt. Sed tamen Hannibal ceſſit, præmiumque victoriæ Africa fuit, & ſecutus Africam ſtatim terrarum orbis. Poſt Africam iam vinci neminem puduit, ſed æquo iure vbique ſubacti. Primum igitur Leuino conſule Populus Romanus Ionium mare ingreſſus, tota Græciæ litora velut triumphante claſſe peragrauit. Spolia quippe Siciliæ Sardiniæ, Africæ præferebat, & manifeſtam victoriam, quam nata in prætoria puppi laurus pollicebatur. Ad. tat ſponte in auxilium Attalus rex Pergamenorum, aderant & Rhodij, nauticus populus, quibus à mari conſul, à tertis omnia equis viriſque quatiebat. Bis victus, bis fugatus rex Macedonum, bis exutus caſtris, quum tamen nihil terribilius Macedonibus fuit ipſo vulnerum aſpectu, quæ non ſpiculis, nec ſagittis, nec vllo Græculo ferro, ſed ingentibus pilis nec minoribus adacta gladiis vltra morem patebant. Enimvero Flaminio duce, ad inuios antea populo Romano Chaonum montes, Sauúmque amnem per abrupta vadentem, & ad ipſa Macedoniæ clauſtra penetratum victoria fuit. Nam poſtea nunquam auſus congredi rex, ad tumulos, quos Cynocephalos vocant, vno ac ne eo quidem iniuſto prælio opprimitur. In Numidia tunc amici Populi Romani regnabant. Sed Iugurtha contra ſe bellum mouit Romanorum, propter necem Adherbalis & Hiempſalis, Micipſæ liberorum, expugnatáque eſt primum à Metello conſule debinc à Mario Numidia domita. Mauritaniam vero Bochoris tuebatur. Sed quum collectio omnium Maurorum facta eſt, Iubas rex videns quæ pugnæ fuiſſet offenſio, mox ſuperatum ſeſe ſenſit, veneno hauſto defecit, omniſque Mauritana Romanis ſubacta. Tripolis namque, & vtraque Mauritania, Sitiſcoſis, & Cæſarienſis, ſimiliter Romano iuri, cœterorum formidine tactæ, vltro ſe ſubegerunt. Hiſpanias quamvis, vt ſuperius diximus, Saguntina clades ab amicitiis Romanorum ſegregaſſet, Scipio tamen eos tam gratia quam virtute rurſus coniunxit Romanis, rurſúſque reſiſtentes Sylla conſul ſedauit. Celtiberos ſimiliter cum Numantinis aduerſus Romanos inſurgentes, Scipio iunior ſedauit, compeſcuit, atque pœnè ſubuertit. Cantabri & Aſtures confiſi montium ſuorum munimine, dum reſiſtere moliuntur, pleniſſime demoliti ſunt & in prouinciam redacti. Tarraconenſes, Luſitani, Gallæci, Carthaginiſij, & Seticani contra promontorium Aſticæ ſitæ, omnes vno pœnè prælio ſuperatæ & in prouincias Romanas deſcriptæ ſunt. Epirotæ, qui in Illyrico quamvis cum Pyrrho rege ſuo contra Italiam conſpiraſſent, tamen primum pacem moliti, ſecundo, ac tertio rebellantes, cum Achiuis & Theſſalis edomiti, Romano iugo ſubacti ſunt. Macedonia namque primum ſub Philippo, deinde ſub Perſeo, tertio ſub Pſeudophilippo arma contra ſe prouocauit Romana, oppreſſaque primo Flaminio conſule, ſecundo a Paulo, tertio à Metello ſuperata, colla ſubmiſit, Romanáque prouincia facta. Illiriam autem cum Gentione ſuo rege, Macedonibus auxiliantibus vicit Romanorum Lucius prætor, & in prouinciam redegit. Dardanos Mœſioſque Curione primum proconſule domuit, primuſque omnium Romanorum Danubium amnem vſque profectus, cuncta eius loca vaſtauit. Pannoniarum quoque regem in certamine ſuperans, idem Lucius redegit in prouinciam vtráſque Pannonias. Amantinos autem qui inter Sauum Draúmque flumina inſident, rege eorum interempto, ipſa vice Romanam fecit prouinciam. Marcomanni & Quadi in illa Valeria quæ inter Draum Danubiúmque interiacet, ab eodem tunc ductore oppreſſi, finéſque inter Romanos & barbaros ab Auguſto per Vindeliciam, per Noricum Meſiámque diſpoſiti. Daces autem poſthæc iam ſub imperio ſuo Traianus Decebalo eorum rege deuicto, terras vltra Danubium, quæ habent decies centum mille paſſus, ſpacia, in prouinciam redegit. Sed Galienus eos dum regnaret amiſit, Aurelianúſque imperator, euocatis exinde legionibus, in Meſia collocauit, ibique aliquam partem Daciam mediterraneam, Daciámque Ripenſem conſtituit, & Dardaniam iunxit. Illyricus autem cuncta per partes quidem & membra deuicta, ad vnum tamen corpus aptata eſt, quæ habet intra ſe prouincias decem & octo, hæ ſũt, Norici duæ, duæ Pannoniæ, duæ Valeriæ, Sueuia, Dalmatia, Meſia ſuperior, Dardania, Daciæ duæ, Macedonia, Theſſalia, Achaia, Epiros, Prævales, Creta, ſimul decem octo Thracias autem non aliter niſi occaſio Macedonici belli fecit aggredi. Diri namque homines omniumque gentium ferociſſimi ſunt Thraces, quorum ſæuitiam pariter habent & Scordiſci, & Emimontij, Aſticique, ob quorum immanitatem Romani multa & grauia pertulerunt, crebriſque certaminibus exercitus cæſus. Ad poſtremum à Marco Didio & ipſi ſubacti, & loca eorum in prouinciam redacti, iugum excepere Romanum. Nam Marcus Druſus intus eos in montibus eorum contriuit Minutius in Gebro amne eorum multos extinxit & vicit.

A cit. Rodopeni per Appium Claudiom deuicti ſunt, &
ciuitates maritimas Europæ, quæ dudum Romanæ fuiſ-
ſent, & poſtmodum rebellaſſent, Marcus Romanis ſub-
egit. Lucullus ſiquidem primus in Thracia contra Beſ-
ſos pugnans, eos qui in fortitudine famaque præibant
deuicit. Eminuotiuſque debellaus. Puleudenam quæ
nunc Philippupolis, & Vſtudamam quæ Adrianopolis
vocatur, in Rumanorum redegit dominium. Similiter
& captens ciuitates quæ litori Pontico iubiacebant, id
eſt Apollontam Galatam, Partheuopolim, & Tomus
Iſtri, omniaque loca vſque ad Danubium ſubdens, Scy-
this Rumanorum oſtendit virtutem. Hactenus ad par-
tes occiduas: nunc quæ in Eoa plaga ſunt percurra-
mus. Primum quidem in Aſia locum Romani hæredi-
tario iure inuenerunt. Nam Attalus rex, amiciſſimus
populi Romani, humanis rebus excedens, per teſta-
mentum ſuum Rumanos ſuo in regno hæredes con-
ſtituit: quod pœnè nun ante Romanus pupulus adiit,
niſi & ſuo labure vicina loca cepiſſet, id eſt Lyſiam,
B Cariam, Helleſpuntum; vtramque Phrygiam. Nam
Rhudus opiuatiſſima inſula & totius Adriæ inſularum
metropolis pœnè cum omnibus Cycladibus arma per-
timeſcens Romana, iam dudum ſe fœderatam populo
illi coniunxerat, & nauali bello ſolatia cundonabat.
Cum quibus Seruilius proconſul directus, quaſi pira-
tico bello, obtinuit tamen Pamphiliam, Lyciam, Piſi-
diámque deuicit, fecitque prouincias. Bithyniam vero
Nicumedes rex moriens, teſtamentali voce reliquit.
Gallogræciam autem, id eſt Galatiam Syriaci belli rui-
na conuoluit. Fuit namque inter auxilia regis Antio-
chi. An fuiſſet cupidus triumphi Mumius, dubium eſt.
Dubiis namque præliis fuſi fugatique ſunt, quamvis ſub
aduentu hoſtis ſedibus relictis in altiſſimos ſe montes
recepiſſent, colonos abegit. Olympum tecti ſago &
ioagaba inſedetant. Vtrimque fundis ſagitiſque detra-
cti, in perpetuam ſe pacem dederunt: ſed alligati mi-
taculo quodam fuere, quum cathenas mortſibus & ore
tentaſſent, quum offricandas in vices fauces præbuiſ-
C ſeot. Nam Orgia Contis vxor à centurione ſtuprum
paſſa, memorabili exemplo cuſtodiam euaſit, reuulſum-
que adulteri caput ad maritum reportauit. Deiotarum
ſiquidem amicum ſenatus præfecit Galatiæ, ſed poſt
hæc Cæſar eos redegit, prouinciamque fecit. Cappa-
doces quoque ſub Epaphra rege conſtituti, primum per
legatos ſuos Romanorum amicitias petierunt, dehinc
Ariobarzane rege ſuccedente, & à Mithridate expulſo,
vltro ſe Romano ſeruitio tradiderunt, magnámque ci-
uitatem ſuam Mazacam in honorem Cæſaris Cæſa-
ream appellauerunt. Poſt hæc iterum ſub Claudio im-
peratore rex eorum Archelaus Romam adueniens, qua-
ſi amicus populi Romani, ibique defunctus, teſtamen-
tali voce Cappadociam Romanis dedit, & ſic iam ex
integro in prouinciam facta eſt. Pontus à Pompeio de-
uicta cum ſuo rege Mithridate, facta prouincia eſt. Pa-
phlagoniæ Pylemenes rex amicus populi Romani, à
multis dum inquietaretur, Romanorum petiit auxilium.
Sed quoque dum de inimicis vlciſceretur, defunctus,
Romanos per teſtamentum hæredes reliquit. Hactenus
D intra Taurum: nunc vlterius transgrediamur, & quæ
patriæ aut quibus ſubiugantibus populo Romano con-
iunctæ, ſint memorabimus. Antiochus Syriæ fortiſſi-
mus rex magnum apparatum belli contra populum
Romanum commouit, trecenta millia ſiquidem arma-
torum, currúſque falcatos, quamplures elephantos, in-
numeros torritos, & inſtar muralis in acie ordine ſitos,
cui obuiauit Scipio Africani Scipionis frater in Aſia ad
Magneſiam ciuitatem, commiſſoque prælio, Antiochus
victus eſt, percuſſúmque fœdus cum Romanis, ab Aſia
diſceſſit, & vltra Taurum ex Senatus conſulto regnare
permiſſus eſt, filioſque eius in obſidatu Romæ dedo-
ctos poſt patris obitum regnare genitali loco conceſ-
ſum. Cilices cum Iſauris piratæ effecti, & in mari ma-
gno ſæpè latrocinia concitantes, à Seruilio proconſule
victi & proſtrati ſunt, hic quoque Seruilius primus
Romanorum Tauri iugum peruium fecit, triumphánſ-
que de eorum ſpoliis, Iſauricus & Cilicus vocatus eſt. E
Cyprum Cato claſſe nauigera directus inuaſit. Cypris
negantibus habere ſe aliquid, magnas illic opes reperit,
proſcriptionibuſque multauit. Quod non ferens Gno-
ſius rex eorum, veneno hauſto ſemet occidit, & ſic Cy-
prus Romana facta prouincia. Libyam, id eſt Pentapo-
lim totam, primo illo Ptolomæo Romanis ſub liber-
tate conceſſam, tamen reſiſtentes dehinc, Appiunis
conſilium pupulo Romano ſubdidit. Ægyptus omnis
ab amicia Romanorum, id eſt Lagitis per Ptolemæos
poſſeſſa, poſthæc Cleopatra & Antonius iure proprio
vindicantes & ſe & illum amiſerunt. Montes vero Ar-
meniæ primum per Lucullum Romana arma viderunt,
per quem & Oſræne & Sataccoorum phylarchi deui-
cti Romanis ſe dediderunt: Meſopotamiamque idem
ipſe, Niſiben quoque vrbem inuaſit. Poſt quem Pom-
peius eadem loca ingrediens, Romano confirmauit im-
perio. Syriam Comagenen iuſto prælio Tigrane deuicto
inuaſerat. Arabes & Palæſtini eodem Pompeio ductan-
te deuicti ſunt. Babylonij autem crebro concertantes, F
ſæpenumero victi, nunquam tamen ad integrum domi-
ti ſunt. Quos tamen primum Lucios Sylla proconſul
ſub Arſace eorum rege deuicit, ab eoque rogatus per
legatos pacem conceſſit. Secundo dum Lucius Lucul-
lus à Pontico regno Tigranem regem Armeniæ cum
decem & octo millibus ſuperatum expelleret, omni
Armenia inuaſa, ad Meſopotamiam venit, ibi Niſiben
cum fratre regis Parthorum cepit, æqua ſorte Perſidem
cupiens deuaſtare, niſi Pompeius à Senatu directus ei
aduenillet ſucceſſor. Hic etenim Pompeius illico ve-
niens, mox nocturno prælio in minori Armenia ſuper
Mithridatem irruens, XLII. millia Armeniorum pro-
ſternens, eius caſtra ſuccendit. Vnde Mithridates cum
vxore & duobus ſatellitibus fugiens Boſphorum venit,
nimiáque deſperatione detentus venenum accepit. Sed
dum nec ſic mors ei accederet, alterum è duobus ſatel-
litibus rogauit vt ſe perimeret. Pompeius autem maiori
Armenia dum perſequeretur Tigranem contra Roma-
nos auxilium commodantem, ille in Artaxata vrbe re- G
gno depoſito, vltro diadema ſuum Pompeio obtulit: ſed
Pompeius pietate ductus, vltra minorem Armeniam ei
conceſſit regnare, auferens ab eo Meſopotamiam &
Syriam, partemque Phœnicis cum Armenia. Nam Boſ
poranis Colchiſque Ariſtarchum regem Pompeius
præpoſuit, Albanoſque inſequens, Orodem regem eo-
rum tertio ſuperauit, ad poſtremum rogatus pacem
conceſſit. Hiberiam ſimiliter cum Artace rege in de-
ditione excepit. Sarracenos Arabaſque exſuperans,
Hieroſolymam inde captiuauit. Cum Perſis fœdere per-
cuſſo, reuertens Daphnenſem agrum Antiocheis con
ceſſit ob nimiam luci amœnitatem pro munere. His &
aliis rebus in Syria bene geſtis, vnius fœdauit auaritia.
Nam Craſſus conſul, dum Parthico inhiat auro, vnde
cim legiones pœnè cum ſuo capite amiſit. Cuius in
conſpectu & filius hoſtilibus telis confoſſus, & ipſe
peremptus, capútque eius præciſum cum dextera ma-
nu ad regem reportatum ludibrio fuit; neque indigno: H
Aurum enim liquidum in rictum oris infuſum eſt, vt
cuius animus auri arſerat cupiditate, eius etiam mor-
tuum exſangue corpus auro vreretur. Reliqui vero in-
felicis exercitus, quo quemque rapuit fuga, in Arme-
niam, Ciliciam, Syriamque diſtracti, via cladis tantæ
nuncium retulerunt. Hac ergo clade altius Parthi ani-
mos eleuantes, per Pacorum ducem Syriam inuadunt,
ducémque Labiniom, quem dudum ceperant, exerci-
tui præponentes, contra ſocios, id eſt Romanos, in præ-
lio dirigunt.

Sed Ventidius Baſſus Perſas ſub vtroque duce Sy-
riam populantes, ſuperatos effugat, Labiniúmque in-
terfecit; Pacorum vero regium iuuenem telis vndique
circumſcriptum extinxit, moxque capite eius dempto &
circumlato per vrbes quæ deſciuerant, Syriam ſine bel-
lo recepit. Sic craſſianam cladem Ventidius Pacori
capite, Labiniique morte penſauit. Nec ſi contentus
populus Romanus, Craſſianum interitum obliuiſci, in-

de adhuc ſæuit in Parthos. Nam Marcus Antonius in Mediam ingreſſus, contra eos arma commouit, ibi ſuperans eos, deinde cum duabus legionibus inedia hieméque correptus, vix in Armeniam Parthis ſequentibus fugit, ibique ereptus eſt. Sub Auguſto dehinc Octauiano Armenij cum Parthis commixti, per Claudium Cæſarem nepotem Auguſti ocyus ſuperantur. Armenij ſiquidem vilius tanti Romanorum amicitiæ reconciliati, & proprias ſedes incolere; quam cum Parthis coniuncti, & ſedes perdere, & Romanos infeſtos habere. Sic quoque dum in partibus orientalium Romanus laborat exercitus, occiduæ plagæ infeſtæ ſunt. Norici qui in Alpibus Noricis habitantes credebant quaſi in rupes & niues bellum non poſſe aſcendere: ſed mox omnes illius cardiuis populos, Brenbos, Teutones, Senones, atque Vindelicos, per eundem Cæſarem gladio Romanus vicit exercitus. Quæ tamen fuerit Alpinarum gentium feritas, facile aſt vel per mulieres oſtendere, quæ deficientibus telis, infantes ſuos afflictos humi in ora militum aduerſa miſerunt. Nec minore bis ſæuitia Illyrici pariter accenduntur. Contra quos Auguſtus è vicino egreſſus, pontem vnde aquam tranſiret fieri imperauit. Dumque aquis & hoſtibus ad aſcenſum milites turbarentur, ſcutum ipſe rapuit, & viam primus ingreſſus eſt. Tum agmine ſecuto, cum ſubruptus multitudine pons ſuccidiſſet, ſaucius manibus & cruribus, ſpecioſior ſanguine, & ipſo periculo auguſtior, terga hoſtium cæcidit. Pannonij vero duobus ſaltibus, tribus fluuiis, Drao, Sauo, Hiſtroque vallantur, contra quos Vibium miſit, qui eos plus feliciter vicit, quam eorum flumina curſu rapido currant. Dalmatæ ſimiliter ſiluis commanentes, plurimam partem latrocinando vaſtabant: ad quos edomandos Vibium mandat, qui efferum genus fodere terras coëgit, aurúmque è venis repurgare. Mœſi vero quam feri, quam truces erant? vnus ducum ante aciem poſtulato ſilentio; qui vos eſtis? inquit: Reſponſum eſt, Romani gentium domini. Et ille, Ita fiet inquit, ſi nos viceritis. Sed mox ad bellum ventum eſt, nec claſſicum audire valuerunt, ſic à Marcio ſuperati ſunt. Thraces antea ſæpè, tunc tamen Rometaica regnanta ſibi à Romanis deſciſcunt. Nam hic barbaros & diſciplinæ & ſignis militaribus aſſuefecerat: ſed à Piſone perdomiti, in ipſa captiuitate rabiem oſtendebant: nam cathenas quibus ligati erant morſibus vellicantes, feritatem ſuam ipſi puniebant. Daciam quoque vltra Danubium ſitam, exindéque ſæpius elatos, gelato Danubij alueo ad furta in Pannoniam tranſeuntes, Lentulo miſſo vicit, expulit, atque ſubegit. Sarmatas quoque per eundem Lentulum vltra Danubium pepulit. Qui nihil aliud vbi degunt præter niuea pruináſque & ſiluas habent, tantáque barbaries in illis eſt, vt nec intelligant pacem. Marmaridas vero & Garamantes in orientali hiemali plaga per Quirinum ſubegit. Germanos, Eſtlos, Britones, Hiſpanos, Hiberos, Aſtures, Cantabros occiduali axa iacentes, & poſt longum ſeruitium deſciſcentes, per ſe ipſe Auguſtus accedens rurſus ſeruire coëgit, Romaniſque legibus viuere. Cleopatra vero Alexandrinorum regina ex genere Lagitarum, Ptolemæorúmque ſucceſſor, prima contra viri ſui Ptolemæi inſidias Caium Iulium Cæſarem interpellauit, qui ob ſtupri (vt perhibent) gratiam, regnum eius confirmauit, ipſámque in vrbem cum magna pompa deductam Alexandriæ permiſit regnare. Caſſius Iudæa capta templum ſpoliauit. Occiſo vero in curia Romæ Cæſare Iulio, nepos eius Auguſtus ſuſcepit principatum, quem Antonius, dum inuideret, nihilque lædere poſſet, vrbem Romam ingreditur, & ad partes Ægypti, quaſi Romanæ prouiſor reipublicæ, accedit. Ibi iam viduam à viro regnantem reperiens Cleopatram, ſe quoque cum illa conſocians, cœpit ſibi dominationem parare, nec tacitè; ſed patriæ, nominis, togæ, faſcium oblitus, in monſtrum illud vt menta ita animo cultúque deſciuerat: aureus in manu baculus, in latere acinaces, purpurea veſtis ingentibus obſtricta gemmis. Diadema deerat, vt regina rex & ipſe frueretur. Quod Auguſtus Cæſar audiens, à Brundiſio Calabriæ in Epirum, vt eum à cœpta remoueret tyrannide, tranſierat. Nam Antonius omne Actiacum litus iam claſſibus obſidebat. Sed mox vbi ad prælium ventum eſt, & Cæſaris claſſis illius cœpit turbare nauigium, prima mox fuga regina cum aurea puppi veloque purpureo in altum ſe dedit. Mox ſecutus Antonius, ſed instat veſtigiis eorum Cæſar. Itaque nec præparata in Oceanum fuga, nec munita præſidiis vtraque Ægypti cornua Paretonium atque Peluſium profuere. Propè fuere, propè manu tenebantur. Primus ferrum occupauit Antonius; regina ad pedes Auguſti prouoluta tentauit oculos ducis, fruſtra quidem: nam pulchritudo intra pudicitiam principis fuit: nec illa de vita, quæ offerebatur, ſed de parte regni laborat. Quod vt deſperauit à principe, ſeruatique ſe triumpho cognouit, incautiorem nacta cuſtodiam, in mauſoleum ſe regum recepit, ibique maximos, vt ſolebat, cultus induta, in referto odoribus ſolio, iuxta ſuum ſe collocauit Antonium, admotiſque ad venas ſerpentibus, ſic morte quaſi ſomno ſoluta eſt. Hic finis bellorum Auguſti Cæſaris iam cum ciuibus quam cum extraneis. Sic quoque Auguſtus, vt Cæſar Octauianus, quo nullus imperatorum in bellis felicior, nec pace moderatior fuit, ciuiliſſimus in omnibus; qui ab oriente in occidentem, à ſeptentrione in meridiem, ac per totum Oceani circulum, cunctis gentibus vna pace compoſitis, Iani portas ipſe tunc clauſit, & cenſum Romæ cum Tiberio cogitans, Innotuit hominum nonagies trecenta ſeptuaginta millia, omnémque orbem venientis Ieſu Chriſti natiuitate pacatum cenſeri præcepit, regnauitque annos quinquaginta ſex: ſed imperio eius ſecundo ac quadrageſimo anno, Dominus Ieſus Chriſtus ex ſpiritu Sancto ac Maria virgine Deus verus ac homo verus naſci dignatus eſt, quatuordecim reſiduos annos poſt Domini aduentum corporali præſentia, in pace regnans, & ipſe ſingularem obtinuit principatum, & poſteris eandem imperij poteſtatem cum ſuo nomine Auguſti derelinquens, rebus exceſſit humanis, ſucceſſorem relinquens Tiberium priuignum ſuum.

Tiberius Auguſtus Cæſar regnauit annos vigintitres, qui multos reges ad ſe blanditiis euocatos, nunquam ad propria regna remiſit, in quibus & Archelaum Cappadocum regem. Cuius & regno, poſtquam defunctus eſt, in prouinciam verſo, Mazacam ciuitatem eius de nomine ſuo Cæſaream vocitauit, huius vero anno XVIII. Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſub Pontio Pilato in Iudæa carne paſſus eſt, non deitate.

Caius Cæſar cognomento Caligula regnauit annos tres, menſes decem, hic namque Memmium Regulum coëgit, vt vxorem ſuam ſibi lege filiæ coniugem daret, inſtrumentáque matrimonij vt pater conſcriberet, hæc & his ſimilia perpetrans, necnon & in templo Hieroſolymitano Iouis ſtatuam per Gaium Petronium ſtatuens, & in Alexandria Iudæos per Flaccum Auilium præfectum opprimens, poſtremo à protectoribus ſuis in palatio Romæ occiſus eſt, anno ætatis vigeſimonono.

Claudius dehinc huic ſuccedens, regnauit annos tredecim, & menſes nouem, fecit etiam hic Claudius expeditionem in Britanniam inſulam, quam iam nemo ante Iulium Cæſarem neque poſt eum quiſquam adire auſus fuerat, exercitum duxit, ibique ſine vllo prælio ac ſanguine, intra pauciſſimos dies, plurimam inſulæ partem in deditionem recepit. Orchadas autem inſulas intra Britanniam in Oceano poſitas, Romano adiecit imperio. Ac ſexto quo profectus erat menſe Romam repedauit, ibique defunctus eſt annorum ſexagintaquatuor.

Nero nepos Caij Caligulæ regnauit annos tredecim, menſes octo: tantæque luxuriæ fuit, vt frigidis & calidis lauaretur vnguentis. Is etenim non ſolum quidem non profuit reipublicæ, imo obfuit nimis. Nam duas legiones in Armenia cum ipſa prouincia ſimul amiſit,

A qui Parthico iugo ſeruientes, grauem inſaniam Romanis dederunt. Iuxta omne ſcelus & parricidium quod in proprios parentes commiſerat, addidit facinus, vt ad inſtar Troiæ Romam incenderet, manúſque iniiciens in Chriſtianos, perſecutionem concitat, Ipſoſque doctores fidei Petrum ac Paulum in vrbe interemit, alterum cruci affigens, alterum capite plectens, eoque cum dedecore regno euulſo, Galba in Hiberia, Vitellius in Germania, Otho Romæ imperium arripuerunt, omnéſque tamen celeri interitu interierunt.

Veſpaſianus apud Iudæam ab exercitu in regnum aſcitus, regnauit annis decem. Nam relicto filio ſuo Tito ad expugnationem Hieroſolymorum, ipſe Romam profectus regnauit in pace.

Titus filius Veſpaſiani, idémque Veſpaſianus debellator Iudææ gentis, regnauit annis duobus menſibus duobus, hic namque ſecundum Ioſephi fidem, vndecies centena millia Iudæorum fame & gladio interemit, & alia centum millia captiuorum publicè vendidit. Tantam multitudinem in Hieroſolymis paſchalis
B feſtiuitas adunauerat.

Domitianus frater Titi, filius Veſpaſiani, regnauit annos xv. menſes quinque; tantæque fuit ſuperbiæ, vt ſe Deum ab omnibus primum appellari præciperet, multoſque nobilium exilio relegans, nonnulloſque occidens, de ſubſtantiis eorum aureas argenteaſque ſibi ſtatuas fecit, manúſque in Chriſtianos iniiciens, Ioannem Apoſtolum & Euangeliſtam poſtquam in feruenti oleo miſſum non potuiſſet extinguere, in Pathmos eum inſulam relegauit, vbi Apocalypſim vidit. Cuius crudelitatem non tolerantes Romani, in palatio Romæ interficere ſtatuerunt; omnéque quod conſtituerat irritum fecere.

Nerua admodum ſenex regnauit anno vno, menſibus quatuor, qui vt priuata vita leuis, leuior fuit in regno, nec quicquam profuit Reipublicæ, niſi quod Traianum ſe viuente elegit.

Traianus pœnè omnium Imperatorum potior regnauit annis xviii. menſibus vi. hic enim de Dacis
C Scythiſque triumphauit, Hiberoſque & Sauromatas, Oſdroenos, Arabas, Boſforanos, Colchos edomuit, poſtquam ad feritatem prorupere, Seleuciam, & Creſiphontem, Babyloniamque peruaſit & tenuit. Nec non & in mari rubro claſſem, vnde Indiæ fines vaſtaret, inſtituit; ibique ſtatuam ſuam dedicauit, & poſt tot labores apud Seleuciam Iſauriæ profluuio ventris anno ætatis extinctus eſt ſexageſimo tertio, oſſáque eius in vrna aurea collocata, & in foro ſub columna poſita, ſolúſque omnium Imperatorum intra vrbem ſepultus.

Adrianus Italicæ de Hiſpania natus, conſobrinæ Traiani filius, regnauit annis viginti vno, hic pœnè nil profuit reipub. niſi quod dudum ſubuerſas Alexandriam & Hieroſolymam propriis reparauit expenſis, nonnulliſque in locis publica relaxauit tributa. Hieroſolymam ſiquidem ſuo de nomine Æliam appellans, nulli Iudæorum ingredi permiſit. Nam claret eum inuidum factis Traiani, quia mox vt ei ſucceſſit ilico nulla neceſſitate faciente exercitum ad ſe reuocans, Meſo-
D potamiam, Aſſyriámque, & Armeniam Perſis reliquit, Eufratem fluuium finem terminúmque inter Parthos Romanoſque conſtituens. Quo regnante, Aquila Ponticus ſcripturas de Hebræo tranſtulit. Adrianus morbo apud Baias quatiente obiit.

Antoninus cognomento Pius cum ſuis liberis Aurelio & Lucio regnauit annis xxii. menſibus iii. Et ſi non profuit quidquam Antoninus, nullam tamen læſionem reſpublica ſenſit. Defunctus eſt duodecimo vrbis milliario, in villa Sualoris nuncupata, anno ætatis ſeptuageſimo ſexto. Regnauit annis xix. menſe vno.

Marcus Antonius, qui & Verus, & Lucius Aurelius Commodus affinitate coniuncti, æquo iure imperium adminiſtrauerunt. E quibus iunior contra Parthos arma mouens, magna egit & fortia, Seleuciámque vrbem eorum cum quadringentis millibus accepit pugnatorum. Senior vero multis ſæpè bellis interfuit, ſæpiúſque per duces ſuos triumphum reuexit maxima de gente Quadorum, è quibus cum magna gloria triumphauit. Sed vnus in Alteno apoplexiam paſſus defunctus eſt; alter in Pannonia vrbe periit. E

Commodus filius Antonini regnauit annis tredecim, magnúmque triumphum de gente reuexit Germanica, & poſthæc in domo Veſtiliani ſtrangulatus defecit.

Helius Pertinax maior ſexagenario, quum præfecturam ageret, ex ſenatuſconſulto imperator creatus, regnauit menſes ſex. Hic etenim obſecrante ſenatu vt vxorem ſuam Auguſtam, filiúmque Cæſarem appellaret; Sufficere, inquit, debet, quod ego ipſe inuitus regnaui, quum non mererer. Nimis æquiſſimus, omniúmque communis, quem Iulianus iuriſperitus in palatio eius peremit, ipſéque poſtea à Seuero occiſus eſt.

Seuerus genere Afer, Tripolitanus, regnauit annis decem & octo, vltuſque eſt occiſionem Pertinacis in Iuliano, ſe quoque Pertinacem appellauit. Hic etenim Parthos & Adiabenos contra Romanos inſurgentes F mirabiliter ſuperauit. Arabas quoque interiores ita cæcidit, vt regionem eorum Romanam faceret prouinciam. Sic quoque triumphans, Parthicus, Arabicus, Adiabenicus dictus eſt. Hoc regnante Samarites quidam Symmachus, Iudæorum factus proſelytus, item diuinas ſcripturas ex Hebræo ſermone Græca lingua transfudit, ſuámq; condidit editionem, poſt quem pœnè tertio anno ſecutus Theodotion Ponticus, item ſuam in eodem ſuo opere editionem ſcripturarum compoſuit. Britannicum bellum exortum, vnde Seuerus mirabiliter triumphauit.

Antoninus cognomento Caracalla, filius Seueri, regnauit annos ſeptem. Nam ideo hoc nomen nactus eſt, quod eiuſmodi veſtium genera Romæ de manibus erogans, ſibi nomen Caracalla, & veſti Antoniana dederit. Sub hoc iterum editio ſcripturarum diuinarum, quam Quintam vocamus, in Hiericho in dolio reperta eſt. Hic etenim Imperator dum contra Perſas mouit procinctum, in Oſdroenes Edeſſa defunctus eſt. G

Macrinus præfecturam agens prætorianam, Imperator creatus eſt, regnauitque anno vno, occiditur ac ab Archelaide.

Marcus Aurelius Antonini Caracallæ filius, templique Heliogabali ſacerdos, imperator factus; anno quarto Emaus in Iudæa conſtructa, & Nicopolis nominata. Tunc & Africanus egregius ſcriptor temporum, pro ipſa legationem ſuſcepit ad principem. Sed imperator, dum nullum genus obſcœnitatis in regno ſuo quod non faceret prætermittebat; occiſus eſt à tumultu militari, regnauit annis iii.

Alexander Mameæ filius, ignobilis fortunæ exiſtens, adhuc iuuenis, regni moderationem ſuſcepit; moxque contra Xerxem regem Perſarum arma arripiens, mirabiliter de Parthorum ſpoliis triumphauit. Sub huius item imperio, in Nicopoli Actiaca, id eſt, Epiro, editio, quæ ſexta dicitur diuinarum ſcripturarum, in dolio reperta eſt: ipſéque Mogontiaco tumultu occiditur militari. H

Maximinus genere Gothico, patre Micca, Abaqua Alana genitus matre, ſola militum voluntate ad imperium conſcendens, bellum aduerſus Germanos feliciter geſſit; indéque reuertens, contra Chriſtianos inteſtina prælia, vix annos tres regnans, Aquileiæ à Pupieno occiſus eſt.

Gordianus admodum puer Imperator factus, vix regnauit annos ſex. Hic etenim mox vt Romam ingreſſus eſt, ilico Pupienum & Balbinum, qui Maximinum occidentes tyrannidem arripuerunt, occidit: Ianúmque geminum aperiens, ad Orientem prouectus, Parthis intulit bellum, indéque cum victoria reuertens, fraude Philippi præfecti prætorij haud longe à Romano ſolo interfectus eſt.

Philippus imperium impudenter ingreſſus, regnauit annis ſeptem. Hic etenim filium ſuum, id eſt, Philippum conſortem regni fecit, ipſéque omnium impera-

torum

A totum Chriſtianus primus effectus eſt, tertióque anno imperij ſui feſtiuitatem Romanæ vrbis milleſimo anno quem expleuerat celebrauit; vrbémque nominis ſui in Thracia, quæ dicebatur Pulpudena, Philippopolim reconſtruens nominauit.

Decius Pannonia inferiore Bubalia natus, occiſis Philippis vtriſque, regnauit anno vno, menſibus tribus, atriſque in Chriſtianos erectis, ob Philipporum nominis odium, ipſe bellantibus Getis cum filio ſuo crudeli morte occubuit abrupto.

Gallus & Voluſianus regnauerunt annis duobus, menſibus quatuor. Hi quum aduerſum Æmilianum, qui in Mœſia res nouas moliebatur, ex vrbe profecti eſſent, in Foroflaminij interfecti ſunt.

Æmilianus verò tertio menſe inuaſæ tyrannidis extinctus eſt.

Valerianus & Gallienus, dum vnus in Rhetia à militibus, alter Romæ à ſenatu in imperio leuarentur, regnauerunt annos quindecim. Valerianus ſiquidem in B Chriſtianos perſecutione commota, ſtatim à Sapore rege Perſarum capitur, ibique ſeruitute miſerabili conſeneſcit. Gallienus illius exitum cernens, Chriſtianis pacem dedit: ſed dum nimia in regno laſciuiret, nec virile aliquid ageret, Parthi Syriam Ciliciámque vaſtauerunt. Germani & Alani Gallias deprædantes, Rauennam vſque venerunt. Græciam Gothi vaſtantes, Quadi & Sarmatæ Pannonias inuaſerunt. Germani rurſus Hiſpanias occupauerunt, ideirco Gallienus Mediolani occiſus eſt.

Claudius regnauit anno vno menſibus octo. Qui Gothos iam per xv. annos Illyricum Macedoniámque vaſtantes bello adortus, incredibili ſtrage deleuit, ſcilicet vt in curia et clypeus aureus, & in Capitolio ſtatua aurea poneretur, occiſuſque apud Sirmium eſt.

Poſt huius mortem Quintilius frater eius à ſenatu Auguſtus appellatus, octauo decimo imperij ſui die Aquileiæ occiſus fuit.

C Aurelianus Dacia Ripenſi oriundus, regnauit annos quinque, menſes ſex. Qui mox Tetrico apud Catalaunios prodente exercitu Gallias recepit, expeditionéque facta vltra Danubium, Gothos magnis prælijs profligauit, cultoréſque diuini nominis perſecutus eſt. Odenatus Palmyrenus ante ipſum collecta ruſticorum manu, Perſas de Meſopotamia expellens, ipſe ea loca inuaſerat. Quo occiſo, vxor ſua orientis tenebat imperium: contra quam expeditionem ſuſcipiens Aurelianus, apud Hymnas vicum Antiochiæ ſuperauit, Romæque in triumpho viuam perduxit; ac dehinc ſecundo arripiens expeditionem, inter Byzantium & Heracleam in Cenophrurio viæ veteris occiditur. Tacitus regnauit annos ſex. Quo occiſo apud Pontem, Florianus ſuſcepit imperium, tenuitque diebus trecentis quinquaginta octo. Similiter & ipſe apud Tarſum interfectus eſt.

Probus regnauit annos ſex, menſes quatuor. Hic enim Gallos & Hiſpanos vineas habere permiſit. Quo tempore Saturninus magiſter militum dum ad reſtaurationem Antiochenæ ciuitatis miſſus fuiſſet, arrepta ibi- D dem tyrannide, mox oppreſſus eſt, & Apamiæ interfectus. Ipſe quoque Imperator. Probus tumultu militari Sirmio in turre quæ vocatur Ferrata occiſus eſt.

Carus cum filiis Carino & Numeriano regnauit annos vndecim, oriundus Narbona Galliæ. Hic admirabiliter pœne omni Perſide vaſtata nobiliſſimas earum vrbes occupauit, Seleuciam & Cteſiphontem. Bellum Sarmaticum feliciter ſuperauit. Ipſe quoque Carus ſuper Tigridem amnem dum caſtrametaret, fulmine ictus occubuit.

Numerianus autem oculorum dolore tentus, dum in lecticula veheretur, ſoceri ſui Apri inſidijs occiſus eſt: fœtor cadaueris vix tertio die agnitus eſt.

Carinus verò apud Margum in prælio victus occiditur.

Diocletianus Dalmata ſcribæ filius Imperator elatus, regnauit annis viginti. Hic etenim mox vt in regno ele- E uatus eſt, ilico Aprum in militum concione percuſſit, iurans ſine ſuo ſcelere illum Numerianum intercmiſſe, & mox in conſortium ſuum Maximianum Herculium aſciuit. Maximianus ruſticorum multitudine oppreſſa, quos Bagandas dicunt, pacem Gallis reddidit. Quo tempore Carauſius ſumpta purpura Britannias occupauerat. Narſeus rex Perſarum Orienti bellum intulerat. Quinquegentiani Africam infeſtauerant, Achilleus Ægyptum inuaſerat.

Ob quæ Conſtantius, & Galerius, ac Maximianus Cæſares aſſumuntur in regnum. Conſtantius, Claudij ex filia nepos fuit: Galerius in Dacia non longè à Sardica natus. Atque vt eos Diocletianus etiam affinitate coniungeret, Conſtantius priuignam Herculij Theodoram accepit, ex qua ſex liberos procreauit: Galerius autem Valeriam Diocletiani filiam accepit, vterque priſtina matrimonia repudiantes. Carporum ſiquidem gens tunc deuicta, & in Romanum ſolum tranſlata eſt. Tunc etenim primus omnium imperatorum Diocletianus adorari ſe F vt Deum præcepit, & gemmas veſtibus calciamentiſque inſeruit; diadematáque in capite ante eum omnes eum chlamyde tantum purpurea vt à priuatis diſcernerentur habebant, & vt iudices cæteri ſalutabantur. Aſſumpta ergo vnuſquiſque principum expeditione, Diocletianus Ægypti tyrannum octauo menſe deuictum, prouinciam cunctam ſubegit. Maximianus Herculius in Africa Quinquegentianos exſuperauit. Conſtantius iuxta Lingonas vna die ſexaginta millia Alemannorum cæcidit. Galerius Maximianus victus primo prælio a Narſeo, ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit. Qua verecundia compunctus, ſecundo viriliter dimicauit, ſuperauit Narſeum, vxores eius abegit ac liberos, & cum debito honore a Diocletiano ſuſceptus eſt. Poſtquam victoriam mirabiliter Diocletianus & Maximianus Romæ triumpharunt, præcedentibus ſibi liberis vxoribúſque regis Perſarum, prædáque illa ingenti gentium diuerſarum. Sic quoque concitata perſequutione in Chri- G ſtianos, Diocletianus in Cappadocia defunctus eſt. Conſtantius.

* * *

Iulianus apoſtata regnauit anno vno, menſibus octo, relictaque Chriſtianitate ad idolorum culturam conuerſus eſt, multóſque blanda perſecutione illiciens ad ſacrificandum idolis compulit. Ipſe quidem vir egregius, & Reipub. neceſſarius, Parthis ingenti apparatu intulit bellum. Vbi proficiſcens, Chriſtianorum poſt victoriam ſanguinem dijs ſuis vouit. Nonnulla Parthorum oppida in deditionem accepit, multáque vi populatus eſt, caſtráque aliquandiu apud Cteſiphontem habuit, vnde egreſſus, dolo cuiuſdam transfugæ in deſerta perductus, cum vrentis ardore ſolis confectus pariter exercitus, ipſe tantorum diſcriminum anxius, dum per vaſta deſerti euagatur incautius, ab obuio quodam hoſtium equite conto ilia percuſſus interiit, anno ætatis ſuæ triceſimo tertio. Poſt quem ſequenti die ab exercitu Iouianus tribunus domeſticorum in regno aſcitus eſt. Io- H uianus regnauit menſes octo, qui mox neceſſitate compulſus, Niſibin, & magnam Meſopotamiæ partem Sapori regi Parthorum contradidit, ipſeque odore prunarum præfocatus defunctus eſt Dadaſtanis, anno ætatis triceſimo tertio.

Valentinianus & Valens regnauerunt annis tredecim, menſibus quinque. Nam Pannones erant Cibalienſes, vtrinque germani, in Nicomedia tribunatum Valentinianus agebat, qui Imperator creatus, fratrem ſuum Valentem regni ſocium aſſumpſit. Ipſe vero egregius, & Aureliano ſimilis moribus, niſi quod ſeueritatem nimiam & parcitatem, quidam crudelitatem & auaritiam cauſabantur, relicto germano Orientali in regno, ipſe Heſperium tenuit. Quo tunc regnante, alter Valentinianus in Britannia tyrannidem aſſumens, in continenti oppreſſus eſt. Conſtantinopoli quoque Procopius quidam contra Valentem inſurgens, nihilque præualens, vrbe egreditur, & in Phrygiam Salutarem tyrannizans extinctus eſt, multique partis Procopianæ cæſi atque

 proſcripti.

A proſcripti. Valens ab Eodoxio Arianorum Epiſcopo ſuaſus & baptizatus, contra Orthodoxos infeſtus inſurgit.

Gratianum filium ſuum Valentinianus Ambianis imperatorem conſtituit, quem babuit de Seuera priota ingali; & contra Saxones & Burgundiones, qui plus octogiota milia armatorum primum Rheni io limbo caſtrametaſſent, mouit procinctum, ſed appoplexia ſubitò & ſanguinis eruptione Brigione defunctus eſt. Tunc Gratianus Valentinianom fratrem, de Iuſtina Si cula vxore natum, in regno conſortem aſſumit. Nam Valentinianus ſenior dudum laudante Seuera vxore ſua pulchritodinem Iuſtinæ, ſibi eam ſociauit in matrimonio, legeſque propter illam conceſſit, vt omnes viri qui voluiſſent, imponè bina matrimonia ſuſciperent; quia idaò popolnſa Parthorum gens eſt, quia hoc apud eos ſolemne eſt, & multarum vxorum vnus auditur maritus. Decepta ergo, vt diximus, Ioſtina Valentinianus edidit ex ipſa quatoor filios, Valentinianum ſupra- B dictum Imperatorem, Gratam, Iuſtamque, & Galiam, de qua Galla dehinc Theodoſios Imperator, Flacilla defuncta, quæ Arcadium Honotiúmque pepererat, Placidiam generauit, quæ mater fuit moderni Valentiniani iunioris Imperatoris. Sed nos ad propoſitom redeamus. Valens Imperator lege lata, vt monachi militarent, nolentes iuſſit interfici, quando & Theodoſius, Theodoſij Imperatoris poſtea pater, moltique nobilium occiſi ſunt Valentis inſania. Gratiaous Imperator Alemannorum plus triginta milis apud oppidum Argentarium Galliæ in bello proſtrauit, Galliáſque pacauit. Gens Hunnorum ſuper Gothos irruens, cettos ex ipſis ſubiugat, alios fugat. Qui venientes in Romaniam, ſine armorum ſuſcepti diſpoſitione, per auaritiam ducis Maximi fame compulſi, rebellare coacti ſunt; ſuperatiſque Romanis in congreſſione, funduntur in Thracias. Contra quos Valens ab Antiochia exire compulſus, in Thraciam proficiſeiſcitur, ibique lacrymabili bello commiſ- C ſo, imperator ſagitta ſaucius, in caſam deportatur viliſſimam, vbi ſuperuenientibus Gothis, ignéque ſuppoſito, incendio concrematus eſt. Gothi verò occiſo imperatore, iam ſecuti ad vrbem properant Conſtantinopolitanam, vbi tunc Dominica Augusta Valentis vxor multam pecuniam plebi largita, ab vrbis vaſtatione hoſtes ſubmouit, regnúmque cognati, vſque dum ille Theodoſium ordinaſſet, fideliter viriliterque ſeruauit.

Theodoſius Hiſpanus, Italicæ diui Traiani ciuitatis, à Gratiano Auguſto apud Sirmium poſt Valentis interitum factus eſt imperator, regnauitque annos xvii. veniensque Theſſalonicam, ab Anstolio ſancto Epiſcopo baptizatus eſt, admodumque Eccleſiæ religioſus enituit propagator, Reipublicæque defenſor eximius. Nam Hunnos & Gothos, qui eam ſub Valente defatigaſſent, diuerſis prælijs vicit, atque à praua vaſtatione compeſcuit, cum Perſis quoque peritus pacem pepigit. Maximum autem tyrannum, qui Gratianom interfecerat, & ſibi Gallias vindicabat, apud Mediolanum vna cum Va- D lentiniano Imperatore aggrediens ab Oriente clauſit; cæpit, occidit. Eugeniom quoque tyrannum atque Arbogaſtem diuino auxilio præditos vicit, deletis eorom decem millibus pugnatorum. Hic etenim Eugenius confiſus viribus Arbogaſtis, poſtquam apud Viennam Valentinianum extinxerat, inuaſit; ſed mox ſimol cum vita imperiom perdidit. Nam occiſo Arbogaſte deſperans, ſua ſe manu peremit omnibuſque inimicis Theodoſios ſuperatis, in pace rebus humanis apud Mediolanum exceſſit, vtramque Rempub. vtriſque filiis quietam relinquens. Corpus eius eodem anno Conſtantinopolim allatum atque ſepultum.

Arcadius & Honorios fratres, filij Theodoſij Imperatoris, vtrumque imperiom diuiſis tantum ſedibus tenere cœperunt, id eſt, Arcadius ſenior Conſtantinopolitanam vrbem, Honorius vero Romanam. Tunc Ruffinus patricius Arcadio inſidias tendens, Alaricum Gothorum regem vt Græcias deuaſtaret miſſis eiam pecuniis inuitauit. Porrò delectus Ruffinus, ab Italiæ militibus Arcadio cum Gaina comite miſſis, ante portas E vrbis detruncatus eſt, caput eius cum dextera manu Conſtantinopoli ad ludibrium circumductum; vxoréque eius exſulata, opes cunctas Eutropius ſpado promeruit. Gildo Africæ comes à Theodoſio dudum ordinatus, ac ſi iuuenile regnum vtrumque deſpiciens ſibi vella cœpit Africam tenere, & à fratre proprio Maſcelzer dum ſe vidiſſet delectum oppreſſioni quoque victum, propria ſe manu peremit. Gaina verò ſupra nominatus comes Conſtantinopoli ciuile bellum commoens, totam vrbem igni ferróque turbauit, fugienſque ad Helleſpontum piratico ritu viuebat, contra quem nauali prælio dato, multi Gothorum eius extincti, ipſe quoque bello euadens, mox tamen complectitur, poſt cuius oppreſſionem, Iſauri per montem Taurum curſitantes, ingens diſpendium Reipubl. impertarunt, contra quos Arbaſa eius directus, maius continuo rependit incommodum. Heſperiam vero plagam in regno Honorij imperatoris primum Radagaiſus Scytha cum docentis millibus ſuo- F rum inundauit. Quem Holdi & Sarus Hunnorum Gothorumque reges ſuperantes, omnes captiuos quos ¦ tolerant ſingulis aureis vendiderunt. Stilico vero comes, cuius duæ filiæ Maria & Thermantia, ſingulæ vxores Honorij principis fuere, & vtræque virgines ſunt defunctæ, ſpreto Honorio; regnúmque eius inhians, Alanorum Suauorúmque gentes donis pecuniiſque illectas, contra regnum Honorij excitauit Eucherium filium ſuum paganum, & Chriſtianis inſidias molientem, cupiens Cæſarem ordinare. Qui, cum eodem filio ſuo detecto, dolo occiſus eſt. Quo anno & Arcadius orientalis imperator moriens poſt obitom patris annos xiii. in imperio fuit.

Theodoſius iunior Arcadij filius loco patris ſucceſſit io imperio, adoleſcens egregius, regnauitque annos quadraginta tres. Alaricus rex Vviſegothorum vaſtata Italia Romam ingreſſus eſt, opéſque Honorij Auguſti deprædatus. Placidiam ſororem eius duxit captiuam; quam poſthæc Ataulfo ſucceſſori ſuo in matri- G monium vt acciperet delegauit. Conſtantinus tunc quidam Gallis occupatis inuaſit imperiom. Hoſtes eius contra eum ſæuientes, filiúmque eius regno priuare cupientes, monachum fecerunt eum. Ipſe ſanus à Gallia reuerſens, ſtatim filium Conſtantem ex monacho Cæſarem ordinauit. Sed mox ipſe apud Arelatum, filius eius apud Viennam regnom com vita amiſerunt. Itémque eorum exitus immemores Iouinus & Sebaſtianus in Gallia tyrannidem moliuntur: ſed & ipſi ilico eſſe deſierunt. Heracleanus poſthæc cum ſeptingentis & tribus nauibus armatis ad vrbem Romam deprædandam venit; contra quem Marinus comes egreſſus, ſic eum perterruit, vt tantum cum vna naui Carthaginem fugeret, vbi mox ingreſſus interfectus eſt. Valia rex Vviſigothorum facta pace cum Honorio, Placidiam ſororem eius reddidit: quam Conſtantio patricio, qui eam reuocauerat, in matrimonio iungens, Honorius rebus exceſſit humanis. Maximus & Iouinus de Hiſpaniis ferro vincti, adducti, atque interfecti ſunt. H

Ioannes vero Honorio defuncto regnum Occidentale inuaſit, contra quem Placidia creata Auguſta, & Valentinianus filius eius Cæſar diriguntur: quem & dolo potius Aſparis & Artaburis quam virtute ſuperauit.

Occiſo Ioanne tyranno, Valentinianos Rauennæ imperator à patruele Theodoſio ordinatur, cuius germana Honoria dum ad aulæ decus virginitatem ſuam cogeretur cuſtodire, clam miſſo clientulo, Attilam Hunnorum regem inuitat in Italiam, quumque veniente Attila votum ſuum nequiret explere, facinus quod com Attila non fecerat cum Eugenio procuratore ſuo committit. Quam ob rem rapta à germano, & in Conſtantinopolim Theodoſio principi deſtinata eſt. Poſthæc tertio anno Valentinianus Imperator à Roma Conſtantinopolim ob ſuſcipiendam in matrimonium Eudoxiam Theodoſij principis filiam venit, da-

taque

A dataqoe pro munere ſocero ſuo tota Illyria, celebiatis nuptiis ad ſua regna cum vxore receſſit Africana prouincia per Bonifacium comitem Vvandalis tradita, à Rom. iure ſubtracta eſt, quia Bonifacius dum in offenſam Valentiniani veniſſet, malo publico ſe defendere voluit, inuitatóque ab Hiſpanis Gizericho Vandalorum rege, dolum quem conceperat peperit. Hunnorum rex Attila iunctis ſecum Gepedis, cum Ardarico Gothiſque & Vvalanis, diuerſiſque aliis nationibus, ſuis cum regibus omnem Illyricum Thraciámque, & vtramque Daciam, Mœſiam, & Scythiam populatus eſt, Contra quem egreſſus Arnegiſtlus magiſter militum Mœſiæ, apud Marcianopolim fortiter dimicauit: eo quoque ſub ſe decidente præuentus eſt, & nec ſic quieſcens bellare, occiſus eſt.

Martianus Imperator regnauit annos ſex, menſes ſex Hic enim mox defuncto Theodoſio in regno aſcitus, Polcheriam germanam Theodoſij, quæ in palatio matura mulier virginitatem ſeruauerat, in matrimonio adB ſumens, regnum quod delicati deceſſores prædeceſſoreſque eius per annos fere 60. viciſſim imperantes minuerant, diuina prouiſione ſic reparauit, vt exultatio ingens cunctis accreſceret. Nam cum Parthis & Vuandalis omnino infeſtantibus pacem inſtituit, Attilæ minas compeſcuit. Nobades Blemmyeſque Æthiopia prolapſos per Florum Alexandrinæ vrbis procuratorem ſedauit & pepulit à finibus Romanorum, obitumque Attilæ, & Zenonis Iſauri interitum, antequam moreretur felix comperit: infelicium omniumque inimicorum ſuorum colla domini virtute calcans, ſexto anno ſextóque menſe regnans in pace quieuit. Valentinianus autem occidentalis Imperator, dolo Maximi patricij, cuius etiam fraude Aëtius perierat, in campo Martio, per Obtilam & Thranſſiſtilam Aëtij ſatellites, iam percuſſo Cere alio ſpadone, truncatus eſt. Imperium quoque eiuſdem Maximus inuaſit, tertióque tyrannidis ſuæ menſe membratim Romæ à Romanis diſcerptus eſt. Gizericus tunc rex Vandalorum ab Euduxis ValentiC niani vxore inuitatus, ex Africa Romam ingreſſus eſt, cáque vrbe rebus omnibus exſpoliata, eamdem Eudoxiam cum duabus filiabus ſecum in Africam rediens duxit. Leo Beſſica ortus progenie, Aſparis patricij potentia ex tribuno militum factus eſt imperator. Cuius noto mox Valentiniani apud Rauennam Maioranus Cæſar eſt ordinatus, qui tertio necdum anno expleto in regno, apud Dertonam occiditur, locumque eius ſine principis iuſſu Leonis Seuerianus inuaſit: ſed & ipſe tyrannidis ſuæ tertio anno expleto Romæ occubuit. Tunc leo Anthemium diui Marciani generum ex patricio Cæſarem ordinans, Romæ in imperio deſtinauit, Bigelémque Gerharum regem per Ardaburem Aſparis filium interemit, Baſiliſcum cognatum ſuum, id eſt, fratrem Auguſtæ Verinæ in Africam dirigens cum exercitu, qui nauali prælio Charthaginem ſæpè aggrediens, ante eam victus cupiditate, pecuniis vendidit regi Vuandalorum, quam in Romanorum poteſtatem D redegerat. Aſparem autem patricium, cum filiis Ardabure, & Patriciolo, Zenonis generi ſui inſtinctu in palatio trucidauit, occiſóque Romæ Anthemio Nepotem filium Nepotiani, copulata nepte ſua in matrimonio, apud Rauennam per Domitianum clientem ſuum Cæſarem ordinauit.

Qui Nepos regno poſitus legitimo Glycerium, qui ſibi tyrannico more regnum impoſuiſſet, ab imperio expellens in Salona Dalmatiæ Epiſcopum fecit.

Sic quoque Leo Leonem iuniorem ex Ariadne filia Nepotem ſuum in imperio ordinans orientali, anno ſui ſextodecimo obiit. Leo iunior mox paucis menſibus quum puerile, ordinanter tamen, rexiſſet imperium, manu ſua genitorem ſuum Zenonem coronans, imperatoremque conſtituens, rebus exceſſit humanis.

Zenon natione Iſaurus, gener Leonis Imperatoris, regnauit annis decem & ſeptem. Hic etenim dum proceſſibus Chalcedone degeret, ſubitò Verina Auguſta ſocrus ſua fratrem Baſiliſcum in imp. inducens, Auguſtum E in vrbe apelauit. Quod comperiens Zenon, Chalcedone ſine aliqua Reipub. læſione in Iſauriam receſſit, malens ſe ſolum cum Ariadne Auguſta exſuiare, quam ſua cauſa Reipubl. aliquid ex bellis ciuilibus incommodum prouenire. Quod Baſiliſcus cognoſcens, Zenoniſque fuga lætatus, Marcum filium ſuum Cæſarem ordinauit. Qui perfidia Neſtoriana inflatus multa contra Eccleſiam tentauit protinus agere ſed volente Deo ante inflatus crepuit medius, quam pœnitene ſtare potuerat. Nam reuertens Zenon rurſus in regnum proprium, & eum & patrem, & matrem in exilium oppidi Slemnij prouinciæ Cappadociæ deſtinauit. Vbi quia charitas Dei & proximi in illis refrixerat, frigore conſumpti ſunt, vitamque cum regno amiſerunt. Parte verò Heſperiæ, Nepote Imperatore Oreſtes fugato, Auguſtulum ſuum filium in imperium collocauit, ſed mox Odouacer, genere Rugus, Thorcilinguorum, Scirorum, Herulorumque turbis munitus Italiam inuaſit Auguſtulumque Imp. de regno euulſum in Lucullano CampaF niæ caſtello exilij pœna damnauit. Sic quoque Heſperium regnum Romanique populi principatum, quod ſeptingenteſimo nono vrbis conditæ anno primus Auguſtorum Octauianus Auguſt. tenere cœpit, cum hoc Auguſtulo periit; anno deceſſorum regni imperatorum quingenteſimo viceſimo ſecundo; Gothorum de hinc regibus Romam tenentibus. Theodericus autem, Triarij filius, cognomento Strabo, rex Gothorum, à Sciris ſuis vſque ad Apulum quarto vrbis miliario armatus aduenit: nulli tamen Romanorum noxius, continuò eſt reuerſus. Porrò in Illyricum properans, dum inter ſuorum mœrentis plauſtra progreditur, iacentis ſuper carpentum teli acumine pauitantiſque equi ſui impulſione fixus, tranſverberatus interiit, & Reipub. diem feſtum morte ſua donauit. Rualamero rege Gothorum in bello Scirorum defuncto, Theodemir in regno fratris ſucceſſit, cum Vuidimero fratre & filio Theoderico, ſed miſſa ſorte Vvinimero partes Heſperias, Theodemiro cum filio Theoderico Illyricum G obuenit. Relicta ergo Pannonia, alter Italiam, alter Illyricum ſuſcepit populandum: ſed vtrique reges mox vbi ſortita loca ingreſſi ſunt, illico rebus humanis excedunt. Vuidimer Italia, Illyrico Theodemir relictis filiis deceſſerunt. Quorum Voidimer ab Italicis præmiis victus, ad partes Galliæ Hiſpaniæque omiſſa Italia, tendit. Theodericus verò Zenonis Auguſti pellectus humanitate Conſtantinopolim venit, vbi magiſter militum ſtatim effectus, conſulis ordinarij triumphum ex publico dono peregit. Sed quia tunc vt diximus, Odouacer regnum Italiæ occupaſſet, Zenon imperator cernens iam gentes illam patriam poſſidere, maluit Theoderico ac ſi proprio iam clienti eam committi quam illi quem nec nouerat. Secumque ita deliberans, ad partes eum Italiæ mittens, Romanum illi populum ſenatúmque commendat; rex gentium, & conſul Romanus Theodericus Italiam petit, magniſque præliis Odouacrum vicit, & Rauennam in deditione ſuſcepit. H Deinde verò ac ſi ſuſpectum Rauennæ in palatio iugulans, regnum gentis ſuæ, & Romani populi principatum prudenter & pacificè per xxx. continuit annos. Ilus a. Iſaurus, magiſter officiorum, & Zenoni imperatori in priuata vita amiciſſimus, charitatéque coniunctus, dum ſecretò inde Thraticionem Ariadnes Auguſtæ, cum eius viro loquutus eſt, in zelo Auguſtum concitauit. Qui deliberans eam perimere, vni ſuorum rem tacitè demandauit. Quod dum ille agere nititur, cuidam cubiculariæ prodit ſcelus eadem noctè facturum. Regina ſcelus cognouit; ſuóque in lectulo eadem quæ eam ſuggeſſerat collocata; in Epiſcopium ad Acacium nemine ſciente ſubterfugit. Poſtera die Zenon rem æſtimans perpetratam, dum luctum quendam quaſi mœrens ſimulat, neminem ſuſcepit, Acacius Epiſcopus ingreſſus & facti arguit impietatem veniæque fidem expoſcit, Auguſtamque ſuſpicionis innoxiam compromittit, acceptáque fide, veniæ pactione Auguſta reuectitur, ſecúmque dum crebro deliberat quos fortè de ini-

mico

A mico exigat vltionem, nacta (vt opinata eſt) oppor-
tunitatem, vni ſuorum mandat in abditis ſtanti, vt
illum à ſe recedentem perimeret. Qui parens præce-
ptis reginæ, dum auidus ferit in capite, enſe non cer-
uicem, vt cupiebat, ſed aurem illius amputauit. Quod
periculum euadens Ilus, mox ad vrbem recedens, Ze-
nonique inſcitus orientem inuaſit. Contra quem Leon-
tius directus pellicibus verbis illectus, diadema arri-
puit, ſimulque Leontius & Ilus Reipub. inimici effe-
cti, tyranni in partes Syriæ & Iſauriæ debachabantur.
Additoque ſuperioliro Iſauris dono, omnes ſimul con-
ſpirant contra Zenonem, cuius theſauris in Papyrio ca-
ſtello munitiſſimo repertis deſæuiunt. Sed non poſt
multum ab exercitu Zenonis in eodem caſtello capti
decollatique ſunt, & capita eorum Conſtantinopolim
allata, præfixáque haſtilibus ſtatuerunt. Sic quoque Ze-
non ſuperatis inimicis ſuis, in pace bona quieuit. Ana-
ſtaſius ex ſilentiario ſubitò ab Ariadne Aug. in imperio
aſſumptus, ſimulque imperator & maritus innotuit, re-
B gnauitque annis XXVII. menſibus 2. Contra quem
Iſauri dum ſibi, quod Ilus tyrannus ille adiecerat do-
natiuum & Zenon reconciliationis gratia inuitus lar-
gitus eſt, ab iſto fraudantur; arma arripiunt, conſertó-
que prælio, iuxta Cotaiahum Phrygiæ ciuitatem caſtra-
metati, penè per ſex continuos annos Reipubl. aduer-
ſantur: vbi & Lilingis eorum & in bello & in conſilio
præuius, quamvis pedibus ob corporis debilitatem ſe-
gnis, eques tamen in bello acerrimus, dum peremptus
fuiſſet, omnes Iſauri fugerunt, atque diſperſi ſunt &
deuicti, & perquaquam exſilio ablegati, vrbéſque eo-
rum nonnullæ ſolo vſque proſtratæ. Variis namque ſub
Anaſtaſio miles prœliis fatigatus, & nunc in Illyrico
cum Sabiniano & Mundone ad Margum, nunc cum
Pompeio ad Adrianopolim, nunc cum Ariſto ad Zor-
tam, nunc cum Parthis in Syria, vt omittam inteſtinas
clades & pugnas in foro regiæ ciuitatis ad poſtremum
contra Italiam plus piratico quam publico Martè con-
certans, fruſtratus eſt. Sed quod ſit plus dolendum, con-
C tra vltimum ſuum famulum Vitalianum de Scythia per
ſex annos ciuile bellum extruxit. Is ſiquidem Vitalia-
nus cum lx. milibus armatorum, tertiò penè miliario,
non Reipub. ſed regi infeſtus, accedens, multa ſubur-
bana regiæ vrbis prædis ſpoliiſque attriuit. Contra
quem dum Hypatius nepos Cæſaris cum exercitu nu-
meroſo pugnaturus egreditur, ante ab Hunnis auxilia-
ribus capitur, & Vitaliano turpiter venditur, antequam
aperto prælio parte aduerſa ſeſe inimicus oſtenderet.
Poſt quem iterum ſuus gubernator magiſterque mili-
tum ſæpè ſuperati, ſæpè irriſi ab eo & ſpreti ſunt. Sic
quoque diuerſis partibus inimicorum vallatus agmini-
bus Anaſtaſius ſæpè congemuit, nulliúſque tamen me-
ruit inimicorum ſuorum vindictam audire; ſicut nec
ipſe Eccleſiæ iura ſeruauit, imò mœrens & furens ma-
ior octogenario ætatis anno, regnique viceſimo &
octauo, rebus exceſſit humanis, contriſtáque Reſpub.
vix Iuſtino ei ſuccedente aliquantulum reſpirauit. Iuſti-
nus ex comite excubitorum à ſenatu imperator electus
D annus regnauit 12. Qui mox inhiátes regno ſuo Aman-
tium præpoſitum palatij, Andream & Miſaëlem & Ar-
daburem cubicularios ſentiens, afflixit. Nam Aman-
tium & Andream ferro truncauit, Miſaëlem & Ardabu-
rem Perdicam in exilium miſit. Theocritum quoque
ſatellitem Amantij, quem idem quoque Amantius ad
regnandum clam præparauerat, comprehenſum carce-
ratúmque, ſaxis contiſque ingentibus cæſum, ſalſum in
gurgitem iecit, ſepulcrum tamen imperio cui inhiaue-
rat eum priuans: fœdúſque cum Vitaliano percuſſit, &
ad ſe euocatum magiſtrum militum præſentem & con-
ſulem ordinari tum fecit: quem rurſus in ſuſpicione
habens prioris facti federim vulneribus in palatio cum
Celeriano & Paulo ſatellitibus confoſſum perimit. Hic
quoque imperator ante quartum menſem obitus ſui,
ſenectuti ſuæ conſulens & Reipub. vtilitatibus, Iuſti-
nianum ex ſorore ſua nepotem conſortem regni ſucceſ-
ſorémque imperij ordinans, rebus humanis exceſſit.

Iuſtinianus regnat iam iubente domino annus XXXV. E
qui vt ſceptris gemóque ab auunculo ſuo mancipatus
eſt, mox Parthos bella mouentes deſtinato exercitu
compeſcuit, & fines proprios tutans, Parthorum ſæpè
multos occidit. Poſtea verò facientibus peccatis, In die
ſabbati ſancti Paſchæ inito certamine exercitus & non
ducis inſtinctu, in fluuio Euphrate fugiens Parthus Ro-
manus numeroſus ruit exercitus Illyricumque ſæpè ab
Herulis Gepediſque & Bulgaris deuaſtantibus, per ſuos
iudices frequenter obſtitit vi, ſubterque excidit. Poſt
hæc Hypatium Pompeiumque regni ſui inſidiatores,
coadunata manu ciuili Circum ingreſſos, & Hipatium
torque aureo redimitum pro diademate, locaque im-
peratoris iam occupantem; Pompeium verò ſub clamy-
de loricatum & iam palatium inuadentem, vtrumque
detentum antè fores palatij captum cathenatúmque diſ
cuſſit, amputatiſque eorum capitibus, antè eos fecit im-
perium perdere quam haberent, ſociiſque eorum qui
euaſerant hac cæde proſcriptis; velut grandi hoſte pro-
ſtrato de manubiis triomphauit. F

Eodemque anno poſt diuturnum immanemque belli
laborem, quod contra parthos Romanorum ſudleſ ge-
ſtum ſudoribus per Rofinum patricium, perque Hermo-
genem magiſtrum officiorum, & vtrumque legatum di-
rectum ad principem pax depacta eſt, fœdúſque initum,
& munera ab vtroque principè ſibi inuicem deſtinata.
Mox quoque ſoluto de orientali parte exercitu, eumdem
ductorem, quem dudum orienti tranſmiſerat, elegit Be-
liſarium, & numeroſus fortiſſimóſque milites deputans,
ad auſtralem plagam contra Vuandilos mittit; qui fa-
uente Deo qua venerat facilitate, ea celeritate Vuandi-
los ſuperauit, Libyamque ad corpus totius Reipub.
iungens, Gelimerem regem opeſque Carthaginis in
vrbe regia principi ſpectante populo obtulit.

Cuius nutu remuneratus, conſulque ordinarius mox
deſignatus, de manubiis Vuandilicis Beliſarius trium-
phauit. In Italia verò Theoderico rege defuncto, Atha- G
laricus nepos eius ipſo ordinante ſucceſſit, & annos
octo quamuis pueriliter viuens, matre tamen regnante
Amalaſuentha degebat, quando & Gallias diu tentas
Francis repetentibus reddidit. Mortuoque Athalarico,
mater ſua Theodohatum conſobrinum ſuum regni ſui
participem faciens, non poſt multum ipſo iubente oc-
ciſa eſt. Et quia dudum ſe ſuúmque filium commenda
uerat principi Iuſtiniano is mortem eius audiens doluit,
nec paſſus eſt inultum tranſire: ſed mox eundem ducem
belli qui Pœnorum domitor fuit, & de opibus Vuan
dilicis triumphans adhuc in faſcibus erat, agmini diuer
ſarum præponens nationum, ad partes Heſperias deſti-
nauit: qui primo acceſſu mox Siciliam peruadit, duce
eius Sinderich ſuperat: vbi dum aliquantum temporis
ob ordinandam patriam reſideret, comperit in Africa
ciuilia bella inteſtináque prælia debacchari. Nam Stozas
penè vltimus militum, & Martini clientolus magiſtri
militum, tyrannidem arripiens, aotorque ſeditioſorum
effectus, Cyrillo, Marcello, Fata, aliiſque diuerſis iudici- H
bus dolo peremptis, in ducem Salomonem ſæuiebat, to-
támque Africam tyrannico ritu vaſtabat. Emenſo ergo
Beliſarius à Sicilia in Africam pelago ſolita felicitate
rebelles fugat, prouinciam liberat, Salomonemque rur-
ſum Carthagine collocans, Siciliam redit. Vbi mox Eu-
rimund Theodohati Gothorum regis gener, qui con-
trarius eum exercitu venerat, cernens proſperitatem
conſulis, vltro ſe dedit ad partes victoris, vtatúrque vt
iam anhelanti ſuo aduentu ſuſpectæ ſubueniret Italiæ.
Conſtructo ergo Beliſarius exercitu, & tam naualia
quam equeſtria ductans agmina, vallauit Neapolim, pau-
ciſque diebus eam obſidens per aquæ ductum noctu in-
uaſit, & tam Guthis qui aderant quam Romanis bellan-
tibus interfectis, vrbe pleniſſimè ſpoliauit. Quod Theo-
dohatus animaduertens, Vuitigem vnum inter alios du-
ctorem exercitus præponens, contra Beliſarium dirigit.
Qui Campaniam ingreſſus, mox vbi ad campus veniſſet
barbaricos ilico exercitus fauorem, quem contra Theo-
dohatum ſuſpectum habebat, rea cepit, & quid, inquit,

vultis?

A vultis? At illi, tollatur, inquiunt, de medio, qui cum
ſanguine Guthorum & interitu ſua cupit ſcelera excu-
ſari, factóque impetu in eum conſona voce Vuittigim
regẽ denuntiant. At ille regno leuatus, quod ipſe opta-
uerat, mox populi voto cõſentit, directis è ſociis Theo-
dohatum Rauennam reuertentem extinguit, regnumq;
ſuum confirmans expeditionem ſoluit, & priuata coniu-
ge repudiata, regiam puellam Matheſuentam Theoderi-
ci regis neptem ſibi plus vi copulat quam amore. Dum-
que ille nouis nuptiis delectatur Rauennæ conſul Beli-
ſarius Romanã vrbem ingreſſus eſt, exceptuſque ab illo
populo quondã Romano & ſenatu, iam penè ipſo no-
mine cum virtute ſepulto, confeſtim vicini occupat loca
vrbium oppidorúmq; munimina. Primaque Græca con-
greſſione Hunila ductante, Peruſinum ad oppidum ſu-
perat, & pluſquam vi. M. trucidatis, reliquos Rauennã
vſque proturbat. Secunda vero cum ipſo Vuitige Roma-
nas arces vallante congreditur, machinâſq; illius & tur-
res quibus vrbem adire tẽtabat igni conſumptas, per an-
B ni ſpatium, quamuis inedia laborans deludit. Poſt hæc
ad Ariminium perſequutus, exindéque effugatum, Ra-
uenna clauſum in deditionem ſuſcepit: atque vnus con-
ſul qui contra Getas dimicat, pænè pari euentu de Fran-
cis qui cum Theodeberto rege ſuo plus ducenta millia
aduenerant triumphauit, ſed quia ad alia occupatus ali-
bi noluit implicari, rogantibus Francis pacem, & ſine
ſuorum diſpendio de finibus Italicis expulit, ſumptoq;
rege & regina, ſimulque & opibus palatij, ad principem
qui eum miſerat, reportauit. Sicque intra pauci tempo-
ris ſpatium Iuſtinianus Imperator per fideliſſimum con-
ſulem duo regna duaſque Reſpub. ſuæ ditioni ſubegit.
Quod Parthus comperiens facibúſque inuidiæ exardẽs,
in Syriam mouit procinctum, & Callinicum Cæſaream-
que deuaſtans, Antiochiam venit, Vbi Germanus Patri-
cius cum Iuſtino filio ſuo, eodemque conſule poſtquam
ab Africana Prouincia remeaſſet, dum aduentu Partho-
rum obuiare nequit, relicta vrbe ad partes ſeceſſit Cili-
C ciæ. Perſæ verò vacuam ab exercitu Antiochiam nacti,
populum quidem per Orontis alueum ad Seleuciam
maritimam cum militibus mixtis fugientem aſpiciunt,
nec ſequuntur; ſed prædas per vrbem certatim diripiũt,
viciniáſque vrbes & oppida partim inuaſa partim pecu-
niæ quantitate multata præterеunt; & totius Cœleſyriæ
bona ſiui vnius in anni ſpatium pænè Parthus aſſumit.
Nec ſic quoque recedit, ſed iugiter aduerſus Rempub.
Romanam dimicat, contra quem Vvandalicus & Geti-
cus conſul ſolitè deſtinatur, qui etſi non vt reliquas gen-
tes eam edomuit, tamen vt intra ſuos ſe fines recollige-
ret compulit; ſuffeciſſetque de hac gente felici duci parta
victoria, ni clades in Italia, quæ poſt eius diſceſſũ emer-
ſerat, celerem ei ſucceſſorem dediſſet Martinum. Qui
etſi viribus impar, conſilio tamen quamuis cum Con-
ſtantiano coniuncto non minor, dum reſiſtere contra
Parthos non præualet, ne bella diu teneret, pacem effe-
cit. Cladem verò quam diximus in Heſperia plaga, vt li-
D quidius lector cognoſcat, apertius memorabo. Egredien-
te Beliſario conſule ab Italia, &, vt diximus, rege & re-
gina, opibúſque palatij ad Principem reportante; Gothi
qui trans Padum in Liguria conſiſtebant, recrudeſcen-
tes animo ad bella conſurgunt, & ordinato ſibi regulo
Hildebaldo milite, exiſtunt aduerſi: contra quos dum
non vnius ſed diuerſorum tentantur apparatus, illi for-
tiores effecti perſiſtunt, annique ſpatio vix emenſo Gil-
debaldus interficitur, & loco eius ſuccedit Erraricus: qui
& ipſe vix anno expleto peremptus eſt, & in regno ma-
lo Italiæ Baduila iuuenis nepos aſciſcitur Gildebaldi.
Qui mox & ſine mora Fauentino in oppido Æmiliæ
ſolo, prælio commiſſo, Romanum ſuperauit exercitum:
& nec diu poſt hæc item per ſuos ad cancellos annona-
riæ Thuſciæ feliciter dimicans, fugat exercitum, iudices
partim donis partim blanditijs ſibi conſocians, totámque
Italiam eum ipſa Roma peruadit, omniúmque vrbium
munimenta deſtruens, cunctos ſenatores nudatos, demo-
lita Roma, Campaniæ terra tranſmutat. Contra quem,
vt ſuperiùs diximus, Beliſarius de oriẽte digreditur cum
paucis, ratus omnem exercitum quem dimiſerat inte- E
grum reperire. Et ideò poſtquam Rauennã ingreſſus eſt,
necum quibus ei obuiaret inuenit; remenſo Adriatico
mari Epirum reuertitur, vbi Ioannes & Valerianus con-
iuncti dum in conciones & iorgia concertant, Totila
hoſtile opus in Italia peragit. Beliſarius quoque impa-
tiens tantæ crudelitatis, naualem claſſem à Sicilia ſol-
uens, per Tyrrheni maris æſtum, Romani in portus ſe
recepit ſtationem; egreſſus quæ ad vrbem quam vi de-
ſtructam & deſolatam attendit, hortanſque ſocios ad
reparationem tantæ vrbis accingitur: vbi necdum val-
lo circumſeptus, infeſtum experitur Totilam, ſed ſolitis
victoriis intrepidus, quamuis cum paucis contra eum
egreſſus, ſic effugauit vt plures fugientes Tiberi demer-
gerentur quam gladio caderent. Indeque hortatus exer-
citum, regreditur in Siciliam, quatenus & Romæ faceret
copiam annonæ & vicinus ad fretum, Totilam turbaret
in Campania commorantem. Sed vt aſſolet, rerum im-
mutatione, & principum voluntate diuerſa, quieſcente
in Domino Theodora Auguſta, euocatur ad vrbem Be- F
liſarius de Sicilia. Poſt cuius diſceſſum Totila ſecurus,
iterata rabie, & furentibus Iſauris, inuadit Romam & ſic
ſumptis vndique viribus, militarique vallatus auxilio
ingreditur, cepitque Siciliam. Contra quem Germanus
patricius dum exire diſponit cum exercitu, Matheſuen-
tam Theoderici regis neptem, & Vvitigi mortuo dere-
lictam, tradente ſibi principe in matrimonio ſumptam,
in Sardicenſi ciuitate extremum halitum fudit, relin-
quens vxorem grauidam, quæ poſt eius obitum poſtu-
mum edidit filium, vocauitque Germanum. Qua felici
tate ſibi Totila comperta totam pænè inſultans Roma-
nis deuaſtat Italiam. In Africa vero à Mauris dudum
perempto Salomone, Stozas & Ioannes inuicem ſingu-
lari certamine corruunt; aliúſque Ioannes, qui Stozas
iunior dicebatur, ſuſcepta tyrannide, Guntharium magi-
ſtrum militum ſecum eſſe ſuadet. Qui interfecto Areo-
bindo, iugalem eius, neptem Imperatoris, ſibi cupiens
ſociare, præuenitur ab Artabane. Qui eo in conuiuio G
trucidato, neptem Imperatoris ereptam ad vrbem Prin-
cipi dirigit cum honore, ſimulque ferreis vinculis col-
ligatũ & tyrannum deſtinauit Ioannem, qui Stozæ par-
emptio in eadem ſucceſſerat tyrannide. Quem in vrbem
diſcuſſum, manibuſque truncatis, ad exemplum cætero-
rum in patibulo fixit. Ioanni dehinc patricio cognomi-
ne Troglita Africæ procuratione commiſſa, Artabanus
euocatus magiſtri militum præſentes accepit dignitatẽ.
Nec diu intercedente in ipſum Principem manus inii-
cere geſtiens, detectus & comprobatus, pietati tamen
principali impunitus permãſit, & quaſi beneuolus con-
gratulatione in Siciliam cum Liberio patricio prope-
rauit. Ioannes verò in Africana prouincia feliciter de-
gens, Mauris partis aduerſæ per Pacificos Mauros ſupe-
ratis, vna die decem & ſeptem præfectos extinxit, pa-
cemque totius Africæ iuuante Domino impetrauit. Lon-
gobardorum gens, ſocia Romani regni principibus, &
Theodohati ſororis filiam, dante ſibi imperatore, in H
matrimonio iungens regi ſuo, contra æmulos Romano-
rum Gepidas, vna die pugna commiſſa, eorum pænè ca-
ſtra peruaſit, cecideruntque ex vtraque parte amplius
quadraginta milia, nec par, vt ferunt, audita eſt in no-
ſtris temporibus à diebus Attilæ in illis locis præter il-
lam quæ ante hac contigerat ſub Calluce Magiſtro militum
cum Gepidis, aut certè Mundonis cum Gothis, in qui-
bus ambobus autores belli pariter corruerunt. Hæ ſunt
cauſæ Romanæ Reipublicæ præter inſtantiam quotidia-
nam Bulgarorum, Antarum, & Sclauinorum. Quæ ſi
quis ſcire cupit, annales conſulúmque ſeriem reuoluat
ſine faſtidio, reperiétque dignam noſtri temporis Re-
pub. tragœdiam, ſciétque vnde orta, quomodo aucta,
qualiterve ſibi cunctas terras ſubdiderit, & quomodo
iterum eas ab ignaris rectoribus amiſerit, quod & nos
pro captu ingenij breuiter tetigimus, quatenus diligens
lector latius iſta legendo cognoſcat.

EVANTI

A

EVANTI ABBATIS,

Contra eos qui ſanguinem animalium immundum eſſe iudicant, & carnem mundam eſſe dicunt.

EPISTOLA.

Nunc primum edita ex M. S. membranis S. Galli, per Henr. Caniſ.

B

AD LECTOREM, HENRIC. CANISIVS.

QVis hìc Euantius, vel Euantus? an Euantius, de quo mentionem facit Fortunatus lib. 3. Epiſt. ad Euphronium, qui & Euentius & Auentius nominatur? Chriſtôphorus Brovverus in optimis ſuis notis illum Euantium Fortunati, putat fuiſſe Viennenſem Epiſcopum, quem lib. 8. cap. 39. diem obiiſſet teſtatur Gregorius anno undecimo regni Childeberti Auſtraſiorum. Celebrat eum ceu ſanctum, Ado in temporum lib. ætate 6. & Philippi ſucceſſorem, atque cum Priſco & C *Artemio Senonum, Remigio Biturigum, & cum aliis ſanctis Epiſcopis, viginti capitula Eccleſiaſtica perfectè roboraſſe. Quæ de Synodo ſecunda Matiſcone collecta, Guntrami regis auctoritate ſeu diligentia, Baronius ad annum Chriſti 588. rectè obſeruauit accipienda. Tom. 2. Concil. Gregor. lib. 8. cap. 7. An noſter Euantus vel Euantius iſte eſt?*

EPISTOLA EVANTI Abbatis, contra eos; qui ſanguinem animalium immundum eſſe iudicant, & carnem mundam eſſe dicunt.

D

QVIA ſe præbuit occaſio opportona, ideò hanc exiguitatis meæ paginulam veſtris obtutibus perferendam mea curauit deſtinare miſeria; per quam & ſalutis munia impeoſitus pando, & me ſacris veſtris orationibus tuendum committo. His * exploſſis, ad agnitionem noſtram venit, quod exſurgentes in quibuſdam CÆSAR AVGVSTÆ partibus reperiſſe vos adſetitis CHRISTIANOS, nec dum eruditos * paginibus ſacris, IVDAICO more ſequi litteram occidentem, & poſtponere ſpiritum viuificantem qui dicunt immundum fieri hominem alicuius animalis ſanguinem comedentem, neſcientes, neque intelligentes præcepta priſca magis mores hominum demonſtrare, quàm io natura ſeruare. Nam ſi iſta ita ſuot, cur aperta frontè cum IVDÆIS & alia quæ vetita ſunt præcepta priſcæ legis carnaliter non teneant, neſcio,

* fort. expletis.
* f. paginus.

carnes ſuillas vel cuniculinas non abiiciunt, qui piſcium carnes pinnulis carentium non reprobant, qui vetera ſacrificia oon immolant; qui vxorem fratris ſine filiis morientem ad ſuſcitandum ſemen eius non accipioot; E aut ad ſacerdotium debiles corpore, aut aliqua macula corporis * ſordentem, qui tamen animo digni videntur accedere, oon repudiant; qoi paxillos in balteis non geſtant, vt egeſta humo * operiant. Cur autem cum pullis inuentam, ſi poſſunt, tenent, & non ſicut præceptum eſt, tenentes pullos, matrem ſinunt abire? Cur etiam otium Sabbati cum IVDÆIS non * ſectant, & oouam gratiam EVANGELII abſterſo rubore CHRISTIANITATIS non abiiciunt? Nam in CHRISTI oomine * fiôtis & fidei CHRISTIANÆ effecti, & ſanguinem comedendum CHRISTIANOS apertè docemus, & à ſanguinis opera declinare omnes * hortamur. Carnes ſuillas edere concedimus, & à volutabro vitiorum recedere omnibus modis optamus. Piſces * pinnulis carentes manducare permittimus, & tamen ad cœleſtia quaſi alas habeotes conuolare fideles omnes optamus. * Sacerdotibus corpore debilitua, vel maculam corporis F habentibus liber PASTORALIS S. GREGORII legatur, quia nobis longum eſt plurima enodare. Paxillo egeſta homo operire eſt, cum mala perpetrata bonis operibus inſudando fœtores carnalium voluptatum opprimimus, de quibus ſcriptum eſt: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Matrem cum pullis iouentam abire ſinimus, & pullos tenemua, cum teſtimooia ex lege excerpta ad refutandos Iudæos atque hæreticos tenemus, & legi carnaliter non ſeruimua. Otium Sabbati negligimus, quia propter illam futuram requiem, quam iſtud Sabbatum figurat, vt ad perueniamus, legem Domini ſpiritaliter intelligendo decertamus. Quod ſi fortè obiiciunt, iſta in * canonibua iſta reperiuntur, quando Eccleſia ex circumciſione & præputio ad fidem congregabatur; quando adhuc non ſolido cibo, ſed lactè nutriebatur. Talè quid ad Corinthios Apoſtolos dixiſſe nouerint, & in Actibus G Apoſtolorum facta inueoient. Nunc verò Eccleſia Dei ſolido cibo fide roborata conſiſtit, vt viriliter contra impetus hæreticorum pugnet, non io infantium mollitiæ eneruata ſuccombat.

* m. ſ. portantem.
* m. ſ. operient.
* formāt.
* m. ſ. feſtiviſſe.
* m. ſ. hortamus.
* m. ſ. pinnulas.
* m. ſ. ſacerdotes. c. debiles.
Pſ. 31. 1. Ro. 4. 7.
* m. ſ. in canones habere.
* m. ſ. antiquum Canones iſta reperitur.

Ne tamen epiſtolaris conſuetudo in longinquas periodos pertracta lectoribus lepidis faſtidium nutriat; veniant ad illud, quod Apoſtolus ait: Omnia munda mundis. Coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum. Et in alio loco idem Apoſtolus ait: Omnis creatura Dei bona, & nihil reiiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. Et Saluator io Euangelio ait: Nihil eſt introiens io hominem, quod poſſit coinquinare eum; qoia omne, quod in os intrat, in ventrem vadit, & in ſeceſſum emittitur, nec hæc coinquinant hominem, ſed quæ de corde procedunt: de corde enim procedunt adulteria, homicidia & his ſimilia. H Nam quod Apoſtoli primitiæ Eccleſiæ à fornicatione, & à ſuffocato, & à ſanguine abſtinere præceperunt, hæc caritatis cauſa tunc ex circumciſione, & gentibus credeotes congregabantur, ne propter diſcretionem ciborum à ſe inuicem ſcinderentur, ideò lactè nutriebantur, non ſolido cibo, quibus & poſtea ſcribebat, dicens: Non potui loqui vobis quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibua, tanqoam paruulis io Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: nondum enim poteratis, ſed nec adhuc quidē poteſtis, adhuc enim eſtis carnales. Nā ſi vbicumq; ſanguinē legunt prohibitū, & hoc ad litterā intelligunt; & nihil ſpiritaliter hoc dictum putant; quid eſt, quod Propheta dicit: ſpeculatorem dedi te domui Iſraël: Si non annunciaueris impio, vt ſe cuſtodiat ab iniquitate ſua, ipſe impius in iniquitate ſua morietur: ſanguioem autem eius de manu tua requiram. Quis eſt iſte ſanguis, niſi opera ſanguinis? Qoid eſt io Pſalmo, vbi dicit: Libera me de viris ſanguinum; niſi ab operibus iniquitatis? Et quid eſt, quod alius Propheta dicit: ſanguis ſanguinem tetigit: propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis, qui habitat io ea?

1. Cor. 3. Act. 15. Tit. 1. 15. 1. Tim. 4. 4.
Mat. 15. 17.
Act. 15.
1. Cor. 3.
Ezech. 3. 17. Ezech. 33. 7.
Pſal. 58.
Oſee 4. 3.

Quòd

A Quod tria iſta præcepta ex libro Actuum Apoſtolorum tenere gloriantur, id eſt, abſtinere a ſuffocato, & ſanguine, vel fornicatione: confiteantur; ſi primum & ſecundum cum tertio impleur, id eſt, ſi non fornicantur, ſi aucupum miniſteriis non vtuntur, ſi audiunt Apoſtolum dicentem: qui habent vxores, tanquam non habentes ſint, ſi obediunt præcepto eius, vbi ait: Bonum eſt non manducare carnem, & non bibere vinum. Si conſentiunt, quod eis præcipit: imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti, ſi faciunt: quod idem Apoſtolus dicit: Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè aliis prædicans, ipſe reprobus inueniar. Si faciunt, quod intonat: Exhibete vos ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in caſtitate, in vigiliis, in ieiuniis, & his ſimilia, vnde peccatum non incurrant, ſed cum gratiarum actione, quæ Deus bona creauit, ſumerent. Quaſi enim Apoſtolis obedientes à duobus abſtinent, à ſuffocato, & ſanguine; & tertium præceptum, quod grauius peccatum eſt, diſſimulantes B abiiciunt, & negligunt * cœleſtia iuſſa, & ceremonias enormiter perhorreſcunt. Talibus Saluator in Euangelio dicit; Væ vobis hypocritæ, qui decimatis mentam, & anetum, & cyminum; & ea, quæ legis ſunt grauiora, committitis. Quid multa? legant libros Doctorum, & maximè S. Auguſtini contra Fauſtum Manichæum, in quo iſta, quæ iſti euacuant, & faciebant & dicebant, & ſecum illos victos erubeſcant: nam & librum S. Hieronymi contra Donatianum legant, & ſalutem ſuam ibi reperient. Nam ridiculum eſt, carnes mundas, quas Deus creauit, vſque ad nauſeam deuorare, & ſanguinem illarum carnium quaſi immundum reſpuere. Quaſi Deus carnem creauerit immundam, & ſanguinem carnium, qui vtique nutrimentum & ſalus carnis eſt, fecerit immundum. Alia ſcribere debui, ſed cui modica vtilia non ſufficiunt, nec plurima proderunt. Abſit à fidelium cordibus, vt iſta carnaliter intelligentes, à ſinu matris Eccleſiæ diſcedant, & ſe cum taliter credentibus gehennæ ignibus tradant.

C

S. SEDATI EPISCOPI, Homilia de Epiphania.

PRoximè fratres chariſſimi, Redemptionis noſtræ celebrauimus ſacramentum, quo Deus hominem cum infirmitatibus induit. Hodie verò illud excolimus quo ſe in homine Deum virtutibus declarauit. Pro eo quod in hac die ſiue cœlo ſtellam ortus ſui nuntiam præbuit, ſiue quod in Chanaam Galileæ in conuiuio nuptiali aquas in vina conuertit, ſiue quod in Iordanis vndis aquas ad reparationem humani generis ſuo baptiſmo conſecrauit. In quolibet horum [illegible] ſalu- D tis noſtræ myſteria continentur & gaudia. Nobis enim ex virgine natus eſt, quod ſtella monſtrauit: nos in melius eſſe mutandos operis miraculo, & aquarum conuerſione ſignauit. Nobis remedia prouidit ex baptiſmo quod in Iordanis alueo aquas dedicauit: & ideò, fratres chariſſimi, in omni actu noſtro ſtellam fidei præferamus, & in cuſtodia puritatis Chriſti baptiſmum celebremus. Quia hæc Chriſti generatio tuæ fidei confirmatio eſt. Et quia per vniuerſum mundum ſacramento baptiſmi humano generi opus erat, aquis benedictionem dedit, quando in Iordanis alueum, vnica, ac ſingulari pietate deſcendit. Tibi ergo naſcendo, Chriſtus aduenit, tibi viuendo militauit, tibi moriendo conflixit.

Quem vides pro te mortuum, propter te intellige baptizatum. Illud, fratres chariſſimi, quod die tertia nuptiæ factæ ſunt, hoc, quod aquam in vinum conuerſam fuiſſe, modo cum Euangelium legeretur, audiſtis.

E Sex autem hydriæ, ſunt ſex mundi huius ætates, per quas iuſti figuram & typum Domini prætulerant. Capiunt metretas binas, vel ternas quia fidem intra ſe continent Trinitatis. Sed videamus quid dicit ſermo diuinus, & ipſa ſacri Euangelij tractemus oracula. In Chana Galilææ aquas in vina conuertit, & latentem ſub homine Deum operum virtute detexit. *Et die*, inquit, *tertia nuptia fiebant.* Quæ ſunt iſtæ nuptiæ, niſi gaudia ſalutis humanæ? quare die tertia, niſi quia die tertia reſurrexit? Itaque tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo deſcendit ad terras, Eccleſiæ ex gentibus congregandæ, incarnatione iungendas. Cui quidem & huius Eccleſiæ, quæ vtique ſumus nos, & arrhas, & dotem dedit. Arrhas dedit, quando nobis eſt ex lege promiſſus, Dotem dedit, quando pro nobis eſt immolatus.

Et alio modo hoc poteſt accipi, vt arrhas, præſentem gratiam, dotem intelligamus vitam æternam. Videamus quid agit in Chanaam Galilææ. Hic iam prodant nobis Deum ſtupenda miracula. Statuuntur hydriæ capientes metretas binas, vel ternas. Implentur hydriæ, mu- F tantur ſubito aquæ, homines poſtmodum maturi dum in melius reformantur, velut Baptiſmate vini liquantur quodammodo: deficiente ergo vino, dicit ad Ieſum mater eius, Ioan. 2. *Vinum non habent.* Iam primo loco requiramus, quod ſit vinum quod defeciſſe dicitur, & quod ſit aliud vinum, quod mirabiliter præparatur, quod Architriclinus melius eſſe pronunciat *ibidem* dicens: *Omnis homo primum vinum bonum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id, quod deterius eſt. Tu verò ſeruaſti vinum bonum vſque nunc.* Vinum multis locis accepimus diuina præcepta & ſcripturas ſanctas, meraciſſimum vigorem cœleſtis ſapientiæ continentes, quibus ad timorem Dei incaleſcat ſenſus, & inebrietur affectus.

Secundum illud, quod de ſapientia dictum eſt: *Parauit menſam ſuam, miſcuit vinum ſuum in cratere.* Scripturarum ergo diuinarum virtus, ſi quando alicuius interiora repleuerit, dicere poterit cum Propheta, Pſalm. G 59. *Potaſti nos vino compunctionis, & populum tuum inebrians quam præclarum eſt!* Operante ergo Chriſto in Chana Galileæ, vinum deficit, & vinum fit, id eſt, vmbræ remouentur, & veritas præſentatur. Recedit lex, gratia ſuccedit. Carnalia in ſpiritualia commutantur. In nouum Teſtamentum, obſeruatio vetuſta transfunditur: ſicut beatus Apoſtolus dicit 2. Cor. 5. *Vetera tranſierunt, & ecce facta ſunt noua.* Quomodo autem hydriæ illæ impletæ aqua, nihil minnunt ex eo quod erant, ita lex non perit per aduentum Chriſti diſſoluta, ſed proficit. Vino ergo deficiente, vinum aliud miniſtratur. Bonum quidem eſt vetus Teſtamentum, ſed ſine ſpiritali intellectu vaneſcit in littera, 2. Cor. 3. Nouum verò odorem vitæ reddit in gratiam, 2. Cor. 2. Cum hæc ità ſint, Architriclinum ipſum præpoſitum in domo ſponſi, videamus, quem ſentire poſſimus. Et quem alium, niſi beatum Paulum intelligere debemus, qui poſt legis litteram, acceptum noui Teſtamenti myſterium ſuauiſſimo, vel odore, vel guſtu, & ſpiritalium ſenſuum fla- H grantia repletus, & inebriatus exclamat, & laudat: *Tu ſeruaſti bonum vinum vſque adhuc?* Ioan. 2. Videamus tamen quemadmodum ipſum vinum laudat? *Nec oculus, inquit vidit, nec auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe.* Ecce vera, ecce prædicanda miracula, quæ in nobis operatur, quando de peſſimis bonos facit, de ſuperbis humiles, de inhoneſtis Caſtos, de ſectatoribus ſæculi, amicos Dei.

Quæ poteſt maiora exercere miracula, quam quando hominem vermem & putredinem dignatur in ſtatum Angelicum promouere? de terrenis in cœleſtibus collocare, & in gratia ſuæ adoptionis? ſolemnitatem, quæ de Domini natiuitate præceſſit, ea fide celebrauimus, qua ex homine Deus natus eſt, hanc verò ea obſeruatione veneramur, qua Deus in homine declaratus eſt. Illic, infirmitatibus abſconditur: hic virtutibus reuelatur. Hodie enim Magos ab Oriente venientes vſque locum, gentibus ſaluatoris ſtella Chriſtum quærentibus

ribus, monſtratura perduxit. Expetitur ſub humili tugurio ſacra natiuitas. Adoratur in pannis, id eſt, ſub tectione corruptionis humanæ inuoluta maieſtas reuelatur. Innotuit myſterio diuinæ miſericordiæ magnitudo, in eo quod ad Chriſtum primum Æthiopes, id eſt, gentes ingrediuntur.

Interea beata perductam ſe ad ſacra cunabula radio deſuper currente, miratur extrema gens, bono publico prima fruitur. Quam ſtupenda dignatio! Inter amplexus genitricis includitur, qui cœlum, terrámque complectitur. In ſinu matris latet, quis regnum patris excedit. Per ſimplex officium ſpiritale reuelatur arcanum. Humanitas cernitur, & diuinitas adoratur. Exhibent aurum, thus, & myrrham. Plus in myſteriis, quam in conſcientiis offerentes, in auri munere, regia dignitas, in thuris vapore, diuina maieſtas. In myrrhæ ſpecie ſepelienda demonſtratur humanitas. Ac ſic Trinitatem oblationis numerus loquitur, vnitatem deuotio vna teſtatur; Ac per hoc, vigili intentione cordis cœlum ſtudeamus aſpicere, ſi ad Chriſtum cupimus peruenire. Dirigat nobis ſemitas viæ perfectas ſtella iuſtitiæ. Ei, qui dixit, *Non apparebis in conſpectu meo vacuus, Exod.* 23. offeramus, & nos aurum fidei, pietatis aromata, caſtitatis holocauſta, ſpiritalem quoque myrrham habeamus in nobis, quæ ita animas noſtras condiat, vt illæſas à peccati corruptione cuſtodiat: Mutemus viam, ſi peruenire optamus ad patriam, ad patriam vtique cœleſtem. Ac ſi inter vtrumque commercium, vt illius nobis proprietatem viu iſtius comparemus; ita elaboremus, vt illios iſta ſit pretium.

Illud autem quod ait Euangeliſta, Magos admonitos eſſe in ſomnis, ne redirent ad Herodem, ſed per aliam viam ad regionem propriam remearent, hæc etiam nobis ſpiritaliter præcipiuntur. Et per aliam viam, id eſt, per aliam conuerſationem reuertamur ad patriam. Forte aliquis requirit, quomodo id fieri poſſit? Qui hoc ſcire deſiderat, audiat prophetam dicentem: *Diuerte à malo, fac bonum, inquire pacem, & ſequere eam, Pſalm.* 33. Hoc enim ordine per aliam viam reditur ad patriam.

Nam quia per ſuperbiam cecidimus in mundum, oportet, vt per humilitatem redeamus ad paradiſum. Per cupiditatem ad ſeruitium diaboli venimus, per miſericordiam ad Chriſtum Dominum redeamus. Per voluptatem, atque luxuriam duriſſimum iugum diaboli ſuſtinuimus, per charitatem, atque iuſtitiam leue iugum Chriſti ſuſcipere feſtinemus. Per vias infidelitatis, atque nequitiæ diabolo infeliciter ſeruientes, ab Angelorum ſocietate diſceſſimus, per vias bonitatis, ac fidei redire ad principale ſtudeamus. Si hoc ordine vias mortiferas relinquentes, vias vitæ tenere voluerimus, de ſiniſtra tranſlati ad dextram, Magorum itinera fideliter, ac feliciter poſſumus imitari. Qui priùs ſolebat res alienas tollere, & nunc ſuas cœperit miſericorditer erogare, non tibi videtur per aliam viam incedere; Qui fuit adulter & eſt caſtus; Qui fuit ebrioſus, & eſt ſobrius; Qui ſolebat maledicere, & benedicit; Qui fuerat inuidus, & eſt benignus: ſi enim orationibus ſimul, & bonis operibus, Deo auxiliante, contendimus hoc ordine conuerſionum noſtrarum itinera in meliùs commutare, ad æternam beatitudinem poterimus feliciter peruenire. Quod præſtare dignetur, qui cum patre, & ſpiritu ſancto viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum, Amen.

M. AVRELII CASSIODORI
SENATORIS V. C.

Opera omnia quæ extant, ex fide manuſcr. auctiora & locupletiora.

Collatis etiam exemplaribus, tam veteribus, quàm recens editis.

TYPOGRAPHVS AD LECTOREM.

HAbes Amice Lector M. A. Caſſiodorum multis locis partim ingenio, partim veterum collatione reſtitutum, & multò quàm anteà caſtigatiorem: in calce vniuſcuiuſque capitis ſeu epiſtolæ, adiunxi D. Forn. & Broſſei notas ſeu animaduerſiones multò auctiores: viſa enim res eſt & commoditas tua ita poſcere, vt eos ſimul coniunctos ſub vno oculorum ictu haberes: quæ omnia, tuæ vtilitati inſeruire cupientes, excudenda curauimus.

ORDO LIBRORVM M. Aurelij Caſſiodori.

Variarum libri XII.
De Anima liber.
De Diuinis lectionibus libri II.
De Schematibus & Tropis S. Scripturæ.
De Orthographia ex veteribus Grammaticis excerpta.
De Grammatica.
De Rhetorica.
De Dialectica.
De Mathematica.
De Arithmetica.
De Muſica.
De Geometria.
De Aſtronomia.
De Ami[illegible].
Computus Paſchalis.
Chronicon.

DE CASSIODORO.

MAgnus Aurelius Caſſiodorus, Senator, v.c. nobili genere natus, inter viros ſuo tempore doctiſſimos citra controuerſiam principatum quendam tenuit. Is quod cum inſigni morum facilitate doctrinam ſanè raram, conſtantémque fidem adiunxiſſet, ſummáque experientia vir omnium in ſe animos flexiſſet, ad ſummos honores peruenit, ita curante, promouentéque Theoderico rege, qui Italiam Gothis comitatus occuparat: quo tempore Zeno Bizantij imperabat. De genere, familiáque Caſſiodori nullum habemus monumentum illuſtrius, quam quod profectum conſtat ab

ipſo

ipſo Theoderico principe, quo loci dicit antiquam prolem eſſe Caſſiodorum, laudatum nomen: eos cum togatis claros, inter viros fortes eximios, vt qui membrorum firmitata, & procero corpore floruiſſent. Huius noſtri Caſſiodori patrem ſub Valentiniano III. geſſiſſa Triboni & Notarij dignitatem ſumma fide ac dignitata legimus: quem honorem non niſi bene meritis & præſtantibus viris collatum nemo eſt qui neſciat: eo quòd ad arcanum principis nullos alios acciri palam ſit, niſi qui ſint perſpecta virtute, & moribus inculpatis. De probitate Caſſiodori, quantæque dignitatis fuerit ad honores prouectus, declarat ipſe Rex in quadam formula: nimirum querulos & rixoſos naturâ Siculus, adeóque rebellantes ſumma prudentia Caſſiodorum conciliaſſe Theoderico: quo maximè tempore omnia plena eſſent tumultuum, vt ferè fit in nouorum principatuum initiis: quod non modò rex idem de ſuo Caſſiodoro teſtatus eſt, ſed, quod omnium vincit admirationem, in ipſo æſtu belli obſeruatorem iuris, & propoſiti tenacem ſe omninò præbuiſſe, vt proprio neglecto cenſu, ſine inuidia lucri notum diuitias retuliſſet. Fuiſſe iudicem alienum ab omni affectu prauo, vt qui neque inuidia quemquam oppimeret, neque aliqua gratia reuocatus ab æqui tramite, indignum quid ſuo nomine faceret, ſed æquabilem ſe omnibus præſtaret. Quæ ſanè pulcherrima viri laudati elogia facilè ſuperant omnium triumphorum decantiſſimas laureas. Iis virtutibus, eáque fama Caſſiodorus Theoderico notus, non vno aut altero eſt honore ab eodem donatus, vt Ex-Quæſtoris ſacri palatij, Ex-Conſulis Comitis, aliorum, ſed & Præfectum prætorio, & Patricium fecerit princeps, qui non niſi digniores fuerit eligere ſolitus. Ergo fatetur eius vnius ſtudio atque opera prouinciis diſciplinam fuiſſe redditam, eaque viriſſe conſtantia, continentiáqua, vt æquitatem verbis inſtillaret, quam ipſam exemplis doceret: adeò vt in dies maior factus, nunquam tamen fortunæ blandientis occaſione intumuerit, ſed ſeſe ſemper, vt moderatum decet, ſummiſſius geſſerit? immò quamvis ſumma potuerit adipiſci, iudicaretur tamen ab omnibus multò plura mereri. Præter laudationes quas ei tributas inuenimus, hæc vna memoratu digna: fuiſſe militibus verendum, mitem faciléque prouincialibus: dandi auidum: accipiendi faſtidioſum: oſorem flagitij omnis: æquitatis amatorem. Et hæc quidem de Caſſiodori genere, probitate, doctrina, dignitate ſatis. Multa eius vulgò taruntur monumenta: quorum bonam partem ſcriptis mandauit, cùm iam vitæ ciuilis, &, vt ita loquar, mundanæ pertæſus, ab honoribus & dignitatibus procul eſſe decreuiſſet, vtque liberius & quietius reliquum æui traduceret, Deóque ſe totum traderet, religioſam eſt vitam profeſſus. Sed præter alia ſcripta, laudantur à doctis Libri Variarum: quos editos conſcriptóſque fatetur ipſemet, vt memoriam teſtatam redderet eius gratiæ & beneuolentiæ, quàm ſe, cùm honores obtineret, ait aſſecutum à multis magniſque viris: quorum ipſe laudes variè pro ratione perſonarum dixerat, vt poſteri intelligerent quantis laborum moleſtiis exercitatus, & quàm ſincero, planéque candido animo eſſet, qui uollet hominum memoriam, quos laude dignos iudicabat, obliuione aliqua deleri. Non deſunt, in tanta iudiciorum varietate, qui ſtylum Caſſiodori non ſatis approbent: quem tamen defectum ipſemet deprecatur initio Variarum, vir ab omni aſſentatione, & amore ſui alieniſſimus. Sed id non tam hominis, quàm ſæculi eius in quo floruit, certè Barbari & impoliti ſatis atque in ſenium inclinantis ingenium fuiſſe fatendum eſt: præ quo cætera laudum Caſſiodori exuberant longóque ſuperant interuallo. Quanquam ad eiuſdem defenſionem & illud non abſurdè dici poteſt: argumentum ipſum non alio ſtylo pertractandum fuiſſe: quod & forenſis triturę & Comitatenſis ſic vt dicam fabricæ eſt aſperum ſcilicet & pompaticum. Et hæc quidem de Caſſiodoro hactenus.

IOANNES TRITEHEMIVS
De Scriptoribus Eccleſiaſticis.

CAſſiodorus Monachus & Abbas Cœnobij apud vrbem Rauennatenſem, vir in diuinis ſcripturis valde doctus, & in ſecularibus litteris omnium ſuo tempore facilè eruditiſſimus, non minus ſanctitate, quàm ſcientia clariſſimus effulſit. Hic primùm fuit Cancellarius Theoderici regis Italiæ, & Senator Rauennas, ac Romanæ vrbis Conſul: poſtea contemptis vanis honoribus ſeculi pro amore Dei, Monachus factus eſt. Et tunc ſtudium litterarum humanitatis ad expoſitionem Ss. Scripturarum conferens, multos elegantiſſimos tractatus compoſuit:

De cuius opuſculis ſubiecta feruntur,

Ex perſona tam ſui quàm regis Theoderici ſcripſit Epiſtolarum ad diuerſos lib. xij.

De ratione animæ lib. j. Cùm iam ſuſcepti.

In totum Pſalterium lib. j. Beatus vir &c. Nimis.

Inſtitutionem diuinarum lectionum lib. ij. Cùm ſtudia ſecularium.

In Cantica Canticor. lib. j. Salomon inſpiratus.

Inſtitutionem ſecularium litterarum lib. ix. Intentus nobis eſt.

Hiſtoriam Tripartitam compilauit lib. xij. Vtiliter nimis.

Catalogum Conſulum Romanorum lib. j.

Sacerdotem prænotatum lib. j.

Memoriale ſcripturarum lib. j.

Da Etymologiis lib. j.

De Schematibus & Tropis lib. j.

De Orthographia lib. j.

Complexionis in Apocalypſin lib. j.

In Actus Apoſtolorum, lib. j.

In Epiſtolas Canonicas vij, lib. j.

Alia quoque multa compoſuit quæ ad notitiam noſtræ lectionis non venerunt.

Claruit temporibus Iuſtini Senioris vſque ad imperij Iuſtini Iunioris propè finem, annos habens ætatis pluſquàm XCV. anno Domini DLXXV.

TESTIMONIA DE CASSIODORO,
Ex Paulo Diacono, Lib. xviij.

HVius temporibus Caſſiodorus apud vrbem Romam tam ſæculari, quam diuina ſcientia claruit: qui inter cætera quæ nobiliter ſcripſit, Pſalmorum occulta præcipuè potentiſſimè reſerauit. Hic primum Cos. deinde Senator, ad poſtremum verò monachus extitit.

EX BELLARMINO,
De Scriptoribus Eccleſiaſticis.

AVrelius Caſſiodorus Senator, Regi Theodorico ab epiſtolis fuit. Scripſit eo tempore libros 12. epiſtolarum variarum, & chronicum breuè ab initio mundi vſque ad tempora Theodorici regis Italiæ, quæ ſimul excuſa extant. Scripſit, etiam libros 12. de rebus geſtis Gothorum, cuius operis compendium fecit Iordanus Epiſcopus Rauennæ, quod compendium cum libris epiſtolarum excuſum inuenitur. Deinde mundo valè dicens, & Monachus effectus ſe rebus diuinis addixit, & tum ſcripſit.

De inſtitutionibus diuinarum lectionum libros duos.

A In omnes pſalmos, & in Cantica Canticorum commentaria.

Hiſtoriam tripartitam ex libris Socratis, Theodoreti, & Sozomeni per Epiphanium Scolaſticum in latinam linguam conuerſis, confecit.

Atque hæc omnia extant. Dicitur præterea à Trithemio Caſſiodorus ſcripſiſſe in acta Apoſtolorum, In Epiſtulas Canonicas, & in Apocalypſim commentaria, præterea ſummam diuinæ ſcripturæ quam commemoriale ſcripturarum appellauit, quæ an extent ignoro.

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris V. C. & inluſtris, Exquæſtoris ſacri Palatij, Exconſulis ordinarij, Exmagiſtri offic. Præfect. Præt. atque Patritij, Variarum,

B

LIBER PRIMVS.

PRÆFATIO.

Cauſa ſcribendi.

CVM diſertorum mihi gratiam, aut communibus fabulis, aut gratuitis beneficiis, nullis tamen veris meritis collegiſſem, dicta mea, quæ in honoribus poſitus ſæpè pro explicanda negotiorum qualitate prufuderam, in vnum corpus redigere ſuadebant: vt ventura poſteritas, & laborum noſtrorum moleſtias, quas pro generalitatis commodo ſuſtinebam, & " ſyncerae conſcientiæ * ioempiam dignoſceret actionem: dicebam dilectionem ipſorum mihi potiùs fore contrariam: vt quod * modo propter deſideria ſupplicantium putabatur acceptum, poſtea legentibus videretur inſipidum. Addebam, debere illos Flacci dicta recolere: qui monet, quid periculi vox præcipitata poſſit incurrere. Reſpondendi celeritatem cunctos videtis exigere, & crediris me a impœnitenda proferre. Dictio ſemper agreſtis eſt, quæ aut ſenſibus electis per moram non comitur, aut verborum minimè proprietatibus explicatur. Loqui nobis communiter datum eſt: ſolus ornatus eſt, qui diſcernit indoctos. Nonus annus ad ſcribendum relaxatur auctoribus: mihi nec horarum momenta præſtantur: mox vt cœpero, clamoribus immineor: b feſtinatione nimia c iogeritur, ne cautiùs cœpta peragantur. Alter nos frequentia inuidioſæ interpellationis exaggerat: alter miſeriarum mole caſtigat: * alij furioſa " contentionum ſeditione circundant. Inter hæc cur ` requiritis dictationis eloquium, vbi vix copiam poſſimus habere ſermonum? Ipſas quoque noctes inexplicabilis cura circumuolat, ne ` deſit alimonia ciuitatibus, quæ ſupra omnia populi plus requirunt, ſtudentes ventri, non auribus. Hinc eſt, quod cogimur animo per cunctas ire prouincias: & * iniuncta ſemper inquirere: quia non ſufficit agenda militibus imperare, niſi * hæc iudicia aſſiduitas videatur exigere. Nolite quæſo noxiè nos amare. Declinanda eſt ſuaſio, quæ plus habet periculi, quàm decoris. Sed illi potiùs tali diſceptatione fatigabant, Præfectum te Prætorianæ ſedis omnes nouerunt: cui dignitati occupationes publicæ, velut pediſequæ ſemper aſſiſtunt. Ab hac enim exercituales flagitantur expenſæ: ab hac victus quæritur ſine temporis conſideratione populorum: huic etiam vel ſolùm graue iudiciorum pondus adiectum eſt. Cui ideò leges viſæ ſunt immenſum onus imponere, dum ad ipſam, honoris gratiam, maluerunt penè omnia pertinere. Quod enim ſpatium poſſis publico labori ſurripere, quando in vnum pectus confluit, quicquid vtilitas generalitatis expoſcit? ` Addimus etiam, quod frequenter Quæſturæ vicibus ingrauato otij tempus adimit crebra cogitatio, & velut mediocribus faſcibus inſudanti, illa tibi de aliis honoribus principes ` videntur imponere, quæ proprij Iudices ` nequeunt explicare. Hæc autem ` facis nulla vendendo, ſed exemplo proprij genitoris, * aſperantibus accipis ſolos ` ſpei labores, ſic petentibus præſtando gratis ſub continentiæ munere cuncta mercatis. Regum quinetiam glorioſa colloquia pro magna diei parte in bonum publicum te occupare nouerunt; vt faſtidium ſit ocioſis ` expectare, quæ ` tu continuo labore cognouſceris ſuſtinere. Verùm hoc magis tibi ad ſuffragium laudis poteſt proficere, ſi inter tanta & talia valueris legenda proferre: deinde qui rudes viros, & ad Rempublicam conſcia facundia præparatos, labor tuus ſine ` uliqua offenſione poterit edocere: & vſum, quem tu inter altercantium pericula ` iactatus exerces, illos qui ſunt in tranquillitate poſiti, contingit feliciùs adipiſci. Proinde, quid ſaluâ fide qua frueris diſſimulare non poteris, tanta regum beneficia ſi pateris ignorari, fruſtrà maluiſti benigna feſtinatione concedi. Noli, quæſumus in obſcurum ſilentij reuocare, qui ſe ` dicente meruerunt illuſtres dignitates accipere. Tu enim illos aſſumpſiſti vera laude deſcribere, & quodammodo hiſtorico colore depingere. Quos ſi celebrandos poſteris tradas, abſtuliſti, conſuetudine Maiorum, morientibus decentes interitum. Deinde mores priuatos * corrigis auctoritate rectoris, ` excedentis audaciam frangis, timorem legibus reddis. Et adhuc dubitas edere, quod tantis vtilitatibus probas poſſe congruere? Celas etiam, vt ita dixerim, ſpeculum mentis tuæ, vbi te omnis ætas ventura poſſit inſpicere. [Contingit enim diſſimilem filium plerumque generari, * oratio diſpar moribus vix poteſt inueniri. Eſt ergo iſta valde certior arbitrij proles. Nam quod de arcano ` pectore gignitur auctoris ſui, poſteritas veracius æſtimat ] Dixiſti etiam ad commendationem vniuerſitatis ` frequenter Reginis ac Regibus laudes. Duodecim libris Gothorum hiſtoriam defloratis proſperitatibus condidiſti. Cùm tibi in illis fuerit ſecundus euentus, ` quid ambigis, ` & hæc publico dare, qui iam cognoſceris dicendi tyrocinia poſuiſſe? Victus ſum fateor in verecundiam meam: nec obſiſtere tantis ` precibus potui, cùm me viderem ex affectione culpari. Nunc ignoſcite legentes: & ſi qua eſt incauta præſumptio, ſuadentibus potiùs imputate: quia mea iudicia cum illo videntur facere, qui me decreuerit accuſare. Et ideò quod in Quæſturæ, ` Magiſterij, ac Præfecturæ dignitatibus à me dictatum in diuerſis publicis actibus potui reperire, biſſena librorum ordinatione compoſui. Vt quanquam diuerſitate ` cauſarum legentis intentio ` concitetur, efficacius tamen rapiatur animus, cùm tendit ad terminum. Illud autem ſuſtinere alios paſſi non ſumus, quod nos frequenter incurrimus in honoribus dandis ` impolitas & præcipites dictiones: quæ ſic poſcuntur ad ſubitum vt vix vel ſcribi poſſe ` putentur vel videantur. Cunctarum itaque dignitatum ſexto & ſeptimo libris formulas comprehendi: vt & mihi quamvis ſerò proſpicerem, & ſequentibus in anguſto tempore ſubuenirem Ita, quæ dixi de præteritis, conuenient & futuris: quia non de perſonis, ſed de ipſis locis, quæ apta videbantur expliciui. Librorum verò titulum, operis indicem, cauſarum præconem, totius orationis breuiſſimam vocem, VARIARVM nomine prænotaui. Quia neceſſe nobis fuit, ſtilum non vnum ſumere, qui perſonas varias ſuſcepimus ` admonere. Aliter enim multa lectione ſatiatis, aliter mediocri guſtatione ſuſpenſis, aliter à ` literarum ſapore ieiunis, perſuaſionis cauſa * loquendum eſt, vt interdum genus ſit peritiæ vitare, quod doctis placeat. Proinde Maiorum pulchra ` definitio eſt. Sic ` aptè dicere, vt audientibus poſſis concepta vota ſuadere. Neque enim tria genera dicendi in caſſum

prudens

Marginal notes (left): C; " al. non ſincera. ...; *ſine cau ...; * ... ; ... is; *Co ... de incommoda.*; ` impœn. poſſe ... ferre.; *Hora. in arte poët.*; ` & feſtinatione.; ` geritur.; D; * alter f. intentionum ſeditione circundat; " Vet. intentionum.; ` requiritur.; ` deſine.; * al. limina.; * hoc.

Marginal notes (right): E; ` adiicim. *Quæſtura*; ` Princeps videtur.; ` nequiuerunt.; ` facies.; * ab imperantib.; ` ſolos labores.; ` expectatione.; ` tuo.; ` vlla.; ` iactus.; F; ` decenter; ` regis.; ` accedentis.; *Scriptura mentis ſpeculum.*; G; * ſed omnino.; ` pectoris; ` vniuerſitate Regin.; ` Sed.; ` hunc poſſe.; ` Magiſterio.; ` diuerſitate leg.; ` excitetur.; H; *Excuſat ſtylum.*; ` impoſteras.; ` videantur.; *Varia formula quibus in libris.*; *Inſcriptionis ratio.*; ` amonere; ` literarij; * loquitur.; ` definitione.; For. *Aptè dicere quid.*

A

apte. — *Genera dicendi tria.*

prudens definiuit Antiquitas. Humile, quod communione ipſa ſerpere videatur. Medium quod nec magnitudine tumeſcit, nec paruitate tenuetur, ſed inter vtrumque poſitum, propria venuſtate ditatum, ſuis finibus continetur. Tertium genus, quod ad ſummum apicem diſputationis exquiſitis ſenſibus eleuatur: videlicet vt varietas perſonarum congruum ſortiretur eloquium, & licet ab vno pectore proflueret, diuerſis tamen alueis emanaret. Quoniam nullus eloquentis obtinet nomen, niſi qui trina ' virtute ſuccinctus cauſis emergentibus viriliter eſt paratus. Huc acceder, quod modò Regibus, modò poteſtatibus aulicis, modò loqui videamur homillimis: quibus ' aliquid contigit ſub feſtinatione profundere, alia verò licuit cogitata proferre. Vt meritò VARIARVM dicatur, quod tanta diuerſitate conficitur. Sed vtinam ſicut iſta regulis accepiſſe probamur antiquis, ita eadem promiſſæ ' reſignent merita dictionis. Quapropter Humile de nobis verecundè promittimus, Mediocre non improbè pollicemur. Summum verò, quod propter nobilitatem ſui eſt in ' edicto conſtitutum, nos attigiſſe non credimus. Veruntamen ſileant diſputationes vel præſumptiones illicitæ, ' qui legendi ſumus. In congruè namque ' veſtras de nobis diſputationes ingerimus, qui ' veſtra potiùs iudicia ſuſtinemus.

Eloquentis nomen quis verò obtinere poſſit. — ' iſta. — ' aliquãdo Vet. — *aliquo Variarum libri.* — ' deſignent. — ' editio. B — ne For. editiore. — ' in edicto. — ' ſileant præſump. — ' noſtras — ' noſtra.

MAGNI AVRELII
Caſſiodori Senatoris, &c.
Variarum
LIBER PRIMVS.

C

¶ ANASTASIO IMPERATORI s Theodoricus Rex. I.

De pace quærenda quam fuiſſe noſcebatur cauſis emergentibus vitiata.

OPortet nos, clementiſſime Imperator, pacem quærere, qui cauſas iracundiæ ' noſcimur non habere: ' quando ille moribus obnoxius iam tenetur: qui ad iuſta deprehenditur imparatus. Omni quippè regno deſiderabilis debet eſſe tranquillitas: in qua & populi proficiunt, & vtilitas gentium cuſtoditur. Hæc eſt enim bonarum artium decora mater, hæc mortalium genus reparabili ſucceſſione multiplicans, facultates protendit, mores excolit, & tantarum rerum ignarus agnoſcitur, qui eam minimè quæſiſſe ſentitur. Et ideò, piiſſimè Principum, potentiæ veſtræ conuenit & honori, vt concordiam veſtram quærere debeamus, cuius adhuc amore proficimus. Vos enim eſtis regnorum omnium pulcherrimum decus, vos ' totius Orbis ſalutare præſidium, quod cæteri dominantes iure * ſuſcipiunt, ' quaſi in vobis ſingulare aliquid ineſſe ' cognoſcunt: nos maximè, qui diuino auxilio in Republica ' veſtra curam didicimus, quemadmodum Romanis æquabiliter imperare poſſimus. Regnum veſtrum imitatio ' veſtra forma eſt boni propoſiti, vnici exemplar imperij, qui quantum vos ſequimur, tantùm gentes alias anteïmus. Hortamini me frequenter, vt diligam ſenatum, leges principum gratanter amplectar, vt cuncta Italiæ membra componam. Quomodo poteſtis ab auguſta pace diuidere, quem non optatis à veſtris moribus diſcrepare? Additur etiam veneranda Romanæ vrbis affectio: à qua ſegregari nequeunt, qui ſe nominis vnitate iunxerunt. Proindè illum & illum legationis officio ad ſereniſſimam pietatem veſtram * credimus deſtinandos: vt ſynceritas pacis, quæ cauſis emergentibus cognoſcitur fuiſſe vitiata, deterſis ' contentionibus in ſua deinceps firmitate reſtituta perma-

Legatos mittit ad Anaſtaſium ſanciendæ pacis cauſa. — ' cognoſcimur. — ' quoniã. — *Pacis laus.* — *Laus Anaſtaſij.* D — ' eſtis. — * ſuſpiciunt. — ' quia cognoſcitur. — ' veſtram didicimus. — ' noſtra eſt for. b. — *Gothi ſúe ſe Romanos dici volebant.* — * credidimus. — ' contentionibus.

neat. Quia pati vos non credimus, inter vtraſque Reſpublicas quarum ſemper vnum corpus ſub antiquis principibus fuiſſe declaratur, aliquid diſcordiæ permanere: quas non ſolùm oportet inter ſe otioſa dilectione coniungi, verumetiam decet mutuis viribus adiuuari. Romani regni vnum velle, vna ſemper opinio ſit. Quicquid & nos poſſumus, veſtris præconiis applicetur. Quapropter ſalutationis honorificentiam præferentes, prona mente depoſcimus, ne ſuſpendatis à nobis manſuetudinis veſtræ glorioſiſſimam caritatem, quam ego ſperare debui, etiam ſi aliis non videretur ' debere poſſe concedi. Cætera vero per latores præſentium pietati veſtræ verbo ſuggerenda, commiſimus, vt nec epiſtolaris ſermo redderetur extenſior, nec aliquid pro vtilitatibus noſtris prætermiſiſſe videremur.

E — *Reſpub. vnum corpus.* — ' videtur poſſe.

NOTÆ VARIORVM.

¶ * I *Theodoricus Rex.*] Hic primus ſe regem dixit cùm Odoacer ante eum ſe Imperatorem Romanum diceret, & ante Odoacrem Auguſtalis. Theoderici Regis Gothorum formam & habitum eleganter deſcribit Sidonius Apollinaris *lib.* 1. *epiſt.* 2. Quomodo autem inuaſerit Italiam, vide Annonium, *de geſtis Francorum lib.* 1. Theodericus Odoacrem interemit Albino V. C. Conſſ. anno Chriſti 495. imperij Anaſtaſij ſecundo. Hæc epiſtola videtur aliquot poſt annis ſcripta. Fo n.

F — Erat. — * Theodonis viro ſublimi. — * nos volumus. — * in verò curſum. — '' Rectè Vetus Petauij Codex. *curſum ſubtrahendo.* For. — *Purpura principalis & muricis deſcriptio*

¶ * 2 THEONI v. s. Theodoric. Rex. II.

Redarguitur quidam de negligentia & tarditate commiſſis circa ornatum veſtimentorum regalium.

COmitis Stephani inſinuatione comperimus, Sacræ veſtis operam * quam voluimus neceſſaria feſtinatione compleri, diſrupto magis labore pendere: cui * vſum '' ſubtrahendo ſolemnem, abominandam potiùs inferre cognoſceris tarditatem. Credimus enim aliquem prouenisse neglectum, vt aut crines illi lactei, carneo poculo bis térque '' ſatiari, pulcherrima minùs ebrietate rubuerint, aut lanæ non '' auxerint adorandi muricis pretioſiſſimam qualitatem. Quapropter ſi perſcrutator Hydrontini maris intuſa conchylia ſolemniter condidiſſet apto tempore, aceruus ille Neptunius generator florentis ſemper purpuræ, ornator ſolij, aquarum copia reſolutus imbrem aulicum ' flammeo liquore ' laxaret. Color ' nimio lepore vernans, obſcuritas rubens, nigredo ſanguinea regnantem diſcernit, ' dum conſpicuum facit: [& præſtat humano generi, ne de aſpectu Principis poſſit errari.] Mirum eſt, ſubſtantiam illam morte confectam, cruorem de ſe poſt ſpatia tam longi temporis exudare, '' qui ' vix ſolet viuis * corporibus vulnere ' ſauciatis effluere. Nam cum ſex penè menſibus marinæ delitiæ à vitali fuerint vigore ſeparatæ, ſagacibus naribus '' neſciunt eſſe grauiſſimæ, ſcilicet ne ſanguis ille nobilis aliquid ſpiraret horroris. Hæc * cum '' infecta ſemel ſubſtantia perſeuerat, & neſcit ante ſubtrahi, quàm veſtis poſſit abſumi. Quod ſi conchiliorum qualitas non mutatur, ſi torcularis illius vna vindemia eſt, culpa nimirum artificis erit, cui ſe copia nulla ſubtraxit. In illis autem rubicundis fontibus cum ' albentes comas ſerici doctus moderator intinxerit, habere debet corporis puriſſimam caſtitatem, quia talium rerum ſecreta ' refugere dicuntur immunda. Hæc ſi omnia '' conſtiterunt, ſi in nulla parte prætermiſſa videatur eſſe ſolemnitas, miramur, tua te pericula minimè cogitaſſe, dum ſacrilegij ſit reatus, * negligētiæ, in tali veſte peccare. Quid enim agunt tot artifices, tot nautarum; cateruæ, tot familiæ ruſticorū? Tu quoq;

G — *& vſum.* — '' Vet. *torque Senari.* For. — '' Fortè legendū fuxerint. — ' flammeo. — ' laxauerat. — ' nimio. — ' dominū. — '' Vet. *quod ſolet.* For. — ' qui ſolet. H — * compatibus. — ' ſauciatis vix effluere. — '' id eſt *fuerunt.* For. — * hic confecta. — '' Vet. *hic cum infecta.* For. — ' albentis. — ' refulgere. — '' al. Conſtiterat. For. — * negligenter.

A Corumitius ſubuectus tantis iubes, tanta te iſtius nominis præſumptione defendis: vt cum regale opus crederis agere, in multis videaris tuis ciuibus imperare. Hoc ergo remiſſio tua negligit, quod te ' in prouincia ſubuexerat, & ad conſpectum Principis honorabilem venire faciebat? Quod ſi te facultatis tuæ adhuc ' cura non deſerit, ſi te ſalutis propriæ tangit affectus, ' infra ' illum diem ' imminente tibi harum portitore, cum Blatta, quam noſtro cubiculo dare annis ſingulis conſueuiſti, venire feſtina. Quia iam non compulſorem ad te mittimus, ſed vltorem, ſi aliqua credideris ludificatione tardandum. Verum talis tantáque res, quàm facili legitur inuenta compendio? " Nam cum fame canis auida in " Tyrio littore ' proiecta conchilia impreſſis mandibulis contudiſſet, illa naturaliter humorem ſanguineum defluentia, ora eius mirabili colore tinxerunt, & vt eſt " mos hominibus, occaſiones repentinas ad artes ducere, talia exempla meditantes fecerunt Principibus decus nobile * dare ' quod ſubſtantiam noſcitur habere mediocrem ' Eoa Tyros eſt Hydron Italica, ' aulium profectò ' veſtarium, non antiqua ' cuſtodiens, ' ſed iugiter nouella tranſmittens. Vide ergo, ſi quis te patiatur minùs implere, quod nos tam neceſſariò cognoſcis expetere.

Tantum. i. tam magnus viris quibus praes. ' te & ' cauſa ' intra ' illam diem. ' imminentem. *Blatta.* " *Purpura inuentio.* " Vocula NA abeſt à vet. For. Vet. *in* o *Tyro* For. cô-cta. " *Mos* abeſt a vet. For * de re- ' quem ſubſtantia, Eo quod idê milliem ' veſtiarium cuſtodientis ti

NOTÆ VARIORVM

¶ 1 *Theoni V. S.*] vetus, Theonio viro Senatori: alius habet, Theodonio Comiti veſtis, vt Blattam in ſacrum cubiculum inferre ſuſtinet. For.

§ 2 *Dum ſacrilegus ſit reatus negligentia*] quidam ſic legunt: *dum ſacrilegy ſit reatus negligenter.* Lectio tamen excuſa cum veteribus congruit. For.

§ 3 *Canterna*] quæ ſcilicet huius veſtis faciendæ cauſa inſtituuntur. For.

§ 4 *Familia ruſtic.*] Conchylegulorum, quæ & mancipia textrini principis dicuntur, *Cod. Theod. lib.* 10. *tit.* 20. *l.* 4. *l.* 5. *l.* 9. *l.* 14. *l.* 15. *pen.* For.

C

§ 1 CASSIODORO V. I. ATQVE PATRITIO, Theodoric. Rex ttt.

Confertur Caſſiodoro dignitas Patriciatus

QVamuis proprio fruatur honore, quod eſt natura laudabile, ' nec " deſint probatæ conſcientiæ faſces, " cùm generat animo dignitates: (omnia ſiquidem bona ſuis ſunt ' coniuncta cum fructibus: nec credi poteſt virtus, quæ ſequeſtratur à præmio ' tamen iudicij noſtri culmen excelſum eſt, ' cùm " qui à nobis prouehitur * præcipuus & plenus meritis æſtimatur. [Nam ſi æquabilis credendus eſt, quem iuſtus " elegerit: ſi temperantia præditus, quem moderatus aſciuit: omnium profectò capax poteſt eſſe meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum.] 2 Quid enim maius quæritur, quàm hic inueniſſe laudum teſtimonia, " vbi gratificatio non poteſt eſſe ſuſpecta? Regnantis quippè ſententia iudicium de ſolis actibus ſumit, nec blandiri dignatur animus domini poteſtate munitus. Repetantur certè, quæ te noſtris ſenſibus infuderunt: vt tui laboris fructum capias, cum noſtris animis ſingula ſuauiter inhæſiſſe cognoſcas. In ipſo quippè imperij noſtri deuotus exordio, cum adhuc fluctuantibus rebus prouinciarum corda vagarentur, & negligi ' nouum dominum nouitas ipſa pateretur. Siculorum ſuſpicantium mentes ab obſtinatione præcipiti deuiaſti, culpam remouens illis, nobis neceſſitatem ſubtrahens vltionis. Egit ſalubris perſuaſio, quod vehemens poterat emendare diſtrictio. Lucratus es damna prouinciæ, quæ meruit ſub deuotione neſcire: vbi ſub procinctu Martio ciuilis iura cuſtodiens, publica priuatáque commoda inauarus arbiter æſtimabas, & proprio cenſu neglecto, ſine inuidia lucri, morum diuitias retuliſti, excludens vel querelis auditum, vel derogationibus locum. Et vnde vix ſolet reportari patientiæ ſilentium, voces tibi militauerunt laudantium. Nouimus enim, teſtante Tullio, 3 Siculorum naturam, quam ſit facilis ad querelas, * vbi ſolita conſuetudine ' poſſint iudices etiam de ſuſpicionibus accuſare. Sed non eo præconiorum fine contenti, Brutiorum & Lucaniæ tibi dedimus mores regendos: ne bonum quod peregrina prouincia meruiſſet, genitalis ſoli fortuna neſciret. At tu conſuetudinem deuotionis impendens, eo nos obligaſti munere, quo tibi putamus omnia reddidiſſe: inde amplificando debitum, vnde credi poterat abſolutum. ' Egiſti te per cuncta iudicem ' totius erroris expertem, 4 nec inuidia quemquam deprimens, nec gratia blandiente ſublimans. Quod cum vbique ſit arduum tamen ſit in patria glorioſum: vbi neceſſe eſt ' aut gratiam parentela prouocet, aut odium longè contentiones exaſperent. Oblectat igitur nos actus Præfecturæ recolere, totius Italiæ ' notiſſimum bonum vbi cuncta prouida ' gubernatione diſponens, oſtendiſti quàm leue ſit, ſtipendia ſub iudicis integritate dependere. Nullus enim ' grauanter obtulit, quod ſub æquitate perſoluit. Quia quicquid ex ordine tribuitur, diſpendium non putatur. Fruere nunc bonis tuis, & vtilitatem propriam, quam reſpectu publico contempſiſti, recipe duplicatam. Hæc eſt enim vitæ glorioſa commoditas, dominos eſſe teſtes, ciues habere laudantes. His igitur tot ampliſſimis laudibus incitati, Patritiatus tibi apicem iuſta remuneratione conferimus: vt quod aliis eſt præmium, tibi ſit retributio meritorum. Macte, ſumme, vir felicitate laudabili, qui ad hanc vocem dominantis animos impuliſti: vt bonorum tuorum potius fateamur eſſe, ' quod dedimus. Sint hæc diuino ' perpetrata auſpicio: vt cum hæc pro remuneratione tribuimus, ' meliora interim tuis meritis exigamur.

' non deſint probare " al. *nec deſinas probare.* For. " Vet. *cum generat animo* For. ' iuncta ' tantum D ' quantū " Vet. *quando quia nobis præcipuus.* For. * præcipuis plenus in Vet. *elegit.* For. " Vet *ibi* For. *Præclarū à principe laudari.* ' tudem *Caſſiodori ſumma laus à ſuo profecta*

E *Principe.* ' natum For. * vt ' poſſit *Siculi querul. Cic. in Bruto. Brutij. Lucani.* ' egiſti per ' iſtius *Æquus iudex.* ' vt aut ' clariſſimum ' ordinatione F ' grauiter *Patricialum dignitas.* ' quam credimus ' perpetrata ' ad iterum erigamur G

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Caſſiod. V. I.*] Dat ei Theodericus ſummum patriciatus apicem, cùm tum fuiſſet corrector Brutiorum & Lucaniæ propriæ patriæ, & Præfecturam Prætorianam geſſiſſet: nec enim aliter dari debet Patriciatus, *lib.* 3. *C. de Conſulib.* For.

¶ 2 *Quid enim maius quæritur, quàm hic inueniſſe laudum teſtimonia, vbi gratificatio non poteſt eſſe ſuſpecta.*] Laudari omnes appetunt quod reprehenſibile non eſt, niſi finem recti in laudibus collocent, vt teſtatur Ouid. 1. *de arte amandi.* Iuuen. *Satyr.* 10. Perſius *Satyr.* 1. hic præclarum à principe laudari innuit author. Bros.

§ 3 *Siculorum naturam.*] Quam ſit ad querelas facilis Siculorum natura teſtatur Cicero *in Bruto.* Bros.

§ 4 *Nec inuidia quemquam deprimens, nec gratia blandiente ſublimans.*] Hæ ſunt veri iudicis partes, etenim vel amore vel odio vel pecunia corrumpitur. Extat iudicis corrupti ſeuera caſtigatio apud *Ouid. lib.* 1. *Amor.* Bros.

H

§ 1 SENATVI VRBIS ROMÆ, Theodoricus Rex tv.

Super eodem & de virtutibus Caſſiodori.

OPtamus quidem, Patres Conſcripti, coronam ' veſtram diuerſorum faſcium flore depingi. Optamus " vt libertatis genius ' gratam videat turbam Senatus. Conuentus, ſiquidem talium eſt dignitas Imperantium: & quidquid in vobis feſtiua gratulatione ' conſpicitur, noſtris verè laudibus applicatur. Illud tamen maximè deſideranter appetimus, vt collegium veſtrum ornent lumina dignitatum: quando decenter augmenta patriæ reddunt, qui aulica poteſtate creuerunt. Hos viros noſtra perſcrutatur intentio: tia morum theſauris gaudemus inuentis: in quibus velut figuratis honorum vultibus clementia, ' veſtræ ſerenitatis exprimitur. Hinc

' noſtram *Rom. Senatus dignitas.* " vt abeſt à vet. For. ' gratiam reſpicitur. For. ' noſtræ

eſt,

A eſt, quod Caſſiodoro ** illuſtri & magnifico viro, præcipuè in Repub. claritate notiſſimo, Patritiatus dedimus pro remuneratione ſuggeſtum; vt per honorem magni nominis declarentur merita ſeruientis, qui non fragili felicitate prouectus, Fortunæ ludo ad apicem faſcium repentinis ſucceſſibus euolauit, ſed, vt creſcere virtutes ſolent, ad faſtigium ' præconij conſcendit * gradibus dignitatum. Primus enim, vt ſcitis, adminiſtrationis introitus Comitiuæ Priuatarum mole fundatus eſt, vbi non tyrociniorum infirmitate titubans, nouitatis vitio vel innocenter errauit: ſed abſtinentiæ firmato veſtigio, imitando vixit exemplo. Qui mox deinde Sacrarum largitionem honore ſuſcepto, ' creuit tantùm conuerſationis laude, quantum profecerat dignitate. Quid prouinciis redditam diſciplinam? quid diuerſo generi hominum momenta iuſtitiæ infuſa, referamus? ' Vixit enim tanta continentia, vt æquitatem & ' inſtrueret monitis, & doceret exemplis. [Facilis enim recti perſuaſor eſt innocens iudex: ſub cuius prædicabili conuerſatione pudet mores probabiles non habere.] Quis enim vereatur ſcelus, cuius in ſuggeſtu gremij complicem videt? Incaſſum perſonam fictæ ſeueritatis inducit, cùm auarus pecuniæ ambitum diſſuadet, cùm legibus * parendum cenſet iniuſtus. Non habet diſtributionis ' gremium, cui auctoritatem libere conſcientia non miniſtrat. Quoniam exceſſus tunc ſunt in formidine, cùm creduntur iudicibus diſplicere. His itaque ſub præcedenti Rege gymnaſiis exercitatus, ' emeritis laudibus ad palatia noſtra peruenit. Meminiſtis enim, & adhuc vobis recentium rerum memoria miniſtratur, qua moderatione Prætoriano ' culmine locatus inſederit, & euectus ** in excelſum, inde magis deſpexerit vitia proſpectorum. Nullo quippe, vt pleriſque moris eſt, elatus fauore Fortunæ, in cothurnum ſe magnæ poteſtatis erexit, ſed æquitate cuncta moderatus, gratiam * noſtram ' in ſe non reddidit odioſam. Maiora ſibi ' de ſe fecit optari, dum intra modeſtiæ terminos magna cohibuit. [Hic eſt enim probatæ conſcientiæ grauiſſimus fructus, vt quamvis ſumma potuerit ** adipiſci, iudicetur tamen ab ' hominibus plus mereri.] Iunxit benè cum vniuerſorum gaudiis noſtra compendia, ærario munificus, & iuſtè ſoluentibus gratioſus. Senſit tunc Reſp. ex illo cœtu Romuleo innocentiæ virum. Qui licèt ſe moderando glorioſum fecerit, hoc tamen maius contulit **, quod bonæ actionis exemplum ſequentibus dereliquit. Pudet enim eum peccare, qui ' laudatis viris videtur potuiſſe ſuccedere. Fuit itaque, vt ſcitis, militibus ' verendus, prouincialibus mitis, dandi auidus, accipiendi faſtidioſus, deteſtator criminis, amator æquitatis. Quidnam fuit illi difficile cuſtodire, qui ſe à rebus alienis decreuerat abſtinere? Eſt enim ' indigni animi ſignum, famæ diligere commodum, & lucra potiùs odiſſe cauſarum. Verùm hæc in illo iure mirentur, qui patris atque aui mores nobiliſſimos ' neſcierent. ' Caſſiodoros ſiquidem præcedentes fama concelebrat. Quod vocabulum & ſi per alios videatur currere, proprium tamen eius conſtat eſſe familiæ. Antiqua proles, laudata proſapies, cum togatis clari, inter viros fortes eximij. Quando & valetudine membrorum, & corporis proceritate, floruerunt. Pater enim candidati ſub Valentiniano principe geſſit ₂ Tribuni, & Notarij laudabiliter dignitatem. Honor, qui tunc dabatur egregiis: [dum ad imperiale ſecretum tales conſtet eligi, in quibus reprehenſionis vitium nequeat inueniri.] Sed vt ſe pares animi ſolent ** ſemper * eligere, patritio * Aëtio ' pro iuuanda Republ. magna fuit caritate * ſociatus. Quem tunc ₃ Rerum dominus propter ſapientiam ſui, & glorioſos in Repub. labores, in omni conſilij parte ſequebatur. Ad Attilam igitur armorum ' potentem cum ſupradicti filio ** Carpilione legationis eſt officio non irritè deſtinatus. Vidit intrepidos, quem timebat Imperium: facilès illas terribiles & minaces, fretus ' auctoritate, deſpexit: nec dubitauit eius altercationibus obuiare, qui furore neſcio quo ' raptatus, Mundi dominatum videbatur expetere. Inuenit regem ſuperbum, ſed reliquit placatum: & calumnioſas ' eius altercationes tanta ' virtute deſtruxit, vt voluiſſet gratiam quærere, cui expediebat pacem cum regno ' ditiſſimo non habere. Erigebat ' conſtantia ſua partes timentes: nec imbelles ſunt crediti, qui Legatis talibus videbantur armati. Pacem retulit deſperatam. Cuius legatio quid profecerit, datur intelligi, quæ tantùm eſt gratanter excepta, quantum & videbatur optata. Hoc honore illuſtratus, mox redditum dona æquus arbiter offerebat. Sed ille potius natiua moderatione ditiſſimus, dignitatem ' ſuſpiciens otioſam, in remunerationis locum expetiit amœniſſima Bruttiorum. Negare illi non potuit optatam quietem, qui eum reddiderat ab ' immani hoſte ſecurum, triſtis ab obſequio ſuo reliquit, quem ſibi neceſſariorum fuiſſe cognouit. Auus enim Caſſiodorus * illuſtratus honore cinctus, ' qui eius generi non poterat abnegari, à Vandalorum incurſione Siciliam Bruttióſque armorum defenſione liberauit: vt meritò primatum in illis prouinciis haberet, quas à tam ſæuo & repentino hoſte defendit. Debuit itaque virtutibus eius Reipubl. quod illas prouincias tam vicinas ' Genſericus non inuaſit, quem poſtea truculentum ' Roma ſuſtinuit. Hi autem & in partibus Orientis parentum laude viguerunt. Heliodorus enim, qui in illa Rep. nobis videntibus præfecturam bis nouenis annis geſſit eximiè, eorum conſanguinitati ' probatur adiungi. Genus in vtroque Orbe præclarum, quòd gemino ' Senatui decenter aptatum, tanquam duobus luminibus oculatum, puriſſima claritate radiauit. Quo enim ſe aliquatenus nobilitas vltra ' diſtendit, quam hæc, quæ in vtroque Orbe clara eſſe promeruit? Vixit & ipſe in prouincia honore Iudicis, & ſecuritate priuati, cunctis ' vel nobilitate potior, omnium ad ſe animos attrahebat: vt qui libertatis iure non poterant ſubdi, viderentur magis continuis beneficiis ſuauiter obligari. ' Tanta quoque etiam patrimonij ſui vbertate gloriatus eſt, vt inter reliqua bona ' equinis gregibus Principes vinceret, & donando ſæpiùs ' inuidiam nominis non haberet. Hinc eſt, quod candidatus noſter Gothorum ſemper armat exercitus, & bono inſtituto melior, quod à parentibus accepit, hæreditariè * largitate cuſtodit. Quæ ideo per ordinem ' veſtra * dignatio percurrit, vt vnuſquiſque intelligat, & parentum ſuorum apud nos laudes poſſe recuperare, qui viuere præclaris elegerit inſtitutis. Et ideò ' Patres Conſcripti, quia ' vobis eſt commodus honor bonorum, & iudicium noſtrum veſter comitatur aſſenſus, proſpero auſpicio ſuſcipiatur eius prouectus, qui ſibi fecit gratiam patere cunctorum. Eſt enim potior viciſſitudo, quam præmium: vt qui vos probabili actione colluerunt, reciproco fauore gratulentur.

B C D E F G H

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Senatus.*] Semel in vniuerſum admonere operæ pretium eſt, quod in his formulis obſeruaui commendari ſolitum à principe candidatum Senatui, vt iure ac meritò honos magiſtratus mandari, iuriſdictio aut continua deferri videatur. Cuius moris exempla occurrunt hic, & *lib. 2. epiſt. 16. lib. 4. epiſt. 4. & 25.* Foa.

§ 2 *Tribuni & notarij.* Hæc officia duo ſæpè coniungi ſolent in conſtitutionibus Imperatorum, vt videre eſt in *l. 4. Cod. de aduoc. diuerſ. iud. in l. 1. D. de mand. princip. l. neque. 61. Cod. de decurion. in l. 1. C. Theod. qui a prab.* apud Sidonium Apollinarem *lib. 5. epiſt. 9.* Amm. Marcell. *lib. 26.* laudat Procopium quendam Tribunum ac notarium: in quadam Nouella Imper. Valentiniani de teſtamentis Cæſarius nominatur vir ſpectabilis Tribunus ac Notarius. Bros.

§ 3 *Rerum Dominus.*] Imperatores hoc titulo honeſtantur ſæpè in libris veterum, vt apud Plin. *in epiſt. in l. 3. D. de his quæ in teſtam. del.* Sidon. *in Panegyr. Maior.*

---- mea Gallia rerum
Ignoratur adhuc dominis.

A

aliquando atiam rerum domiui pro principibus vſurpantnt. Solemus itidem alios quàm Imperatores dominos vocare. Sueron, tamen *in Auguſto* narrat Auguſtum domini appellationem maximè ea horruiſſe, vt maledictum ac opprobrium, dominúmqne ſeſe poſthac appellati non paſſum fuiſſe: idem factitarunt Tiberius & Seuerus. Hinc Tertullianus, *dicam planè Imperatorem dominum, ſed more communi*, & alibi, *domini vocem poteſtatis ſumma nomen eſſe arguit*, iore ciuili domini appellatione contineutur qui habent proprietatem, *l. rectè D. de verb. ſignific.* Veruntamen domini vox propriè non niſi in ſeruos. Repetio autem Auguſti æuo & infra à liberis patres appellatos dominos, & à frartibus blandieotibus fratres. Obuios quóſve dominos etiam appellabant, vt iu Seneca videre eſt quomodo obuios ſi nomen non ſuccurrit dominos ſalutamus. AROS.

B

" Vet. Floriano V. S. conſirmat authoritas rerum iudicatarū Fon. *Iudicata rei ſtandum*

" FLORIANO V. S. THEODERICVS Rex. V.

De executione iuſtitia.

IN immenſum trahi non decet finita litigia. Quæ enim dabitur diſcordantibus pax, ſi nec legitimis ſententiis ' acquieſcitur? [Vnus enim inter procellas humanas portus inſtructus eſt, quem ſi homines feruida voluntate prætereunt, in vndoſis iurgiis ſemper errabunt.] Et ideo ſpectabilitati tuæ præſentibus " affamur oraculis, quatenus ſi ita res ſe ' habet, vt à præſentibus * ſupplicatur, & in Comitis Annæ iudicio Mazeuls fundi controuerſia ſtatutis legitimis eſt deciſa, nec aliqua probatur appellatione ſuſpenſa, quæ ſunt decreta, ſeruentur. [Quia ſicut nolumus oppreſſis negare iudicium, ita irrationabilibus quereſis non præbemus aſſenſum.] Cogi enim debet vt ſit quietus, qui ſuo vitio renuit eſſe pacificus. Nam ' & medendi peritus Inoltum frequenter ' ſaluat ægrotum: dum voluntas recta in grauibus paſſionibus non eſt, ſed potius illud appetitur, quod à ſalutis Iudice grauare poſſe ſentitur.

' acquieſcant. " Vet. aſfamur. Fon ' habeat * inſpicatur Fon.

' medicu ſanat

C

Fon. *Ianitor redditur valetud-*

* viro illuſtri Pōtifici. ' viro Patritio.

§ 1 AGAPITO * ' PRÆFECTO VRBIS Theodericus Rex. VI.

Quod mittantur artifices pro adificiis reparandis.

DEcet principem curare, quæ ad Rempublicam ſpectant augendam: & verè dignum eſt, [Regem ædificiis palatia decorare.] Abſit enim, vt ornatui cedamus Veterum, qui a impares non ſumus beatitudine ſæculorum. Quapropter in Rauennate vrbe baſilicæ Herculis amplum opus aggreſſi, cuius nomini Antiquitas ' congruè tribuit quicquid in aula prædicabili admiratione fundauit, magnitudini tuæ ſtudioſiſſimè delegamus: vt ſecundùm * 3 Breue ſubter annexum, de vrbe nobis marmorarios peritiſſimos deſtinetis, qui eximiè diuiſa coniungant, & venis ' colludentibus illigata naturalem faciem laudabiliter * mentiantur: de arte veniat, quod vincat Naturam. " diſcolora cruſta marmorum grata ſſima picturarum varietate texantur. Quia illud eſt ſemper in pretium, quod ad decorem fuerit à ſubtilitate exquiſitum. His ſumptus ' ſubuectionéſque præſtabis: ne quenquam noſtrum grauet imperium, ' quod ad vtilitatem volumus reſpicere ſingulorum.

' propriè

* breuem

D

' colludentibus. * mentiātur Fon. " Vel diſcolor. ' ſubuectiones Fon. ' qui

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Agapito.*] Inſcriptio in quibuſdam, Agapito viro illuſtri Præf. al. Patritio. al. Pontifi. vrbis Romæ, rectè vt inf. epiſt. 35. Petit autem marmoreos artifices ſibi mitti ad opus Baſilicæ Herculis Rauennæ. Fon.

E

§ 2 *Impares non ſumus beatitudine ſeculorum.*] inf. l. 2. ep. 17. Fon.

§ 3 *Breue ſubter annexum*] al. *breuem*. in pleriſque manuſcript. infra lib. 4. epiſt. 21. *infrà ſcriptis breuibus definita* & lib. 5. epiſt. 39. *pecunia qua tibi data eſt, miſſis breuibus indicabis*. *lib. 1. Cod. Theod. de excuſ. artif. Artifices artium breui ſubdito comprehenſarum.* D. Hieronymus epiſt. ad Florentium, breuem ſubditum, eodem planè ſenſu vſurpauit. Breues, *l. 13. C. Theod. de indul. tribut. l. vlt C. de iur. fiſc.* Symmach. *lib. 1. epiſt.* Fon.

" Vet. *Floriano. V. Senatori* Fon.

" FELICI V. C. THEODORICVS Rex. VII.

Quod reſtituantur bona pupillo, & redarguitur frater qui eum ſpoliauit, & decepit in emptione.

" VEnantij tutoris Plutiani aditione cognouimus iu ea te qua non decuerat actione verſatum: vt eum quem ſumptu proprio iuuare ' debueras, diſpendio proprietatis affligeres. Affinitatem quippe tuam " ſolatia debuerant impenſa reſtari. Quale ergo videtur ſanguine coniunctis, quod criminoſum probatur extraneis? Atque ideo præſenti iuſſione cenſemus, vt quicquid à ' Neotherio fratre Plutiani malæ fidei poſſeſſore prodiga voluntate laſciuo, te non tam ' comparaſſe, quam ſurripuiſſe cognoſcis, ' 1 incomparanda militi noſtro ' ſine aliqua dilatione reſtituas: ne nos huiuſmodi factum cogas legibus vindicare, qui nunc " videmur omnia manſuetudine temperaſſe. Perire enim pupillo non patimur, ' quæ parentibus ſub noſtra laude dederamus. Grauiſſimum eſt enim per calumniam ſubtrahi, quod collatum eſt munificentia principali. Reliqua vero, ' quæ te pro iugalis tuæ ' aſſeris portione contempto ' iuſtitiæ tramite diuiſiſſe, ſi tamen appellanda ' diuiſio eſt, quam ſub vnius celebratam conſtat arbitrio, " ad noſtrū Comitatū feſtines occurrere, vt inter ' vos, quæ iuſtitiæ conueniunt, ordinemus. [Iniquum eſt enim, vt de vna ſubſtantia, quibus competit æqua ſucceſſio, alij abundanter affluant, alij paupertatis incommodis ingemiſcant.]

" Vet. Senatori. ſed

F

mendosè Fon *Reſtiſſa rei pupillaru emptio.* ' Vet. *ſola etiā* Fon. ' Neotherio prodiga. ' comparaſſe. ' incorporanda Fon. ' ſine dilatione. ' Vel *volumni.* Fon. ' quod ' quæ pro

G

' aſſerens ' diuiſio, quam *Diuiſio inaqualis.* " Vet *Sic ad noſtrū comitatū.* ' vos ea quæ

NOTÆ VARIORVM.

§ * 1 *Incomparanda.*] Iubet rem à prodigo emptam incorporari militi ſuo. Fon.

§ AMABILI EXECVTORI THEOD. Rex. IIX.

Super eodem.

COrdi nobis eſt, cunctos in commune protegere, ſed eos maximè quos ſibi nouimus defuiſſe. [Sic enim æquitatis libra ſeruabitur, ſi auxilium " largiamur impatibus, & metum noſtri pro paruulis, inſolentibus opponamus.] " Fortuna minor principem quærit, quia in vituperationem noſtram corruunt, quibus ſe publica vota ſubducunt. Venantij itaque tutoris Plutiani lachrymabili ſuggeſtione comperimus, Neotherium fratrem ſuum, affectum germanitatis oblitum bona paruuli hoſtili furore laceraſſe. Quod " nos pro rerum ſuarum acerbitate commouit: ' ne largitas noſtra, quam velut titulum volumus ſtare pietatis, vſurpata præſumptionibus videatur illicitis. Et quia dubium non eſt, in repetitione minoris maximè ſubmoueri diſpendia tarditatis. ' idcóque deuotio tua, noſtra iuſſione firmata, ſi nihil eſt, quod rationabiliter à pulſato poſſit opponi, poſtulatas res prædicto tutori ' facias ſine dilatione reſtitui. Aut ſi quid eſt, quòd pro ſuis partibus intentio, retentatoris obiiciat, ' legali * poſitione præcedente, ad noſtrum venire deproperet Comitatum: vt allegationibus cognitis, pro conſuetudine noſtræ iudicemus æquitatis.

Fauor pro laborantib. " vet. *largiamur.* Fon.

H

" vet. *Fortuna minor.* Fon. " Nos abeſt à vet. Fon. ' vt

' ideo

' facit " al. *retentoris.* ' legatis * præpoſitione.

A

*Ruſtugio

¶ * EVSTORGIO VIRO VENERABILI Mediolanenſi Epiſcopo Theod. Rex. IX.

Epiſcopus Auguſtana ciuitatis falsò accuſatus, abſoluitur.

' ratio more Foa. " Vet. debetur. Foa.

[TVta eſt conditio ſubiectorum, vbi viuitur ſub æquitate regnantium: nec dubio ' decat rumore trahi, à quo " debent non mutanda conſtitui. Fidem ſiquidem rerum à tarinne colligimus: [quæ nunquam deſiderantibus abſconditur, ſi ſuis veſtigiis perquiratur.] Atque ideo quod beatitudini veſtræ grauiſſimum eſſe confidimus, præſenti tenore declaramus, Auguſtanæ ciuitatis Epiſcopum proditionis patriæ falſis criminationibus accuſatum, Qui à nobia bonori priſtino reſtitutus, ius habeat Epiſcopatus omne quod habuit. Nihil enim in tali honore temeraria " cogitatione præſumendum eſt: vbi ſi propoſito creditur, etiam tacitus ab exceſſibus excuſatur. Manifeſta proinde crimina in talibus vix capiunt fidem.] Quicquid autem ea inuidia dicitur, veritas non putatur.] Volumus enim impugnatores eius legitima pœna percellere: ſed ' quoniam & ipſi clericatus nomine fungebantur, ad ſanctitatis veſtræ iudicium cuncta ' tranſmittimus ordinanda, cuius eſt & æquitatem moribus talibus imponere, ' quam nouimus traditionem Eccleſiaſticam cuſtodire.

" Male quidam cogitione. *Crimina* B *atrox ia vix audiunt in Epiſcopū* ' quoniā ipſi. *Clerici ad Epiſcopum remittūtur.* ' tráſmiſimus Foa ' quem

¶ BOETIO V. I. ATQVE PATRITIO Thend. Rex. X.

De iuſto pondere obſeruando, & pœna eius qui illud diminuit.

LIcet vniuerſis populis generalis ſit impendenda iuſtitia, quæ ſic nominis ſui obtinet dignitatem, ſi æquabili moderatione per potiores currat & humiles: confidentius tamen illam expetunt, qui à palatij militia non recedunt. ' Ocioſa enim grauitate præſtatur aliquid munificentia principali, conſuetudo autem quodam debito redditur fideliter obſequenti. " Domeſtici patres equitum & peditum, qui noſtræ aulæ videntur iugiter excubare (quod ex magnis fieri doloribus ſoler) vt ' adunati nobis ſupplicatione conqueſti ſunt, ab illo ' t Arcario præfectorum, pro emolumentis ſolemnibus, nec integri ponderis Solidos percipere, & in numero grauia ſe diſpendia ſuſtinere. Quapropter prudentia veſtra lectionibus erudita dogmaticis, ' ſcelestam falſitatem à conſortio veritatis eiiciat: ne cui ſit appetibile, aliquid de illa integritate ſubducere. Hæc enim quæ appellatur Arithmetica, inter ambigua Mundi certiſſima ratione conſiſtit, quam cum cœleſtibus ' æqualiter nouimus, euidens ordo, pulchra diſpoſitio, cognitio ſimplex, immobilis ſcientia: quæ & ſuperna continet, & terrena cuſtodit. Quid eſt enim, quod aut menſuram non habeat, aut pondus excedat? Omnia complectitur, cuncta moderatur, & vniuerſa hinc pulchritudinem capiunt, quia " ſub modio ipſius eſſe noſcuntur. Iuuat inſpicere, quemadmodum denarius numerus, more Cœli, & ' in ſeipſum reuoluitur, & nunquam deficiens inuenitur: creſcit noua conditione, per ſe redeundo, addita ſibi ſemper ipſa calculatio: vt cum denarius ' non videatur excedi, ex modicis præualet maiora complecti. Hoc ſæpe repetitum ' inflexis manualibus digitis, & " erectis, redditur ſemper extenſum, & quantò ad principium ſuum ſupputatio redditur, tanto amplius indubitanter augetur. Quantitate " numerabili, arena maria, guttæ pluuiarum, ſtellæ lucidæ concluduntur. Auctori quippe ſuo omnis creatura ſub numero eſt: & quicquid ad exiſtentiam peruenit, à tali non poteſt conditione ' dimoueri. Et quoniam delectat nos ſecretiora huius diſciplinæ cum ſcientibus loqui. ' pecuniæ ipſæ quamvis vſu celeberrimo ' vtiles eſſe videantur, animaduertendum eſt, quanta tamen à veteribus ratione collectæ ſunt. Sex millia Denariorum Solidum eſſe voluerunt: ſcilicet vt radiantis metalli formata rotunditas 3 ætatem Mundi, quaſi Sol aureus, conuenienter includeret. ' Senarium verò, quem non immeritò perfectum docta Antiquitas definiuit, vnciæ, ' qui menſuræ primus gradus eſt, appellatione ſignauit: quam duodecies ſimilitudinem menſium computatam, in libræ ' plenitudine ad anni curricula ' collegerunt. O inuenta prudentium, ó prouiſa Maiorum! exquiſita res eſt, quæ & vſui humano neceſſaria diſtingueret, & tot arcana naturæ ' ſignaliter contineret. Meritò ergo ' dicitur libra, quæ tanta rerum eſt conſideratione trutinata. Talia igitur ſecreta violare, ſic certiſſima velle confundere, nonne veritatis ipſius ' videtur eſſe crudelis, ac fœda laceratio? Exerceantur negociatores in mercibus: emantur latè, quæ venduntur anguſtius: conſtet ' populis pondus, ac menſura probabilis: quia cuncta turbantur, ſi integritas cum fraudibus miſceatur. [Mutilari certè non debet, quod laborantibus datur: ſed à quo fidelis actus exigitur, compenſatio imminuta præſtetur.] Da certè ſolidum, & aufer inde ſi præualeas: Trade libram, & ' aliquid inde, ſi potes, imminue. Cuncta iſta nominibus ipſis conſtat eſſe prouiſum, aut integra tribuis, aut non ipſa quæ ' dicuntur exſoluis. [Non poteſtis ' omnino, non poteſtis, nomina integritatum dare, & ſcaleſtas imminutiones efficere.] Prouidete itaque, vt & ' arbiter arcæ habeat ' iuſtas conſuetudines ſuas, & quod benemeritis impendimus, incorrupto munere conſequantur.

' Ocioſo C " Quidā emendāt *domeſtici protectores.* Foa ' adunata ' Arthano *Arcarius præfectorum* ' ſceleſtē *Arithmetica.* ' æquam " v. *Submodi.* D Foa. *Denarius numerus.* ' in ſe reuo luitur ' ideo ' inflexis & manualibus " v *rectis.* Foa. " Rectè nō autem *innumerabili* vel *numerabili* Foa. De Nu- E mero ' demoueri ' de pecunijs ' aut viles [Solidus vnde dicatur] [Senarius numerus] [Vncia] ' quæ plenitudinem ' collegerunt ' ſignaliter ' dicit [Libra] ' videtur crudelis F ' prius *Pōdus & mēſura.* ' aliquid ſi potes minue ' debētur ' omnimodo ' arbitrij arceant ' iuſtas conſuetudines

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Arcaria præfectorum.*] Fuerunt variæ arcæ, vt arca theatralis cuius meminit Iulianus *Nou.* 63. arca Quæſtoria & arca præfecti prætorio *l.* 9. *& vlt. C. Theo de indulg. deb. l. vn. C. de cur. publ. l.* 6. *C. de exact. trib.* inde arcarius præfectorum. Fuit & pontificialis arcarius, qui arcam Pontificum olim curabat, cuius mentio habetur in antiquo quodam monumento. *C. Calphurnius V.C. & Septimia Ammias coniux comparauerunt ſibi memorias duas & Calphurnio Ammiano equ. Rom. filio ſuo, & libertis libertabuſque poſteriſque eorum armarium di geſtum, cum taberna & hortulo. Si quis hoc armarium vendere voluerit, tunc inferet arca pontificum. H.S.L.M. I.N.* Fuit & arca vinaria, vt teſtatur Symmachus *in epiſtolis l.* 13 *C. de ſuſcept.* Hinc arcarius ſeruus, cui arcæ in qua domini pecunia condita eſt, procuratio commiſſa eſt idem qui actor aut diſpenſator. *Scæuola de fideicommiſſariis libertatibus*, Stichus arcarius probante domino nomina fecit. Ea arca ſoluunt qui pecuniam domo depromunt, ad diſcrimen eius ſolutionis quæ fit ex menſa argentariorum, *l.* 1. *Cod. de iis quæ ex pub. rat l.* 3. *Codic. de canon. largit. l. vltim. Codic. de ſuſcept.* Arcam præfecti prætorio τραπεζαν ſiue menſam vocauit, & ideò non malè Sidonius arcariis deputat pondera, quæ ſimul ac menſuræ ſuſceptoribus omnibus tribuuntur. *l. penult. C. de deffenſ. ciuit.* BROS.

G

¶ 2 *Senarium perfectum*] quia 1. 2. 3. faciunt 6. Vide Seuer. Boëtij Arithmaticam, & Iordani de ſenatij numeri vi ac religione. Macrob. *lib.* 1. *in Somn Scip.* ſic centenarium numerum multis laudibus extulit Iulian. epiſt. ad Serapionem.

H

Orig. Adamantius in Euangelium Ioannis tomo 28. *Qui naturas*, inquit, *numerorum inueſtigarunt, primum quidem ſenarium definierunt perfectum, cùm ex ſuis ipſius conſtet partibus, & compoſitione duplali ab vnitate, vnius & duorum: quod eſt tria: numerus primus, & in quem ex iis duplicatio, dico autem duo, multiplicatus enim duo in tria facit ipſum ſex.* FOR.

¶ 3 *Ætatem mundi*] Ergo Caſſiodorus exiſtimat mundum ſex annorum millibus duraturum. Lactant. *lib.* 7. *de diuino præm.* deridens Chaldæos: *Sciant*, inquit, *Philoſophi, qui ab exordio mundi ſeculorum millia enumerant, nondum ſextum milleſimum annum eſſe conclusum:*

A *cluſum : quo numero expleto, conſummationem fieri neceſſe eſt, & humanarum rerum ſtatum in melius reformari.* Idem in diuinar. Inſtit. epitome. *Nondum ſex millia completa ſunt, quo numero conſummato tum demum malum omne tolletur, vt regnet ſola iuſtitia.* Quæ ſententia Rabbi Heliæ exſtat in libro Sanhedrin, in capitulo Helech. & libro Hauoda Zara, in capitul. Liphne edehen. *Sex millia annorum erit mundus, & iterum deſtruetur, duo millia inanitatis*, id eſt, vt Theologis placet, ante legem. *duo millia legis, duo millia dierum Meſſiæ.* Galatinus *lib. 4. cap. 20.* Iſidorus ſub finem *libri 6. Etymolog.* cùm de diſcretione temporum & ſex mundi ætatibus ageret, diſputationem his tandem concluſit verbis, *reſiduum ſextæ ætatis tempus ſoli Deo eſt cognitum.* Cui perlubenter aſſentior. FOR.

¶ 4 *Conſuetudines.*] Inf. lib. 5. epiſt. 23. & lib. 7. epiſt. 2. huc pertinet *Nouell.* 43. *l.* Franciæ à Carolo Magno promulgata *lib. 3. tit.* 12. De teloneis. *Placet nobis vt antiqua & iuſta telonea a negotiatoribus exigan-* B *tur*, & lib. 4. tit. 24. De iniuſtis occaſionibus & conſuetudinibus nouiter inſtitutis, ſicut ſunt tributa, & tit. 12. de Teloneis & Ciſpaticis, *teneant id vt ibi antiqua conſuetudo fuit, exigantur : & vbi noua fuerint inuenta, deſtruantur.* Congruit *lib. 1. de auro coron. C. lib.* 10. *Nihil Cod. Theod. de extraord. ſiue ſord. mund.* FOR.

¶ " SERVATO DVCI RETIARVM, Theod. Rex x1.

" Vet. Senatio al. Seruato. Fon.

Feriarum quod reſtituantur ablata, quia rei militari dediti non poſſunt ſeruare iuſtitiam.

DEcet te honorem, quem geris nomine, moribus exhibere: vt per prouinciam, cui præſides, nullam C fieri violentiam patiaris : ſed totum cogatur ad iuſtum, vnde noſtrum floret imperium. Quapropter ' Maniarij ſupplicatione commoti, præſentib. te affamur oraculis : vt ſi te vera mancipia eius Breones irrationabiliter cognoueris abſtuliſſe, 1 qui militaribus officiis aſſueti, ciuilitatem premere dicuntur armati, & ob hoc iuſtitiæ parere deſpiciunt, [quoniam ad bella Martia ſemper intendunt, dum neſcio quo pacto aſſiduè dimicantibus difficile eſt morum cuſtodire menſuram :] quapropter omni proteruia remota, quæ de præſumptione poteſt virtutis aſſumi, poſtulata facies ſine intermiſſione reſtitui. Ne per dilationis incommoda, coram videatur ſupplex odiſſe victoriam.

' Moniarij Fon. Milit. am morem.

NOTÆ VARIORVM.

D ¶ * 1 *Qui militaribus officiis aſſueti, ciuilitatem premere dicuntur armati, & ob hoc iuſtitia parere deſpiciunt, quoniam ad bella Martia ſemper intendunt, dum neſcio quo pacto aſſidue dimicantibus difficile eſt morum cuſtodire menſuram &c.*].

Illud certum eſt, proteſtatum aliquando Cæſarem, in milite non minus modeſtiam & continentiam, quàm virtutem atque animi magnitudinem ſe deſiderare *l. 7. de bello Gallico*, quin imò non paruam laudem militum ductores promeriti, qui diſciplina & ſeueritate ſua hoc effecere, vt milites in omnibus dicto audientes haberent : & hoc eſt cur ſæpiùs in eos vindicatum eſt qui contra imperium in hoſtem pugnauerant, quique reuocati tardius prælio exceſſerant, quàm qui ſigna relinquentes aut pulſi loco redire auſi erant, vt memoriæ prodidit Saluſtius. BROS.

E

" ¶ EVGENIO v. 1. MAGISTRO OFFICIORVM Theodetic. Rex x11.

" V. Eugenito viro illuſtri Fon.

Confertur bene merito dignitas geminata cum exhortatione ad melius promerendum.

POmpa meritorum eſt regale iudicium : quia neſcimus iſta, niſi dignis impendere. Et quamquam poteſtati noſtræ, deo fauente, ſubiaceat omne, quod volumus, voluntatem tamen noſtram de ratione metimur : vt illud magis æſtimemur elegiſſe, quod cunctos dignum eſt " approbare. Hinc eſt, quod te literati dogmatis ſtudia laudabiliter exequentem, pridem ad quæſturæ culmen elegimus, vt honeſti laboris tui fieret præmium dignitas literarum. Quid enim 1 aduocationis ' officio, " ſi per eum impendatur, ' ornatius ? quod peregrinum negocium ad ſuas moleſtias trahit, vt laboribus ſubueniat alienis. In hoc campo exercitatus ' curſus meritorum, ad palmam noſtri iudicij peruenisti. Nec tamen benignitas noſtra vna remuneratione contenta, honorem geminat, augmenta procurat, & eo ſtudio dona reparat, quaſi debeat omne quod præſtat. Sume igitur " Magiſteriæ infulas dignitatis, vſurus omnibus priuilegiis, quæ tuos habuiſſe conſtiterit deceſſores. Atque ideò tanto iudicio lætare " ſuſcepto, qui pro labore honoris tui, honorem alterum accipere meruiſti. ' Quid enim de priore ſenſerimus præmio, ſecundæ dignitatis declaramus augmento. Nati ſunt faſces ex faſcibus, & naturam retinentes fœtus " arborei ' pullularunt iterum decenter abſciſſi. Verùm te hæc remuneratio ſatietate non expleat, nec det laboribus tuis ferias, noſtri laus inuenta iudicij : deſiderabilior quinimò ſit honeſtas cum peruenit ad præmium : & tunc fiat gratius labores ' anxios fuiſſe perpeſſum, cum te ' fructum eorum intelligis inueniſſe. Honores ergo, quos ſumis ex chartis, redde de meritis. ' Noſti enim benè, quo nobis ſtudio placeatur, qui ab ipſius conſilij penetralibus venis. Meminiſti, ' quoties apud nos laudati ſint ' innocentes, quoties bonis actibus reddidimus vicem ; ore tuo iudicia noſtra loquebamur. Exemplis talibus incitare. [Eſto innocentiæ templum, temperantiæ ſacrarium, ara iuſtitiæ. Abſit à iudiciariis mentibus aliquid ' profanum. Pio principi ſub quodam ſacerdotio ſeruiatur.]

» Vet. probare. Fon. Literarũ dignitas. Aduocationis officium. ' officio F dignitas. " Vet. ita: *Quid enim aduocationis officio ſi ſemper eã impedam ornatius* qui. Fon. ' ornatius. ' curſu. " V. Magiſterij. Fon. Magiſterii dignitas. " Vox ſuſcepto abeſt a G veter. FOR. ' Quid de " V arbores. FOR. ' pullulauerunt. FOR. ' eximios. ' fructus. ' Noſti benè. ' quoties. ' innocentes q o ties reddimus ' profanũ profuturum. H

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Aduocationis officio.*] *Hoc eſt aduocati officium vt ſecundum iuris ordinem ſuſcepti ſui cauſam peroret : numquid poterit vita eius ſi turpis eſt, obeſſe cauſa ſuſcepti, perſona enim aduocati, nec obeſſe nec prodeſſe poterit*, inquit Auguſtinus : qualis enim fuerit cauſa, ſic & reſpondebitur ei. BROS.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ Theod. Rex, x111.

Commendatio candidati viri ſuper receptione ipſius.

DIgnitas, P. C. dum ad incognitum venit donum eſt : cum ad expertum, compenſatio meritorum : quorum alter debitor ' iudicij, alter obnoxius eſt fauori. Hos enim æſtimatione ' ſubuehimus, alios gratia promouemus, & ad omnes indulgentiæ vias noſtra ſe relaxat humanitas. Sed amoris ' veſtri intuitu " commouemur, ' quoties in veſtrum cœtum ' deducitur, qui de glorioſis virtutibus æſtimatur. 1 Quicquid enim Humani generis floris eſt, habere ' curiam decet, ' & ſicut arx decus eſt vrbium, ita illa ornamentum eſt ordinum cæterorum. Atque ideò Eugenitem illuſtrem virum literati dogmatis opinione fulgentem, magiſterij honore ſubueximus, vt gereret nomina,

' iudicij offic j. ' ſubuehemus. *Qui ad curiam aggregandi* ' noſtri. " V. commouemur. Fon. ' quoties ' ducitur Fon.

quam

A quam poſſidebar meritis dignitatem. Quis enim tot eiua officioſoa labores ignoret ? quoa non ' viiitate mentis exercuit, ſed patrocinij honore ſeruauit. Dedimus itaque perſonam tantis honoribus parem, vt alteruтro decore fulgentes, mutua ſe gratia qualitatis ornatent. Hie eſt, qui noſtro ' pridem lateri veridicus quæſtor adhæſit, quem liuoris nebula nulla fuſcauit, nec maleuolentiæ ſtudio uocendi artes fellitia ſenſibus eaquiſiuit: ſyncero pectutis arcano puritati noſtræ paruit, & ad pietatem iuſſiouum innocentiam ſuam præbuit. ' [Animus enim doloſus non arbitrium ſequitur imperantis, ſed ſuas potiua explicat voluntates.] ' Habetis euidena noſtrum in hac parte iudicium, vt poſt illiua apicis culmen, ad alteram conſcenderet dignitatem: nec paſſi ſumua ocioſum, quem merita non ſinebant eſſe priuatom, ſereni Solis conſuetudinis æſtimandus: qui licet " ſuſceptum diem peragat, alterum tamen eadem gratia elaritatis illuminat. Hunc ergo P. C. tut meritis abſolutè relucentem, fauor veſter excipiat. Debetia enim bene gerentibua: vt eos laudis veſtræ comiteтor aſſenſus. Nam 2 ſi equorum curſua hominum clamoribus incitatur, & " ſonantium manibus agitur, vt à mutis animalibus velocitas appetatur, quantum inde hominea ſtimulari poſſe credimna, quos ad laudis auditatem natos ſingulariter iouenimus ?

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Quicquid humani generis floris eſt habere curiam decore, quia ſicut arx decus eſt vrbium, ita illa ornamentum ſit ordinum cæterorum.*] Hoc eaemplo diait Ennodius in Panegyrico Theoderici, *Coronam curia innumero flore velaſti, nullum de honoribus tetigit deſperatio, quem iuuerunt deprecantem bona conſcientia*, quibus conſentit Nazarius. *Senſiſti Roma te tandem arcem omnium gentium & terrarum eſſe reginam, cum ex omnibus prouinciis optimates viros curia tua pigneraueris, vt Senatus dignitas non nomine verum re eſſet illuſtrior, cum ex totius orbis flore conſtaret.* Illud autem non omittam. Heliogabalum adeò Senatum contempſiſſe, vt mancipia togata Senatores appellaret, teſte Lampridio. Bros.

§ * 2 *Si equorum.*] Hunc locum illuſtrat Pet. Fab. *agon. lib.* 1. Bros.

§ FAVSTO PRÆP.
Theod. Rex. XIV.

Quod faciat annuatim in tributaria ſumma redigi, quod a quibuſdam debebatur.

LIbentet ' omnibus modis præbemua aſſenſum, ' 1 quotias vox eſt iuſta poſcentium: quia nec decet eſſe difficile beneficium, quod largitate non paritur detrimentum. 2 Et ideò præcelſa magnificentia tua, ' quod à Chathalienſibua inferebatur ' genus Tertiarum, faciat annia ſingulis in tributaria ſumma perſolui: nec poſt ſuper ' hac parte patiantur ſupplices aliquam quæſtionem. Quid enim intereſt, quo nomine poſſeſſur inferat, dummodo ſine immutione quod debent exoluat ? Ita & illia ſuſpectum Tertiarum nomen auferimus, & à noſtra manſuetudine importunitates competentium ſubmouemus.

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Quoties vox eſt iuſta poſcentium.*] Nota hic iuſtè petentibus nihil eſſe recuſandum, idem Plaut. *in Amphitr.*

Iuſtam rem & facilem eſſe oratam à vobis volo.
Nam iuſte a iuſtis iuſtus ſum orator datus. Bros.

§ * 2 *Et ideo.*] Quidam ab extraordinariis indictionibus immunes erant, velut à ſoperindicto, quod in canonis vocabulom mutatur, ne quem priuilegium eaculet. Sic hoc loco tertiarum nomen in tributi appellationem tranſiuit. Dvr. *Var.* 28.

§ FESTO V. I. ATQVE PATRITIO
Theod. Rex. XV.

Vt tueatur facultates abſenti, nec permittat eas à quoquam violento impetu perturbari.

GRatum nobis eſt, ' qooties de magnitudinis tuæ meritia æſtimatio talis procedit, vt & infirmorum ' auxilium, & abſentium credaria eſſe tuitio. Nam ' ideo & Senator prior eſſe meruiſti, ' vt te ſequentibua pro iuſtitiæ contemplatione præſtares. Vnde fit, vt bona ' nobia de te creſcat opinio, glorioſæ actionis exemplo. Nulli enim propria res à diſcedente committitur, niſi de cuius ' benè conſcientia iudicatur. Idcirco præſenti iuſſione ' decernimus, vt domus 1 Patritij Angelli ad Africam diſcedentia, qoi regnum petens alterius, noſtris eſt vtilitatibus ſeruiturus, ſaluia legibus tua tuitione valletur: ne violentos cuioſquam impetus ſubtracta domini defenſione patiatur. [Peroix ſunt enim ſemper " iniutiia facultates abſentium, & quodammodo videtur ' occaſio homines in delictum trahere, ' quæ non poteſt ' animum ' perſuadentia de " reſultatione terrere.] Idcóque celſitudo ' veſtra, qoam votum pium eſt habere vicinam gentia, erigat humiles, eripiat opprimendos: &, quod poteſtatibus ratum eſt, ' proficiat cunctis, qoi vniuertis celſior inueniris.

NOTÆ VARIORVM.

§ * 1. *Patritij Angelly.*] Vt infrà epiſt. 37. For.

§ IVLIANO COMITI PATRIMONII
Theodur. Rex. XVI.

ILlud ampliùs noſtria vtilitatibua applicamus, quod miſericordi humanitate concedimus. [Regnantis enim facultas tunc fit ditior, cùm remittit: & acquirit nobiles theſauros famæ, neglecta vilitate pecuniæ.] Hinc eſt, quòd conſuetudinis noſtræ humanitate commoniti, opem feſſis, manum porrigimus oneratis: vt pietatis noſtræ remedio ſurgant, qui ' fortunæ ſuæ acerbitate corruerant. Dudum ſiquidem conductores Apuli deplorata nobis ' additiooe conqueſti ſunt, ' frumenta ſibi inimicorum ſurreptioniboa concremata: poſtulantes ne cogantur ad integram præſtationem, quibus commerciorum ſunt commoda diminuta. Quod nos pro ' ingenita humanitate conſiderandom eſſe iudicamus: vt quorum non poſſumus accuſare deſidiam, " releuandam potiua æſtimemus ' fortunam in hac parte eſſe. Inde enim conſtitutas ' penſionea inferri volumos, vnde conſtat ſubiectos commoda conſequuтos. Et ideò hanc cauſam ſublimitatem tuam iubemus diligenter inquirere: vt qoantum eoa minùs vendidiſſe conſtiterit, de reliquis primæ indictionia habita moderatione " detrahatis: ita tamen vt nulla fraus noſtris beneficiia * inſeratur. Ne aliqua negligentia reddaria obnoaiua, qoi ſemper nobia prouida intentione placuiſti. 1 Quia ſicut nos tangunt ſupplicum damna, ita nobis eorum fructuoſa debent eſſe compendia.

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Sicut nos tangunt ſupplicum damna.*] Principes publica & priuata curare debent, & ad eos ſupplicum preces diriguntur, ideò author ait beneficia principum ſine fraude eſſe tribuenda. Bros.

§ VNIVER

' curiam. ' Romanam. ' quæ. *Magiſterium.* ' vilitate ' quondã ' Animus doloſus ' habetis certè euidens. For. *Vir præſtans non eſt otio permittendus.* " Vox ſuſceptum deeſt a veter. B For. *Optimus quiſque ducitur gloria.* " V. inſonantium. For.

C

' omnimodis. D ' quoties. *Iuſtè petentibus nihil recuſandũ.* ' quia. ' generibus *Tertia in pecuniam trib. conuerſa.* ' hanc partem. For.

E

' quotiẽs. ' auxilio. ' ideo Senator. ' vt ſequentib. ' nobis creſcat. For. ' bona F ' decreuimus. For. " V. decedentis. For. *Abſentium facultates iniuriis obnoxia.* " V. in vitiis. For ' occaſio in delictum ' quem ' animus ' perſuadentis. G " V. deſolatione For. ' tua ' proficias. *Reliquorum condonatio.* *Fauendum in neceſſitate poſitis.* ' fortunæ acerb. ' additione ' frumẽta inimic. ' ingenita. H " V. reuelatis eſſe æſtimamus. For. ' fortunã eſſe. ' petitiones. " V. detrahatur. For. * al. inſeratur. *Beneficia Principũ tribuantur ſine fraude.*

A

❡ VNIVERSIS GOTHIS ET ROMANIS Dertonæ conſiſtentibus Theod. Rex. XVII.

Quòd muniatur caſtrum tempore pacis.

PVblicæ vtilitatis ratione commoniti (quæ nos curæ ſemper libenter onerauit) Caſtrum iuxta vos poſitum præcipimus communiri. [Quia res præliorum benè diſponitur, ' quoties in pace tractatur.] Munitio quippe tunc ' efficitur præualida, ſi diutina fuerit excogitatione roborata. Omnia ſubita probantur incauta: & malè conſtructio loci tunc quæritur, quando iam pericula formidantur. Adde, quòd animus ' ipſius non poteſt eſſe in audaciam pronus, qui diuerſa fuerit cura ſolicitus. Hanc meritò Expeditionem nominauere Maiores: quia mens deuota ' præliis, non debet aliis cogitationibus occupari. Quapropter amplectenda res eſt, quæ generalitatis conſideratione præcipitur; nec moram fas eſt incurrere iuſſionem, quæ deuotos maximè noſcitur adiuuare. Et ideò præſenti auctoritate decernimus, vt domos ' nobis in prædicto caſtello alacriter conſtruatis, reddentes animo noſtro viciſſitudinem rerum; vt ſicut nos veſtris vtilitatibus profutura cenſemus, ita tempora noſtra ornare vos pulcherrima fabricis ſentiamus. Tunc enim accidit, vt & ſumptus competentes noſtris iam penatibus congregare velitis, & habitatio vobis non ſit ingrata, quam propria poteſt commendare conſtructio. ' Quale eſt rogo in * laboribus propriis eſſe, cùm duriſſimas manſiones hoſtis cogitur ſuſtinere? Ille imbribus pateat, vos tecta defendant, illum inedia conſumat, vos copia promiſſa reficiat. ' Sic vobis tutiſſimè conſtitutis, hoſtis vester ante euentum certaminis fata patietur perditoris. [Conſtat enim tempore neceſſitatis illum probari fortiſſimum virum, qui ſe per multa non diſtrahit. Nam quis eum prouidentiam habuiſſe putet, ſi tunc cœperit fabricis operam dare, aut ' penum condere, cùm oporteat bella tractare?

Munidi caſtri tempus. ' quotiens ' fit *Forſè.* eius *Exp di tio.,* ' prælij B ' vobis ' Quale eſt gaudiũ rogo * lætibus For. ' ſicut *Occurrendum periculo.* ' caſtrum

C

NOTÆ VARIORVM.

❡ 1 *Quia res præliorum benè diſponitur, quoties in pace tractatur.*] Conſtat ex hoc loco munienda eſſe caſtra tempore pacis, etenim neceſſaria ſunt in longis obſidionibus caſtra vallo & foſſis probè munita, vt ex Procopio *lib.* 2. *de bello Gothorum* liquet. Bros.

❡ DOMITIANO ET ' VVILLIÆ Theodericus Rex. XVIII.

Quòd reſtituantur ablata, ſi præſcriptio temporis definiti non obuiat.

OPortet vos colere & obſeruare iuſtitiam, qui æquitatem ' populo dicere ſuſcepiſtis: quando non licet delinquere, qui alios creditur ſub æquitatis regula continere: ne fiat exemplum prauum, qui electus " ad laudabile cognoſcitur inſtitutum. Et ideò ad interrogationem veſtram curauimus præbere reſponſum; ne per dubitationem poſſitis ' errare, ' niſi (quod abſit) velitis excedere. Si Romani prædium (ex quo Deo propitio, ' Sonti fluenta tranſmiſimus, vbi primùm Italiæ nos ſuſcepit imperium) ſine delegatoris cuiuſquam " 1 petitione, præſumptor barbarus occupauit, eum priori domino ' ſubmota dilatione reſtituat. Quod ſi ante deſignatum tempus rem videtur " ingreſſus, * aduerſus quam præſcriptio ' probatur obuiare tricennij, petitionem iubemus quieſcere pulſatoris. Illa enim reduci in medium volumus, quæ noſtris temporibus præſumpta damnamus. Quia locus calumniandi non " relinquitur, cum longi temporis obſcuritas præteritur. De 2 percuſſore tantummodò non etiam peremptore fratris, quanquam omnium communi lege damnetur, ſolúmque ſit parricidium, ' quod totius tragœdiam reatus ' exuperet: tamen humanitas noſtra, quæ ſibi ' & in ſceleratis locum pietatis inquirit, præſenti auctoritate ' definit, vt 3 huiuſmodi portenta prouinciæ finibus abigantur. Nam quibus fuit exoſa 4 ſocietas parentum, ciuium non merentur habere conſortium: ne puri corporis iucunda ſerenitas, nebuloſis maculis polluatur.

' Iulio *vet. Iulie* For. ' populis. For. *Alieni iuris ab eo.* D *tempori reſtitutio.* " *ad habile.* For. ' orare ' niſi vbi ' Sonti V. *Sontis fluenta.* For. " ſcribe, *piſtatio.* For. ' ſemota " *V. omnes ingreſſuri* For. ' quoniã E *præſc.* For. ' videtur *Præſcriptio triginta annorum. Fratris percuſſor relegatur.* " Forte *præſumitur.* For. ' qui ' exuperet ' etiam ' definiuit *Patrum ſocietas*

NOTÆ VARIORVM.

❡ 1 *Petitione.*] Sic infra lib. 12. pictatium eſt ſyngrapha manus amiſſa. For.

❡ 2 *De percuſſore tantummodo non etiam peremptore fratris.*] Damnantur hic fratrum percuſſores, non autem peremptores, iubétque Theodericus vt huiuſmodo portenta prouinciæ finibus abigantur, hoc eſt, relegentur, rationem ſtatim ſubiungens, quoniam, inquit, *quibus exoſa ſocietas parentum, ciuium non merentur habere conſortium.* Bros.

❡ 3 *Huiuſmodi portenta, &c.*] Cicer. in Verr. *ſcelus in vltimas terras exportandum.* For.

❡ 4 *Societas parentum*] *gradus amicitiæ.* Cic. *de offic.* 1. For.

F

" ❡ SATVRNINO ET VERBVSIO VV. SS. Theod. Rex. XIX.

De tributis ſoluendis, & quod debetur à maioribus, non ſoluatur à minoribus.

FIſci volumus legale cuſtodiri compendium: quia noſtra clementia rebus propriis videtur eſſe contenta. Et ſicut nullum grauare ' cupimus, ita debita nobis perdere non debemus. Indigentiam iuſtè fugimus, quam ſuadet exceſſus: dum pernicioſa res eſt, in imperante tenuitas. 1 Modus vbique laudandus eſt. Nam cur aut vituperabilis negligentia in propriis defluat, aut aliena cupiditas turpis abradat? Et ideò " vobis præſenti iuſſione præcipimus, vt Adrianæ ciuitatis curialium inſinuatione ſuſcepta, quicumque Gothorum Fiſcum detrectat implere, eum ad æquitatem redhibitionis arcteris, Ne tenuis de proprio cogatur exſoluere, " quod conſtat idoneos indebitè detinere. Hac ſcilicet ratione ſeruata, vt ſi quis contumaciæ vitio maluerit noſtra iuſſa tardare, cum mulcta reddat, ' quæ debuit etiam non compulſus offerre: quatenus proteruo ſpiritu indecenter ' erecta, impunita iuſtis ſæculis non relinquatur audacia.

" *Saturnino & vxori ſuæ Th. R. alij legunt Saturnino & verb ſuis illuſtr. Senat.* For. *Fiſci compendium.* ' volumus *Modus in rebus Fiſci.* G " Vos *vobis abeſt à Vet.* For. *Tenues.* " V. *qui conſtat* For. ' quod ' erecto

NOTÆ VARIORVM.

❡ 1 *Modus vbique laudandus eſt.*] Ratio iubet ne quid nimia, ſed omnis cum moderatione fiant, Cicero de Oratore & de Senectute, *lib.* 1. *Offic. Colum. lib.* 2. Bros.

❡ ALBINO ET ALBINO VV. II. ATQVE Patritiis Theod. Rex. XX.

Quòd non fiat ſeditio, & vnus ex duabus aſſumatur ad ſpectaculum faciendum.

LIcet inter glorioſas Reipub. curas, & regalium ſolicitudinum ſaluriferos " fructus, pars minima videatur, Principem de ſpectaculis loqui: tamen pro amore Reip. Romanæ non pigebit, has quoque cogitationes intrare: quia " vndecunque præſtare poſſumus, dignum noſtris ſenſibus æſtimamus: præſertim cùm beatitudo temporum ſit lætitia populorum. Illud enim, propitiante Deo, labores noſtros aſſerit, quod ſe otioſam generalitas eſſe cognoſcit. Partis itaque Praſini * inſinuatione comperimus (quoniam hoc introductum eſt, vt ' populi de colore " vocitentur) ſeditiones

H " *Vet. ſtudiis* For. *De ſpectaculis.* " *Vet. quodcumque.* For. * *inuſitata petitione* For. ' populi " *vet. vocentur.* For.

A turbulentas * vbique ' vbi Fon. ' memeritis habere. ' probitas lucere.

' tiones turbulentas à quibuſdam ſceleſtiſſimis incitari, & cauſam lætitiæ publicæ ad furoria certamina prorupiſſe. Quod * ytique gaudij decorum non poteſt habere qualitatem, ' ſi pacem non ' memetis poſſidere communem. Et ideò dignum eſt clementiam noſtram has quoque partes aſpicere, vt vbique poſſit motum ' probitas elucere. Non enim inania verborum popularium cogitamus, ſed pernicioſæ ſemen ſeditionis excludimus. Quapropter illuſtris magnitudo veſtra præſenti iuſſione commonita, patrocinium patris Praſini, quod glorioſæ recordationis pater noſter impendit, dignanter aſſumat. Putari enim non debet iniuria, populos regere ac gubernare Romanos. Nam ſi honorum omnium cauſa perſerut, pro " eorum vtilitate ' dilecti ſunt qui honores ' glorioſiſſimos accipere meruerunt. ' Conuocatis ergo ſpectatoribus de ' Helladio & Theodoro, qui lætitiæ publicæ aptior fuerit æſtimatus ' populi confuſione ſublata conſtituatur à vobis Praſini Pantomimus: quatenus ſumptum quem pro ſpectaculo ciuitatis impendimus, electis contuliſſe videamur. Hanc partem muſicæ diſciplinæ mutam nominauere Maiores, ſcilicet quæ ore clauſo manibus loquitur, & quibuſdam geſticulationibus facit intelligi, quod vix narrante lingua, aut ſcripturæ textu, poſſit cognoſci.

" vexillorum. Fon. ' delecti ' glorioſos ' Conuocatis ergo ſpect B Helladio & Thorondo ' Laudis " al. populariis. [Pantomimus, Muſica muta, quæ. χειρονομία.]

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Populi.*] Populi iam his temporibus cœpere in qualibet ciuitate in factiones colorum Veneti ſcilicet & Praſini diuidi. Colorum quidam nomina & fullonia, quorum gratia inter ſpectatores & pecunias erogare, & corpora diris cruciatibus affligere non dubitant, per colores diſſidentes, ait Procopius *lib. 1. de bello Perſico:* ſeditionem Conſtantinopoli hinc natam deſcribens, cuius meminit Iuſtinianus ſub finem. *Nouell.* 17. iubétque auctores ſeditionis, qui aufugerant, conquiri, & in vrbem vt puniantur, adduci. Huiuſce autem formulæ meminit infra huius lib. epiſt. 33. Fon.

¶ MAXIMIANO V. I. ET ANDREÆ V. S. Theod. Rex. XXI.

Quòd reddatur ratio de expenſis fabrica Romana ciuitatis.

C " Ver. *M. viro illuſtri & Andrea viro Senatori.* Fon.

PRouocandi ſumus affectuoſis ciuium ſtudiis ad augmenta ciuitatis, quia nemo poteſt diligere, quod habitatores intelligit non amare. Vnicuique patria ſua charior eſt: dum ſupra omnia ſaluum ſore quæritur, vbi ab ipſis cunabulis commoratur. Quapropter votis paribus inuitemur ad dona: ' quatenus quod ſponte tribuimus, duplicata gratia conferamus. Et ideò nulli graue ſit, Rom. fabricis deputatæ pecuniæ reddere rationem, cùm pura conſcientia deſideret ſe probari: quando fructum laboris ſui capit, dum ad nos proſpera de ſe peruenire cognoſcit. Quocirca præſenti ' decernimus iuſſione, Rom. ciuitatis fabricas vos debere diſcutere, ſi labor operis concordat expenſis, ' vel apud aliquem conſtet reſidere pecuniam, quæ non ſit fabricis expenſa, deputatæ rei reddat erogandam. Quibus rationibus euidenter expreſſis, ad nos inſtructionem fideliſſimam deſtinate: vt iudicio noſtro reſpondere videamini, qui eſtis " ad indaginem veritatis electi. Nullum enim de largitate noſtra fraudari velle credimus, quando in tali negotio & de propriis facultatibus eum impendere poſſe iudicamus. Aues ipſæ per aëra vagantes, proprios nidos amant. Erratiles feræ ad cubilia dumoſa feſtinant. Voluptuoſi piſces campos liquidos tranſeuntes, cauernas ſuas ſtudioſa indagatione perquirunt. Cunctáque animalia ' ibi ſe norunt refugere, ' vbi longiſſima cupiunt ætate ' conſtare. Quid iam de Roma debemus dicere, quam fas eſt ab ipſis liberis plus amari?

Patria ' quæ quid [Charitas patriæ.] ' De ratio ciniis fabricar. & D operarū publicarum.] ' decreuimus, ' ciuitate ' ſi apud aliquem Fon. " vet. *ad imagini* Fon. Aues. Feræ erratiles Piſce. ' vbi Fon. ' refugere, lógiſſima cupiunt ' conſtituere.

" ¶ MARCELLO V. S. ADVOCATO FISCI Theod. Rex. XXII.

E " v. *Marcellano.* Fon.

Conſtituitur Marcellus iuſtitiarius & aduocatus fiſci, qui commendatur de multiplici bonitate.

SOlida laus eſt regiæ largitatis, quoties conueniunt indulta iudiciis; nec ſibi audet caſus adſcribere * qui bonæ diſpoſitionis librat examen. Quia vbi aptantur officia meritis, nil debetur ' incertis. Non enim de rudibus ſententia ferimus, ſed de probatiſſimis iudicamus. Poliſti ' ſiquidem ſtudij forenſi cote multifariè prædicatur ingenium: nutriſti facundiam exercitatione cauſarum; expertus es, quàm ſuaues fides afferat fructus, vt etiam ipſa conciliet corda regnantium. Hæc in te ſpeculator virtutum noſter ſenſus inſpexit. Iis apud nos ſuffragiis placere meruiſti, vt dignus exiſteres ad publicas cauſas, qui geſſiſti hactenus ſub integritate priuatas. Sume igitur Fiſci noſtri tuenda negotia, in vtendis officij tui priuilegiis deceſſorum exempla ' ſecuturus. Ita ergo per medium iuſtitiæ tramitem moderatus incede, vt nec calumnia innocentes graues, nec iuſtis petitionibus retentatores " exoneres. [Illa enim vera lucra iudicamus, quæ integritate ſuffragante percipimus.] Non ergo quoties ſuperes, ſed quemadmodum vincas ' inquiramus. Æquitatem nobis placitu ms intende: non quæras de poteſtate noſtra, ſed potius de iure * victorias, quando laudabilius à parte Fiſci perditur, cum iuſtitia non habetur. Nam ſi Dominus vincat, oppreſſionis inuidia eſt, æquitas verò creditur, ſi ſupplicem ſuperare contingat. Non ergo paruo periculo cauſas dicimus: quando tunc fama noſtra proficit, cum ſe " commoditas iniuſta ſubducit. Quapropter ſit interdum cauſa mala Fiſci, vt bonus princeps eſſe videatur. Maiori quippe " compendio perdimus, quàm ſi nobis indebitè victoria ſuffragetur.

' quæ, vel quod Fon. mercesis ſiquidē forenſi F ſecutus " vet. exhonores. Fon. Ne fiſco nimium ſudeas.] V. inquirimus Fon. * al. victoriæ " v. communis iuſta. Fon. " al. ſtudio Fon.

¶ * ' 1 CELIANO ET AGAPITO VV. II. Et Patritiis Theod. Rex. XXIII.

G * Feliciano Celiatio

His viris ſublimibus committitur, vt æquabili ſeruata iuſtitia eam abſoluere & diffinire feſtinent.

DEcet quippe " regalis apicis curam, generalitatis cuſtodire concordiam: quoniam ad laudem regnantis trahitur, ſi ab omnibus pax ametur. Quid eſt enim quod nos melius prædicet, quàm quietus populus, concors ſenatus, totáque reſpub. morum noſtrorum honeſtate veſtita? Hinc eſt, quod præſenti iuſſione ' decreuimus, vt patritij atque magnifici viri, Feſtus atque Symmachus, " contra illuſtrem & patritium Paulinum in iudicio veſtro, quas ſe habere dicunt, exerant actiones. Quibus pro legum ratione ſuſceptis, & ſi iuris ordo patitur definitis, tunc patritius Paulinus, quicquid aduerſum ſupra memoratos magnificos viros ſe habere cauſatur, pari ſorte depromat. Nec tardari volumus in eius " quoque parte ' ſententiam, dum volumus omnia inter eos eſſe deciſa, nihilque aliud relinqui, niſi quod debetur affectui. Videte ergo tanti iudicij arbitros vos electos: videte expectationem noſtram æquabilem flagitare iuſtitiam, ' relaturi gratiæ vberrimum fructum, ſi præſens diſceptatio, quo dignos credidit, non impares probet eſſe. Debet enim de talibus ' viris eſſe cura præcipua, qui dare poſſunt minoribus euidenter exempla. Nam qui ' inter pares ſummos viros litem negligit * abolendam, hoc imitari reliquos ſine dubitatione permittit.

" vet. regalis ab- ſt ab omnibus cectribus Fon. [Iudices dati] ' decreuimus. Fon. " e. circa. Fon. " V. quo. H ' ſententiam dati volumus relaturi Fon. viris ura inter ummos * Vet. abſoluendā. Fon.

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Celiano.*] In quodam exemplari legitur *Feliciano atque Agapito* in aliis conſtanter *Celiano* quæ vox etiam eſt hoc *lib. epiſt.* 27. Fon.

A

¶ VNIVERSIS GOTHIS THEODERICVS Rex. XXIV.

Vt parati ſint in equis & armis, & producant iuuenes in Martiam diſciplinam.

[Pugnaces Gothi.]

INnoteſcenda ſunt magis Gothis, quam ſuadenda certamina, quia bellicoſæ ſtirpi eſt gaudium comprobari. Laborem quippe non refugit, qui virtutis gloriam concupiſcit. Et ideo iuuante Deo, quo auctore omnia proſperantur, pro communi vtilitate exercitum ad Gallias conſtituimus deſtinare. Vt ſimul & vos prouectus ‹‹ occaſionem habere poſſitis, & nos quæ præſtitimus meritis contuliſſe videamur. Latet enim ſub otio laudabilis fortitudo: & dum ſe probandi non habet ſpatium occulta eſt lux tota meritorum. 1. Atque ideo per Naudium Saionem noſtrum admonendum curauimus, vt ad expeditionem, in Dei nomine, more ſolito, armis, equis, rebúſque omnibus neceſſariis ſufficienter inſtructi, octauo die Calend. Iuliarum, proximè veniente, modis omnibus, Deo fauente, moueatis: quatenus & parentum veſtrorum in vobis oſtendatis ineſſe virtutem, & noſtram peragatis feliciter iuſſionem. Producite iuuenes veſtros in Martiam diſciplinam. Sub vobis videant, quod poſteris referre contendant. Nam quod in iuuentute non diſcitur, in matura ætate ' neſcitur. Accipitres ipſi, quorum victus ſemper ex præda eſt, fœtus ſuos nouitate marcentes. * nidis ' peruibent, ‹‹ ne molle otium conſueſcant: alis verberant immorantes; cogunt pullos teneros ad volatum, vt tales debeant exiſtere, de quibus poſſit pietas materna præſumere. Vos autem, quos & natura erigit, & amor opinionis exacuit, ſtudete tales filios relinquere, quales vos conſtat ' patres habuiſſe.

‹‹ V. occaſionum For.
[Indicitur expeditionis tempus.]
B
' non ſcitur.
* al. nidis extrubēt.
‹‹ proturbant.
‹‹ V. ne molli otio conſueſcant.
' patres veſtros habuiſſe. For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Atque ideo per Naudium Saionem noſtrum admonendum curauimus, vt ad expeditionem in Dei nomine, more ſolito, armis, equis, rebúſque omnibus neceſſariis ſufficienter inſtructi, &c. Deo fauente, moueatis.*

C

Fuit ſub principibus Rom. mos ille vt dies expeditionis publico edicto indiceretur. Sic Imp. Alexander Seuerus in expeditionem bellicam iubet dies indici itinerum publice. Bros.

¶ SABINIANO V. S. THEOD. REX. XXV.

De conſeruatione ædificiorum, quia maior in conſeruandis rebus, quàm in inueniendis eſt cautela adhibenda.

' Sabiniano viro ſublimi.
[Vrbis Romæ inſtauratio.]
' inordinata.

NIl prodeſt initia rei ſolidare, ſi valebit præſumptio ' ordinata deſtruere. Illa ſunt enim robuſta, illa diuturna, quæ prudentia ‹‹ incipit, & cura cuſtodit. Atque ideo non * minor in conſeruandis rebus, quàm in inueniendis adhibenda cautela eſt. Quia ‹‹ de initiis prædicatio debetur inuento: de cuſtoditis autem acquiritur laudata perfectio. Dudum ſiquidem propter Romanæ mœnia ciuitatis, vbi ſtudium nobis ſemper impendere, infatigabilis ambitus erit, portum Lucini deputatis redditibus reparari iuſſio ' noſtra conſtituit: vt viginti quinque millia tegularum annua illatione ' præſtentur: ſimul etiam portubus iunctis, qui ad illa loca ' antiquitus pertinebant, ' & nunc diuerſorum vſurpatione ſuggeruntur inuaſi. Cuncta ergo ad ſtatutam præſtationem facies ſine dilatione reuocari. Quia licet noſtra iuſſa pro ſua reuerentia in nullo ' violanda ſint, ea tamen cuſtodiri volumus, maximè, quæ Vrbis faciem videntur ornare. Quis enim dubitet, fabricarum miracula hac prouiſione ſeruata? & pendenti ſaxo ‹‹ formatas cameras tegularum regmine cuſtoditas? Vt antiqui principes nobis merito debeant ſuas laudes, ' quorum fabricis dedimus longiſſimam iuuentutem; vt pristina nouitate ‹‹ reluceant, quæ iam fuerant ' vetuſtoſa ſenectute fuſcata.

D
‹‹ V. inceptas For.
al. innuat.
* maior For.
‹‹ V. de initio. For.
' noſtri
' præſtaret.
V. præſtarentur. For.
' antiquitate.
' qui
[Ornatus vrbis]
' ſecunda.
E
‹‹ V. ornatas. For.
‹‹ V. tranſluceant. For.
' veternoſa. For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Quorum fabricis dedimus longiſſimam iuuentutem, vt priſtina nouitate reluceant, quæ iam fuerant veternoſa ſenectute fuſcata.*] Ætatem ædificiis tribui non eſt nouum, etenim Mamertinus *in Panegyrico Iuliani* dixit vrbium mœnia renouata ab Imperatore induiſſe iuuentutem: pari quoque ratione, ornamenta vrbium ac decora marmorum ſenium temporis ſentire dicimus, vt videre eſt in *l. 16. Cod. Theod. de oper. publ.* ædes etiam dicuntur ætatis ſenio concuti *in l. 15. eod. tit.* & Ouid.

Caneſcunt turpi tecta relicta ſitu.

Ennodius Ticinenſis epiſt. ad Boetium, ædificia eius ſub negligentia conſeneſcunt, & alio loco,

Abiurant priſcam te præſule tecta ſenectam.

Sic etiam ætas chirographi dicitur *in l. 1. C. Theod. ſi cert. pet.* & ætatem finémque libri apud Gellium, & ætatem vino accedere apud Plin. *lib. 23. cap. 1.* Memini quoque legibus ætatem tribui, eaſque ab optimis authoribus dici, conſeneſcere, languere, mori & occidi. Conſtantinus in *l. 23. Cod. Theod. de appell.* iubet conſeneſcere legem, quæ vetabat à præfecti vrbis ſententia prouocare. Ammianus Marcellinus *lib. 16.* de legibus ſumptuariis loquens, *Seneſcentes*, ait, *paulatim reparauit Sylla Dictator.* Sic & Claudianus his verbis:

F

** priſcámque reſumunt*
Canitiem leges, emendantúrque vetuſta,
Acceduntque noua.

Aulus Gellius, *paſſus eſt enim leges iſtas de tam immedico ſupplicio ſitu atque ſenio emori.* Eodem modo Cicero legum interitum & bellum ciuile ac domeſticum, & totum vrbis atque imperij occaſum appropinquare dixit: Eodem ſenſu ætas virorum, operum, ſyluarum, & arborum, pro annis & diuturnitate legitur. Quod Aggenus Vrbicus in Commentariis ad Iulium Frontinum ad arbores tranſtulit, *alter è contrario*, inquit, *ſimiliter quæreret ex ſimilitudine ferè cultura comparationem accipit, id eſt, ſi ſylua cuius ſit ætatis pars caſura, & ætas arborum vt ſolent relinqui, quas antemiſſas vocant, & ſyluarum quoque ætates ſint pares, ſi vinea ſimiles erunt in comparatione, an ordines æquè diſtantes an pars conſtitutione, & an ſimile genus vitium.* Hæc ille. Bros.

G

FAVSTO PRÆPOSITO THEOD. Rex. XXVI.

Quod non grauetur contra libertatem ſibi conceſſam.

' conuenit noſtra
[Princeps beneficij ſui in data immunitate Eccleſiæ modum definit.]
' meam in modica
' vaſolle antiſtiti
v. Verſullæ
H
For.
‹‹ V. ſuperindictionum.
For.
' qua
' comperti
‹‹ Fortè Bonifacij.
For.
‹‹ V. omnes tranſlata poſſeſſio.
For.
* quæ fiſci.
' proficis
* Principis, non militis.

NEfas eſt apud eos fidem beneficij prioris imminui, quibus alia conuenit à noſtra ſæpius largitate præſtari. Sed ſicut quæ ſemel annuimus, reſcindi in perpetuum non merentur: ſic qui largitatem ' noſtram moderatis precibus impetrarunt, noſtrorum terminos præſtitorum ' immodica non debent præſumptione tranſcendere. Vnde quia religioſi ſtudij reuerentia commonemur, vt quæ dudum Eccleſiæ viri venerabilis ' Verſilæ antiſtitis præſtitimus, valere in perpetuum cenſeamus: nunc quoque illuſtrem magnificentiam tuam duximus admonendam, quatenus ‹‹ ſuper indictorum onera titulorum, præfata Eccleſia in ea ſumma non ſentiat, ' quæ vſque à magnifici viri Caſſiodori patricij, pura nobis fide & integritate ' comperti, temporibus eſt ſoluta. Ea verò, quæ à tempore ‹‹ beneficij ad Eccleſiam veſtram ab aliquibus eſt ‹‹ tranſlata poſſeſſio, commune cum vniuerſis poſſeſſoribus onus ſolutionis agnoſcat: & illius ſubiaceat functioni, cuius nacta eſt iura dominij. Alioqui grata nobis augmenta eius eſſe non poſſunt, * qui fiſci damno ' proficiunt. Sufficiat poſſeſſori compendium penſionis. Tributa ſunt * purpuræ, non lacernæ. Lucrum cum inuidia periculum eſt. Quanto melius, omnia moderata gerere, quæ nullus audeat accuſare?

¶ SPECIO

A

¶ SPECIOSO THEOD. REX. XXVII.

Compellat quoſdam delatores ſuper quibuſdam exceſſibus ad duale iudicium inſtructas deſtinare perſonas, vt cognito de huius exceſſu cauſa ipſa, ſententia terminetur.

SI exterarum gentium mores ſub lege moderamur, ſi iuri Romano ſeruit, quicquid ſociatur Italiæ: quanto magis decet ipſam ᶜ ciuilitatis ſedem legum reuerentiam plus habere? Vt per moderationis exemplum, luceat gratia dignitatum. Vbi enim quæratur modeſtus animus, ſi fœdent violentia patritios? Populi itaque nobis partis * Praſini petitione ſuggeritur, dum ad noſtrum diſponerent Comitatum venire remedia conſueta poſcentes, ſe truculentas inſidias, à ᵇ patritio ᶜᶜ Theodorico, & Importuno viro illuſtri Conſule ᶜ pertuliſſe: ita vt vnus eorum defleatur extinctus. Quod nos, ſi ita eſt, pro facti ſui acerbitate commouit, vt innoxiam plebem furor perſequeretur armatus, quàm fouere ᵈ ciuicus debuiſſet affectus. Sed quia conditio minorum regnantis ᶜᶜ æquabiliter implorat auxilium, ſupra memoratos illuſtres viros admoneri præſenti iuſſione cenſemus, vt ad Cæliani atque Agapiti illuſtrium virorum vel ad æquè iudicium inſtructas deſtinare non differant, te inſtante, ᵗ perſonas: * quatenus legibus examinata cognitio, eorum ſententia terminetur. Sed ne ᶜ forſitan magnificos viros loquacitas popularis offenderit, præſumptionis huius habenda diſcretio eſt. Teneatur ad culpam quiſquis tranſeunti reuerendiſſimo Senatori iniuriam proteruus inflixit, ſi male optauit, cum benè loqui debuit. Mores autem graues in Spectaculis quis requirat? Ad Circum neſciunt conuenire Catones. Quicquid ᶜ illic gaudenti populo dicitur, iniuria non putatur. Locus eſt qui defendit exceſſum. Quorum garrulitas ſi patienter accipitur, ipſos quoque principes ornare monſtratur. Reſpondeant nobis certè, qui talibus ſtudiis occupantur: ſi tranquillos optant aduerſarios ſuos, certè ᶜ volunt eos eſſe victores: quando ad iniurias tunc proſiliunt, cum ſe ſuperatos turpiter erubeſcunt. Vnde ergo iraſci volunt, quod ſine dubio ſe optaſſe cognoſcunt?

'ciuitatis

ᶜᶜ Praſinæ [Praſina pars] ᵇ patrio Theodoro ᶜᶜ V. à patre Theodoro.

B

For. ᶜ cõtuliſſe ᵈ citius ᶜᶜ v. æqualiter. For. * quibus ᶜ fortè

[Laſciuia ſpectacolorũ] ᶜ ille à

ᶜ nolunt

C

NOTÆ VARIORVM.

¶ ᵗ *Perſonas.*] Id eſt procuratores. For.

¶ VNIVERSIS GOTHIS ET ROMANIS Theodet. Rex. XXVIII.

Quod ſaxa in agris iacentia deputentur in ædificium ciuitatis.

DIgna conſtructio ciuitatis in qua ſe commendet cura regalis: quia laus eſt temporum reparatio vrbium vetuſtarum. In quibus & ornatus pacis acquiritur, & bellorum neceſſitas præcauetur. Ideòque præſenti iuſſione profutura ſancimus: vt ſi quis cuiuſlibet generis ſaxa, ᶜᶜ in agris ſuis ᶜ iacentia, muris habuerit profutura, libens animo ſine aliqua dilatione concedat. ᶜ Qui tunc verius magis poſſidebit, cum hoc ciuitatis ſuæ vtilitati indulſerit. Quid enim gratius, quam videre creſcere publicum decus, vbi omnium vtilitas in generalitate concluditur? Et licet præſtentur vilia, ad ᶜ auctores ſuos magna ſunt commoditate reditura. Datur enim plerumque, quod maiori vtilitate recipitur. Et frequenter homo lucra ſua complectitur, cum neceſſario pro temporis qualitate largitur.

D

ᶜᶜ agris ſuis iacentibus vt in vet. For. ᶜ iacẽtes, muri habuerunt ᶜ quod For. ᶜ auctores tamen ſuos

ᶜᶜ ¶ VNIVERSIS LVCRISTANIS SVPER Sontium conſtitutis Theod. Rex. XXIX.

Equi, qui ad continuos curſus conſtituti noſcuntur, turpi macie non tabeſcant.

NOn dubium eſt, ad vtilitatem Reipub. curſus cuſtodiam pertinere: per quem noſtris ordinationibus celerrimus præſtatur effectus. Et ideo, velut neceſſariæ, rei maior adhibenda cautela eſt: vt * qui ad continuos ᶜ curſus conſtituti ſunt, turpi macie non tabeſcant, ne ieiuna tenuitas laboribus ᶜᶜ præuenta ſuccumbat: & incipiat iter ᶜ fieri moroſum quod ad celeritatem conſtat eſſe inuentum. Quapropter deuotio veſtra, præſenti iuſſione commonita, terrarum ſpatia, quæ veredis antea ᶜ licuerant ᵗ mutationibus ſuis, à poſſeſſore vendicata reſtituat. Vt nec illis paruo ſpatio inducantur damna, & iſtis recuperata ſufficiant.

E

ᶜᶜ V. Lucrustanis ſuper ſoptum. al. Luſtrianis ſuper ſonum. For. [Curſus cuſtodia] ᶜ equi For. ᶜ excurſus For. ᶜᶜ V. prabenda. For. ᶜ effici For. [Veredi] ᶜ licuerant

NOTÆ VARIORVM.

¶ ᵗ *Mutationes*] infr. lib. 4. epiſt. 47. poſtas vulgò vocant. Ammian. Marcellin. *lib. 21. maturè deceſſit, vectuſque mutatione celere curſus publici tranſitus Alpibus Iuliis, &c.* For.

F

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ Theod. Rex. XXX.

De iuſtitia & vltione facienda cum moderamine, & quod dominus tradat iudici famulum homicidam, & nullus habeat famulos homicidas.

ANimum noſtrum, Patres Conſcripti, Reipub. curis carentem, & diuerſarum gentium conſilia perſcrutantem ᵗ, pulſauit ſæpius querela populorum, orta quidem ex cauſis leuibus, ſed graues eructauit exceſſus. Deplorat enim pro Spectaculorum voluptate, ad diſcriminis ſe vltima perueniſſe: vt legum ratione calcata, deſperate perſequeretur innoxios ſeruilis furor armatus: & quod illis humanitas noſtra lætitiæ cauſa præſtitit, in triſtitiam audacia plectenda conuertit. Quod nos clementiæ noſtræ ſolita prouiſione comprimimus: ne paulatim ſinendo, grauiorem ᶜᶜ vindicare cogamur offenſam. Benigni quippe principis eſt, non tam ᶜᶜ delicta velle punire, quam tollere: ne aut acriter vindicando æſtimetur nimius, aut leuiter agendo putetur improuidus. Atque ideo præſenti ᶜ definitione ſancimus: vt ſi cuiuſpiam ſenatoris famulus, in ᶜ ingenui cæde fuerit fortaſſe verſatus, eum tradat legibus impetitum: vt facti qualitate diſcuſſa, proferatur iure valitura ſententia. Si verò tanti facinoris reum fide mala dominus iudiciis præſentare diſtulerit, nouerit ᶜ ſe ᶜᶜ decem librarum auri diſpendio vulnerandum, & noſtræ ingratitudinis, quod multo grauius eſt, pericula ſubiturum. Sed vt honeſtatem omnium par libra componeret, & ᶜ ciuilitatis gratia reductis moribus conueniret, ad populum quoque præcepta noſtra direximus: quæ vobis reſerari libenter amplectimur: vt alterutra iuſſione penſata, ᶜ ſarciatur ciuibus ſciſſa concordia. Proinde nullum ᶜ à Spectaculorum gaudio remouemus, ſed ſeditionis ſemina radicitus amputamus. Interſit igitur inter ſplendorem veſtrum, moreſque mediocres, refugite tales familiares, qui ſint iniuriarum miniſtri: qui honori veſtro nitantur adſcribere, quod delinquunt: & dum leuitates ſuas ᶜ aſſerere cupiunt, veſtram reuerentiam implicare contendunt. Vos enim quos ſemper grauitas decet, nolite truculenter inſequi inania verba populorum. Si quid eſt fortè quod pœnam mereatur admiſſum, in Præfecti vrbis notitiam deferatur: vt culpa ᶜ legibus, non per præſumptã coerceatur iniuriam. Quid enim diſcrepat à peccante, qui ſe per exceſſum nititur vindicare? Impœnitenda eſt vltio, ᶜ quæ de legibus venit: & excellenter videtur de pulſato triumphaſſe, qui victor pronuntiatur à

[Repreſſa ſpectaculorum licentia]

G

[Boni principis munus] ᶜᶜ v. iudicare ᶜᶜ v. delicta vnius For. ᶜ iuſſione ᶜ gentis ſuæ

ᶜ de ᶜᶜ v. Sex librarum For. ᶜ ciuitatis For. [Seditionum ſemina amputata]

H

ᶜ reſarciatur. For. ᶜ ab ᶜ exercere For. [Acclamatio vulgi negligenda principi] *Vltio legitima.* ᶜ legibus nota ᶜ quæ de iure, For.

A iudice. Ioter ipſos quoque aduerſarios, vt ſcitis, non erant prius armata certamina: ſed pugnis ſe 'quamlibet feruida laceſſebat intentio. 1 Vnde & pugna nomen accepit. Poſtea 2 Belus ferreum gladium primus prodoxit: à quo & bellum placuit nominari. Conſilium atrox, crudele præſidium, ferina 'certatio. Nam & ſi datum illi eſt prius inermem facile vincere, tamen crimini applicandum eſt, quod inde poſteritas potuit interire. Non permittatis ergo à famulis veſtris fieri in ciuibus, quod adhuc 'debet iu hoſtibus accuſari.

'qualibet [A pugno dicta pugna] Bellum. 'exercitatio al. concertatio. For. de bet & For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Vnde & pugna*] à pugno nempe: Caius, pignus quoque à pugno appellatum ſcribit: quia res quæ pignori dantur, manu capiuntur, *leg. 238. plebs de verborum ſignific.* donatio ſeu δῶρον, à doto, id eſt palmo, quia munera oblata manu capetentur, vt Victruuius Pollio *lib. 2. c. 4.* Plin. *lib. 35. c. 14.* quo aliuſum à Paulo videri poſſit in *l. 35. ſenatus, de mort. cauſ. don.* For.

B

¶ 2 *Belus.*] Quod Caſſiodorus patri, Iſidorus tribuit filio *lib. 18. c. 1. Etymol.* Primus bella intulit Ninus Aſſyriorum Rex. Suidas. ἄρης propriè ὁ σίδηρος· σημαίνει δὲ καὶ τὸν πόλεμον: quoniam in bello uon verbis, ſed facto opus eſt: ἐν τῷ πολέμῳ γὰρ οὐ λόγων ἀλλ' ἔργων χρεία. & Homerus ἐν γὰρ χερσὶ τέλος πολέμου, ἐπέων δ' ἐνὶ βουλῇ. Euſtathius in Homer. illud Iliad. σ. χάλκεος ἄρης ὁ σίδηρος ἄρης. Vide Varronem & Feſtum in dict. *duellum.* For.

POP. ROM. THEOD. REX. XXXI.

Seditiones vitentur ſeruando potius veterum diſciplinam. Maleſactores ſi qui fuerint reperti in ſeditionibus puniantur.

SPectacula voluptatum, lætitiam volumus eſſe populorum: nec erigere debet motus iratum, quod ad remiſſionem animi conſtat inuentum. Ideo enim tot expenſarum onus ſubimus, vt conuentus veſter non ſit ſeditionis ſtrepitus, ſed pacis ornatus. Mores peregrinos abiicite. Romana ſit vox plebis, quam delectet audiri. Conuitia nec gaudium pariunt, nec de lætitia procreantur. Hoc fuit certè, quod culpabatis in exteros. Nolite modo vitia turbulenta contrahere, quæ videtis alios abieciſſe. Atque ideo 1 edictali programmate 'definimus, vt ſi atroces iniurias in quempiam Senatorum vox iniuſta præſumpſerit, nouerit ſe à præfecto Vrbis legibus audiendum, ' vt pro facti qualitate diſcuſſa excipiat promulgatam iure ſententiam. Verum vt omne ſemen diſcordiæ funditus amputetur, præfinitis locis pantomimos artes ſuos exercere præcipimus: quod vos poterit inſtruere ad præfectum Vrbis data præceptio. Tantum eſt, vt animis compoſitis peragatis lætitiam ciuitatis. Nihil eſt enim, quod ſtudioſius vos ſeruare cupimus, quàm 'virorum veterum diſciplinam: vt quod ab antiquis laudabile ſemper habuiſtis, ſub nobis potius augeatis. 2 Soletis enim aëra ipſū mellifluis implere clamoribus, & vno ſono dicere, quod ipſas quoque belluas delectet audire: profertis voces organo dulciores: & ita ſub quadam * armonia cytharæ concauum theatrum per vos reſonat, vt tonos poſſit quilibet " credere, quàm clamores. Nunquid inter iſta rixæ decent, aut inflammata contentio? Abiicite furores læti, iram gaudentes excludite. Taliter enim animi aliorum temperari poſſunt, cum " veſtri fautores ſuauiter audiuntur.

[Moderatio in C ſpectaculis præcipitur] 'diffinimus 'Præfectus vrbi] vt facti 'noſtrorum D * [Scribe,] harmonia citharæ "credere potius quàm clam. For. [Clamor theatri] [Fortè] cantores [al.] honores " Sic in vetere, ſi it qui dā legūt

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Edictali programmate*] *lib. ſeq. epiſt. 24. & 25.* For.

¶ 2 *Soletis aëra ipſum mellifluis implere clamoribus, &* quæ ſequuntur.] Acclamatio & plauſus erat ex arte, & Quiritium compoſitæ modulatæque voces. Hunc autem modulatum clamorem contentum appellat Plinius in Panegyrico. *Et populus quidem Romanus delectum principum ſeruat, quantoque paulò ante concentu formoſum alium hunc fortiſſimum perſonat.* Bros.

E 'fauores. For.

¶ AGAPITO VIRO ILLVSTRI PRÆF. VRB. Theod. Rex. XXXII.

Super eodem. Conſtituitur qui praeſſe debeat ipſis ſpectaculis faciendis.

EXimiæ vrbis præſulem, pacis conuenit eſſe cuſtodem. Nam à quo melius moderatio debet ſperari, quàm cui potuit Roma committi? Illa enim, mater omnium dignitatum viros ſibi gaudet præſidere virtutum. Et ideo honori 'tuo debes animos exæquare: vt quod noſtris adeptus es beneficiis, tuis meritis inueniſſe credaris. Circumſpicere te decet, ne qua iu Spectaculis ſeditionum cauſa naſcatur: ' quia tuum præconium eſt, populus quietus. Sit inſultandi conſuemdo moderata: vt nec ' libertati pereat honeſta licentia, nec deſit moribus diſciplina. Quocirca ſicut noſtris oraculis & ampliſſimum ordinem docuimus, & plebem decreuimus admoneri, hoc tuam quoque ' magnitudinem obſeruare cenſemus. Vt ſi à quoquam irrogata fuerit iniuria ſenatori, confeſtim loquax temeritas legum ſeueritate plectatur. Si verò ſenator, " ciuilitatis immemor, quenquam iogenuum nefaria fecerit cæde vexari, protinus relatione tranſmiſſa perennitatis noſtræ mulctam ' perculſus excipiat. Meminerint enim cuncti, ſic Spectaculorum ſtudia parteſque diuidere, vt in patria debeant eſſe concordes: nec ad hoc voluptatum ſibi exhiberi certamina, vt exinde hoſtilis ira ferueſcat. Verum, ne 'poſthac vlla poſſit iterum ' furioſa contentio prouenire, Helladius de medio, voluptatem populis præſtaturus, introëat: habiturus æqualitatem menſtrui cum cæteris 2 Praſini pantomimus. Illud etiam, quod crebras inter eos ſeditiones exagitat, præſenti iuſſione ' definimus, vt amatores Helladij, quam de medio ſaltare præcepimus, ſine vtriuſque partis ſtudio, ſpectandi eis vbi ' delegerint, libera ſit facultas. Si verò eorum lubrica voluntas in vnius coloris fauorem migrauerit, ſtudia ſua populus tam in Circo, ' quam Theatro habeat pro parte quam diligit: vt is qui præſumpſerit ' vetita, ipſe iudicetur quæſiſſe diſcordiam.

[Prohibentur ſeditiones ſpectaculorum] 'tuam 'qua F 'libertatis 'manſuetudinem "Vtilitatis. For. 'percuſſus v. perculſum. For. 'poſt 'venenoſa 'patrium Partium ſtudia. 'diffinimus G 'elegerint 'quàm 'vetitum ipſi For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Agapito*] eidem reſcripta eſt formula ſexta huius lib. Præcipuè autem Theodericus ſeditiones in ludis excitari ſolitas compeſci à Præfecto vrb. voluit, eodem ſpectat epiſt. 44. huius lib. For.

¶ 2 *Praſini pantomimus.*] Sic legendum (non *partium*, vt in excuſſis) ex epiſt ſeq. & ſupra epiſt. 50. For.

AGAPITO V. I. PRÆF. VRB. THEOD. Rex. XXXIII.

Super eodem. Quod prouideatur electo de ſolis ſtipendiis.

H

NEſcit ſerenitatis noſtræ ſemel prolatum titubare iudicium: nec quod prouida diſpoſitione conſtituit, cuiuſquam ' occaſionis ſurreptione mutauit. Dudum ſiquidem ad Albinum atque ' Albienum patritios viros præcepta nos dediſſe retinemus, vt pantomimum Praſini partis ' colligerent, qui præſtantius Spectaculis conueniret. Quod nobis factum ſua relatione reſerarunt. Et ideo nunc præſenti auctoritate decernimus, vt quem à ſupra memoratis magnificis viris electum eſſe conſtiterit, ei ſolitum menſtruum partis Praſini ſine imminutione tribuatis: vt quod noſtra prouiſio, ' confuſionis tollendæ cauſa, conſtituit, non fiat ſeditionis occaſio, ſed quietis.

' occaſione 'Albietiū For. Praſini. 'elegerēt For. 'compulſionis For.

A

FAVSTO PRÆPOSITO THEOD. Rex. XXXIV.

Quod frumentum ad partes exteras non portetur, niſi prius prouincia propria fuerit copioſè prouiſum.

Ne frumentum exportetur.

¹ COpia frumentorum prouinciæ debet primum prodeſſe, cui naſcitur: quia iuſtius eſt, vt incolis propria fœcunditas, ſeruiat, quam peregrinis commerciis ſtudioſæ ᵃ cupiditatis exhauriat. Alienis liquidem partibus ᵇ debet impendi, quod ſupereſt: & tunc de exteris cogitandum, cum ſe ratio propriæ neceſſitatis expleuerit. Atque ideo illuſtris magnificentia tua per loca ſingula, qui curam videntur habere litorum, faciat commoneri, vt non ante quiſpiam peregrinas naues frumentis oneret, ad aliena litora tranſituras, quam expenſæ publicæ ad optatam poſſint copiam peruenire.

ᵃ cupiditates ᵇ debet illud

NOTÆ VARIORVM.

B

¶ * 1 *Copia*] Argumentum eſt vt prius inuehantur publica frumenta, quàm alienis vendantur. FOR.

¶ 2 FAVSTO PRÆP. THEOD. Rex. XXXV.

Eidem quod differantur victualia quæ non fuerunt tempore debito deſtinata.

CVm ſiccitas præſentis anni, quæ localiter certis ſolet deſeruire temporibus, terrenis viſceribus nimio calore duratis, abortiuos meſſium fœtus non tam edidit, quam imperfecta vbertate proiecit: maturi nunc ſtudio quærenda ſunt, quæ etiam in abundantia experiri conſueuerunt. Et ideo frumenta publica, quæ de Calabro atque Apulo littoribus per Cancellarium veſtrum æſtatis tempore conſueuerant deſtinari, nec autumno veniſſe, modis omnibus permouemur. Cum Solis reflexus auſtralia ſigna diſcurrens, naturæ * ordine modificatus ᵃ tumultuoſas procellas aëris permiſtione ᵇ reſuſcitat: quod ab ipſis quoque menſibus datur intelligi, quando ex numero 2 imbrium futurorum competenter nomina ſuſceperunt. Quæ ergo talis mora, vt in tantis tranquillitatibus velocia necdum ᶜ fuerint deſtinata nauigia? cum ſtellarum non non mergentium lucidum ſydus tendi carbaſa feſtinanter iuuaret, & aëris ſereni ᵈ fides properantium nequeat vota terrere. Aut forte incumbente Auſtro, remigiiſque iuuantibus meatus nauium 3 Echeneis morſus inter vndas liquidas alligauit, Aut Indici maris conchæ ſimili potentia labiis ſuis nauium dorſa fixerunt. ᵉ Quarum quietus tactus plus dicitur retinere, quam exagitata ᶠ poſſint elementa ᵍ compellere. Stat pigra tantis tumentibus ʰ alata velis, & curſum non habet cui ventus arridet: ſine anchoris figitur, ſine rudentibus alligatur: & tam parua animalia plus reſiſtunt, quam tot auxilia proſperitatis impellunt. Ita cum ſubiecta vnda præcipitet curſum, ſupra maris tergum nauigium ſtare conſtat ⁱ infixum: miróque modo natantia inconcuſſe retinentur, dum innumeris motibus vnda rapiatur. Sed vt dicamus aliam piſcis naturam, fortè nantæ prædictarum nauium Torpedinis tactu ſegniſſime torpuerunt: ᵏ à qua tantum infigentium dextræ prægrauantur, vt per haſtam qua fuerit vulnerata, ita manum percutientis inficiat, quatenus viuæ ſubſtantiæ pars ſine ſenſu aliquo immobilis obſtupeſcat. Credo talia incurrerunt, qui ſe mouere non poſſunt. Sed ˡ Echeneis illis, impedimentoſa venalitas eſt: concharum morſus, inſatiata cupiditas: torpedo, fraudulenta ſimulatio. Ipſi enim ſtudio ᵐ prauo faciunt moras, vt occaſiones incurrere videantur aduerſas. Quòd magnitudo tua, cui ſpecialiter conuenit cogitare de talibus, celerrima faciat emendatione recorrigi: ne inopia non tam à ſterilitate temporis, quàm à negligentia matre nata eſſe videatur.

[Aduehantur Romam frumenta publica]
C
* ordinè modificatur, ᵃ tumultuoſitas ᵇ ſuſcitat
Nomina imbrium poſteriorum menſium ab imbre.
ᶜ fuerunt ᵈ fide ᵉ Echinnis
[Echeneis ſeu remora.]
ᵉ Quæ inquietus ᶠ poſſunt ᵍ cōplere ʰ elata ⁱ infixam
D
[Torpedo.] ᵏ aqua.
ˡ Echinnis ᵐ paruo
[Inopia non à ſterilitate, ſed mora.]

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Fauſto Præp.*] v. *Terriolo viro Senatori* Gothor. Thr. Eiuſdem ferè cum ſuperiore ſententiæ. Iubet Theodericus frumenta publica de Calabria Apulo litoribus cura Præfecti Præt. aduehi. FOR.

¶ 2 *imbrium nomina*] vt September, quaſi ſeptimus imber, October, Nouember. ex Varrone, cui ab imbribus menſes iſtos dictos placet. FOR.

¶ 3 *Echneis morſus*] v. *Echinnis morſus.* Echineis, Remora, ſcilicet ἀπὸ τὸ ἔχειν τὴν ναῦν, a ſiſtendis nauibus. FOR.

E

¶ THEORIOLO V. S. THEOD. Rex. XXXVI.

De remuneratione filij pro ſeruitio patris ſui.

VTilitas perſonarum bonarum debet ſucceſſione renouari: ne defectu ſeruientium patiatur aliquod res ſuſpenſa diſpendium. Et ideo locum te iubemus quondam Benedicti in * Pedonenſi ciuitate ex noſtra auctoritate ſuſcipere: vt omnia vigilanti ordinatione procurans, noſtræ gratiæ merearis augmenta. Debes enim aduertere, quam viciſſitudinem reddere ſtudeamus viuis, qui mortuorum fidem non poſſumus obliuiſci. Illud etiam pietatis noſtræ conſuetudine ᵃ commonemur, vt quoniam deuotorum nobis memoria probata non deficit, antefati Benedicti quondam filios, qui ſyncera nobis cognoſcitur deuotione paruiſſe, ciuili facias tuitione vallari: quatenus defenſionis præſentis commodo ſubleuari, & ᵇ ſecuritatem ſibi gaudeant paterna ſeruitia contuliſſe. Profit ergo generi, quod potuit vnius deuotione præſtari. Quia ᶜ maiora nos decet tribuere, quam videamur à ſeruientibus accepiſſe. ᵈ Hæc æqualitas æquitas non eſt: ſed pars noſtra iuſtiſſimè penſat, cum reddendo plus fuerit onerata.

F
[Suffectus in locū defuncti.]
* Pedonenſa
[Commendat filios mortui officialis.]
ᵃ commonemur. ᵇ pro ſecuritate ᶜ maiora decet ᵈ Hic

G

¶ 1 CRISPIANO THEODERICVS Rex. XXXVII.

Quod remittatur pœna vxoricidæ, & reſtituantur ei ablata.

QVamvis homicidij facinus primus deteſtetur auditus, & cruentam manum oculi refugiant iudicantium: quia procliuior ad miſericordiam via bonis mentibus ſemper patet: tamen iuſtitiæ conſideratione liberandum eſt, qua cuique fiat iniuria, nefarium ſcelus, quod * noua infelicitate fortunæ commiſſum eſt: tunc fiat deteſtatio cunctorum, ᵃ ſi ſe ſeruet innoxium. Quis enim ferat hominem ad leges trahere, qui matrimonij niſus eſt iura violare? Feris inſitum eſt, copulam ᵇ ſuam extrema concertatione defendere. Dum omnibus eſt animantibus inimicum, quod naturali lege damnatur. Videmus tauros, fœminas ſuas cornuali concertatione defendere: arietes pro ſuis ouibus capitaliter ²² inſæuire: equos adiunctas ſibi fœminas calcibus ac morſibus ᶜ vendicare. Ita pro copulatis ſibi animas ponunt, qui verecundia non mouentur. Homo autem quemadmodum patiatur adulterium inultum relinquere, quod ad æternum ſuum dedecus cognoſcitur ᵈ commiſiſſe? Et ideo ſi oblatæ ᵉ petitionis minimè * veritate fraudaris, & genialis thori ᶠ maculam deprehenſi adulterij ſanguine diluiſti, ³³ nec ſub prætextu cruentæ mentis, ſed ᵍ cauſa pudoris intendis: ab exilio quod tibi cōſtat inflictū, te præcipimus alienū. Quoniā pro amore pudicitiæ porrigere ferrum maritis, non eſt leges calcare, ſed cū lege. Ita tamen, vt ſi legitimus extiterit accuſator, ʰ de facti tui qualitate te noueris audiendū: vt ſi innoxios peremiſti, crimen publica diſtrictione recenſetur. Si malè * intos complexus adulterorum morte diuiſiſti, æſtimetur potius vindicta, quam culpa.

* Homicidium.]
* noua infelicitatis euētu.
ᵃ ſi tuetur copulam ſuam concertatione
H
²² V. *inſæuire* FOR.
ᶜ vindicare
[Adulterum occidenti marito parcitur.]
ᵈ omiſiſſe ᵉ petitiones.
* ſi veritate fraudabis FOR.
ᶠ macula
³³ V. *nec ſub prætextu.* FOR.
ᵍ cauſam ʰ defecti
* vel iunctus

A

Si quis autem tibi calumniantium damna generauit, & [a] 2 Agnello, vt aſſeris, fideiuſſori tuo a vicario vel eius officio * exortam conſtiterit fuiſſe pecuniam, noſtra iuſſione ' conuentus, ſecundùm leges ablata reſtituat. Nolumus enim ea in cuiuſquam prædam cadere, quos noſtra viſa eſt ſententia ' liberare. Pari modo contra inciuilium impetus ' Candacis tibi tuitionem ſub æquali defenſione præſtamus: vt nec legibus te ſubtrahat, nec iterum contra iura publica laborare permittat.

V. emiſſos al. male iunctis. For. *V. non Agnello. For.* *Forte exortam* *commictos* *laborare*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Criſpiano*] alij habent, *Coioni viro Senatori Thr.* al. *Cypr.* Liberat autem pœna exilij eum, qui ſuæ vxoris adulterum occidit. Confer cum *l. Marito. D. ad l. Iul. de adult.* For.

¶ 2 *Agnello.*] De quo ſupra in epiſt. 15. hoc libro. Bros.

B

¶ 1 BAIONI v. s. Theod. Rex. xxxviii.

Quòd reſtituantur bona quæ ſub prætextu tutela Hilarij nepotis ſui detineantur.

Fauſto viro illuſtri atque patritio.

NOn eſt beneficium, quod præſtatur inuitis: nec cuiquam videtur vtile, quod aduerſa voluntate conceditur. Vnde ſpectabilitas tua * 2 Hilarij ' adoleſcentis nepotis tui cognoſcat, nos querelis grauibus expetitos, quod res patris eius, non meliorandi cauſa, ſed deteriorandi voto detineas. Quapropter quicquid ex iure memorato te retentare cognoſcis, ſine aliqua dilatione reſtitue: vt res parentum propria voluntate diſponat. Quia & nobis congrua videtur eſſe perſona, ' qui aſſumpta domini ' libertate proficiat. Pullos ſuos audaces Aquilæ tam diu procurato cibo nutriunt, donec paulatim a molli pluma recedentes, adulta ætate [illegible]: quibus vt conſtiterit firmus volatus, no[illegible] in prædam ' teneram conſueſcunt: nec [illegible] alieno labore viuere, quos poteſt captio pro[illegible]. Sic iuuenes noſtri, qui ad exercitum probantur idonei, indignum eſt vt ad ſuam diſponendam dicantur infirmi: & putentur domum ſuam non regere, qui creduntur bella poſſe tractare. Gothis [illegible] in legitimam virtus facit. Et qui valet ' hoſtem confodere, ab omni ſe iam debet vitio vindicare.

Vigilantiam. *Hylarij. For.* *quæ libertatem.*

C

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Coioni*] Vet. *Ceroni.* Concedit Hilario liberam rerum ſuarum adminiſtrationem, & eam ab intruſo curatore reſtitui ei iubet. For.

¶ 2 *Hilarij*] v. *Viliarij.* al. *Viriliani.*

D

¶ 1 FESTO VIRO ILLVSTRI PATRITIO Theod. Rex. xxxix.

Fauſto al. Faſto. For.

Vt non concedatur diſcedendi licentia iis, qui ad ſtudium ſunt deſtinati, ſed potius proficiant in ſcholaſticis diſciplinis.

RAtionabiles petitiones ſupplicum libenter amplectimur, qui etiam non rogati iuſta cogitamus. Quid eſt enim dignius, quod die noctuque aſſidua deliberatione voluamus, niſi vt Rempublicam noſtram ſicut arma protegunt, æquitas quoque inuiolata * cuſtodiat? Spectabilis itaque [b] Filagrius in Syracuſana ciuitate conſiſtens, palatij noſtri longa obſeruatione dilatus reuerti ſe ad lares proprios ſupplicauit: qui ſtudiorū cauſa fratris filios ad Romanā exhibuit ciuitatem. ' Quos illuſtris magnificentia tua, ex noſtra continens 2 iuſſione, in ' ſepradicta Vrbe conſtituat, nec illis liceat ante ' diſcedere, niſi hoc ſecunda decernamus iterum iuſſione. Ita enim & illis ingenij * prouectus acquiritur, & noſtræ vtilitatis ratio cuſtoditur. Non ergo ſibi impoſitum putet, quod debuit eſſe votiuum. 3 Nolli ' ſit ingrata Roma, quæ dici non poteſt aliena. Illa eloquentiæ fœcunda mater: illa virtutum omnium latiſſimum templum. Sentiatur planè, quod clarum eſt. Non enim ſine ' gratia creditur, cui habitatio tanta præſtatur, quibus mora poteſt eſſe proficua: dum interdum expedit patriam negligere, vt ſapientiam quis poſſit acquirere. Vlyſſes ' Ithacus niſi hoc feciſſet, in ' laboribus propriis forſitan latuiſſet. Cuius ſapientiam hinc maximè Homeri nobile carmen aſſeruit, ' qui multas ciuitates & populos circuiuit. Dum illi prudentiores ſemper habiti, qui multorum hominum conuerſationibus probantur eruditi. Natura ſiquidem humana ſicut duris laboribus inſtruitur, ita per otia torpentia fatuatur.

V. Cuſtodiatur. For. *Filagrius. For.* *Quod*

E

ſupradicto. *deſcendere.* *i.e. profectus.* *ſit [Roma eloquentiæ patens]* *inuidia. For.* *natus al. itaque* *laribus [Vlyſſis prudentia vnde quæſita.]* *quod.*

F

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Feſto*] Petit ſtudiorum cauſa retineri filios Filagrij. For.

¶ 2 *Iuſſione*] lib. 2. ſeq. epiſt. 11. iterata iuſſione: quæ maioris momenti eſt. Iuſtinian. *Nouell.* 17. [illegible] , *& Nou.* 134. [illegible] Iterata enim eadem de repoſtulatio, & conceſſio obreptionis & erroris ſuſpicionem amouet, ſecundarium præceptum prioris liberalitatis, & iteratam ſupplicationem vocat *l. 2. l. 3. de incorporatione. C. Theodor. lib. 10. tit. 9.* For.

¶ 3 *Nulli ſit ingrata Roma, quæ dici non poteſt aliena*] Roma communis patria eſſe definitur *in l. 33. D. ad munic. & l. 4. D. de excuſ. tut.* inde venuſtè Sidonius Apollinaris ait *in ea totius orbis ciuitate vnica ſolos barbaros ac ſeruos peregrinari.* Annæus Seneca. *ab hac ciuitate diſcede*, ait, *quæ veluti communis patria dici poteſt: omnes vrbes circumi: nulla eſt vbi magnam partem peregrinæ multitudinis non inuenias.* apud Dionem. *Mecænas Cæſarem hortatur, vt omnibus ſociis ciuitatem Romanam donet, quo huius participes facti fideliores redderentur, vtque Romam incolentes eam ſolam verè vrbem, ſuas autem patrias agros & pagos eſſe arbitrarentur.* Cum igitur communis patria Roma ſit, non eſt obſcura ratio cur Vlpianus ſcribat *in l. 7. D. de interd. & releg.* conſtitutum fuiſſe, eum, cui patria interdictum erat etiam vrbe abſtinere debuiſſe, cuius quidem conſtitutionis, author fuit Claudius, vt teſtatur Suetonius in eius vita. Cicero *contra Rullum.* Roma communis patria omnium noſtrûm: fuit olim Roma communis patria Romanorum & Italorum ex lege Iulia, hodiè eſt omnium qui ditioni Romanæ ſubiecti ſunt. Relegatus non poteſt Romæ morari, quia omnium eſt patria, vt ait Calliſtratus *in l. relegatus. D. de interd. & releg.* Nouell. 78. vide Cuiac. ad *l. vnic. C. de decur.* Alciat. *lib. 1. diſpunct. cap.* 21. Briſſon. *lib. 3. ſelect. cap.* 6. Dec. *ad cap. meminimus. num.* 16. *extra de appell.* Felin. *ad cap. fin. col. pen. nu.* 26. *de foro compet.* Rom. *ſing.* 246. Conſule quæ notaui *ad epiſt. 2. lib. 11. infra.* Bros.

G

H

* ¶ ASSIO v. i. COMITI Theod. Rex. xl.

Agapito viro illuſtri.

Milites parati eſſe debent ad arma, vt quum tempus exegerit expeditiores inueniantur.

ORdinatio noſtra non debet per moras impediri: ne quod ſalubriter conſtat eſſe diſpoſitum, per tarditatis vitium incurrat obſtaculum. Et ideò ante diſtribuenda ſunt arma, quàm poſſit flagitare neceſſitas: vt ' cùm ea tempus exegerit, paratiores ad imperata ſufficiant

cùm tempus.

A ſufficiant. Ars enim bellandi, ſi non præluditur, cum neceſſaria fuerit, non habetur. Proinde illuſtris ſublimitas tua Salonitanis militibus, vt cuique ſe expediendi facultas obtulerit, pro noſtra iuſſione arma neceſſaria procurabit: quia ſida Reipub. ſalus eſt defenſor armatus. Diſcat miles in otio, quod proficere poſſit in bello. 2 Animos ſubitò ad arma non erigunt, niſi qui ſe ad ipſa idoneos, præmiſſa exercitatione, confidunt. Geſtiunt vituli certamina, quæ impleant ætate robuſta. Catuli in nouellis venationibus ludunt. Focos ipſos comprehendere virgultis teneris inchoamus: cæterùm ſi robora primis ſcintillis adhibeas, igniculum opprimis, quem fouere contendis. Sic animi hominum, niſi priùs leniter fuerint imbuti, ad hoc quod tendis, idonei nequeunt reperiri. Primordia cuncta pauida ſunt: & aliter timiditas non tollitur, niſi cum rebus neceſſariis nouitas abrogatur.

[Exercitatio, rerū magiſtra]

[Adſueſcendum labori à tenerir.]

NOTÆ VARIORVM.

B ¶ 1 *Aſio*] al. *Aſſumio*. al. legitur *Agapito V. I. Pontifici*. Mandat Comiti rei militaris, vt Salonitanis militibus arma neceſſaria procurentur.

¶ 2 * *Animos ſubito ad arma non erigunt, niſi qui ſe ad ipſa idoneos, præmiſſa exercitatione confidunt.*]

Eandem ſententiam attigiſſe video Vegetium lib. 1. de re militari cap. 1. his verbis. *Nemo facere metuit, quod ſe bene didiciſſe confidit*. Bros.

¶ AGAPETO v. i. PRÆF. VRB.

Theoderic. Rex XLI.

Quòd recipiatur aliquis in Senatorem.

PRæcipua ' veſtri ordinis cura, cautiora nos facit proferre iudicia: & ' admittendum reuerendo cœtui, examinare cogit ' ſolicitiùs honor Senatus: quem non ſolùm volumus numero augeri ciuium, ſed ornari maximè luce meritorum ' Recipiat alius ordo fortè C mediocres, 1 Senatus reſpuit eximiè non probatos. Quapropter vnde meliùs nobilitati collegam quærimus, quàm de 2 vena nobilium, qui ſe promittat abhorrere moribus, quam refugit ſanguine vilitatem? Atque ideò illuſtris magnificentia tua Fauſto Adulto, filio illuſtris Fauſti, decernat attribui, quæ circa Referendos curiæ priſcus ordo ' deſignauit. Hæc enim præcipientes nil imminuimus ſacro ordini de ſolita auctoritate iudicij: quando gloria maior eſt dignitatis, ſpectare ſententiam procerum, poſt regale iudicium. ' Ornatus ipſorum eſt, ſi ' quæ ſolent illi deligere, nos iubemus: & ſi quod ab illis quotidie petitur, nos magno opere poſtulemus.

' noſtri. ' admittendos. For. ' ſolicitur. ' Reiici. For. ' d ſtinit. For. ' Ornatus enim. For. ' quem.

NOTÆ VARIORVM.

D ¶ 1 *Senatus reſpuit eximiè non probata*] Vide epiſt. 13. ſupra hoc libro & quæ ibi dixi. Brus.

¶ 2 *Vena nobilium*] Hæc vox ſæpiùs reperitur in authoribus, legimus enim vigere fraternam venam, & virorum bonorum ſecundam venam eſſe. Sic Macrobius venam Latinæ linguæ nuncupat, & Cicero venam Reipublicæ. Spartianus venam paternæ diſciplinæ. Ennodius vena linguarum, ita etiam venæ aquarum dicuntur à Sempronio in *l. ſi in meo*, 21. *ff. de aqua & aqua pluv. arc.* Alber. de Roſ. in *l. forma*. §. *ſalina. C. de cenſib.* Cæpola in *l. inter publica*. §. *publica. de verb. ſignificat.* Paul. Caſtr. *conſil.* 5. Venæ putei ab Vlpiano in *l. flaminum*. 24 §. *etiam videamus* 12. *D. de dam. infect.* metallorum lapidicinarum & ſaxorum, in *l. ſi vſusfructus*. 13. §. *inde quæſitum*, 5. *D. de vſufr.* l *iunct.* 3. C. *de metallariis*. Sic vena lapidea vel ferrea. Bart. in *l. venditor*. §. *ſi conſtat. D. comm. prædior.* Venæ quoque de arboribus dicuntur, vt teſtatur Plin. *lib.* 16. *cap.* 38. *in quarundam arborum carnibus pulpa venæque ſunt.* dicinus etiam venas auri & argenti, vt ex Cicerone *lib.* 2. *de Nat. Deor.* liquet. *Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus*. Bros.

E

¶ ARTHEMIDORO v. i. PATRITIO,

Theodor. Rex. XLII.

Ad quendam ſublimem de promotione emeriti ad præfecturam vrbanam.

"REmunciatio meritorum, iuſtum dominantis prodit imperium: apud quem perire neſcit, quod quempiam laboraſſe contigerit. Nam ſi inopinata tribuimus, quemadmodum negare poſſumus, quod debemus? In tutum apud nos omnis reponit deuotio, quod meretur: & duplicem fructum metit, qui nobis ſe in aliquo paruiſſe cognoſcit. Olim quidem quod eſſet dignitate pretioſiùs, à nobis habere meruiſti, vt regio lateri dignus adhæreres. Differri de pertulit noſter af- F fectus: apud amantem prouectus tui, cauſam tardiùs impetraſti: vt poſt ſacræ amicitiæ genium ad honores ornatior peruenires. Cuncta ſiquidem, vnde famam capiat humanitas, in te ' geminata ſederunt, patria, genus, inſtituta præclara. Quorum ſi vnum nobilitatem complet, in te collecta plus faciunt, qui non minus genitalis ſoli fortuna reſplendes, quàm gloria ſtemmatis & virtutis ornaris. Hinc eſt, quòd nunc te per indictionem feliciter tertiam ad præfecturæ vrbanæ culmen erigimus: 1 tribuentes tibi in ea ciuitate faſces, vbi perpetui ſunt honores. Quod nos, qui munera noſtra verecundiùs æſtimamus, certè fatebimur, multùm te meruiſſe de noſtro iudicio: vt illi cœtui præſidere poſſis, ' quàm reuerendum humano generi eſſe cognoſcis. Nunquid hoc eſt, palatia regere, & domos proprias ordinare? Plerumque honor ex commendatis acquiritur: nec tale eſt, ſellam vnatiam tuendam ſuſcipere, quale pretioſa diademata cuſtodire. Illa, quæ ' potiora credimus, ad conſeruandum melioribus damus: & in quibus ſuſtinere damna non patimur, fidelioribus profectò mentibus applicamus. Roma ſi habet parem, æſtima nos & aliis ſimilia credidiſſe: ſi verò ſingulare bonum eſt, iudicem te præcipuè tet facimus, quam augere ſemper optamus.

' denumeratio. For. [Collata vrbis præfectura.] ' quodam modo denegare. ' congeminatam. For. ' quem. G ' potentiora ſunt

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Tribuentes tibi in ea ciuitate faſces.*] Olim non niſi magiſtratus populi Romani, aut qui cum Imperio in prouinciis faſcibus vſi. quod ab Auguſto originem ſumpſit, cuius honori Senatus decreuit anno vrbis 735. vti conſulari poteſtate ſemper eſſet, faſcibus duodecim vteretur, eumque morem tenuerunt principes, ita tamen vt laurum faſcibus non adderent niſi in victoria. Poſtea per adulationem incœpit vt omnium principum faſces & ſemper laureati eſſent, eáque nota maximè diſtinctus à vulgò princeps. Talis autem erat faſcium H figura. Detractis ex betula arbore virgis ſecuris includebatur ſecuris, vt acies ferri in ſummitate emineret, reliqua pars circumducto loco tegeretur: quod eo conſilio à maioribus excogitatum fuit, vt teſtatur Plutarch. in *Problematibus*, vt oſtenderent magiſtratuum iram in ſumendo ſupplicio non debere eſſe præcipitem, eóſque faſces habere, ſed tamen ligatos, quique nonniſi iuſta cauſa non debeant diſſolui. Ponuntur aliquando faſces pro ipſis magiſtratibus. Virg. *lib.* 2. *Georg.* Liu. *lib.* 2. Plin. *lib.* 7. *cap.* 30.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ.

Theodor. Rex. XLIII.

Super eodem, & de laude ipſius promoti.

1 SCitis, P. C. noſtrum eſſe gremium culmina dignitatum. Scitis vobis proficere, quod nobis

[Commendatur candidatus]

A
contigerit in faſcium honore præſtare. Quod enim ab vno quoque ſuſcipitur, Senatus eſt qui meretur. Quid enim de vobis æſtimemus, agnoſcitis: quando viris „ longo labore compertis, hoc certè in præmium damus, vt veſtri corporis mereantur eſſe participes. Hic eſt enim vir, qui genitalis ſoli relicta dulcedine, nobis maluit inhærere. Et licèt eſſet clarus in patria, noſtram tamen elegit ſubire fortunam, ſuperans gratiæ magnitudine „ vim Naturæ; qui principe ' Zenone, non tam beneuolo, quàm affine, gaudebat. Et quid in illa Republica gratia non potuit obtinere parentis, quæ ſic facilime facit extraneis? Sed hæc omnia nimius deſpexit affectus: Vt nos ipſi, pro quibus hæc feciſſe cognoſcitur, meritò ſtupere videamur, ſi vnius gratia tot deſiderabilia „ fuiſſe contempta. Qui ſuper hanc eximiam fidem ſolatia nobis ſuæ confabulationis adiecit; vt aſperas nonnunquam Reip. curas, quas emergentium rerum neceſſitate ' ſuſcipimus, ſermonis ſuauitate deliniret. Blandus alloquio, ſupplicantium fidelis patronus, accuſare neſciens, commendare præſumens.

B
Qui tanta ſe animi puritate clarificauit, vt cum apud nos mereretur aulicas dignitates, Spectaculorum ordinatione lætiſſimam ſibi militiam vendicaret: quatenus ſub ſpecie voluptatis ' liberè videretur velle ſeruire. A laboribus quidem temperans, ſed in nulla ſe nobis parte diſſocians. Regalem quinetiam menſam conuiua ' geniatus amauit: ibi ſe nobis ſtudens iungere, vbi certum eſt nos poſſe gaudere. Sed quid vltrà de eius moribus eſt dicendum, cui ' ad perfectam probationem ſufficit, quod amorem noſtrum iugiter habere promeruit? Non eſt maius meritum, quam gratiam inueniſſe regnantium. Nam quibus fas eſt, de ' cunctis optimos quærere, videntur ſemper meritos elegiſſe. Atque ideò labores eius remuneratione penſantes, Arthemidoro illuſtri viro Vrbanæ Præfecturæ faſces indulſimus. Huic ' ergo P. C. tot ac talibus meritis prælucenti, 3 fauete linguis, fauete ' collegiis.

C
Erit veſtræ quoque beneuolentiæ laus, vt cum dignis caritatem impenditis, ad exemplum cæteros incitetis.

"V. longo tempore. For. "in naturæ. For. ' Zenone. "V fuiſſe contenta. For. ' ſuſcepimus. ' libenter For. ' gemma tus orna uit. For ' præfatā. ' multis ' ig tur. ' colloquiis

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Scitis.*] Hæc formula deeſt in vno vetere, nec abſurdè, cum ſequens formula idem habeat argumentum, nempe Candidati commendationem. Mandat enim Senatui ſe Arthemidorum præfeciſſe vrbi Romæ. FOR.

2 ¶ *Conuiuia geniatus amauit.*] Quidam Codices habent, *Conuiua geminatus ornauit* BROS.

¶ 3 *Fauete linguis, fauete collegiis.*] Melius *colloquiis*, ita Cicero 1. *de Diuinat. vt fauerent linguis imperabatur.* Ouid. 15. *Metamorphoſ.* Tibullus Virgilius. 5. *Æneid.* BROS.

D
' Melius fortè, Populo.

†¶ SENATVI VRBIS ROMÆ, Theod. Rex. XLIV.

Senatui eidem de auctoritate conceſſa promoto, ſuper conſeruatione iuſtitia exercenda contra ſeditioſos, & à diſciplina publica deuiantes.

1 CAritatem ' veſtram præcipuam nos habere, ex ipſa cura poteſtis agnoſcere: pro quibus ita videmur eſſe ſoliciti, vt nihil admonitionis patiamur omitti. Cautela ſiquidem prodit affectum: & quæ ſtudioſius diligimus, maiori gratia cuſtodimus. Hinc eſt, quod viro illuſtri Artemidoro, diu noſtris obſequiis erudito, Præfecturæ Vrbanæ dedimus faſces regendos. Vt quia quorundam illicitis ſeditionibus ciuilitas turbabatur, ' haberent innoxij puriſſimum teſtem, & errantes iuſtiſſimum teſtem paterentur vltorem. Quod nos, qui delectamur inſontibus, in cunctorum notitiam duximus ' perferendum, ne quis inopinata diſtrictione ſolitè præſumat excedere. Quocirca talia nos præfato viro delegaſſe noueritis, vt ſi quiſpiam inciuilis extiterit, diſtrictionem illicò noſtræ iuſſionis ingerat. Et quanquam Præfecturæ vrbanæ hanc poteſtatem dederint leges, nos tamen ſpecialiter delegauimus: vt confidentius fieret, quod duplex permiſiſſet auctoritas.

' veſtri. ' haberēt & innoxij ' proſequendum.

E
Audebit ergo ſeditioſos, & à diſciplina publica deuiantes, noſtra auctoritate ' percellere. Quieſcat concertantium feruor animorum. Bona pacis, quæ Deo propitio, noſtro labore meruiſtis, cur ſeditionibus fœdantur illicitis? Nunquam maiori damno periclitati ſunt mores, quàm cùm grauitas Romana culpatur. Reparet itaque honeſta ciuitas moderationem ſuam: Pudor eſt degeneraſſe à prioribus: eo præſertim tempore, cùm talem Principem cognoſcitis vos habere, qui præmia bene meritis, vltionem ' tribuat inquietis.

[Vrbana præfect.] ' procellere. ' tribuit.

NOTÆ VARIORVM.

F
¶ 1 *Caritatem*] Idem ferè cum ſuperiore argumentum. Nunciat Theodericus ſe feciſſe Arthemidorum vrbi præfectum: eique in ſeditioſos cognitionem dediſſe, ſic ſup. formula 32. *l. 1. ff. de off. præf. vrb.* FOR.

¶ BOETIO VIRO 1 ILLVSTRI PATRITIO Theod. Rex XLV.

Quod mittat horologia, ſuper quibus & aliis diuerſis artibus multipliciter commendatur.

SPernenda non ſunt, quæ à vicinis Regibus præſumptionis gratia poſtulantur: dum plerumque res paruæ plus præualent præſtare, quàm magnæ poſſunt obtinere diuitiæ. Frequenter enim quòd arma explere nequeunt, ' oblectamina ſuauitatis imponunt. Sit ergo pro Repub. & cum ludere videmur. Nam ideò voluptuoſa quærimus, vt per ipſa, ſeria compleamus.

G
Burgundionum itaque dominus à nobis magno opere poſtulauit, vt horologium, quod aquis ſub modulo fluentibus temperatur, & quod Solis immenſi comprehenſi illuminatione diſtinguitur, cum magiſtris rerum, ei tranſmittere deberemus. Quatenus impetratis delectationibus perfruendo, quod nobis eſt quotidianum, illis videatur eſſe miraculum. Meritò ſiquidem reſpicere cupiunt, quòd Legatorum ſuorum relationibus obſtupeſcunt. Hoc te, multa eruditione ſaginatum, ita noſſe didicimus, vt artes quas exercent, vulgariter neſcientes, in ipſo diſciplinarum fonte potaueris. Sic ' enim Athenienſium ſcholas longè poſitos introiſti. Sic ' palliatorum choris miſcuiſti togam, vt Græcorum dogmata doctrinam feceris eſſe Romanam. Didiciſti enim, qua profunditate cum ſuis partibus Speculatiua cogitetur; qua ratione Actiua cum ſua diuiſione diſcatur: deducens ad Romuleos ſenatores, quidquid ' Cecropidæ Mundo fecerant ſingulare.

'oblectamenta. [Poſt miſſa horologia.] ' etiam. ' palliatorum.

H
Tranſlationibus enim tuis 2 Pythagoras muſicus, Ptolemæus ' aſtronomus, leguntur Itali. Nicomachus arithmeticus, geometricus Euclides audiuntur ' Auſoniis. Plato theologus, Ariſtoteles logicus, 3 Quirinali voce diſceptant. Mechanicum etiam 4 Archimedem Latialem Siculis ' reddidiſti. Et quaſcunque diſciplinas vel artes „ fœcunda Græcia per ſingulos viros edidit, ' te vno auctore, patrio ſermone Roma ſuſcepit. Quos tanta verborum luculentia reddidiſti claros, tanta linguæ proprietate conſpicuos, vt potuiſſent & illi opus tuum ' præferre, ſi vtrumque didiciſſent. Tu artem prædictam, ex diſciplinis nobilibus natam, per quadrifarias ' Matheſis ianuas introiſti. Tu illam in Naturæ „ penetralibus conſidentem, auctorum libris inſinuantibus cordis lumine cognouiſti: cui ardua noſſe viſus miracula, monſtrare propoſitum eſt: mirè tur oſtendere, quod obſtupeſcant homines eueniſſe. Miróque modo ' naturis conuerſis facti detrahit fidem, cùm oſtentet ex oculis viſionem. Facit

[Boetij laudes.] ' Cecropiæ. ' aſtronomicus. For. ' Auſonij ' tradidiſti. „ V. fœcunda Græcia. For. ' te nunc vno. For. ' proferre ' Matheſis „ V. naturæ penetrabilib. For ' conſidentem. ' natis.

aquas,

Digitized by Google

A

aquas, ' ex imo ſurgentes, præcipites cadere: ignem ponderibus currere: organa extraneis vocibus inſonare: & peregrinis flatibus calamos complet, vt ' muſica poſſint arte cantare. Videmus per eam defenſiones iam nutantium ciuitatum, ſubitò tali firmitate conſurgere: vt machinamentorum auxiliis ſuperior reddatur, qui deſperatus viribus inuenitur. Madentes fabricæ in aqua marina ſiccantur: dura cùm fuerint, ingenioſa diſpoſitione ſoluuntur: metalla mugiunt. ' Diomedis in ' ære grues ' buccinant: æneus anguis inſibilat: auea ſimulatè * fritiniunt: & quæ propriam vocem neſciunt, * ab ære dulcedinem probantur emittere cantilenæ. Parua de illa referimus, cui cœlum imitari fas eſt. Hæc enim ' fecit ſecundum Solem in Archimedis Sphæra decurrere: hæc alterum Zodiacum " circulum humano conſilio fabricauit. Hæc lunam defectu ſuo reparabilem artis illuminatione monſtrauit: paruamque machinam, grauidam Mundo, Cœlum geſtabile, compendium rerum, ſpeculum Naturæ, ad ſpeciem ætheris ' incomprehenſibili mobilitate ' volutauit. Sic aſtra, quorum licet curſum ſciamus, fallentibus tamen oculis, prodire non cernemus. Stans quidam in illis tranſitus eſt: & quæ velociter currere vera ratione cognoſcis, ſe mouere non reſpicis. Quale eſt hoc homini etiam facere, quod vel intellexiſſe poteſt eſſe mirabile? Quare cum vos ' ornet talium rerum prædicanda notitia, horologia nobis, publicis expenſis, ſine veſtro diſpendio, deſtinate. Primum ſit, vbi ſtilus diei * iudex, per vmbram exiguam horas conſueuit oſtendere. Radius itaque immobilis & paruus, peragens quod tam miranda ' magnitudo Solis diſcurrit, & fugam Solis æquiparat, quod motum ſemper ignorat. Inuiderent talibus ſi aſtra ſentirent, & meatum ſuum fortaſſe deflecterent ne tali ludibrio ſubiacerent. Vbi eſt illud horarum, de lumine " venientium, ſingulare miraculum, ſi has & vmbra demonſtrat? Vbi prædicabilis indefecta ' rotatio, ſi ' hoc & metalla peragunt, quæ ſitu perpetuò continentur? O artis inæſtimabilis virtus: quæ dum ſe dicit ludere, Naturæ præualet ſecreta vulgare. Secundum ſit, vbi præter Solis radios hora dignoſcitur, noctes in partes diuidens: quod vt nihil deberet aſtris, ' rationem cœli ad aquarum potiùs fluenta conuertit: quorum motibus oſtendit quod " cœlum voluitur: & audaci præſumptione concepta, ars elementis confert, quod originis conditio denegauit, vniuerſæ diſciplinæ cunctus prudentium labor naturæ potentiam, vt tantum poſſint noſſe ' perquiritur. Mechaniſma ſolum eſt, quod illam ex contrariis appetit imitari: & ſi fas eſt dicere, in quibuſdam ' etiam nititur velle ſuperare. Hoc enim feciſſe dignoſcitur Dædalum volare. Hoc ferreum Cupidinem in Dianæ templo ſine aliqua ' alligatione pendere. Hoc hodie facit muta cantare, inſenſata viuere, immobilia moueri. ' Mechanicus, ſi fas eſt dicere, pene ſocius eſt Naturæ: occulta reſerans: manifeſta conuertens, miraculis ludens, ita pulchrè ſimulant, vt quod compoſitum non ambigitur, veritas " æſtimetur. Hæc, quia ſtudioſiùs te legiſſe " comperimus, prædicta nobis horologia, ' quantociùs tranſmittere maturabis. Vt te notum in illa parte mundi facias, vbi aliter peruenire non poteras. Agnoſcant ' per te exteræ gentes, tales nos habere nobiles, quales leguntur auctores. ' Quoties non ſunt credituri, qui viderint? ' quoties hanc ' veritatem luſoria ſomnia putabunt? & quando fuerint à ſtupore conuerſi, non audebunt ſe æquales nobis dicere, apud quos ſciunt ſapientes talia cogitaſſe.

[Margin: A: vno muſica poſſit · *lego ſit.* · Diomedes in ære grauis buccinant · ' Diomedes ' æris buccinãt For. · * ſtlciniunt al. ſtricti niunt · * habere · B · facit · " Vox *venlũ.* abeſt à veter. *Eclipſis.* · indeprehenſibili For. · volitauit · ornet index For. · *Horologium.* · mirandã magnitudinem · " *Vinentium.* For. · ratio hæc · C · ratione · " V. *cœlo voluitur.* For. · perquiris For. · etiam illam · [Dædalus] · illigatione · [Mechanicus] · D · " V. *potecur.* For. · " V. *cognouimus.* For. · quàm totius parte · Quotiés quoeicos · veritate]

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Illuſtri Patritio*] de ſe ipſo in libro 1. proſa de conſolatione Philoſophiæ. For.

§ 2 *Pythagoras Muſicus.*] Conſcripſit librum de muſica Boëtius, qui exſtat: & ex manuſcripto, legem Lacedæmoniorum ſeu pſephiſma, quo Timotheum muſices corruptorem terra Laconica exegerunt, Græco ſermone conſcriptam propediem in lucem, quando in exaratis à Typographis codicibus deſideratam, multúmque totis votis expetitam proferemus. For.

§ 3 *Archimedem Siculis reddidiſſe.*] Is fuit Syracuſanus, de quo Cic. *lib. 5. Tuſcul. quæſt.* & Victruuius *lib. 9. cap. 3. de Architectura.* Cuius incredibile nec vnquam intermiſſum ſtudium Plutarchus commemorat, an ſeni ſit adminiſtrand. reſp. For.

§ 4 *Quirinali voce diſceptant*] à Boëtio Latinitati donati, in Rom. ſermonem tranſlati leguntur. Plutarchus in commentario an ſeni ſit obeunda reſp. Α'ρχιμήδην ἢ τὸ παιδίον προσκαθήμενον ἀποσπῶντες βίᾳ καὶ ἀναδύοντες ἤλειφον οἱ θεράποντες, ὁ δὲ ἐπὶ τοῦ σώματος ἀλειμμένου διέγραφε τὰ σχήματα. For.

B

§ 1 GVNDIBADO REGI BVRGVDIONVM Theod. Rex. XLVI.

Ad Gundibaldum regem Burgorum de horologiis tranſmiſſis.

Amplectenda ſunt munera, quæ probantur omni modis expetita: quando non eſt abiectum quod poteſt explere deſiderium. Nam per quaſlibet pretio ſæpe res ad illud tantum tenditur, vt cupientia animus expleatur. Quapropter ſalutantes gratia conſueta, per harum 2 portitores ' illum & illum oblectamenta præſentiæ veſtræ horologia cum ſuis diſpoſitoribus credidimus deſtinanda: vnum, in quo humana ſolertia videtur colligi, quod totius cœli noſcitur ſpatia peruagari: aliud, vbi Solis meatus ſine Sole cognoſcitur, & aquis guttantibus horarum ſpatia terminantur. Habetote in veſtra ' patria, quod aliquando vidiſtis in ciuitate Romana. Dignum eſt vt bonis noſtris veſtra gratia perfruatur, quæ nobis etiam 3 affinitate coniungitur. Diſcat ſub vobis Burgundia res ſubtiliſſimas inſpicere, & antiquorum inuenta laudare: per vos propoſitum gentile deponit: & dum prudentiam regis ſui reſpicit, iure facta ſapientium concupiſcit: diſtinguat ſpatia diei actibus ſuis: horarum aptiſſimè momenta conſtituat. Ordo vitæ confuſus agitur, ſi talis diſcretio ſub veritate neſcitur. Belluarum quippe ritus eſt, ex ventris eſurie ' horas ſentire, & non habere certum, quod conſtat humanis vſibus " attributum.

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Gundibado.*] al. *Gundibaldo*: al. *apud Adonim Viennenſem.* Is Gundibaldus paucis poſt temporibus victus eſt à Clodoueo Francorum rege, apud Gregor. Turonen. *lib. 2. cap. 32.* huic Theod. mittit duo horologia, vnum totius motionis cœleſtis, alterum horarum 46. For.

§ 2 *Portitores*] nuntior, ſæpè hoc nomine ſignificat. [& lib. 8. epiſt. 8. lib. 10. epiſt. 8 *nam ante charta vſum in dolatis ex ligno codicellis epiſtolarum eloquia ſcribebantur. Vnde & portitores earum tabellarios vocauerunt,* inquit Iſidor. *lib. 6. cap.* 8. Etymol. *l. 7. C. Th. Si cert. petat.* de chirogr. portitores & baiuli pecuniæ & gerulus litterarum, *l. 23 omnes & l. 31. quoniam, C. Theod. de appell. l. 1. C. Th. ne quid public. lætit.* Portitores alioqui ſunt telonarij, qui portum obſidentes, omnia ſciſcitarentur, vt ex eo vectigal acciperent, Non. Marcel. Donat. *in Terent.* Phormion. For.

§ 3 *Affinitate.*] Nam Gundibaldus duxerat filiam Theoderici, Gregor. Turon. *lib. 3. cap. 5.* For.

[Margin: E · [Fortè.] [Gundibaldo.] ſic enim legitur in Chronicis ferè · F · [Miſſa dono horologia.] · illis & illis · prouincia · [Laus & vſus horologiorum.] · G · horas noctis ſentire · " Sic in ver. non vt in exeuſis *attributũ.* For. · H]

A

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variarum

LIBER II.

PIISSIMO ANASTASIO IMPERATORI, Thodericus Rex. I.

De honore collato in candidatum.

ADMONAT ' nos conſuetudo ſolemnis dare Faſtis nomen, ornatum proptium. Romæ tettenam cutiæ clatitatem:vt pet annotum nmmetum decurrat gratia dignitatum : & beueficiis principum ſactetur memoriæ ſæculotum 1 Felix à Conſule " ſumat anuos auſpicium ,portamque dietum tali nomine dicatus annus, tempua inttocat : faueatque teliquæ patti fortuna principis. Quid enim nobis credi poſſit optatiùs, quam vt alumnos proprios ad vbera ſua Roma recolligat, & in venerando uominis cœtu ' ſenatum annumeret Gallicanum ? Aguoſcat Curia tranſalpiui ſanguinis decus, quæ non ſemel coronam ſuam nobilitatis eius flore veſtiuit. Nouit intet reliquos faſces viros inde ſumere conſulares: qui longo ſtemmate ducto pet ttabeas, lege tempotum otiginarius eſt honorum. Nam quis bonorum indolem neſciat eſſe Felicem, qui pronis, auſpiciis hiuc prodidit metitum, quod ad patriam ' viſus eſt feſtinare virtutum. Bonum " iudicium eſt " ſecuta proſperitas:creuit eum libertate ' prouectus : nec paſſi ſumus eum inglorium telinquere, qui ad honotem Reip. meruit peruenire. Dignus planè largitatibus noſtris, qui in ipſo puetitiæ flore maturis moribus lubricam frænauit ætatem : &, quod rarum continentiæ bonum eſt, patte priuatus, grauitatis factus eſt filius. Cupiditatem inimicam ſapientiæ ſubiugauit : viriorum blandam contempſit : ' ſuperbiæ vana eſcalauit. Ita ſuperatis ' eſcelſibus ante dare ' viſus eſt de moribus conſulatum. Nos autem qui bouis redimimur inſtitutis, quos ptobitas inſpecta conciliat, 3 curules inſulas præſtitimus ' candidato: vt virtutum deſideria poſſimus prouocare per munera. Quia non deficit tei ſtudium, quæ præmium largius habet. Atque ideo vos qui vtriſque Reipub bonis indiſcreta poteſtis gratia delectari, iungite fauorem, adunate ſententiam. Ambutum iudicio dignus eſt eligi, qui tantis faſcibus meretur 'augeti.

'admonuet
B
Conſul Gallus Felix.
" V. *tali enim dicatus annus inuocat.* For.
' ſenatu
Trabea.
'viſus feſtinate
" V. *indicium.* For.
C
" V ſecuta For.
' prouectibus For.
Continentia.
'ſuperna quoque
'excelſib
' iuſſus
Curules inſula.
' candidatus
'aſſumi

NOTÆ VARIORVM.

D

§ 1 *Felix à Conſule.*] vetus liber : *Felix à Conſule conſumat.* minus rectè, ex epiſt. 1. lib. 6. anni per coſſ. numerabantur. For.

§ 2 *Sumat annus auſpicium.*] Conſtat ex boc loco conſulum fuiſſe ineboare annum & pandere, vt liquet ex *l. 1. C. Theod. ne quid publ. latit.* Saluiano *lib. 6. de prouidentia*, multiſque aliis. Sic nouus annus dicebatur, primus annus imperij alicuius Impetatoris, vt ex Seneca colligere eſt. *Quid actum ſit in cœlo ante diem tertium idus Octobris Aſinio Marcello, Acilio Auiola Coſſ. anno nouo, initio ſaculi fœliciſſimi, volo memoria tradere.* Eſt & nouus annus pars illa anni, quæ nouas fruges, nouoſque fructus parit. Tibullus.

Et quocunque mihi pomum nouus educat annus.

Sic æſtatem noui anni diaiſſe videtur Gellius, quod æſtas nouas fruges afferat. Sæpenumero etiam vſurpatur pro anni initio, vt nouum ver, noua æſtas, & æſtatis initium, Ouidius :

Dic age, frigoribus quare nouus incipit annus. BROS.

§ 3 *Curules inſula.*] Infula faſcia eſt in modum diadematis, à quo dependent vittæ ab vtraque parte : quidam infulas ſacerdotum filamentum vocabant. Alij ſcribunt infulas filamenta alba eſſe, quibus templa ornabantur : & moris fuiſſe, vt nubentes, priuſquam mariti domum ingrederentur, infulis poſtes ornarent. Hinc factum vt ad omnem dignitatem referatur, quoniam quælibet dignitas habuit inſignia ſua. Erat & infula corona imperialis, *l. fin. in fine, C. de quad. praſc.* hoc eſt diadema, quod Valerius vocat nobilem, magis quàm fœlicem pannum multis curis, ſollicitudinibus, miſeriiſque refertum. Sunt etiam infulæ conſulares & præfecti prætorio, vt *l. 1. C. de Conſul. l. fin. §. 1. C. de decur.* Item infulæ magiſtri officiorum *l. 2. in fin. C. de primicer.* Item ſunt infulæ quædam ſigna quibus diſtinguitur liber à ſeruo, *l. iubemus. C. de prap. ſacr. cub.* Sic bonorum infulæ in *l. 1. C. de temporib. appell.* imperiales infulæ in *l. vlt. C. de quad. praſc.* maioris adminiſtrationis infulæ in *l. 1. C. vt omnes iudices.* BROS.

E

F

§ FELICI V. I. COS. ORDINARIO Theod. Rex. II.

Promouetur quis bene meritus ad dignitatem qui de nobilitatis genere & multiplicibus virtutum donis commendatur.

AMamus noſtra beneficia geminare; nec ſemel præſtat largitas collata faſtidium : magiſque nos prouocant ad frequens præmium, qui initia noſtræ gratiæ ſuſcipere metuerunt. Nouis enim iudicium impenditur, fauor autem ſemel placitis exhibetur. Decorum eſt namque, principis arbitria 'non hærere, quia commendantur priora poſterioribus donis : & firmatur omnis dubitata de repetitione ſententia. Pridem tibi honorum tribuimus gradum, nunc faſtigium concedimus dignitatum, ' vt anteriora tibi merito contuliſſe videamur, & in ſequentibus conſtantiam tenere noſtra benignitas æſtimetur. Non enim relinqui inglorios patimur, qui generis claritate prædicantur. Currat quinimò honorum gratia per parentes. Sub imperio boni principis omnium fortuna proficiat. Nam quis deſperet augmentum, vbi eſt in amore donum & præſtare propoſitum ? Huius experimenta clementiæ " te retines approbaſſe, cum ſoli genitalis fortuna ' relicta, velut quodam poſtliminio in antiquam patriam commeaſſes. Excepit te noſter affectus, impleuit beneficiis manus, fecitque eſſe votum, quod noſtrum experiſſes imperium. Sic enim decebat creſcere, qui meliora ' viſus eſt elegiſſe. Mutatur enim fortuna cum dominis : & in ' laude regnantis proficit, quod ſubiectus acquirit. ' At tu patrem te huic indulgentiæ præſtitiſti. Illuſtri enim honore dicatus, tanta te maturitate tractabas, vt annos leues patereris eſſe ſub pondere: quem non potuit in prima ætate vincere fortiſſima vis naturæ. Paterna enim ſubſtantia locupletatus, quæ ſemper nauos extollit hæredes, conſeruaſti diuitias, cum ad eas præter laboris ſtudia perueniſſes. Solet enim facilè labi, quod ſine ' difficultate potuit inueniri. Auxiſti patrimonium, ' viuacitatis inſtantia. Nam quod ſignum ' bonæ diſpoſitionis magis quæratur, vbi teſtis eſt conſulatus ? In tanta facultate meruiſti, ad quod vix ' euerſis patrimoniis peruenitur. 1 Priuata parcitas ' 2 liberalitates publicas enutriuit. Tranſiſti gloriam patris diſpoſitione laudabili: & quod ille aſſumere non valuit, de eius " opibus effeciſti. Celſos ' curſus niſi confidentia magna non appetit: dum generoſi eſt ' animi optare, quod ſummum eſt. Audentes facit homines fiducia ſui: quia ſe non patitur occulere, ' quem " præcipit natura prodire. ' Redit per te tranſalpinæ familiæ conſulatus : & arentes laurus viridi germine renouaſti. Sacram Vrbem aſpice tuis votis candidatam.

Collatio conſulatus ordinarij Felici.
' habere For.
' vt &
G
Faſtigiū dignitatū conſulatus.
" V. *me tenet.* For.
' derelicta
' iuſſus
'laudem
'aut
Frugi adoleſcētia.
H
' difficultatibus For.
' viciniſſatis For.
' magis bonæ diſpenſationis For.
'euerſus
'libertates
" V. *opinione.* For.

Tende

A
'cunas.
'id.
' & quem
'' *Præſipiat.* For.
'Rediit.
'viride.
''V. *Sume itaque.* Foa.

Tende igitur ad laudum celſa veſtigia:vt priores tuos, quos honore reparas, virtute tranſcendas. " Sume igitur per indictionem quartam conſulatus inſignia : di gnúmque te tantorum deſideriis præſenti comproba largitate. Hic profectò locus eſt, vbi præconium meretur effuſio:quando virtutis genus eſt, propriam ſubſtantiam non amare, vbi tantum opinionis acquiritur, quantum facultatibus abrogatur. Reſpice te ſupra omnium humeros, atque ora volitare:talemque te præbe, vt dignus genere, dignus Vrbe, dignus noſtro iudicio, dignus trabeis æſtimeris.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Priuata Parcitas.*] De erogationibus & ſumptibus Conſulum,in ludos & miſſilia loquitur author qua de re vide Vopiſcum *in Aureliani vita.* Dionem *lib.* 58. vbi de Valerio Aſiatico loquitur. Bros.

B

¶ 2 *Liberalitates publicas.*] paulò poſt *effuſionem* nominat τὰς ἐπιδόσεις, & miſſilia Conſulum intelligit & munera eorum ſumptu eduntur populo infra l. 6 epiſt. 1. 36. *Publius, D. de cond. & demonſtr.* Quod poſtea Leonis & Zenonis conſtitutionibus prohibitum, & ad aquæ ductuum inſtaurationem tranſlatum eſt, *l.* 2. 3. 4 *C. de Conſul. lib.* 12. Martianus quoque Imperator ſpargi pecunias à Conſulibus vetuit, Nouel. 105. περὶ ὑπάτων. For.

¶ * 3 *Per indictionem quartam.*] Anno Chriſti 513. Felice & Secundo Conſſ. cum tamen videatur eſſe ſexta indictio. For.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ. Theodor. Rex. III.

Executoria ſuper eundem, benemeriti promotione cum præconio virtutum.

C
Candidati commẽdatio.
''*de* abeſt in vet. Foa.
'protendere.
'iuſtitia.
''Sic vet. *& annorum antiquas lauros abernata.* For.
'honoratu.
''V. *habeas.* For.
D
Nobilitas
'faſcibus
Diſciplina.
'Nam.
'liberis.

GAudere, P. C. vobis rediiſſe ſtipendia dignitatum: gaudere prouincias longa ætate ' deſuetas, viros vobis pendere conſulares, & '' de tali auſpicio maiora promittite. Solent enim initia ' portendere meliora, dum à paruis inchoant, quæ in ſequentibus magna ſe admiratione ſublimant. Iacebat nobilis origo ſub Gallicano ' iuſtitia, & honoribus ſuis priuata, peregrinabatur in patria. Tandem preſſos diuina leuauerunt Romam recepêre eum gloria, '' & auorum antiquitas laurus ab ' ornata Curiæ ſylua legerunt. Nam quis poſſit negare generi munus, cuius '' habearis velut in arce depoſitum ? In ore quippè rumoris eſt, quondam Felicis adhuc viuere conſulatum,quia bona durare noruut poſt hominem : & quod glorioſè geritur, fine temporis non tenetur. Cuius vt antiquam proſapiam, ſatiati veterum copia, tranſeamus, eſt adhuc in oculis omnium candidati nobiliſſimus pater : qui prudentiæ ' facibus ita præluxit in Curia, vt haberetur meritò elatus inter tot lumina dignitatum. Literarum quippè ſtudiis dedicatus, perpetuam doctiſſimis diſciplinis mancipauit ætatem. ' Non primis, vt aiunt, ' labris eloquentiam conſecurus, toto ſe Aonij fonte ſatiauit. Vehemens diſputator in libris, amœnus declamator in fabulis, verborum nouellus ſator : æquiparauerat prorſus meritis, quos lectitarat auctores : Commendauit etiam ſtudiorum bona per benignitatis inſignia : ſciens imperitiam magis inflari aura ſuperbiæ, quæ leuibus ' fabris exponitur : quia virtutum radicibus non tenetur. Fuit quidam noſtrorum temporum Cato, qui abſtinendo vitiis, alios formaret exemplis. Rerum quoque naturalium cauſas ſubtiliſſimè perſcrutatus, Cecropij ' dogmatis Attico ſe melle ſaginauit. Digna planè ſcientia, in qua mens honeſtiſſima conquieſcat: quæ animo ſemper aliquid ſalutare complectitur : cui '' accidere nulla poſſunt ingrata, dum ſibi commendat omnis mundanarum rerum: ſola cui labilis Fortuna non imperat. Cæteta '' de ipſo meminiſſe ' vos ſufficit, quando

'Forte leg. flabris.
Grata litera.
'dignitatis.
''V. *accedere.* Foa.
'' V. *de illo.* Foa.

E
Paterna laudis æmulus.
'nos.
'' V. *Famiſſo.* Foa.
'quæ.
'' ſententiam.
Paulinus
virtutũ
'' *Deſiderata.* abeſt à veter. For.

bona explicare tanti viri non vacat otio petris. Nunc ad candidatum ora conuertite : vt paternarum laudum in hunc recognoſcatis eſſe veſtigium, nec tantum pater imaginẽ dediſſe corporis, quàm ſigna indicetur '' tranſfudiſſe virtutis. Viuit enim inter vos, vt ſcitis non conſuetudine peregrina, ſed grauitate Romana. Ab ipſis quippe primordiis honoribus aggregatus, pueritiam ſuam, ' quod eſt certiſſimæ probitatis indicium, glorioſiſſimis viris æmula ſemper grauitate ſociauit : vt poſt domeſticæ virtutis exempla ſumeret de publica auctoritate ' conſtantiam : quanquam omnium gratiam in diſcreta fuerit electione ſectatus, quod de magnis rarò eligi poteſt, tantum ſe ornauit Patritij Paulini affectu, vt hinc daret mirabilis conſcientiæ ſignum, quod ad virum viſus eſt feſtinare ' præcipuum. Præſtat enim decus amicitia '' deſiderata potiorum, quàm ſocietas bonorum morum calliet infundere, dum affectione concordi parem ſibi ſtudet eſſe, quem diligit. Huic ergo P.C. ſuitis bonis cum ſuis meritis relucenti, veſtræ ' gratiæ præſtare fulgorem. ' Non impar ad Curialium inſignia venit, qui de ſpecioſa ſtirpe deſcendit. Legit enim Roma frequenter faſces '' de mœnibus Gallicanis : ne aut in damno ſuo præcipua contemneret, aut probata virtus * ' inhonora ceſſaret. Impleatur ' igitur nobilis Curia prouincialibus bonis: cuius eſt proprium, quodcunque videtur eſſe præcipuum. Ipſe quoque annus, temporum pater, quadrifaria ſe diuerſitate componit: nec deſiderium caperet, ſi nouitatis gratiam non haberet. 1 Fauete ergo P.C. augmento veſtro, noſtro iudicio. Nam ſi candidatus ornabitur, iam vobis proficiet, quod meretur.

F
'gloriæ.
Nam. *Romani à Gallia magiſtratus.*
'' *De mœnibus Gallicanis.* For.
* inhonoraſſet. For.
in honore.
' ergo.
Viciſſitudo grata.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Fauete ergo P.C.*] Solebant Principes ita Senatui ſuos Candidatos commendare, vt non ambitioſè, ſed iudicio dignos legiſſe viderentur. For.

¶ '' BENEDICTO VIRO HONESTO, Theodor. Rex. IV.

G
' Vet. *Hediſtio.* al. *Edito.* For.

Transferuntur aliqua bona alterius ſine alieni iuris præiudicio, & conceditur conſeruator.

DElectamur vetuſtatis inuentio, & ſequi regulas conſtitutas libenter amplectimur: quia locus ſurreptionibus non relinquitur, ' quoties rationabiliter conſtituta ſeruantur. Et ideò ſupplicationum tuarum tenore comperto, præſenti auctoritate ' definimus, vt quicquid ad Antiochum, ' Siliquatici vel Monopolij titulos exercentem, noſtra iuſſione pertinuit, ad te ratione ſimili transferatur : contra omnium calumniantium inſidias ſalua æquitate præſenti auctoritate ' munitum : habiturum etiam adminicula Saionis, quæ pro ' vindicandis titulis antefatis noſtra tibi ſolemniter auctoritas deputauit: ita tamen, vt priuatis minimè negotiis miſceatur defenſio '' tua. Nam quod ad auxilium dedimus, contrarium nullo modo iuſtitiæ ſentiatur. Quia rationabiliter aliena culpa te reſpicit, ſi quem tibi '' petis prodeſſe, per te ſibi alter ſentiat obfuiſſe.

quoties.
' definitur.
Silaquatici. *Siliquatorum & Monopolium.*
H
'munitus
' habiturus. For.
' vindicandis.
'' Vet. *veſtra.* For.

¶ '' FAVSTO PRÆPOSITO, Theodor. Rex. V.

Quod miniſtretur '' annona militibus, qui pro generali quiete inſudare naſcuntur.

CVm noſtra humanitas locum munificentiæ videatur exquirere, & interdum perſonis minùs neceſſariis, amore clementiæ, ſua deſideria '' largiatur : quantò magis in vtilitate Reip. '' delectamur expendere, vbi quicquid tribuitur, donantis vtilitas duplicatur? Quapropter illuſtrem munificentiam tuam, præſenti

'' Vet. *pietatis.*
'' Forte legendũ. *Fauſto præfecto prætorio.* Foa.
'' Vet. *largiamur.* For.
ſtabilietur. For.

auctotita

A

* aliis quoque.

auctoritate præcipimus, s ſexaginta militibus in Auguſtanis clauſuris iugiter conſtitutis, annonas, ſicut * aliis quoque decretæ ſunt, ſine aliqua dubitatione præſtare. Vt vtilitas Reipublicæ grato animo compleatur, quæ emolumentorum commoditatibus adiuuatur. Decet enim cogitare de militis tranſactione, qui pro generali quiete finalibus locis noſcitur inſudare, & quaſi à quodam porta prouinciæ gentiles introitus probatur excludere. In procinctu ſemper erit, qui barbaros prohibere contendit. Quia ſolus metus cohibet, quos fides promiſſa non retinet.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Sexaginta militibus in Auguſtanis clauſuris*] v. ita: *ſex millibus Auguſtanis clauſuris. l. 2. C. de off. Praf. Prat.* Clauſuris & burgis, & *l. 4. Cod. de off. mag. off. l. vlt. C. de off. mil. iud.* & inſcriptio epiſt. 19. huius lib. 2. Sanè in Pandect. Florentin. carcere cluſus eſt, legend. *l. 216. Verum, de verbor. ſign.* Anton. Auguſtin. *lib. 1. c. 8. Emendation.* For.

B

¶ AGAPITO v. i. PATRITIO
Theodotic. Rex vi.

Committitur legatio cuidam qui ad ipſam idoneus iudicatur.

DElibertationis noſtræ conſilium virorum prudentium requirit obſequium: vt vtilitatis publicæ ratio, ſapientium miniſterio compleatur. Et ideò illuſtris magnitudo tua, * Deo auxiliante, cognoſcat, Legationem nos ad Orientem deliberaſſe tranſmittere: cui te idoneum iudicantes, iuſſis præſentibus euocamus: * vt & tibi de æſtimatione noſtra creſcat ornatus, & noſtris iuſſionibus per te proueniret effectus. Sed licèt omnis Legatio virum ſapientem requirat, cui prouinciarum vtilitas, totiuſque regni ſtatus 1 committitur vindicandus: nunc tamen neceſſe eſt prudentiſſimum eligere, qui poſſit contra ſubtiliſſimos diſputare, & in conuentu * doctorum ſic agere, ne ſuſceptam cauſam tot erudita poſſint ingenia ſuperare. Magna ars eſt, contra artifices loqui, & apud illos aliquid agere, qui ſe putant omnia præuidere. Lætare igitur tanto iudicio: quando * ante ſuſcipis electionis donum, quam * iure potuiſſes probare ingenium.

de

* vt tibi.

C

Legati munus.

* doctorũ agere.

* ante ſuſcepiſtis.

* iuum.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Committitur iudicandus*] vet. *vindicandus.* Mutua iſtorum verborum, *iudicare, indicare, vindicare*, commutatio eſt. Seneca *lib. 50. Controuerſiarum, vlt.* D. Auguſt. *epiſt. 164.* Sed & in libris iuris frequens, *l. 3. ad Syllan. l. 18. deferre. § Veterum. D. de iur. fiſc. l. pen. ne de ſtat. defunct. l. vlt. D. ad exhib.* Florent. *ad vindicandos:* al. *iudicandos, pro, indicandos conſeior:* Et Cod. Theodoſiano, *l. pen. de fid. teſt. lib. 11. tit. 39. l. 12. indicare mittur:* leg. *vindicare*, eſt enim ſententia *l. 11. Cogi. C. de petit. hæred.* For.

D

* Sunæ. al. Synæ For.

¶ † SVRÆ v. s. COMITI
Theod. Rex vii.

Ad quendam illuſtrem, quòd marmora diruta & neglecta ad ædificia publica deputentur.

SIne vſu iacere non debet, quod poteſt ad decorem creſcere ciuitatis: quia non eſt ſapientiæ, profutura contemnere. Et ideò illuſtris * magnificentia tua marmorum quadraros, qui paſſim * diruti negliguntur, quibus hoc opus videtur iniunctum, in fabricam murorum faciat deputari. Vt redeat s in decorem publicum priſca conſtructio, & ornent aliquid ſaxa iacentia poſt ruinas: ita tamen, vt metalla ipſa de locis publicis corruiſſe, apud te manifeſta ratione doceatur. Quia ſicut nolumus ornatum Vrbis cuiuſquam præſumptione ** temeraria violari, ita priuatis compendiis calumniam deteſtamur inferri.

* magnificentia V. ſublimitas. For.

* dirupti Marmorarum.

E

** Vet. temerari. For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ s *In decorem publicum priſca conſtructio*] in vno vet. ſic legitur: *in decorem publicu re priſca conſt.* fortè ſic *in decorem publicum priſcu deſtructio.* Eò pertinet *l. 5. De tign. iunct. l. 7. D. de off. praf. vrb. l. 4. C. de op. publ. lib. 4. l. 5. C. de adif. princ. l. 2. § ſi quis nemini, l. vlt. D. Ne quid in loco publ.* Plinius *lib. 10. epiſt. ad Traian.* de loco Balinei. Pruſienſibus concedendo: *nunc deformis ruinis conſequeretur, vt fœdiſſima facies ciuitatis ornetur.* Vide infra lib. 3. epiſt. 29. For.

F

* Seuerino. For.

¶ * SEVERO VIRO VENERABILI EPISCOPO
Theod. Rex viii.

Mittitur Epiſcopo pecunia, vt paſſis ab exercitu, tranſeunte diſpendium damna reſtauret.

QVis meliùs ad æquitatis iura ** dirigitur, quam qui ſacerdotio decoratur? Qui amore iuſtitiæ s perſonaliter neſciat iudicare, & diligens cunctos in commune, locum non relinquat inuidiæ. Proinde aptam conſiderantes veſtris meritis actionem, ſignificamus nos per Montanarium ſanctitati veſtræ mille quingentos ſolidos deſtinaſſe, quos prouincialibus, prout quemque præſenti anno, exercitu noſtro tranſeunte, diſpendium pertuliſſe cognoueris, habita læſionis æſtimatione diſtribuas. Vt nullus à noſtra munificentia reddatur alienus, quem ſua damna grauauerunt. Nolumus enim ſub confuſione largiri, quod decet ſub ratione diſtribui. Ne * quod neceſſariòs * tranſmiſiſſe conſtat modo ſuperfluo tribuatur illæſis.

** Vet. dirigitur. For.

Damnum ab exercitu datum ſarcitur.

G

* quod nos.

* tranſmiſiſſe. afflictis.

NOTÆ VARIORVM.

¶ s *Perſonaliter neſciat iudicare*] *ſine perſonarum delectu:* quæ à D. Paulo 2. *ad Rom.* [illegible] dicitur; vt lex non in ſingulos, ſed generaliter in omnes perſonas concipitur, *l. 1. l. 7. iura, l. 8. neque. D. de legib.* Quintil. *decl. 254.* Phil. de mundo: [illegible]. Et Leo initio *Nouel. 25.* de lancis & legum æqualitate perelegantet Imperator Comnenus quatuor viros, iudiciis præfecit, quorum vnus erat Epiſcopus à quibus iuſiurandum exegit, vt non habita perſonarum ratione incorruptè iudicarent, [illegible]. Nicephorus Gregora *lib. 9. hiſt. Rom.* Philo Iudæus [illegible] tertium iudici præceptum tradit, [illegible]: id eſt, vt in res prius, quàm in reos inquirat: eáſque è perſona litigantium conetur abducere: veniátque in eorum quos norit obliuionem: neceſſariorum, amicorum, ciuium, rurſus alienorum, inimicorum, exterorum, ne vel beneuolentia, vel odio temerè iuſti & æqui offendantur. For.

H

¶ FAVSTO PRÆPOSITO
Theod. Rex ix.

Augetur ſtipendium cuidam ſeni, qui fuerat miniſter lætitiæ publicæ, ne mendicare cogatur.

1 INclinari precibus noſtra nouit humanitas, nec pro affectu pietatis fines poteſt iuſtitiæ cuſtodire. Be-

nigni

A

nigtu " quippe principis eſt, ad clementiæ commodum, tranſilire termioos æquitatis: quando 2 ſola eſt miſericordia, cui 3 omnes virtutes cedere bonotabiliter non recuſant. Dudum ſiquidem æſtimatis meritis, Sabino aurigæ vnum ſolidum dari menſtruū feceramus.* Nunc autem ' quæ in Iſtrio honeſta nos ſupplicatione permouit, aſſerens vt qui lætitiæ publicæ miniſter exiſtit, ' mendicitate triſtiſſima non debeat ingrauari: & ideò præſenti iuſſione ' decernimus, vt alterum ſolidum per menſem ſupra memoratus equorum moderator accipiat, quod publicis debeat rationibus imputari. " Gaudemus ' quoties expenſarum paginæ his titulis " onerantur. Quia magnum nobis ' eſt commodum, quandu nonnulla pauperibus in qualibet conuerſatione " largimur.

Solidi menſtrui aurigæ dantur. ' quamuis. ' mendicitatem triſtiſſimam. For. ' decreuimus. "V *Gaudemus cum quotiis.* For. ' quoties. " V. *honorantur.* For.

B

' & " V. *largiantur.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Inclinari precibus noſtra nouit humanitas, &c.*]

Nihil eſt quod principi faciliùs beneuolentiam ciuium concilier, quàm ſi clementem illum & pium & patriæ mitem experiantur ac ſentiant: etenim ad patiendum honorem, dos potentiſſima clementia eſſe iudicatur, vel vt cum ipſo Tacito loquar, nouum imperium inchoantibus vel ipſa clementia fama vtilis eſt. Quis igitur dubitabit quin non modo iuſtitia, ſed etiam clementia, vel vtraque ſimul principem quàm maximè deceat? nullum præterea, ornamentum principis faſtigio dignius pulchriuſque quam clementia. Bros.

¶ 2 *Nunc autem, quoniam Iſtorio*, verſiculum hunc variè ſcriptum offendimus in veteribus ſchedis: *Nunciante quamuis hiſtorio.* al. *que in Iſtrio.* al. *quoniam nec Tſtrio.* For.

¶ 3 *Sola miſericordia.*] Idem quoque Seneca de clementia. For.

C

SPECIOSO VIRO DEVOTO COMITIACO, Theodor. Rex. x.

Mandantur reſtitui bona fœmina qua dederat, & reſcinduntur contractus initi cum eadem.

PRopoſitum regale eſt, grauatis per iniuriam ſubuenire: vt * cobertio praui, iuſtitiam faciat plus amari. Nec diſſimulari poteſt, ſalua communione qua viuitur, vt 1 ſollicitatores publicos habeat a genialis thori reuerenda ſocietas, & illud Humani generis procreabile ſacramentum, ſcelerata temeritate profanetur. Agapitæ igitur ſpectabilis fœminæ ſupplicatione commoti (quæ ab vniuerſis tentatum aſſerit ſuum ſecretum, vt etiam promitterent de nece mariti, à quo iuſtè potiùs merentur extingui) præſenti iuſſione " decreuimus, vt à tempore, quo iugalem copulam animo vitiata dereliquit, omni contractu, qui leuitatis errore firmus eſſe non poteſt, legum ratione caſſato, quicquid à retentatoribus conſtiterit poſſideri, ſine vlla facias dilatione reſtitui. Ne ſcelerati ad ' illoſionem iuſtitiæ fraudum ſuarum valeant compendia vendicare. Nimis enim abſurdum eſt, ' vt quos pœna meruit conſumere, etiam ' lucrum ' ſibi valeant vendicare.

* correctio vel coercitio. For. *Abducta vxor aliena. Coniugij pudor.* " V. *decernimus.* For. *Errore contracti reſciſſio.* ' illuſionem.

D

' vt & quos. ' lucra ' ſibi vendicare.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Sollicitatores*] *alienarum nuptiarum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiti non ſint, propter voluntatem perniciosæ libidinis, extra ordinem puniuntur, l. 1. D. de extr. criminib. Paul. l. 5. tit. 4 ſent.* 12. For.

¶ 2 *Genialis thori reuerenda ſocietas.*] de tuendo coniugij pudore, Plut. in [illegible]. D. Baſil. *Orat. 7. in Hexamer.* Vxor dignitatis nomen, *l. 13. ſi is. C. de Capitu. l. 29. quæ adulterum, C. ad l. Iuliam, de adult. l.* 49. *item legato quæ, de leg. 3. l. 41. probrum, de verb. ſign. l. antep. C. de nat. lib.* Afranius apud Non. Marcellum *tuam maieſtatem & nominis matronæ ſimilitudinem.* For.

¶ 3 *Sacramentum*] D. Paul. *μυστήριον ad Epheſ. 5.* For.

E

PROVINO v. i. PATRITIO, Theod. Rex. xi.

Iteratur mandatum. Et quod huiuſmodi alienatio cognoſcitur ſolidum iudicium non habere.

INter cætera Humani generis pondera coniugalis affectus curam ſibi præcipuam vendicauit. Non immeritò, quia in honore eſſe meretur vnde reparatio poſteritatis acquiritur. 1 Omne facinus * auctores ſolos inſequitur. ' Horror matris tranſit ad filios: & nouo infelicitatis euentu, fit dedecus proprium, ſcelus alienum. Ideò ' enim iura vel diuina vel publica nexum coniugij tanta cautela præcipiunt cuſtodiri, vt crimen ſit magnum conſcientiæ, alienos effectus in reuerentiam non ' habere. Baſilius ſiquidem vir ſpectabilis datis precibus intimauit, Agapitam coniugem ſuam de propriis penatibus à quibuſdam, vitio ſollicitationis, abductam, dum ſexus ille fœmineus ad mutabilitatis vitia patet. Quod etiam oblata nobis ſupra memoratæ coniugis ſuæ petitione firmauit. Adiiciens, tam eum in ſacroſanctæ 2 Eccleſiæ ſepta refugiſſet, ignorante marito " magnitudini tuæ " calam ' Arecinatam ratione poſtpoſita contuliſſe. Vnde nunc * reſpiciens deplorat ' ingeſtam ſibimet grauiſſimam nuditatem, factum ſuum ipſa condemnans. Quippe vt pauper diuiti, caſto lubrica, prudenti viro donaret inſipiens. Nunc abiicite lucra, " quæ honeſtam non videmur commendare perſonam. Quia illud vos potius decet acquirere, quod & famam veſtram poſſit augere. Hinc etiam prius præcepta dederamus: & nunc 3 iterata iuſſione, repetimus, vt ſupraſcriptam rem ſine aliqua dubitatione reddatis, * Alienatio enim rerum ſolidum deſiderat habere iudicium. Et certè in ' his verſata rebus, firmum docetur perdidiſſe conſilium. Quid enim facere potuit probum, quæ nullis culpis exſtantibus reliquit maritum?

Affectus coniugalis. * actores ſuos. ' Error. ' omnia. ' habere. *Abducta aliena*

F

vxor. Leuitas mulierũ. Aſylum Eccleſia. "V Cod. *conſam.* For ' Arcinatiam. For. * reſpiciens. * al. reſipiens. For. ' ingeſtum. " In vno V. *quæ honeſta non videtur*

G

tur commendare perſona. For. ¶ *Secunda iuſſio lib. 1. e. 39.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Omne facinus auctores ſuos inſequitur*] *actores ſuos*, vet. habet *Omne facinus auctores ſolos inſequitur. l. 22. Sancimus, C. de pœn. l. 21. Crimen paternum, D. eod.* Bion apud Plutarch. [illegible], æquè abſurdum eſſe aiebat innocentem filium ob delictum patris plectere, ac ſi ob paternum morbum filio bona valetudine vtenti medicinam præſcriberet. Excipitur læſæ maieſtatis crimen, *l. 5. C. ad l. Iul. maieſt.* quam abrogatam nego: etſi Budæo, Duareno, Balduino videatur ſecus, verum ſingulare odium perduellionis communi iuri, de quo tit. generali de pœnis, *d. l. 22. derogauit, d. l. arg. l. 5. in toto, de reg. iur.* For.

¶ * 2 *Eccleſia ſepta*] Infra *lib. 3. epiſt.* 47. For.

¶ * 3 *Iterata iuſſione*] ſupra *lib. 1. epiſt.* 36. For.

¶ 4 *Alienatio rerum ſolidum deſiderat iudicium,*] id eſt, *προαίρεσιν*: quaſi dicat, nemo errans facilè rei ſuæ dominium transfert, aut amittit, *l. 35 ſi procurator. D. de acquir. rer. dom. l. 18. ſi ego, D. ſi cert pet. l. antepen. D. de iur. & fact. ignor.* Error autem iudicio & conſenſui aduerſatur, *l. 15 ſi per errorem. D. de iuriſd.* For.

H

COMITI SILIQVATARIORVM & portus curas agenti Theod. Rex. xii.

Ad quoſdam, quod lardum non mittatur ad exteros, ſed in vſus proprios conſeruetur.

SI deſideriis noſtris commercia peregrina famulantur: ſi prolato auro acquiritur " externa deuotio, quantò magis ſuis bonis abundare debet Italia, cum nulla in parendo probetur ſentire detrimenta? Et ideo ſpeciem ' laridi nullatenus iubemus ad peregrina tranſmitti, ſed in vſus noſtros propria diuiſione ſeruetur. Ne

" V. *aterna.* For. *Laridi ſpecies.* ' Lardi.

A quod in noſtris partibus conficitur, noxia negligentia deeſſe videatur. Cauete itaque, ne culpis quamuis parua præbeatur occaſio: ſcientes periculum grauiſſimum fore, ſi ſtudeatis vel leuiter inuiſa committere. In qualitate eſt, ' non in quantitate peccatum: ſi quidem 1 menſuram non quærit iniuria. Imperium, ſi ' in paruo contemnitur in omni parte violatur.

' nomen. ' imperio. *Indiuidua dignitas.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Menſuram non quærit iniuria. Imperium ſi in paruo contemnitur, in omni parte violatur.*] Dignitates ſunt indiuid. glo. in l. 7. D. comm. diuid. Corn. Tac. *l. 1. de Tib.* C. Imperial. §. *præterea. De prohib. feud. alien. per Frider. c. in apibus.* 7. q. 1. c. *maioris, extr. de preb.* Qui autem hominis teſigit, totum hominis corpus affeciſſe iniuria videtur, *l. 21. vulgaris, D. de furt.* FOR.

B

* FRVINAIL SAIONI, Theod. Rex XIII.

An quendam virum ſublimem quod fideiuſſorem liberare ſtudeat principalis.

' Fruinſeri. al. Fruinatre Saioni, al. Brunmathro Saioni. FOR.

COmmouerunt ' quidem pietatis ſtudio querela ſupplicum: ſed ea maxime, quæ verſatur in diſpendiis innocentum: vt quibus non fuerint in 1 exigendo compendia, grauem ſubeant in reddendo iacturam. Quod noſtri temporis manifeſtum eſt, non decere iuſtitiam, vt alterius deſpectus 2 alterum grauet, & reatus ſit innoxiis de contemptibus alienis. " Vlpianus ſiquidem flebili petitione ſuggeſſit, adminiſtrationis ſuæ tempore debitorem publicum in quadringentis ſolidis Venantio poſtulanti, fideiuſſionis ſe vinculo tradidiſſe. Quo ſponſionem ſuam præſumptione truculentum tuiticorum deſpiciente complere ſupplicem memoratus ſolidorum numerus onerauit. Ideoque prædictum Venantium, quem frequenter multorum ſcelerum pulſat inuidia, uotum ſolummodo querelis aſſiduis, C in præſenti negotio decernimus conueniri: vt legaliter conuictus, ea quæ promiſiſſe ſuggeritur, ſine aliqua mora tergiuerſationis adimpleat. Quis melius ſemper legum pondere preſſa curatur audacia: 3 & dum metus talibus imponitur, peccandi licentia non præbetur.

' ſiquidem. " Vlpianus. FOR.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Exigendo.*] Exactor publicus, qui fideiuſſorem idoneum accipit, fideiuſſore non ſatisfaciente, non tenetur. FOR.

¶ 2 *Alterum grauet.*] Nemo innocens alieno debet odio laborare, *l. 33. Si quis ſuo, D. de inoff. teſt.* quod in regulis iuris à Bonifacio collectum eſt, *c. Non debet, de reg. iur. 6.* FOR.

D ¶ 3 *Et dum metus talibus imponitur.*] eadem ſententia inculcatur ab auctoribus *l. 16. aut facta ſi. l.* 28. *Capitalium, §. famoſos, de pæn.* acerbitas plerumque vlciſcendi maleficij benè atque cautè viuendi diſciplina eſt. Sext. Cæcilius apud Aul. Gell. *l. 20. c. 1.* FOR.

¶ SYMMACHO PATRITIO, Theod. Rex XIV.

Priuatur filius qui in parentes proprios manus iniecisſe dicitur violentas.

Patrem violare, nefas. * ſenuerit. FOR. " V. *hoſtem.* FOR.

QVis poſſit accuſare iam reliqua, ſi pietatis nomina probantur eſſe crudelia? Negligitur leuis reatus, cum tragœdia criminis magna * tonuerit, nec aliquis nititur, quod paruum eſt vindicare, ſi delicta ſumma reſpiciantur euadere. Inimicum " trucem ratio ipſa profeſſionis oſtendit: iratum plerunque poteris inuenire collegam: inobedientem verò filium declinare pœnas, non permittit humanitas. Vbi eſt illa naturæ vis, quæ amplexu copulæ deſtinatus ad poſteros? Ferarum catuli ſequuntur parentes: à ceſpite ſuo virgulta non diſcrepant: propago vitis propriæ ſeruit origini, & diſcrepat homo à ſuo fuſus initio! Quid dicamus illa beneficia, quæ vel ' extraneam poſſunt obligare perſonam? Nutriuntur à paruulis, 1 ipſis laborantes, ipſis diuitiæ conquiruntur: & cum ſibi vnuſquiſque credat abundare quod poſſidet, cum à patribus adhuc quæritur, pro altera potius ætate peccatur. Proh dolor, non ' mærebimus eorum affectum, pro quibus ſubire non recuſamus exitium? Maria ipſa, ſæuis tempeſtatibus excitata, genitoris cura non refugit: vt peregrinis mercibus acquirat, quod propriæ ſobolis derelinquat. Aues ipſæ, quarum vita ſemper in eſcis eſt, naturam ſuam extranea ſorde non maculant. 2 Ciconia redeuntis anni iugites nuntiatrix, eiiciens ſuſtitiam hyemis, lætitiam verni temporis introducens, magnum pietatis tradit exemplum, nam cum parentes eorum pennas ſenio coquente laxauerint, nec ad proprios cibos quærendos idonei potuerint inueniri, plumis ſuis genitorum membra frigida refouentes, eſcis corpora laſſa reficiunt: & donec in priſtinum vigorem ' alis grandæua redierit, pia viciſſitudine iuuenes reddunt, quod à parentibus paruuli ſuſceperunt. Et ideò non immeritò longa vita ſeruantur, qui pietatis officia non relinquunt. Perdicibus etiam mos eſt, oua perdita per alterius matris damna ſarcire: vt 3 adoptione alienæ ſobolis incommoda ſuæ ' reparent orbitatis, ſed mox, vt nati fiduciam habere cœperint ambulandi, ad campos exeunt cum nutrice: qui vt fuerint materna voce commoniti ouorum ſuorum potius genitricem petunt, quamuis ab aliis, furtiuis fœtibus, educentur. Quid ergo homines facere debebunt, quando & hanc pietatem ' 4 auibus ineſſe cognoſcunt? Romulum itaque qui facti ſui acerbitate pollutus, nomen fœdat Romanum, ad veſtrum facite venire iudicium: & ſi cum patri ſuo Martino manus iniecisſe conſtiterit, protinus legitimam ſentiat vltionem. Quia ideò elegimus mores veſtros, quia crudelibus parcere non poteſtis. Quando genus pietatis eſt, ' in illos diſtringere, qui contra naturæ ordinem ſceleſtatis ſe docentur actionibus miſcuiſſe.

E *Filij obſequantur parentib.* ' extranea. ' merebimur. *Ciconia pietas.* F ' ales. *Perdicis natura.* ' renouent. ' manibus eſſe. G *Genus pietatis impios punire.* ' illos.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ipſis laboratur, &c.*] Simplicius apud Epictetum de cauſa, ortu, vi & effectu patriæ poteſtatis apud Romanos vſurpatæ diſſerens eandem propemodum, quam hic Caſſiodorus expreſſit ſententiam his verbis, [illegible] Quintil. *declam. vet.* Quædam animalia, &c. p. 218. & ſeq. Adoptione alien. Sob. & poſt eligimus mores veſtros. Euripideum illud ex Erechtheo profertur à Stobæo *cap. 74.* præſtantiores oportet iudicare naturales adoptiuis, [illegible] FOR.

H

¶ 2 *Ciconia.*] Ariſtot. Oeconom. [illegible]: Quintil. *declam.* 387. FOR.

¶ 3 *Adoptione alienæ ſobolis.*] Theop. *de adopt.* Cornel. Tacit. Aul. Gel. *lib. 5. cap. 19.* Timotheus Epiſcopus *lib. 2. ad Eccleſiam Catholicam Multi filios non habentes, quærunt quibus ſubſtantiam propriæ facultatis addicant: id eſt, quibus vmbratile aliquod propinquitatis nomen inſcribant, quos ſibi quaſi adoptatos imaginarij parentes filios faciant: & in locum eorum qui non ſunt pignorũ perfidia generante ſuccedant l. pen. C. de adopt.* FOR.

¶ 4 *Auibus ineſſe.*] vet. *in auibus eſſe*, inimicum trucem ratio, &c. Sic ratiocinatur Tullius *in Roſciana*, & Lucian. epigram. [illegible]

¶ VENAN

¶ VENANTIO VIRO ILLVSTRI, Theod. Rex xv.

Ob gratioſa merita patris, promouetur filius ad honorem.

PRouidentiæ noſtræ ratio eſt, in tenera ætate merita futura tractare, & ea parentum virtutibus prolis iudicare ſucceſſus. Quia bona certa ſunt, quæ fidem ab exordio trahunt, dum origo neſcit deficere, quæ conſueuit radicitus pullulare. Fertur etiam curſu perenni fontium vena vitalis, & hanc conditionem ſuſtinent cuncta manantia, vt ſapor, qui conceſſus eſt origini, niſi per accidentia " fuerit fortè vitiatus, neſciat riuulis abnegari. Hinc eſt, quod te magnifici patris meritis æſtimatum Comitiuæ Domeſticorum Vacantis honore prouehimus: Vt qui es clarus ſtemmate, ſplendeas dignitate. Quis enim vitæ, quamuis " futura, tamen certa non teneat, dum glorioſi patris recolas officioſos labores? qui prudentiæ ratione flammatus, ſic fuit ad repentina ſollicitus, quaſi per moram crederetur inſtructus. Præfecturam enim, ſollicitudinum omnium nobiliſſimum pondus, quod vel ſolum fuiſſet expedire laudabile, iuncta exercitus noſtri cura diſpoſuit: vt nec prouinciis ordinatio deeſſet, nec exercitui ſe prouida ſollicitudo ſubtraheret. Superauit cuncta infatigabilis & expedita prudentia, traxit mores barbaros ad quietem, in votum noſtrum cuncta moderatus eſt, vt ſic accipientibus ſatis faceret, ne dantes locum querimoniis ' inueniret. Verùm vt de plurimis pauca ſufficiant, probauit de ſe tanta, vt eligeretur eius inexplorata poſteritas. Inter ' hæc tamen generis ornamenta, quod " maximum pulcherrimæ nobilitatis ' indicium eſt, nec tuorum indiges " ſuffragiis meritorum. Literarum ſiquidem ſtudia, quæ cunctis " honoribus ſuo ſunt digna ſuffragio, ſedulus perſcrutator aſſequeris, addens claritati generis ingenium ſuauiter eloquentis. Incumbe ergo talibus ſtudiis, arma quæ in te remunerata cognoſcis: vt noſtra ' quoque iudicia cum tuis prouectibus tendas. Tantum enim a nobis exigis, quantum te bonis actibus imminere cognoſcis.

§ SENATVI VRBIS ROMÆ, Theod. Rex. xvi.

Super eodem.

STudij noſtri eſt, P.C. remunerationem recto conferre propoſito, & bonæ indolis viros ad inſtituta meliora fructu impenſæ benignitatis accendere. Nutriunt enim præmiorum exempla virtutes: nec quiſquam eſt, qui non ad morum ' ſumma nitatur aſcendere, quando irremuneratum non relinquitur, quod conſcientia teſte laudatur. Hinc eſt, quod illuſtrem ' Venantium, tam ſuis quàm paternis meritis ' elucentem, Comitiuæ Domeſticorum Vacantis dignitate ſubuehimus: vt natalium ſplendor inſitus ornatior collatis redderetur honoribus. Retinetis enim, P.C. patritium Liberium & in aduerſitate noſtra fuiſſe laudabilem, qui ſic Odouacris integerrimis parebat, obſequiis, vt noſtra poſt fuerit electione digniſſimus, contra quos multa feciſſe videbatur inimicus. Non enim ad nos viliſſima transfugæ ' conditione migrauit: nec proprij domini finxit odium, vt alterius " ſibi procuraret affectum. Expectauit integer diuina iudicia, nec paſſus eſt ſibi Regem quærere, ' niſi primitus perdidiſſet. Vnde ſic factum eſt, vt ei libenter daremus præmium, quia noſtrum fideliter iuuit inimicum: qui caſu patrocinante contrario tantum nobis reddebatur acceptius, quantò tunc cognoſci poterat indeuotus. Flexo iam domino penè nullis eſt terroribus inclinatus: ſuſtinuit immobilis ruinam principis ſui, nec nouitas illum turbare potuit, ' quem etiam ferocitas gentilis expauit. Prudenter eſt ſecutus communes caſus: vt ' cum diuina iudicia fiat ' ſuſtineret, humanam " gratiam commendatior inueniret. Probauimus hominis fidem: triſtis ad iura noſtra tranſiuit, qui ſuperatus animum conuertit, non autê vt vinceretur effecit. Cui mox vt Præfecturæ Prætorianæ conceſſimus dignitatem, credita ' ſibi tanta integritate diſpoſuit, vt miraretur aliquis ſic ſimpliciter deuotum, quem tam caſidè nouerat fuiſſe contrarium. " His igitur ' infatigabili cura, quod difficillimum virtutis eſt genus, ſub generalitatis gratia publica ' videatur procuraſſe compendia, cenſum non addendo, ſed conſeruando proteudens, dum illa quæ conſueuerant malè diſpergi, bene induſtria prouidente collegit. Senſimus auctas illationes, vos addita tributa neſcitis. Ita vtrunque ſub admiratione perfectum eſt, vt & fiſcus creſceret, & priuata vtilitas nulla damna ' perferret. Iuuat nos referre, quemadmodum in Tertiarum [1] deputatione Gothorum, Romanorumque ' poſſeſſiones iunxerit & animos. Nam a cum [2] ſe homines ſoleant de vicinitate collidere, iſtis prædiorum communio cauſam noſcitur ' præſtitiſſe concordiæ. Sic enim ' contigit, vt vtraque natio dum communiter viuit, ad vnum velle " conuenit. Et factum nouum, & omnino laudabile gratia dominorum de ceſpitis diuiſione coniuncta eſt: amicitiæ populis per damna ' creuere, & ex parte agri defenſor acquiſitus eſt, vt ſubſtantiæ ſecuritas integra ſeruaretur. Neceſſe eſt enim, vt inter eos ſuauis creſcat affectus, qui ſeruant iugiter terminos conſtitutos. Vna lex illos & æquabilis diſciplina complectitur. Debet enim Romana Reſpublica, & memorato Liberio tranquillitatem ſuam, qui nationibus tam præclaris tradidit ſtudia caritatis. Perpendite, Patres Conſcripti, ſi hanc ſobolem irremuneratam relinquere debuimus, cuius auctorem tot eximia feciſſe retinemus. Faueant ſuperna diſpoſitis: vt ſicut nos virtutes, ' collatis beneficiis, inuitamus: ita creuiſſe meritis honoratas conſcientias approbemus.

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Tertiarum deputatione.*] vet. *in tertia deputatione.* perperam: nam tertiarum illationes, deputationes, exhibitiones epiſtola ſequenti, & 37. huiuſce libri, al. *Thermarum.* For.

§ 2 *Cum ſe homines ſoleant de vicinitate collidere, iſtis prædiorum communio cauſam noſcitur præſtitiſſe concordiæ.*] Scitum eſt ea rerum communione inter ſocios diſcordias excitari. *l. 77. cum pater.* §. *dulciſſimis. de leg.* 2. Theophil. §. *quadam. de actionibus.* Ideò eſſe comparata iudicia diuiſoria, vt communio, ex qua lites oriri ſoleant, tolleretur, [illegible] *l. vlt. C. comm. diuid. lib. 84. cum amplius. de reg. iur. l. 1. quand. & quibus quart. pars deb. C. lib.* 10. Ariſtot. *lib.* 2. *cap.* 3. Politicorum. Mamertinus *in Panegyric.* quem Maximiano dixit elegantiſſimè. Vbi obiter pro æmulationis ſtipulis, emendabis, ſtimulis. Plutarchus de Tuberonum familia in vita Marcel. For.

§ HONORATIS POSSESSORIB. DEFENSOR. & curialibus " Tridentinæ ciuitatis Theod. Rex xvii.

Quod releuentur abſolutione tributorum pro rata conceſſionis.

MVnificentiam noſtram nulli volumus extare damnoſam: ne quod alteri tribuitur, alterius diſpendiis applicetur. Et ideò præſenti auctoritate cognoſcite, pro ſorte, quam " Butiliano præſbytero noſtra largitate contulimus, nullam debere " ſoluere fiſcalis calculi functionem: ſed in ea præſtatione quanti ſe Solidi comprehendunt, de Tertiarum illationibus vobis noueritis eſſe releuandos. Nec inferri à quoquam volumus, quod ' alteri noſtra humanitate remiſimus: ne, quod dictu nefas eſt, benemeriti munus innocentis contingat eſſe diſpendium.

A

¶ GVDILÆ EPISCOPO, Theod. Rex. XVIII.

Non debet quis in ſeruitium trahi, qui iuuere noſcitur gratia dignitatis.

PRiſcarum legum reuerenda dictat auctoritas, vt naſcendo Curialis nullo modo poſſit ab origini ſuæ munus diſcrepare, nec in aliud Reipublicæ officium trahi, quo tali præiuditus fuerit ſorte naſcendi. Quòd ſi eos vel " ad honores tranſire iura vetuerunt, quam videtur eſſe contrarium, " Curialem Reipub. amiſſa turpiter libertate ſeruire? & vſque ad conditionem perueniſſe poſtremam, ˋ quem vocauit Antiquitas 1 Minorem Senatum? Nouerit itaque reuerentia veſtra, ˋ Sarſenates municipes collegas ˋ ſuos aſſeruiſſe, Eccleſiam veſtram irrationabiliter ſibi velle defendere. Vnde prouidentia veſtra, pro integritatis ſuæ propoſito examinata veritate, diſcutiat quæ veniunt in querelam: & ſi 2 deſideria petitorum veritate ſubſiſtunt, pro implendis muniis eos ad Curiam ſuam remeare permittat. Si verò clero veſtro creditis in eis aliquid rationabiliter ſuffragari, ad noſtrum Comitatum ˋ inſtructam perſonam modis omnibus deſtinate, quæ aduerſariorum debeat intentionibus obuiare. Quòd ſi de negotij qualitate ˋ dubitatis, conuenit ˋ ſacerdotalibus inſtitutis, vt ante controuerſiam iuſtitiam magis ipſe ˋ cognoſcas, quàm de iudicio victus ˋ abſcedas. Talem ſiquidem non oportet publicè ſuperari, quem amatorem æquitatis conuenit inueniri.

Conditio curialis.
" V. ad honorem. For.
" Non autem. Curionem Reipub. For.
ˋ quam.
ˋ Sarcinates. Suos.
ˋ ſuas.

B

ˋ inſtructam modis.
ˋ dubitabis.
ˋ ſacerdotibus.
ˋ cognoſcat.
ˋ abſcedat

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Minorem Senatum.*] Infra *lib.6.epiſt.3.& lib.9. epiſt.7.in fine.* For.

¶ 2 *Deſideria petitorum.*] Si preces veritate nitantur, mendax precator careat impetratis, *l.3. D. de in integ. reſt.l.pen.l.vlt.C ſi contra ius, vel vtil.publ.l.vlt.C. de diuer.reſcript.* For.

C

VNIVERSIS GOTHIS ET ROMANIS, & his qui portubus vel † 1 cluſuris præſunt Theodor. Rex. XIX.

ˋ Clauſuris.

Priuantur malefactores qui proprium dominum occiderunt.

CVncta ˋ quidem iure deteſtamur ſcelera, & omne quod iniquum eſt clemens execratur ˋ auditus: ſed ea maximè, quæ humani ſanguinis effuſione polluta, noſtram ˋ contra ſe incitauere cenſuram. Quia enim ferat, in 2 domeſticis præſidiis locum fuiſſe periculis: & ibi inuentum dulcis vitæ exitum, vnde naſci debuerat defenſionis auxilium? Et ideò præſenti iuſſione mandamus, vt in famulos, qui Stephanum dominum ſuum plectibili ſcelere trucidantes, 3 inhumatam quoque reuerentiam eius funeris abiecerunt, ˋ legum diſtrictione " reſecetis. Quatenus qui exemplis prouocantur peſſimis, pœnis arceantur ˋ aſpectis. Proh dolor, pietas in auibus inuenitur, quæ ab humana conditione deſeritur. Vultur ipſe, cui vita eſt cadauer alienum, tantæ magnitudinis ˋ corpus nec exiguia alitibus probatur infeſtus, ſed magis accipitrem, vitam plumigerum auium perſequentem, alia cædit, ore ˋ dilaniat, totóque ſuo * pondere periclitantibus nititur ſubuenire. Et homines parcere nequeunt, cuius ſe genua eſſe cognoſcunt? Ille non vult extinguere, * quos ˋ poterat veſci: ſerui maluerunt occidere, qui eos ſuperſtes conſueuerat enutrire. Fiat ergo paſtus pij vulturis, qui necem potuit crudeliter deſiderare paſtoris. Tali potiùs ſepulchro recipiatur, qui dominum reddidit inſepultum.

ˋ ſiquidè.
ˋ auditor.
ˋ in ſe.
Cruorū qui dominos occiderint, pœna.

D

ˋ legis.
" reſecari For.
ˋ leg. aſpectis. For.
Pietas in auibus.
ˋ corus.
ˋ delaniat
* pectore For.
* quo. For.
ˋ quæ.
Inſepultum.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Vel cluſuris*] in vno vet. *Vel clauſtris.* Vide ſup. hoc lib. epiſt.5. For.

¶ 2 *Domeſticis præſidiis.*] Vlpian. Cùm nulla domus tuta eſſe poſſit, niſi periculo capitis ſui cuſtodiam dominis tam ab domeſticis, quàm ab extraneis præſtare ſerui cogantur; ideò ſenatuſconſulta introducta ſunt de publica quæſtione à familia necatorum habenda, *l.1.de SC.Syllan.* Seneca *lib.1.c.16.natur.q.* Plin. *in epiſt.* For.

¶ 3 *Inhumatam quoque reuerentiam eius funeris abiecerunt*] malim ſic, quanquam ſcriptis libris repugnantibus, *inhumatò quoque eius funeris reuerentiam abiecerunt.* Porrò veterum de ſepultura cura leges & exempla commemorare neceſſariis ſit vel indice oſtendiſſe, *tit. de relig. & ſumpt. fun. l.penult. de cond. ſuſt.* Lactant. *lib.6.cap 22.* Agathius *de bello Gottico lib.2. ſub finem,* Petron. Arbiter *extremo Satyrici,* Val. Max. *lib.6.c.3.* de ſeueritate, Ælian. *lib.12. hiſt var.* de Alexand. Magno, & infrà huius lib. epiſt. 22. Sed de iis alius olim, vt ſpero, differendi locus dabitur. For.

E

F

† VNILIGIS SAIONI, Theod. Rex. XX.

ˋ Vulgi. Saioni, al. Villicis al. Vuiligis. For.

Capiantur naues onerata frumento, & mittantur ad exercitum.

OMnes decet gratanter impendere, quòd publicas ˋ vident vtilitates poſſe reſpicere: quando neceſſe eſt, ˋ hæc membra ſentire, quod corporis ſumma ſentitur. Atque ideò præſenti " decernimus iuſſione, vt quantas in Rauennati vrbe ˋ falcatorias potueris reperire frumentis ˋ fiſcalibus oneratas, ad nos vſque perducas. Quatenus ˋ alimonia publica tali prouiſione releuata, neceſſitatem inopiæ non ˋ debeat ſuſtinere. Reddat Rauenna copiam Liguriæ, quam ex ipſa conſueuit accipere. Nam quæ præſentiam noſtram ſuſtinet, multorum debet ſolaria reperire. ˋ Trahit obſeruantium cateruas Comitatus noſter: & dum ad beneficia præſtanda curritur, " neceſſariò populis copia poſtulatur.

Theodericus frumenta iubet in aulam comportari.
ˋ videantur
ˋ hoc.
" V decernimus. For.

G

ˋ falcatorias V. calcatorias For.
ˋ faſcalib.
ˋ alimoniis.
ˋ debeant
ˋ Trahit enim.
" V. neceſſaria. For.

IOANNI APPARITORI, Theod. Rex. XXI.

Quòd reducat ad culturam partem eam contingentem de paludibus, aut eam reddat.

GRaue ˋ nimirum eſt, vt fructu laboris ſui fraudetur induſtrius: & cui ˋ adhibetur pro ſedulitate conferri præmium, diſpendium patiatur iniuſtum: in ea præſertim re, quæ ad noſtram reſpicit largitatem: ˋ cui nihil " debet licere negligentiæ, ne videamur minùs profutura ſanxiſſe. Dudum ſiquidem Spei & Domitio, ſpectabilibus viris, loca in ˋ Spoletino territorio, cœnoſis fluentibus inutiliter occupata, largitas noſtra conceſſerat, vbi aquarum vaſta profunditas terrenam gratiam in nullos vſus ˋ profuturam abſorbuerat. Iacebat tellus naufraga, paluſtri * ˋ tempore confuſa, & ſub vtroque iactata diſpendio: nec aquarum puros liquores meruerat & decus terrenæ ſoliditatis amiſerat. Hoc nos, quibus cordi eſt, in melius cuncta mutare, ſupra memoratis tali conditione conceſſimus, vt ſi eorum ˋ opera vel labore turpis deſiccaretur illuuies, ipſis liberata rura proficerent. Sed quantum ˋ actorum Spei loquitur ingeſta petitio, Domitij viri ſpectabilis vitio, dum immemor iuſſionis tenaciter parcit expenſis, * ad iuitium reuocatus eſt labor operantium, cùm iam in Solis faciem paulatim mollicies ſiccata dureſceret, cælatámque longa voracitate tellurem Sol inſuetus afflaret. Quod nos nequaquam negligi poſſe patiemur, vt bene ˋ accepta inuida deſtruantur ignauia. Proinde deuotio tua præfatum Domitium moderata executione conueniat,

Emphyteuſis à negligēte reuocata.
ˋ nimis. For.
ˋ debetur.
ˋ vbi.

H

" V. debetur. For.
ˋ Spolitano vet. in Poline. For.
ˋ profuturos.
* corpore
ˋ torpore.
ˋ opere auctionem.
* ad ſtrictū vel initiū For.
ˋ cepta. For.

vt

A vt acceptæ rei ſedulus operator immineat, aut ſi hoc ſibi ſumptuoſum eſſe crediderit, propriam cedat ᵃ ſupplicantibus portionem. Oportet enim, vt ſi ᵇ opera poſtulata nequit efficere, conſortem beneficij, gloriam noſtri ᶜ temporis, permittat implere.

ᵃ V. *Supplicanti.* For. ᵇ ipſe. For. ᶜ corporis.

ᵈ FESTO v. s. PATRITIO Theod. Rex XXXI.

Quòd mittantur filij ad ſepeliendum patrem eorum defunctum.

ᵈ Fauſto For.

AEquum eſt, 1 vt commodet ſe regalis pietas Fati vulnere ſauciatis: quia erigi plus merentur, quos fortis ſuæ aduerſa preſſerunt. Atque ideò magnificentiæ tuæ præſenti auctoritate declaramus, vt ᵉ Hecdirij filios quod in Vrbe primitus reſidere cenſuimus, ad patriam cum genitoris ſui funere, votiuo quidem redito, ſed acerbo caſu, remeare iubeatis. Ne ᶠ eorum deſideriis abnegatis, 2 vulnus geminetur afflictis: & quod nefas dictu eſt, qui dolorum ᵍ nubila, noſtra ſemper ſerenitate, detergimus, nunc miſeris pias lacrymas denegare videamur. Inſatiabilis quippe fletus eſt, qui humandis non finitur corporibus intereſſe: dum ſemper ſe reum iudicat, qui cineribus iuſta non præſtat. Priamus quanto pretio ſepeliendum Hectorem redemit? rogauit furentem, ſupplicauit armato, vitámque ſuam exponere maluit, vt cadaueri debita non negaret. Et quoniam in ʰ his perſonis mutua ſunt officia pietatis, iniquum eſt filium genitori gratuito non impendere, quod patrem magnis talentis conſtitit effeciſſe.

ᵉ Codidij. B ᶠ horum. ᵍ nobila. *Sepulturæ cura.* ʰ iis.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Vt commodet ſe regalis pietas.*] vet. *vt ſe commodet benignitas regalis fati.* Conueniunt quæ à Iureconſultis de cadaueribus damnatorum ſepeliendis diſputantur *lib.*48. *Pandect. tit.vlt.* Arrianus *in Epictetum. lib.*1. *cap.*9. Petron. arbiter. *fragm. Satyrici*, de cura ſepulturæ, huiuſce lib. epiſt. 19. For.

C

¶ 2 *Vulnus geminetur afflictis.*] aduerſa fortuna vtentibus non eſt calamitas nouo dolore cumulanda. In eandem ſententiam. *l.* 6. *de iure dot. l.*14. *Diuus. de off. præſid.* For.

¶ AMPELIO, DISP. & ⁱ THEODVLO ᵏ v v v. ss. Theod. Rex XXXII.

Oneribus ſuperfluis non grauentur qui ſunt vtilitatis publicæ ſeruitiis occupati.

ⁱ Ampelio. ⁱ Theodulo. ᵏ Viris ſublimibus.

DEcet noſtri temporis diſciplinam, vt qui publicis vtilitatibus ſeruiunt, ſuperfluis oneribus non grauentur. Nec dignum eſt, vt cuiuſquam lædat inuidia, noſtris moribus ordinata. Quapropter ˡ figulinis regia vobis auctoritate conceſſis, 1 opera * nauanter impendite. Nec vereamini ad ᵐ alias vos actiones poſſe ⁿ traduci, à quibus iniuncta præſentia vlla credimus explicari. ᵒ Ceſſauit ergo ᵖ contra vos improborum nefanda præſumptio, & obſcuris dolis effectum noſtra tollit auctoritas. Incaſſum enim odit, cui ſe principalis clementia obiecerit.

Figulinarum conceſſio. ˡ figulis vſus. D * ouanter. ᵐ al. ornanter. ᵐ alias actiones. ⁿ tranſduci. ᵒ V. *ceſſet.* For. ᵖ circa. For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Operam nauanter imp.*] in duobus manuſc. *operam ouanter imp.* aliàs *ornanter.* Idem Caſſiod. poſt epiſt. 33. *nauanter inſiſte.* quo loci tamen vetus cod. habet, *grauanter.* For.

SENATVI VRBIS ROMÆ Theod. Rex XXIV.

E

Quòd maiores non grauentur vltra debitum in præſtatione debitorum.

COnſtat, Senatum populis viuendi regulam præſtitiſſe. Nam quod ornat nomen Romanum, a vobis legitur inſtitutum. Ad hoc Patres in illo principio nominari, vt quaſi filiorum per vos poſſit vita componi. Vos enim deuotionem prouinciis, vos priuatis iura decreuiſtis, & ad omnes iuſtitiæ partes ᵃ ſubditos parere libenter docuiſtis. Et ideo non decet inde ſignum ᵇ reſultationis exire, vnde exemplum potuit moderationis effulgere. Quod noſtra clementia, cui cordi eſt, rerum omnium tenere menſuram, in veſtram notitiam credidit perferendum. Ne magis ignorantia nutriatur exceſſus, ſub quorum conſcientia error non poteſt eſſe perpetuus. Igitur prouincialium ᶜ iudicum relatione, ad magnificum virum Præfectum prætorij directa, comperimus, ſic primæ tranſmiſſionis tempus exemptum, vt nihil aut parum à Senatoriis domibus conſtet illatum. Allegantes, per hanc difficultatem tenues deprimi, quos magis decuerat ſubleuari. Fieri enim, vt exactorum nimietas, dum à potentibus contemnitur, in tenues conuerſa ᵈ graſſetur, & ille potius ſoluat aliena, qui eſt deuotus ad propria: prætereà multò acerbiora iungentes, quod pro ſua quiſque voluntate aliquid exigentibus dignetur obiicere. Quæ tamen omnia detrimenta Curialibus dicuntur infligi: vt qui in vſus publicos fuerant noſtra prouiſione reparati, contumacibus diſtrahantur iniuriis. Atque ideo P. C. qui finem nobiſcum Reipub. debetis amiſſum, ſic æquabiliter ordinate, vt quicquid vnaquæque domus Senatoria profitetur, deſtinatis procuratoribus per prouincias trina illatione perſoluat. Aut certè, quod in locum beneficij ſolebatis expetere, arcæ Vicarianæ ſedis, ſi id diligitis, vniuerſa complete: ne neceſſe ſit curiali per multiplicem & inefficacem conuentionis laborem in exiguis veſtris illationibus ſua potius damna ſuſcipere, eueniátque deteſtabilis caſus: ᵉ vt qui functionem propriam via priuerat ſuſtinere deuotus, alienis oneribus prematur infirmus. Quod nos, ſalua ciuilitate diſſimulare non poſſumus, vt ſine acerbitate belli rebus ſuis exuãtur oppreſſi, & illi magis pereant, qui Reipub. parere feſtinant. ᶠ Hoc etiam nos edictali programmate in cunctorum noueritis prouincialium notitiam pertuliſſe, vt liberè prorumpat in publicum, qui ſe alienæ functionis pondere nouit oppreſſum, relaturi à nobis iuſtitiæ fructum, qui feſſis nouimus dare præſidium.

Ornamentum Rom. nominis, à Senatu. Ne poſſeſſores pauca illaturum in tenuiores transferant. ᵃ V. *ſubiectos.* For. F ᵇ V. *moderationum.* For. ᶜ iudiciis. For. *Exactores.* ᵈ craſſetur. For. G ᵉ V. *&* *vai.* For. ᶠ V. *nos* fortè *nunc.* For.

EDICTVM THEODERICI Regis XXV.

Super eodem.

QVamuis ſit querula vox doloris, nec ſe contineant immuniti & læſus animus vociferatione paſcatur: tamen liberior ſermo promitur, ᵍ ſi noſtra auctoritate laxatur. Deteſtamur enim, miſeros premi: commouemur & non querentium malis: velociúſque ad nos peruenit, quod diſſimulatio parentis abſcondit. Meritò, quando cunctorum nos reſpiciunt auido ore læſiones. Dum illud pietati noſtræ perire credimus, quod per ʰ mediocrium damna ſentimus. Nuper itaque prouincialium iudicum relatione comperimus, domos quaſdam præpotentium ſuas non implere per ordinem functiones. Hinc fieri, vt dum illationis quantitas procurari quæritur à tenuibus, ſumma potior exigatur. Superbia ⁱ deinde conductorum canonicos Solidos non ordine traditos, ſed ſub iniquo pondere imminentibus fuiſſe proiectos: nec ᵏ vniuerſam ſiliquam, quam reddere conſueuerant, ſolenniter intuliſſe. Proinde factum

H *Dolorem tegere.* ᵍ V. *qui noſtra.* For. ʰ mediocrum. ⁱ V. *dominum,* For. *Canonici Solidi.* ᵏ immenſam.

A

eſt, vt Curiales quibus nos volumus eſſe proſpectum, imminentium ſollicitudine coacti, grauia damna ſentirent, & ſi dici fas eſt, cum alienis debitis ſub truculentis ' compulſionibus vrgerentur, poſſeſſionum quoque ſuarum amiſſione priuati ſunt. Quod ſcelus vt debeat amputari, ad reuerendiſſimum quoque Senatum præcepta tranſmiſimus, & nunc edictali programmate ' definimus, vt quiſquis Poſſeſſorum ſiue Curialium grauatum ſe ſenſerit in aliena calculi functione, ad noſtræ ſerenitatis audientiam venire deproperet, ſciturus, nobis priores exceſſus omnino diſplicuiſſe, cum viderit profutura ſuccedere. Patuit ergo vobis arbitrium iuſti principis, quamuis multis ſemper declaretur ' iudiciis. Nunc autem ſub ſilentio patientiam doloris " abducite, aut ſub iuſtitia iter vocis aperite. " Iam in vobis erit huius ſumma conſilij, quibus adiacet eligere, quod vobis proſpicitis expedire.

B

* FAVSTO PRÆPOSITO. Theod. Rex xxvi.

Quod Apulcia & Calabria negociatores publici non grauentur.

' NVllius compendiis delectamur iniuſtis: nec ad animum noſtræ pietatis perueniunt, quæ probitatis gratia deſeruntur. Reſpub. ſiquidem iure ſemper æquitatis augetur: & cum temperantia diligitur, velociter profutura ſuccedunt. Atque ideo illuſtrem magnificentiam tuam, Negociatorum Apuliæ ſiue Calabriæ ſupplicatione permoti, duximus, inſtruendam, vt frumenta quæ per ſupradictos negociatores publico comparantur, non iterum ab eiſdem interpretij nomine Solidorum quantitas exigatur. Nam ſi coëmptam ſpeciem expenſis publicis neceſſitatem non habetis, ab obſequio veſtro ſuſcepta " moderatio fideliter ' diſtrahatur, euentum rei ratio fiſcalis habitura eſt, quæ iniuſte videtur impoſuiſſe ' quod reſpuit. [Nimis enim iniquum eſt, vt ille 1 patiatur diſpendium, qui in pretium fecit alienum: pari conditione cenſentes de ſextariu quoque, quem negociator eius prouinciæ videtur inferre: ne quis audeat damnato ſemper pretia proteruus exigere: & vt validius retundamus exceſſus, pœnam xxx. librarum auri ſedis noſtræ præfectis imponimus, ſi quis contra hæc ſaluberrima conſtituta auſu temerario venire tentauerit. Officium verò decem librarum auri diſpendio ſe nouerit eſſe feriendum, ſi inhibitas præſumpſerit exequi iuſſiones. In illa quoque parte Faſſis clementia noſtra ſe porrigit, vt ſi penſionem ' huius tituli Siliquario præſtat, ' monopolium quoque negociator exerceat. Si vero ' Siliquarius hunc titulum negociatoribus " indicat abrogandum, nullam ab eis exigat penſionem. Quia ſatis abſurdum eſt, vt affligatur damnis, qui commoda non habet actionis. In aurariis denique priſcus ordo ſeruetur, & ad eos tantum functio ipſa reſpiciat, quos huic titulo ſeruire voluit antiquitatis auctoritas. Quapropter beneficia noſtra erga negociatores, qui noſtris titulis neceſſarij comprobantur omnibus modis facite cuſtodiri: ne genus ' hominum, quod viuit lucris, ad necem poſſit peruenire diſpendiis.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Patiatur diſpendium.*] Tractatum à iure. FOR.

¶ VNIVERSIS IVDÆIS GENVÆ CONSIST. Theod. Rex xxvii.

Datur Iudæis licentia reficiendi Synagogam.

SIcut exorati iuſtum cupimus præbere conſenſum, ita per noſtra beneficia fraudes fieri legibus non

' compulſoribus. ' diffinimus. " Indiciis. " V. ſubducite. FOR. " In ver. ſtrictiu. hæc concluſa ſunt: *Iam in vobis adiacet eligere quod vobis proſpicitis expedire.* FOR. " Feſto ' Nullius. V. *nullum* FOR. *Compendia iniuſta.* *Interpretium.* " V. moderatio. FOR. ' extrahatur. ' quæ. *Sentiamus.* *Mulcta in exigentem iniuſta precia.* ' huiuſmodi. ' monopolum. ' Siliquatarius. FOR. " V. indicat. FOR. *Qui ſentit onus, debet & commodum ſentire.* *Auraria functio.* ' hominis. *Lucro viuunt negociatores.*

C

D

E

amanius: ' in ea parte præcipuè, in qua diuinæ reuerentiæ credimus intereſſe. Ne ergo inſultare videantur elati, diuinitatis gratia deſtituti. Quapropter ' tegumen tantum vetuſtis parietibus ſuperimponere Synagogæ veſtræ, præſenti vos auctoritate cenſemus, petitionibus veſtris eatenus licentiam commodantes, quatenus conſtituta diualia permiſerunt. Nec aliquid ornatus fas ſit adiicere, vel in ampliandis ædibus euagari. * Noueritis vos ' ſeueritatem minimè diffugere veteris ſanctionis, ſi rebus non abſtineatis illicitis. In ipſis verò parietibus cooperiendis, vel * ' reficiendis tantum licentiam damus, " ſi vobis tricennalis non poteſt obeſſe præſcriptio. Quid appetitis, quæ refugere deberetis? Damus ' ſiquidem permiſſum, ſed errantium votum laudabiliter improbamus. 1 Religionem imperare non poſſumus: quia 2 nemo cogitur, vt credat inuitus.

F

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Religionem imperare non poſſumus, quia nemo cogitur, vt credat inuitus.*] Iuſtiniano Imperat. Theodahadus inf. lib. 10. epiſt. 26. *Cum diuinitas diuerſas patiatur religiones eſſe: nos vnam non audemus imponere. Retinemus enim legiſſe voluntariè ſacrificandum eſſe domino: non cuiuſquam cogentis imperio.* Tertulianus *ad Scapulam in fin. Non eſt* (inquit) *religionis cogere religionem: quæ ſponte ſuſcipi debet, non vi.* Clemens initio *libro.* 10. Recognit. ad Iacobum fratr. dom. D. Bernardus in Cantico, ſerm. 66. *Fides ſuadenda* (inquit) *non imponenda.* Porrò huius reſcripti Iudæos Genuenſes emiſſi inſcriptione admonitus conicio in *l. 8. C. de Iudæis, ex Cod. Theodoſ.* negatione addita, legendum eſſe, *non tam* FOR.

¶ 2 *Nemo cogitur vt credat inuitus:*] Quis, inquit, Lactantius, mihi imponat neceſſitatem, vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi? nihil tam voluntarium quàm religio, in qua ſi animus auerſus eſt, iam ſublata iam nulla eſt. Fides autem ſuadenda eſt non imperanda, nocuit enim & nocebit ſemper rigor, & ingenia noſtra vt nobiles & generoſi equi, melius facili freno reguntur, docendo magis quàm iubendo, monendo quàm minando. BROS.

G

¶ * STEPHANO v. s. COMITI PRIMI ordinis ex principe * officij noſtri Theoderic. Rex vi.

De promotione emeriti ad dignitatem ſpectabilitatis.

TRibuenda eſt iuſtis laboribus compenſatio ' præmiorum: quia exprobrata militia creditur, quæ irremunerata tranſit. Athletam populis palma deſignat eſſe victorem. Sudores bellicos Ciuica corona teſtatur. Expectant etiam ' equos præmia ſua: & tanta iuſtitiæ vis eſt, vt nec illis tardius detur laboris * pretium, qui ſentire non poterant denegatum. Quod ſi ita eſt, dignum hoc, homini reddere, qui per honeſta cognoſcitur obſequia placuiſſe. Per tot enim actionum lubricos caſus fixum tenuiſti militiæ probatæ veſtigium: &, quod rarò in ſeruiente prouenit, permutatio iudicum nunquam circa te ' variauit affectum. Nec erat in te alieni iudicij quiſquam inuidus, cum etiam deceſſorum ſuorum ordinationibus redderetur aduerſus. Placere ſiquidem meruiſti cunctis, cum ſemper diligenda cuſtodis, ſilentium in ſecretis, in actionibus efficaciam, in obſeruationis labore frequentiam: & quod ' rarum eſt continentiæ bonum, crebra hominum vitia fecerunt, cum multis præberes officia, nulli tuam operam venditabas. Vocabulum principis nulla ſorde maculaſti, ſeruans dignitatem nominis exercitatione virtutis. Hinc eſt, quod Spectabilitatis honorem, quem militiæ ſudore deterſis iuſta deputauit Antiquitas, præſenti tibi auctoritate conferimus: vt laboris tui tandem

H

finitas

' an. ' tegmen. *Neque legere, neque augere Iudæi templa licere.* " Et noueritis. ' ſeueritatem. * fulciendis. ' ſingendis. " Hæc vox ſi abeſt a vet. FOR. *Præſcriptio tricennalis.* ' quidem. *Religio non imperatur.* * Fauſto. FOR * off. ſilentio. BROS. *Premium dignis quibus meritorum.* ' equi. FOR. * premium. *Laus fidi & conſtantis miniſtri.* ' natauit. ' ratum continentiæ. *Spectabilitas.*

A finitas excobias, remuneratione 1 Comitiuæ Primi Ordinis, iam ſecutus intelligas. Et quia gratiam Principis, dignitas nuda non allicit, 2 nec beneficium dici poteſt, quod nulla vtilitate ſentitur: priuilegia tibi quoque, quæ tribui ſcholæ tuæ Ex principibus diualia conſtituta voluerunt, ſimili munificentia condonamus. Neque quicquam in his debes metuere, quæ ' forſitan nouella vſurpatione tentantur. Ab omni ergo damno oneribuſque ' ſordidis ius te muniuit antiquum. ' Sed quanquam præſenti remuneratione ' digna ſoluamus, futuris tamen votis ſpem maximam pollicetur. Sed quoniam auguſta ſunt beneficia, quæ non etiam de futuris aliquid pollicentur, adeſt prouidentia principalis: vt quos dignos fauore noſtro eredimus, eos quoque maiori honore cumulemus. Verum quia celari non decet " regum impetrata, præſentia ad prouincialis iudicis facito notitiam peruenire. Quatenus ſpectabilitatem tuam decoratam noſtro teſtimonio vniuerſitatis corda cognoſcant: tibique vtpore militiæ munere perſoluto, cultus competens pro noſtrorum temporum laude ſeruetur.

Ex principibus. ' forſitan vſurpatione. ' ſordidibus. ' ſed præſenti. ' condigna. " V. regium honorem impetrata. B Foa. ' Quod.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Comitiua primi ordinis.*] Princeps officij eo munere perfunctus euadit in comitem primi ordinis. Cuius comitiuæ mentio eſt in *l.59. C. de Decur. lib.* 10. *C. de comit. res milit. & tit. de comit. & archiatr.* Erant & comites ſecundi ordinis, infr. lib. 7. epiſt. 26. & comites tertij ordinis, vt *l. 127. quicunque, C. Theodoſ. de decurionibus.* For.

¶ 2 *Nec beneficium dici poteſt quod nulla vtilitate ſentitur*] ſic Vlpian. *naturaliter ex eo bona dicuntur, quod beant, hoc eſt, beatos faciunt.* beare eſt prodeſſe, *l.49. Bonorum, de verb. ſign.* Toll. *Parad.* 1. vt τὰ χρήματα ὠφελεῖ τὸ χρῆσθαι opes quod ſint vſui dictas eſſe, eleganter apud Xenoph. Oeconom. Socrates diſſeris. For.

' Adilo viro ſublimi. C

¶ ' 1 ADILÆ v. s. COMITI Theod. Rex XXIX.

Non permittat homines Eccleſia moleſtari, & tuitionem prædiorum hominum Eccleſia præſtare procuret.

QVamuis nullos velimus grauamen aliquod ſuſtinere, quos videtur pietas noſtra protegere (quia regnantis eſt gloria, ſubiectorum otioſa tranquillitas) tamen ſpecialiter Eccleſias ab omni iniuria reddi cupimus alienas: quibus dum æquabilia præſtantur, miſericordia diuinitatis acquiritur. Et ideò beatiſſimi viri Euſtorgij Epiſcopi ſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ petitione permoti, præſentibus te affatibus ' admonemus, vt prædiis vel " hominibus illius Eccleſiæ intra Siciliam conſtitutis, tuitionem ſtudeas ſalua ciuilitate præſtare. Nec à quoquam, cuiuſlibet nationis homine, contra fas patiaris opprimi, quos decet diuinitatis intuitu ſubleuari. Ita tamen, vt cauſis publicis & priuatis, quæ contra eos rationabiliter proponuntur, reſpondere non differant. Quia ſicut nolumus, eos ab aliquo prægrauari, ita ' exemptos à tramite iuſtitiæ non patimur inueniri.

Tuitio prædiorũ & hominum Eccleſia. ' ammoneamus. " Magis placet, hominib. Foa. *Eccleſiaſtici viri tutandi cur & quatenus.* D ' exceptos. Foa.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Adila V. S. Comiti Th. rex.*] vet. *Auila* al. *Adno viro Senatori Comiti primi ordinis ex principe noſtri officij.* Sed verba hæc, *primi ordinis*, temerè videntur ex inſcriptione tituli antecedentis epiſtolæ huc fuiſſe congeſta. For.

¶ FAVSTO PRÆPOSITO Theod. Rex XXX.

Vt eximatur ab illatione tributorum, qui deputabitur ſeruitio pauperum.

NOn præiudicat iuri publico perſonalis exceptio: quia beneficialem eſſe principẽ licet, nec intra ſingulas cõſtitui poteſt munificentia ' regalis aut arctari. ita leuis coerceatur grauiſſimis inſtitutis, impatiens ambitio iure ' frenetur, clemẽtia non habet legem, nec debet ſub anguſtis terminis benigna ſequi, quem decet ſine fine laudari. Defenſores itaque ſacroſanctæ Mediolanenſis Eccleſiæ pro expenſis pauperum, quæ ſub lucri exaggeratione funduntur, vnum ſibi ex negociatoribus vrbis ſuæ deſiderant oportere præſtari: qui pro emptoris functus officio, exceptis negotiationis oneribus debeat implere, quod ſuſcipit. ' Hæc enim nos & Rauennati Eccleſiæ commemorant, ' motos rationabili allegatione, tribuiſſe: quod pietatis exemplum, ad ſuum quoque commodum ' ſupplicant transferendum. ' Ideò illuſtris & præcelſa magnificentia tua (ſalua in aliis negociationibus commoditate publica, quæ ab vniuerſo corpore conſueuit inferri) vnum eis, quem ſibi ' viſi fuerint ' eligere, deputabit, 1 qui ita commercium negociationis exerceat, quatenus nec Monopolij, nec Siliquatici, nec Aurariæ aliquid penſionis impendat, vel quodlibet grauamen ex permiſſa nundinatione ſuſtineat. Cur enim illud tardemus annuere, vnde nulla poſſumus damna ſentire?

E ' principalis. ' refrenetur. Foa. ' Hoc. ' motos. ' ſupplicat. ' Et ideò. ' viſum ' elegiſſe *Monopolium. Siliquaticum.* F *Auraria penſio.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Qui ita commercium negotiationis exerceat quatenus nec Monopolij, nec Siliquatici, nec auraria aliquid penſionis impendat.*] Siliquaticum & Monopolium erant mercatorum onera. Siliquaticum in nundinis exigitur, ob venditionem proponendam. Monopolium ab eo exigitur, qui monopolium beneficio principis exercet, quo tamen vti hodiè non licet ex *l. 1. C. de monop.* BROS.

" 1 DROMANARIIS, Theod. Rex XXXI.

" V. Dromonariis. al. Dromanariis

Sollicitantur quidam exequi iniuncta per alueum Padi, vt diuiſo labore equis publicis debeat ſubueniri.

PVblicis debent vtilitatibus inſudare, qui nomen dedere militiæ. Quid enim agat homo, ſi profeſſio deſit obſequio, vt " nec commoda priuata reperiat, nec ' gloriam " ſtrenuitatis acquirat? Et ideò Comiti Sacrarum largitionum noſtra præcepit auctoritas, vt in Hoſtilienſi loco conſtitui debeatis, quatenus fiſcali humanitate recreati, excurſus cum veredariis per alueum Padi more ſolito faciatis: vt diuiſo labore equis publicis debeat ſubueniri. Quando curſus veſter non atteritur, qui per vias liquidas expeditur. Non enim vobis nimio labore claudicare contingit, qui manibus ambulatis. Vehiculum veſtrum non ſentit iniuriam, nec defectum patitur, quod vnda potiùs currente portatur.

G *Suo debet quiſque muneri reſpondere.* " Vox nec abeſt vet. Foa. ' regulã. " Scribo, *nec gloriam ſtrenuit.* Foa *Veredarij.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Dromanariis.*] Qui Dromonibus præſunt, de quibus infra nonnihil adnotabo. For.

H

SENATVI VRBIS ROMÆ Theod. Rex XXXII.

De palude Decennonij reducenda ad culturam.

GRata nobis eſt P.C. circa vtilitates publicas impenſa deuotio, ' quia dum ciuium laudabiles animos comprobamus, locum iuſtis beneficiis reperimus. Quid eſt enim tam ſenatorium, quàm ſi vtilitatibus publicis impendat affectum: vt poſſit prodeſſe patriæ, cui natus eſt? Vir itaque magnificus " atque patritius Decius, glorioſo circa Rempublicam amore deuinctus, vltrò poſtulauit voto mirabili, quod vix potuiſſet ſub conſilio noſtræ pietatis imponi, paludẽ " Decennonij, in hoſtis modum vicina vaſtantem, fouearum ore patefacto pro-

Impenſa circa vſus publicos. ' qua. " Hæc vox *Atque* abeſt à vet. For. " V. Decennonij. For.

miſit abſorbere : illam ' 'famoſam ſæculi vaſtitatem, quam ſub diuturnitate licentiæ quondam mare paludeſtre ' poſſedit, cultuſque locis inimicum ſuperfundens vnda diluuium, terrenam gratiam ſylueſtri pariter horrore ' confudit, nihil vtile nutriens, ſub liquore ſpoliatum fructibus eſt ſolum, poſtquam obnoxium cœpit eſſe paludibus. ' ideò miramur priſcæ confidentiæ virtutem : vt quod diu virtus publica refugit, manus priuata ' ſuſceperit. Hunc ergo audacem laborem aggreſſurum ſe laudabili perfectione pollicitus eſt, vt percunte damnoſo gurgite, quæ fuerant amiſſa, vlteriùs non perirent. Vnde ' noſtræ ſuper hac parte ' ſerenitatis poſtulat iuſſiones : vt auctoritate publica ſubeat opus eximium, quod erit cunctis viantibus profuturum. Sed vos P. C. quibus cordi eſt bonum deſiderium iuuare auxiliatoribus conſtitoris, præſentibus ' decretis annuimus, vt ad loca ipſa Decennouij duos ex veſtro corpore dirigatis: quibus arbitrantibus quantum ſpatij reſtagnatis " incurſibus paludeſtris illuuies occupauit, fixis terminis annotetur. Vt cùm ad perfectionem ' promiſſam peruenerit, liberatori ſuo reddita terra proficiat, nec quiſquam inde aliquid præſumat attingere, quod tam diu inundantibus aquis non potuit vendicare.

A 'hoſtus, modo 'formoſam. 'concedit. For. ' confodit 'Et ideò. 'ſuſcepit. ' noſtra. ' ſerenitas. ' decretis tibi. " V. menſibus For. B *Definiendi à duobus ſenatoribus ſpatium.* ' promiſ. ſa veae rint. *Non ee det occupanti.* " V. *Artemidoro Præf. vrb.* For. ' ad ' iuſſionum. For. ' tur. *Reſtituti ſolidum ...* ' diffinito *Sum...* *& labor* " V. exequatur. For. ' quod ' totum *Series operis.* " V. *operis* For. ' propria. ' ſuſcepit ' fiet. ' moleſtia D ' grataretur. For. " *In* abeſt à vet. For. * affectū For. ' affectū. ' omni.

" § DECIO v. c. PATRITIO, Theod. Rex. xxxiii.

Supradicto conceditur palus ea Decennouij deſiccanda, & ad culturam reducenda.

IVſtitiæ ratio eſt, ' vt laudabile deſiderium ſequatur proſperitas ' actionum : & quod bona voluntate ' ſuſcipitur, regalibus quoque ordinationibus impleatur. Vobis itaque deſideria iuſta poſcentibus, præſenti auctoritate concedimus, vt ſtagnis Decennouij paludibúſque ſiccatis, ſiue fiſco poſſideas in ſolum rura reuocata, nec vllam metuas liberatis rebus exhibere culturam, quas ſub generalitatis teſtimonio abſoluimus. Hinc etiam ad ampliſſimum Senatum præcepta tranſmiſimus, vt ' definito nunc ſpatio ad tuum pulchrè tranſeat dominium, quod eſt a fœdis gurgitibus vendicatum. 1 Æquum eſt enim, vt vnicuique proficiat labor ſuus: & ſicut expendendo cognoſcit incommoda, ita rebus perfectis " conſequatur augmenta. Illud etiam, ' qui ſtudio Reipub. ſemper inuigilamus, aſpeximus, vt ſi quis hunc laborem iuncta ' tecum ſocietate ſubire delegerit, habita " corporis æſtimatione, habeat iuris ' proprij ſpatia pro parte quam ' ſuſcepit. Vt nec ſolus immenſis oneribus pragraueris, & animoſiùs peragatur, quod ſub collegij adiuuatione ſuſcipitur. Ita ' fiat, vt & quæ rebus maximis eſt amica, ' moleſta careatur inuidia. Quapropter glorioſis deſideriis * nauanter inſiſte, ne opinioni tuæ graue ſit " in aſſumptis conatibus marcuiſſe. Intuere quippe, omnium ora atque oculos in te eſſe conuerſos : reſpice ſerenitatis noſtræ ſuſpenſa iudicia ad * effectum operis inſtituti. Quanta vales animoſitate feſtina, vt dignus tanta re emerſiſſe iudiceris, qui iam nunc ' omnium admiratione laudaris.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Æquum eſt enim vt vnicuique proficiat labor ſuus, &c*] Augmentum patrimonij non ſine labore quæritur *l. ſi defunctus, Cod. arbit. tut.* quemadmodum & pecunia *l. quod ſi minor. §. Scæuola. D. de minor.* beneficia eccleſiaſtica *cap. ſuper. de renunt* honoris augmenta *l. contra publicam. C. de re milit.* ſtipendia longo ſudore. *l. fin. C. de omn. agr. deſ.* Bros.

" ARTHEMIDORO PRÆFECTO VRBIS, Theod. Rex xxxiv.

Quòd pecunia conuertatur in reparatione ædificiorum.

GAudemus, in te noſtra floruiſſe iudicia, lætamur, dignum præſulem te Romanis ' artibus extitiſſe, qui generoſis animis amicum cum fraudibus non paſſus es velare ſecretum, ne vos aut delicta complices facerent, aut ſecuritas ad maiora potiùs incitaret. Atque ideo vniuerſa pecunia, quæ fuerat fabricis deputata Romanis, & nunc magnitudinis tuæ 1 diſcuſſione conſtitit ' abiuratam, cùm nec reddita ſuo tempore nec docetur expenſa, ſine aliqua dilatione reſumatur : & ' vobis ordinantibus iterum Romanis mœnibus applicetur. Nefas eſt enim, vt in alios vſus tranſeant, quæ ſibi ſubtracta non immeritò Roma ſuſpirat. Deberemus itaque cælatores ' deputatæ pecuniæ * in non modica pœna percellere, qui in tali cauſa noſtram munificentiam ' fraudauerunt. Sed affuit moderatrix, ſemper quæ nobis eſt " iuncta, clementia : ne indecorè facta ' plectamus grauiter incitante iuſtitia. Sufficiat nobis, cupiditatem non impleſſe quod voluit. Nec maior poteſt prouenire vindicta, quando velut propria videtur perdere, qui ſe ſuppreſſa turpiter ' vendicauerat poſſidere.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Diſcuſſione.*] De cuius ratione, præſcribitur Imperatoris Zenonis conſtitutio, *lib. 7. C. de ratiocin. oper. public.* For.

---

§ * 1 TANCILÆ, v. s. Theod. Rex. xxxv.

Ad quendam ſublimem, quòd inquirat de ſtatua furtiue ſubſtracta.

ACerbum nimis eſt, noſtris temporibus antiquorum facta decreſcere, qui ornatum vrbium quotidiè deſideramus augere. Quocirca præſentibus te iuſſionibus admonemus, vt de Comenſi ciuitate æneam ſtatuam, quæ ' periſſe ſuggeritur, omni animoſitate perquiras. Spondens etiam centum aureos, ſi quis hæc ſacrilega prodere furta maluerit. Quatenus promiſſio noſtræ ſerenitatis trepidos ad ſpem confeſſionis inuitet, quæ etiam ad te deſtinata ' edicta proloquantur. Sed cùm hæc tamen iuſſa promulgaueris, ſi adhuc facinus ' ſecretò velauerint, poſt dicm ' venerabilem locorum artifices facias congregari, à quibus ſub terrore perquire, quo miniſtro fuerit perpetratum. Ab impe ritis enim harum rerum ſtatuæ facilis euerſio non fuiſſet, niſi eam tentaſſet mouere loco magiſtra præſumptio.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Tamila V. S.*] in vet. legitur horum verborum loco, ſed corruptè, *Edictum Theodorici Regis* Furtum indicanti præmium proponitur, quod & iure fit. *l. 16. ſilent. de praſcr. verb. l. 13 ſi Balſatoram. C. de fideiuſſ. l. 4. l 5. D. de cond. ob tur. cauſ.* Et Athenis vſitatum ex Suidæ collectaneis in Diagora, Melio & Ammonio in dictione ἐνικηρύξαι manifeſtum eſt. For.

" EDICTVM THEOD. Regis. xxxvi.

De mercede danda illis, qui reuelarunt furtum, & pœna infligenda furibus.

QVamuis ad proditionem ſceleris relaxata nimis pœna ſufficiat, nec parum ſit munus audaciæ, ſup-

plicij

E " V. ſic. *Tancila viro Senatori.* For. *Præfecti vrbis commendatio.* ' artibus. *Pecunia fabricis deputata.* ' obiuratā ' vobiſq; F ' occultatæ. * non immodica. ' fraudauerant. " V. iuncta. For. ' plectemur. ' iudicauerat. For. * Tantili al Thagillæ. For. G *Ornatus vrbis augendus.* ' periſſe *Statua requirenda.* ' edicta. ' clereté. ' venerabile. H " V. *Fauſto propoſito.* ſed malè. For. *Sontibus præmia propoſita, etc.*

A

plicij declinaſſe terrorem : addimus tamen præmium, quod habere innocentia ſolet. Non quia commiſſa placuerunt, ſed delectat nos munificos eſſe in amore vindictæ. Quapropter præſentis edicti vnuſquiſque auctoritate cognoſcat, centum ſe aureos largitate noſtra promereri, ſi prodat, ' qui ſtatuam de Comenſi ciuitate '' rapuerit, & de ſuo facto quod maximè nocens requirit, indulgentiam ſe nouerit habiturum. Damus in æneo compendio aureum munus : & metalla, ' quæ inuenire poſſumus pretioſiora, largimur. Illud potius hac liberalitate redimentes, ' ne tranſeat in vſum, quod conſtat eſſe prohibitum. Quis ergo tanta ſtultitiæ cæcitate damnetur, vt dubitet erumpere, quando & ſecuritatem reperit, & præmium confeſſionis acquirit? Si quis autem diſſimulandum * fortè crediderit, cúmque aliquo veritatis indicio ſerenitas '' noſtra detexerit, 1 vltimo ſe nouerit diſcrimine rapiendum. Indignum eſt enim, vt qui reſpuunt indulgentiam noſtram, detectis poſtea ſuffragetur humanitas.

Indicis præmium. ' quis '' *V. rapuerint* FOR. ' quàm ' nos ' fore '' *V. noſtra forte detexerit.* FOR.

B

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Vltimo diſcrimine*] Id eſt morte, quod vltimum ſupplicium & animaduerſio vltima definitur, *l. vlt. D. de pœn. l. vlt. de ſepulc. viol. l. 31. omnes. C. de Epiſc. & cler.* vltima pœna. Suet. *in Iulio.* ἐσχάτη τιμωρία Harmenop. & *Nouell.* 153. nouiſſima exempla Cornel. Taciti *lib.* 12. & 15. FOR.

* FAVSTO PRÆPOSITO THEOD. Rex. XXXVII.

Quod negociatores depopulatione vaſtati, vſque ad tempus non teneantur ad præſtationem tributorum & debitorum ſolutionem.

**, Anthemidoro Theo.*

OPes noſtras cupimus theſauro pietatis augeri, execrantes commoda, quæ nobis vexatorum fuerint ' calamitatibus acquiſita. Moleſta eſt illatio noſtræ clementiæ, quæ defletur. Quia quicquid ſub lætitia penditur, accipientis laudibus applicatur. Vrbis itaque Sipontinæ negociatores hoſtium ſe aſſerunt depopulatione vaſtatos. Et quia ' egentium leuamina noſtras potiùs diuitias æſtimamus, illuſtris magnificentia ' tua, per hoc iuge biennium nuncupatos, nulla faciat '' coemptione vexari. Sed quoniam ipſos nihil reuelaſſe ' proficit, ſi onus aliud ſolutionis accedit : qui memoratis negociatoribus noſcuntur mutuaſſe pecuniam : celſitudo tua faciat admoneri, ne in hoc biennij ſpatio quicquam de credita ſumma æſtiment poſtulandum. Quatenus ſub induciis ſupradictis, & datam poſſint reparare pecuniam, & aliquatenus debitorum valeat reſpirare ſubſtantia. Quid enim proficit creditorem ſe vrgere, quando incaſſum nititur ' nudatos * exigere? quibus magis proſpicimus, ſi ad mutuata ſuſtinendo peruenire faciamus.

Inducia debitorib. C *data.* ' calamitate ' legendũ ' noſtra '' *V. cõmotione.* FOR. ' proficit ' nudos * [leg.] exſugere.

D

FAVSTO PRÆPOSITO THEOD. Rex. XXXVIII.

Quod ciuibus ſuper operis exhibitione, conſuetudo alio nullatenus deputetur.

PRouentum regni noſtri benignitas debet æmulari: vt tantum humanitas relaxet dona, quantum Reſpublica ſuſcepit augmenta. Non enim aliter laudatum modum poſſumus cuſtodire, niſi ad conſiderationem rerum, noſtrum debeamus excitare propoſitum. Inter tot enim quotidie, Deo propitiante, ſucceſſus, tenacitatis eſſet vitium anguſta largitate contentio. Atque ideo illuſtris magnificentia tua præſenti auctoritate cognoſcat, * Spoletinis ciuibus 1 ad exhibitionem Thermarum ſupra conſuetudinem aliam millenam eſſe deputandam. Cupimus enim libenter impendere, quæ ad ſalubritatem ciuium nouimus pertinere. Quia laudes ſunt noſtrorum temporum, celebrata gaudia populorum.

Princeps naturæ imitator. ' à Spoletanis

E *Inſtũ indultum Principis.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ad exhibitionem tertiarum.*] lege vt in vet. *ad exhibitionem Thermarum,* quemadmodum epiſt. 39. huius lib. *Thermarum ædificia decora, & lauacrum mundius.* Idem mendum epiſt. 56. huius lib. inſidet. FOR.

¶ ALOISIO ARCHITECTO THEOD. Rex. XXXIX.

De reparatione balneorum quæ virtute vigere multimoda deſcribuntur.

SI audita veterum miracula ad laudem noſtræ clementiæ volumus contiuere (quoniam augmenta regalis gloriæ ſunt, cum ſub nobis nulla decreſcunt) quo ſtudio conuenit reparari, quod ' & noſtris oculis frequenter conſtat offerri? Delectat enim ſalutiferi Aponi meminiſſe potentiam : vt intelligas quo deſiderio cupimus reficere, quod de memoria noſtra neſcit exire. Cæruleum fontem vidimus, in formam dolij concauis hiatibus æſtuantem, & fornacea anhelantium aquarum ' circumducto rotatio, Naturæ probabili diſpoſitione, coronatas : quæ licet, more calidæ, nebuloſos vapores exhalent, hanc tamen iucundam perſpicuitatem aſpectibus humanis aperiunt : vt quiuis hominum illam gratiam deſideret contingere, etiam cum non ignoret ardere. 1 Ore pleniſſimo, in ſphæræ ſimilitudine, ſupra terminos ſuos aquarum dorſa turgeſcunt : vnde latex tanta quiete defluit, tanta quaſi ſtabilitate decurrit, vt eum non putes ' creſcere, niſi quia inde aliquid rauco murmure ſentis exire. Veniunt aquæ per algentes meatus tali feruore ſuccenſæ, vt poſt recurua ſpatia, quæ arte facta ſunt longiora, in calores ' ſint * maximè redituræ. O magiſtri mirandum ſemper ingenium, vt naturæ furentis ardores ' ita ad vtilitem humani corporis temperaret, vt quod in origine dare poterat mortem, doctiſſimè moderatum, & delectationem ' tribueret & ſalutem. Iuuat videre ſecretum, latices vapores igneos exhalantes, amicum vndis indeſinenter ardorem, & calorem venire decurſu riui, vnde vſualiter ſolebat extingui. Meritò dicant Philoſophi, Elementa ſibi mutuis '' complexionibus illigari, & mirabili coniungi fœderatione, quæ inter ſe contraria ' intelliguntur varietate pugnare. Ecce madentem ſubſtantiam vapores producere conſtat ignitos, quæ mox ad thermarum ædificia decora peruenerunt, illis a cautibus vnda deſcendens, & aëra ſua qualitate ſuccendit, & tactu fit habilis, cum recepta fuerit in lauacris : vnde non tantum delicioſa voluptas acquiritur, quantum blanda medicina confertur. Scilicet, ſine tormento cura, ſine horrore remedia, ſanitas impunita, balnea contra diuerſos dolos corporis attributa. Quæ ideo a Aponum, Græca lingua, beneficialis nominauit Antiquitas, vt cauſam tanti remedij æger cognoſceret, cum de tali nomine dubium non haberet. Sed inter alia loci ipſius bona, illud quoque ſtupendum eſſe didicimus, quod vna fluentorum natura diuerſis miniſteriis videatur accommoda. Nam protinus '' ſaxo ſuſcipiente colliſa inhalat primæ cellulæ ſudatoriam qualitatem : deinde in ſolum mitigata deſcendens, minaci ardore depoſito, ſuaui temperatione molleſcit : mox in vicinum producta, cum aliqua dilatione torpuerit, multò blandiùs in tepeſcit : poſtremo ipſo quoque ' tempore derelicto, in piſcinam Neronianam frigida tantùm efficitur, quantũ prius ferbuiſſe ſentitur: non immeritò ' auctoris ſui participans nomen collega eſt cum viriditate gemmarum, vt ipſa quoque vitrei elementi colore ' perſpicua, quaſdam ' tremens vndas quieta commoneat. Sed vt ipſum quoque lauacrum mundius redderetur,

F *Principis gloria.* ' etiam *Aponus fons.* ' cõducta ' excreſcere *Aquarũ calidarũ* G *vſus.* ' ſunt * maximos red. dituræ. FOR. ' iſta ' traderet *Elementorum ſocietas.* '' al. complexibus. FOR. ' dicuntur H *Aponi fontis miracula.* '' Hæc vox *ſaxo* abeſt. FOR. ' tempore *Neronis piſcina.* ' actionis ſuæ ' cõſpicua ' tremeſcens

A deretur, ſtupenda quadam ' continentiæ diſciplina in 'vndam, qua viri recreaotur, ſi mulier deſcendat, incenditur: propterea ' quod ipſis altera exhibitio decora collata eſt: ſcilicet, ne ardentium aquarum fœcundiſſimum locum non crederent habuiſſe, vnde plurima largiretur, ſi vterque ſexus vno munere communiter vteretur. ' Hæc 3 perennitas aquarum intelligendi præſtat indicium, per igneas terræ venas occultis meatibus, " influena deintus, in auras erumpere excocti fontis irriguam puritatem. Nam ſi Naturæ fuiſſet illud incendium, ſine interitu ſubſtantiæ non fuiſſet ' amiſſum. Sed aquæ materia ſenſibilis, ſicut peregrinum contraxit ignem, ſic iterum natiuum facile recepit algorem. Præſtat & aliud adiutorij genus via illa medicabilis: nam iuxta caput fontis ſcintilloſi, quodam ſibi meatum prouida Natura formauit. Hinc deſuper ſella compoſita, quæ humanis neceſſitatibus in abſidis ſpeciem perforatur, ægros ſuſcepit interno humore ' defluentes: vbi dum feſſi nimio languore conſederint, vaporis illius delectatione recreati, & laſſa viſcera B reficiunt, & humorea 'noxia infuſione laxatos vitali ariditate conſtringunt: ' vt quaſi aliquo deſiderabili cibo refecti, valeotiores queant " protinus inueniri. Sic ' medicabili ſubſtantiæ venit à ſulphure, quod calet, a ſalſedine, quæ deſiccat. Talia poſteris non tradere, hoc eſt grauiter in longa ætate peccare. Quapropter antiqua illic ædificiorum ſoliditas innouetur: vt ſiue ' in thermis, ſiue in cunicolis fuerit aliquid reparandum, te debeat imminente reconſtrui. 4 Virgulta quoque noxia importunitate naſcentia, euulſis ceſpitibus auferantur: ne radicum quidam capilli paulatim turgentes, fabricatum viſceribus inſerantur, & more vipereo prolem ſibi fœcunditate contraria nutriat, vnde ſe compago caſura ' diſrumpat. Palatium quoque, longa ſenectute quaſſatum, reparatione aſſidua corrobora. Spatium, quod inter ædem publicam, & caput igniti fontis interiacet, ſylueſtri aſperitate depurga. Rideat florenti gramine facies ' decora campeſtris, quæ etiam C ardentis aquæ fertilitate lætatur: miroque modo dum proximè ſalem generet ſterilem, nutriat pariter & virores. Sed non ' his tantum beneficiis Antenorea terra fœcunda eſt. Infert & alia, quæ multò grandiùs obſtupeſcas. Corda illa (vt ita dixerim) montium, in vicem ſecretarij, negocia ' contentioſa diſtinguunt. Nam ſi quis fortè pecus furatum pilis natiuis ſolito more ſpoliare præſumpſerit, vndis ardentibus frequenter immerſum, neceſſe eſt, vt antea decoquat, quàm emundate præualeat. O verè ſecretarium iure reuerendum! quando in ' bis aquis non ſolum ſenſum, ſed etiam verum conſtat eſſe iudicium: & quod humana nequit * altercatione diſſolui, fontium datum eſt æquitate definiri. Loquitur " illic tacita Natura, dum iudicat, & ſententiam quodammodo dicit, quæ perfidiam negaotis excludit. Sed quis iſta conſeruare negligat, quamvis plurima tenacitate ſordeſcat? Siquidem ornat regnum, quod fuerit ſingulariter toto orbe nominatum. Et ideo D pecunia, quæ tibi ' nata eſt, ſi opus non poterit implere ſuſceptum, quantum adhuc expendendum eſſe credideris, miſſis nobis breuibus, indicabis. Quia non grauamur expendere, vt tanta videamur ruria ' amœna cuſtodire.

[Marg.: ' conti-nentia. ' vnda ' & ' Hæc ſupradicta. *Aqua perennes.* " V. deſinens intus. For. ' admiſſum For. *Vis aquæ ſulphurea.* ' fluentes ' noxialis ' fuſione larg. tos ' & " v. potius For. ' medicabili ſubſtantia euenit. *Ædificia collapſa inſtauranda.* ' in terminis ' diſrupat ' decorata ' iis ' conten-tiſa ' iis * alteratione " V bic For. *Natura tacita, loquitur.* ' data *Breuia, miſſa, pro epiſtola. Expenſa Rege digna.* * mœnia al. amœna. For.]

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Ore pleniſſ.*] os fontis, infr. lib. 3. epiſt. vlt. paulò pòſt, caput fontis vocat: & Vlpian. *l. 1. D. de aqu. quotid. & æſtiu.* For.

§ 2 *Aponum beneficialis nominauit antiquitas*] ſi verum amamus, nullum homini maius à Deo donum concedi poteſt, ſecunda corporis valeindine: ex qua morum conditio quadamtenus temperatur. Ælianus de Socrate. Hinc ἄπονος id eſt labore carens, à Iulio Polluce Onomaſtici lib. ἄνοσος & ἀνίατος exponitur. Fontem igitur Aponum morborum expertem, quod ſummi beneficij ac felicitatis loco ponitur, ſignificat Caſſiodorus. For.

E § 3 *Perennitas aquar.*] Vlpian. *l. 1. §. quanquam, de aqu. quotid. & æſtiu.* Theoph. *de rerum diuiſ.* τὸ ὕδωρ τὸ ἀέναον expoſuit. For.

§ 4 *Virgulta quoque noxia.*] Arborum radices fabricis inferunt ruinam, infr. lib. 7. epiſt. 6. l. 1. *C. de aquæduct. l. 1. C. de interd.* Harmenop. *lib. 2. tit. 4.* [Greek, illegible] ... &c. Locus huic ſimilis ac ferè geminus. For.

§ BOETIO PATRITIO THEODERICVS Rex. XL.

De Achar[o]edo mittendo Regi Francorum.

CVm 1 Rex Francorum, conuiuij noſtri fama pellectus, a nobis citharœdum magnis precibus expetiſſet, ſola ratione, complendum eſſe promiſimus, quod te eruditionis Muſicæ peritum eſſe nouerámus. Adiacet enim " vobis, doctum eligere, qui diſciplinam ipſam in arduo collocatam, potuiſtis attingere. F Quid enim ' illa præſtantiùs, quæ Cœli machinam ſonora dulcedine " modulatur, & Naturæ conuenientiam, vbique diſperſam, virtutis ſuæ gratia comprehendit? Quicquid enim in conceptum alicuius modificationis exiſtit, ab harmoniæ continentia non recedit. Per hanc competenter cogitamus, pulchrè loquimur, conuenienter mouemur: quæ ' quoties ad aures noſtras diſciplinæ ſuæ lege peruenerit, imperat cantum, mutat animos: artifex auditus, & peroſa delectatio. Hæc cum de ſecreto Naturæ, tanquam ſenſuum Regina, tropis ſuis ornata, proceſſerit, reliquæ cogitationes exiliunt: omniáque facit eiici, vt ipſam ſolummodo delectet audiri. Triſtitiam noxiam iucundat: tumidos furores attenuat; cruentam ſæuitiam efficit blandam: excitat * ignauiam, ' ſoporantémque languorem: vigilantibus reddit ſaluberrimam quietem: " viciatam turpi amore, ad honeſtum ſtudium reuocat caſtitatem; ſanat mentis tædium, bonis cogitationibus G ſemper aduerſum: pernicioſa odia conuertit ad auxiliatricem gratiam: & quod beatum genus curationis eſt, per dulciſſimas voluptates expellit animi paſſiones. Incorpoream animam corporaliter mulcet, & ſolo auditu, ad quod vult deducit: quam tenere non præualet verbo ' tacito manibus clamat, ſiue ore loquitur, & per inſenſibilium obſequium præualet ſenſuum exercere dominatum. ' Hoc totum inter homines quinque tonis agitur, qui ſinguli prouinciarum, vbi reperti ſunt, nominibus vocitantur. Miſeratio quippe diuina localiter ſparſit gratiam, dum omnia ſua valde fecit eſſe laudanda. Dorius pudicitiæ largitor, & caſtitatis effector eſt. Phrygius pugnas excitat, & votum furoris inflammat. Æolius animi tempeſtates tranquillat, ſomnúmque iam placatis attribuit. Iaſtius intellectum obtuſis acuit, & terreno deſiderio grauatis cœleſtium " appetentiam bonorum operator indulget. Lydius con- H tra nimias curas, animæque tædia repertus, remiſſione reparat, & oblectatione corroborat. ' Hæc ad " ſolutiones corruptibile ſæculum flectens, honeſtum remedium turpe fecit eſſe ' commentum. Hic verò numerus ternarius trina diuiſione conſiſtit. Omnis enim tonus habet ſummum & imum. Hæc autem dicuntur ad medium. Et quoniam ſine ſe eſſe non poſſunt, quæ alterna ſibi viciſſitudine referuntur, vtiliter inuentum eſt, artificialem Muſicam, id eſt, " auctorum operationibus diuerſis organis exquiſitam, modis quindecim contineri. ' His rebus aliquid maius adiiciens humana ſolertia, terris quandam armoniam doctiſſima inquiſitione collegit, quæ Diapaſon nominatur, ex omnibus ſcilicet congregata: vt virtutes, quas vniuerſum melos habere potuiſſet, hæc adunatio mirabilis contineret. Hinc Orpheos mutis animalibus efficaciter imperauit, vagúſque greges contemptis paſcuis ad audiendi epulas potius inuitauit. Illo ' cantante amane-

[Marg.: *Muſica laus.* " V Compellendum. Fon. " V nobis. Fon. ' iſta " *Modulatur* abeſt vet. ' quoties *Muſica vis quanta.* * ignauia ' ſoporá-tem ' ſoporat " V *humatam.* Fon. ' Tacitus ' Hoc enim *Toni quinque.* *Dorius. Phrygius. Æolius. Iaſtius.* " V. appetitum. Fon. *Lydius.* ' Hæc ad ſaltationes " v ſaltationes. Fon. ' commercium " v. adorū Fon. *Modi quindecim.* ' iis *Diapaſō.* *Orpheus.* ' audiendum ' canente]

A runt ſiccas Tritones terras: Galatæa luſit in ſolidis: deſeruerunt vrſi amabiles ſyluas: leones domeſtica tandem canneta reliquerunt: iuxta prædonem ſuum præda gaudebat. In vnum conuentum contraria vota collecta ſunt, & ' fidem " dicente lyra omnia ſibi aduerſa crediderunt. Amphion quoque Dircæus, canendo ' chordis, Thebanos muros dicitur condidiſſe: vt cum homines labore marcidos ad ſtudium perfectionis erigeret, ſaxa ipſa crederentur relictis rupibus aduenire. Muſæum etiam, & artis Orphei filium & Naturæ, Maronis præpotens lingua concelebrat, dicens apud Inferos in ſumma beatitudine conſtitutum, quod per Elyſios campos felices animas ſeptem chordarum pulſibus amœnabat: ſignificans ſummo præmio perfrui, cui diſciplinæ huius contigerit ſuauitatibus epulari. Sed hæc omnia humano ſtudio per manualem muſicam videntur effecta. Naturalis autem rythmus animatæ voci cognoſcitur attributus, qui tunc pulchrè melos cuſtodit, ſi aptè taceat, congruenter loquatur, & per accentus viam muſicis pedibus compoſita voce gradiatur. B Inuenta eſt quoque ad permouendos animos Oratorum fortis ac ſuauis oratio: vt criminoſis iraſcantur iudices, miſereantur errantibus: & quicquid poteſt eloquens efficere, ad huius diſciplinæ non eſt dubium pertinere gloriam. Poetis etiam, Terentiano teſtante, duo primùm metra principalia ſunt ' attributa, id eſt, Heroicum & Iambicum: vnum quod erigeret: alterum, quod ' placeret. Ex quibus ad ' oblectandos animos audientium diuerſa progenita ſunt. Et vt in organis ſoni, ita humana voce varias animi affectiones grauida metra peperetunt. Sirenas in miraculum cantaſſe, curioſa prodit Antiquitas: & quamvis nauigantes fluctus abducerer, carbaſa ventus inflaret, eligebant ſuauiter decepti ſcopulos incurrere, ne tantam paterentur dulcedinem præterire. Quibus ſolus Ithacus euaſit, qui nautis ſolicitatorem protinus obſtruxit auditum contra noxiam dulcedinem. Cogitauit vir prudentiſſimus feliciſſimam ſurditatem, & quam vincere intelligendo a non ' poterat, melius non ' aduertendo ſuperabat. C Se verò ſoliditati arboris conſtrictis nexibus illigauit, vt & famoſos cantus liberis auribus probare potuiſſet, & pericula dulciſonæ vocis vnda rapiente vinctus euaderet. Verùm vt & nos talia ' exemplo ſapientis Ithaci tranſeamus, loquamur de illo lapſo è cœlo Pſalterio, quod vir toto orbe cantabilia ita modulatum pro " animæ ſoſpitate compoſuit, vt ' his hymnis & mentis vulnera ' ſanarentur, & diuinitatis ſingularis gratia conquiratur. " En quod ſæculum miretur & credat: repulit Dauidica lyra diabolum, ſonus ſpiritibus imperauit: & canente cithara in libertatem rediit, quem internus inimicus turpiter poſſidebat. Nam licèt huius delectationis organa multa fuerint exquiſita, nihil tamen efficacius eſt inuentum ad " promouendos animos, quàm concauæ citharæ blanda reſultatio. Hinc etiam appellatam ' caſtimamus chordam, quòd facilè corda moueat. Vbi tanta vocum collecta eſt ſub diuerſitate concordia, vt vicina corda pulſata alteram faciat ſponte contremiſcere, quam nullum contigit attigiſſe. D Tanta enim vis eſt conuenientiæ, vt rem inſenſualem ſponte ſe mouere faciat, quia eius ſociam conſtat agitatam. Hinc diuerſæ veniunt ſine lingua voces: hinc variis ſonis efficitur ' quidam ſuauiſſimus chorus, illa acuta nimia tenſione, iſta grauis aliqua laxitate, hæc media tergo blandiſſimè temperato. Vt homines ſe ad tantam perducere " non præualeant vnitatem, in quantam ad ſocialem conuenientiam ratione carentia peruenerunt. Ibi enim quicquid excellenter, quicquid ponderatim, quicquid raucè, quicquid puriſſimè, aliaſque diſtantias ſonat, quaſi in vnum ornatum conſtat eſſe collectum. Et vt diadema oculis, varia luce gemmarum, ſic cithara diuerſitate ſoni blanditur auditui. " Muſarum tela loquax, ſtamina verboſa, fila canentia, in quibus argute plectro tegitur, quod dulciter audiatur. Hanc igitur ad imitationem variæ teſtudinis, Mercurius dicitur inueniſſe. Quam tanta vtilitate procurantem Aſtronomi inter ſtellas requirendam eſſe putauerunt, perſuadentes, cœleſtem eſſe muſicam, quando lyræ formam comprehendere potuerunt inter ſydera collocatam. E Harmonia verò cœli humano ſermone idoneè non poteſt explicari: quam Ratio tantùm animo dedit, ſed auribus Natura non prodidit. Dicunt enim debere credi: vt beatitudo cœleſtis ' illius oblectationibus perfruatur, quæ nec fine deficit, nec aliqua intermiſſione marceſcit. In ipſo quippe intellectu habitante referunt ſuperna, ipſis deliciis cœleſtia perfrui, & talibus contemplationibus inhærentia beatis iugiter delectationibus contineri. Benè quidem arbitrati, ſi cauſam cœleſtis beatitudinis non in ſonis, ſed in creatore poſuiſſent, vbi veraciter ſine fine gaudium eſt, ſine aliquo tædio manens ſemper æternitas: & inſpectio ſola diuinitatis efficit, vt beatiùs eſſe nil poſſit. Hæc veraciter perennitatem præſtat: hæc ' iucunditates accumulat: & ſicut præter ipſam creatura non extat, ita ſine ipſa incommutabilem lætitiam habere non præualet. F Sed quoniam nobis facta eſt voluptuoſa digreſſio (quia ſemper gratum eſt de doctrina colloqui cum peritis) citharœdum quem a nobis diximus poſtulatum, ſapientia ' veſtra eligat præſenti tempore meliorem: facturus aliquid Orphei, cum dulci ſono gentium fera corda domuerit. Et quantæ nobis gratiæ fuerint actæ, tantæ vobis ex ' noſtra æquabili compenſatione referentur, qui & imperio noſtro paretis, & quod vos clarificare poſſit, efficitis.

Marginalia: ' ſile. " V. Alii. Fox. *Amphio.* ' corhis. *Muſæus.* *Manualis muſi. a Naturalis muſica.* *De Oratore.* *Duo principum metrorum genera.* ' tributa Fox. ' placeret. ' oblectandum. *Sirenum cantus.* *Vlyſſis prudentia.* ' poterat. ' anentè lo ſuperabat. ' exempla. *Pſalterium Dauidis.* " V. animæ Fox. ' is. ' ſanentur. " V. Et quod ſeculum. ' Fox. ' pepulit ſonus. *Dauida lyra vanitem à dæmone vexatum pacauit.* " al. permouendos. Fox. ' æſtimamus. *Chorda muſica vnde ſertita nomen.* ' quidem. *Harmonia vis.* " al. non valeant. Fox. *Comparatio Citharæ.* " V. muſarum tela. Fox. *Teſtudo. Mercurius inuentor lyræ.* ' vtiliſſima. *Cœli harmonia.* ' illis. *Opinio reprehenſa de harmonia cœl. ſti.* ' iucunditatem. ' noſtra. ' noſtræ.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Rex Francorum.*] Luduin, vel Ludou. ad quem ſequens epiſtola ſcribitur, à Theoderico citharœdum dono tulit, ſicut rex Burgundionum Gundibaldus duplex horologium, vnum totius motus cœleſtis, alterum 46. horarum Solis, epiſt. poſtrema ſup. lib. Fox.

¶ 2 *Non poterat.*] Hæc verba ad nautas & ſocios Vlyſſis omnino referenda ſunt. Fox.

¶ * 1 LVDVIN REGI FRANCORVM Theod. Rex. XLI.

G

Gratulatur Ludouico Regi Francorum de victoria habita.

GLorioſa quidem veſtræ virtutis 2 affinitate gratulamur, quod gentem Francorum priſca ætate ' reſidem, feliciter in noua prælia concitaſtis: & * Alamannicos populos, cauſis fortioribus inclinatos, victrici dextra ſubdidiſtis. Sed quoniam ſemper in ' auctoribus perfidiæ reſecabilis videtur exceſſus, (quia ' ex primariorum plectibilis culpa omnium debet eſſe vindicta) motus veſtros in feſſas reliquias temperate: quia iure gratiæ merentur euadere, quos ad 3 parentum veſtrorum defenſionem reſpicitis confugiſſe. Eſtote illis * remiſſi, qui noſtris finibus celantur * exterriti. H Memorabilis triumphus eſt, ' Alamannum acerrimum ſic expauiſſe, vt tibi eum cogas de vitæ munere ſupplicare. Sufficiat, illum Regem cum gentis ſuæ ſuperbia cecidiſſe. Sufficiat 4 innumerabilem nationem partim ferro partim ſeruitio ſubiugatam. Nam ſi cum reliquis confligis, adhuc cunctos ſuperaſſe non crederis. In talibus cauſis accipe frequenter ' expertum. Illa mihi fœliciter bella prouenerunt, quæ moderato fine peracta. Is enim vincit aſſiduè, qui nouit omnia temperare: dum iucunda proſperitas illis potiùs ' blanditur, qui auſteritate nimia non rigeſcunt. Cede itaque ſuauiter genio noſtro, quod ſibi 5 gentilitas communi remittere conſueuit exemplo. Sic enim fit, vt & meis petitionibus ſatisfeciſſe videamini, nec ſitis ſoliciti ex illa parte, quam ad nos cognoſcitis ' pertinere. Quocirca ſalutantes gratia honore, & affectione, qua dignum eſt, ' illum & illum Legatos noſtros ad excellentiam veſtram conſueta charitate direximus: per quos & ' ſoſpitatis

Marginalia: * Ludouico. *legatio pro victis Alamannis.* ' reſidentē. * Alemanicos. ' actoribus Fox. ' primariorum Fox. * remiſſus. * exterai. Fox. al. exterriti. ' Alemannum *ſupplicare.* ' expertum. ' 4 litus. *temere principi victori, commune gentium remittere exemplo.* ' pertinere. ' illos & illos. ' hoſpitalis.

veſtræ

A

Populi ſalus eſt gloria principũ.
¹ totiens
Regnum Italiæ.
Citharœdus dono datur.
¹ doctiſſimum
¹ forte
¹¹ V. quia vet. Ion.

veſtræ iudicium, & ſperatæ petitionis conſequamur effectum. Quædam verò, quæ ad nos pro veſtris vtilitatibus peruenerunt, per harum portitores verbo vobis inſinuanda commiſimus: vt cautiores effecti optata poſſitis victoria conſtanter expleri. Veſtra ſiquidem ſalus, noſtra gloria eſt: & ¹ toties regnum Italiæ proficere iudicamus, quoties de vobis læta cognoſcimus. Citharœdum etiam, arte ſua ¹ doctum, pariter deſtinauimus expetitum, qui ore manibúſque conſona voce cantando, gloriam veſtræ poteſtatis oblectet. Quem ideo ¹ fore credimus gratum ¹¹ quia ad vos eum iudicaſtis magno opere dirigendum.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ludum*] id eſt Clodouæo, quia Ludouicus dicebatur, inquit Hermann. Contractus in Chronico: & ait victoriam Alemanorum, quam hîc nunciat Theodericus circa annum Chriſti 508. Anaſtaſiani verò imperij 18. contigiſſe, Felice & Secundino Coſſ. For.

B

¶ 2 *Affinitate*] nam Theodericus, vt regni ſui vires ſtabiliret, Adelphedam ſororem Francorum Regi copulauerat. Matthæus Palmerius, For.

¶ 3 *Parentum veſtr.*] Nam Theodericus ſororem Clodouæi in matrimonio habuit Gregor. Turonen. For.

¶ 4 *Innumerabilem nationem*] teparabilem vocat Ammian. Marcell. For.

¶ 5 *Gentilitas*] erat ergo tunc Clodouæus non amplius gentilis, ſed Chriſtianus iam factus. For.

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variarum.

C

LIBER III.

ALARICO REGI VISIGOTHARVM Theodericus Rex, I.

Ne moneat bellum cum aduerſario, donec tractetur pax inter eos.

Legatio, ne bellum ſuſcipiatur.
¹ Attilam
Attila potens.
¹ Viſigothorum
¹¹ Rectius in veter. populorũ ferocium
D
corda. For.
* ferorum
¹ ferociũ
¹ in albo
¹ cõflictus

QVAMVIS fortitudini veſtræ confidentiam tribuat parentum veſtrorum innumerabilis multitudo: quamvis ¹ Attilam potentem reminiſcamini ¹ 5 Viſigotharum viribus inclinatum: tamen quia ¹¹ populorum * ferocia ¹ corda longa pace molleſcunt, cauete ſubito in ¹ aleam mittere, quos conſtat tantis temporibus exercitia non habere. Terribilis eſt hominibus ¹ conflictus, ſi non ſit aſſiduus: & niſi vſo præſumatur, concertandi ſubitò fiducia non habetur. Abſit, vt vobis aliquid indignatio cœca ſurripiat. Moderatio prouida eſt, quæ gentes ſeruat. Furor autem inſtantia plerumque præcipitat, & tunc vtile ſolum eſt ad arma conuertere, cum locum apud aduerſarium iuſtitia non poteſt inuenire. Quapropter ſuſtinete, donec ad 2 Francorum Regem Legatos noſtros dirigere debeamus: vt litem veſtram amicorum debeant amputare iudicia. Inter duos enim nobis 3 affinitate coniunctos non optamus aliquid tale fieri, vnde vnum minorem contingat forſitan inueniri. ¹ Non vos parentum ¹ fuſus ſanguis inflammat: ¹ non grauiter vrit occupata prouincia: adhuc de verbis parua contentio eſt, facillimè ¹ tranſigitis, ſi non per arma veſtros animos irretitis. Obiiciamus, quamvis cognato, cum noſtris coniuratis eximias gentes. Iuſtitia, quæ Reges efficit fortiores, citò conuertit animos, ¹ qui contra ſe tales ſentit armatos. Et ideò ſalutationis honorificentiam prælocuti, Legatos noſtros illum & illum ad vos credimus eſſe dirigendos: qui vobis & mandata noſtra ſufficienter inſinuent, & vſque ad fratrem noſtrum ¹ 4 Gundibadum, vel alios Reges iſta veſtra voluntate ¹ deproperent. Ne videamini eorum immiſſione laborare, qui malignè gaudent alieno certamine. Auertant enim diuina, vt ſupra vos iniquitas illa præualeat. Commune malum, veſtrum iudicamus inimicum. Nam ille me iure ſuſtinebit aduerſum, qui vobis nititur eſſe contrarius.

¹ Num
¹ fuſis
¹ num
¹ tranſitis
¹ quæ

E

¹ Gundibaldũ, vt
¹ deproperet

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Viſigotharum*] id eſt, Viſigothorum qui Aquitaniam tunc obtinebant. Clodouæus & Alaricus elegere arbitrum belli Theodericum: cuius arbitrio nolens parere Alaricus à Clodouæo victus eſt. Ammon. Monach. *lib.* 1. *c.* 20. For.

¶ 2 *Francorum Regem.*] Luduin, ſeu Clodouæum, de quo in nouiſſima ſuperioris libri formula, & huius lib. epiſt. 3. For.

F

¶ 3 *Affinitate coniunctio*] vt ſupra lib. prox. epiſt. vlt. For.

¶ 4 *Gundibaldum*] regem Burgundionum, de quo ſupr. ext. lib. 1. epiſt. ad quem hac de re epiſt. ſeq. proximè ſcribitur. For.

¹¹ GVNDIBADO REGI BVRGVNDIONVM Theod. Rex. II.

¹¹ V. Gundibaudo. For.

Super eodem.

¹ charas
Principũ diſſidia, graue malum. Diſſuaſio belli.

GRaue malum eſt inter ¹ curas regiáſque perſonas, voluntates ſibimet videre contrarias, & diſſimulando ſpectare, vt de vno aliquid dolendum poſſit emergere. Non ſine inuidia noſtra geritur, ſi nobis patientibus affinium clade dimicetur. Habetis omnes per me pignora magnæ gratiæ: non eſt vnus ab alio ſegregatus: ſiquid in vobis delinquitis, meo grauiter dolore peccatis. Noſtrum eſt, regios iuuenes obiecta ratione moderari: quia ¹ illud in vobis verè ſentiunt diſplicere, ¹ qui dum malè cupiunt, ¹ audaciam ſuæ voluntatis retinere non poſſunt. Vereantur ſenes, quamvis ſint florida ætate ¹ feruentes: ſciant, nos aduerſarios eſſe contrarietatibus ſuis: & illud velle perſequi, ne ab vtriſque poſſit excedi. Decet enim nos aſpera verba dicere, ne affines noſtri ad extremum debeant peruenire. Et ideò illum & illum Legatos ad fraternitatem tuam credimus deſtinandos: vt ſi filio noſtro Alarico viſum fuerit ad regem Francorum cum coniuratis nobis gentibus dirigere debeamus, quatenus cauſa quæ inter eos vertitur, amicis mediis rationabiliter abſcindatur. Conuenit enim, tales tantoſque Reges non inter ſe lamentabiles rixas quærere, vt de ſuis & nos poſſint caſibus ſauciare. Quapropter fraternitas veſtra, * adhibito mecum ſtudio, eorum nitatur ¹ reparare concordiam: quia nemo poteſt credere, ſine noſtro voto illos ad hæc prælia perueniſſe, niſi omnino clareat, ne ad conflictum veniant, noſtra potius eſſe certamina. Aliqua verò à præſentium gerulis literarum ſermone vobis commiſimus intimanda: Vt ſic prudentia veſtra cuncta componat, quemadmodum conſueuit, Deo iuuante, perficere, vnde ſolet diligentiſſimè cogitare.

G
¹ illi For.
¹ quod
¹ ſi audaciam
¹ fruentes

* habito
¹ reperire

H
Mandata legat.

¶ ¹¹ HERVLORVM REGI, GVARNORVM Regi, Thoringorum regi Theod. Rex, III.

¹¹ V. Thuringorum regi. For.

Studet conciliare diſcordes reges inter ſe.

SVperbiam, diuinitati ſemper exoſam, perſequi debet generalitatis aſſenſus. Nam qui vult * opinabilem gentem voluntaria iniquitate ſubuertere, non diſponit cæteris iuſta ſeruare. Peſſima conſuetudo eſt, deſpicere veritatem. Credit ſibi omnia cedere, ſi elatum

* vet. inopinabil.

contigerit

A

contigerit in abominabili certamine ſuperare. Et ideo vos, quos conſcientiæ virtus erigit, & conſideratio deteſtabilis præſumptionis accendit, Legatos veſtros, vna cum meis & fratris noſtri Gundibadi regis ad Francorum regem * Ludouicum deſtinare: Vt aut ſe de Viſigotharum conflictu conſiderata æquitate ſuſpendat, & leges gentium quærat: omnium patiatur incurſum, qui tantorum arbitrium iudicat eſſe temnendum. Quid quærit vltra, cui offertur abſoluta iuſtitia? Dicam planè, quod ſentio: qui ſine lege vult agere, cunctorum diſponit regna quaſſare. Sed melius eſt, vt inter initia pernicioſa reprimatur aſſumptio: vt ſine labore perficiatur omnium, quod certamen eſſe poterat ſingulorum. Recolite namque [2] Heurici [3] ſenioris affectum, quantis vos iuuit ſemper muneribus, quoties à vobis proximarum gentium imminentia bella ſuſpendit. [4] Reddite filio eius gratiam, quam tantum agnoſcitis veſtris vtilitatibus attributam. Nam ſi tanto regno aliquid præualuerit, vos aggredi ſine dubitatione præſumet. Quapropter excellentiam veſtram epiſtulari ſermone ſalutantes, per Legatos noſtros, illum & illum, præſentium portitores, verbo vobis aliqua dicenda commiſimus: Vt vos qui noſtrum ſequimini, deo iuuante, diſpoſitum, vnus vos complectatur aſſenſus; & foris hoc agatis, ne in veſtris prouinciis dimicare poſſitis.

Gundibaldi Fon. — Cludeuiũ. Fon. — Viſigothorum — V. aſſeretur. Fon. — V. iudicio. Fon. — *Principiis obſtandi.* — Vet. lib. Eurici. Fon. — quoties

B

præſumet — *Mandata legat.* — *Pacis ſuaſio.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Herulorum regi, &c.*] *Thoringorum Regi*, is eſt Herminifridus, ad quem extat Theoderici epiſt. cap. 1. lib. ſeq. Fon.

¶ * 2 *Henrici*] Idem Caſſiodorus Eurici meminit *lib. 5. epiſt. 39.* Fon.

¶ 3 *Senioris*] patris ſcilicet Alarici Regis Viſigothorum, vt epiſt. ſeqq. patet. Fon.

¶ 4 *Reddite filio*] *Alarico*. Fon.

C

* LVDVIN REGI FRANCORVM
Theod. Rex. XV.

Exhortatio ad pacem cum aduerſario, donec eorum controuerſia placabili amicis medijs finiatur.

ADeo inter Reges affinitatis iura, diuina coaleſcere voluerunt, vt per eorum placabilem animum proueniat quies optata populorum. Hoc enim ſacrum eſt, quod nulla permittitur commotione violari. Nam quibus obſidibus habeatur fides, ſi non credatur affectibus? Sociantur proximitate domini, vt nationes diuiſæ ſimili debeant voluntate gloriari, & quaſi per alueos quoſdam concordiæ, adunata ſe poſſint gentium vota contingere. Quæ cum ita ſint, miramur animos veſtros ſic cauſis mediocribus excitatos, vt cum filio noſtro Alarico Rege duriſſimum velitis ſubire conflictum: vt multi qui vos metuunt de veſtra concertatione lætentur. Ambo eſtis ſummarum gentium Reges, ambo ætate florentes. Non leuiter regna veſtra quaſſatis, ſi data partibus libertate confligitis. Virtus veſtra patriæ non fiat inopinata calamitas. Quia grandis inuidia eſt regum in cauſis leuibus, grauis ruina populorum. Dicam liberè, dicam affectuosè, quod ſentio. Impatiens ſenſus eſt, ad primam legationem protinus arma mouere. A parentibus, quod quæritur, electis iudicibus, expetatur. Nam inter tales viros, & illos gratum eſt dare, quos medios volueritis efficere. Quid de nobis vos ipſi æſtimare poteritis, ſi nos intentiones veſtras reliquiſſe cognoſcitis? Abſit ille conflictus, vbi vnus ex vobis deleri poterit inclinatus. Abiicite ferrum, qui in meum pugnare vultis opprobrium. Iure patris vobis interminor & amantis. Ille nos & amicos noſtros patietur aduerſos, qui talia monita (quod non opinamur) crediderit eſſe temnen-

* Ludouico Fon. — V. ideo inter. Fon. — *Adhortatio ad pacem.* — obſidib. — adunate — V. ſe poſſunt gentibus grata vota. Fon.

D

Ex Regũ diſſidiis, ruina populorum. — commouere — *Electi iudices.* — V. expectatur. Fon.

da. Quapropter ad excellentiam veſtram illum & illum, Legatos noſtros, magno opere credidimus dirigendos, per quos etiam ad fratrem veſtrum, filium noſtrum, Regem Alaricum ſcripta noſtra direximus: vt nulla reuma inter vos, ſcandala ſeminet aliena malignitas: ſed in pace perſeuerantes, quæ ſunt inter vos, mediis amicis, placabiliter finire debeatis. Per eos etiam & verbo vobis aliqua dicenda mandauimus. Vt gentes, quæ ſub parentibus veſtris longa pace floruerunt, ſubita non debeant concuſſione vaſtari. Illi enim credere debetis, quem veſtris vtilitatibus arridere cognoſcitis. Quoniam qui vult alium in præcipites caſus mittere, eum certum eſt fideliter non monere.

E

V. magnopere. Fon. — ſemel — *Medij amici.* — alterum Fon.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Amicos noſtros.*] Id eſt, regem Gundibaldum & Herulorum regem. Fon.

F

IMPORTVNO V. I. PATRITIO
Theod. Rex. V.

Confertur dignitas patritiatus Importuno patritio, qui & generoſis natalium fulget inſignibus, & meritis per conſequens luce perſpicua decoratur.

SI te aut nobilitas ſola decoraret; aut meritorum tantum laude polleres, conferendas forſitan dignitates dilatione probabili libraremus: ne magna vileſcerent, cum ſimul omnia funderentur. Nunc autem cum te vniuerſa facto agmine comitentur, nec deſit vni, quod prædicatur in pluribus: conuenit iuſtitiæ noſtræ vt cum tu copioſa bona protuleris, vberrimè te repleat munificentia principalis. Non enim creſcendi vobis hic ordo, qui multis eſt, paulatim prouehi, mediocris probatur eſſe virtutis: dum moroſius agnoſcitur; quod ſub leuitate præparatur. Saltu quodam ſe tendit veſtra proſperitas, ſoláque perfectio à vobis quæritur, cum vobiſcum multa naſcantur. Elaboratæ ſunt enim longa ætate veſtri generis dignitates, quæ notiſſimo quodam habitaculo Lares in veſtra poſuere familia. Nam vt priſca ſæcula tranſeamus, quæ affatim viros ſunt viſa proferre præcipuos, gemino radias patris ac patrui decore conſpicuus, qui non ſolum ornamentum familiæ ſuæ, ſed ipſi decus Senatui præſtitere. modernis ſæculis moribus ornabantur antiquis: bonitate præditi, conſtantia glorioſi, in amicitia proni, ad odia ſumenda difficiles. Ita, quod maximum felicitatis genus eſt, cum multæ probarentur eſſe potentiæ, inuidiam illos perſequentium contigit non habere. Pendebant quinimò circa eos anxia vota ciuitatis, creſcens ſupra priuatos publicus amor eorum. Senatus animum eorum ſequebatur, turba propoſitum. Eo neceſſe erat Romam velle, quod cuncti videbantur optare, miróque proſperitatis euentu firmum circa eos cuſtodiebat arbitrium voluntas vaga populorum: quod inter cæteras dignitates munus indicamus eſſe præcipuum. Nam ſi paucorum amor iuſte iam gloria eſt, tantæ ciuitatis affectus quod poteſt habere præconium? Proinde ſicut omnia ingrata videntur obſcura, ſic generaliter dilecta prælata ſunt. Tot igitur parentum laude decoratus, tot etiam morum luce conſpicuus, ſume poſt conſulares faſces emeritos, Patritiatus inſignia, tuarum munus plenarium dignitatum: & cani honoris infulis adultam cinge cæſariem, qui meritorum laude ætatis præiudicia ſuperaſti. Cur enim tardo euenirent præmia, cui tot generi ſuffragabantur exempla? Eligitur quippe in te naſcendi laus, viuendi gloria: & cum multa trahas ab Antiquis, meruiſti placere de propriis. Ab ipſo quippe vitæ principio, quod inter adulantium greges rarum ſolet eſſe, nobilibus ſtuduiſti fidem virtutibus exhibere. Atque ideò inſtituti tui

Collatio patritiatus. — V. in plurima. Fon. — paratur Fon.

G

poſuerũt — iuſſa — modernis ſeculis — in odia — *Elogia glorioſa.* — V. maximo felicitatis genere. Fon. — *Felicitas ſine inuidia.* — cura

H

principium — deſecta — tum — *Inſignia patritiatus.*

A firma veſtigium: vt qui primæuus gloriam conſecu-
tus es, florentibus annis glorioſis honoribus augea-
tis. Inſpice denique, quanta tuorum laude præcipua
* firmum eſt decoreris. Culpæ genus eſt, non te feciſſe, quod * ſum-
mum eſt. De maturitate quippe tua multò debent ve-
nire meliora, qui in ætate tenera te nouimus feciſſe
Commendatio patricij. prædicanda. Confidimus enim nec tui generis inſtitu-
tum, nec noſtrum circa te errare poſſe iudicium.

Veſtra eſt indoles, quam probamus. Habetis certè, quod E
vobis ingenioſa laude tribuatis, ſi amore neceſſitudi-
num publicum faciatis eſſe iudicium: & quod pro na-
turæ caritate dependitur, collatum noſtris iuſſionibus
æſtimetur.

SENATVI VRBIS ROMÆ Theod. Rex. VI.

Scribitur Senatui vrbis Romæ ſuper eodem.

GRatum quidem nobis eſt, P. C. perſonas nouas ad
Noui homines perducti ad honores. honorem celſa producere. Delectat, peregrini ger-
minis virus gremio libertatis inſerere. Vt variis " froo-
deſcat ſenatus aula virtutibus. Ornat enim talis multi-
tudo conuentum, & lætam reddit faciem publicam ho-
B norata frequentia. Sed multò nobis probatur acce-
" V. *Florescat.* For. ptiùs, ' quoties dignitatibus reddidimus, qui de ipſa
Curiæ claritate naſcuntur. Quia nun ſunt de vobis exa-
' quotien. mina noſtra ſolicita, dum præiudicata bona transfun-
ditis, qui merita cum Luce præſtatis. Origo ipſa iam
gloria eſt: laus nobilitati connaſcitur. Idem vobis eſt
Senatoria dignitas. dignitatis, quod vitæ principium. Senatus enim ho-
nor ampliſſimus vobiſcum gignitur, ad quem via ma-
turis ætatibus peruenitur. Hæc licet de vobis omnibus
* omnis ordo. veraciter iudicemus, vt * ordinis genium complecta-
tur gratia Senatorum, maximè ſerenitatis noſtræ lu-
' Quod minibus Deciorum ſanguis irradiat. ' Qui tot annis
continuis ſimul ſplendet claritate virtutis. Et quamvis
rara ſit gloria, non agnoſcitur in tam longo ſtem-
mate variata. Sæculis ſuis producit nobilis vena pri-
marios, neſcit inde aliquid naſci mediocrè: tot pro-
bati, quot geniti: & quod difficile prouenit, electa fre-
quentia. En pullulat ex vno germine quadrifariam de-
C cus, honor ciuium, gloria generis, augmentum Sena-
tus: Qui quamvis fulgeant communione meritorum,
inuenies tamen quem poſſis laudare de propriis. Reſ-
picite certè iuuenem, per formæ gratiam mentis pul-
Forma dignitas. chritudine plus placentem. ' Refert facie ſanguinis de-
' Refertur cus, proditur animi natura per ' vultum, & ſerenitate
' vultum corporis ' nubila quoque mentis abſtergit. Verùm hæc
' nubila Naturæ bona literarum decorauit inſignibus: vt * co-
* pote te magiſtratum artium ' deterſis mentis penetralibus
magnatû plus luceret. In libris Veterum Decios cognouit anti-
Decij ' deterſus quos, nobilémque progeniem, glorioſæ mortis bene-
ficio viuentem. Feliciſſimus profectò ſtudiorum labor,
cui priſcorum carmen contigit diſcere per parentes, &
de auita laude primordia teneri pectoris erudire. Libet
referre, quam magno tunc ſpectaculo totius Scholæ in
' quem For. cum conuertebatur aſpectus: ' qua cum audiret paren-
' quem tem illa mox intendebat heredem quæreus: vt ' quæ
' diſcere auctorem cognouerat ' dicere, per huius poſſet ſimili-
D tudines approbare. Nam ſicut indigna poſteritas lau-
* V. dicta For. des antiqui generis abnegat, ita præclara de patribus
' iis egregiè * dona confirmat. Creditum eſt de ' his omne
quod legitur: dum præconia Veterum præſens docuit
vena virtutum: in auditorij officina ingeniorum flam-
ma recalens, his quidem formabatur exemplis, ſed
domeſticis feliciùs producebatur imperiis. Subtracto
' regni enim ſolatio maritali, onus ' regendi mater glorioſa
ſuſcepit. Quam nec ampla patrimonij cura, nec tot
filiorum potuit turbare cuſtodia. Aluit nutrimentis,
auxit patrimoniis, ornauit moribus, & quot edidit
' Hoc familiæ iuuenes, tot reddidit Curiæ conſulares. ' Hæc
igitur, rimator morum, noſter ſenſus inſpexit, qui
etiam bonum domeſticæ virtutis inquirit: vt inter
priuata laudatis publicè debeat ornamenta largiri. '
' At Atque ideò P. C. illuſtri & magnifico viro Importu-
no Patriciatus culmen indulſimus: Vt veſtet cœtus
ſicut pullulat ſorte naſcendi, ita & faſcibus poſſit au-
geri. Impendite parenti gratiam: adunate ſententias.

¶ IANVARIO VIRO VENERABILI Epiſcopo * Salonitano Theod. Rex. VII.

* Salernitano

Vt ſatisfaciat creditori, de oleo quod ad implendas Eccleſiæ dicitur ſuſcepiſſe.

OMnes quidem iuſtitiam colere & obſeruare præ- *Iuſtitia colenda omnibus,*
cipimus, ſed eos maximè, qui diuinis honori- *ſed maximè ſacerdotibus.*
bus eriguntur: vt ſupernæ gratiæ fiant proximi, dum
à terrena fuerint cupiditate longinqui. Ioannes itaque
flebili nos allegatione pulſauit, ſanctitatem veſtram
à ſexaginta orcas olei, ad implenda luminaria, ſuſce- *Orca olei.*
piſſe: quarum pretium ſibi poſtulat oportere reſtitui. F
Bonum quidem votum, ſi tamen non ibi aliquid miſ-
ceatur aduerſum. Nam licèt vbique deceat iuſtitiam
cuſtodiri, in illis rebus maximè neceſſaria eſt, quæ di-
uinis obtutibus offeruntur. Ne putemus ignorare
Deum, vnde accipiat, ſi fraudatis oblationibus acquie-
ſcat. Et ideò, ſi veram querimoniam cognoſcitis ſup-
plicantis, conſideratione iuſtitiæ, quam ſancta lege
prædicatis, facite quæ ' iuſtè debentur ſine tarditate ' iure Fon.
reſtitui. Quatenus nullus ingemiſcat, illata ſibi per vos
fuiſſe diſpendia, quos decet potiùs præſtare iuuamina.
Quapropter ſtudete, vt qui non ſoletis pro magnis re-
bus excedere, nunc videamini (quod abſit) in paruitate
peccare.

¶ VENANTIO * V. S. CORRECTORI Lucaniæ & Brutiorum Theod. Rex. IIX.

* viro ſublimi

G

Admonetur exequi iniuncta, ſed exactione tributorum.

IVſtitiæ ratio perſuadet, ab vnoquoque poſtulari,
quod ei conſtat iniungi: & pecunias publicas in-
ſtanter quærere, ne debitorem neglectus debeat ingra-
uare. Nam ſi remiſſio in admonitionibus veniat, cun-
ctos neceſſe eſt vt contemptus inuoluat. Et quodam
modo naſcitur de pietate crudelitas, ſi quem negligis
admonere, poſteà cogaris exigere. Vtilis eſt ergo cura
prædicere, quando & occaſio ſubtrahitur delictis, &
locus ' non datur illicitis. Quapropter illuſtris viri ' emendatur
Comitis Sacrarum largitionum ſuggeſtione competi- *Exactio*
mus, pridem tibi, ſecundùm morem veterem, exactio- *Binorum*
nem 1 Binorum & Ternorum fuiſſe delegatam. Vnde *& Ternorum.*
te præſentibus commonemus affatibus, vt ſecundùm ' têperata
Canonicariæ fidem ' tempora debeas conſtituta com- *Canoni-*
plere. Ne quicquid diſpendij aſſis publicus ſuſtinuerit, H
de proprio exoluere tu cogaris, à quo nec tantæ iuſ- *cariæ fides.*
ſioni eſt habita reuerentia, nec fides ſuæ promiſſionis
impleta.

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Binorum.*] Infra lib. 7. epiſt. 20. Fon.

POSSESSORIBVS, DEFENSORIBVS Et curialibus * Æſtunis conſiſtentibus Theodericus Rex. IX.

* Æſtiuis, al. Eſtanis

De lapidibus exhibendis in ædificia.

PRopoſiti quidem noſtri eſt, noua " conſtruere, " V. *conſtituere.* Fon.
ſed ampliùs vetuſta ſeruare. Quia non minorem

laudem

Digitized by Google

A laudem de ' inuenitis, quam de rebus poſſumus acquirere cuſtoditis. Proinde moderna ſiue ' piorum imminutione deſideramus erigete. Quicquid enim per alienum veoit incommodum, noſtræ iuſtitiæ uon probatur acceptum. In municipio itaque veſtro ſine vſu iacere comperimus columnas, & lapides, vetuſtatis inuidia demolitos. Et quia indecorè iacentia ſeruare nil proficit, ad ornatum debent ſurgere rediuiuum, antequam dolorem monſtrare ex memoria præcedentium ſæculorum. Atque ideò præſenti auctoritate decernimus, vt ſi vera fides eſt ſuggerentium, nec aliquid publico ouuе ornatui probatur accoomodum, ſupra memoratas platonias vel columnas ad Rauennatem ciuitatem * contrahat modis omnibus deuehendas: vt collapſis metallis oblitterata facies reddatur iterum de arte pulcherrima, & quæ ſitu fuerant obſcuta, antiqui oitoris ' poſſint recipere qualitatem.

' euectis pariorū

Publicus ornatus.

*contradat For.
' poſſit
' Fausto

B

❡ * FESTO V. I. PATRITIO Theod. Rex. X.

Mittitur ſubiectio pro deportandis marmoribus, vt iniuncta celerius expleantur.

DEcet prudentiam veſtram in augendis fabricis regalibus obtemperare depoſitis, quia nobiliſſimi eius eſt, patriæ ſuæ augmenta cogitare: maximè cum ſit ſtudij noſtri, illa decernere, quibus cunctos notum eſt ſine ſuis diſpendiis obedire. Atque ideò magnitudini tuæ, præſenti admonitione declaramus, vt marmorta, quæ de domo ' Pinciniana conſtat eſſe depoſita, ad Rauennatem vrbem per Cataboleuſes veſtia ordinatione dirigantur. Subuectum verò direximus de præſenti: ne aut mora noſtris ordinationibus prouenires, aut laborantes aliqua detrimenta ſentirent.

' Pinciana

C

❡ ARGOLICO V. I. PRÆFECTO VRBIS, Theod. Rea. X i.

De conceſſione patriciatus, cum admonitione ad meliora.

OPtamus, cunctum diem plenum beneficiis noſtris excurrere. Optamus, vbique præſtita noſtra radiare. Quia in æuum viuit, quod munificentia ' principalis indulſerit. Quid enim tam ' egregium, quàm feciſſe felicem? & eò vſque præſtare, quo ſe erectus ſtupeat attigiſſe? Beneficia ſiquidem ſunt, quæ regna ſublimant: & libertatis dominus iugiter poteſt creſcere, ſi ſibi ſubiectos ſtudeat ampliare. Hoc manſuetudinis noſtræ glorioſo propoſito, quem gratia generalitatis patrio fouemus affectu, per indictionem quartam Præfecturæ Vrbanæ infulas tibi copioſa liberalitate largimur, vt paternis honoribus ſucceſſio clara lætetur: ' & ſub nobis poſſit proficere, quicquid meruit ad noſtra ſæcula peruenire. Circumſpice itaque quam magnum ſit primordiis tuis canam Romam potuiſſe committi: vt in illo ampliſſimo cœtu iudicis videaris eminere ſuggeſtu. Vbi eſt arduum, vel ipſum obtinere collegium. Stude ergo, vt à meritis tuis exigere poſſis, quod nos præſtitiſſe cognoſcis. Auara fuge, iuſta ſequere, modeſta dilige, iracunda contemne. Quid erit ſuauiùs, quàm in illa turba ſummorum nobile protuliſſe iudicium, vbi tot Patritiorum corda prouocantur ad gratiam? vbi bonum factum ' celebretur ore ſapientum? Nunquam maiore laude virtus agitur, quàm ſi rectè Roma tractetur. Quas diuitias æſtimes aptiores, quàm in oculis Senatus conſcientiæ precioſam gerere puritatem; & ante ipſum libertatis ' gremium nullis vitiis eſſe captiuum? ' Videmus, reliqui faſces qua gloria cenſeantur. Vrbanus præſul dignitas eſt honorum. Non patitur ' claritas illa committere quod poſſit nobilis turba neſcire. Lotius in medium cunctorum ad ſe trahit aſpectum: & totius vitæ iudicium promulgat fama populorum. Hæc te & animo concipere, & rebus euidentibus explicare, credibile apud nos faciunt ſtudia literarum: vbi cognouiſti omne quod deceat, & ad vſum vitæ glorioſæ animuin, doctorum nimirum inſtitutione formaſti. Fugiat ergo doctrina delictum. Indocilis eſt animi, ad vitia trahi. Ædificatus libris, locum non relinquit iniuriis: vbi in teneris annis acquiritur, quod matura ætate ſeruetur. Ad tramitem recti hortemur te tuorum facta ſeniorum, admoneat lectionis auctoritas, deinde iudicij noſtri electio glorioſa. Vt maiora de nobis ſumere poſſis, cum te ea, quæ commiſimus, implere cognouetis.

Præfectura vrbis data.
' regalis
' regium

D

' etiam
Præfectū vrbis informat.

' celebretur

' genium
' videremus
' dignitas

E

SENATVI VRBIS ROMÆ THEOD. ' Rea. XII.

Super eodem.

AMamus, P. C. dignitates eximias de noſtra benignitate naſcentes. Publici enim decoris mater eſt mens regentis: & quale fuerit dominantis arbitrium, talem parit libertatis aſpectum. 1 Facilius eſt quippe, ſi dicere fas eſt, errare Naturam, quàm diſſimilem ſui ' princeps poſſit formare Rempub. Hinc eſt, quod cupimus, vt perpetuis honoribus fulgeatis: ' quia quicquid de vobis fama loquitur, noſtris inſtitutionibus applicatur. Nam cum omnia celſa mereamini, noſtram inuidiam tangit, ſi quid vobis fortaſſe defuerit. Proinde, quod felicibus ſanciatur auſpiciis, illuſtrem Argolicum Præfecturæ Vrbanæ dignitate promouemus: vt & ille augeatur faſcibus, & vobis tanti iudicis minimè ſubtrahatur ornatus. Scitis enim, ſæpe ex hac familia viros ' enituiſſe præcipuos. Recordamini prouecti auum perfecti ' dogmatis honore ditatum, cuius * maximam facundiam Fora mirata ſunt. Studuit verò, cum abundaret eloquio, ſciens, dicendi peritum debere eſſe puritate conſpicuum. ' His meritis ad honorum celſa perductus, Largitiones Sacras fida protexit cuſtodia, implens etiam doctrina, quam ſuſceperat 2 Magiſterij dignitatem, ita in vtroque laudatus, vt in ſingulis crederetur eſſe præcipuus. ' Accidit etiam prouecti nobiliſſimus pater, qui Comitiuæ Priuatarum infulas nullius acerbitate calumniæ profanauit, qui affectans famæ commoda, pecuniæ neglexit augmenta: &, quod rarum virtutis exemplum eſt, his egit ſe temporibus continentem, quibus crimen auaritia non habebat. Principis enim propoſitum facit, aut negligere iudices, aut amare virtutes. Tot igitur originis documenta ' promittens, reddamus bona de nobili: quia laudabilis vena ſeruat originem, & fideliter poſteris tradit, quæ in ſe glorioſa tranſmiſſione promeruit. Fauete ' ergo P. C. veſtris dignitatibus conſecrato: vt ad maiora virtutum deſideria concitetis, quos nos ' munerum prouocamus exemplis.

F

Commendatio candidati.
Componitur orbis Regis ad exemplū, Ciuitatum.
' principib
' &

' enituiſſe
' dignitatis
* vet. innoxiam.

G

For.
' iis
Largitiones ſacræ: Magiſterij dignitas.
' Accidit
Comitiua Priuatarum.

' præmittens

' ergo publicè omnium

NOTÆ VARIORVM.

H

❡ 1 *Facilius eſt errare naturam, quàm diſſimilem ſui princeps poſſit formare Rempublicam.*] Quales in Republica principes, tales ciues, vt regulam oporter rectam eſſe, ad quam cætera adæquantur, ſic meritò principem ad quem alij diriguntur. Bros.

❡ 2 *Magiſteria dignitas*] de hac poſt *lib.* 10. *epiſt.* 33: Magiſter officiorum, qui militibus prætorianis præficiebatur Zoſimus *lib. Hiſtor.* Cuiacius *in tres poſtremos Codicis libros.* For.

A

* Ianuario. al. Fauſto præpoſito. al. Iunæ *Index datus.*

¶ * SVNHIVADO V. S. THEOD. Rex. XIII.

Mittitur quidam ſublimis corrector cuiuſdam prouinciæ ad iurgia finienda.

LAborum tuorum longa ſeruitia, & exploratæ fidei multa documenta, hoc nobis iudicium tradunt, vt qui tuos animos moderatus es, nunc alienis moribus præferaris, & præſtes ` prouinciæ diſciplinam, qui priuatus amaſti continentiam. Is enim poteſt alios bene regere, qui ſe ſtuduit ſub decore tractare. Sannitarum itaque ſupplicatione permoti, hoc remedio ` credimus laborantibus ſubuenire, ſi ſpectabilitatem tuam iuberemus ad * finienda iurgia proficiſci. Vnde nunc enitere, vt tam bono iudicio laudabili ` reſpondeas inſtituto: aptúmque te noſtris præbe mandatis, qui hactenus propria ſponte placuiſti. Intra itaque prouinciam Sannij ſi quod negocium Romano cum Gothis eſt, aut Gotho emerſerit aliquid ` cum Romanis, legum conſideratione definies: nec permittimus ` indiſcreto iure viuere, quos vno voto volumus ` vendicare. Cenſebis ergo in commune quæ ſunt amica iuſtitiæ. Quia neſcit perſonas reſpicere, qui metam cogitat æquitatem.

` prouinciis

` cupimus

* ſumenda negocia

` ſpondeas

B

` in

` diſcreto For.

` vindicare

¶ * AVRIGENI VIRO VENERABILI Theod. Rex. XIV.

* Epiſcopo

Quod inſtanter faciat iuſtitiam, de eo qui vxorem & res alterius contra iuſtitiam occupauit.

QVamvis iudicio veſtro credamus omnia facinora diſplicere, maximè vobis confidimus execrandum, quod matrimonij genialis impugnat affectum. Quod enim animis à continentibus accipitur, quod etiam laicorum deteſtatione damnatur. Iulianus itaque nobis lachrymabili aditione conqueſtus eſt, vxorem ſuam vel res à veſtris hominibus iniuſta vſurpatione peruaſas. Vnde ſi veram petitionem ſupplicantis agnoſcitis, nec ſe rationabiliter pulſatus abſoluit, in * 1 auctorem facti ſine tarditate aliqua reſecate. Malum enim cum perſeuerat augetur, & remediabile bonum eſt in ` peccatum, accelerata correctio.

Matrimonij affectum genialis.

C

* actores.

` peccati

NOTÆ VARIORVM.

¶ * *In auctorem.*] Alij legunt *in actorem* ſæpenumero iſtæ inuicem voces commutantur. For.

¶ * 1 THEODAHADO V. S. THEOD. Rex. XV.

Committitur deciſio cauſa contra eum, qui à iudicio per malitiam ſe abſentat.

2 INiuria quidem noſtra eſt, læſa iuſtitia: quia violationes earum rerum meritò ad eos trahimus, quas amamus. Vnde illud maximè inuitum eſſe non patimur, quod in contemptum noſtræ iuſſionis conſtat ` admiſſum. Quæ enim præſumptio plectenda non audeat, ſi ſacræ iuſſionis reuerenda contemnat? Ideóque illum, quem dudum ad viri " illuſtris ` Sonæ iudicium conuenire, ` qui ſe inueterata calliditate ſubtraxit, examini veſtro committimus audiendum: vt finem detis iurgio, plectibili " machinatione dilato. Præſtate itaque audientiæ curam, vt iuſtitiæ vobis creſcat opinio. Quando pro remedio cauſantium committuntur vobis ambigua iurgiorum.

` Theobaldo, Thurigeni venerabili

D

Epiſcopo, al. Thedano.

Iuſtitiam qui violat, Principi facit iniuriam

` amiſſum

" V. illuſt. Sand. For.

` perſonæ

` is qui

" V. machinatione dilata. For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Theodahado*] hic poſtea regnum Gothorum adeptus eſt: ad quē exſtat Theoderici epiſt. 39. lib. ſeq. For.

¶ 2 *Iniuria quidem noſtra eſt, læſa iuſtitia.*] Hinc collige iuſtitiam qui violat, principi iniuriam facere. Bros.

E

¶ " GEMELLO V. S. THEOD. Rex. XVI.

" V. Gegillo. For.

Conceditur officium vicariatus in illa prouincia gubernanda quæ nouiter ſubiugata fuit.

FIrmum eſt iudicium, cuius tenetur exemplum: nec [locus ambiguitati relinquitur, vbi experimenta probabilia ſuffragantur.] Explorauimus efficaciam tuam per diuerſos induſtriæ gradus. Sed non ` imparem meruiſti gratiam, variis actionibus æqualiter approbatus. Hinc eſt, quod præſenti tempore 1 in Gallias, nobis Deo auxiliante " ſubiectas, 2 Vicarium te Præfectorum noſtra miſit auctoritas. Vnde perpende, qualia de te videamur habere iudicia, quando ad illos populos ` mitteris corrigendos, quos noſtris laudibus ſpecialiter credimus acquiſitos. Cara eſt principi gloria: & neceſſe eſt de illis amplius eſſe ſolicitum, vnde ſibi triumphorum veniſſe ſentit augmentum. Age igitur mandata, ſi cupis in te proficere noſtra iudicia: turbulenta non ames, auara declina: vt talem te iudicem Prouincia feſſa ſuſcipiat, ` qualem Romanum principem tranſmiſiſſe cognoſcat. Deſiderat viros egregios coacta cladibus ſuis. Efficæ, vt victam fuiſſe delectet. Nihil tale ſentiat, quale ` patiebatur, cum Romam quæreret. Abſcedat omnis de calamitate triſtitia. Serenetur tandem nubilus vultus, nunc illam gaudere conuenit, cum ad ſua vota ` peruenerit.

Vicarius præfecti.

Variis actionibus adprobatus.

` viripare

" Rectius in manuſcriptis

F

ſubiugatas. For.

` mitteres regendos

` quale

` patiebāt

` prouenis

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *In Gallias*] Theodericus Gallias Francorum oppreſſione liberauit, Venantio & Importuno Coſſ. vt idem Caſſiodorus in faſtis conſularibus ſcribit. For.

¶ 2 *Vicarium te præfectorum.*] Vicarius eſt qui & in hiſtoria beati Apollinaris martyris iudex atque vicarius præfecturæ nominatur, propterea quod vt aiunt *l. 1. C. de off. vic. l. 1. C. de proxim. ſacr. ſcrin. lib.* 12. Imperatores pro præfecto diœceſes ſibi creditas temperant: & ideo vicariam præfecturam in inſcriptione *l. 3. C Theod. de ſponſal. & l 3. Cod. Theod. de fam. lib.* & vices præfecti prætorio agere in inſcriptione *l. 1. C. Theod. de vſuris* dicitur. Bros.

G

¶ VNIVERSIS PROVINCIALIBVS Galliarum Theod. Rex. XVII.

Vt obediant prædicto vicario.

LIbenter parendum eſt Romanæ conſuetudini, cui eſtis poſt longa tempora reſtituti, quia gratus ibi regreſſus eſt, vbi prouectum veſtros conſtat habuiſſe Maiores. Atque ideò in antiquam libertatem Deo præſtante reuocati, [veſtimini 1 moribus togatis: exuite barbariem: abiicite mentium crudelitatem: quia ſub 2 æquitate ` noſtri temporis non vos decet viuere moribus alienis.] Proinde de neceſſitatibus veſtris innata nobis manſuetudine cogitantes, quod feliciter dictum ſit, ſpectabilem virum Gemellum, Vicarium Præfectorum, fide nobis & induſtria comprobatum ad componendam Prouinciam credidimus dirigendum: ſperantes, in nullo eum poſſe delinquere, qui nobis peccantes grauiter intelligit diſplicere. Quapropter ordinationibus eius ex noſtris iuſſionibus obedite: quia eum credimus vobis profutura decernere. Reſpicite paulatim * iuridicos mores. [Non ſit nouitas moleſta, quæ proba eſt. Quid enim poteſt eſſe felicius, quam homines de ſolis legibus confidere, & caſus reliquos non timere? Iura publica certiſſima ſunt humanæ vitæ ſolatia,

H

Togati mores.

` noſtris tēporib.

* veridicos

Iura pub.

infirmo

A infirmorum auxilia, potentum frena. Amate, vnde & ſecuritas venit, & conſcientia proficit.] Gentilitas enim viuit ad libitum: vbi magia reperit mortem propriam, qui poteſt habere quod placeat. Vos iam ſecuri oſtentate diuitias parentum. Bona, longo ſitu recondita, produntur in lucem. [Quia tantum quis nobilior erit, quantum & moribus probis, & luculenta facultate reluxerit] Ideo enim vobis Præfecturæ Vicariũ direximus, vt cùm tanta dignitate & ciuilem videamur regulam deſtinaſſe. ' Fruamini quod tantum audiebatis. Intelligite homines non tam corporea vi, quàm ratione præferri: & illos meritò creſcere, qui poſſunt aliis ' iuſta præſtare.

Præfectura Vicarius.
' fruimini
' vita

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Moribus togatis.*] Togati mores barbaris opponuntur. Toga Romana fuit, *l. 32 ſed etſi accepto, D. de iur. fiſc.* Plin. *lib 4. epiſt.* Audiſtine. Cic. *pro Corn. Balbo. Carent vſu toga peregrini, barbari, & ij quibus aqua & igni interdicitur.* Paul. *lib 3. tit 4.* cingulum Romanos cinxiſſe annotatum à Macrobio eſt *lib. 6. cap. 5. Saturn.* & infrà

B Caſſiod. in formula præfect. vrb. *habitu te togata dignitatis ornauimus, vt indutus veſte Romulea iura debeas affectare Romana.* For.

¶ 2 *Æquitate noſtri temporis.*] Solenne eſſe Principibus ſui ſeculi ſectam, felicitatem, mores, leges, laudes denique celebrare, crebra in eorum conſtitutionibus mentio docet, ſup. lib. 1. epiſt. 6. *ſeculi beatitudo.* lib. 2. epiſt. 13. *noſtri temporis iuſtitiam.* Iuſtinian. *ſecta noſtrorum temporum non patitur l. vlt. Cod. de pall. obtrectator noſtrorum temporum l vn. Cod. ſi quis Imp. mal.* ad quam legem Græcus ſcholiaſtes Baſilicon lib. 60. colligit, eum qui principia ſeculum criminatur, principi ipſi maledicere videri, quo de inſtituto aliquando in Selection. libris, quos propediem edi ms curabo, ediſſeram. For.

¶ GEMELLO V. S. THEOD. REX. XVIII.

Mandantur bona reſtitui illi, qui ſpreta hoſtium conuerſatione ad natale ſolum Romanum imperium remeauit.

C MErentur bona, qui noſtram viſi ſunt elegiſſe clementiam: vt eos veraciter iudicaſſe, per augmenta propria poſſimus oſtendere. Quod ſi talibus publica decet proſpici largitate, quantò magis eos ſua dignum eſt poſſidere, quod commune munus probatur eſſe iuſtitiæ? Spectabilis itaque Magnus, hoſtium conuerſatione damnata, quod natus eſt reminiſcens, ad Romanum repatriauit imperium: cuius abſentia contigiſſe dicitur, vt eius ' potuiſſet perire ſubſtantia. Atque ideò præſenti iuſſione ſancimus, quatenus tam in agris, quàm mancipiis vrbanis, aut ruſticis, vel quicquid ſibi competens quolibet modo nunc amiſſum " poterit ' probare, ſine aliqua tarditate recuperet, retinens ex noſtra auctoritate dominij ius omne quo habuit: nec quæſtionem eum de rebus ſibi antiqua poſſeſſione competentibus volumus ' ſuſtinere, cui propoſiti noſtri eſt etiam noua præſtare.

Reſtitutio bonorũ abſentia amiſſorũ.
' poſſet
" V. potuerit. For.
' comprobare
' ſuſtinere

D

¶ * DANIELI THEOD. REX. XIX.

' Cõmonitoriũ Danieli For.

Committitur officium cuidam pro remuneratione laborum, & quod ei artis peritia ſuffragatur.

DEcet, vt palatio noſtro ſeruientibus iuſtis commodis conſulamus: [quia fructuoſus debet eſſe labor publicus:] vt quamvis obſequia nobis gratuita iure debeantur, ſeruitia tamen per moderata compendia prouocemus. Et ideò artis tuæ peritia delectati, quam in excauandis atque ' ornandis marmoribus diligenter exerces, præſenti auctoritate concedimus, vt te rationabiliter ordinante diſpenſentur Arcæ, quæ in Rauennati vrbe ad recondenda funera diſtrahuntur, quarum beneficio cadauera in ſupernis humata ſuns lugentium non parua conſolatio: [quoniam animæ tantum de

' ordinandis
Marmorarij art. Arca marmorea ſepeliendi cauſa.

E mundi conuerſatione diſcedunt, corpora verò dulces quondam ſuperſtites non relinquunt.] Hinc quibuſdam veniunt ad pretium dolores, & miſerabili ſorte votorum creſcit mercantibus de humana morte compendium: ita tamen, vt non ſit iniquitas, ' ſub hac occaſione ' taxata. Ne cogantur miſeri, inter acerba luctuum, ' grauia plorare diſpendia facultatum: & nefanda deuotione conſtricti, aut vrgeantur patrimonia pro mortuis prodere, aut ' dilecta corpora viliſſimis foueis potiùs dolentes abiicere. Sit modus in voluntate poſcentium, quando ipſa * moderatio promerentibus facit. Non minùs debet lædi, cui amplius pro pietatis officio videtur imponi.

' ab For.
' taxari For.
' grata
' dilecta
* miſeratio pro emẽtibus For.

¶ ' GRIMODÆ SAIONI ET FERROCINCTO Apparitori Theod. Rex. XX.

' Trimulæ For.

Committitur cuidam ſublimi, vt ſpoliato bona reddantur, conſtituta pœna in peruaſores, ſi ad eu nequeant idonei reperiri.

F INter glorioſas Reipubl. curas, quas perpeti cogitatione, Deo auxiliante, reuoluimus, eorũ noſtro eſt leuamen humilium: vt contra potentiam ſuperborum noſtræ pietatis * erigamus obſtaculum, nec liceat quicquam apud nos audaciæ, cuius eſt propoſiti, ſuperba calcare. Caſtorij igitur flebili calamitate permoti, quem exitialia hactenus diuerſorum preſſit inuidia, occaſionem ' præbuit ſaluatibus " inſtitutis: vt plus valeret noſtræ pietatis auxilium, quàm iniqua calliditas improborum. Atque ' ideò præſenti auctoritate decernimus, vt ſi præfectus vir magnificus Fauſtus ea, quæ Caſtorius poſſidebat, vel titulis ingrauauit, vel priuata vſurpatione detinuit mox ei prædium, cum 1 alio eiuſdem meriti, vobis imminentibus à peruaſore reddatur, vt crudelibus damnis afflicto pietatis noſtræ remedio conſulamus. Si quis autem in hac præſumptione medius inuenitur, vt ad ea, quæ iuſſa ſunt, idoneus " nequeat inueniri, ad nos reducite vinculis illigatum: vt pœna poſſit ſatisfieri, cuius facinoris facultas non ſufficit vltioni. Tali igitur confuſione iam iniquæ mentis impetus conquieſcat: ne non tam Caſtorium, quàm noſtrum votum perſecutus eſſe videatur. Quod ſi poſt hac qualibet occaſione ſæpè memoratum Caſtorium notus ille artifex nocere tentauerit, quinquaginta librarum auri mulcta protinus feriatur. Sitque maior cruciatibus pœna, reſpicere illæſum, quem videre deſiderauit afflictum. En factum, quod cunctas protinus temperet ac corrigat poteſtates, Prætorij Præfectus bacchari non eſt in ' humilia læſione permiſſus: & cui à nobis aſſurgitur, officiendi poteſtas miſeris abrogatur. Hinc omnes intelligant, quo amore delectamur æquitatis: vt & potentiam noſtrorum iudicum velimus imminuere, quatenus bona conſcientia poſſimus augere.

Peruaſorũ pœna.
* opponatur
' præbuimus conſtitutis
" V. conſtitutis. For.
' ideò vobis
" V. nequ. reperiri
G *ad nos deducite.* For. *Qui non habet in ære, &c.*
Prætorij præfectus.
' humilis

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Cum alio eiuſdem meriti.*] Iure ciuili raptores in triplum teneri nemo neſcit. In peruaſorem qui in alienos agros irrumpit, actio in duplum redditur, ex Conſtantini ad Baſſum conſtitutione, quæ extat apud Iul. Frontinum, *de limitib. agror. & l. 4. C. fin. reg.* For.

H

¶ FAVSTO V. I. THEOD. REX. XXI.

Conceduntur induciæ cuidam nobili recedendi ad tempus ab vrbe.

HVmanæ conſuetudinis mos eſt, vt variata plus " capiant: & quamvis in vſum habeantur eximia, faſtidium præſtet omne, quod ſatiat. Proinde ſacris mœnibus iugiter immoranti diſponendæ vtilitatis propriæ cauſa inducias tibi poſtulas debere concedi: non quòd habitatio tam clara pertædeat, ſed quòd

Commeatus quadrimeſtris.
" V. capiat For.

A

"V. *egreſſio* For.

ʼRomana For.

Roma habitare.

dulcius fiat reuocata " regreſſio. Atque ideò illuſtri magnitudini tuæ ſecedendi ad prouinciam, quatuor menſium inducias pietas noſtra largitur: ita vt expletis eiſdem, ad penates proprios redire feſtines: quatenus habitatio ʼ Romæ, quam multiplici volumus denſare conuentu, ſubtractis incolis, rerrarum opinatiſſima non rareſcat. Hoc etiam & vobis aptiſſimum iudicamus: quando Senator Romanus alibi poſſit dolere tardatus. Vbi eſt illa gratia parentum, vbi tanta mœnium poſſit reſpici pulchritudo? Piaculi genus eſt, abſentem ſibi Romam diutiùs facere, qui in ea poſſunt conſtitutis laribus habitare.

¶ ARTHEMIDORO V. I. THEOD. Rex. XXII.

Euocatio eiuſdem nobilis ad præſentiam Principis.

B

Principis comitatum ex quibus hominibus conſtarent.

ʼ ius

" V. *credas.* For.

Colloquiâ Imperatoris.

ʼ ſuſcipiemus

CONgruit, Comitatum noſtrum viris nos decorare nobilibus: vt & illorum expleatur votum, & obſequium noſtrum orneat merita perſonarum. Proinde magnitudinem tuam ad conſpectus noſtros, quos tibi non ambigimus eſſe gratiſſimos, ʼ his oraculis euocamus. Vt qui longa nobiſcum ætate verſatus es, præſentiæ noſtræ dulcedine capiaris. Feſtinat enim ad Principem, qui vel ſolum poteſt videre propitium. Nam quilibet, habere 1 noſtra colloquia, munera " credit eſſe diuina. Quapropter non tardamus deſiderium eius optatus aſpectum. Venire te gaudentem credimus, quem alacriter ʼ ſuſtinemus.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Noſtra colloquia.*] Colloqui cum Imperatore magnum quidpiam rex Theodericus cenſet: vt & menſæ adhiberi, qua de re infrà pluribus lib. 6. epiſt. 9. & nos nonnihil *lib. 3. c. 13. Select.* attigimus. For.

C

¶ ʼ COLOSSEO V. I. COMITI THEOD. Rex. XXIII.

Committitur regimen Pannoniæ prouinciæ.

ʼ Coloſſo al. *Colloſſo.* For.

ʼ qui

Pannonia Sirmienſis.

IVuat, probatis ordinanda mandare: ſiquidem & de talibus iudicium gaudet eligentis, & eorum ſecura ſubſtantia eſt, quæ committitur approbatis. Nam vt optamur eſſe, ʼ quod placeat ita curamus, vt qui placuerit, eniteſcat. Proinde proſperis initiatus auſpiciis ad 1 Sirmienſem Pannoniam, quondam ſedem Gothorum, proficiſcere, illuſtris cinguli dignitate præcinctus commiſſámque tibi prouinciam armis protege, iure compone: vt antiquos defenſores recipere læta poſſit, quæ ſe noſtris parentibus feliciter paruiſſe cognoſcit. Noſti qua re nobis conuerſationis ſynceritate commendes. Sola tibi placendi via eſt, ſi quæ gerimus imiteris. ʼ 2 Æquitati faue: innocentiam animi virtute defende. Vt inter nationum conſuetudinem peruerſam, 3 Gothorum poſſis demonſtrare iuſtitiam: qui ſic ſemper fuerunt ʼ in laudis medio conſtituti, vt & Romanorum prudentiam caperent, & virtutem gentium poſſiderent. Remoue 4 conſuetudines abominanter * inolitas, verbis ibi potiùs non armis cauſa tractetur, non ſibi ʼ conuitium negotium perdere, cùm ʼ propriè " abiurator alieni furtum non animam reddat. Ne plus intentio ciuilis rapiat, ʼ quàm bella conſumant. Scuta in hoſtes erigant, non in parentes. Et ne quem fortè ad mortem videatur præcipitare paupertas, redde pro talibus glorioſum planè damnum: Lecturus à nobis gratiæ vberrimum fructum, ſi ciuile potueris plantare propoſitum: & noſtris verè " iudiciis dignum, ſi diſpendium iudex ſubeat, vt vitam periturus acquirat. Quapropter conſuetudo noſtra feris mentibus inſeratur, donec truculentus animus velle conſueſcat.

ʼ æquitatẽ *Gothorũ*

D

iuſtitia.

ʼ in laude

* inoblitas al. inditas

ʼ conuictũ

ʼ pro re For.

" V. *abiuratam.* For.

ʼ *leg.* quã armis.

" V. *iudiciis.* For.

E

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Sirmienſem Pannoniam.*] Sirmienſis Pannonia quondam ſedes Gothorum, non paucæ Cæſarum conſtitutiones in Codice extant datæ Sirmij, earum ſubſcriptio indicat. For.

¶ 2 *Gothorum poſſis demonſtrare iuſtitiam.*] Gothorum tamen gentem perfidam, at pudicam, ait Saluian. *lib. 7. de prouidentia*: inter quos nonnulli ſcortatores, nulli impudici ſint, niſi Romani. For.

¶ 3 *Conſuetudines inolitas*] infr. lib. 7. epiſt. 2. & ſuprà lib 1. epiſt. 10. Conſuetudinis nomine intellige id quod ſolet pendi, videlicet tributum. Soleonia vectigalia vocat. *l. 1. D. de munerib. & honorib.* Iuſtinian. *τὰς ἀρχαίας συνηθείας, Nouel.* 123. & 128. For.

¶ 4 *Æquitati faue.*] De Gothorum iuſtitia. Vide Procop. *de bello Gothorum.* Bros.

F

¶ VNIVERSIS. * BARBARIS ET ROMANIS Per Pannoniam conſtitutis Theod. Rex. XXIV.

* Gothis

Scribitur Prouincialibus quòd obediant rectori.

* conſentiantur For.

" V *Coloſſo.* For.

* præpotenti For.

ʼ qui

ʼ futuris For.

ʼ iis

ʼ Perſiſtas inſiſtim.

INſtitutum ſuum prouidentia noſtra non deſerit, cum ſubiectis ſemper intenta, profutura diſponit: vt ad maiorem deuotionem * concitentur, qui ſui curam nos habuiſſe cognoſcunt. Hinc eſt, quòd " Coloſſeo viro illuſtri, nomine viribúſque * potenti, gubernationem veſtram, defenſionémque commiſimus: vt ʼ quia ſuæ hactenus multa dedit experimenta virtutis, augeatur potiùs in ʼ futurum. Atque ideò 1 patientiam veſtram ſæpiùs approbatam, nunc quoque eodem præſente monſtrate. Quatenus in ʼ his quæ pro regni noſtri vtilitate rationabiliter agenda præceperit, deuotione probabili compleantur. Quia fidem conſtantia probat: & ille integritatem propriæ aſſerit mentis, qui iugibus ʼ perſiſtit obſequiis. Illud præterea vos credimus admonendos, vt non in vos, ſed in hoſtem ſæuire cupiatis. Res parua non vos ducat ad extrema diſcrimina. Acquieſcite iuſtitiæ, qua mundus lætatur. Cur ad monomachiam recurritis, qui venalem iudicem non habetis? Deponite ferrum, qui non habetis inimicum. Peſſimè contra parentes erigitis brachium, pro quibus conſtat glorioſè moriendum. Quid opus eſt homini lingua, ſi cauſam manus agat armata? aut vnde pax eſſe creditur, ſi ſub ciuilitate pugnetur? Imitamini certè Gothos noſtros, qui foris prælia, intus norunt exercere modeſtiam. Sic vos volumus viuere, quemadmodum parentes noſtros, præſtante domino cernitis floruiſſe.

G

Iure non vi decernendum.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Patientiam*] v *parentiam*, vt infr. lib. 7. epiſt. 27. *l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. iud. da. poſſ. parentiam* autem paulò pòſt, & obſequia pro eodem vſurpauit. Non nemo *parentiam* legit, d. l. vn. vbi vulgò *patientiam*, vt hîc mendosè prius ſcriptum Iacobi Cuiacij *ἀνοχία* reſtituit *lib. 1. epiſt. 6. obſeruat.* For.

H

SIMEONI V. I. COMITI THEOD. Rex. XXV.

Committitur cuidam ordinatio Siliquatici, & inquiſitio ad inueniendum ferrum.

Siliquatici titulus.

ʼ &

ʼ quem

ʼ diſcuſſionem

" Sic veteres al. *indictionum* For.

AMamus, publicis actionibus perſonas inſerere morum probitate conſpicuas: vt per obſequia fidelium, nobis creſcat vtilitatis augmentum. Proinde ſynceritatem animi tui, ʼ per præclara documenta noſcentes, Siliquatici titulum, ʼ quam fide dominicatus iure dederamus ʼ diſcuſſione " indictionis primæ, ſecundæ, vel tertiæ, per prouinciam ʼ Dalmatiam, ordi-

natio

A natio tibi noſtra committit. Vt quodlibet damnum fraudis veſtigio publicum te fuerit explorante " repertum, proculdubiò noſtris erariis inferatur. Quia non tantum lucra quærimus, quantum mores ſubiectorum ' deprehendere feſtinamus. Præterea ferrarias prædictæ Dalmatiæ cuniculo te veritatis iubemus inquirere, " vbi rigorem ferri parturit terrena mollicies, & igne decoquitur, vt in ' duritiem transferatur. 1 Hinc, auxiliante Deo, defenſio patriæ venit: hinc agrorum vtilitas procuratur, & in vſus humanæ vitæ multiplici commoditate porrigitur. Auro ipſi imperat, & ſeruire cogit locupletes pauperibus conſtanter armatis. Conuenit itaque, hanc ſpeciem diligenti indagatione rimari, per quam & nobis lucra generantur, & hoſtibus procurantur exitia. Eſto ergo de ' antefata diſcuſſione ſollicitus, & in publicis vtilitatibus temperatus: vt noſtrum rationabile compendium creſcendi tibi poſſit procurare augmentum.

' Dalmaticam. " V. compertum. For. ' dependere. *Ferraria vena.* " V. Sic, *vbi auxiliante domino.* For. ' duritiā. *Ferri vſus. Laus ferri.* ' antefacta.

NOTÆ VARIORVM.

B ¶ 1 *Hinc defenſio patria venit, hinc agrorum vtilitas procuratur, & in vſus humana vita multiplici commoditate porrigitur.*] Quis ferri vetus ſit vſus declarat hic author. Bros.

¶ * OSVNI ' v. i. COMITI, Theod. Rex. XXVI.

Super eodem.

QVamuis prudentiæ tuæ ſit, vtilitati publicæ deputatis ferre præſidium: tamen admonitio noſtra ſe cumulat, vt ſecurius fiat, vbi ſe reuerentia noſtræ iuſſionis accommodat. ' Simeonem itaque, virum clariſſimum, cuius fides olim nobis eſt cognita, vel deuotio comprobata, ad ordinationem Siliquatici, nec non Ferrariarum, ad prouinciam Dalmatiam noſtra ordinatione direximus. Cui experita ſolatia non negetis: vt ſublimitas tua nobis commendatior fiat, cum actibus ſe publicis præbere feſtinat.

* Oſij, al. Oſuni vel *Simeoni.* For. ' Oſino. ' Simeonium vel *Simeonium itaque.* For. *Siliquatici ordinatio. Ferraria* C

¶ IOANNI v. s. CONSVLARI CAMPANIÆ, Theod. Rex. XXVII.

Ei committitur tuitio contra illicitos præſumptores, & vt modeſtè exerceat officium quod aſſumpſit.

PRopoſitum eſt pietatis regiæ, locum iniuſtis odiis amputare: & poteſtatis armatæ ſupercilium cohibere reuerentia iuſſionum. Infeſta eſt ſiquidem humilibus ſuperioris offenſa, cum ad laudem ' trahitur, ſi vindicta de mediocribus acquiratur. Proinde " diu & varia perſecutione iactatus, ad pietatis noſtræ remedia haud irritè conuolaſti, aſſerens eminentiſſimam præfecturam tibimet eſſe terrori, ne priuata in te odia ' ſociarentur per publicam diſciplinam. Sed nos qui donatas dignitates iuſtitiæ parere cupimus, non dolori, contra illicitas præſumptiones noſtra te tuitione vallamus. D Vt regiæ maieſtatis obiectu feruentium furor animorum in ſuis ' cautibus elidatur: & de ſe magis ſumat pœnas proteruia, dum cohibetur innoxia. 1 Tamdiu enim iudex dicitur, quam diu & iuſtus putatur: quia nomen quod ab æquitate ſumitur, per ſuperbiam non tenetur. Reſtat nunc, vt aſſumptum impleas Conſularitatis officium, & te vtilitatibus publicis, quas egiſſe tuos conſtiterit deceſſores, ſedulus ac deuotus impendas: quantumque à nobis protegeris, tantum modeſtiæ parere feſtines. Nam ſi gaudio perfrueris, quòd à læſione tua præfectos ' Prætorij remotos eſſe cognoſcis, qui ſub illo eſſe monſtraris, ' quid te malè agentem paſſurum eſſe cognoſcis?

Tuitio ac ſecuritas. ' detrahitur. " V. diu. *naria.* For. ' iactarentur. For. ' conatibus. ' prætorio. ' quod.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Tamdiu iudex dicitur, quam diu iuſtus putatur.*] Iudex is verè cenſendus eſt qui iuſtus eſt, quia nomen quod ab æquitate ſumitur per ſuperbiam non tenetur. Bros.

E

¶ CASSIODORO v. i. PATRITIO, Thed. Rex. XXVIII.

Vt celeriter ad conſpectum principis veniat, cuius aduentus alacriter expectatur.

GRatus eſt nobis eorum ſemper aſpectus, qui noſtris animis glorioſis actionibus inſederunt. Quoniā perpetuum obſidem dederunt amoris ſui, qui apud nos probati ſunt ſtudere virtuti. Proinde magnitudinem tuam, glorioſo nobis ſeruitio ' comprobatam, ad Comitatum ' iuſſis præſentibus euocamus. Vt & ornatus ' ad te regalibus creſcat obſequiis, & tu noſtris conſpectibus augeatis. Conuenit enim etiam te requiri, qui noſtra feciſti eximiè tempora prædicari. Ornaſti *conſcientiæ integritate palatia: dediſti populis altam ' quietem. Hinc omnibus factus notior: * quia multi te poſitum in poteſtate neſciunt, præſentati autem tribunalibus iudicem ſine aliquo damni terrore viderunt: precioſior factus cunctis, quia nullo " præmio vendebaris. Quis talem non deſideret videre cui nos publicè conſtat gratiam ' contuliſſe? Nam qui alterum reprimere conati ſumus, te etiam, Palatio teſte, laudauimus. Tende gradus, accelera feſtinus aduentum. Alacrem venire conuenit, qui ſe à principe ſuſtineri poſſe cognoſcit.

Quorundā aſpectus Principi gratus. *Caſſiodori laudes.* ' probatum. ' noſtris. ' ... * De conſcientiæ. For. F ' quietam. * quis qui nolunt, in poteſtate te poſitū. neſciunt. For. " V. precio. For. ' retuliſſe. For.

¶ 1 ARGOLICO v. i. PRÆFECTO, vrbis Theod. Rex. XXIX.

Concedantur horrea vetuſtate deſtructa, cum ædificandi, & ad poſteros tranſmittendi poteſtate.

QVis neſciat, noſtrum eſſe commodum, ſupplicantis ad quæſtum? & illud bonis principibus creſcere, quod benigna poſſunt largitate præſtare? Hæc ſunt enim regia dona, ' quod ſemina: ſparſa, in ſegetem coaleſcunt: in vnum coacta, depereunt. Optamus ergo munera multis collata diuidere, vt poſſint vbique noſtra beneficia pullulare. Atque ideo illuſtris & magnifici viri Patricij Paulini, actorum ſupplicatione ſuſcepta, quæ habetur in ſubditis horrea longi temporis vetuſtate deſtructa (quibus atque illud vocabulum præfixit Antiquitas) ſi nunc vſui publico minimè neceſſaria eſſe monſtratur, nec aliqua ibidem eſt ſpecies, quæ ad fiſcum pertinet congregata, præfato viro cum omnibus ad ſe pertinentibus, abſoluta liberalitate concedimus. Vt ædificandi, & ad poſteros tranſmittendi aſſumpta licentia, ſuis vtilitatibus profutura diſponat. Quia confert magnum Reip. munus, quiſquis diruta maluerit ſuſcipere reparanda, in ea præſertim vrbe, vbi cuncta dignum eſt conſtructa relucere: ne inter tot decora mœnium deformis appareat ruina ſaxorum. In aliis quippe ciuitatibus minus nitentia ſuſtinentur. In ea verò, nec mediocre aliquid patimur, quæ Mundi principaliter ore laudatur.

Donatum Paulino horreum. G ' quæ quasi. *Ornatus vrba.* H

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Argolico.*] Eidem reſcribitur epiſt. 11. 30. & 33. huius libri. For.

¶ ARGOLICO v. i. PRÆFECTO, vrbis Theod. Rex. XXX.

Vt adhæreat officiali, qui cloacas Romanæ ciuitatis reparandas ſuſceperat.

ROmanæ ciuitatis cura noſtris ſenſibus ſemper inuigilat. Quid eſt enim dignius quod tractare " debeamus, quam eius reparationem " erigere, quam

" V. debemus. For.

A ornatum conſtat noſtræ Reipub. continere ? Proinde illuſtris ſublimitas tua ſpectabilem virum Ioannem nos direxiſſe cognoſcat, propter ſplendidas Romanæ [1] ciuitatis cloacas. Quæ tantum viſentibus conferunt ſtuporem, vt aliarum ciuitatum poſſint miracula ſuperare. Videas illic " fluuios, quaſi montibus concauis clauſos, [2] per ingentia * ſigna decurrere. Videas ſtructis nauibus per aquas ' rapidas non minima ſolicitudine nauigari, " ne præcipitato torrenti marina poſſint naufragia ſuſtinere. Hinc Roma ſingularis quanta in te ſit poteſt colligi magnitudo. Quæ enim vrbium audeat tuis culminibus contendere, quando nec ' ima tua poſſunt ſimilitudinem reperire ? Et ideò ſupradicto Ioanni officij noſtri ſolatia vos præbere cenſemus. Quoniam ordinationes noſtras publicas volumus implere perſonas, priuatas manus amouentes, quæ audacius merguntur illicitis.

" V. all-gere. FOR. — *" V fluuios quoque. FOR. Cloaca vetu.* — ** ſtagna.* — *' ſolidas.* — *" V. nec præcipitatos marina poſſunt.* — B — *FOR.* — *' vna tuâ*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ciuitatis cloacas.*] De cloacis vrbis Romæ infrà *lib.8. epiſt.29.* FOR.

¶ 2 *Per ingentia ſigna.*] al. *per ingentia ligna.* ſuſpicor legendum, *ſtagna*, arg. l. vn. vt in fluminib. publ. nauig. *li.& l.2.§ ſi quis cloacam.§. ideò, Ne quid in loco publ.* & Salluſt. *lib.4 hiſtor.* apud Nonium *Mœnia oppidi ſtagnabant redundantibus cloacis aduerſo æſtu maris.* Stagnum enim Varroni ac Feſto dici placet, quòd in eo aqua ſtet. Sed & infra lib. ſeq. epiſt. 50. *liquida fluenta decurrere.* FOR.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ, Theod. Rex. xxxi.

De inquiſitionibus faciendis contra illos, qui aquas formarum deriuarunt ad priuatum vſum & ſtatuas abſtulerunt.

QVamuis vniuerſæ Reipub. noſtræ ' infatigabilem curam deſideremus impendere, & Deo fauente, ad ſtatum priſtinum ſtudeamus cuncta reuocare : tamen Romanæ ciuitatis ſolicitiora nos augmenta conſtringunt " Vbi quicquid decoris impenditur, generalibus gaudiis " exhibetur. Peruenit itaque ad noſtram conſcientiam, ſuggeſtione multorum, quæ * parua non poteſt diſſimulare commiſſa, plura in præiudicio vrbis Romanæ deteſtabiles præſumptores aſſumere : vt cui nos ſummum deſideramus adhibere ſtudium, dolum patiatur iniuſtum. Quapropter ordinationes noſtras ad veſtram facimus notitiam peruenire, quibus amplius credimus ciuitatis ' noſtræ diſpendia diſplicere. Dicitur ergo, commodi cura priuati, aquam formarum, quam ſummo deceret ſtudio communiri, ad aquæ molas exercendas, vel hortos irrigandos fuiſſe deriuatam. Turpe hoc & miſerabile in illa vrbe fieri, quod per agros vix deceret aſſumi. Et quia non poſſumus admiſſi qualitatem vltra iura corrigere (ne dum fabricis prodeſſe volumus, " legum culmina ' deſtruamus) ſi huius nefandiſſimæ rei dominus Tricennij * præſumptione munitur, accepto pretio competenti ſuum vendat errorem. Vt quod læſionem publicis præſtat fabricis, non præſumatur vlterius : ne quod nunc ſub largitate corrigimus, poſtea ſeueriſſimè vindicemus. Si verò tale aliquid moderna præſumptione " tentatum eſt, ſine dubitatione tollatur. Vnius enim deſiderio priuato generalis debet vtilitas anteferri, cui vel in ' cauſis iuſtis tarò poterit obuiari. Mancipia verò, formarum ſeruitio principum prouiſione deputata, in priuatorum cognouimus tranſiiſſe dominium. * ' Æs præterea, non minimum pondus, & quod facillimum deceptioni eſt molliſſimum plumbum, de ornatu mœnium referuntur eſſe ſublata, quæ auctores ſuos ſæculis conſecrarunt. Æs enim, ' Ionos Theſſaliæ rex, plumbum Midas regnator Phrygiæ, reppererunt. Et quàm

' infatigabile. — *" Romana vrbs augmenta curat.* — C — *" Vbi quod* — *" ſid FOR.* — *" V. exhibeatur. FOR.* — ** leg. praua. FOR.* — *' veſtræ.* — *" V. longa calumnia.* — D — *FOR.* — *' deſtruamus.* — ** leg. præſcriptione. FOR. Tricennalis præſcriptio* — *" V. tentandum FOR.* — *' cauſis iniuſtis.* — ** Acois.* — *' Eſt.* — *' Hionatos.*

miſerum eſt, vt vnde famam prouidentiæ alij ſuſceperunt, nos opinionem negligentiæ incurriſſe videamur ? Templa etiam & loca publica, quæ petentibus multis ad reparationem contulimus, ſubuerſioni potius fuiſſe mancipata. Et quoniam malarum rerum emendatio nos delectat, ne conceſſa videatur ex taciturnitate licentia, Ioannem virum ſpectabilem electum noſtra iuſtitia ad hæc quæ ſupra memorauimus, direximus ' inquirenda: vt cuncta ſuo ordine diſcuſſa, nobis relationis obſequio lucidentur. Quatenus quid de ſingulis rebus, aut de præſumptoribus earum fieri oporteat, more noſtræ iuſtitiæ cenſeamus. Adhibete omne ſtudia, præſtate ſolatia : vt inquiſitionem, quàm debueratis petere, grata videamini mente complere.

E — *Sallic. Æris et plumbi repertores.* — *' inquirenda.*

¶ GEMELLO v. s. Theod. Rex. xxxii.

Remittitur tributum ad tempus obſidionis penuria diminutus.

COnſtat apud nos fidelium non perire ſeruitia, ſed in triſtibus impenſa recipere, ' in meliore fortuna. Arelatenſibus itaque, qui noſtris partibus ' perdurantem glorioſæ obſidionis penuriam pertulerunt, " per indictionem quartam fiſcalia tributa noſtra relaxat humanitas : ita, vt futuro tempore ad ſolitam redeant functionem. Quatenus & nos bene meritis viciſſitudinem reddidiſſe videamur, & ab illis, cum res popoſcerit, ſolita deuotio non negetur. Satientur in libertate, qui pro nobis in anguſtiis eſurire maluerunt. Sint læti, qui triſtitiam fideliter pertulerunt. Non decet ſtatim de tributis eſſe ſolutum, qui pro noſtra fidelitate caſum vix potuit declinare poſtremum. A quietis iſta, non obſeſſis ' inquirimus. [1] Quid enim à domino agri exigas, quem eum non coluiſſe cognoſcas ? " Pretioſum vectigal iam nobis dederunt ſuæ fidei. Iniuſtum eſt, vt viles [2] pecunias * ' exigamus ab illis qui glorioſas conſcientias obtulerunt.

' in meliorem — F — *fortunâ. Indulgentia tributorum.* — *' perdurante. FOR.* — *" V per indictionem. FOR.* — *Quibus ſtipulandum.* — *A quib. nihil exigendum.* — *' inquirimus.* — *" In ſcriptis legitur præ-* — G — *ciſ. vectigalo. FOR.* — ** exigantur.* — *' exigant.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Quid enim à domino agri exigas, quem non coluiſſe cognoſcas ?*] Sciendum eſt obſidionis tempore tributum non eſſe exigendum, iniuſtum enim eſt vt viles pecunias exigamus ab illis, qui glorioſas conſcientias obtulerunt. BROS.

¶ 2 *Pecunias exigamus.*] al. *pecuniæ exigantur. Quid enim à domino agri exigas, quem eum non coluiſſe cognoſcas?* Auiditates tributorum à principe inductorum exactores D. Chryſoſtomus inſectatur, qui ab agricolis ea quæ ne terra quidem protuliſſet, flagitarent : eóſque in comparatione reg & monach. communes regionis hoſtes vocat, nempe καὶ τοὺς τινας πολεμίους τῆς χώρας ... ἐξελέγχειν ἐν τῷ ταῦτα τοὺς γεωργοὺς εἰς πραγματείας. Puteolanis ſemel CLM. modiorum donata : Symmachus *l.1.epiſt.39.* Et publicanos remiſſionem petentes tertia mercedis parte releuauit Iul. Cæſar, auctor Sueton. Huc pertinet *l.35. ſed addes. §. vis maior, ff. locati* & lib. 4. epiſt.7. infr. & quæ à Bartolo in hanc ſententiam diſſeruntur, in *l. 11. Cotem, § vlt. ff. de public. vect. & commiſſ.* FOR.

H

¶ ARGOLICO v. i. PRÆF. VRB. Theod. Rex. xxxiii.

Quod recipiatur in Senatorem, qui & parentum laudibus, & ſuis meritis commendatur.

GRatum nobis eſt, vota noſtra circa Sacri Ordinis augmenta proficere. Lætamur, tales viros emergere, qui Senatoria mereantur luce radiare, [s] vt laude conſpicuis deferatur gratia dignitatis. Curia namque diſciplinis Veterum patet nec * ei iudicari poteſt " extraneus, qui bonarum artium eſt alumnus

Senatorij ordinis laus. — *' conſpicuus proferatur.* — ** curiæ.* — *" V. extrinſecus. FOR.*

Atque.

A Atque ideò illuſtris magnificentia tua in elatiſſimo Armentario, atque Superbo eius filio ea faciat exhiberi, quæ 2 circa referendos Curiæ cana dictat Antiquitas. Hic eſt enim præfatus Armentarius, qui & patentum bono, & ſuo nobis commendatur ingenio, exigens meritis, quam ᵃ ſperat precibus dignitatem. Nam quid dignius, ſi & Senatorio veſtiatur honore ᵇ togata profeſſio? Vt in illa turba doctorum, audeat turba liberam proferre ſententiam: nec frenetur imperitiæ terrore, quem hortantur ad vocem ᶜ tuta facundiæ, 3 Glorioſa eſt denique ſcientia literarum: quia, quod primum eſt in homine, mores purgat: quod ſecundum: verborum gratiam ſubminiſtrat: ita vtroque beneficio ᵈ mirabiliter ornat & tacitos & loquentes. Ducantur ergo ad penetralia libertatis laudati merito ſuo, ornati iudicio noſtro: habituri ſine dubio grauiſſimum ſenatum, quorum ars eſt, facere de irato beneuolum, de ſuſpecto placatum, de auſtero mitem, de aduerſante propitium. Quid ergo patribus imponere non poſſit, 4 qui flectere animum iudicantis eualuit?

ᵃ ſuperat. ᵇ tota. ᶜ vitæ. *Laus doctrinæ literarũ.* ᵈ mirabilis. *Eloquentia vis.*

B

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *laude conſpicuis deferatur.*] In manuſcripto ſic *conſpicuus præferatur*, quam quidem lectionem probo. BROS.

¶ 2 *Circa referendos Curiæ.*] in vet. *circa reuerendos Cur.* alij malunt, *Referendarios, Referendos*, tamen legitur etiam lib. 1. epiſt. 41. Fortè digamma Æolicum eſt, eiuſmodi & illa in Etruſcis Pandect. *Ventorum Fi*, pro, *ventorum vi, l. 9. ſi poſt, de peric. & comm. rei vend Præfuerint*, pro *Præbuerint. l. 3. de vacat. & excuſ. mun. Aduixa*, pro *Adfixa, l. 52. librorum. § ſi quid igitur, De leg. 3. Prouecta*, pro *Profecta l. 35. ex facto, in fin. De hæred. inſtit.* & ea quæ Donat. *in Terentij Andriam*, adnotauit, *Daſus. Serſ.us, Corſus.* pro *Dauus, ſeruus, coruus.* Quintil. *lib. 1. cap. 13.* ita hic *referendos*, pro *reuerendos*, eodem Æolum more ſcriptum fuerit. Viderint qui in iſtis minutiis oculatiores ingenioſarum reculatum laudem captant. FOR.

C ¶ 3 *Glorioſa denique eſt ſcientia.*] Literarum ſcientia ornat homines & tacitus & loquentes, tacitos quoniam mores purgat: loquentes, quia verborum gratiam ſubminiſtrat. BROS.

¶ 4 *Qui flectere animum iudicantis eualuit.*] Quantæ ſit eloquentiæ vis, teſtantur Virgil. *l. 1. Æneid.* Lucanus *ad Piſonem.* Ouid. 13. *Metam.* Val. Flac. *libro* 4. BROS.

¶ ᵉᵉ MASSILIENSIBVS, Theod. Rex xxxiv.

Conſtituitur quis in protectorem, & quod ei debeant obedire mandatur.

PRopoſiti noſtri eſt, probatas fortitudine & moderatione perſonas ad ordinationem veſtram defenſionem dirigere: vt & prouincialium ratio ſubleuetur, & vtilitas publica bonis præſidentibus augeatur. Proinde Comitem * ᶠ Maradum, nobis æquitate compertum, ad Maſſilienſem ciuitatem credidimus dirigendum: vt quidquid ad ᵍᵍ ſecuritatem veſtram vel ʰ vtilitatem pertinet, Deo iuuante, perficiat, memorque gratiæ noſtræ curam poſſit habere iuſtitiæ: minoribus ſolatium ferat: inſolentibus ſeueritatem ſuæ diſtrictionis obiiciat: nullum denique opprimi iniqua præſumptione patiatur, sed omnes cogat ad tuſtum, vnde ſemper floret imperium. Quapropter deſignato viro in ⁱ his, quæ vobis pro publica vtilitate præceperit, libentibus animis obedite: vt fides veſtra, quæ iam priorib. monſtratur exemplis, ſubſequentibus quoque declaretur iudiciis. Quia ᵏ gratius eſt obſequium, quod deuotione perpeti cuſtoditur. Nos autem reddere cogitamus locum viciſſitudini, qui impenſa ſeruitia non poſſumus obliuiſci.

ᵉᵉ al. Omnale. FOR. D * Marabaudum. FOR. ᶠ Maragdum. ᵍᵍ V. ſeueritate. FOR. ʰ ciuitatem pertinet. ⁱ iis. ᵏ gratum.

ROMVLO, Theod. Rex. xxxv.

De quadam confirmatione rerum conceſſarum authoritate principali.

E

LIberalitatem ᵃ noſtram, firmam decet tenere conſtantiam: quia inconcuſſum debet eſſe Principis votum, nec pro ſtudio malignorum ᵇᵇ conuelli, quod noſtra noſcitur præceptione firmari. Atque ideò præſenti iuſſione cenſemus, vt quicquid ex noſtra ordinatione patritium Liberium tibi matrique tuæ per ᶜ Pictacium conſtiterit deputaſſe, in ſuo robore debeat permanere. Nec à quoquam metuas ᵈ irrationabilem quæſtionem, qui noſtri beneficij poſſides firmitatem.

ᵃ veſtram. *Principis votum inconcuſſum eſſe debet.* ᵇᵇ V. auelli. FOR. ᶜ Propitiatium. ᵈ irrationabile.

¶ * ARIGERNO v. i. COMITI, Theod. Rex. xxxvi.

Is committitur ſuper quadam cauſa.

PIetatis noſtræ propoſitum eſt, miſerandis fletibus audientiam non negare, maximè cùm moria noſtri iit, ad leges cuncta remittere: vt & conquerens mereatur effectum, & pulſatus nullum ſe queratur ſuſtinuiſſe præiudicium. Proinde ᵉᵉ Firmius contra magnificum virum patricium Venantium ſe dicit habere negotium, & frequenter ab eo eius propoſitiones fuiſſe contemptas. Et quia in cauſis ſemper eſt ſuſpecta potentia, dum velle creditur quod poſſe iudicatur, antefatum ſeruata reuerentia à te præcipimus admoneri, vt ſub ſponſione legitima inſtructam perſonam ad Comitatum noſtrum dirigere ſe promittat, qui apud delegatos ᶠ motus noſtro ᵍ iodicio eius intentionibus valeat præbere reſponſum ʰ Auctor hic pœnam ſuæ ⁱ receptius audaciæ, ſi contra magnificum virum habuerit falſitatis euentum.

* Aithereo, al. Arigerno vel Aurigeno. FOR. F *Audiendi ſupplices.* ᵉᵉ V. Firmum. FOR. *Iniquitas irrus. ...* *Suſpecta potentia.* ᶠ motum. ᵍ iudices. FOR. ʰ actor. ⁱ recepturus. G

PETRO EPISCOPO, Theod. Rex. xxxvii.

Quòd reſtituat partem facultatis cuidam ſi ad eum de iure noſcitur pertinere.

SI in alienis cauſis beatitudinem ᵃ veſtram conuenit adhiberi, vt per vos iurgantium ſtrepitus conquieſcat: quantò magis ad vos remitti debet, quod vos ſpectat actores? Atque ideò ſanctitas veſtra à Germano nos ᵇ allegatione cognoſcat, qui ſe filium legitimum aſſerit quondam Thomatis, dicens partem facultatis Patris ſui à vobis detineri, ſibimet legibus competentem. Quæ petitio, ſi veritate fulcitur, & genitoris eius ſubſtantiam probatis ᶜᶜ ſibi iure competere, ſupplicanti, conſiderata iuſtitia, quàm mouetis, ſine obſeruationis longæ diſpendio, debita tribuantur. Quóniam cauſarum veſtrarum qualitas vobis debet iudicibus terminari, a quo eſt * ſpectanda magis ᵈᵈ quàm imponenda iuſtitia. Quòd ſi hanc cauſam ſub æquitate veſtrum minimè definit arbitrium, noueritis ſupplicis querelam ad noſtram audientiam perducendam. Vos enim docetis, voces pauperum non debere negligi, quas poteſt iuſtitia comitari.

ᵃ tuam. *Adhortatio ad Eccleſiaſticos aliena rei detentores.* ᵇ auditos. ᶜᶜ V. Hæc vox abeſt à vet. FOR. *Iudicium de ſacer-* H *dotibus nemo niſi ſacerdos ſuſtinet.* * fortè leg. exſpectanda. ᵈᵈ V. magis quam vobis. FOR.

VVANDIL. Theod. Rex. xxxix.

Quòd non permittat perniciem ſibi commiſſam ab exercitu, aliquam violentiam ſuſtinere.

QVamuis pietatis noſtræ conſtet eſſe votum, vt vbiq; ciuilia vbique moderata peragantur, maximè tamen bene ᵃ agere optamus in regionibus Gallicanis: vbi & recens vaſtatio non portat iniuriam, & ipſa initia bene plantare debent noſtri nominis famam. Principis ſi-

Initia principatus debet eſſe moderata. ᵃ geri. FOR.

quidem

A

quidem opinionem longe latéque diſſeminat ſubiecto-rum cuſtodita ſecuritas, & vbi exercitus dirigitur, non grauandi, ſed defendendi cauſa potiùs æſtimetur. Atque ideò præſenti auctoritate delegamus, vt in Auinione, ' quam regis, nullam fieri violentiam patiaris. Viuat noſter exercitus ciuiliter cum Rom. Proſit eis deſtinata defenſio. Nec aliquid illos à noſtris ſinatis pati, quos ab hoſtili " nitimur oppreſſione ' liberari.

Auenio. ' qua re-ſides nulla. " V. *anni-timur.* For. ' liberare. * al. Præ-poſito Medio-lan. Theod. Rex.

§ * FELICI v. s. COMITI, Theod. Rex. XXXIX.

Quòd conſuetudo antiqua ſeruetur, nec ſubtrahatur à modernis, quod priſco tempore indultum eſt.

AEquitatis ratio perſuadet, vt exercentibus lætitiam publicam conſuetudinem ſeruemus antiquam, præſertim à Conſule venientem, cuius conſtat, eſſe propoſiti, vt debeat ex liberalitate laudari; ne videatur aliud dignitas promittere, & aliud Senatorem velle complere. Quocirca ſub opinione munifici, parcum non decet inueniri: quia inumbrat famam publicam in Conſule tenacitatis obſcuritas. Quapropter illuſtris magnitudo tua à Mediolanenſibus aurigis nos aditos eſſe cognoſcat, illa ſibi veſtris temporibus fuiſſe ſubtracta, quæ mos priſcus indulſerat, cùm ' præſtantiu tempore munificentia ſit pro lege. Proinde ſi nullo mendacio ' aſſerta " viriantur, ſublimitatem veſtram ſequi conuenit vetuſtatem, quæ ſuo quodam priuilegio, velut debita, quæ donantur expoſcit. Nec licet negari, quod te cognoſcis " ſub antiquitate largiri.

Cõſulum liberalita-tas. B *Magi-ſtratum, dedecet tenacitas.* ' præſtan-ti. ' lacera-ta. " V. *in-nantur.* For. " V. *ab antiquis.* For.

VNIVERSIS PROVINCIALIBVS in Gallia conſtitutis Theod. Rex. XL.

Prouincialibus Galliæ hoſtiliter vaſtatis, pro qualitate læſionis tributaria functio relaxatur.

QVamuis ſenſum noſtræ pietatis turba multiplex cogitationis intraret, & diuerſas regni partes con ſueta ſedulitate reſpiceret, feſtiuè tamen remedia veſtræ vtilitatis ' inſpeximus. Quoniam apud conſcientiam iuſtiam læſionis genus eſt, profutura tardare. Nec poſſumus æſtimare iucundum, quòd ingrata fuerit dilatione ſuſpenſum. Nam excreſcentibus morbis læſio debacchari permittitur, cum medicina differtur. Vobis itaque hoſtili ferocitate vaſtatis pro qualitate læſionis " per indictionem quartam relaxatam agnoſcite tributariam functionem (quia non gratulamur exigere, quod triſtis noſcitur ſolutor offerre) ita tamen, vt de illis, quæ conſtat intacta, exercituales iuuentur expenſæ. Quia illus in totum deuotio non debet deſerere, quos pro ſe laborare cognoſcit. Inualidus eſt ſiquidem ieiunus defenſor: nec animus miniſtrat audaciam, " cum virtus * corporis fuerit deſtituta.

C *Indul-gentia tributo-rum. Æquitas Principu in remiſ-ſis tribu-ti.* ' aſpexi-mus. For. " V. *per indictam quartam.* For. " Sic vet. Cod. *cum virium robore fuerit* D *deſtituta.* For. * corpo-reo fue-rit robo-re.

GEMELLO v. s. Theod. Rex. XLI.

Quòd tritici ſpecies ad conſtituta loca communi ſtudio deferatur, vt diuiſum onus faciliùs toleretur.

TOlerabile fit omne, quod æquabili ordinatione diſponitur. Quia diuiſum onus ſub communione, ſubiectos certum eſt non grauare. Pars enim extrema ad vnumquemque redit, cum ſumma vniuerſos incluſerit. Tritici itaque ſpeciem, quam ob exercituales expenſas, noſtra prouidentia de Italia deſtinauit, ne fatigata Prouincia ' huiuſmodi præbitione læderetur, ad caſtella ſupra Druentiam conſtituta de Maſſilienſibus horreis conſtat eſſe ' portandam. Quapropter iubemus, vt ſtudium deuehendi ſupradictæ ſpeciei ' communiter ſubeatur: quatenus celeriter poſſit fieri, quod vniuerſitatis ſtudio * videtur aſſumi.

Tritici deuectio. ' huius. *Druen-tia.* ' portan-da. ' commu-ne. * decet. * videa-tur.

§ VNIVERSIS PROVINCIALIBVS, in Gallia conſtitutis Theod. Rex. XLII.

E

Mittitur alimonia exercitui ne fortaſsè nimio incommodo grauarentur.

NOn occurritur ſub principe benigno, remedia poſtulare ſubiectos. Quoniam ſupplicationem præcedit humanitas: & miro modo poſteriora ' ſunt vota, quam præſtita. Nuper ſiquidem, moti iuſtitia, iuſſeramus, vt pars aliqua illæſa Prouinciæ Gothis noſtris alimonia reperta præſtaret. Sed quia licet principem ſemper humaniora cenſere (dum varietatis non habet vitium, quod pro beneficio fuerit immutatum) ſed vt nec minima poſſeſſores illatione ' grauarentur, ex Italia deſtinauimus exercituales expenſas, vt ad defenſionem veſtram directus exercitus noſtris humanitatibus aleretur, ſolúmque auxilium Prouinciæ de " tam magna congregatione ſentirent. Ducibus etiam ac Præpoſitis ſufficientem tranſmiſimus pecuniæ quantitatem vt eorum a præbendæ, quæ non potuerunt conuehi, ibi debuiſſent ſine alicuius diſpendio comparari. Quia deiectui noſtro nec ' illa voluimus imponere, quæ vos potuiſtis (vt arbitramur) offerre.

' ſunt. Forté, decet. ' grauen-tur. For. *Exerci-tuales expenſa.* F " Hæc vox tam abeſt à vet. For. *Prabẽn-da.* ' illam.

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Non occurritur ſub principe benigno.*] Latinus Pacatus in vita Theodoſij refert, tam certa fuiſſe illius beneficia, vt tum accepta viderentur cum ſponderet, quia vota hominum non fatigaret, nec adhiberet muneribus artem difficultatis, quare gloriantur Arcadius & Honorius in *l. 2. C. Theod. de infirm. his quæ ſub tyr.* vbi profitetur ſeſe vltro defferre beneficio inopinantibus. Bros.

§ 2 *Præbenda.*] Id militaris annona. Vlpian. eius meminit, qui præbenda exercitui conduxerunt 19. *in-initi de teſtib. T. Liuius lib. 2. belli ſecundi Punici*, Gell. *lib. 15. cap. 4.* Plaut. *Perſa. Ædiles præbenda locauerunt.* Cæterùm, tribuenda, quod more ſolito tribuerentur, vt & præbenda dixit Symmacus *lib. 1. epiſt. 6. & 8.* Eo nomine beneficia Eccleſiaſtica ſignificantur, *tit. de præb. & dign & tit. de conceſſ. præbend. & can. ſi quis dator, can. ex multis. 1. q. 3.* For.

G

§ * ' VNIGIS SPATARIO, Theod. Rex. XLIII.

Quòd reſtituantur mancipia prioribus dominis.

DElectamur iure Romano viuere, quos armis cupimus ' vendicare: nec minor nobis cura eſt rerum moralium, quam poteſt eſſe bellorum. Quid enim proficit, Barbaros remouiſſe confuſos, niſi viuatur ex legibus? Quapropter cùm, Deo propitio, Galliæ exercitus noſter intrauerit, 1 ſi qua mancipia ſeruitium declinantia, ad alios ſe, quam quibus debebantur competere, contulerunt, prioribus dominis iubemus ſine aliqua * dubietate reſtitui. Quia confundi non debent iura, imperante iuſtitia. Nec poteſt abiecto fauere ſeruitio libertatis defenſor. Aliorum fortè Regum prælia captarum ciuitatum aut prædas appetunt, aut ruinas: nobis propoſitum eſt, Deo iuuante, ſic vincere, vt ' ſubiecti ſe doleant, noſtrum dominium tardiùs acquiſiſſe.

* Vigni-ci ſpectario. ' Vitigis Spatario. For. ' vindi-care. *Morum cura & legum.* H *Fugitiui dominis reſti-tuuntur.* * dimina-tione. For. *Quam ſibi vict-oriam propoſuer. Theod.* ' ſubie-cta.

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Si qua mancipia ſeruitium declinantia.*] Fugitiui ſerui ſi ſe ad alios quàm quibus debebantur competere contulerint, prioribus dominis reſtitui iubet hic Theodericus. Præterea requirendi fugitiuos ſeruos poteſtas dominis conceditur in *l. requirendi. C. de ſeru. fugit.* Quanta autem ſit ſeruorum improbitas, teſtantur ve-

teres,

A teres, quibus ſuſpecta fuerunt ſeruorum ingenia : illiſque ingenitas eſſe fraudes crediderunt: hinc Terentius,

Ne faceres quod vulgus ſeruorum ſolet dolis vt me deluderes.

apud Saluianum de prouidentia Dei, vitia ad ſeruos relegata eiſque adſcripta legimus, & animos ſeruiles iam per ſe malos dominorum nequitia fieri peiores. Sic *l.* 3. *C. de liber. & eor. lib.* dixit, recipere nequitiam ſeruilis ingenij, & Arnobius *petulantis amoris flammam ſeruilibus obumbrare fallaciis.* Sic etiam Tacitus, *Suſpecta*, ait, *maioribus noſtris fuerunt ingenia ſeruorum, etiam cum in agris aut domibus iiſdem naſcerentur, charitatémque dominorum ſatis acciperent.* Vetus extat prouerbium, tot nos habere hoſtes, quot ſeruos, vt eſt apud Senecam. Bros.

§ VNIVERSIS POSSESSORIBVS. Arelatenſibus, Theod. Rex XLIV.

B

De pecunia miſſa pro reparatione murorum veterum, & de victualibus pro expenſis competenti tempore promittitur prouideri.

Quamuis primum ſit, læſos incolas refouere, & in hominibus magis ſignum pietatis oſtendere: tamen vtrunque [1] humanitas noſtra coniungit: vt & largitatis remedio ciuibus conſulamus, & ad cultum reducere antiqua mœnia feſtinemus. Sic enim fiet, vt fortuna vrbis, quæ in ciuibus erigitur, fabricarum quoque decore monſtretur. Pro reparatione itaque murorum Arelatenſium, vel turrium veruſtarum, certam pecuniæ direximus quantitatem. Victualia quoque quæ veſtras releuare videantur expenſas, fecimus præparari: vt vobis deſtinentur, 1 cum tempus nauigationis attulerit. Releuare nunc animos, & de noſtra [2] a prouiſione recreati, futuræ copiæ ſpem tenentes, diuino fauore, habetote fiduciam. Quia non minùs eſt, quod noſtris verbis, quàm quod horreis continetur.

De ſubſidio aſſiſtorum. ' pietas. *Reſtauratio* *Arelatenſ.* ' promiſſione.

C

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Tempus nauigationis.*] Tempore hyemis nauigatio periculoſa: inde maria claudi dicuntur. Vegetius *lib. 4. cap. 31. l. 6 Ciuitas, C. de off. rect. prou* Cic. *lib. 2. epiſt. 6. ad Q. Fratr. Adhuc mare clauſum fuiſſe ſcio, ſed quoſdam tamen veniſſe Hoſtia dicebant.* Hinc lucem mutuatur ſpecies à Scæuola tractata *l. 122. qui Romæ, §. Callimachus. de verb. oblig.* For.

§ 2 *Prouiſione.*] Præuotianum exemplar *promiſſione*, aliquantò rectiùs, tum ex eo quod ſequitur mox, *habetote fiduciam*, tum verò verſic. *quod noſtris verbis, &c.* id eſt promiſſione: quaſi diceret, quam vobis nunc de victualibus damus, non fallemus fidem. For.

§ * ARIGERNO v. c. COMITI, Theod. Rex. XIV.

Committitur cauſa examinationis prima decidenda ſuper indultis Eccleſiæ Romanæ.

D

Iuſtitiæ noſtræ conuenit, vt de indultis beneficiis calumnias fieri non ſinamus, & quicquid praua interpretatione tegitur, fugata mendacij [1] nube reuelemus. Defenſores itaque ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ conqueſti ſunt: beatæ recordationis quondam Simplicium domum in ſacratiſſima Vrbe poſitam ab ' Eufraſio acolyto inſtrumentis factis ſolemniter comparaſſe. Quam per annorum longa curricula Eccleſiam Romanam quieto iure ' ſuggerunt, poſſediſſe, & in vſus ' alienos tranſtuliſſe ſecuritate dominij. Nunc autem exiſtere * Samareæ ſuperſtitionis populum improba fronte duratum, qui Synagogam ibidem fuiſſe, iniquis conatibus mentiantur cum ' ad * humanos vſus habitacula lunge aliter formata doceantur, quàm poteſt eſſe memorata conſtructio. Quapropter magnitudo tua, conſcientiæ ſuæ probata iuſtitia, cauſam diligenti examinatione diſcutiat. Et ſi vera cognouerit, quæ veniunt in querelam, conſiderata æquitate ' definiat. Nam ſi humanis actibus ſunt calumniæ ſummouendæ, quantò magis credimus emendanda, quæ contumeliam diuinitatis tangere iudicamus?

* Fauſto præpoſito Theod. 1. al. Boetio patritio. Achaiæ. al. *Aurigerno.* For. ' trabe. ' Eufraſio. ' aſſerunt. ' alios. * Samareæ ſupereſt. For. *Iudæorũ ſynagoga.*

E

' in For. * hos. ' diffiniat.

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Mendacij nube.*] Sic Valer. lib. 3. nube infamiæ caſtitatem obſcurare, Paulinus *epiſt. ad Seuerum*, curarum terreſtrium nube circundari. Virgil. *l.* 10 *Æneid.* belli nubem, & Paulus Oroſius belli nebulas in magna malorum nubila coituras. Bros.

§ ADEODATO, Theod. Rex XLVI.

F

Commutatur pœna in exilium temporale, adhibito moderamine ex cauſa pietatis.

Materia eſt gloriæ principalis, delinquentis reatus: quia niſi culparum occaſiones emergerent, locum * pietatis non haberet. Quid enim ſalubris ordinatio gerat, ſi morum probitas cuncta componat? Arida ſiccitas madentis pluuiæ beneficium exoptat. Salutifera medentium manibus niſi infirma valetudo non indiget. Sic dum imbecillitati ' ſuccumbitur, conuenienter remedia tribuuntur. Quapropter caſibus aſperis præſtandum eſt ſub iuſtitiæ laude moderamen: vt nec vindictam ſinamus ſuperare peccata, nec culpam inſultare patiamur ' legibus impunitam. Datis itaque precibus ' allegaſti, viri ſpectabilis Venantij, Lucaniæ & Bruttiorum præſulis, odiorum te acerbitate compreſſum, cuſtodiæ longo ſitu latentem, in confeſſionem raptus adultæ puellæ * Valerianæ fuiſſe compulſum: vt gratiùs tibi fuerit, ſpem citæ mortis expetere, quàm tormentorum crudelia ſuſtinere. [Inter ſupremas enim anhelantis anguſtias votum eſt potius perire, quàm viuere.] ' Quia deteſtabilis ſenſus pœnarum excludit dulciſſimæ ſalutis affectum. Illud etiam, quod minimè iuſtitia pateretur, adiiciens, defenſorum " tibi patrocinia ſæpius poſtulanti fuiſſe ſubtracta, cum aduerſarij florentes ingenio etiam innocentem te poſſent legum laqueis obligare. Quæ ſupplicatio cum efficaciter animum noſtræ pietatis intraret, paulatimque ad miſericordiæ iura deflecteret, occurrit Bruttiorum præſulis miſſa relatio, quæ priuatam allegationem tragœdiæ ſuæ voce compreſſit, negando credi contra fidem publicam fallaciter ſupplicanti. Idcóque aſperitatem pœnæ ' noſtra lenitate mollimus: ſtatuentes, vt ex die prolati oraculi, ſex menſium patiaris exilium. Ita vt nulli poſt conſtituta noſtra ſub qualibet interpretatione tibi liceat obiicere crimen infamiæ. Quando fas eſt principi, maculoſas notas vitiatæ opinionis abſtergere. Sed hoc exacto tempore patriæ rebúſque omnibus ' deformato, ius tibi ſit " liberum omne quod primitus. Quia nulla te ingemiſcere * probri aduſtione cenſemus, quem temporali volumus exilio detineri. Pœnam trium librarum auri nihilominus comminantes, ſi quis aut obuiando, aut aliter intelligendo, præſens noſtrum violare tentauerit conſtitutum. Sed quoniam hæc ſtatuta ad innocentes volumus vſque protendi, ne ſua cuique minimè videatur ignorantia profuiſſe, præſenti auctoritate eos à formidine liberamus, quos vtpotè neſcientes, in eadem cauſa quolibet loco vel tempore interfuiſſe conſtiterit. ' Similis enim videtur abſentis, qui conſcientiam criminoſi non habet.

Clementia principem decet. * pietas For. ' ſuccurritur. ' rebus. ' allegaſti. * Valerianæ. G For. *Contrà tormẽta.* ' deteſtabiliſque. " V. ſibi. For. ' miſericordiæ. *Fama reſtituta.* ' reformato. H For. " *Liberum* abeſt ab vno vet. ' probri. *Ne ſua cuique profitiat ignorantia.* ' Simul etiam.

A

¶ FAVSTO PRÆPOSITO, Theod. Rex. XLVII.

Damnatur reus qui collegam interfecit, perpetua relegatione ad locum pœnalem deſcriptum.

1 IN partem pietatis recedit mitigata diſtrictio : & ſub beneficio præſtat, qui pœnam debitam moderatione conſiderata palpauerit. Iouinum Curialem, quem Corrector ' Lucaniæ Brutiorumque a humani nobis ſuggerit ſanguinis effuſione pollutum, ob hoc ' quod mutuæ contentionis ardoribus excitatus, rixam verborum vſque ad nefarium collegæ deduxit interitum : ſed conſcius facti ſui 3 intra Eccleſiæ ſepta refugiens, decliuare ſe credidit præſcriptam legibus vltionem, Vulcaniæ inſulæ perpetua relegatione damnamus. Vt & ' ſancto templo reuerentiam habuiſſe videamur, nec vindictam criminoſus euadat in totum, qui ' innocenti non ' credidit eſſe parcendum. Careat proinde patrio ' foro, cum exitiabili victurus incendio: vbi viſcera terræ non deficiunt, cum tot ſæculis iugiter conſumantur. Flamma ſiquidem iſta terrena, quæ alicuius corporis imminutione nutritur, ſi non abſumit, extinguitur : ardet continuè inter vndas medias montis quantitas indefecta. Nec imminuit, quòd reſolui poſſe ſentitur ; ſcilicet quia naturæ inextricabilis potentia tantum elementi cautibus reponit, quantum illi vorax ignis ademerit Nam quemadmodum ſaxa incolumia permanerent, ſi ſemper ignis adunata decoqueret? Potentia ſiquidem diuina ſic de contrariis rebus miraculum facit eſſe perpetuum: vt palam conſumpta occultiſſimis inſtauret augmentis, quæ vult temporibus ſtare diuturnis. Verum cum & alij montes ' motibus vaporatis, exæſtuent, nullus ſimili appellatione cenſetur æſtimandus : quia grauius ſuccenditur, qui Vulcani nomine nuncupatur. Mittatur ergo reus capitis in locum prædictum viuus. Careat quo vtimur mundo, de quo alterum crudeli fugauit exitio : quando ſuperſtes recipit, quod euentu mortis ' inflixit, Salamandræ ſecuturus exemplum, quæ plerumque degit in ignibus, tanto enim naturali frigore conſtringitur, vt flammis ardentibus temperetur : Subtile ac paruum animal, ' lumbrices aſſocium, flauo colore veſtitum. Vitam præſtat ſoli, qui ' mortalia cuncta conſumit. Memorant autem æui priſtini ſeruatores, hanc inſulam ante aliquot annos, vndatum rupto tertore, ignitus erupiſſe, cum Hannibal " apud Pruſiam Bithyniæ regem veneno ſecum ipſe pugnauit, ne tantus dux ad Romanorum ludibria perueniret : plus inde mirabile, vt mons tanta flammarum congregatione ſuccenſus marinis fluctibus haberetur abſconditus, & ardor ibi indeſinenter viueret, quem tanta vnda videbatur obruere.

Cædis inconſultæ pœna. ' Lucana. ' com. *Aſylum Eccleſiæ.* ' ſacrato. *Reuerentia templo debetur.* B ' innocentia. ' credit. ' foco. *Sicilia ardentis ratio.* ' montibus euaporatis. *Vulcani mons.* ' iuſſes it. C *Salamandra.* ' lubricis. ' mortua. " V. apud Pruſiam. Fon. *Annibal.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *In partem.*] Caſu facta cædes indulgetur, conſultæ non fit gratiæ. Imò excepta ſemper intelligitur, quia capite vindicatur. *l. 1. l. 3. l. 4. l. 7. l. 8. C. Theod. de Indulgentiis criminum.* For.

D

¶ 2 *Humani ſanguinis effuſione pollutum.*] Præclarè Lact. *lib. 1.* & in epit. diuin. inſtit. Plat. *lib. 9. de legib.* Phil. *de leg. ſpecialibus*, Porphyrios *περὶ τῆς ἀποχῆς ἐμψύχων*. Imperatores Gratian. Valent. & Theod. cùm cæteris reis vinctis crimina condonarent, exceperunt eum qui, *qui parricidali furore raptus ſanguine proprio manum tinxit, & qui cuiuſque hominis cæde maculatus eſt. l. 6. Paſchalis, tit. 38. de indulgentiis.* C. Theod. l. 9. For.

¶ 3 *Intra Eccleſiæ ſcepta refugie:...*] *Cod. Theod. l 9. tit. 47. de his qui ad Eccleſias confugiunt. lib 1. C. Theod. tit. 12.* Luithprandus *lib. 1. c. 9. lib. 3. c. 4. 6. extr. de immun. Eccleſ.* Sozomenus *lib. 8. cap. 7.* Socrates *lib. 23. cap. 5.* For.

E

VNIVERSIS GOTHIS ET ROMANIS, circa Verucam caſtellum conſiſtentibus Theod. Rex. XLVIII.

Mandantur conſtrui domicilia in eodem caſtro, ipſumque in pace muniri.

LÆtitia debet eſſe cunctorum prouida iuſſio dominantium : quando illud, quod vos debuiſtis expetere, nos videtis offerre. Quid eſt enim gratiùs, quàm humanis rebus cautelam ſemper adhibere : quæ aut ſit neceſſaria, aut non grauat eſſe ſuperfluam ? Et ideò ' Leodifrido Saioni noſtro, præſenti delegauimus iuſſione, vt eius inſtantia in Veruca caſtello " vobis domicilia conſtruatis. Quod à poſitione ſui congruum nomen accepit. Eſt enim in mediis campis tumulus ſaxeus in rotunditate conſurgens, qui proceris lateribus ſyluis " craſſos, totus mons quaſi vna turris efficitur: cuius ima graciliora ſunt, quam cacumina : & in molliſſimi fungi modò ſuperiùs extenditur, ' cùm inferiori parte tenuetur. Agger ' ſub pugna, obſeſſio ' ſecura : vbi nec aduerſarius quicquam præſumat, nec incluſus aliquid expaueſcat. Hunc Atheſis, inter fluuios honorus, amœni gurgitis puritate præterfluit, cauſam præſtans muniminis & decoris: caſtrum pleuè in mundo ſingulare, tenens clauſtra prouinciæ : quod ideò probatur magis eſſe præcipuum, quia feris gentibus conſtat obiectum. Hoc opinabile munimen, mirabilem ſecuritatem, cui deſiderium non ſit habitare, quàm vel externos ' delectat inuiſere? Et quanquam, Deo iuuante, noſtris temporibus prouinciam ſecuram credamus, [tamen " prudentiæ nihilominus eſt cauere, etiam " quæ non putantur emergere.] 1 Munitio tractanda eſt ſemper in otio. Quia tunc malè quæritur, quando " neceſſaria iudicatur. Mergi, quibus nomen eſt ex facto, cohabitatores piſcium, aquatiles volucres, futuras tempeſtates naturaliter præuidentes, ſicca petunt, ſtagna derelinquunt. Delphini fluctus pelagi metuentes, vadoſis litoribus immorantur. Echini, qui ſunt mella carnalia, ' coſtatilis teneritudo, croceæ delitiæ diuitis maris, dum futuras tempeſtates agnouerint, loca mutare cupientes ' (qui illis pro leuitate corporis nandi nulla fiducia eſt) lapillos quibus pares poſſint eſſe complexi, quadam ancorarum ponderatione librati, ſcopulos petunt, quos fluctibus vexandos eſſe non ' credant. Aues ipſæ, aduentu hyemis, patrias mutant. Feræ pro qualitate temporis cubilia quærunt. Hominum ſolicitudo non debet prouidere, quod poteſt in aduerſitate requirere? Non eſt in mundo, vndis humanæ res mutabilitate quatiuntur : & ideò prouidentia dicitur, vt quæ ſunt futura tractentur.

Cautio, vel neceſſaria, vel non ſuperflua. *Veruca.* ' Leodifredo. " V. nobis. Fon. " V. Craſſum. Fon. F ' in Fon. ' ſine. Fon. ' ſine cura. *Atheſis.* ' delectet. " al. *prouidentia.* Fon. " V. *quod non.* Fon. *Munitio in otio fiat.* ' al. *neceſſe iudicetur.* G Fon. *Mergi Delphines. Echini.* ' coſtatilis. ' quia in illis. ' credunt. *prouidentia.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Munitio.*] Sene. *lib. 2. epiſt.* 18. In ipſa ſecuritate animus ad difficilia ſe præparet, & contra iniurias fortunæ inter beneficia firmetur : Miles in media pace decurrit ſine vllo hoſte, vallum iacit, & ſuperuacuo labore laſſatur, vt ſufficere neceſſariò poſſit. Quem in ipſa re trepidare nolueris, ante rem exerceas. Iſocrates monet, ſpontaneos eſſe labores adeundos, vt ardentius perferamus.

H

¶ HONORATIS POSSESSORIBVS, defenſoribus & curialibus Catanenſis ciuitatis. The. Rex. XLIX.

Datur licentia accipiendi lapides ruinarum, conuertendes in conſtructione murorum.

OPtabilis nobis eſt & grata deuotio, quæ bonam præceſſerit iuſſionem : & meritò acceptum redditur, ſi * id quod poſſumus imperare, poſcatur. Felicitas enim regnantis eſt, famulantes amare quod expedit.

* quicquid. *Ex felicitate principis ſubditi morigeri ſunt.*

A

pedit. Quando nobis labor cogitationis auſertur, dum ſubditi ſibi profutura diſponant. Atque ideò ſuggeſtionis veſtræ teoore comperto, quem caritate ciuica in commoniendis mœnibus ſuſcepiſtis, abſolutam huius rei vobis cenſemus eſſe licentiam: nec quicquam de hac re vereamini, vnde gratiæ noſtræ expectare præmia mox debetis. Veſtra enim munitio noſtra eſt nihilominus fortitudo: & quidquid vos ab incerto eripit, famam noſtræ defenſionis extendit. Saxa ergo, quæ ſuggeritis de Amphitheatro longa vetuſtate collapſa, nec aliquid ornatui publico iam prodeſſe, niſi ſolas turpes ruinas oſtendere, licentiam vobis eorum in vſus dumtaxat publicos damus: vt in murorum faciem ſurgat, quod non poteſt prodeſſe, ſi iaceat. Quocirca perficite confidenter, quidquid cautio ad munimen, quidquid ornatus expetit ad decorem: tantùm nobis ſcituri gratum fore, qood faciris, quantum exinde gratia ſe veſtræ ciuitatis extulerit.

ſubiecti Fon. — qua. — quem. — mereamini. — eripiat. — *Ex amphiteatri ruinis reficitur muri.* — gloria.

B

PROVINCIALIBVS NORICIS, Theod. Rex. I.

Datur licentia promittendi animalia.

GRatè ſuſcipienda eſt ordinatio, quæ dantem iuuat, & accipientem pro temporis neceſſitate lætificat. Nam quis putare poſſit onus, vbi maius meretur in commutatione compendium? Et ideò præſentibus decreuimus inſtitutis, vt Alamannorum boues, qui videntur pretioſiores propter corporis granditatem, ſed itineris longinquitate defecti ſunt, commutari vobiſcum liceat, minores quidem membris, ſed idoneos ad labores: vt & illorum profectio ſanioribus animalibus adiuuetur, & veſtri agri armentis grandioribus inſtruantur. Itaque fit, vt illi acquirant viribus robuſtos, vos forma conſpicuos: & quod rarò ſolet emergere, in vna mercatione vtrique videamini deſiderata compendia percepiſſe.

Ordinatio grata, qua. — decernimus. conſtitutionibus. — V. conſtitutim. Fon. — gracilitatem. — *Boum commutatio.* — V. ad laborem. Fon. — Ita.

C

FAVSTO PRÆPOSITO, Theod. Rex. II.

Mandat prouideri de menſtruo ſolido.

QVamuis biſtrionibus tata conſtantia, honeſtúmque votum, tanto pretioſior eſt, cùm in eis probabilis monſtratur affectus. Carum eſt enim homini repeiiſſe, vbi aliquid ſe laudabile non putauerat inuenire. Dudum ſiquidem Thomati aurigæ, ex Orientis partibus aduenienti, annona rationabiles conſideratio noſtra largita eſt, donec eius artem probaremus & animum. Sed quoniam in hoc agone primatum noſcitur obtinere, eiuſque voluntas, patria derelicta, noſtri ſedes fouere delegit imperij, menſtrua eum duximus largitate ſolidandum. Ne adhuc ambiguum redderemus, quem Italiæ dominatum elegiſſe cognouimus. Is enim frequenter victor per diuerſorum ora volitauit: plus vectus fauore, quàm cursibus. Suſcepit partem populi potiùs inclinatam: & quos ipſe fecerat triſtes, laborauit iterum reddere lætiores: modò agitatores arte ſuperans, modò equorum velocitate tranſcendens: frequentia palmarum eum dici faciebat maleficum, inter quos magnum præconium videtur eſſe ad talia crimina peruenire. Neceſſe eſt enim ad peruerſitatem magicam referri, quando victoria equorum meritis nec poteſt applicari. Spectaculum expellens grauiſſimos mores, inuitans leuiſſimas contentiones, euacuator honeſtatis, fons irrignos iurgiorum, quod vetuſtas quidem habuit ſacrum, ſed contentioſa poſteritas fecit eſſe ludibriũ. Primus enim hoc apud Helidem Aſiæ ciuitatem * Ænomaus ferunt ediſſe: quod poſteà Romulus in raptu Sabinarum, necdum fundatis ædificijs ruraliter oſtentauit Italiæ. Sed mundi dominus ad potentiam ſuam opus extollens, mirandam etiam Romanis fabricam in vallem Martiam tetendit Auguſtus: vt immenſa moles firmiter præcincta montibus contineret, vbi magnarum rerum iudicia clauderentur. Biſſena quippe hoſtia ad duodecim ſigna poſuerunt. Hæc ab hermulis funibus demiſſis ſubita æqualitate panduntur, docentes totum illic, vt putabatur conſilio geri, vbi imago capitis cognoſcitur operari. Colores autem in vicem temporum quadrifaria diuiſione funduntur: Praſinus virenti verno, Venetus nubilæ hyemi, roſeus æſtati flammeæ, albus pruinoſo autumno dicatus eſt. Vt quaſi per duodecim ſigna digrediens, annus integer ſignaretur. Sic factum, vt Naturæ * miniſteria Spectaculorum compoſita imaginatione luderentur. Biga quaſi Lunæ, Quadriga Solis imitatione reperta eſt. Equi deſultatorij, per quos Circenſium miniſtri miſſos denuntiant exituros, Luciferi præcurſorias velocitates imitantur. Sic accidit, vt dum ſe colere aſtra putarent, religionem ſuam ludrica ſimilitudine profanarent. 2 Alba linea non longè ab hoſtiis in vtrumque podium, quaſi regula directa producitur: vti quadrigis progredientibus, inde certamen oriretur: ne dum 3 ſemper propere conantur elidere, ſpectandi voluptatem viderentur populis abrogare. Septem metis certamen omne peragitur, in ſimilitudinem hebdomadis reciprocæ. Ipſæ verò metæ ſecundum zodiacos decanos ternas obtinent ſummitates: quas ad inſtar Solis quadrigæ celeres peruagantur. Rotæ Orientis & Occidentis terminos deſignant. Euripus maris vitrei reddit imaginem, vnde illuc delphini æquorei aquas interfluunt. Obeliſcorum quoque prolixitates ad cœli altitudinem ſubleuantur; ſed potior Soli, inferior Lunæ dicatus eſt. Vbi ſacra priſcorum Chaldaicis ſignis, quaſi literis indicantur. Spina infelicium captiuorum ſortem deſignat: vbi duces Romanorum ſupra dorſa hoſtium ambulantes laborum ſuorum gaudia perceperunt. * 4 Mappa verò, quæ ſignum dare videtur Circenſibus, tali caſu fluxit in morem: 5 cùm Nero prandium protenderet, & celeritatem, vt aſſolet, auidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus vtebatur, iuſſit abiici per feneſtram: 6 vt libertatem daret certaminis poſtulandi. Hinc tractum eſt, vt oſtenſa mappa certa videatur eſſe promiſſio Circenſium futurorum. 7 Circus, à circuitu dicitur. Circenſes, quaſi Circuenſes: propterea quòd apud Antiquitatem rudem, quæ necdum Spectacula in ornatum deduxerat fabricarum, inter enſes & fluminis locis virentibus agerentur. Nec vacat, quòd viginti quatuor * menſibus conditio huius certaminis expeditur: vt diei noctiſque horæ tali numero clauderentur. Nec illud putetur irritum, quod metarum circuitus ouorum erectionibus exprimatur: quando actus ipſe, multis ſuperſtitionibus grauibus, oui exemplo, geniturum ſe aliqua profitetur. Et ideò datur intelligi, volitantes atque inconſtantiſſimos inde mores naſci, quos auium matribus aptauerunt. Cætera Circi Romani longum eſt ſermone decurrere, dum omnia videantur ad cauſas ſingulas pertinere. Hoc tantùm dicimus omnimodis ſtupendum, quod illic, ſupra cætera Spectacula, feruor animorum inconſulta grauitate rapiatur. Tranſit Praſinus, pars populi mœret: præcedit Venetus, & potior turba ciuitatis affligitur: nihil proficientes, feruenter inſultant: nihil patientes, grauiter vulnerantur: & ad inanes contentiones ſic deſcenditur, tanquam de ſtatu periclitantis patriæ laboretur. Quod meritò creditur dicatum numeroſæ ſuperſtitioni, vbi ab honeſtis moribus ſic conſtat excidi. Hæc nos fouemus neceſſitate populorum imminentium, quibus votum eſt ad talia conuenire, dum cogitationes ſerias delectantur abiicere. Paucos enim ratio capit, & raros probabilis oblectat intentio, & ad illud potiùs turba ducitur, quod ad curarum remiſſionẽ conſtat inuentũ. Nam quicquid æſtimat voluptuoſum, hoc & ad beatitudinem temporum iudicat applicandum. Quapropter largiamur expenſas: non ſemper ex iudicio

Hiſtriones. — rationabilis. — *Auriga menſtruũ* — iis. — D — *Magia. Spectaculi vituperatio.* — * al. Monomagus. al. Ænomagus Fon. — Poſt.

E — putabãt. Fon. — *Colores quatuor factionũ.* — V. ruſſeus. Fon. — * myſteria. — *Biga. Quadriga.* — deſultorij. — *Alba linea.* — F — ſe. — voluntatem. — Fon. Fon. — inſtaur. — obeliſcorum. — *Nota Chaldaica.* — Chaldeicis. — * Nappa. — populo. — poſtulanti. — G — Fon. — *Circus.* — circuire ſ. — * ſib. Fon. — profectò. — *Meta.* — V. videtur. Fon. — erectionib. al. exceptionibus. Fon. — auem aliquam. — V. proferetur. Fon. — V. voluntates. Fon. — H — *Factiones Praſinorũ & Venetorum.* — ionios al. potior. Fon. — ſuperſtitione. — excidi. — fouemus. — peruenire. — ſeras. — V. paucos enim. Fon. — *Voluptatib populis obſequendum.*

A dielo demus.] Expedit interdum deſipere, vt populi poſſimus deſiderata gaudia continere.]

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Frequentia palmarum eum dici faciebat maleficum.*] Laudatur hic nobilis auriga quod modò agitatores arte ſuperaret, & modo equorum velocitate tranſcenderet: quo loco notandum eſt mirificè placuiſſe in ſpectaculis equorum celeritatem, adeo vt narret Capitolinus, Verum Imperatorem volucri equo Praſino aureum ſimulachrum feciſſe, quinetiam multi ex agitatoribus aduerſariorum equos dæmoniacis imprecationibus impediebant, vt ſuos ad curſum facilius impellerent. Optimè Arnubius de magorum artibus loquens, *quis enim has neſciat familiarium dirumpere charitates, aut ſine clauibus reſerare quæ clauſa ſunt, aut ora ſilentio vincere, aut in curriculis equos debilitare, incitare, tardare.* Ac Ammianus Marcellinus ſcribit Apronianum Præfectum vrbi, capitali animaduerſione damnaſſe Hi-

B larium aurigam conuictum ac confeſſum, vix dum pubeſcentem filium ſuum venefico tradidiſſe docenti artium nefariarum ſecreta legibus interdicta, vt nullo conſcio adminiculis iuuaretur internis. BROS.

¶ 2 *Alba linea non longè ab hoſtis in vtrumque pòdium quaſi regula directa producitur.*] Albam lineam vocat author, quod Martialis cretatam Mappam nominat, vide Cedrenum in hiſtoriæ compendio: ibi enim confirmantur & illuſtrantur quæ ab authore de Mappæ origine dicuntur Fab.agon.lib.2.c.7 p.134.

¶ 3 *Ne dum ſemper propere.*] ſic lego, *necdum ſe properè.*

¶ 4 *Mappa verò quæ ſignum dare videtur Circenſibus.*] Mappam vocat Circenſium ſpectaculum, quæ quidem vox legitur in Nouellis Græcis; meminit Suetonius in Auguſto, *cap.* 45. vbi loquitur de aurigatione deque circo maximo, atque adeo de equis certantibus & Circenſibus, & Mappa quam magiſtratus olim

C mittebant, ſigni videlicet dandi gratia: Figuratè etiam equorum agitatio Circenſis Mappa per ſynecdochen vocata eſt, & ita non modo apud Iuſtinianum, ſed apud Iuuenalem Satyr.12. quoque accipitur, cum ait, ludos Circenſes qui & magni dicti ſunt, & Magaleuſia intelligens.

Interea Magaleſiacæ ſpectacula Mappæ.

& apud Senecam cap. 30. de ira. lib. 3. quo loco vrſos leonéſque Mappa prorit at. BROS.

¶ 5 *Cum Nero prandium protenderet.*] Mappæ originem ad Neronem refert, tanquam mittendis Circenſibus quadrigis, antea ſignum aliud dari ſoleret, aſpiciens (vt arbitror) ad illum Suetonij de Nerone locum. Mox & Ipſe aurigare atque etiam ſpectari ſæpius voluit, poſitóque in ortis inter ſeruitia rudimento, vniuerſorum ſe oculis in circo maximo præbuit aliquo liberto mittente Mappam vnde magiſtratus ſolent. BROS.

D ¶ 6 *Vt libertatem daret certaminis poſtulandi.*] Hinc tractum eſt vt oſtenſa Mappa certa videatur eſſe promiſſio Circenſium futurorum. BROS.

¶ 7 *Circus à circuitu dicitur.*] Circus locus erat publicus, ὅτι μάλιστα, vt eſt apud Herodianum *lib. 2. hiſt.* τὸ πλῆθος συνελθὸν ἐκκλησιάζει, in quo populus ludos ſpectans conſidebat. Virgil. *lib. 5. Æneid.*

— mediâque in valle theatri
Circus erat.

Fuerunt autem tres Circi Romæ. Circus maximus inter palatium & Auentinum, Circus Flaminius, qui & Apollinatis, & Circus Neronis in Vaticano. BROS.

E

¶ CONSVLARI VIRO ILLVSTRI Theod. Rex. LII.

Eligitur agrimenſor, qui terrarum finium terminet quæſtionem.

SIcut inuidioſa nimis interpellantium ſuggeſtione comperimus, inter " Leontium atque Paſcaſium ſpectabiles viros, finalis orta contentio eſt: ita vt terminos ' caſarum ſuarum non legibus, ſed viribus ' crederent vindicandos. Vnde miramur tanta animoſitate fuiſſe litigatum, quod aut terminis teſtibus, aut iugis montium, aut fluminum ripis, aut arcaturis conſtructis, aliiſque ſignis euidentibus conſtat eſſe definitum. Quid iſti facerent, ' ſi in Ægyptiacis partibus poſſiderent? vbi Nili fluminis ſuperueniente diluuio, iudicia finium vaſtiſſimus gurges abradit, & indiſcreta terræ facies redditur, vbi omnia limus tegere comprobatur. Quapropter nec tunc ad arma concurrere debuiſſent, ſi excitata lis nulla ſatisfactione ſuperata diſcederet. Hoc enim per geometricas formas, & " grammaticam diſciplinam ita diligenter agnoſcitur, quemadmodum literis omnis ſermo concluſus eſt. Geometriam quippe, vt eſt hominum genus nimis acutiſſimum atque ſollicitum, Chaldæi primùm inueniſſe memorantur. Qui rationem ipſius diſciplinæ generaliter colligentes, & in aſtronomicis rebus, & in muſicis, & in mechanicis, & in architectonicis, & in medicinam, & ad artem * logiſticam, vel quidquid poteſt formis generalibus contineri, aptam eſſe docuerunt. Vt ſine ea nihil horum poſſit ad agnitionem veriſſimam * prouenire. Hanc poſt Ægyptij, non diſſimiliter animi ' feruore calentes, propter augmenta Nilotica, quæ ſingulis annis votiua inundatione patiuntur, ad dimenſionem terræ & recuperandas formas finium tranſtulerunt: vt fieret arte diſtinctum, quod litigioſæ confuſioni videbatur obnoxium. Quapropter agrimenſorem periti ſſimum, cui ab arte " nomen eſt, veſtra nihilominùs adhibeat magnitudo: vt iam omnia, quæ manifeſta ratione diſtincta ſunt per euidentia debeat documenta monſtrare. Nam ſi hoc ' egit illa diſciplina mirabilis, vt indeterminatos agros ratione certa diſtingueret, quanto magis iſte monſtrare debet omnia, quæ iam probantur ſuis finibus terminata? Auguſti ſiquidem temporibus Orbis Romanus agris diuiſus, cenſúque deſcriptus eſt, vt poſſeſſio ſua nulli haberetur incerta, quam pro tributorum ſuſceperat quantitate ſoluenda. Hoc auctor " Hyrummetricus ^ redegit ad dogma conſcriptum: quatenus ſtudioſus legendo poſſit agnuſcere, quod deberet oculis abſolutè monſtrare. Videant artis huius periti, quid de ipſis publica ſentit auctoritas. Nam diſciplinæ " illæ, toto orbe celebratæ, non habent hunc honorem. Arithmeticam dicas auditoriis vacat. Geometria, cum tantùm de cœleſtibus diſputat, tantùm ſtudioſis exponitur. Aſtronomia & Muſica diſcuntur ad ſcientiam ſolam. Agrimenſori verò finium lis orta committitur, vt contentionum proteruitas ' abſcindatur. Iudex eſt ' vtique artis ſuæ, forum ipſius agri deſerti ſunt: * fanaticum credis, quem tortuoſis ſemitis ambulare conſpexeris. Indicia ſiquidem rerum inter ſyluas aſperas & dumeta perquirit, non ambulat iure communi: via illa eſt ſua lectio: oſtendit, quod dicit: probat, quod didicit: greſſibus ſuis concertantium iura diſcernit: & ' more vaſtatiſſimi fluminis, aliis ſpatia tollit, aliis ' rura concedit. Quapropter auctoritate noſtra ſuffulti talem eligite, poſt quem partes erubeſcant impudenti fronte litigare. Quatenus poſſeſſorum iura confuſa eſſe non debeant, quibus eſt neceſſarium rebus propriis adhibere culturam.

De finib. litiam. " V. *Leontium.* Foa. ' cauſarũ. ' contenderent. ' ſi quid. *Nili diluuium.*

F " in vno exemplari. *grammaticam diſciplinam.* Foa. *Geometria à Chaldæis* * logiſticam. Foa. * prætenire. ' calore feruentes. *Nili augmenta.*

G " V. *nomen eſt impoſitũ, veſtra.* Foa. *Geometria vſum cœpit.* *Orbis diuiſus ſub Auguſto* *Hyrummetricus.* " Al *prometricus* Foa. ' redegit. *Cenſus ſub Auguſto.* " *Illæ* ab.

H eſt à vet. Foa. Forte, vacata. *Agrimenſoris vtilitas.* ' abſcidatur. ' itaque. * fantaſticum. ' plura. *Geometra eligendus.*

A

NOTÆ VARIORVM.

¶ *More vaſtiſſimi fluminis.*] Et contra flumina vice cenſitorum funguntur, *l.30. ergo alluuio. D. de acq. rer. dom.* FOR.

¶ APRONIANO VIRO ILLVSTRI Comiti priuatarum Theod. Rex. LIII.

Quod prouideatur Aquilegus veniens de partibus Africanis, de ſtipendiis competentibus, qui in aridis locis aquas nouit inuenire.

Aquar. indagandarũ ratio.
ᵃ Aquilegum.
ᵇ cognoſcite.

MAgnitudinis veſtræ relatione comperimus, ᵃ Aquilegum Romam veniſſe de partibus Africanis: vbi ars ipſa pro locorum ſiccitate magno ſtudio ſemper excolitur, qui aridis locis aquas poſſit dare vernatiles, vt beneficio ſuo habitari faciat loca, nimia ſterilitate ſiccata. Hoc nobis fuiſſe gratum ᵇ cognoſce: quatenus induſtria illa maiorum libris expoſita, noſtris temporibus venerit approbanda. Signis quippe virentium herbarum ac proceritate arborum vicinitatem colligit decenter vndarum. Terris enim, quibus dulcis humor non longè ſubeſt, vbertas quorundam germinum ſemper arridet, vt eſt iuncus aquatilis, canna leuis, rubus validus, ᵃᵃ ſalix lenta, populus virens, & reliqua arborum genera, quæ tamen vltra naturam ſuam felici proceritate luxuriant. ᵇᵇ Sunt & alia huius artis indicia, cum nocte adueniente lana ſicca in terram ponitur iam prouiſam, & rudi caccabo tecta relinquitur: tunc ſi quæ proximitas attiſerit, mane humida reperitur. Sole autem declarato intuentur etiam magiſtri loca ſolliciti, & vbi ſupra terram minutiſſimarum volitare ſpiſſitudinem conſpexerint omnino ᶜ muſcarum, tunc promittunt læti facilè quod quæritur inueniri. Addunt etiam, in columnæ ſpeciem conſpici quendam tenuiſſimum fumum, qui quanta fuerit altitudine porrectus ad ſummum, tantò in ᵈ imum latices latere cognoſcunt. Vt hoc ſit mirabile, quod per hæc, aliáque ſigna diuerſa menſura definita prædicitur, quanta profunditate quæſita monſtretur. Prædicuntur etiam ¹ ſapores aquarum, vt nec aſpera diſpendioſo labore debeat quæri, nec dulcis neceſſariáque ᵉ in honore contemni. Hanc ſcientiam ſequentibus pulchrè tradiderunt apud Græcos ille, apud Latinos Marcellus. Qui non ſolùm de ſubterraneis fluentis, ſed de ipſo quoque ore fontium ſollicite tractauerunt. Dicunt enim aquas, quæ ad Orientem Auſtrúmque prorumpunt, dulces atque perſpicuas eſſe, & pro ſua leuitate ſaluberrimas inueniri: in Septentrionem verò atque Occidentem quæcunque manant, probari quidem nimis frigidas, ſed craſſitudine ſuæ grauitatis incommodas. Atque ideò, ſi viderit memorato illi ſapientia veſtra & codicum lectione & vſu rerum, quæ ſunt prædicta, conſtare: competentibus annonis de publico deputatis, peregrinationem eius inopiamque releuabis, accepturus mercedes, cui artis ſuæ dona ᶠ præſtiterit. Nam quamuis Romana ciuitas aquis abundet irriguis, ſitque fontibus gaudens, & formarum innundatione ditiſſima: reperiuntur tamẽ plurima ſuburbana, quæ hanc videantur deſiderare peritiam. Et meritò ᵍ continetur, qui vel pro parte neceſſarius eſſe cognoſcitur. Huic tamen mechanicus omnino iungendus eſt: vt vndas quas iſte reperit, ille leuet, & arte ſubire faciat, quod aſcendere non præualet per naturam. Habeatur ergo & iſte inter reliquarum artium magiſtros. Ne quid deſiderabile poterat fuiſſe, quod ſub nobis non ʰ potuerit Romana ciuitas continere.

B

ᵃᵃ Sic in vet. quibuſdam, *laeo.* FOR.
ᵇᵇ V. *Sunt & illa.* FOR.
ᶜ vno.

C

De ſaporibus aquarũ.
ᵉ in honora.
Marcellus ſcripſit de aquis & fluminib.
De aquis Orientalibus. Septentrionalibus.
ᶠ præſtiterunt.
Aquæductus

D

Rom. & fontes.
ᵍ retinetur.
Hydraula.
ʰ potuit.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Sapores aquarum.*] vox, *aquarum*, abeſt, à veteribus: de ſapore aquæ Victruuius *lib. 8. cap. 1.* quo in lib. & Seneca *lib. 3. natur. quæſt.* multa de aquæ, quæ nunc prudens omitto, diſputant. FOR.

E

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variarum.

LIBER IV.

¶ ᵃᵃ HERMINAFRIDO REGI * THORING. Theodericus Rex. I.

De matrimonio contracto inter reges, cum multimoda laude.

ᵃᵃ Al. *Hermafrido regi Thoringorũ.* FOR.
* Vvandalorum. *Regi*

DEſiderantes vos noſtris aggregare parentibus, ᵃ neptis caro pignori, propitia diuinitate, ſociamus. Vt qui de regia ſtirpe deſcenditis, nunc etiam longiùs claritate imperialis ſanguinis fulgeatis. Mittimus ad vos ornatum aulicæ domus, augmenta generis, ſolatia fidelis conſilij, dulcedinem ſuauiſſimam coniugalem: quæ & dominatum iure vobiſcum ᵇ impleat, & nationem veſtram meliore inſtitutione componat. Habebit felix Thoringia, quod nutriuit Italia ² literis doctam, moribus eruditam, decoram non ſolùm genere, quantum & fœminea dignitate. Vt non minùs patria veſtra iſtius ſplendeat moribus, quàm ſuis triumphis. Quapropter ſalutantes vos gratia competenti, indicamus nos venientibus Legatis veſtris impretiabilis quidem rei, ſed more gentium ſuſcepiſſe pretia deſtinata, equos ³ argenteo colore veſtitos, quales decuit eſſe nuptiales. Quorum pectora vel crura ſphæris carneis decenter ornantur: coſtæ in quandam latitudinem porriguntur: aluus in breuitate conſtringitur: caput ceruinam reddit effigiem, imitantes velocitatem, cuius videntur habere ſimilitudinem. ᶜ Hi ᶜᶜ ſunt ſub pinguedine nimia manſueti, magna mole celerrimi, aſpectibus iucundi, vſibus gratiores: incedunt enim molliter, ſeſſores ſuos inſanis feſtinationibus non fatigant: quieſcitur potiùs in ipſis, quàm laboretur: & compoſiti delectabili moderatione, agilitate ᵈ norunt continua perdurare. Verum hunc, quamuis nobiliſſimum gregem, beluáſque morigeras, vel alia quæ direxiſtis eximia, victa cognoſcitis, quando omnia iure ſuperat, quæ decus regiæ poteſtatis exornat. ᵉᵉ Deſtinauimus & nos quidem, quæ principalis ordo poſcebat; ſed vili maius perſoluimus, quam ᶠ quod vos tantæ fœminæ ᵍ decori ʰʰ copulauimus. Adſint veſtro diuina coniugio, vt ſicut nos cauſa iunxit affectionis, ita & poſteros noſtros obliget gratia parentalis.

F

Thoringorum miſſa ſponſa.
ᵃ neptem. FOR.
ᵇ compleat.
Equorum deſcriptio.

G

ᶜ ſi.
ᶜᶜ *ſunt* abeſt à vet. FOR.
ᵈ nouerunt.
ᵉᵉ V. *deſtinamus.* FOR
ᶠ qui.
ᵍ decore copulamus.
ʰʰ V *copulamus.* FOR.

H

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Hermafrigida.*] De quo lib. 3. epiſt. 3. FOR.

¶ 2 *Litteris doctam.*] Vxoris dotes doctrina, mores, forma, genus, dignitas: ſed principem locum eruditioni tribuit. Solebant autem veteres, puellas erudire. Liuius *lib. 3. de Virginia.* Plin. *lib. 1. epiſt. 17.* Athen. *lib. 13.* Lucian. περὶ τῶν μισθῷ συνόντων, Plutarch. περὶ παίδων ἀγωγῆς. Galieni Imp. tempore puellæ & viduæ Plotini philoſophi ſcholam diſciplinæ cauſa frequentabant, cuius inſtituti meminerunt Iulian. *lib. 4.* Vbi pupil. educ. Gordian. *lib. 15. ſi paterno, Cod. de neg. geſt.* FOR.

¶ 3 *Argentea.*] Vt luteus color nuptiis dicatus fuit, ſicut ex Catullo & Apuleio eximiæ doctrinæ vir Turneb. probat *l. 28. c. 2. Aduerſar.* ita & argenteus ſeu candidus, vt ex hoc loco conſtat, Apul. *lib. 7. de Aſino.* Valer. Max. *l. 2. c. 1.* Plutarch. *in Problem.* Vnde in luctu interdicebant, Paul. *l. 1. ſent. tit. vlt.* *Qui luget*, inquit, *abſtinere*

A

debet à conuiuiis, ornamentis & alba veſte Æſchines oratione contra Creſiph. exprobrat Demoſtheni, quòd triduo poſt filiæ vnicæ obitum λαμπρὰν ἐσθῆτα λαβὼν ſacrificarit. For.

¶ REGI HERVLORVM THEOD. REX. II.

Is adoptatur in filium, conſiderata virtute fortitudinis ſua cui equi & arma bellica conceduntur.

PEr arma fieri poſſe filium, grande inter gentes conſtat eſſe præconium. Quia non eſt dignus ᵃ adoptari, niſi qui ᵇ fortiſſimus meretur agnoſci. In ſobole frequenter fallimur. [Ignaui autem eſſe neſciunt, quos iudicia pepererunt. ᶜ Hi enim gratiam non de natura, ſed de ᵈ ſolis meritis habent.] ᵉ Quando vinculo animi obligantur extranei, & tanta in hoc actu vis eſt, vt priùs ſe velint mori, quàm aliquid aſperum patribus ᶠ videantur infligi. Et ideò more gentium, & conditione virili, filium te præſenti munere procreamus: vt competenter per arma naſcaris, qui bellicoſus eſſe dignoſceris. 2 Damus quidem tibi equos, enſea, clypeos, & reliqua inſtrumenta bellorum: ſed quæ ſunt omnimodis fortiora, largimur tibi noſtra iudicia. Summus enim inter gentes eſſe crederis, qui ᵍ Theodorici ſententia comprobaris. Sume itaque ʰʰ arma, mihi tibique profutura. Ille à te deuotionem petit, qui te magis defenſare diſponit: probat tuum animum, & opus non habebit obſequium. Adoptat te talis, de cuius gente tu potius formideris. Nota ſunt enim Herulis Gothorum, Deo iuuante, ſolatia. Nos arma tibi dedimus: gentes autem ⁱ olim virtutum pignora præſtiterunt. Salutantes proinde gratia competenti, reliqua per illum & illum Legatos noſtros patrio ſermone mandamus, qui ᵏ vobis literas noſtras euidenter exponant, & ad confirmandam gratiam quæ ſunt dicenda ſubiungant.

Filius per arma poteſt adoptari. ᵃ optari ᵇ fortiſſimus ᶜ Hi ᵈ ſobolis ᵉ quaſi B ᶠ videatur For. *Adoptio per arma. Probari à principe magnum.* ᵍ Theodorici ʰʰ *Arma* abeſt à vet. ⁱ olim tibi ᵏ vobis &

C

N O T Æ V A R I O R V M.

¶ 1 *Per arma.*] vt formularij olim Romani per populum & Prætorem adoptabant, ita cæteræ bellicoſæ gentes per arma filios ſibi aſciſcebant, id eſt armorum traditione, cuius adoptionis formula extat hoc loco. M.Theo. *ſubcriſſitur.*

¶ 2 *Damus.*] infr.lib.8.epiſt.1. & 9. de qua ne quidquam hic amplius adnotem impedior doctiſſimi viri Pithœi, ſagaciſſimi rerum antiquarum perſcrutatoris diligentia: qui hunc ritum *lib.1. Aduerſ.* exſequutus eſt. Sic inueſtitura fiebat baculi & annuli traditione *cap.4 de conceſſ. praben.* ſic manumiſſio apud Longobardos per ſagittam. Paul. Diacon. *lib.1. de geſt. Longobard.* Sed hæc aliàs fortaſſe fuſiùs. For.

¶ ʰʰ SENARIO V. I. COMITI PRIVATAR. Theod. Rex. III.

ʰʰ *al. Senatori* For.

D

Promouetur ad Comitiuæ patrimonij dignitatem.

AD ornatum Palatij credimus pertinere, aptas dignitatibus perſonas eligere. [Quia de claritate ſeruientium creſcit fama dominorum.] Tales enim prouehere principem decet, vt ᵃ quoties proceres ſuum fuerit dignatus aſpicere, ᵇ toties ſe cognoſcat recta iudicia habuiſſe. Moribus enim debet eſſe conſpicuus, qui datur imitandus. Facile eſt qualemcunque ſibi ᶜ deligere: multis autem electum, ᵈ videre decet. Cape igitur ᵉᵉ per indictionem ᵉ quartam illuſtris Comitiuæ noſtri Patrimonij dignitatem, quam tibi non immeritò tribuit regalis auctoritas. Diu namque noſtris ordinationibus geminum mutuatus obſequium, & conſilij particeps eras, & diſpoſita laudabili aſſumptione complebas. Subiſti ſæpè arduæ legationis officium. Reſtitiſti Regibus non impar aſſertor, coactus iuſtitiam noſtram & illis oſtendere, qui rationem vix poterant cruda obſtinatione ſentire. Non te terruit contentioſis ſibi inſlammata regalis auctoritas: ſubiugaſti quinimò audaciam veritati, & obſequutus ordinationibus noſtris ᶠ in conſcientiam ſuam Barbaros perculiſti. Quid ſtudium tuum longa lucubratione ſolicitum, & continui laboris inculpabile referamus obſequium? Vſus es ſub exceptionis officio eloquentis ingenio: fauebas ipſe ſui delectatus auditor, dum meliora faceres cum recitare cœpiſſes. Pronuntiatio tua noſtrum delectabat arbitrium: quia tantum ᵍ dictantium reficiebas animum, quantum ſe laſſare poterat cura cogitantium. Fuit quoque in te pars altera vitæ laudabilis, quod arcana noſtra morum probitate claudebas, multorum conſcius, nec tamen cum plura ʰ noſſes ⁱ elatus. Collegis gratia, ſuperioribus humilitate placuiſti. Sic omnium pro te factus eſt vnus animus ex magna diuerſitate ſociatus. Carpe certè probatæ inſtitutionis gratiſſimum fructum: quando prouectus tuus ita potuit omnes lætos efficere, vt vniuerſi in te iudicent ſua deſideria profeciſſe. Tuere igitur hanc virtutum amabilem præclaràmque conſtantiam, noſtræque domus auctoritate ſubnixus, tantò ſtudioſiùs gratiam quære, quantum te locum beneficiis reſpicis inueniſſe. Tende itaque adhuc bonis actibus ᵏ tuos ad ˡ potiora ſucceſſus, ᵐ ſciens gratiam noſtram in illo ſemper augeri, qui ſe dignum adepto culmini deſiderat inueniri.

ᵃ V. *ad ornamentum Palatij.* For. *Princeps quos prouehere debeat.* ᵃ quotiens ᵇ totiens *Comitiua patrimonij.* ᶜ eligere ᵈ viuere For. ᵉᵉ *per indictiam*

E ᶠ *quartam al. indictâ materiâ* For. ᶠ tertiam *Legatus. Laus fortitudinis in Comite.* ᵍ cum cõſcientia tua *Studium. Eloquentia* ᵍ dictantis *Arcana principũ celanda.* ʰ noſceres F ᵏ tuis ˡ potiores voces ᵐ ſuſcipiẽs

SENATVI VRBIS ROMÆ THEOD. REX. IV.

Super eodem.

GLorioſum ᵃ quidem nobis eſt P.C. honores paſſim impendere, ſed laudabilius benemeritis digna præſtare. Quicquid enim talibus tribuimus, pro generali potiùs vtilitate largimur. Cunctis ſiquidem proficit recti tenax prouectus: nec locus ᵇᵇ relinquitur iniuriæ, cùm ad bonos ᶜ peruenit regula diſciplinæ. Hoc itaque præclaro deſiderio illuſtrem virum ᵈ 3 Senarium Comitiuæ Patrimonij dignitate ſubuexiimus: qui venalitatis obſcura, animi claritate refugiat: qui calumnia non lætetur, nec patrimonij auctoritate ſuffultus, de noſtro ſibi faciat terrore compendium: ſed ius æquabile poſſit tenere cum cæteris, vnde nobis placere reſpicis ſeruientes. Hæc de illo futura promittere, præteritorum facit temporum fides. In ipſo quippe adoleſcentiæ flore palatia noſtra meritis maturus intrauit: & quod robuſtas quoque fatigat ætates, nullo deceptus nouitatis errore, ad imperantis conuerſus arbitrium, effectum bonarum præſtitit iuſſionum: nunc ad cultoris quia dignus, nunc ad exceptiones aptiſſimus, frequenter ᵉ & in legationis honorem electus: cuius multiplex meritum incertum apud nos reddebat officium. Non enim vnius loci vir debet dici, à quo multa videntur impleri. Sed hæc ampliùs commendabat ᶠᶠ humilitas, quæ tam clara quàm rara eſt. 2 Nouum eſt enim, ſub amore Principis cuſtodire modeſtiam: 3 [quia gaudia ſemper animos inquietant, modus enim ᵍ ratò lætis rebus imponitur, qui magis in triſtibus ʰ inuenitur.] 4 Verùm inter hæc ſtupenda meritorum, originis quoque ſimili claritate reſplendet, vt ⁱ habeas qua parte ſit ditior, cùm copioſiùs vtraque poſſideat. Habent ergo ſigillatim diſtributa præconium, iuncta miraculum. Quapropter P.C aſſurgat primævis introeuntibus cana libertas. Nihil de genio veſtro ſubtrahitur, quando venientium nouitas honorabiliter ᵏ inuitatur. Parentes publici de clementia nominati, duplex vobis ratio benignitatis inuitet: incipiens mereatur gratiam, prouectus fauorem.

Cãdidati commendatio. ᵃ ſiquidẽ ᵇᵇ Durtonenſe G *exemplar requiritur ſed minus apto ſeſu* For. ᶜ prouenit ᵈ Senatorij rectè ᵉ etiam ᶠᶠ *In veteribus legebatur* H *vtilitas. ſed malè* For. ᵍ rarus ʰ interuenit For. *Modum vix non capiunt læta.* ⁱ hæreas rectè For. ᵏ immutatur.

A

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Senarium.*] Infra hoc libro epiſt. 7. inſcriptio, Senatio. For.

¶ 2 *Nouum eſt enim.*] γνώμη, perpulchra. *Nouum eſt, ſub amore principis cuſtodire modeſtiam* Pro eo quod diceremus, arduum eſt eos qui apud principem plurimum poſſunt, ſe moderatè ſummiſſéque gerere. Nouum, id eſt magnum, tit. de publ. iudic. *noua pœna*, pro atroci Seruius Honnrat. in illud Virgil. *Pollio & ipſe facit noua carmina*: & in illud, *Quis nouus hic noſtris &c.* Galenus apud Hipocrat. *νεωτερῶς*, interpretatur, *ἰσχυρῶς*, vel *ἀθρόως*, vel *ἰσχυρῶς*, id eſt, generoſè, valde, vehementer. For.

¶ 3 *Gaudia ſemper animos inquietant, modus enim raro lætis rebus imponitur.*] Alij hunc locum ſic legunt, *gaudia ſemper animos inquietant, modus etiam raro interuenit. Garrula res eſt lætitia, nec enim præ gaudio poteſt contineri*, & ita habent membranæ quædam. Quod

B

autem hic dicitur garrulam eſſe lætitiam, congruit iis quæ leguntur in Panegyrico Pacati, ait enim in eundem hominem non poſſe eodem tempore gaudium & ſilentium conuenire. Plinius quoque ſcribit ineſſe gaudio vim cogendi, manca eſt ſine ſermone hilaritas & ſimulachrum mœroris eſt occultare quod gaudeas, & afflictionis mutatio vocem in lætitia non habere. Prætermittendum non eſt, quod M. Cato in oratione pro Rhodienſibus affirmat, res ſecundas lætitia tranſuntſum nos trudere à rectè conſulendo atque intelligendo. Apuleius verò Florid. lib. 3. lætitiam obſtrepere ait facundiæ & cogitationem voluptate impedire. Quibus congruit vetus prouerbium relatum à D. Hieronymo, nimirum eloquentiam rem non eſſe triſtem. Bros.

¶ *Verum inter.*] in exempl. Pręuotiano auctior hæc verbis aliquot habetur ſententia hoc modo: *Modus etiam raro interuenit, garrula res eſt lætitia, nec enim præ gaudio poteſt ſpiritus contineri, verum inter, &c.* Itaque reponendum videtur ex varia codicum collatione:

C

Modus etiam raro lætis rebus imponitur, qui magis triſtibus interuenit, garrula res eſt lætitia. Huic ſententiæ ſuffragatur Symmach. *lib. 2. epiſt. 7. Quippe lætitia* inquit, *loquax res eſt atque oſtentatrix ſui, adeò vt magna parti hominum nulla ab hac cautio ſit.* Idem epiſt. ſeq. *In ſerenis frontibus animorum indicia perleguntur, non enim ſe capit exundantis lætitia magnitudo, ſed dedignata pectorum latebras ita multa & candida foris prominet, vt intelligatur non ingentior eſſe quàm verior* Apuleius *lib. 3. Florid. Nam nunc lætitia facundia obſtrepit, & cogitatio voluptate impeditur, ac mens occupata delectatione mauult impræſentiarum gaudere, quàm prædicare. Quid faciam? cupio gratus videri, ſed præ gaudio nondum mihi vacat gratias agere.* For.

¶ AMABILI VIRO DEVOTO Comiti Theod. Rex. v.

Deportentur victualia ad patriam indigentem.

D

Principis iuſſiones.

NVllum decet, noſtras grauanter ſuſcipere iuſſiones, quæ magis vtilitates noſcuntur 1 extollere deuotorum. In Galiicana igitur regione victualium cognouimus caritatem: ad quam negotiatio ſemper prompta feſtinat, 2 vt empta largiùs anguſtiore pretio diſtrahantur. Sic eueniet, vt & “ venditoribus ſatisfiat, & illis prouiſio noſtra ſubueniat. Atque ideò deuotio tua præſenti auctoritate cognoſcat, omnes nauicularios Campaniæ, Lucaniæ, ſiue “ Thuſciæ, “ fideiuſſoribus idoneis ſe debere committere, vt cum victualibus ſpeciebus tantùm proficiſcantur ad Gallias, habituri licentiam diſtrahendi, ſicut inter emptorem venditorémque conuenerit. 3. Grande commodum eſt, cum indigentibus paciſci: 4 quando fames totum ſolet contemnere, vt ſuam neceſſitatem poſſit ‵ expellere. Nam cùm ambitioni ſuæ ſeruiat, propemodum donare videtur, qui vendit rogatus. Ad ſaturatos enim mercibus ire certamen eſt: ſuo autem pretium poſcit arbitrio, qui victualia poteſt ferre ieiunis.

“ Prænot. lib. venditionib. For.
“ Al. Syria Tuſcia.
“ Al. fideiuſſionib. For.
Neceſſitas caritas omnia emit.
‵ explere

E

vulgata lectio magis placet, depellere famem dicunt alij. For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Extollere deuotorum*] Deuoti pro ſubditis. For.

¶ 2 *Empta largiùs anguſtiore precio diſtrahantur.*] Locus communis. For.

¶ 3 *Grande commodum.*] hic precia rerum variantur, *l. 63. precia, ad leg. Falcid.* commerciorum mater neceſſitas, *l. 1. de contr. empt.* For.

¶ 4 *Quando fames totum ſolet contemnere, &c.*] Famis tempore omnia carius venduntur: imò & liberi à parentibus diſtrahuntur. Valentin. *Nouell. 11. Notum eſt*, inquit, *proximè obſcœniſſimam famem per totam Italiam deſæuiſſe, coactóſque homines filios & parentes vendere, vt diſcrimen inſtantis mortis effugerent.* Paul. *lib. 5. tit. 1. ſentent. l. 2. de patrib. qui fi. diſtr.* Annibale Caſſitium oppidum obſidente, Strabo *lib. 5.* teſtatur *ὡς ὑπὸ λιμοῦ διακοσίων δραχμῶν πραθῆναι μῦν*, imò murem ea in obſidione 20. nummis vęniiſſe, refertur à Plinio *lib 8. cap. 57.* Val. Max. *lib. 7. c. 6.* Vide *epiſt. 27. lib. 12. infra* For.

F

¶ SYMMACHO VIRO PATRITIO, Theod. Rex. vi.

Petenti non concedatur licentia recedendi de vrbe.

RAtionabiles ‵ petitiones ſupplicum libenter amplectimur, qui etiam non rogati iuſta cogitamus. Quid eſt enim dignius, quod die noctúque aſſidua deliberatione voluamus, niſi vt 1 Remp. noſtram ſicut arma protegunt, æquitas quoque inuiolata cuſtodiat? Spectabilis itaque Valerianus in Syracuſana ciuitate ‵ conſiſtens, reuerti ſe ad lares proprios ſupplicauit, qui 2 ſtudiorum cauſa liberos ſuos ad Romanam ciuitatem deduxit. Quos illuſtris magnificentia tua, ex noſtra continens iuſſione, in ſupradicta vrbe faciat commorari: nec illis liceat antè diſcedere, niſi hoc noſter proloquatur “ affatus. Ita enim & illis ſtudiorum * prouectus acquiritur, & noſtræ iuſſionis reuerentia cuſtoditur. Non ergo ſibi putat impoſitum quod debuit eſſe votiuum. Nulli ſi ingrata Roma, quæ dici non poteſt aliena. ‵ Illa eloquentiæ fœcunda mater, illa virtutum omnium latiſſimum templum. Sentiatur planè, quod ‵ clarum eſt, non ſine gratia eſſe creditur, cui habitatio tanta præſtatur.

‵ rationales.
Arma & æquitas remp. cuſtodes.
Roma ſtudiorũ

G

cauſa agere.
‵ conſiſtens.
“ Lib Dimon. *affectus.*
* al. profectus.
‵ illa enim.
Romana vrbs elogium præclarũ.
‵ carum al. charũ. For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Rempub. noſtram ſicut arma, &c.*] & Inſtin. prooemio Inſtit. *& l. vn. C. de relig. & ſumpt. fun.* Syneſius ad Pæonium *ὑπὲρ τοῦ δώρου.* Athenis fuit Eleaticum gymnaſium, vbi pari litterarum & armorum cura ſtudioque exercerentur, *ἀλλ' ὥσπερ λόγων τε καὶ ἅμα καὶ ὅπλων ἐπιτηδεύμασι ἐνησχολῆσθαι.* For.

H

¶ 2 *Studiorum cauſa liberos.*] Fuere olim domicilia litterarum omnium optimatum Athenæ, Rhodus, Roma, Berythus, Conſtantinopolis, Alexandris. For.

¶ “ SENARIO v. 1. COMITI PRIVATARVM, Theod. Rex. vii.

Conceditur gratia iis qui naufragium pertulerunt.

PRopoſitum noſtræ ‵ pietatis eſt, iniuſtè periclitantium ſubleuare fortunas. Quia quod aliena vi conſtat impoſitum, trahere non poſſumus ad delictum. Iniquum eſt enim, vt hominis vitio deputetur, quod eius voluntate non regitur, & illud imputetur periclitanti, vnde rarò datur euadere. Atque ideò ſublimitas tua 1

“ Al. Senatoria. For.
‵ clementia.
Naufrago ſuccurrium.
Præſequuntur frumentorum.

A

proſequutores, frumentorum, qui de Sicilia fuerant ad Gallias deſtinati, lacrymabili nos aditione pulſaſſe cognoſcat, dum ſuſceptum onus promouiſſent in pelagus aduerſis flatibus fuiſſe ſuſceptum: vbi fatiſcente compage trabium, omnia vis vndarum abſorbuit; nec quicquam miſeris de aquarum nimietate ' niſi ſolas lacrymas " reſtitiſſe. Vnde illuſtris ſublimitas tua, præſenti auctoritate commonita, ' 2 modiationem tritici, 3 quam ſub hac ſorte ' periſſe probauerint, ſupradictis proſecutoribus ſine aliqua faciat ' cunctatione reputari. [Crudelitatis enim genus eſt, * vltra naufragium velle deſæuire: & illos ad diſpendia cogere, quibus inopem vitam probantur 5 immania ' pericula ceſſiſſe.]

' nec. " Al. *ex. titiſſe.* For. ' moderatione. ' periſſe. ' percunctatione. ' elementa dediſſe.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Proſequutores frumentorum.*] Sic etiam dicuntur proſequutores equorum in *lib.* 1. *C. de tract. & ſtat.* proſequutores publicarum functionum. *l.* 9. *C. de curſ. publ.* proſecutores reorum in *l. ſolent. D. de cuſtod. reor.* Bros.

B

¶ 2 *Modiationem tritici.*] modiatio, modialis Epiphanius περὶ μέτρων. *l. vlt. Cod. de naufrag. lib.* 11. *l.* 32. *cum Nauarchorum, de nauiculariis, lib.* 13. *C. Th. l.* 16. *cum non frumentum, C. de vſur.* Calculus modiationis d. l. vlt. vbi obiter obſerua, *lacunam diſpendij* eo ſenſu dici ab Honorio & Theod. quo *lacuna ærarij*, Symmacho *lib.* 1. *epiſt.* 19. Gellio *famæ lacuna. lib.* 11. *cap.* 3. Ciceroni *Verr.* 4. μοδισμὸς, longè aliud in legibus naualibus Iuſtiniani. For.

¶ 3 *Quam ſub hac ſorte periſſe probauerint, proſecutoribus ſine aliqua faciat cunctatione reputari.*] Hic locus petit et ad *l. ſuper naufragiorum.* 6. *Cod. de naufrag.* hæc enim vult vt ſi nauiculariorum culpa nauigandi opportunitate tranſacta, ex annona publica aliquid tempeſtate maris deperierit, periculum ad omne nauiculariorum corpus pertineat pro rata portione, non ad fiſcum, non ad collatores. Sciendum tamen eſt quod naufragio periit, ſine nauicularij culpa a fiſco accepto ferri, nec nauicularij periculo cedere. Quod autem ad hanc modiationis vocem attinet, reperitur ſæpiſſimè in iure, vt in ſupradicta lege, & in *l.* 1. *Cod. de ann. ciuil.* & aliis multis; male quidam modiationem penſitationem eſſe frumenti, cùm potiùs ſit menſura: perperam quoque alij modiationem ad æſtimationem numerariam referunt in lege Rhodia. Bros.

C

¶ 4 *Vltra naufragium velle deſæuire.*] Humana ſententia: cui non abſimile illud Vlpiani videtur, *Si labes facta ſit, omnémque fructum tulerit, damnum coloni non eſſe: ne ſupra damnum ſeminis amiſſi mercedes agri præſtare cogatur.* Nam vis diuina, quam θεῦ βίαν, vel vi apud Harmenopulum eſt, θεομηνίαν, vocant, *non debet conductori eſſe damnoſa, ſi pluſquàm tolerabile eſt, læſi fuerint fructus. l.* 12. *ex conducto. §. ſi vis. l.* 25. *ſi merces. D. locat. & cond.* Naufragiorum legibus hæc quoque adſcribitur, *Naufragia ad publicanos pertinento. l.* 1. *Cod. Theodoſ. de naufrag. lib.* 13. *tit.* 8. Quod perantiquum eſſe ex Hermogene & Fortunatiano liquet: ne ex calamitate miſerorum fiſcus luctuoſum lucrum capiet. *d. l.* 1. *l.* 2. *l.* 5. *l.* 11. *C. Iuſtinianeo, de naufrag.* intra anni ſpatium naufragus remedium ex indulgentia conſequitur. Hoc addit l. pen. vt confeſtim & leuato velo eiuſmodi cauſæ cognoſcantur. For.

D

¶ 5 *Immania elementa.*] In manoſcr. Prænot. non *elementa*, ſed *pericula conceſſiſſe*, legitur, excuſſa tamen lectio defendi poteſt. Noſter Caſſiod. infrà hoc *lib. epiſt.* 19. de nautis, *quos frequenter plus affligunt damna, quam ſolent nudare naufragia.* Sen. *l.* 7. *Controuerſ.* 1. *O maria, iuſtiora iudiciis, ô meliores procellæ patre, &c.* For.

¶ HONORATIS POSSESSORIBVS & curialibus * Foroiulienſibus, Thr. Rex 11x.

Quod deuehantur trabes ad ſtatutum locum.

* Foroiulienſib. For.

Boni Principis imperium graue non eſt.

GRaue videri non debet, quod noſtra ordinatione cenſetur: quia nouimus æſtimare, quod vos oportet implere. A nobis quippe poteſtis rationabiliter cuſtodiri, quibus ' proſpicitis non grauati. Proinde deuotioni veſtræ præſenti auctoritate decernimus, vt accepto pretio competenter, de locis veſtris ad ' Alſuanum trabes ſine aliqua dilatione deuehatis: quatenus & ' noſtra ordinatio ſortiri poſſit effectum, & perceptis mercedibus nec vos videamini ſuſtinere diſpendium.

E

' profuiſtis. ' Alſanû. For. *Trabes venditæ.* ' veſtra.

' OSVNI v. i. COMITI, Theod. Rex. ix.

Quòd dirigantur ad curam oppreſſores adoleſcentium patris ſuffragio nudatorum.

INnocentiæ profeſſio eſt, noſtram elegiſſe præſentiam: vbi nec violentiæ locus datur, nec auaritiæ vitia formidantur. Maurentius atque " Paula, patris auxilio nudati, multorum ſe iniuriis teſtantur exponi: quorum 1 adoleſcentia peruia videtur incommodis, cùm facilè poſſit ' ſurripi vel " iuuenibus deſtitutis. Et ideò noſtrum merentur præſidium, à quibus ſe calliditas non abſtinet improborum. Proinde ſublimitas veſtra, ' 2 tenore præſentis iuſſionis agnoſcens, ſupramemoratos adultos, ſi quis intigantium pulſare maluerit, ad noſtrum Comitatum nouerit dirigendos: vbi ' & innocentia ' perfugium, & calumniatores ios poſſunt inuenire ' diſtrictum.

Minorum cauſa ad comitatû reuocatio. " al. *pullo.*

F

For. *Circumſcriptio adoleſ.* ' ſubripi. " al. *inermentib. vt Prænot. lib. alij viduentibus.* For. ' tenorem. ' etiam. ' profugit. ' diſtrictum.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Adoleſcentia peruia videtur incommodis.*] Circonſcriptio adoleſcentum Lætoria lege prohibita, Cicer. 3. *offic. & de nat. Deor.* Iul. Capitolin. *in Antonio Philoſopho. l.* 2. *C. Theod. De donat. lib. tit.* 18. Inſidiæ fiunt adoleſcentibus, *l.* 1. *de Minoribus.* For.

¶ 2 *Tenorem.*] Duo veteres, *tenore*, rectius. Pœnale murmur, Iuſtinianus *Nouell.* 115. γοητείαν, dixit, id eſt magicos ſuſurros, interprete Iuliano, qui fiunt manibus accitis. *l.* 6. *C. de malefic. & mathem.* Aurelius Prudentius *lib* 1. *contra Symmachi relationem, Murmure nam magico tenues excire figuras, Atque ſepulcrales ſcite incantare fauillas.* Cedrinus de Apollonij Tyanei præſtigiis pag. 33. γοητείας, ab eiulatu ad ſepulchra deducit, nempe ἀπὸ τοῦ γόου καὶ θρήνου τοῦ περὶ τοὺς τάφους τοῖς τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύουσι γινομένου, infrà lib. 9. epiſt. 18. For.

G

§ IOANNI v. s. CONSVLI CAMPANIÆ, Theod. Rex. x.

Mandatur publicari edictum contra illos qui proprio motu ad pignorandi licentiam ſe transtulerunt.

FOedum eſt, inter iura publica priuatis odiis licentiam dare, nec ad arbitrium proprium iudicandus eſt inconſultus feruor animorum. Iniquum quippe nimis eſt, quod delectat iratum.] Furentes iuſta non ſentiunt: quia dum commoti animo in vindictam ſæuiunt, rerum temperantiam non requirunt.] Hoc eſt, quod legum reperta eſt ſacra reuerentia: vt 2 nihil manu, nihil proprio agereiur impulſu. Quid enim à bellica confuſione pax tranquilla diſtabit, ſi per vim litigia terminentur? Prouincialium ' igitur Campaniæ atque Samnij ſuggeſtione comperimus, nonnullos neglecta temporum diſciplina, ad pignorandi ſe ſtudia tranſtuliſſe, & quaſi edicto miſſo, per ' vulgus licentiam crepuiſſe vitiorum. ' His multò acerbiora iungentes, alienis debitis ad ſolutionem alios trahi, ſolàmque cauſam probabilem videri, ſi aliqua debitori potuit in ciuitate coniungi. O iniquum perſuaſionis errorem! Diuiduntur cauſæ germanis: 3 filius obligationibus paternis, ſi non ſit hæres, exuitur; vxor maritalibus debitis, niſi per ſucceſſionis vincula, non tenetur: & audacia ad ſolutionē trahit extraneos, cùm abſoluant iura coniunctos.

Pignorationes ſeu repreſaliæ prohibentur.

H

' itaque. ' vulgus. ' iis. *Nemo alienum debitum exſoluere cogendus.*

Hoc

A Hoc hactenus fieri noſtri ignorantia fortaſſe permiſerit. [a] Nunc neceſſe eſt remedium de legibus habeat, quod noſtram potuit intrare notitiam. Proinde edictalis programmatis tenore comperto, ſpectabilitas veſtra [b] ad cunctorum faciat notitiam peruenire: vt quiſquis quod repetere debuiſſet, pignorandi ſtudio fortaſſis inuaſerit, [c] voce iuſta amittat: nec liceat cuiquam ſua ſponte, niſi obligatum furſitan, pignus auferre. Si verò alterum pro altero, quod nefas dictu eſt, pignorare maluerit, in duplum cui vim fecit, direpta reſtituat: quia ſcelera damna plus cohibent, & ſola detrimenta cogitant, qui pudoris fecere iacturam. Quem verò ab hac * 4 redimitione fœdum patrocinium tenuitatis excuſat, pro amiſſi qualitate facinoris in eum fuſtuario ſupplicio vindicetur. Non enim patimur impunitum, quod nolumus eſſe permiſſum.

[a] tunc
[b] in
[c] vocem
* redhibitione. Fuſtuarium.

NOTÆ VARIORVM.

B ¶ 1 *Fœdum eſt, &c.*] Pignorationes, & quas Repræſalias dicunt, prohibet Theodericus & Zeno *l. vn. vt nullus ex vicanis pro alienis vicaneorum debitis teneatur, lib. 11. C.* Iuſtinianus *Nouel. 52. & 134.* & vim omnem à Repub. abeſſe iubet, vt non manu, ſed actione experiatur. Idque iuri noſtro conſentaneum eſt, *l. extat. & l. pen. quod met. cauſ. l. 6. negantes, C. de oblig. & act.* For.

¶ 2 *Nihil manu*] χειρῶν νόμῳ, id eſt vi, Pompon. *l. 2. de orig. iur. Omnia manu regis gubernabantur.* Florent. *manu à regibus,* manuſcr. liber, *manuum legibus.* Paulus *aduerſus extraneos homines, ſi quid manu commiſerimus.* Quod genus dicendi qui minus perſpexerunt, auſi ſunt integræ Pandect. Florentinarum lectioni ſubſtituere, modò, *manus*: modò, *in alium*: modò, *malum.* Et in Photij Nomocanone, *tit. 9. cap. 7.* Si Epiſcopus aduerſus collegam [illegible] actionem habens non agat, ſed cum illo tractet χειρὶ πράξει, id eſt *manu, & vi agat.* Malè Henricus Agylæus, χειραγωγῶν conatus emendare, C fruſtrà, vt ex Concilij Carthagin. *can. 121.* & Iuſtiniani *Nouell.* 123. conuincitur. Via omnia legibus infeſta, cum inſuper habito magiſtratus imperio priuati ſibi ius ipſi dicunt l. non eſt ſingulis, de reg. iur. αὐτοχειρίᾳ [illegible] vocat Harmenop. *lib. 3. Epitom. tit. 5.* [illegible] Iuſtinian. Ic. Ruſtic. *tit. 1. l. 6.* For.

¶ 3 *Filius obligationibus paternis ſi non ſit hæres, exuitur*] al. *alligationibus, &c.* Scribit verò Sextus Empyricus *lib. 1. cap. 14. in fin.* Pyrrhon. hypotheſ. legem eſſe apud Romanos, vt qui paternis bonis renonciat, non perſoluat patris nomina: Apud Rhodios autem diſſoluere æs alienum paternum compellantur. Quamuis non omnis filius eſt hæres, nec ſtatim inuitus obſtringitur æri alieno à patre conflato: à cuius hæreditate (quod hodie licet) abſtinuerit, toto tractatu de iur. del. *l. 12. cum à matre, C. de rei vindic. l. 15. eris, l. 24. ſi patri, C. de donat. cap. non omnis 32. quæſt. 2.* Quare Alexander Pontif. Rom. quod indiſtinctè reſcribit, filium patris debita exſoluere teneri, *cap. 1 de ſolut.* id non ſimpliciter de filio, ſed ſecundum ea quæ ſæpius contingunt, D de filio hærede tantùm patris adeunte, accipiendum eſt, *arg. l. 4. 5 6 de legib.* Vt plurimùm filius exiſtit hæres patris: cuius hæreditas tacita quadam natura liberis addicitur, *l. 11. in ſuis, de lib. & poſthum. l. 7. cum ratio, ff de bon. damn.* For.

¶ 4 *Redimitione*] repone ex Prænotiano cod. *redhibitione.* Sic ſæpè librarij m in b, contráque commutarunt. Martian. Capella typis editus, *currum ſumit,* ex manuſcripto emendandus, *ſubit.* Apud Luciferum pag. 3. *Caim ſumit ſententiam.* Io. Tilius, qui princeps eum auctorem lucì reddidit, rectè interpretatur, *ſumere ſententiam,* pro *condemnari*: ſed lectionis vitium non deprehendit, *ſubire, ſubit.* In vetere gloſſario, *tanes,* pro *tabes*: *colobella,* pro *columella.* Apud Græcos conuertuntur & hæc σώμ@ & σῶβ@, κίνυμ@ & κίνυβ@, vt alij ante me obſeruarunt. In veteri lapide, *pellus commurat pice,* pro *comburat. direbere,* & *dirimere probofcis* & *promiſcuis* promiſcue, Plin. *lib. 6. c. 8.* & ibi Hermol. Barbat.

¶ SENARIO V. I. COMITI PRIVATARVM Theod. Rex. xi.

Ei remittitur cauſa de vno iudice ad alium ſine debito ſopienda.

E SPes eſt certa remedij, vota ſupplicum ad prudentis remiſiſſe iudicium: vt per ordinationis beneficium confuſionis abrogetur incertum. Proinde magnitudo tua, cuius ordinatione videtur ſubiacere prouincia, inter poſſeſſores Volienſes atque Curiales cauſam diligenti examinatione diſcutiat, quatenus inter eos ſopiatur querela, à vobis patefacta iuſtitia. Non enim decet poſt audientiam veſtram negotium trahi, à quo poſt alios iudices debuiſſet audiri.

Mandata iuriſdictio.

¶ MARABADO V. I. COMITI ET GEMELLO V. S. Theod. Rex. xii.

Committitur cauſa contra nurum, quæ filiorum ſtuduit euertere facultates.

F PRopoſiti noſtri eſt, vt prouincias nobis, Deo auxiliante, ſubiectas, ſicut armis defendimus, ita legibus ordinemus: quia ſemper auget * princeps obſeruata iuſtitia. Et quantum probabili inſtitutione viuitur, tantum ſuomis adhuc prouectibus aggregatur. [a] Archotonta itaque illuſtris fœmina, flebiliter ingemiſcens nepotis ſui calamitatem tali conqueſtione deplorauit (dum ſemper 1 auiæ cura tenerior eſt ſuorum) aſſerens Ætheriam nurum ſuam [b] mariti poſtpoſita dilectione, cuidam ſe Libetio ingali fœdere ſociaſſe: & cum ornatior cupit nouis thalamis apparere, ſtuduerit G priora viri facultates euertere, allegans, ditatam filiorum ſpoliis, quibus magis decuit congregari. Ideoque nos, qui deſideria [c] ſupplicantum conſueuimus remittere ad ſtatuta diualium ſanctionum: vt nec inſinuationem ſupplicum renuamus, nec aduerſarij negocium credula facilitate damnemus, ſublimitatis veſtræ iudicio hanc cauſam legibus committimus audiendam: vt omni inciuilitate à ſummota, mediis ſacroſanctis Euangeliis cum tribus Honoratis, quos partium conſenſus elegerit, qui legum poſſint habere notitiam, quicquid prisci iuris forma conſtituit, inter eos conſiderata diſciplina noſtri temporis proferatis. Quia non decet per vim eos aliquid agere, [d] qui ad noſtra metuerunt regimina peruenire.

Armis & legibus prouincia defenſa.
* Augent principes. For.
* v. principes
[a] Archotamia. For.
Auia ſiuè ſuas in nepotes maior
[b] Almo
Qui ſui ſed poſt. Mulier, relicto marito ad ſecundas nuptias conuolans.
[c] ſupplicantium
Mandata iuriſdictio.
[d] quod

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Auiæ cura tenerior eſt ſuorum.*] Sic loquutus eſt Sydonius Apollinaris. *Roſcia te ſalutat cura communis, quæ in auiæ amicarúmque indulgentiſſimo ſinu, (quod raro contingit nepotibus aliis) & cum ſeueritate nutritur, qua tamen tenerum non infirmatur animum, ſed informatur ingenium:* & alibi, *Filiam vnicam paruam poſt obitum vxoris relictam ſolatio cœlibatus alit teneritudine auita, materna diligentia, paterna benignitate.* Bros.

H Ea via eſt [illegible], vt parentes malint liberis, quàm ſibi bene eſſe: & amor à natura hominibus inſitus deſcendat magis, quàm aſcendat, *l. 19. I. Inſtitutus D. quod met. cau. l. pen. §. de vno D. rit. nupt,* propter propagationem ſcilicet tuendam ſtudio æducandæ prolis immortalitatem quandam generis humani natura commenta videtur, Ariſtot. *in Oeconom.* [illegible] Quod Theophil. *tit. de iure nat. adumbrauit.* [illegible] Val. Max. de cenſoria nota: *Natura vobis quemadmodum naſcendi, ita gignendi legem ſcribit, parentéſque*

A

vos alendo nepotum nutriendorum debito (ſi quis eſt pudor) alligauerunt. For.

§ 2 *Summota*] v. *ſubmota*: quod quamvis leuluſculum, non contempſi, vt varietate ſcripturæ admoniti ſtudeamus errorum emendationi ſenſim aſſueſcere. For.

¶ SENARIO V. I. COMITI PRIVATAR. Theod. Rex. XIII.

Quod præbeantur victualia laborantibus in exercitu iuxta conſuetudinem veterem.

EMolumenta deeſſe laborantibus non oportet: vt & bonæ ſpei aditus aperiatur, & deſudantium querela iuſta compenſatione claudatur. Atque ideò prouidentiam noſtram, quæ omnes Reipub. partes, ſub cœleſti fauore circumſpicit, ordinaſſe, cognoſſe, vt Coloſſeo viro illuſtri pro laboribus & meritis ad Syrmienſem ' Pannoniam deſtinato, iuxta conſuetudinem veterem victualia præbeantur, Quatenus dum memorato viro neceſſaria fuerint præparata, locus iniuſtis præſumptionibus abrogetur. 1 Diſciplinam ſiquidem non poteſt ſeruare 2 ieiunus exercitus, dum quod deeſt, ſemper præſumit armatus. ' 3 Habeat quod emat, ne cogatur cogitare, quod auferat. 4 Neceſſitas ' moderamen non diligit: nec poteſt imperari multis, quod nequeant cuſtodire paucißimi.

B

' Pannoniam
Victus præbeantur militibus.
' Hanc *Neceſſitas.*
' moderata

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Diſciplinam ſeruare non poteſt ieiunus exercitus.*] Ad bellum gerendum tria ſunt neceſſaria, vt pote apparatus pecuniæ, commeatuum, armorum, eſtque annona adeò neceſſaria, vt qui frumentum, neceſſariúmque commeatum non præparat, vincitur ſine ferro: & in eo culpare hodiernam incuriam poſſumus, cùm fere mendicitas ad omnem deſperationem vocat armatos: nam vt cum Imperatore loquar, miles non timet niſi veſtitus, armatus, calceatus, & ſatur, & habens aliquid in zonula. Bros.

C

¶ 2 *Ieiunus exercitus.*] En, erat tam multa annonæ militari noſtris legibus iure quodam ſingulari conſtituta ſint, de quibus aliàs. For.

¶ 3 *Habeat quod emat.*] Miſerrima omninò caſtrenſis fames, quid deſignarit in Speodianis militibus Polybius lib. Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων *lib.* 2. *quid Numantinis.* Val. Max. *lib.* 7. *cap.* 6. quid Romanus Liuius *lib.* 4. & Ammian. Marcellin. lib. quid Hieroſolymitanis Euſeb. 3. *cap.* 4. *Eccl. hiſtor.* Ioſeph. *antiquit. lib.* 9. *cap.* 4. *idem de bello Iudaico, lib.* 6. *cap. vlt. & lib.* 7. *cap* 6. Vide huius lib. 12. epiſt. 5. For.

¶ 4 *Neceſſitas moderamen non diligit*] Quanta ſit neceſſitatis vis ac poteſtas declarant authores, nam vt loquitur Horatius omnia rapit

--- *æqua lege neceſſitas*
Sortitur inſignes & imos
Omne capax mouet vrna nomen.

D

Præterea idem anteambulatricem fortunæ dicit eſſe neceſſitatem, fortunæ dominatum, & potentiam conſtituens, quod quidquid ei collibuerit, nulla vis tanta ſit, vt impedire poſſit. Clauos etiam trabales perelegantiſ fictione & conceptione ibidem tribuit neceſſitati, quibus omnia figat firmétque & retineat. Bros.

* ¶ GESILÆ SAIONI THEOD. REX. XIV.

* Beſilæ For.

Quod poſſeſſores cogantur ſoluere debitas functiones.

MAgni peccati genus eſt, alienis debitis alterum prægrauare: vt quod poteſt exigi, non mereatur audiri. Sua * quique damna reſpiciant, & is ſoluat tributum, qui poſſeſſionis noſcitur habere compendium. Atque ideò præſenti tibi auctoritate delegamus, vt Gothi per Picenum ſiue Tuſcias vtraſque reſidentes, te imminente cogantur exoluere debitas functiones. In ipſis enim initiis comprimendus exceſſus eſt, ne fœda imitatio, quaſi turpis ſcabies, paulatim reliquos comprehendat. Si quis ergo iuſſa noſtra ' agreſti ſpiritu reſupinatus abiecerit, ' caſas eius appoſitis titulis fiſci noſtri iuribus ' vindicabis: vt qui iuſtè noluit parua ſoluere, rationabiliter videatur maxima perdidiſſe. Qui enim debent ad fiſcum celeriùs eſſe deuoti ', niſi qui capiunt commoda donatiui? Quando amplius de noſtra humanitate recipiunt, quàm ſtipendij iure præſtetur. Nam ſi liberalitatis noſtræ cauſa tractetur, nos potiùs voluntaria tributa ſoluimus, qui fortunas omnium ſubleuamus.

* *quiſque.*

E

' agreſtis ſpiritu tumore ſupinatus
Titulis appoſiti.
' cauſa
' vendicabis
Cõmodo donatiui.

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Sua quiſque*] vet. *quenque*, multò rectiùs: nam tributi & vectigalis nomine, prædia ipſa & poſſeſſores conueniuntur, *l.* 7. *Imperatores*, *ff. de publican.* Demoſthen. aduerſus Timocratem, ait tributa non à corporibus, ſed a poſſeſſionibus ſeu fundis deberi, τὰς εἰσφορὰς τὰ χρήματα ἢ τὰ σώματα ὁ φόρος, τὰ γὰρ ἀπὸ τούτων εἰσφέρεσθαι *l.* 1. & 3. *C. ſi propter public. penſ.* & tit. ſine cenſu vel reliq. fund. comp. non poſſ. Legem de publicanis & vectigalibus non aduerſos homines, ſed aduerſus rem ſcriptam eſſe docet Quintil. *declam.* 341. Saluian. *lib.* 5. *de prouidentia.* For.

F

¶ * BENENATO V. S. THEOD. REX. XV.

*Benedicto al. Benato quidã habẽt Benenato. For.

Quærantur remiges viribus & animo valentes, vt poſſint ad opus idonei reperiri.

ILluſtris & magnifici viri comitis Patrimonij ſuggeſtione 1 comperimus, Dromonarios viginti & vnum de conſtituto numero mortis incommodo fuiſſe ſubtractos. Vnde prouidentiam noſtram, cuius eſt proprium, quod caſu ſubducitur reparare conſilio, huc ſtatuiſſe cognoſce, vt ſupradictos Dromonarios probare ſine aliqua dubitatione feſtines, qui tamen ad hoc opus poſſint idonei reperiri. Remigum enim labor operoſus valentes animo & viribus quærit, vt confidentia mentis procellis obuiare poſſit vodoſis. Quid enim ' audentius, quàm illud infidum ac vaſtiſſimum mare intrare paruo nauigio, quod eluctari facit deſperationis ſola præſumptio? Quapropter iuſſis te noſtris hanc cautelam conuenit adhibere, vt querelam de congregatis * debilibus non facias, " cum ' nec robuſtiſſimos quæſiſſe cognoſcas.

Dromonarij reparati.

G

Remiges.

' audaciùs

*fidelibus in vet. *flebilibus.*
"Al. *cum nos.* For.
' nos

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Comperimus Dromonarios.*] Dromones nauigia celerrima quaſi curſoria à Iuſtiniano vocantur in *in l.* 2. *C. de off. præf. prat. aff.* quos celones Latini appellant à celeritate, vt teſtatur Nupius, *Milites*, inquit, *conſtituas, qui poſſint & ipſum traiectum ſeruare, & omnia quæcunque in partibus Hiſpaniæ vel Galliæ, ſiue Francorum aguntur, viro ſpectabili duce denunciare: in quo traiecto etiam Dromones quantos prouideris ordinaria facias.* Iſidor. 19. *Etymol.* For.

H

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ THEOD. REX. XVI.

Commendatur qui ad prouinciam dirigitur gubernandam.

VTilitatis publicæ cauſa, quam noſter animus ſemper ſpectat, virum illuſtrem Comitem Arigernum, ciuem penè veſtrum, dudum ad Gallias æſtimauimus dirigendum: vt eius maturitate conſilij titubantium

tium

Digitized by Google

A ſium potniſſent cotda ſitmari. Nouitatem quippe ſolicitam prudentes conuenit habere rectores: vt quemadmodum fuerit vitæ fotmatus ordo, ſic currat inſtituta deuotio. ' His rebus ad noſtra vota compoſitis, & gloriam ciuilitatis ' tetulit, & quod inter vos didicit diligenter oſtendens, bellorum inſignia " reportauit, quem deſideratum ſecus putamus cœtui veſtro reddidimus: ' vt qui vobis longa ætate placuit, nunc gratior fiat, cum enm adiecta bona commendant. Quaptoptet diſciplinæ ſe præfati viri Romanns ordo teſtiuat, vt quod qoietis amote præcipitur, deuotis animis impleatur. Quatenus & exceſſibus tollatur licentia, & quod optamus maximè, locum nequeat inuenire vindicta. Si qua etiam per eius abſentiam culpa ' prouenerit, inter vos iuſtitiæ conſideratione corrigitur: ſicut nobilitati veſtræ conuenit agere, cui ſemper probitas placet. Quoniam nos ſpecialiter iniunxiſſe cognoſcite, vt error, qui ab " actoribus ſuis minimè fuerit emendatus, legum diſtrictione ſeſecetur. Pareatur ergo P. C. viro multis temporibus iam probato, coius neceſſe eſt prædicanda ſequi, qui ſe hactenus ſub veſtra omnium laude tractauit, & in ſanta frequentia ' nullius tepetis eduerſa indicia.

Nouis prouinciis qui magiſtratus præficiendi. ' Iis ' retulit " Al. reportarat. & ' proueniat " Al. auctoribus. For. B ' nullus

¶ IBÆ V. S. DVCI THEOD. REX. XVII.

Quod reſtituantur poſſeſſiones Eccleſiæ, quæ detinentur à quibuſdam peruaſoribus.

DEfinitam rem ab antiquo Rege, quem tamen conſtat rationabiliter eſſe decretam, nulla volumus ambiguitate * titubare. Quia decet firmum eſſe, quod commendatur probabili iuſſione. Cur enim prioca quaſſemus, vbi nihil eſt, quod corrigere debeamus? Atque ideò præſenti tibi auctoritata ' præcipimus, vt poſſeſſiones Narbonenſis Eccleſiæ, ſecundum præcelſæ recordationis Alarici præcepta, à quibuſlibet peruaſoribus occupatæ teneantur, æquitatis facias contemplatione reſtitui. ' Quoniam verſati nolumus in Eccleſiæ diſpendio præſumptiones illicitas, dum noſtra deceat tempora, ſedare confuſa. Eſto contra talia omnino ſolicitus: vt qui es bello clarus, ciuilitate quoque reddatis eximius. Sic & arma tua, Deo iuuante, corroboras, ſi iuſtitiam medioctibus ſeruare contendas. Improbis enim potniſſe reſiſtere, non præualea exenſare: quando omnes tibi libentet cedunt, quem glotioſum in bellorum certamine cognouerunt. ' Ignauus fortè audacibus iubere nil poſſit: nemo plus ' præſumentibus imperat, quàm ' quem ſua facta commendant.

* Fortè, turbare ' præcepimus *Ablatarũ Eccleſiæ poſſeſ reſtitutio.* C ' Quia aduerſari ' Ignauis forte audacia præſumptibus quæ

¶ ANNÆ V. S. COMITI THEOD. REX. XVIII.

Committitur inquiſitio contra presbyterum, qui aurum quærebat inter cadauera mortuorum.

COnſuetudo eſt noſtræ clementiæ, probatæ nobis fidei agenda committere; vt cum iudices delegamus prædictos tractatu maturo locum praua nequeat inuenire ſurreptio. Dudum ſiquidem ad nos multorum ſuggeſtione peruenit, Laurentium presbyterum [1] effoſſis cineribus funeſtas diuitias inter hominum cadauera perſcrutatum: concuſſionémque mortuis intuliſſe, quem oportet viuentibus quietam prædicare. [2] Non abſtinuiſſe perhibetur tam crudeli contagio pridicatas conſecrationibus manus, aurum execrabili quæſiiſſe ferrur affectu, quem ſuam decuiſſet egentibus dare ſubſtantiam, vel ſub æquitate collectam. Quod te diligenti examinatione præcipimus indagare. Vt ſi veritati " dicta proſpexeris conuenire, hominis ambitum eo tantùm fine concludas, ne poſſit ſupprimere, quod cum non licuit inuenire. Scelus enim, quod nos pro ſacerdotali honore relinquimus impunitum, ' maiori pondere credimus vindicandum.

D *Inuentus à ſacerdote theſaurus in ſepulchro. Sepultorũ oſſa eruere nefas.* " Dicta abeſt ab vno vet. For. *Honor ſacerdotalis.* ' maiore

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Effoſſis cineribus*] al. *effoſſis funeribus*, ſed nihil muta: ſic enim poſt, epiſt. 54. Vbi inueſtigandi theſauri ius conceditur, *abſtineant manus à cinerib. mortuorum.* τὰ ἀκίνητα κινεῖν, Suidas. Fur.

¶ 2 *Non abſtinuiſſe perhibetur.*] Nota ſepultorum oſſa eruere nefas fuiſſe, teſtantur veteres, & Horat. *Ode* 16. *Epod.* Virg. 4. *Æneid.*

Nec patris Anchiſæ cineres manéſque reuelli. Br.

E

¶ GEMELLO V. S. THEOD. REX. XIX.

Remittitur tributum oppreſſis ad tempus.

DEcet principalem prouidentiam feſſa refouere: vt aſperitatem caſuum mitiget lenitas iuſſionũ. Non enim ſentitur incommodum, ſi quod per aduerſitatem cõſtat oppreſſum, conceſſa proſperitas oſtenderit ſubleuatum. [1] Siliquatici namque præſtationem, quam rebus omnibus nundinandis prouida definiuit Antiquitas, in frumentis vino & oleo dari præſenti tẽpore non iubemus: vt hæc remiſſio ſolutionis copiam poſſit præſtare prouinciis, & reſpirent aliquatenus feſſi præſentis ſalubritate decreti. Quis enim ad vendendum non incitetur largitate, cui ſolita diſpendia ſubtrahuntur? Portus noſtros nauis veniens non pauueſcat. Vt certum nautis poſſit eſſe refugium, ſi manus non incurrerint exigentium, quos frequentet plus affligunt damna, quàm ſolent nudare naufragia. Sit hoc forſitan ſub quiete tolerandum: nunc autem, dum prouincialibus præſtare cupimus, mercium dominis ' interim conſulamus.

Lenia iuſſa principum. F *Siliquatici præſtatio.* ' iterum

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Siliquatici namque præſtationem.*] Siliquatici præſtatio rebus omnibus venalibus imponebatur. For.

G

¶ GEBERICH V. S. THEOD. REX. XX.

Quòd piè collata Eccleſiæ, ſine diminutione qualibet reſtituantur.

SI deſideramus locum beneficiis inuenire, vt titulos poſſimus noſtræ pietatis erigere: quantò magis aliena beneficia intacta volumus defendi, qui propria cupimus ſponte largiri? Maximè quando ' & illud conſcientiæ noſtræ reponitur, quo de fiſco ſub antiqua ſolemnitate præſtatur. Proinde viri venerabilis Epiſcopi Conſtantij ſupplicatione compeſimus, ſacroſanctæ Eccleſiæ ipſius vnum iugum, veterum Principum pietate collatum, & nunc quorundam vſurpatione violenta remoti. Sed quia nos vti nullum volumus fraudibus ſuis, præſertim cùm in diſpendio pauperum deteſtabili mente verſetur, præſenti auctoritate decernimus, vt ea quæ retrò Principum conſtiterint humanitate deputata, ſuprà memorata Eccleſia ſine aliqua imminutione percipiat, manente pœna etiam peruaſori, qui & veterum dona, & Eccleſiæ probatur violaſſe compendia.

Confirmatio beneficij. ' in H

¶ GEMELLO V. S. THEOD. REX. XXI.

Vt ſit de iniunctis ſollicitus.

QVamvis efficaciam tuam inſiſtere credamus iniunctis, & ſtudioſè ' deflectere quæ nobis cognoueris diſplicere: tamen ſolicitum admonitio noſtra non deſerit: vt inſtructior reddaris, dum infraſcriptis Breuibus definita ſuſceperis. Proinde ordinatio noſtra nulli videri debet ingrata, cùm neceſſitas temporis excuſet onera iuſſionis. Eſto itaque ad iniuncta ſolicitus. Quie

licès

' inflectere

A licèt ſit ſemper adhibenda, maximè tamen vtilis eſt in ' neceſſitate, cuſtodia. Parebis ergo commonitus: vt ſic poſſis cum prouincialibus agere, quemadmodum " nos eis reſpicis velle præſtare: quatenus ſecurus de noſtra gratia conſequaris, quicquid ſolicitus de prauo ſtudio habere contempſeris.

' neceſſitatibus *Neceſſitas.* " Al. *nos reſpicis vis velle.* For.

¶ ARGOLICO V. I. PRÆF. VRB. Theod. Rex. xxii.

De arte magica.

Iudices in magos dati. * al. *crudelis* " *Ritus è medio.* For.

1 INtolerabilis exceſſus eſt, qui ſupernæ majeſtatis affectat iniuriam & oblitus pietatis * crudelia ſectatur erroris. Quem enim ſperauit veniæ locum, qui reuerendum contempſit auctorem? Abſcedat " ritus de medio iam profanus. Conticeſcat pœnale murmur animarum. Verſari non licet in magicis artibus temporibus Chriſtianis. Magnitudinis itaque tuæ ' relatione comperimus, Baſilium atque * ' Prætextatum, artis ſiniſtræ iam diu contagione pollutos, in accuſationem tui examinis perſonarum intentione deductos. Super qua te noſtram te aſſeris 2 ſpectare ſententiam: vt confidentiùs fiat, quod pietatis noſtræ mandat auctoritas. Sed nos, ' quæ neſcimus à legibus diſcrepare, quorum cordi eſt in omnibus moderatam tenere iuſtitiam, præſenti auctoritate decernimus, vt 3 quinque Senatoribus, id eſt, magnificis, & patritiis viris, Symmacho, Decio, Voluſiano, atque Cæliano, nec non illuſtri viro Maximiano, hanc cauſam legitima examinatione penſetis. Et per omnia iuris ordine cuſtodito, ſi crimen, quod intenditur, fuerit comprobatum, ipſarum quoque legum diſtrictione plectatur: vt rei, abditi atque ſecreti, per hoc vindictæ genus à culpis talibus arceantur, quos ad leges trahere non poteſt incerta notitia. De qua re illuſtri viro Comiti 4 Arigerno præcepta direximus: vt omnium violenta defenſione ſummota, ſi ſe occulunt, ad iudicium protrahat imperitos, & vobiſcum in hac cauſa reſidens, nec opprimi faciat innoxios, nec leges ſinat euadere criminoſos.

B ' reuelatione vet. habet: *reuelatione.* For. * Prætextatum For. ' præſtarū ' qui Vet. *quod.* For. *Magorum quæſtiones, quibus tributa magiſtratibus.*

C

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Intolerabilis exceſſus.*] Tota hæc epiſtola eſt de arte magica, & in magos dandos eſſe iudices declarat, *quoniam*, inquit, *verſari non licet in magicis artibus temporibus Chriſtianis.* Quum autem magi apud Perſas potiſſimum deorum cultui vacare ſolerent, in tantum poſtea aucta eſt eorum vanitas, vt non ſolum obſeruatione ſyderum futura prædicere, ſed artibus quibuſdam & maleficiis & ſcire ſe omnia, & facere poſſe profiterentur. Bros.

¶ 2 *Spectare*] pro expectare vt contrà *expectant* pro *ſpectant lib.* 3. *C. de red. act.* Paul. *lib.* 1. *tit.* 9 *lib.* 5. *tit.* 6. *ſent.* Bros.

D ¶ 3 *Vt Quinque Senatoribus*] Theodericus hoc loco iubet Argolicum præfectum vrbi quinque Senatoribus adhibitis, de crimine Baſilij atque Prætextati cognoſcere, qui artis ſiniſtræ, id eſt magicæ rei deferebantur. Valentinianus etiam & Valens in *l.* 10. *C. Theo. de maleficis*, quia ex ordine Senatorio maleficiorum inuidia quidam ſtringebantur, ideo illa negotia vrbanæ præfecturæ diſcutienda remittere ſeſe inquiunt: quod ſi quando eiuſmodi quæſtio incideret, quæ commodè definiri à præfecto vrbi non poſſet, ad principem recurrendum erat, vt liquet ex *d. l.* 10. *Cod. de maleficis*, *lex autem vltima Cod. Theod. de iuriſdictione iudicum.* nominatim cauet, præfectum vrbi non poſſe cognoſcere de cauſa criminali Senatoris, niſi adhibuerit in conſilium quinque Senatores non electos, ſed ſortes ductos, ne de capite atque innocentia alterius iudicio electi iudicent, & addit id iampridem ſtatutum fuiſſe. Sanè *l.* 13. *eod. Cod. Theod. de accuſ.* oſtendit etiam quinqueuirali iudicio finiri apud præfectum vrbi crimen inſtitutum aduerſus Senatorem; vetátque ſpectatos iudices ſponte delectos adhiberi, ſed tantum ſorte ductos. Bros.

E ¶ 4 *Arigerno præcepta dedimus.*] Innuit epiſtolam ſequentem, quæ eiuſdem cum hac argumenti ad Arigernum inſcribitur. For.

¶ ARIGERNO V. I. COMITI THEOD. Rex. xxiii.

Ei committitur vt infamatos de arte magica, vbicunque repertos ad quinqueuirale iudicium remittere non poſtponat.

QVamvis oporteat commiſſam tibi diſciplinam Romanæ ciuitatis in omnibus cuſtodiri, tamen in eis maximè ſtudioſior eſſe debes, quæ noſtra tibi auctoritate delegata ' cognoſcis: vt circa te augeat gratiam cuſtodita iuſtitia, & augmenta ſumas noſtri iudicij, qui nobis hactenus de integritate placuiſti. Præfectus igitur vrbis ſua nobis relatione declarauit, Baſilium atque Prætextatum magicis artibus inuolutos, impeti accuſatione multorum; quos elapſos intimat mentis alienatione ' cuſtodum. Eos te præcipimus vbicunque repertos ad iudicium Quinqueuirale docere, quod in præſenti negotio noſtra delegauit auctoritas: vbi te reſidere cenſemus: vt violenta omnium defenſione ſummota, hanc cauſam diſcuti facias legibus, & finiri. Et ſi rei criminis, cuius impetuntur, fuerint approbati, ſententiam ſubeant, quam iuris definita ſanxerunt. Si verò innocentia eorum deteſtabili pulſatur inuidia, opprimi eos nulla ratione patiaris. Quia in omnibus cauſis, conſideratione diuina illud fieri volumus, quod ' opinionem noſtræ pietatis ' accumulet.

' cognoſces *Mandata* F *quæſtio in magorū.* ' cuſtodiendum *Iudicium quinqueuirale.* ' Opinionem ' accumulat.

¶ HELPIDO DIACONO THEOD. REX. xxiv.

Datur licentia ædificandi ſuper loca vetuſta.

G *Ædificandi ruinæ conceſſum.* " ol. *in Spoletina.* For. ' è

IN lucrum cedunt, quæ benemeritis conferuntur. Et de ipſo munere magis acquiritur, cùm optimis digna præſtantur. Petitionis tuæ proinde tenore comperimus, loca in " Spoletina ciuitate, quæ iam longo ſitu ſqualor vetuſtatis obruerat, ſplendorem reparationis expetere: vt rebus antiquitate confuſis nouitatis facies adulta reddatur: ' & beneficio tuo rediuiua conſurgant, quæ annoſitate inclinata corruerant. Quod nos, reſpectu meritorum tuorum, & impenſi longa fidelitate ſeruitij, libenti animo duximus annuendum: vt & votis iuſta poſcentium tribuatur effectus, & ciuitati reparationis creſcat ornatus. Atque ideò petitioni tuæ robur præſenti humanitate largimur: vt porticum ' cum areola poſiturus poſt " Curaſi thermas, ſi tamen 5 publico vſui non deſeruit, abſoluta liberalitate potiaris: quia in licentiam reparationis accipiuntur potiùs præmia, quàm donentur. Hac igitur auctoritate ſuffultus, in ſupradictis locis ædificandi ſume fiduciam, nec aliquam in poſterum metuas quæſtionem, cùm te & ciuitatis tectum vtilitas, & Principis reuerenda voluntas.

Ornatus ciuitatis. ' areola poſt rura ſitus. " al. *Thoraſi.* ol. *poſturus* For. H

NOTÆ VARIORVM.

¶ 5 *Publico*] cum hac tamen exceptione, *Si publico vſui non deſeruit*, addit & alteram, *Ne vicino quoque officiat ædificatum opus l.* 2. *D. ne quid in loco publico.* For.

ARGOLICO V. I. PRÆF. VRB. THEOD. REX. xxv.

Vt promoueatur ad ſacri ordinis faſtigia, qui quadam præſumptione ad ipſa nititur peruenire.

COnſtat, eum de ſe præſumere, qui ad Sacri Ordinis cupit faſtigia peruenire. Merita enim ſuggerunt

Senatoriæ dignitatis codicilli.

A

tunt bonæ * apparentiæ niſus, & in qualitate deſiderij poteſt mens honeſta cognoſci. Quis enim palæſtricæ artis ignarus in ſtadium luctatorus introëat? Aut quis certamini miſceatur, quod virtutis " conſcientia non ſuadet? In ipſis conatibus ' ægra langueſcunt, quæ meritorum præſumptionibus non iuuantur. Præconinum ergo ' profeſſio eſt, collegium deſideraſſe ſummorum: bonúmque de ſe iudicium * tradit, qui celſæ gradus expetit dignitatis. ' His ergo deſideriis pietas ſe noſtra libenter indulget, qui etiam in ſpem * erigimus vota marcentia: vt dum prouectus quæritur probitatis ſtudia plus amentur. Proinde illuſtris magnificentia tua Petrum, parentum luce conſpicuum, ſuáque grauitate iam Senatorem, in album Sacri Ordinis ſecundum priſcam conſuetudinem curet ' referri: vt & tanto cœtui proficiat numerus, & candidato de Sacro Ordine creſcat ornatus.

*V. appetentiæ Scribe vt vet. *bona appetentia niſu.* For. "Non *conſcientiam* For. 'erga 'profeſſione * trahit 'iis * ſpe 'inferri

B

§ * MASSILIENSIBVS THEOD. REX. XXVI.

Eis confirmatur priuilegium immunitatis antiquæ, conceditúrque cenſus immunitas.

Libenter animo antiqua circa vos beneficia cuſtodimus, cùm noua vtilitatibus veſtris præſtare cupiamus. Seruare quippe terminos ignorat humanitas, & nouellis decet blandiri beneficiis, poſt longa tempora reſtitutis. Proinde immunitatem ' vobis, quam " regionem veſtram conſtat Principum priuilegio conſequutam, hac auctoritate largimur. Nec vobis aliquid nouæ * præſumptionis patiemur imponi, quos ab omni volumus grauamine vendicari. 1 Cenſum præterea præſentis anni relaxat vobis munificentia principalis: vt & illa poſſitis accipere, quæ vos non contigit poſtulaſſe. [Ipſa eſt enim perfecta pietas, quæ antequam flectatur precibus, nouit conſiderare fatigatos.]

* vniuerſis Maſſiliæ conſtitutis For. *Data eſt ſua immunitas.* 'noſtram " al. *religionem.* For. * penſionis.

NOTÆ VARIORVM.

C

¶ 1 *Cenſum præterea præſentis anni, &c.*] Concedit Theodericus Maſſilienſibus cenſus immunitatem: quando autem cœperit cenſus non ſatis conſtat, alij enim à Iulio Cæſare putant, alij ab Auguſto & melius meo iudicio, vt teſtantur Florus ac Liuius: idque accidiſſe ſeptimo Auguſti conſulatu ex Dione diſcimus. Huius autem cenſus duplex modus: videntur enim tributum & in capita contuliſſe, & in agros, lares, pecudes, aliáſque facultates in capita, inquam, vt apud Amm. Marcellinum *lib.* 16. videre eſt, in agros, apud Iuriſconſultos *tit. de cenſibus.* Bros.

* TERVTHAR SAIONI THEOD. REX. XXVII.

Iudicium de pecunia extorta ac vulnere.

DEteſtabilis eſt quidem omnis iniuria, & quicquid contra leges ' admittitur, iuſta execratione damnatur: ſed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta ſuſcipere, vnde credebantur auxilia prouenire. Exaggerat enim culpam in contrarium verſa crudelitas, & maius reatui pondus eſt, inopina deceptio. Vir ſpectabilis itaque Petrus admiranda nobis ſorte conqueſtus eſt, Saionis Amaræ tuitionem, quam ei contra violentos indulſimus, in ſe potiùs fuiſſe graſſatam: ita vt ictum gladij in ſe demerſum, * aliquos poſt vim retardaret obiectio: ſubiecta eſt vulneri manus, quæ vt in totum truncata non caderet, ianuarum percuſſa robora præſtiterunt: vbi laſſato impetu coruſca ferri acies corporis extrema perſtrinxit. O execrabilem caſum! impugnauit hominem auxilium ſuum, ' vt ſolatij proſperitate ſubtracta creuit ex defenſione neceſſitas, ' His multò acerbiora ' ſubiungens, vt quaſi læſio veniret ad pretium, ita ſcelus proprium enormi

* Teruthar al. Sanaran. al. *Fora.* D alij etiam *Theruthar.* For. ' amittitur * aliquatenus poſt cum For. ' in ' Tir ' ſubiúges

E

exactione taxatum eſt. Atque ideò iuſtè in illos pietatis noſtræ ira conſurgit, qui benigna iuſſa in truculenta miniſteria mutauerunt. Nam quæ erunt refugia ſupplicantibus, ſi & noſtra beneficia vulnerabunt? Proinde præſenti iuſſione cenſemus, vt quicquid ' ſuprascriptus Amara commodi nomine de cauſis memorati ſupplicantis accepit, quaſi oppugnator ingratus à te conſtrictus, in duplo ei cogatur exſoluere. Quia ſub pœna reſtitui dignum eſt, quod improbata temeritate conſtat extortum. De plaga verò, quam educto gladio temerarius præſumptor inflixit, ad iudicium Comitis Dudæ ſæpe dictus Saio te ' compellente veniat audiendus: vt ſecundum edictorum ſeriem, quæ male commiſſa claruerint, ſine aliqua dilatione componat. 1 Tuitionem verò poſtulanti contra * ciuiles impetus ex noſtra iuſſione ſalua ciuilitate præſtabis, non exemplo accuſati, ſed conſideratione decenter * electi.

' ſuprадictus *Dupli pœna.* *Tuitio Princ.* ' compellente * iaciales For. * alati For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Tuitionem*] Noſtrates *ſauuegarde* vocant, de qua infrà quoque *lib.* 7. *epiſt.* 39. For.

F

§ DVDÆ COMITI V. S. THEOD. REX. XXVIII.

Committitur cauſa illius qui extitit vulneratus.

COnſcientiam probamus, cui iudicanda committimus. Quia dignus eſt inter alios ſequenda decernere, qui ſibi modum eiſus eſt legitimæ conuerſationis imponere. Petrus itaque vir ſpectabilis Amaram ' Saionem noſtrum, qui contrario ' omine pro eius tuitione directus eſt, educto gladio ſe aſſerit vulneraſſe, defenſorémque feciſſe, quod vix inimicus potuiſſet audere. Hoc te & legitima volumus diſceptatione cognoſcere, & probabili ſententia terminare: quatenus nullus tentare auſus ſit, quod nobis diſplicere cognoſcit.

Iudicium relegio. Criminis notio delegata. ' Saione ' nomine

G

ARGOLICO V. I. PRÆFECTO VRBIS Theod. Rex. XXIX.

Mandatum regium non ſuſpendatur, calliditate dilationis interueniente.

SI loci veſtri cogitaretur auctoritas, ſi reuerentiæ cura Romanæ, vltrò debueratis expetere, in quibus arguimini. Quid enim præſenti tempore potuiſtis 1 culmini vrbano tam proprium, quàm Senatus crementa cogitare? quando famæ præſulis proficit, quod Ordo Sacer acquirit. Sed quantum viri clariſſimi Armentarij teſtatur miſſa ſuggeſtio, in contrarium fœdo ambitu de mora quæritis commoda, cuius vos optare debuiſſe conſtat augmenta. Quid enim amplius eſſe poſſit incongruum, quàm noſtris iuſſionibus expeditis ſupplicantium vota ſuſpendere? & poſt ſacræ præceptionis affatum ſi dici fas eſt, adhuc regium ſuſpendiſſe iudicium? Sed nos, quibus cordi eſt poſt primam culpam non ſtatim deſiderare vindictam, ad monitionem potius iuſſa conuertimus: ne ſit noſtra diſtrictio nimia, quam " lenis patientia non præcedat. Ideóque præſenti auctoritate " decernimus, vt iuſſionibus noſtris nulla dilationis calliditas afferatur: quia non habet veniæ locum, qui delinquit admonitus.

Culmen vrbanū. *Mora.* H *Admonitio pœnas præeat.* 'Al. *lenis.* For. *Liceat ſemel impunè peccaſſe.* "v. *decreuimus.* For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Culmini vrbano.*] Præfecturæ vrbanæ dignitas omnes vrbanos magiſtratus ſuperabat, *l.* 3. *C. de off. præf. vrb.* Symmach. *lib.* 1. *epiſt* 22. Vrbanum præſulem, noſter Caſſiod. ſuperioris lib. epiſt. 11. dignitatem honorum vocat: de quo infrà quoque lib. 6. epiſt. 4. For.

§ ALBINO

A

¶ ALBINO V. I. PATRITIO THEOD. REX. XXX.

Conceditur facultas de nouo ædificandi.

Facultas ædificādi.

DEcet quidem cunctos, patriæ ſuæ augmenta cogitare: ſed eos maximè, quos Reſpub. ſibi ſummis honoribus obligauit. Quia ratio rerum eſt, vt eum neceſſe ſit plus debere, qui viſus eſt maiora ſuſcipere. Porrecta itaque ſupplicatione teſtatus es, ' Curiæ porticus, quæ iuxta domum ' Palmatam poſita, ſotum in modum areæ decenter includit, ſuperimponendis fabricis licentiam * condonari: vt & priuatarum ædium habitatio protendatur, & antiquis mœnibus nouitatis creſcat aſpectus. Ita ſit, vt quod per incuriam poterat labi, manentium videatur diligentia ſuſtineri. Quia facilis eſt ædificiorum ' ruina incolarum ſubtracta cuſtodia: & citò [1] vetuſtatis decoctione reſoluitur, quod hominum ' præſentia non tuetur. Vnde nos, qui vrbem nitore cupimus fabricarum ſurgentium componi, facultatem concedimus poſtulatam: ità tamen, ſi res petita aut vtilitati publicæ non officit, aut decori. Quapropter rebus ſperatis ſecurus inuitere: vt dignus Romanis fabricis habitator appareas, perfectumque opus ſuum laudet auctorem. Nulla enim res eſt, per quam melius poſſit agnoſci & prudentius ingenium, & largitatis ' effectus.

' turbæ. For.
' Palmatū
* com modari.
Ædificia incolis reſtaurantur.
' ruinam
' cuſtodia

B

' affectus

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Vetuſtatis decoctione*] omnia tempus depaſcitur, ædificia quoque, Victruuius *lib.2.cap.8.* Plin.36. *cap.6. l.15. ſi quando. 2. C. de oper.publ.l.58.domus,de leg.* 1 Paulinus in 10. Natali Felicis. For.

¶ ÆMILIANO VIRO VENERABILI EPISCOPO Theud. Rex. xxxi.

C

Vt ad effectum producat aqueductum, quem ad reficiendum ſuſcepit.

AD finem " debet perducere, quæ prudentum intentio viſa eſt ſuſcepiſſe. Quia ſicut perfectam laudem pariunt, ita & vituperationem generant, quæ in medijs conatibus "ægra deficiunt. Defectus enim rerum aut conſilium titubaſſe, aut vires arguit defuiſſe. Quapropter ſanctitas veſtra à tali oblocutione refugiens, quæ in aquæ ductu reficiendo probabili cura ex noſtra auctoritate ſuſcepit 1 celeriter ad effectum faciat peruenire. Nam quid aptius, quàm vt ſitienti plebi prouideat aquas ſanctiſſimus ille ſacerdos? & humana prouidentia ſatiet, quos etiam miraculis paſcere debuiſſet? Imitaris enim antiquiſſimum ' Moſen, qui Iſraelitico populo longa ariditate ſiccato, de ſaxi ſterilitate 1 copioſos latices eduxit, & ad implendum miraculum, inde fecit currere humidos liquores, vbi erat ſicca duritiés. Tu autem ſi fontes irriguos ſaxorum " conſtitutione deducis, hoc labore tuo præſtas populis, quod ille miraculis.

" Al. decor. For.
" V. ægrè For.
Aquæ ductus.
' Moyſen

D

Moſis miraculum
" Al. conſtructione. For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Copioſos latices eduxit.*] Pſalm. 114. *Qui conuertit petram in ſtagna aquarum, & rupes in fontes aquarum.* For.

¶ DVDÆ SAIONI THEOD. REX. XXXII.

De rebus apud quendam depoſitis, quæ ad fiſcum competere dignoſcuntur.

CVm in omnibus cauſis velimus iuſtitiam cuſtodiri (quia regni decus eſt æquitatis affectus) in eis maximè, quæ fiſci noſtri nomine ' proponuntur, ne ' quemquam deteſtabilis calumnia in inuidiam regnantis affligat. Patimur enim ſuperari ſalua æquitate per leges, vt inter arma ſemper poſſimus eſſe victores. Nam quem licenter ſubiectus ſuperat, non debellat aduerſus. Marini itaque ' relaxatione comperimus, res Ruphæ apud Ioannem quondam ſub ' emiſſione chirographi fuiſſe depoſitas. Et quia nobis competere manifeſtum eſt, 1 quod ad proſcriptum poterat pertinere, ideò præſenti auctoritate præcipimus, vt vxorem ſupradicti Ioannis filiumque eius Ianuarium moderata executione conuenias. ' Qui ſi intentata iniuſtè ſe retinere cognoſcunt, æquitatis conſideratione reſtituant: ' minuſue, competenti ſponſione præmiſſa, ad conſularem Campaniæ veniant legibus audiendi. Vt coram partibus poſitis, te imminente, quod forma continet ' ſanctionum Diualium, cenſeatur. Ita tamen, vt nullo præiudicio, nulla iniuria, nullo damno, innocentia prægrauetur: ne alienæ accuſationis inuidiam, 2 tuam facere videaris offenſam.

E

Fiſci compendia.
' componuntur
' nequaquam
' relatione
' demiſſione
Depoſitū ſub chirographo.
Proſcriptorū bona fiſco applicantur.
' Quod
' inteſtata
' ne minus
' ſanctionem

F

NOTÆ VARIOVRM.

¶ 1 *Quod ad proſcriptum poterat pertinere.*] Proſcriptorum bona fiſco applicantur. *Authent. bona damnatorum.C.de bon.proſcrip* Bros.

¶ 2 *Tuam facere offenſam*] vt iudex malè iudicando, litem ſuam facere dicitur. Publius Mimus: *Amici vitia ſi feras, facis tua.* For.

¶ VNIVERSIS IVDÆIS GENVÆ CONSTITVTIS Theod. Rex. xxxiii.

Confirmantur priuilegia.

Priuilegia Iudæorum.

CVſtodia legum, ciuilitatis indicium, & reuerentia priorum principum, noſtræ quoque teſtatur deuotionis exemplum. Quid enim meliùs, quàm plebem ſub præcepto degere velle iuſtitiæ? ' vt conuentus multorum diſciplinabilium ſit 1 adunatio voluntatum. ' Hæc enim populos ab agreſti vita in humanæ conuerſationis ' regulam congregauit. Hæc ratio à feritate diuiſit: ne arbitrio caſuali vagarentur, quos regi ' conſilio diuina voluerunt. Oblata itaque ſupplicatione depoſcitis, priuilegia vobis debere ſeruari, quæ Iudaicis inſtitutis legum prouida decreuit Antiquitas: quod nos libenter annuimus, qui iura ' veterum ad noſtram cupimus reuerentiam cuſtodiri. Atque ideò præſenti auctoritate cenſemus, vt ' quæcunque legum ſtatuta ' monuerunt, circa vos illibata ſeruentur: quatenus quod ad ' ciuilitatis vſum conſtat eſſe repertum, perpeti deuotione teneatur.

G

' vbi
' hoc
' regula
' conſilij
' legum
Quatenus Iudæi permittat Theodoricus.
' quæque
' monuerunt.
' ciuitatis

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Adunatio.*] Gellius *lib 2. cap.29. adunare meſſem* tractum à Græco, qui eodem ſenſu *[illegible]* & *[illegible]* vocant, *l.30.Rerum D.de vſucap.vnita corpora,* Senecæ *lib.2.c.2.nat quaſt.* For.

H

¶ DVDÆ SAIONI THEOD. REX. XXXIV.

Quod deputentur theſauri vſui publico qui in ſepulchris reperiri poſſunt.

PRudentiæ mos eſt, in humanos vſus terris abolita talenta reuocare, commerciumque viuentium non dicere mortuorum: quia & nobis in foſſa pereunt, & in illis nulla parte profutura * locantur. Metallorum quippe ambitus ſolatia ſunt hominum. Nam ' diuitiis auri vena ſimilis eſt reliquæ terræ, ſi iaceat: vſu, creſcit ad pretium: quando & apud viuos ſepulta ſunt, quæ tenacium manibus includuntur. Atque ideò mo-

Theſauri inueſtigādi tūc cōceſſum.
* v. linquuntur. For.
' diuitiis
apud auaros ſepulta ſepulta.

derata

A rata iuſſione decernimus, vt ad illum locum, in quo lateta plurima ſuggeruntur, ſub publica ** teſtificatione conuenias: & ſi aurum, vt dicitur, vel argentum fuerit tua indagatione detectum, compendio publico fideliter vindicabis: ita tamen, vt abſtineatis manus 1 à cineribus mortuorum. Quia nolumus lucra quæri, quæ per funeſta poſſunt ſcelera reperiri. Ædificia tegant cineres, columnæ vel marmora ornant ſepulchra, talenta non teneant, qui viuendi commercia reliquerunt. Aurum enim ſepulchris iuſtè detrahitur, vbi dominus non habetur: immò culpæ genus eſt, inutiliter ' abditis relinquere mortuorum, vnde ſe vita poteſt ſuſtentare viuentium. Non eſt enim cupiditas eripere, quæ 2 nullus ſe dominus ingemiſcat amiſiſſe. Primi enim dicuntur aurum Eacus, argentum Indus rex Sythiæ reperiſſe, & humano vſui ſumma laude tradidiſſe. Quod nos in contrarium negligere non debemus. Ne ſicut larentia cum laude ſunt prodita, ita inuenta cum vituperatione videantur eſſe neglecta.

*** Al. teſtatione. For.*

Non attrectandi cineres mortuorum.

' abdita

Auri & argẽti reperrores.

B

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *A cineribus mortuorum.*] Idem *epiſt.*18.*huius lib.* 4 For.

¶ 2 *Nullus ſe dominus ingemiſcat amiſiſſe*] à iure tractum. Theſaurus enim ſauente Paulo eſt vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria; vt iam dominum non habeat, ſic enim fit eius, qui inuenit, quod non alterius ſit: alioquin ſi quis aliquid vel lucri cauſa, vel metus, vel cuſtodiæ condiderit ſub terra, non eſt theſaurus: cuius etiam furtum fit. *l.*31.*numquam D. de acquir. rer. dom.* Scæuola *lib.*1. *de reſponſor.* à tutore pupilli domum mercatus ad eius refectionem fabrum conduxit, is pecuniam inuenit: quæritur ad quem pertineat. Reſpondit Scæuola: Si non theſauri fuerunt, ſed pecunia fortè perdita, vel per errorem ab eo, ad quem pertinebat, non ablata: nihilominus eius eam eſſe cuius fuerat. *l.*67.*à tutore ff. de rei vindic.* For.

C

¶ ACTORIBVS ALBINI THEOD. REX. XXXV.

De minore in integrum restituto.

Formula reſtitutionis minoris

COnſulto prouida decreuit Antiquitas 1 minores contractus 2 liberos non habere: vt & 3 Inſidiantium laquei fruſtrarentur, & lapſis ætas lubrica ſubueniret. Obrueretur quippe innocentia, ſi relaxaretur audacia, eſſetque cunctis fallendi ſtudium, ſi fraus ſubreptitium lucraretur effectum. Et ideò priſcæ conſuetudinis ſupplicatione porrecta ſuggeritis, patronum veſtrum in annis minoribus conſtitutum, in facultatibus ſuis potiùs aggregaſſe diſpendia, dum ignara pueritia contraria gerit, quæ profutura putauerit: & nunc ad tempus ætatis agere, quo lapſis poſſimus per ignorantiam ſubuenire, allegantes, vt quod iura ' tribuerunt, noſtra quoque beneficia largiantur. Atque ideò, ſi petitio veſtra à veritate non deuiat, & intra annorum ſpatia degeт, quibus hoc beneficium leges ſacratiſſimæ præſtiterunt, nihilque eſt, quod iure contra referatur, patronum veſtrum ſolemniter cauſa cognita, in integrum reſtitui noſtra quoque permittit auctoritas. Ita tamen, vt omnia ſecundum iuſtitiam legéſque peragantur. Quia ſic ſupplicantibus conſulere volumus, vt eorum aduerſarios per ' iuſtitiam non grauemus.

' tribuerãt

Tempora reſtitutionis petenda.

D

' iniuſtitiã

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Minores contractus liberos non habent.*] Dion. Chryſoſt. περὶ ἀπιστίας ... For.

¶ 2 *Liberos non habere, vt & inſidiantium laquei fruſtrarentur, & lapſis ætas lubrica ſubueniret.*] Hæc narrat Vlpian. lib. 11. ad Edictum, vbi ait infirmum eſſe huiuſmodi ætatium conſilium, multis captionibus ſuppoſitum, multùm inſidiis expoſitum: ideo auxilium eis prætor edicto pollicitus eſt, & aduerſus captiones opitulationem. Bas.

E

¶ 3 *Inſidiantium laquei.*] Inſidiæ pro dolo, *l. vlt. C. de re milit. lib.* 12. *l. pen. ſi de iur. dot. l. antep. C. de dol.* vbi quod antè *indiciis* legebatur paſſim, meritò in *inſidiis*, docti viri mutant. Ideóque probanda eſt *l. pen. Cod. de dol.* Ioann. Fabri lectio, qui quod poſteà aliis placere video, non ex *indiciis*, ſed *inſidiis* legit: quod libri manuſcripti confirmant & conſimiles iuris loci, *l. vlt. Cod. de re milit. in fin. ff. de iure dot.* Hinc inſidiæ fortunæ, *l. vlt. C. de neceſſ. ſer. her. Inſt.* For.

¶ FAVSTO PRÆPOSITO THEOD. Rex. XXXVI.

Remittuntur tributa.

PRouidentiſſimi principis eſt, grauiter ' imminutis relinquere tributariam functionem; vt rediuiuis ſtudiis ad implenda ſolemnia recreentur, qui preſſi damnorum acerbitate defecerant. Nam ſi feſſus minime releuetur onus, neceſſitate cogitur iacere proſtratus. [Meliùs eſt enim præſentia damna contemnere, quàm exiguo queſtu perpetua commoda non habere. Atque ideò illuſtris magnificentia tua prouincialibus Alpium ' Cottiarum aſſem publicum per tertiam indictionem nos relaxaſſe cognoſcat: quos tranſiens noſter exercitus more fluminis, dum ' irrigat, oppreſſit. Nam licet pro generali ſecuritate fremebunda adunatione proruperit, præteriens tamen iſtorum culta vaſtauit. Radit enim ſemper fluuius alueum ſuum, & licèt mollitet egrediens vicina fœcundet, illud tamen reddit ſterile ' quo collectus influxerit. 1 Vnde neceſſe fuit, ciuica vaſtatione ' deuictis porrigere dexteram ſalutarem, ' nec ingrati dicant ſe pertulſſe ſolos pro defenſione cunctorum: miſceantur potius lætitiæ, qui ' viam Italiæ defenſoribus præſtiterunt. Tributa enim non debent triſtes exigi, per quos ' tributarios feliciter acquiſiui. Dicat pro illis noſter animus quod Regi non poteſt imputare ſubiectus. Emimus noſtro diſpendio ' proſperitatem Gothorum: nos neceſſaria præbuimus, vt hoſtis vinceretur illæſus.

F

' imminutis

' Cottiarum

' inrigauit

' quod

' Fortè, deiectis; meliùs depreſſis

' eo

G

Tributa remiſſa

' iam

' tributarios

' proſperitate

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Vnde neceſſe fuit.*] Remiſſa quoque ob ſterilitatem tributa indictionum epiſt. 38. huius lib. For.

¶ THEODAGVNDÆ ILLVSTRI FOEMINÆ Theod. Rex. XXXVII.

Vt procedatur in cauſa, ſi non conſtat aduerſarium legitimè appellaſſe.

DEcet prudentiæ noſtræ curam, ſubiectorum negociis adhibere cuſtodiam: quia nobis ordinantibus illa fieri debent, quæ regiam poſſunt demonſtrare præſentiam. Sic enim credimus, quia memor natalium tuorum à te abiicias omne vicioſum: & illa ſola diligere poſſis, quæ & nos amare cognoſcis. Proauorum fortſitan ' obliuiſceremur exempla, ſi ' longi generis minus facta recolantur: ſimiles autem filij patrum præconia mox ſequuntur. Renatus itaque flebili nobis aditione conqueſtus eſt, nobis delegantibus cognitores, iudicatum ſe contra Inquilinam nomine, poſt longa temporis internalla meruiſſe, & excubiis damniſque confecto, veſtram tandem ' perſpexiſſe iuſtitiam, nec tamen litigatoris improbam ceſſare calumniam: dum rediuiuis litibus tenoitatem inſequitur ſupplicantis, vt non ' tam 1 vincendi votum, quàm aduerſarij videatur quæſiſſe detrimentum.

H

Regis memoria in ſubditos.

' obliuiſceretur bon.

' longi temporis

' proſpexiſſe

Rediuiua lites.

' tantum

A ium. Quapropter ſi [a] nobis iubentibus iudicata cognoſcitis, nec conſtat aduerſarium prouocaſſe legaliter, finitum iure negotium in ſua facias firmitate manere. Ne longa quæſtio litigantium non [b] tam augeat patrimonia, [c] quàm euertat : & quod ſit ambitu lucri, cauſa videatur eſſe diſpendij.

[a] vobis — *Votum victoriæ. Rei iudicatæ ſtudium.* — [b] tantum — [c] ſed

N O T Æ V A R I O R V M.

¶ 1 *Vincendi votum.*] Papinian. *Videtur,* inquit *heredi ſuccurri debere, cum animus litigantis & obtinendi votum hanc opinionem admittat, l. 11. in ratione, ad l. Falcid.* For.

¶ FAVSTO PRÆPOSITO THEOD. Rex. XXXIIX.

Quod tributa ſecundum priſtinam conſuetudinem & non aliter perſoluantur.

B 1 CVm omnes Reipublicæ noſtræ partes æquabiliter deſideremus augeri, crementa tamen fiſcalium tributorum iuſtiſſimo ſunt penſanda iudicio : quia ſeruientium imminutio eſt huius illationis acceſſu, [a] quantumque pars illa proficit, tantum ſe hæc à ſimilitare ſubducit. Sed à nobis, qui fiſci vtilitatem ſtabili volumus diuturnitate conſiſtere, excludenda eſt diſpendioſa ſemper enormitas. Ne augmento ſuo tumens ſumma deficiat, incipiátque magis deeſſe, quia immaniter viſa eſt accreuiſſe. Proinde illuſtris magnitudo tua Grauaſianos atque Pontonates nobis ſupplicaſſe cognoſcat, à [b] Ianuario ſed & Probo diſcuſſoribus, iniquis ſe oneribus ingrauatos : cùm ſterilitas ieiuna locorum nulla ſibi augmenta fieri patiatur. Repugnante ſiquidem natura, quælibet cedit induſtria, nec prodeſt ſtudium laboris impendere, [c] quem vbertas loci non cognoſcitur adiuuare. Ibi poteſt cenſus addi, vbi cultura profecerit. Inde & varia tributa, quia non eſt agrorum vna fœcunditas. C Atque ideò conſuetudinem eis priſtinam cenſemus eſſe reuocandam : vt ſicut Odoacris tempore tributa ſoluerunt, ita & nunc ab eis publicis vtilitatibus ſeruiatur : & ſi quid ampliùs probatur adiectum, conſideratione defectarum virium ſubmouemus. Nolumus enim tale aliquid iudici, quod ſit neceſſe remoueri.

Indictionum tributa. — [a] quantumcunque — [b] Manuatio — [c] quod — *Ob ſterilitatem remiſſio.*

N O T Æ V A R I O R V M.

¶ 1 *Cum omnes.*] Eiuſdem argumenti epiſt. 36. huius libri. For.

¶ [a] THEOBALDO VIRO ILLVSTRI Theod. Rex. XXXIX.

Quòd reſtituat poſſeſſiones ſpoliatis.

D INter cæteras, quibus humanum genus ſolicitatur, illecebras, præcipuè vitanda eſt alienarum rerum turpis ambitio : quia in immenſum tractata rapitur, ſi iuſtitiæ ponderibus non prematur. [1 Auaritiam ſiquidem radicem eſſe omnium malorum] & [b] lectio diuina teſtatur : quæ tali ſorte [c] punita eſt, vt cùm multa rapiat, ſemper egeat. Quam propter vicinitatem generis noſtri ſic in animis veſtris coaleſcere volumus, vt illi nec initia concedamus. Quid enim faciunt ſordes animorum in ſplendore natalium ? Illud te potiùs decet eligere, quod nos poſſit ornare. [d] Hamalis ſanguinis virum non decet vulgare deſiderium : quia genus ſuum conſpicit eſſe [e] purpuratum. Corrigamus itaque te per incitamenta præconij, in quo adhuc non debemus eſſe diſtricti. Domitius itaque vir ſpectabilis data nobis ſupplicatione conqueſtus eſt, poſſeſſiones iuris ſui, id eſt, illam atque illam ab hominibus veſtris neglectis legibus fuiſſe peruaſas, dum ciuiliter [f] oportuerit recipi, ſi [g] iure videatur expoſci. E Sed quia de vobis non patimur diutius obſcura iactari, qui generis claritate fulgetis, præſenti auctoritate cenſemus, vt imminente Guda Saione noſtro, ſi momenti 2 tempora ſuffragantur, occupata nuper eum omnibus quæ direpta ſunt, ſupplicanti [h] faciatis ſine aliqua dilatione reſtitui. Et ſi quid partibus veſtris de legibus creditis poſſe competere, inſtructam perſonam ad noſtrum Comitatum deſtinare vos conuenit. Vt intentionibus partium ſub æquitate diſcuſſis, feratur ſententia, quam iuſtis dictat auctoritas. Generoſos quippe viros omnia conuenit ſub moderata ciuilitate peragere : quia tantum potentibus læſionis creſcit inuidia, quantum præmij poſſe creditur, qui fortuna inferior comprobatur.

[a] al. *Theodahado.* For. — *Auaritia.* — [b] Pauli ad Timoth. For. — [c] petita — [d] Amalis [e] id eſt *regium.* For. — [f] oportuit — [g] iure. — *Interdictum vnde vi.* — [h] faciat

N O T Æ V A R I O R V M.

¶ 1 *Auaritiam ſiquidem radicem eſſe omnium malorum.*] Scelerum omnium mater appellatur. Claud. 2. *Stil.* Petron. Arbiter. Lucan *lib.* 3. & 7. Proper. 3. 7. 13. Tibull. 1. 10. Mar. *lib.* 11. Iuuen. *Satyr.* 14. Ouid. 1. *Faſt.* Horat. *Satyr.* 1. *Serm.* Bros.

F ¶ 2 *Tempora ſuffragantur*] Interdicta enim ſunt annalia Autan. in tit. 6. lib. 5. ſenrent. Paul. For.

¶ ACTORIBVS PROBINI Theod. Rex. XL.

De quæſtione cuiuſdam poſſeſſionis.

DIſtrictiùs aliqua iubere compellimur amore iuſtitiæ, dum [a] circa minores fortunas clementiora tunc noſtri pectoris inſtituta. Trahit enim ad miſericordiam, qui potuis [b] ſubdi : & hoc habet beneficium mediocritatis ſuæ, vt probatione ſalus interim moueat ad dolorem : quia [c] credulitas ſubleuat [d] humiles, premit inuidias potiores. G Datis itaque precibus allegatis, Baſilium virum ſpectabilem, noſtra dudum præcepta meruiſſe, vt poſſeſſio Arcinatins, quam patronus veſter à coniuge eius Agapita iuris fuerat ſolemnitate mercatus, poſtpoſita dilatione cum documentis omnibus prædicto coniugi redderetur, dum à ſuis penetralibus [e] ſollicitatam lacrymabili quæſtione quæreretur vxorem : addentes moræ noſtræ iuſtitiæ poſtea fuiſſe præceptum, vt ſi patroni veſtri de cauſæ qualitate præſumerent, ad noſtrum Comitatum ſocios deſtinarent : vt quæ [f] ratione conuenire poterant, velut à iuſtitiæ fontibus emanarent. Quapropter ſi nullo mendacio vitiantur aſſerta, per officium noſtræ ſedis Baſilium [g] decernimus admoneri, vt ſi nihil eſt, quod pro ſuis partibus poſſit opponere, quominùs in hac cauſa pulſetur veſtris intentionibus reſponſurus occurrat, ſeu ad Comitatum [h] venire ſeu in competenti foro iurgare maluerit : quia nullis neceſſitatem longinquitatis imponimus, niſi qui ſuis hoc commodis expedire cognoſcunt. In locum ſiquidem beneficij noſtram præſentiam damus : & ideò non [i] decet inuitis imponi, quod meretur optari.

Ad comitatum lis reuocata. — [a] contra — [b] ſubdit — *Credulitas.* — [c] crudelitas — [d] homines — [e] falſicitâ — [f] rationi — *Preces veritate vitiantur.* — [g] præcipimus — [h] noſtrum — H [i] debet inuictis

IOANNI ARCHIATRO THEOD. Rex. XLI.

Reuocatur ſententia lata contra quendam calumnioſè delatum.

PRopoſitum regale eſt, preſſis labe fortunæ, pietatis remedio ſubuenire, & acerbos caſus 1 iniuriæ meliore ſorte mutare. Data ſiquidem ſupplicatione conquereris virum ſpectabilem Viuianum legum artificio, quo [a] callet, elatum, perſonam tuam obiectis criminationibus inſecutum, & eo vſq; peruentum, vt indefenſus contra iuris ordinem Vicarij vrbis Romæ ſententia damnareris. Nunc autem religioſæ mentis affectu

Sententiæ paſſi reſtitutio. — *Præfectus vrbi ſacra vice iudicabat.* — [a] calet

odia

A

odis mundana damnaſſe, auctorique ſuo tuum diſplicuiſſe periculum. Et ideò ſi nullis impugnationibus eneruantur aſſeria, læſionem non patimur miſeris inhærere, quam ſuis conſtiterit ' machinatoribus diſplicere. Quapropter inabolitum miſſa ſententia, quæ à Vicario vrbis Romæ ſuper hac parte noſcitur promulgata, à patriæ te rebúſque omnibus noſtra reddit auctoritas. Nec vllo tempore calumniam ſuper hac parte formides. Sed ne cuiuſquam fortitan plectenda * temeritas in te impetus * reparare poſſit ' audacia, Patritij Albini, ſaluis legibus, tuitio te deputata communiet, quia nihil fieri volumus inciuile, cuius quotidianus labor eſt, pro generali quiete tractare.

' machinationibus
* temeritas
* temperare poſſit audaciæ
' audaciæ

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Iniuria.*] Abeſt hæc vox ab exemplari Prætot. For.

B

¶ 2 *Patriæ te rebúſque omnibus.*] Sententiam paſſi reſtitutio: lib. ſuper. epiſt. 46. exemplum famæ reſtitutæ fuit. Antoninus, *Reſtituo te in integrum prouinciæ tuæ: & adiecit, vt autem ſcias quod ſit in integrum reſtituere, honoribus & ordini tuo, & cæteris omnibus reſtituo. l. 1. Cod. de ſent. paſſ. & reſtit.* Iulianus Imper. Zenonem medicum religionis cauſa epulantem reuocans, ita reſcripſit, *καὶ τοῦ ἰοῦσαν ἐπὶ τὰ ... ἀξίωμα.* Ammian. Marcell. *lib. 29. Illi verò exilio & pecuniariis afflicti diſpendiis paulo poſtea reddita ſibi militia ſunt reuocati, dignitatibus integris & ſplendore.* Bros.

¶ ARGOLICO V. P. THEOD. REX. XLII.

Quòd reſtituantur bona pupillis ambitioſè ſurrepta eiſdem dum erant paterni luctus vulnere ſauciati.

BEnè principalia clementia ' ſuſcipit, quos pietas paterna deſtituit: 1 quia ſub parente publico genitoris minimè ſentiri debet amiſſio. Ad nos ' ſiquidem iure recurrit infantia deſtituta quibus vniuerſorum hominum proficiunt incrementa. Clariſſimorum igitur adultorum, Marciani atque Maximi nos querela pulſauit, cùm paſchalibus diebus paterni luctus eſſent vulnere ſauciati, & ipſo lætitiæ tempore ſoli cogerentur triſtitiam ſuſtinere, vilitatem ſuam pio neglexiſſe contemptu, cùm vel firmæ ætati inter lacrymas iſta cogitare, genus videretur inſaniæ. Ceſſat enim lucri ambitus, cùm vacatur ad planctus, nec mens quodlibet aliud capit, cùm eam qualitas pietatis impleuerit. Hac crudeli ſurreptione captata turrem Circi, atque locum Amphitheatri illuſtris recordationis patris eorum deteſtabili ambitu à veſtris ſuggerunt faſcibus ' expetitum. Quorum ' inſidiatorem non humanitatis vllus tenuerunt affectus, non ſimilia terruit caſus: ' grauauit infantiam, cui non ſubuenire, meritò ' pudoris æſtimatur eſſe iactura. Sed nos qui regulas Veterum, qui ſeruamus momenta pietatis, ſalubri ordinatione cenſemus: vt ſi quondam patritius atque magnificus vir Voluſianus pater ſupplicum ' commemorata loca communi iure poſſedit, filii perire non debeant. Præſertim cùm 2 germen ſenatorium nouis cupiamus beneficiis enutrire, ' non inter ipſa initia ſpem adultæ ætatis aliqua læſione comprimere. Atque ideò illuſtris magnificentia tua, ſi quid tale factum eſſe meminis, illicò nutierit corrigendum: ne venerandum examen ' Senatorij ordinis iniqua præſumptione temeretur.

' ſuſcepit Princeps pater pu
C
blicus.
' quiſem Occupati loci reſtitutio.
Locus in circo.
' expetitum
' inſidiatione
' non grauauit infantia
' ponderis
D
' ſupra memorata
Senatorū filij.
' quod intra
' Senatori

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Quia ſub parente publico.*] Theodericus rex ſeſe parentem publicum eſſe aſſerit, & aliquoties principes dicuntur eſſe nati bono Reipublicæ, & Imperatorem ad ſalutem publicam genitum legimus, ideo Seneca vocat Principes & Reges, tutores ſtatus publici. Ammianus Marcellinus ſcribit à ſalute Principis, velut filo pendere ſtatum rerum orbis, nihilque aliud eſſe imperium, niſi curam ſalutis alienæ, nec abs re Chriſtiani orabant pro magiſtratibus, principibuſque etiam paganis, vt refert Tertullian. *in Apolog.* & Arnob. quoniam ſalus principis, priuatorum quoque ſalus eſt. vide Senecam *lib. 2. de tranquil. vitæ cap. 8.* Mamertinum *in Genethliaco.* Paul. *in l. 3. ff. de off. præf. vigil.* ait ſalutem Reipublicæ tueri nulli magis conuenire, nec alium ſufficere ei rei quàm Cæſarem. Bros.

E

¶ 2 *Germen ſenatorium*] ſenatorum filij velut paternarum laudum hæredes eximio quodam nobilitatis honore cenſebantur, *l. 6. l. 7. ſenatoris. l. 9. filius. ff. de ſenatorib. l. 39 exemplo, Cod. de decur.* multa Bud. *l. vlt. ff. de ſenatoribus,* nonnihil etiam nos notauimus *lib. 1. c. 12. ſelect.* For.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ THEOD. REX. XLIII.

F

Committitur cognitio cauſa mota contra incenſores fabricarum.

VRbis Romanæ celebris opinio ſuo conſeruanda eſt nihilominus inſtituto: nec vitia peregrina capit, quæ ſemper ſe de morum probitate iactauit. Leuitates quippe ſeditionum, & ambire propriæ ciuitatis incendium, non eſt velle Romanum. Ideóque in actoribus facti legum eſt ' ſeruanda diſtrictio: ne deteſtabilis aſpectus incendij ad imitationem nefandam vulgi pectora comprehendat. Viri illuſtris itaque Comitis Arigerni ſuggeſtione comperimus, Iudæorum querela ſe fuiſſe pulſatum, quod in dominorum cæde ' prorūperit ſeruilis audacia: in quibus cùm fuiſſet pro diſtrictione publica reſecatum, ſtatim plebis inflammata contentio Synagogam temerario duxerunt incendio concremandam, 1 culpas hominum fabricarum excidio vindicantes: dum ſi quis Iudæorum probaretur excedere, ipſe debuiſſet iniuriæ ſubiacere: nunc autem inſtum fuit ad ſeditionum fœda concurri, aut ad fabricarum incendia feſtinari. Sed nos, quibus, Deo propitiante, cordi eſt perperàm commiſſa dirigere, vt cunctis poſſit placatis moribus conuenire, præſenti auctoritate decernimus, vt cauſam ſuprà memoratam legitima diſcuſſione noſcatis, & in * auctoribus paucis, quos potueritis * huius incendij reperire, habita diſtrictione reſecetis: quia nolumus aliquid deteſtabile fieri, vnde Romana grauitas debeat accuſari. Illud pari ratione cenſentes, vt ſi aliquid ſibi contra Iudæos rationabiliter quiſpiam crediderit ſuffragari, ad veſtrum iudicium veniat audiendus: vt quem reatus inuoluerit, cenſura condemnet. Hoc enim vobis vehementer diſpliciuiſſe cognoſce, vt intentiones vaniſſimæ populorum vſque ad euerſiones peruenerint fabricarum, vbi totum pulchrè volumus eſſe compoſitum.

Iudæorum querela de cremata ſynagoga.
' ſeruata
' prorupit
G
* auctores paucos For.
* huius reos incendij potueritis reperire For.

NOTÆ VARIORVM.

H

¶ 1 *Culpas hominum*] γνώμη eadem ab Honorio & Arcadio vſurpatæ: *Sicut ſacrificia templorum prohibemus, ita volumus publicorum operum ornamenta ſeruari. Ac ne ſibi aliqua auctoritate blandiantur, qui ea conantur euertere &c. l. 3. C. de pagan. & ſacrif. & templ.* non eſſe in innocentia ædificia, ſed ciuium reos animaduertendum. Extat Beliſarij epiſtola ad Totilam, ne Romanos muros dirueret: qua lecta ſtatim ab incepto mœnium excidio hoſtis abſtinuit. Procopius *lib. 3. de bello Gothico.* Interdum tamen eorum ædes ſolo adæquantur, vel certè fiſco vindicantur, veluti perduellium, tyrannorum, falſæ monetæ artificum, cæterorúmque, quorum culpa grauior, aut contumacia in exemplum, ædificiorum euerſione vindicantur: aut cùm id publica vtilitas videtur poſtulare, *l. 24. D. de pœn. l. 20. ſi is cum quo. D. comm. diuid. l. 2. §. ſi quis nemine. l. vlt. D. ne quid in loco publ. l. 11. fideicomm. §. quis illiciti, de D leg. 3.* For.

A

ANTONIO VIRO VENERABILI Polenſi Epiſcopo Theod. Rex. XLIV.

Quòd reſtituatur domus ſublata ab hominibus Eccleſiæ.

Inuidioſa de eo queri, quem par eſt venerari. [a] caſam [b] anteceſſorem [c] conſiderationem

INuidioſa eſt contra eum querela, cui ſunt reuerentiæ iura ſeruanda: quia neſcio quid admiſſum graue creditur, vbi contra tales ſilentium non tenetur. Stephanus ſiquidem flebili aditione conqueſtus eſt, [a] 1 cauſam ſui iuris [b] ante deceſſorem prædeceſſorémque noſtrum longa ætate poſſeſſam, ante hos ferè nouem menſes ab hominibus Eccleſiæ, cui præſidetis, deſpecto ciuilitatis ordine fuiſſe peruaſam. Quòd 2 ſi ita factum eſſe cognoſcitis, eam iuſtitiæ [c] conſideratione 3 momenti iure reſtituite ſupplicanti. [Decet enim à vobis corrigi, quod à veſtris familiaribus non debuiſſes admitti.] Veruntamen ſi partibus veſtris in tam [d] momentaria vel principali iuſtitiam adeſſe cognoſcitis, tractato priùs diligenter inſpectóque negotio (quia 4 ſacerdotem non decet protendere improbam litem) inſtructam legibus ad Comitatum noſtrum deſtinate perſonam: vbi qualitas negotij agnoſci debeat & finiri. Quapropter ſanctitatis veſtræ animus non grauetur, nec ſe fallacibus verbis doleat accuſatum: multò maior eſt opinio purgata, quàm ſi deſinentibus querelis non fueris impetita.

B [d] momentanea

Sacerdotes improbè litiget.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Cauſam*] ex vetere, *caſam*. quæ vox etiam reſtituenda videtur lib. ſeq. epiſt. 14. prædeceſſ. FOR.

¶ 2 *Si ita factum*] *Omnes in integrum reſtitutiones cauſa cognita à Prætore promittebantur*, vt Modeſt. ſcribit, *ſcilicet vt iuſtitiam earum examinet an veræ ſint, &c. l. 3. D. de in integr. reſtit.* ſuprà epiſt. 40. huius lib. FOR.

¶ 3 *Momenti iure*] ſupr. huius lib. epiſt. 40. quod verò ſequitur, *in tam momentaria, &c.* ſic emenda, *in cauſa momentaria vel principali iuſtitiam, &c.* inſtructam perſonam, id eſt, procuratorem, paulò pòſt epiſt. 46. & lib. ſeq. epiſt. 12. FOR.

C

¶ 4 *Sacerdotem.*] Sacerdotes improbè litigare non modò dedecet, ſed vix etiam litigare, niſi per procuratores, qui Apocriſiarij nominantur. *Nouell.* 123. nec fideiubere, pro aliis poſtulare, &c. *l. de fideiuſſ. ſynod. Ipſinas*, can. 20. Apoſtol. Syneſij *epiſt.* 121. Optatus Afer *l.* 1. Photius Nomocanone, *tit.* 8. *c.* 13. FOR.

COMITIBVS DEFENSORIBVS Et curialibus Ticinenſis ciuitatis Theod. Rex. XLV.

Quòd prouideatur de nauigio & neceſſariis ad conſtituta.

D

Naui ſubuectio præbita.

AD Comitatum ſupplices Herulos, auctore Deo, noſtris venire iuſſimus conſtitutis, quibus omnis eſt præbenda ſubuectio: ne in patria noſtra adhuc prouinciæ ſuæ laborare videantur inopia. itaque præſenti iuſſione commoniti, & nauis eis vſum, vſque ad Rauennatem vrbem, & annonas dierum quinque ſine aliqua dilatione præſtare: nec aliquid eis neceſſarium deeſſe faciatis. Quatenus prouinciam ſe deſeruiſſe ieiunam de copiæ inuentione cognoſcant: ſitque illis vberior peregrina terra, quàm patria.

[aa] al. *Mirabundo.*

[aa] MIRABVNDO V. I. THEOD. REX. XLVI.

Quòd eligantur arbitri à partibus apud quos cauſa remotis præiudiciis audiatur.

Supplicū vota.

COnuenit, pietatem noſtram petitiones ſupplicum ſalubri ordinatione diſponere: quia ſubiectorum animi releuantur, [a] quoties mœrentium querela componitur. Vir ſpectabilis itaque Liberius dolenda nobis aditione [b] ſuggeſſit, coniugem ſuam in veſtro iudicio contra iuris ordinem prægrauatam. Quod ſi ita eſt, remotis præiudiciis, apud arbitros, quos partium conſenſus elegerit, te imminente, cauſa legibus audiatur. Quod ſi illic finis negocij nequiuerit inueniri, per inſtructas perſonas, ſi tamen [c] ipſæ venire non eligunt, noſtro Comitatui concurrendi licentiam partibus non [d] negamus: vbi nec [e] redemptio ſit fortè ſuſpecta, nec [f] inuidioſa poſſit nocere calumnia.

E [a] quoties [b] ſuggeſtione *Arbitri.*

Comitatus inſtitia. [c] tempore [d] negemus [f] inſidioſa FOR.

GHODISCALCO SAIONI THEOD. Rex. XLVII.

Committitur officium cuidam quòd equos curſuales publicis vtilitatibus deputatos, non permittat ad vſum priuatæ voluntatis aſſumi.

F

Veredi. [*] Quæadmodū ſubuectī [a] ſubuecti [b] ſufficiat *Curſuales equi publicis vſibus nō priuatis inſeruiunt.* [c] comperimus [d] quod

ASſidua ſolicitudine refouenda ſunt, quæ continuis exercitiis ſubiacere noſcuntur. * Quemadmodum enim [a] ſubiecti veredorum neceſſariò [b] ſufficiant labori, ſi permittatur excedi? Incitamentum ſiquidem improbæ præſumptionis eſt, neglecta cuſtodia. Legatorum itaque noſtrorum ſuggeſtione comperimus, Curſuales equos frequenti vſurpatione fatigari: & quos nos neceſſitatibus publicis [c] cupimus cuſtodiri in vſum cognouimus priuatæ voluntatis aſſumi. Atque ideò in vrbe Romana ordinatione Præfecti prætorio & Magiſtri officiorum quovſque vtilitas publica ſuaſerit te reſidere cenſemus: vt nullum Gothorum vel Romanorum exinde egredi patiaris, niſi [d] quos prædictarum dignitatum Vices Agentes fortè dimiſerint. Et quod nobis frequenter vſurpatum eſſe ſuggeritur, ſi quia inuitis [e] his, quibus hæc [f] cura mandata eſt, veredos præſumere fortaſſis aſſumpſeris, cuiuſlibet nationis fuerit vel honoris, per vnum equum centum ſolidos mulctæ nomine cogatur inferre. Non quod tanti eſt vnius æſtimanda iumenti læſio, ſed quia grandi damno reprimenda eſt importuna præſumptio. Nullum præterea Saionum diſcurſus facere patiaris: ſed ad cauſam, quam directus fuerit, vno [g] tantum itinere permittatur accedere, vel redire. Quibus in ſuperiorem mulctam cadat interdicta frequentia * 1 parhipporum. Quinetiam onera centum librarum nullus excedat. Expeditos [h] enim properare mittendarios volumus, non migrare cenſemus. Iniuriam ſuam prodit, quiſquis ſecum multa portauerit, nec cogitat de celeritate, qui delicata ſe maluerit conuerſatione tractare. Grues 2 denique, pelagus tranſituræ, paruos lapillos vncis pedibus amplectuntur: vt nec enſum leuitas nimio vento rapiatur, nec natiua celeritas iniquis ponderibus ingrauetur. Hoc imitari nequeunt, qui ſe ad publicas neceſſitates [i] electos eſſe cognoſcunt? Et ideò quinquaginta ſolidorum mulctam iam non 3 veredarius, ſed catabulenſis incurrat, quiſquis vltra centum libras parhippum crediderit onerandum. [k] His autem, qui [l] ſupraſcriptarum dignitatum vicibus in Vrbe præſunt te obſeruare præcipimus: quatenus exceſſus, qui ab illis detectus fuerit, executione tua ſupradicta condemnatione puniatur. Si quis autem intemperans culpæ [aa] pertulerit, collectam quantitatem per Vices Agentes [bb] 4 mancipibus mutationum volumus applicari: vt curſualis tractus [m] inde habeat remedium, vnde hactenus ſumpſit incommodum. Mundanis ſiquidem rebus frequenter naſcitur de aduerſitate proſperitas, & homines cum lædere cupiunt, beneficia frequenter [n] impertiunt. Sed omnia ſic efficaciter ac diligenter implebis, vt prouocati bonis actibus deuotioni tuæ maiora committere debeamus.

[e] iis [f] circa [g] aſſumpſit

G

[g] tamen

*Parhipporum quinetiā [h] autem

Grues.

[i] electos ſe *Veredarium.*

H

[k] iis [l] ſupradictarum

[aa] al. *protulerit.* FOR. *Mancipes mutationum.* [bb] al. *principibus.* FOR. [n] non *Aduerſis à rebus proſpera ſæpe naſci* [n] impertiuntur

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Parhipporum*] infr. lib. ſeq. epiſt. 5. Iulian. epiſt. ad Ætium, *l.* 14. *quæ contra eod. tit. Cod. Theod.* FOR.

¶ 2 *Grues.*] De iiſdem *lib.* 9. *epiſt.* 1. FOR.

¶ 3 *Veredarius.*] Veredi dicuntur equi curſus velo-

cißimi

A

ciſſimi, qualibus antiqui vtebantur in venatione, Martial. *lib.* 14.

Stragula ſuccincti venator ſume veredi:
Nam ſolet à nudo ſurgere ficus equo.

Veredis etiam vtuntur principum tabellarij, qui mutatis per ſtationes equis, quàm velociſſimè quò inſtituerunt perueniunt, qui inde etiam veredarij appellati ſunt. Iul. Firmicus lib. 3 *Regum nuntios veredarioſque reddent.* in qua etiam ſignificatione vocem eandem vſurpauit Procopij interpres *lib.* 2. *belli Perſici.* Hinc Martialis

Parcius vtaris moneo rapiente veredo,
Priſce, nec in lepores tam violentus eas.

¶ d *Mancipibus.*] Mancipes curſus publici, & mancipes elaburij curſus, *l.* 15. *mancip. l.* 23. *ad procurationem, l.* 26. *curſus, l.* 35. *à nullo* 62. *vſurpationem, C. Th. de curſu public.* Ammian. Marcellinus *lib.* 20. & ſuprà lib. 1. epiſt. 19. Fur.

B

¶ EVSEBIO V. S. THEOD.
Rex, XLIIX.

Octo menſium induciæ ſeceſſus cuidam conceduntur.

Induciæ ſeceſſus ab vrbe in octo menſes.

POſt tumultuoſæ vrbis ſollicitudines tædioſas, & obſeruationem moleſtias ingrauantes, magnitudo tua prouinciali deſiderat amœnitate recreari: aſſerens, occupationum tibi cauſas præſentibus emerſiſſe temporibus, quibus expedita rurali deſideras ſuauitate gaudere. Et quia vera illa ſecuritas eſt, quæ noſtris iuſſionibus datur, cum tempus tibi fuerit occupationis ' emenſum, octo menſium inducias in Lucaniæ dulces receſſus noſtra auctoritate concedimus: vt ex illo tempore ſuppetentur, cum te egredi ex Vrbe diuino fauore contigerit. Quibus peractis multorum deſiderio ad Romanas ſedes venire feſtina, conuentui nobilium, & digna tuis moribus conuerſatione reddendus.

' emerſū
Lucania.

C

VNIVERSIS PROVINCIALIBVS
Et capillatis defenſoribus & curialibus Suauiæ conſiſtentibus Th. Rex XLIX.

Præficitur quis in rectorem vniuerſis prouincialibus Suauiæ ciuitatis.

DIſtrictio ſemper ſubtrahi non decet ' regiæ iuſſionis: vt & audaces metus comprimat, & laceratos ſpes futura refoueat. Plerumque enim denuntiata comminatio plus efficit, quam pœna compoſuit. Et ' ideò, Deo auſpice, * ' 1 Fridiladum locis veſtris præeſſe cenſuimus, qui ' abactores animalium legitima a ſeueritate coërceat, homicidia reſecet, furta condemnet, quietóſque vos à ſceleratis auſibus reddat, quos nunc præſumptio iniqua dilacerat. Viuite bonis moribus inſtituti, nullum natio, nullum promeritus honor excuſet. Neceſſe ' eſt, vindictæ ſubiaceat, qui prauis moribus obſecundat.

' regum
Comminatio.
' ita
* Fridabandum
' Fridaladum
Abigei.
' ablatores vel abductores

D

Pœna delictorum vltrix.
' eſt enim vt

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Fridiladum*] ſic vet. alij *Fridibadum*, *& Fridibandum*, ſed varietatem in eiuſmodi Gothorum nominibus ne flocci quidem fecerim. For.

¶ 2 *Securitate.*] Nemo non videt rectiùs ex Præuotij membr. legi, *ſeueritate*, & paulò pòſt pro *natio*, *ratio* reponendum. For.

B

FAVSTO PRÆPOSITO THEOD.
Rex, L.

Remittitur tributaria functio agrorum læſione vaſtatis, in tantum quantum vnuſquiſque conſcribitur læſus.

1 CAmpani, Veſuuij montis hoſtilitate vaſtati, clementiæ noſtræ ſupplices lachrymas profuderunt: vt agrorum fructibus enudati, ſubleuentur onere tributariæ functionis. Quod fieri debere noſtra meritò pietas acquieſcit. Sed quia nobis dubia eſt vniuſcuiuſque indiſcuſſa calamitas, magnitudinem veſtram ad Nolanum ſiue Neapolitanum territorium probatæ fidei virum præcipimus deſtinare: vbi neceſſitas ipſa domeſtica quadam læſione ' graſſatur: vt agris ibidem diligenter inſpectis, in quantum poſſeſſoris laborauit vtilitas ſubleuetur, quatenus menſurata conferatur quantitas beneficij, dum modus integer cognoſcitur læſionis. Laborat enim hoc vno malo terris deflorata prouincia: quæ ne perfecta beatitudine frueretur, huius timoris frequenter acerbitate concutitur. Sed non in totum durus eſt euentus ille terribilis: præmittit ſigna grauia, vt tolerabilius ſuſtineantur aduerſa. Tantis enim molibus natura rixante montis illius hiatus immurmurat, vt excitatus ' quidam ſpiritus grauiſono fremitu vicina terrificet. Fuſcantur enim aëra loci illius exhalatione teterrima, & per totam pene Italiam cognoſcitur, quando illa indignatio commouetur. Volat per mare magnum cinis decoctus, & terrenis nubibus excitatis, tranſmarinas quoque prouincias pulucreis guttis compluit. Et quid Campania pati poſſit agnoſcitur, quando malum eius in Orbis alia parte ſentitur. Videas illic quaſi quoſdam fluuios ire pulucreos, & arenam ſterilem impetu ' feruente velut liquida 2 fluenta decurrere. Stupeas ſubitò, vſque ad arborum cacumina dorſa ' intumuiſſe camporum, & luctuoſo ſubito calore vaſtata, quæ lætiſſima fuerant viriditate depicta. Vomit fornax illa perpetua pumiceas quidem, ſed fertiles arenas. Quæ licet diuturna fuerint aduſtione ſiccatæ, in varios fœtus ſuſcepta germina mox producunt, & magna quadam celeritate reparant, quæ paulò antè ' vaſtauerant. Quæ eſt iſta ſingularis exceptio? vnum montem ſic infremere, vt tot mundi partes probetur aëris permutatione terrere, & ſic ſuam ſubſtantiam vbique diſpergere, vt non videatur 3 damna ſentire: longè latéque pulueres rotat: vicinis autem quaſdam moles ' eructat, & tot ſæculis mons habetur, qui erogationibus tantis expenditur. Quis credat, tam ingentes glebas vſque in plana deductus, de rerum profundis hiatibus ebulliſſe? & ſpiritu quodam ' efflante montis ore conſputas, quaſi leues paleas fuiſſe proiectas? Alibi cacumina magna terrarum localiter videntur ardere, huius incendia penè mūdo datum eſt poſſe cognoſcere. Quemadmodum ergo non credamus incolis, quod teſtimonio poteſt vniuerſitatis agnoſci? Quapropter vt dictum eſt, talem eligat veſtra prudentia qui & remedia læſis conferat, & locum ' ſurreptionibus non relinquat.

Remiſſa ob calamitatem tributa.
' craſſatur
F
Veſuuij montis exarſuri ſigna.
' quidem
Arena ſterilis.
' fluente
' intumuiſſe
G
Fertiles arenæ.
' vaſtaue-rant
' eructuat
' flante
H
' ſubreptionibus

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Campani*] de tributorum remiſſione & reliquorum condonatione ob calamitatem non vno loco actum eſt. Cæterùm hic notanda ſunt montis exarſuri ſigna, quibus non abſimilia deſcripſit Plin. *lib.* 6. *epiſt.* 16. *&* 20. For.

¶ 2 *Fluenta decurrere*] ſup. *lib* 3. *epiſt.* 31. *ſtagna decurrere.* Fur.

¶ 3 *Damna ſentire*].i. deminutionem. *Paul. lib.* 3. *de damn. inf.* Gellius *damna lunæ & aucta*, pro deminutione & augmento, *lib.* 20. *cap.* 7. Fur.

¶ SIMMACHO PATRITIO THEOD. REX. 21.

Commendatur multipliciter quidam egregius architecta, per cuius conſilium petitur fabricam theatri eſſe roborandam.

CVm priuatis fabricis ita ſtudueris, vt in laribus propriis quædam mœnia feciſſe videaris: dignum eſt, vt Romam, quam domuum pulchritudine decoraſti, in ſuis miraculis continere noſcaris. Fundator egregius fabricarum, earúmque compoſitor eximius: quia vtrumque de prudentia venit, & aptè diſponere, & extantia competenter ornare. Notum eſt enim, quanta laude in ſuburbanis ſuis Romam traxeris: vt quem illas fabricas intrare contigerit, aſpectum ſuum extra vrbem eſſe non ſentiat, niſi cùm ſe ' & agrorum amœnitatibus intereſſe cognoſcat. Antiquorum diligentiſſimus imitator, Modernorum nobiliſſimus inſtitutor, mores tuos fabricæ loquuntur: quia nemo in illis diligens agnoſcitur, niſi qui & in ſuis ſenſibus ornatiſſimus inuenitur. Et ideò theatri fabricam, magna ſe mole ſoluentem, conſilio veſtro credimus eſſe roborandam. Vt quod ab auctoribus veſtris in ornatum patriæ conſtat eſſe conceſſum, non videatur ſub melioribus poſteris imminutum. Quid non ' ſoluas, ô ſenectus, quæ tam robuſta quaſſaſti? Montes faciliùs ' cedere putarentur, quàm ſoliditas illa quateretur: quando & moles ipſa ſic tota de cautibus fuit, vt præter artem additam, & ipſa quoque naturalis eſſe crederetur. ' Hæc potuiſſemus fortè negligere, ſi nos contigiſſet talia non videre. Caueas illas ſaxis pendentibus * abſidatas, ita iuncturis abſconditis in formas pulcherrimas conueniſſe, vt cryptas magis excelſi montis crederes, quàm aliquid fabricatum eſſe iudicares. Fecerunt, Antiqui locum tantis populis parem, vt haberent ſingulare ſpectaculum, qui Mundi videbantur habere dominatum. Sed quia nobis ſermo probatur eſſe cum * docto, libet repetere, ' cur Antiquitas rudis legatur hæc mœnia condidiſſe. Cùm agricultores feriatis diebus ſacra diuerſis numinibus per lucus vicóſque celebrarent, Athenienſes primùm agreſte principium in vrbanum ſpectaculum ' collegerunt. Theatrum Græco vocabulo viſorium nominatur, quod eminus aſtantibus turba conueniens ſine aliquo impedimento ' videatur. Frons autem theatri Scena dicitur, ab vmbra luci denſiſſima, vbi à paſtoribus inchoante verno diuerſis ſonis carmina cantabantur. Ibi actus muſicus & prudentiſſimi ſæculi dicta fluxerunt. Sed paulatim factum eſt, vt honeſtiſſimæ diſciplinæ, improborum conſortia fugientes, verecunda ſe exlude conſideratione ſubtraherent. Tragœdia ex vocis vaſtitate nominatur. Quæ concauis repercuſſionibus roborata, talem ſonum videtur efficere, vt penè ab homine non ' credatur exire. Exigitur autem in hircinos pedes, quia ſi quis inter paſtores tali voce placuiſſet, capri munere donabatur. 2 Comœdia a pagis dicta eſt. Comus enim pagus ' vocatur: vbi ruſtici geſtientes, humanos actus lætiſſimis carminibus irridebant. His ſunt additæ horciſtarum loquaciſſimæ manus, ' linguoſi digiti, ſilentium clamoſum, expoſitio tacita, quam muſa Polymnia reperiſſe narratur, oſtendens, homines poſſe & ſine oris affatu ſuum velle * declarare. 3 Muſæ vero Eoa lingua quaſi ' homuſæ dicuntur, quòd inuicem ſicut virtutes neceſſariæ ſibi eſſe videantur. ' His leuium pennarum acumina ideò in fronte pinguntur, quoniam earum ſenſus * celeri cogitatione ſubuectus res altiſſimas intuetur. Pantomimo igitur, cui a multifaria imitatione nomen eſt, cùm primum ' ſcenam plauſibus inuitatus aduenerit, aſſiſtunt conſoni chori diuerſis organis eruditi: tunc illa ſenſuum manus oculis canorum carmen exponit, & per ſigna compoſita, quaſi quibuſdam literis edocet intuentis aſpectum: in illáque leguntur apices rerum: & non ſcribendo facit, quod ſcriptura declarauit. Idem corpus Herculem deſignat & Venerem, fœminam præſentat & ' marem, Regem facit & militem, ſenem reddit & iuuenem: vt in vno credas eſſe multos, tam varia imitatione diſcretos. Mimus etiam, qui nunc tantùmmodo deriſui habetur, tanta Philiſtionis cautela repertus eſt, vt eius actus poneretur in literis: quatenus mundum curis edacibus æſtuantem, lætiſſimis ſententiis * temperaret. Quid acitabulorum tinnitus? quid dulciſſimi ſoni referam varia percuſſione modulamen? quod tanta gratia iucunditatis accipitur, vt inter reliquos ſenſus ' auditum ſibi ad munus ſummum tunc homines æſtiment fuiſſe collatum, ' vt ætas ſubſequens miſcens lubrica priſcorum inuenta traxit ad vitia: & quod honeſtæ cauſa delectationis repertum eſt, ad voluptates corporeas præcipitatis mentibus impulerunt. Hos ritus Romani, ſicut cæteras culturas, ad ſuam Rempublicam vtiliter trahêres, ædificium alta cogitatione conceptum magnanimitate mirabili condiderunt. Vnde non immeritò creditur. Pompeius hinc potiùs Magnus fuiſſe vocitatus. Et ideo ſiue ' maſculis pilis contineri, ſiue talis ' fabrica refectionis ſtudio potuerit innouari, expenſas vobis de noſtro Cubiculo curauimus deſtinare: vt & vobis acquiratur tam boni operis fama, & noſtris temporibus videatur Antiquitas decentiùs ' innouata.

Margin, left column: A. *Ornatum Patritij.* *Suburbia.* ' ad. B. *Theatrũ Romæ.* ' ſoluat. *Omnia conſumuntur vetuſtate.* ' credere. ' Hoc. *Abſidata cauea.* * ipſis. * docto tib. repetere Fon. C. ' cum. *Rudis antiquitas.* ' collegerant. *Theatro cum origo.* ' videbatur. *Scena.* *Tragœdia.* ' videatur. *Comœdia.* ' vocabatur. *Nutus.* D. ' linguoſi. * exhalare. ' homouſæ. *Muſarũ nomen vnde.* ' iis. * cœli. ' ſcena.

Margin, right column: E. ' in marem. *Mimus.* * reparaRet. ' auditu. ' vbi. *Abuſus theatri.* *Pomp. Magnus.* ' maſculus. F. ' innouari.

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Compoſitor.*] Curaui excudendum ex veteribus ſchedis & Vitruuio, ſermo probatur eſſe cum docto. Fon.

¶ 2 *Comœdia à pagis ducta.*] Græcom eſt κώμη. Fon.

¶ 3 *Muſæ quaſi ὁμοῦσαι.*] aliis placet Muſas appellatas ἀπὸ τοῦ μαίεσθαι, id eſt à quærendo, quod per ipſas ſicut antiqui voluerunt, vis carminis & modulatio quæreretur. Caſſiodorus hîc noſter infrà de muſica ex Clemente Alexandrino. Etymologici magni auctor, μοῦσα ἡ ᾠδή ... &c. vide totum locum. Fon.

¶ * 4 *Roborata.*] Rectè *Roborata* non vt quidam ſuſpicantur *reborata*. Fon.

G

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variarum.

LIBER V.

¶ REGI « VVANDALIORVM THEOD. REX. 1.

De armis artificioſa formatione laudatis.

CVm piceis, tymbribos, & pueros * gentili candore ' lucentes, & ſpathas nobis etiam, arma deſecantes, veſtra fraternitas deſtinauit, ferro magis quàm auri pretio ditiores. Splendet ' illic claritas expolita, vt intuentium facies fideli puritate reſtituant: quarum margines in acutum tali æqualitate deſcendunt, vt non limis compoſitæ, ſed igneis fornacibus credantur effuſæ. Harum media pulchris alueis excauata, quibuſdam videntur criſpari poſſe vermiculis: vbi tanta varietatis vmbra ' concludit, vt intextum magis credas variis coloribus lucidum metallum. Hoc veſtra cotis diligenter emondat: ' hoc veſter ſplendidiſſimus puluis ita induſtrioſè detergit, ' vt ſpeculum quoddam virorum faciat ferream lucem: qui ideò patriæ veſtræ natura largiente conceſſus eſt, vt ' huius rei opinionem ' nobis faciat ſingularem. Enſes, qui pulchritudine ſui ' putentur eſſe Vulcani, qui tanta elegantia fabrilia viſus eſt excolere, vt quod eius manibus formabatur, non opus mortalium, ſed crederetur eſſe diuinum. Proinde per illum & illum Legatos noſtros ſoluentes debitæ ſalutationis affectum, arma veſtra libenter nos accepiſſe declaramus, quæ bona pacis ſtudia tranſmiſerunt,

Margin: « Non Vuarnorũ. Fon. * à genuali Fon. ' lucentes. *Armorũ deſcriptio.* H. *Item & deſcriptio.* ' illic auri. ' colludit. ' hæc. ' vbi. ' huiuſmodi. ' ac non faciat. ' putantur. *Vulcanus.*

A ferunt, viciſſitudinem muneris pro expenſarum veſtrarum conſideratione tribuentes ? quæ tantum vobis reddantur accepta, quantum nobis veſtra fuere gratiſſima. Præſtent diuina concordiam: vt hæc inter nos grata mente facientes, gentium noſtrarum velle iungamus, & inuicem ſoliciti mutuis poſſimus vtilitatibus obligari.

¶ HÆSTIS, THEOD. REX. II.

Congratulatio ad quendam ſublimem, ſuper ſuſceptione tranſmiſſi muneris.

ILlo & illo legatis veſtris venientibus, grande vos ſtudium notitiæ noſtræ habuiſſe cognouimus: vt in Oceani litoribus conſtituti, cum noſtra mente iungamini: ſuauis nobis admodum ` & grata petitio: vt ad vos perueniret fama noſtra, ad quos nulla potuimus deſtinare mandata. Amare iam cognitum, quem requiſiſtis ambientes ignotum. Nam inter tot gentes viam præſumere, non eſt aliquid facilè concupiſſe. Et ideò ſalutatione vos ` affectuoſa requirentes, indicamus ſuccina, quæ à vobis per harum portitores dicta ſunt, grato animo fuiſſe ſuſcepta: quæ ad vos Oceani vnda deſcendens, hanc leuiſſimam ſubſtantiam, ſicut & veſtrorum relatio continebat, exportat: ſed vnde veniat, incognitum vos habere dixerunt, ` quam ante omnes homines patria veſtra offerente ` ſuſcipitis. Hoc ` quodam Cornelio ſcribente, legitur in interioribus inſulis Oceani ex arboris ſucco defluens, vnde & ſuccinum dicitur, paulatim Solis ardore * coaleſcere. Fit enim ſudatile metallum teneritudo perſpicua: modò croceo colore rubens, modò flammea claritate pingueſcens: vt cùm in maris fuerit delapſa confinio, æſtu alternante * purgata, veſtris litoribus tradatur expoſita. Quod ideò iudicauimus indicandum, ne omnino putetis notitiam noſtram fugere, quod occultum creditis vos habere. Proinde requirite nos ſæpiùs per vias, quas ** amor veſter aperuit. Quia ſemper prodeſt diuitum regum acquiſita concordia, qui dum paruo munere leniuntur, maiore ſemper compenſatione proſpiciunt. Aliqua vobis etiam per legatos veſtros verbo mandauimus: per quos quæ grata eſſe debeant, nos deſtinaſſe declaramus.

[Marg.: ` grataque. — *Succina dono data.* — B — ` affectuoſiſſima. — ` quoniã. ` ſuſcepiſtis aliquondã. Fo a. — *Succinum vnde.* — * caleſcere. — * putata. Fo a. — *Nihil latere poteſt principem ſolaium.* — C — ** *Amor noſter.* Fo a.]

` HONORATO v. i. QVÆSTORI, Theod. Rex. III.

Is ſubrogatur in dignitatem quæſturæ, vice fratris defuncti.

VSu quidem prouenit, benemeritos dona noſtra ſuſcipere. Sed tu iure hæreditatis, Principis tibi beneficia vendicaſti. Honorem fratris adipiſceris, quia ſapientia quoque germanus es. Ab eiſdem bonis non repelimus, quem ſimilem comprobamus. ` Eant nunc parentes ac liberi, & bonarum artium ſtudia incitamento ſimilitudinis æmulentur. Nouam in te fecimus legem parentes in adminiſtratione ſuccedere. Hic prouectus non adimitur, ` & mutatur: quia licèt perſona ſubrogata ſit, familiæ tamen non defecit, ` qui gratiſſimus germanus acquirit. * O verè veſtris meritis electi, & auſpicio nominis honorati. Præſentiunt quædam parentes, poſitis in prole vocabulis: & vt * " venturarum rerum curſus ex alto eſt imperio * diuinitatis, cogitatio præſagientis inſtruitur: loqui datur, quod nos ſenſiſſe neſcimus: ſed poſt caſum reminiſcimur, quod ` ignorantes veraciter dixeramus. Tali igitur homine decoratus enaluit: enaluit inquam, ac ſe honoribus Palatinis, iudicio noſtro laudatus immiſcuit: dignitatem ſumens, quam ſolemus dare prudentibus. Hoc planè ſupra cæteros adipiſcens, quod potuit emergere poſt electos. Sub genij noſtri luce intrepidus quidem, ſed reuerenter aſtabat opportunè tacitus, neceſſariè copioſus, curarum noſtrarum eximium leuamen: & cum poteſtatis noſtræ gratia ditaretur, morum magis laude contentus, mediocribus ſe potius exæquabat. Viuit apud nos recordatio bonorum: ` quia fides hominis neſcit cum morte deficere. Secreta noſtra quaſi ` obliuiſceretur, occuluit: iuſſa, quaſi ſcriberet, per ordinem retinuit: ſine auaritia ſeruiens, & gratiam noſtram ſumma cupiditate perquirens. ` Diuertimus quidem ad benemeriti laudes, ſed compendio ſermonis aſſumpti, cum illum referimus, te docemus. Fuit * nimirum gratus, quod apud nos & poſt fata eſſe non deſinit. Triſtes quærimus, quem nos amiſiſſe dolemus. Sed acerbum caſum mitigat, quod ei vicaria virtute ` ſuccedis. Quia nemo perdidiſſe ſe ſentit, quod in alterum inueniſſe cognoſcit. Non extranea ſecteris exempla, cui domeſtica ſupperunt tam magna præconia. Tu decoratus ex illo es, ille honoratus ex te eſt. Adunent ſe merita, quando ſe iunxare ſic nomina. Nam de te iuſtius credimus meliora, ` qui ſequeris: quia ſemper eſt diligentior imitator prioris: quando te præcedentis bona licet eligere, & noua cumulare. Atque ideò ab indictione tertia Quæſturæ te dignitate ſubuehimus, facimúſque noſtri conſilij claritate viuere honoratum: vt eſſe nunc incipias, quod ` ante vocabaris. Age nunc inhærendo iuſtitiæ: vt qui inexperto honorem dedimus, meliora tibi probatiſſimo conferamus.

[Marg.: ` Erant. Vet. *vt ſiant nunc.* Fo a. — D — *Filius patri in Quæſt.* — ` ſed. — ` quod. — * Omnes naturæ meritis electi, & auſp. n. — * veterarum. — * al. *veteranorũ.* Fo a. — * deitatis. Fo a. — *Quæſtoris* — E — *ſumma laus.* — ` ignorantes. — ` qua. — ` obliuiſceretur. — ` Diuertimus. — * mirum. — ` ſuccedit. — ` quæ. — F — ` antea.]

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ, Theod. Rex. IV.

Super eodem, cum encomio virtutum ipſius promoti.

CErtum eſt P. C. prudentibus viris veſtrum florere conſilium. Sed & hoc probatur egregium, ` quod vobis permiſcerit dignitas literarum. Omnes enim, quos ad Quæſturæ culmen ` euehimus, doctiſſimos æſtimamus: quales legum interpretes, & conſilij noſtri decet eſſe participes. Dignitas, quæ nec diuitiis, nec ſolis natalibus inuenitur: ſed tantum eam doctrina cum ` coniuncta poteſt impetrare prudentia. Nam licet in honoribus aliis beneficia conferamus, hinc ſemper accipimus. Eſt nimirum curarum noſtrarum felix portio: ianuam noſtræ cogitationis ingreditur: pectus, quo generales curæ voluuntur, agnoſcit. Æſtimare quid de illo debeat iudicari, qui tanti particeps ſit ſecreti. Ab ipſo legum peritia poſtulatur: illuc vota confluunt ſupplicantium, & quod eſt omni theſauro precioſiùs, penes ipſum ` ciuilitatis noſtræ fama reponitur. Quæſtore iuſto inſbeentum conſcientia fit ſecura, improborum tantum vota redduntur anxia, & cum malis ſurripiendi ſpes tollitur, ſtudium bonis moribus adhibetur. Vnicuique propria iura cuſtodit, pecuniæ continens, æquitatis profuſus, neſcius decipere, promptiſſimus ſubuenire: ingenio principis ſeruit, ` quod vniuerſa ſuperat: illius ore loqui cogitur, cui nullus ſimilis inuenitur. Hunc locum vitiis vacuum, virtutibus plenum, qui ſub noſtra potuit expedire præſentia, ` nonne vobis dignus eſt eſſe collega? Scitis enim qua glorietur ſtirpe prouectus Meminiſtis ` enim Decoratum, a aduocationis laboribus ` inſudantem qua ſe vnicuique bonorum probitate coniunxerit. Cauſis veſtris fidelis orator aſſuit, neceſſariis rebus ` aſſiſtens, iudicantis portauit animum ad ſubſellia cognitorum: . cui meritò frequens palma contigit, quia ſapienter alliganda tractauit. Pudoris enim ſuſtinere iacturam neſciunt, qui ſe prius iudice corriguntur. Inferior gradu præſtabat vitis ` conſularibus ſe patronum & cum honoribus veſtris impar haberetur, Patritius ei dictus eſt in celeberrima ` cognitione ſuſceptus. Nimis ratum eſt P.C. ſolidum loqui, & cui multa neceſſe eſt dicere, titubantia non proferre. Hoc in Decorato certiſſimum fuit: ` hoc & ante noſtra iudicia vos probaſtis. Quis enim tempore ſuo eum quaſi gubernatorem litium ignorare potuit, qui cauſarum ſcopulos

[Marg.: *Candidatis cõmendatoria.* — ` quia. — ` peruenimus. — *Quæſtura dignitas.* — ` cuncta. — G — ` curialitatis. — *Quæſtoris officium.* — ` qui. — ` in me. — ` igitur. — H — *Aduocati deſcriptio.* — ` inſidentem. — ` inſiſtẽs. — ` qui. — ` conſiliaribus. — ` cognatione. — ` hæc.]

A tranſire contendit? Legibus profectò minus indiguit, qui eius ſolatia non quæſiuit. Iam non de morte feſtinata conquerimur: ex huius fœcunda pullulauit ſtirpe germanus. Nam qui prius fraterna vmbra tegebatur, illo naturæ lege ſubducto, famæ ſuæ comas per aperta diſtendit. ' Bona ſiquidem germinis iuſtæ * ' præcoa intulit, qui 3 naſcendi ordine primus eualuit: ſed fœtura nobilia fructum, quem in ' deceſſore perdidit, in ſucceſſore ' ſeruauit. Concordat huic familiæ ramus ille ditiſſimus, ' qui Virgiliano carmine ſemper cuſcitur. Hoc enim auulſu, non deficit alter aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo. ' Nutriuit quippe & hic aduocatione facondiam, opinionem ' Romanæ vrbis cedens ſtatu, Spoletinorum ſe inſeruit ' miſcere negociis: res tamen dura, quantum à veſtra prudentia cognoſcitur ſegregata. Inter bene moratos enim aſſeruiſſe inſta, ' facillimum fuit: prouincialibus ' autem, ſe vaga libertate tractantibus, nimis ' arduum. Videtur iuris ſuſiſſe modeſtiam, vbi ipſi quoque iudices improba ' plerunque cupiditate rapiantur: & quantum ſibi inter mediocritatem videbantur eſſe præcipui, tantum animo non ſinunt ſuis voluntatibus obuiari. B Inter talia leges vendicare difficile eſt, & magnæ perſuaſionis vis ad propoſitum recti venalitatem reuocare iudicantis. Sumite ergo P. C. libenter noſtra iudicia, & Honoratum Queſturæ culmine prouectum gremium veſtrum grataunter ' excipiat. Dignus eſt enim à vobis diligi, qui par tantis honoribus meruit reperiri.

'dona. * prædeceſſor. ' precor. ' indecore. ' reſeruauit. *Ramus aureus.* ' qui in ' Natiu. ' Romæ. ' immiſcere *Iuſtè viuere in ter bonos facile.* ' ... ' arte. ' ...iam. ' primum. ' accipiat.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Certum eſt.*] quæſtionis officium deſcribitur, de quo etiam lib. ſeq. epiſt. 5. lib. 8. epiſt. 11. & 14. For.

¶ 2 *Aduocationis labor.*] *l. 9. moris, de pœnis, l. 2. in fin. de offic. præf. vrb.* Plin. *lib. 1. epiſt.* 21. Aduocatiu, ſeu aduocatia, ſpecies quædam eſt ſeu fundi, ſeu commodi, quam vulgò penſionem dicimus, *in vſib. feud. tit. de pace tenend.* Si quis aduocatiam ſuam, vel aliquod aliud beneficium, ac Theodorus quidem Balſamon duo aduocatorum genera conſtituit, vnum eorum qui ſtationem in foro haberent & teſſeras frumentarias ab imperatore acciperent: Alterum eorum qui tanquam liberalem artem exercerent, in officio aduocationis verſarentur, *tit.* 8. Nomocan. Photij *cap* 13. For.

C

§ 3 *Naſcendi ordine primus.*] Honoratiores ſunt & chariores primogeniti. Philo Iudæus in Aggrippæ oratione ad Caium, Plutarch. *in vet.* 10. *Rhetorum.* Hinc Procopius *de bello Perſico*, *lib.* 1. Cabadem natu maiorem, ætatis gratia, rex vocabat, Idem *de bello Vandelico*, *lib.* 3. Grzericus ſenex decedens teſtamentum condidit: in quo mandauit Vandalis, vt per manus eius regni ſucceſſores illi propinquiori ex genere virilis prolis traderentur, & ex iis qui ætate præcederent. For.

¶ MANNILÆ SAIONI, Theod. Rex. v.

Ne quis authoritate priuata audeat tangere animalia neceſſitatibus Reipublica deſtinata.

D

LAodabile eſt, in illa parte geminare cuſtodiam, quam conſtat Reipub. neceſſitatibus exquiſitam. Per hanc enim & legationum vtilitas, & ordinationum noſtrarum celeritas explicatur. ' Hæc & aulicis poteſtatibus per varias iuſſiones miniſtrat effectum. Hæc crebris illationibus noſtrum ditat ærarium: vt penè quicquid in Repub. geritur, Curſuali miniſterio compleatur. Decet proinde ſemper eſſe paratum, quod vtilitatibus publicis probatur accommodum: ne quod ad celeritatem repertum eſt, incongruam potiùs feſtinantibus inferat tarditatem. Atque ideò Præfecti Prætorio & Magiſtri Officiorum, vbi publica vtilitate ' delegerint, ordinatione locatus excedentium improbam præſumptionem tali te ' præcipimus diſtrictione reſecare: vt ſiue Gothus ſit, aut Romanus, qui ſine noſtra vel eorum, quorum intereſt, euectione veredum præſumit attingere, per vnum equum centum ſtatim Solidos à te cogatur exoluere: & de illis quoque pari ſeueritate cenſemus, qui ſupra euectionum numerum Curſuales equos vſurpare præſumunt. 1 Parhippis quinetiam non vltra quam centum libras iubemus imponi. Nimis enim abſurdum eſt, vt à quo celeritas exigitur, magnis ponderibus opprimatur. * Auis ipſa onere grauata pigreſcit. Carinæ, quæ ' labores non ſentiunt, repletæ grauiùs mouentur. Quid quadrupes facere poſſit, qui preſſus nimietate ſuccumbit? Si quis autem à modulo ' definito amplius fuerit habere repertus, duarum vnciarum auri damno feriatur. Quam ſummam protinus exactam, ſicut iam anterioribus edictis conſtitutum eſt, per officium Magiſteriæ dignitatis curſui proficere debere cenſemus. Iuſtum eſt enim, vt cogatur illa vendere, vnde publicum equum malè ' noſcitur onerare: ſit nuditatibus expeditus, qui voluntate " noluit eſſe celerrimus. Præterea commonemus, vt Præpoſitorum commoda non præſumas, nec quidquid eos poteſtatis habere tenenda ' ſanxit Antiquitas, aliqua vſurpatione ' deneges. Nos enim per te geminare volumus cuſtodiam non antiquæ conſuetudinis remouere cautelam.

' Hoc etiam. ' Hoc. *Curſualis miniſterium.* ' delegerit. ' præcepimus.

E *Veredi.* *Parhippi.* * V. Nauis. For. ' laborem ' diffinito. ' cognoſcitur. " V. voluit. F For. *Multa,* ' ſeoſit. ' denegeres. For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Parhippus.*] *lib. 4. epiſt. 47.* For.

¶ STABVLARIO COMICIACO, Theod. Rex. vi.

Quod bona contumacis viri, publico conditionaliter applicentur, & prorogatur eidem terminus ad ſoluendum.

SVſcipienda precatio eſt, quæ publicis vtilitatibus non repugnat: & amplectenda ' deſideria priuatorum, quæ ſic " remedium quærunt, vt nobis non videantur generare diſpendium. Viri itaque clariſſimi Ioannis querela comperimus Thomatem domus noſtræ certa prædia ſuſcepiſſe, id eſt illud atque illud, & nundecem millia Solidorum reliquatorem noſtris vtilitatibus extitiſſe, & per diuerſas ludificationes non implere debitam quantitatem: quod apud nos ' quoque procerum noſtrorum ſuggeſtione perclaruit. Ideóque cauſam tali credimus remedio muniendam, vt vniuerſam ſubſtantiam ' ſupradicti Thomatis ſub hac conditione fixis titulis iuri publico debeas applicare, quatenus ſi intra Cal. Septembrium diem, quod rationabiliter exponitur, à Thomate minimè fuerit exolutum, prædicta ſubſtantia Ioanni viro clariſſimo contradatur, qui eius debitum ' luere noſtro promiſit ærario. Quod ſi obligationem ſuam prædictus Thomas ſoluere intra præfinitum tempus fortaſſe potuerit, vniuerſa ei, quæ ſublata ſunt, illibata reddantur: ita vt nec fiſcus noſter ſuſtinere videatur incommoda, & nos cognoſcamur ſubiectis ſolitam præſtitiſſe iuſtitiam. Poſſemus enim adhuc vltra differre, ſi quid ' prodeſſet negligentiſſimum ſuſtinere, quem per tam longum temporis ſpatium ſemper inuenimus imparatum.

Quæ preces audienda G *Principij.* ' ſunt. " *V. remedij commoniter quærunt.* For. *Reliquatori ablata à fiſco prædia in idoneum tranſlata* ' quorum ' ſupradictis. *Tituli fixi.* ' ſoluere. H *Fruſtratori neganda dilatio.* ' prodeſſet negligentiſſimis.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Fixis titulis, &c.*] *v. fixis titulis iuri publico deb. appl.* i. δημεύεσθαι ſeu publicari, & fiſco vindicari. Vt enim Athenis ſignata prædia, oppignorata dicebantur, libera verò ἄστικτα. Harpocrationi in dictione ὅρος, & in ἄστικτον χωρίον: Polluci *lib.* 3. Onomaſtic. ita affixi fundo priuato tituli principia (*pannonceaux*, Gallicè) rem fiſco vindicatam arguunt. Hic & epiſtola proximè ſequenti, & infra lib. 9. epiſt. 18. For. Pro intellectu huius loci vide quæ notaui ad *lib. 9. epiſt.* 16. quibus

liber

A libet adſcribere hæc Auguſtini verba, de iis qui titulos potentiorum ſuis prædiis affigunt. *Ne domum, inquit, ipſius inuadat aliquis potens, ponit ibi titulos potentis, titulos mendaces: ipſe vult eſſe poſſeſſor, & frontem domus ſuæ de titulo alieno muniri, vt cùm titulus lectus fuerit, conterritus quis potentia nominis abſtineat ſe ab inuaſione.* Bros.

¶ IOANNI v. c. ARCARIO, Theod. Rex. VII.

Traduntur bona prædicti contumacis debitoris Reipublicæ loco pignoris fideiuſſori ſoluenti debita pro eodem.

DEcet eorum vota in tantum reddere, qui malunt vtilitates publicas continere: nec patimur de damno proprio eſſe ſolicitos, qui nos à diſpendiis fecere ſecuros. B Tua igitur ſuggeſtione comperimus, per illam indictionem patrimonij noſtri prædia in Apulia prouincia conſtituta, id eſt illud atque illud, honeſto viro Thomati libellario titulo commiſiſſe. Sed eum malè adminiſtrando ſuſcepto, vſque ad decem millia Solidorum de Indictionibus illa atque illa reliquatorem publicis rationibus extitiſſe. Qui à processibus noſtris frequenter admonitus, debita reddere deteſtabili calliditate neglexit. Et ne tibi aliqua in poſterum quæſtio naſceretur, publicis vtilitatibus debitam quantitatem, ſub hac ratione ſatisfacere te velle teſtaris, ſi tibi prædia ' ſupradicti debitoris loco pignoris contradantur. Hinc eſt, quod deſiderium tuum, iuſta ratione conceptum, præſenti iuſſione firmamus. Primùm vt nullam ex hac re nomine publico metuas quæſtionem: deinde ſub hac conditione tibi vniuerſam ſubſtantiam, quàm vel nunc tenet, vel primo tempore poſſidebat ' cum noſtris rationibus obnoxios eſſe iam ceperat, Thomatis debitoris addicimus, quam pridem noſtro nomine fixis titulis fecimus vendicari. Hoc tantum humanitatis intuitu relaxantes, vt vſque ad Cal Se- C ptembrium ſpatium ' habeat reddendi debitam quantitatem, minuſve, cùm ad ſupradictam diem in pecuniam viro illuſtri Comiti Patrimonij noſtri, quæ debetur, ' intulerit ſa facultas eius vniuerſa, ſicut diximus, tuis ' compendiis applicetur. Quod triſte non credimus eſſe perdenti: quando nec ex toto videtur amittere, quod te ' generum ſuum cognoſcit acquirere. Nam quod poteras adipiſci iure ſucceſſionis, conditione à te poſſidetur emptoris.

Libellarius titulus. ' prædicti. ' in. *Debitoris fiſci addicta bona.* *Fixi tituli Principis.* ' habeant ' intulerit ' expendiis. ' germanum.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Libellario titulo.*] Libellario nomine, *lib. 1. tit. 3. Quib. mod. feud. amit.* nomine libelli, & *lib. 2. tit. 55. de prohib. feud. alien. per Frider.* An quia breui libello & ſcriptura contraheretur, vt perpetua, *lib. 1. verſic. ſcriptura interueniente, C. de iur. emphyt.* Leo, *Nouell.* 13. καὶ τῶν διηνεκῶν ἐμφυτεύσεων. συγγραφομένας δικαίων τῆς εἰσφορᾶς ἄγραφος ἐν ταῖς τῶν ἐκδόσεων χάρταις. For.

D

¶ ANASTASIO CONSVLARI, Theod. Rex. IIX.

Vt iniuncta procuret adimplere.

COnuenit, ſublimitatem tuam noſtris iuſſionibus obedientiæ tribuere ſedulam firmitatem: quatenus ad effectum trahatur, quod ſalubri ordinatione diſponitur. Moderatè ſiquidem nouit iniuncta ſibi complere prudentia, & ſine 1 ingratitudinis * næuo ' delegata explicabili procurare conſilio. Atque ideo ad ' Fauentinam ciuitatem ciuilem executionem te præcipimus deſtinare: vt ſine cuiuſquam concuſſione vel damno quadrati ad Rauennatem vrbem ex noſtra iuſſione deuehantur. E Quatenus & noſtro deſiderio gratulemur impleto, & querulis vociferandi amputetur occaſio.

Næuus ingratitudinis. * vitio. ' delegata ſibi. ' Fauentiam. *Quadrati*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ingratitudinis næuo.*] Eodem modo Sidonius Appollinaris næuum crudelitatis ac ſuſpicionis næuum dixit, & Honorius in *l. 16. C. Theod. de agent. in reb.* Næuum excuſationis, & Valentinianus *Nouell. de 30. annor. præſcr.* erubeſcendæ obiectionis næuum. Sic & D. Ambroſius næuum erroris. Bros.

POSSESSORIBVS FELTRINIS, Theod. Rex. IX.

Quòd omnes in commune ſubeant onus conſtruendi muros ciuitatis.

F NEceſſitas publica multorum debet deuotione compleri quia non decet paucos ſuſcipere, quod conſtat plurimis expedire: ne regia iuſſa tepefacta lenteſcant, dum res vtilis delegatur infirmis. In Tridentina igitur regione, ciuitatem conſtitui noſtra præcepit auctoritas. Sed quia territorij paruitas magnitudinem operis ſuſtinere non poteſt, hoc ſolicitudo noſtra proſpexit, vt acceptis mercedibus competentibus pedaturam murorum 1 omnes in commune ſubeatis, qui vicinitate iungimini. Quatenus accommodato 2 ſolatio ſecuriùs impleatur, quod paucis inexplicabile fortaſſe cognoſcitur. Hac conditione ſcilicet definita, vt nullus ab ' his oneribus excuſetur, vnde 3 nec diuina domus excipitur.

Tridentum. ' iis omnibus.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Omnes in commune.*] à iure ciuili ſumptum: quo vicini ac ciues pro viribus in operis publici exſtructionem vel reſtaurationem conferunt. *l. 11. Omnes. C. de operib. publ. l. qui ex vico. D. ad municip. & de incol.* G Et quidem inſtructè ſublata etiam Eccleſiaſticorum immunitate, *l. 6. ad portus, C. de operis publ. l. ad exſtructionem, C. de ſacroſ. Eccleſ.* Nouell. 135. For.

¶ 2 *Solatio.*] ſupra lib. 3. epiſt. 26. pro mercede ac ſalario, *l. 13. venditor. ſi. D. commun. præd. l. 33. à tutoribus fin. de adm. tut. l. 3. l. 5. Cod. de annon. diu ind. cum nauarchorum, Cod. Theod. de nauicul.* ſolatiis pro mercedula præſtitis, &c. Aliter ac vulgò, pro παραμυθία ſolet accipi, *§. fœmina, de adopt. l. 6. D. de iure dot. lib. 2. Cod. Theod.* ſi petitionis ſocius ſiue hæred. deceſſ.

¶ 3 *Nec diuina domus excipitur.*] *l. 7. ad inſtructiones, C. de ſacroſanct. Eccleſ.* Harmenop. *lib. 2. titul. 5.* For.

¶ VERANO SAIONI, Theod. Rex. X.

H

Prouidetur exercitui properanti ad Gallias, ne occaſionem habeant excedendi de finibus.

CVm Deo iuuante, pro defenſione generali feliciſſimus producatur exercitus, prouidendum eſt, ne aut ipſi penuria inconſulta fatigentur, aut (quod dici nefas eſt) vaſtationem noſtræ videantur prouinciæ ſuſtinere. Primus enim proſperitatis gradus eſt, ſuis non eſſe damnoſum: vt pro quorum compendio laboramus, eorum non videamur afflixiſſe fortunas. Et ideò deuotioni tuæ ' præſenti auctoritate delegamus, vt multitudinem Gepidarum, quam fecimus ad Gallias cuſtodiæ cauſa properare, per Venetiam atque Liguriam ſub omni facias moderatione tranſire. Quibus ne aliqua excedendi præberetur occaſio, per vnamquamque hebdomadam ſumptus eis tres Solidos largitas

Exercitui quid prouidendũ. ' præſentium. *Gepidæ.* *Sumptus exercitui præbitus.*

A

' ſibi

gitas noſtra direxit. Vt illis cum prouincialibus noſtris non rapiendi votum, ſed 1 commercij ſit facultas. Illud planè pro cunctorum quiete laborantibus, indulgentia noſtra concedit, vt ſi aut eorum carpenta itinere longiore quaſſantur, aut animalia attrita langueſcunt, te cuſtode ' atque mediante cum poſſeſſoribus ſine aliqua oppreſſione mutentur. Vt qui dati ſunt corpore aut qualitate meliora, quamuis paruis animalibus acquieſcant. Quia incerta eſt vita eorum, qui nimia fatigatione ' laſſantur. Ita fit, vt nec illis deſit ſubuentio neceſſaria, & nullum ſe læſum tali permutatione cognoſcat.

' reque

' laxantur

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Commercij facultas.*] id eſt, frumenti, Vlpiano emendi, vendendique inuicem ius, *frag.tit.*19.*Theoph.* §.1. *de inutilibus ſtipulat.* κομμέρκιον γὰρ ἐστιν ἡ τοῦ δυνάσθαι πραγματεύεσθαι ἢ ἐργάζεσθαι ἐξουσία, *l.* 1. §. *eam, ff. quæ res pign.* Nam quod Paulus negociandi cauſa dix.1, *l.* 12. *ſenatus, de contrah. empt.* Vlpian. in eodem verſans argumento, commercij & promercij nomine denotant, *l.* 41. *Cætera, de legat.* 1. Martianus & Alexander negociandi quoque verbo in eandem rem vtuntur, *l. vltim. ff. de damn. infect. l.* 2. *Cod. de ædif. priuat.* quod ipſum Græci interpretes πραγματείας χάριν, & ἐμπορίαν, & ἐπὶ τῷ πραγματεύεσθαι exposuerunt. lib. 10. Baſilicω̃n. FOR.

B

¶ GEPIDIS AD GALLIAS DESTINATIS, Theod. Rex. XI.

Super eodem.

FVerat ' quidem diſpoſitionis noſtræ, vt vobis 1 iter agentibus annonas iuberemus expendi: ſed ne ſpecies ipſæ aut corruptè, aut difficile præberentur, in auro vobis tres Solidos per hebdomadam eligimus deſtinare: vt & manſiones vobis, prout herbarum copia ſuppetit, ' poſſitis eligere, & quod vobis eſt ' aptum magis, emere debeatis. Nam & poſſeſſorem hæreres occurrere facit, ſi vos neceſſaria comparare cognoſcit. Mouete ' feliciter, ite moderati. Tale ſit iter veſtrum, " quale decet eſſe, qui laborant pro ſalute cunctorum.

' quidam

C

' poſitis

' aptum

' fideliter

" Al *quale debet.* FOR.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Iter agentibus.*] *l.*1. *ff. de furti aduerſ. naut. caup. ſtab. l.* 5. *C. de metat. & epidem.* Quo tamen in loco *inter agens*, vir doctus reſtituit. FOR.

¶ * 1 THEOBALDO VIRO ILLVSTRI, Theod. Rex. XII.

" Al. *Theodahado.*

Quod reſtituat poſſeſſionem inuaſam ab hominibus ſuis, ad quos transfuſa fuerit gratia principali.

SI iuſtitiam colere vniuerſos & amare præcipimus, quantò magis eos, qui noſtra proximitate gloriantur? quos omnia decet ſub laude gerere, vt regiæ poſſint fulgorem conſanguinitatis oſtendere. Hæc eſt enim indubitata nobilitas, quæ moribus probatur ornata. Quia pulchrum eſt commodum famæ, fœda neglexiſſe lucra pecuniæ. Argolici itaque viri illuſtris, & Amandiani viri clariſſimi hæredes, ſupplici nobis aditione conquesti ſunt, Palentianam maſſam, quam eis pro compenſatione largitas noſtra transfuderat, vt caſæ Arbitanæ ' amiſſionem hac commoditate ſolarentur, ab hominibus veſtris, nullis cauſis extantibus, indecenter inuaſam: & inde " creuiſſe culpandæ ſurreptionis vitium, vnde dari debuit glorioſæ moderationis exemplum. Quapropter ſi 2 nullo ' mendacio aſſerta vitiantur, magnitudo veſtra, quæ ſunt ablata, reſtituat: & ſi quid vobis creditis poſſe competere, ad Comitatum noſtrum 3 inſtructam iure perſonam modis omnibus deſtinate: vt ciuiliter ' plantata concertatio finem de legibus ſortiatur. Ibi enim quidquid geritur, inuidiæ tuæ potiùs applicatur: & maiora detrimenta famæ ſuſcipis, dum talia non vitare contendis, ' hîc autem confligunt cauſæ * iuribus ſuis, & ſine derogatione ' qualibet mediocris additur, quando iuſtitia teſte ſuperatur.

Lis de inuaſo prædio ad Comitatum reuocata. Nobilitas morum.

D

' amiſſione

" Al. *creuiſſe culpandum.* FOR.

' mandato

E

' placata

' hinc

* Forte viribus

' quilibet FOR.

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Theobalds.*] Is poſtea rex fuit epiſt. 39. lib. ſuperioris. FOR.

¶ * 2 *Nullo mendacio.*] Tranſlatiuum reſcriptorum principalium caput. *Si preces veritate nitantur. ſup. l.* 2. *epiſt.* 28. FOR.

¶ * 3 *Inſtructam perſonam.*] Id eſt, procurator *ſup. lib.* 4. *epiſt.* 44. FOR.

¶ EVTROPIO ET AGRETIO, Theod. Rex. XIII.

F

De annona exercitus, ne prouincia in eius directione grauetur.

STudium veſtrum Reip. grata mente debetis impendere, quia nos agnouiſtis benemeritis multa præſtare. Nam pietatis mutuò viciſſitudinem pollicemur, cùm tamen pro vobis omnia iubeamus. Atque ideò præſenti iuſſione vos ' credidimus admonendos, vt annonas conſtitutas, exercitui præbere debeatis: quatenus nec illi negligantur aduerſo voto, nec prouinciales perniciosa debeat grauare ' direptio. Commodiùs enim ſub expenſarum lege tenetur exercitus, quàm ſi cuncta fuerit vaſtare permiſſus. Ignorat modum ſeruare præſumptio, nec poteſt ſub modo redigi, cui licentia fuerit viſa concedi. Quapropter conſequatur exercitus alimoniam deputatam, ne qua pars prædictam poſſit ſuſtinere ' moleſtiam.

' credimus

Annona exercitus.

' directio

* violentiâ FOR.

G

¶ SEVERIANO V. I. THEOD. REX. XIV.

Iudex ad tributorum æquationem delegatus.

IVſtitiæ ratio perſuadet, excedentes reprimere: vt ad cunctos poſſit quietis ſuauitas peruenire. Nam quemadmodum ' æquabilitas agitur, ' ſi vires ' mediocrium conſurgere non ſinantur? Prouincialium itaque noſtrorum ſæpiùs querela comperimus, poſſeſſores idoneos Suauiæ non ſolùm * cauſarum ſuarum tributariam functionem in tenuem ' reliſiſſe fortunam, verumetiam ſcelerato commercio aliquid exinde ſuis poſſit applicare * compendiis vt functio publica commoditas ſit priuata. Hoc quidem per plurimos deſiderauimus corrigi, ſed hactenus in tuam laudem, videtur potuiſſe differri: quatenus fides haberetur acceptior. Quando poſt multos ' neglectus ſtudium veſtrum efficaciſſimè comprobatis. Atque ideò prudentia, qua notus es, vniuerſum poſſeſſorem conſiderata iuſtitia te iubemus inſpicere, & " æquabilitatem tributi hac ratione moderari, vt quæ ſub aliis facta eſt omnium redemptione caſſata, pro poſſeſſionum ' atque hominum qualitate aſſis publicus imponatur. Sic enim & iuſtitia perficitur, & vires noſtrorum prouincialium ſubleuantur. Eos autem, quos ſine iuſſione noſtra cenſum impoſuiſſe conſtiterit, & pro libito ſuo quorundam onera in alios proiecerunt, legum ſeueritas inſequatur: vt omnia illis detrimenta ſarciant, quibus incompetenter damna fecerunt. ' Illud quoque præcipimus inquirendum, vt inter Defenſores, Curiales & Poſſeſſores illatorum ratio ' veſtigetur: & quicquid ab octaua Indictione nuper exempta, ſuper tributarium ſolidum ſe poſſeſſor probauerit intuliſſe, nec noſtro ærario conſtat illatum, aut in expenſis neceſſariis, quæ in prouincia

' æquabili

' ſed

' mediocrum

* caſarū

' reliquiſſe

al. *reſiliſſe.* FOR.

* voliratibus

' negligentes

H

" Al. *æqualitatem.* FOR.

' &

' ſis

' inueſtigetur

A

uincia factæ ſunt, iuſta ratione non elauerit erogatum; inqua præſumptio modis omnibus corrigatur. Hanc quoque partem non æſtimes negligendam, vt ſi hoc, quod tabularius à cubiculo ᶜ noſtro ſuſcepit, rationabiliter nun docetur expenſum, ab iniuſto ᵈ detentore reddatur. Quid enim tam abſurdum, niſi vt liberalitas noſtra quam vniuerſis proficere volumus, nunc à paucis furtiuo compendio opprimatur? Iudices quoque prouinciæ vel Curiales atque Defenſores tam de curſu, quàm de aliis rebus, illicita dicuntur poſſeſſoribus irrogare diſpendia. Quod te perquirere, & ſub ratione ᵉ iegum emendare cenſemus. Antiqui Barbari, qui Romanis mulieribus ᶠ elegerint nuptiali fœdere ſociari, quolibet titulo prædia ᵍ quæſiuerint, fiſcum poſſeſſi ceſpitis perſoluere, ac ſuper ʰ indictitiis oneribus parere cogantur. Iudex verò Romanus propter expenſas prouincialium, quæ grauare paupetes ſuggeruntur, per annum in vnum quodque municipium ſemel accedat: cui non amplius, quàm triduanæ præbeantur annonæ: ſicut legum cauta tribuerunt. Maiores enim ⁱ noſtri diſcurſus iudicum non oneri, ſed compendio prouincialibus eſſe voluerunt. Domeſtici Comitis Gothorum, nec non & Vicedomini aliqua dicuntur prouincialibus continuatis terroribus abſtuliſſe. Quibus * iuſtitia veſtra in ᵏ examinationem deductis quidquid ſuper hac parte inique geſtum eſſe cognouerit, amotis dilationibus, legaliter ordinabit. ˡ His ergo ac talibus, quæ ad vtilitatem publicam vel prouinciales pertinent, ſub omni ratione diſcuſſis, ea te per omnia volumus agere, quæ noſtræ manſuetudini non debeant diſplicere. Illud ſanè prouidentia noſtra reſpexit, vt omnibus à te ſollicita atque æquabili indagatione compertis, 1 polyptitcis iubeantur adſcribi. Quatenus & teſtimonia fidei veſtræ clareant & nulla poſt ᵐ hac, quæ 2 abrogari volumus, ſemina fraudis iterentur.

Tabularius. ᶜ Nô noſtro. For. ᵈ retentatore al. detentatore For. ᵉ regum *Indictitia onera* ᶠ elegerint ᵍ quæſiuerint ʰ indictis

B

ⁱ veſtri diſcurſû *Iudicum commeſationes.* * inſtãtia noſtra. For. ᵏ examinatione ˡ his ᵐ hæc

NOTÆ VARIORVM.

C

§ a *Polyptiicis*] Infrà hoc lib. epiſt. 36. & 39. Andr. Alciatus *lib.* 2 *cap.* 26. *parerg.* Greg. *lib.* 7. *epiſt.* 40. & *lib.* 12. *epiſt* 30. For.

§ b *Quia abrogari volumus ſemina fraudis.*] Ob eam olim cauſam tabulæ tributorum publicitus incidebantur. cent. 6. cap. 34. & 40. cent. 1. cap. 71. For.

¶ VNIVERSIS POSSESS. IN SVAVIA conſtitutis Theod. Rex. xv.

Super eodem.

LIcet cunctis laborantibus Comitatus noſter concedat, Deo auxiliante, iuſtitiam: & hinc remedia ſubiectis ad reliquas regni partes, quaſi à viuo fonte deſcendant: tamen frequenti aditione permoti ingenuſa pietate reperimus, & æquitatem vobis concedere, & fatigationem longi itineris abrogare. Quia dulciora ſunt beneficia, quæ nullis difficultatibus obtinentur. Miſimus itaque illuſtrem & magnificum Seuerinum noſtris inſtitutionibus eruditum, vt hoc apud vos gereret, quod nobis ſemper placuiſſe cognouit. Vidit enim ᵃ quam honorabilis apud nos iuſtus ᵇ habeatur, quemadmodum bonis actibus clementia noſtræ ſerenitatis arrideat. Exercet profectò, quod nos gratanter æſtimat accipere; nec poteſt amari rapacitas, ᶜ continenti principi nulla ᵈ redemptione placitura. Præſumenter ergo conueniat ad eum læſorum tumultus & ſperet remedium ᵉ qualibet preſſus iniuria. Difficultatem vobis querelæ ſubmouemus, dum in ipſis cunabilibus ſcelera commiſſa reſecantur: ſine aliqua formidine, alieni tributi ſarcina grauatus exclamet acceptturus remedium, quod de legibus habet. Sic enim confidimus: quia per eos, quos inſtituta noſtra componunt, ᶠ innocentibus detrimenta non veniant. Qualia verò pro quiete veſtra, vel æqualitate tributorum diſponenda cenſuimus,

Comitatus iuſtitia.

D

Delegatus iudex. ᵃ quemadmodum ᵇ habebatur *Rapacitas non placet Principi abſtinêti.* ᶜ incontinenti ᵈ ratione For. *Punienda infantia criminum* ᵉ quilibet ᶠ innocentibus

E

ſ oracula noſtra, quæ dedimus ad ſupradictum virum illuſtrem Seuerinum, vulgata declarabunt: vt vnuſquiſque vnde ſupplicare debeat, euidenter agnoſcat.

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Oracula*] *lib.* 1. *Cod. Theod. de rei vindic.* & *l.* 11 *de Epiſc. aud.* & *l.* 1. *ſi per obrept.* & *l.* 5. *de hæret. l.* 18. *de med. cod.* Superba principum de ſe ipſis oratio: qualis illa, *ad orationis æternitatem noſtram, l.* 3. *Cod Theod de fabricen. l.* 2. *C. eod.* Sed nec ferenda iſta, *noſtris altaribus ſuggeſtio offerebatur. l. vlt. de relationibus, C. Theod* Nouell. *Authent. de mulier. quæ ſe ſeru. Valentin. Nouel.* 1. *de teſtam. l.* 8 *quicunque, C. Theod. numen noſtrum, l. vn. C. Theo. de imagin:b.* quaſi non mortali hominum conditione ac lege, ſed ſingulari diuinoque iure Imperatores cenſeantur. For.

¶ 1 ABVNDANTIO * PRÆPOSITO Theod. Rex. xvi.

Committitur procuratio ad faciendos dromones.

*Præf. prætorio F

QVamuis vtilia Reipub. noſtra ſemper conſuetudine cenſeamus: & ob id omnibus poſſint eſſe gratiſſima, quæ iubemus, quia cunctis profutura noſcuntur; tractandum tamen eſt, vt principis deſiderium nulli exiſtere debeat oneroſum. Nam & ſi præclarè cogitata non bene agantur, ingrata ſunt: illum autem ſolummodo perfectum dicitur, quod de voluntate ſimul & actione laudatur. Cum noſtrum igitur animum frequens cura pulſaret, naues Italiam non habere, vbi tanta lignorum copia ſuffragatur, vt aliis quoque prouinciis expetita tranſmittat, Deo nobis inſpirante decreuimus, 2 mille interim dromones fabricandos aſſumere. Qui & frumenta publica poſſint conuehere, & aduerſis nauibus, ſi neceſſe fuerit, obuiare. Sed tantæ rei ᵃ quem deſideramus effectum, magnitudinis veſtræ ſolicitudine credimus eſſe procurandum. Idtoque per cunctam Italiam directis artificibus apta operi ligna perquire. Et ſicubi cupreſſos aut ᵇ pinos repereris in vicinitate litoris, dato competenti pretio dominis conſulatur. Hæc enim tantum ſunt quæ ad taxationem veniunt. Cætera vilitate ſui non indigent æſtimari. Sed ne prouiſio noſtra in mediis conatibus deſerta langueſcat, nautarum te iubemus ᶜᶜ ſub moderatione iam nunc competentem numerum, ᶜ deitate iuuante, procurare. Etſi is qui nobis neceſſarius æſtimatur, ſeruus fuerit alienus, aut conducat eum claſſibus ſeruiturum, aut ſi hoc ipſe magis elegerit, accepto ᵈ pretio rationabili publico cedat ſui iura dominij. Si verò libertate gaudet electus, qui nos Solidos ᵉ Donatiuum, & Annonam ſe nouerit accipere competentem. Eo modo & illi tractandi ſunt, qui à ſuis dominis exuuntur: quando libertatis genus eſt, ſeruire rectori. Frequenter enim laborum impatientes exiſtunt, quibus diſtricti domini colla preſſerunt: ita tamen, vt ſupradicti nautæ * 3 curatum & nomine pro hominum qualitate, binos aut trinos ſolidos, ᶠ à noſtra debeant ſede percipere: quatenus vnuſquiſque cum fuerit admonitus, paratus debeat inueniri. Piſcatores verò non iubemus in hac definitione concludi, quia dolenter amittitur, qui ad procurandas delitias poſſidetur. Quando & altera conſuetudo eſt ventis ſæuientibus occurrere, & litora piſcoſa ſulcare.

Perfectū quid. *Dromones naues ædific.* ᵃ quam G *Cupreſſi, pini.* ᵇ pinos *Nautæ ſeruum emptum reddere pretio* ᶜᶜ V *ſub hac moderа.* For ᶜ diuini ᵈ tempore *Donatiuum & Annona.* ᵉ donatiuum H * arrarū ᶠ veſtra *Piſcatores.*

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Abundantio præpoſito*] error natus ex notarum compendio hoc P. P. legendum enim: *Abund. Præfecto Prætorio*, vt diſertè ſcriptum eſt epiſt. 19. & 20. infrà lib. 5. For.

§ 2 *Mille dromones*] de quibus ſuprà lib. 2. epiſt. 31. For.

§ 3 *Curarum nomine*] ſcribe ex vet. *arrarum nomine.*

Dromonta

A Dromones naues ſunt, vt Ethicus Hiſter ſcribit lib. 5. harum vt ad rem frumentariam aptarum meminit hîc Caſſiod. à quibus & dromonarij, nauicularij dicti. Et Procopius *libro 3. de bello Gotthico*: Iſidor. *lib. 19. Etymol. cap. 1.* Dromones longas naues vocat: quæ quoniam fugæ curſuique opportuniores ſunt, *ἀπὸ τοῦ δρόμου* dictæ videntur, quaſi curſuariæ. Iul. Pollux Onomaſt. ad Commod. Imp. holcadas vocauit: Fulgentius verò *δρομάδιον*, lembum: ſed & Moſchopulo *θωνάκιον*: vſitata etiam nautis Ligerim noſtrum accolentibus voce, *Thoné*, *ἀπὸ τοῦ θεῖν*. Fluminum alueos concludere: & curſus. For.

§ ABVNDANTIO * PRÆPOSITO THEOD. Rex. XVII.

De celeri profectione dromonum.

** Præfecto prætorio. For.*

B *Spes tædium laboris aufert.* ' affectus

ALacriter incumbendum eſt inchoatis, cum iam vicinitas perfectionis arriſerit: quando ſpes ' effectus tædium laboris excludit: & magnum genus incitamenti, credere deſiderata compleri. Dudum igitur magnitudini veſtræ, ex italiæ litoribus officis iuſſimus præparare nautarum, vt dromones quos induſtria fabricare ' valuiſſet manus remigum prouiſa ſuſciperet. Sed tu iudicio noſtro, electionique reſpondens, oſtendiſti quam fuerit indubitata perfectio, efficaciſſimis imperaſſe, quod quæritur. ' Renuntias illico completum, quod vix credi poterat inchoatum. Vt pene quanta velocitate nauigari ſolet, constructio ' nauium tanta ſit celeritate completa. Nec ſolum verba narrata ſunt: obtuliſti oculis noſtris ſubito claſſeam ſyluam; hominum domos aquatiles, exercituales pedes, qui nullo labore deficiant, ſed inconcuſſos homines ad deſtinata perducant: Trireme vehiculum, remorum tantum numerum ' prodens, ſed hominum facies diligenter abſcondens. Hoc primum inſtituiſſe legimus Argonautas. Quod ' & armatis aptum, & congruum probatur eſſe commerciis: vt peregrinas claſſes optamus aſpicere, nunc mittamus aliis prouinciis & terrorem pariter & decorem. Ornaſti Rempub. tua inſtitutione reparatam non habet quod nobis Græcus imputet, aut Afer inſultet. Illud apud nos inuidi vigere reſpiciunt, vnde illi permagna pretia ſua vota complebant. Nunc prædictis rebus armamenta * procura, vela præcipuè alas nauium facientia, ' linum volatile, quidam ſpiritus currentium carinarum, prænuntia mercium, auxilia quieta nautarum quorum, beneficio conficiunt otioſi, quod à celerrimis auibus vix probatur impleri. Hoc Iſis rati prima ſuſpendit, cum per maria ' Apocbran filium ſuum audaci fœmina pietate perquireret. Ita dum materna caritas ſuum deſiderium feſtinat explere, ' Mundo viſa eſt ignota reſerare. Atque ideo diuino ' nobis auxilio ſuffragante, cuius virtutis eſt hominum vota perficere, ' proxima die Iduum Iuniarum ad vrbem Rauennatem congregatio nauium cuncta ' conueniat: quatenus res de vicino fine ' gaudentes, ad pleniſſimum perducantur effectum. Sed quoniam dromonum numerum iuuante Deo, cupimus ampliari, ſi qua ligna fabricis eorum neceſſaria per vtramque Padi ripam potuerint inueniri, nullo obſiſtente iubemus abſcindi. Quia ſine præiudicio dominorū, operi tantum præſenti volumus ' iniuncta concedi. Mittat Padus noſter indigenas pelago naues, & 1 abies quæ fluentis amnicis nutrita ſurrexit, marinarum ſuperare cumulos diſcat vndarum. Illud etiam magnopere credimus amputandum, quod veſtra fieri ' ſuggeſtione comperimus, ne quia in fluminibus nauigeris diuerſis territoriis meantibus, id eſt in Mincio, Ollio, Auxere, Arno, Tiberi, audeat fluminum alueos piſcandi ſtudio turpiſſima ſæpè concludere: & quæ ſunt præſumpta protinus auferantur. Pateat amnis in nauium curſus: ſufficiat humano deſiderio conſuetis artibus delitias quærere, non artificio ruſtico 2 libertatem fluminis impedire. Ne, quod dici nefas eſt, vtilitati publicæ voluptas priuata obſtitiſſe videatur.

Dromones. ' voluiſſet ' Renuntias illic *Nauium vſus.* ' nauigii ' proderis

C *Argonautæ.* ' etiam

Velorum origo. * procurate ' lignum *Iſis.* ' Apocran ' mundi ' nos ' proximo ' prouenit

D ' gaudenter *Padus.* ' inuenta *Abies.* ' iuſſione *Ne impediatur à piſcatoribus nauigatio.*

E

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Abies.*] Virgil. 2. Georg. —*caſus abies viſura marinos.* For.

¶ 2 *Libertatem fluminis impedire.* Prodita ſunt in hanc rem à Prætoribus interdicta, ne impediatur nauigatio: *Ne quid in flumine publico, ripáve eius facias: Ne quid in flumine publico, néve in ripa eius immittas, quo ſtatio itérve nauigio deterior ſit fiat, l. 1. ff de fluminibus.* Item, *vt in flumine publico nauigare liceat, lib. 43. tit. 13. & 14. Pandect.* Sed & veterum Prætorum de retandis fluminibus locandis edicta refert & interpretatur Aulus Gel. *lib. 11. cap. 17.* Cui reſpondet inſtitutum Ligerim aluei purgandi: quod Aurelianenſes accolæ, *baliZer la riuiere de Loire.* For.

F

VVILIÆ V. I. COMITI PATRIMONII Theod. Rex. XVIII.

Iteratur mandatum ad inueniendos artifices pro nauibus conſtruendis.

VTilitas publica ſicut ad conſeruationem reſpicit omnium, ita debet perfici ſtudio ' ac labore cunctorum. Quia magnæ laudis occaſio eſt, ſi in ea cauſa communi aliquod ſingulariter videatur impleri. Facit enim ' vnde commendetur & reliquis, qui tamen & ſibi ſe profuiſſe cognoſcit. Pridem igitur nos iuſſiſſe meminiſti, vt per domum noſtram nauigandi quærerentur artifices. Quos, Deo auxiliante, prouiſos ad ' Rauennatem vrbem die Iduum Iuniarum præcipimus incunctanter occurrere: vt aduentus eorum conſtructioni nauium opportunè videatur offerri. Ne res diuiſæ generare ſibi videantur aliquam tarditatem: & parum ſit vnam perficere, niſi contingat vtramque procurare. Si qua etiam per ripam fluminis Padi ligna, fabricandis apta dromonibus in prædiis regalibus potuerint inueniri, ' artificibus huic operi à magnifico viro Abundantio Præfecto ' Prætorio deputatis, abſcindendi ſit permiſſa licentia. Volumus enim hoc exemplum à noſtris prædiis inchoare: vt nulli grauis ſit iuſſio, quæ conſtringit & principem.

Ligna in naues cædantur. ' & *Publica vtilitas curanda ſingulis.* ' vt inde *Nauigandi artifices.* ' Rauennatis

G ' ab artificibus ' Prætorij

NOTÆ VARIORVM.

Dignâ principe ſententiâ clauditur hæc formula. *Volumus hoc exemplum à noſtris prædiis inchoare, vt nulli grauior ſit iuſſio quæ conſtringit & principem, l. 4. C. de legib.* Legem ſtatuentes legi ſe ſubiicere debet. Seneca *de legumlatoribus, epiſt. 91.* Auſonius *ex Pittaco, Pareto legi quiſquis legem ſanxeris.* Quamuis princeps ſit ſolutus legibus, *l. princeps. ff. de legib.* Dion. *lib. 53.* *λέλυται δὲ τῶν νόμων*, inquit, *αὐτὸς ἑαυτόν, ἐκ τῶν ἀναγκαίων νομίμων εἶναι καὶ οὐδενὶ γεγραμμένων ἐνέχεσθαι.* Quare Theodahadus rex inſtâ lib. 10. epiſt. 16. *Cum poſſimus*, inquit, *omnia, ſola nobis credimus licere laudanda.* For.

H

§ GVDINANDO SAIONI THEOD. REX. XIX.

Mandatur vt nautas ordinatos ad vrbem Rauennam faciat properare.

MAiora ſibi facit credi, quiſquis efficaciter iniuncta peregerit. Quia indubitanter illi aliquid committitur, qui optime comprobatur: & honeſtum ſuffragium eſt ſecundi iudicij, documentum prioris. Atque ideò ordinatione magnificorum virorum Abundantij Præfecti ' Prætorio atque Vuiliæ Comitis Patrimonij, ad illam prouinciam te iubemus excurrere: vt tam de domo regia, quàm in locis aliis habitantes, ſe-

Negotia grauiora cui committenda. ' Prætorij

cundum

A

'Rauennatis

eundum priora præcepta prouiſos nautas ad vrbem ' Rauennatem die Iduum Iuniarum, Deo auxiliante, feſtinare compellas. Quatenus nulla tarditas tam præclaris iuſſionibus afferatur. Caue ergo, ne te venalitas maculet, aut neglectus ' turpis inuoluat: & tam magnæ rei ſupra te ' ruentis pondere ' comprimaris, ſi tantis ac talibus rebus impar extiteris.

'téporum 'ineuntis 'opprimaris

¶ AVILFO SAIONI THEOD. REX. xx.

Quod ſecundum ordinationem præfectorum ligna pro fabricandis dromonibus apta facias procurari.

Ligna in exſtruendos Dromones.

PEr vtramque ripam Padi reperiri ligna comperimus, fabricandis apta dromonibus. Ideóque tibi præſenti iuſſione delegamus, vt ſecundum ordinationem magnificorum virorum Abundantij Præfecti ' Prætorio atque Vuiliæ Comitis Patrimonij ad loca deſignata cum artificibus incunctanter accedas: & ſiue in domo regis, ſeu in priuata reperta fuerint, ſine aliqua ' facies tarditate procurari. Quia nulli graue credimus præbere quod Deo auxiliante pro communi vtilitate præparatur. Verùm ita volumus te iniuncta perſgere, vt nihil ad lædendum poſſeſſorem ſtudioſè videatur inquiri, ſed tantùm quæ ſunt neceſſaria vtilitatis noſtræ cauſa præſumantur. Non exquiratur aliquid à domino, quod poſtea ' publico non dicatur acceptum. Ligna ſylueſtria iubemus cædi, non aliquid de alienis facultatibus violenter ' abſcidi. Talia nobis proſunt, qualia noſtros grauare non poſſunt. Quæ ſi cauſa præſcus non exquireret, ille ſe crederet non habere. In Mincio, Ollio, Auſere, Tiberi, & Arno, fluminibus comperimus quoſdam ſepibus curſum fluminis, quantum ad nauigandi ſtudium pertinet, inciſiſſe. Quod te volumus, ordinatione magnifici viri Abundantij Præfecti ' Prætorio, modis omnibus amputare, nec tale aliquid ' permittatis quemquam vltra præſumere: ſed [1] inuiolati aluei tractus nauium relinquatur excurſibus. Scimus enim retibus non ſepibus eſſe piſcandum. Nam hinc quoque deteſtabilis auiditas proditur: vt ſibi tanquam feſtinet includere, quantum ad multos poterat peruenire.

'prætorij

B

'facias

'publicè 'excidi *Ne nauigationis libertas impediatur.*

'prætorij 'permittatis. *Retibus,*

C

nõ ſepibus piſcandũ. prouerbium.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Inuiolati aluei tractus nauium relinquatur excurſibus.*] Retibus non ſepibus eſſe piſcandum, flumina purganda eſſe & Iureconſulti præcipiunt *lib.43. ff. tit. ne quid in flumine publ. l.vn.C.lib.10.tit.29.de Alexandrinis primatib.* Congruit enim huic loco quod Aul. quoque Gellius in veterum Prætorum edictis, quid ſignificet *flumina retanda, publicè redempta habere:* interpretatur purgare, à retis, id eſt arboribus quæ aut ripis fluminum eminerent, aut in alueis eorum extarent: appellata autem eſſe quaſi à retibus, quòd prætereuntes naues impedirent, & quaſi irretirent. Hæc ille *lib.11.c.17. noct. Attic.* Fon.

D

¶ CAPVANO V. S. THEOD. REX. xxi.

Confertur dignitas rectoris decuriarum, cui ineſſe perhibetur morum & virtutis ornatus.

Decuriarũ rector.

SI te tyronem noſtra iudicia delegiſſent, ſi ad examinis trutinam veniſſes incognitus, æſtimaremus monendum, quali te prudentia, ' quo decore tractares: ſed omnium crederis intelligentiam habere virtutum, qui exerceri meruiſti militia literarum. Æſtimas enim qua te debeas modeſtia continere, qui alieni negotij vitius es vota peregiſſe. Nam ſi te iudicis ſuſpicio ſæua terrigiſſet, laudando iuſtitiam ' leni ac penetrabili remedio eius animum corrigebas: obtinens ſuaui perſuaſione, quod ſuperiori non potuiſſes imponere. Quis ergo dubitet, illa te diligere, ' quæ conſtat voce publica ſuaſiſſe? Profeſſa bona non habentur ambigua, nec cuiuſquam acquieſcit ingenium, * vbi quod ipſe potuit ' emeritus proſequi, ab aliis tanquam rudis videatur edoceri. Prolati documenti fidem fieri, legitima voce poſcebas, ' examinans ſi retinerent incorruptam ſcrinia veritatem. [1] Iudex nunc exhibe quod ' te volebas apud alios obtinere. Age ne tua tibi obiiciatur oratio. Quia pondus eſt pudoris grauiſſimi, propria voce conuinci. Sume igitur, auctore Deo, Rectoratum Decuriarum, humanorum actuum veriſſimum teſtem, ſecuritatem poſſidentium, publicæ fidei ſplendidiſſimum templum. Vnde tantum tibi laudis acquiritur, ' quoniam eorum illic vtilitas incorrupta ſeruatur. Viuat tibi perpetuis ſæculis decedentium voluntas: tranſeant in poſteros iudicia parentum: ſcriniis tuis ſeruetur omnium quies. Alij honores habeant & terribiles ' faſces: tibi vitæ humanæ gratiſſimi videntur militare cuſtodes: ibi enim * ad ſolutiones ſunt hominum, ' vincla cauſarum, catheua litium, carcer furoris. De quo veriùs diceret vates Mantuanus, Clauduntur litis portæ, furor impius intus incluſus, fremit horridus ore cruento. Decuriales igitur, habita meritorum æſtimatione, diligito: quia non decet, tantæ Vrbis appellare, quod vile eſt: maioris etiam * naturæ cum fuerit neceſſe ſententia, factus tot patribus ſenior, tantis tacentibus vox Senatus. Vide quid dignitatis acceperis, vt inter tot eloquentes viros ſis dicendi primarius, quos etiam nobis profitemur eſſe venerandos. Aſſume ergo concedere quæ iubemus, præſtare quæ cedimus: vt illis aperias ianuas curiæ, quos noſtra electio aulam iuſſerit libertatis intrare.

'quali

Literariũ militiã.

'leui *Vis perſuadendi. Experta traditur.* 'quæ nos

E

* v. ve. 'emeritis

'examinis 'te tum

'quãtum *Renortaſtamentorum.*

Faſces. 'facies * abſolutiones. 'vincula

F

Virg.1. Æneid. Decurionum ſenatus. * natu vero

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Iudex nunc exhibe, quod te volebas apud alios obtinere.*] Notandum eſt collegium decurialium in vrbe Roma fuiſſe qui SC. acta, auctoritates Senatus excipiebant, perſcribebant, complebant, ſcrinia Senatus ſeruabant viri ſcribendi dicendique periti, quibus præfuit rector, quem iudicem auctor appellat, quoniam iudicabat inter decuriales & alios, ideo *l.1. C. de decurialibus,* ait eum qui velit cum decuriali agere, de auferendo priuilegio, & iure veteri conceſſo, iudicem decuriæ adire debere. Bros.

G

¶ SENATVI VRBIS R. THEOD. REX. xxii.

De collatione dignitatis facta ipſi Capuano.

LIcèt cautè ſemper eligendus ſit, qui vobis mittitur approbandus (quia ipſe magis traditur examini, cuius ſententia ' noſcitur prolata penſari) illas tamen prudentibus viris ſociari cupimus dignitates, quæ Romanis arcubus quaſi gemmæ nobiles affiguntur. Vbi enim ' digniùs eloquens, quàm in ciuitate proficiat literatum; vt ibi declaret meritum, vbi nutriuit ingenium. Aptum eſt omne bonum locis ſuis: & laudabilia quæque ſordeſcunt, niſi congrua ſede ponantur. Requirit pugna validas manus: deſiderat nauigium pectus animoſum: ſic ſcrinia veſtra fidele propoſitum: ſic Curia facunda diſertum. Multa ergo deliberatione penſandus eſſe creditur, qui quotidie noſtris ſenſibus offeratur. Capuanum igitur ſpectabilem virum æſtimatio noſtra reſpexit, qui Curiæ veſtræ ſententiam maioris natu auctoritate facundus ediceret, & Senatus ſcrinia conſcientiæ puritate ſeruaret: vt actus illos mundo celeberrimos ſua reddat integritate laudandos. Magnum munus eſt P. C. ad integritatem deligi. [Nec mediocriter probatur conſcientia, cui eſt veritas commiſſa ſæculorum.] Nam ſi prædicatur teſtis, qui in præſenti negotio vera dixerit: qua laude cenſeri ' poterit, qui cunctis temporibus certa tranſmittit? Sed quamuis alumni veſtri habeatis cuncta notiſſima, iuuat magis illa repetere, quæ omnium conſenſus poſſit agnoſcere.

Cãſtitati commendatio. 'cognoſcitur

'dignus

H

Bonũ ſuũ aptum locum. Scrinia.

'poteſt *Teſtis præſens.*

[A — electio — perſpicuitate — *Laus orationis.* — iis — videas — *Memoria.*]

agnoſcere. Adeſt ſemper electa quædam ſermonum gratia, blanditur auribus, mentem trahit, vtitur perſpicuitate facundiæ, qualem de pura conſcientia decet emanare. Eſt enim quoddam ſpeculum morum agentis oratio: nec maius poteſt eſſe mentis teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum. Nam vt eius propria deſcribamus, patiunt in ſimplicibus rebus linguæ retinacula: his eò tamen correctior cùm perorat: & hoc illi ad gratiam datum eſt prouidente natura, vt quem præ foribus hæſitantem videras eloquentem in certaminibus obſtupeſcas. Illa verò memoria, quæ Oratorum theſaurus iure vocitatur, tanta in eum firmitate conſedit, vt ſemel audita ſcripto apud eum putes eſſe recondita. [Magnum beneficium, obliuionis neſcire defectum: & quædam ſimilitudo verè cœleſtium eſt, tempore decurſa ſemper habere præſentia.] Quæ nunc ideò declaramus, vt cognoſcatis, ſubiectorum gratas nos habere virtutes, & iudicium noſtrum non per caſuale votum, ſed per electionis ſtudium doceamus eſſe conceptum. His ergo P. C. Capoanum bonis dotatum, à præſenti indictione Decuriarum Rectorem eſſe præcipimus, maioris etiam natu auctoritate ſubuehimus: vt qui ſe morum cana maturitate tractauit, quod eſt ampliſſimum reuerentiæ genus, in veſtro ordine ætatis honore gratuletur. Augebit eloquentiam officio meliore ditatus [Quoniam multo facundior eſt, qui ſententiam dictat, quàm ille qui ſupplicat] Libertas verba nutrit, metus autem copiam frequenter intercipit. Actus quoque ipſe longe diſſimilis: vt qui pridem aſſiſtebat etiam medioeribus humilibúſque fortunis, nunc introducat veſtræ Curiæ Conſulares.

[B — iis — præcepimus — *Morum cana maturitas.*]

ABVNDANTIO * PRÆPOSITO THEOD. Rex. xxiii.

Quod adminiſtretur annona ſagittariis directis ad exercitum.

[C — *Tamen al. Tocanen. — *Iuuenes oſtendant in bellu, quæ didicere in gymnaſiu.* — vt — oſtentãt — quid — ſolicitudini — credimus]

TAtanem * Saionem noſtrum cum ſagittariis ad illuſtrem virum Comitem Iulianum æſtimauimus eſſe dirigendum: vt maius ſumeret robur duplicatus exercitus. Oſtentent iuuenes noſtri bellis, quod in gymnaſio didicere virtutis. Schola martis mittat examina, pugnaturus ludo, qui ſe exercere conſueuit in otio. Atque ideò illuſtrem magnitudinem tuam, eis annonas & nauigia ſecundum conſuetudinem præbere cenſemus, quatenus iuuante Deo quo directi ſunt debeant peruenire. Veſtræ enim conſuetudini damus noſtrarum efficaciam iuſſionum. Quia nullatenus deſtitui poſſe creditur, quod, Deo iuuante, tuis ordinationibus inebuatur.

EPIPHANIO V. S. CONSVLARI Prouinciæ Dalmatiæ Theod. Rex. xxiv.

Vt faciat fiſci compendiis applicari, bona cuiuſdam mulieris quæ inteſtata deceſſerat nullis proximis derelictis.

[D — *Vxor mariti hæres.* — * quòd — legis — *Caduca fiſco cedunt.* — proximitas — facias — *Compendia iuſta nõ aſpernanda*]

IOanna Andreæ,* quondam iugali ſuo ſucceſſiſſe legis munere perhibetur: quæ inteſtata nullis exiſtentibus proximis luce dicitur eſſe priuata. Cuius ſubſtantia à diuerſis, nullo legitimo iure ſuffultis, vſurpatione voluntaria ſuggeritur poſſideri. Et quia 1 caduca bona fiſco noſtro competere, legum cauta decreuerunt, ideò te præſentibus oraculis admonemus, vt huius rei veritate diſcuſſa, ſi re vera, vt ad nos perlatum eſt, nullus ei aut teſtamento heres extitit, aut proximitatis iure ſucceſſit, fiſci noſtri eam facies compendiis aggregari. Quando innocentiæ noſtræ profeſſio eſt, iuſta compendia non negligere, apud quem calumnia nunquam locum potuit inuenire. Rogari enim in talibus cauſis, non fraudari principem decet. [Quia negligentiæ vitium eſt, præſumptiones relinquere, quas iura præcipiunt amputare. Si quid autem contra repereris, quietos dominos habere patiaris. Quia magis illa noſtra ſunt patrimonia, quæ à ſubiectis legitimè poſſidentur.

[E]

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Caduca bona fiſco noſtro competere.*] Ea iure, quo [illegible] principis fiſco cedunt, vt theſauri, vt vacantia bona, quæ hæredem non inueniunt, vel indignis relicta aut incapacibus auferuntur. Vlpian. *fragm. tit. 17. & 18. l. vn. C. de cad. toll.* Plinius *Panegyrico ad Traian.* ſup. lib. 6. epiſt. 1. For.

BACAVDÆ V. S. THEOD. REX. xxv.

Tribunatus perpetuus.

[F — *Senũ vita otium.*]

FEſſos annos munificentia noſtra corroborat: dum ætatem occiduam penuriæ non facit detrimenta ſentire. iuuenum ſiquidem virtus præſumptione laboris animatur: ſola ſenum vita eſt, quietis inueniſſe remedia. Atque ideò tua ſupplicatione permoti, deſignati tribunatus curam in Mediolanenſi vrbe diligentiſſimè peragendam, ad te decreuimus pertinere. ita vt, quod eſt in Reipub. militia nouum, donec vixeris numquam tibi ſucceſſorem tribuat cuiuſquam plectenda præſumptio. Quatenus in exhibendis voluptatibus officij huius cura manſuetudinis noſtræ beneficio iugiter perfruaris. Habens in vtroque quod tuam conſoletur ætatem, loci commodum, & lætitiam voluptatum.

VNIVERSIS GOTHIS PER PICENVM Et Samnium conſtitutis Theod. Rex. xxvi.

Conceditur cuidam tribunatus cura quoad vixerit.

[G — *Euocatur exercitus.* — noſtris — *Mortuo ſimilis qui à principe non noſcitur.* — *Noſſe eſſe principi.* — feſtinetis — *Militum tranſitus innocens.*]

QVamuis munificentia noſtra ſit omnibus vbique gratiſſima, multo tamen acceptiora credimus, quæ noſtri præſentia conferuntur. Quia maiora de conſpectu principis populi ſumunt, quam de largitate beneficia conſequuntur. Nam penè ſimilis eſt mortuo, qui à ſuo dominante neſcitur: nec ſub aliquo honore viuit, quem Regis ſui notitia non defendit. Et ideò præſenti iuſſione mandamus, vt octano iduum Iuniarum die, Deo auxiliante, ad præſentiam noſtram venire debeatis, qui ſolenniter regalia dona ſuſcipitis, ſi venire promtius feſtinatis. Illud tamen neceſſariò commonentes, vt venientium nullus prouenire poſſit exceſſus, 1 nec poſſeſſorum ſegetes aut prata vaſtetis. Sed ſub omni continentia properantes, de cuſtodita diſciplina grata nobis eſſe veſtra occurſio poſſit. Quia ideò exercituales gratanter ſubimus expenſas, vt ab armatis cuſtodiatur intacta ciuilitas.

[H]

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Nec poſſeſſorum ſegetes, nec prata vaſtetis.*] Tranſitus militum ſit innocens, néve fruges lædat. Itaque quod de iure ſeruitutis haſtæ tectæ illæſis fructibus ferendæ à Paulo ſcriptum eſt, *l. 7. qui ſella. D. de ſeru. ruſt. prad.* quidam tractum à regibus ſuſpicantur, qui extero exercitui commeare ditionis ſuæ regionem per aliquam permittunt. Vnde Lyſander Laconum dux apud Plutarchum videns Bœotos incertæ fidei quum per eorum agros tranſiret, ſciſcitatus eſt, vtrum tectis an inclinatis haſtis tranſiret, ſed ego potem Iureconſultum de priuato iure, non Imperatorio ſenſiſſe, *l. 13. item quæritur, §. exercitu, l. 15. ex conducto, verſ. exercitus præteriens per laſciuiam, ff. locat.* Idem Iuſtinianus. *Nouell. 130.* [illegible] conſtituerat: cuius auſpiciis ac legibus Beliſarius rexit exercitũ. Nam cùm militum quidam in agros diſcurrentes, fructus attingerẽt, eos ignominia notatos

conuocans,

A conuocans, ſic eſt allocutus: *Vim afferre, & ex alienis paſci turpe ſemper ac probroſum videtur, quod iniuſtum in ipſo feratur.* Auctor Procop. *lib.4. de bello Vandalico.* infr. lib. 12. epiſt. 5. For.

¶ GVDVIM SAIONI THEOD. REX. XXVII.

Vt adeant principem, qui ſingulis annis recipere donatiua præmia conſueuit.

Solennia & annua munera. CONſuetudine liberalitatis regiæ commonemur, vt Gothis noſtris debeamus 1 ſolennia dona largiri. Et ideò deuotio tua Millenarios prouinciæ Piceni & Sannij ſine aliqua dilatione commoneat, vt eos, qui annis ſingulis noſtræ manſuetudinis præmia ' conſequuntur, pro accipiendo donatiuo ad ' Comitatum faciat incunctanter incurrere. Quatenus qui bene nobis meriti fuerint, maiore munificentia gratulentur. Inculpabiliter enim neceſſe eſt viuat, qui ſuam præſentiam nouit principibus oſtendendam. Bonos enim laus, malos querela comitatur. Decet etiam nos ſub hac occaſione 2 ſingulorum facta perquirere: 3 vt nulli ' poſſit perire, quod facit in acie. Nam ſi ſemper conſuetudinarias res * expediret exercitus, virtutem non poteſt amare neglectus. Trepidus diſcat ad iudicem venire, qui ſe non meminit audacter aliquid egiſſe. Vt melius poſſit hoſtibus ' violentus inſurgere, qui noſtræ maluit imputationis vulnera declinare.

[Margin: ' Conſequuntur. ' Comitatum noſtrum. B *Donatiuum.* ' poſſint. * expiret al. expedicet. ' violēter]

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Solennia dona*] & annua munera, infra epiſt. 41. huius lib. 5. For.

¶ 2 *Singulorum facta perquirere.*] Idem tribuit Alexandro Mammeæ filio Lampridius. For.

¶ 3 *Vt nulli poſſit perire quod facit in acie.*] Regia munera hæc donatiua, præter ſtipendia conſueta militibus in præmium fortitudinis cedebant: nec temerè, neque paſſim omnibus citra delictum. Fuit ſub Iuſtiniano quæſtor præmiorum. Agathius *lib. 5. de bello Goth. in exercitu,* inquit, *nec ducis, nec præfecti munere fungebatur: nec miles quidem.* Quæſtor alioquin & regiæ pecuniæ cuſtos, haud tamen earum quæ militibus in ſtipendium pendebantur: Nam alteri erat hæc cura demandata: ſed quæ ex imperatoris ærario ad exercitum his & in præmium mittebantur, qui inſigne aliquod facinus in bello geſſiſſent. Qua ex re non obſcurus is erat, ſed præpotens factus, atque adeò vt arcanorum eſſet inter cæteros particeps, ita vt firmitatis tum plurimum & fidei principum vida viderentur habere, quum illi placerent: quod hic Caſſiodorus quoque ſubindicare videtur, dum ait, *ſingulorum facta, &c.* quaſi eſſet in caſtris quidam explorator induſtriæ & fortitudinis cuiuſque militum: cuius renuntiatio apud principem valeret ad militis ſtrenui commendationem. For.

C

D

CARINO V. I. THEOD. REX. XXVIII.

Euocatio illuſtris cuiuſdam viri ad præſentiam principis.

Euocatur miles. HAbent hoc glorioſum præiudicium bonarum merita perſonarum, vt otio torpeſcere non ſinantur, qui probis actionibus innoteſcunt. Et ideò tam deſiderio veſtro ſatisfacientes, quàm ' quod vos neceſſarios eſſe ' credidimus, iuſſis præſentibus euocamur. Quatenus & viris nobilibus obſequia noſtra decorentur, & quæ vtilia nobis credimus per te expedire poſſimus.

[Margin: ' quid ' credimus]

' NEVDI V. I. THEOD. REX. XXIX.

Quod amoueat imponentes ignota genera ſeruitutis.

Lis de ſtatu. MOuit nos quidem * Oceti fuſa precatio, ſed magis miſerabiliorem reddidit virum luminis ſui ademptus ornatus: quia neceſſe eſt, vt amplius permoueat viſa quam audita calamitas. Is enim perpetua nocte ſuperſtes ad remedia noſtra mutuati luminis beneficio feſtinauit: vt quem videre non poterat, ſaltem clementiæ ſuauitate ſentiret. Clamat enim ſibi * Gudila vel Oppane incognitam ſuo generi ' conditionem ſeruitutis imponi: cum pridem ſub libertate noſtros fuerit ſecutus exercitus. Mirati ſumus ' talem in famulatum trahi, qui à vero domino debuiſſet expelli. [Nouus ambitus, talem quærere, quem poſſis horrere: ſeruúmque dicere, cui debeas diuina conſideratione ſeruire.] Adiiciens ' enim huiuſmodi calumnias Pithiæ Comitis celebratæ opinionis viri ſibi examinationem ſummotam. Nunc autem infirmitatis ſuæ mole compreſſum, manu vindicare non poſſe, quæ patrona fortibus probatur aſſiſtere. Sed nos, quorum eſt proprium inter pares ac diſpares æquabilem iuſtitiam cuſtodire, præſenti iuſſione decernimus, vt ſi in iudicio ſupra memorati quondam Pithiæ ſe probauit ' ingenuum, calumniantes ' protinus * amouere. Nec audeant vlterius neceſſitatibus alienis illudere, quos ſemel conuictos decuerat ſua vota damnare.

[Margin: E. * Doceti *Cæcitas.* * Gudilia vel Apine. ' conditionem tamā. ' etiam ad huius. F *Æqualis iuſtitia.* ' ingenuū, ' penitus * amouenis]

' GVDVI VIRO SVBLIMI THEOD. REX. XXX.

Quod amoueantur ab omnibus qui lætantur beneficio libertatis.

Iudex delegatur. QVos doces eligimus, eis ſimul & æquitatis monumenta iure delegamus. Quia non tantum armis, quantum iudiciis nos effici cupimus clariores. ' Coſtula igitur atque Dacla cum, Deo propitio, Gothorum noſtrorum libertate lætentur, onera ſibi ſeruilia à vobis cauſantur iniungi: quæ nec ' ipſos deceat perpeti, ne cuiquam irrationabiliter ' fas ſit imponi. Quod ſi ita geſtum eſſe cognoſcis, ſine aliqua dilatione facias amoueri. Ne ad nos exinde vlterius querela reuocetur, & incipiat grauis eſſe animo noſtro in ' docem reuoluta cauſatio, quem magis oportet talia peragere, quæ nos delectet audire.

[Margin: ' Coſtolo. G ' Ipſas hic. ' duce]

¶ DECORATO VIRO DEVOTO THEOD. Rex. XXXI.

Vt compellat quoſdam pecuniam ſoluere poſtulatam, ſi re vera eos fortè conſtiterit debitores.

THomas vir clariſſimus ' inter Apuliam Calabriámque prouincias de Siliquatici titulo ' Indictionum octauæ, nonæ, vndecimæ, primæ, ſecundæ, & quintædecimæ, quas ad conductionem ſuam pertinuiſſe commemorat, nonnullos maximam pecuniæ quantitatem * redhibere conqueritur. Et quia vtilitatem publicam diuturna non conuenit ludificatione differri, ideo deuotio tua præſentia decreta ſuſcipiens, Marcum presbyterum, Andream & ' Simeonium, vel reliquos, quos breui ſubter annexus eloquitur, ſeruata in omnibus ciuilitate conueniat. Vt ſi eos non per calumniam, ſed manifeſtos re vera fiſco conſtiterit eſſe debitores, ' ſummáque rationabiliter poſtulatur, ſiue aliqua imminutione perſoluant. Prouidendum eſt enim, quæ ne ſpiritus contumacium perſonarum publicis rationibus aliquod videatur afferre diſpendium. Qui verò minus intentata cognoſcunt, ad iudicium competens te imminente conueniant: vt quod æquitati congruit, vtrarumque partium allegatione recognita, ſaluis legibus impleatur.

[Margin: ' intra *Siliquatici exactio ſiat.* H ' indictionis * reddere debere *Breuis.* ' Simoni ' ſummā]

A

¶ BLANDILÆ THEOD. REX. XXXII.

Committitur viro correctio vxoris, quæ in vxorem alterius nobilis manus iniecisse dicitur violentas.

Ratio de vxore marito mādata.

ADiit nos innumeris vicibus Patzenis repetita conqueſtio, qui cum eſſet in expeditione feliciſsima conſtitutus, à Procula coniuge ſua vxorem ſuam aſſerit trina fuiſſe cæde laceratam: ita vt ſolo beneficio deſperationis euaderet, cum non plagis feſſa, ſed iam crederetur extincta. Hanc nos, ſi tamen vera eſt, ' in fœmina quam maximè mirantes audaciam, tranſire non patimur impunitam. Atque ideò decretis te præſentibus admonemus, vt ſi factum euidenter agnoſcis, delatam querimoniam pudori tuo conſulens 1 maritali diſtrictione redarguas: quatenus ex eadem cauſa ad nos querela iuſta redeat, & legibus noueris reſecari poſſe, quod te oportuerat domeſtica diſtrictione corrigere. Quod ſi mendacium magis petitoris accuſans cauſam dicere fortaſſe volueris, ſummoto dilationis obſtaculo, ad Comitatum noſtrum cum ſupradicta coniuge tua incunctanter occurrere, ' excepturus aut de iniqua præſumptione vindictam, aut 2 de mulieris improbitate victoriam.

' infamia

Maritalis diſtrictio.

B

Comitatus princip.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Maritalis diſtrictio*] *l. vn. C. Theod. de emend. propinq.* Matronas proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſator publicus deeſſet, vt propinqui more maiorum de communi ſententia coërcerent auctor fuit Tiberius, Suetonius *in ipſius vita cap.* 35. For.

¶ 2 *De mulieris improbitate.*] Fœminis ad ſcelera vires eſſe ait Fabius Quintil. *declam.* 1. *l. vlt. Cod. Theod. ad leg. Corn. de ſicar.* mitior enim circa eas debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexus minus auſuras eſſe confidimus. For.

C

¶ VVILITANCHO DVCI THEOD. REX. XXXIII.

Mandat reſecari exceſſum illius, qui in vxorem alterius pro defenſione Reipublicæ exiſtentis proprio coniugio duxit ſociandam.

Adulterium ' *cōſtituto* ' *duduceret*

GRauis eſt Patzenis clementiæ noſtræ ſenſibus intimata conqueſtio: qui ſe in expeditione Gallica ' conſtituto, in eum Brandilam proſiluiſſe reſtatur exceſſum, vt vxorem eius Reginam, proprio ſociandam ' duceret eſſe coniugio: & in iniuriam noſtrorum temporum, 1 adulterium ſimulata matrimonij lege commiſſum fuit. Hæc nos, ſi vera ſunt, tranſire nequaquam patimur impunita. Nam quando affectus tutos quis habeat, ſi nunc ſceleri ſubiacebit, cum pro omnium ſalute pugnauerit? Reſpicite impudicæ gemenrium turturum caſtiſſimum genus: quod ſi à copula ſua fuerit caſu intercedente diuiſum, perpetua ſe abſtinentiæ lege conſtringit: gratiam coniunctionis non repetit, quam reliquit: fidem ſeruat, dum laudem pudoris ignorat: & moribus illudere deprehenditur, quod nulla viduitatis conuerſatione gloriatur. Mulierum ſe, proh dolor, vota continere nequeunt, quibus caſtitatem ratio perſuadet. ' pœna legis imponit, terror maritalis extorquet. Penetrant profectò mores, ſi nec illis comparari poſſunt, quæ ratione carentia temperantur. Et ideò ſublimitas tua impetitos ad ſuum faciat examen occurrere: & rerum veritate diſcuſſa, ſicut iura noſtra præcipiunt, in adulteros maritorum fauore ' reſecetur. Quia defenſorem Reipub. redire noluerunt, qui ſcelerata præſumptione coniuncti ſunt. Confundi ſine dubio deſiderauerunt omnia, qui tentauerunt legibus inimica. Sed meliùs eſt, ' 2 paucorum damno malorum corrigatur intentio. Quis omne matrimonium, quod abſit, incertum relinquitur, ſi in tanta reuerentia ſine aliquo terrore peccetur.

Turturū viduitas.

D

Mulierū pudicitia.

' pœnam legem imponunt

' reſecētur

Pœna adulteris.

' vt paucorum

NOTÆ VARIORVM.

E

¶ 1 *Adulterium ſimulata matrimonij lege commiſſum fuit. Hæc nos ſi vera ſunt tranſire nequaquam patimur impunita.*] Quæ fuerint olim adulterij pœnæ paucis demonſtrabo. Romuli lege, matrona eius culpæ rea, marito permiſſa cognatiſque, ij vel viſum mulctabant ac puniebant, etiam morte: etenim iure ipſo, mulier quæ iuxta ſacratas Romuli leges nupta, ita in manu viri, vt proles in patris. In eas quæ ſacris Bacchanalibus inceſtu vſæ, cognati maritique intra domos animaduerterunt, aiunt Liuius & Valerius. Vide Valer. Max. *lib.* 6. *cap.* 3. Plin. *lib.* 14. *cap.* 13. Tertul. *in Apolog. cap* 6. Præterea adulteræ domo exactæ & dote priuatæ, vt Plautus *in Amphitr.* indicat. Valer. *lib.* 8. *cap.* 11. Quod ſi mariti cognatique diſſimulabant, hoc eſt (vt cum Liuio loquar) idoneus in priuato ſupplicij exactor nemo erat, non rarò, publico iudicio, perſequebatur id crimen magiſtratus: & præſertim ædiles. Poſtea ſequuta eſt lex Iulia, quam tulit Auguſtus, qui adulteros morte aut fuga puniuit, ita vt capitale crimē eſſet, vt ex Arnobio *lib. iij.* & Saluian. *lib. vj.* conſtat. Quam adulterij pœnā tribuit priſcis Saxonibus Bonifacius Archiepiſcopus, epiſtola ad Ethelbaldum Anglorum regem. *In antiqua,* inquit, *Saxonia, vbi nulla Chriſti cognitio, ſi virgo in materna domo, vel maritata ſub coniuge ſit adulterata, manu propria ſtrangulatam cremant, aut cingulo tenus veſtibus abſciſſis flagellant eam caſtæ matronæ, & de villa in villam miſſæ occurrunt nouæ flagellantes & cultellis pungunt donec interimant.* Brōs.

F

¶ 2 *Paucorum damnatio.*] Statuerunt veteres, auctore in Cluentiana Cicerone, vt ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur: vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Hinc decimandi ordinis mos fuit, quod *Ἀναρίθμοι*[?] dicebant. Liuius *lib.* 2. *& lib* 28. Polybius *lib.* 6 Sueton. & Dion *in Auguſto:* Xiphilin. *in Galba:* Capitolin. *in Opilio Macrino:* Tertull. *ad Scapulam: decimanda Carthago.* Bene igitur cum paucorum ſupplicio reliqui ſapiunt ciues, exemplo alieni mali commonefacti, *l.* 16. *aut facta. ff. de pœn.* Gell. *l.* 16 *c.* 14. For.

G

¶ ABVNDANTIO * PRÆP. THEOD. REX. XXXIV.

* Præf. præp.

Quod compellat quendam contumacem debitorem ad ſoluendum abſque dilatione.

FRontoſum, ſui nominis reſtem, frequenti nobis inſinuatione ſuggeſtum eſt, pecuniæ publicæ ' decoxiſſe non minimam quantitatem, quem à diuerſis iudicibus fecimus iuſta examinatione perquiri: ' ne forſitan, vt aſſolet, eum non veritas, ſed infirmaret inuidia. Ille omnia confeſſus, reddere ſe poſſe conſtituit, ſi ei largæ præberentur induciæ: quibus frequenter ' euenire, immemor promiſsionis ſuæ, ad conſtituta ſemper imparatus occurrit. Fugere ' ſiquidem neſcius, ſed ſuæ ſponſionis ignarus: obliuioſus, cum relinquitur: trepidus, cum tenetur. Mutat verba, variat conſtituta: nec in vna die ' ſui qualitate contentus, diuerſis imaginibus immutatur. Meritò Chamæleonti beſtiæ conferendus, quæ paruorum ' ſerpentum formæ conſimilis, aureo iaotum capite, & reliquis membris ſubalbentis praſini colore diſtinguitur. Hæc ' quoties humanos aſpectus incurrerit, dum ei fugiendi velocitas denegatur, nimia timiditate confuſa, colores ſuos multifaria qualitate commutat: vt modo veneta, modo ' blattea, modo poſſit cyanea reperiri. Vnde mirum eſt, in vna ſuperficie tot diuerſa conſpicere. Quem non immeritò ' Pandiæ gemmæ dicimus eſſe conſimilem, in qua vnus ſe fulgor non poteſt continere: fluctuat aſpectibus tremulis, dū lapis tenetur immobilis. Nā quod modo videris, mox aliud ibi, ſi amplius intuearis, aduertis: ſic mutatum credis, quod neminē eripuiſſe cognoſcis. ' His permutationibus æſtimatis mens Frontoſi ſimillima reperitur. Quæ dicti ſui non habet fidem: quæ tot ' varietates continet, quot verba protulerit. Protei fabulis iure

' exoreſſe.

' non

' emerſia quidem

Debitoris fruſtratoris inconſtantia & vanitas

H

paratur. Chamæleon.

' ſuæ

' ſerpētiū

' quoties

' blactea

Pandia gemma.

' paridiæ

' iis

' veritates

Proteus.

ſociandus,

A

ſociandus, qui ſubito comprehenſus, ſubſtantiæ ſuæ formam omnimodis non habebat. Nam vt cælaret hominem, aut leo frendebat, aut ſibilabat anguis, aut in vndas liquidas ſoluebatur. Et quia ſic notus eſt, ' cum facies ad tuum venire iudicium, primum agito ne promittat: caue, ne conſtituat. Quia leuiſſimi animi mos eſt, polliceri facile, quæ non ' diſponit implere. Quicquid autem perſoluere conſiderata æquitate potuerit, conſtrictus ſine aliqua dilatione iam reddat. Quia poſt tot falſitates argutiæ ſuæ ' reputare poterit, quod ſe frequenter illuſiſſe cognoſcit.

' cum
Non temere promittendū.
' promiſerit
' imputare

¶ ' LVVIRIT COMITI ET AMPELIO Theod. Rex. xxxv.

Committitur correctio exceſſus quorundam, qui omiſſa cura Reipublica frumentum ad proprium commodum tranſtulerunt.

' Punio viro illuſt.

B

CVm pro incerti temporis euentu Romanas ædes inopia facie caſtigata pulſaret, & quamvis rara, tamen tam pulchræ ciuitati ' videretur eſſe fœdiſſima, æquum iudicamus Hiſpaniæ triticeas illi ' copias exhibere: vt antiquum vectigal ſub nobis ' felicior Roma reciperet. Iuſſis ſiquidem noſtris viri ſpectabilis Marciani laude digna ' ſeruiuit induſtria. Sed parum diligenter impleta ſunt, quæ conſtat optimè fuiſſe procurata. ' Hi enim, qui portanda ſuſceperant, moratum tædia non ferentes, deſtinatum frumentum in Africæ partibus pro ſuo dicuntur vendidiſſe compendio. Quod quamvis inultum minimè tranſire debuiſſet (vt amor proprij commodi, tot populorum ieiuna vota ſuſpenderet) tamen quia nobis inſitum eſt, culpas remittere, quas poſſumus cauta ordinatione corrigere Catellum & Seruandum viros ſtrenuos eſſe credidimus dirigendos. Vt quia naucleri ' ducentos octoginta Solidos in triticum, & in naulis ſeptingentos quinquaginta octo Solidos accepiſſe perhibentur, ſi apud vos facti veritas innoteſcit, in ' ſummam rationem collecta, ab eis ' mille triginta octo Solidorum quantitas inferatur. Vt qui vindictam remiſimus, damna minimè ſentiamus. In qua parte ita ſe ſublimitas veſtra diligenter impendat, vt & iuſtitiæ & publicis vtilitatibus ſatisfeciſſe videatur.

Pro frumēto vē diſtracta pecunia
' videtur
' copioſas
' felicium
' ſeruit
' Ij

C

' Iæxx
' ſumma ratione
' ſimul

¶ STARCEDIO V. S. THEOD. REX. xxxvi.

Quod eximatur debilis corpore ab expeditione bellica, vt in otio maneat optato.

COntinuatis laboribus attritum corpus debilitatem tibi cauſaria attuliſſe membrorum, vt qui ante bellicis fueras aptus inſignibus, nunc vel ad ocioſam vitam vix idoneus approberis, expetens, vt ad expeditiones feliciſſimas non cogaris, à quibus non voto, ſed neceſſitate ſubduceris. Atque ideò allegationibus tuis diutiùs perquiſitis, & ad rerum fidem deductis, ocium tibi non ignorabile præſenti iuſſione largimur. Quia non eſt ignauiæ culpa, ' quem excuſat miſeranda calamitas. Sed ſicut tibi remiſſam vitam concedimus, ita te donatiuo præſenti auctoritate priuamus. Quia non eſt æquum, vt cum de tuo cognoſcaris idoneus, rem laborantium accipere debeas ocioſus. Fruere igitur ſecura vita, aduerſorum inſidiis noſtro munimine liberatus. Nec aliquis tibi imputabit deſertoris opprobrium: quando illi ' quos contigerit à militia, morbi cauſa ſuſpendi; ex prioribus factis habendi ſunt iure reuerendi. 1 Nec enim dignus eſt à quoquam redargui, qui noſtro iudicio meretur abſolui.

Militi miſſio donatiuo abrogato donatiuo.

D

Calamitas excuſat ignauia culpā.
' quod
' illis

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Nec enim dignus eſt à quoquam redargui, qui noſtro iudicio meretur abſolui.*] Fas eſt maculoſas notas vitiatæ principi opinionis abſtergere. Sic *l.4.C.ad SC. Tertyllian.* ait maculas remitti imperiali beneficio, ſed tamen principis indulgentia quos liberet notat *l.2. C. de gener. abol.* cui addo locum Suetonij *in Claudio c.16.* Bros.

E

IVDÆIS MEDIOLANENSIBVS THEOD. Rex. xxxvii.

Conſeruantur iura quæ ad eorum pertinent Synagogam.

LIbenter annuimus, quæ ſine legum iniuria " poſtulantur, maximè cum pro ſeruanda ciuilitate nec illis ' ſunt neganda beneficia iuſtitiæ, qui adhuc in fide " cognoſcuntur errare. Atque ideò diſcant rerum bonarum ſuauiſſimum ſaporem: vt qui humanam iuſtitiam nituntur quærere, ' ſolicitiùs incipiant diuina iudicia cogitare. Proinde quoniam nonnullorum vos frequenter cauſamini præſumptione laceratos, & quæ ad Synagogam veſtram pertinent, perhibetis " iura reſcindi, opitulabitur vobis manſuetudinis noſtræ poſtulata ' tuitio. Quatenus nullus Eccleſiaſticus, quæ Synagogæ veſtræ iure cōpetunt, violentia intercedente peruadat, nec veſtris ſe cauſis importuna acerbitate permiſceat. Sed vt religionis ' cultuum, ita & actuum ſint conuerſatione diſcreti; hac tamen moderatione principalia auxilij beneficium concedentes, vt nec vos quod ad ' præfatæ Eccleſiæ ius vel religioſas * perſonas certè legibus pertinere conſtiterit, inciuiliter attrectare tentetis. Tricennalis autem humano generi patrona præſcriptio, eò quòd cunctis vobis iure ſeruabitur: nec conuentionalia vos irrationabiliter ' præcipimus ſuſtinere diſpendia: vt hac pietatis noſtræ defenſione munitî, petitio veſtra ab illicitis ſe liberatam gratuletur incommodis. Concedimus quidem, clementiæ noſtræ conſuetudine, quæ rogaſtis. Sed quid ' Iudæe ſupplicans temporalem quietem quæris, ſi æternam requiem inuenire non poſſis?

Iudæorū ſynagogæ ſecuritas

F

& tuitio.
" Al. *poſtulamur.* For.
' ſint
" Al. *noſcuntur.* For.
' ſolicitùs
" V. *iura reſcindi.* For.
' defenſio
Ne vllus Eccleſiaſticus ſynagogæ officiat.
' cultu
' dictæ
* cæteras perſonas For.

G

Tricennalis præſcriptio.
' præcepimus
Argutum in Iudæos aculeus.
' Iudæa,

¶ VNIVERSIS POSSESSORIBVS THEOD. Rex. xxxviii.

Vt arbores ædificiis obnoxiæ euellantur.

ADmonet nos formarum cura præcipua, vt quæ poſſunt noxiè creſcere, debeamus celeriùs amputare. Quatenus & ' ſoliditas aquæ ductus, Deo auxiliante, incorrupta ſeruetur, & vobis leue ſit opus, quod in teneris arboribus adhibetur. Nam quæ nunc virgulta ſunt, erunt, ſi negligantur, & robora. Iſta enim quæ modo facili auulſione ' dirimuntur, poſtea vix ſecuribus icta ſuccumbunt. Atque ideò ſociata debetis properatione contendere, vt præſenti diligentia futuri laboris euadatis incommoda. ' Hæc eſt enim * ciuilis euerſio, ſine oppugnatione ' diſſidium, aries, vt ita dixerim, fabricarum. Quapropter omnem ſyluam, quæ parietibus inimica conſurgit, de Rauennate forma iubemus radicitus amputari: vt 1 Signini ' Albei reparata conſtructio talem nobis deducat liquorem, qualem potuit à fontibus ' ſuſcipere puritatem. Tunc erit exhibitio decora thermarum, tunc piſcinæ vitreis fontibus fluctuabunt, tunc erit quæ ' diluat aqua, non inquinet: poſt quam lauari continuò non ſit neceſſe. Additur etiam, quod ſi ad potandum vnda ſuauis influxerit, omnia noſtro victui redduntur accepta. Quando humanæ vitæ nullus cibus gratus efficitur, vbi aquarum dulcium perſpicuitas non habetur. Nam ſi lauari cupimus puriſ-

' inſoliditas
Malis principiis obſtandū.
' diruuntur

H

' Hoc
* ciuilis
' deſiderium
Aries.
* alius
' recipere
Aquarū vtilitas.
' deluat
ἄχρηστον ὕδωρ.

A ſimis liquoribus, quantò magis ſatiati talibus feſtinamus? Quæ ſi nunc fatua tractentur, nulli labor facit tædium, qui ſumitur pro delectatione cunctorum.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Signum Albes*] fortè *vt ſing. alues*, videtur *ſignum alues*, legendum. Signini vt apud M. Tullium 7. *in Verrem*. in fine Briſſon. 1. par. For.

¶ AMPLIO ET LIVERIÆ THEOD. Rex. xxxix.

De reſecanda conſuetudine & prouincialibus ita componendis, vt à diualibus non deuient inſtitutis.

Occurritur exactionum

DEcet, prouincias regno noſtro, Deo auxiliante, ſubiectas, legibus & bonis moribus ordinari. Quia illa vita vere hominum eſt, quæ iuris ordine continetur. Nam belluarum ritus eſt, ſub caſu viuere: quæ dum rapiendi ambitu feruntur, improuiſa temeritate ſuccumbunt. Agrum ſuum denique a dumoſis ſentibus doctus purgat agricola quia laus excolentis eſt, ſi agreſte ſolum dulciſſimis fructibus amœnetur. Sic quies ſuauiſſima populi & tranquilla diſpoſitio regionum, præconium probatur eſſe regnantium. Multorum itaque querela comperimus, in prouincia Hiſpaniæ, quod ſummum inter mortales crimen eſt, 'vitas hominum vaga præſumptione populari, & leuium occaſione cauſarum ſubito multos interitum. Sic mala pace quaſi ludo corruunt, quanti vix potuiſſent cadere ſub neceſſitate bellorum. Dehinc * non polypticis publicis, vt moris eſt, ſed arbitrio compulſorum ſuggeruntur prouincialium ſubiacere fortunæ. Quod genus euidentis eſt prædæ, pro illius voluntate dare,' qui ad ſuum commodum amplius feſtinat ' exigere. Cui rei nos regali prouidentia ſuccurrere cupientes, ſublimitatem veſtram per vniuerſam Hiſpaniam loco muneris credimus ' deſtinandam. Vt ſubordinationis **, veſtræ nouitate inueteratæ poſſit conſuetudini nil licere. Verùm vt, more medicorum, ſæuioribus morbis accelerata remedia * tribuamus, inde curationis noſtræ fiat initium, vbi magis ' noſcitur eſſe periculum. Homicidij ſcelus legum iubemus auctoritate reſecari: ſed ' quantò vehementior pœna eſt, tantò eius rei debet inquiſitio plus haberi: ne amota vindictæ innocentes ' videantur vitæ pericula ſuſtinere: ' Pereant itaque ſoli nocentes, in correctione multorum: quando & hoc pietatis genus eſt, coërcere infantiam criminis, ne iuueneſcat augmentis. Exigentes verò aſſem publicum per grauamina ponderum, premere dicuntur patrimonia poſſeſſorum: vt non tam exactio, quàm præda eſſe videatur. Sed vt totius fraudis abrogetur occaſio, ad libram Cubiculi noſtri, quæ vobis in præſenti data eſt, vniuerſas functiones publicas iubemus inferri. Quid enim tam nefarium, quam præſumptoribus liceat in ipſa etiam trutinæ qualitate peccare? vt quod eſt iuſtitiæ propriè datum, hoc per fraudes ' noſcatur eſſe corruptum? Conductores domus regiæ, quacumque gente ſint editi, ad liquidum veritate diſcuſſa tantum decernimus ſoluere quantum noſtra prædia conſtiteris ' penſitare: Et ne cuiquam labor ſuus videatur ingratus, ſalaria eius pro qualitate locatæ rei, veſtra volumus æquitate conſtitui. Non enim noſtra, ſed illorum rura dicenda ſunt, ſi pro voluntate conducentis modus eueniat penſionis. Tranſmarinorum igitur canonem, vbi non parua fraus fieri vtilitatibus publicis intimatur, vos ' attentè iubemus exquirere; atque ſtatutum numerum pro ' iotium qualitate ' definire. Quia contra fraudes vtile remedium eſt, noſſe ' quod inferatur. Monetarios autem, quos ſpecialiter in vſum publicum conſtat inuentos, in priuatorum didicimus ' tranſiſſe compendium. Qua præſumptione ſublata, pro virium qualitate functionibus publicis applicentur. * Telonei quin etiam canonem nulla faciatis vſurpatione confundi. Sed modum rebus vtiliſſimum, quem præſtare ' debeat, imponentes, commerciandi licentiam æquabili ratione reuocate: ne ſe tendat in ' vagum ambitioſa enormitas exigentium. Actus præterea Læti, cuius conſcientia ſumma pulſatur inuidia, ſub conſueta nobis cenſemus æquitate perquiri. Vt nec fraus aſtutis machinationibus ' occulatur, nec innocentia falſis criminationibus ingrauetur. Quoſcunque verò in furtiuis actionibus ** repereris fuiſſe verſatos, pro fortunarum quantitate, ſuppreſſam reddant veſtra æſtimatione pecuniam. Quod ſi ** hæc per alios diſperiſſe conſtiterit, & illi nihilominus teneantur obnoxij, qui ſcientes paſſi ſunt in tali actione miſceri. Complices enim exiſtetunt criminis, qui non detexerunt facta raptoris 1 Præbendarum tenor aſcriptus, quem noſtra diuerſis largitur humanitas prouincialibus, ſuggeritur intolerabilis cauſa eſſe damnorum: quando & in ſpecies exigitur, & impudenter eius pretium poſtulatur. Deteſtabilis cupiditatis iſta ſunt documenta, competentia ſibi diſtrahere, & ad exigendi impudentiam mox redire. Quod nimis improbum, nimis videtur abſurdum, vt & noſtra conſtituta prætereant, & tributariorum, qui fouendi ſunt, videantur afflixiſſe ſubſtantiam. Sint igitur præfixo modo contenti, ſiue ibidem poſiti, ſiue hunc nihilominus deſtinati: habeant liberum arbitrium, vnum tantum de duobus expetere: dummodo ' geminata exactione fortunas alienas non debeant ingrauare. Exactorum quoque ' licentia fertur amplius a prouincialibus extorqueri, quam noſtro Cubiculo conſtat inferri. Quod diligenti examinatione diſcuſſum, ad hunc vos modum functiones publicas reuocare decernimus, ' quem Alarici atque Eurici temporibus conſtat illatas: 2 Parauedorum ' itaque ſubuectiones exigere, eos qui habent veredos adſcriptos, prouincialium querela comperimus: quod nullum penitus ſinatis præſumere, quando per turpiſſimos quæſtus & poſſeſſor atteritur, & commeantium celeritas impeditur. Villicorum quoque genus, quod ad damnoſam tuitionem querntur inuentum, tam de priuata poſſeſſione, quàm publica funditus volumus amoueri. Quia non eſt defenſio, quæ præſtatur inuitis: ſuſpectum eſt, quod patiuntur * 3 volentes. Nam hoc eſt reuera beneficium, ' ſi ſine murmure feratur acceptum. Seruitia igitur, quæ Gothis in ciuitate poſitis ſuperfluè præſtabantur, decernimus amoueri. Non enim decet, ab ingenuis famulatum quærere, quos miſimus pro libertate pugnare,

Margin notes (left): B aliorum fraudibus. — Cadit. ' vita — * pollicitis — ' quod exigere — deſtinandum — C ** Quidam libri habent noſtra. * conferimus, vt For. — ' esse — ' tantum — Grauioribus malis prius medendum. — ' videatur — ' Pereant — Exactores. — Libra principis Trutina. — ' videatur — D Conductores. — ' præſtare — Tranſmarinus canon. — ' attentè — ' iuris — ' diffinire — ' quod inferatur — Monetarij. — ' tranſiſſe — Telonei

Margin notes (right): E canon. * tholonei For. ' debeant ' vagum — ' occulcetur — Furta. ** Al. reperitis For. ' hoc — Conſcij furum & raptorũ. — Præbēda. — F — ' examinata licētiam For. — ' quam Veredi. Parauedi. ' atque ſubuectiones — G Villicorũ tuitio. — * V nolētes For. ' & — H

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Præbendarum*] al. *præbendorum. l. 19. Inſtit. de teſtib.* Plaut. *in Perſa. Præbenda ædiles locauerunt.* Aul. Gell. *lib. 15. cap. 4.* Symmach. *lib. 1. epiſt. 19.* eadémque forma *tribuenda* dixit, *vt præbenda*, quæ more ſolito tribuebantur, lib. 1. epiſt. 6. & 28. For.

¶ 2 *Parauerdorum.*] Parauerdorum meminit & inf. lib. 11. epiſt. 14. & l. 2. d. l. 2. *C. de curſ. publ.* 2. *C. de præp. ſacr. cub.* For.

¶ 3 *Nolentes.*] Etiam qui patiuntur facinora delinquere videntur. For.

¶ CYPRIANO 1 COMITI SACRARVM Theod. Rex. xi.

Confertur dignitas ſacrarum largitionum. De oratoria facultate.

QVamvis vltra deſideria ſupplicum frequenter nos præſtitiſſe beneficia, gaudeamus, quod eſt difficillimum, humanæ ambitionis interdum vota ' ſuperemus: hæc tamen libentiùs amplectimur, quæ nos meritò feciſſe gloriamur. Diu quippe trutinandus eſt, cui traduntur examina, talis quæ debet à principe deligi,

Margin notes: Comitiua ſacr. larg. — ' ſuperamus hoc

deligi, qualis ab ipſa poteſt lege dictari. Gemmatum diuites venæ auri fulgore pretiantur, & * gloriam pulchritudinis capiunt, quia nulla " degeneri ' vicinitate ſurdeſcunt. Sic bona merita ſplendidis dignitatibus ſociata, alterius " præmiis adiuuantur, & vnius rei facies de * addita venuſtate pulchreſcit. Non enim de te aliquid redemptæ laudi aut loquaci famæ credidimus, qui nobis ' exſpectantibus ſæpè placuiſti. Interpellantium ſiquidem confuſas querelas diſtincta nimis ac lucida relatione narrabas. Et qui proprios dolores exprimere non poterant, ' tuis ' commendari allegationibus obtinebant; & ne fauoris alicuius putaretur exceſſus, ' deſideria ſupplicum ipſis præſentibus intimabas. Oti tuo altercantium deſideria conuenerunt, & quod difficillimum granæ genus eſt, alternæ parti indiſcreta laude placuiſti; quæ res ipſos Oratores quoque poſtponit. Nam cum illis ſit propoſitum diu tractata vnius partis vota dicere, tibi ſemper neceſſe fuit repentinum negotium, vtroque latere declarare. Additur etiam regalis præſentiæ grauiſſimum pondus: ſub quo te ita facile contigit expeditum, vt quod illi vix poſſunt artificioſis * ſchematibus à iudicibus obtinere, tu probateris à principe puris allegationibus impetrare. Erat nimirum ſerenitatis noſtræ in bonum publicum parata ſententia, quia nullam tarditatem in cognoſcendo negotio ſuſtinebat. Mox enim à te narrata cauſa conſpecta eſt, ' & cur tardaret negotij finis, cum tu ' ſuggeſtionem lucida breuitate concluderes? Didiciſti, vt credimus, iudicare noſtris ſeruiendo iudiciis. Ita quod efficaciſſimũ ' diſcipulatus genus eſt, agendo potiùs inſtructus es, quam legendo. Talibus igitur inſtitutis edoctus, Eoæ ' ſumpſiſti legationis officium, miſſus ad ſummæ quidem peritiæ viros: ſed nulla inter eos confuſus es trepidatione, quia nihil tibi poſt nos potuit eſſe mirabile. Inſtructus enim ' talſatiis linguis, non tibi Græcia quod nouum oſtentaret inuenit, nec ipſa qua nimium præualet, te tranſcendit argutia. Acceſſit meritis tuis, cunctis laudibus pretioſior, fides, quam diuina diligunt, mortalis venerantur. [Nam inter mundi fluctuantes procellas vndè ſe humana fragilitas contineret, ſi noſtris actibus mentis firmitas non adeſſet? Hæc inter ſocios amicitiam ſeruat: hæc dominis pura integritate famulatur, hæc ſupernæ maieſtati reuerentiam piæ credulitatis impendit: & ſi beneficium tantæ rei latius quæras, immutabilis fidei eſt omne, quod benè viuitur.] Sume igitur per Indictionem tertiam Sacrarum Largitionum, Deo propitio, dignitatem. Vtere congruis tuis natalibus inſtitutis. Meruiſti hactenus, vt honorum ' faſtigia crederemus: age nunc, vt tibi gratiæ noſtræ celſiora nihilominus cõferamus.

NOTÆ VARIORVM.

§ s. *Comiti ſacrarum.*] Officium Comitis ſacrarum largitionum deſcribit Claudianus in *Panegyr. Mallij.*

Hinc ſacra mandantur opes, orbíſque tributa
Poſſeſſi quidquid fluuius euoluitur auri,
Quidquid luce procul venas rimata ſequaces,
Abdita pallentis fodit ſolertia Beſſi.

Huius frequens mentio fit in *Cod. Theod. & Iuſtinianos.*

§ SENATVI VRBIS ROMÆ THEODERICVS Rex. XLI.

Super eodem.

Licet candidatos vobis frequenter genuerit munificentia principalis; & fœcunda indulgentia noſtra vobis altera ſit natura, habetis nunc profectò virum, quem & nos ' elegiſſe deceat, & vos ſuſcepiſſe conueniat. Cui ſicut fortunatum fuit à nobis eligi, ita laudabile erit à veſtro cœtui ' honorum lege ſociari. Huc tamen Curiæ felicius prouenit, quod nobis & impoſitus ipſo militat: illa verò non recipit, niſi qui iam ' dignus honoribus potuerit inueniri. Conuenienter ergo ordo veſter æſtimatur eximius, qui ſemper eſt de probatiſſimis congregatus. Non enim illic profanis reſeratur introitus ſed tales illuc permittuntur accedere, quales inde etiam cernuntur exire. Suſcipite itaque collegam, quem palatia noſtra longa examinatione probauerunt, qui regiis ita ' intrepidus militauit affatibus, vt iuſſa noſtra ſæpè nobis expectantibus atque laudantibus explicaret. Cognoſcitis profectò quæ loquimur, Quis enim veſtrum à Cypriani deuotione ſummotus eſt? ' Nam qui ſolatia eius petiit, mox beneficia noſtra ſuſcepit. Obtinuit ille ' ſæpius inuectationibus noſtris, quod in conſiſtoriis agi ſolebat antiquis. Si quando enim teleuare libuit animum, Reipub. cura fatigatum, equina exercitia petebamus; vt ipſa varietate rerum ſoliditas ſe corporis vigórque recrearet, tunc nobis cauſas multiplices relatos delectabilis ingerebat: eratque eius infaſtidita ſuggeſtio, ſub iudicis animo tædioſo. Ita dum cauſas præſtandi benignus artifex ingerebat, reficit beatus animos beneficiorum auiditate ſucceſſus. ' His igitur adhæſit obſequiis candidatus, qui ſic militauit animo noſtro, vt nulla eum grauaret, ' offenſio. Iraſcebamur ſæpè cauſis impſubis, nec tamen diſplicere poterat lingua relatoris: damnabamus interdum negotium, cuius placebat aſſertor: & impetum noſtri animi frequenter ſuſtinuit, qui gratiæ momenta poſſedit. Gloriatur etiam non extrema luce natalium. Nam pater ' huic, ſicut meminiſtis, Opilio fuit, vir quidem abiectis temporibus ad excubias tamen Palatinas electus. Qui multò ampliùs creſcere potuit, niſi fides ' ſub auidiſſima remunerationis ſterilitate iacuiſſet. Quid enim conferre poterat tenuis donator? Qui ſi tamen non ditauit, innotuit. Quia magnæ abundantiæ ' laudis eſt, in penuria Reipub. vel mediocria munera meruiſſe. Vicit ' ipſe Maiores ſuus felicitate ſæculorum, & quod ampliùs euectus eſt, noſtris eſt temporibus ' applicandum. Talis quippè eſt in ſubiectis menſura prouectuum, qualis fuerit & diſtantia dominorum. Quapropter P. C. prædictum Cyprianum ſuis meritis & natalium ſplendore fulgentem, ad Sacrarum Largitionum culmen eueximus: vt & veſter augeatur numerus, & incitetur deuotio ſeruientium. Æſtimate Reuerendiſſimi Patres qui de veſtro ordine ' cenſeremus, quando eos, quos vobis aggregandos credimus, multiplici allegatione prædicamus.

§ MAXIMO v. I. THEOD. Rex. XLII.

De variis generibus ſpectaculorum. Et de his quæ neceſſaria ſunt iis qui ſpectaculis adſunt.

Si Conſularem munificentiam prouocant, qui perfuncta corporum flexibilitate luctantur, ſi organo canentibus redditus viciſſitudo præmiorum, ſi venit ad pretium delectabilis cantilena: quo munere venator explendus eſt, qui vt ſpectantibus placeat, ſuis mortibus elaborat? Voluptatem præſtat ſanguine ſuo, & infelici ſorte conſtrictus feſtinat populo placere, qui eum non optat euadere. Actus deteſtabilis, certamen infelix, cum feris velle contendere, quas fortiores ſe non dubitat inuenire. Sola eſt ergo in fallendo præſumptio, vnicum in deceptione ſolatium. Qui ſi feram non meruerit effugere, interdum nec ſepulturam poterit inuenire. Adhuc ſuperſtite homine perit corpus, & antequam cadauer efficiatur, ' truculentes * abſumitur. Captus eſca fit hoſti ſuo, & illum (proh dolor) ſatiat, quem ſe perimere poſſe ſuſpicatur. Spectaculum tantum fabricis clarum, ſed actione deterrimum, in honore Scythicæ Dianæ repertum, quæ ſanguinis effuſione gaudebat. O miſeræ deceptionis errorem, illam deſideraſſe colere, quæ hominum

morte placabant! Primum ſibi per lucos & ſyluas agreſtium populorum more & venationibus dedita, hanc triplicem deam falſa imaginatione finxerunt: ipſam in cœlo Lunam, ipſam in ſyluis Dianam, ipſam apud inferos Proſerpinam eſſe, ' firmantes. Sed ſolum ' Herebi potentem, non improbè fortaſſe ' æſtimauerunt: quando tali falſitate decepti, in profundas viui tenebras cum ſuis erroribus intrauerunt. Hunc ludum crudelem, ſanguinariam voluptatem, religionem impiam, humanam (vt ita dixerim) ' feritatem, Athenienſes primum ad ciuitatis ſuæ perduxere culturam, ' iuſtitiâ permittente diuina, vt ad * illuſionem ſpectaculi perueniret, quod falſæ religionis ambitus inuenisset. Hoc Titi potentia ' principalis diuitiarum profuſo ' flumine cogitauit ædificium fieri, vnde caput vrbium potuiſſet. Cum Theatrum, quod eſt hemiſphærium, Græcè dicatur, Amphitheatrum quaſi in vnum iuncta duo viſoria, rectè conſtat eſſe nominatum. " Qui ſpeciem eius ' arena concludens, ' vt concurrentibus aptum daretur ſpatium, & ſpectantes omnia facilius viderent, dum quædam prolixa rotunda vniuerſa collegerit. Itur ergo ad talia, quæ refugere ' deberet humanitas. Primus fragili ligno confiſus currit ad ora belluarum: & illud, quod cupit euadere, magno impetu videtur appetere. Pari in ſe curſu feſtinat & prædator & præda: nec aliter tutus eſſe poteſt, niſi huic, quem vitare cupit, occurrerit. Tunc in aëre ſaltu corporis eleuato, quaſi veſtes leuiſſimæ ſupinata membra iaciuntur, & ' quidam arcus corporeus ſupra belluam libratus, dum moras diſcedendi facit ſub ipſo velocitas feſtina diſcedit. " Sic ' accidit, vt ille magis poſſit mitior videri, qui probatur illudi: alter angulis in quadrifaria Mundi diſtributione compoſitis, * rotabili facilitate præſumens non diſcedendo fugit, non ſe longiùs faciendo diſcedit, ſequitur inſequentem, poplitibus ſe reddens proximum, vt ora vitet vrſorum: ille in tenuem regulâ * venire ſuſpenſus minat exitiabilem feram, & niſi periclitatus fuerit, nil vndè viuere poſſit, acquirit: alter ſe geſtabili muro cannarum, contra ſæuiſſimum animal, * ericij exemplo, receptatus includit, qui ſubitò in tergus ſuum refugiens, intra ſe collectus abſconditur: & cùm nuſquam diſceſſerit, eius corpuſculum non videtur. Nam ſicut ' ille veniente contrario reuolutus in ſphæram, naturalibus defenſatur aculeis, ſic iſte conſutili crate præcinctus, munitior redditur fragilitate cannarum: alij tribus, vt ita dixerim, diſpoſitis " hoſtiolis paratam in ſe rabiem prouocare præſumunt in patenti areâ cancelloſis ſe poſtibus occulentes, modò facies, modò terga monſtrantes. Vt mirum ſit euadere, quos ita ' reſpicis per leonum vngues dentéſque volitare: alter labenti rota feris offertur: eadem alter erigitur, vt periculis auferatur. Sic hæc machina ad inſidi Mundi formata qualitatem iſtos " ſpe refouet, illos timore ' diſcruciat, omnibus tamen vleiſſim, vt ' decipere poſſit, arridet. Longum eſt per tot periculorum caſus ſermonibus euagari. Sed aptè iungendum eſt, quod ait de Inferis Mantuanus, Quis ſcelerum comprehendere formas, quis omnia pœnarū percurrere nomina poſſit: Sed vobis, quibus neceſſe eſt talia populis exhibere, largitate manus fundite præmia, vt hæc miſeria faciatis eſſe votiua. ' Alloquin violentia compulſio eſt, ſolemnia dona ſubtrahere, & mortes deteſtabiles imperare. Et ideò quicquid in longam conſuetudinem antiqua liberalitate peruenit, ſine aliqua dilatione concedite ſupplicanti. Quia homicidij ' reatus eſt, illis eſſe tenacem, quos editio veſtra inuitauit ad mortem. Heu mundi error dolendus! ſi eſſet ' vllus æquitatis intuitus, tantæ diuitiæ pro vita mortalium ' deberent dari, quantæ in mortes hominum videntur effundi.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Voluptatem praſtat, &c.*] Venationem & ſpectacula, in quibus homines cum feris decertabant vocat ludum crudelem & ſanguinariâ voluptatem, quemadmodum theatrales functiones, ſpectaculorum editiones & alia eius generis, voluptates appellari conſtat, quod confirmat Vopiſcus in Aureliano, *Sequentibus diebus data ſunt populo voluptates ludorum Scenicorum, ludorum Circenſium, venationum gladiatorum, naumachiæ,* & Tertullianus his verbis. *Nam & omnes iſtæ prophana ſpectaculorum ſecularium voluptates ex rebus Dei conſtant.* Sic Lactantius ſpectacula damnans voluptatis voce ſæpenumero vtitur. *L. 1. C. de ſpectac. l. 1. C. d. expenſ. ludorum.* Trebell. Pollio *in Galieno duobus. Ne dimiſſa, inquit, theatro & Circo addicta Republ. per voluptatum deperiret illecebras.* Saluianus de prouidentia Dei ait, *Nihil eſſe criminum vel flagitiorum quod non eſſet in ſpectaculis, vbi homines lacerarentur cum circumſpicientium voluptate.* Hinc Prudentius contra Symmachum cum ad abroganda ſpectacula Honorium cohortatur.

Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari
Nullus in orbe cadat, cuius ſit pœna voluptas.

° AROA.

¶ TRANSMVNDO REGI VVANDALORVM Theodoricus Rex. XLIII.

Quòd aduerſarium Principis in ſua defenſione ſuſceperit.

QVamuis ' à 1 diuerſis regibus ' expetiti pro ſolidanda concordia, aut neptes dedimus, aut filias, Deo nobis inſpirante, coniunximus: nulli tamen æſtimamus nos aliquid ſimile contuliſſe, quàm quòd 2 germanam noſtram, generis * 3 Amali ſingulare præconium, veſtrum fecimus eſſe coniugium: fœminam prudentiæ veſtræ parem, quæ non tantùm reuerenda regno, quantum mirabilis poſſit eſſe conſilio. Sed ſtupeo vos ' his beneficiis obligatos ' Geſalecum, qui noſtris inimicis dum à nobis foueretur adiunctus eſt, in veſtram defenſionem ſic fuiſſe ſuſceptum, vt qui ad vos viribus deſtitutus, priuatúſque fortunis venerat, ſubitò pecuniæ vbertate ' completus, ad gentes ' exteras ' probetur tranſmiſſus: qui quamuis, Deo iuuante, lædere ' nil poſſit, tamen animum veſtræ cogitationis aperuit. Quid exſpectent extraneorum iura, ſi ſic meretur affinitas? Nam ſi cauſa miſericordiæ ſuſceptus eſt in regno veſtro, teneri debuit, * ſi noſtri propter ' expulſus eſt, non oportuerat cum diuitiis ad aliena regna tranſmitti, quæ ne vobis redderentur infeſta, noſtra fecerunt abſolutè certamina. Vbi eſt quod tanta electione ſaginatus, alios ſolebas ' docere de moribus? Hoc ſi voluiſſes cum ſorore noſtra tractare, vtique vobis non potuiſſet accidere. Quia nec fratrem permiſerat lædi, nec maritum fecerat in rebus talibus inueniri. Atque ideò per illum & illum Legatos noſtros ſalutantes honorificentia competenti, petimus vt hanc iniuſtitiam deliberatio veſtra pertractet: ne parentum veſtrorum animus euidentibus cauſis excitatus, cogitet aliquid tentare, quod pacem videatur irrumpere. Grauiter ſiquidem doletur iniuria, quæ contigerit inſperata, & ſi inde proueniat dolus, vnde ' credebatur auxilium. Quædam verò per latores portitores verbo vobis inſinuanda commiſimus: vt æſtimantes omnia, quid fieri in tanta cauſa oporteat, prouidentia veſtra reponat. Quia non eſt leue, prudentes viros in pacis conſtituta peccare.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Diuerſis regibus*] Francorum Herulorum. FOR.

¶ 2 *Germanam*] Amalafrendam. FOR.

¶ 3 *Amali*] quæ vox reddenda fuit *ep. 2. infr. l. 8.* FOR.

A ' affirmantes ' erebi ' potestate ' æſtimauerunt. ' veritate ' iuſtitiā * irriſionē. FOR. ' principali ſalmine *Theatrū.* B " *Qui ſpeciem.* FOR. *Amphitheatri forma.* ' area ' & ' debet *Deſcriptio venatorū.* ' quidem ' accedit * robotali. FOR. * venire FOR. C ioric. ' ericij ' illo *Venatoris crenſiū teli.* ' cū ſubtili. " Al. *oſtiolis.* FOR. ' reſpicis *Machina* Al. *ſæpè.* FOR. ' diſcutiat ' decipere D ' cere *Virg. 6. Æneid.* ' Alioquin. *Dona ſolemnia.* ' genus ' illius ' debent

E F ' aduerſis ' expetenti *Nuptiis inter reges conciliari pacem.* * Dinalis G ' iis ' Giſolecum *Expoſtulatio de Geſalici Regis iniuriis.* ' repletur ' extraneas ' probatur eſſe ' nihil ' quid ' edocere H *Grauis iniuria à quo non expectabatur.* ' ſperabamus

A ¶ 4. *Se noſtri propter*] *ſi noſtri P.P.* Ex Nicephoro *lib.* 17. *Eccleſ. hiſtor. cap.* 11. Traſimundus forma eximia & animo magno iit, ad Theodericum Gotthorum regem legatione miſſa Amalaſuentham eius Germanam in matrimonium petens impetrauit, & præterea mille armatos, & quinque hominum millia, quæ ſatellitum ordinem implerent. Hoc autem defuncto Huldericus Henrici ex Genſericho prognati filius regnauit, vir mitis & non, vt hic Traſimundus, Arrianus, & Chriſtianorum virorum perſecutor. Ad hunc Huldericum Athalaricus ſcribit infra lib. 9. ep. 1. Fon.

¶ TRANSMVNDO REGI VVANDALORVM Theod. Rex. XLIV.

Reſpondetur vicario, qui de dolo quem ferebatur in Principis odium concepiſſe, oſtenſione probabili ſe purgauit.

B

OStendiſti prudentiſſime Regum, poſt erroris euentum ſapientibus ſubuenire poſſe conſilium: nec pertinaciæ vitium vos amare, quod brutis hominibus videtur accidere. Obligaſtis animum meum tanta vos in melius celeritate mutando. Nam cùm Rex ſatisfacit, quælibet dura diſſoluit: [quia ſic ait in Principibus humilitas glorioſa, quemadmodum in mediocribus odioſa poteſt eſſe iactantia.] Nuper vobis obiecimus ' Gelaleci quondam Regis doloſa meditatione diſceſſum. Sed vos nobilitatis veſtræ memores & honoris, actum rei ' nobis veritate declaraſtis. Vnde non fuit ſic ' vituperabile, hominem prauis ſuſpicionibus locum dediſſe, quantum glorioſum eſt dominantem iam celerrimè ſe potuiſſe purgare. Ille enim, qui minùs poterat cogi, animæ non paſſus eſt arcana ' violare. Cui laudi viciſſitudinem, in qua poſſumus parte reddentes, ſynceram purgationem pura mente ſuſcepimus ſed auri tranſmiſſi munera non tenemus: vt & ipſi intelligatis, cauſam per iuſtitiã fuiſſe motã, quam nulla potuit ſitire venalitas. Fecimus ' vtrique regalia. Sic non ſuperauimus tyrannicam cupiditatem, ſicut & vos vieiſſe conſtat errorem. Redeant ad Cubiculum veſtrum munera, quorum tantùm oblatio videtur eſſe gratiſſima. ' Negligatur aurum, vbi electum eſt conſcientiæ præmium: patiatur aliquando repulſam, quod ſemper auaris Regibus imperabat. Eat nunc actus iſte per gentes, eorum ' parantem non excuſaſſe culpam, & læſos animos reſpuiſſe pecuniam. Ita quod per bella ſolebat quæri, amoris ſtudio declaratum eſt, potuiſſe contemni. Intelligant parentes tales fuiſſe, qui ſtudio auaritiæ cauſas ſibi ' nequiuerint excitare. Omnia ſi quidem ſuperauit affectus: tunc cœpit pretio magis deſinere, quando pulſatus obiecta non paſſus eſt abnegare. Recipite igitur munera ſenſibus ſuſcepta, non manibus. Suauius nobis fuit, iſta reddere, quàm multò grandis ſuſcepiſſe. Eſtote nunc ad ſimilia cauti, ad ventura ſoliciti: quia inſtructus redditur animus in futuris, quando præteritorum commonetur exemplis. Quapropter illo & illo Legatis veſtris redeuntibus pleniſſimè reddimus ſalutationis affectum, optantes vt ſoſpitatem veſtram diuina concedant, cuius nobis animos validiſſimè ' cognoſcimus eſſe ſociatos.

' Giſolect ' nobis ſub ' vituperabile, ſic ' eclare *Repudiata regi munera.* C ' vtique ' Negligã ' parentum *Amore, tra. ſ. ſibi non vi.* ' nequiuerunt *Munera ſenſibus ſuſcepta, non manibus.* D

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variorum.

' LIBER VI.

E

FORMVLA CONSVLATVS 1.

Promotio ad dignitatem Conſulatus.

PRISCORVM indicio qualis ſit Conſulatus, hinc omnino datur intelligi, quando inter Mundi dignitates eximias, 2 ſolus meruit habere palmatas veſtes; quas felicitas dabat, præmia victoriarum, nomen annorum, compenſatio ſola cui ' debebantur omnia. Statum Reipublicæ Romanæ viri fortis dextera tuebatur, fortunas omnium ac liberos ' huius conſilia ' vindicabant, & tot magnis debitis ſola erat huius retributio dignitatis, reperta in libertatis ornatum, inuenta ad generale gaudium. Per illam ' noſtrum ſtatus Imperij iugiter creuit, illam ſemper feſta Roma ſuſcepit: meritò pridem genus habebatur imperij: meritò ſupra omnes ciues ' poterat, qui ab hoſte patriam vendicabat: vtilitates publicas ſub æquitate diſponens, ius dicebat etiam ' capiti: ſed turò illi commiſſa eſt poteſtas necis, qui fuerat auctor ſaluos. Hinc eſt, quod etiam faſces atque ſecures tantæ poteſtati præceptæ ſunt ' illigari: vt cùm tardiùs ſoluerentur, moram deliberationis acciperent, ſi de cæde aut nece hominis aliquid cenſuiſſent: ita vt cùm omnia eius traderentur arbitrio, ne inſoleſceret animo, Conſul dictus eſt à conſulendo. Hinc tanta largitas profluebat, vt illa dextra, quæ ſanguinem copioſè fuderat hoſtium, vitæ auxilium ciuibus manaret irriguum. Sic quos felices per bella fecerat ſtudio largitatis explebat. 3 In ' argumentum etiam publicæ gloriæ ſoluebat famulos iugo ſeruili, qui libertatem tantæ dederat ciuitati. Sed nunc ſortitis iſta feliciùs; quando nos habemus labores Conſulum, & vos gaudia dignitatum. Palmatæ ſiquidem veſtræ, noſtræ probantur eſſe victoriæ: & 4 proſperrimæ conditionis euentu vos in pace ingenuitatem ' redditis famulis, cùm nos ſecuritatem demus per bella Romanis. Atque ideò per illam Indictionem 5 Conſulatus te decoramus inſignibus: 6 Pinge vaſtos humeros vario colore palmatæ: validam manum victoriali ſcipione nobilita: lares proprios etiam, 7 calceis auratis egredere: 8 ſellam Curulem pro ſua magnitudine multis gradibus ' enixus aſcende: vt in otio ſubiectus merearis, quod nos ' per maximos labores aſſumimus imperantes. Rem victoriarum agitis, qui bella neſcitis: nos, iuuante Deo, regimus, nos conſulimur, & 9 veſtrum nomen annum deſignat. Vtiſtis felicitate Principes, qui ' & honores ſummos geritis, & dominationis tædia non habetis. Quapropter erige conſidentiam mentis tuæ, Conſules eſſe magnanimos decet. Opes priuatas non cogites, qui gratiam publicam donando habere decreuiſti. Hinc eſt enim, quod alios Iudices etiam non ' rogantes euchimus, Conſules autem ſperantes tantummodò promouemus. vt ſoli ad has largitates veniatis, qui vos pares tantis expenſis eſſe cognoſcitis. ' Alioqui noxia eſſent potiùs, non honores, ſi ſupra vires aliquid imponeremus inultis. Fruere igitur decenter optatis. Hic eſt ambitus qui probatur. Eſto mundo clarus, tibi ' proſperrimus, tuis autem poſteris feliciter imitandus.

Conſulatus laus. Palmata veſtes. ' daban- F tur ' cuius. ' vindicabar ' illam ' poteſſe ' capitis *Faſces, ſecures.* ' alligari *Conſul vnde dictus.* G ' ingenuum. *Manumiſſio. Palmata toga* ' redditis *Conſularia inſignia.* ' enixus poſt *Nomen anno dat* H *Conſules.* ' in ' regnantes ' alioquin perſpicuus

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 LIB. VI.] hoc libro dignitatum formulæ conſcriptæ, quarum ſingulis quid cuique propriè conueniat oſtenditur, earum autẽ hic ordo eſt: 1. Conſul. 2.

Patriciis

A ſuſcipit iura condentem. Eoque fit, vt illi vtantur in Senatu poteſtate perfecta, qui apud te trepidant dicere proprias cauſas. Verum ' hæc quoquè modeſtia ' cognoſcitur eſſe prædicanda : vt ' oporteret ſe legibus teneri, quæ ab ipſis ſciuntur poſſe conſtitui. Quæ res pro parte nobis abſolutè communis eſt : ſed hac ſola ratione diſcerni, quod alteri ſubdi non poſſumus, qui iudicem non habemus. Reſpice tot doctos viros, & conſidera quale ' ſit his aliquid dicere, nec erroris verecundiam formidare. De talibus diſceptas, quos tibi cognoſcis eſſe potiores. Sic ergo ' locum tuum tracta, vt omnes te iudicem honoratæ congregationis agnoſcant. Conſideres ſupra omnes ſcilicet Conſulares ſententiam primum dicis, & in illa libertatis aula reuerendus aſpiceris, in qua commiſſos habere Mundi primarios approbaris. Quis iam de obſcuro vitio cogitare poſſit, qui ſe inter morum lumina tot eſſe cognoſcit? Vis odium non recipere? ſtudium à te gratificationis excl̄ude. Publicum amorem neceſſe eſt B habeas, ſi ſecretiùs nil promittas. Erit nimirum magnum & ſingulare præconium, ſi Iudices non accipiant, vbi ſunt qui multum dare contendant. Ditioni tuæ non ſolum Roma commiſſa eſt, (quamvis in illa contineantur vniuerſa) verumetiam intra centeſimum milliarium poteſtatem te protendere, antiqua iura voluerunt : ne tantæ ciuitatis iudicem ' muralis agger includeret, cum Roma omnia poſſideret. Tu etiam ex deſignatis lege prouinciis, ab appellatione cognoſcis. Aduocati tibi militant eruditi : quando in illa patria difficilè non eſt oratores non implere, vbi Magiſtros eloquentiæ contingit ſemper audire. Carpento veheris per nobilem plebem : publica te vota comitantur : fauores gratiſſimi conſona tecum voce procedunt. Bene age, quia te veniente licèt populis conticere. Habes copioſè vndè tibi gratiam tantæ ciuitatis acquiras : ſi merces diuerſæ ſub nulla venalitate vendantur : ' ſi exhibitio ſalubriter ' accenſa thermarum, rapinatum ardoribus non ' tepeſcat : ſi ſpectaculum, quod præbetur voluptati, non ſit cauſa litigij. Suauiter C enim cogit gratum eſſe populum, quiſquis in certaminibus partium declinat iniuſtum. Tanta eſt enim via glorioſæ veritatis, vt etiā in rebus ſcænicis ' æquitas deſideretur. Admonitionum igitur ordine ' decurſo, per indictionem illam habita te ' togatæ dignitatis ornamus : vt [1] indutus veſte Romulæa, iura debeas affectare Romana. Nam ſi ' iſti dignitati par fueris, nihil eſt quod à nobis minimè conſequaris. Ad omnia enim tali ſuffragio eris nihilominus dignus, ſi actionem tuam laudet Senatus. Perfecta enim rei fides eſt, vbi conſentanei teſtes probantur eſſe ſummates.

Marg.: ' hoc ' dicitur ' oportet *Princeps non iudicatur.* ' ſit illis ' lucum *Poteſtas Præf. vrb.* ' mirabilis *Veſtitus carpento Præfectus vrbis.* ' ſed ' exorta ' tereſcat ' veritas ' decuſſo ' togatæ ' iſta dignitate

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Senatus ille mirabili opinione glorioſus.*] Epictetus cum ab Adriano Imperatore interrogaretur quid eſſet Senatus, ornamentum dixit vrbis, ſplendor ciuium : ſic legati à Pyrrho interrogati quid de Romanis D ſentirent, reſponderunt vrbem ſibi templum viſam, Senatum verò regum conſeſſum : quidam eum vocarunt recti bonique præceptorem, alij mundi lumina. Probus apud Vopiſcum ait Romanos Senatores mundi principes eſſe, tales ſemper fuiſſe & in poſterum futuros. Petronius *in Satyrica* vocat Senatum recti bonique prætorem. Prudent. *lib. 1. in Symmachum* mundi lumina. Sic Ammianus Marcellinus, vbi de Conſtantio Romam ingreſſo ait. *Cùmque vrbi appropinquaret*, ait, *Senatus officia reuerendáſque patriæ ſtirpis effigies ore ſerena contemplans, non vt Cyneas ille Pyrrhi legatus, in vnum coactam multitudinem regum, ſed aſylum mundi totius adeſſe æſtimabat.* Cicero Senatum Principem ſalutis, publicæque mentis appellat. Vide Maiorian. *Nouell. 3. de ritu imperij ſui.* Virgilius. 6. *Æneid. l. 74. C. Theod. de decurio.* Quintil. *declam. 329.* BROS.

¶ 2 *Indutus veſte Romulea*] togam intelligit, qua E Romani ciues vtebantur, *l. 23. ſed & ſi accepto de iur. fiſc.* quo alluſum lib. 3. epiſt. 17. *Veſtimini moribus togatis : exuite barbariem.* Notatus Antonius à Dione *lib. 50.* ὅτι τὴν πάτριον ἐσθῆτα (sic). Tertullianus *de Pallio* : Saluian. *lib. 4. de Prouidentia*, Claudian. *in Ruffinum* :

Barbariem reuocat-
Nec pudet Auſonios curas & iura regentem
Sumere deformes ritus, veſtémque Getarum,
Inſignémque habitum Latij mutare togaqua.

Toga aduocatorum *l. 3. Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.* Præfecturæ vrbanæ familia quæ hic dicitur, Vlpiano ſunt Stationarij *l. 1. ff. de off. præf. vrb.* FOR.

¶ FORMVLA QVÆSTVRÆ. V.

Promotio ad dignitatem Quæſturæ.

F SI tantùm claræ ſunt dignitates, quantùm noſtris * affatibus perfruuntur : ſi præſentia frequens prodit dominantis affectum : nullus ita iudicum poteſt eſſe glorioſus, quàm ille, qui eſt in cogitationum noſtrarum participatione ſuſceptus. Aliis enim pecuniæ publicæ committimus procurationem : aliis cauſas concedimus audiendas : aliis ' matrimónij noſtri iura delegamus. Quæſturam toto corde ' recipimus, quam noſtræ linguæ vocem eſſe cenſemus. Hæc noſtris cogitationibus neceſſariò familiariter applicatur : vt propriè dicere poſſit, quod nos ſentire cognoſcit : arbitrium ſuæ voluntatis deponit, & ita mentis noſtræ velle ' ſuſcipit, vt à nobis magis putetur exiſſe, quod loquitur. O quam arduum eſt, ſubiectum verba dominantis aſſumere, loqui poſſe quod noſtrum credatur, & prouecti in publicum decorem glorioſam facere ' felicitatem! Conſiderate quid ponderis habearis pariter & decoris. [1] Si quid dubitamus, à Quæſtore requirimus : qui eſt [2] theſaurus famæ publicæ, G armarium legum, paratus ſemper ad ſubitum, &) vt ait Tullius Magiſter eloquentiæ) Nihil præſtabilius videtur, quàm poſſe dicendo tenere hominum mentes, allicere voluntates, ' impellere quo velit, vndè autem velit deducere. Nam ſi oratoris eſt proprium, grauiter & ornatè dicere, vt poſſit animos iudicum commouere : quantò facundior debet eſſe, qui ore principis populos noſcitur ' admonere? vt recta diligant, peruerſa contemnant, bonos ſine fine laudent, peſſimos vehementer ' accuſent. Vt penè feriata ſit diſtrictio, vbi præualet eloquentiæ fortitudo. ' Sit imitator prudentiſſimus Antiquorum, mores alienos corrigat, & ſuos debita integritate cuſtodiat. Talem denique oportet eſſe Quæſtorem, qualem portare principis decet imaginem. Nam ſi nos (vt aſſolet) cauſam geſtis audire contingat, quæ auctoritas erit linguæ quæ ſub oculis ' regalem genium poſſit implere? Adeſſe debet ſcientia iuris, cautela ſermonis : vt nemo debeat reprehendere, quod Principem conſtiterit cenſuiſſe. Opus erit prætereà firmitas animi; H vt à iuſtitiæ tramite nullis muneribus, nullis terroribus auferatur. Nam pro æquitate ſeruanda ' & nobis patimur contradici, cui etiam oportet obediri. Sed vide vt tantum doctrinæ deferas, quatenus probabiliter omnia perquiſitus exponas. Aliæ quippè dignitates aſſeſſorum ſolatia quærant: tua vero dignitas Principi conſilia ſubminiſtrat. Atque ideò prudentiæ vel eloquentiæ tuæ fama prouocati, Quæſturam tibi, gloriam literarum, ciuilitatis templum, genitricem omnium dignitatum, continentiæ domicilium, virtutum omnium ſedem, per illam Indictionem, Deo præſtante, concedimus: vt ſic agas, quemadmodum te parem rebus prædictis eſſe contendas. Ad te enim prouinciæ ſua vota tranſmittunt : à te Senatus iuris quærit auxilium: à te docti probantur expetere, quod nouerunt. Et neceſſe tibi eſt, omnibus ſufficere, quantos à nobis contigerit legum remedia poſtulare. Sed cùm hæc omnia

Marg.: * aſpectibus *Magiſtratus à Principe lecti.* ' patrimonij ' ſuſcepimus ' ſuſcepit ' falſitatem *Quæſtoris officium.* ' implere *Orator.* ' admonere ' accuſant ' ſed *Quæſtor Principis imago.* ' regale *Iuris ſcientia.* ' etiam *Aſſeſſores magiſtratuum.*

 ſceeris

A feceris, nullis elationibus efferaris, nulla mordeatis inuidia, allenis calamitatibus non læteris. Quia quod odioſum eſt Principi, non poteſt conuenire Quæſtori. Exerce poteſtatem Principis, ' condinone ſubiecti. Sic ore noſtro glorificatus eloquere, vt te tamen rationem credas nobis iudicibus redditurum: vbi aut culpabilis viciſſitudinem recipit, aut boni propoſiti gloriam laudatus acquiſit.

'condi-tione

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Si quid dubitamus à Quæſtore requirimus.*] Ad quæſtoris officium pertinet orationes Imperatorum, & cætera Senatui nota facere, quod conſtat ex Suetonio in Auguſt. *cap.* 65. in Nerone *cap.* 15. & in Tito *cap.* 6, Ælio Spartiano in *Adriano ſtatim in principio.* Cornelio Tacito *lib.* 16. quod deſignare voluit Sidonius Apollinaris in Panegyrico Maior.

——cuius dignantur ab ore
B *Cæſar in orbe loqui, licet & Quæſtore diſerto*
Polleat.

Vlpianus etiam in *l.* 1. *ff. de off. quæſtor.* refert candidatos ſolis principum libris in Senatu legendis vacaſſe. BROS.

§ 2 *Theſaurus famæ publicæ, armarium legum.*] Quæſtor ſacri palatij petitionibus ſubſcribebat, vel etiam reſponſa reddebat, & vt hoc loco omne eius officium paucis æquar, leges dictabat, preceſque ac reſponſa ſubnotabat, vt conſtat ex notitia Romani Imperij, & *Nou.* 53. & 114. *l. vlt. C. de diuerſ. reſcr.* Symmachus ad Auſon. *Quæſtor es, memini, conſilij regalis particeps, ſcio: precum arbiter, legum conditor recognoſco*, & alio loco: *ſe magis quæſturæ honos & condendarum ſanctionum vſus exercuit.* Procop. *lib.* 1. *de bello Perſico.* His de cauſis iuſtitiæ & legum cuſtos appellatur, & theſaurus famæ publicæ & armarium legum, vt in Nou. Valent. *de homic. caſ. fact.* denique is planè eſt quæſtor, quem in aula Cancellarium appellamus. Ad quæſtorem etiam pertinebant memoriales, hoc C eſt leges & reſcripta excipiebant & implebant, id eſt perſcribebant, aut perſcribi curabant. BROS.

§ 2 FORMVLÆ MAGISTERIÆ DIGNITATIS ET de eius excellentia. VI.

Promotio ad honorem magiſteriæ dignitatis.

REuerendum honorem ſumit, quiſquis Magiſtri nomen acceperit, quia hoc vocabulum ſemper de peritia venit, & in nomine cognoſcitur quid ſit de moribus æſtimandum. Ad eum nimirum palatij pertinet diſciplina: ipſe inſolentium Scholarum mores procelloſos moderationis ſuæ terminis proſperè diſſerenat. Tam multi ordines ſine confuſione aliqua componuntur: & ipſe ſuſtinet onus omnium, quod habet turba diſcretum. Sic nominis ſui grauitate perfunctus, ornat D actibus Principatum. § Per eum Senator veniens noſtris ' præſentatur obtutibus: admonet trepidum: componit loquentem: ſua * quinetiam verba ſolet inſerere, vt nos decenter omnia debeamus audire. Aſpectus Regi ' haut irritus, promiſſor collocutionis noſtræ, glorioſus ' donator aulici conſiſtorij, quaſi ' quidam luciferum ſicut ille venturum diem promittit, ſic iſte ' deſiderantibus vultus noſtræ ſerenitatis attribuit. Cauſarum prætereà maximum pondus in eius audientiæ finibus optima ſecuritate ſeponimus. Vt eius curis fidelibus ſubleuati, vtilitatibus publicis viuaciùs occupemur. 1 Veredorum quinetiam opportunam velocitatem, quorum ſtatus ſemper in curſu eſt, diligentiæ ſuæ diſtrictione cuſtodit: vt ſolicitudines noſtras, quas conſilio iuuat, beneficio celeritatis expedit. Per eum exteris gentibus ad laudem Reipub. 'noſtræ ordinatur humanitas: & nolentes redeunt, quos merentes excepetit. Per eum quippè nobis Legatorum, quamvis feſtinantium, prænuntiator aduentus: per eum nominis noſtri deſtinatur euectio: & iſti principaliter creditur, E quod tam neceſſarium eſſe ſentitur. ' His etiam laboribus æſtimatis poteſtatem maximam huic decreuit Antiquitas: vt nemo iudicum per prouincias faſces aſſumeret, niſi hoc & ipſe fieri decreuiſſet. Subdidit eius arbitrio aliena iudicia, vt ad ipſum rediret, quod alter viſus eſt præſtitiſſe. Moleſtias quidem non habet exigendæ pecuniæ, ſed ' apertè bono fruitur poteſtatis ' indeptæ: credo, vt ex diuerſis titulis deflorareturr dignitas, ad leuamen Principis inſtituta. Peræquatores etiam victualium rerum in vrbe regia propria voluntate conſtituit, & iam ' neceſſariæ rei iudicem facit. Ipſe enim gaudium populis, ipſe noſtris temporibus præſtat ornatum. Quando tales viros copiæ publicæ præficit, vt plebs querula ſeditionem non debeat habere ſatiata. Officium verò eius tanta genij prærogatiua decoratur, vt militiæ perfunctus muneribus, ornetur nomine Principatus. Miróque modo inter Prætorianas cohortes, & Vrbanæ præfecturæ milites videantur F inueniſſe primatum, à quibus tibi humile ſoluebatur obſequium. Sic in fauorem magni honoris iniuſtitia quædam à legibus venit, dum alienis excubiis præponitur, qui alibi militaſſe declaratur. Adiutor etiam Magiſtri noſtris præſentatur obtutibus: vt vicaria ſortè ' beneficij eligamus eius præſidium, qui nobis præſtat fidele ſolatium. Hanc igitur dignitatem, tot titulis * claram tot inſignibus opulentam, per Indictionem illam gubernandam tibi, congrua grauitate committimus: vt omnia quæ geſſeris Magiſter feciſſe videaris. Quia nihil moribus reſiduum relinquitur, ſi (quod abſit) à tanta maturitate peccetur.

'Magiſtri nomen. 'præſentantibus *quandoque etiam 'aut 'dominator 'quidem 'ſpectantibus *Conſiſtorium aulicum. Veredi.* 'noſtro *Legati exteri.* 'Iis *Iudices prouinciales.* 'latè 'adeptæ *Peræquatores.* *Adiutor.* 'beneficij nos *decoratam

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Veredorum opportunam velocitatem, quorum ſtatus ſemper in curſu eſt, diligentia ſua diſtrictione cuſtodit: per eum nominis noſtri deſtinatur euectio.*] Euectiones G dantur à principe, vel à Præfecto Prætorio, vel magiſtro officiorum: ad eos refertur ſi quid minus legitimè in vſurpando curſu publico factum ſit. *l.* 3 *C. de curſu publico*: idcirco non mirum ſi euectiones dant: præſidibus autem dandarum euectionum facultas non eſt, vt Nouu. Maior. de curſu publico, niſi publicarum functionum proſequutoribus. BROS.

§ * FORMVLA COMITIVÆ SACRARVM largitionum. VI. 7.

*Formulæ Præ. vigilum

Promouetur quis ad Comitiuam ſacrarum largitionum.

GRata ſunt omnino nomina, quæ deſignant protinus actiones: quando tota ambiguitas ' audienti tollitur, vbi in vocabulo concluditur, quid geratur. Donis enim præſidere regalibus Comitiuam ſacrarum Largitionum, indicia rerum verba teſtantur. Quod H verè donorum, verè fuit omnimodis ' exquiſitum, in donorum regalium parte ſequeſtratam facere dignitatem & alterius honorem dicere, dum nos conſtet dona conferre. Actus ' innocens, pietatis officium, illud ſemper ingerere, vnde ſe fama Principis poſſit augere. Regalibus magna profectò felicitas militare donis, & dignitatem habere de publica largitate. Alij iudices obtemperant reſiduis virtutibus regnatoris: hæc ſola eſt, quæ tantummodò ſeruiat ad momenta pietatis. Nihil enim per ipſam diſtrictum geritur, nil ſeuerum fortè cenſetur, ſed tunc obſequitur, quando pro nobis vota fundantur. Supplicum per te fortunas erigimus, Kalend. Ianuariis affatim dona largimus, & lætitia publica militia tua eſt. Verùm hanc liberalitatem noſtram alio decoras obſequio, vt figura vultus noſtri metallis vſualibus imprimatus, monetámque facis de noſtris temporibus futura ſæcula commonere. O

Quo gratia nomina 'audiendi 'exquiſitus 'ignoſces *Strena Ianuaria.*

A

Dromones naues ſont, vt Ethicus Hiſter ſcribit lib. 5. harum vt ad rem frumentariam aptarum meminit hîc Caſſiod. à quibus & dromonarij, naucularij dicti. Et Procopius *libro 3. de bello Gothico*: Iſidor. *lib. 19. Etymol. cap. 1.* Dromones longas naues vocat: quæ quoniam fugæ curſuique opportuniores ſunt, *ἀπὸ τοῦ δρόμου* dictæ videntur, quaſi curſuariæ. Iul. Pollux Onomaſt. ad Commod. Imp. holcadas vocauit: Fulgentius verò *δρομάδα*, lembum: ſed & Moſchopulo *δρομώνιον*: vſitata etiam nautis Ligerim noſtrum accolentibus voce, *Thoné*, *ἀπὸ τὸ θῶν*. Fluminum alueos concludere & curſus. For.

¶ ABVNDANTIO * PRÆPOSITO THEOD. REX XVII.

De celeri profectione dromonum.

* Præfecto prætorio. For.

B

Spes tædium laboris aufert. ˋ affectus

Dromones. ˋ voluiſſet

ˋ Renunciâs illic

Nauium vſus. ˋ nauigiū

ˋ prodeſis

ALacriter incumbendum eſt inchoatis, cum iam vicinitas perfectionis arriſerit: quando ſpes ˋ effectus tædium laboris excludit: & magnum genus incitamenti, credere deſiderata compleri. Dudum igitur magnitudini veſtræ, ex Italiæ litoribus officia iuſſimus præparare nautarum, vt dromones quos induſtria fabricare ˋ valuiſſet manus remigum prouiſa ſuſciperet. Sed tu iudicio noſtro, electionique reſpondens, oſtendiſti quam fuerit indubitata perfectio, efficaciſſimis imperaſſe, quod quæritur. ˋ Renuncias illico completum, quod vix credi poterat inchoatum. Vt pene quanta velocitate nauigari ſolet, conſtructio ˋ nauium tanta ſit celeritate completa. Nec ſolum verba narrata ſunt: obtuliſti oculis noſtris ſubito claſſeam ſyluam; hominum domos aquatiles, exercituales pedes, qui nullo labore deficiant, ſed inconcuſſos homines ad deſtinata perducant: Triteme vehiculum, remorum tantum numerum ˋ prodens, ſed hominum facies diligenter abſcondens. Hoc primum inſtituiſſe legimus Argonautas. Quod ˋ & armatis aptum, & congruum probatur eſſe commerciis: vt peregrinas claſſes optamus aſpicere, nunc mittamus aliis prouinciis & terrorem pariter & decorem. Ornaſti Rempub. tua inſtitutione reparatam non habet quod nobis Græcus imputet, aut Afer inſultet. Illud apud nos inuidi vigere reſpiciunt, vnde illi permagna pretia ſua vota complebant. Nunc prædictis rebus armamenta * procura, vela præcipuè alas nauium facientia, ˋ linum volatile, quidam ſpiritus currentium carinarum, prænuntia mercium, auxilia quieta nautarum quorum, beneficio conficiunt ocioſi, quod à celerrimis auibus vix probatur impleri. Hoc Iſis rati prima ſuſpendit, cum per maris ˋ Apochran filium ſuum audaci fœmina pietate perquireret. Ita dum materna caritas ſuum deſiderium feſtinat explere, ˋ Mundo viſa eſt ignota reſerare. Atque ideo diuino ˋ nobis auxilio ſuffragante, cuius virtutis eſt hominum vota perficere, ˋ proxima die Iduum Iuniarum ad vrbem Rauennatem congregatio nauium cuncta ˋ conueniat: quatenus res de vicino fine ˋ gaudentes, ad pleniſſimum perducantur effectum. Sed quoniam dromonum numerum iuuante Deo, cupimus ampliari, ſi qua ligna fabricis eorum neceſſaria per vtramque Padi ripam potuerint inueniri, nullo obſiſtente iubemus abſcindi. Quia ſine præiudicio dominorū, operi tantum præſenti volumus ˋ iniuncta concedi. Mittat Padus noſter indigenas pelago naues, & 1 abies quæ fluentis amnicis nutrita ſurrexit, marinarum ſuperare cumulos diſcat vndarum. Illud etiam magnopere credimus amputandum, quod veſtra fieri ˋ ſuggeſtione comperimus, ne quis in fluminibus nauigeris diuerſis territoriis meantibus, id eſt in Mincio, Ollio, Auxere, Arno, Tiberi, audeat fluminum alueos piſcandi ſtudio turpiſſima ſæpè concludere: & quæ ſunt præſumpta protinus auferantur. Pateat amnis in nauium curſus: ſufficiat humano deſiderio conſuetis artibus delicias quærere, non artificio ruſtico a libertatem fluminis impedire. Ne, quod dici nefas eſt, vtilitati publicæ voluptas priuata obſtitiſſe videatur.

C

Argonauta. ˋ etiam

Velorum origo. * procurate ˋ lignum

Iſis. ˋ Apocten

ˋ mundi nos ˋ proximo ˋ prouenias

D

ˋ gaudentes

Padus.

ˋ inuenta *Abies.*

ˋ iuſſione *Ne impediatur à piſcatoribus nauigatio.*

E

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Abies.*] Virgil. 2. Georg. ---*caſus abies viſura marinos.* For.

¶ 2 *Libertatem fluminis impedire.* Prodita ſunt in hanc rem à Prætoribus interdicta, ne impediatur nauigatio: *Ne quid in flumine publico, ripáve eius facias: Ne quid in flumine publico, néve in ripa eius immittas, quo ſtatio iterve nauigio deterior ſit fiat, l. 1. ff de fluminibus.* Item, *vt in flumine publico nauigare liceat, lib. 43. tit. 13. & 14. Pandect.* Sed & veterum Prætorum de retandis fluminibus locandis edicta refert & interpretatur Aulus Gel. *lib. 11. cap. 17.* Cui reſpondet inſtitutum Ligerim aluei purgandi: quod Aurelianenſes accolæ, *baliZer la riuiere de Loire.* For.

F

VVILIÆ V. I. COMITI PATRIMONII Theod. Rex. XVIII.

Iteratur mandatum ad inueniendos artifices pro nauibus conſtruendis.

VTilitas publica ſicut ad conſeruationem reſpicit omnium, ita debet perfici ſtudio ˋ ac labore cunctorum. Quia magnæ laudis occaſio eſt, ſi in ea cauſa communi aliquod ſingulariter videatur impleri. Facit enim ˋ vnde commendetur & reliquis, qui tamen & ſibi ſe profuiſſe cognoſcit. Pridem igitur nos iuſſiſſe meminiſti, vt per domum noſtram nauigandi quærerentur artifices. Quos, Deo auxiliante, prouiſos ad ˋ Rauennatem vrbem die Iduum Iuniarum præcipimus incunctanter occurrere: vt aduentus eorum conſtructioni nauium opportunè videatur offerri. Ne res diuiſæ generare ſibi videantur aliquam tarditatem: & parum ſit vnam perficere, niſi contingat vtramque procurare. Si qua etiam per ripam fluminis Padi ligna, fabricandis aptis dromonibus in prædiis regalibus potuerint inueniri, ˋ artificibus huic operi à magnifico viro Abundantio Præfecto ˋ Prætorio deputatis, abſcindendi ſit permiſſa licentia. Volumus enim hoc exemplum à noſtris prædiis inchoare; vt nulli grauis ſit iuſſio, quæ conſtringit & principem.

Ligna in naues cedantur. ˋ & *Publica vtilitas curanda ſingulis.* ˋ vt inde *Nauigandi artifices.* ˋ Rauennatis

G

ˋ ab artificibus ˋ Prætorij

NOTÆ VARIORVM.

Dignâ principe ſententiâ clauditur hæc formula. *Volumus hoc exemplum à noſtris prædiis inchoare, vt nulli grauis ſit iuſſio quæ conſtringit & principem, l. 4. C. de legib.* Legem ſtatuens legi ſe ſubiicere debet. Seneca *de legumlatoribus, epiſt. 91.* Auſonius *ex Pitthaco, Pareto legi quiſquis legem ſanxerit.* Quamvis princeps ſit ſolutus legibus, *l. princeps. ff. de legib.* Dion. *lib. 53.* λίλυται δὲ τῶν νόμων, inquit, [illegible] Quare Theodahadus rex infrà lib. 10. epiſt. 16. *Cùm poſſimus,* inquit, *omnia, ſola nobis credimus licere laudanda.* For.

H

¶ GVDINANDO SAIONI THEOD. REX XIX.

Mandatur vt nautas ordinatos ad vrbem Rauennam facias properare.

MAiora ſibi facit credi, quiſquis efficaciter iniuncta peregerit. Quia indubitanter illi aliquid committitur, qui optimè comprobatur: & honeſtum ſuffragium eſt ſecundi iudicij, documentum prioris. Atque ideò ordinatione magnificorum virorum Abundantij Præfecti ˋ Prætorio atque Vuiliæ Comitis Patrimonij, ad illam prouinciam te iubemus excurrere: vt tam de domo regia, quàm in locis aliis habitantes, ſe-

Negotia grauiora cui committēda.

ˋ Prætorij

cundum

A eundum priora præcepta prouiſos nautas ad vrbem ' Rauennatem die Iduum Iuniarum, Deo auxiliante, feſtinate compellas. Quatenos nulla tarditas tam præclaris iuſſionibus afferatur. Caue ergo, ne te venalitas maculet, aut neglectus ' turpis inuoluat: & tam magnæ rei ſupra te ' ruentis pondere ' comprimaris, ſi tantis ac talibus rebus impar extiteris.

' Rauennatis ' tēporum ' mentis ' opprimaris

¶ AVILFO SAIONI THEOD. REX. xx.

Quod ſecundum ordinationem præfectorum ligna pro fabricandis dromonibus apta facias procurari.

Ligna in extruendos Dromones. ' prætorij

PEr vtramque ripam Padi reperiri ligna comperimus, fabricandis apta dromonibus. Ideóque tibi præſenti iuſſione delegamus, vt ſecundum ordinationem magnificorum virorum Abundantij Præfecti ' Prætorio atque Voiliæ Comitis Patrimonij ad loca deſignata cum artificibus incunctanter accedas: & ſiue lo B domo regia, ſeu in priuata reperta fuerint, ſine aliqua ' facies tarditate procurari. Quia nulli graue credimus præbere quod Deo auxiliante pro communi vtilitate præparatur. Verùm ita volumus te iniuncta peragere, vt nihil ad lædendum poſſeſſorem ſtudioſè videatur inquiri, ſed tantùm quæ ſunt neceſſaria vtilitatis noſtræ cauſa præſumantur. Non exquiratur aliquid à domino, quod poſtea ' publico non dicatur acceptum. Ligna ſyluestria iubemus cædi, non aliquid de alienis facultatibus violenter ' abſcidi. Talia nobis proſunt, qualia noſtros grauare non poſſunt. Quæ ſi cauſa præſens non exquireret, ille ſe crederet non habere. In Mincio, Ollio, Auſere, Tiberi, & Arno, fluminibus comperimus quoſdam ſepibus curſum fluminis, quantum ad nauigandi ſtudium pertinet, incidiſſe. Quod te volumus, ordinatione magnifici viri Abundantij Præfecti ' Prætorio, modis omnibus amputare, nec tale aliquid ' permittatis quenquam vltra præſumere: ſed 1 inuiolati aluei tractus nauium relinquatur excurſi C bus. Scimus enim retibus non ſepibus eſſe piſcandum. Nam hinc quoque deteſtabilis auiditas proditur: vt ſibi tanquam feſtinet includere, quantum ad multos poterat peruenire.

' fācias ' publicè ' excidi *Ne nauigationis libertas impediatur.* ' prætorij ' permittatis. *Retibus, non ſepibus piſcandū, prouerbium.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Inuiolati aluei tractus nauium relinquatur excurſibus.*] Retibus non ſepibus eſſe piſcandum, flumina purganda eſſe & Iureconſulti præcipiunt *lib. 43. ff. tit. ne quid in flumine publ. l. vn. C. lib. 10. tit. 29. de Alexandrinis primatib.* Congruit enim huic loco quod Aul. quoque Gellius in veterum Prætorum edictis, quid ſignificet *flumina retanda, publicè redempta habere:* interpretatur purgare, à retis, id eſt arboribus quæ aut ripis fluminum eminerent, aut in alueis eorum extarent: appellata autem eſſe quaſi à retibus, quòd prætereuntes naues impedirent, & quaſi irretirent. Hæc ille *lib. 11. c. 17. noct. Attic.* Fon.

D

¶ CAPVANO V. S. THEOD. REX. xxi.

Confertur dignitas rectoris decuriarum, cui ineſſe perhibetur morum & virtutis ornatus.

Decuriarū rector. ' quali

SI te tyronem noſtra iudicia delegiſſent, ſi ad examinis trutinam veniſſes incognitus, æſtimaremus monendum, quali te prudentia, ' qua decore tractares: ſed omnium crederis intelligentiam habere virtutum, qui exerceri meruiſti militia literarum. Æſtimas enim qua te debeas modeſtia continere, qui alieni negotij vitius es vota peregiſſe. Nam ſi te iudicis ſuſpicio ſæua terigiſſet, laudando iuſtitiam ' leni ac penetrabili remedio eius animum corrigebas: obtinens ſuaui perſuaſione, quod ſuperiori non potuiſſes imponere. Quis ergo dubitet, illa te diligere, ' quæ conſtat voce publica ſuaſiſſe? Profeſſa bona non habentur ambigua, nec cuiuſquam acquieſcit ingenium, * vbi quod ipſe potuit ' emeritus proſequi, ab aliis tanquam rudis videatur edoceri. Prolati documenti fidem fieri, legitima voce poſcebas, ' examinans ſi retinerent incorruptam ſcrinia veritatem. 1 Iudex nunc exhibe quod ' te volebas apud alios obtinere. Age ne tua tibi obiiciatur oratio, Quia pondus eſt pudoris grauiſſimi, propria voce conuinci. Sume igitur, auctore Deo, Recturam Decuriarum, humanorum actuum veriſſimum teſtem, ſecuritatem poſſidentium, publicæ fidei ſplendidiſſimum templum. Vnde tantum tibi laudis acquiritur, ' quoniam eorum illic vtilitas incorrupta ſeruatur. Viuat tibi perpetuis ſæculis decedentium voluntas: tranſeant in poſteros iudicia parentum: ſcriniis tuis ſeruentur omnium quies. Alij honores habeant & terribiles ' faſces: tibi vitæ humanæ grauiſſimi videntur militare cuſtodes: ibi enim * ad ſolutiones ſunt hominum, ' vincla cauſarum, cathena litium, carcer furoris. De quo veriùs diceret vates Mantuanus, Clauduntur litis portæ, furor impius intus inclolus, fremit horridus ore cruento. Decuriales igitur, habita meritorum æſtimatione, diligito: quia nos decet, tantæ Vrbis appellare, quod vtile eſt: maioris etiam * natu cum fuerit neceſſe ſententiis, factus tot patribus ſenior, tantis tacentibus vox Senatus. Vide quid dignitatis acceperis, vt inter tot eloquentes viros ſis dicendi primarius, quos etiam nobis profitemur eſſe reuerendos. Aſſume ergo concedere quæ iubemus, præſtare quæ credimus: vt illis aperias ianuas curiæ, quos noſtra electio aulam iuſſerit libertatis intrare.

' Leui *Vis perſuadendi. Experto creditur.* ' quæ nos

E * v. ve. ' emeritis ' examinans ' te tum ' quātum *Fauor teſtamentorum.* *Faſces.* ' faces * abſolutiones. ' vincula F *Virg. 1. Æneid.* *Decurionum ſenatus.* * natu tero

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Iudex nunc exhibe, quod te volebas apud alios obtinere.*] Notandum eſt collegium decurialium in vrbe Roma fuiſſe qui SC. acta, auctoritates Senatus excipiebant, perſcribebant, complebant, ſcrinia Senatus ſeruabant viri ſcribendi dicendique periti, quibus præfuit rector, quem iudicem auctor appellat, quoniam iudicabat inter decuriales & alios, ideo *l. 1. C. de decurialibus*, ait eum qui velit cum decuriali agere, de auferendo priuilegio, & iure veteri conceſſo, iudicem decuriæ adire debere. Baus.

G

¶ SENATVI VRBIS R. THEOD. REX. xxii.

De collatione dignitatis facta ipſi Capuano.

Capuani commendatio ' ornguntur

LIcèt cautè ſemper eligendus ſit, qui vobis mittitur approbandus (quia ipſe magis traditur examini, cuius ſententia noſcitur prolata penſari) illas tamen prudentibus viris ſociari cupimus dignitates, quæ Romanis artibus quaſi gemmæ nobiles affiguntur. Vbi enim ' digniùs eloquens, quàm in ciuitate proficiat literarum; vt ibi declaret meritum, vbi nutriuit ingenium. Aptum eſt omne bonum locis ſuis: & laudabilia quæque ſordeſcunt, niſi congruo ſede potiantur. Requirit pugna validas manus: deſiderat nauigium pectus animoſum: ſic ſcrinia veſtra fidele propoſitum: ſic Curia facunda diſertum. Multa ergo deliberatione penſandus eſſe creditur, qui quotidie noſtris ſenſibus offeratur. Capuanum igitur ſpectabilem virum æſtimatio noſtra reſpexit, qui Curiæ veſtræ ſententiam maioris natu auctoritate facundus ediceret, & Senatus ſcrinia conſcientiæ puritate ſeruaret: vt actus illos mundo celeberrimos ſua reddat integritate laudandos. Magnum munus eſt P. C. ad integritatem deligi. [Nec mediocriter probatur conſcientia, cui eſt veritas commiſſa ſæculorum.] Nam ſi prædicatur teſtis, qui in præſenti negotio vera dixerit: qua laude cenſeri poterit, qui cunctis temporibus certa tranſmittit? Sed quamvis alumni veſtri habeatis cuncta notiſſima, iuuat magis illa repetere, quæ omnium conſenſus poſſit agnoſcere.

' dignus H *Bonū ſuū aptum locū.* *Scrinia.* ' poteſt *Teſtis præſens.*

Digitized by Google

A

electio · *proſpicuitate*

agnoſcere. Adeſt ſemper electa quædam ſermonum gratia, blanditur auribus, mentem trahit, vtitur perſpicuitate facundiæ, qualem de pura conſcientia decet emanare. Eſt enim quoddam ſpeculum morum agentis oratio: nec maius poteſt eſſe mentis teſtimonium, quàm qualitas inſpecta verborum. Nam vt eius propria deſcribamus, patitur in ſimplicibus rebus linguæ retinacula: his verò tamen correctior cùm perorat: & hoc illi ad gratiam datum eſt prouidente natura, vt quem præ foribus hæſitantem videras eloquentem in certaminibus obſtupeſcas. Illa verò memoria, quæ Oratorum theſaurus iure vocitatur, tanta in eum firmitate conſedit, vt ſemel audita ſcripto apud eum putes eſſe recondita. [Magnum beneficium, obliuionis neſcire defectum: & quædam ſimilitudo verè cœleſtium eſt, tempore decurſa ſemper habere præſentia.] Quæ nunc ideò declaramus, vt cognoſcatis, ſubtectorum gratias nos habere virtutes, & iudicium noſtrum non per caſuale votum, ſed per electionis ſtudium doceamus eſſe conceptum. His ergo P. C. Capuanum bonis dotatum, à præſenti indictione Decuriarum Rectorem eſſe præcipimus, maioris etiam natu auctoritate ſubuehimus: vt qui ſe motum cana maturitate tractauit, quod eſt ampliſſimum reuerentiæ genus, in veſtro ordine ætatis honore gratuletur. Augebit eloquentiam officio meliore ditatus [Quoniam multum facundior eſt, qui ſententiam dictat, quàm ille qui ſupplicat] Libertas verba nutrit, metus autem copiam frequenter intercipit. Actus quoque ipſe longe diſſimilis: vt qui pridem aſſiſtebat etiam mediocribus humilibúſque fortunis, nunc introducat veſtræ Curiæ Conſulares.

Lau oratiomis. · *iis* · *videas* · *Memoria.*

B

iis · *præcepimus* · *Morum cana maturitas.*

ABVNDANTIO * PRÆPOSITO THEOD. Rex. XXIII.

Quod adminiſtretur annona ſagittariis directis ad exercitum.

C

Tamē al. Tocanen. · *Iuuenes oſtendant in bellis, quæ didicere in gymnaſiis.* · *vbi* · *oſtentāt* · *quid* · *ſollicitudini* · *credimus*

TAtanem * Saionem noſtrum eum ſagittariis ad illuſtrem virum Comitem Iulianum æſtimauimus eſſe dirigendum: vt maius ſumeret robur duplicatus exercitus. Oſtentent iuuenes noſtri bellis, quod in gymnaſio didicere virtutis. Schola martia mittat examina, pugnaturus ludo, qui ſe exercere conſueuit in otio. Atque ideò illuſtrem magnitudinem tuam, eis annonas & nauigia ſecundum conſuetudinem præbere cenſemus, quatenus iuuante Deo quo directi ſunt debeant peruenire. Veſtræ enim conſuetudini damus noſtrarum efficaciam iuſſionum. Quis nullatenus deſtitui poſſe creditur, quod, Deo iuuante, tuis ordinationibus inchoatur.

EPIPHANIO V. S. CONSVLARI Prouinciæ Dalmatiæ Theod. Rex. XXIV.

D

Vt faciat fiſci compendiis applicari, bona cuiuſdam mulieris quæ inteſtata deceſſerat nullis proximis derelictis.

Vxor mariti hæres. · * *quòd* · *legis* · *Caduca fiſco cedunt.* · *proximitas* · *facias* · *Compendia iuſta nō aſpernanda*

IOanna Andreæ, * quondam iugali ſuo ſucceſſiſſe legis munere perhibetur: quæ inteſtata nullis exiſtentibus proximis luce dicitur eſſe priuata. Cuius ſubſtantia à diuerſis, nullo legitimo iure ſuffultis, vſurpatione voluntaris ſuggeritur poſſideri. Et quia 1 caduca bona fiſco noſtro competere, legum cauta decreuerunt, ideò te præſentibus oraculis admonemus, vt huius rei veritate diſcuſſa, ſi ita vera, vt ad nos perlatum eſt, nullus ei aut teſtamento heres extitit, aut proximitatis iure ſucceſſit, fiſci noſtri eam facies compendiis aggregari. Quando innocentiæ noſtræ profeſſio eſt, iuſta compendia non negligere, apud quem calumnia nunquam locum potuit inuenire. Rogari enim in talibus cauſis, non fraudari principem decet. [Quia negligentiæ vitium eſt, præſumptiones relinquere, quas iura præcipiunt amputare. Si quid autem contra repereris, quietos dominos habere patiaris. Quia magis illa noſtra ſunt patrimonia, quæ à ſubiectis legitimè poſſidentur.

E

NOTÆ VARIORVM.

1 *Caduca bona fiſco noſtro competere.*] Ex iure, quo ἀδέσποτα καὶ ἀκληρονόμητα principis fiſco cedunt, vt theſauri, vt vacantia bona, quæ hæredem non inueniunt, vel indignis relicta aut incapacibus auferuntur. Vlpian. *fragm. tit. 17. & 18. l. vn. C. de cad. toll.* Plinius *Panegyrico ad Traian.* ſup. lib. 6. epiſt. 3. For.

BACAVDÆ V. S. THEOD. REX. XXV.

Tribunatus perpetuus.

F

Senū vita otium.

FEſſos annos munificentia noſtra corroborat: dum ætatem occiduam penuriæ non facit detrimenta ſentire. Iuuenum ſiquidem virtus præſumptione laboris animatur: ſola ſenum vita eſt, quietis inueniſſe remedia. Atque ideò tua ſupplicatione permoti, deſignari tribunatus curam in Mediolanenſi vrbe diligentiſſimè peragendam, ad te decreuimus pertinere. Ita vt, quod eſt in Reipub. militia nouum, donec vixeris nunquam tibi ſucceſſorem tribuat cuiuſquam plectenda præſumptio. Quatenus in exhibendis voluptatibus officij huius cura manſuetudinis noſtræ beneficio iugiter perfruaris. Habens in vtroque quod tuam conſoletur ætatem, loci commodum, & lætitiam voluptatum.

VNIVERSIS GOTHIS PER PICENVM Et Samnium conſtitutis Theod. Rex. XXVI.

Conceditur eidem tribunatus cura quoad vixerit.

G

Euocatur exercitus. · *noſtris* · *Mortuo ſimilis qui à principe non noſcitur.* · *Notū eſſe principi.* · *feſtinetis* · *Militum tranſitus innocens.*

QVamvis munificentia noſtra ſit omnibus vbique gratiſſima, multo tamen acceptiora credimus, quæ noſtri præſentia conferuntur. Quia maiora de conſpectu principis populi ſumunt, quam de largitate beneficia conſequuntur. Nam penè ſimilis eſt mortuo, qui à ſuo dominante neſcitur: nec ſub aliquo honore viuit, quem Regis ſui notitia non defendit. Et ideò præſenti iuſſione mandamus, vt octauo Iduum Iuniarum die, Deo auxiliante, ad præſentiam noſtram venire debeatis, qui ſolenniter regalia dona ſuſcipitis, ſi venire protinus feſtinatis. Illud tamen neceſſariò commonentes, vt venientium nullus prouenire poſſit exceſſus, 1 nec poſſeſſorum ſegetes aut prata vaſtetis. Sed ſub omni continentia properantes, de cuſtodita diſciplina grata nobis eſſe veſtra occurſio poſſit. Quia ideò exercituales gratanter ſubimus expenſas, vt ab armatis cuſtodiatur intacta ciuilitas.

NOTÆ VARIORVM.

H

1 *Nec poſſeſſorum ſegetes, nec prata vaſtetis.*] Tranſitus militum ſit innocens, néve fruges lædat. Itaque quod de iure ſeruitutis haſtæ rectæ illæſis fructibus ferendæ à Paulo ſcriptum eſt, *l. 7. qui ſella. D. de ſeru. ruſt. præd.* quidam tractum à regibus ſuſpicantur, qui extero exercitui commeare ditionis ſuæ regionem per aliquam permittunt. Vnde Lyſander Laconum dux apud Plutarchum videns Bœotos incertæ fidei quum per eorum agros tranſiret, ſciſcitatus eſt, vtrum rectis an inclinatis haſtis tranſiret, ſed ego putem Iureconſultum de priuato iure, non Imperatorio ſenſiſſe, *l. 13. item quæritur, §. exercitu. l. 15. ex conducto, verſ. exercitus præteriens per laſciuiam, ff. locat.* Idem Iuſtinianus. *Nouell.* 130. [illegible] conſtituerat: cuius auſpiciis ac legibus Beliſarius rexit exercitū. Nam cùm militum quidam in agros diſcurrentes, fructus attingerēt, eos ignominia notatos

conuocans,

A

coouocans, ſic eſt allocutus: *Vim afferre, & ex alieno paſti turpe ſemper ac probroſum videtur, quod iniuſtum in ipſo feratur.* Auctor Procop. *lib.4. de bello Vandelico.* infr. lib. 12. epiſt. 5. For.

❡ GVDVIM SAIONI THEOD. REX. xxvii.

Vt adeant principem, qui ſingulis annis recipere donatiua præmia conſueuit.

Solennia & annua munera.

CONſuetudine liberalitatis regiæ commonemur, vt Gothis noſtris debeamus 1 ſolennia dona largiri. Et ideò deuotio tua Millenarios prouinciæ Piceni & Sanni, ſine aliqua dilatione commoneat, vt eos, qui annis ſingulis noſtræ manſuetudinis præmia ' conſequuntur, pro accipiendo donatiuo ad ' Comitatum faciat incunctanter incurrere. Quatenus qui benè nobis meriti fuerint, maiore munificentia gratulentur. Inculpabiliter enim neceſſe eſt viuat, qui ſuam præſentiam nouit principibus offerendam. Bonos enim laus, malos querela comitatur. Decet etiam nos ſub hac occaſione a ſingulorum facta perquirere: 3 vt nulli ' poſſit perire, quod facit in acie. Nam ſi ſemper conſuetudinarias res * expediret exercitus, virtutem non poteſt amare neglectus. Trepidus diſcat ad iudicem venire, qui ſe non meminit audacter aliquid egiſſe. Vt melius poſſit hoſtibus ' violentus inſurgere, qui noſtræ maluit imputationis vulnera declinare.

' Conſequuntur.
' Comitatum nostrum
B
Donatiuum.
' poſſiot
* expiret al. expectet
' violêter

NOTÆ VARIORVM.

❡ 1 *Solennia dona*] & annua munera, infra epiſt. 41. huius lib. 5. For.

❡ 2 *Singulorum facta perquirere.*] Idem tribuit Alexandro Mammeæ filio Lampridius. For.

❡ 3 *Vt nulli poſſit perire quod facit in acie.*] Regia munera hæc donatiua, præter ſtipendia conſueta militibus in præmium fortitudinis cedebant; nec temerè, neque paſſim omnibus citra delictum. Fuit ſub Iuſtiniano quæſtor præmiorum. Agathias *lib. 3. de bello Goth. in exercitu,* inquit, *nec ducis, nec præfecti munere fungebatur: nec miles quidem.* Quæſtor alioquin & regiæ pecuniæ cuſtos, haud tamen earum quæ militibus in ſtipendium pendebantur: Nam alteri erat hæc cura demandata: ſed quæ ex imperatoris ærario ad exercitum his & in præmium mittebantur, qui inſigne aliquod facinus in bello geſſiſſent. Qua ex re non obſcurus is erat, ſed præpotens factus, atque adeò vt arcanorum eſſet inter cæteros particeps, ita vt firmitatis eum plurimum & fidei principum vida viderentur habere, quum illi placerent: quod hic Caſſiodorus quoque ſubindicare videtur, dum ait, *ſingulorum facta, &c.* quaſi eſſet in caſtris quidam explorator induſtriæ & fortitudinis cuiuſque militum: cuius renuntiatio apud principem valeret ad militis ſtrenui commendationem. For.

C

D

CARINO V. I. THEOD. REX. xxviii.

Euocatio illuſtris cuiuſdam viri ad præſentiam principis.

Euocatur miles.

HAbent hoc glorioſum præiudicium bonarum merita perſonarum, vt otio torpeſcere non ſinantur, qui probis actionibus innoteſcunt. Et ideò tam deſiderio veſtro ſatisfacientes, quàm ' quod vos neceſſarios eſſe ' credidimus, iuſſis præſentibus euocamus. Quatenus & viris nobilibus obſequia noſtra decorentur, & quæ vtilia nobis credimus per te expedire poſſimus.

' quid
' credidimus

' NEVDI V. I. THEOD. REX. xxix.

Quod amoueat imponentes ignota genera ſeruitutis.

E

MOnit nos quidem * Oceri fuſa precatio, ſed magis miſerabiliorem reddidit virum luminis ſui ademptus ornatus: quia neceſſe eſt, vt amplius permoueat viſa quam audita calamitas. Is enim perpetua nocte ſuperſtes ad remedia noſtra mutuati luminis beneficio feſtinauit: vt quem videre non poterat, ſaltem clementiæ ſuauitate ſentiret. Clamat enim ſibi * Gudila vel Oppane incognitam ſuo generi ' conditionem ſeruitutis imponi: cum pridem ſub libertate noſtros fuerit ſecutus exercitus. Mirati ſumus ' talem in famulatum trahi, qui à vero domino debuiſſet expelli. [Nouus ambitus, talem quærere, quem poſſis horrere: ſeruúmque dicere, cui debeas diuina conſideratione ſeruire.] Adiiciens ' enim huiuſmodi calumnias Pithiæ Comitis celebratæ opinionis viri ſibi examinationem ſummotam. Nunc autem infirmitatis ſuæ mole compreſſum, manu vindicare non poſſe, quæ patrona fortibus probatur aſſiſtere. Sed nos, quorum eſt proprium inter pares ac diſpares æquabilem iuſtitiam cuſtodire, præſenti iuſſione decernimus, vt ſi in iudicio ſupra memorati quondam Pithiæ ſe probauit ' ingenuum, calumniantes ' protinus * amouere. Nec audeant vlterius neceſſitatibus alienis illudere, quos ſemel conuictos decuerat ſua vota damnare.

Lit de ſarm.
* Doceri *Cæcitas.*
* Gudila vel Apine.
' conditionem iam
' etiam adhuius
F
Æqualis iuſtitia.
' ingenuũ, penitus
* amouentis

' GVDVI VIRO SVBLIMI THEOD. REX. xxx.

Quod amoueantur ab omnibus qui lætantur beneficio libertatis.

QVos duces eligimus, eis ſimul & æquitatis momenta iure delegamus. Quia non tantum armis, quantum iudiciis nos effici cupimus clariores. ' Coſtula igitur atque Datla cum, Deo propitio, Gothorum noſtrorum libertate lætentur, onera ſibi ſeruilia à vobis cauſantur iniungi: quæ nec ' ipſos deceat perpeti, ne cuiquam irrationabiliter ' fas ſit imponi. Quod ſi ita geſtum eſſe cognoſcis, ſine aliqua dilatione facias amoueri. Ne ad nos exinde viterius querela teuocetur, & incipiat grauis eſſe animo noſtro in ' ducem reuoluta cauſatio, quem magis oportet talia peragere, quæ nos delectet audire.

Iudex delegatus.
' Coſtolo
G
' ipſas
' ſic
' duce

❡ DECORATO VIRO DEVOTO THEOD. Rex. xxxi.

Vt compellat quoſdam pecuniam ſoluere poſtulatam, ſi re-uera eos fortè conſtiterit debitores.

THomas vir clariſſimus ' inter Apuliam Calabriámque prouincias de Siliquatici titulo ' Indictionum octauæ, nonæ, vndecimæ, primæ, ſecundæ, & quintædecimæ, quas ad conductionem ſuam pertinuiſſe commemorat, nonnullos maximam pecuniæ quantitatem * redhibere conqueritur. Et quia vtilitatem publicam diuturna non conuenit ludificatione differri, ideo deuotio tua præſentia decreta ſuſcipiens, Marcum presbyterum, Andream & ' Simeonium, vel reliquos, quos breui ſubter annexus eloquitur, ſeruata in omnibus ciuilitate conueniat. Vt ſi eos non per calumniam, ſed manifeſtos reuera fiſco conſtiterit eſſe debitores, ' ſummáque rationabiliter poſtulatur, ſine aliqua imminutione perſoluant. Prouidendum eſt enim, ne ſpiritus contumacium perſonarum publicis rationibus aliquod videatur afferre diſpendium. Qui verò minus intentata cognoſcunt, ad iudicium competens eo imminente conueniant: vt quod æquitati congruit, vtrarumque partium allegatione recognita, ſaluis legibus impleatur.

' intra
Siliquatici exactio ſiat.
H
' indictionis
* reddere debita *Arcus.*
' Simoni
' ſummã quæ

A

¶ BLANDILÆ THEOD. REX. xxxi.

Committitur viro correctio vxoris, quæ in vxorem alterius nobilis manus iniecisse dicitur violentas.

Ratio de vxore marito mādata.

ADiit nos innumeria vicibus Patzenis repetita conqueſtio, qui cum eſſet in expeditione feliciſſime conſtitutos, à Procula coniuge tua vxorem ſuam aſſeruit trina fuiſſe cæde laceratam: ita vt ſolo beneficio deſperationis euaderet, cum non plagis feſſa, ſed iam crederetur extincta. Hanc nos, ſi tamen vera eſt, ¹ in fœmina quam maximè mirantes audaciam, tranſire non patimur impunitam. Atque ideò decretis te præſentibus admonemus, vt ſi factum euidenter agnoſcis, delatam querimoniam pudori tuo conſulens 1 maritali diſtrictione redarguas: quatenus ex eadem cauſa ad nos querela iuſta redeat, & legibus noueris reſecari poſſe, quod te oportuerat domeſtica diſtrictione corrigere. Quod ſi mendacium magis petitoris accuſans cauſam dicere fortaſſe volueris, ſummoto dilationis obſtaculo, ad Comitatum noſtrum cum ſupradicta coniuge tua incunctanter occurrere, ² excepiora aut de iniqua præſumptione vindictam, aut 2 de mulieris improbitate victoriam.

¹ infamia

Maritalis diſtrictio.

B

Comitatus princip.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Maritalis diſtrictio*] *l.vn. C.Theod.de emend propinq.* Matronas proſtratæ pudicitiæ, quibus accuſator publicus deeſſet, vt propinqui more maiorum de communi ſententia coërcerent auctor fuit Tiberius, Suetonius *in ipſius vita cap.* 35. For.

¶ 2 *De mulieris improbitate.*] Fœminis ad ſcelera vires eſſe ait Fabius Quintil. *declam.* 2. *l.vlt.Cod Theod ad leg. Corn. de ſicar.* mitior enim circa eas debet eſſe ſententia, quas pro infirmitate ſexus minus auſuras eſſe confidimus. For.

C

¶ VVILITANCHO DVCI THEOD. REX. xxxii.

Mandat reſecari exceſſum illius, qui in vxorem alterius pro defenſione Reipublicæ exiſtentis proprio coniugio duxit ſociandam.

GRauis eſt Patzenis clementiæ noſtræ ſenſibus intimata conqueſtio: qui ſe in expeditione Gallica ¹ conſtituto, in eum Brandilam proſiluiſſe teſtatur exceſſum, vt vxorem eius Reginam, proprio ſociandam ² duceret eſſe coniugio: & in iniuriam noſtrorum temporum, 1 adulterium ſimulata matrimonij lege commiſſum fuit. Hæc nos, ſi vera ſunt, tranſire nequaquam patimur impunita. Nam quando affectus tutos quis habeat, ſi tunc ſceleri ſubiacebit, cum pro omnium ſalute pugnauerit? Reſpicite impudicæ gementium turturum caſtiſſimum genus: quod ſi à copula ſua fuerit caſu intercedente diuiſum, perpetua ſe abſtinentiæ lege conſtringit: gratiam coniunctionis non repetit, quam reliquit: fidem ſeruat, dum laudem pudoris ignorat: & moribus ſtudere deprehenditur, quod nulla viduitatis conuerſatione gloriatur. Mulierum ſe, proh dolor, vota continere nequeunt, quibus caſtitatem ratio perſuadet. ³ pœna legis imponit, terror maritalis extorquet. Perierunt profectò mores, ſi nec illis comparari poſſunt, quæ ratione carentia temperantur. Et ideò ſublimitas tua impetitos ad ſuum faciat examen occurrere: & rerum veritate diſcuſſa, ſtens iura noſtra præcipimus, in adulteros maritorum fauore ⁴ reſecetur. Quia defenſorem Reipub. redire noluerunt, qui ſceleſta præſumptione coniuncti ſunt. Confundi ſine dubio deſiderauerunt omnia, qui tentauerunt legibus inimica. Sed meliùs eſt, ⁵ 2 paucorum damno malorum corrigatur intentio. Quia omne matrimonium, quod abſit, incertum relinquitur, ſi in tanta reuerentia ſine aliquo terrore peccetur.

Adulterium ¹ *cōſtituta* ² *diduceret*

Turturū viduitas.

D

Mulierū pudicitia. ³ *pœnam leges imponunt*

⁴ *reſecētur* *Pœna adulterii.*

⁵ *vt paucorum*

NOTÆ VARIORVM.

E

¶ 1 *Adulterium ſimulata matrimonij lege commiſſum fuit. Hæc nos ſi vera ſunt tranſire nequaquam patimur impunita.*] Quæ fuerint olim adulterij pœnæ paucis demonſtrabo. Romuli lege, matronæ eius culpæ rea, marito permiſſa cognatiſque, ij vti viſum mulctabant ac puniebant, etiam morte: etenim iure ipſo, mulier quæ iuxta ſacratas Romuli leges nupta, ita in manu viri, vt proles in patris. In eas quæ ſacris Bacchanalibus inceſtu vſæ, cognati maritique intra domos animaduerterunt, aiunt Liuius & Valerius. Vide Valer. Max. *lib.* 6. *cap.* 3. Plin. *lib.* 14. *cap.* 13 Tertul. *in Apolog. cap* 6. Præterea adulteræ domo exactæ & dote priuatæ, vt Plautus in *Amphitr.* indicat. Valer *lib.* 8. *cap.* 11. Quod ſi mariti cognatique diſſimulabant, hoc eſt (vt cum Liuio loquar) idoneus in priuato ſupplicij exactor nemo erat, non tardò, publico iudicio, perſequebatur id crimen magiſtratus: & præſertim ædiles. Poſtea ſequuta eſt lex Iulia, quam tulit Auguſtus, qui adulteros morte aut fuga puniuit, ita vt capitale crimē eſſet, vt ex Arnobio *lib. iiij.* & Saluian. *lib. vj.* conſtat. Quam adulterij pœnā tribuit priſcis Saxonibus Bonifacius Archiepiſcopus, epiſtola ad Ethelbaldum Anglorum regem. *In antiqua*, inquit, *Saxonia, vbi nulla Chriſti cognitio, ſi virgo in materna domo, vel maritata ſub coniuge ſit adulterata, manu propria ſtrangulatam cremant, aut cingulo tenus veſtibus abſciſſis flagellant eam caſtæ matronæ, & de villa in villam miſſæ occurrunt nouæ flagellantes & cultellis pungunt donec interimant.* Bros.

F

¶ 2 *Paucorum damnatio.*] Statuerunt veteres, auctore in Cluentina Cicerone, vt ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur: vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Hinc decimandi ortus mos fuit, quod *Annivum* dicebant. Liuius *lib.* 2. *& lib* 28. Polybius *lib.* 6 Sueton. & Dion *in Auguſto*: Xiphilin. *in Galba*: Capitolin. *in Opilio Macrino*: Tertull. *ad Scapulam*: *decimanda Carthago.* Bene igitur cum paucorum ſupplicio reliqui ſapiunt ciues, exemplo alieni mali communefacti, *l.* 16. *aut facta. ff. de pœn.* Gell. *l.* 16 *c.* 14. For.

G

¶ ABVNDANTIO * PRÆP. THEOD. REX. xxxiv.

* *Præf. præp.*

Quod compellat quendam contumacem debitorem ad ſoluendum abſque dilatione.

FRontoſum, ſui nominis teſtem, frequenti nobis inſinuatione ſuggeſtum eſt, pecuniæ publicæ ¹ decoxiſſe non minimam quantitatem, quem à diuerſis iudicibus fecimus iuſta examinatione perquiri: ² ne forſitan, vt aſſolet, eum non veritas, ſed infirmaret inuidia. Ille omnia confeſſus, reddere ſe poſſe conſtituit, ſi ei largæ præberentur induciæ: quibus frequenter ³ emenſis, immemor promiſſionis ſuæ, ad conſtituta ſemper imparatus occurrit. Fugere ſiquidem neſcius, ſed ſuæ ſponſionis ignarus: obliuioſus, cum relinquitur: trepidus, cum tenetur. Mutat verba, variat conſtituta: nec in vna die * ſui qualitate contentus, diuerſis imaginibus immutatur. Meritò Chamæleonti beſtiæ conferendus, quæ parnorum ⁴ ſerpentium formæ conſimilis, aureo tantum capite, & reliquis membris ſubalbentis praſini colore diſtinguitur. Hæc ⁵ quoties humanos aſpectus incurrerit, dum ei fugiendi velocitas denegatur, nimia timiditate confuſa, colores ſuos multifaria qualitate commutat: vt modo veneta, modo ⁶ blattea, modo poſſit cyanea reperiri. Vnde mirum eſt, in vna ſuperficie tot diuerſa conſpicere. Quam non immeritò ⁷ Pandiæ gemmæ dicimus eſſe conſimilem, in qua vnus ſe fulgor non poteſt continere: fluctuat aſpectibus tremulis, dū lapis teneatur immobilis. Nā quod modo videris, mox aliud ibi, ſi amplius intueaeris, aduertis: ſic mutatum credis, quod neminē eripuiſſe cognoſcis. ⁸ His permutationibus æſtimatis mens Frontoſi ſimillima reperitur. Quæ dicti ſui non habet fidem: quæ tot ⁹ varietates continet, quot verba protulerit. Protei fabulis inter

¹ *excoxiſſe,*

² *non*

³ *emenſis quidem* *Debitoris fruſtratoris inconſtantia & vanitas*

H

* *mutatur.* *Chamæleon.*

⁴ *ſua ſerpētiſ*

⁵ *quotiens*

⁶ *blattea*

Pandia gemma. ⁷ *patidim*

⁸ *iis*

⁹ *veritate* *Proteus.*

ſociandus,

A

ſociandus, qui ſubito comprehenſus, ſubſtantiæ ſuæ formam omnimodis non habebat. Nam vt cælaret hominem, aut leo frendebat, aut ſibilabat anguis, aut in vndas liquidas ſoluebatur. Et quia ſic notus eſt, ' cum facies ad tuum venire iudicium, primum agito ne promittat: caue, ne conſtituat. Quia leuiſſimi animi mos eſt, polliceri facile, quæ non ' diſponit implere. Quicquid autem perſoluere conſiderata æquitate potuerit, conſtrictus ſine aliqua dilatione iam reddat. Quia poſt tot falſitates argutiæ ſuæ ' reputare poterit, quod ſe frequenter illuſiſſe cognoſcit.

' cum
Non temerè promittendū
' promittit
' imputare

§ ' LVVIRIT COMITI ET AMPELIO Theod. Rex. xxxv.

Committitur correctio exceſſus quorundam, qui omiſſa cura Reſpublicæ frumentum ad proprium commodum tranſtulerunt.

' Punio viro illuſt.

B

CVm pro incerti temporis euentu Romanas æder inopia facie caſtigata pulſaret, & quamvis rara, tamen tam pulchræ ciuitati ' videretur eſſe fœdiſſima, æquum iudicamus Hiſpaniæ triticeas illi ' copias exhibere: vt antiquum vectigal ſub nobis ' felicior Roma reciperet. Iuſſis ſiquidem noſtris viri ſpectabilis Marciani laude digna ' ſeruiuit induſtria. Sed parum diligenter impleta ſunt, quæ conſtat optimè fuiſſe procurata. ' Hi enim, qui portanda ſuſceperant, morarum tædia non ferentes, deſtinatum frumentorum in Africæ partibus pro ſuo dicuntur vendidiſſe compendio. Quod quamvis inultum minimè tranſire debuiſſet (vt amor proprij commodi, tot populorum ieiuna vota ſuſpenderet) tamen quia nobis inſitum eſt, culpas remittere, quas poſſumus cauta ordinatione corrigere Catellum & Seruandum viros ſtrenuos eſſe credidimus dirigendos. Vt quis naucleri ' ducentos octoginta Solidos in triticum, & in naulis ſeptingentos quinquaginta octo Solidos acceptiſſe perhibentur, ſi apud vos facti veritas innoteſcit, in ' ſummam rationem collecta, ab eis ' mille triginta octo Solidorum quantitas inferatur. Vt qui vindictam remiſimus, damna minimè ſentiamus. In qua parte ita ſe ſublimitas veſtra diligenter impendat, vt & iuſtitiæ & publicis vtilitatibus ſatisfeciſſe videatur.

Pro frumēto vē dito illata pecunia
' viderem
' copioſas
' feliciam
' ſeruit
' 11

C

' Inter
' ſumma
ratione
' ſimul

¶ STARCEDIO V. S. THEOD. REX. xxxvi.

Quod eximatur debilis corpore ab expeditione bellica, vt in otio maneat optato.

COntinuatis laboribus attritum corpus debilitatem tibi canſaria attuliſſe membrorum, vt qui ante bellicis fueras aptos inſignibus, nunc vel ad otioſam vitam vix idoneus approberis, expetens, vt ad expeditiones feliciſſimas non cogaris, à quibus non voto, ſed neceſſitate ſubduceris. Atque ideò allegationibus tuis diutiùs perquiſitis, & ad rerum fidem deductis, otium tibi non ignotabile præſenti iuſſione largimur. Quia non eſt ignauiæ culpa, ' quem excuſat miſeranda calamitas. Sed ſicut tibi remiſſam vitam concedimus, ita te donatiuo præſenti auctoritate priuamus. Quia non eſt æquum, vt cum de tuo cognoſcatis idoneus, rem laborantium accipere debeas otioſus. Fruere igitur ſecura vita, aduerſorum inſidiis noſtro munimine liberatus. Nec aliquis tibi imputabit deſertoris opprobrium: quando illi ' quos contigerit à militia, morbi cauſa ſuſpendi; ex prioribus factis habendi ſunt iure reuerendi. § Nec enim dignus eſt à quoquam redargui, qui noſtro iudicio meretur abſolui.

Militi miſſio data abrogato donatiuo.

D

Calamitas excuſat ignauia culpa
' quod
' illis

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Nec enim dignus eſt à quoquam redargui, qui noſtro iudicio meretur abſolui.*] Fas eſt maculoſas notas vitiatæ principi opinionis abſtergere. Sic *l. 4. C. ad SC. Tertyllian.* ait maculas remitti imperiali beneficio, ſed tamen principis indulgentia quos liberet notat *l. 2. C. de gener. abol.* cui addo locum Suetonij *in Claudio c. 16.* BROS.

E

IVDÆIS MEDIOLANENSIBVS THEOD. Rex. xxxvii.

Conſeruantur iura quæ ad eorum pertinent Synagogam.

LIbenter annuimus, quæ ſine legum iniuria " poſtulantur, maximè cum pro ſeruanda ciuilitate nec illis ' ſunt neganda beneficia iuſtitiæ, qui adhuc in fide " cognoſcuntur errare. Atque ideò diſcant rerum bonarum ſuauiſſimum ſaporem; vt qui humanam iuſtitiam nituntur quærere, ' ſolicitiùs incipiant diuina iudicia cogitare. Proinde quoniam nonnullorum vos frequenter cauſamini præſumptione laceratos, & quæ ad Synagogam veſtram pertinent, perhibetis " iura reſcindi, opitulabitur vobis manſuetudinis noſtræ poſtulata ' tuitio. Quatenus nullus Eccleſiaſticus, quę Synagogæ veſtræ iure cōpetunt, violentia intercedente peruadat, nec veſtris ſe cauſis importuna acerbitate permiſceat. Sed vt religionis ' cultuum, ita & actuum ſint conuerſatione diſcreti; hac tamen moderatione principalis auxilij beneficium concedentes, vt nec vos quod ad ' præfatæ Eccleſiæ ius vel religioſas * perſonas certè legibus pertinere conſtiterit, inciuiliter attrectare tentetis. Tricennalis autem humano generi patrona præſcriptio, eò quòd cunctis vobis iure ſeruabitur: nec conuentionalia vos irrationabiliter ' præcipimus ſuſtinere diſpendia: vt hac pietatis noſtræ defenſione muniti, peritio veſtra ab illicitis ſe liberatam gratuletur incommodis. Concedimus quidem, clementiæ noſtræ conſuetudine, quæ rogaſtis. Sed quid ' Iudæe ſupplicans temporalem quietem quæris, ſi æternam requiem inuenire non poſſis?

Iudæorū ſynagoga ſecuritas
F
& initia.
" Al. *poſtulamur.* FOR.
' ſint
" Al. *noſcuntur.* FOR.
' ſolicitis
" V. *iura reſcindi.* FOR.
' defenſio
Ne vllus Eccleſiaſticus ſynagoga officiat.
' cultu
' dictæ
* cæteras perſonas FOR.

G

Tricennalis præſcriptio.
' præcipimus
Argutus in Iudæos aculeus.
' Iudæa.

¶ VNIVERSIS POSSESSORIBVS THEOD. Rex. xxxviii.

Vt arbores ædificiis obnoxia euellantur.

ADmonet nos formarum cura præcipua, vt quæ poſſunt noxiè creſcere, debeamus celeriùs amputare. Quatenus & ' ſoliditas aquæ ductus, Deo auxiliante, incorrupta ſeruetur, & vobis leue ſit opus, quod in teneris arboribus adhibetur. Nam quæ nunc virgulta ſunt, erunt, ſi negligantur, & robora. Iſta enim quæ modo facili auulſione ' dirimuntur, poſtea vix ſecuribus icta ſuccumbunt. Atque ideò ſociata debetis properatione contendere, vt præſenti diligentia futuri laboris euadatis incommoda. ' Hæc eſt enim * ciuilis euerſio, ſine oppugnatione ' diſſidium, aries, vt ita dixerim, fabricarum. Quapropter omnem ſyluam, quæ parietibus inimica conſurgit, de Rauennate forma iubemus radicitus amputari: vt 1 Signini ' Albei reparata conſtructio talem nobis deducat liquorem, qualem potuit à fontibus ' ſuſcipere puritatem. Tunc erit exhibitio decora thermarum, tunc piſcinæ vitreis fontibus fluctuabunt, tunc erit quæ ' diluat aqua, non inquinet: poſt quam lauari continuò non ſit neceſſe. Additur etiam, quod ſi ad potandum vnda ſuauis influxerit, omnia noſtro victui redduntur accepta. Quando humanæ vitæ nullus cibus gratus efficitur, vbi aquarum dulcium perſpicuitas non habetur. Nam ſi lauari cupimus puriſ-

' inſolidītas
Malis principiis obſtandū.
' dirimuntur

H

' Hoc
* ciuilis
' deſidetium
Aries.
* alius
' recipere
Aquarū vtilitas.
' deluat
ἄρισον ὕδωρ.

A ſimis liquoribus, quantò magis ſatiari tal bus feſtinamus? Quæ ſi nunc facta tractentur, nulli labor facit tædium, qui ſumitur pro delectatione cunctorum.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Signini Alues*] fortè *vt ſing. alues*, videtur *ſignum alues*, legendum. Signini vt apud M. Tullium 7. *in Verrem.* in fine Briſſon. 1. par. For.

¶ AMPLIO ET LIVERIÆ THEOD. Rex. xxxix.

De reſecanda conſuetudine & prouincialibus ita componendis, vt à ſinalibus non deuient inſtitutis.

DEcet, prouincias regno noſtro, Deo auxiliante, ſubiectas, legibus & bonis moribus ordinari. Quis illa vita vere hominum eſt, quæ iuris ordine continetur. Nam belluarum ritus eſt, ſub caſu viuere: quæ dum rapiendi ambitu feruntur, improuiſa temeritate ſuccumbunt. Agrum ſuum denique a dumoſis ſentibus ductus purgat agricola: quia laus excolentis eſt, ſi agreſte ſolum dulciſſimis fructibus amœnetur. Sic quies ſuauiſſima populi & tranquilla diſpoſitio regionum, præconium probatur eſſe regnantium. Multorum itaque querela comperimus, in prouincia Hiſpaniæ, quod ſummum inter mortales crimen eſt, ' vitas hominum vaga præſumptione populari, & leuiuſ occaſione cauſarum ſubire multos interitum. Sic mala pace quaſi iudu corruunt, quanti vix potuiſſent cadere ſub neceſſitate bellorum. Dehinc * non polypticis publicis, vt moris eſt, ſed arbitrio compulſorum ſoggeruntur prouincialium ſubiacere fortunæ. Quod genus euidentis eſt prædæ, pro illius voluntate dare, ' qui ad ſuum commodum amplius feſtinat ' exigere. Cui rei nos regali prouidentia ſuccurrere cupientes, ſublimitatem veſtram per vniuerſam Hiſpaniam loco muneris credimus ' deſtinandam. Vt ſubordinationis " veſtræ bonitate inueteratæ poſſit conſuetudini nil licere. Verùm vt, more medicorum, ſæuioribus morbis accelerata remedia * tribuſmus, inde curationis noſtræ fiat initium, vbi magis ' noſcitur eſſe periculum. Homicidij ſcelus legum iubemus auctoritate reſecari: ſed ' quantò vehementior pœna eſt, tantò eius rei debet inquiſitio plus habeti: ne amore vindictæ innocentes ' videantur vitæ pericula ſuſtinere: ' Pereant itaque ſoli nocentes, in correctione multorum: quando & hoc pietatis genus eſt, coercere infantiam criminis, ne iuueneſcat augmentis. Exigentes verò aſſem publicum per grauamina ponderum, premere dicuntur patrimonia poſſeſſorum: vt non tam exactio, quàm præda eſſe videatur. Sed vt totius fraudis abrogetur occaſio, ad libram Cubiculi noſtri, quæ vobis in præſenti data eſt, vniuerſas functiones publicas iubemus inferri. Quid enim tam nefarium, quàm præſumptoribus liceat in ipſa etiam trutinæ qualitate peccare? vt quod eſt iuſtitiæ propriè datum, hoc per fraudes ' noſcatur eſſe corruptum? Conductores domus regiæ, quacumque gente ſint editi, ad liquidum veritate diſcuſſa tantum decernimus ſoluere quantum noſtra prædia conſtiterit ' penſitare. Et ne cuiquam labor ſuus videatur ingratus, ſalaria eius pro qualitate locatæ rei, veſtra volumus æquitate conſtitui. Non enim noſtra, ſed illorum rura dicenda ſunt, ſi pro voluntate conducentis modus eueniat penſionis. Tranſmarinorum igitur canonem, vbi non parua fraus fieri vtilitatibus publicis intimatur, vos ' attentè iubemus exquirere: atque ſtamium numerum pro ' rerum qualitate ' definire. Quia contra fraudes vtile remedium eſt, noſſe ' quod inferatur. Monetarios autem, quos ſpecialiter in vſum publicum conſtat inuentos, in priuatorum didicimus ' tranſiſſe compendium. Qua præſumptione ſublata, pro vtrium qualitate functionibus publicis applicentur. * Telonei quin etiam canonem nulla faciatis vſurpatione confundi. Sed modum rebus vtiliſſimum, quem præſtare ' debeat, imponentes, commerciandi licentiam æquabili ratione reuocate: ne ſe reddat in ' vagum ambitioſa enormitas exigentium. Actus præterea Læti, cuius conſcientia ſnoima pulſatur inuidia, ſub conſueta nobis cenſemus æquitate perquiri. Vt nec fraus aſtutis machinationibus ' occulatur, nec innocentia falſis criminationibus ingrauetur. Quoſcunque verò in furtiuis actionibus " repereritis fuiſſe verſatos, pro fortunarum quantitate, ſuppreſſam reddant veſtra æſtimatione pecuniam. Quod ſi hæc per alios diſperiſſe conſtiterit, & illi nihilominus teneantur obnoxij, qui ſcientes paſſi ſunt in tali actione miſceri. Complices enim extiterunt criminis, qui non detexerunt facta raptoris. 1 Præbendarum tenor aſcriptus, quem noſtra diuerſis largitur humanitas prouincialibus, ſuggeritur intolerabilis cauſa eſſe damnorum: quando & in ſpecies exigitur, & impudenter eius pretium poſtulatur. Deteſtabilis cupiditatis iſta ſunt documenta, competentia ſibi diſtrahere, & ad exigendi impudentiam mox redire. Quod nimis improbum, nimis videtur abſurdum, vt & noſtra conſtituta prætereant, & tributariorum, qui fouendi ſunt, videantur afflixiſſe ſubſtantiam. Sint igitur præfixo modo contenti, ſiue ibidem poſiti, ſiue hinc nihilominus deſtinati: habeant liberum arbitrium, vnum tantum de duobus capere: dummodo ' geminata exactione fortunas alienas non debeant ingrauare. Exactorum quoque ' licentia fertur amplius à prouincialibus extorqueri, quam noſtro Cubiculo conſtat inferri. Quod diligenti examinatione diſcuſſum, ad hunc vos modum functiones publicas reuocare decernimus, ' quem Alarici atque Eurici temporibus conſtat illatas: 2 Parauedorum ' itaque ſubuectiones exigere, eos qui habent veredos adſcriptos, prouincialium querela comperimus: quod nullum penitus ſinatis præſumere, quando per turpiſſimos quæſtus & poſſeſſor atteritur, & commeantium celeritas impeditur. Villicorum quoque genus, quod ad damnoſam iuitionem queruntur inuentum, tam de priuata poſſeſſione, quàm publica funditus volumus amoueri. Quia non eſt defenſio, quæ præſtatur inuitis: ſuſpectum eſt, quod patiuntur * 3 volentes. Nam hoc eſt reuera beneficium, ' ſi ſine murmure feratur acceptum. Seruitia igitur, quæ Gothis in ciuitate poſitis ſuperfluè præſtabantur, decernimus amoueri. Non enim decet, ab ingenuis famulatum quærere, quos miſimus pro libertate pugnare.

Margin notes: Occurritur exa ſtimatione. B aliorum fraudibus. Cades. ' vita *pollicites ' quod eligere ' deſtinandum C " Quidam libri habent noſtra. * confeſsimus, vt For. ' erat ' tantum Grauioribus malis prius medendum. ' videatur ' Pareant Exactores. Libra principis Trutina. ' videatur D Conductores. ' præſtare Transmarinus canon. ' rationem ' iuris ' diffinire ' quod inferatur Monetarij. ' tranſiſſe Telonei E canon. * tholonei For. ' debeant ' vagum ' occuletur Furta. " Al. reperitis For. hoc Conſiliorum & raptorum. Præbenda. F ' examinata licentia For. ' quam Veredi. Parauredi. ' atque ſubuectiones G Villicorum tuitio. * V nolentes For. ' & H

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Præbendarum*] al. *præbendorum.l.19. Iuuſti. de teſtib.* Plaut. *in Perſa. Præbenda ædiles locauerunt.* Aul. Gell. *lib.15. cap.4* Symmach. *lib.1. epiſt.19.* eadémque forma *tribuenda* dixit, *vt præbenda*, quæ more ſolito tribuebantur, lib.4. epiſt.6. & 28. For.

¶ 2 *Parauaredorum.*] Parauaredorum meminit & inf. lib.11. epiſt.14. & *l.8. l.4. C. de curſ. publ. & C. de præpoſ. ſacr. cub.* For.

¶ 3 *Nolentes.*] Etiam qui patiuntur facinora delinquere videntur. For.

¶ CYPRIANO 1 COMITI SACRARVM Theod. Rex. xl.

Confertur dignitas ſacrarum largitionum. De oratoria facultate.

QVamuis vltra deſideria ſupplicum frequenter nos præſtitiſſe beneficia, gaudeamus, quod eſt difficillimum, humanæ ambitionis interdum vota ' ſuperemus: hæc tamen libentiùs amplectimur, quæ nos meritò feciſſe gloriamur. Dio quippe tentinandus eſt, cui traduntur examina, talis quæ debet à principe

Margin notes: Comitiua ſacr. larg. ' ſuperamus hoc

deligi,

A

deligi, qualis ab ipſa poteſt lege dictari. Gemmatum diuites venæ auri fulgore pretiantur, & * gloriam pulchritudinis capiunt, quia nulla ᵃᵃ degeneri ᵇ vicinitate ſordeſcunt. Sic bona merita ſplendidis dignitatibus ſociata, alternis ᵃᵃ præmiis adiuuantur, & vultus rei facies de* addita venuſtate pulchreſcit. Non enim de te aliquid redemptæ laudi aut loquaci famæ credidimus, qui nobis ᵇ exſpectantibus ſæpè placuiſti. Interpellantium ſiquidem confuſas querelas diſtincta nimis ac lucida relatione narrabas. Et qui proprios dolores exprimere non poterant, tuis ᵇ commendati allegationibus obtinebant; & ne fauoris alterius putaretur exceſſus, ᵇ deſideria ſupplicum ipſis præſentibus intimabas. Ori tuo altercantium deſideria conueniebant, & quod difficillimum gratiæ genus eſt, alternæ parti indiſcreta laude placuiſti; quæ res ipſos Oratores quoque poſtponit. Nam cum illis ſit propoſitum diu tractata vnius partis vota dicere, tibi ſemper neceſſe fuit repentinum negotium, vtroque latere declarare. Additur etiam regalis præſentiæ gratiſſimum pondus: ſub quo te ita facile contigit expeditum, vt quod illi vix poſſunt artificioſis * ſchematibus à Iudicibus obtinere, tu probaueris à principe puris allegationibus impetrare. Erat nimirum ſerenitatis noſtræ in bonum publicum parata ſententia, quia nullam tarditatem in cognoſcendo negotio ſuſtinebat. Mox enim à te narrata cauſa conſpecta eſt, ᵇ & cur tardaret negotij finis, cum tu ᵇ ſuggeſtionem lucida breuitate concluderes? Didiciſti, vt credimus, iudicare noſtris ſeruiendo iudiciis. Ita quod efficaciſſimũ ᵇ diſcipulatus genus eſt, agendo potiùs inſtructus es, quàm legendo. Talibus igitur inſtitutis edoctus, Eoæ ᵇ ſumpſiſti legationis officium, miſſus ad ſummæ quidem peritiæ viros: ſed nulla inter eos confuſus es trepidatione, quia nihil tibi poſt nos potuit eſſe mirabile. Inſtructus enim triſariia lingula, non tibi Græcia quod nouum oſtentaret inuenit, nec ipſa quæ nimium præualet, te tranſcendit argutia. Acceſſit meritis tuis, cunctis laudibus pretioſior, fides, quam diuina diligunt, mortalia venerantur. [Nam inter mundi fluctuantes procellas vndè ſe humana fragilitas contineret, ſi noſtris actibus mentis firmitas non adeſſet? Hæc inter ſocios amicitiam ſeruat: hæc dominis pura integritate famulatur, hæc ſupernæ maieſtati reuerentiam piæ credulitatis impendit: & ſi beneficium tantæ rei latius quæras, immutabilia fidei eſt omne, quod benè viuitur.] Sume igitur per Indictionem tertiam Sacrarum Largitionum, Deo propitio, dignitatem. Vtere congruis tuis natalibus inſtitutis. Meruiſti hactenus, vt honorum ᵇ faſtigia crederemus: age nunc, vt tibi gratiæ noſtræ celſiora nihilominus cõferamus.

ᵃ gratiſ- ᵃᵃ Al. Degeneris. For. ᵇ in ciuitate ᵃᵃ Rectè non præmiis. For. ᵇ adiuncta ſibi For. Laus Cypriani Comitis. ᵇ ſpectantibus. ᵇ commendatis ᵇ deſide- B rio Aduocatiaus. ᵇ ſchematibus ᵇ vt ᵇ ſuggeſtione Vſus fori. ᵇ diſcipulatus ᵇ aſſumſiſti allegationis C Fidei. ᵇ tibi faſtigia

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1. *Comiti ſacrarum.*] Officium Comitis ſacrarum largitionum deſcribit Claudianus in *Panegyr. Mallij.*

D

Hinc ſacra mandantur opes, orbiſque tributa
Poſſeſſi quidquid fluuius euoluitur auri,
Quidquid luce procul venas rimata ſequaces,
Abdita pallentis fodit ſolertia Beſſi.

Huius frequens mentio fit in *Cod. Theod. & Inſtit.* noſ.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ THEODERICVS Rex. xxi.

Super eodem.

Candidati commendatoria. ᵇ elegiſſe ᵇ honoris

LIcet candidatos vobis frequenter genuerit munificentia principalis; & fœcunda indulgentia noſtra vobis altera ſit natura, habetis nunc profectò virum, quem & nos ᵇ elegiſſe deceat, & vos ſuſcepiſſe conueniat. Cui ſicut fortunatum fuit à nobis eligi, ita laudabile erit, veſtro cœtui ᵇ honorum lege ſociari. Hoc tamen Curiæ felicius prouenit, quod nobis & impolitus tyro militat: illa verò non recipit, niſi qui iam ᵇ dignus honoribus potuerit inueniri. Conuenienter ergo ordo veſter æſtimator eximius, qui ſemper eſt de probatiſſimis congregatus. Non enim illic profanis reſeratur introitus ſed tales illuc permittuntur accedere, quales inde etiam cernuntur exire. Suſcipite itaque collegam, quem palatia noſtra longa examinatione probauerunt, qui regiis ita ᵇ intrepidus militauit affatibus, vt iuſſa noſtra ſæpè nobis expectantibus atque laudantibus explicaret. Cognoſcitis profectò quæ loquimur. Quis enim veſtrum à Cypriani deuotione ſummotus eſt? ᵇ Nam qui ſolatia eius petiit, mox beneficia noſtra ſuſcepit. Obtinuit ille ᵇ ſæpius inuectationibus noſtris, quod in conſiſtoriis agi ſolebat antiquis. Si quando enim releuare libuit animum, Reipub. cura fatigatum, equina exercitia petebamus: vt ipſa varietate rerum ſoliditas ſe corporis vigórque recrearet, tunc nobis cauſas multiplices relator delectabilis ingerebat: eratque eius infaſtidita ſuggeſtio, ſub iudicis animo tædioſo. Ita dum cauſas præſtandi benignus artifex ingerebat, reficiebatur animus beneficiorum auiditate ſucceſſus. ᵇ Hic igitur adhæſit obſequiis candidatus, qui ſic militauit animo noſtro, vt nulla eum grauaret, ᵇ offenſio. Iraſcebamus ſæpè cauſis improbis, nec tamen diſplicere poterat lingua relatoris: damnabamus interdum negotium, cuius placebat aſſertor: & impetum noſtri animi frequenter ſuſtinuit, qui gratiæ momenta poſſedit. Gloriatur etiam non extrema luce natalium. Nam pater ᵇ huic, ſicut meminiſtis, Opilio fuit, vir quidem abiectis temporibus ad excubias tamen Palatinas electus. Qui multò ampliùs creſcere potuit, niſi fides ᵇ ſub auidiſſimæ remunerationis ſterilitate iacuiſſet. Quid enim conferre poterat tenuis donator? Qui ſi tamen non ditauit, innotuit. Quia magnæ abundantiæ ᵇ laudis eſt, in penuria Reipub. vel mediocria munera meruiſſe. Vicit ᵇ ipſe Maiores ſuos felicitate ſæculorum, & quod ampliùs euectus eſt, noſtris eſt temporibus ᵇ applicandum. Talis quippè eſt in ſubiectis menſura prouectuum, qualis fuerit & diſtantia dominorum. Quapropter P. C. prædictum Cyprianum ſuis meritis & natalium ſplendore fulgentem, ad Sacratum Largitionum culmen eueximus: vt & veſter augeatur numerus, & incitetur deuotio ſeruientium. Æſtimate Reuerendiſſimi Patres qui de veſtro ordine ᵇ cenſeremus, quando eos, quos vobis aggregandos credimus, multiplici allegatione prædicamus.

E ᵇ dignis ᵇ non trepidus ᵇ Nunquã ſæpè Antiqua conſiſtoria. F Facilia. ᵇ Iis ᵇ offenſo Nobilitas. vt Opilio. cius ᵇ laus G ᵇ iſte ᵇ applicandus ᵇ cenſerimus

¶ MAXIMO v. i. THEOD. Rex. xlii.

De variis generibus ſpectaculorum. Et de his quæ neceſſaria ſunt iis qui ſpectaculis adſunt.

SI Conſularem munificentiam prouocant, qui perfuncta corporum flexibilitate luctantur, ſi organo canentibus redditur viciſſitudo præmiorum, ſi venit ad pretium delectabilis cantilena: quo munere venator explendus eſt, qui vt ſpectantibus placeat, ſuis mortibus elaborat? Voluptatem præſtat ſanguine ſuo, & infelici ſorte conſtrictus feſtinat populo placere, qui eum non optat euadere. Actus deteſtabilis, certamen infelix, cum feris velle contendere, quas fortiores ſe non dubitat inuenire. Sola eſt ergo in fallendo præſumptio, vnicum in deceptione ſolatium. Qui ſi feram non meretur effugere, interdum nec ſepulturam poterit inuenire. Adhuc ſuperſtite homine perit corpus, & antequam cadauer efficiatur, ᵇ truculenter * aſſumitur. Captus eſca fit hoſti ſuo, & illum (proh dolor) ſatiat, quem ſe perimere poſſe ſuſpicat. Spectaculum tantum fabricis clarum, ſed actione deterrimum, in honore Scythicæ Dianæ repertum, quæ ſanguinis effuſione gaudebat. O miſeræ deceptionis errorem, illam deſideraſſe colere, quæ hominum

*H Spectacula conſularia. Decertare cum beſtiis. ᵇ truculentus * abſumitur. For. Diana fera truculenta.*

morte piſcabatur! Primum ſibi per lucos & ſyluas agreſtium populorum vota & venerationibus dedita, hanc triplicem deam falſa imaginatione finxerunt: ipſam in cœlo Lunam, ipſam in ſyluis Dianam, ipſam apud inferos Proſerpinam eſſe, ' firmantes. Sed ſolum ' Herebi potentem, non improbè forſitan ' æſtimarunt: quando tali falſitate decepti, in profundas viui tenebras cum ſuis erroribus intrauerunt. Hunc ludum crudelem, ſanguinariam voluptatem, religionem impiam, humanam (vt ita dixerim) ' feritatem, Athenienſes primum ad ciuitatis ſuæ perduxere cultura, ' iuſtitiâ permittente diuina, vt ad * illuſionem ſpectaculi perueniret, quod falſæ religionis ambitus inueniſſet. Hoc Titi potentia ' principalis diuitiarum profuſo ' flumine cogitauit ædificium fieri, vnde caput vrbium potuiſſet. Cum Theatrum, quod eſt hemiſphærium, Græcè dicatur, Amphitheatrum quaſi in vnum iuncta duo viſoria, rectè conſtat eſſe nominatum. " Qui ſpeciem eius ' arena concludens, ' vt concurrentibus aptum daret ſpatium, & ſpectantes omnia faciliùs viderent, dum quædam prolixa rotunda vniuerſa collegerat. Itur ergo ad talia, quæ refugere ' deberet humanitas. Primus fragili ligno confiſus currit ad ora belluarum: & illud, quod cupit euadere, magno impetu videtur appetere. Pari in ſe curſu feſtinat & prædator & præda: nec aliter tutus eſſe poteſt, niſi huic, quem vitare cupit, occurrerit. Tunc in aëre ſaltu corporis eleuato, quaſi veſtes leuiſſimæ ſupinata membra iaciuntur, & ' quidam arcus corporeus ſupra belluam libratus, dum moras diſcedendi facit ſub ipſo velocitas ferina diſcedit. " Sic ' accidit, vt ille magis poſſit mitior videri, qui probatur illudi: alter angulis in quadrifaria Mundi diſtributione compoſitis, * rotabili facilitate præſumens non diſcedendo fugit, non ſe longiùs faciendo diſcedit, ſequitur inſequentem, poplitibus ſe reddens proximum, vt ora vitet vrſorum: ille in tenuem regulâ * ventre ſuſpenſus inuitat exitiabilem feram, & niſi periclitatus fuerit, nil vndè viuere poſſit, acquirit: alter ſe geſtabili muro cannarum, contra ſæuiſſimum animal, * ericij exemplo, receptatus includit, qui ſubitò in tergus ſuum refugiens, intra ſe collectus abſconditur: & cùm nuſquam diſceſſerit, eius corpuſculum non videtur. Nam ſicut ' ille veniente contrario reuolutus in ſphæram, naturalibus defenſatur aculeis, ſic iſte conſuili crate præcinctus, munitior redditur fragilitate cannarum: alij tribus, vt ita dixerim, diſpoſitis " hoſtiolis paratam in ſe rabiem prouocare præſumunt in patenti areâ cancelloſis ſe poſtibus occulentes, modò facies, modò terga monſtrantes. Vt mirum ſit euadere, quos ita ' reſpicis per leonum vngues dentéſque volitare: alter labenti rota feris offertur: eadem alter erigitur, vt periculis auferatur. Sic hæc machina ad inſidi Mundi formata qualitatem iſtos " ſpes refouet, illos timore ' diſcruciat, omnibus tamen viciſſim, vt ' decipere poſſit, arridet. Longum eſt per tot periculorum caſus ſermonibus euagari. Sed aptè iungendum eſt, quod ait de Inferis Mantuanus, Quis ſcelerum comprehendere formas? quis omnia pœnarū percurrere nomina poſſit: Sed vobis, quibus neceſſe eſt talia populis exhibere, largitate manus fundite præmia, vt hæc miſeris faciatis eſſe votiua. ' Alioqui violenta compulſio eſt, ſolemnia dona ſubtrahere, & mortes deteſtabiles imperare. Et ideò quicquid in longam conſuetudinem antiqua liberalitate peruenit, ſine aliqua dilatione concedite ſupplicanti. Quia homicidij ' reatus eſt, illis eſſe tenacem, quos editio veſtra inuitauit ad mortem. Heu mundi error dolendus! ſi eſſet ' vllus æquitatis intuitus, tantæ diuitiæ pro vita mortalium ' deberent dari, quantæ in mortes hominum videntur effundi.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Voluptatem præſtas, &c.*] Venationem & ſpectacula, in quibus homines cum feris decertabant vocat ludum crudelem & ſanguinariā voluptatem, quemadmodum theatrales functiones, ſpectaculorum editiones & alia eius generis, voluptates appellari conſtat, quod confirmat Vopiſcus in Aureliano. *Sequentibus diebus data ſunt populo voluptates ludorum Scenicorum, ludorum Circenſium, venationum gladiatorum, naumachiæ,* & Tertullianus his verbis. *Nam & omnes iſtæ prophanæ ſpectaculorum ſecularium voluptates ex rebus Dei conſtant.* Sic Lactantius ſpectacula damnans voluptatis voce ſæpenumero vtitur. *L. 1. C. de ſpectac. l. 1. C. d. expenſ. ludorum.* Trebell. Pollio *in Galieno duobus. Ne diutius,* inquit, *theatro & Circo addicta Republ. per voluptatum deperiret illecebras.* Saluianus de prouidentia Dei ait, *Nihil eſſe criminum vel flagitiorum quod non eſſet in ſpectaculis, vbi homines lacerarentur cum circumſpicientium voluptate.* Hinc Prudentius contra Symmachum cum ad abroganda ſpectacula Honorium cohortatur.

Tu mortes miſerorum hominum prohibeto litari
Nullus in orbe cadat, cuius ſit pœna voluptas.

BROS.

¶ TRANSMVNDO REGI VVANDALORVM Theodoricus Rex. XLIII.

Quòd aduerſarium Principis in ſua defenſione ſuſceperit.

QVamvis ' à 1 diuerſis regibus ' expetiti pro ſolidanda concordia, aut neptes dedimus, aut filias, Deo nobis inſpirante, coniunximus: nulli tamen æſtimamus nos aliquid ſimile cōtuliſſe, quàm quòd 2 germanam noſtram, generis * 3 Amali ſingulare præconium, veſtrum fecimus eſſe coniugium: fœminam prudentiæ veſtræ parem, quæ non tantùm reuerenda regno, quantum mirabilis poſſit eſſe conſilio. Sed ſtupeo vos ' his beneficiis obligatos ' Geſalecum, qui noſtris inimicis dum à nobis foueretur adiunctus eſt, in veſtram defenſionem ſic fuiſſe ſuſceptum, vt qui ad vos viribus deſtitutus, priuatúſque fortunis venerat, ſubita pecuniæ vbertate ' completus, ad gentes ' exteras ' probetur tranſmiſſus: qui quamuis, Deo iuuante, lædere ' nil poſſit, tamen animum veſtræ cogitationis aperuit. Quid exſpectent extraneorum iura, ſi ſic meretur affinitas? Nam ſi cauſa miſericordiæ ſuſceptus eſt in regno veſtro, teneri debuit, * ſi noſtri propter ' expulſus eſt, non oportuerat cum diuitiis ad aliena regna tranſmitti, quæ ne vobis redderentur infeſta, noſtra fecerunt abſolutè certamina. Vbi eſt quod tanta electione ſaginatus, alios ſolebas ' docere de moribus? Hoc ſi voluiſſes cum ſorore noſtra tractare, vtique vobis non potuiſſet accidere. Quia nec fratrem permiſerat lædi, nec maritum fecerat in rebus talibus inueniri. Atque ideò per illum & illum Legatos noſtros ſalutantes honorificentia competenti, petimus vt hanc iniuſtitiam deliberatio veſtra pertractet: ne parentum veſtrorum animus euidentibus cauſis excitatus, cogitet aliquid tentare, quod pacem videatur irrumpere. Grauiter ſiquidem dolet iniuria, quæ contigerit inſperata, & ſi inde proueniat dolus, vnde ' credebatur auxilium. Quædam verò per baiulos poſtitores verbo vobis inſinuanda commiſimus: vt æſtimantes omnia, quid fieri in tanta cauſa oporteat, prouidentia veſtra reponat. Quia non eſt leue, prudentes viros in pacis conſtituta peccare.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Diuerſis regibus*] Francorum Herulorum. FOR.

¶ 2 *Germanam*] Amalaſuentham. FOR.

¶ 3 *Amali*] quæ vox reddenda fuit *ep. 2. infr. l. 8.* FOR.

Margin notes: A ' aſſirmantes ' Erebi ' poteſtatē ' æſtimauerunt. ' veritatē ' iuſtitiā * terrificē. FOR. ' principali ' fulmine *Theatrū.* B " Qui ſpeciem. FOR. *Amphitheatri forma.* ' area ' & ' debet *Deſcriptio arenariorū.* ' quidem ' accedit * roborali. FOR. * ventre tos. C ſort. cernicem ' illo *Venatorū inuenſiū doli.* ' cū ſubtili. " Al. oſteolis. FOR. ' reſpicis *Machina* Al. ſpe. FOR ' diſcruciat ' deſpi- D cere *Virg. 6. Æneid.* ' Alioquin. *Dona ſolemnia.* ' genus ' illius ' debent E F ' aduerſis ' expetenti *Nuptiis inter reges conciliari pacem.* * Diualis G ' iis ' Giſolecum *Expoſtulatio de Geſalici Regis iniuriis.* ' repletus ' extraneas ' probare eſſe ' nihil ' quid ' edocere H *Grauis iniuria à quo non expectabatur.* ' ſperabamus

A

¶ 4. *Si noſtri propter*] *ſi noſtri P.P.* Ex Nicephoro *lib.* 17. *Eccleſ. hiſtor. cap.* 11. Traſmundus forma eximia & animo magno iit ad Theodericum Gotthorum regem legatione miſſa Amalaſuentham eius Germanam in matrimonium petens impetrauit, & præterea mille armatos, & quinque hominum millia, quæ ſatellitum ordinem implerent. Hoc autem defuncto Hildetichus Henrici ex Genſericho prognati filius regnauit, vir mitis, & non, vt hic Tranſimundus, Arrianus, & Chriſtianorum virorum perſecutor. Ad hunc Hildericum Athalaricus ſcribit infra lib. 9. ep. 1. Fon.

TRANSMVNDO REGI VVANDALORVM Theod. Rex. XLV.

Reſpondetur vicario, qui de dolo quem ferebatur in Principis odium concepiſſe, oſtenſione probabili ſe purgauit.

B

OStendiſti prudentiſſime Regum, poſt erroris euentum ſapientibus ſubuenire poſſe conſilium: nec pertinaciæ vitium vos amare, quod brutis hominibus videtur accidere. Obligaſtis animum meum tanta vos in melius celeritate mutando. Nam cùm Rex ſatisfacis, quælibet dura diſſoluit: [quia ſic eſt in Principibus humilitas glorioſa, quemadmodum in mediocribus odioſa poteſt eſſe iactantia.] Nuper vobis obiecimus ' Getalect quondam Regis doloſa meditatione diſceſſum. Sed vos nobilitatis veſtræ memores & honoris, actum rei ' nobis veritate declaraſtis. Vnde non fuit ſic ' vituparabile, hominem prauis ſuſpicionibus locum dediſſe, quantum glorioſum eſt dominantem tam celeriter ſe potuiſſe purgare. Ille enim, qui minùs poterat cogi, animæ non paſſus eſt arcana ' violare. Cui laudi viciſſitudinem, in qua poſſumus parte reddentes, ſinceram purgationem pura mente ſuſcepimus ſed auri tranſmiſſi munera non tenemus: vt & ipſi intelligatis, cauſam per iuſtitiã fuiſſe motã, quam nulla potuit finire venalitas. Fecimus ' vtrique regalia Sic non ſuperauimus tyrannicam cupiditatem, ſicut & vos vieiſſe conſtat errorem. Redeant ad Cubiculum veſtrum munera, quorum tantùm oblatio videtur eſſe gratiſſima. ' Negligatur aurum, vbi electum eſt conſcientiæ præmium: patiatur aliquando repulſam, quod ſemper auaris Regibus imperabat. Eat nunc actus iſte per gentes, eorum ' parentem non excuſaſſe culpam, & læſos animos reſpuiſſe pecuniam. Ita quod per bella ſolebat quæri, amoris ſtudio declaratum eſt, potuiſſe contemni. Intelligant parentes tales fuiſſe, qui ſtudio auaritiæ cauſas ſibi ' nequiuerint excitare. Omnia ſi quidem ſuperauit affectus: ſic nec cœpit petitio magis deſinere, quando pulſatus obiecta non paſſus eſt abnegare. Recipite igitur munera ſenſibus ſuſcepta, non manibus. Suauius nobis fuit, iſta reddere, quàm multò grandia ſuſcepiſſe. Eſtote nunc ad ſimilia cauti, ad ventura ſoliciti: quia inſtructus redditur animus in futuris, quando præteritorum commonetur exemplis. Quapropter illo & illo Legatis veſtris redeuntibus pleniſſimè reddimus ſalutationis affectum, optantes vt ſoſpitatem veſtram diuina concedant, cuius nobis animos validiſſimè ' cognoſcimus eſſe ſociatos.

Margin: ' Giſolerici — ' nobis ſub — ' vitupe-rabile, ſic — ' celare — *Refudiata regi munera.* C — ' vtrique — ' Negligãt — ' parentum — *Amore tranſ. ſtã non vi.* — ' nequiuerunt — *Munera ſenſibus ſuſcepta, non manibus.* D

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variorum.

' LIBER VI.

E

FORMVLA CONSVLATVS 1.

Promotio ad dignitatem Conſulatus.

PRiscorvm iudicio qualis ſit Conſulatus, hinc omnino datur intelligi, quando inter Mundi dignitates eximias, 2 ſolus meruit habere palmatas veſtes, quas felicitas dabat, præmia vincentium, nomen annorum, compenſatio ſola cui ' debebantur omnia. Statum Reipublicæ Romanæ viri fortis dextera tuebatur, fortunas omnium ac liberos ' huius conſilia ' vindicabant, & tot magnis debitis ſola erat huius retributio dignitatis, reperta in libertatis ornatum, inuenta ad generale gaudium. Per illam ' nimirum ſtatus Imperij iugiter creuit, illam ſemper felix Roma ſuſcepit: meritò pridem genus habebatur imperij: meritò ſupra omnes ciues ' poterat, qui ab hoſte patriam vendicabat: vtilitates publicas ſub æquitate diſponens, ius dicebat etiam ' capiti: ſed tutò illi commiſſa eſt poteſtas necis, qui fuerat auctor ſalutis. Hinc eſt, quod etiam faſces atque ſecures tantæ poteſtati præceptæ ſunt ' illigari: vt cùm tardiùs ſoluerentur, moram deliberationis acciperent, ſi de cæde aut nece hominis aliquid cenſuiſſent: ita vt cùm omnia eius traderentur arbitrio, ne inſoleſceret animo, Conſul dictus eſt à conſulendo. Hinc tanta largitas profluebat, vt illa dextera, quæ ſanguinem copioſè fuderat hoſtium, vitæ auxilium ciuibus manaret irriguum. Sic quos felices per bella fecerat ſtudio largitatis explebat. * In 3 argumentum etiam publicæ glutiæ ſolnebat famulos iugo ſeruili, qui libertatem captæ dederat ciuitati. Sed nunc ſumitis iſta feliciùs: quando nos habemus labores Conſulum, & vos gaudia dignitatum. Palmatæ ſiquidem veſtræ, noſtræ probantur eſſe victoriæ: & 4 proſperrimæ conditionis euentu vos in pace ingenuitatem ' ceditis famulis, cùm nos ſecuritatem demus per bella Romanis. Atque ideò per illam Indictionem 5 Conſulatus te decoramus inſignibus: 6 Pinge vaſtus humeros vario colore palmatæ: validam manum victoriali ſcipione nobilita: lares proprios etiam, 7 calceis auratis egredere: 8 ſellam Curulem pro ſua magnitudine multis gradibus ' eniſus aſcende: vt in otio ſubiectus merearis, quod nos ' per maximos labores aſſumimus imperantes. Rem victoriarum agitis, qui bella neſcitis: nos, iuuante Deo, regimus, nos conſulimus, & 9 veſtrum nomen annum deſignat. Viciſtis felicitate Principes, qui ' & honores ſummos geritis, & dominationis tædia non habetis. Quapropter erige confidentiam mentis tuæ, Conſules eſſe magnanimos decet. Opes priuatas non cogites, qui gratiam publicam donando habere decreuiſti. Hinc eſt enim, quod alios Iudices etiam non ' rogantes euchimus, Conſules autem ſperantes tantummodò promouemus. vt ſoli ad has largitates veniatis, qui vos pares tantis expenſis eſſe cognoſcitis. ' Alioqui onera eſſent potiùs, non honores, ſi ſupra vires aliquid imponeremus inuitis. Fruere igitur decenter optatis. Hic eſt ambitus qui probatur. Eſto mundo clarus, tibi ' proſperrimus, tuis autem poſteris feliciter imitandus.

Margin: *Conſulatus laus. Palmatæ veſtes.* — ' dabantur — F — ' cuius. — ' vindicabat — ' illum — ' poterat — ' capitis — *Faſces, ſecures.* — ' alligati — *Conſul vnde dictus.* — G — * augmentum. — *Manumiſſio. Palmata toga* — ' redditis — *Conſularia inſignia.* — ' enixus — ' poſt — *Noſtrum annus dat.* H — *Conſules.* — ' in — ' regnantes — ' alioquin — ' perſpicuus

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1. Lib. VI.] hoc libro dignitatum formulæ conſcriptæ, quarum ſingulis quid cuique propriè conueniat oſtenditur, earum autẽ hic ordo eſt: 1. Conſul. 2.

Patricius:

A Patricius : 3 Præfectus Prætorio : 4. Præfectus vrbis : 5. Quæſtor palatij : 6. Magiſter officiorum : 7. Comes ſacrarum largitionum : 8. Comes rerum priuatarum : 9. Comes ſacri patrimonij : 10. vacantes proceres, id eſt, conſulas vacantes patricij vacantes, &c. 11. Illuſtres vacantes : 12. Comes primi ordinis : 13. Magiſter ſcrinij : 14. in ſenatum referendus, cui laticlauiam dignitatem princeps dedit : 15. Vicarius vrbis Romæ. FOR.

¶ 2 *Solus meruit habere palmatas veſtes quas felicitas dabat præmia vincentium.*] Ex his verbis apparet habuiſſe conſules prætextas & palmatas veſtes, quæ Capitolinæ dicebantur, & cum Imperatores cuipiam Conſulatum decreuerant, ad eum tale aliquid datis literis adſcribebant : *Te manet Capitolia palmata*, quod ex Vopiſco probo, vide Lazium *cap. 4. lib. 9. comment.* BROS.

¶ 3 *Argumentum*] vetus libet, *augmentum* : ego nihil mutandum cenſeo, augmentum conſulatus, ſeruorum manumiſſio eſt, *l. vn. ff. de offic. conſul. l. 5. & l. 20. ſi rogatus, de manumiſſ. vindic.* Sunt autem octo
B hîc obiter obſeruanda, à Caſſiodoro accuratiùs, quàm vſquam à quoquam notata conſulatus argumenta. 1. faſtis dare nomen : 2. fasces & ſecures habere : 3. manumittere : 4. veſtis palmata : 5. victorialis ſcipio : 6. aurati calcei : 7. ſella curulis : 8. denique miſſilia, quæ hoc verſu ſignificantur : *Ad largitates veniatis, qui vos pares tantis expenſis eſſe cognoſcitis*, de quibus ſup. lib. 2. epiſt. 2. egimus, inſignia Conſulatitatis ac poteſtatis dicuntur initio *lib. 6. Cod. Theod.* FOR.

¶ 4 *Proſperrimæ conditionis euenit vos in pace ingenuitatem cedi ius famulis, cum nos ſecuritatem domus per bella Romanis. Reperta in libertate ornatum.*] Solebant illi qui Conſulatum inierant manumiſſiones expedire, ſeruis imponere vindictam, eóſque ad libertatem perducere. Ideóque factum puto vt Vlpianus *lib. 2. de Officio Conſulis*, de manumiſſionibus tractauerit, officiumque Conſuli eſſe dixerit conſilium præbere ma-
C numittere volentibus. De Circenſium editione déque manumiſſionibus quæ à Conſulibus ſtatim atque magiſtratum inierant expediebantur, Ammianus quædam memoriæ prodidit lib. 22. Eodem pertinet Sidonij Apollinaris carmen *in Panegyrico ad Anthemium in fine* : & Claudiani *in 4. Conſulatu Honorij.* BRUS.

¶ 5 *Conſulatus inſignibus* inſignia Magiſtratus σύμβολα, qualia Iuſtinianus *Nouel. 24. de Pratore Piſidiæ* deſcribit, δίφρον τε ἐξ ἀργύρου, καὶ πέλεκεις, καὶ ῥάβδους, &c. FOR.

¶ 6 *Pinge vaſtos, &c.*] Conſulum inſignia fuerunt, primum toga prætexta, deinde picta ac palmata veſtis, item duodecim lictores cum faſcibus, ſella curulis eburnea, Scipio eburneus.

¶ 7 * *Calceis auratis.*] Vt Imperatores ſoli purpureis, ita Conſules aureis, Patricij ſericeis caligis in publico vtebantur. PITHOE. *ſubciſ. lib. 1. cap. 15.*

¶ 8 * *Sellam curulem pro ſua magnitudine multis gra-*
D *dibus eniſus aſcende*] quæ fuerint olim Conſulum inſignia & ornamenta vide quæ notaui ad *Sidon. Apollin. lib. 8. epiſt. 8.* BROS.

¶ 9. *Et veſtrum nomen annum deſignat*] Nominibus conſulum Roman. anni numerabantur, infrà lib. 9. ep. 29. Iuſtinian. *Nouell. 105.* ὄνομα τῷ χρόνῳ γενόσθαι. Seneca *lib. 3. cap. 31. de ira : Dedit duodecim faſces, ſed non fecit ordinarium conſulem : à me numerari volunt annum, ſed deeſt mihi ſacerdotium.* Pacatus Panegyriſtes Theodoſio ſeniori, *Conſul quis creatur, habiturus eſt nomen anni.* Apuleius *Apologia 2. ad Claud.* Maximum Proconſulem : *ſigna quæ impreſſa ſunt recognoſcat, conſules legat, annos computet.* In veteri lapide,

Ter vice qui ſacra diſcinxit iurgia iudex,
Conſul & æterno decorauit nomine faſtos.

Hinc editæ rationes cum die & conſule, *l. 1. l. 6. ſi quis ex §. ſi initium. D. de edendo.* Libellis accuſatorum dies & conſules exprimebantur, *l. 3. de accuſ.* Leges *inter Cod. conſtitutiones ſine die & conſule pro-*
E *mulgata.* Vt mihi non ſit dubium, quin Lactantius *lib. 6.* Conſules his verbis intelligat : *Qui ad gerendos,* inquit, *magiſtratus vita ſua operam conuertunt, vt faſtos ſignent, & annis imponant nomen.* FOR.

¶ 10 *Alios iudices etiam non rogantes euehimus, Conſules autem ſperantes tantummodo promouemus.*] Meritò Conſules à cæteris magiſtratibus ſeparat, quod ad Conſulatum ij demum qui candidati fuerint, qui petierint, ambierint, prenſauerint, euehantur : ad alios autem magiſtratus fungendos hodiè quidem (Republ. enim vigente aliud obtinuit) ignorantes & nihil tale cogitantes deligantur, ſi in vrbe habitent, ita tamen vt nullis ſumptibus inuiti obligentur. BROS.

¶ FORMVLA 1 PATRITIATVS 11.

Promotio ad dignitatem patritiatus.

F SI antiquitatis ordinem perſcrutemur origine dignitatum, ' Patritiorum familia Ioui ' noſcitur fuiſſe dicata : vt ſummi Dei (ſicut putauere) cultura locum primatium poſſideret. Sed quia vos aliquid habere decebat eximium, & nomen ipſum Patribus magna ſe vicinitate iungebat, ſuperſtitione derelicta, ad veſtrum cœtum felici conditione migrauit, quia pontificalis laus conſcientiæ Senatui rectè poterat conuenire. Sic ex augurali familia Reges quoque ' legis inſtitutos, non iniuria : quia decuit a tali propoſito venire, qui publica poterat iura tractare. Hinc eſt, quod & honor ipſe cinctus eſt, cum vacatet, ' nihil iuriſdictionis habens, ' & iudicantis cingulum non deponens, in quo felicitas perpetua naſcitur, dum ſucceſſoris ambitio non timetur. Nam mox vt datus fuerit, in vitæ tempus reliquum homini fit ' coæuus, ornatus indiuiduus, cingulum fidele, quod neſcit ante deſerere, quàm de Mundo homines contingat
G exire : credo ad ſimilitudinem pontificatus, vndè venerat, rem fuiſſe formatam : qui ſacerdotium non deponunt, niſi cum vitæ munera derelinquunt. Additur, quod leges tantam illis reuerentiam detulerunt, vt io ſacris poſitus cum hoc fuerit honore præcinctus, paternæ poteſtatis nexibus exuatur, niſi contra ſpecialiter à principe caueatur. Quod conſtat ratione probabili conſtitutum : vt qui ampliſſimum genium pretioſæ libertatis acceperat, viliſſimam conditionem cum ſubditis non haberet. Præfectorios & aliarum dignitatum viros præcedit * ' 2 vnitarum : cedens fulgori, quem interdum etiam à nobis conſtat aſſumi. Proinde neceſſariò laudatam intellige dignitatem : ne aut nos parùm dediſſe videamur, aut tu negligentiùs tractes, ſi te aliquid mediocre ſuſcepiſſe putaueris. Quapropter ab illa indictione noſtro munere ſubleuatus, Patritiatus culmen aſcende, quod ' quidam iuridicorum 2. à patribus dictum eſſe voluerunt, facturus omnia, quæ tantam reuerentiam decent. Nam quam-
H uis magna contulerit noſtra clementia, habes adhuc quod ' expectes, ſi te probabiliter tractare contendas.

Margin notes: Patritiorum ' dignoſcitur · ' legitis · *Patritiatus dignitas ſola morte ſoluitur.* · ' hil · ' è · ' coæuus · *Patritiatus patria poteſtate exoluit.* · * vni tantum ' nutatū · *Patritiatus vnde.* · ' quidem · ' expectas

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Patritiatus*] ſummus honos, vt curia, ſic patria poteſtate liberat. Hîc, & §. *filiusfamilias tit. Quib. mod. ius patr. pot. ſolu l. vlt. Cod. de decur. lib. 10. l. vlt. de Conſul. lib. 12. Cod.* infrà lib. 8. epiſt. 21. & lib. 10. epiſt. 7. FOR.

¶ 2 *Vnitatum*] vitiosè, ſed repoſui iuſſi, vni tantum : quod ipſius ratio ſententiæ exigit. FOR.

¶ 3 *A patribus.*] Suidas πατρίκιος, ὁ πατὴρ τοῦ κοινοῦ : Iuſtin. *d. §. filiusfam. d. l. vlt. C. de Conſulib.*

A

¶ FORMVLA PRÆF. PRÆT. ſſ 1.

Promouetur quis ad Præfecturam Prætorianam.

SI honoris alicuius eſt origo laudabilis, ſi bonum initium ſequentibus rebus poteſt dare præconium, tali auctore Præfectura Prætoriana gloriatur, qui & Mundo prudentiſſimus, & diuinitati maximè probatur acceptus. Nam cum Pharao Rex Ægyptius de periculo futuræ famis mundi triſtibus ſomniis vrgeretur, nec viſionem tantam humanum poſſet reuelare conſilium, Ioſeph, vir beatus, inuentus eſt, qui & futura ' veraciter prædiceret, & periclitanti populo prudentiſſimè ſubueniret. Ipſe primum ' huius dignitatis infulas conſecrauit: [1] ipſe carpentum reuerendus aſcendit, ad hoc gloriæ culmen euectus, vt per ſapientiam conferret populis, quod præſtare non poterat potentia dominantis. Ab illo namque patriarcha, & nunc pater appellatur imperij: ipſum hodiéque reſonat [2] vox præconis inſtructos iudicem, nè ſe patiatur eſſe diſſimilem. Meritò, vt cui tanta poteſtas putatur dari, videretur ſemper ſubtiliter admoneri. Quædam enim huic dignitati & nobiſcum iura communia ſunt. Exhibet enim ſine præſcriptione longinquos, magna quantitate mulctat errantes, fiſcum pro ſua deliberatione diſtribuit, euectiones ſimili poteſtate largitur, vacantia bona proſcribit, delicta prouinciarum iudicum punit, [3] verbo ſententiam dicit. Quid eſt, quod non habeat commiſſum, cuius eſt vel ipſe ſermo iudicium? Pene eſt, vt leges poſſit condere, quando eius reuerentia poteſt negotia ſine appellatione finire. Ingreſſus palatium ' noſtra conſuetudine frequenter adoratur: & tale officium multorum videtur ſoluere, quod alios potuit accuſare. Poteſtate igitur nulla dignitas eſt æqualis. Vice Sacra vbique iudicat. Nullus ei miles de fori ſui authoritate præſcribit, excepto officiali Magiſtri Militum: credo vt vel illis aliquid Antiquitas ' cederet, qui videbantur pro Republ. bella tractare. Curiales etiam verberat, qui appellati ſunt legibus Minor Senatus. In officio ſuo ius retinet ſingulare, & talibus tantiſque noſcitur iubere, quos etiam prouinciarum non ' audeant iudices in aliqua parte contemnere: Officium planè geratum, efficax, inſtructum, & tota animi firmitate præualidum: qui ſic ' peragunt iuſſa, vt nullis moreantur dilationibus imperata. Militia perfunctis Tribunorum & Notariorum honorem tribuit, & milites ſuos illis exæquat, qui inter proceres mixti, noſtris *conſpectibus obſecundant. [4] Gratanter implemus, quæ ille conſtituit, cuius reuerentia & nos ita conſtringimur, vt ſine dubitatione faciamus, quæ illum decreuiſſe cognoſcimus. Non immeritò, quando palatium ſua prouiſione ſuſtentat, ſeruientibus nobis procurat annonas, humanitates quoque iudicibus ipſis facit. Legatos gentium ' veraces explet ordinationibus ſuis. Et licet aliæ dignitates habeant titulos præfinitos, ab iſta totum penè geritur, quicquid in imperio noſtro æquabili moderatione tractatur. Hanc denique curarum omnium pulcherrimam molem (quod proſperum nobis, vtile Reipub ' ſit) ab illa Indictione tuis humeris decenter imponimus: quam tu & ingenij virtute ſuſtineas, & ſumma fide tractare contendas. Quæ quantùm diuerſis ſollicitudinibus conſtringitur, tantò magis laudes ampliſſimas dignitas hæc triumphat. Et ideò tantum lumen gloriæ ſit actionibus veſtris, vt & in palatio noſtro fulgeat, & in prouinciarum longinquitate reluceat. Par tibi ſit cum poteſtate prudentia: conſcientiæ tuæ quadrifaria virtus aſſideat. Tribunal tuum ideò tam excelſum factum eſſe noueris, vt locatus ibi nihil humile abiectúmque cogitares. Conſidera quid debeas dicere, quod à tantis excipitur. Monimenta publica ' talia contineant, quæ ſe legiſſe nullus erubeſcat. Præſul mirabilis partem non habet cum delictis: quia niſi aliquid egregium aſſiduè fecerit, culpam vel ocioſus incurrit. Nam ſi prædictus auctor ſanctiſſimus ille recolatur, quoddam ſacerdotium eſt, Præfecturæ Prætorianæ * competenter agere dignitatem.

(Margin notes, left: Pharao. — Ioſeph ' vera — ' huiuſmodi — B — Poteſtas Præf. prætor. — Præfecti præt. & Regis comparatio. — ' noſtram conſuetudinem — C — ' crederet — Curiales minor ſenatum. — ' audeat — ' peragit — * uſſionibus. — ' voraces — D — ' ſit — Tribunal excelſum. — ' taliter. Right: E — Sacerdotium. — * videtur — F — G — H)

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ipſe Carpentum.*] Poſteriorum temporum præfecturæ habuerunt inſigne poteſtatis ſuæ non vulgaris cultus carpentum quo inueherentur. PITHOE. ſubciſ. *lib.* 1. *cap.* 15. Præfecti Prætorio Carpentis vſi ſunt, eumque aſcendere poterant, vt etiam præfecti vrbis, qui mos ſacerdotibus ſacris antiquitus conceſſus, vt ex Suetonio in Claudio cap. xj. conſtat, *Matri Carpentum quo per Circum duceretur*, & in Caligula, cap. 15. *Matri Circenſes Carpentúmque inſtituit, quo in pompa traduceretur*, matronæ quoque vulgò Carpentis vtebantur ad ſacra, ſicut teſtatur Ouid. *lib.* 1. *Faſt.*

Nam prius Auſonias matres Carpenta vehebant,
Hæc quoque ab Euandri dicta parente reor.

ſed poſtea hic mos in deſuetudinem abiit. BROS.

¶ 2 *Vox præconis.*] Iuſſià lib. 11. epiſt. 5. quæ in iudiciis tum publicis tum priuatis adhibeatur. *l.* 2. *de iur. immunit. l. pen. de in integ. reſtit. l. vlt. C. de feriis.* Quintil. *lib.* 6. *cap.* 4. Euſeb. *lib.* 4. *eccl. hiſt. cap.* 15. Agathius iudicium abs Iuſtiniano inſtitutum deſcribens lib. 4. de bello Gothico ait: inſtruens iudicem. Donatus in Terentianam *Phormionem act.* 1. *ſcena* 2. Demoſthen. *pro Cteſiphonte.* Lucianus *in Biſaccuſato*: qua de re aliàs fortè pluribus. FOR.

¶ 3. *Verbo ſententiam dicit*] inter iura & poteſtatis Præfecti Prætorio inſignia, ne ex ſcripto ſententiam ferat, *l.* 2. *Cod. de ſent. ex breui. recit.* Quod cæteris iudicibus non eſt permiſſum, qui ex tabella litigantibus ſententiam edebant. Symmachus *lib.* 5. *epiſt.* 27. *l.* 34. *l. vlt. Cod. de præd. dec. l. vlt. C. de princip. agent. in reb. l. in ſacris, C. de prox. ſacr. ſcrin.* 22. ſed opportuniore aliquando loco nos id proſequemur. FOR.

¶ 4 *Gratanter implemus quæ ille conſtituit, cuius reuerentia & nos ita conſtringimur, vt ſine dubitatione faciamus quæ illum decreuiſſe cognoſcimus.*] Præfectis prætorio datam fuiſſe pleniorem licentiam, ad diſciplinæ publicæ emendationem Iuriſconſultus *l.* 1. *ff. de off. præf. præt.* auctor eſt. Tempore Conſtantij Imperatoris omnes caſtrenſes ordinariæque poteſtates, vt honorum omnium apicem priſcæ reuerentiæ more præfectos ſemper ſuſpexêre prætorianos, vt Ammian. Marcellin. *lib.* xx. tradit. Præfecturæ meritum cæteris dignitatibus anteſtare Valentinianus, Valens & Gratianus in *l.* 1. *Cod. de officio vicarij*, definiunt, & meritò, etenim Præfectura prætoriana quidam principatus quondam imperij erat, attamen ſine purpura. Et in eo diſcrimen principis & præfecti ſtatuebatur, quod ſacram purpuram & Imperatorias infulas non geſtaret. Deinde, Præfectis prætorio rerum ſumma commiſſa fuit propter loci dignitatem, vt teſtantur Imperatores, Valentinianus, Theodoſius & Arcadius *in l. quibus* 40. *Cod. de decur. lib.* 10. Patres imperij etiam vocantur, vt teſtatur author. Qui autem plura de authoritate, munere, & dignitate Præfecti prætorio ſcire voluerit, conſulat Dion. *lib.* 52. Suetonium *in Galba cap.* 14. *in Tito, cap.* 6. BROS.

¶ FORMVLA PRÆFECTVRÆ VRBANÆ ET eius officia ſ v.

De laudibus præfecturæ vrbanæ.

CVm de dignitate commiſſa laus ſemper iudicis æſtimetur, & potior habendus eſt, quam ſunt illi, quibus præeſſe cognoſcitur, nemo amplius videtur erigi, quàm cui poteſt Roma committi. [Grande eſt quidem, proceres eſſe: ſed multò grandius, de proceribus iudicare.] 1 Senatus ille mirabili opinione glorioſus probatur habere præſulem, quem mundus

ſuſcipit

A ſuſcipit iura condentem. Eoque fit, vt illi vtantur in Senatu poteſtate perfecta, qui apud te trepidant dicere proprias cauſas. Verum, ' hæc quoquè modeſtia ' cognoſcitur eſſe prædicanda : vt ' oporteret ſe legibus teneri, quæ ab ipſis ſciuntur poſſe conſtitui. Quæ res pro parte nobis abſolutè communis eſt : ſed hac ſola ratione diſcreti, quod alteri ſubdi non poſſumus, qui iudices non habemus. Reſpice tot doctos viros, & conſidera quale ' ſit his aliquid dicere, nec erroris verecundiam formidare. De talibus diſceptas, quos tibi cognoſcis eſſe potiores. Sic ergo ' locum tuum tracta, vt omnes te iudicem honoratæ congregationis agnoſcant. Conſideres ſupra omnes ſcilicet Conſulares ſententiam primum dicis, & in illa libertatis aula reuerendus aſpiceris, in qua commiſſos habera Mundi primatios approbatis. Quis iam de obſcuro vitio cogitare poſſit, qui ſe inter morum limina tot eſſe cognoſcit? Vis odium non recipere? ſtudium à te gratificationis exclude. Publicum amorem neceſſe eſt habeas, ſi ſecretius nil promittas. Erit nimirum B magnum & ſingulare præconium, ſi Iudices non accipiant, vbi ſunt qui multum dare contendant. Ditioni tuæ non ſolum Roma commiſſa eſt, (quamuis in illa contineantur vniuerſa) verumetiam intra centeſimum milliarium poteſtatem te protendere, antiqua iura voluerunt : ne tantæ ciuitatis iudicem ' muralis agger includeret, cum Roma omnia poſſideret. Tu etiam ex deſignatis lege prouinciis, ab appellatione cognoſcis. Aduocati tibi militant eruditi : quando in illa patria difficilè non eſt oratores non implere, vbi Magiſtros eloquentiæ contingit ſemper audire. Carpento veheris per nobilem plebem : publica te vota comitantur : fauores gratiſſimi conſona tecum voce procedunt. Bene age, quia te veniente licèt populis conticere. Habes copiosè vndè tibi gratiam tantæ ciuitatis acquiras : ſi merces diuerſæ ſub nulla venalitate vendantur : ' ſi exhibitio ſalubriter ' accenſa thermarum, rapinarum ardoribus non ' tepeſcat : ſi ſpectaculum, quod præbetur voluptati, non ſit cauſa litigij. Suauiter C enim cogit gratum eſſe populum, quiſquis in certaminibus partium declinat iniuſtum. Tanta eſt enim vis glorioſæ veritatis, vt etiā in rebus ſcænicis ' æquitas deſideretur. Admonitionum igitur ordine ' decurſo, per Indictionem illam habitu te ' togatæ dignitatis ornamus : vt ² indutus veſte Romulæa, iura debeat affectare Romana. Nam ſi ' iſti dignitati par fueris, nihil eſt quod à nobis minimè conſequaris. Ad omnia enim tali ſuffragio eris nihilominus dignus, ſi actionem tuam laudet Senatus. Perfecta enim rei fides eſt, vbi conſentanei teſtes probantur eſſe ſommates.

Marg.: ' hoc ' dicitur ' operent — *Princeps non iudicatur.* — ' ſit illis — ' locum — *Poteſtas Præf. vrb.* — ' mirabilis — *Vectus carpento Præfectus vrbis.* — ' ſed ' exorta ' terel.ar — ' veritas ' decurſo ' togatæ — ' iſta dignitate

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Senatus ille mirabili opinione glorioſus.*] Epictetus eum ab Adriano Imperatore interrogaretur quid eſſet Senatus, ornamentum dixit vrbis, ſplendor ciuium : ſic legati à Pyrrho interrogati quid de Romanis ſentirent, reſponderunt vrbem ſibi templum viſam, D Senatum verò regum conſeſſum : quidam eum vocarunt recti bonique præceptorem, alij mundi lumina. Probus apud Vopiſcum ait Romanos Senatores mundi principes eſſe, tales ſemper fuiſſe & in poſterum futuros. Petronius *in Satyrico* vocat Senatum recti bonique præceptorem. Prudent. *lib.* 1. *in Symmachum* mundi lumina. Sic Ammianus Marcellinus, vbi de Conſtantio Romam ingreſſo ait. *Cùmque vrbi appropinquaret*, ait, *Senatus officia reuerendáſque patriæ ſtirpis effigies ore ſereno contemplans, non vt Cyneas ille Pyrrhi legatus, in vnum coactam multitudinem regum, ſed aſylum mundi totius adeſſe æſtimabat.* Cicero Senatum Principem ſalutis, publicæque mentis appellat. Vide Maiorian. *Nouell.* 3. *de ritu imperij ſui.* Virgilius. 6. *Æneid. l.* 74. *C. Theod. de decurio.* Quintil. *declam.* 329. BROS.

§ 2 *Indutus veſte Romulea*] togam intelligit, qua E Romani ciues vtebantur, *l.* 23. *ſed & ſi accepto de iur. fiſc.* quo alluſum lib. 3. epiſt. 17. *Veſtimini moribus togatis : exuite barbariem.* Notatur Antonius à Dione *lib.* 50. ἐσθῆτι ἐπιχωρίῳ χρῆσθαι. Tertullianus *de Pallio* : Saluian. *lib.* 4. *de Prouidentia*, Claudian. *in Ruffinum* :

Barbariem reuocat-
Nec pudet Auſonios curas & iura regentem
Sumere deformes ritus, veſtémque Getarum,
Inſignémque habitum Latij mutare togaque.

Toga aduocatorum *l.* 3. *Cod. de aduoc. diuerſ. iudic.* Præfecturæ vrbanæ familia quæ hic dicitur, Vlpiano ſunt Stationarij *l.* 1. *ff. de off. præf. vrb.* FOR.

¶ FORMVLA QVÆSTVRÆ. V.

Promotio ad dignitatem Quæſturæ.

F SI tantùm claræ ſunt dignitates, quantùm noſtris * affatibus perfruuntur : ſi præſentia frequens prodit dominantis affectum : nullus ita indicum poteſt eſſe glorioſus, quàm ille, qui eſt in cogitationum noſtrarum participatione ſuſceptus. Aliis enim pecuniæ publicæ committimus procurationem : aliis cauſas concedimus audiendas : aliis ' matrimonij noſtri iura delegamus. Quæſturam toto corde ' recipimus, quam noſtræ linguæ vocem eſſe cenſemus. Hæc noſtris cogitationibus neceſſariò familiariter applicatur : vt propriè dicere poſſit, quod nos ſentire cognoſcit : arbitrium ſuæ voluntatis deponit, & ita mentis noſtræ vella ' ſuſcipit, vt à nobis magis putetur exiſſe, quod loquitur. O quam arduum eſt, ſubiectum verba dominantis aſſumere, loqui poſſe quod noſtrum credatur, & prouectì in publicum decorem glorioſam facere ' felicitatem! Conſiderate quid ponderis habeatis pariter & decoris. ¶ Si quid dubitamus, à Quæſtore requirimus : qui eſt a theſaurus famæ publicæ, G armarium legum, paratus ſemper ad ſubitum, &) vt ait Tullius Magiſter eloquentiæ) Nihil præſtabilius videtur, quàm poſſe dicendo tenere hominum mentes, allicere voluntates, ' impellere quo velit, vndè autem velit deducere. Nam ſi oratoris eſt proprium, grauiter & ornatè dicere, vt poſſit animos iudicum commouere : quantò facundior debet eſſe, qui ore principis populos noſcitur ' admonere? vt recta diligant, peruerſa contemnant, bonos ſine fine laudent, peſſimos vehementer ' accuſent. Vt penè feriata ſit diſtrictio, vbi præualet eloquentiæ fortitudo. ' Sit imitator prudentiſſimus Antiquorum, mores alienos corrigat, & ſuos debita integritate cuſtodiat. Talem denique oportet eſſe Quæſtorem, qualem portare principis decet imaginem. Nam ſi nos (vt aſſolet) cauſam geſtis audire contingat, quæ auctoritas erit linguæ quæ ſub oculis ' regalem genium poſſit implere? Adeſſe debet ſcientia iuris, cautela ſermonis : vt nemo debeat reprehendere, quod Principem conſtiterit cenſuiſſe. Opus erit præterea firmitas animi : H vt à iuſtitiæ tramite nullis muneribus, nullis terroribus auferatur. Nam pro æquitate ſeruanda ' & nobis patimur contradici, cui etiam oportet obediri. Sed vide vt tantum doctrinæ deferas, quatenus probabiliter omnia perquiſitus exponas. Aliæ quippè dignitates aſſeſſorum ſolatia quærant : tua vero dignitas Principi conſilia ſubminiſtrat. Atque ideò prudentiæ vel eloquentiæ tuæ fama prouocati, Quæſturam tibi, gloriam literarum, ciuilitatis templum, genitricem omnium dignitatum, continentiæ domicilium, virtutum omnium ſedem, per illam Indictionem, Deo præſtante, concedimus : vt ſic agas, quemadmodum te parem rebus prædictis eſſe contendas. Ad te enim prouinciæ ſua vota tranſmittunt : à te Senatus iuris quærit auxilium : à te docti probantur expetere, quod nouerunt. Et neceſſe tibi eſt, omnibus ſufficere, quantos à nobis contigerit legum remedia poſtulare. Sed cùm hæc omnia

Marg.: * aſpectibus — *Magiſterium à Principe lecti.* — ' patrimonij ' ſuſcepimus — ' ſuſcepit — ' falſitatem — *Quæſtoris officium.* — ' implere *Orator.* — ' amouere — ' accuſant — ' ſed — *Quæſtor Principis imago.* — ' regale *Iuris ſcientia.* — ' etiam — *Aſſeſſores magiſtratuum.*

ſecreta

A feceris, nullis elationibus efferaris, nulla mordearis inuidia, alienis calamitatibus non lætetis. Quia quod odioſum eſt Principi, non poteſt conuenire Quæſtori. Exerce poteſtatem Principis, [a] conditione ſubiecti. Sic ore noſtro gloriſicatus eloquere, vt te tamen rationem credas nobis iudicibus redditurum: vbi aut culpabilia viciſſitudinem recipit, aut boni propoſiti gloriam laudatus acquirit.

[a] conditione

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Si quid dubitamus à Quæſtore requirimus.*] Ad quæſtoris officium pertinet orationes Imperatorum, & cætera Senatui nota facere, quod conſtat ex Suetonio in Auguſt. *cap.* 65. in Nerone *cap.* 15. & in Tito *cap.* 6. Ælio Spartiano in *Adriano ſtatim in principio.* Cornelio Tacito *lib.* 16. quod deſignare voluit Sidonius Apollinaris in Panegyrico Maior.

——cuius dignantur ab ore
B *Cæſar in orbe loqui, licet & Quæſtore diſerto*
Polleat.

Vlpianus etiam in *l.* 1. *ff. de off. quæſtor.* refert candidatos ſolia principum libris in Senatu legendis vacaſſe. BRUS.

¶ 2 *Theſaurus famæ publicæ, armarium legum.*] Quæſtor ſacri palatij petitionibus ſubſcribebat, vel etiam reſponſa reddebat, & vt hoc loco omne eius officium paucis exequar, leges dictabat, preceſque ac reſponſa ſubnotabat, vt conſtat ex notitia Romani Imperij, & *Nou.* 53. *&* 114. *l. vlt. C. de diuerſ. reſcr.* Symmachus ad Auſon. *Quæſtor es, memini, conſilij regalis particeps, ſcio: precum arbiter, legum conditor recognoſco*, & alio loco: *te magis quæſtura honos & condendarum ſanctionum vſus exercuit.* Procop. *lib.* 1. *de bello Perſico.* His de cauſis iuſtitiæ & legum cuſtos appellatur, & theſaurus famæ publicæ & armarium legum, vt in Nou. Valent. *de homic. caſ. fact.* denique is planè eſt quæſtor, quem in aula Cancellarium appella-
C mus. Ad quæſtorem etiam pertinebant memoriales, hoc eſt leges & reſcripta excipiebant & implebant, id eſt perſcribebant, aut perſcribi curabant. AROA.

¶ 2 FORMVLÆ MAGISTERIÆ DIGNITATIS ET de eius excellentia. VI.

Promotio ad honorem magiſteriæ dignitatis.

Reuerendum honorem ſumit, quiſquis Magiſtri nomen acceperit, quia hoc vocabulum ſemper de peritia venit, & in nomine cognoſcitur quid ſit de moribus æſtimandum. Ad eum namque palatij pertinet diſciplina: ipſe inſolentium Scholarum mores procelloſos moderationis ſuæ terminis proſperè diſſerenat. Tam multi ordines ſine confuſione aliqua componuntur: & ipſe ſuſtinet onus omnium, quod habet turba
D diſcretum. Sic nominis ſui grauitate perfunctus, ornat actibus Principatum. ¶ Per eum Senator veniens noſtris [b] præſentatur obtutibus: admonet trepidum: componit loquentem: ſua [c] quinetiam verba ſolet inſerere, vt nos decenter omnia debeamus audire. Aſpectus Regi [d] hunc irritus, promiſſor collocutionis noſtræ, glorioſus [e] donator aulici conſiſtorij, quaſi [f] quidam lucifer nam ſicut ille venturum diem promittit, ſic iſte [g] deſiderantibus vultus noſtræ ſerenitatis attribuit. Cauſarum prætereà maximum pondus in eius audientiæ finibus optima ſecuritate reponimus. Vt eius curis fidelibus ſubleuati, vtilitatibus publicis viuaciùs occupemur. 1 Veredorum quinetiam opportunam velocitatem, quorum ſtatus ſemper in curſu eſt, diligentiæ ſuæ diſtrictione cuſtodit: vt ſolicitudines noſtras, quas conſilio iuuat, beneficio celeritatis expediat. Per eum exteris gentibus ad laudem Reipub. [h] noſtræ ordinatur humanitas: & nolentes redeunt, quos merentes excepe-

Magiſtri nomen.

[b] præſentantibus [c] quandoque coram [d] ſui [e] dominator [f] quidem [g] ſpectantibus

Conſiſtorium aulicum.

Veredi.

[h] noſtræ Legati exteri.

rit. Per eum quippè nobis Legatorum, quamvis feſtinantium, prænuntiatos adducitur: per eum nominis noſtri deſtinatur euectio: & iſti principaliter creditur, quod tam neceſſarium eſſe ſentitur. [i] His etiam laboribus æſtimatis poteſtatem maximam huic decreuit Antiquitas: vt nemo iudicum per prouincias faſces aſſumeret, niſi hoc & ipſe fieri decreuiſſet. Subdidit eius arbitrio aliena iudicia, vt ad ipſum rediret, quod alter viſus eſt præſtitiſſe. Moleſtias quidem non habet exigendæ pecuniæ, ſed [k] apertè bono fruitur poteſtatis [l] indeptæ: credo, vt ex diuerſis titulis deflorateretur dignitas, ad leuamen Principis inſtituta. Perequatores etiam victualium rerum in vrbe regia propria voluntate conſtituit, & tam [m] neceſſariæ rei iudicem fecit. Ipſe enim gaudium populis, ipſe noſtris temporibus præſtat ornatum. Quando tales viros copiæ publicæ præficit, vt plebs querula ſeditionem non debeat habere ſatiata. Officium verò eius tanta genij prærogatiua decoratur, vt militiæ perfunctus muneribus, ornetur
F nomine Principatus. Miróque modo inter Prætorianas cohortes, & Vrbanæ præfecturæ milites videantur inueniſſe primatum, à quibus tibi humile ſoluebatur obſequium. Sic in fauorem magni honoris iniuſtitia quædam à legibus venit, dum alienis excubiis præponitur, qui alibi militaſſe declaratur. Aditus etiam Magiſtri noſtris præſentatur obtutibus: vt vicaria ſorte [n] beneficij eligamus eius præſidium, qui nobis præſtat fidele ſolatium. Hanc igitur dignitatem, tot titulis [o] claram tot inſignibus opulentam, per Indictionem illam gubernandam tibi, congrua grauitate committimus: vt omnia quæ geſſeris Magiſter feciſſe videaris. Quia nihil moribus reſiduum relinquitur, ſi (quod abſit) à tanta maturitate peccetur.

E

[i] Iis

Iudices prouinciales.

[k] latè [l] adeptæ

Peræquatores.

Adiutor.

[n] beneficij nos

[o] decoratam

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Veredorum oportunam velocitatem, quorum ſtatus ſemper in curſu eſt, diligentia ſua diſtrictione cuſtodit: per eum nominis noſtri deſtinatur euectio.*] Euectio-
G nes dantur à principe, vel à Præfecto Prætorio, vel magiſtro officiorum: ad eos refertur ſi quid minus legitimè in vſurpando curſu publico factum ſit. *l.* 3 *C. de curſu publico*: ideirco non miſum ſi euectiones dant: præſidibus autem dandarum euectionum facultas non eſt, vt Nouu. Maior. de curſu publico, niſi publicarum functionum proſequutoribus. XRUS.

¶ *FORMVLA COMITIVÆ SACRARVM largitionum. VII.

*Formulæ Pietatis vigilum

Promouetur quis ad Comitiuam ſacrarum largitionum.

Grata ſunt omnino nomina, quæ deſignant principis actiones: quando tota ambiguitas [p] audienti tollitur, vbi in vocabulo concluditur, quid geratur. Donia enim præſidere regalibus Comitiuam ſacrarum Largitionum, indicia rerum verba teſtantur. Quod
H verè decorum, verè fuit omnimodis [q] exquiſitum, in donorum regalium parte ſequeſtratam facere dignitatem & alterius bonorem dicere, dum nos conſtet dona conferre. Actua [r] innocens, pietatis officium, illud ſemper ingerere, vnde ſe fama Principis poſſit augere. Regalibus magna profectò felicitas militare donis, & dignitatem habere de publica largitate. Alij iudices obtemperant reſiduis virtutibus regnatoris: hæc ſola eſt, quæ tantummodò ſeruiat ad momenta pietatis. Nihil enim per ipſam diſtrictum geritur, nil ſeuerum fortè cenſetur, ſed tunc obſequitur, quando pro nobis vota funduntur. Supplicum per te fortunas erigimus, Kalend. Ianuariis affatim dona largimur, & lætitia publica militia tua eſt. Verùm hanc liberalitatem noſtram alio decoras obſequio, vt figura vultus noſtri metallis vſualibus imprimatur, monetámque facis de noſtris temporibus futura ſæcula commonere. O

Quæ grata nomina.

[p] audiendi

[q] exquiſitus

[r] ignoſces

Strena Ianuaria.

magna inuenta ' prudentum! O laudabilia inſtituta Maiorum! vt & imago ' Principum ſubiectoa videretur paſcere per commercium, quorum conſilia inoigilare non deſinunt pro ſalute cunctorum. Sed huic (vt ita dixerim) mercatariæ dignitati præconem largitatis noſtræ publicæ felicitatis indicium, locum quoque Primiceriatus adiungimus: vt ' per te demus honores, per quem & noſtræ pecuniæ conferimus largitates. Meritò? quando & ſimili gratia vtraque præſtantur, & ab vno debuerunt iudice geri, quæ pariti videntur laude coniungi. Parum eſt autem quod prouinciarum indicea tuæ ſubiaceant dignitati: * ipſis quoque proceribus Chartarum confirmas officium: dum perfectum non creditur, niſi à te fuerit pro ſolennitate complerum. Veſtis quoque ſacra tibi antiquitùs noſcitur fuiſſe commiſſa, qui quod ad ſplendorem regium pertinet tuis minùs ordinationibus obediret. Curas quoque litorum aduentitia lucri prouiſione committis. Negotiatorea, quos humanæ vitæ conſtat neceſſarios, huic poteſtati manifeſtum eſt eſſe ſubiectos. Nam quicquid in veſtibus, quidqoid in ære, quidquid in argento, quicquid in gemmis ambitio humana poteſt habere pretioſum, tuis ordinationibus obſecundat, & ad iudicium tuum confluunt, 'qui de extremis Mundi partibus ' aduenere. Salis quoque commercium, inter veſtes ſericas & pretioſiſſimam margaritam, non ineptè tibi deputauit antiquitas: vt ſapientiam tuam euidenter oſtenderet, cui talis ſpecies deputata ſeruiret. Quapropter per illam Indictionem Comitiuæ ' Sacrarum, & Primiceriatus tibi conferimus dignitates: vt multis laudibus decorari poſſis, qui honorum numeroſitate præcingeris. Vtere igitur ſolemniter titulis tuis, & ſi quid tibi de antiquo priuilegio vſus abſtulit, plurima certè quæ ' vindicare debeas dereliquit. Quando duarum dignitatum glorioſa quidem cura, ſed & laborioſa cuſtodia eſt, quæ tibi copioſum fructum decoris afferunt, ſi probis moribus excoluntur.

FORMVLA COMITIVÆ PRIVATARVM, & eius excellentiæ. VIII.

Promotio ad dignitatem Comitiuæ priuatarum.

COmitiua Priuatarum, ſicut nominis ipſius ſeotitur inſonare vocabulum, per ' Rationalium curam quondam Principum priuatam fertur gubernaſſe ſubſtantiam. Et quia iudicis faſtigium exercere non poterat inter homines, ' extremis conditionibus inclinatoa, alios quoque titulos prouida deliberatione ſuſcepit: ne dignitas Latialis cauſam ' tantum videretur habere cum famulis: ſed actibus vrbanis tunc ſe feliciùs occupauit, poſtquam agreſtium cauſas decenter amiſit. Quid enim priùs facerent inter ſeruos, iura publica, qui 1 perſonam legibus non habebant? Non ibi aduocatus aderat: non ſe partes ſolemni actione pulſabant. Erat ſecretarium ' impolluta ſeditione confuſum: & appellabatur abuſiuè iudicium, vbi non allegabantur à partibus dicta prudentium. Vtitur nunc dignitas liberorum cauſis, & legitimus præſul veraciter habetur, quando de 2 ingenuorum fortunis diſceptare poſſe ſentitur. Primùm tibi contra nefarias libidines, & humani generis improbos appetitus, quaſi parenti publico, decreta cuſtodia eſt: ne quis ſe probroſa commixtione pollueret, dum vicino ſanguini reuerentiam non haberet. Grauitas enim publica ' proximitatis ſanctitatem & coniunctionis gratiam, habita æſtimatione, ' diſcreuit. Quia longè aliud debetur proximitati naturæ, quàm corporali poſſumus indulgere licentiæ. Contra hos eligeris vnicus & continens inquiſitor: vt dum talia probra perſequeris, conſequaris præconia caſtitatis. Defunctorum quinetiam ſacram quietem æquabilia iura tuæ conſcientiæ commiſerunt: ne quis ' veſtita moribus ' ſepulchra nudaret: ne quid columnarum decorem irreligioſa temeritate præſumeret ne quis cineres alienos, aut longinquitate temporis, aut voraci flamma conſumptoa, ſcelerata perſcrutatione detegeret: ne corpus, quod ſemel reliquerat moleſtias mundanas, humanas iterum pateretur inſidias. [Nam etſi cadauera furta non ſentiunt, ab omni pietate alienus eſſe dignoſcitur, qui aliquid mortuis abrogaſſe monſtratur.] vide quæ tibi commiſſa ſunt, caſtitas viuentium, & ſecuritas mortuorum. Habes quoque per prouincias de perpetuario iure tributorum non minimam quantitatem. Canonicarios dirigis, Poſſeſſores ' admones, & cum aliis iudicibus non modica iura partiris, caduca bona non ſinis eſſe vacantia. ita quod ' vſurpatio potuit inuadere tu fiſcum noſtrum facis iuſtis compendiis obtinere. Proximos defunctorum nobis 3 legaliter antepouis: quia in hoc caſu principis perſona poſt omnes eſt: ſed hinc optamus non acquirere, dummodo ſint, qui relicta debeant poſſidere. ' 4 Depoſitiuæ quoque pecuniæ, 5 quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſerunt, Inquiſitione tua noſtris applicantur ærariis: vt qui ſua cunctos patimur poſſidere, aliena nobis debeant libenter offerre. Sine damno ſiquidem inuenta perdit qui propria non amittit. Proinde (quod felicibus applicetur auſpiciis) per Indictionem illam Comitiuæ Priuatarum te honore decoramus, quam leges Præfectis quoque parem eſſe decreuerunt: eſt enim ipſa aulica poteſtas, palatio noſtro iure reuerenda, quam tu facies vltra terminos ſuos creſcere, ſi ſuſceptam continenter egeris dignitatem.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Perſonam non habent*] Serui perſonam non habent: ideoque à Theophilo, initio *tit. de ſtipul. ſeru.* ἀπρόσωποι nominantur, de quibus Dion. ἀπρόσωπος, & *l. vn. Cod. ſi per vim, vel, alio modo.* Baſil. δουλείαν vocat ἀπρωσωπίαν. FOR.

¶ 2 *Ingenuorum*] v. *ingenuorum.* Defunctorum ſup. lib. 4. epiſt. 18. Conſtantiùs *l. 3. & l. 4.* ædes ac domum defunctorum vocat ſepulchra, *tit. de ſepulchr. viol. C. Theod.* Ea autem cognitio Pontificum olim fuit, *l. 2. verſ. cum pontificibus, cod. tit. l. 5c. hereditat. D. de petit. hered. l. vlt. de mort. inf.* hic *ſacram quietem* vocat. Vide Sueton. *in Domitiano cap. 17.* Tull. 2. *de legib.* Plin. 10. *epiſt.* FOR.

¶ 3 *Legaliter*] in ſucceſſionibus ab inteſtato fiſcus nouiſſimum locum occupat, & agnatis, cognatis, collegis, commilitonibus poſtponitur, *tit. de hered. decurion. Cod.* Inde Harmenop. cæterique Græci iuris interpretes aptè, vacantia bona ἀδέσποτα καὶ ἀκληρονόμητα definiunt. FOR.

¶ 4 *Depoſitiua*] veter. *repoſitiua*: vtrumque rectè, ſed tamen prius arridet magis, ex *l. 31. Nunquam, D. de acquir. rer. dom.* * Vbi à Paulo, theſaurus definitur, *vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non exſtet memoria, vt iam dominum non habeat, & inuentori conceditur.* Hic vero fiſco applicatur, præter iuris diſciplinam, §. *Theſauros, de rer. diuiſ. Inſtit. l. 3. in fi. ff. de iure fiſci, l. vn. Cod. de Theſauris.* Sanè Plato initio *lib. 11. de Legib.* Theſauros tollendos eſſe negat. Porrò ſecuritas cauſa in monumentis ac ſepulchris pecuniæ credebantur, vt hinc, & Eunuchi Terentiani prologo conſtat: quod poſteà vetitum fuit: exſtátque titulus lib 45. Baſilic. Ne pecuniam cum mortuis ſepelire liceat, ἵνα μὴ ἐξῇ συνθάπτειν τοῖς νεκροῖς χρήματα. Sed & quod in d. l. fin. legitur, *condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiore, mobilia*, ſeu *monilia*, huius formulæ deſcriptioni conſentaneum eſt: ſic enim & Poëta,

Auxiliúmque via veteres tellure recluſit
Theſauros, ignotum argenti pondus & auri.

& Homeri ſcholiaſtes *Iliad. 3.* κειμήλια expoſuit ἀργὰ καὶ ἀπόθετα χρήματα, opes abditas & reconditas. FOR.

¶ 5 *Quæ longa vetuſtate competentes dominos amiſerunt*

inquiſitione

A *runt inquiſitione tua noſtris applicantur ærariis.*] Hic dicitur Comes theſaurorum, ſacrarum largitionum, ſacrarum remunerationum, vel munerationum. *l. 2. C. de commeatu. l. palatinos, Cod. de palat. ſacr. larg. l. 41. C. Theod. de appellat.* is etiam dicitur præſidere donis imperialibus, & per eum erigi ſupplicum fortunas, & Kal. Ianuariis affatim largitiones fieri: quique largitionum dies notatur in *l. laudabile. C. de adu. diu. ind.* & à Nicephoro *cap. 23. lib.* 10. Bros.

¶ FORMVLA COMITIVÆ PATRIMONII, ET de eius excellentia. IX.

Promotio ad dignitatem Comitiua patrimonij.

ANtiquæ conſuetudinis ratio perſuadet, chartis illos imbuere, qui longè poſiti tranſmiſſas accipiunt dignitates, vt quos non poteramus præſentes B inſtruere, lectio probabilis commoneret. Sed te, quem ad patrimonij noſtri curas * regalis deflorauit electio, non tam deſtinatis præceptionibus inſtruimus, quàm vſu ſereniſſimæ collocutionis eredimus. Confabulationes ſiquidem noſtræ erunt tibi inſtrumenta iuſtitiæ, quando illud gratum nobis eſſe perſpexeris, quod & diuinis poteſt conuenire mandatis. Patrimonium ſiquidem noſtrum, pro ſubleuandis priuatorum fortunis, tibi ' credidimus, non premendis. Nam ſi tranquillitatis noſtræ velis conſiderare rationem, quoddam regiæ domus famulis iudicium humilitatis imponis. Propriis quippè vtilitates improbus dominus quoquo modo nititur ' vindicare: cæterum quid bonæ famæ ſtudere cognoſcitur, ſuo ſemper iudicio plus grauatur. Inſolens libertatis genus eſt ruſticorum, qui ' adeò ſibi putant licere voluntaria, ' quoniam ad noſtram dicuntur pertinere ſubſtantiam. Eſto igitur illis cum C erecta poteſtate moderatus. Temperamentum ſimul damus, ' cui poſſe concedimus. Conſiderа, ſuſcepta dignitas ' quo debeat ſplendore tractari, per quam ſupra cæteros Iudices familiaritatem principis habere meruiſti. Nam ſicut Sol ortus corporum ' colores fugata nocte detegit, ita ſe morum tuorum qualitas, aſſiduè viſo principe, non celabit. Mens tua & oculis noſtris patebit & auribus. In vultu & in voce cognoſcimus ſeruientium mores. Si facies tranquilla, ſi vox moderata ſuggeſſerit, credimus eſſe probatiſſimas cauſas. Quicquid enim turbulenter dicitur, iuſtitiam non putamus. Quapropter penſabit loqui tuum dominantis carmen, quando nequeunt proprias regere voluntates, qui ſuos poſſunt proferre ſermones. Speculum ſiquidem cordis hominum verba ſunt: dum ' illico moribus placere creditur, quòd ipſe ſibi ad agendum legiſſe monſtratur. Superbus quinetiam 1 varicatis greſſibus patet. Iracundia luminum feruore declaratur. Subdolus terrenum ſemper amat aſpectum. D Leues ' inconſtantia prodit oculorum. Auarus ' obuncis vnguibus ' explanatur. Et ideò ad ' quas prouecti eſtis, ſtudete virtutibus. Quia nemo poteſt principem fallere, qui etiam rerum naturalium cauſas in vobis optimè probatur, inquirere. Quapropter ad Comitiuam Patrimonij noſtri te per Indictionem illam (Deo iuuante) promouemus, vt inauratum Iudicem palatia noſtra ' teſtentur, ' quem nos Iudicauimus eſſe promouendum. Quid enim magis cupias, quàm ſi te linguas nobilium laudare cognoſcas? Alibi fortè Iudices formidentur iniuſti, hic vbi remedium præſens ' petitur, redempta ſententia non timetur. Querimonias poſſeſſorum ſine vænali protractione 2 diſtingue. Omne ſiquidem iuſtum celeritatis commodo tranſit ad beneficium: & quod debito redditur, tali gratia munus putatur. Poſſeſſiones noſtræ, vel quia ſunt immobiles, non egrediantur terminos conſtitutos: ne conditione contraris quod non poteſt moueri, malis moribus contingat extendi.

Margin: * legalis For. — *Rege optimo dignissima vox.* — ' credimus — ' vendicare — ' ad hoc quemadmodū — ' cùm — ' quoque — *Solis lux. mores* — *Oratio, index animi.* — ' illud — *Varicati greſſus.* — ' inconſtantiam — ' abuncis — ' declaratur — ' quos — ' teſtantur — ' quod — ' ſentitur

E Trade etiam militibus tuis quam ' ſectare delegeris animi caſtitatem. 3 Quoniam ille iuſtus poteſt dici, ſub quo non probatur excedi. Vtere igitur, auctore Deo, conceſſo tibi feliciter priuilegio dignitatis. Incitet te ad bonorum deſiderium, ſæpiſſimè quod vides: quia in his quæ feceris, iudex & teſtis ero. Nam etſi ' epulas ſolicita ordinatione diſponas, non ſolùm noſtro palatio clarus, ſed & gentibus neceſſe eſt reddaris eximius. Legati ' penè ea tota Orbis parte venientes, cum noſtris ' cœperint intereſſe conuiuiis, admirantur copiosè repertum, quod in patria ſua ' norunt eſſe rariſſimum. Stupent etiam abundantiam vnius menſæ, tantas ſeruientium turbas poſſe ſatiare: vt iudicent conſumpta ' recreſcere, vndè tanta quæ probantur exire. Habent nimirum in ſuis patriis ' quod loquantur dum parentibus ſuis dicere geſtiunt, quæ viderunt. Sic propemodum in toto Mundo celeberrimus redditur, qui prouidus noſtris apparatibus inuenitur. Adde quod tempora noſtræ F lætitiæ ſecretaria tua ſunt, cum pectus redditur, curis ' alienum: & tunc tribuitur ſuggerendi locus, quando cunctis adimitur. Meritò, vt qui es iudex tanti apparatus & epularum, * 4 delinitus cibis tibi animus concedatur.

Margin: ' ſectari — ' epulas noſtras — ' enim penè — *Legati conuiuio adhibiti.* — ' cœperūt — ' nouerūt — ' creſcere — ' quid — ' aliena — * delicatiſſimus

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Varicatis greſſibus*] id eſt doloſè: vnde præuaricatores, l. 212. Præuaricatores. de verb. ſign. *l. 1. ad S. C. Turpill.* Plin. *lib.* 18. *cap.* 9. *Arator,* inquit, *niſi incuruus præuaricatur. Inde tranſlatum id nomen in forum, ibi itaque caueatur vbi inuentum eſt.* Vlpianus tamen ex Labeone in *l. 1. de Præuaricatoribus*, à varia concertatione nomen tractum ait: quæ notatio defendi poſſet, quia varij, doloſi nominantur, *l. 1. ff. de dolo*, i. ποικίλως κατηγορῶν à Græcis vertitur. tit. 1. lib 60. Baſilic. For.

G ¶ 2. *Diſtingue*] rectiùs, quàm in vet. exempl. *diſtingue*, vt infrà hoc lib. epiſt. 19. vbi notaui quædam. For.

¶ 3 *Quoniam*] hic verſic. in veteri exemplari paulò aliter legitur detracta interrogationis notula, *quoniam ille iuſtus poteſt dici, ſub quo non probatur, &c.* For.

¶ *Delinitus*] vet. *delicatiſſimus.* Obiter notandus mos, quo Regum conuiuiis legati adhibebantur: quod perhonorificum fuit. Ammian. Marcell. *lib.* 15. *honoréque menſæ regalis adeò antepoſitus aliis.* Pacatus Panegyriſtes: *ille cohoneſtatus affatus, ille menſa beatus, ille oſculo conſecratus eſt.* Quint. Curtius *lib.* 8. *Præcipuus honor habebatur, quòd licebat ſedentibus veſci cum rege.* Valer. Max. *lib.* 5. *cap.* 1. de Pauloloqueus: *nec indignum menſa honore.*

¶ FORMVLA QVA PER CODICILLOS vacantes proceres fiant. X.

H *Quibus præſtari debeant dignitates.*

PEriclitarentur grauiter boni mores, ſi aut ſolis diuitibus, aut corpore valentibus præſtarentur tantummodo dignitates, ' dum multos inuenias excubias Palatij refugere, qui magis ' poſſint laudabili conuerſatione fulgere. Multis enim facultas ſua non ſufficit ad triumphum: multis philoſophantibus corporis valetudo ſubtrahitur: & fit plerumque, vt ſapientes irremunerati iaceant, ſi ſemper homines ad honores Comitatem ſi obſeruatione peruenient. Rarum eſt, vni multa confluere, cum omnibus debeat regnantis pietas ſubuenire. Quid ſi expenſas Conſulatus pauper nobilis expaueſcat? quid ſi ſapientia elatus Præfecturæ nequeat ſuſtinere moleſtias? quid ſi pondera Quæſturæ affluens lingua formidet? quid ſi reliqui faſces moleſtiarū tædio vitentur fortè quàm meritis? Nonne ſi à magnis vitis talia fugiantur ' Inuerecundia noſtræ manſuetudinis, quandā repulſam ſuſcipiunt

Margin: ' tam — ' poſſunt — *Conſulatus expenſa.* — ' Inuerecundiam

A

dignitates? Quantò iuſtius bono principi * iure muneratum ' nihil relinquere, '₂ quod facit Natura laudabile? Sapientia eſt, quæ honores meretur, totum alind extrinſecus venit. Sola ' eſt prudentia, quæ cebua omnibus ' præponitur, quando in homine feliciter inuenitur. Sit apud nos & fortuois integerrimos Conſularis: ' ſint & ſine longo labore Primates: habeant exercitia præmia ſua: ſed & iſte honorabilis locus ſit, qui tantum meritis comparatur. Neque enim abſuedè leges ſacratiſſimæ cenſuerunt, eos quos bonæ opinionis fama commendat, Codicillis Vacantibus tales quærere ſummitates. Quos etſi facultas in tanti honoris apparatu deſereret, virtus conſcia non cælaret. Animari ſunt ad talia, qui de ſua videbantur deſperare fortuna. ' Hoc & validiſſimus ad labores, ' hoc & imbecillis corpore meretur ad laudes. Nam omnes ſub diuerſitate prædicantur, quos huiuſmodi nomen honoris amplectitur; & magis neſcio quid amplius meriti extorſiſſe creditur, ' quod rem laborantium otioſus meruiſſe ſentitur. Atque ideò præſentibus Codicillis ab illa indictione illud tibi propitia diuinitate deſende: vt conſiderata ratione præſentis temporis, adepti honoris ordine potiaris. Ita tamen, vt illis modis omnibus præferantur, qui ſudore maximo noſtris aſpectibus aſſuerunt. Neceſſe eſt enim, vt vnum * credar meritum duobus coictum. ' Alioqui omnes ad quietas poſſunt currere dignitates, ſi laborantes minimè præferantur otioſis. Conſequantur illa qui poſſunt, nec nobis deſint iſta quæ ' cedimus. Sic vtraque gratia concitari, & illa ad ' palatia noſtra feſtinare ' poterunt, & vos optari honoris gaudia comitantur.

B

[Margin: *L.g. ex vvt.* · * iure in remuneratam · ' nil · ' fecit · ' eſt enim · ' anteferrur · ' ſicut · ' hæc · ' hæc · ' qui · * ei lat · ' Aliquin · ' cedimus · ' placita · ' poterunt]

¶ FORMVLA ILLVSTRATVS vacantis. XI.

De numero ciuium.

C

CONſtat felicem eſſe Rempub. quæ multis ciuibus reſplendet ornata. Nam ſicut cœlum ſtellis redditur clarum, ſic relucent vrbes lumine dignitatum. Non quia fiat homo alter honoribus, ſed quia modeſtior efficitur, à quo conuerſationis ordo melior poſtulatur. Quis enim opinionem ſuam vituperabiliter tractare velit, quam ſpecialiter ad ' laudes electam eſſe cognoſcit? illum ſiquidem honores glorificant, quem commendat & vita. Nam malo inſtituto viuere, nec principi fas eſt: quando & de illo populus occultè poteſt dicere, cui mores ſuos publicè nullus auſus eſt imputare. Cape igitur pro fide ac laboribus tuis Comitiuæ Domeſticorum Illuſtratum Vacantem: vt & tuis ciuibus decoratus appareas, & quod eſt dulciſſimum mentibus bonis, iugiter propriis vtilitatibus occuperis. Quid enim fortunatiùs, quàm agrum colere, & in vrbe lucere, vbi opus proprium delectat auctorem, nec aliquid fallendo conquiritur, dum ' ſuaui horrea labore cumulantur? Quapropter nos dedimus delectabilem honorem, ' tu conuerſationis ' aſſocia dignitatem (nam vtraque ſibi coniuncta ſunt, vnum pendet ex altero: non coaleſcunt ſparſa ſemina, niſi ' etiam terræ qualitas ' fuerit operata) habiturus meſſem de noſtra gratia copioſam, ſi à te iudicia noſtra ' cognoueritmus opportunè fuiſſe tractata.

D

[Margin: ' laudem · ' ſani iure · ' aſſociā · ' & fuerat · ' cognoueris optimè]

¶ FORMVLA COMITIVÆ PRIMI ordinis vacantis. XII.

De dignitatibus.

MAgnum quidem multis, & inter vices videtur eſſe geniatum, publicæ vtilitati probis ' actionibus occupari. Sed quantò feliciùs honorem ſplendidum ſumere, & cogitationum moleſtias non habere? [Interdum enim aſſidui labores etiam ipſas ingratas faciunt dignitates: dum imbecillitas humana citò ſolet ſuſtinere faſtidia, & quod prius ambiiſſe creditur, poſtea vitare velle ſentitur. Sed ' hoc multò præſtantiùs adeſſe conſpectibus regiis, & abeſſe moleſtiis, gratiam habere loci, & vitare contumelias actionis.] Dulce eſt, aliquid ſic mereri, vt nulla poſſit anxietate turbari: dum multò gratiùs redditur, vbi proſperitatis ſola gaudia ſentiuntur. Hunc igitur honorem, quem tibi reſpicis otioſa remuneratione præſtitum, qui nimium laborantibus antiqua noſcitur prouiſione collatus, vt Rectores prouinciarum, anni actione laudatos, vix ad tale culmen ' adducerent, quibus confitebantur plurima ſe debere. Conſiliarij quoque Præfectorum conſcientia clari, dictatione præcipui, qui in illo actu ampliſſimæ Præfecturæ ſic videntur exercere facundiam, vt ad vtilitates publicas expediendas, alteram credas eſſe Quæſturam. Vnde frequenter & nos iudices aſſumimus: quia eos doctiſſimos comprobamus. Quid ergo de tali honore ſentiatur, agnoſce: quando *præfecti viri pro tot ' laudabilibus inſtitutis huiuſmodi inueniunt præmia dignitatis: & meritò, cum tanta pompa ceditur, quæ Senatorij quoque ordinis ſplendore cenſetur. 1 Spectabilitas clara & Conſiſtorio noſtro digniſſima quæ inter illuſtres ingreditur, inter proceres aduocatur: otioſi cinguli honore ' præcincta dignitas, quæ nullum nouit offendere, ' nullū cognoſcitur ingrauare, & ſuper omnia bona concitare neſcit inuidiā. Quocirca prouocati moribus tuis, 2 Comitiuam tibi Primi Ordinis ab illa Indictione maieſtatis fauore largimur: vt Conſiſtorium noſtrum ſicut rogatus ingrederis, ita moribus laudatus exornes: quando vicinus honor eſt Illuſtribus, dum alter medius non habetur. * Delectat te imitari, quos proximitate contingis. ' Tunc locum amplum & honorabilem ' facis, ſi te moderata conſideratione tractaueris. Admoneat te certè, quod ſuſcepta dignitas Primi Ordinis appellatione cenſetur: vtique quia te ſequuntur omnes, qui Spectabilitatis honore decorantur. Sed vide, ne quis te præcedat opinione, qui ſequitur dignitate. ' Alioqui graue pondus ' inuidiæ eſt, ſplendore cinguli claritate, & morum ' lampade non lucere.

E F G

[Margin: *Vacans.* · ' hæc · *Amal rector prouincia.* · ' perducerent · * perfecti · ' laudibus · *Otioſum cingulum* · ' præcincti · ' cognoſcere · * Delectet te illos · ' Tu *Primus ordo.* · ' alioquin · lampadem]

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Spectabilitas clara & conſiſtorio noſtro digniſſ.*]

¶ 2 *Comitiuam tibi primi ordinis largimur vt conſiſtorium noſtrum.*] Loquitur de Comitibus Conſiſtorianis, hoc eſt, de conſiſtorianis comitiua primi ordinis decoratis. BROS.

¶ FORMVLA MAGISTRI SCRINII & Comitiuæ Primi Ordinis quæ danda eſt Comitiaco, quando permilitat. XIII.

De Remuneratione militum.

H

SI honor frequenter defertur otioſis: ſi interdum aut nobilitas eligitur, aut ad promerendum aliquid perſonæ tantùm gratia ſuffragatur: quo ſtudio remunerandi ſunt, qui ad agonis ſui præmia peruenerunt? Conſiderandum, quali labore ſerulium eſt, & ſic de remuneratione cogitandum. Harum quippè rerum menſura de contrario venit: dum tale obedientibus dari debet donum, quale indeuotis potuit eſſe periculum. Grandia ſunt, quæ ſuſtinent excubantes perſonas, contumaces ad parendum cogunt, latentes in ' cubilibus ſuis prudenti ſagacitate veſtigant, ſuperbis modeſtiam æqualitatis imponunt, ita quod à iudicibus breuiter dicitur, ab ipſis efficacia famulante completur. Notum eſt, quæ pericula ſuſtineant, cùm ad cauſas mittuntur alienas. Si ſegniùs agat, petitur quæritur: ſi diſtrictè, pulſatus vociferatur. Sic inter vtrunque

[Margin: ' cubicula · *Militaris dignitas forenſi præſtat.*]

diuerſum

A

diuerſum tara laus eſt inueniſſe præconium. Dignitatum pace dicamus, facilius eſt laudatum iudicem reperire, quàm militem iniunctа ſine offenſione complere. Aliud eſt enim tantum dicere legitima, aliud ad terminum deduxiſſe iuſtitiam. Laudabiliter quidem bonum dicitur, ſed multò glorioſius * ſtatuta complentur. Verba tantùm diriguntur à præſulibus, à militibus autem poſtulatur effectus. Poſt omnia periculis ſubduntur, ſi conſtricti aliquid veriſimile ' conquerantur. Frequenter nocuit aliis ipſa quoque integritas actionis, Nam multos, quos in executione ' contriſtari niſi ſunt, ipſos poſteà impenſos iudices pertulerunt. Offendunt enim frequenter ignari, quibus ſunt poſteà parituri: & dum cauſis alienis fidem cuſtodiunt, interdum pericula propriæ ſalutis incurrunt. Verùm inter hæc militem euaſiſſe laudatum, nónne iuſtè videtur eſſe miraculum? Talibus igitur meritis viciſſitudo reddenda eſt, vt nimio labore tepentes ' indictis compenſationibus excitemus. Vtere igitur confidenter quicquid veteranis ' munificentia iura tribuerunt, nulli ſordido ſubiiciendus ' oneri, qui te puriſſima conuerſatione tractaſti. Comitiuam quoque tibi Ordinis, ' quam tali malitia ' perſunctis cana deputauit Antiquitas, ſecundum ſtatuta diualia ' vindicabis. ' Hæc quidem priſcorum beneficio conſequeris, ſed noſtri nominis contra inciuiles impetus, & conuentionalia detrimenta, perenni tuitione vallaris. Vt officium, quod noſtris iuſſionibus ſpeciali ſolicitudine famulatum eſt, ampliùs aliquid à militibus cæteris promereri potuiſſe videatur. Mulcta quoque ' tui libratum auri ' percellendum eſſe cenſemus, ſi quis ſtatuta noſtra qualibet ' crediderit occaſione violanda. Nec tamen aliquid contra te valere permittimus, quod doloſa fuerit machinatione tentatum.

*inſtituta · 'conquerantur · 'contriſtare · 'indulti · B · *Veteranorum priuilegium.* · 'munifica · 'honori · *Comitiua primi ordinis.* · 'quem · 'perfunctus · 'vendicabis · 'Hoc · 'decem · 'procellendum · 'crediderint

¶ FORMVLA DE REFERENDIS IN Senatu magiſtri ſcrinij. XXV.

C

De iis quæ referenda ſunt.

OPtamus quidem Curiam Senatus ampliſſimi naturali ' fœcunditate compleri, ſobolémque eius tantum creſcere: vt quod difficillimum auiditatis genus eſt, parentum videatur vota ſatiare. Sed minùs amantis eſt, non ampliùs quærere, vndè tantum numerum poſſit augere. Agricola diligens præueniendo adiuuat imbrem cœleſtem, & antè rigat plantaria, quàm pluuias ' mereantur optatas. Arborum quinetiam fœtus meliorare contendens, diuerſi ' germinis fœturas inſtituit, vt ' multiplicata dulcedine fructuum, hortis ' ſui conſerat varietatis ornatum. Sic nos virtutum iucundiſſimas laudes incinctum Gaium deſideramus includere: vt germen alienum amplexu gratiæ colligatum, Curiæ moribus inoleſcat: Sed hæc cultura longè diſſimilis eſt. Arboribus enim, quod meliùs putatur inſeritur, ad illas peregrina veniunt, vt de illorum potiùs ſuauitate duleeſcant: vobis autem vt agreſtia proficiant offeruntur. Nam quamvis ignis nocte reluceat, Soli tamen præſentatus obſcurus eſt. Hinc eſt, quod ad illum ordinem nihil poteſt eximium deferri, niſi quod per ipſum probatur augeri. Et ideò ' illum natalium ſplendore conſpicuum, & ingenij calore prudenter accenſum, Senatus lumen excipiat. Hactenus enim fuit ſuis meritis clarus, ſed iam erit de veſtra perſpicuitate prælucidus. Pandite Curiam, ſuſcipite candidatum. Iam Senatui prædeſtinatus eſt, cui nos contulimus Laticlauiam dignitatem. Benignos eſſe neceſſe eſt Publicos Patres: quia hoc vocabulum non tantum ſuo ' debet germini, quantum ſtudio votóque generali.

'facunditate · *Parentũ vota.* · 'mereantur · 'generis · 'multiplici · 'ſuis · *Inſitio.* · D · 'illuminat alium ſplendorem · *Laticlauia dignitas,*

¶ FORMVLA VICARII VRBIS Romæ. XV.

E

Promotis Vicarij vrbis Romæ.

VIces agentium mos eſt, ſic iudicum * voluntatibus obedire, vt ſuas non habeant dignitates. Splendent mutuato lumine, nituntur viribus alienis, & quædam imago in illis videtur eſſe veritatis, qui proprij non habent iura fulgoris. Tu autem Vicarius diceris, & tua priuilegia non relinquis: quando propria eſt iuriſdictio, quæ datur à Principe. Habes enim cum Præfectis aliquam portionem, partes apud te ſub Prætoriana aduocatione conſignant. 1 Vice ſacra ſententiam dicis, & quod maximæ fidei ſignum eſt, 2 in inſcriptionibus vita tibi committitur hominum, quod inter mortales conſtat eſſe pretioſum. Additur, quod nec ſalutari te ſine chlamyde iura voluerunt: ſcilicet, vt ſub veſte militari ſemper viſus, nunquam ' crederis eſſe priuatus. Sed hæc omnia ad Præfecturæ gloriam iudicamus eſſe conceſſa: vt qui tantæ ſedis Vicarium diceret, vmbram ille nil videret. Conſidera qualia de te præſtes, qui tanta auctoritate ſubueheris: exuendus à crimine non * videtur ab ' innoxia facultate. Nam quid tibi debere poſſit, ſi ' minimis ſuis imputet, quod euaſit? Ad ſimilitudinem quippè ſummorum carpento veheris intra, 3 quadragesimum * ſanctiſſimæ vrbis iura cuſtodis. Præneſte ludos edis: inuicem conſulis in honorem poſitus, dignitatémque Senatoris acquiris, & illa tibi pandantur atria, quæ ſummatibus probantur eſſe collata. Hinc eſt, quòd in aula libertatis locum ' patrium tenes: & ibi meteris ' conſeſſum, vbi eſt vel intraſſe præconium. Ipſi quinetiam Senatores, qui præcedunt ordine, aliquid videntur à te neceſſaria poſtulare. Habes quod præſtes potioribus te: nec immeritò inter præcipuos cenſendus es, qui aut iuuare potes, aut lædere Conſulares. Erige animos ſub qualitate modeſtiæ. [Talis eſt vnaquæque dignitas, qualis adminiſtrantium eſt voluntas.] Nihil abiectum eſt quod in Republ. geritur, niſi malis fuerit moribus fortè vitiatum. Nam ſi humilium priuatorum placet æqualitas, quantò magis grata eſt in poteſtatis culmine cuſtodita? quæ difficilem modum ' ſeruat, dum ad ſuum velle feſtinat. Proinde Vicariæ tibi dignitatem, ſerenitatis noſtræ æſtimatione conferimus. Quam ſic Romæ geras, & conſcientiam tuam tanta ciuitate facias eſſe digniſſimam. Vſurus omnibus priuilegiis, quæ tuos deceſſores habuiſſe conſtiterit. Quia ſicut à vobis antiquorum inſtituta depoſcimus, ita & dignitati veſtræ vetera non negamus.

* voluntatibus ſua. · *Vice ſacra iudicare.* · *Salutari cum chlamide.* · F · 'credideris · * Forte, nudetur · 'inſcia · 'meritis · *Carpento vehi.* · * ſacratiſſimæ FOR. · 'patrum · 'conſenſum · G · 'ſeruas

NOTÆ VARIORVM.

H

¶ 1 *Vice ſacra ſententiam dicit*] ſuprà hoc lib. ep. 6. *ſacra*. id eſt, principe, *l.* 38. *ſi quis aliquid*, 2. *ff. de pœnis*, *ſacra vice iudicant.* epiſt. 5. lib. 6. Vice ſacra iudicauit Præfectus Prætorio, d. epiſt. 5. Vicarius vrbis, epiſt. 15. FOR.

¶ 2 *In inſcriptionibus*] id eſt, accuſationibus, *C. Theod. lib. 9. tit. 1. De accuſ. & inſcript.* Nemo ad crimen deferendum admittitur, niſi qui ſolennia accuſationis impleat, & ſeſe ad pœnam, quæ calumniantibus impendet, obſtringat, *l.* 7. *C. de cal. l.* 11. *§. quidam, ad leg. Iul. de adult. l.* 3. *ff. de accuſ. l.* 1. *C. ad Turpil.* inſcriptionis vinculi, *l.* 11. *& vlt. nullus, C. de accuſ. l. vlt. C. Theod. de exhib. vel tranſmit. reis. l. pen. & vlt C. de accuſ. l. vlt. ff. de priuat. delict.* Exemplum *l.* 3. *ff. de accuſat.* & apud Lucianum, ἐν δίκῃ φωνηέντων. gloſſ. Baſilic. lib. 60. tit. 42. FOR.

¶ 3 *Quadrageſim.*] quadrageſimum lapidem, ſeu milliarium intelligit. FOR.

A

¶ FORMVLA NOTARIORVM. XVI.

Super eodem.

NOn eſt dubium, ornate ſubiectos Principis ſecretum, dum nullis ' æſtimantor neceſſaria poſſe committi, niſi qui fuerint fide magna ſolidati. Publicum eſt quidem omne, quod agimus: ſed multa non ſunt antè ſcienda, niſi cum fuerint, Deo auxiliante, perfecta. quæ tantò plus debent oculi, quantò ampliùs deſiderantur agnoſci. Regis conſilium ſolos decet ſcire grauiſſimos. Imitati debent armaria, quæ continent monumenta chartharum, Vt quando ab ipſis aliqua inſtructio quæritur, tunc loquantur: totum autem diſſimulare debent, quaſi neſciant ſcientes. Nam ſolicitis inquiſitoribus ſæpè & vultu proditur quod tacetur. Aſſit innocentia, quæ cuncta commendat: quia in placida mente regia decenter debent verba deponi. Sed quoniam te probatis moribus inſtitutum, venatris bonæ conuerſationis ſolicitudo noſtra reſpexit, ab illa indictione Notarium te noſtrum eſſe cenſemus: vt ordine decurſo militiæ, ad Primiceriatus feliciter peruenias, ' ſummitatem. Honos qui efficit Senatorem, cui patrum aula reſeratur, non iniuria: nam qui noſtris ' curis militat aſſidua lucubratione, iuſtè videtur & Curiam libertatis intrare. 1 Additur etiam perfuncti laboris aliud munus, vt ſi ' quo modo ad illuſtratum, vel Vacantem meruerit peruenire, omnibus ' debeat anteponi, qui Codicillaris Illuſtratibus probantur ornati. Vndè abſolutè colligitur, Primiceriatus meritis datum vti, vt in vno eodémque titulo diſpar eſſet dignitas æqualites acquiſita. Animati debes igitur ad labores: quando tibi tale præmium propoſitum vides, quale ſe gaudent inueniſſe ſummates.

' exterminantur

B

Primiceriatus dignitas. ' dignitatem curias ' quoquo modo ' debeant *Codicillares illuſtratim.*

NOTÆ VARIORVM.

C

¶ 1 *Additur etiam perfuncti laboris aliud munus, vt ſi qua modo ad illuſtratum, &c.*] Priuilegium, hoc datur primicerio vt depoſita adminiſtratione, illuſtrem magiſtri officiorum, titulum conſequatur, quo fietur cæteris vacantibus etiam antiquioribus non cedat. Additur etiam perfuncti laboris aliud munus, vt ſi quo modo ad illuſtratum vel vocantem meruerit peruenire, omnibus debeat anteponi qui Codicillariis illuſtratibus probantur ornati. BROS.

¶ 1 FORMVLA REFERENDARIORVM. XVII.

De Referendariis.

D

QVamuis tantum ſit clara quæque dignitas, quantum eam præſentiæ noſtræ conſpectus illuminat (dum ſemper honorem ſuſcipit, qui noſtra colloquia decenter acquirit) nemo tamen ſermones noſtros tantum meretur, quam qui Referendarius eſſe dignoſcitur. Per eum nobis cauſarum ordines exponuntur: per eum interpellantium vota cognoſcimus, & ipſis reſponſa reddimus, vt negotia ' compedita ſoluamus. Magnum eſt in hoc agone principali ſeruire prudentiæ; & ad ſubitum ſic dolores alienos aſſerere, vt conquerentium videatur vota ſatiare. Quale eſt enim, in tumultuoſis proceſſionibus noſtris nulla permixtione confundi aut minimè tantis clamoribus impediri? Neceſſe habet, à turbatis exquirere, ' quod nobis poſſit placabiliter intimare, & diſtinctiùs referre, quàm potuiſſet audire. Arduum eſt, trepidantium dicta componere, & verum dicere: non tantum interpellator formidat negotij ſui caſum, quantum ſuſtinet iſte in relatione periculum. Si quid minus dixerit, inimicus aſſeritur, redemptus clamatur. Negotij dominus timoris patrocinio poteſt ſua verba conuertere, referenti autem non licèt aliquid immutare. Sententiæ verò noſtræ tanta memoriæ cautela tenendæ ſunt, vt nihil minus, nihil additum eſſe videatur. Nobis plerumque audientibus noſtra dicturus es, & difficili conditione conſtrictus, iudicio noſtro ſubiaces, dum alienas cauſas explanare contendis. Quapropter referendarium te electio noſtra conſtituit: ſed tu puritatem conſcientiæ, & veritatem linguæ noſtris iuſſionibus adhibeto. Eruditionem verò mirabilem ' collocutio tibi noſtra concedit, quæ dum per te alios ordinat, qualitatem tuæ mentis exornat. Sub nobis enim non licèt eſſe imperitos: quando in vicem cotis ingenia ſplendida reddimus, quæ cauſarum aſſiduitate polimus. Quapropter illa cunctis vidiſſe nos referte, quæ aut debuiſtis, aut potuiſtis accipere. Noſtra ſic probatis, ſi iuſta tedicitis. Amate quod nos glorificat. Sit velle veſtrum, quale videtis noſtrum eſſe propoſitum. Ad ſummum, tales vos eſſe cupimus, vt etiam per vos iudices corrigamus. Peculiare de vobis aliquod vectigal exigimus: vt ſicut vobiſcum familiariter miſcemus affatus, ita ' & noſtra opinio ſpecialiter à vobis mereatur affectum.

' expedita ' qui *Fides Referendariorum.*

E ' collocatio *Iuditum correctio.* F ' vt

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Formula Referendariorum.*] Referendarij ſunt qui ſupplicum deſideria principi referunt, & exponunt, iuſſiones principis iudicibus inſinuant. Nouel. 10. 113. 124. ac nonnunquam, vt Sigebertus ſcribit in Chronico, publicas conſcriptiones annulo ſeu ſigillo regis confirmant. BROS.

¶ FORMVLA PRÆFECTI ANNONÆ, ET eius excellentiæ. XIX.

G

Collatio præfecturæ annonæ vrbis.

SI ad hanc menſuram cenſendæ ſunt dignitates, vt tantò quis honorabilis habeatur, quantò ciuibus profuiſſe cognoſcitur, is certè debet eſſe glorioſus, qui ad copiam Romani populi probatur electus. Tui ſiquidem ſtudij eſt, vt ſacratiſſimæ Vrbi præparetur annona, vbique redundet panis copia, & tam magnus populus, tanquam vna menſa, ſatietur. Per officinas piſtorum ciboſque diſcurris, penſum & munditiam panis exigis, nec vile indicas eſſe, vnde te poſſit Roma laudare: meritò, quando * gloria ſingularis eſt, illius ciuitatis affectus. Et ne quod agit aliquid putetur extremum, carpentum Præfecti Vrbis mixta ' glorificatione conſcendis. Tu illi in ſpectaculis coniunctiſſimus inuenitis, vt plebs quam induſtria tua ſatiat, in ſuam reuerentiam te honoratum eſſe cognoſcat. Nam ſi querela panis, vt aſſolet, concitetur, tu promiſſor vbertatis ſeditiones ciuicas momentanea ſatisfactione diſſoluis: & ' per te proſpicitur, ne quid à populis conquirentibus excedatur. Non immeritò Pompeius fertur, copiæ quantitate prouiſa, vſque ad rerum perueniſſe faſtigia. Quia meritò ſingularis eſt amor populi, cum ' potuit a penuria liberari. Hinc ille gratificationem meruit, plauſúmque populorum. Hinc vnicè ſemper amatus eſt, & in gratia ciuium omnium vicit facta maiorum: qui ne aliquando in honore diceretur, cum nominis taxatione vocabatur & Magnus. Hoc te exemplum inuitet ad proſpera: quando ille honoris tui locum egiſſe ' cognoſcitus, quem felix Roma mirabatur. Ne quia autem * putet, abiectis te hominibus imperare, dignitati quoque tuæ piſtorum iura famulata ſunt, quæ per diuerſas Mundi partes poſſeſſione latiſſima tendebantur: ne inopia faciente vileſceret quod Romanæ copiæ laudabili famulatione ſeruiret. Suarij quoque, Romanæ copiæ cauſa reperti, tuo deputati videtur examini. Gloriare priuilegiis acquiſitis.

* gratia ' gratificatione H ' pro ' potuerit *Pompeius Magnus. Iura piſtorum* ' noſcitur * prouenit *Suarij.*

Tribuna

A Tribunal tuum non eſt inter minimas dignitates: quando & Romana gratis ſtruetis, & prouinciis iuſſa tranſmittis. Sed ' vt actionis ipſius in totum merita perſcrutemur, * triticas quidem copias Præfectura Prætoriana procurat. Sed non minor laus eſt, diſpenſationem probabilem facere, quam frumenta colligere: quando in quavis abundantia querela non tollitur, ſi panis elegantia nulla ' ſeruetur. Sic Ceres frumenta dicitur inueniſſe, Pan autem primus conſparſas fruges coxiſſe, perhibetur: vnde & nomine eius panis eſt appellatus. Ita & illa prædicata eſt quæ reperit, & iſte laudatus eſt qui decenter edenda humanis vſibus applicauit. Atque ideò cognoſcentes induſtriam tuam, quæ ſemper eſt amica ſapientiæ, Præfecturam Annonæ per illam Indictionem noſtra tibi electione defecimus. Conſidera nunc, quia non licet aliquid furari de populo. Nam quod in ciuitatis ' damna committitur, ſilentio non cælatur. Neſcit plebs tacere: quando tuterdum ' & hoc loquitur, quod à nemine perpetratur. B In fraudulentos diſtringe: panis pondera æquus examinator intende: ſolicitiùs auro penſetur, vnde à Quiritibus viuitur. Quis gratior nobis eſt lætitia fauentis populi Romani, quàm copia precioſiſſimi metalli. Intuete certè ' quod loquimur. Quid habes melius quod optes, quàm illius populi gratiam quærere, quam nos etiam conſtat optare?

' vt & · * triticas · ' ſeruetur · ' damno · ' hoc & · *Pondera exquiſita.* · ' quid

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Qui ad copiam Romam.*] Copias vocat alimenta & annonas, vt in *l.4 C.Theod. de oper.pub in l.20.ff. de compenſ.* & apud Valer. *lib.5. cap.* 1. inde copiari magno commeatu prædáque ingenti apud Agellium *lib.* 27. *cap.*2. & Nonium Marcellum, quod verbum caſtrenſe eſt, nec facilè apud alios reperitur. BROS.

C ¶ FORMVLA COMITIS ARCHIATRORVM. XIX.

De laudibus artis medicinæ.

INter vtiliſſimas artes, quas ad ſuſtentandam humanæ fragilitatis indigentiam, ' Diuina tribuerunt, nulla præſtare videtur aliquid ſimile, quam quod poteſt ' auxiliaris medicina conferre. Ipſa enim morbo periclitantibus materna gratia ſemper aſſiſtit. Ipſa contra dolores pro noſtra imbecillitate confligit: & ibi nos nititur ſubleuare, vbi nullæ diuitiæ, nulla poteſt dignitas ſubuenire. Cauſarum periti ** palmares habentur, cum magna negocia defenderint ſingulorum: ſed quantò glorioſius eſt expellere, ' quod mortem videbatur inferre? & ſalutem periclitanti reddere, de qua coactus fuerat deſperare? Ars, quæ in homine plus inuenit, quam in ** ſe ipſo cognoſcit. Periclitantia confirmat, quaſſata corroborat, & futurorum præſcia valetudini non cedit, cum ſe æger præſenti debilitate turbauerit, ampliùs intelligens quàm videtur, plus credens ' actioni, quàm oculis. Vt ab ignorantibus penè præſagium putetur, quod ratione colligitur. D 1 Huic peritiæ deeſſe iudicem, nónne humanarum rerum probatur obliuio? Et cum laſciuiæ voluptates recipiant ' tribunum, hoc non meretur habere primatum: ' Habeant itaque præſulem, quibus noſtram committimus ſoſpitatem. Sciant ſe huic reddere rationem, qui operandam ſuſcipiunt humanam ſalutem. Non quod ad caſum fecerit, ſed quod legerit, ars dicatur: ' alioqui periculis potiùs * exponimur, ſi vagis ' voluntatibus ſubiacemus. Vnde ſi hæſitatum fuerit, mox quæratur. Obſcura nimis eſt hominum ſalus, temperies ex contrariis humoribus conſtans: vbi quicquid horum ' excreuerit, ad infirmitatem protinus corpus adducit. Hinc eſt, quod ſicut ' aptis cibis valetudo feſſa recreatur, ſic venenum eſt, quod incompetenter accipitur. Habeantur itaque medici ' pro incolumitate omnium, & poſt ſcholas magiſtrum vacent, libris delectentur antiquis. Nullus iuſtius aſſiduè legit, quàm qui de humana ſalute tractauerit. Deponite medendi artifices noxias ægrotantium contentiones: vt cum vobis non vultis cedere, inuenta veſtra inuicem videamini diſſipare. Habetis quem ſine inuidia interrogare poſſitis. Omnis prudens conſilium quærit, dum ille magis ſtudioſior agnoſcitur, qui cautior frequenti interrogatione monſtratur. In ipſis quippe artis ' huius initiis quædam ſacerdotij genere 2 Sacramenta nos conſecrant. Doctoribus enim veſtris promittitis, odiſſe nequitiam, & amare puritatem. Sic vobis liberum non eſt, ſponte delinquere, quibus ante momenta ſcientiæ animas imponitur obligare. Et ideò diligentiùs exquirite, quæ curent ſaucios, corroborent imbecilles. Nam ſi videro quod delictum lapſus excuſet. [Homicidij crimen eſt, in hominis ſalute peccare. Sed credimus iam iſta ſufficere, quando facimus, qui vos debeat admonere.] Quapropter à præſenti tempore 3 Comitiuæ Archiatrorum ' honore decorate. Vt inter ſalutis magiſtros ' ſolus habearis eximius: & omnes iudicio tuo cedant, qui ſe ambitu mutuæ contentionis excruciant. Eſto arbiter artis egregiæ, eorúmque 4 diſtingue conflictus, quos iudicare ſolus ſolebat ' affectus. In ipſis ægros curas, ſi ' contentiones noxias prudenter ' abſcidis. Magnum munus eſt, ſubditos habere prudentes, & inter illos honorabilem fieri, quos ' reuerentur cæteri. 5 Viſitatio tua ſoſpitas ſit ægrotantium, refectio debilium, ſpes certa feſſorum. Requirant rudes, quos viſitant, ægrotantes, ſi dolor ceſſauit, ſi ſomnus affuerit. De ſuo verò languore te ægrotus interroget, audiátque à te verius, quod ipſe patitur. Habetis & vos certè veriſſimos teſtes, quos interrogare ' poſſitis. Perito ſiquidem Archiatro venarum pulſus enuntiat, quid intus natura patiatur. Offeruntur etiam oculis vrinæ, vt facilius ſit vocem clamantis non aduertere, quam huiuſmodi minimè ſigna ſentire. ' Indulge te quoque palatio noſtro: habeto fiduciam ingrediendi, quæ magnis ' ſolent pretiis comparari. Nam licet alij ſubiecto iure ſeruiant, tu rerum domino ſtudio præſtantis obſerua. Fas eſt tibi, nos fatigare ieiuniis: fas eſt, contra noſtrum ſentire deſiderium, & in locum beneficij ' dictare, quod nos ad gaudia ſalutis ' excruciet. Talem tibi denique licentiam noſtri eſſe cognoſcis, qualem nos habere non probamur in * ' cæteros.

' Diuina conſilia · ' auxiliatrix *Aduocati* · ** al. *palmares.* FOR. · ' qui · ** V. *ipſo* FOR. · D · ' lectioni · *Medicina iudicem non habet.* · *Voluptatum tribunus.* · ' tribunum hæc · ' habent · ' alioquin · * expunimur · ' voluptatibus · ' excreuit · *Ciborum ratio* · ' apertis · ' pro &

E · *Archiatro officia & partes.* · ' huiuſmodi · *Imperitia medendi.* · ' te honore decoramus · F · ' ſolus · *Sedare diſſentiones.* · ' effectus FOR. · ' contentiones eorum · ' abſcindis · *Viſere ægros.* · ' venerantur · *Venarum pulſus.* · ' poteritis · *Vrina.* · *Ingreſſus palatij.* · ' indulgere · ' ſolet · G · ' delectare · ' excruciet · * certis · ' cæteris

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Huic peritiæ.*] Id eſt Medicina non habet iudicem. FOR.

¶ * 2 *Sacramenta*] Intelligit ὅρκον Hippocratis, quo nihil ſanctius, caſtius, integrius nihil. FOR.

¶ 3 *Comitiæ archiatrorum.*] Cum plures archiatrorum ordines eſſent, in ſingulis erant qui cæteros anteirent, & hi comites archiatrorum vocabantur, de quorum eligendorum forma & authoritate hoc loco ſcribit Caſſiodorus, nec vnum fuiſſe comitem, ſed tot, quot ordines archiatrorũ erant. CONRAT. *obſer. lib. c.* 15.

¶ 4 *Diſcinge*] v. *diſtingue*, minus ſcitè. Idem mendum inſederat hactenus, *l.6. ſicut, Cod. Theod. de legitim. hered. pendentium negotiorum fata diſtingunt*, pro, *diſcingant*, vt ſupr. hoc libro epiſt. 9. *querimonias poſſeſſorum ſine venali protractione diſtingue*: in manuſcriptis membranis, *diſtingue*. Sic iurgium diſcingere, *lib.4. C.Theod. fin. regun. l.64.* non ignoramus, *C. Theod. de appell. l.2. l.3. C. eod. quor. appell. non recip. cauſam ſine dilatione diſcingere.*

H

¶ 5 *Viſitatio ægrotantium*] hi περιοδευταὶ à Modeſtino dicuntur, *l.6. de excuſ. tut.* & περιερχόμενοι Lucas vocat *Actuum Apoſtolor. cap.* 19. circuibant enim & obambulabant vrbes Medici, vt ex lege Hippocratis colligitur, τὰς πόλιας φοιτέοντας λόγῳ μοῦνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἰητροὺς νομίζεσθαι. Sic philoſophi ſe frequentes atque vtiles per eandem ſtudiorum ſectam contendentibus præbere, *l.8. in honoribus, D. de vacat. mun.* Suidas in [illegible]: Nomocan. *tit.* 1. *cap.* 34. FOR.

A

¶ FORMVLA CONSVLITATIS, ET eius excellentia. xx.

Confertur cuidam dignitas conſularis.

QVamvis dignitatem tuam à Conſulibus deſcendere nominis ipſius videantur teſtimonia declarare, tamen & inſignia tanta circumſtant, vt nullus poſſit ambigere, te de illius lampadis claritate lucere. Secures enim & faſces, ' quos illis dicauit ' genio Antiquitas, tuis videntur faleris deputata: vt iuriſdictio conceſſa vel tacita poſſit ' admonere prouincias. Sed quale tibi debet eſſe, quod curulea inclytas probatur ornare? Vultus quinetiam regnantium ' geniata obſequij pompa præmittit: vt non ſolum ſummi iudicis, ſed & dominorum reuerentia cumulatus orneris. O magnæ temperationis inuentum! De nomine conſulis promitteris clementiſſimus, & de principum imagine metuendus. In aliquibus adhuc prouinciis ornatus penula, carpenti etiam ſubuectione, decoratis: vt multis declaretur indiciis, per expreſſas imagines rerum vices te præcelſæ gerere dignitatis. Conſidera, magnum eſſe, quod ſuſcipis, & nulla criminum deiectione vitieris. Nominis tui ' auctor multa conferendo prædicatur. Tu age ne vllis cupiditatibus accuſeris: vt ſi dare non præuales, certè te modetari velle feſtines. Proximus enim habetur donanti, de quo poteſt dici, abſtinens eſt iugiter alieni. Certè fœdiſſimæ contrarietatis vitium eſt, ſtudere furtis, & habere vocabulum largitatis. Erigat ad laudem tuos animos, quod vocaris. Non te profectò meritis imparem ' facies, ſi turpiſſimæ ambitionis delicta calcaueris. Nam errores noxios vincere, eſt vitia maculoſa ſuperare, & iſte re vera editus eſt de moribus Conſulatus. Nec enim ſuperfluè prudentiſſimi Veterum talia rebus nomina impoſuerunt: dum continentiæ magnæ præſulem prouinciis mitterent conſularem. ' Triumpha iura publica, largire iuſtitiam, & fortiori parte imitari præuales, ' quem nominis proximitate contingis. Pecuniis poteſt indigere ' mediocris, morum talenta * non poteſt habere, qui iuſtus eſt. Non paueſcas largas Conſulum manus. Habent & boni pauperes diuitias ſuas. Illud ergo à te quæritur, quod in pectore humano naſcitur, non quod terræ viſceribus continetur. Quanto meliùs triumphare ex animi theſauro, vndè nunquam naſcitur plenitudo: quia nec tenuis efficeris, cum plura concedis: quinimò tantum locupletior redderis, quantum te bonæ conſcientiæ ſparſiſſe cognoſcis. Quapropter opinioni tuæ laude pellecti, per illam indictionem, in illa prouincia, Conſularitatis te præcipimus agere dignitatem: vt tibi non ſit acceptum, quod legibus probatur * inimicum. Illa magis ' dilige, quæ æquitatis iura commendant, Nomen tuum actionibus proba. Conſule feſſis, & tunc verè diceris Conſularis. Sed vt omnia æquabili moderatione penſetur, inſtitue pecunias non quærere, & ' agnoſcis munera tibi copioſa prouenire. Hanc enim conditionem humanis actibus diuina poſuerunt, vt ille magis poſſit diteſcere, qui lucra turpia neſcit optare. Ignorantes accipiunt, ' qui bene agunt. Quia neceſſe eſt, vt dum parumper malorum ambitio contemnitur, ſuperno munere plus donetur.

¶ FORMVLA RECTORIS Prouinciæ. xxi.

De Iudicibus ad Prouinciam mittendis.

OMnino prouidè decreuit Antiquitas, Iudices ad prouinciam mitti, ne poſſit ad nos veniendo mediocritas ingrauari. ' Quis enim latronum ferret audaciam, ſi longè poſitam cognoſcerent diſciplinam? Abſolutè poterat vis permiſſa craſſari, ſi conquerens tardiùs ' crederetur audiri. Sed quantò melius in ipſis cunabulis adhuc mollia ' reprimere, quàm indurata crimina vindicare? In compendium mittimus mala, ſi præſentia ' facimus eſſe iudicia. Quis enim audeat peccare, cùm ſupra ceruices ſuas diſtrictionem cognouerit imminere? Et ideò te illi prouinciæ Rectorem, per illam Iudictionem, noſtra mittit electio: vt reuera corrigere altaris, quos tibi commiſſos eſſe cognoſcis. Chlamydis tuæ procul dubio inter alia clauos intende, quos ſcias non inaniter poſitos. ' Hinc fit, vt cùm publicos agentes [1] purpuram cernerent, de vigore ſemper Principis ' admonerent. Geniatus indutus, ' veſtis gratioſa, quam filio ſuo Priapo Venus dicitur texuiſſe, vt eximiæ pulchritudinis matrem ſingulariter ornatus filius teſtaretur. Reſpice, quantum dederint leges, & ad menſuram te poteſtatis extende. [2] Tibi fiſcalium tributorum credita monſtratur exactio. Conſtat eſſe tuæ fidei commiſſum, Principi renuntiare, quod in prouinciis probatur emergere. Tu etiam ' Senatorem ibidem ' reſidentem iuberis audire: tu in Præfectorum militem cum ipſius ' tantùm conſcientia vindicare. Tuum nomen in ſubſcriptionibus iuſſerunt Honoratis, Prouincialibus anteferri. Quid de te æſtimatum ſit, datur aduerti, cui tot videntur nobiles potuiſſe poſtponi. Additur, quod à Principe frater vocaris: vt nobilitate pretioſi nominis à vilitate criminum tolleris. Cogita, tantorum hominum tibi commiſſas eſſe fortunas. ' Fama erunt noſtri temporis tui mores. Eſto * vitæ continens, vt poſſis in alios eſſe iudex. Prima æquitas eſt, à ſe præſules inchoare: vt debeant criminoſi metuere, quem nequeunt ſimilem reperire. [Nullas enim in ſe culpas timet reus, quas habere ' reſpexerit cognitorem: quando agentem malè niſi bonis moribus non æſtimat diſplicere. Suos actus nullus damnat in altero: quia natura eſt humani animi, vt nitatur potiùs vindicare, quod ſe cognouerit ' admiſiſſe.] O quale eſt, liberum tribunalibus inſidere non eſſe obnoxium reo ſuo: ne incipiat potior fieri, ' quem redemit: timeat diſtrictum: timeat continentem, non audiat blandum. Da vt ' poſſit rigidam formidare ſententiam, auari iudices neſciunt, quantum delinquunt. Nam cùm vendunt aliena crimina, ſua faciunt eſſe peccata. Quapropter eſto ſolicitus, vt bonæ actionis tuæ laudes potiùs audiamus. A nobis confidenter exigis, quod remittis. Quia tantum de remuneratione tua cogitamus, quantum te pecunias non quæſiſſe, ' cognouimus.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Purpuram cernerent de vigore principis admonerent.*] Vulcatius Gallicanus in Auidio Caſſio: *Vt omnes purpuratos Auguſtos cognoſceres.* Herodian. lib. 1. ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφύρα. *me ex aluo prodeuntem purpura imperatoria ſuſcepit.* Item *lib.* 2. τὴν βασίλειον πορφύραν vocat: vbi ait Nigrum à Syriaco exercitu Imperatorem factum, amictúmque purpura, & reliquo Auguſti apparatu. Lamprid. *in Alexandro,* de Vlpiano, Quem ſæpè à militum ira, obiectu purpuræ defendit. Peplum Imperatorum dixit Trebellius Pollio *in Saturnino* 21. *tyranno.* FOR.

¶ 2 *Tibi fiſcalium tributorum credita monſtratur exactio.*] Indicum vel præſidum munus erat tributorum exactioni incombere. *l. in fiſcalibus. C. de exact. trib. Nou.* 161. idem & Catholicorum munus eſt, & ex conſtitutione Auguſti iam ab initio proconſulum Dio. *lib.* 53. BROS.

Margin (left): B; C; D; ' quas; ' ingenio; ' amonere; *Dignitatis inſignia.*; ' gemmata obſequi; ' actor; *Principum imago.*; ' factis; ' triumpho; ' quam; ' mediocribus; * poteſt non habere; *Paupertas non auerſanda.*; * iniquũ; ' diligite; ' agnoſcis; *Conſul.*; ' quod; ' Quid

Margin (right): E; F; G; H; ' mereretur; ' reprimere vitia.; ' faciamus; *Chlamys & purpura.*; ' niſi; ' amouerent; ' veſte generoſa; *Tributorum exactio.*; *Principi nouos caſus referre.*; ' Senatores; ' reſidentes; ' tamen; *Nomen frater principis.*; ' forma; * vita te; *Iudex inculpatus.*; ' reſpexit; ' amiſiſſe; ' qui; ' poſſis; *Auari iudices*; ' cognoſcimus

¶ FORMVLA

¶ FORMVLA COMITIVÆ SYRACVSANÆ Ciuitatis. XXII.

De iudicum electione, & militum inſolentia.

REgalia eſt prouidentiæ, ' tales iudicum perſonas eligere, vt ad Comitatum neceſſitatem non habeant veniendi, quos in longinquis regionibus contigerit immorari. Nullum enim tale negotium eſt, quod Siculi itineris tantas pati poſſit expenſas, dum commodius ſit cauſam perdere, quàm aliquid per talia diſpendia conquiſiſſe. Non enim querelas de Sicilia volumus venire, ſed laudes: quia grauatur apud nos actio ' præſulis, ſi eum tam longinqui ' potuerint accuſare peritores. Falſus enim dolor eſſe non creditur, vbi tanti laboris tædia ſubeuntur. Et ideò maiore cura tractanda ſunt, vnde inuidia plus timetur. Proinde per Indictionem illam, Comitiuam tibi Syracuſanæ ciuitatis, propitia diuinitate concedimus: vt omnia ſic agere ſtudeas, quemadmodum nos tibi præſtitiſſe cognoſcis. De proximis vota cauſantium ' ſuſtinemus: ' inde autem vltrò requirimus, vnde ad nos difficilè venire poſſe ſentimus. Habes ' quæ te decorare debeant, ſi tu tamen ' tibi conſcientia ' deſectus adueneris. Militum tibi numerus noſtris ſeruit expenſis. Redderis inter arma geniatus proceſſio tua procinctualis ornatus eſt. Exercitu vteris pacato, nec pericula belli ſubis, & armorum pompa decoraris. Verùm inter hæc ciuilem cogita diſciplinam. [2] Non permittas milites eſſe poſſeſſoribus inſolentes. Annonas ſuas ſub moderatione percipiant: cauſis non miſceantur extraneis. Pro ſecuritate ſe omnium cognoſcat electum, qui ſe gloriatur habere armatum. Priuilegia dignitatis meæ nec volumus minui, nec iubemus excedi. Sufficiat tibi tantum gerere, quantum deceſſores tuos conſtiterit rationabiliter effeciſſe.

Iudices à Principe lecti. ' tales ad — ' præſidis — ' potuerint — ' feſtinemus — ' tamen — ' qui — ' ſibi — ' vel clarificatus — *Militum inſolentia coërcenda. Annona moderata.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Regalis.* Vt in prouincia lites dirimantur, ne neceſſe ſit ad commeatum Principis accedere, iiſdem propemodum verbis Maiorianus Nouel. *de indulgentiis*, reliquorum vtitur: *nec de longinquis Prouinciæ regionibus cum magno ſumptuum expenſarúmque detrimento ad comitatum noſtrum venire audeat ille, qui queritur, cui ſub durum patientia gemitum tolerabilior videtur deprædatio ſæuientis, quàm ſub magno obſeruationis incommodo ſuſtinendus impetrandæ vltionis euentus.* Et infrà noſter Caſſiod. *lib. 9. epiſt. 20.* Iuſt. *Nouell. 17. de mand. princip. 9. ſi tibi*, præcipuè vt lites quanta poterunt celeritate definiant. Valentin. *Nouell. 4. Prouidere decet ne prouinciales tenues homines defenſoris inopes ad requirenda auditoria ſumptuosè venire cogantur.* Nouell. Marcian. 1. cauetur, Neminem exhiberi de prouincia ad comitatum, niſi ad relationem iudicis à quo fuerit appellatum. For.

¶ 2 *Non permittas milites poſſeſſoribus eſſe inſolentes.*] Ideo Cæſar dicebat non minus ſe modeſtiam & continentiam quam virtutem atque animi magnitudinem deſiderare, quamvis fortitudinem duntaxat & fidem in milite plerumque requiri, variis auctorum teſtimoniis comprobatum fuerit. Bros.

FORMVLA COMITIVÆ Neapolitanæ. XXIII.

De magiſtratibus, quibus ciuitatum facies ornatur.

INter exerta vetuſtatis inuenta, & ordinatarum rerum obſtupenda præconia, hoc cunctis laudibus meretur efferri, quod diuerſarum ciuitatum decora facies aptis adminiſtrationibus videtur ornari: vt & conuentus nobilium occurſione celebri colligatur, & cauſarum nodi iuris diſceptatione ſoluantur. Vnde nos quoque non minorem gloriam habere cognoſcimus, qui ſacta Veterum annuis ſolemnitatibus innouamus. Nam quid prodeſſet inuentum, ſi non fuiſſet iugiter cuſtoditum? Exeunt à nobis dignitates relucentes quaſi à * Solis radiis, vt in orbis noſtri parte reſplendeat cuſtodita iuſtitia. Ideò enim tot emolumentorum commoda ſerimus, vt ſecuritatem prouincialium colligamus. Meſſis noſtra cunctorum quies eſt, quam non poſſumus aliter recordari, niſi ' vt ſubiecti non videantur aliquid irrationabiliter perdidiſſe. Et ideò ad Comitiuam te Neapolitanam per illam Indictionem libenter adducimus: vt ciuilia negotia æquus terminator examines: tantumque famam tuam habita maturitate cuſtodias, quantum te illi populo vel in leui culpa facilè diſplicere cognoſcis. Vrbs ornata multitudine ciuium abundans, marinis terrenisque deliciis: vt dulciſſimam vitam te ibidem inueniſſe ' diiudices, ſi nullis amaritudinibus miſcearis. Prætoria tua officia replent, militum turba * cuſtodit. * Conſidis ' gemmatum tribunal: ſed tot teſtes pateris, quot te agmina circundare cognoſcis. Præterea litora vſque ad præfinitum locum data iuſſione cuſtodis. Tuæ voluntati parent peregrina commercia. Præſtas emeutibus de pretio ſuo, & gratiæ tuæ proficis, quod auidus mercator acquirit. Sed inter hæc præclara faſtigia optimum eſſe iudicem decet: quando ſe non poteſt occulere, qui inter frequentes populos cognoſcitur habitare. Factum tuum erit ſermo ciuitatis, dum per ora fertur populi, quod à iudice contigerit actitari. Habet vltionem ' ſuam hominum frequentia, ſi * loquatur * ad diuerſa: & de iudice iudicium eſſe creditur, quòd à multis * adſtipulationibus perſonatur. Contrà, quid melius, quàm illum populum gratum reſpicere, cui cognoſceris præſidere? Quale eſt perfrui fauore multorum, & illas voces accipere, quas & clementes dominos delectat audire? Nos tibi proficiendi materiam damus: tuum eſt ſic agere, vt ſua beneficia principem delectet augere.

Cauſarum nodi. Veterum inuenta nouari. * Sole radiis — ' vt vbi — *Neapolis.* ' diſiudices, ſed — * cuſtodiris — * Conſcendis — *Litorum cuſtodia. Præſides rur annui. Commercia. Iudex populo.* ' ſua — * loquantur. * aduerſa — ' ſtipulationibus

¶ ' FORMVLA HONORATIS POSSESSORIBVS Et Curialibus ciuitatis Neapolitanæ. XXIV.

' Formula qua ſcribitur

Super eodem.

TRibuta quidem nobis annua deuotione perſoluitis, ſed nos ' maiore viciſſitudine ' decoras vobis reddimus dignitates: vt vos ab incorſantium prauitate defendant, qui noſtris iuſſionibus obſecundant. Erit noſtrum gaudium, veſtra quies, ſuaue lucrum, ſi neſciatis ' incommodum. Degite moribus compoſitis, vt viuatis legibus feriatis. Quid opus eſt, quenquam facere, vnde pœnas poſſit incurrere? Quærat iudex * in vos cauſas, & non inueniat. Ratio motus veſtros componat, qui rationales vos eſſe cognoſcitis. Improbis iudicem, teſtem bonis moribus deſtinamus: vt nemo ſe cogi ſentiat, niſi quem ordo legitimæ conuerſationis accuſat. Atque ideò illi nos Comitiuam Neapolitanæ ' ciuitatis per illam Indictionem dediſſe declaramus: vt noſtra gubernatione laudatus, alteram mereatur de noſtro iudicio dignitatem. Cui vos conuenit prudenter obedire: quia vtrumque laudabile eſt, vt bonus populus iudicem benignum faciat, & manſuetus iudex gratiſſimum populum æquabili ratione componat.

Princeps multò plura confert in ſubditos, quàm ſubditi in Principem. ' maiori ' decoratis ' incommoda * inter vos ' ciuitas

¶ FORMVLA DE COMITIVA Principis militum. XXV.

De obſequio præſtando.

OMnes ' apparitiones decet habere iudices ſuos. Nam cui præſul adimitur, & militia denegatur. Sed nos, quibus cordi eſt, locis ſuis vniuerſos ordines continere indicamus, illi Comitiuam Neapolitanam,

' apparitores

A ' Deo iuuante, largiros. Vt iudicibus annua ſucceſſio-ue reparatis, vobis ſolennitas non pereat actionis. Quapropter deſignato viro præſtate ' competentes obſequium, vt ſicut vos non patimur emolumentorum commoda perdere, ita & vos parendi debeatis priſcam regulam cuſlodite.

' domino ' conſequenter

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variorum

LIBER VII.

¶ 1 FORMVLA COMITIVÆ Prouinciæ. 2.

Promotio ad dignitatem comitiua Prouinciæ.

B
QVAMVS 2 omnium dignitatum officia ' à manu ſecludantur armata, & 2 ciuilibus veſtibus videantur 3 induti, qui diſtrictionem publicam ' docentur operari: tua tamen dignitas à terroribus ornatur, quæ 4 gladio bellico, rebus etiam pacatis, accingitur. Vide quo iudicio fueris euectus, quando aliis vigorem faſcium videas eſſe creditum, tibi autem ab ipſis legibus ferrum conſtet eſſe porrectum. Rem cruentam dederunt animo pacato, 'vt & noxij nimium metuerent, & læſi 5 de optata vltione gauderent. ' Alioqui culparentur priores, ſi temperata omnia non feciſſent. Sed cum te intelligas ad moderamen electum, humanum facilè non ' concupiſcas exitium. Reus qui dicitur, & probetur. Scito puniendi remedium datum tibi pro ſalute multorum. Arma iſta iuris ſunt, non furoris. Hæc oſtentatio nimirum eſt contra noxios inſtituta: vt plus terror corrigat, quàm pœna conſumat. C Non enim cogitur ferro ſuccidere robuſtam, qui adhuc teneram verbis curuat audaciam. Ciuilis eſt pauor iſte, non bellicus: quem tu ſic facies eſſe glorioſum, ſi habere non probetur exceſſum. Habes etiam & ferrum, nihilominus incruentum. Claudantur nexibus cathenarum, quos leuium criminum pulſat inuidia. Cunctator eſſe debet, qui iudicat de ſalute. Alia ſententia poteſt corrigi, 6 de vita tranſactum non patitur ' immutari. Signa ſua abactores timeant, fures paueſcant, latrones ' perhorreant: Innocentia tantum læta reſpiciat, dum ſibi auxilia veniſſe credit, quæ legum diſciplina ' tranſmiſit. Nemo redemptionibus tuum velle deflectat. Gladius ' conditur, vbi aurum ' ſuſcipitur. Tu te inermem reddis, ſi à virili animo cupiditate ' receſſeris. Quocirca per Indictionem illam Comitiuæ tibi in illa prouincia tribuimus dignitatem: Vt ad ciuios tuos pertinentia ciuilitate potiùs ' laudabilis exequaris: nec quicquam præſumas facere, niſi quod primus poſſis legibus vindicare. Ipſa eſt enim recta adminiſtratio, quæ D & ſine poteſtate defenditur: Vt tunc probetur fuiſſe ' iuſtus, quando ei quæ mauult obiicere poſſit inimicus. Nec tamen ſpes noſtra velut ' faſtiditate deſeritur: nam ſi benè prouinciarum adminiſtrationibus * præſideris, honores vos ampliſſimos ſperare, leges meritò * cenſuerunt. Vnde iam videtur pene debitum, quod vobis à tanta auctoritate vltro noſcitur ' fuiſſe promiſſum.

Armata manus. Ciuiles veſtes. ' videntur *Faſces.* *Ius gladij.* ' alioqui *Comitis moderatio.* ' concupiſcas exitium *Armorū in prouincia vſus.* *Cūctator eſſe debet qui de ſalute iudicat.* ' mutari ' exhorreant ' trāſmittat ' contemnitur ' ſuſcipietur ' deflexeris ' laudabilis ' iniuſtus ' faſtiditate ' præſideatis * conſenſerunt * eſſe promiſſum

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Formula comitiua.*] In notitia Imperij Rom. nominantur Comes Africæ, Aſiæ, Ponticæ, Thraciæ: comes rei militaris per Ægyptum: comes Tingitanæ: comes litoris Saxonici: comes Iſauriæ, &c. Fou.

¶ 2 *Ciuilibus veſtibus.*] Præſcriptum fuit veſtium genus, *lib. 4. tit. 10. Cod. Theod.* De habitu quo vti oporteat intra vrbem. *l. 1. Nullus Senatorum habitum ſibi vendicet militarem, ſed chlamydum terrore depoſito, quieta colobiorum ac penularum induat veſtimenta. Cùm autem vel conuentus, & c. ſegatum eundem intereſſe iubemus.* Nempe hic habitus eſt ciuilis, quo intra vrbem, & extra caſtra magiſtratuum, vti conſtitutum erat, cuius mentio in antiqua fori Trajani inſcriptione eſt, *Statuam pom habitu ciuili in foro diui Trajani pecunia publica cenſuit.* Huc pertinet *l. 7. eiſdem, C. de aduoc. diu. iud.*

¶ 3 *Induti*] legebam prius, *indui*, ſed pòſt, *induti*, ex manuſcr. arridet magis læſi. Fou.

¶ 4 *Gladio bell. alius vigorem*] hinc præſidia prouinciæ & Comitis differentiam notare licet. Præſides enim prouinciarum non erant magiſtratibus militares. Fou.

¶ 5 *De optata vltione gauderent*] humanum eſt vt doloris remedium ſit inimici dolor, hinc vindictæ ſolatium Calliſtrato, *l. 28. Capitalium, §. famoſos, de pœnis*: Apuleio *lib. 3. & lib. 5. Metamorph.* vltionis ſolatium: Plin. *lib. 3. epiſt. 14. diffugiunt ſerui, quorum magna pars comprehenſa eſt, cætera requiruntur. ipſe paucis diebus ægrè refocillatus non ſine vltionis ſolatio deceſſit, ita viuus vindicatus, vt occiſi ſolent.* Quintil. *declam. 381. nihil dulcius eſt vltione læſo.* Senec. 1. *de clement. cap. 21. Vltio duas res præſtare ſolet, aut ſolatium affert ei qui accepit iniuriam, aut in reliquum ſecuritatem.* Cunctator debet eſſe qui iudicat de ſalute, alia ſententia poteſt corrigi. Fou.

¶ *De vita tranſacta non patitur immutari.*] Antea & Caſſiodoro digna & ab aliis auctoribus tractata ſententia. Iuuenal. *Satyr. 6.*

--meruit quo crimine ſeruus
Supplicium? quis teſtis adeſt? quis detulit? audi.
Nulla vnquam de morte hominis cunctatio longa eſt.

l. 20 ſi vindicari, C. de pœn. l. 5. de pœn. Cic. *pro Roſc. Amer.* Ariſt. *problem.* ἔκαςα ἡμῶν μᾶλλον ἂν ϐούλοιντο τὸν ἀδικοῦντα ἀποψηφίσασθαι, ὡς ἐκ ἀδικεῖ ἢ τὸν μὴ ἀδικοῦντα καταψηφίσασθαι, ὡς ἀδικεῖ. Quod ſi in alterutram partem peccandum ſit, longè æquius fuerit nocentem abſoluere, quàm damnare ac perdere innocentem, illud quidem peccatum eſt, hæc verò etiam impietas: vt ex Antiphonte Stobæus gnomolog. cap. 44. ἀδίκως ἢ ἁμαρτεῖν τὸ ἀδίκως ἀπολῦσαι ἐστιν, ἢ τὸ ἀδίκως ἀπολέσαι, τὸ μὲν γὰρ ἁμάρτημά ἐστι, τὸ δ' ἀδίκως ἀπολέσαι ἀσέϐημα: Cuius ſententiæ inſigne eſt apud Ælian. exemplum. *lib. Var. hiſt.* 14. de Ptolemæo & Berenice, &c. Fou.

E F G

¶ FORMVLA PRÆSIDATVS. 11.

De officis Præſidis.

PRudenter omnimodis inſpexit Antiquitas, prouinciarum dignitates annua ſucceſſione reparari: vt nec ' diuturna poteſtate vnus inſoleſceret, & multorum prouectus gaudia reperirent. Sufficit enim vnicuique diſceſſiſſe laudatum: quia dum tempus poteſtatis prolixum quæritur, culparum opprobria non vitantur. illa enim vel in breuitate declinare mirabile eſt, dum frequenter & ' his ſurripiunt, qui à faſcibus ſub velocitate diſcedunt. H Annus vniuerſus & ad declaranda conſcientiæ ᵃ bona ſufficit, & faciliùs ſe ab errore cuſtodit. ᵇ Sit in veſtro propoſito, adminiſtrationem vnius anni ſuſcipere: noſtrum eſt, ' merentibus tempus augere. Quia non facile remouere cupimus, quos iuſtos eſſe ſentimus. Idcirco conuerſationis tuæ moribus ' inuitati, per illam Indictionem Præſidatum tibi in illa prouincia, propitia diuinitate, concedimus: vt ſic debeas agere, quemadmodum nobis poſſeſſor gratias ' cum tributis videatur exoluere. Deceſſorum bona exempla ſequere: à ' vitioſorum te imitatione diſiunge: non putetur omnis à conſuetudo probabilis. Cautum debet reddere, non ſequacem, error alienus. Prodit ᶜ iuſtitiæ culpam, qui ſequitur accuſatum. Sed illud meliùs eligitur, vnde * præſidentis opinio ſub adminiſtratione laudatur. Reſpice quantis ſit prouincia plena nobilibus. Habes qui & benè loqui de te debeant,

' diuturna al. *Diuturna.* Fou. ' iis ᵃ *Non bona.* Fou. ᵇ Al. *his* Fou. ' merentibus *Prorogatio.* ' inuitati ' contributis ' vitioſorū ᶜ Rectè nō *ſtultitia.* Fou. ' præcedentis Fou.

&c

A & derogare præſumant. Quia nulla poteſtas eſt quæ qualitatem famæ ſuæ de ore hominum poſſit auferre. Contráque, ' fructus eſt, opinione prædicabili per confines tre prouincias, & ibi inuenire veriſſimam laudem, vbi non ' imperas poteſtate. Additur, quod irremuneratum non relinquimus, ſi te egiſſe probabiliter audiamus. ' Hortere vitium, & principis mereris affectum. Voluntatem regiam in legibus habes: illis obtempera, & noſtra cognoſceris implere mandata.

' qui functus eſt opinioni ' imperar

' Horre For. *Voluntas regia in legibus.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Prudenter.*] Huius epiſtolæ argumentum epiſtola poſtrema ſuperioris li. tractatur. For.

¶ 1 *Conſuetudo*] tributum, τὸ ἔθος. ſupr. lib. 1. epiſt. 10. Theodericus Boëthio reſcribens: *arbiter arca habeat conſuetudines iuſtas.* rurſus lib. 3. epiſt. 23. *Remoue conſuetudines abominanter inuectas.* Iulianus Miſopogone ἐθισμένων εἰσφορῶν πέμπτην: conſuetorum vectigalium quinta. Idem epiſtola vlt. συνήθεια κατ' ἔθος. nam

B conſuetudo in exactionibus & tributis maximè ſpectanda eſt, *l. 15. Quoniam. C. Theod. de exact. lib. 23.* Ærariæ, de annona & tribut. C. Theod. *lib. 13. Imperatores, in fin. ff. de pollicitation. & in vectigal. l. 4 l. 9. Locatio, §. pen ff de public.* For.

¶ FORMVLA COMITIVÆ GOTHORVM PER ' Singulas prouincias. III.

' diuerſas

De Comite inſtituto ad litem inter duos Gothos amputandam.

CVm, Deo iuuante, ſciamus Gothos vobiſcum habitare permixtos, ne qua inter conſortes, vt aſſolet, indiſciplinatio naſceretur, neceſſarium duximus, illum ſublimem virum, bonis nobis moribus hactenus comprobatum, ad vos Comitem deſtinare, qui ſecundum edicta noſtra inter duos Gothos litem debeat

C amputare: ſi quod etiam inter Gothum & Romanum natum fuerit fortaſſe negocium, 1 adhibito ſibi prudente Romano certamen poſſit æquabili ratione diſtingere. Inter duos autem Romanos Romani audiant, quos per prouincias dirigimus cognitores: vt vnicuique ſua iura ſeruentur, & ſub diuerſitate iudicum vna iuſtitia complectatur vniuerſos. Sic pace communi vtræque nationes, diuinitate propitia, dulci ocio perfruantur. Scitote autem, vnam nobis in omnibus æquabiliter eſſe caritatem: ſed ille ſe animo noſtro amplius commendare poterit, qui leges moderata voluntate dilexerit. Non amamus aliquid inciuile, ſceleſtam ſuperbiam cum ſuis deteſtamur auctoribus. Violentos noſtra pietas execratur. In cauſa poſſint iura, non brachia. Nam cur eligant quærere violenta, qui præſentia probantur habere iudicia? Ideo enim emolumenta iudicibus damus, ideo tot officia diuerſis lar-

D gitatibus continemus, vt inter vos non ſinamus creſcere, quod poſſit ad odium pertinere. Vnum vos ' amplectatur viuendi votum, quibus vnum eſſe conſtat imperium. Audiat vterque populus, quod amamus. Romani vobis ſicut ſunt poſſeſſionibus vicini, ita ſint & caritate coniuncti. Vos autem Romani magno ſtudio Gothos diligere debetis, qui & in pace ' numeroſos vobis populos faciunt, & vniuerſam Remp. per bella defendunt. Itaque deſtinato à nobis iudici vos conuenit obedire: vt quicquid pro conſeruandis legibus cenſuerit, modis omnibus impleatis: quatenus & noſtro imperio, & veſtræ vtilitati ſatisfeciſſe videamini.

Theodericus pacis ſtudioſus.

Cognitor pro iudice.

Iura non brachia.

' amplectatur

' in vniuerſos

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Adhibito prudente Ro.*] id eſt, iureconſulto: qui non patietur ad arma & rixam procedere, quos poſſit ſua iuriſdictione componere, *l. 13. ſi cuius verſ. cur enim. D. de vſufru.* Nam vt ſubiicit: *in cauſa poſſint iura non*

E *brachia*, id eſt, vis non adhibeatur in diſceptatione à litigantibus, vt apud Græcos ὁ χειρῶν νόμος, ſic Latinis manus, Pompon. *omnia manu à regibus gubernabantur, l. 2. de orig. iuris, Paul. 5. ſent. tit. 31. qui cuſtodiam militi proſequenti magna manu excuſſerunt, capite puniuntur.* For.

¶ FORMVLA DVCATVS RETIARVM IV.

Promotio ad dignitatem ducatus Retiarum.

QVamuis ſpectabilitas honor vnus eſſe videatur, nec in ' his aliquid aliud niſi tempus ſoleat anteferri, tamen rerum qualitate perpenſa multum ' his creditum videtur, quibus 1 confinales populi deputantur. Quia non eſt tale pacatis regionibus ius dicere, quale ſuſpectis gentibus aſſidere: vbi non tantum vitia, quantum bella ſuſpecta ſunt, nec ſolum vox præconis inſonat, ſed tubarum ' crepitus frequenter inſultat. Re-

F tiæ namque 2 munimina ſunt Italiæ, & clauſtra prouinciæ. Quæ non immeritò ſic appellata eſſe iudicamus, quando contra feras & agreſtiſſimas gentes, velut quædam plagarum obſtacula, diſponuntur. Ibi enim impetus gentilis excipitur, & tranſmiſſis iaculis ſauciatur furibunda præſumptio. Sic gentilis impetus, veſtra venatio eſt, & ludo geritis, quod vos aſſiduè feliciter egiſſe ſentitis. Ideóque validum te ingenio ac viribus audientes, per illam Indictionem, Ducatum tibi ' credimus Retiarum: vt milites & in pace regas, & cum eis fines noſtros ſolenni alacritate circumeas. Quia non paruam rem tibi reſpicis fuiſſe commiſſam, quando tranquillitas regni noſtri tua creditur ' ſolicitudine cuſtodiri. Ita tamen, vt milites tibi commiſſi 3 viuant cum prouincialibus iure ciuili, nec inſoleſcat animus, qui ſe ſentit armatum: quia " clypeus ille exercitus noſtri quietem debet præſtare Romanis.

G Quos ideò conſtat appoſitos, vt intus vita felicior ſecura liberalitate carpatur. Quapropter noſtro reſponde iudicio, fide nobis & induſtria placiturus: vt nec gentiles ſine diſcuſſione ſuſcipias, nec ' noſtros " ad gentes ſub incurioſitate tranſmittas. Ad neceſſitatem ſiquidem rariùs venitur armorum, vbi ſuſcepta ſurreptio cuſtodiri poſſe ſentitur. Priuilegia verò dignitatis tuæ noſtris tibi iuſſionibus vindicabis.

' iis *Difficile ſuſpectis gentibus præeſſe.* ' us

' ſtrepitus *Retia vnde dicta.*

' concedimus *Cui commiſſa regni tranquillitas.* ' ſolicitudine *Iure ciuili viuere.* " Al. clypeis. For.

Vſus militum. ' noſtras " Al. agentes. For.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Confinales pop.*] nam duces mittebantur tantùm ad prouincias limitum Imperij. For.

¶ 2 *Munimina.*] Alluſio nominis Retiæ, quaſi retia dictæ: & vt ſubiicit, velut quædam plagarum obſtacula. For.

¶ 3 *Milites viuant cum prouincialibus iure ciuili, nec inſoleſcat animus, qui ſe ſentit armatum.*] Milites à vi rapinisque abeſſe, & habere manus puras debent, nec debent eſſe poſſeſſoribus inſolentes, nemo pullum alienum rapiat, ouem nemo contingat, vuam nullus

H auferat, ſegetem nemo deterat, oleum, ſal, lignum nemo exigat, annona ſua contentus ſit: denique ita tranſeant vt non modo manus, ſed ne veſtigium quidem cuiquam pacato nocuiſſe dicatur. Bros.

¶ FORMVLA CVRÆ PALATII. V.

Committitur cura fabricæ palatij Imperialis.

1 AVla noſtra ſicut agnoſcitur peritis ' diſpoſitionibus inſtituta, ita doctorum in ea diligens debet eſſe cautela. Quando pulchritudo illa mirabilis, ſi ſubinde non reficitur, ſenectute obrepente vitiatur. Hæc noſtra ſunt oblectamenta, potentiæ imperij decora facies, teſtimonium præconiale regnorum: hæc legatis ſub admiratione monſtrantur, & prima fronte talis

Laus aedificiorum. ' diſpoſitoribus

dominus

A

dominus eſſe creditur, quale eius habitaculum comprobatur. Et ideò magna * voluptas eſt prudentiſſimæ mentis, pulcherrima iugiter habitatione gaudere, & inter publicas curas animum feſſum reficere dulcedine fabricarum. Quas primum Cyclopes dicuntur ad antrorum modum ampliſſimas in Sicilia condidiſſe, poſtquam in cauernis montium Polyphemus ab Vlyſſe ſingularis oculi ʿlugendam pertulerat orbitatem. Inde ad Italiam fabricandi peritia legitur fuiſſe translata. Vt quod tantis ac talibus inſtitutoribus inuentum eſt, æmulatrix poſteritas in ſuum commodum cuſtodiret. Hinc eſt, quòd * ʿſublimitatem tuam ab illa Indictione curam 2 palatij noſtri ſuſcipere debere cenſemus: vt & antiqua in nitorem priſtinum contineas, & noua ſimili antiquitate producas. Quia ſicut decorum corpus vno conuenit colore veſtiri, ita nitor palatij ſimilis debet per vniuerſa membra diffundi. * Atque ſic poteris idoneus inueniri, ſi frequenter geometram legas Euclidem: ſi ſchemata eius, mirabili varietate ʿdeſcripta, in tuæ mentis contemplatione condideris: vt in hora commonito famuletur tibi copioſa notitia. ʿArchimedes quoque ſubtiliſſimus exquiſitor cum Metrobio tibi ſemper aſſiſtant: vt ad noua reddaris ʿparatiſſimus. Non enim tibi minima cura delegatur, quando animum noſtrum fabricandi ſtudio cupidiſſimum artis tuæ miniſterio probaris explere. Nam ſicubi aut ciuitatem reficimus, aut caſtellorum volumus fundare nouitatem, vel ſi conſtruendi nobis prætorij amœnitas blandiatur, te 3 ordinante ad oculos perducitur, quod nobis cogitantibus inuenitur. Decorum ʿmagiſterium, propoſitum omnino glorioſum, in tam longas ætates mittere, vnde te debeat poſteritas admirata laudare. Quicquid enim aut inſtructor parietum, aut ſculptor marmorum, aut æris ʿfuſor, aut ʿcamerum rotator, aut gypſoplaſtes, aut 4 muſiuarius ignorat, te ʿprudenter interrogat: & tam magnus ille fabrilis exercitus ad ſuum recurrit iudicium, ne ʿpoſſit aliquid habere confuſum. Vide ergo quanta ʿdebet noſſe, qui ʿpoſſit tantos inſtruere. Recipis certè bonæ diſpenſationis tuæ vberrimum fructum, cùm tu de illorum labore ʿlaudaris, ſi ab eis diligenter facta monſtraueris. Quapropter quicquid ad te pertinet, ita decenter, ita firmiter volumus explicari, vt ab opere Veterum ſola diſtet nouitas fabricarum. Sed hæc poſſibilia facis, ſi dona noſtra nulla cupiditate ſuppreſſeris. Efficaciter enim imperat artifici, qui eum competenti non patitur commoditate fraudari. Magnus larga artium nutrit ingenia, quando qui de victo non cogitat, perficere iuſſa feſtinat. Illud quoque conſidera, qua gratificatione tracteris, vt 5 aurea virga decoratus, inter obſequia numeroſa, ante pedes regios primus videaris incedere, vel vt ipſo teſtimonio vicinitatis noſtræ ʿagnoſcamus tibi palatia commiſiſſe.

Margin: * voluptas For. — *Origo fabricarum architecturæ.* — ʿlugentem — * ſpectabilitet — ʿſpectabilitatem — * Ad quæ — *Euclides.* — ʿconſcripta — B — *Archimedes.* — ʿArchimedis *Metrobius.* — ʿperitiſſimus — ʿmagiſtrum *Artifices fabricæ.* — ʿfoſſor — ʿſcribe, camerarũ *Muſinarius* — ʿprudentem — ʿpoſſis — ʿdebes — C — ʿpoſſis — ʿlaudens — *Rom. remunerandus artifex.* — *Aurea virga.* — ʿcognoſcamus

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Aula.*] Hac formula prima laus ædificiorum & architecturæ origo continetur. For.

D

¶ 2 *Palatij membra*] membrum ædificij pro parte domus, *l.* 13. *ſi ita* §. *Idem quæri*, *D. de manu teſtam. l.* 52. *librorum*, §. *plenè*, *de leg.* 3. Plin. *lib.* 2. *epiſt.* 17. Apuleius *lib.* 5. *de aſino.* Cic. *lib.* 3. *ad Qu. Fratr. epiſt.* 1. *nec habere poterat adiuncta cubicula & eiuſmodi membra.* Quare non diſſimulandum eſt Græcos paulò anguſtius videri membrum κοιλῶνα expoſuiſſe, d. §. idem quæri. For.

¶ 3 *Te ordinante*] te præeunte, ex tuo præſcripto, formulas enim & ideas, & typos, & ſchemata, & ichnographias futurarum fabricarum faciebat & pingebat architectus. For.

¶ 4 *Muſiuarius*] à Muſiuario opere, quod ſectilibus, paruiſque varij coloris cruſtis conſtat, formas & imagines rerum effingens. Ælius Spartian. *in Peſcennio*, D. Auguſtin. *lib.* 16. *de ciuit. Dei cap.* 8. Guliel. Philander *in Vitruuij lib.* 7. *cap.* 1. Muſiuum interpretatur, quod nunc Moſaicum dictitant: cuius artifices hic, & *lib.* 10. *Cod. tit. de excu. artif.* Muſiuarij nominantur. For.

E

¶* 5 *Aurea virga.*] Qui in aula poſteriorum imperij Romani principum curæ Palatij honore ac munere fungebantur, aurea virga decoratos inceſſiſſe tradit hoc loco Caſſiodorus. Pat. Fab. *Agon. lib.* 1. *Gomez. lib.* 2. *cap.* 3.

¶ FORMVLA 1 COMITIVÆ FORMARVM Vrbis VI.

Committitur cura formarum vrbis.

QVamvis Romuleæ fabricæ collatæ ſibi vix ʿpoſſint præcipuæ reperiri (quia totum ʿadmiratione noſcitur exquiſitum, quod ibi cernitur eſſe fundatum) tamen intereſſe arbitramur, quod vtilitas neceſſaria gratificat, & quod pulchritudinis tantùm cauſa commendat. Trajani Forum vel ſub aſſiduitate videre miraculum eſt. Capitolia celſa conſcendere, hoc eſt, humana ingenia ſuperata vidiſſe. Sed nunquid per ea viuitur, aut corporis ſalus * aliqua inde delectatione recreatur? In 2 Formis autem Romanis vtrumque præcipuum eſt, vt fabrica ſit mirabilis, & 3 aquarum ſalubritas ſingularis. Quod enim illuc flumina, quaſi ʿconſtructis montibus ʿperducuntur, naturales credas alueos ʿſoliditates ſaxorum: quando tantus impetus fluminis, tot in ſæculis firmiter potuit ʿſuſtineri. Cauati montes plerumque ſubruunt, meatus torrentium diſſipantur, & opus illud veterum non deſtruitur, ſi induſtria ſuffragante ſeruetur. Reſpiciamus certè, aquarum ʿcopia quantum Romanis mœnibus ʿpræſtat ornatum. Nam thermarum illa pulchritudo quid eſſet, ſi dulciſſima quædam æquora non haberet? Currit aqua Virgo ſub delectatione puriſſima, quæ ideo ſic appellata creditur, ʿquòd nullis ſordibus polluatur. Nam cùm aliæ pluuiarum inmietate terrena commiatione violentur, hæc aërem perpetuò ſerenum puriſſimè labens vnda mentitur. Quis poſſit talia ſermonibus idoneis explicare? Claudiam per tantam faſtigij molem ſic ad Auentini ʿcaput eſſe perductam, vt cùm ibi ex alto lapſa ceciderit, cacumen illud excelſum, quaſi imam vallem irrigare videatur. Ægyptius Nilus certis temporibus creſcens per campos iacentes ſuperducto diluuio aëre ſereno turbulentus exæſtuat: ſed quantò pulchrius eſt, Claudiam Romanam per tot ſiccas montium ſummitates lauacris ac domibus liquores puriſſimus fiſtularum vberibus emiſiſſe? & ita æqualiter fluere? vt nunquam ſe poſſit deſiderata ſubducere? Ille enim dum recedit, limus eſt: dum venit inſperatè, diluuium. Quis ergo famoſum Nilum vrbis noſtræ fluminibus non æſtimet eſſe ſuperatum? Quando ille incolas ſuos aut veniendo terret, aut recedendo deſtituit. Verùm hæc non ſuperflua commemoratione narrauimus: vt poſſis ʿaduertere, qualis à te diligentia perquiratur, cui pulchritudo tanta committitur. Qua de re, per Indictionem illam, 4 Comitiuam tibi Formarum ſub magna deliberatione credidimus: vt ſummo ſtudio nitaris efficere, quòd tantis ac talibus rebus ʿvideris expedire. In primis noxias 5 arbores, quæ inferunt fabricarum ruinas, dum ſunt quidam mœnium importabiles arietes, cenſemus radicitùs amputari: quia nulla læſio remouetur, cuius origo non tollitur. Si quid autem conficiente 6 ſenio fuerit demolitum, peruigili ʿceleritate reparetur: ne creſcente defectu augeatur nobis cauſa diſpendij. Ductus aquæ forma tua eſt, dum incolumis erit, ſi illa ſolidaueris: tantùmque apud nos proficis, quantum te illi * ſtuduiſſe probaueris. Agat ergo peritia fidéſque tua, vt & conſtructio fabricæ illibata permaneat, & aquæ diſtributio nulla ſe cuſtodum venalitate ſubducat.

Margin: ʿpoſſunt — ʿad admirationem — F — *Forum Trajani. Capitolium.* — * aliquali — *Formæ aquarum.* — ʿconſtructis — ʿproducuntur — ʿſoliditate — ʿcontineri — ʿcopiam — ʿpræſtet — *Thermæ. Aqua virgo.* — ʿquia — G — ʿmontem — *Nilus.* — ʿQuid — ʿauertere — *Comitiua formarũ.* — H — ʿreſpicis — *Arbores fabricis noxiæ.* — ʿceleritate — * ſtud…

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Comitiua formarum vrbis.*] id eſt, aquæductuũ. For.

A ¶ 2 *Formis*] *forma aquarum, lib. 1. de aquaduct. C. libro vndecimo*, vbi male Alciat. *formarum*, formæ enim aquæductuum extructionem ædificiumque ſignificant, *l. 17. ſi pendentes*, *§. ſi quid cloacarij. ff. de vſufr leg. 41.* Idem Iulianus vulgò *l. 19. Cum ſeruum, § idem vult, verſ. hæres de leg. 1. pro, aqua forma* For.

¶ 3 *Aquarum.*] In conſtitutionibus principum legimus formas aquarum, vt in *l. 1. Cod. de aquad. nou. 7. de mand. princip.* Bros.

¶ 4 *Comitiua formarum*] de eo dicitur qui curator ædificiis præficitur, vnde deformitas ædificiorum, & deformes ruinæ. Sueton. *in Nerone, deformitate veterum ædificiorum offenſus, & anguſtiis flexuriſque viarum, l. 21. leve qua tutores, C. de admin. tut. l. 1. ff. de tign. iuncto l. 7. præſes. de off. præſ.* Caſſiod. ſuprà lib. 3. epiſt. 29. in fin. *ne inter tot decora mœniam, deformis appareat ruina ſaxorum.* Et in pragmatica Iuſtiniani ſanctione, quæ veteri Iuliani Nouellarum conuerſioni additur: *Reparationi formarum, &c.* ſic & ἀὶ (?)Harmenopulu ædificium eſt lib. 2. τίτ. ιω.

B ¶ 5 *Arbores quæ inferunt fabricæ ruinas.*] Arboreis ædificiis noxiæ, *l. 1. C. de interd.* ſuprà lib. 2. epiſt. 39. For.

§ 6 *Senio*] ſenium ædificiorum, epiſtola ſuperiore initio. For.

¶ FORMVLA PRÆFECTI VIGILVM VRBIS Romæ, VII.

De dignitate præfecti vigilum Romæ.

Nomen præfecti vigilum. QVamuis nomen tuum 1 ad ciuitatis te vigilias debeat excitare, vt poſſis implere, quod diceris: tamen 'prouidentiæ noſtræ ſolita cautela non deſerit, niſi eos quos ad agendum 'deligimus, ad parendum quoque ſuauiter inuitemus. Quid eſt tibi pulchriùs, quàm in illa Vrbe operam noctanter impendere: diligentiæ tuæ vbi tales videntur aſſiſtere? Cautela quidem tua, mox vt adhibita fuerit, per Patritiorum & Conſulum ora diſcurrit: vix te 'contigit aliquid ſolicitè facere, & audis proceres cum admiratione laudare. Mediocrem dignitatem regis, & in ſumma opinione verſaris. Cuſtos Romanæ ciuitatis diceris, quando eam ab inteſtino hoſte defendis. Quapropter circa fures ſolicitus eſto: Quos 'ſi tibi leges punire minimè præcipiunt, tamen eos indagandi licentiam * contulerunt: credo vt quamvis eſſent raptores deteſtabiles, tamen quia dicebantur Romani, maiori eos ſubiacerent dignitati. Vtere igitur per Indictionem illam Præfecturæ 'Vigilis dignitate. 'Horror tibi pœnarum ademptus eſt, non poteſtas: nam lex à quo *' velit malos capi, ipſum cenſuit plus timeri. 'Tu es ſecuritas ſoporantium, munimen domorum, tutela clauſtrorum, diſcuſſor obſcurus, arbiter ſilentioſus, cui fallere inſidiantes fas eſt, & decipere gloria. Actus 'tuus venatio nocturna eſt, quæ miro modo ſi non cernitur, tunc * tenetur. Furta magis in furibus facis, dum illos circumuenire niteris, quos 'omnibus illudere poſſe cognoſcis. Præſtigij genus eſt, quod 'agiris, vt latronum verſutias inuenire 'poſſitis. Faciliùs enim æſtimamus, 'Sphingis ænigmata comprehendi potuiſſe, quàm raptoris fugacem præſentiam reperire. Ille circumſpectus ad omnia, inſtabilis ad ventura, trepidus ad inſidias, quemadmodum poteſt capi, qui more venti, nullo ſitu cernitur contineri? Vigila impiger cum nocturnis auibus: non tibi pandat aſpectus: & ſicut illæ reperiunt in obſcuris cibum, ita tu poſſis inuenire præconium. Eſto nunc ad iniuncta ſolicitus. Venalitas tibi non adimat, quod concedit induſtria. Nam licèt hæc ſub profunda caligine videantur geri, nullus tamen actus eſt, qui poſſit abſcondi. Priuilegia quoque tua, 'vel officij deputati ex noſtra tibi auctoritate rationabiliter vendicabis. Quia neceſſe eſt, in tam magna ciuitate per diuerſos iudices agi, quod ab vno non poteſt explicari.

Margin: *Nomen præfecti vigilum.* / 'prouidentia noſtra / 'diligimus / C / *Patricij & Conſules, proceres.* / 'contingit / *Officium præf. vigilum.* / 'etſi / * inuleruni / 'Vigilum / 'Honor / * v. voiet / 'volun / 'ig tur / tui / *Venatio nocturna.* / D / * tenetur / 'omnes / 'agis / 'poſſis / 'Sphinge / *Nocturnæ aues.* / *Nullus actus poteſt abſcondi.* / &

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ad ciuitatis te vigilias debeat excitare.*] Præfecti vigilum nihil de capitalibus cauſis ſua auctoritate ſtatuere debent: ſed ſiquid huiuſmodi euenerit culmini tuæ poteſtatis referre, vt de memoratis cauſis celſiore ſententia iudicetur, *l. præfecti. Cod. de off. præf. vigil.* ideo dicitur obſcurus iudex, arbiter ſilentioſus incendiariorum & furum indagator. Eleganter author furtacum facere in furibus, dum illos noctu circumuenit, Harmenop. *tit. de dignit.* §. 3. refert, officium præfecti vigilum ad incendia arcenda inſtitutum, & de incendiariis, effractoribus, furibus & receptatoribus cognoſcere, For.

¶ FORMVLA PRÆFECTI VIGILVM VRBIS 'Rauennatis, VIII.

Super eodem.

E

'Rauennæ F

QVamuis dignitate magni nominis prima fronte decoreris: quia non potuit Antiquorum prudentia ſumma imagini ſimili appellatione cenſere: ne ſplendorem, quem ſummis dabat, alterius vilitate polluerer) tamen hinc intelligitur, quid ſenſit Maiorum potuiſſet auctoritas, quando Præfectos Vigilibus appellare 'voluere, qui pro generali quiete diſcurrunt. Tibi enim commiſſa eſt fortunarum ſecuritas, ciuitatis ornatus, vtilitas omnium, ſcilicet, vt circa domeſticos graſſatores bellum pacatum gereres, ſi quem ciuium lædendum eſſe ſentires. Cuſtodi fortunas omnium. Securus ſomnus te vigilante carpitur, & moleſtia nulla ſentitur. In pace poſitus 'ſumes de nocturno fure 'victoriam. Tuis laboris 'manè ciuitas defenſa: lætatur quæ dum captos reſpicit, tunc ſe occulto 'hoſte caruiſſe cognoſcit. Quotidie triumphas, ſi bene vigilas. Et cùm rara ſit gloria bellici certaminis, tibi iugiter latronibus famulatur iocoris. 'Ob ducatum niuium 'ciuium affectione ſuſceptum, aſſumes prædones inquirere, quos per ſe dominus non valet 'inuenire: & duplici ratione 'beneficus, aut futura furta prohibes, aut 'commiſſa concludis. Nonne iſta quædam eſt ineffabilis gratia ciuitatis, vnum in ſe 'ſuſcipere, quod videt omnibus expedire? Meritò tibi glorioſum nomen Præfecti, prudens Antiquitas deputauit: quia' illud facere non poterat, niſi qui ciues à ſuis commodis plus amabat. Officium quoque tuum non paruo conſtat munere ſubleuatum, quando & ipſis munerum iura dilatata ſunt, qui pro ſecuritate ciuium militare 'noſcuntur. Quæ cùm ita ſint, Præfecturam tibi Vigilum, per illam Indictionem, delectati in tua opinione concedimus. Ita vt & curam huius dignitatis, & priuilegia tibi competentia modis omnibus exequaris. Sed quamuis nomen odioſiſſimum furum generalis perſequatur aſſenſus, tamen quia de 'effuſione humani ſanguinis agitur, ' nihil ſubitum aut indelibératum iubemus aſſumi. Modeſtiam ſequere, qui damnas audaciam: continentiam dilige, qui furta condemnas. Ad geſta perducti audiantur aliquid pro ſalute dicturi. Quoniam quicquid non diſcutitur, iuſtitia non putatur. Conuictis vero atque confeſſis, quæ ſunt decreta, ſeruentur: quando crudele nil efficit, qui ſequitur leges.

Margin: *Præfecti vigilum nomen & officium.* / 'voluerunt / *Fur nocturnus* / 'ſummis victorias / 'quotidie / 'horeſſe / G / 'O / 'curatum / 'inuenire / 'beneficis / 'omiſſa / 'ſuſcipiatur / *Præfecti nomen.* / 'illud / 'contendunt / 'offenſione / 'nil / H

¶ FORMVLA COMITIVÆ PORTVS Vrbis Romæ, & de eius deſcriptione. IX.

De dignitate Comitiua in portu Romano.

DElicioſa magis quàm laborioſa militia eſt, in portu Romano Comitiuæ gerere dignitatem. Illic copioſus nauium proſpectatur aduentus. Illic veligerum

A

mare peregrinos populos eum, ' diuerſarum prouinciarum merce tranſmittit, & inter tot Spectacula dulcium rerum commodum tuum eſt, venientes euaſiſſe periculum. ' His primùm faucibus Romanæ deliciæ ' ſentiuntur, & vndis Tyberinis, quaſi per alueum vadunt, quæ ad commercia ciuitatis aſcendunt. Bene inuenta dignitas, quæ copias videtur ornare Romanas. Nam quid elegantius poteſt agi, quam vnde probatur populus ille ſatiari? O inuenta Maiorum! ô exquiſita ' prudentum! vt quia longiùs à litore Roma videbatur poſita, inde magis eſſe inciperet, vbi decorum ingreſſum nauium poſſideret. Duo quippe Tyberini alueí meatus ornatiſſimas ciuitates, tanquam duo lumina ſuſceperunt; ne vacaret à gratia quod tantæ vrbi ' miniſtrabat expenſas. Eximia ergo res tibi committitur, ſi moderatè peragatur. Tu copiam facis, dum ingredientes iuſtè tractaueris. Auara manus portum claudit, & quum digitos attrahit, nauium ſimul vela concludit. Meritò ' enim illa mercatores cuncti refugiunt, quæ ſibi * diſpendia eſſe cognoſcunt. Quapropter aduerſus ' ibi ventus eſt, immoderata præſumptio. Nam placidum mare damnat, qui vndas cupiditatis exaggerat. Vnuſquiſque pro ſolemnitate commonitus offerat voluntarium munus. * Xenia ſunt enim iſta, non debita. A paucis accipit, qui nimium quærit: & * ſibi ipſi mittit vitæ munera, qui moderatur oblata. Sit tibi ergo cura præcipua, non ſolum te abſtinere, verumetiam cohibere præſumentium manus. * Quia non eſt leue, in illa vbertate delinquere, quam decet cunctos inſidentes optare. Quocirca per Indictionem illam Comitiuæ Portus te honore decoramus. Vt ' ſicut dignitas dulces delitias adminiſtrat, ita & tu honori opinionem laudabilem derelinquas.

B

(Margin: ' diuerſa; ' iis; ' ſanciuntur; ' prudentium; Inuenta Maiorum laudata. Tyberini aluei duo meatus. ' miniſtrare; ' ergo; * diſpendioſa; ' ibi; Voluntarium munus. * Exiniis. Exenia. * ipſe vult; * Fortè ſe nõ eſt leue in vbertatē nõ delinquere. For. ' ſicut ibi; * arbitrij)

¶ 1 FORMVLA * TRIBVNI VOLVPTATVM. x.

De Spectaculis.

C

QVamvis 2 artes * lubricæ honeſtis ' moribus ſint remotæ, & hiſtrionum vita vaga videatur effreti poſſe licentia, tamen moderatrix prouidit Antiquitas: vt in totum non effluerent, cum & ipſæ iudicem ſuſtinerent. Adminiſtranda eſt enim ſub quadam diſciplina exhibitio voluptatum. Teneat ſcenicos ſi non verus, vel vmbratilis ordo iudicij. ' Temperentur & hæc legum qualitate negotia, quaſi honeſtas imperet inhoneſtis, & quibuſdam regulis viuant, qui viam rectæ conuerſationis ignorant. Student enim illi non tantum iucunditati ſuæ, quantum alienæ lætitiæ: & ' conditione peruerſa cum dominatum ſuis corporibus tradunt, ſeruire potiùs animas compulerunt. Dignum ſuit ergo moderatorem ſuſcipere, qui ſe neſciunt iuridica * moderatione tractare. Locus quippe tuus ' his gregibus hominum veluti quidam tutor eſt poſitus. Nam ſicut illi ætates teneras adhibita cautela cuſtodiunt, ſic à te voluptates feruidæ impenſa maturitate frenandæ ſunt. Age bonis inſtitutis, quod nimia prudentia conſtat inueniſſe Maiores. Leue deſiderium, & ſi verecundia non ' cohibet, diſtrictio ' prædicta modificet. ' Agantur Spectacula ſuis conſuetudinibus ordinata: quia nec illi poſſunt inuenire gratiam, niſi imitati fuerint aliquam diſciplinam. Quapropter Tribunum te Voluptatum per illam Indictionem noſtra facit electio: vt omnia ſic agas, quemadmodum tibi voto ciuitatis adiungas. Ne quod ad lætitiam conſtat inuentum, tuis temporibus ad culpas videatur fuiſſe tranſmiſſum. Cum fama diminutis ſalua tua opinione verſare. Caſtitatem dilige, cui ſubiacent proſtitutæ: vt magna laude dicatur, virtutibus ſtuduit, qui voluptatibus miſcebatur. Optamus enim, vt per ludicram adminiſtrationem ad ſeriam peruenias dignitatem.

D

(Margin: * lubrica ſtudia; Hiſtrionum vita vaga. Ordo iudicij vmbratilis. ' Temperantur; ' conditione; * v. conuerſatione; ' in; Tutoris officium. ' cohibet tamen; ' prænuntiata; ' Cogantur; Spectaculis impoſitus modus. Scenici infames.)

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Formula Tribuni voluptatum.*] Hinc conſtat Romæ fuiſſe Tribunum voluptatum, quod & reperio in *l. vi. C. Th. tit. de ſcenic.* Diogenianum voluptatum tribunum nuncupari. Neſcio an huc rectè accommodare poſſit, quod à Suetonio ſcribitur *in vita Tiberij. cap. 42.* Tiberium ſcilicet nouum inſtituiſſe officium à voluptatibus, præpoſito equite Romano T. Cæſonio Priſco, *l. 1. C. de expenſis ludorum, l. 5. C. Theod. de Scenic l. 29 & 22. C. Theod. de prætoribus.* For.

¶ 2 *Artes lubricæ.*] Hac de re tractat Pet. FAB. *agon. lib. 1. cap. 1.*

E

¶ FORMVLA DEFENSORIBVS CVIVSLIBET Ciuitatis. xi.

De defenſore ciuitatis.

F

SI ad cuiuſlibet negocium peragendum talis eligitur, qui conſilio & grauitate laudetur, quantò eo præſtantior eſſe ' debet qui ' ſuſcipit negotia ciuitatis? Nam ſi periculum eſt vnum decipere, ' quod erit imparem tantorum " iudiciorum extitiſſe? Cauſa enim multorum bene acta nobilitat, quando totum bono propoſito agere creditur, qui generalibus deſideriis adeſſe ſentitur. Defenſorem te itaque illius ciuitatis, per Indictionem illam, ciuium tuorum ſupplicatione permota, noſtra concedit auctoritas: vt ' nil venale, ' nil improbum facere velis, qui tali nomine nuncupatis. Commercia ciuibus, ſecundum temporum qualitatem æquabili moderatione diſpone. ' Definita ſerua, quæ iuſſeris. Quia non eſt labor vendendi ſummas includere, " niſi ſtatuta pretia caſtiſſimè cuſtodire. Imples enim te vera boni defenſoris officium, ſi ciues tuos nec legibus patiaris opprimi, nec caritate conſumi.

(Margin: ' debes; ' ſuſcipis; ' quid; " al. iudicio. For. ' nihil; ' nihil; Pretium venalium. ' diffinita; " Pro ſed nouo dicendi genere)

G

¶ FORMVLA CVRATORIS Ciuitatis. xii.

De curatore ciuitatis eiuſque officio.

QVamvis per ſe honorabilis habeatur, qui vel minimam ſolicitudinem ' ciuitati propriæ videtur impendere: & inter ſuos magna reuerentia perfruatur, qui ciues ſe amare profeſſus eſt: tamen indubitatius honor eſt, qui noſtra electione confertur. Quia præditus bonis inſtitutis creditur, cui aliquid principis auctoritate delegatur. Et ideò ab Indictione illa ' illius ciuitatis curam ad te volumus pertinere. Vt laudabiles ordines Curiæ ſapienter gubernes: moderata pretia ab ipſis, quorum intereſt, facias cuſtodiri. Non ſit merces in poteſtate ſola vendentium, æquabilitas grata cuſtodiatur in omnibus. Opulentiſſima ſiquidem & hinc gratia ciuium colligitur, ſi pretia ſub moderatione ſeruentur. Vt verè Curatoris impleas officium, cum tibi ſolicitudo fuerit de vtilitate cunctorum. 1 Conſuetudines autem tibi ex noſtra auctoritate defende, quas in eodem loco tuos conſtat habuiſſe Maiores.

H

(Margin: ' ciuitatis; Officium curatoris reip. ' illam; Moderata pretia.)

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Conſuetudines*] aliàs vectigalia & tributa, hîc pro annonis. quinetiam in formula ad commendandos Comiti principes, vtrumque coniunctim, *annonis & conſuetudinibus*, ſcriptum eſt. epiſt. huius lib. 25. ſub finem. For.

A

¶ FORMVLA COMITIVÆ Romanæ. xiii.

Eadem cum præcedenti.

SI cauſis domibus ac munitis inſidiati ſolet nequiſſimum votum, quantò magis in Romanæ ciuitate videtur ʿilici, qui in plateis pretioſum ſeperit, quod poſſit auferri? Nam quidam populus copioſiſſimus ſtatuarum, greges etiam abundantiſſimi equorum, tali ſunt cautela ſeruandi, quali & curæ videntur affixi. Vbi ſi eſſet humanis rebus vlla conſideratio, Romanam pulchritudinem non vigiliæ, ſed ſola deberet reuerentia cuſtodire. Quid dicamus marmora metallis & arte pretioſa: quæ ſi vacet eripere, rara manus eſt, quæ poſſit à talibus abſtinere. Vbi ſunt expoſita, quæ facere potuerunt diuitiæ generales, & labor mundi? Quem inter iſta deceat eſſe negligentem? ʿQuis in cauſa tali patitur eſſe ʿvænalis, quando grauiſſimum damnum poteſt fieri in pulchritudine ſingulari? Quare per Indictionem illam Comitiuæ Romanæ, cum priuilegiis & iuſtis commodis ſuis, tibi concedimus dignitatem. Vt fideli ſtudio, magnoque niſu, quæras improbas manus, & inſidiantes ʿaut priuatorum ʿfortunis, aut mœnibus ad tuum facias venire iudicium, & rei veritate diſcuſſe congruam ſubeant de legibus vltionem. Quia iuſtè tales perſequitur publicus dolor, qui decorem Veterum fœdant, detruncatione membrorum: faciuntque illæ in monumentis publicis, quæ ʿdebent pati. Officium tuum & milites conſuetos noctibus potius inuigilare compelle: in die autem ciuitas ſe ipſa ʿcuſtodit. Vigilans ʿenim ſtudio non indiget alieno. Furta quidem perſuadent: ſed tunc ʿpræſumptus * Facilè capitur, cùm cuſtos minimè ſuperuenire ſentitur. Statuæ nec in toto mutæ ſunt: quando è furibus percuſſæ cuſtodes videntur tinnitibus ʿadmonere. Proinde diligentiam tuam deuotione laudabili ſentiamus: vt cui nunc laborioſos faſces iniungimus, ſecuros honores poſtea conferamus.

ʿallici — ʿQuid — B — ʿvænalitas — ʿQua de re — ʿvt — ʿfortunæ — ʿnō debet — ʿcuſtodiat — ʿautem — ʿpræſumptio — ʿmaximè cap. cui — C — *Statuarū fures.* — ʿamonere auribus

¶ FORMVLA COMITIVÆ Rauennatis, xiv.

Super eodem.

SI æſtimanda eſt dignitas ex labore, ſi laudabilis ſolicitudo actuum publicorum parit gratiam liberaliter ſeruienti: ſumma gratificatione locus tuus habendus eſt, qui ſuis neceſſitatibus probatur adimere noſtris ordinationibus tarditatem. Quis enim neſciat, quantam copiam nauium leuiter procentes admonitus? A dignitatibus Palatij noſtri vix in euectionibus ſcribitur, & iam à te ſumma celeritate completur. Nam inter dimiſſorum feſtinationes anxias vix ſuffieit alter aduertere, quod te viuaciter contingit implere. Negociatorum operas conſuetas nec nimias exigas, nec venalitate derelinquas. Sit modus, qui non poteſt grauare laborantes. Vt cum res querelosas ſine querimoniis egeris, maiora de noſtro examine mereatis. Proinde Comitiuam Rauennatem per illam Indictionem tibi ſerenitas noſtra concedit: vt dignitatis tuæ priuilegia ſubeas & labores. Officium tuum æquitatis conſideratione moderata. Semper enim & præſtandi & lædendi cauſas inuenit, qui publicis actionibus adhibetur. Sed quantum adminiſtratio tua inter mediocres agitur, tanta debet æqualitate trutinari: quia illum potiùs expedit tenere menſuram, qui defectam noſcitur gubernare ſubſtantiam. Idonei damna vix ſentiunt, tenues autem leui diſpendio vulnerantur: quando vel mediocri iniuria totum videtur amittere, qui exiguum cognoſcitur poſſidere.

Diligētia — D — *Magiſtratus prodeſſe & obeſſe poteſt.*

¶ FORMVLA AD PRÆFECTVM VRBIS De Architecto faciendo. xv.

De Fabricis & Architectis.

ROmanæ fabricæ decus peritum conuenit habere cuſtodem: vt illa mirabilis ſylua mœnium diligentiæ ſubueniente * ſeruetur, & moderna facies operis * affabris diſpoſitionibus conſtruatur. Hoc enim ſtudio largitas noſtra ʿnon cedit, vt & facta Veterum excluſis defectibus innouemus, & noua vetuſtatis gloria veſtiamus. Proinde ʿillum illuſtris magnitudo tua Romanis arcibus ab illa Indictione datum architectum eſſe cognoſcat. Et quia iuſtis commodis ſtudia conſtat artium nutrienda: ad eum volumus pertinere quicquid deceſſores ʿeius conſtat rationabiliter conſecutos. Videbit profectò meliora, quam ʿlegit: pulchriora, quam cogitare potuit, ſtatuas illas ʿauctorum ſuorum, ſcilicet, adhuc ſigna retinentes: vt quàm diu laudabilium perſonarum opinio ſupereſſe, tam diu & ſimilitudinem viuæ ſubſtantiæ imago corporis cuſtodiret. ʿconſpiciet expreſſas in ære venas, niſu ʿquoſdam muſculos tumentes, neruos quaſi gradu tenſos, & ſic hominem fuſum in diuerſas ſimilitudines, vt credas potiùs eſſe generatum. Has primùm Tuſci in Italia inueniſſe referuntur, quas amplexa poſteritas pene parem populum ʿvrbi dedit, quam natura procreauit. Mirabitur formis equinis ſigna etiam ineſſe feruoris. Criſpatis enim naribus, ac rotundis, conſtrictis membris, auribus remulſis, credet forſitan curſus appetere, cum ſe metalla nouerit non mouere. Quid dicamus columnarum ʿiunceam proceritatem? moles illas ſublimiſſimas fabricarum, quaſi quibuſdam erectis haſtilibus contineri, ʿ& ſubſtantiæ qualitates concauis canalibus ʿexcauatas: vt magis ipſas æſtimes fuiſſe transfuſas: alias ceris iudices factum, quod metallis ʿduriſſimis videas expolitum: marmorum iuncturas, venas dicas eſſe genitales: vbi dum falluntur oculi, laus probatur creuiſſe miraculis. Ferunt priſci ſæculi narratores, fabricarum ² ſeptem tantum terris attributa miracula. Epheſi Dianæ templum. Regis Mauſoli pulcherrimum monumentum, à quo & Mauſolæa dicta ſunt. * Rhodi Solis æneum ſignum, quod Coloſſus vocatur. Iouis Olympici ſimulachrum, quod ² Phidias primus artificum ſumma elegantia ebore ʿautóque formauit. Cyri Medorum Regis domus, quam Memnon arte prodiga illigatis auro lapidibus fabricauit. Babyloniæ muri, quos Semiramis Reginæ latere cocto, ſulphure, ferroque conſtruxit. Pyramides in Ægypto, quarum in ſuo ſtatu ſe vmbra conſumens, vltra conſtructionis ſpatia nulla parte reſpiciunt. Sed quis ille vlterius præcipua ʿputabit, cum in vna Vrbe tot ſtupenda conſpexerit? Habuerunt ʿhonores, quia præceſſerunt tempore: & in rudi ſæculo quicquid emerſiſſet nouum, per ora hominum iure ferebetur eximium. Nunc autem poteſt eſſe ʿveridicum, ſi vniuerſa Roma dicatur eſſe miraculum. Quapropter talia virum peritiſſimum ſuſcipere decet: ne inter illa nimis ingenioſa priſcorum ipſe videatur eſſe metallicus, & intelligere non poſſit, quæ in illis artifex Antiquitas, vt ſentirentur, effecit. Et ideò det operam libris Antiquorum, inſtructionibus vacet: ne quid ab illis ſciet minùs, in quorum locum cognoſcitur ʿſurrogatus.

E — * ſubſeruetur — * fabricæ — ʿconcedit — ʿilla — *Commer.* — ʿſuos — *Statuæ corporum* — ʿlegerit — ʿactorum — ʿconſpicias — ʿquoddā — *Laus fuſilis artis.* — ʿvrbi — *Iuncea proceritas* — ʿiunctam — ʿvt — ʿexcauatæ — ʿpuriſſimis — *Septē orbis fabricarum miracula* — *Theeli. — *Ars prodiga.* — ʿargentoque — ʿreputabit — ʿhonorē — *Mira de pyramidibus.* — ʿindicū — H — *Roma miraculum.* — ʿſubrogatus

NOTÆ VARIORVM.

¶ * ² *Septem tantum.*] De Olympij Iouis ſigno & fanis, vide PET. FAB. *agon. lib.* 1.

¶ * ² *Phidias*] *Phiſidias* legito PET. FAB.

A

¶ FORMVLA COMITIVÆ INSVLÆ ' Curritanæ & Celſinæ. XVI.

De Comite Inſularum.

COnſtat plerumque bene poſſe agi, vbi non defuerit perſona monitoris. Omnia enim ſine priore confuſa ſunt, & dum vnuſquiſque ' ſecundum voluntatem ſuam cogitat viuere, regulam cognoſcitur omittere diſciplinæ. Itaque antiquæ conſuetudinis morem ſecuti, * ' Curritanæ & Celſinæ ' inſulis te iudicem, per illam Indictionem, noſtra ' cedit auctoritas. Iuſtum eſt enim, vt qui à reliquorum hominum ſunt conuerſatione diuiſi, ad habitationes eorum vadat, qui eos probabili ratione componat. Ne quædam ſit neceſſitas iniuſtitiæ, communes actus longè poſitos ignoraſſe. Habetis igitur ſupradicti, qui inter vos emergentes cauſas & audire debeat, & finire. Et ſi quid etiam fuerit à noſtra pietate decretum, eodem commonente, peragite. Quia erroribus locus tollitur, quando vobis, cui debeatis obedire, declaratur. Quem credimus ita bonis actibus ſtudere, vt augmenta noſtræ gratiæ poſſit accipere. Neceſſe eſt enim, vt à nobis remunerationem ſumat, ſi vobis, quæ ſunt profutura, diſponat.

' Turritanæ
' vis
* V. lect. Curritanæ ' Turritanæ
' inſulæ
' concedit

B

¶ FORMVLA DE PRÆPOSITO Calcis. XVII.

De compoſitione & diſtributione calcis.

GLorioſum opus eſt ſeruienti, vnde Romana ciuitas probatur ornari: dum ' tantum quis apud nos proficit, quantum prodeſſe Vrbi proprio labore * conſtiterit. Dubium non eſt, coctilem calcem, quæ eſt niuibus concolor, ſpongiis leuior, inſtrumentum eſſe maximum fabricarum. Hæc quantum ignis aduſtione ſoluitur, tantum exinde parietum firmitas roboratur: petra ſolubilis, ſaxea mollicies, arenacius lapis: qui tunc potiùs accenditur, quando aquis copioſiſſimis irrigatur: ſine quo nec ſaxa fixa ſunt, nec arenarum minuta ſolidantur. Et ideò maius ſtudium meretur accipere, ' quod primum locum in Romanis mœnibus noſcitur obtinere. Quocirca induſtriam tuam, multorum ſermone celebratam, ad coctionem diſtributionémque calcis, ab Indictione illa, noſtra præponit auctoritas. Vt tam publicis, quàm priuatis fabricis abundè procurata ſufficiat: & ad ædificandum cunctorum animi concitentur, dum viderint paratum eſſe quod quæritur. Priuilegia verò loci tui noſtris iuſſionibus rationabiliter vendicabis. Vt maiora mereri poſſis, ſi bene tibi delegata compleueris.

Vrbis ornatus.
' tamen
* contulerit
C
Calx.
' qui

¶ FORMVLA DE ARMORVM Factoribus XVIII.

De armorum conſtructione.

COnſidera quod ſuſcipis, & ' intelliges locum te dare non debere peccatis. Arma enim bene conſtruere, eſt ſalutem velle omnium cuſtodire. Quia prima facie ipſis terretur inimicus, & incipit animo cedere, ſi ſe cognoſcit ſimilia non habere. Atque adeò ab indictione illa militibus te & fabris armorum, inuitati morum tuorum opinione, ' præfecimus. Vt tale opus ab artificibus exigas, quale nobis placere poſſe cognoſcis. Securitas te noſtræ non ' inducat abſentiæ. ' Quicquid feceris nos videmus, qui vſu ipſo ſubtiliſſimæ perquiſitionis & errores artificum poſſumus prima fronte ' reprehendere, & laudabiliter operata iudicare. Vide ergo qua diligentia, quo ſtudio ' ſit faciendum, quod ad noſtrum venturum conſtat examen. Age itaque, vt nulla te venalitas, nulla culpa demergat. Quia veniale eſſe non poteſt, quod in tali cauſa delinquitur: ne inde puniaris, de qua parte peccaueris. Opus quod mortem generat & ſalutem, interitus peccantium, cuſtodia bonorum, contra improbos neceſſarium ſemper auxilium. Hoc primùm Photoneus Iunoni dicitur obtuliſſe: vt inuentum ſuum numinis, vt ' putabant, auſpicio conſecrarent. Hæc in bello neceſſaria, in pace decora ſunt. Hæc denique imbecilles fragileſque mortales cunctis belluis efficit fortiores.

D
' intelligis
' præficimus
' indicat
Oculus Principis.
' Quid ' videmus agere
' deprehendere
E
Non peccandum in armis.
' eſt
Phoroneus.
' putabat

¶ FORMVLA AD PRÆPOSITVM De armorum factoribus. XIX.

Super eodem.

MVltorum inſinuatione comperimus, illum probis moribus inſtitutum commiſſa ſibi poſſe fideliter expedire. Idcircò illuſtris magnitudo veſtra nos eum elegiſſe cognoſcat: vt & militibus præſit ſecundum morem priſtinum, & artificibus iubere poſſit armorum: quatenus conſuetudines ſuas ſic eleganter adimpleant, vt nulla in eis inueniri poſſit offenſio. Quia licèt vbique culpa lædat, hinc ' tamen grauiter percutit, ſi bellorum inſtrumenta ' neglexerit. Proditionis quippe inſtar eſt, exercitui ſubtrahere, quod eum conſtat ' armare. Quibus conſuetudines ſuas prouidentia veſtra deputabit: vt dum illis * victualium lex tollitur, neceſſaria viuaciùs exigantur.

F
' v. hic
' neglexerint
' armare
* ex victual. ſumma

¶ FORMVLA BINORVM ET TERNORVM, Si per iudicem agantur. XX.

De Binorum & Ternorum exactione.

AD genium dignitatis tuæ credimus pertinere, ſi competentia tibi * videamur iniungere. Quia tantò quis gratior redditur, quantò parendi cauſas ampliùs ſuſcepiſſe monſtratur. Et ideò 1 Binorum & Ternorum titulos, quos à prouincialibus exigi priſca decreuit auctoritas, per illam Indictionem, officio tuo procurante, ad ſcrinia Comitis Sacrarum Largitionum tranſmittere maturabis: ita vt omnis quantitas intra Cal. Martiarum diem ſolenniter impleatur. Ne de proprio reddere cogaris, quod procurare neglexeris. Tuam enim tetigiſſet iniuriam, ſi alter eos titulos ' viderentur exigere, quos ad te præceperunt leges ſanctiſſimæ pertinere.

G
* videamur inueniri.
Dignior magiſtratus quis.
Cal. Martia.
' videretur

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Binorum & ternorum titulos*] de exactione binorum & ternorum ſuprà lib. 3. epiſt. 8. & infrà duab. ſeq. formulis. For.

¶ FORMVLIS BINORVM ET TERNORVM, Si per officium agantur. XXI.

Super eodem.

H

QVamuis priſca conſuetudo, Binorum & Ternorum exactionem ad te iuſſerit pertinere, tamen ne te multiplex occupatio prægrauaret, & impedimenta tibi faceret ſolicitudo geminata, illum & illum Scriniarios officij noſtri duximus deſtinandos: vt tibi officióque tuo ' debeant imminere, quatenus eorum ſolatio * intra Cal. Martiarum diem ad illuſtrem virum illum Comitem Sacrarum Largitionum ſolennis quantitas deferatur: Ne opinionis publicæ reus efficiaris, ſi Largitiones Sacras per moram aliquam putaueris eſſe tardādas. Ita vt te excipiendum eſſe non æſtimes, quem nos credidimus adiuuandum. Nam ſi quid

Binorum & Ternorum exactio.
* v. inter
Largitiones ſacras non tardanda.

minus

A

minus fuerit, quàm oportebat, illarum, de tuis hoc noueria facultatibus eruendum.

¶ FORMVLA 1 COMMONITORII ILLI ET ILLI ſcriniariis. XXII.

Super eodem.

NOn dubitamus eſſe gratiſſimum, quando quis commonetur, officium implere ſuſceptum. Quia illud eſt potiùs graue, ſi miles viuat otioſè, cui quæſtus eſt actio ſua: honor principalis iniunctio. Similis enim ' diſeincto habetur, qui ignobili torpori relinquitur. Quapropter per Indictionem illam, ad illam vos prouinciam iubemus accedere: vt cum iudice, vel eius officio, intra diem Calend. Martiarum, quæ de Binis & Ternis quantitas ſolenniter poſtulatur, ad Comitis ' Sacrarum ſcrinia, poſtpoſita dilatione, dirigatis: ſic tamen, vt nec ærarium noſtrum aliquid minus à conſuetudine percipiat, nec poſſeſſor ſupra modum * poſſeſſionis exſoluat. Et non ' dubitetis commonitionis noſtræ vos periculum ſuſtinere, ſi quid actum contra priſcum ordinem ' potuerimus agnoſcere.

Miles otioſus. ' diſiunctio

Bini, Terni. ' Sacrarū

B

largitionum

* v. profeſſionis

' dubitatis

' potueramus

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Commonitory.*] Vincentius Lirinenſis aduerſus prophanas, Obitnionis meæ gratia commonitorium mihimet paraſſe ſufficiet. Eodem verbo vtitur Auguſtinus *epiſt.* 119. *&* 158 Symmacus pro eodem monitorium vſurpat. FOR. *ad lib.* 4. *tit.* 4. *l.* 1.

¶ FORMVLA VICARII PORTVS. XXIII.

De commerciis.

C

BEneficia noſtra gratiæ tuæ ſpecialiter damus, ſi te agere commiſſa rationabiliter approbemus. Nec enim irremuneratus iaces, ſi & populos peregrinos prudenter excipias, & noſtrorum commercia moderata æqualitate componas. Nam licet vbique neceſſaria ſit prudentia, in hac potiùs actione videtur accommoda: quando inter duos populos naſcuntur ſemper certamina, niſi fuerit iuſtitia cuſtodia. Quapropter arte placandi ſunt, qui mores afferunt ſimillimos ' ventis, quorum niſi priùs animi temperentur, in contemptum maximum natiua facilitate proſiliunt. Qua de re modeſtiæ tuæ fama prouocati, curas illius portus, per illam Indictionem te habere cenſemus. Vt omnia ad tuum titulum pertinentia ſic agas, quemadmodum ad meliora peruenias. ' In paruis enim ' diſcitur, cui ' potiora præſtentur.

Commercia.

Iuſtitia populorū pacem tuetur.

' ventus

' impius

' dicitur

' potentiora

NOTÆ VARIORVM.

D

¶ * 1 *Beneficia.*] Extat cod. *lib.* 12. *tit. de lit. & itin. cuſtodia.* FOR.

¶ FORMVLA PRINCIPIS Dalmatiarum. XXIV.

De Principatu.

MAgna inter collegas ſuos prærogatiua decoratur, quiſquis gerit militiam nomine Principatus. Cognoſcitur enim agere locum primatium, quando in rebus humanis magna pars ' hominum aſſerit excellentiam dignitatum. ' Hoc etiam tui loci probatur exemplo, ſine quo nec ' ſecretarij præſtatur acceſſus, nec * oſculationis pompa peragitur, totúſque ille iudicij genius, ita tibi legibus probatur creditus, vt ſine te nequeat eſſe perfectus. Comiti quidem prouinciarum poteſtas data eſt, ſed tibi iudex ipſe commiſſus eſt. 1 Tu * vitam tenes improbis ruinautem: tu diſciplinam inter iura cuſtodis: tibi Inſolentiam peroantis fas eſt diſtringere, quam præſuli non licet vindicare: geſta quinetiam totius actus te ſubſcribente complentur, & conſenſus tuus quæritur poſtquam voluntas iudicis explicatur. Age, vt qui talibus præponeris, ea impleſſe meritò ſentiatis. Itaque per Indictionem illam, ad illam te prouinciam iubemus excurrere: vt mixtus iudicis officio competentia loco tuo peragas: & qui Princeps à nobis egrederis, nullis vilitatibus accuſeris. Reuerendiſſimum enim te omnibus facis, ſi quod de nomine tuo creditur, & in moribus ſentiatur.

Locus primarius.

' hominis

' Hæc

' Secretarius

* v. poſtulationis.

Principatus.

E

tua in quo verſetur.

* v vicem

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Tu vitam.*] Ita in veteribus ſcriptum, quod in *vitem* mutandum cenſeo. PITHOE. *ſubciſ. lib.* 1. *cap.* 15.

F

¶ FORMVLA AD ' COMMENDANDOS Comiti Principes. XXV.

Epiſtola commendatoria.

INuitat nos conſuetudo ſolennis, & vrbis ornatum officij dirigere, & priſtinos ordines Excubantium cuſtodire. Noſtra enim laus eſt, ſi vos Romana militia comitetur. Quando talibus miniſtris poteſtis agere, quod videtur priſcis ſanctionibus conuenire. ' Sic enim Gothos noſtros, Deo iuuante, produximus, vt & armis ſint inſtructi, ' & æquitate compoſiti. Hoc eſt, quod reliquæ gentes habere non poſſunt: hoc eſt, quod vos efficit ſingulares, ſi aſſueti bellis videamini legibus viuere cum Romanis. Quapropter ex officio noſtro, illum, atque illum ad vos credimus eſſe dirigendos: vt ſecundum priſcam conſuetudinem, qui tuis iuſſionibus obſecundant, eos rationabili ' debeant antiquitate moderari. Cui gratiam tuam in conſeruandis annonis & conſuetudinibus ſuis ex noſtra iuſſione præſtabis. Debet enim à te diligi, qui à nobis meruit deſtinari.

' commendandum

' committetur

' Si

Gothorū fortitudo & æquitas.

' & morū

G

' debeat

¶ FORMVLA COMITIVÆ HONORVM Scientiæ * ordinis diuerſarum ciuitatum. XXVI.

* ordinis ſecunda

Promouetur quis ad ſecundi ordinis dignitatem.

SAeculi huius honor humanæ mentis eſt manifeſta probatio: quia libertas animi voluntatem propriam ſemper oſtendit, dum ſe contemnit occulere, qui ſibi alios cognouerit ſubiacere. Sed humanæ mentis felix illa conditio eſt, quæ arbitrium prouectionis ſuæ intra terminum moderationis includit, & ſic peragit dignitatis breuiſſimum ſpatium, vt vniuerſis temporibus reddatur acceptus. Quapropter interdum Iudices ad blanda deſcendite. [Laborioſum quidem, ſed non eſt impoſſibile, iuſtitiam ſuadere mortalibus,] quam ita cunctorum ſenſibus beneficium diuinitatis attribuit, vt & qui neſciunt iura, rationem tamen veritatis agnoſcant. Neceſſe eſt enim, vt quod à natura conceditur, ſubmonente iterum eadem ſuauiter audiatur. Et ideò non laboretis populis imponere, quod eos conſtat ex propria voluntate ſentire. Facilè enim ſequuntur veſtigia verbi alieni, qui ſe poſſe credunt monitione compelli. Propterea per illam Indictionem in illa ciuitate Comitiuæ honorem Secundi Ordinis tibi, propitia diuinitate, largimur: vt & ciues commiſſos æquitate regas, & publicarum ordinationum iuſſiones conſtanter adimpleas:

Laus moderationis.

H

Naturalis æquitas.

Secundi ord. honos.

A quatenus tibi meliora præſtemus, quando te probabiliter egiſſe præſentia, ' ſentiemus.

' ſenſerimus

¶ FORMVLA HONORATIS POSSESSORIBVS Et curialibus. XXVII.

De comitatu ſupradicto.

VTile eſt vnum ſemper eligere, cui reliqui debeant obedire: quia ſi voluntas diuerſorum vaga relinquitur, confuſio, culparum amica, generatur. Itaque ciuitatis veſtræ Comitiuam per Indictionem illam nos illi largitos fuiſſe noueritis, cui ſalubertimam 1 patientiam commodate: vt cauſis veſtris ferat remedium, & iuſſionibus publicis procuret effectum: ſcituri, quod ſi quis probabili deuotione tractauerit, ſimilia de noſtris ſenſibus ' haud irritè poſtulabit.

Vnus eligēdus cui reliqui pareant. *Patiētia.* ' hanc

B

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Patientiam*] l. 1. Cod. qui pro ſua iuriſd. & ſuprà *lib. 3. epiſt. 24.* FOR.

¶ FORMVLA PRINCIPIS MILITVM Comitiuæ. XXIII.

De Comite Militiæ.

GRatum vobis eſſe confidimus, quando militiæ noſtræ Iudices deſtinamus: quia tunc ordines noſtros agitis, ' quoties vobis non defuerit præſentia indicantis. Relatiua iſta ' intellectui ſunt nomina, ſi præſulem ademeris, militem non relinquis: ' appellatio enim tollitur, ' quoties qui iubere poterat, abrogatur. Vobis ergo * aptum credimus, dum ad vos dirigimus dignitates, & tandiu vos militare facimus, donec iudices deſtinamus: nec illud leue credatis beneficium, vt cum ' vos ſcitis obſequium, vobis occurrat electio cognitorum. Et ideò per Indictionem illam, illam Comitem militiæ veſtræ cognoſcite deſtinatum. Quem ita acturum eſſe putamus, tam in cauſis publicis, quàm priuatis, vt eum laus optata comitetur. Cui deuotionem iuſtiſſimam ' commodantes, his quæ vobis præceperit, ſolenniter obedite: quia reuerentiam noſtram honoratam eſſe credimus, ſi benè habitos noſtros iudices ſentiamus.

' quotiens ' intellectu ' aſſeritis ' quotiens * actum cedimus C ' noſcetis ' commēdames in iis

¶ FORMVLA DE CVSTODIENDIS PORTIS Ciuitatis. XXIX.

De cuſtodia portarum.

NVllatenus de eius fide dubitatur, qui ad cuſtodiam ciuitatis eligitur: quia probatæ conſcientiæ conſtat eſſe credendum, ' quod fueris pro ſecuritate multorum. Atque ideò coram portæ illius ciuitatis noſtra tibi auctoritate concedimus: vt improborum non pateat aduentibus, & bonorum non retardet acceſſus. Nam ſi porta ſemper obſerata ſit, inſtar eſt carceris: ſi iterum iugiter pandatur, murorum nil ' prodeſt habere munimina. Sit ergo vtrumque moderatum: vt & cuſtodiæ nocturnæ ſatisfacias, & incompetenter eam claudere non præſumas. Eris nimirum via ciuium, & ingreſſus mercium ſingularum, amicus ſimul copiæ, quam optas intrare. Stude ergo, eum alimoniis inuitare venientes. Non tibi quod deſpiciatur eſt creditum. Quibuſdam faucibus ciuitatis præponeris, quæ qui ingredientibus victualibus præeſſe monſtraris. Quod te oporter ſine quetela perficere: vt in paruis agnoſcere poſſimus, cui maiora credere debeamus.

D ' qui *Nec claudātur, nec pateant perpetuò portæ.* ' proderit

E

FORMVLA TRIBVNATVS Prouinciarum. XXX.

De Tribuno prouinciarum.

AEquitati conuenit, vt vnuſquiſque ad fructum militiæ ' emenſo tempore debeat peruenire, & laboris recipiat præmium pro compenſatione meritorum. Vnde quia priſcæ conſuetudinis ratio perſuadet, vt à nobis debeat deſignari, qui à vobis Tribunus eſſe ' mereatur, ideo hac auctoritate cenſemus, vt ille quem locus videtur expoſcere, vobis in ſupradicto honore præſideat: quatenus cum ad tempus venerit conſtitutum, optato honore potiatur. Diuina ſunt iſta iudicia, non humana: vt quem ſuperna ad tempus debitum opus voluerūt perducere, meritò videatur & laboris ſui præmia ſuſcepiſſe. Excubiarum ſuarum igitur competentia priuilegia conſequatur. Quia nullum emolumento ' conſueto fraudari deſideramus, quem ſine culpis ad primatum ' venire cognoſcimus. Quapropter illi, pro vtilitate publica diſponenti, modis omnibus obedite; quoniam partem iudicis habent priores, quando ab ipſis requiritur, ſi quid à vobis inſolentiùs excedatur.

' emenſo *Laboris præmium.* ' meretur *Excubiarum priuilegia.* F ' ſuo ' ſuum veniſſe

¶ FORMVLA PRINCIPATVS VRBIS Romæ. XXXI.

De dignitate officij Comitiaci.

CVm in vrbe ' Roma plurima fieri cenſeamus, & neceſſe ſit ibi * poteſtatem eſſe Comitiaci officij, vt vtilitates ' publicæ videantur impleri, noſtro more proſpeximus, vt quia principem noſtrum cardinalem obſequiis noſtris deeſſe non patimur, tu ' eius locum vicarij nomine in vrbe Romana ſolenniter debeas continere. Quatenus & ille primatus ſui laboribus perfruatur, & tu in alterius honore poſſis diſcere, quod in tuo debeas feliciter exhibere. Si quos etiam Comitiacorum ad Comitatum iudicaueris eſſe dirigendos, conſulent obſequio noſtro, tuo ſubiacebit arbitrio. Eos autem, quos retinendos putaueris, indulta ſecuritate ' potiantur. Ita tamen, vt viciſſim omnia moderetis: quatenus nec excubantes continuus labor atterat, nec ſegnes iterum rubigo ocij fugienda conſumat.

' Romana * partem ' publicæ omnes *Princeps cardinalis.* ' eiuſdem G ' potiētur *Securitas.*

¶ 1 FORMVLA QVA MONETA Committitur. XXXII.

De Moneta.

1 OMnis quidem vtilitas publica fideli debet actione compleri: quia totum vitioſum geritur, vbi conſcientiæ puritas non habetur: tamen omninò ' monetæ debet integritas quæri, vbi & vultus noſter imprimitur, & generalis vtilitas inuenitur. ' Quidnam erit tutum, ſi in noſtra peccetur effigie? & quam ſubiectus corde venerari debet, manu ſacrilega violare feſtinet? Additur, quòd venalitas cuncta diſſoluitur, ſi victualia metalla ' vitiantur: quando neceſſe eſt reſpui, quod in mercimoniis corruptum videtur offerri. Quis ergo patiatur, vnius eſſe commodum diſpendia ſceleſta cunctorum: vt deteſtabile vitium venire poſſit ad pretium? Sic mundum, quod ad formam noſtræ ſerenitatis adducitur Claritas regia nil admittit infectum. Nam ſi vultus cuiuſlibet ſyncero colore depingitur, multo iuſtius metallorum puritate principalis gratia cuſtoditur. Auri flamma nulla iniuria permixtionis albeſcat, argenti color gratia candoris arrideat, æris rubor in natiua qualitate permaneat. Nam ſi vnum lædere, legibus putatur eſſe damnandum, quid ille mereri poterit, qui in tantam hominum ' numeroſitatem

Seruiendum publicæ vtilitati. ' mentis H *Vultus principis in nūmis.* ' nā quid *Principē violare in moneta.* ' vinciantur *Materia.* ' numeroſitate

peccauerit?

A *Pondus.* *Compendium & diſpēdiū.* *Pecuniæ etymon.* ' auctoribus ' redigi *Seruius Rex Rom.* ' reperiri ' irremunerandō ' derelinquimus

peccauerit? Pondus quinetiam, conſtitutum denariis, præcipimus debere ſeruari, qui olim tam penſo, quàm numero vendebantur: vnde verborum vocabula competenter ab origine trahens compendium & diſpendium pulchrè vocitauit Antiquitas. Pecunia enim à pecudis tergo nominata. Gallis ' auctoribus, ſine aliquo adhuc ſigno ad metalla tranſlata eſt. Quam non ſinimus fæculenta permiatione fieri contemptibilem, ne iterum in antiquam cognoſcatur ' redire vtilitatem. Proinde te, cuius nobis laudata eſt integritas actionis, ab illa Indictione per iuge quinquennium monetæ curam habere præcipimus, quam Seruius Rex in ære primum impreſſiſſe perhibetur: ita vt tuo periculo non dubites quæri, ſi quid in illa fraudis potuerit ' inueniri. Nam ſicut caſus aſperos ſubibis, ſi quid fortaſſe deliqueris, ita ' irremuneratum non relinquimus, ' ſi te egiſſe inculpabiliter ſenſerimus.

NOTÆ VARIORVM.

B

¶ 1 *Omnis.*] Donarij olim tam penſo quàm numero vendebantur. FOR.

¶ FORMVLA LEGATORVM GENTIVM Diuerſarum xxxiii.

De Legatis.

QVis dubitet, vtilitatis publicæ intereſſe rationi, vt quibus nos conſtat dona conferre, nullam vidcantur itineris moleſtiam ſuſtinere? quando nec vobis morarum detrimenta faciunt, & illi ſe bene habitos fuiſſe cognoſcunt. Atque ideò humanitatem ſubter anneaam, vel ad equos deſinitum illius gentis legatis ſine aliqua tarditate præſtabitis, quatenus ad ſedes ſuas irremunerati non debeant peruenire. Quia feſtinantibus gratior eſt celeritas in redeundo, quàm quælibet munerum magnitudo.

C

FORMVLA EVOCATORIA QVAM Princeps dirigit. xxxiv.

De die euocata quæ petenti conceditur.

NOn dubitamus, vltronea grate ſuſcipi, quæ in locum muneria ſolent poſtulata conferri: quia domini recordatio concedit ſemper augmenta: nec poſſunt eſſe principis vacua gratificationis iudicia. Quapropter ad Comitatum noſtrum iuſſis te præſentibus euocamus, vt non mediocri gaudio perfruaris. Et ideò ocij delectatione poſtpoſita, ad illam diem, ad vrbem illam deuenire propera, vt & tibi aſpectum noſtrum gratum fuiſſe iudicemus, cùm te feſtinaſſe cognoſcimus. [Deſiderat enim aula noſtra præſentiam bonorum: dum neſcio quo pacto quicquid regali ſapientiæ gratum eſſe ' cognoſcitur & diuino iudicio comprobatus. Quia ille, qui corda noſtra regit, ipſe etiam * quid debeamus ſentire concedit.]

Rege dignа vox. D ' agnoſcitur * quod

¶ FORMVLA EVOCATORIA QVÆ Petenti conceditur. xxxv.

De euocata die quæ petenti conceditur.

MAnifeſtatio eſt conſcientiæ bonæ, præſentiam iuſti Principis experiſſe: quam ſolus ille deſiderare poteſt, qui de magna mentis puritate confidit. Aſpectum Solis niſi clara lumina non requirunt: quia illa tantum poſſunt rutilantes pati radios, quos conſtat oculos habere puriſſimos. Sic præſentiam Principis ambiunt, qui de cordis ' ſinceritate præſumunt. Hinc eſt, quod veniendi tibi ad Comitatum fiduciam grata mente largimur. ' Ne honor ' reuocationis, qui pro noſtra gloria conſtat inuentus, ad iniuriam conuertatur, dum aliqua fuerit dilatione tardatus. Inuitamus quinimo deſideria venientium: quia inde magis creſcimus, ſi viros nobiles noſtris obſequiis aggregemus.

Solis aſpectus. ' puritate E ' vt ' euocationis

¶ FORMVLA COMMEATALIS Ad tempus. xxxvi.

An liceat in agris ad tempus viuere.

NEmo dubitat, homines ſua varietate recreari: quia in continuatione rerum magnum mentibus conſtat eſſe faſtidium. Dulcedo mellis, ſi aſſiduè ſumatur, horreſcit: ſerena ipſa, quamvis magnoperè ' deſiderentur, iugiter adepta ſordeſcunt: non immeritò, quia ' cùm ſit homo commutabilis, naturæ ſuæ deſiderat habere qualitates. Et ideò feſtinanti tibi prouinciali oblectatione refoueri, copiam ' tot menſium in ſupradicta prouincia concedimus immorandi (quia penè recluſus aduertitur, cui mutare ſolum, liberum non videtur) ita tamen, vt cùm prometitas inducias, Domino iuuante, tranſegeris, ad vrbanas ſedes redire feſtines. Nam ſi tædium eſt, continuatim viuere in vrbis celebritate, quantò magis in agris diuturna tempora peregiſſe? Libenter ergo damus inducias diſcedendi, non vt debeat Roma deſeri, ſed vt ' magis commendetur abſenti.

Grata viciſſitudo. ' deſiderantur ' dum F ' decem menſium *In agris viuere, & in vrbe.* ' amplius

¶ FORMVLA SPECTABILITATIS. xxxvii.

De honore Spectabilitatis.

OPtamus nobis, Deo auxiliante, ſubiectos varia dignitatum prærogatiua gloriari: deſideramus, probabile genus hominum impreſſa gratia dignitatis ornare: ' vt laudabiliùs vnuſquiſque poſſit viuere, cùm ſe honores reuerendos cognouerit ' accepiſſe. Sic enim & ad virtutis ſtudia decenter aſcenditur, & à ' bonis ciuibus Reſpub. plus amatur. Atque ideò te Spectabilitatis ornore decoramus: vt ſententiam tuam in conuentibus publicis ſpectandam eſſe cognoſcas, cum inter nobiles decorus ' aſſederis. Vt ſi ' hæc prædicabili conuerſatione tractaueris, in futurum præmiis melioribus augeatis.

Viri boni Principis. G ' & ' recepiſſe ' bonis omnibus ' acceſſeris Hoc

¶ FORMVLA CLARISSIMATVS. xxxix.

De honore Clariſſimatus.

COnſtat, iucundum eſſe rerum bonarum ſaporem, & vtilem ambitum laudis, qui appetitur per augmenta virtutis. Hoc nos ſtudium ' prouidæ liberalitatis infundimus: vt maior ſit cultus morum, dum creſcunt deſideria præmiorum. Clariſſimatus igitur honorem, ornamenta iudicij noſtri, regia tibi largitur auctoritas: ' quod præbeat & exactæ vitæ teſtimonium, & futuræ proſperitatis polliceatur augmentum. Quapropter nihil iam obſcurum agere patiaris, qui Clariſſimatus dignitate reſplendes. Grande ſiquidem vitæ teſtimonium eſt, non tam clarum, quàm clariſſimum dici: quando pene totum de illo optimum ' creditur, qui tanti fulgoris ſuperlatiuo nomine vocitatur.

H ' prouidæ ' quid ' dicitur

A

¶ 1 FORMVLA TVITIONIS. XXXIX.

De Tuitione.

Tuitio, ſalua guardia, Græcè Budæo. *Tuitio nominis principalis.*

SVperfluum quidem videtur, tuitionem ſpecialiter à Principe petere, cuius eſt propoſiti vniuerſos communiter vindicare. Sed quia ſecuritatem tuam quorundam violentorum execranda temeritas inquietat, non piget dolentium querelis ad hanc partem pietatis adduci: vt quod omnibus præſtare cupimus, ſupplicanti potiſſimùm conferamus. Atque ideò diuerſorum te, quemadmodum queteris, diſpendiis ſauciatum, in caſtra defenſionis noſtræ clementer excipimus, Vt cum aduerſariis tuis, non vt hactenus, campeſtri certamine, ſed murali videaris protectione contendere. Ita fiet, vt truculentis viribus preſſus, reddatis auxiliis regalibus exæquatus. Quapropter tuitionem tibi noſtri nominis, quaſi validiſſimam turrem contra inciuiles impetus, & conuentionalia detrimenta, noſtra concedit auctoritas: ita tamen, ne his præſumptionibus ſubleuatus ciuile * reſpuas præbere reſponſum, & tu videaris inſolens calcare iura publica, quem primitus deteſtanda premebat audacia. Et quia [miniſtros efficaces noſtra debet habere præceptio, nec decet Principem loqui quod non videatur poſſe compleri, præſentis beneficij iuſſione, aduerſus Gothos illa, aduerſus Romanos illa, facilè te fides diligentia cuſtodiuit.] Quia nemo laborat defendere, niſi qui timetur offendi. Dum præſtans dominus fieri formidatur ingratus. Fruere igitur Noſtra clementia, beneficio lætare ſuſcepto. Nam ſi vlterius à quoquam ſub inciuilitate tentaris, tua de inimicis potius vota complebis.

ſecuritatis *conquereris* *clauſtro* *ſit*

B

turrim *iis* * *deſpicias*

quod

NOTÆ VARIORVM.

C

¶ 1 *Formula*] Hic eſt formula tuitionis, id eſt ſecuritatis, ἀσφαλείας, de qua ſup. lib. 4. epiſt. 27. in fin. *& l. 6. illicitas, §. ne potentiores, D. de offic. præſid. l. 1. §. quies, ff. de off. præf. vrb.* Exemplum apud Liuium, *lib. 2. de Thraſibulo.* F O R.

¶ FORMVLA DE MATRIMONIO confirmando. & 1 liberis legitimè conſtituendis. XL.

De matrimonij confirmatione, & liberorum conſtitutione.

Beneficium æternum.

ÆTernum eſt beneficium, quod poſteritatis fuerit fauore collatum, nec plus eſt conueniens Regi, quàm ſi humanæ præſtet origini. In lucem quippe venturus caſus ſuſcipere non meretur aduerſos: ne antè grauamen diſtrictionis incurrat, quàm gaudia supernæ locis inueniat. Oblata itaque ſupplicatione depromis, mulierem, quam tibi placitus illigauit amplexus, beneficio noſtro iugali honeſtate debetè ſociari: vt ex ea liberi nati nomen nanciſcantur heredum. Nam cùm ſpontanea copula animantia cuncta conſociet, dignùmque vnicuique videatur eſſe, quod placuit, durum eſt libertatem liberam non habere vndè liberi procreantur. Et ideò illam, quæ ſicut iure præcipitur, honeſtate non fuiſſe probatur æqualis, legitimam tibi fieri cenſemus vxorem, & filios ex eadem coniuge, ſiue qui ſuſcepti ſunt, ſiue qui ſuſcipiendi, heredum volumus iura ſortiri: vt ſub nulla dubietate diligas, quos tibi abſolutè ſucceſſores futuros eſſe cognoſcas. Natura enim tibi præſtitit filios: ſed nos tali ſecuritate facimus eſſe cariſſimos.

D

veniat *placidus*

Matrimonia libera. *tibi liberam* *Libertas non libera.* *ſuſcipiendi ſunt* *iura*

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Liberis legitimè conſtituendis*] Ergo hæc formula derogat, *l. 1. C. de natur. lib.* qua vetat Conſtantinus id per reſcriptum peti. For.

E

¶ FORMVLA ÆTATIS VENIÆ. XLI.

De ætatis venia.

GLorioſa ſupplicatio eſt, quæ veniam quærit ætatis: quando ſe grauitatem de moribus confitetur accipere, quam maturitatem vitæ adhuc non contigit intuliſſe. Minor naſcendo, grandæuus cupis eſſe conſilio. Ita, quod in humanis rebus audaciſſimum eſt, ad erroris auxilium beneficium contemnis annorum. Quapropter oblata ſupplicatione depromis, vt cùm tibi ſit ratio firma prudentiæ, actiones tuæ non relinquantur ambiguæ: ne infirmetur iure quod non poteſt vtilitate titubare. Hoc nos, quibus cordi eſt bona deſideria perficere, libenter accipimus. Quis nullas ſe captare velle profitetur inſidias, quiſquis habere 1 liberos contractos conſtanter affectat. Atque ideò, 2 id tempus conſtat elapſum, quoad hanc veniam accedi iura voluerunt, nos quoque probabilibus deſideriis licentiam non negamus: vt in foro competenti, ea, quæ in his cauſis recenſenda legum dictat Antiquitas, ſolemniter ſcitentur. Ita vt in alienandis ruſticis vel vrbanis prædiis conſtitutionum ſeruetur auctoritas. Ne cùm opinioni præſtare volumus, vtilitatem publicam lædere videamur Cape igitur noſtro beneficio potiorem annis ætatem: & quod petis ab oraculo, moribus exhibeto. Nam profeſſio maturitatis acerbæ locum denegat actionis, quando multo grauior eſt culpa, quàm ſuæ promiſſionis impugnat auctoritas.

profitetur. *beneficiū*

F

vilitate *Alienatio prohibita.*

iis

ſupplices *Acerba maturitas.* *dictat*

NOTÆ VARIORVM.

G

¶ 1 *Liberos contractus non habent minores*] ſub lib. 4. epiſt. 9. inſidias hîc, vt illic quoque dolum vocat. *l. pen. C. de dolo. l. 8. ſi voluntate, C. de reſc. vend. Dolus ex calliditate atque inſidiis emptoris argui debet. Dolum ex inſidiis perſpicuis probari conuenit. l. pen. C. de dolo*: ſed & hac de re ſup. epiſt. 35. lib. 4. F O R.

§ 2 *Id tempus*] nempè in maribus vigeſimi anni metæ: in fœminis octaui & decimi, Conſtantini conſtitutione definiuntur, *l. 2, C. de iis qui ven. ætat. impet.* quam ætatem, hîc, *acerbam maturitatem*, eleganter. vt Vlpian. *in l. 2. verſi. maturius. l. 3. verſic. quaſi ambitioſa, D. de minor.* & Philoſtrat. *lib. 1. de vita Apollonij Tianei* videtur aliquando maturiùs adoleſcentes ſuæ tutelæ fieri ſolitos innuere. Quamobrem prædiorum alienatio non permittitur, ac ne hypotheca quidem immobilium, *l. 3. Cod. eod.* vndè vſu quoque Gallorum clauſula ſolennis in concipiendis eiuſmodi codicillis venialibus (vulgò, *bail à gouuernement*) adiicitur, *à la charge de n'aliener les immeubles.* Cuius exceptionis vis hac quoque formula excipitur, *verſi. ita vt in alienandis, &c.* Athenis adoleſcentes in Lexiarchico commentario relati ac cenſiti ſuæ tutelæ efficiebantur, vt ſcribit Pollux: túmque iis adminiſtrandi patrimonij ius erat. Suidas [illegible], huius moris meminit & Æſchines [illegible]. Sed de adoleſcentibus ætatis veniam principis indulgentia conſecutis, alio loco certum eſt pluribus agere. For.

H

A

¶ FORMVLA EDICTI AD QVÆSTOREM, VT ipſe ſpondere debeat, qui Saionem meretur. XLII.

De Cautione.

FRequenter Saiones, quos à nobis credidimus pia voluntate concedi, querelis maximis cognouimus ingratos. Corruptum eſt, (proh dolor) beneficium noſtrum, creuitque potiùs de medicina calamitas, dum ad alios vſus potentium malignitate tranſlati ſunt, quàm eos noſtra remedia tranſtulerunt. Vndè nobis neceſſe fuit remedio ſalubri votis peſtiferis obuiare: ne dum pietatis ſtudium ad æqualia beneficia trahitur, ſurreptionum iniquiſſima patiamur. Atque ideò edictali programmate definimus, vt quicunque contra violentas inſidias propter ineluctabiles neceſſitates ſuas mereri deſiderat fortem Saionem, vſficio noſtro pœnali ſe vinculo cautionis aſtringat: vt ſi præcepta noſtræ iuſſionis immiſſione plectibili, Saius quem meretur exceſſerit, & ipſe pœnæ nomine det auri libras tot, & ſatisfacere promittat: quæcunque eius aduerſarius potuerit tam commodi quam itineris ſuſtinere detrimenta. Nos enim cùm reprimere inciuiles animos volumus, prægrauare innocentiam non debemus. Saius autem, qui ſua voluntate modum præceptionis exceſſerit, donatiuis ſe nouerit exuendum, & gratiæ noſtræ (quod eſt damnis omnibus grauius) incurrere poſſe periculum: nec ſibi vlteriùs eſſe credendum, ſi iuſſionis noſtræ, cuius executor eſſe debuit, temerator extiterit.

Edictale programma.

B

Cautio.

Donatiui priuatio.

¶ FORMVLA PROBATORIÆ Cartariorum. XLIII.

De nomine Cartariorum.

C

1. COnſtat militiam bene geri, quæ probatis moribus videtur imponi: quando ipſe ſecum poteſt reuoluere, quod iudex eum potuit admonere, maximè cùm ad patrimonia diuinæ talis domus meretur accedere, vt cupiditate deteſtabili non poſſit accendi. Deinde cum ſplendidiſſimū officium cenſoris quadam grauitate relucear, & turpe ſit illis miſceri, qui dignis moribus non poſſunt approbari, congruum videtur tales quærere, qui in nullo debeant diſplicere. Atque ideò Tribuni Cartariorum ſuggeſtione comperta penes quam officij eſt digna reuerentia, ab illo die Cartarij te volumus nomen adipiſci: vt qui nobis bene acturus promitteris, documentis laudabilibus approberis. Auaritiam declina: longiùs fuge iniqua compendia. Multò meliùs proficitur, ſi bonis moribus ſeruiatur.

Cenſoria grauitas.

D

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Conſtat*] De Cartariis ſeu Chartulariis infrà lib. 8. epiſtol. adnotabimus. FOR.

¶ FORMVLA DE 1 COMPETITORIBVS. XLIV.

Loci publici conceſſio.

NEſcio quid 2 grande de ſe videtur promittere, qui loca deſiderat publica poſſidere. Hoc enim ita fieri decet, 3 ſi res ſqualida in meliorem loci faciem transferatur, & reuocetur ad ornatum, quod pridem videbatur iacere inculium. Atque ideò deſideranti tibi illum locum proprietatis iure concedimus, præter æs, aut plumbum, vel marmora, ſi tamen ibi fuerint latere comperta. Age itaque, vt per te ſumat decorem, quod neglectum * in Curis vetuſtate iacuerat. Quatenus boni ciuis laudem inuenire merearis, ſi faciem tuæ ciuitatis ornaueris: ſecutus etiam ad poſteros tranſmiſſurus, quod proprio fuerit labore compoſitum. Quia tantò firmiùs vnuſquiſque poſſidebit, quantò ſe, auctoréſque ſuos ampliùs expendiſſe probauerit.

Vetuſtate iacere.

E

* *ſcribe, incuria*
Faties ciuitatis.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Competitorib.*] Hodie ſublata eſt competitio *l. 5. C. de petitionib. bon. ſubl. lib.* 10. *tit.* 12. FOR.

¶ 2 *Grande ſe*] addendum, *de ſe*, ex vet. ſqualida & inculta ornatis opponit. Sic varij auctores Frontino, Aggeno & Hygeno, de limitibus agrorum coniuncti *ſqualidum agrum, quaſi excolidum, quod iam à cultura exierit*, definierunt: ſicut Exconſulem, quod à conſulatu diſceſſerit. FOR.

¶ 3 *Si res ſqualida in meliorem loci faciem transferatur*] Intelligit author opera publica, vel quæ ad Rempublicam vel ciuitatem pertinent, vt videre eſt in *l. ſi quando. C. de oper. pub.* BROS.

F

¶ FORMVLA QVA CENSVS RELEVETVR EI qui vnam * 2 cauſam poſſidet prægrauatam. XLV.

* *Caſam*

De Cenſus diminutione.

CVM de agri vtilitate viuatur, & omnibus inde certum ſit iuſtum venire compendium, tributum illud poſſeſſionis in illa prouincia conſtitutæ, ita quereris oneroſum, vt vniuerſas tibi voraueri facultates lacus ille vaſtiſſimus functionis: & quod aliunde magno labore poteſt colligi, per illam videatur aſſumi, cuius vtilitatem nimis tranſcendit illatio, dum plus compulſoribus redditur, quàm à ſedulo præſtetur. Quapropter credimus te euadere poſſe nuditatem, ſi dominium huius rebis amiſeris, cui iugis ſterilitas de compulſoribus venit: ne conditione miſerabilis ſeruias neceſſitati, cuius dominus eſſe meruiſti. Sed quis hoc genus beneficij præſtari mediocribus leges ſacratiſſimæ cenſuerunt (vt qui pro vnius ceſpitis enormitate deprimitur, nec alterius commoditate ſubleuatur, moderatione habita ei debeat ſubueniri) magnitudinis noſtræ. cui cordi eſt cogitare iuſtitiam, præſenti auctoritate decernimus, vt ſi ita eſt, tot Solidos tributario ſupradictæ poſſeſſionis datis præceptionibus ad eos, quorum intereſt, ita faciatis de vaſariis publicis diligenter abradi, vt huius rei duplatum veſtigium non debeat inueniri: ſed per ſæcula ſine errore ſeruetur, quod vna communi ſumma concluditur.

G

Mediocres.

Vaſaria publica.

NOTÆ VARIORVM.

H

¶ 1 *Releuetur*] Hodie vetita eſt petitio releuationis, vel tranſlationis, vel adærationis, &c. *lib.* 10. *C. tit.* 18. *de collat.* donatorum vel reuelatorum, &c. FOR.

¶ 2 *Cauſam*] leg. *caſam. l. 4. ff. de cenſib. & tit. Cod. de cenſitorib.* & peræquat. *Nouell.* 163. Vlpian. Rhetor, *in orat.* de malè obita legat. ſcribit vacationem à muneribus pauperibus (qui hic mediocres dicuntur) conceſſam fuiſſe vt rem domeſticam curarent. Baſilij Porphyrogenetes conſtitutio recenſetur à Cedreno, & lib. 1 iuris Orientalis, qua pauperum, qui minùs ſoluendo eſſent, tributum à locupletioribus exigeretur, quod *allelengyum* vocabatur: de quo aliàs pluribus. Totius autē huius epiſtolæ argumentum conuenit diſputationi, *l. 4. ff. de cenſib. Vaſaria publica* hic ſunt, archiuorum, ac cenſus tabulæ, vt in *l. 12. loca, de cenſitoribus & peræquat. C. Theod.* quibus ſingulorum ciuium facultates deſcribebantur, id eſt, vt Theophili definitionem ſequar, *tit. de libert.* καλῶς ὅταν χαίρων, ἵνα ῥωμαῖοι ἀπογράφοιντο τὰς οἰκείας περιουσίας ἐπὶ τῷ ἐν [illegible] πολίτῃ [illegible] μέτρῳ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως ἕκαστον εἰσφέρειν: alioqui

Vaſarium

A Vaſarium eſt pecunia quæ publicè datur magiſtratibus in prouincias euntibus, vt equos, mulos, vaſa & ſupellectilem, cæteráque quæ magiſtratus inſtrumentum implerent, quod publico ſumptu compararent, meminit *Cic. in Piſon. Seſtertium centies & octogies, quod quaſi vaſarij nomine, in venditione mei capitis ex ærario tibi tributum Romæ in quæſtu reliquiſti?* Huius moris idem meminit *2. in Rull. & in 3. in Verrem:* Sueton. *in Auguſto*, Lampridius *in Alexand.* Budæus *de aſſe, lib. 3.* FOR.

¶ FORMVLA QVA 1 CONSOBRINA legitima fiat vxor. XLVI.

An conſobrinam liceat ducere in vxorem?

B INſtitutio diuinarum legum humano iuri miniſtrat exordium, quando in illis capitibus legitur præceptum, quæ duabus tabulis probantur adſcripta. Sacer enim Moſes, diuina inſtitutione formatus, Iſraëlitico populo inter alia definiuit, 2 vt concubitus ſuos à vicinitate pij ſanguinis abſtinerent: ne & ſe, in proximitatem redeundo, polluerent, & dilationem prolidam in genus extraneum non haberent. Hoc prudentes viri ſequentes exemplum, longiùs publicam obſeruantiam poſteris tranſmiſerunt: reſeruantes principi tantum beneficium, conſobrinis nuptiali copulatione iungendis. Intelligentes rariùs poſſe præſumi, quod à principe iuſſerant poſtulari. Admiramur inuentum, & temperiem rerum ſtupenda conſideratione laudamus, hoc ad principis fuiſſe remiſſum iudicium. Vt qui populorum mores regebat, ipſe & moderata concupiſcentiæ frena laxaret. Et ideo ſupplicationum tuarum tenore permoti, ſi tibi illa tantum conſobrini ſanguinis vicinitate coniungitur, nec alio gradu proximior approbaris, 3 matrimonio tuo decernimus eſſe ſociandam, nullámque vobis exinde iubemus fieri C quæſtionem: quando & leges noſtra permitti voluntate conſentiunt, & vota veſtra præſentis auctoritatis beneficio firmauerunt. Erunt vobis itaque, Deo fauente, poſteri ſolenniter hæredes, caſtum matrimonium, glorioſa permixtio, quando quicquid à nobis fieri præcipitur, neceſſe eſt vt non culpis, ſed laudibus applicetur.

Conſobrinus.

Nuptiæ ex reſcripto ...

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Conſobrina legitima*] Hodie tale reſcriptum iure noſtro prohibetur, *l. 1. C. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur.* FOR.

¶ 2. *Vt concubitus*] Ratio vitandarum inter conſobrinos ſeu patrueles nuptiarum: de quo D. Auguſtin. *lib. 15. cap. 16. de Ciuit. Dei.* quas inter conſobrinos ius ciuile olim permiſerat, *l. 13. Vxor, in fi. l. ſeq. ff. de cond. inſtit. l. pen. de rit. nupt. l. 19. celebrandis, Cod. de nupt. §. duorum, eod. tit. Inſt.* Quintil. *procemio, lib. 6.* D de filij obitu querens: *téne conſulari nuper adoptione ad omnium ſpes honorum patris admotum, te auunculo Prætoris generum deſtinatum?* Conſobrinorum nuptias vetuit Theodoſ. *d. c. 16. l. 3. C. Theod. de inceſt. nupt.* Ambroſ. *epiſt. 66. & lib. 1. Cod. Theod. ſi nuptiæ ex reſc. pet.* Caius *lib. 1. tit. 4. Inſtit.* Harmenop. *lib. 6. tit. 4.* Vndè accidit vt apud Theophil. *d. §. duorum*, [illegible] quibuſdam exemplaribus legatur, cùm ab archetypo Latino abſit negatio. FOR.

§ *Matrimonio tuo.*] Duorum fratrum liberi inter ſe coniungi poſſunt, non licet autem vxorem ducere, filiam patrui datam ita, poterant tamen coniungi reſcripto Principis vt hoc loco videre eſt *Cod. lib. 5. titul. 4.*

¶ FORMVLA 1 * AD PRÆF. PRÆTORIO, vt ſub decreto curiali prædia vendat. XLVII.

E ** vet. ad Præpoſitum*

De venditione prædiorum.

PAritur hos imptooida mortalium plerumque conditio, vt cum lædere putatur, conſulat, & cum conſulere videtur, affligat. Sed illud magis eſt eligendum, quod prodeſſe cognoſcitur. Nam 2 venena ipſa ſi iuuare probantur, accepta ſunt. E contra refugienda eſt ſuauitas mellis, quæ inferre dignoſcitur læſiones. Finis ergo ſapientis eſt, amare quod expedit: ſic nec igitur votum reſpicit, qui prodeſſe contendit. Prædia quidem Curialium non facilè 3 diſtrahi, prudens definiuit Antiquitas: vt ad neceſſitates publicas meliùs * efficerent, ſi ſubſtantiæ iuuamina plus haberent. Sed in hac iterum parte proſpexit, vt F ſi apud vos ineluctabilis neceſſitas appareret, rerum ſuarum diſtractio ſubueniret. Nam quid prodeſt, ſi quiſpiam videtur idoneus, & fieri non poſſit à contractis nexibus abſolutus? 4 Egenti ſimilis eſt, qui reddere nequit alienum, nec dici poteſt proprium, quod liberare dominum non videtur * 5 additum. Sed quamvis hoc veſtræ poteſtati fuerit legum auctoritate conceſſum, tamen ne quam rariſſimi facti ſuſtineretis inuidiam, illius municipia allegatione permoti, nos quoque eminentiæ veſtræ præſenti iuſſione permittimus, vt aliquid veritate diſcuſſa, ſi aliter ſolui nequeunt, diſtracta ligamina prædij ſui, quod propria voluntate delegerit, habeat licentiam diſtrahendi: ita vt reddat debitum, quod probatur eſſe contractum: ne vitio voracitatis imbutus, facultates ſuas abſorbere, videatur eſſe permiſſus. Conſtet apud vos probabilis cauſa damnorum, quoniam illis volumus ſubueniri, qui duris neceſſitatibus probantur aſtringi: G vtrumque enim poteſt eſſe culpabile, aut malis moribus frena laxare, aut iuſtas iterum querelas excludere. Quapropter prouidè vobis permiſit Antiqoitas de illa cauſa decernere, cui eſt vtile Curiam cuſtodire. A quibus enim munia poterunt ſuſtineri, ſi ciuitatum 6 nerui paſſim videantur abſcidi?

Venena bona.

Decurionum prædia.

** fortè ſufficerent*

Bona, deducto ære alieno, intelliguntur.

** addictũ malim vel à debito.*

Cauſæ cognitio. Nerui ciuitatum.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ad Præfect. Prat.*] ſic excudi curauimus, cùm in excuſis legeretur perperam, *Ad Præpoſitum*: error natus ex notarum inſcitia, vt aliàs ſæpè. FOR.

¶ 2. *Venena iuuare*] veneni verbum, medium eſt: *ideóque qui venenum dicit, adijcere debet, an bonum, an malum: nam & medicamenta venena ſunt: quia eo nomine omne continetur quod adhibitum, naturam eius cui adhibitum eſſet, mutat, l. 236. qui venenum, de verb. ſign.* FOR.

¶ 3 *Diſtrahi*] Decurionum ſeu Curialium prædia H ſine decreto & cauſæ cognitione alienare non licuit. *tit. 33. lib. 10. Cod.* noſter Caſſiodorus *lib. 9. epiſt. 2. Prædia*, inquit, *Curialium, vndè maximè mediocribus parantur inſidiæ, nullus illicita emptione peruadat: quia contractus dici non poteſt, niſi qui de legibus venit.* Iuſtinian. *Nouell. 101.* Cauſa prohibitionis ſubiungitur, *vt ad neceſſitates publicas melius ſufficerent*: ſic enim emendandum cenſeo, cùm priùs perperam ſcriberetur, *efficerent, ſi ſubſtantiæ iuuamina plus haberent.* FOR.

¶ 4 *Egenti ſimilis*] *Bona etenim cuiuſque intelliguntur quæ deducto ære alieno ſuperſunt. l. Subſignatum, de verb. ſignif. l. 72. Mulier, de iur. dot. l. 11. non poſſunt, de iur. fiſc. l. 69. Vſufructu, D. ad l. Falcid.* Quintilian. *declam. 233.* Harpocration in dict. [illegible] FOR.

¶ 5 *Additum*] in veteri quidem manuſcr. legitur, *à debito*, quod antequam conſuluiſſem, *addictum*, ipſe emendaram: an rectiùs, alij viderint, mihi certè non omnino coniectura diſplicebat: & *liberare Dominum, addictum*, tanquam oppoſito relata accipiebam, quando

is

A Is qui debet creditori obnoxius eſt, ὑπαίθυμ@, vt & Gordianus ait, *quaſi cliens*, *l. 3. C. de Nouat.* FOR.

¶ 6 *Neruι*] Curiales, nerui ciuitatum epiſt. 2. infrà lib. 9. & in Maiorani Nouell. vbi non *ſeruos*, ſed *neruos*, legend. Nouell. 5. FOR.

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variorum

LIBER † VIII.

[† quintus]

¶ 1 IVSTINIANO IMPERATORI Athalaricus Rex. 1.

Mittuntur legati ad pacem tractandam.

B [*Legatio de pace.*]

IVSTA poſſem reprehendi, clementiſſime principum, ſi pacem veſtram quærerem trepidè, quam "patentes meos conſtat ardentius expetiſſe, aut in qua parte dignus hæres exſterem, ſi auctoribus meis Impar in tanta gloria reperirer? "Non vos Maiorum purpuratus tantum ordo clarificat, non ſic regia ſella ſublimat, quantum longè latéque portus * gratia veſtra nobilitat. Omnia enim regno noſtro perfectè conſtare credimus, ' ſi hanc nobis minimè deeſſe ſentimus. "Sed vt pietati veſtræ præconiale eſt diligere, quorum partes contigit "vos ' amaſſe. Nemo enim creditur impendiſſe veteribus puritatem innocuam, niſi qui eorum ſtirpem habere probatur acceptam. [Claudantur odia cum ſepultis:] ita perire nouerit, eum proteruis: [gratia non debet occumbere cum dilectis:] ſed magis affectuoſiùs tractandos eſt, qui ad regni cauſas innocens inuenitur. Perpendite, quid à vobis mereatur ſucceſſor bonorum. Vos auum noſtrum in veſtra ciuitate celſis Curulibus extuliſtis. Vos genitorem meum in Italia * palmate claritate decoraſtis. Deſiderio quoque concordiæ factus eſt per arma filius, quia * vnis nobis penè videbatur æquæuus.' Hoc nomen adoleſcenti congruentiùs dabitis, qualia noſtris ſenioribus præſtitiſtis. In parentelæ locum noſter iam tranſire debet affectus. Nam ex filio veſtro genitos, naturæ legibus ' vobis non habetur extraneus. Atque ideò pacem non longinquus, ſed proximus peto: quia tunc mihi dediſtis gratiam nepotis, quando meo parenti adoptionis gaudia ' præſtitiſtis. Introducamur & in veſtram mentem, qui adepti ſumus regiam hæreditatem. Illud eſt mihi ſupra dominatum, tantum ac talem rectorem habere propitium. Primordia itaque noſtra ſolatia mereantur principis longæui habere, pueritia tuitionem gratiæ conſequatur, non in totum a parentibus deſtituimur, qui protectione fulcimur.

D Sit vobis regnum noſtrum gratiæ vinculis obligatum. Plus in illa parte regnabitis, vbi omnia caritate * inbetis. Quapropter ad ſerenitatem veſtram illum & illum Legatos noſtros æſtimauimus eſſe dirigendos: vt amicitiam nobis illis pactis, illis ' conditionibus concedatis, quas cum diuæ memoriæ * domno auo noſtro inclitos deceſſores veſtros conſtat habuiſſe. Aliquid forſitan & amplius mereor ſinceritatis, cuius nec ætas videtur eſſe ſuſpecta, nec generatio iam probatur extranea. Quædam verò per ſupraſcriptos Legatos "noſtros ſereniſſimis ſenſibus verbo "inſinuanda commiſimus, quæ clementiæ, veſtræ more ad effectum facite peruenire.

[" V Parens. FOR. *Hereditas gloria.* " Al. *mereris.* FOR. *Purpura ra in cælo.* * gloria. ' ſed " Al. Sed & FOR. " Al. *nos.* FOR. ' amaſſe]

C [* palmata *Filius per arma.* * Fortè, annis, melius quamvis vobis. FOR. nobis ' præſtitiſti]

[* iubebitis ' condi- ctionibus * domino FOR. " *Noſtros* abeſt à veteribus FOR. " Al. *intimanda.* FOR.]

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Iuſtiniano*] Rectius ex veteribus ſchedis *Iuſtino*: nam hic Athalaricus ſucceſſit auo ſuo materno Theoderico, cum matre ſua Amalaſuentha anno Chriſti 522. FOR.

E

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. 2.

Ortum regni ſui denotat, aſſerendo beneuolentiam, & quod fidelitatem debitam præſtent, iniungit.

PLeniſſimum gaudium conſtat eſſe P. C. cognoſcere dominantis exortum: vt qui creditur vniuerſos poſſe protegere, audiatur ad regni culmina perueniſſe. Menſura lætitiæ de magnitudine nuntij venit, & tanta fit alacritas animi, quanta fuerit & conſideratio rei. Nam ſi prudentes viros ' erigunt commoda * prædicta ſodalium, ſi amicorum relevat ſoſpitas nuntiata, quanta exultatione ſuſcipi debet, omnium rectorem feliciter proueniſſe terrarum? Quem non protulit commota ſeditio; non bella feruentia pepererunt non Reipub. damna lucrata ſunt: ſed ſic factus eſt per ' quietem, quemadmodum venire decuit ciuilitatis auctorem.] Magnum profectò * ' fidelitatis genus, obtinere ſine contentionibus principatum, & in illa Repub. adoleſcentem dominum fieri, vbi multos conſtat maioris moribus inueniri.] Non enim poteſt cuilibet ætati deeſſe conſilium, vbi tot parentes publicos conſtat inuentos. Prælata eſt ergo ſpes noſtra cunctorum meritis, & certiùs fuit de nobis credi, quàm quod de aliis potuit approbari, non iniuria, ' quomodo quæuis claritas 1 generis * à malis cedit, & ſicut qui ex vobis naſcitur, origo ſenatoria nuncupatur. ita qui ex hac familia progreditur, regno digniſſimus approbatur. Probata ſunt præſenti facto, quæ loquimur. Nam cum ' domni aui noſtri pro beneficiorum ' quantitate dulciſſima nobis recordatio vtgereretur ' extremis; magnitudinem dominationis ſuæ tanta in ' nobis celeritate transfudit, vt non tam regnum quàm veſtem crederes eſſe mutatam, Tot proceres manu conſilióque glorioſi nullum murmur, vt aſſolet, miſcuerunt, ſed ita cum magno gaudio ' ſecuti ſunt principis ſui iudicia, vt voluntatem ibi potiùs agnoſceres confluxiſſe diuinam. Quapropter neceſſarium duximus, propitio Deo, de ortu regni noſtri vos facere certiores. ' 2 Quia dilatatum ' ſicque mutatum ' videtur imperium, cum tranſit ad poſteros. [Nam quodammodo ipſe putatur viuere, cuius * nobis progenies cognoſcitur imperare. ' Hæc habuerunt veſtra vota, hæc illius fuit indubitata ſententia, vt hæredem bonorum ſuorum relinqueret, qui beneficia eius in vobis poſſit augere. Amore principum conſtat inuentum, vt ſimulachris æneis fides ſeruaretur imaginis: quatenus ventura progenies auctorem videret, qui ſibi Rempub. multis beneficiis obligaſſet. Sed quantò verior eſt, qui viuit in poſteris? per quos plerúmque & forma corporis redditur, & vigor animi protelatur. Et ideò nobilitatis veſtræ fidem ' maiore nunc ſtudio * oſtendit: quatenus & priora munera meritis videantur eſſe collata, & futura indubitanter eis præſtemus, quos præteritorum immemores fuiſſe minimè ſenſerimus. Noueritis etiam diuina prouidentia fuiſſe diſpoſitum, ' vt Gothorum Romanorúmque nobis generalis conſenſus accederet, & voluntatem ſuam, quam puris pectoribus offerebant, 3 iuris etiam iurandi religione firmarent. Quod vos ſecuturos eſſe minimè dubitamus, tempore non ' amore, nam à vobis potuit inchoari '. quod præeunti longinquitate ſequimini. Conſtat enim excellentiſſimos patres tantò amplius poſſe diligere, quantò maiores honores à cæteris ordinibus viſi ſunt accepiſſe. Sed vt primordia noſtra, & circa vos ' benignitatem poſſitis agnoſcere (quia decet Curiam "veſtram beneficiis introire) "illuſtrem Sigiſmerem, Comitem noſtrum, vobis cum ' his qui directi ſunt, fecimus ſacramenta præſtare.' Quia inuiolabiliter ſeruare cupimus, quod publica auctoritate promittimus. Si qua autem à nobis poſtulanda credidis, quæ veſtræ ſecuritatis incrementa multiplicent, indubitanter petite, commoniti, quos ad fundendas

[*Succeſſit regni paterni, filius. Lætitia maior ex nuntij magnitudine.* ' exigunt * prædicata ' quieti * veret.]

F [ſcelerati ciuilitatis *Æcm.* ' quoniã * Amalis *Origo ſenatoria.* ' domini ' qualitate extremus nos FOR. ' ſecuta]

G [' quia magis ' quam ' videmus *Mortuus putatur viuere quis.* * vobis ' Hoc *Heres bonorum. Statua Principũ. Imago verior in hærede filio, quam in ſtatua.*]

H [' maiorẽ * deberis oſtendere: ' Si *Iuratur Regi.* ' amare ' benignitati: " Al. *noſtrã* FOR. " Al. *Illuſtrem Sigiſmerem.* Al *Illuſtra, Sigiſmero.* FOR. *Rex ipſe iurat.* ' iis ' quæ]

preces

A

preces nos etiam ' videmur hortari. Promiſſio ' potiùs eſt iſta, quàm commonitio. Nam qui reuerendum Senatum ſupplicare præcipit, quod impetrare poſſit nihilominus compromittit. Nunc veſtrum eſt, tale aliquid ſperare, quod communem Remp. poſſit augere.

' iubemus ' enim potius

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Generis à malis cedis*] ſcribe ex vet. *generis Amalis cedit*. quæ emendatio comprobatur epiſt. 8. huius lib. 8. & hæc eadem vox reddenda eſt epiſt. 34. *ſup. lib.* 5. Eſt autem Amalis cognomen Athalarici. infra hoc *libro epiſt.* 5. *& 9.* FOR.

¶ 2 *Quia dilatatum quàm mutatum videtur imperium*] lib. Diuionenſis, *quia dilatatum videtur imperium*, reliqua verba non agnoſcit. Eſt autem notanda phraſis, qua ſubauditur dicto *magis*, vt apud Græcos μᾶλλον: infrà lib. 11. epiſt 8. & epiſt. 25. lib. ſeq. Pindar. Nemæis ὑπτιῶν μᾶλλον ἢ κατιῶν. Tertullian. exhortatione ad caſtitatem, *puto nobis non licere naſcentem necare, quàm & natum*. Ammian. Marcellin. *lib.* 31. *concitato, quam conſiderato cuiuum aſſultu perterritus eſt*, vtrobique *magis*, vel quidpiam ſignificationis comparatiuæ ſubintelligitur, quod Helleniſmum vel Iudaiſmum redolcat, quale illud eſt, *functionem recipiunt per ſolutionem, quàm ſpecie*, l. 2. *ſi cert. pet. & meritis liberos quam pactionibus adſtringi placuit*, Paul. *lib.* 4. *tit.* 3. *ſentent. & mihi eſt gratum hic præſtare poſſe, quàm libertatem l.* 39. *de fideicomm. libert. l.* 2. *fin. de in lic. l.* 7. *ſi hominem*, §. 1. *d. poſit.* Anton. Auguſtin. *lib.* 4. *c.* 8. *emend.* primus omnium admonuit. FOR.

B

¶ 3 *Iuris etiam iurandi religione firmarent.*] Iurabãt Senatores, iurabat populus principi, & viciſſim ipſe princeps populo ac Senatui ſtatim poſt ſuſceptas Imperatorias infulas, quem morem in Gallia retentum, & ad hæc vſque tempora in principibus noſtris inaugurandis obſeruatum ſcimus. BROS.

C

¶ POPVLO ROMANO ATHALARICVS Rex. III.

Senatui vrbis Romæ ſuper eodem.

SI vos externus hæres imperij ſuſcepiſſet, dubitare forſitan poteratis, ne quos prior dilexerat, in videndo ſubſequens non amaret: quia neſcio quo pacto cum ſucceſſor amplius laudari nititur, præcedentis fama * lætatur. Nunc verò perſona tantum: non eſt autem vobis gratia commutata: quando rectè vobiſcum agi credimus, ſi aui veneranda ' iudicia ſubſequamur. Noſtræ ſiquidem opinionis intereſt, vt quos ille benigniſſimè tuitus eſt, nos etiam ſtatuta conſtantia copia & beneficiorum vbertate paſcamus. Minùs cogitant, qui obſcuris principibus, & verſatis in mediocri ' notione ſuccedunt. Nos talis præceſſit, vt exquiſitis virtutibus eius ſequi veſtigia debeamus. Quapropter, auſpice Deo dictum ſit, glorioſi ' domni aui noſtri ita vobis nuntiamus ordinatione diſpoſitum, vt Gothorum Romanorúmq; in regnum noſtrum ſuauiſſimus cõſenſus accederet: & ne aduerſis rebus aliqua poſſit ' remanere ſuſpicio, vota ſua Sacramentorum interpoſitione firmarunt, ſe dominatum noſtrum tanto gaudio ſubire, tanquam ſi vel illis ' domnus auus noſter fatali ſorte non videretur ſubtractus: ne ſolis linguis, ſed etiam imis pectoribus, probarentur eſſe deuoti: quod ſi vos, ' vt opinamur, libenti animo ſimilia feceritis, harum portitores ſub ' obteſtatione diuina nobis fecimus polliceri, iuſtitiam nos & ' æquabilem clementiam, quæ populos nutrit iuuante domino, cuſtodire, & Gothis Romaniſque apud nos ius eſſe commune, nec aliud inter vos eſſe diuiſum, niſi quod illi labores bellicos pro communi vtilitate ſubeunt: vos autem ciuitatis Romanæ habitatio quieta multiplicat. Ecce ad conditionem clementiſſimam

Succeſſor non externus.

* leg. lædatur, al. lenatur lacerarur FOR.

' veſtigia

' Forte actione FOR.

' domini

D

' remeare

' dominus

& ' atteſtatione FOR.

' æqualem

Gothorum & Romanorũ ius cõmune, Rex populo &

E

ſacramenti inclinando noſtrum euexímus principatum: vt nihil dubium, ' nihil formidoloſum populi habere poſſint, quos beatus noſter auctor enutriuit. Ecce Traiani veſtri clarum ſæculis reparamus exemplum. 1 Iurat vobis, per quem iuratis: nec poteſt ab illo quiſquã falli, quo inuocato non licèt impunè mentiri. Erigite nunc animos, & Deo propitio, meliora ſemper optare, vt ſicut à caritate poteſtatem regiam inchoauimus, ita tranquillitatem, Deo placitam, ſequentibus temporibus exequamur.

viciſſim populus Regi iurat.

' nil.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Iurat vobis, per quem iuratis,*] Pro intellectu huius loci vide quæ in ſuperiori epiſtola annotauimus, quibus adiungere libet verba Plinij in Panegyrico ad Traianum ad iuſiurandum principi, & à principe Conſulatum ineunte præſtitum pertinentia. *Accedis ad Conſulis ſellam, adigendum te prabes in verba principibus ignota niſi cum iurare cogerent alios*, & paulò poſt: *quin etiam ſedens ſtanti prabuit iuſiurandum, & ille iurauit, expreſſit, explanauitque verba, quibus caput ſuum, domum ſuam, ſi ſcienter feſelliſſet.* Ex quibus apparet poſt vota iurari ſolitum Imperatori à magiſtratibus, à Senatoribus, à populo ipſo. BROS.

F

¶ VNIVERSIS ROMANIS PER ITALIAM ET Dalmatias conſtitutis, Athalaricus Rex. IV.

Super eodem.

HOnorabile credimus, indicare quod fama potuiſtis teſte cognoſcere. Ipſe ſiquidem de ſe bene ' arbitrabitur æſtimatum, qui regium meretur alloquium: quia dignitas eſt ſubiecti, affatus meruiſſe dominantis, in ea præſertim cauſa, in qua omnium corda ſic videntur eſſe ſolicita, vt ſi non cognoſcant proſperum, credant ſemper aduerſum. Nam qui audit mutatum, nouum nihilominus formidat imperium. Et re vera neſcio quid triſte creditur cogitare, qui tardat inter initia benigna promittere. Quapropter locum ſiniſtris cogitationibus amputantes, aliter de nobis non patimur credi, quàm quod de noſtris potuit parentibus æſtimari. Et ideo, quod Diuinitate propitia dictum ſit, glorioſo ' domno auo noſtro feliciter ordinante, tam Gothorum quàm Romanorum præſentium pro munimine indepti regni ſacramenta ſuſcepimus: quod vos quoque facturos eſſe libentiſſimè, indicamus: vt qui fideles parentibus noſtris extitiſtis, nobis quoque ſimili deuotione pareatis. Suauiùs enim diligit hæredem, qui beneficiorum recordatur auctorem. Sed vt vobis beneuolentiæ noſtræ iam nunc integritas innoteſcat, imis iurandi vobis fecimus religione promitti, quod & noſtrum poſſit declarare propoſitum, & ſpem debeat munire cunctorum.

Colloqui cum prin. eſſe honorificum. ' arbitratur

G

' domino

Regni ſacramenta.

H

¶ VNIVERSIS GOTHIS PER ITALIAM conſtitutis Athalaricus Rex. V.

Super eodem.

VOluiſſemus, quidem domni aui noſtri longæuæ vitæ gaudia nuntiare: ſed quoniam diligentibus dura ' conditione ſubtractus eſt, nos hæredes regni ſui, Deo ſibi imperante, ſubſtituit: vt ſucceſſione ſanguinis ſui beneficia, vobis à ſe collata, faceret eſſe perpetua: dum nos illa & augere & tueri cupimus, quæ ab illo facta eſſe cognoſcimus. Cuius ordinationi adhuc eo ſuperſtite in regia ciuitate ita ſacramenti interpoſitione cunctorum vota ſociata ſunt, vt vnum ' crederes promittere, quod generalitas videbatur optare. Hoc vos ſequentes exemplum, pari deuotione peragite:

V. Voluiſſem quod in verbo domini. FOR ' conditione

' crederetis *Iuramentum.*

A agite : ne qoid à præſentibus minùs feciſſe videamini, à quibus creditur totum ſimiliter poſſe compleri. Illum verò Comitem “ vobis fecimus iurata voce promittente, vt ſicut nobis veſtrum animum deuotiſſimè proditis, ſic optata de noſtris ſenſibus audiatis. Recipite itaque proſperum vobis ſemper oomen, ' Amalorum regale prosapiem, “ baltbenm germen, infantiam purpuratam : per quos, Deo iuuante, parentes ' noſtri decenter euecti ſuut, & inter tam prolixum ordinem Regum ſuſceperunt ſemper ' augmenta. Credimus enim “ de diuinitate propitia, quæ ' Maiores ooſtros dignanter adiuuit, nunc quoque gratiam ſuæ dignationis impendere, vt & nobis regnantibus bonarum rerum fructus dulciſſimos afferatis, qui ſub noſtris parentibus copioſa virtutum laude floruiſtis.

“ al. *nobis*. For. *Amalorū proſapia*. “ al. *aſtbeū germen*. ' Hamalorum For. ' veſtri ' augmentum “ Hæc vox *de* abeſt ab vno vet. For. ' meliores

¶ 1 LIBERIO * PRÆPOSITO GALLIARVM Athalaricus Rex. VI.

Vt inducat deuotos regni ad fidelitatem ſeruandam.

* Præf. præt.

B SCimus, animum veſtrum de obitu glorioſæ memoriæ domini aui ooſtri acerbo dulore fatigari, dum omnia bona grauiter defleantur amiſſa. Plus enim quæritur, ' dum dominus deſiderabilis abrogatur. Expedit autem ſtudio pietatis, afflictam mentem compenſatiuo remedio conſolari : quia vix ſentitur amiſſus, cui non ſuccedit extraneus. Sic enim, Deo ſibi imperante, proſpexit, dum eſſet & poſt fata prouidus, vt regionibus ſuis pacem relinqueret, ne ſ iquis nouitas quiete turbaret. In ſellam regni ſui nos ' dominos collocauit, quatenus decus generis, quod in illo floruit, in ſucceſſores protinus æquali luce radiaret. Cui ordinationi Gothorum Romanorúmque deſideria connectuntur : ' vt ſub iuriſiurandi religione promitterent fidem ſe regno noſtro deuoto animo ſeruaturos. Quod ad illuſtris magnitudinis veſtræ notitiam ' credimus perferendum : vt ab ' his qui in ' Galliis regno ' pietatis ooſtræ deuoti ſunt, ſimile proferatnt exemplum. C Et ſicut animos noſtros circa ſe minores non deſiderant effici, ita pari ' conditione teneantur aſtricti.

Heres regni. ' eum ' dominus For. *Iurati principi ſubditi.* ' ita ſi ' credidimus ' iis ' Gallico ' pietati ' conſideratione

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Liberio præpoſito Galliarum*] io vetere, *Liberio populo Galliarum*, ſed error manauit ex notis legendum videtur, *Liberio Præf. Prat. Galliarum* : quam emendationem confirmat epiſt. 1. lib. 11. For.

¶ VNIVERSIS PROVINCIALIBVS PER “ Galliam conſtitutis Athalaricus Rex. VII.

“ al *Galliis*. For.

De mutuo iureiurando regi præſtando.

D LIcet glorioſæ memoriæ ' domni aui noſtri pro excellentibus meritis triſtis ' videatur occaſus, tamen quia ille humana conditione decubuit, ad continuandam gubernationem, quam ſingulariter geſſerat, nos reliquit, ne damnum boni principis ſentiretis, cuius vobis noſcitur regnare progenies. Nullus enim apud nos perdit, * qui illi paruit : ſed duplici largitate munifici, & illius debita reddimus, & futuris obſequiis beneficia ingenita pietate ' muniamus. Atque ideo fidem priſtinam ' maiori nunc vos conuenit deuotione monſtrare, quia bene proſpicit “ rebus futuris, qui regnantium ſeruit initiis, dum ipſe & in reliquum perſeuerare creditur, qui primordia fouere ſentitur. Indicamus autem, fauore diuino, cum ad regni culmina perueniremus, omnia nobis ſic felicia, ſic tranquilla ceſſiſſe, vt vnum loqui ' credetes, quod generalitas inſonabat : nec putaretur humanum, quod tot vota ingentium populorum nihil probata ſunt habere contrarium. Vnde vos quoque prædicta conuenit imitari, vt Gothi Romanis præbeant iuſiurandum, & Romani Gothis Sacramento “ confirment, ſe vnanimiter regno ooſtro eſſe deuotos. Quatenus & nobis veſtra ſynceritas laudabiliter innoteſcat, & ad quietem veſtram proficiat inuicem promiſſa concordia. Sit inter vos legalis miſſa tranquillitas : potior minori non ſit ' infeſtus. Habetote animum pacatum, qui bellum non habetis externum. Quia primum inde nobis placere poteritis, ſi vobis hac ratione ' proficiatis.

' domini ' videatur vobis * quod paruit For. ' nunciamus ' maiore “ al. *reb. humanis futuris*. For. ' crederetis

E *Mutuum concordiæ iuramentum.* “ al. *firmarent*. For. ' ſit ' proſpicietis For.

¶ VICTORINO VIRO VENERABILI Epiſcopo Athalaricus Rex. VIII.

Vt inter ſe concordiam ſeruantes, regno ſuo per omnia ſint deuoti.

F DE fide atque conſtantia tales ſunt commonendæ perſonæ, quæ deſideriis humanis diuerſa ſorte quatiuntur. Vos autem, quos ſapientia firmos efficit, & mens religioſa conſolidat, 1 ad prouincialium ' potiùs conuenit adunationes animari. Quia iuſtè debitor fit alieni arbitrij, qui à pluribus meretur audiri. Quapropter ſalutantes veneratione, qua dignum eſt, quod vobis quidem mœrorem poſſit indicere, tranſitum glorioſæ memoriæ ' domni aui noſtri cum dolore maximo nuntiamus. Sed inde poteſt veſtra triſtitia temperari, quia nos in ſede regni ſui, diuinitate propitia, collocauit : vt in ' totum deſiderio veſtro non videatur ereptus, qui vobis conſurgit in ſucceſſione reparatus. Fauete nunc orationibus ſacris, noſtris libenter auſpiciis : vt Rex cœleſtis humana nobis regna confirmet ; gentes externas atterat : peccata abſoluat : ' conſolidet & conſeruet propitius, quod parentibus noſtris dignatus eſt præſtare glorioſus. G Quapropter ſanctitas veſtra prouinciales cunctos admuneat, vt inter ſe concordiam habentes, regno noſtro per omnia debeant eſſe puriſſimi. Cupimus enim in ſubiectis fidem reperiri, quam larga poſſimus pietate munerari.

' vobis ' domini *Non amittitur, qui ſucceſſore relinquit mortuus.* ' toto ' conſolidat

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ad prouincialium, conuenit adunationes animarum.*] Aul. Gellius *lib. 2. cap. 29. veniant operámque mutuam dent, & meſſem hanc nobis adiuuent*, quanquam nonnullis in libris adiuuent ſcriptum, ſed perperam legatur. For.

¶ “ TOLONICO VIRO PATRITIO Athalaricus Rex. IX.

“ al. *Tullio* al. *Tullo*. For.

De honore patriciatus.

H LIcet ad regendos populos idoneos efficiant, quos ad auguſtum culmen diuina ' prouexerint (quando nec ætas impedit, vbi ſeſe potentia cœleſtis infundit) tamen ad releuandam florentiſſimæ noſtræ ætatis ſolicitudinem, viſum eſt te virum prudentiſſimum conuenienter adhibere, quem conſtat etiam domini aui noſtri tractatibus iugiter & laudabiliter adhæſiſſe. Quod ſi dignum fuit, hoc illum talem tantúmque facere, quantò magis nobis conuenit ſolatium quærere, * quod pro adoleſcentiæ flore decenter adhuc ne poſſumus indigere ? Magna eſt enim infinitáque prudentia quam nemo ſic alloquitur, vt eam non neceſſariè, & per alios quærere videatur. Senes ipſi conſiliis ſapientiam diſcunt, & à maturis in commune quæritur, quod pro omnium vtilitate tractatur. Solatium ' curarum frequenter ſibi adhibent maturi Reges, & hinc meliores æſtimantur, ſi ſoli omnia

Patritiatus dignitas data. ' prouexerunt *Aliena frui prudentia.* * quomodo al. quo ' curiarū

A

non præſumunt. Quod ſi longæui domini ſubiecto-tum ingenijs adiuuantur, conſultè relaxamus ' ætatis noſtræ breues ferias, vt ſuis incrementis ' deuota proſperius, robuſtior ad ' imperij pondera ſuſtinenda conſurgat. Atque idcò te, cum fauore diuino, ſuggeſtu præſentalis Patritiatus erebimus: vt pro Repub. noſtra tractantem ſedis celſa ſublimet. Ne ſententia ſalutaris, cui decet humiliter * parere, à loco videatur veniſſe communi. Hic eſt honor, qui & armis conuenit, & in pace reſplendet. Hunc illa diues Græcia, quæ multo glorioſiſſimo ' domno auo noſtro ' debuit, gratificata perſoluit: velauit fortes humeros clamydum veſtis: ' pinxit * ſuta ſetis colceus eſſe Romanus: & * dignitatem viſus eſt accipere, quod ſe cognoſcebat aſſumere per honorem. Creſcebat viſendi ſtudium Eois populis ' heroëm noſtrum. Dum neſciu quò pacto, in eum qui bellicoſus eſſe creditur, ciuilia plus amantur. Hac igitur honoris remuneratione contentus, pro exteris partibus indefeſſa deuotione laborauit: & præſtare cum ſuis parentibus principis dignabatur obſequium, qui tantorum Regum fuerat ſtirpe procreatus. Sic ſe magnorum beneficia ſemper

B

extollunt: vt & quibus imperare nequeunt, iura venerationis imponant. Diligit omnis * morem mens ſuis prouectus ſemper auctorem: & mortalitatis iura neſciunt: qui beneficiis non tenentur. Sed longum eſt, de eius gloria ſufficienter loqui, quem ſingularem gentibus ſæcula fœcunda genuerunt. Ipſius te labor inſtituit, vt nos minus laborare debeamus. Tecum pacis otia, tecum belli dubia conſerebat: &, quod apud ſapientes Reges ſingulare munus eſt, ille ſollicitus ad omnia ſecurè tibi pectoris pandebat arcana. Tu tamen nullos reſponſis * ludebas ambiguis. Amaſti in audiendo patientiam, in ſuggeſtione veritatem: ſæpè quæ ad eum falsò peruenerant recto ſtudio corrigebas, &, quod rarum confidentiæ genus eſt, interdum reſiſtebas contra vota principis, ſed pro opinione recto-ris. Patiebatur enim inuictus ille prælijs pro ſua fama ſuperari, & dulcis erat iuſto principi rationabilis con-

C

trarietas obſequentis. Ama nunc ſublimior iuſtitiam, quam ſeruiens diligebas. Oſtende te illius eſſe diſcipulum, qui nunquam laborauit incaſſum, iunctus ' Amalo generi, nobiliſſima tibi facta ' conſortia. Omne ſiquidem bonum regia ſuadere debet affinitas. " Actutus eſt conſueta prudentia, vt laude motum faſtigium contigiſſe videatis excelſum. Extat gentis Gothicæ ' huius probitatis exemplum, ' Genſimundus ille toto Orbe cantabilis: ſolum armis filius factus, tanta ſe Amalis deuotione coniunxit, vt hæredibus eorum curioſum exhiberet famulatum, quamvis ipſe peteretur ad regnum. Impendebat aliis meritum ſuum, & moderatiſſimus omnium, quod ipſi conferri poterat, ille ' paruulis exhibebat. Atque ideo eum noſtrorum fama concelebrat. Viuit ſemper relationibus, qui quandoque moritura contempſit. Sic quandiu nomen ſupereſt Gothorum, fertur eius cunctorum atteſtatione præconium. Vnde fas eſt de te meliora credere, quem noſtri conſtat generis affinitate gaudere.

D

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. x.

Super eodem.

HAbetis P. C. vnde glorioſo principi gratiam referre debeatis, quando præcelſo viro * Tulum, & noſtra " affinitate fulgenti, veſtri ordinis contulimus dignitatem. Auctus eſt enim pacis genius de ferri radiantis ornatu, nec diſcincta iacet toga, iam procinctualis effecta. Ante vobis contulimus honores, ſed nunc ipſam eteximus dignitatem. Per omnes eſt nimirum ſplendor ' refuſus, quem præſens poteſt habere Patritius: * quoniam illa eſt natura puriſſimi luminis, quæ relucet & proxima. Sed quamvis ſit vo-

E

bis notiſſimus candidatus, qui domini aui noſtri tam claris ac diuturnis adhæſit obſequiis, tamen iuuat illa repetere, quæ conſtat ad inſtitutoris eius gloriam pertinere. Primum, quod inter nationes eximium eſt, Gothorum nobiliſſima ſtirpe gloriatur, qui mox vt inter parentes infantiam reliquit, ſtatim rudes annos ad ſacri Cubiculi ſecreta portauit, agens non vt ætas, ſed vel locus potiùs expetebat. Nam licèt omnia Regum obſequia ſub cautela peragenda ſunt, illic tanto timoris ampliùs acquiritur, quanto proximus plus habetur. Arduum nimis eſt, meruiſſe Principis ſecretum, vbi ſi quid cognoſcitur prodi, ' vel ab alto formidatus. ' Has procellas moderator ſui ſine offenſione tranſmiſit: carus ' ſummatibus, collegis ſemper acceptus: vt iam tunc magnæ felicitatis videretur eſſe præſagium, gratiam metuiſſe cunctorum. Cuius vt cœpit ætas adoleſcere, teneri que anni in robuſtam ' gentis audaciam conduruit, ad expeditionem directus eſt " Sirmienſem: vt quod ab illo Martio viro didicerat verbis, in camporum libertate monſtraret. Egit

F

de " Huonis inter alios triumphum; & emeritam laudem primis congreſſibus auſpicatus, necei dedit * Bulgares, toto orbe terribiles. Tales mittunt noſtra cunabula bellatores, ſic paratæ ſunt manus, vbi exercetur animos. Nutritus in otioſo ſeruitio ' laborioſos ſubegit, & quod exercitatione non didicit, virtus manus " propria compleuit. Redit ſubitò ad Principem ' veteranus, egreſſus primæuua: vt non pacatis obſequiis, ſed armis ſtuduiſſe crederetur. Hoc rimator ille actuum, & ' honorum remunerator inſpiciens, vigorem ' illi regiæ domus virtutis contemplatione commiſit: vt quem ingenioſum bella probauerant, fortiſſimi regis conſiliis miſceretur, ad inuenienda ſubtilis, ad implenda robuſtus, ad celanda cautiſſimus. Egit locum merito publici ' ſecreti. Cum ipſo prælia, cum ipſo negotiorum æquabilia diſponebat, & in tantam ſe ſimilitudinem eius cogitationis adiunxerat, vt cauſis recognitis, quod ille velle po-

G

terat, iſte ſua ſponte peragebat. Defenſorem omnium ſuis tractatibus adiuuabat, & miniſtrando conſilium, regebat ipſe Rectorem. Admonet etiam expeditio Gallicana, vbi iam inter duces directus, & prudentiam ſuam bellis & pericula promptiſſimus ingerebat. ' z Arelate eſt ciuitas ſupra vndas Rhodani conſtituta, quæ in Orientis proſpectum tabulatum pontem per nuncupati fluminis dorſa tranſmittit. Hunc & hoſtibus capere, & noſtris defendere neceſſarium fuit. Quapropter excitata ſunt Gothorum Francorúmque validiſſima tempeſtate certamina. Affuit illic dubiis rebus audacia candidati: & tanta cum globis hoſtium concertatione pugnauit, vt & inimicos à ſuis deſideriis amoueret, & vulnera factorum ſuorum ſigna ſuſciperet: vulnera inquam, opinio inſeparabilis, ſine aſſertore præconium, propria lingua virtutis, quæ licet ad præſens periculum ingerant, reliquum tamen vitæ tempus exornant. Eget enim aſſipulatoribus corpus illæſum, quærit alios qui viſa diuulgent:

H

de fortitudine probata non ambigitur, quæ tali teſtimonio comprobatur. Conflictus virorum fortium mutua tela ' reppulit, nec ſemper tutus fuit, qui cum numeroſa hoſte contendit: vnius forſitan ictus " ſolertet * eliditur, qui multis reſtitit, a parte, qua non credidit, vulnus ' excipit: quæ tantum ei nunc ſunt glorioſa, quantum ' tunc habuere ' periculi. Iuuat igitur fortiſſimi viri narrare quietum felicitatis exemplum: [quia non eſt in duce perfecta laus aſſerere ſemper aliaos labores.] Mittitur igitur, Franco & Burgundio decertantibus, rurſus ad Gallias tuendas: ne quid " aduerſa manua præſumeret quod noſter exercitus impêſis laboribus vindicaſſet.* Atqui ſunt Reipub. Romanæ aliis contendentibus abſque vlla " fatigatione prouinciam, & factum eſt quietum commodum noſtrum, vbi non habuimus bellica contentione periculum. Triumphus ſine pugna, ſine labore palma, ſine cæde victoria.

' ætate
Vita proſperius
' implêda
* pareri Fon.
' domno
' habuit
' præceſſi
* ſuta ſericis calceis
* iutâ vel ſericis Fon.
* & dignantes ſuſus.
al. dignâ per viſum. Fon.
' indignâtur
' heroam
* v. memor
al. obligunt omnes ſui prouectus fa.Fon.
* falle-bas Fon.
" al pro-uenerat. Fon.
' Ha nalo
' conſorte Fon.
" al. au-ctutus eſt
' puti
' Geſimūdus
Filius per arma.
' paruulis
Commendatoria addidati
* Tocolo
" al au-ctoritate. Fon.
Toga procinctualis
' refuſus
* quando Fon.
Principis arcanum.
' non
* Hos proceſſus, al. has procellas & hos proceſſus
Fon.
' ſummitatibus
' generis
" al. Sermenſem. Fon.
" al. Hymnis. Fon.
* al. Bulgaros
' laborioſa
" al proua Fon.
' veteranū
' honorū
' illius
' facti
' Arelatū Arelate.
' non re-ſpuit
" al. ſol. Fon.
* fortè, eliditur, Fon.
' excepit
' nunc
' periculo
" al aduerſarum Fon.
* Adquiſiui Fon.
" al Fatigat prouinciam. Fon.

A victoria. Tantum ' ergo eius ' gloriæ debemus, quantum vtilitatis accepimus, quem & illic arbiter rerum largitione ' redituum iudicauit eſſe proſequendum: vt ibi fieret dominus poſſeſſionum, vbi vtilitati publicæ procurauit augmentum. ' Aquileienſes quoque ' tempeſtates inter eius proſpera iure ' memorantur: quia diſcrimina dum feliciter cedunt, ſuauiſſimæ memoriæ '' ſenſum relinquunt. Cùm ventis ſæuientibus furentem pelagum ſpuma reſtaret vndarum, diu iactatum nauigium tumens fluctus abſorbuit, nullum relinquens forti viro ſolatium, niſi tantùm remigia brachiorum. Tunc iſte nauis pereuntibus cum caro pignore ſolus euaſit. Ibi amor piiſſimi regia, ibi meritum probatum eſt periclitantis: quando regnator ille vix litori conſtitutus, vt eum exitio præualeret eripere, vndas iterum deſiderabat intrare. Tunc eius pericula formidauit, qui ſaluti propriæ timere neſciuit. Nònne vobis P. C. aſperis caſibus diuinitùs videtur exemptus, cui præſens parabatur euentus? Hunc itaque virum, bellis
B exercitatum, felicitate clarum, prudentia comprobatum, quod Deo auſpice dictum ſit, ad Patritiatus præſentalia culmen erexi̇mus. Fauete nunc auſpiciis candidati, & viris noſtris libertatis atria reſerate. Conuenit gentem Romuleam Martios viros habere collegas.

' eró ' gloria ' reddituũ ' Aquileienſem. For. ' tempeſtatem For. ' memoramus For. '' al. aſſumi For.

Patritiatus culmen.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Arduum nimis eſt, meruiſſe principis ſecretum, vbi ſiquid cognoſcitur prodi, vel ab aliis formidatur.*] Silentium omnino ſeruandum in conſilio quod vim habere vis aut vſum. Alexander cum arcanas quaſdam literas Hephæſtioni legiſſet, detractum annulum ori eius admouit: quiſque ſibi id factum putet, & ſimul ac in conſilium lectus eſt, os ſibi clauſum à Principe ſignatumque. Is Perſarum mos fuit, vt nemo conſiliorum conſcius eſſet, præter optimates taciturnos & fidos: ſicut & apud Romanos Notabile illud de Eumene rege, qui cum Romam veniſſet & regem Perſen in
C Senatu accuſaſſet, ac de toto bello cum patribus deliberaſſet, *in præſentia nihil, præterquam fuiſſe in Curiâ regem, ſcire quiſquam potuit. bello denique perfecto quæque dicta ab rege, quæque reſponſa eſſent emanauere.* Mira & diuturna ſilentij fides. Bros.

¶ 2 *Arelate eſt ciuitas ſupra vndas Rhodani conſtituta, quæ in Orientis proſpectum tabulatum pontem per nuncupati fluminis dorſa tranſmittit.*] Arelatem Gallulam Romam vocat Auſonius, quod eſſet & celeberrimum & opportuniſſimum emporium: quibus commoditatibus inuitatus Conſtantinus tyrannus, qui tempore Honorij Iunioris imperator in Britanniis declaratus fuit, Arelate fixit ſedem imperij ſui, ſtatuitque Conſtantinam vrbem vocari. Extat autem eiuſdem Imperatoris de Arelate conſtitutio, quam notat Ioſeph. Scaliger, vir totius antiquitatis peritiſſimus in ſuis Auſoniarum lectionum libris. Bros.

¶ 3 *Sine aſſertore præconium propria lingua virtutis.*]
D Vocat author vulnera corporis præconium ſine aſſertore, quemadmodum ſolis literis vocem tribuimus, & dicimus ſydera clamare, & aues loqui fata, quibus adiicere libet elegantem Ammiani Marcellini locum, de Iuliano Imperatore loquentis: *Si nocturna lumina,* inquit, *inter quæ lucubrabat, potuiſſent voce vlla teſtari, profectò oſtenderent inter hunc & quoſdam principes multum intereſſe, quem norant voluptatibus, ne ad neceſſitatem quidem indulſiſſe naturæ.* Bros.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ * ATHALARICVS Rex. X I.

*Tolum. I. v. parit.

Super eadem.

COnfido P. C. quod ad agendas optimo Regi gratias, omnium veſtrum ſtudia debeant concitari: quando prouectum meum excogitatum noſcitis pro vtilitate cunctorum. Atque ideo alacriter excipiendum eſt, quod neceſſariè fuiſſet optandum, omnibus quippe vtile eſt, iudicia principum ſequi, ſed ipſe facit propria, qui gratanter ' ſuſcipit aliena. Retinetis, me Senatus ſemper fouiſſe cœtum, ſed nunc maximè cum veſtrum videor intrare collegium. Aſſumptio dignitatis ordinis veſtri nobis gratiam duplicauit: quando me inter eos eſſe ſentio, à quibus me amari poſſe confido. Accedit ' etiam illud animi veſtri gratiſſimum pignus, quod Patritiorum genius per nos conſtat erectus, quando nemo gentilium in vobis putauit ' abiectum, quod in me reſpicit honoratum. In expetendis quoque honoribus apud glorioſæ memoriæ Theodericum principem Regum, mea vobis ſæpe vota coniunxi: vt ' quadam præſcientia talia videar præmiſiſſe, ad quos me cum ' gloria decebat intrare. Confidentius illud expetitur, vbi poſt collata beneficia feſtinatur. Sæpe Conſules, ſæpe Patritios, ſæpe Præfectos habita interceſſione promoui, vobis impetrare contendens, quod mihi arduè potuiſſet ' optari. Congaudete ' nunc P. C. meis auſpiciis, qui veſtris faui ſemper honoribus. Vultis ſcire, qua vos affectione complectar? inferius ſtirpe regia vocabulum vobiſcum volui habere commune. Viuite, Deo propitio, ſecuri, & quod eſt feliciſſimum * ſuauitatis genus, exultate cum liberis veſtris. Studete, ſicut ſemper, prædicari moribus Romanis, & bonorum actuum '' formam ſub alta quiete perquirite. Intereſt noſtræ gloriæ, vt quorum numerum auximus, eos propitia diuinitate tueamur.

E ' ſuſcepe-rit. & Patritij. ' adiectũ. ' quidam ' gratia.

F '' al. potuiſſem. For. ' optare ' mecum * felicitatis forte, ſic ſuauiſſimum felicitas For. '' al. famã For.

¶ * ARATORI V. I. ATHALARICVS Rex. X I I.

*Patritio armatæ militiæ.

Conceditur dignitas Comitiua domeſticorum, cum multa laude prædicata de ipſo.

G

PErfectionem neceſſariarum rerum completam eſſe iudicamus, ſi quemadmodum eligendo virum magnificum Patritium armatæ Reipub. * parti prouidimus, ita & de ſociando ei literarum peritiſſimo conſulamus. Decet enim, tractatores habere doctiſſimos, quibus poteſtas ſumma committitur: vt nullo defectu impediente meritorum, prouiſa Reipub. vtilitas expleretur. Alij ſunt honores, qui ſe ordinaria prouiſione componunt: de generali autem ſecuritate ſolicito talis aſſociandus fuit, qui parem in ſuis ſtudiis non haberet. Neque enim adhuc minus probatus agnoſceris, licet primæuus veneris ad honores. Aduocationis te campus exercuit, te iudicij noſtri culmen elegit. Nam ita intra te fuit quamvis ampla profeſſio literarum, vt tuum ibi conſeneſcere non pateremur ingenium. Auſpicatus es militem, cùm implere potueris cognitorem: & quamvis traheret te eloquentia pro defenſione dicere, ſuadebat tamen æquitas iudicanda proferre Probatum eſt, quid vtilitatis habeat moribus armata facundia. [Nam ſicut pernicioſum eſt, doctos praua
H ſuadere: ſic ſalutare munus, cùm veritatis terminos diſertitudo neſcit excedere.] Sed vt merita tua exemplis potiùs laudabilibus aſſeramus, iuuat repetere pompoſam legationem, quam non communibus verbis, ſed torrenti eloquentiæ flumine peregiſti. Directus enim de partibus Dalmatiarum ad dominum auum noſtrum, ſic neceſſitates prouincialium, ſic vtilitates publicas allegabas, vt apud illum magna cautela ſolicitum, & copioſus eſſes, & faſtidia non moueres. Abundantia ſiquidem verba cum ſuauiſſimo lepore defluebant, & cum finem faceres, adhuc dicere quærebaris, mouendo, delectando, implebas magis veri oratoris ' uiſum, cùm iam cauſidici deſeruiſſes officium. Genitoris quinetiam tui facundia & moribus adiuuaris, cuius te eloquiũ inſtruere potuit, etiam ſi libris veterũ non vacaſſes. Erat enim, vt ſcimus, egregiè literis

*pauci tos Comitiua domeſticorum. Cõſiliarij principũ quales.

Armata facũdia.

Legatio obita.

' vſum

A *Literarū inuētum.* * fortè, repertor. *Grues.*

eruditus. Et vt aliquid ſtudioſè exquiſitum dicere videamur, has primùm, vt frequentior tradit opinio, Mercurius * reparator artium multarū volatu Strymoniarum auium collegiſſe memoratur. Nam & hodie grues, qui claſſem conſociant: alphabeti formas, Natura imbuente, deſcribunt: quam ordinem decorum redigens, vocalibus conſonantibúſque congruenter admixtis, viam ſenſualem reperit, per quem alta petens ad penetralia prudentiæ mens poſſit velociſſima peruenire. Hinc * Hellen ' auctor Græcorum plura dixit eximiè, virtutem eius compoſitionémque ſubtiliſſima narratione deſcribens: vt in ipſo initio poſſit agnoſci magnarum copia literarum. Sed vt ad propoſitum redeamus, paterno igitur exemplo ingenium extendiſſe credendus es, qui in Romano foro eloquentiam non ' enutriſti. O beatum magiſtrum, feliciſſimumque diſcipulum, qui affectuose didicit, quod aliis doctorum terror extorſit. Romanum denique eloquium non ſuis regionibus inueniſti, & ibi te Tulliana lectio diſertum reddidit, vbi quondam Gallica lingua reſonauit. Vbi ſunt, qui literas Latinas Romæ non etiam alibi aſſerunt eſſe ' diſcendas? Euaſerat Cecilius pondus verecundiæ, ſi hunc prouectum ſæcula priora genuiſſent. Soluta eſt quippè vis illa ſententiæ: mittit & Liguria ' Tullios ſuos. Cognoſce quid ex meritis tuis æſtimauimus, quando illius conſilio te vides eſſe ſociatum, qui noſtri imperij tractat arcanum. Hinc eſt, quòd te Comitiuæ Domeſticorum illuſtrium honore decoramus: vt ' multò maiora de noſtris debeas ſperare iudiciis, qui in te adhuc meliora credimus inuenire. Grande tibi negotium vides eſſe commiſſum. Quicquid egeris, generalitas ſentit. Nam qui poteſt in vniuerſitate peccare, glorioſus nimis eſt, ſi neſcit excedere.

*Hellenus For. ' actor ' nutriſti B ' diſcernas *Laus hominis de bis, non ſæculo.* ' Tullianos ' meritò

C

¶ AMBROSIO VIRO QVÆSTORI Athalaricus Rex. XIII.

De Quæſturæ dignitate.

Quæſtura electa ' dudum *Priuatæ largitiones.* ' gratia D *Dictationes.*

SEcutus celſa conſcendit, qui ſe in paulò minoribus approbauit: & certo procedit veſtigio, qui gradatim deſiderium portus accepto. Sine meritò ſiquidem remuneratum putatur omne, quod ſubitum eſt: nec inexplorati ſuſpicionem refugit, quod repentè prouenerit. Contra, omnia deliberata ſunt robuſta: & totum bonis actibus obtinuiſſe creditur, qui poſt documenta laudatæ militiæ promouetur: ' dum inter gymnaſia literarum adſcitus ab illo inſpectore meritorum, qui iudiciis ſuis etiam futura prædicebat, Priuatarum Largitionum faſcibus præfuiſti: ſuſcipiens patrocinium meritorum, ita ' gratiam dominantis auxiſti, vt tibi ſæpè committeretur, quod dignitas non habebat. Quod ſi laudabile eſt, vel mediocribus eſſe honoribus parem, quantò præſtantiùs viciſſe motibus aulicam dignitatem? Hæc cum tu ſub tanto Iudice laudata peragetes, gratiam quoque loci alterius inueniſti. Dictationibus enim probatis adhibitus, cum ſit offenſionibus alter expulſus & ita ſuſpenſum honorem tuum ſuſtinebat ingenium, vt palatio non ſineres deeſſe Iudicem, cuius ad tempus abrogatam cognouimus dignitatem. Non ſunt impatia tempora noſtra tranſacta. Habemus ſequaces æmulóſque priſcorum. Ecce iterum ad Quæſturam cum immenſo venit ingenio. Redde nunc Plinium, & ſume Trajanum. Habes magna, quæ dicas, ſi & tu ſimili oratione ' reſplendeas. Fama temporum de legitima atque eloquenti iuſſione generatur. Omnia ſiquidem bona cumulat lingua diſerta: & quod à nobis præcipitur, gratia dictantis ornatur. Eſto nobis ad bona ſuggerenda prompriſſimus, & ' aduerſus improbitatem malè præſumentium conſtanter erectus, Dicet iam auribus noſtris, quod eſt omnino pro nobis [Bonus princeps ille eſt, cui licèt pro iuſtitia loqui: & contra tyrannicæ feritatis indicium, audire nolle conſtituta veterum ſanctionum.] Renouamus certè dictum illud celeberrimum Trajani. Sume dictationem, ſi bonus fuero pro Republ. & me: ſi malus, pro Repub. in me. Sed vide, quid à te quæramus, quando nec nobis aliquid iniuſtum licere permittimus. Decreta ergo noſtra priſcorum reſonent conſtituta: quæ tantam ſuauitatem laudis inueniunt, quantum ſaporem vetuſtatis aſſumunt. Præiudicia, quæ nos horremus, in aliis non amamus. Obligamus te certè generalitati, dum abſolutè præcipimus ' iura ſeruari. Quod ideo omne dicimus, vt opportunè omnibus in ' te conſuluiſſe videamur. Decet enim præmonere, ne te iam tardiùs poſt aliena ** pericula videamur velle corrigere. Bonorum exempla ſequere, & nobilitatis tuæ memor incede. Illi dignè ad vitia generis ſui redeunt, qui contemptibili ſtirpe naſcuntur. ' His igitur in bonum publicum prædictis, per quintam ſcilicet Indictionem 1 Quæſturæ tibi inſignia, Deo præſtante, concedimus: honorem prudentium, fontem omnium dignitatum: quando exinde procedit, quod indulgentiæ noſtræ largitate manaueris. Age, vt qui ad conſilium noſtrum aſciſceris, prudentia cunctis & grauitate præminere noſcaris. Nam quid tibi conueniat, vides. 2 Vox legum * diceris, ' dum nos iura condimus. Incumbe nunc probitati vel fidei. Vt ſicut te prior honor dignum fecit altero, ita ſecundus tertiæ faciat dignitati.

Plinius. Traianus. ' reſpondeas *Laus eloquentia.* ' aduerſū For.

E *Traiani vox.* ' iuſſa ' inconſuluiſſe ** al. tēpora. For. *Quæſturæ inſignia.* ' his F *Vox legū.* * diceris ' diceris idem

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Quæſtura, fontem omnium dignitatum.*] Quæſtoris hæ partes erant ſub Imperatoribus: ille leges condebat, & veritatem precum rimabatur, vt ſubſcriberet illis, ſi iuſta ratione niterentur, vt videre eſt in *l. 2. C. de petit. bon. ſub.* & *in l. vlt. C. de diuerſ. reſcr.* Nouell. Valentin. *de homic. caſu aut vol. fact.* Bros.

¶ 2 *Vox legum diceris, dum noſtra iura condimus*] in ver. lib. Diuioneuſi, *vos leges diceris, dum nos iura condimus.* Sed placet, *vox legum diceris.* Nam & Sidonius Apollinaris *in Panegyr. Maioran.* ſub finem:

G

--emus dignatur ab ore
Cæſar in orbe loqui, licet & quæſtore diſerto
Polleat.

Et noſter Caſſiodorus *lib. 6. in forma Quæſturæ: Quantò facundior debet eſſe, qui ore principis populos noſcitur admonere?* Notum eſt etiam Quæſtorum opera vſos imperatores, cùm orationes, aut quid aliud in ſenatu recitarent, vt ex Suetonio liquet *in Auguſto cap. 65. in Tito cap. 6. in Nerone cap. 15.* For.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. XIV.

Super eodem.

ACcipite P.C. iudicium, quod iudicia noſtra prouenerunt: quando plus cogitantur omnino, quæ cauta ſunt: quia talis ſubſecutio creditur, quale primordium ' veniſſe ſentitur. Nemo enim futurum putat eſſe diligentem, quem in ipſa nouitate opinionis ſuæ non videt eſſe cuſtodem. Prouidus inſtitutor ſi hortum ſuum fœcundis vtitur ' ornare plantariis, vt reddant fructus optatos, quæ ſollicitis fuerant exculta laboribus, quantò magis regnum decet inter initia pacis amœnitate componi, ne habere ſpeciem agri videatur inculti? Et ideo beneficiis noſtris, quaſi quandam ianuam cogitauimus dare Quæſtorem, per quem venientium dignitatum culmina decenter exirent. Sunt vobis certè de candidato nota, quando & moderna quæ loquimur. Nam cum tranſitum glorioſæ memoriæ ' domini aui noſtri ſubiectorum anxia corda lugerent (bonum quippe amiſſum dum quæritur, plus amatur) per eum vobis & noſtri auſpicij, & veſtræ ſecuritatis

Candidati commendatio. H ' habuiſſe *omen principij habet* ' replere ' domini

optata

A optata patuerunt. Intelligite quali nos æquitate ' conſtringimus in ſtatutis, vt ipſe nobis legum fieret cuſtos, qui conſuetudo æ iuſtitiæ fuerat promiſſor effectus. Affuit mandatis regalibus eloquens & decorus ornator, permulcens etiam inſpectus, quos gratiſſimos reddebat auditus. Tales enim decet eſſe aulicos viros, vt naturæ bona indicio frontis aperiant, & poſſint agnoſci de motibus, cum videntur. Tacens enim plerumque deſpicabilis eſt, ſi eum tantum lingua nobilitat: ſemper autem in honore manet, ſi cuius eſt tranquillus animus, eum quoque ſereniſſimus commendet aſpectus. Hoc denique facto teſtamur cupiam nos habere prudentium quando talis eligitur, qui ea vtraque parte ' laudetur. Eloquentiæ verò bona ineptum eſt in Quæſtore prædicare, cum ad hoc ſpecialiter probetur aſcitus, vt opinionem temporum commendet qualitate dictorum. Aliis enim Iudicibus prouinciarum committitur exactio: aliis priuati Ærarij cuſtodia ' delegatur: huic autem aulicæ famæ inſignia reponuntur, vndè per totum Mundum opinio vulgata laudetur. Quod nobis ' adeò P. C. æſtimauimus eſſe repetendum: vt tales nos quærere credatis, quales & noſtræ laudi, & veſtræ ' ſecuritati expediat inueniri. Agnoſcite docti bonum principis votum: confidite de beneficiis, qui litteratum probamini habere notitiam. Segniſſimi eſt torpere, cum ſe ad prouectum cognoſcat rerum dominos inuitaſſe. Quapropter P.C. illuſtrem Ambroſium, Quæſturæ culmine decoratum, fauor veſtræ benignitatis excipiat: De illo enim non debet dubitari, qui à veſtro ordine iam in prima dignitate meruit approbari.

' conſtringimur *Legum cuſtos qualis aulicos esse debeat. Frons, index animi.* ' laudatur *Eloquentia in Quæſtore.* ' dele- B gatur ' hic ' adeò *Aulica fama insignia ponet Quæſtorem.* ' ſecuritati Fon.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. XV.

Gratum ſe habere inſinuat, quod voto in Epiſcopatus electione paruerunt.

C Gratiſſimum noſtro profitemur animo, quod glorioſi domini aui noſtri reſpondiſtis in Epiſcopatus electione iudicio. Oportebat enim arbitrio boni principis obediri, qui ſapienti deliberatione pertractans quamuis in aliena religione, talem viſus eſt pontificem delegiſſe, vt nulli meritò debeat diſplicere: vt agnoſcatis illum hoc optaſſe præcipuè, quatenus bonis ſacerdotibus Eccleſiarum omnium religio pullularet. Recepiſtis itaque virum, & diuina gratia probabiliter inſtitutum, & regali examinatione laudatum. Nullus adhuc priſtina contentione teneatur. Pudorem non habet victi, cuius votum contingit à principe ſuperari. Ille quinimò ſuum efficit, qui eum ſub puritate dilexerit. Nam quæ ſit cauſa doloris, quando hoc & in iſto reperit, quod alteri in partem ductus ' optauerit? * 1 Crinea ſunt iſta certamina, pugna ſine ferro, rixa ſine odio, clamoribus non doloribus res iſta peragitur. Nam & ſi perſona ſummota ſit, nihil ' tamen à fidelibus amittitur, cum optatum ſacerdotium poſſidetur. Quapropter, redeunte Legato veſtro illuſtri viro Publiano, rationabile duximus ad cœtum veſtrum ſalutationis apices deſtinare. Magna enim iucunditate perfruimur, ' quoties cum noſtris proceribus verba miſcemus. Et hoc quoque ſuauiſſimum vobis minimè dubitamus, ſi quod illius feciſtis imperio, nobis etiam cognoſcitis eſſe gratioſum.

Epiſcopatus electio. *Vinci à principe glorioſũ.* ' optauit * Ciuica D ' inde ' quoties

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Crinea ſunt*] Mea quidem opinione perperam ſcriptum *crinea*, nec minus malè adſcriptum ad marginem pro eo *ciuica*, vbi niſi *cornea* placebit, rectius quidem *curulia* quàm vel *crinea* vel *ciuica* quod alij ſubſtituère, legeris: PET. FAB. *agon. lib.* 1.

¶ OPILIONI COMITI SACRARVM Athalaricus Rex. XVI.

Confertur dignitas ſacrarum largitionum, & inducitur vt fratris ſequatur veſtigia qui ſimili claruit dignitate.

E Solent quidem venientes ad aulicas dignitates diuturna exploratione trutinari, ne imperiale iudicium aliquid probare videantur ambiguum: quoniam gloria regni eſt reperiſſe iudices exquiſitos. Sed iam frequens eſt ' familiæ veſtræ feliciſſimus prouectus, tam in multis perſonis declarata prudentia, vt licèt aliquis vos eligat ad ſubitum, nihil feciſſe videatur incertum. Similitudinem ſuorum felix vena cuſtodit: quando pudet delinquere, qui ſimilia nequeunt in ' ſuo genere reperire. Hoc eſt, quod meliùs agnoſcitur elegiſſe nobilem, quam felicem: quia iſte commonitus, per veterum ſe facta cuſtodit, ille exemplum non habet, niſi quod fecerit. Quapropter ſecurè tibi credimus, quod toties tuo generi commiſſum fuiſſe gaudemus. Pater ' his faſcibus præfuit, ſed & frater eadem ' reſplenduit claritate. Ipſa quodammodo dignitas in penatibus veſtris larem poſuit, & domeſticum factum eſt publicum decus. Nam militiæ ordinem ſub fraterna laude didiciſti: cui mutuo connexus affectu, implebas laboribus ſocium, & conſiliorum participatione germanum: ad te potius pertinere diiudicans, quod frater acceperat. Hoc baculo reclinabatur ille feliciori actu quædam negligens præſumptione tui, quia per te omnia cernebat impleri. En dulce fratrum obſequium, & præſentium temporum antiqua concordia. Bene talibus ſenſibus iudicium creditur, qui ſeruare mores naturaliter ſciuntur. Quod ſi amœni receſſus & prouinciale otium fortè libuiſſent, ad te cateruæ cauſantium & anxia currebant vota læſorum. Boni iudicis inter eos aſſumebas officium, vt futurorum quodam vrgente præſagio, quod à nobis accipere poteras, meritorum aſſumptione peragebas. Meminimus etiam qua nobis in primordiis regni noſtri deuotione ſeruieris, quando maximè neceſſarium fidelium habetur obſequium. Nam cum poſt tranſitum diuæ memoriæ ' domni aui noſtri anxia populorum vota trepidarent, & de tanti regni adhuc incerto hærede ſubiectorum ſe corda ' perfunderent, auſpicia noſtra Liguribus felix portitor nunciaſti, & ſapientiæ tuæ allocutione ' firmaſti, in errorem quem de occaſu conceperant, ortum noſtri imperij in gaudia commutabant. Innouatio Regis ſine aliqua confuſione tranſiuit: & ſollicitudo tua præſtitit, quod nos nullus offendit. Atque ideo probato talibus inſtitutis, ab Indictione feliciter ſexta Sacrarum Largitionum ' Comitiuam, propitia tibi diuinitate, concedimus. Vſurus es omnibus priuilegiis atque emolumentis, quæ ad tuos deceſſores pertinuiſſe noſcuntur. Abſit enim, vt aliqua calumniæ machinatione quatiantur, qui actionis ſuæ firmitate conſiſtunt. Fuit enim tempus, cùm per delatores ' vexaremus & iudices. Deponite iam formidinem, qui non habetis errorem, fructibus veſtrarum vtimini dignitatum. Nam ' quòd vobis per deceſſores prædeceſſoréſque ' noſtros temporibus ' domni aui noſtri conſuetudo " longæua dedit, indulgentia quoque noſtra cuſtodit. Conferimus tibi honorem germani, ſed tu fidem eius imitare ſeruitij. Nam ſi illum ſequeris, multos laude præcedis: virum auctoritatis maximæ, probatæ " conſtantiæ, qui ſub tanto principe & ſine culpa paruit, & iuſtitiam laudatus exercuit. Promptum eſt enim æſtimare quid ' egeris, quando ſub ingrato ſucceſſore palatinum officium præconia eius tacere non potuit. Difficile itaque non eſt, moribus ſequi poſſe germanum: quia & in conuerſationis fructu plerunque conſentiunt, qui vnius ſemine procreantur.

' prouinciæ ' ſui Fon. *Nobilitas.* F ' iis ' ſplenduit *Fratrum concordia.* G ' domini ' profundere ' firmari *Sacræ largitiones* ' comitatum H *Delatores reiecti.* ' vexaretur ' quæ ' veſtris ' domini " Non longa. Fon. *Fratri in honore ſuccedens frater.* " Al. conſtantia. Fon. * iudicia Fon. ' egerit Fon.

A

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. XVII.

Super eadem.

TAnta eſt P. C. in candidato copia meritorum, vt vereamur ne tardius ' putetur electus, quàm non ſit iudicio comprobatus. Nam cum diuæ memoriæ auus noſter optimos viros exquireret, nobis eum irremuneratum, proſperior fortuna ſeruauit. Illi paruit, illi multa officioſitate ſeruiuit, & à domino largiſſimo beneficiorum ſine aliqua retributione conſtat eſſe derelictum. Credo dilata eſt compenſatio meriti, vt nobis aptior fieret cauſa præſtandi. Conueniat enim ſe pietas noſtra lege naturæ. ' Condignum eſt ab hærede ſolui, quod collatum conſtat auctori. Cur enim munificentia noſtra eum differret, ' quem proficere conſuetudo ſuæ nobilitatis vrgeret? Pater huic manu clarus, ac ſumma ſule motum nobilitate conſpicuus: ' cum eum feruentia bella reſpuerent, ' cum tranquilla ocia prædicarent: corpore validus, amicitia robuſtus; ' æul antiquitatem geſtabat, ' adiectis ſæculi viciis; ditatus claris honoribus. ' His temporibus habitus eſt eximius, cum princeps non eſſet erectus. Sed quid antiquam parentum eius repetimus nobilitatem, cum vicina reſplendeat luce germani? cuius non dicam proximitati, ſed vel amicitiæ coniunctum fuiſſe, poteſt eſſe laudabile. Huius virtutibus ita ſe ſociauit atque connexuit, vt hoc potiùs ſit incertum, ' qui magis ex altero prædicetur. Amicitiis ille præſtat fidem, ſed magnam promiſſis debet iſte conſtantiam. Ille quoque auaritia vacuus, & iſte à cupiditatibus probatur alienus. Hinc eſt, quod norunt Regibus ſeruare fidem, ' quia neſciunt vel inter æquales exercere perfidiam. Ibi enim mores facilius probantur, vbi natura ſub libertate monſtratur. Quomodo ergo ſub puritate non ſeruiant dominis, ſuis qui neſciunt illuſiſſe collegis? His laudibus ' electus à coniuge, Baſilianæ ſociatus fertur eſſe familiæ, ' quod plerunque ' euenit à meritis, coniungi poſſe nobilibus. Inſpicite in eo, ſi placet, etiam familiarem vitam: quia ſæpiùs Maioribus noſtris viros induſtrios hæc ſigna prodiderunt. Res huic priuata ' tanto fuit ' moderamine diſpoſita, vt nec aliqua tenacitate ſorderet, nec iterum nimia effuſione laberetur. ' Gentiles victu, Romanos ſibi iudiciis ' obligabat: & vndè " ingratitudo dignitatibus ' plerunque venit, ' iſte diſceptando ſibi ' amicitiam colligebat. [Videte, quid faciat nobilis natura. Ex Iudicibus natus arbitrum agebat, quod niſi ex morum probitate nulla poteſt contingere ratione. Nam faſcibus obedire, ' plerunque poteſtatis neceſſitas cogit: parere Iudici priuato, ſola ſententiarum probitas facit.] Vndè nobis plus laudis videtur habere voluntarios Iudex: quando " ad audientiam non eligitur, niſi qui iuſtus eſſe moribus ' æſtimatur. Quapropter P. C. fauete veſtris alumnis, & noſtris fauere iudiciis. Secundo ad veſtram Curiam venit, qui ex Senatore natus eſt, & aulicis dignitatibus probatur honoratus.

Margin: *Candidati commend.* ' videatur · ' Cum dignum · ' cum eum · B · ' quem nec · ' & · ' æqui Odouacris · ' abiectis For. · ' iis · ' quis · ' quod · C · ' iis · ' electis *Baſilia familia.* · ' illa · ' venit · ' tanta · ' moderatione · ' Gentiles · ' obligabant · ' Al. *magnitudo.* · ' plurimũ · ' inde · ' amicitias For. · ' plurimumque · D · *Iudex, arbiter.* · ' In nonnullis *ad iudicis audientiam.* For. ' iudicatur

¶ FELICI v. c. QVÆSTORI ATHALARICVS Rex. XIX.

De honore ſibi collato ad Quæſtura dignitatem.

[PRofeſſionem conſtat eſſe Iuſtitiæ, legum peritos Iudices ordinare: quia vix poteſt negligere, qui nouit æquitatem: nec facilè erroris ' vitio ſordeſcit, quem doctrina purgauerit.] Dudum te, forenſibus negotiis ' inſudantem, oculus imperialis aſpexit: nec latere potuit, qua fide ſuſcepta peregeris, qua luculentia tractata ' peroraueris, ex quo gradu eloquentia tua atque conſcientia pariter incedebant, nullus ſuſceptus, ' quod ampliùs deſideraret, habuit: nullus iudicum, quod in te corrigere poſſet, inuenit. Acceſſit enim venuſtas oris, & caſtitas animi. Iuuenem te ſolus decor oſtendit, ab ore primæuo cana verbis manauerunt. Contendit flos ætatis, & maturitas morus: ſed potiùs illa ſuperauit, quæ nos ad virtutum gradus gloriámque perducit. Quapropter aptamus muneta nomini & meritis tuis: vt arcana regia fidelis accipias, & vir eloquens literatam reperias dignitatem. Nunc cauſas ' glorioſas iudicas, quas laudabiliter perorabas. * Aſſideat tibi propria & exercitata doctrina. Modo eſt felix & certa conditio negotiorum: quando ille ſententiam dicit, qui non poteſt ignorare quod ' eligit. [Non enim decet, Iudicem miniſtrum eſſe voluntatis alterius, vt magis alteri pateat, cui tot milites obſecundant.] Certè ſi in aliis tolerandum vtcunque, nimis in Quæſtore pudendum eſt, vt qui eligitur ad Principis conſilium, ſolatium expectet alienum. Et ideo, quod Deo auſpice dictum ſit; per ſextam Indictionem Quæſturæ tibi conferimus dignitatem. Sed tuus honor imperitis opprobrium eſt. Nam ſicut conſcientia læta eſt, quæ prouehitur meritis: ita ſub reatu iacet, qui ſe imparem cognoſcit muneribus conſecutis. Habes priſcos viros, quos te deceat imitari. Præcede fama, quem ſequeris dignitate. Nam ſi te priuata vita virtutibus exercuit, quantò meliùs prouecta ' declarabit ' Sumpſiſti nomen ex meritis: cuſtodi vt ſemper læteris ' veritate vocabuli. Nam cùm omnis appellatio ad declarandas res videatur impoſita, [nimis abſurdum eſt, portare nomen alienum, & aliud dici, quàm poſſit in moribus inueniri. Verùm hæc bonæ conſcientiæ dicta ſufficiant: quia dubitari de illo creditur, qui ' plurimis admonetur.]

Margin: *Quæſtura dignitas collata.* · ' inito *Legum periti iudices.* · ' ſudantem · ' perorantis · E · ' nunquam *Eloquentia.* · *Taciturnitas.* · ' glorioſè iuuera · * Adſit · ' eligis · F · ' declarat · ' ſuſtinuiſti · *Rei nomen conueniat.* · ' veritati · ' pluribus · G

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. XIX.

Super eodem.

LIcèt cœtus veſter ' gemino ſplendore ſemper irradietur, clarior tamen redditur, ' quoties augetur lumine dignitatum. Nam cœlum ipſum ſtellis copioſiſſimis plus refulget, & de numeroſa pulchritudine mirabilem intuentibus reddit decorem. Naturæ ſiquidem inſitum eſt, vt honorum copia plus delectet. Prata denique floribus pinguntur innumeris, laudatur pinguis arui denſior ſeges. Antiquitas vos fecit nobiles haberi: nos Senatum volumus etiam de numeroſitate prædicari. Hinc eſt, quod vobis aggregare cupimus, quem reperimus vbicunque præcipuum. Nam licèt apud vos ſeminarium ſit Senatus, tamen & de noſtra indulgentia naſcitur, qui veſtris cœtibus applicetur. Alumnos ' cunctæ nobis pariunt aulicæ dignitates. Quæſtura autem verè mater Senatoris eſt, quoniam ex prudentia venit. Quid enim dignius, quàm Curiæ participem fieri, qui adhæſit conſilio principali? Sed quia prudenti viro non ſufficit generaliter concluſa laudatio, eius nota propriáque tangamus. Quæſtorem noſtrum P. C. cognoſcite, eloquentia priùs exercitata placuiſſe, & aduocationis ſuæ ſic aſſiduè crebras egiſſe victorias, vt meritò ſibi eum electio triumphalis aſciuerit, quatenus palmis felicibus inauguratus, vobis daret omina laurearum. Ad forenſe gymnaſium prima ætate deductus, ſtuduit ſemper integritati mentis & ' nobiliſſimus pudore, caſtitatem corporis ſub nimio labore tranſegit. Orator facundus, grauiſſimus patronus, ſuſceptas cauſas ſuis præconiis adiuuabat, quando credi non poterat negotium improbabile, cui talis videbatur aſſiſtere. Nónne prætermittere hunc virum eſſet publicum damnum? quid enim aut nobis, aut

Margin: *Candidati commendatio.* · ' gemino For. · ' quotiens *Senatorũ nobilitas.* · *Seminariũ Senatus.* · H · certè · ' nobiliſſimo. For.

vobis

vobis debet eſſe acceptius, quàm veſtro cõiungi lateri, qui inter leges meruit approbari? Amare namque eas poteſt, per quas doctus enituit, dum affectat vnuſquiſque gloriam ſuam: nec obliuiſci poteſt animus, ex qua nobis parte fuerit ſociatus. Credit is fortè principes viri nouam in bene impetratámque apparuiſſe prudentiam, origo eius hæreditarias ſibi literas vendicauit, cuius pater ita in Mediolanenſi foro reſplenduit, vt æterno fructu è Tulliano ceſpite pullularet. Proinde quamvis ſit vel inter mediocres difficillimum placendi genus, tamen Aduocationis laudem inter primarios eloquentiæ frequenter meruit inuenire. Is contra Magnum Olybrium ſtetit: is palmarum Eugenetis linguæ vbertate ſuffecit, & illis par extitit, quos ſingulares Roma cognouit. Quid enim generoſius, quam tot literarum proceres habuiſſe Maiores? Nam ſi inueteratæ & per genus ductæ diuitiæ nobiles faciunt, multò magis præſtantius eſt, cuius origo theſauris prudentiæ locuples inuenitur.] Quapropter P. C. fauete noſtro iudicio, ac ſuis meritis candidato. Quando ſi collegæ manum clementiæ porrigitis, nos potiùs ſubleuatis.

¶ ALBIENO V. I. * PRÆPOSITO
Athalaricus Rex. xx.

Confertur officium hoc pacto vt laudabilia ſequatur, non autem calumnioſè geſta ab anteceſſore ſuo qui cunctis fuit odioſus.

Aſſertio meritorum eſt, potuiſſe eligi poſt improbitatem Iudicis accuſati: quando exceſſus præcedentium non corrigitur, niſi cùm ſucceſſor optimus inuenitur. Contrariis rebus plerúmque medicina ſuccedit. Nam dum calor vitalis adhibitus fuerit, frigus peſtiferum tunc recedit. Nubila ipſa ventorum ſpiratione terguntur, & Aquilo faciem cœli tranquillam reddit, quam auſtralis aura turbauerit. Sic tuus deceſſorem tuum ſummouimus amore generalitatis, vt tu ſaluberrimus aduenires. Contraria prioribus imitare, & laudanda peregiſti. Ille calumniis odioſus, tu ſtude vt iuſtitia reddaris acceptus. Rapax ille, tu continens. Bonorum omnium breuis eſt definitio, vitare quæ fecit: * quoniam verè laudanda ſunt quæ ſuo iudicio comprobauit. Reſpice denique in illo odium publicum, & tu amorem affectare cunctorum. Tanti tuis moribus gratias agant, quanti illius acerbitatem actionis accuſant. Animare igitur dedecore præcedentis: quando poſt illum profeſſæ malitiæ virum, vel à malis abſtinuiſſe laudabile eſt. Nam quale erit, ſi beneficia prouinciis tribuas, quæ hactenus non habebant? Bonum inſolitum plus amatur, & ſequenti gaudio confert dulcedinem temporum præmiſſa triſtitia. Atque ideo Præfecturæ tibi faſces per ſextam feliciter Indictionem, Deo auxiliante, conferimus: quæ quantò fuit hactenus læſione terribilis, * tantum miſericordiæ habere debet. Beneficia lenitatis, ſiquidem ſauciata, tua cura reformanda ſunt. Non tuis, non alienis manibus quiſquam grauetur. Nam vltra omnes impietates eſt * nocere læſos, qui ſanare creditur vulneratos. Redeat ad nomen antiquum Præfectura illa Prætorij, toto orbe laudabilis. Cuius ſi principium quæramus, per Ioſeph à beneficiis inchoauit: nec immeritò à legibus noſtris pater prouinciarum, pater etiam prædicatur imperij: quia ſic iuſtè, ſic prouidè agi voluerunt, vt non diſtrictum Iudicis nomen, ſed vocabulum illi pietatis imponerent. Iuſtis ac debitis compendiis noſtrum per te creſcat ærarium. Lucra tenuimus, quæ legum cauta profanant. Pecunias illas volumus quibus libra iuſtitiæ ſuffragatur. Ædes noſtras nequitiam non patimur introire: quia nec * priuata intromittere poſſumus, quàm publica voce damnamus. Audite Iudices, quid amemus: nolite in malum publicum ſuſpicari. Nam cui vos per iniquas prouiſiones credidis eſſe placituros, cùm nos cognoſcatis ſola illa diligere, quæ poſſunt iuſtitiæ monitis conuenire? Veſtris iam moribus peccatis, ſi poſt iſta delinquitis. Sed illi fortè talia geſſerunt, qui ad dignitates ſuis parentibus incognitas peruenerunt: tu poſt patris Præfecturam laudabilem, aliquid, quod meliùs prædicetur, adiunge: quia diligentior ſemper eſſe debet, qui ſequitur: dum bona parentum probabiliter & imitari cupimus, & vincere feſtinamus. Accedit etiam tuis laudibus, quòd dictis prudentum probatis imbutus [Graue eſt ſapienti offendere, vbi alterum reperit incidiſſe.] Ius fortè prætereat, qui intra neſciuit: totum à te legitimum quæritur, cuius origo indocta fuiſſe neſcitur. Æqualea tibi ſunt libri Veterum, & actiones parentum. Præſta opinioni tuæ, præſta noſtro iudicio, vt impar non ſis meritis, quorum æquaſti per noſtra beneficia dignitate.

CYPRIANO VIRO PATRITIO
Athalaricus Rex. xxi.

Confertur dignitas Patritiatus.

Licèt propriis frequenter honoribus, & germani tui fuctis dignitate laudatus, tamen quia natura bonorum non expeditur cum refertur, quaſi ad iudicium reuertimur, de quo iam præconia multa ſonuerunt. Teſtificatum eſt de te, quicquid de fidelibus, quicquid de bene meritis debuit æſtimari. Sed digne laudum cùm voluerit nouitates emitit, qui ſe actionis probitate compleuit. [Natura perennis fontis eſt gloriæ vena laudabilis:] Nam ſicut ille, i fluendo non expenditur, ſic nec iſta celebri ſermone ſiccatur. Quod etſi tranſacta taceantur, noua probaris ſuggerere quæ dicantur, qui cum ætate creſcis ſemper & meritis. Curſus annorum laudis tibi procurat augmentum. Seneſcis quidem corpore, ſed laude iuueneſcis. Meritò tibi prolixior ætas optatur, in quæ fama ſemper robuſtior inuenitur. Habuiſti ſub diuæ memoriæ domino auo noſtro in vtraque parte laudatas ſemper excubias. Vidit te adhuc gentilis Danubius bellatorem: non te terruit Bulgarum globos, qui etiam noſtris erat præſumptione certaminis obſtaturus. Peculiare tibi fuit, & renitentes Barbaros aggredi, & conuerſos terrore ſectari. Sic victoriam Gothorum non iam numero, quàm labore iuuiſti. Poſteà verò, quod non minùs ipſis certaminibus fuit, Referendarij officium laborioſis contentionibus exhibebas. Fuerunt enim apud illum virtutum omnium virum exercitualia vel pacata ſeruitia; Quis enim non ageret bellum, qui illi potuit competens exhibere reſponſum? qui tantam firmitatem animi ſemper exegit, tantam verborum in aſſerenda veritate conſtantiam, vt meritò ſe viciſſe diceret hoſtem, qui illo præſente vitare valuiſſet errorem. Hinc fuit, quod eius obſequia reddiderunt prudentes. Quia cautela ſemper adhibita erigit ſenſum: & dum culpam quis formidat incurrere, ſapientibus ſe nititur aggregare. Contulit etiam dignitatem ſacrarum Largitionum, hoc eſt, laborum tuorum aptiſſimum munus: quam ſic caſta, ſic moderata mente peregiſti, vt maiora tibi deberi faceres, quamvis eam in magna præmia ſuſcepiſſes. Per hæc te florida iuuentus exercuit, ſed noſtris temporibus ætas matura ſeruauit. Conſilio quidem plurimum vales, nec fractus tamen ætate cognoſceris. Sic enim adeptus es ſenectutis bona, vt eius non ſubires incommoda. Hæc ſunt, quæ in te æſtimamus augenda: vt ſicut es conſcientia præditus, reddaris quoque honore reuerendus. Sunt enim beneficiis noſtris conſentanea & vitæ ſuperna iudicia; quando talium filiorum pater effectus, natura ipſa videris eſſe Patritius. Quorum bona vernantia non eſt abſurdum referri, * [quoniam educantium felicior laus eſt, de filiorum probitate laudari.] Primum quod non minimæ laudis præſtat initium, infantia eorum nota eſt palatio. Sic fœtus tui more aquilæ ſe probantes, regales oculus

Margin notes (left): A *Leges.* — imperiitámque melius *temperatámque.* For. *Forū Mediolan.* — & trino fructu — & *Olybrium.* *Eugenes* Olymbrium palmarij *Nobili-* B *tas.* — al. *ſublimatis.* For. — al. *bieno* — * Præf. præt. — *Cōtraria cōtrarius curari.* — C — qui — * quando bene illaudabila. For. *Odiū publicum* — affecta profuit. — * tanta nunc habere debet beneficia. For. D — tandò nunc reſouenda — * Fortè, necare: vel, læſis. *Præf. præt.* — * priuatum introducere. For. *Ad iudices.*

Margin notes (right): E — P — eſpendiitur. For. — potuit — actiones — al. *actionibus.* *Laus perennis.* — *Senex.* — qua — domini noſtri — G — *Bulgares.* — viciſti — téporis *Referendarius.* — exigebas — *Sacra largitiones.* H — *Ante ſenium prudens.* — mente — *Naturâ Patritius.* — * quando — *Aquila.*

A ab ipſis pene cunabulis pertulerunt. Relucent etiam
gratia gentili, nec ceſſant armorum imbui fontibus in-
ſtitutis. Pueri ſtirpis Romanæ noſtra lingua loquun-
tur : eximiè indicantes, exhibere ſe nobis futuram fi-
dem, quorum iam videntur affectaſſe ſermonem. Ha-
bemus vnde tibi ſelix pater præmium debeat referri,
qui & filiorum tuorum nobis animos obtuliſti. Qua-
propter multis laboribus, multáque fide & conſtan-
tia comprobato, Patritiatus tibi, Deo auſpice, conferi-
'quidem mus dignitatem, honorem' ſiquidem celſum, ſed qui
tuis meritis probetur eſſe æqualis. Fruere igitur pro-
'tu batiſſimis inſtitutis : vt cum bona 'tua germinaueris,
'iterum noſtra' interim beneficiis augeatis.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Fluendo ſiccatur.*] Baſil. de Eleemoſyna : vt pu-
tei qui ſæpius hauriuntur, eorum aquæ purius fluunt,
B τὰ φρέατα ποσαντλούμενα ἐξαντλούμενα, ἀνεφαῖνεται. FOR.

¶ 2 *Nec fructus tamen ætati.*] D. Hieronymus *cap.
presbyterorum, cap. ſeq. Non enim in homine ætas, ſed vir-
tus ſpectanda eſt* : Menander, οὐχ αἱ τρίχες ποιοῦσιν αἱ λευκαὶ
φρονεῖν, ἀλλ' ὁ τρόπος ἐνίων ἐστὶ τῇ φύσει γέρων. Quam ſen-
tentiam adumbrans *in Catone Maiore* Cicero, *non cani*,
inquit, *non rugæ repente auctoritatem adferunt : ſed rectè
acta ætas auctoritatis fructus prabet extremo.* FOR.

SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. XXII.

Confirmantur cuidam bona materna, ac eius domino vendicantur.

Cādidati SI fauore veſtro dignus eſt, qui vel ſemel regale po-
commen- tuit impetrare iudicium, quid P. C. vir magnificus
datio. merebitur Cyprianus ? qui vobis toties gratior debet
effici, quoties à nobis dignitates accepetit. Certantes
C in ſtadio numeroſior corona glorificat : olympicos "
Non cur- curſus frequens palma nobilitat : ſic vel in leuibus te-
ſus. FOR. bus glorioſior efficitur, cui frequenter præmia refe-
"al. pro- runtur. Dei primo denique " prouectu poteſt eſſe cun-
uecta. ctatio : dum multi fallunt principis animum : quando
facilè eſt illudere, cui ſemper votum eſt præſtitiſſe.
Sed talem mentis exhibuit conſtantiam, tantum bo-
norum habuit propoſitum, vt ſemper in ſe prouocaue-
rit regium munus. Hæc eſt certa gloria, hæc indubi-
tata ſententia, frequenter potuiſſe mereri, per quod
homines conſtat ornari : Hos etiam intrare in noſtram
"al. expe- Curiam decet, qui ad primos honores non " expen-
diunt. dunt meritum ſuum, ſed cum magna ſuſceperint, ite-
FOR. rum maiora promerentur. Ornant quoque tales &
* quando noſtra iudicia : * quoniam bene prius electus creditur,
qui ſæpius approbatur. Natura ipſa bonis adhibita per-
ſeuerantia pretiatur : quia minus eſt, laudanda incipere
quàm bonorum propoſitum cuſtodire. Similes habui-
ſtis olim P. C. Decios, ſimiles vetuſtas prædicat fuiſſe
D Coruinos. Neque enim " hic vir, de quo nobis ſermo
Decij. eſt, noſtrum ſibi tantummodo " conciliauit arbi-
Coruini. trium : ab vno quippe principe prouehi, videtur for-
" al. vt tè gratioſum : " nam & ſub altero meruiſſe proue-
ille FOR. ctum, apud vtroſque integrum conſtat fuiſſe iudicium.
" al. recō- Cunctos ergo ſequaces habet, qui aliquid ex veritate
ciliauit decernit. Hunc prouectus ſui auctorem meruit, vt nos
FOR. augmentatores digniſſimè reperiret. Ille in eum funda-
" al. iam menta poſuit bonorum, nos culmen conſtruximus di-
FOR. gnitatum. Et ideo P. C. tot laboribus tot laudibus
clarificato, illuſtri viro Cypriano, ſuggeſtum quoque
Patritiatus addidimus : ne maior eſſet meritis ſuis,
quàm honoribus noſtris. Fauete nunc collegæ, quem
ſæpe decoraſtis extranei. Secutus ad vos redit, qui iam
honores ſuos in libertatis aula repoſuit. Habet etiam
" al. no- vnde nobis reddatur acceptior ? quando tales Curiæ "
ſtra. veſtræ alumnos protulit, de quibus quamuis auidus
" al. infā- pater, tamen propria vota ſuperantur, non " infantia
tia FOR. trepidos, non ad reſpondendum, vt licebat ignaros.
E Variis linguis loquuntur egregiè, maturis viris com-
munione miſcentur. Sic cum nobis noti ſunt in ipſo
ætatis primordio adoleſcentiam tranſierunt. Præſtet di-
uina maieſtas, vt ſicut de patre eorum munificentiæ
nomen extulimus, ſic & eis pietatis noſtræ titulos au-
geamus.

¶ * BERGANTINO VIRO ILLVSTRI COMITI Patrimonij Athalaricus Rex. XXIII.

* Bar-
gantino

Super eodem.

LIcet munificentiam Regis quotidie deceat cum
Sole relucere, & iugiter aliquid facere, quo poſſit
largitas principis apparere : huic tamen conſcientiæ
debitum ſoluitur, ' quoties parentibus ſub æquitate 'quotiens
præſtatur. [Luctantur principes dona ſua, & hoc verè parenti
theſauris reponimus, quod famæ commodis applica- *Theſauri
mus.*] Abſit enim, vt negemus affini, quod ſolemus *principis.*
F cuſtodire ſubiectis : quando qui nobis ſanguine con-
iungitur, plus meretur, nec fraudari poteſt proprio de-
ſiderio, qui militat ſub Iudice " gratioſo. Atque ideo "al. glo-
illuſtrem magnitudinem tuam præcelſo atque ampliſ- rioſo FOR.
ſimo viro Theodahado maſſas ſubter annexas, tot ſo- "geneio-
lidos penſitantes, ex patrimonio quondam magnificæ ſo
fœminæ matris ipſius præcipimus reformari, eius feli- *Donata
citer dominio pleniſſimè * vendicandas, cuius ſucceſ- maſſa ſeu
ſionis integrum ius in ea qua præcipimus parte largi- prædium.*
mur. De cuius fide ac ſinceritate præſumimus, vt ſe- * iudi-
quenti tempore reliqua ſupra memorati * ¹ patrimo- candas
nij omni adiecta quantitate mereatur. Quid enim tali * matri-
viro negare poſſimus, qui etiam meliora ſuis obtinere monij cū
poſſit obſequiis, vel ſi non probaretur affinis vir, quem
nobilitatis ſuæ nulla inflat elatio, modeſtia humilis, *Nobilis
prudentia ſemper æqualis, quid à nobis mereatur in- modeſtus.*
tendite : ' quoniam ad gloriam noſtram trahimus,' qui 'quando
eum proximum confitemur. Quapropter æquiſſimæ 'quod
iuſſioni opera ' nauiter impendite,' directiſque ſedis FOR.
G veſtræ Cartariis deſignatas maſſas ' actoribus eius, ſi- 'grauāter
ne aliqua dilatione contradite. Vt ſumma nobis cari- 'directiſ-
tate ſociatus, gratia præſentis muneris reddatur acce- que FOR.
ptior. *Cartarij
Maſſa.*
'auctori-
bus

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Patrimonij omni adiecta*] vet. *matrimonij cum ad
iecta.* quo nomine bona quæ liberis à matre obuene-
rint, interdum ſignificari Fr. Connanus, *lib. 8. cap. 3.* no-
tat, aliique ex Seneca. Valer. Maximo, & Suetonio
contendunt. Plutarchus contrà, non leui ratione diſ-
putat ἐν συζυγικοῖς παραγγέλμασι : cui huius loci lectio (pa
trimonij) duorum manuſcriptorum codicum auctori-
tate confirmata ſuffragatur. FOR.

¶ CLERO ECCLESIÆ ROMANÆ Athalaricus Rex. XXIV.

H

De Sacerdote reo: & ad quos ſint remittendi.

TAnto diuinitati ' plurima debemus, quanto à cæ- 'plura
teris mortalibus maiora ſuſcepimus. Nam quid ſi- *Sacerdos
mile rependat Deo, qui potitur Imperio? Sed licet pro reus ad
tanto munere nihil compenſari poſſit idoneè : ipſi ta- Epiſcopū
men gratia redditur, dum in ſeruientibus honoratur. remiſſus.*
Itaque flebili aditione cauſamini, hoc fuiſſe longæ * accuſa-
conſuetudinis inſtitutum, vt ſi quis ſacroſanctæ Ro- tione
manæ Eccleſiæ ſeruientem aliqua crederet * actione 'vt
pulſandum, ' ad ſupradictæ ciuitatis antiſtitem nego- 'decus
tium ſuum dicturus occurreret, ne * cleros veſter fo- veſtrum
renſibus litibus ' profanatus, * negociis potiùs ſæcula- 'profana-
ribus occuparetur : addentes, diaconum quoque veſtrum tum
ad contumeliam religionis tanta ' executionis acerbi- * officiis
tate compulſum, vt * Saius cum propriæ cuſtodiæ FOR.
'accuſa-
tionis
* Saius
Saio,

crederet

A

crederet mancipandum. Presbyterum quinetiam Romanæ Eccleſiæ pro leuibus cauſis, aſſeritis, criminaliter impetitum. Quod nobis, pro ingenita reuerentia quam noſtro debemus actori diſplicuiſſe profitemur, vt qui pridem ſatis meruerant inſeruire ' miniſteriis, conuentionibus irreuerenter nefariis expoſiti iniuriis ſubiacerent. Sed aliorum plectenda ſubreptio nobis ' obtulit pleniſſimæ laudis euentum: vt cauſa contingeret præſtandi, quæ nos cœleſtibus commendaret auxiliis. Atque ideò ' conſiderantes Apoſtolicæ ſedis honorem, & conſulentes ' deſideriis ſupplicantiũ, præſenti auctoritate moderato ordine definimus, vt ſi quiſpiam ad Romanum clerum aliquem pertinentem, in qualibet cauſa probabili crediderit actione pulſandum, ad beatiſſimi Papæ iudicium prius conueniat audiendus. Vt aut ipſe inter vtroſque more ſuæ ſanctitatis ' agnoſcat, aut cauſam deleget æquitatis ſtudio terminandam: & ſi fortè, quod credi nefas eſt, competens deſiderium fuerit petitoris eluſum, tunc ad ſæcularia fora iurgaturus occurrat, quando ſuas petitiones probauerit à ſupradictæ ſedis Præſule fuiſſe contemptas. Quod ſi quis extiterit tam improbus litigator, atque omnium fuerit iudicio ſacrilega mente damnatus, qui reuerentiam tantæ ſedi exhibere contemnat, & aliquid de noſtris affatibus crediderit promerendum, ante alicuius conuentionis effectum decem librarum auri diſpendio feriatur, quæ à Palatinis Sacrarum Largitionum protinus exactæ, per manus ſæpe memorati antiſtitis pauperibus erogentur, cauſâque impetratis negotij quoque ſui ' admiſſione mulctetur. Dignus eſt enim duplici pœna percelli, qui & diuinam reuerentiam, & noſtra iuſſa ' temerarit. Sed interim vos, quos iudicia noſtra venerantur, Eccleſiaſticis viuite ' inſtitutis. Magnum ſcelus eſt, crimen admittere, quos nec conuerſationem decet habere ſæcularem profeſſio veſtra vita cœleſtis eſt. Nolite ad mortalium vota humilia, & errores deſcendere. Mundani coërceantur humano iure, vos ſanctis moribus obedite.

B

al. ſuauius cum · ' *Sanctius* · ' *myſteriis* · ' *contaliſ Foa.* · *Apoſtolicæ ſedis honos.* · ' *commẽdantes* · ' *deſiderio* · *Papæ Rom. iudicium* · ' *cognoſcat* · *Sacræ largitiones.* · ' *amiſſione* · ' *temerauerit* · *Eccleſiaſticis inſtitutis viuere, Sacerdotes.* · ' *conſtitutis*

C

¶ " IOANNI V. S. REFERENDARIO Athalaricus Rex. xxv.

Confirmatur poſſeſſio cuidam, & venonatur conceſſio ſuper poſſeſſione prædicta.

VAlde dignum eſt, in eis aliena ſeruare quibus oportet propria dona conferre. Quid enim de illa munificentia poſſis ambigere, quando à nobis te intelligis mereri, quod à noſtris deceſſoribus accepiſti? Profitemur itaque, alterius quidem donum, ſed noſtrum eſſe iudicium, & modernam principis mentem præueniſſe tantum velociſſimam largitatem. Hinc eſt, quod " diuæ memoriæ auum noſtræ clementiæ domum in Caſtro ' Lucullario poſitam, obſequiorum tuorum ſedulitate prouocatum, conſtat voluiſſe largiri. Cuius diſpoſitionem ſecutus patritius ' Tholuis, poſtéaque illi noſtra eſt " liberalitate conceſſa, præfatam domum actu legitimo in tua optimè iura tranſmiſit. Quapropter ſerenitas noſtra vel inchoatæ voluntatis, deſiderium vel ' Tholuis pleniſſimæ donationis effectum, præſenti auctoritate corroboramus: vt ſæpe dicta domus ' paternæ recordationis Agnelli, in ' Lucullario Caſtro poſita, cum omnibus ad ſe pertinentibus in tua, vel heredum tuorum poſſeſſione permaneat: & quicquid de hac facere malueris, habebis liberam poteſtatem, cuiuſlibet vel priuati nominis vel publici ' poſthac inquietudinem ſummouentes: vbi & ſi quid eſſet quolibet caſu, qualibet inquiſitione fortaſſis ambiguum, huius auctoritatis noſtræ iudicio conſtat exploſum. Fruere, iuuante Deo, rebus propriis, ex noſtra quoque auctoritate ſolidatis. Alij enim tibi iura legitima præſtiterunt, nos poſſeſſionis quietem, & cunctis ſeculis ſecuram conferimus firmitatem. Sed ne quis forſitan tam egregiæ voluntatis noſtræ inuidus temerator exiſtat, iubemus eum, qui ex hac re quolibet tempore vel fiſci nomine, vel priuati mouere tentauerit aliquam quæſtionem, date tibi, vel ad quem pertinere volueris domum ſuperius deſignatam, pœnæ nomine auri libras centum, & fruſtratum ſuis auſibus infamatúmque diſcedere. Hunc enim voluntatis ſuæ meretur inuenire fructum, qui aliquid contra noſtrum videtur quæſiſſe iudicium.

D

" *al. Gaugallo v. s.* · *Domus donatio cõfirmata.* · " *al. diuinæ. Foa.* · ' *Lucullano* · ' *Tholoni* · " *al. Tholuis Foa.* · " *al. liberalitate.* · ' *Tholoni* · ' *patritiæ* · ' *Luculano Foa* · ' *poſthanc Foa.*

E

Pœna pecuniar. & infam.

' VNIVERSIS REATINIS ET NVRSINIS Athalaricus Rex. xxvi.

Prior præficitur cui vt omnes obediant mandatur.

GLorioſus ' dominus auus noſter deſideria veſtra agnoſcens, Quidilanem Sibiæ filium, Priorem vobis quidem facere diſponebat: ſed quid interueniente mortali conditione nequiuit cogitata complere, neceſſe nobis eſt, eius vota perficere: ne tantus vir de aliquo inaniter ' iudicetur bona potuiſſe ſentire. Atque ideo præſenti auctoritate præcipimus, vt eum Priorem feliciter habere debeatis: & quæ ordinauerit pro diſciplina ſeruanda, vbi ' noſtra maximè vtilitas continetur, in omnibus obedire debeatis. Quia ſic ' domini aui noſtri eſtis moribus inſtituti, vt & leges libentes audiatis & Indices. Hoc eſt enim, quod noſtrum cumulat imperium, quod opinionem noſtram inter gentes amplificat, ſi talia geratis, quæ & nobis * accepta, & diuturnitati ' poſſunt eſſe gratiſſima. Robuſtiùs enim inimici noſtri vincuntur moribus bonis. ' Quia quos ſuperna protegunt, felices aduerſarios habere non poſſunt. Pugnatis enim efficaciter foris, dum in ſedibus veſtris iuſtitiam fouere contenditis. ' Iſta enim duo mutua ſe amplexatione conſociant: qui æquitatem coluerit, fructum victoriæ poſſidebit. Nam quæ neceſſitas ad iniuſta compellat, cum vos & ' ſortes alant propriæ, & munera noſtra, domino adiuuante, ditificent? Nam & cui aliquid expetendum eſt ſperet de munificentia principis, quam de præſumptione virtutis. Quia vobis proficit, quod Romani quieti ſunt: qui dum æraria noſtra ditant, veſtra donatiua multiplicant.

F

' *dominus* · *Prior præficitur.* · ' *iudicarentur* · ' *veſtra* · *domini* · * *vota,* · *poſſint* · ' *&* · ' *Ita* · ' *conſortes*

G

¶. * DVMERIT SAIONI ET FLORENTINO Viro deuoto Comitiaco Athalaricus Rex. xxvii.

Edictum contra illos qui violenter diripiunt prædia aliena.

SEueritas publica ſicut ab innocentibus vacat, ita neceſſe eſt, vt in ſceleratis operam ſuæ diſtrictionis impendat, quia non ſemper vnum merentur iudicium diuerſa merita perſonarum. Morbi ipſi diſſimilibus ſuccis ſanantur herbarum: aliis cibi, alia ferrum optatam reuocat ſoſpitatem, & pro qualitate paſſionis præceptum merentur artificis. Et ideo deuotio veſtra per Fauentinum territorium incunctanter excurrat: & ſi quos Gothorum atque Romanorum in direptionibus poſſeſſorum ſe miſcuiſſe repererit, ſecundum facti æſtimationem & damnis affligantur & pœnis. Quia grauius plectendi ſunt qui nec admonitionibus iuſtis, nec initiis principis obediendum eſſe crediderunt. * Quoniam maior ambitus eſt dominis nobis velle ſeruire, vt ' commendati bonis initiis reliquam vitam ſecuritatis munere perfruantur.

H

* *Ioanni referendario* · *Pœnarũ diuerſitas.* · *Direptiones poſſeſſionum coërcita.* · * *Quãdo* · ' *commẽdatis*

* CVNIGA

A

¶ * CVNIGASTO V. I. ATHALARICVS Rex. XXVIII.

Ad quendam ſublimem, vt vnicuique reddatur ius.

PErmouit ſerenitatem noſtram Conſtantij atque Venerij dolenda conqueſtio, qua ſibi à * Tancane iuris proprij agellum, ' quod Fabricula nominatur, cum ſuo peculio cauſantur ablatum, ' adijcientes ne rerum ſuarum repetitionibus ' imminerent, liberis ' ſibi conditionem vltimæ ſeruitutis imponi. Atque ideo magnitudo tua, decretis obſecute præſentibus, præfatum ſuo iubeat adeſſe iudicio : ' vt omni inter partes veritate diſcuſſa, iuri conſentaneam, & amicam veſtris moribus ' proferre ſententiam. Quia ſicut graue eſt, de ſuo dominos iure ' cedere, ita noſtris eſt ſæculis inimicum, ſeruitutis iugo libera colla deprimere. Momenti iure ſi 1 competunt primitus reddantur inuaſa : ita tamen vt perſona legitima diſceptationibus non deſiſtat. Ceſſet violenta præſumptio, ' vt cauſa iudicis cognoſcatur arbitrio, & aut * coniunctos ſeruos cum rebus ſibi competentibus poſſideat, aut probatos liberos indemnes atque integros ' derelinquat. Sufficit enim, quod ei relaxamus pœnam, qui facere præſumpſit iniuriam.

*Hunigaſto al. Ingaſto reperi & in alijs Geneſio viro. For. *Iudicium liberale.* ' quam * Charicane, al. Rancane ' qui ' abijcientes ' minus rent ' ſuis ' vbi For. ' proferatis

B

' diſcedere *Libera colla ſeruili iugo premere* *Momenti ius.* ' vbi * conuictos ' derelinquat

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Competunt primitus inuaſa*] lege ex vet. *comprim. reddantur inuaſa.* Tranſlatitia iuris ſententia eſt, deiectum vi de rei ſuæ poſſeſſione, ſeu ſpoliatum ante omnia reſtitui oportere, *l. 1. Cod. ſi per vim vel alio modo, l. 7. ſi quis ad ſe. C. ad leg. Iul. de vi pub. cap. 7. conquerente, de reſtit. ſpol.* FOR.

¶ HONORATIS POSSESSORIBVS Et curialibus Parmenſis ciuitatis Athalaricus Rex. XXIX.

C

Conſtituitur quis vt purgetur meatus vnde aqua poſſit effluere.

DIgnum eſt, vt libenti animo faciatis, quæ iuberi pro vrbis veſtræ vtilitate cognoſcitis : nam quod proprio ſumptu decuit aggredi, compendio ſe vobis conſtat offerri. Ciuitatem ſiquidem veſtram diuturna ſiccitate laborantem, iuuante Deo, ' domnus auus noſter ſaluberrima vnda rigauit. Cui nunc ſtudio veſtro cloacarum ora pandantur :' ne ſordium obiectione tardata reciprocans vnda veſtris ædibus ' illidatur, & quas debuit abluere, eaſdem vobis cogatur inferre. Cui operi, quanquam vos vrgere debeat ' ciuicus amor, virum ſpectabilem ' Geneſium præcipimus imminere. Vt nos ad meliora prouocetis, ſi quæ iuſſimus gratanter efficitis.

' dominus *Cloacarũ iura.* ' nec ' illudatur ' affectus ' Generoſum

NOTÆ VARIORVM.

D

¶ 1 *Dignum.*] De cloacis etiam ſupr. lib. 3. epiſt. 30. de Parmenſi ciuitate lib. 6. epiſt. penult.

¶ GENESIO VIRO * SVBLIMI ATHALARIC. Rex. XXX.

Committitur executio ſuper eiſdem.

AMore ciuitatis veſtræ, ' antiqui operis formam domnus quidem auus noſter largitate regia conſtruxit. Sed nihil prodeſt aquarum copias vrbibus immiſiſſe, niſi nunc prouideatur cloacarum opportuna digeſtio : more vitæ humanæ, cuius " ita ſalubritas continetur, ſi quod ore quis ſuſcipit, alia parte corporis relaxatus effuderit. Et ideo ſublimitas tua Parmenſes municipes ' faciet huic operi * nouiter inſiſtere : quatenus antiquos cuniculos, ſiue ſubterraneos, ' ſiue qui iunguntur marginibus platearum, diligenter emendent. Vt cum ſolemniter optates vobis ' liquor influxerit, nulla " adiecti ' luctaminis obiectione tardetur. Quia gratiam vnda non habet, niſi quæ iugiter influit, & viſa ſemper abſcedit. Illa enim, quæ ' pulchrè riuis exercitata ridet, quam deformis eſt in lacunis? palus enim nec viſu grata, nec iumentis accommoda. Elementum pulcherrimum quidem, ſed ' cum naturali puritate ſeruatur. Sine hac agri ſqualent, vrbes anhela ſiccitate fatigantur. ' 1 Vt meritò antiqua prudentia, quos à ciuica conuerſatione ſegregandos eſſe iudicauit, aquarum interdictione punierit. Quapropter tam vtiliſsimæ rei omnium debet ſtudere conſenſus, quia ciuis animum non habet, qui vrbis ſuæ gratia non tenetur.

* ſpectabili al. venerabili. For. *Cloacarũ opportunitas.* " Nõ iſta For.

E

' faciat * fortè, grauiter For. ' ſub quibus *Aqua fluens.* ' liquor influxerit " al. abiecti. For. ' luctaminis ' pulchris ' al publico For. *Palus.* ' cum in For. *Interdictũ aqua*

NOTÆ VARIORVM.

F

¶ 1 *Vt merito antiqua prudentia, quos à ciuica conuerſatione ſegregandos eſſe iudicauit, aquarum interdictione punierit.*] Lucianus in *Alexandro* ſeu Pſeudomanti, de præſtigiatoris oraculis, ὡς ἐκεῖνον τοιοῦτον ὅστις στέγῃ ἂν ὑπεδέξατο ἢ ὕδατος ἐκοινώνησεν, ἀλλ' ἐλαύνειν δεῖν πρὸς γῆς ἐλαύνεσθαι ὡς ἄθεον καὶ ἄθεον, id eſt, huiuſmodi hominem neque tecto quiſquam excipiebat, neque igni aquáve impertiebat : verum erat illi ſolum alio vertendum, tanquam impio deorúmque contemptori. Feralia in Chriſtianos edicta recenſens Victor Vticenſis *lib. 3. de perſecutione Vandalica*, addit, vt nullus quempiam illorum hoſpitio reciperet, aut alimoniam præſtaret. FOR.

¶ * SEVERO VIRO SVBLIMI ATHALARICVS Rex. XXXI.

* ſpectabili Iugeni præfecto For.

Quod poſſeſſores & curiales Brutiorum redeant ad ciuitates proprias.

G

CVm te Præfectorum conſiliis laudabiliter inhærentem omnia didiciſſe credamus, quæ ad Reipub. ſtatum pertinent, componendum, maximè cognouiſti litteris eruditus pulchram eſſe faciem ciuitatum, quæ populorum probantur habere conuentum. Sic enim & in illis ſplendet libertatis ornatus, & noſtris ordinationibus neceſſarius ſeruit effectus. Feris datum eſt, agros ſyluáſque quærere : hominibus autem focos ' patrios ſupra cuncta diligere. Aues ipſæ gregatim volant, quæ innoxia voluntate miteſcunt. Canori turdi amant ſui generis denſitatem. Serpentes ' ſturni compares ſequuntur indeſinenter exercitus. Murmurantes palumbi proprias diligunt cohortes, & quicquid ad ſimplicem ' pertinet vitam, adunationis gratiam non refutat. Contrà, animoſi accipitres, aquilæ venatrices & ſupra omnes alites acutiùs intuentes volatus ſolitarios concupiſcunt : quia rapaces inſidiæ innoxia ' conuenticula non requirunt. Ambiunt enim aliquid ſoli agere, qui prædam cum altero non deſiderant inuenire. Sic mortalium voluntas plerunque deteſtabilis eſt, quæ conſpectum hominum probatur effugere. Nec poteſt de illo aliquid veraciter credi, cuius vitæ teſtis non poteſt inueniri. Redeant Poſſeſſores & Curiales Brutij in ciuitatibus ſuis. Coloni ſunt, qui agros iugiter colunt. Patiantur ſe à ruſticitate diuiſos, quibus & honores dedimus, & actiones publicas probabili æſtimatione commiſimus : in ea præſertim regione, ' vbi affatim veniunt inelaboratæ delitiæ. Ceres ibi multa fœcunditate luxuriat. Pallas etiam non minima largitate congaudet, plana rident paſcuis fœcundis, erecta vindemiis : abundat multifariis animalium gregibus, ſed equinis maximè gloriatur armentis : meritò, quando ardenti tempore tale eſt * neruum ſyluarum, vt nec muſcarum aculeis animalia fatigentur, & herbarum ſemper virentium ſatietatibus expleantur. Videas per

De Brutiorum ciuitate incolẽda. *Ciuitatũ facies pulcra.* *Feræ.* ' proprios *Aues.* *Turdi.* *Sturni.* ' tutui *Palumbi.* ' pertinẽt *Accipitres.* *Aquilæ.* ' conuenualia

H

Solitudo deteſtãda *Coloni.* *Brutiorũ ciuitas.* ' niſi *Ceres.* *Pallas.* * fortè, verum

cacumina

A cacumina montium riuos ſæ puriſſimos, & quaſi ex edito profluant, ſic per Alpium ſumma decurrunt. Additur, quod vtroque latere copioſa marina poſſidet frequentatione commercia: vt & propriis fluctibus affluenter exuberet, & peregrino penu in vicinitate litorum compleatur. Viuunt illic ruſtici epulis vrbanorum, mediocres autem abundantia præpotentium: vt nec minima ibi fortuna copiis probetur excepta. Hanc ergo prouinciam ciuitatibus nolunt incolere, quam vel in agris ſuis ſe fatentur omnino diligere! Quid prodest tantos viros latere literis defecatos? Pueri liberalium ſcholarum conuentum quærunt: & mox, vt foro potuerint eſſe digni, ſtatim incipiunt agreſti habitatione neſciri: proficiunt, vt dediſcant, erudiuntur, vt negligant: & cum agros diligunt, ſe amare non potunt. Quærat eruditus, vbi poſſit exiſtere glorioſus: prudens frequentiam non reſpuat hominum, in qua ſe nouit eſſe laudandum. Alioqui virtutibus fama tollitur, ſi earum merita in hominibus neſciantur. Nam quale deſiderium eſt, ciuium frequentiam deſerere, cum aliquas quoque auium conuerſationi humanæ ſe videant velle miſcere? Mortalium enim penatibus fiducialiter nidos philumena ſuſpendit, & inter commanentium turbas pullos nutrit intrepida. Fœdum ergo nimis eſt, filios in deſolationibus educare, cum frequentationi humanæ videat alites ſua pignora commiſiſſe. Redeant igitur ciuitates in priſtinum decus: nullus amœnitatem ruris præponat mœnibus antiquorum. Quomodo poteſt in pace refugi, pro qua oportet bellum (ne vaſtetur) aſſumi? Cui enim minus grata nobilium videatur occurſio, cui non affectuoſum ſit cum paribus miſcere ſermonem, forum petere, honeſtas artes inuiſere, cauſas proprias legibus expedire, interdum Palamediacis calculis occupari, ad balnea ire cum ſociis, prandia mutuis apparatibus exhibere? Caret profecto omnibus his, qui vitã ſuã vult ſemper habere cum famulis. Sed ne vlterius in eandem conſuetudinem mens aliter imbuta relabatur, datis fideiuſſoribus tam Poſſeſſores, quam Curiales, ſub æſtimatione virium, pœna interpoſita, promittant anni parte maiore ſe in ciuitatibus manere, quas habitare delegerint. Sic fiat, vt eis nec ornatus deſit ciuium, nec voluptas denegetur agrorum.

Margin: A · eductio Alpes, qui · illoc · præpotentum · Vrbē incolere, honeſtum. · ſcholarū · diligant · Eruditis viranda publicatio · B · aliaoquin · Philomela. · nobiles filios · ergo · Ciuilia munera. · Palamediacis calculis occupari. · al. balnea Fon. · his · C · Cautio habitanda vrbem · delegerunt · al. voluptas Fon.

SEVERO V. S. ATHALARICVS REX. XXXI.

Mandata latrocinij quæſtio. De fontium miraculis.

CVm * Iuſadius vir ſublimis pro cauſis ſuis ad Comitatum ſacratiſſimum feſtinaret, itineris longinquitate confectus, animalia feſſa reparare contendens, ad fontem Arethuſæ, in * Scyllatino territorio conſtitutæ, elegit ponere manſionem: eo quod ipſa loca & paſcuarum vbertate fœcunda ſint, & inundatione aquarum pulchreſcant. Eſt enim, vt dicitur, ſub pede collium ſupra maris arenam fertilis campus: vbi fons vaſtus egrediens, cannis in coronæ ſpeciem ripatum ſuarum ora contexit, amœnus admodum & arundineis vmbris, & aquarum ipſarum virtute mirabilis. Nam cum ibi tacitus homo, & ſtudioſè ſilentioſus aduenerit, aquas fontis irrigui reperit ſic quietas, vt in morem ſtagni non tam currere, quàm ſtare videantur. At vbi concrepans tuſſis emiſſa fuerit, aut ſermo clarior fortaſſe ſonuerit, neſcio qua vi ſtatim aquæ ibidem concitatæ proſiliunt: os illius gurgitis ebullire videas grauiter excitatum: vt putes, aquam rigentem ſuccenſæ ollæ ſuſcepiſſe feruorem: ſilenti homini tacitis, loquenti ſtrepitu & fragore reſpondens: vt ſtupeleas, ſic ſubitò perturbatam, quam nullus tactus exagitat. Noua vis, inaudita proprietas, aquas voce hominum commoueri, & quaſi appellatæ reſpondeant, ita hominum ſermonibus prouocatæ, neſcio quid immurmurant. Credas ibi aliquod animal proſtratum ſomno quieſcere, quod excitatum magno ſtrepitu tibi reſpondeat. Legitur quidem, nonnullos fontium varia ſcaturire miraculis: vt aliqui potati animalibus reddant varium colorem, alter greges albos efficiat, quidam in ſaxeam duritiem ſuſcepta ligna conuertant. Sed has cauſas nulla ratio comprehendit: quia ſupra intellectum humanum eſſe cognoſcitur, quod tantum rebus naturalibus applicatur. Sed vt ad querelam ſupplicantis cito redeamus. Hic cum manſionem ſupradictus * Iuſadius habuiſſet, inſidiis ruſticorum abactos ſibi aſſerit caballos: quod temporum noſtrorum habere non decet diſciplinam, vt delectatio illius loci tali damno redderetur horribilis. Quod viuacitatem tuam diligenti cenſemus examinatione diſcutere, quæ & de palatio noſtro auctoritatem, & de legibus viſa eſt iuſtitiam collegiſſe: vt, more ipſius fontis, ſcelus quod actum eſt videaris vlciſci: perquirantur * fures ſummo ſilentio, teneantur in ſuis latibus quieti: vt dum mox inſecutor increpuerit, eorum corda turbentur: in voces proſiliant, & ſe terribili murmuratione confundant. Sic aquas ſuas omnia ſibi iudicent dediſſe pœnarum. Sit ergo in eis competens vindicta, vt loca ſint peruia: inuitet poſita diſciplina ſtudium commeantium. Ne latronum exceſſibus vitietur tale miraculum, quod ſemper lætificare cognoſcitur inquiſitum.

Margin: Dum · * Nuſadius Fon. · al. ſpectabilem. Fon. · properare · * Scilatino, al. Scillatiano, · D · al. Sicilliano. Fon. · Mirū de fonte. · cannis cingentibus Fon. · illud · rigētem · al. immurmurant. · E · vel Fon. · al. ſtrepore. · al. ſtrepitu reſpondeat. Fon. · Fontium miracula · * Nuſadius Fon. · Abacti equi. · illius · * fures Fon. · al. auctor. Fon. · al. proſiliant. · al. confundantur. Fon. · propoſita

¶ SEVERO V. S. ATHALARICVS REX. XXXII.

De pœna turbatorum venientium ad natale S. Cypriani, quod ibidem celebratur.

SIcut incognita velle noſſe, prudentis eſt: ita comperta diſſimulare, dementia eſt: eo præſertim tempore, cùm noxia res ad correctionem poſſit celerrimam peruenire. Frequenti ſiquidem probatione didicimus, Lucaniæ conuentu, qui priſca ſuperſtitione Leucothea nomen accepit, quod ibi ſit aqua nimio candore perſpicua, præſumptionibus illicitis ruſticorum facultates negociantium hoſtili direptione ſæpe laceratas: vt qui ad natale ſancti Cypriani religioſiſſimè venerant peragendum, mercimoniiſque ſuis faciem ciuitatis ornare, egentes turpiter manéſque diſcederent. Hoc non ſimplici ac facili remedio credidimus corrigendum, vt ſpectabilitas veſtra prædicto tempore vna cum Poſſeſſoribus atque Conductoribus diuerſarum maſſarum, ad quietem conuenientium, anticipata debeat cautela procurare, vt atroces facti, reos inueniat, quos pœna conſumat. Quod ſi aliquis ruſticorum, vel cuiuſlibet loci homo cauſas nefandæ litis attulerit, inter ipſa initia comprehenſus fuſtuariæ ſubdatur protinus vltioni: & pompatus mala nota corrigat, qui prius occultum facinus excitare tentabat. Eſt enim conuentus iſte & nimia celebritate feſtiuus, & circumiectis prouinciis valde proficuus. Quicquid enim præcipuum aut induſtrioſa mittit Campania, aut opulenti Brutij, aut Calabri peculioſi, aut Apuli idonei, vel ipſa poteſt habere prouincia, in ornatum pulcherrimæ illius venalitatis exponitur: vt meritò tam ingentem copiam iudices de multis regionibus congregatam. Videas enim illic collucere pulcherrimis * ſtationibus latiſſimos campos, & de amœnis frondibus intextas ſubito momentaneas domos populorum cantantium, lætantiúmque diſcurſum. Vbi licet non conſpicias opera mœnium, videas tamen opinatiſſimæ ciuitatis ornatum. Præſto ſunt pueri ac puellæ, diuerſo ſexu atque ætate conſpicui, quos non facit captiuitas eſſe ſub pretio, ſed libertas: hos meritò s parentes vendunt, quoniam de ipſa famulatione proficiunt. Dubium quippe non eſt, ſeruos poſſe meliorari, qui de labore agrorum ad vrbana ſeruitia transferuntur. Quid veſtes referam innumera varietate diſcretas? quid diuerſi generis animalia nitere pinguiſſima? vbi tali cuncta taxatione proponuntur, vt quamlibet emptor faſtidioſiſſimus inuitetur. Sic de illo com-

Margin: conuenientium · Leucothea. · G · al. Lucotea. · al. direptione. Fon. · natalem D. Cypriani. · tumulo. · Maſſa. · ne · Fuſtuaria vltio. · al. vota. Fon. · proſpicuus · H · aut · venalitati · * v. ſtationibus · opera · Liberi à parētibus venditi.

A metcio nemo ingratus redit, ſi cuncta probabilis diſciplina ' componit. Eſt enim & locus ipſe camporum amœnitate diſtenſus, ſuburbanum quoddam Coſilinatis antiquiſſimæ ciuitatis, qui à conditore ſanctorum fontium Marcilianum nomen accepit. Hic erumpit aquarum perſpicua & dulcis vbertas, vbi in modum naturalis antri abſidis fabricata concauitas ſic perſpicuos liquores emanat, vt vacuum putes lacum, quem non dubitas eſſe plenisſimum. Hic perlucidus vſque ad fundum patet: vt aſpectibus tuis aërem potiùs apparere iudices, non aliquorem, Æmulatur ſerenum diem aqua ſubtiliſſima: nam quicquid in imo geritur, inoffenſa * aëris claritate monſtratur. Colludunt illic gregatim * lectiſſimi piſces, qui ad manus " poſcentium ſic intrepidi veniunt, tanquam ſe nouerint non eſſe capiendos: nam qui tale aliquid ' præſumpſit efficere, mox pœna diuinitatis cognoſcitur excepiſſe. Longa ſunt, illius fontis ' memoranda deſcribere. Veniamus ad illud ſingulare munus ſanctúmque miraculum. Nam
B cùm die ſacratæ noctis precem baptiſmatis " cœperit ſacerdos effundere ' & de ore ſancto ſermonum fontes emanare, mox in altum vnda proſiliens, aquas ſuas non per meatus ſolidos dirigit, ſed in altum ' cumulóſque tranſmittit. Erigitur brutum elementum ſponte ſua, & quadam deuotione ſolenni præparat ſe miraculis, vt ſanctificatio maieſtatis poſſit oſtendi. Nam cum fons ipſe quinque gradus tegat, eóſque tantum ſub tranquillitate poſſideat, aliis ' duobus cernitur creſcere, quos nunquam præter illud tempus cognoſcitur occupare. Magnum ſtupendúmque miraculum, fluenta labentia ſic ad humanos ſermones vel ſtare vel creſcere, vt eis credas audiendi ſtudium minime defuiſſe. Fiat venerabilis omnium ſermone fons iſte cœleſtis. Habet & Lucania Iordanem ſuum. Ille exemplum baptiſmatis præſtitit, hic ſacrum miniſterium annua deuotione cuſtodit. Quapropter & reuerentia loci & vtilitas reddere debet populis ſanctiſſimam pacem. Quia cunctorum iudicio ſceleratiſſimus habendus eſt, qui talium
C dierum gaudia temerare contendit, Releganiur populis & proponantur iſta, quæ diximus: vt cum multa eſſe diuinè credunttur, excedendi licentia non quæratur.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Stationibus*] v. *ſanctionibus*, vt *l. 1. de agric. & cenſ. Cod. lib. 11.* Sed nihil temerè mutauerim, rectum videtur *ſtationibus*, quibus officinæ ac pergulæ nundinarum ſignificantur. Quid enim aliud his verbis, *mercimoniis* ac *momentaneas domos*, Athalaricus innuit, niſi pergulas, *lib. 19. hæres, de indic. l. 5. in fin. ff. de iis qui deiecill.* For.

¶ 2 *Parentes vendunt*] *C. de patrib. qui fil. diſtr.* Hieremiæ *cap. 5.* populus fame oppreſſus in hæc verba prorupit: *filij noſtri, & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis, accipiamus pro precio eorum frumentum, & concedamus & viuamus.* Quod & tempore Maximi Imperatoris accidiſſe teſtatur Euſeb. *Ouid. 8. Metamorph.*

—& tandem demiſſo in viſcera cenſu
Filia reſtabat, non illo digna parente,
Hanc quoque vendit inops. For.

D

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variorum

LIBER IX.

¶ HILDERICO REGI VVANDALORVM Athalaricus Rex. 1.

De morte violenta Reginæ Amalaſridæ.

DVRISSIMA nimia ſorte conſtringimur, vt quos antè dulces parentes diximus, nunc eis

E cauſas amariſſimas imputemus, quas nemo poteſt relinquere, qui pietatis noſcitur monimenta cogitare. Quis enim neſciat, diuæ recordationis Amalafridam, generis noſtri decus egregium, violentum apud vos reperiſſe lucis occaſum? & quam habuiſtis pridem dominam, paſſi non eſtis viuere nec priuatam. Hæc ſi contra fas parentelæ grauis eſſe videbatur, remitti ad nos debuit honorabilis, quam magnis ſupplicationibus expetiſtis.

Parricidij genus eſt, vt quam vobis fecerat affinem coniunctio Regis, nefandis auſibus in eius vos interitum miſceretis. Quid tantum mali à ſuo coniuge relicta promeruit? Si ſucceſſio debebatur alteri, nonquid fœmina in eo ambitu potuit inueniri? Mater quinimò haberi debuit, quæ vobis ' regna profudit. Nam & hoc nobilitati veſtræ fuiſſet adiectum, ſi inter * has ' duorum ſtirpem retinuiſſetis Amali ſanguinis purpuream dignitatem. Hoc Gothi noſtri ad ſuum potius opprobrium intelligunt fuiſſe tentatum. Nam qui dominæ alienæ gentis intulit necem, omnino eius parentum viſus eſt deſpexiſſe virtutem: quando nemo, quod "
F reſecandum credit, putat eſſe tentandum. Et moralis ideo ratione commoniti, per illum & illum Legatos noſtros verbis prius à vobis expetimus æquitatem, ' exſpectantes qualis excuſatio tantis caſibus afferatur. Nam & ſi quodlibet negocium in tali perſona fuiſſet enatum, nobis debuit intimari (vt & noſtro iudicio periret, quæ ſe peſſimis actibus miſcuiſſet) reſtat, vt naturalis eius fingatur occaſus. Impoſſibilia non dicimus; noua non quærimus illum atque illum tradite, per quos facta res debeat elucere. Sit in eis totius cauſæ abſoluta probatio, ſine bello, ſine cæde, ' aut nos efficiat placatos, vt vos reddat obnoxios. Quod ſi creditis eſſe temnendum, nec vos ad rationabilia reſponſa componitis, conditione iuſtæ pacis abſoluimur, qui læſi fœderis vinculo non tenemur. Vindicet nunc ſuperna maieſtas ſcelus qualibet arte commiſſum, quæ ad ſe clamare ' fatetur fraterni ſanguinis cædem impiam.
G

¶ EDICTVM ATHALARICI REGIS. 11.

Contra illos qui aliquid præſumunt in diſpendium curialium.

QVi Reipublicæ ſtatum, & generale cupit ſtare faſtigium, ad vniuerſa debet eſſe ſolicitus: [quia non eſt ſalus in corpore, niſi quam & membra potuerint obtinere. Iniura vnius loci compago tota concutitur, & ' tanta conuenientiæ vis eſt, vt vnum vulnus vbique credas accipi, quando illa cœperit condolere.] Reſpub. ſiquidem non eſt vnius ciuitatis cura, ſed totius regni prouiſa cuſtodia. Quapropter ſi quid ex ipſa minuitur, in origine ' diſpendia ſentiuntur. Minùs enim habere neceſſe eſt, cui aliquid perit. Et ideo diuerſarum ciuitatum peruigil nos cura ſolicitat: ne permiſſa longiùs mala, noſtra poſſint ' grauare palatia. ' Ar-
H bor, ' quam florere vides, quam ſumma conſpicis viriditate lætari, ſubterraneo ſucco fœcunditatis animatur, reddens in ' ſuperficiem, quod continet in radice. Hominum quoque vultus magna hilaritate decorantur, ſi viſceribus ſanis grauamen nullius ſentiat læſionis. Sic regnum iure dicitur integerrimum, ſi nuſquam fuerit imminutum. Hoc fieri poteſt, cùm vndique ſummouetur effrenata licentia: nec datur auſus menti malignæ, ſub abominabili libertate peccare. Curiales, quibus à prouida ſolicitudine nomen eſt, grauiſſima dicuntur infeſtatione quaſſati: vt quicquid eis honoris causâ delegatur, ad iniuriam potiùs videatur eſſe perductum. O nefarium ſcelus, importabile malum! quando debuit Reipub. ſeruiendo proficere, tunc libertatem ſuam cum fortunis videtur amittere. Quocirca edictali programmate definimus, vt ſi quis * vexatus fuerit aut iniuria, aut in diſpendio Curialis,

vel-

A
Fon. quod

vel aliquid ei (praterquam juſſum fuerit à nobis, vel ab aulicis, quorum intereſt, poteſtatibus imponere fortaſſe præſumpſerit, aut decem librarum auri diſpendio feriatur, ipſi qui tale aliquid pertulerit nihilominus profuturum: aut ſi facultas vindictæ non ſufficit, per fuſtuaria ſupplicia laceretur: & reddat debitum pœnis, quod non potuit compenſare pecuniis: ita tamen, vt quæ pro publica vtilitate fuerint delegata, ingenua ſollicitudine compleantur: quando plus incipiunt debere, quos alienas iniquitates non permittimus ſuſtinere.

pertulerit Fon.
Fuſtuaria, ſupplicia

1 Prædia Curialium, vnde maximè mediocribus parantur inſidiæ, nullus illicita emptione peruadat. Quia contractus dici non poteſt, niſi qui de legibus venit. Circa Senonum & militantum moleſtias Iudicum protegantur auxilio. Ab ipſis quoque moderatoribus eos noſtra vindicauit auctoritas, quantò grauiùs plectendus eſt, ſi ille cui delegatur auxilium, probetur inferre detrimentum? Erigite colla depreſſi: ſubleuate animos malorum ſarcinis ingrauati: date ſtudium recuperare, quæ vos malè cognoſcitis amiſiſſe.

Curialia emere non licet.
moleſtias quoque
Contractus.
ingrauate
B
ciuitati

Vnicuique ciui vrbe ſua Reſpub. eſt. Adminiſtrate ciuitatum ſub conſentanea voluntate iuſtitiam. Ordines veſtri æquabiliter viuant. Nolite grauare mediocres, ne vos meritò opprimere poſſint potiores. Pœna iſta peccati eſt, vt vnuſquiſque in ſe recipere poſſit, quod in alterum proteruus exercuit. Viuite iuſtè, viuite continenter. Quia via audet quiſquam in illos excedere, in quibus culpas non poteſt inuenire.

culpam
Ordinum concordia.

Grues moralem nouerunt exercere concordiam: inter quas nullus primatus quæritur, quia iniquitatis ambitus non habetur. Vigilant viciſſim, communi ſe cautela cuſtodiunt, ipſe paſſus alternus eſt. Sic honor nullis adimitur, dum omnia ſub communione ſeruantur. His etiam volatus vicaria æqualitate diſponitur: vltima fit prima, & quæ primatum tenuit, eſſe poſterior non recuſat.

Iis
Vicaria æqualitas.

Sic quadam communione ſociatæ ſibi ſine legibus obſequuntur, ſine dominatu parent, ſine terrore famulantur. Voluntariè ſeruiendo liberæ ſunt, & inuicem ſe diligendo muniuntur. Quarum morem ſcriptores rerum naturalium contuentes, politiam quodammodo inter ipſas eſſe commemorant, quas ciuico affectu viuere cognouerunt. Has ſi vos imitemini, omnes à vobis prauitatum calumnias excluditis. Nam vos qui tecti vota recipitis, habetis per leges poteſtatem in ciuibus veſtris. Non enim incaſſum vobis Curiam conceſſit Antiquitas, non inaniter appellauit Minorem Senatum, neruos quoque vocitans ac viſcera ciuitatum. Quid in iſta appellatione non habeatis vel potentiæ, vel honoris? Nam qui Senatui comparatur à nullo genere claritatis excluditur.

C
quādam
habetis

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Prædia Curialium vnde maximè mediocribus parantur inſidiæ, nullus illicita emptione peruadat, quia contractus dici non poteſt, niſi qui de legibus venit.*] Venditio prædiorum curialium non valet, niſi fiat cauſa probata apud acta præſidis, *l. 1. Cod. de off. eius qui vic. al. iud. obt.* vel præfecti prætorio ex Nou. Maioriani *de Curialibus*. Qui prædium curiale emit ſine decreto curiali venditori reſtituit prædium cum fructibus, nec tamen ab eo precium recipit, vel meliorationes. Æquum igitur eſt, vt qui ad eam emptionem acceſſerit, pretium amittat & ſumptus. BROS.

D

¶ * BERGANTINO VIRO COMITI PATRITIO Athalaricus Rex. III.

* Senatori viro ſublimi

Committitur cuidam ſublimi vt aurum fodiendum curet.

De metallis fodiendis & excidendis.

SI labor omnis aſſiduus adeò diuerſos exigit fructus, vt aurum argentúmque ſolita commutatione mercetur, cur non ipſa diligenter exquirimus, propter quæ poſcere alia videbamur? Italia diues inferat nobis & aureos fructus. Omnis prouentus acquiritur, vbi metallum fuluidum reperitur. Nam quid neceſſe eſt, terram multiplici fœcunditate laſſari, ſi ipſa magis pretia in ea potuerint inueniri? Frumenta vobis vſualiter Natura induſtria ſuffragante, concedit, paſſim ſe vina profundunt: metallum rarò proditur, vt ſtudioſiùs expetatur. Quapropter ad maſſam iuris noſtri Ruſticianam, in Bruttiorum prouincia cõſtitutam, magnitudinem tuam iubemus Cartarium deſtinare: etſi (vt ab artifice rerum Theodoro dicitur) memorata rebus terra fœcunda officiis ſolenniter inſtitutis montium viſcera perquirantur, intretur beneficio artis in penetrale telluris, & velut in theſauris ſuis Natura locuples inquiratur. Cuniculis enim ingenioſa præſumptione reuolutis, talpinum animal imitantes, itinera fodiunt, quæ nullis antè patuerunt. Sic ambitio nil relinquit abſconditum, nec vbi interdum ſuſtinere poſſit extremum. Intrant homines caligines profundas: viuunt ſine ſupernis: exulant à Sole: & dum ſub terris compendia quærunt, nonnunquam lucis gaudia derelinquunt. Eſt aliquando illis ruina via ſua, & reditus procurare nequeunt, qui pedibus ſuis ſeriores operoſis manibus effecerunt. Sed quibus cautior ars vita felicior eſt, intrant egentes, exeunt opulenti, ſine furto diuitias rapiunt, optatis theſauris ſine inuidia perfruuntur: & ſoli ſunt hominum, qui abſque vlla nundinatione pretia videantur acquirere. Mox enim, vt ſupernæ luci fuerint reſtituti, minuta quæque grauiora diſcernentibus aquis à genitrice terra ſeparant, ac fictilibus recondita, vaſta fornace decoquunt, donec ſoluantur vtiliter in liquorem. Riuos quoque de flamma venientes tanto igne depurgant, quouſque pulchritudinem ſui prodãt quam terrena viſcera, ne cuperentur, abſconderant. Vincitur Natura, dum eam meliorat induſtria. Pulchrior eſt, dum arſerit: potior, dum decoxerit. Quia tantum creſcit ad pretia, quanta fuerit ſynceritate mundata. Origo quidem nobilis, ſed de flamma ſuſcipit vim coloris. Vt magis credas inde naſci, cuius ſimilitudine videtur ornari. Sed cùm auro tribuat ſplendidum ruborem, argento confert albiſſimam lucem. Vt mirum ſit, vnam ſubſtantiam tradere, quod rebus diſſimilibus poſſit aptari. Proinde quicquid ad exercendam huius artis peritiam pertinere cognoſcitis, ordinatio veſtra perficiat. Vt & terra Bruttiorum ex ſe tributum, quod dare poſſit inueniat, quæ fructibus copioſa luxuriat. Decet enim, vt inter tanta bona, nec illa deſint, quæ putantur eſſe præcipua. Cur enim iaceat ſine cultu, quod honeſtum poteſt eſſe compendium? Aurum ſiquidem per bella quærere, nefas eſt: per maria, periculum: per falſitates, opprobrium: in ſua verò natura, iuſtitia. Honeſta verò ſunt lucra, per quæ nemo læditur. Et bene acquiritur, quod à nullis adhuc dominis abrogatur. Gryphes aurum iugiter leguntur effodere, atque huius metalli inſpectione gaudere: quibus quoniam nulla eſt ambitus lucri, cupiditatis crimine non dicuntur accendi, ſcilicet, quia omnis actus in qualitate propoſiti eſt: & non eſt vituperandum: quod nulla fuerit voluntate laſciuum. Sint ergo ſedula operatione continui quæſtus, inuidiam non pareſcant: quod ars dicitur, à crimine liberatur.

E
inueniatur
laxari
ſeſe vina
expectatur
Bruttij.
Cartarium
Theodorus.
* eſt officii ſolerter
perquiratur
Talpa.
fodiant
nullius
F
exultant
furtiuo
Auri coquendi ratio.
riuoſque
nobilis eſt
G
Bruttiorum terra.
vſu
Honeſta auri quærendi ratio.
Gryphes.
Ars innocens.
H
paueſcat

¶ * ABVNDANTIO ** PRÆPOSITO Athalaricus Rex. IV.

*Bergantino
** Melius præf. præt. Fon.

Vt abrogentur de ſeruitute qui ſunt ex ordine Curiali.

A Curia albo abraſi ob delictum.

FElix querela eſt, quando leges pietate ſuperantur: & beata conditio ſubiectorum, ſi cognoſcant illum aliis miſertum, quem & ſibi optant eſſe propitium. Neque enim ob aliud Curiales leges ſacratiſſimæ ligauerunt, niſi vt cùm illos ſoli Principes abſoluerent, indulgentiæ præconia reperirent: hoc eſt, vbi dominus aduerſum ſua iudicia amabili concertatione diſſentit: quando & ipſius quædam iuſtitia eſt, vt qui prius

hic

dicitur, diſtrictionis terminο minimè teneatur. Nam & iſte quidam sationabilis ordo eſt, militia tandem ſoluere, qui impares laboribus probantur exiſtere. Curialis enim, ſi nulla valetudine corporis continetur, ad ſolas deceptiones apponitur: & dum adeſſe quid proderit, ſi eum contingat defectum viribus inueniri. Similis quippe eſt abſenti, a quo non potuerint imperata compleri. Deinde dum Curia multiplici numeroſitate lætetur, non videtur perculſa damnis, paucos perdidiſſe de plurimis. Quapropter illuſtris magnificentia tua Agenantiam, vxorem Campaniani viri diſertiſſimi, in Lucania prouincia conſtitutam, filióſque eorum de albo Curiæ ſuæ faciat diligenter abradi: vt ventura poſteritas neſciat fuiſſe, qui veratur abigere: quia calumnia non præſumitur, vbi aliqua probatio non habetur. Proinde in Poſſeſſorum numero potiùs colloccemur, paſſuri nihilominus moleſtias, quas ipſi aliis ingerebant. Ad tributa enim ſolita turbabuntur: faciem compulſoris horrebunt, (à poteſtatibus iuſſa prius veniſſe neſciebant) & votiua ignorantia fatigati formidare delegata incipient, per quæ anteà timebantur. Nam & ex ea parte bonis moribus vixiſſe probandi ſunt, quando perperiuntur inter illos otioſi viuere, quorum ſe non cognoſcunt odia meruiſſe. Aliqui non paterentur ſub illis eſſe, quos ſe cognoſcebant malis actibus incitaſſe: fruantur ergo beneficio principali: viuant remiſſa pace tranquilli, qui fuerunt in actionum ſuarum qualitate compoſiti.

EPISCOP.S ET HONORATIS ATHALARICVS Rex v.

Quòd habentibus frumentum, id vendere cogantur vt impediatur caritas.

Poſſeſſorum territorij veſtri querela comperimus, ſupra temporis neceſſitatem quorundam ciuium ſuorum execrabilem ſuſtinere ſæuitiam: dum primo tempore * panitij ſpeciem conceptam in propriam redegere ſubſtantiam, exſpectantes caritatem mediocribus grauem, vt parciùs reponentibus deteſtabilem inferant nuditatem: quando homines * in famis periculo conſtituti rogantes offerunt, quos ſe ſpoliare poſſe cognoſcunt. In neceſſitate ſiquidem penuriæ, pretij nulla contentio eſt: dum patitur quis induci, ne poſſit aliqua tarditate percelli. Hæc igitur vota damnantes, præſentes direximus porthores. 1 Vt ſiue in gradu, 2 ſiue in aliis locis frumentorum condita potuerint inuenire, tantum ſibi vnuſquiſque dominus vel familiæ ſuæ domus retineat, quantum ſe expendere poſſe cognoſcit: reliquum periclitantibus vendat, præſentibus ſcilicet harum gerulis, qui ad eam rem deſtinati eſſe noſcuntur, moderata tamen pretij quantitate, qua eum conſtiterit à ſuis prouincialibus comparaſſe. Vt nec nimiùm grauetur qui emit, & aliquo compendio foueatur ille, qui diſtrahit. Quapropter libentibus animis implete, quæ iuſſa ſunt. Quia vobis debetis in hac parte conſulere inuicem. Ne dum caritatem nimiam quæritis, ſceleſtum vobis aliquid potiùs (quod abſit) optetis. Ne quis ergo venditionem ſibi impoſitam conqueratur, ſciat libertatem in crimine non requiri, ſed illud boni ingenij magis eſſe, ſi non feſtinet excedere. Vendat itaque ſub iuſta ratione, qui diſtrahit. Si conſentit, operatur laudem ſuam: ſi diſcrepat, noſtrum facit eſſe præconium. Quando bonum eſt iubentis, ſi iuſtitia imponatur inuitis.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Siue in gradu.*] Panis gradilis, de gradibus dari ſolitus ciuibus ſine pretio: vt ex ſingulis ferè legibus *tit.* 17. *lib.* 14. *C. Theod.* oſtenditur. Prudentius *libro priore contra Symmach.* Cuiacius *ad tit. de conditis in public. horr. lib.* 10. *Cod.* For.

¶ 2 *Siue in aliis locis frumentorum condita potuerit inuenire.*] Populo cura præf. vrbi & præfecti annonæ, in dies præbentur annonæ, & panes qui gradiles dicuntur, quod è gradibus qui in vnaquaque regione vrbis erant ad priſtina præbeantur: dantur frumenta piſtoribus ex publicis horreis, tum deinde populo panes. Bros.

PRIMISCRINIO ATHALARICVS REX. vi.

Conceditur licentia eundi ad balnea ob morbum, quo dicebatur grauiter ſauciatus.

Cum diuturnis laboribus excubares, ita te imbecillitate corporis aſſeris grauiter ſauciatum, vt nec ad famam militiæ percipiendam poſſis occurrere, ad quam conſtat voto te præcipite feſtinaſſe: metuens, ne per abſentiam tui ab ipſis penè faucibus dulciſſimus tibi fructus videatur auferri: poſtulans etiam vt algentis corporis neceſſitate conſtrictus, Baiani lauacri ſiccitate laxeris. Dignum planè, quod inter præmia ſumma præſtemus: vt ſicut conferimus victis ſpem, ita tribuamus ſupplicantibus ſalutem. Quapropter & à vinculo te * emolumentarij tertoris abſoluimus, & prædicti lauacri munere ſubleuamus. Vt primum mentis gaudio recreatus, faciliùs membrorum recipias ſoſpitatem. Naturalis ſiquidem cura eſt, ægris dare lætitiam. Nam fac inualidum gaudere, ſanatus eſt. Perge igitur ad amœnos receſſus. Perge ad Solem, vt ita dixerim, clariorem. Vbi ſalubritate aëris temperata, terris blandior eſt natura. Illic miraculis alta cogitatione perpenſis, cum arcanis Mundi mens humana colloquitur, nec admirari deſinit, quæ ibi agi poſſe cognoſcit: primum, Nerei fluenta marinis delitiis eſſe completa, tot portus naturæ prudentia terrenis finibus interioſſos, tot inſulas nobiles amplexu pelagi dotatas: deinde immiſſum Auerno ſtagnum mare, vbi ad voluptatem hominum vita * tegitur oſtreorum, induſtriáque mortalium fieri, vt res alibi fortuita ibi ſemper appareat copioſa. Quantis ibi molibus marini termini decenter inuaſi ſunt? quantis in viſceribus æquoris terra promota eſt? Dextra leuáque greges piſcium ludunt. Claudantur alibi induſtrioſis parietibus copioſæ delitiæ, captiui teneantur aquatiles greges. Hic vbique ſub libertate viuaria ſunt. Adde quod tam amœna eſt ſuſcepta piſcatio, vt antè epuloſum conuiuium intuentium paſcat aſpectum. Magnum eſt enim gaudium deſiderata cepiſſe, ſed in * his rebus gratior eſt plerunque amœnitas oculi, quàm vtilitas captionis. Sed ne longiùs euagemur, inter Neptunias gazas habitare creditur, cui ocia Baiana præſtantur. His itaque rebus delirioſa exercitatione ſaginati, ad pulcherrima lauacra contenditis, quæ ſunt & miraculis plena, & ſalutis qualitate pretioſa. Nam & ſi hominum cura fabricata noſcuntur, naturalibus certè miniſteriis exhibentur. Fornaces illis non robora conuecta ſuccendunt, ceſſante flamma ibi perpetuus calor operatur: illi globi fuoriferi neſciuntur, aura eſt puriſſima, quæ miniſtrat vapores, ſudores prouocat dulciter anhelos, & tanto à communibus balneis ſalubrior inuenitur, quantum ab humana induſtria celſior eſt Natura. Videas illic, vndas perpetuis fumare gurgitibus, quæ ita videntur lauantium explere deſideria, vt humano credas ſtudio temperatas. * Cedat Corallici pelagi laudata ſemper opinio: aſſurgat Indici maris de albarum candore fama locupletior. Quid mihi cum pretiis, ſi animos non fruantur optatis? Baianis litoribus nil poteſt eſſe præſtantius, vbi contingit & dulciſſimis delitiis veſci, & impretiabilis munere ſanitatis expleri. Fruere igitur bonis nihilominus expetitis. Noſtris beneficiis ad tua emolumenta peruenies. Baianis remediis conſequere rem ſalutis.

¶ REPERA

A

¶ REPERATO PRÆFECTO VRBIS Athalaricus Rex. vii.

Conceditur dignitas præfecturæ prætorianæ.

Præfectura vrbana collatio. ' ſuorum *Honeſtus ambitus.* ' delectentur

POſt pareotum claras adminiſtrationes beoe cooferuntur poſteris emineotiſſimæ dignitates: dum nullius acquieſcit, ingeniom iacere intra æſtimationem 'ſuarum: quando qoidam honeſtus ambitus eſt, quos ſequimur tempore, velle præconiis anteire. Additur etiam quod priſcorum dogmatibos eruditi opinionis gratia ' delectantur augeri. Nam quantò ſe vnuſquiſque melioribus cognoſcit artibus ſtuduiſſe, tantò amplius grandiora præſumit appetere. Dudom itaque illuſtris recordationis genitoris toi Reſpub. ſenſit Romana diligentiam. Cumitiuæ ſiqoidem Largitionum præſidens, functus etiam vicibus Præfectorum, " Prætorianam egit integerrimè dignitatem, Curiam reparans, pauperibus ablata reſtituens, & qoamvis liberalibus ſtudiis fuerit impolitus, placere non omiſit indoctius. Quooiam naturaliter per ſe commendari poteſt booom ingenium, etiam cum rebus accidentibus non videtur ornatum. Sed hoc quantuio eſt ad ' tuam notitiam literatum. [Doctrina ſiquidem quos ab imperitis diſcernit, ſapientibus amica ſocietate coniungit: cui perfacilè eſt ornare generoſum, quæ etiam ex obſcuro nobilem facit.] Creſcit quoque præclaris meritis tuis, quod in affinitatis gratiam te ' talis elegit, quem ſemper contigit de iudicij ſui integritate prædicari: moribus communis, conſcientia ſingularis, qui ſe ſemper ſuis moribus, & amicorum conuerſatione & ſua fecit probitate laudari. Qualem ergo ſuo ſanguini æſtimandos eſt ſociaſſe, qui nunquam improbum vel communioni ſuæ decreuit adiungere. Et ideo licet primæuus venias ad honorem, poſt tanti viri iudicium ineptum eſt te dicere non probatum. Nam ſi bene illis ſuggerentibus in extraneis cauſis placidas aures præbemus, cur magis io genere ſuo eorum iudicia oon ' ſequamur, vbi ſemper ſtudiosè ſibi proſpiciunt, etiam qui in aliis actibus frequenter excedunt? Atqoe ideo, quod feliciter dictum ſit, per Iodictionem illam Vrbanæ tibi tribuimus infulas dignitatis: vt ſicut in illo ordine primus, ita habearis & meritorum laude præcipuus. Pene ſiqoidem tertarum oculis ' habetur, quod in illa ciuitate peragitur. Quem iam ſibi iudex placatum ' faciat, ſi illom Seoatum tantæ benignitatis offendat? Quid ſit maturitatis, quid prudentiæ, in ordinis ipſius æſtimatione cogooſcis, cuius primæua germana mox vt ' adoleuerint, Patres vocantur. Adoleſcentia illic inchoat à maturitate conſilij: tractant iouenes cum modeſtia ſenium: vbi motum pondus in flore permittitor, quod vix alibi cana ætate generatur. Talem te ergo habita moderatione tractabis, vt cum tut Proceres ad Curiam vocas, dignam ante illos ſententiam tuæ voluntatis aperias. Nimis quippe arduum eſt, tale aliquid inter illos dicere, quod neqoeat tantis prodentibus diſplicere. Ideóque non vnius dignitatis vir æſtimandus eſt, qui ab illa turba doctorum bonum potuit referre iudicium. Nam ſi gratum eſt vel ſub raritate prædicari, quid illi gaudij prouenire poſſit, quem tot nobilium vota laudauerint? Iuſtitiam dilige. Oppreſſis te ' diligenter impende. Redde laudes Poſteris tuis, quas tu à Maioribus accepiſti.

" al. *præ toriam* Foa. B ' tuarum *Doctrinæ laudatio.* ' talem C ' ſequimur. *Quod geſtum in vrbe patet omnibus* ' offertur ' facit ' adoleuerint *Senatores patres.* *Arduum eſt dicere apud ſapientes.* D ' dignanter

¶ " OSVM V. S. COMITI ATHALARICVS Rex. viii.

" al. Oſuino. Fox.

Remittitur quis iterum ad Dalmatiarum & Suauia prouincias regendas.

Comitiua Dalmatiarum & Suauia.

PRopoſiti noſtri eſt, boneſtos labores palma remunerationis ornare: vt viciſſitudine qoa prouecti gaudent, deſides mordeantor, ſibique imputare poſſint, quod clementiſſimis temporibus iudicij noſtri præmia oon merentur. Atqoe ideo illuſtrem magnitudinem tuam, Deo iooante, ad Dalmatiarum atque * Suauim prouincias iterum credidimus deſtinandam: vt quicquid pro vtilitatibus noſtris eſſe cognoſcis, æquabili ordinatiooe diſponas, populúmque nobis deuotum per tuam Iuſtitiam facias eſſe gratiſſimum. Quia dominorum laudibus applicatur, cum ſe probabiliter tractat electos. Noo exempla aliena perqnitas: memor eſto qoæ feceris, & non indiges admoneri. Quid eſt enim quod de tua " quiſquam debeat actione dubitare, quando ipſis prouinciis adhuc propria bona redolere ' cognoſcis? Quodammodo iam debitum eſt illi velle præſtare, apud quem ſcis te fuiſſe laudabilem. Obedientibus enim iuſtè indulgetur animus, & quos ſcimus memores bonorum, indubitanter eis denuo præbemos affectum. Ætas quidem tua prouecta eſt, ſed actus quoque maturior. Quid ' enim nunc ſurripere valeat, in quo nunc iuuentus reprehenſibilis fuit? Sed hæc in ' domni aui noſtri regno feciſti: nunc talia demonſtra, vt temporibus noſtris reſeruaſſe videatis, quicquid probitatis ' addideris.

E * Saueciæ " al. quiſpiã. Foa. ' cognoſcitis. ' tibi F ' domini ' addens

¶ VNIVERSIS GOTHIS ET * ROMANIS Athalaricus Rex. ix.

* Prouincia lib. Suauiæ ac Dalmatiæ.

Vt pareant iis qui ad prouinciam regendam conſtituti ſunt.

Comitis commendatio.

PEr prooincias, nobis Deo præſtante cooceſſas, tales viros cupimus deſtinare, qoi ſint armis prædici, & ioſtitia glorioſi: vt abſit à vobis & extranearum gentium metus, & calumnioſis non pateatis ioſidiis. Quia non minus eſt, malum " bellicum vitaſſe, quàm ſæua diſcuſſionis euadere. Ipſa eſt enim vera ſecuritas, quæ de nolla * Iodicis * impietate formidat. Atqoe ideo, quod Deo auſpice dictum ſit, illuſtrem Cumitem Oſuin, & palatio noſtro clarum, & prouinciis longa cooueſatione notiſſimum, Dalmatiis decreuimus præſidere. Coi pro vtilitate noſtra iubenti, parere procurate: quoniam tantam eios eſtis iuſtitiam frequenter experti, vt & ſine regia iuſſione ei ' deberetis priorum memores obedire. Habet enim proprium ios ille, qui iuſtus eſt: nam & ſi terrore minimè poteſtatis erigitur, æqoitate tamen ſuadente ſemper auditur. Simul etiam & virum illuſtrem Seuerinum ad vos ' æſtimauimus dirigendum: vt compoſiti conſona voluntate, poſſint vobis laudanda præcipere. Nam ſi diſparibus calamis conuenit vnum melos * edicere, multò magis viris prudeotiſſimis aptum eſt, iuſta * cordis voce ſuadere. Verùm, vt primordia noſtra à præſtitis inchoarent, elementiſſimúmque dominium io ipſo regni ' limine ſentiretis, per quartam Iodictionem, ' quod à nobis augmenti nomine quærebatur, illuſtrem virum Comitem, patrimonij noſtri nunc iuſſimus remouere. Hoc etiam ioſuper vobis concedentes, vt cum (deo propitio) ſupradictum virum ad noſtra obſequia venire fecerimus tales homines deſtinare, per quos poſſimus euidenter agnoſcere, quemadmodum in futurum cenſus doceator impoſitus. Vt ſi grauatos vos eſſe cognoſcimus pro parte vobis qua viſum fuerit, conſiderata æquitate, releuemos. Ita ſit, vt habeatis ſpem & futuri beneficij, qui eſtis iam pro parte remedia cooſecuti. Quapropter ' ſeruite vos conuenit vtilitatibus noſtris: quando ea, quæ magnis ſperate precibus potuiſtis, vltro contulit munificentia principalis. Sic enim tradente clementiſſimo nobis auctore didicimus, vt à ſubiectorum beneficiis oon vacemus. [Diſciplina ' videlicet imperandi eſt, amare, quod multis expedit;] quoniam Reſpub. nimiùm ſoliditate accipit, ſi tributariorum facultas illæſa conſtiterit.

" V. bell. Fox. * iuraſſe * iniquitate G Fox. *Securitas vera quæ.* ' debetis ' decreuimus " al. educare. Fox. * v concordi Foa. ' lumini ' qui H ' aſſentire ' ſcilicet *Tributa.*

A

Alias legitur: Honoratis poſſeſſoribus leſſinſo... Syracuſanæ ciuitatis Rex. For. Indulgentia ſinitimis amentis.

¶ VNIVERSA PROVINCIALIBVS Sytacuſanæ ciuitatis Athalaricus Rex. x.

Remittitur cenſus certi temporis.

DVdum quidem vobis ottum noſtri imperij æſtimauimus nunciandum: nunc decet ſubſequi beneficium pro lætiria augenda cunctorum: vt quibus fuit gratiſſimus noſter exortus, ſit illis regalia animus in aliqua parte munificus. Creſcere nobiſcum, Deo præſtante, cuncta deſideramus. Quia verè ille noſter eſt cenſus, quem lætus poſſeſſor exoluit, Proinde ſubtrahimus pecuniæ, quod augmentetur gloriæ, & auari ad laudes, profusè nitimur ſubleuare cultores. Pridem diuæ memoriæ dominus auus noſter de ſuis beneficiis magna præſumens (quia longa quies & culturam agris præſtitit, & populos ampliauit) intra Siciliam prouinciam ſub conſueta pendentiæ ſuæ moderatione cenſum ſtatuit * ſubflagitari: vt vobis creſceret deuotio, quibus ſe facultas extenderat. Sed illius prædicanda iuſtitia locum noſtræ benignitati præparauit: vt quod ei offerri iuſtè potuit, nos clementi animo, quaſi illata ſtipendia donaremus: & quodam præſagio mentis diuinæ fecit etiam pium, cui * parabat imperium. Atque ideo per quartam feliciter Indictionem quicquid à vobis ſupra conſuetudinariam functionem augmenti nomine vel petebatur, vel conſtat exactum, liberalitas noſtra concedit. Quod etſi iuſtè potuiſtis pendere, gloriam vos potiùs noſtræ largitati iubemus inferre. Sed vt latiùs extendatur noſtra clementia, ſuauémque dominum impenſis beneficiis ſentiatis, quicquid à * diſcuſſoribus noui cenſus per quintam Indictionem probatur affixum, ad veſtram eos fecimus deferre notitiam. Vt quod rationabile fuerit æſtimatum, libentibus animis perſeratis. Quia nullum lædit obſcurata iuſtitia. Sed ne credatis, * per ordinatorum tantùm * arbitrium vos grauari, ſi quis eſt, qui de eorum facto * æſtimet conquerendum, ad remedia noſtræ pietatis occurrat. Vt iudicantes corrigamus, qui etiam non rogati beneficia clementer indulſimus. Nam & glorioſæ recordationis dominus auus noſter de eorum commotus fuerat tarditate, vt erat altæ prudentiæ perſcrutator, æſtimans eos tamdiu in prouincia non ſine noſtro grauamine reſidere, quos repetita iuſſione cenſuerat iam redire. Sed nos, * quos decet implere quicquid ille ſub æquitate diſpoſuit, Deo auxiliante, eius opus in vobis inchoata perficimus. Reddite modò largitati noſtræ proſperrimum votum, & fidele ſeruitium. Habetis principem, qui vobiſcum beneficiis probatur exortus; & quod ſubiectis dulcius eſt, augetur ingenio beneuolo cum ætatis augmento. In quam rem Quidilanem Saionem noſtrum credimus dirigendum, per quem vobis iuſſa proſpertima, Deo largitate, pandantur.

B *flagitari For.*

diſcuſſoribus

Nulla laus obſcurata iuſtitia.

C *pro *arbitrio*

quoque ... iuſſio.

¶ " GILDIÆ V. S. COMITI SYRACVSANÆ Ciuitatis Athalaricus Rex. xi.

Vt reſtituatur quod dono conceſſum eſt.

AD Victorem & Vviſigildam, ſpectabiles viros, Siciliæ prouinciæ Cenſitores, præcepta noſtra direximus. Vt quicquid poſſeſſoribus tributariæ functionis per eos nuper videtur adiectum, de quarta indictione non exigant. Quia grauis eſt eius rei illatio, cuius adhuc iuſtitia nõ probatur. De ordinationibus verò eorum nobis fecimus * inſtructiones deferri: vt ſi æſtimatis viribus quicquid ſub æqualitate ſit diſpoſitum, debeat permanere moderatum: ſin verò aliquem contra rationem conſtat eſſe prægrauatum, noſtro releuetur arbitrio: ita tamen, vt ſi aliquid per quartam Indictionem probatur illatum, Poſſeſſoribus ſine aliqua imminutione reddatur. Quia ſine querela ſuſcipi * debet onus impoſitum, quod longis temporibus conſtat eſſe * portandum. * Nunc quod reſtat, Prouinciales vos conuenit admonere: vt quibus beneficia dedimus, eorum deuotionem per omnia ſentiamus: & quod debetur principi, grato animo videatur exolui.

D *" al. Gildæ viro ſublimi Comiti. For.*

Cenſitores.

deſtructiones

debeat

E *ſolendum *Nunc quidem*

¶ VICTORI ET VITIGISCLO VV. SS. Athalaricus Rex. xii.

Vt reddatur prouincialibus quidquid præter conſuetudinem de cenſu tributario conſtat exactum.

TArditas veſtra apud glorioſæ memoriæ dominum auum noſtrum meritò vos fecit eſſe ſuſpectos (quos etiam * ſeria præceptionibus credidit admonendos, vt relicto tandem prouincialium grauamine ad eius deberetis iuſtitiam feſtinare) & nunc quoque ſuſpicionis maximæ fecit augmentum, vt nec ad initia noſtra voluiſſetis occurrere, quod libera conſcientia potuiſſet optare. Et ideo præſenti auctoritate cenſemus, vt ſi quid ſuper tributarium ſolidum per quartam Indictionem à prouincialibus exegiſtis, ſine aliqua eis imminutione reddatis. Quia ſupra veterem cenſum nulla Indictionis prædictæ eos volumus damna ſentire. Hoc etiam addendum eſſe credidimus (quoniam ambre clementiæ errores nolumus inuenire: nec coacti potiùs feſecemus, quod ſalua iuſtitia diſſimulare non poſſumus) vt ſi aliquem ſtudio læſiſtis prauo, veſtro magis emendetis arbitrio. Quia hoc eſt, propria delicta corrigere, quod & nõ facere. Et ne forſitan credatis longinquitatis difficultate latere, quæ geſta ſunt, Siculis fiduciam * vos dedimus ſubſequendi. Videte nunc, ſi voces poſſitis ferre querulas, quas etiam noſtra vitauit auctoritas. Admonuimus igitur quos pios decet eſſe. Iam ſuo vitio videtur accuſari, qui ſpontanea noluit voluntate corrigi.

Reſtitutio augmenti tributarij *ſecundis*

F

vobis

G

¶ *. VILIÆ V. I. COMITI PATRIMONII Athalaricus Rex. xiii.

De ſtipendiis neceſſariis, & auita annona.

MAgnitudinis tuæ ſuggeſtione comperimus, de Domeſticorum exceſſibus qui deſtinatis Comitibus obſequuntur, " Prouinciales damnis plurimis ingrauatos. Quod credimus emolumentorum paruitate nutritum. Quia ſub quadam excuſatione peccare creditur, cui neceſſaria non præbentur. Et ideo ſpeciali beneficio generalia compendia largitores, magnitudini tuæ præſenti auctoritate præcipimus, vt ſupra ducentos ſolidos & decem annonas, quæ hactenus acceperunt, à quinta feliciter Indictione quinquaginta * eis ſolidos annuos faciatis incunctanter adiungi, qui * noſtris rationibus debeant imputari. Vt dum mater criminum neceſſitas tollitur, peccandi ambitus auferatur. Siquis autem iuſſionum noſtrarum improbus temerator extiterit, vt aliquo caſu in damnis prouincialium aut præiudiciis implicetur, emolumentis careat vniuerſis. Quia ille dignus eſt præmia conſequi, qui parere cognoſcitur æquitati. Ideo enim à nobis accipit, ne ab aliis quærat. Noſtrum dare, nobilitas eſt: dona regalia quamvis parua ſublimant: quia ſimul & meritorum gratiam reperiſſe creditur, qui principali munere ſubleuatur.

Vviliæ For.

Auita annona & ſtipendia. *" al. prouincialibus. For.* *Penuria cauſa peccandi.*

*el *veſtris* *Neceſſitas.*

H

¶ GILDIÆ

A

§ GILDIÆ V. S. COMITI SYRACVSANÆ Ciuitatis Athalaricus Rex. xiv.

Remittitur certi temporis cenſus: Vt edicta ſeruentur, & de cæteris non iteretur materia querelarum.

Præcepta magiſtratus data.

PRouincialium Siculorum nobis eſt ſuggeſtione declaratum, quædam à tua poteſtate fieri, vnde eorum fortunæ videantur affligi. Quod ideo leuiter accepimus, quia ipſi vindicati præterita noluerunt. Conſtat enim eſſe dubium, quod concedit aduerſarius: & ' percelli non poteſt iure, cui mauult quereloſus ignoſcere. Sed vt ſuſpiciones iniquas futuris caſibus abrogemus, obſeruanda iugiter præſenti iuſſione decernimus, vt nec iſti aliquid de futuro metuant, nec tu per ignorantiam quæ dicuntur, incurras: prima fronte pro reparatione murorum pecuniæ diuerſis prouincialibus dicuntur extortæ, cùm tamen nulla exinde ſurrexerit promiſſa conſtructio. Hoc ſi conſtat admiſſum, aut muri exinde pro eorum munimine conſtruantur, aut vnuſquiſque recipiat, quod eis probatur incompetenter ereptum. Nimis enim abſurdum eſt, ſpondere munitiones, & dare ciuibus execrabiles vaſtitates. Quorundam etiam ſubſtantias mortuorum, ſine aliqua diſcretione iuſtitiæ, fiſci nomine caduci te perhibent titulo vendicare, cùm tibi hoc tantùm de peregrinis videatur eſſe commiſſum, quibus nullus heres, aut teſtamentarius, aut legitimus inuenitur. Nefas eſt enim, vt quod à nobis præcipitur, à te noſtro nomine per iniuriam vendicetur. Præterea conuentionibus ſe grauari omnimodis ingemiſcunt: vt ad iudicium deducendi penè tanta videantur amittere, quanta via probantur addicti diſpendia ſuſtinere. Vocatio enim Iudicis ſpes iuſtitiæ debet eſſe, non mulcta. Nam ipſe iuſtè ſuſpectus redditur, ante cuius audientiam grauamina ſentiuntur. Vnde cenſemus, vt ſi noſtra conueniunt decreta pulſatos, tantum commodi percipiat executor, quantum glorioſus dominus auus noſter pro honoribus perſonarum debere Saiones accipere: expreſſa quantitate, conſtituit. Commodum enim debet eſſe cum modo. Nam ſi menſuram æqualitatis exceſſerit, vim ſui nominis non habebit. Si verò tua iuſſione conuentio deſtinatur, duntaxat in illis cauſis atque perſonis, vbi te miſceri edicta voluerunt, mediam portionem executor accipiat, quam de præceptis regiis ſumere potuiſſet. Quia non poteſt conuenire iuſtitiæ, vt tantum à te directo tribuatur, quantum pro reuerentia noſtræ iuſſionis offertur. Si quis autem ſaluberrimi conſtituti temerator extiterit, in quadruplum iubemus ablata reſtitui, Vt quod delectatione cupiditatis admittitur, aſperitate diſpendij vindicetur. Edicta verò glorioſi domini aui noſtri, vel vniuerſa præcepta, quæ ad Siciliam pro commouendis vniuerſorum moribus deſtinauit, ſub tanta volumus obedientia cuſtodiri, vt ſacrilegij reus habeatur, quiſquis beluinis moribus excitatus munimen tentauerit irrumpere iuſſionum. Duorum negotia Romanorum, etiam ' bis initis, ad tuum diceris vocare iudicium. Quæ ſi ' cognoſcis facta, vlteriùs non præſumas. Ne dum vis iudicium incompetenter quærere, reatum potiùs videatis inuenire. Memor enim priùs debes eſſe edicti, qui inter alios mauis à te ſequenda conſtitui. Alioqui tota tibi decernendi auctoritas tollitur, ſi à te illa regula minimè cuſtoditur. Ordinariis Iudicibus adminiſtrationum ſuarum poteſtas illibata ſeruetur. Cognitores ſuos legitima turba comitetur. Obſeruationum illarum non mordearis inuidia. Gothorum laus eſt, ciuilitas cuſtodita. Tota ad vos fama confluit, ſi vobis ' rariùs litigator obſeruet. Vos armis iura defendite, Romanos ſinite legum pace litigare. Nauigiis vecta commercia te ſuggerunt occupare, & ambitu cupiditatis exoſæ ſolum antiqua pretia definire, quod non creditur à ſuſpicione longinquum, etiamſi non ſit actione vicinum. Quapropter ſi ' rumorem huius vitare feſtinas, Epiſcopus ciuitatis & populus conſcientiæ tuæ teſtes ' aſſiſtant. Omnibus placeat, quod ad cunctorum neceſſe eſt pertinere fortunas. Pretia ' debent communi deliberatione conſtitui: quia non eſt delectatio commercij, quæ iubetur inuitis. Quocirca ſublimitatem tuam iuſſis præſentibus credimus admonendam: quia excedere nolumus, quos amamus: nec aliquid de talibus ſiniſtrum patimur dici, per quos aliorum mores putamus * ' eſſe reeorrigendos.

Marginalia: ' procelli — *Murorũ inſtauratio.* — B — *Caducit.* — C — *Cõmodũ cũ modo* — *Quadruplum. Edicta Theoderici confirmantur.* — ' iis — ' agnoſcis — D — *Ordinary iudices. Cognitores.* — ' rarus Fon. — ' timorem — E — ' exiſtant — ' debeant — *Pretia rerum libera.* — * debere corrigi — ' debere recorrigi

§ 2 IOANNI PAPÆ ATHALARICVS REX. xv.

Nunciatur Edictum Athalarici regis ſuper electione ſummorum Pontificum & aliorum Epiſcoporum.

SI antiquis principibus ſtudium fuit leges exquirere, vt ſubiecti populi delectabili tranquillitate fruerentur, multò præſtantiùs eſt talia decernere, quæ ' poſſunt ſacris regulis conuenire. Abſint enim à a noſtro ſæculo damnoſa compendia. Illud tantùm verè poſſumus lucrum dicere, quod conſtat diuina iudicia non punire. Nuper ſiquidem ad nos defenſor Eccleſiæ Romanæ flebili allegatione ' peruenit, cum Apoſtolicæ ſedi peteretur antiſtes, quoſdam nefaria machinatione neceſſitatem temporis aucupatos, ita facultates pauperum extortis promiſſionibus ingrauaſſe, vt quod dictu nefas eſt, etiam ſacra vaſa emptori publicè viderentur expoſita. Hoc quantùm fuit crudele committi, tantò glorioſum eſt adhibita pietate reſecari. Atque ideo ſanctitas veſtra ſtatuiſſe nos præſenti definitione cognoſcat, quod etiam ad vniuerſos patriarchas atque metropolitanas Eccleſias volumus ' pertinere, vt à tempore ſanctiſſimi Papæ Bonifacij cum de talibus prohibendis ſuffragiis P. C. ſenatuſconſulta nobilitatis ſuæ memores condiderunt, quicunque in Epiſcopatu obtinendo ſiue per ſe, ſiue per aliam quamcunque perſonam, aliquid promiſiſſe declaratur, vt execrabilis contractus cunctis viribus * efferetur. Si quis autem in hoc ſcelere deprehenditur fuiſſe verſatus, nullam relinquimus vocem, verumetiam ſi aut repetendum, aut quod acceptum eſt non reddendum eſſe crediderit, ſacrilegij reus protinus habeatur, accepta reſtituens compulſione Iudicis competentis. Iuſtiſſimæ ſiquidem leges, vt bonis aperiunt, ita claudunt malis motibus actionem. Præterea quicquid in illo ſenatus decretum eſt conſulto, præcipimus in eos modis omnibus cuſtodiri, qui ſe quoquo modo, ' per ſ interpoſitas quaſcunque perſonas; ſceleſtis contractibus miſcuerunt. Et quia omnia decet ſub ratione moderari, nec poſſunt dici iuſta, quæ nimia ſunt, cum de Apoſtolici conſecratione Pontificis intentio fortaſſe peruenerit, & ad palatium noſtrum producta fuerit altercatio populorum, ſuggerentes nobis intra tria millia Solidorum, cum collectione cartarum cenſemus accipere. A quibus tamen * omnes idoneos rei ipſius conſideratione remouemus, quia de Eccleſiaſtico munere pauperibus eſt potius conſulendum. Alios verò Patriarchas, quando in Comitatu noſtro de eorum ordinatione tractatur in ſupradictis conditionibus atque perſonis intra duo millia Solidorum iubemus expendere. In ciuitatibus autem ſuis tenuiſſimæ plebi non amplius quàm quingentos Solidos ſe diſtributuros eſſe cognoſcant. Reliquos accipientes, & edicti præſentis, & ſenatuſconſulti nuper habiti, pœna conſtringat: ſed & dantes canonum ſeueritas perſequatur. Vos autem, qui Patriarcharum honore reliquis præſidetis Eccleſiis, quoniam conſtitutio noſtra ab illicita promiſſione liberauit, reſtat vt bona imitantes exempla, ſine aliquo Eccleſiarum diſpendio dignus maieſtate pontifices offeratis. Iniquum eſt enim, vt locum apud vos habeat ambitus, quem nos laicis diuina conſideratione præcluſimus. Quapropter ſi quis Apoſtolicæ ' præſulem Eccleſiæ vel Patriarcharum Epiſcopum, ſiue per ſe, ſiue per parentes, ' nos ſeruientium quaſcunque perſonas aliqua ſuffragij crediderit ambitione

Marginalia: *Abſit ab Eccleſiaſtic. virorum electione pecunia datio.* — F — ' poſſint — *Verum lucrum.* — ' produxit — *Vendita ſacra vaſa.* — ' prouenire — * efferetur Fon. — G — *Legũ vis.* — ' vel *Interpoſita perſona.* — * nimis *Pauperes.* — H — ' præſul — ' vel *Suffragiũ*

A promouendum, & ipſum reddere accepta,' definimus: & quod eſt canonibus ' ſtatutum, cum modis omnibus eſſe paſſurum. Si quis verò quæ dederit, aut promiſerit eodem ſuperſtite timuerit publicare, ab hæredibus eius Eccleſia repetat, cuius ſuffragio antiſtes deprehenditur ordinatus: Nota infamiæ nihilominus ſuperſtites ' inurente. Reliquos quoque ordines ſub eadem fieri diſtrictione præcipimus. Quòd ſi forſitan doloſæ machinationis inuento Sacramentis perſona intercedentibus fuerit obligata, vt ſaluo ſtatu animæ commiſſam iniquitatem neque approbare poſſit, neque audeat accuſare, damus licentiam quibuſlibet honeſtis perſonis, in ſingulis quibuſque ciuitatibus apud Iudices competentes hoc crimen deferre, & quidquid ex ea potuerit probatione recolligi, vt * approbatione inſequentes animemus, tertiam partem iudicatæ rei ille percipiat, qui tale facinus voluerit ' publicare. Reliqua ipſis Eccleſiis proficiant, quæ videntur extorta, aut in fabricis earum, aut in miniſteriis nihilominus profutura. B Decet enim ad vſus bonos conuertere, quæ voluit peruerſitas ' inimica fraudare. Quieſcat igitur malignantium praua cupiditas. Quo tendunt, qui à fonte præcluſi ſunt? Recolatur & timeatur Simonis iuſta damnatio, qui emendum credidit totius largitatis auctorem. Orate ' igitur pro nobis, edicta noſtra cuſtodientes: quia diuinis noſcitis conuenire myſteriis. Sed quo faciliùs principis votum vniuerſorum mentibus innoteſcat, hoc Senatui, hoc populis, per Præfectum Vrbis præcipimus intimari: vt generalitas agnoſcat, nos illos proſequi, qui maieſtati diuinæ potiùs videntur aduerſi. Vos quoque hoc vniuerſis, quos Deo propitio regitis, Epiſcopis intimate: neque ſit alienus à culpa, qui potuit agnoſcere ' conſtituta.

Margin: diſtinctius ſtatutum — inurendi pœna. — ad probationem or. approbatione — tertia — ars deteriori penitentia ... [illegible] — iniqua ſimonia. — ergo — inſtituta

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ioanni Papæ*] huius nominis ſecundo cuius ad Iuſtinianum Imp. epiſtola, & Iuſtiniani ad ipſum exſtat C in *l. vlt. inter claras. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol.* de quo infrà hoc lib. epiſt. 1-. & lib. 11. epiſt. 1. Papæ Bonifacij II. prædeceſſoris ſcilicet ſui.

¶ 2 *A noſtro ſeculo*] *l. vlt. C. de pall.* ſuprà lib. 1. epiſt. 5. lib. 2. epiſt. 13. lib. 8. epiſt. 2.

¶ 3 *Interpoſitas perſonas*] quarum interuentu fraudes ſæpe fiunt, *l. 18. deferre, l. 45. in fraudem. §. conductor. l. 46. conferta. §. quod à præſide, de iure fiſci, l. vnic. de mulieribus quæ ſe prop. ſeru. iunx. l. vnic. C. de cont. iud. l. 9. quamuis, de reb. eor.* Cicero *in Cluent.* de Auilio ſe Aſinium ſimulante: *qui ſuppoſita,* inquit, *perſona falſum teſtamentum obſignandum curauit.* Nouell. 124. διὰ ὑποκειμένων. Quod enim plerique per ſe ipſi verentur, id per alios verentur efficere: vt Stolo, qui cùm legem rogaſſet, ne qui plus quàm 500. iugera poſſideret, ſuppoſita filij emancipati perſona, mille poſſidere inuentus, ſua ipſius lege damnatus eſt. Varro *lib. 1. cap. 1. de re ruſtica.* Aul. Gellius *lib. 21. cap. 1.* Plin. *lib. 18. cap. 3.* FOR.

D ¶ 4 *Suffragij ambitione.*] Iuſtinianus cùm ſine ſuffragio, id eſt pecunia ac ſordibus, magiſtratus deferri prohiberet, *Nouell. 8.* grauiſſimè adiecit, coëmptionem magiſtratuum, omnium ſcelerum fontem eſſe, iniquitatis principium ac finem, [Greek illegible]: quantò magis ambitum largitionum & ſordes Eccleſiaſticorum munerum & ſacerdotiorum collatione fugere neceſſe eſt? Concilio Chalcedonenſe, [Greek illegible] χάριν, &c. *Qui precio gratiam, quæ vendi nequit, vendiderit,* &c. *cap. ſi quis Epiſcopus, cap. ſanctorum, 1. q. 1. ex multis, 1. q. 3.* hanc venalitatem etiam Anthemius deteſtatur *l. ſi quenquam, C. de Epiſc. & cler.* Exſtant & Pontificum de ſimonia conſtitutiones lib. 5. Decretal. Eodem pertinet ſequens Athalarici ad Saluantium *epiſt. 16.*

E

¶ SALVANTIO V. I. PRÆFECTO VRBIS Athalaricus Rex. XVI.

Quod edicta ipſa ad perpetuam rei memoriam in tabulis marmoreis inſculpta, loco publico conſtituantur.

GRata res eſt, cuncta profutura vulgare: vt generale fiat gaudium, quod potuit eſſe votiuum. Alioqui læſionis cauſa * noſcitur, ſi beneficia potiùs occultantur. Dudum ſiquidem Senatus ampliſſimus à ſplendore ſuo cupiens maculam fœdiſſimæ * ſuſpicionis abradere, prouida deliberatione conſtituit, vt in beatiſſimi Papæ conſecratione nullus ſe abominabili cupiditate pollueret, pœna etiam conſtituta, qui talia præſumere tentauiſſet: non iniuria, quia tunc electi verè meritum quæritur, cùm pecunia non amatur. Quod nos laudantes, & augentes iunctorum, ad beatiſſimum Papam direximus conſtituta, quæ his antelata præfulgent: ' vt ab honeſtate ſanctæ Eccleſiæ profanus ambitus auferatur. 1 Hoc nos ad notitiam Senatus & Romani populi volumus ſine aliqua dilatione perducere: quatenus cunctorum figatur cordi, quod cupimus omnimodo ſtudio cuſtodiri. Verum vt principale beneficium & præſentibus hæreat ſeculis & futuris, tam Definita noſtra, quàm Senatuſconſulta tabulis marmoreis præcipimus decenter incidi, & ante atrium beati Petri Apoſtoli in teſtimonium publicum collocari. Dignus enim locus eſt, qui & glorioſam mercedem noſtram, & Senatus ampliſſimi laudabilia decreta contineat. In quam rem illum direximus, quo tedeunte noſcamus impleta quæ iuſſimus. Incertum enim videtur habere, quod præcipit, ' cui rerum effectus tardius ' innoteſcat.

Margin: Papa electio abſque pecunia. — * naſcitur. For. — * opinionis — F ' ne Ambitus omnis ab Eccleſia tollatur. — S C marmoreis inciſa tabula. — ' vbi ' innoteſcit

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Hoc nos ad notitiam*] vet. *hoc vos ad notitiam.* Hìc obiter animaduerſione dignum duco, quòd Senatuſconſulta, ad diuturnitatem marmoreis tabulis incidi iuſſit Athalaricus, vt olim æreis, *lib. 2. de orig. iur.* Plato *in Minoe* refert, Talum regem Cretæ pagos quotannis luſtrantem leges æneis tabulis cælatas circumtuliſſe, indéque ærei nomen ei inditum, [Greek illegible], ὅθεν χαλκοῦς ἐκλήθη. Alterum, quòd in edito & conſpicuo loco, nempe atrio beati Petri collocentur, quo cuique pateant, & de plano legantur. Sic idem Plato *lib. 11. de legib.* præcipit rerum venalium leges medio in foro columnæ affigi, [Greek illegible]. Demoſthen. *Philipp. 3.* [Greek illegible] εἰς ἀκρόπολιν. FOR.

G

¶ SALVANTIO * V. I. PRÆFECTO VRBIS Athalaricus Rex. XVII.

Liberantur rei à vinculis diuturnis.

SI principes antiqui mœnia Romana in populorum exquiſiuere lætitiam, ne ciues illi meritò ſingulares aliquid commune ' cum cæteris poſſiderent, nefas eſt inter tot rerum iucunda, eos longam ' ſuſtinere triſtitiam. Quia exultatio ciuitatis illius generale votum eſt: dum neceſſe eſt lætari reliqua, ſi Mundi caput gaudere prouocat. Apoſtolici ſiquidem Papæ Ioannis, & procerum noſtrorum relatione cognouimus, illum ' & illum Romanos pro ſola ſuſpicione ſeditionis tam longæ cuſtodiæ pœna maceratos, vt cuncta ciuitas mœrorem de illorum continua calamitate contraxerit: vt eis nec dierum feſtiuitas, nec vlla (quæ apud nos eſt gratiſſima) nominis ſui dignitas ſubueniret. Quod nobis pro ſui facti acerbitate diſplicuit, vt qui in iudicio conuicti minimè feruntur, debita malis tormenta cruciatúſque pertulerint. Et ideo magnitudinem tuam iuſſis præſentibus admonemus, vt ' quoque

Margin: * Sydonio capitis relaxandis. — H — ' vt ' ſuſtinuiſſe — Roma mundi caput. — ' namque — inſontes, in carcere vincti. — ' quocunque

A

loci reperire potuerit eos, abſoluere ' nuli moreris. Quod etiam ſi ' aliquo reatu inuolutos eſſe claruerit, interceſſioonibus ſupradictis eos iam à metu liberos eſſe cenſemus. Si verò innocentes ſe tormenta ſuſtinoiſſe confidunt, damus querelis eorum liberam vocem: vt iuſtis legibus vindicens, quod iniqois auſibus pertulerunt. Quie nolumus innocentes à iudicibns depr mi, quos ad eorum præſidie conſtat eleuari. Reuocentur nunc ad lætitiem priſtinam Romani: nec nobis credant placere poſſe, niſi qui eos ' eligunt modeſta ' æquelitate tractare. Intelligant parentes noſtros pro ſue quiete laborioſa ' ſubiiſſe periculoſa: nos autem multia expenſis egete, ' vt illi debeant garrula exoltatione gaudere. Nam & ſi quid iniquè vel acerbè hactenus pertulerunt, non credant à noſtra manſuetudine negligendum: qui nec nobis ocia damus, vt illi ſecute pace ac tranqoilla lætitia perfruantur: citò ' ſentiant, quia nos amare non poſſumus, quos illi pro ſuis exceſſibus horruerunt. Nam quorum gratiam impetrare poſſunt, qui ſuis ciuibus diſplicere meruerunt? & dum tempus habuiſſent amoris publici, egerunt vnde iuſtè debeant execrari?

B

Roarm. ' ne ' aliquos
' reuocent
' diligunt ' qualitate
' ſubiis ' &
' ſentiunt

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Mundi caput.*] Theodoretus in epiſtol. ad Romen. ait magiſtratus publicanos, & τοὺς ἐπαγγέλλοντας τὰς χάριτας, tributorum exactores, prouinciarum præſides à Roma manare, vt quæ Romæ fiant, omnibus nota eſſe debeant. Hinc Iuſtinianus in præfatione Pandectis præfixa, de conceptione Digeſtorum tradit, conſuetudinem Romanæ vrbis ſequendam ab omnibus ciuitatibus: quie *Roma caput orbis terrarum*, ἐπιτομὴ τῆς οἰκουμένης, vt ſcribit Athenæus, orbis compendium, & communis omnium patria, *l. 33. Roma, ff. ad municip.* Romanæ tamen ciuitatis ita demum ſequi oportet, ſi non ſit corruptum exemplum. Et vt eleganter Proculos, *non tam ſpectandum quid Roma factum ſit, quàm quod fieri debuerit, l. 12. ſed licet, ff. de offic. præſid.* Fon.

C

¶ EDICTVM ATHALARICI REGIS XVIII.

Edictum contra eos qui prædia vrbana vi occupabant, & contra fornicarios atque concubinarios.

PRouidè decreuit Antiquitas, vniuerſitatem Edictis generalibus admoneri: per quæ & delictum omne corrigitur, & * decentis verecundia non grauatur. Cuncti enim ſibi æſtimans dici, vbi nullum conſtat exponi: & ſimilis fit innocenti, quem contigerit ſub communione purgari. Hinc & noſtra verè pietas cuſtoditur, dum feriatu gladio naſcitur metus, & prouenit ſine cruore correctio. [Commouemur ' enim placari: minamur ocioſi: & clementer iraſcimur, quando vitia ſola damnamus.] Diu eſt, quod diuerſorum querelæ noſtris auribus crebris ſuſurrationibus inſonarunt, quoſdam ciuilitate deſpecta affectare viuere belluina ſæuitia: dum regreſſi ad agreſte principium, ius humanum ſibi æſtimant feraliter odioſum. Quos nunc aptè iudicauimus comprimendos: vt eo tempore inimica bonis moribus crimina perſequamur, quo hoſtibus Reipub. diuina virtute reſiſtimus: Vtrunque quidem noxium, vtrumque pellendum: ſed tantò grauiùs graſſantur vitia, quantò probantur magis interna. Vnum recumbit in altero: faciliùs quippe inimicorum acies ' cadunt, ſi noſtro æuo delicta ' ſubducimus. Primum humano generi noxiam peruaſionem (ſub qua nec dici poteſt ciuilitas, nec haberi) ſeueritate legum, & noſtræ indignatione damnamus; ſtatuentes, vt ſanctio diui ' Valentiniani aduerſum eos diu peſſimè neglecta conſurgat, qui prædia vrbana vel ruſtica, deſpecto iuris ordine, per ſe ſuóſque præſumpſerint, expulſo poſſeſſore, violenter intrare: nec aliquid de eius diſtrictione, deteſtabili volumus temperatione mitigari: Inſuper addentes, vt ſi quis ingenuorum ad ſatisfaciendum legi ſuperiùs definitæ idoneus non habetur, deportationis protinus ſubiaceat vltioni. Quia plus debuit cogitare iura publica, qui ſe nouerat alibi non poſſe ſuſtinere vindictam. Iudices igitur competentes, ad quos poteſt admiſſum facinus pertinere, ſi inuaſorem cùm poſſint amouere pertulerint, tenere præſumpta, & adepti ' cinguli honore priuentur, & fiſco noſtro tantùm fiant obnoxij, quantum præſumptor potuiſſet addici: in auctoribus tamen facinoris manentibus conſtitutis. Quòd ſi quis in tantam ' repertus amentiam, tyrannico ſpiritu iuri publico parere neglexerit, viribúſque præpotens deſtinati officij ſpreuerit paucitatem, relatione iudicis noſtris auribus notabilis ingeratur: vt indulta executione Saionum, vltionem ſentiat vigoris regij, qui obedire noluit cognitori. Et quia ſummis Principibus iuris communione viuendum eſt, ſi quis, legum ordine prætermiſſo, nomine publico titulos præſumpſerit affigere, in tantum poſſidenti fiat obnoxius, quantum ſanctio ſuperius memorata reſtatuit. Meritò enim & ſacrilegij pœna percellitur, qui iniquo * e perſuaſionis pondere auſus eſt maieſtatem regij nominis ingrauare. Litis quoque expenſas iudicio ſuperatus exoluat: ' quòd hinc dantur fomenta deteſtabilia iurgij, cum improbi vincuntur illæſi: nec dolet calumniantibus pudoris damnum, ſi euaſerint diſpendia facultatum. Si quis autem de noſtris ſcriniis aliquid crediderit ' promouendum, aduerſario ſuo quantum ad cauſam eius pertinet, de ' conſecuta ſerie iuſſionum nihil æſtimet ſupprimendum: ' ni fecerit, careat impetratis: vel ſi aliquid ex eo agere tentauerit, nihilominus habeatur infirmum: quia illos ſolos volumus vti beneficiis noſtris, quos non cognoſcimus ſtudere verſutiis. Qui ſuaſione plectenda matrimonia diuidere nititur aliena, ipſius coniugium habeatur illicitum: vt magis contigiſſe ſentiat ſibi, quod in altero malignus exercere tentauerit. Si verò pro coniunctionibus caritate priuatur, futurum matrimonium illi iure denegamus: quia non meretur legalis reuerentiæ præmia conſequi, qui in genialis thori auſus eſt diuiſione graſſari. Sed ne aliquos eius ſceleris reos vltio noſtra derelinquat, ' illos quos ſpes non habet præſentis coniugij, vel futuri, ſi quid in alienos thalamos doloſa machinatione præſumpſerint, facultatum ſuarum media portione priuentur, ' ſtatim fiſci iuribus applicanda. Si verò prohibente paupertie in aliquorum ſubſtantia ' nequiuerit vindicari, pœna relegentur exilij. Ne, quod dictu nefas eſt, ideo videantur comminationem iuris publici euadere, quia viliſſimæ noſcuntur ſubiacere fortunæ. Sed hæc de ſolicitatoribus affectus alieni pietas noſtra decreuit. Cæterùm in adulteris totum diſtrictiſſimè volumus cuſtodiri, quicquid diuali poſuit ' commonitione decreui. Vno tempore duabus nemo copuletur vxoribus, quia ſe nouerit rerum ſuarum amiſſione plectendum. Nam aut libido eſt, & rectè perfrui non ſinitur: aut cupiditas, & iure noditare damnatur. Si quis autem ſuperflua turpique cupidine, coniugali honeſtate deſpecta, ad concubinæ elegerit venire complexus: ſi ingenua fuerit, iugo ſeruitutis cum filiis ſuis modis omnibus addicatur vxori: vt illi ſe per honeſta iudicia ſentiat ſubdi, cui per illicitam libidinem credidit poſſe præponi. Quòd ſi ad tale flagitium ancilla peruenerit, ' excepta pœna ſanguinis, matronali ſubiaceat vltioni: vt illam patiatur iudicem, quam formidare debuiſſet abſentem. Donationes ' nullus terror extorqueat: nullos acquirere per fraudem vel execrabilem laſciuiam concupiſcat. Sola enim ' honeſtas meritò capit ' lucrum de legibus. 3 In allegationem iuſtiſſimæ largitatis illam diſtrictionem volumus cuſtodiri; quam pro veritate ' ſolicitè legalis ſanxit Antiquitas. Sic enim, vt ipſa teſtatur, & fraudi non patebit occaſio, & veritati maior ' creſcit auctoritas. ' Alioqni nulli præcipimus videri firmum, quod ipſe conditor, non implendo quæ leges vel iura præcipiunt, fecit incertum. 4 Maleficos quoque, vel eos qui ab

' excedentis Fon.
Principis clementia. ' etiam
Edictū in peruaſores.
D
' cadet ' ſubducamus
Valentiniani lex. ' Valētiani

E
Deportatio.
' anguli
Iudicum conniuentiū pœna. ' repertus
Titulos affigere.
F
' die perſuaſionis
Peruaſor ſacrilegij reus.
' quia
' hinc
' promerendum
' conſecuta
' vt
Talionis lex in matrimonij diuiſores.
G
' illi
Bonorum dimidiū publicatio.
' protinus
Relegatio.
' nequiuerit
Qui non habet in are.
' commonitione
Duæ vxores.
Concubinatus.
H
' accepta
Donationes liberæ ſunt.
' nullus
' honeſta
' lucra
' ſolicitus
' al. creſcet
' alioquin
Malefici ac magi.

A eorum nefariis 5 artibus aliquid crediderint expetendum, legum ſeueritas inſequatur. Quia impium eſt, nos illis eſſe remiſſos, quos cœleſtis pietas non patitur impunitos. Qualis enim fatuitas eſt, creatorem vitæ relinquere, & ſequi potiùs mortis auctorem? Turpis actus ex toto ſit à Iudicibus alienus, Nemo faciat, ' quod iura condemnant. Quia decretali pœna plectendi ſunt, qui ſe prohibitis exceſſibus miſcuerunt. Quid enim in aliis damnent, ſi ipſi ſe inhoneſta contagione commaculent? Sit etiam ſub diuitibus rara mediocritas. A cædes temperetur inſania. Nam præſumptio manuum, actus probatur eſſe bellorum, maxime in eis, quos tuitionis noſtræ munit auctoritas. Si quis autem contra facere improba præſumptione tentauerit, violator noſtræ iuſſionis habeatur. Appellari à ſubiecto Iudicibus ordinariis in vna cauſa ſecundò non patimur: ne quod ad remedium repertum eſt innocentis, * aſylum quodammodo videatur eſſe criminoſis. Si quis verò vetita iterare tentauerit, negotio priuatus abſcedat. Sed ne pauca tangentes, reliqua credamur noluiſſe ſeruari, omnia edicta tam noſtra, quàm domini aui noſtri, quæ ſunt venerabili deliberatione firmata, & vſualia iura publica, ſub omni cenſemus diſtrictionis robore cuſtodiri: quæ tanto munimine ſe regunt, vt noſtra quoque iuriſiurandi interpoſitione cingantur. Quid per multa diſcurrimus? Legum vſualis regula & præceptorum noſtrorum probitas vbique ſeruetur.

' quæ — *Cades.* — *Secunda appellatio.* — ** auxilii* — B — *Confirmatio LL. anteriorum.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Si quis legum ordine prætermiſſo, nomine publico titulos præſumpſerit affigere.*] Solius fiſci eſt titulos alienis prædiis imponere, nec licet priuato, vel ſuis rebus potentiorum, alieniſve proprios aut publicos imponere titulos, imprimere ſigna, ſuſpendere regia vela, ſiue, vt Ambroſius loquitur, cortinas regias, qua de re extant multi loci in Nouellis & in Codice: quinetiam Eccleſiæ titulorum impoſitio interdicitur Synodo à Gregorio Mauricij Auguſti tempore habita: à fiſco igitur ſolo iure imponuntur, videlicet reſtato, publicis perſonis præſentibus & ſolemni iuris ordine ſeruato. Gregorius etiam in quadam epiſtola, queritur de Stephano quodam chartulario, quod nomine fiſci loca ſingulorum inuaderet, ac titulos imponeret indicta cauſa. BROS.

C

¶ 2 *Perſuaſionis*] legendum haud dubiè *peruaſionis*. Peruadere, ſupra lib. 1. epiſt. 15. & aliàs ſæpè. *Peruaſionis actio. l. 5. l. 6. Cod. Theodoſ. de denunt. & edit. reſcript.* Nouell. Valentin. 12. *de Epiſcop. aud.* Idem mendum ex *cap. 25. lib. 5. Etymologiarum* pridem ſuſtuleramus, quod tamen in recentiſſima editione repetitum, *perſuaſio*, pro *peruaſio*, ſcriptum vidimus. Quid, quod & aliis auctorum libris inſidet? Victurinus *lib. 9. cap. 4. fin. ſingulis menſibus ſol ſigna perſuadens* (pro, *peruadens*) *auget & minuit dierum & horarum ſpatia.* Saluianus Maſſilienſis Epiſcopus *lib. 4. de Prouidentia*, vbi diuitum rapinas increpat, *perſuaſionibus præpotentem, &c.* Idémque *lib. 5.* bis eodem verbo citra mendum vtitur, *peruaſoribus & peruaſionibus.* Euſeb. quoque Emiſſenus *homil. 11.* de Paſcha *peruaſorem derelinquit, remanet præda deceptus & raptor orbatus.* FOR.

D

¶ 3 *In allegationem*] locus hic mancus aliunde ita ſuppleatur: *in allegationem iuſtiſſima largitatis illam diſtrictionem volumus cuſtod.*

¶ 4 *Maleficos*] Conſtantinus: *cæteri quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat. l. 5. C. de malef. & mathem* de quibus lib. 4. epiſt. 22. FOR.

¶ 5 *Aliàbus.*] Quamuis hæc lectio defendi poſſit ex *l. 4. C. eod.* magis tamen quod in manuſc. offendimus, *artibus*, arridet, *arg. l. 6. multi, & l. vlt. C. eod. & d. epiſt. 22.* FOR.

E

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. XIX.

Vt edicta quædam ad Romanæ vrbis quietem pertinentia, publicentur.

1 LAudabilium iuſſionum cauſas plerunque præbet vituperabilis exceſſus alienus, & miro modo momenta iuſtitiæ de iniquitatis occaſione naſcuntur. Silet enim æquitas, ſi culpa non vociferetur admiſſa: & feriatum quieſcit Principis ingenium, quod non fuerit aliqua querela prouocatum. Conquerentium ſiquidem vocibus adacti, & frequentium populorum de rebus quibuſdam interpellatione commoniti, neceſſaria quædam Romanæ quieti edictali programmate duodecim capitibus, ſicut ius ciuile legitur inſtitutum, in æuum ſeruanda conſcripſimus, quæ cuſtodita reſiduum ius non debilitare, ſed potiùs corroborare videantur. Hæc in cœtus veſtri ſplendore recitentur, & per triginta dies Præfectus vrbis locis celeberrimis faciat ſolenni more proponi. Vt noſtra ciuilitate recognita, ſpes truculentis moribus auferatur. Nam qua confidentia proteruus aſſumat, quod Principis ' agnouerit damnaſſe clementiam? Redeat amor omnibus diſciplinæ, per quam & parua coaleſcunt, & potiora ſeruantur. Ideo enim exercitus noſtros, iuuante Deo, crebris expeditionibus commouemus, vt vniuerſitatem compoſitam viuere legibus ſentiamus. Reddatur hæc animo noſtro viciſſitudo præmiorum: vt quem Reip. vtilitatibus cognoſcitis occupatum, rariſſima querelarum ' editione pulſetur. Teneant Iudices legitimas diſtrictiones, votum 2 fœdiſſimæ venalitatis ' abiiciant. Metus cuncta componit, ſi reus crimen in iudicante non inuenit.

In Senatu recitetur ac proponatur edictum. — F — *Regij edicti vis.* — *' agnouit* — *' aditione* — *Venalitas iudicum.* — *' obuciãt*

NOTÆ VARIORVM.

¶ *Laudabilium.*] Superioris edicti in ſenatu recitatio, ex Rom. inſtituto quo leges & conſtitutiones Imperatorum in ſenatu recitatæ confirmabantur, *l. 8. humanum, C. de legibus & S.C.* quem morem nos aliàs fuſiùs exponemus. FOR.

G

¶ 2 *Fœdiſſimæ venalitatis.*] Sordes & nummariorum Iudicum magiſtratuúmque his formulis grauiter a Caſſiodoro identidem exagitatas legimus apud Philonem Iudæum, de officio iudicis diſſerentem. FOR.

¶ AD VNIVERSOS IVDICES PROVINCIARVM Athalaricus Rex. XX.

Ne ſint negligentes in reddendo iuſtitiam.

CVm vos prouinciis noſtris, iuuante Deo, annua reparatione præſtaremus, nec deſint iudicia per vniuerſos fines Italiæ diſtributa, intelligimus de inopia iuſtitiæ copiam venire cauſarum. Culpa ſiquidem veſtræ probatur eſſe negligentiæ, ' quoties à nobis coguntur homines legum beneficia poſtulare. 1 Nam quis eligeret, tam longè petere quod in ſuis ' videtur ſedibus aduenire? Sed vt vobis verſutas excuſationes & 2 duras neceſſitates prouincialibus colorem, de aliquibus caſibus hactenus peſſimo torpore neglectis, edictalis programmatis definitione cenſuimus: vt & vobis creſceret confidentia rectè iudicandi, & paulatim audacia maligna poſſit imminui. Quod more ſolenni per conuentus publicos triginta dierum facite propoſitionem. Vt iure condemnatus habeatur, qui poſt hæc remedia manere præſumpſerit deſperatus.

Annui iudices. De inopia iuſtitiæ, copia cauſarũ. — H — *' quoties* — *' videret* — *' tolerēmus* — *Edictum 30. diebus in conuentibus promulgetur.*

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Nam quis eligeret tam longè petere.*] Romanis Imperatoribus ſemper maximæ curæ fuit, ne litigantes in longinquis auditoriis conſectandis vexatentur ſumpti-

bus

A bus & labore. Ergo referre poſſum, quæ ſcribit Iuſtinianus *Nouel.* 17. §. *ſi tibi*, & *Nouell.* 23. §. *illud.* quibus adde Valentinianum *Nouell.* 10. *tit. de cenſ.* & Martinianum *Nou.* 1. *nemin. exhib.* Maiorianum *Nou.* 14. *de indulg. reliq.* ORОS.

¶ 2. *Duras neceſſitates prouincialibus.*] Ne prouinciales cogantur ad comitatum Principis ius petere, cauetur etiam epiſt. 32. *lib.* 6. & *Nouell. Iuſtin.* 17.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. XXI.

Quòd prouideatur Profeſſoribus liberalium artium de ſolitis ſtipendiis.

B *Profeſſoribus Rom. ſtipendia integrè perſoluantur.*

Filiorum cauſas iure ad patrum cognoſcimus remiſiſſe perſonas: vt ipſi de illorum prouectu debeant cogitare, quorum intereſt ſtudia Romana proficere. Neque enim credendum eſt, vos inde poſſe minus eſſe ſolicitos, vnde & generi veſtro creſcit ornatus, & cœtui prouenit aſſidua lectione conſilium. Nuper ſiquidem, vt eſt de vobis cura noſtra ſolicita, quorundam ſuſurratione cognouimus, doctores eloquentiæ Romanæ laboris ſui conſtituta præmia non habere, & aliquorum [1] nundinatione fieri, vt ſcholarum magiſtris deputata ſumma videatur imminui. Quapropter cùm manifeſtum ſit, præmium artes nutrire, nefas iudicauimus, doctoribus adoleſcentium aliquid ſubtrahi, qui ſunt potiùs ad glorioſa ſtudia [2] per commodorum augmenta prouocandi. Prima enim grammaticorum ſchola eſt fundamentum pulcherrimum literarum, mater glorioſa facundiæ; quæ cogitare nouit ad laudem, loqui ſine vitio, hoc in curſu orationis ſic errorem cognoſcit abſonum, quemadmodum boni mores crimen deteſtantur externum. Nam ſicut Muſicus conſonantibus choris efficit dulciſſimum melos, ita diſpoſitis congruenter accentibus metrum nouit decantare grammaticus. Eſt Grammatica magiſtra verborum, ornatrix humani generis, quæ per exercitationem pulcherrimæ lectionis, Antiquorum nos cognoſcimur iuuare conſiliis. Hac non vtuntur barbari Reges: apud legales dominos manere cognoſcitur ſingularis. Arma enim & reliquæ gentes habent: ſola reperitur eloquentia quæ Romanorum dominis obſecundat. Hinc oratorum pugna ciuilis ſonis claſſicum canit. Hinc cunctos proceres nobiliſſima diſertitudo commendat, & vt reliqua taceamus, hoc quod loquimur inde eſt. Qua de re P. C. hanc nobis curam, hanc auctoritatem propria dignitate largimur, vt ſucceſſor ſcholæ liberalium literarum, tam grammaticus, quàm orator, necnon & iuris expoſitor, commoda ſui deceſſoris ab eis, quorum intereſt, ſine aliqua imminutione [3] percipiat: & ſemel Primi Ordinis veſtri, ac reliqui Senatus ampliſſimâ auctoritate firmatus, donec ſuſcepti operis idoneus reperitur, neque de transferendis, neque de imminuendis annonis à quolibet patiatur improbam quæſtionem: ſed vobis ordinantibus atque cuſtodientibus emolumentorum ſuorum ſecuritate potiatur, Præfecto Vrbis nihilominus conſtituta ſeruante. Et ne aliquid pro voluntate præbentium relinquatur incertum, mox vt ſex menſes exempti fuerint, ſtatutæ ſummæ conſequantur prædicti magiſtri mediam portionem. Reſidua verò anni tempora cum [4] annonarum debita redhibitione claudantur. Ne cogantur de alieno pendere faſtidio, cui [5] piaculum eſt, vel horarum aliquo vacaſſe momento. In tantum enim quæ ſunt decreta, volumus firmiſſimè cuſtodiri, vt ſi quis cuius intereſt, [6] differendam putauerit hanc quaſi debitam functionem, procurato more vſurarum diſpendia ipſe patiatur: quia iuſta commoda laudabiliter laborantibus, pleċtenda cupiditate, ſubtraxit. Nam ſi opes noſtras ſcenicis pro [1] populi * collectione largimur, & ea ſtudioſiſſimè conſequuntur qui adeo neceſſarij non habentur, quantò magis illis ſine dilatione præbenda ſunt, per quos & honeſti mores proueniunt, & palatio noſtro facunda nutriuntur ingenia. [7] Hæc autem præſentibus literarum magiſtris venerando cœtui veſtro præcipimus intimari. Vt ſicut nos agnoſcunt de ſuis commodis eſſe ſolicitos, ita à ſe prouectus adoleſcentium enixius nouerint [8] nos exigendos. Ceſſet nunc illa ſatyris doctoribus querulis vſurpata ſententia: quis a duabus [2] curis ingenium non debet occupari. Ecce iam habere tolerabile probantur hoſpitium: vndè nunc meritò, vni ſolicitudini iugiter inhærentes, toto vigore animi [3] ad bonarum artium ſtudia transferantur.

Margin: [1] *nundinatione. Præmiis nutrit artes.* [2] *pro augmento Grammatica.* C *Muſica.* D [3] *percipiant.* *Semeſtres annonæ.* [4] *annonâ.* [5] *periculum.* [6] *deſſerendam. Si ſcolaſticis dantur præmia, non* E *ſunt ſubtrahenda profeſſoribus artium bonarum.* [7] *vos.* [8] *à nobis ſtricta cura.*

NOTÆ VARIORVM.

F ¶ 1. *Populi collectione*] *vet. oblectatione.* Honeſta collectio eſt, ducto à voluptate ad morum culturam argumento, quo vtitur Demoſthenes *Olynth.* 2. dum Athenienſibus auctor eſt, vt ſpectaculorum voluptati poſthabita, vtilitati magis ſeruiatur, & pecuniæ theatrales in vſus militares transferantur: θεωρικὰ χρήματα ... γίνεσθαι τὰ στρατιωτικά. Libanius. FOR.

¶ 2 *Duabus curis ingenium non debet occupari.*] Quintil. *lib.* 10. *cap.* 3. *Neque enim bona fide ſimul ſe intendere animus totum poteſt, & quocunque reſpexeris, deſinit intueri quod propoſitum erat.* ob eamque cauſam vetat Iuſtinianus Imperator ne ſimul quis pluribus militiis det nomen, & cingulum cingulo coniungat, *l.* 5. *qui militare poſſ. C. lib.* 12. Iuſtinian. ſanxit ne quis duobus magiſtratibus aſſideret, & vtriuſque iudicij curam gereret, *l. vlt. Cod. de aſſeſſ.* T. Liuius *lib.* 9. *de bel. Maced.* veterem Roman. legem oſtendit, duos ſimul Magiſtratus, præſertim curules, ne quis capere poſſit, neque gerere: nec decet G plures magiſtratus ab vno geri, cùm vnicum ab vno optimè perficiatur opus. φαῦλον γὰρ τὸ πλείους ἀρχὰς τὸν αὐτὸν ἄρχειν, ἓν γὰρ ὑφ' ἑνὸς ἔργον ἄριστ' ἀποτελεῖται. Ariſtot. *lib.* 2. *c.* 10. *Polit.* Quod ita interpretandum cenſeo, cùm animus in diuerſa negotia diſtrahitur: alioqui nihil vetat pluribus ſtudiis intendi, dum vnius cura ad alterum muniat viam, vt iuris ciuilis ſcientiam foro, iudiciiſque exercendis non mediocriter conducere: contráque vſum forenſem veræ germanæque legum cognitioni plurimum conferre quotidie ſic experimur, vt alteram ſine alterius præſidio ſuos fines via tueri poſſe arbitremur. FOR.

¶ 3 *Ad bonarum artium ſtudia*] ſic repoſui ex coniectura; erat enim in aliis, *literarum, artium,* niſi quis malit, *liberalium artium ſtudia.* quod poſtremum magis accedit ad veteris ſcripturæ ſimilitudinem. Sed hæc ſatis, hac de re verò, *l.* 1. *de var. & circ. cogn.* Senec. *lib.* 13. *epiſt.* 89. Plin. *proœm. lib.* 14. FOR.

H

¶ PAVLINO V. C. CONSVLI ATHALARICVS Rex XXII.

Confertur honor conſulatus, cum deſcriptione laudis propriæ, & eius generis.

INdiſcreti hominum mores confuſique vagarentur, ſi aut culpa formidinem, aut virtus præmia non haberet. Sed cum vtraque ſuis finibus, propriiſque terminatione claudantur, de illo nefas eſt ambigi, qui meruit eligi iudicio principali. Non enim quicquam aut odio * decernimus, aut pellecti aliqua gratificatione laudamus. Electio noſtra de meritis venit: & tantò quis regali animo proximatur, quantò bonis ſtudiis ſocietate coniungitur. Non veremini abſentes, nec iſtis de principis ignoratione ſoliciti. Latere [1] poteſt forſitan vulgare hominum genus, neſciri, non poteſt proles Senatus: quando benè noti ſunt, qui meritis aſſeruntur: & abundè cognoſcitur, quiſquis fama teſte laudatur.

Margin: *Conſulatus digitis dantur.* * *debuimus.* [1] *non poteſt ſat noti qui virtutis præditi ſunt.*

laudatur. Quapropter te longiſſimè conſtitutum mentis noſtræ oculus ſerenus inſpexit, & vidit meritum, quod non habebatur occultum. Propoſitum ſiquidem tuum celebrata dilatauit opinio, faciens fidem generis [1] morum pondere, non ætate. Neque enim fas erat, vt quem familia tanta produxerat, ſententia noſtra in eo corrigendum aliquid inueniret. Semen generis morum fructibus reddidiſti. Nihil vobis ætas longa ſubduxit, Antiquos in te Decios Roma cognouit. Decios inquam priſcis ſeculis honoratam proſapiem, libertatis auxilium, Curiæ decus, Romani nominis ſingulare præconium. Cui ſpecialiter adſcriptum eſt quod immaniſſimum hoſtem ſtatu Reipublicæ periclitante euaſit, & in tanta virorum fortium multitudine ſolus inuentus eſt, qui patriam plus amaſſet. Hæc nos exempla ſummonendo ſemper accedunt. Quia a[2] magnas vere- cundiæ ſtimulus eſt laus parentum: dum illis non patimur eſſe impares, quos gaudemus auctores. Et ideo, quod Deo auſpice dictū, eſt per Indictionem duodecimam ſume inſignia conſulatus. Honorem quidem arduum, ſed familiæ veſtræ domeſticum. Vos enim complectis paginam conſularem: [3] vos crebro nominat curſus annorum: & dum copia plurimum ſoleat inbere faſtidium, veſtrum nomen repetitum ſemper efficitur glorioſum. Huic denique generi ſuperna fauerunt, præſtando deſideriis patrum [4] felicia genera maſculorum. Hinc eſt, quod in illo rerum capite collegam vix videris extraneum: hos haberis iudices, quos parentes. O temporum ſingulare præconium! Curia Romana complectitur penè veſtra familia: ecce vere nunc vnum dicendum eſt corpus, quando conſtat vicini ſibi generis ſocietate permixtum. Sed non remittas animos confidentia tuorum, nec credas poſſe ſufficere, quod tibi contigit de illorum prædicatione gaudere. Plus exigitur heres * bonorum, quando ſine ceſſatione compellitur, qui maiorum virtutibus admonetur. Adde laudes egregias ſenioribus, ſequens ætas cum aliqua opinabili nouitate ſuccedat. Nam ſi glorioſum eſt poſteris, auitas excellere facultates, quanto præſtantius eſt, hæreditarias augere virtutes? Mores tuos domeſticos conuerſatione laudauimus: ſed maius aliquid decet publicis exhibere conſpectibus, vnde ſibi nec ætas tenera blandiatur, nec metus quiſquam vindicet, nec magiſter aſſumat.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Morum pendere non ætate*] Virtutis enim quàm ætatis curſus celerior, auctore M. Tullio 5. *Philip.* *Nec enim curiones ruga repentè auctoritatem adferre poſſunt, ſed honeſtè acta ſuperior ætas auctoritatis fructus præbet extremos,* vt idem *in Catone Maiore.* Itaque D. Hieronymus, presbyterorum nomen non ab ætatis ſenio, ſed morum grauitate & maturitate tractum ait. FOR.

¶ 2 *Magnus verecundiæ ſtimulus eſt, laus parentum*] γνώμη Virgiliana gemina.

Et pater Æneas, & auunculus excitet Hector.

Hic autem Theodoricum, parentem ſuum Athalaricus intelligit. FOR.

¶ 3 *Vos crebrè nominat curſus annorum*] Per Conſules anni Rom. numerabantur: Athenis per Eponymos, Iul. Pollux *lib.* 8. Onomaſt. [Greek, illegible] ἀριθμοῦνται: Nouell. [Greek, illegible]: & Nouell. 47. l. 3. *D. de accuſat.* & ſuprà lib 6. epiſt. 1. in formula Conſulatus, nomen annorum, &c. FOR.

¶ 4 *Felicia genera naſcuntur*] Leges Voconiæ Salicæ mares fœminis prætulerunt, & ius Roman. *l. in multis de ſtatu homin.* Hoc Menander columen familiæ vocat.

[Greek, illegible] FOR.

¶ 5 *Liberos conſimiles æquales, &c.*] Similitudo fratrum vel gemellorum gratiam conciliat, *l.* 39. *l.* 40. *bis erim. ff. de adil. edict.* Plin. *lib.* 7. *c.* 12. de M. Antonio triumuiro. Martial. *lib.* 9.

Quæ noua tam ſimiles genuit tibi Leda miniſtros, &c. *l.* 21. *pronide, ad l. Aquil.* FOR.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. XXIII.

Super eodem.

QVid P. C. de vobis iudicemus, expendite cum ad ſummarum culmina dignitatum germinis veſtri viros, quos nunquam vidimus, eligamus, non faſtidio negligentiæ, ſed honorabili præſumptione naturæ. Ad examen veniant, quæ putabantur incerta. Nam quis de illa re æſtimet deliberandum, vbi nihil reputatur ambiguum? Omnes quidem benignitas noſtra complectitur, ſed talea veritatis teſtimonio prædicamus. Præcedit quidem gratiam, ſed ſequitur incorrupta ſententia. Nam ſicut idem Curiæ corpus eſt vobis, ita in vnum laudabili propoſito conuenitis. Vos ergo dilexiſſe, iudicium eſt, vnde libertatis augmentum & noſtri Imperij creſcit ornatus. Rerum cauſæ ſemper in ſemine ſunt: fructus editus prodit auctores, & quicquid à diuinitate meremur, de felici prole colligitur. Hinc eſt, quod Patricium Venantium ſub admiratione penſemus, & fœcunda prole gaudentem, & tot conſulatibus parem. Educauit enim liberos, nulla diſcretione laudandos, pondere moderationis æquales, ingenij viuacitate conſimiles, & morum ſocietate verè germanos. Quorum infantiam bonis artibus enutritam, iuuentutem quoque armis exercuit, formans animum litteris, membra gymnaſiis: tradens, amicis exhibere conſtantiam, dominis fidem: & quicquid in illo viro gratia diuina conceſſit integra perfectione tranſmiſſum cernas in poſteros. Iactent ſe alij poſſeſſione locupleti, ſummúmque putent bonas ſolas eſſe diuitias. In hac autem domo non tantùm patrimoniis, ſed & virtutibus additur hæreditas. Hoc eſt profectò quod verè diuites facit. Quando nullum melius poteſt eſſe compendium, quam laudibus ſucceſſiſſe Maiorum. Probatum eſt etiam in eo bonis diſpenſatoribus nihil deeſſe. Alieni continens, propria ſub moderatione diſtribuens, & inuſitata laude mirabilis, nulla grauis tot protulit conſulares. Recipiat hæc audiens fructum bonorum, agnoſcat ſe præconem habere, quàm dominum inter tot lumina procerum ſingulariter fuiſſe laudatum. Nam ſi homines ornat ſemel accepiſſe palmatam, quid ille cenſendus eſt, qui tot meretur in filiis conſulatus? Et ideò P.C. alumnum veſtrum Paulinum * laurea dignitate veſtimus. Vt iuuenis eius, quæ fulget meritis, trabea quoque reſplendeat triumphali. Hunc honorem Deciorum familia non miratur, quia eorum plena ſunt atria faſcibus * laureatis, aliis rara dignitas iſta contingit, in hoc decurſo generis penè naſcitur Conſularis. Fauete ergo P. C. noſtris muneribus, & noſtro nihilominus candidato. Nam licèt nuncupemini omnes generaliter Patres, huic etiam eſtis ſpecialiter & parentes. Nomen veſtrum à veræ ſimilitudine deriuatum, fideliſſima rerum appellatione confirmat, [1] non tranſlatitia vſitatione vocabuli, ſed honora ſorte naſcendi. Cedant nobis hanc felicitatem Diuina perpetuam, vt licet gratiam præſteris exoticis, prole veſtra viuatis, gaudeatis.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Non tranſlatitia vſitatione vocabuli, ſed honora ſorte naſcendi*] Tranſlatitiam vſitat, vulgatem & aſſuetam, quaſi neglectam vocat. Sic Plin. *lib.* 7. *cap.* 5. *Tranſlatitium in Ægypto eſt. lib.* 28. *cap.* 2. *Si menſa adſit nullum ponere, tranſlatitium videmus, etiam quia multas religiones pollere manifeſtum eſt.* Sic etiam noſtri Iuriſconſulti *l.* 55. *ſi patroni. D. ad S. C. Trebell.* ſed nec illud tranſlatitiè omittendum eſt. *l.* 1. *de inr. patron.* non tranſlatitiè exequi debet. *l.* 1. *D. ad S. C. Turpill.*

A Præuaricator eſt, qui tranſlatitiè munere accuſandi fungitur, id eſt negligenter, non verè, nec bona fide accuſatoris partes implet. Bros.

¶ SENATORI PRÆPOSITO ATHALARICVS Rex. xxiv.

Conceditur cuidam dignitas præfecturæ prætorianæ, & eiuſdem recenſentur virtutes.

SI te voluntas noſtra adhuc latentem, aut ' inhonorum forſitan inueniſſet, gauderemus quidem repertum, ſed benè dubitaremus acturum: quia ſpes, magis quàm fructus, in nouo eſt. Sed cum ' domni aui noſtri innumeris prouectibus magnóque iudicio glorieris, inconueniens res eſt, diſceptationi ſubdere, ' quem vix poſſumus ſub admiratione prædicare. B Tanti ' quippe non examinanda, ſed veneranda ſententia eſt: quia non poteſt de facti eius ambigi, cum & nos ab ipſo cognoſcamur electi, qui diuinæ ſupplicationis ſemper ' aſſiduia exegit meritis, vt illa faceret, quæ ſuperna gratia cuſtodiret. Nam quem ille virum aut exercitibus præficient, cum victoria non recipit? aut Iudicem ' vugens non iuſtiſſimum comprobauit? Cum futuris rebus eum crederes habere tractatum: nam quod ' conceepiſſet animus, reddebat ſemper affectus, miróque ſapientiæ ſtudio non habebat dubium, quod veraciter præuidebat eſſe venturum. Denique ex te probare poſſumus eximium principis inſtitutum: quem primæuum recipiens ad Quæſtoris officium, mox reperit conſcientia præditum, & legum eruditione maturum. Fuiſti nimirum ſumma temporum laus: vt illum ſic ad omnia ſollicitum inoffenſa redderes famulatione ſecurum, dum molem tantam regalis ingenij facundiæ tuæ viribus C ſuſtineres. Te in dictationibus amœnum, te ad iuſtitiam rigidum, te habuit à cupiditatibus alienum. Beneficia quippe ipſius nulla abominabili taxatione vendebas, vt honor tibi ad opinionis diuitias proficeret, dum minimè pretio ſubiaceret. Hinc eſt quod videbaris æquiſſimo principi glorioſa dilectione ſociatus, quia eras à vitiis probabili ſequeſtratione diuiſus. Interpellantium te ponderibus ſapientiſſimus arbiter onerabat, tantumque de animi tui cognita diſceptatione præſumpſit, vt in ' beneficiis * litium tuum præſtaret æſtuantibus ſine aliqua cunctatione iudicium. ' Quoties ille te grandænis proceribus imputauit? dum non ' ſufficerent ad primordia tua, quos tanta longæuitas ætatis inſtruxerat. Erat planè quod in te prædicares, eximium animum, ad ' promerenda beneficia patulum, & contra vitia cupiditatis obſtructum. Dum neſcio quo pacto rara eſt in hominibus manus clauſa, & aperta iuſtitia. Veniamus ad Magiſteriam dignitatem, quam non pecuniæ ' dignitate, ſed morum noſcetis ſuffragio conſecutus: quo loco poſitus ſemper Quæſtoribus aſſuiſti. Nam cum D opus eſſet eloquio defecato, cauſa tuo protinus credebatur ingenio. Exigebaris à benigno principe, quod ſe tibi nouerat minimè commiſiſſe, & quadam gratia præiudiciali vacabat alios laborare, vt te ſententiæ ' ſuæ copioſa laude completer. Non enim proprios fines ſub te vlla dignitas cuſtodiuit: quando conſcientiæ tuæ conſtat creditum, quod à multis fuit proceribus ſynceriſſimè peragendum. Neſciuit quiſquam de te ſubmurmurare contraria, cùm tamen de principali gratia ſuſtineres inuidiam. Derogare cupientes vicit integritas actionis: ' aduerſarij tui ſæpe locuti ſunt coacti, quod animus non habebat. Nam quælibet malitia formidat contra manifeſta bona aliquid profiteri, dum generalibus odiis veretur exponi. Egiſti rerum domino Iudicem familiarem, & internum procerem. Nam cùm eſſet publica cura vacuatus, ſententias prudentum à tuis fabulis exigebat, vt factis propriis ſe æquaret antiquis. Stellarum curſus, maris ſinus, fontium miracula, rimator acutiſſimus inquirebat: vt rerum naturis diligentiùs perſcrutatis, quidam purpuratus videretur eſſe E philoſophus. Longa ſunt, ſi cuncta profe ramus: quin potiùs ad beneficia noſtra ' conuertimur: vt quod ab illo cognoſcebatur deberi, ab hærede imperij tibi ſentias ' iuſtè perſolui. Quapropter iuuante Deo, quo auctore omnia proſperantur, ab Indictione duodecima in Præfecturæ Prætorianæ te ſuggeſtu, atque inſignibus collocamus. Vt probatum Iudicem ſine metu prouinciæ ſuſcipiant, quas hactenus improborum cognouimus actione fatigatas. Sed quamuis habeas paternam Præfecturam, Italico orbe prædicatam, aliorum tibi tamen exempla non ponimus: * vetera moribus tuis, & omnium vota compleſti. Percurre, iuuante Deo, gloriæ campum, quem ſemper à te nouimus expetitum. Nam ſi te continentem (vt credimus) & dignitas iſta probauerit, hoc eſt ſæculi ambitioſa ſuperaſſe. Solitus es quidem iuſta non vendere: ſed nunc oportet impenſiùs læſis per ' iniuriam ſubuenire. F Inuigilet incorruptibilis ſenſus aduerſus malè conſuetas manus. Excludatur vndique ſtudium fraudulentum. Quia hoc dignum eſt per Iudicem peruenire ſyncerum. Diutiùs quidem differendo pro te cunctorum vota ' iaſſauimus, vt beneuolentiam in te probaremus generalitatis, & cunctis deſiderabilior aduenires. Habet hoc enim humana conditio, vt celerius adepta faſtidio ſint, dum omne pretioſum vileſcit oblatum: & contrà, dulciùs accipitur, quod ſub aliqua dilatione præſtatur. Sed non ſumus tantummodò de tuorum temporum laude contenti, perquire omnia ad titulos Præfecturæ Prætorianæ pertinentia, quæ aliorum viſa eſt fraudare cupiditas. Non liceat quenquam gloriari ſuis aut præiudiciis ſuis. Lumen te immiſimus rebus cælatis: quando nec prudentiæ tuæ quiſquam poterit illudere; nec fidem aliqua ' oblatione lentare. Conſtitue & huic regulam dignitati, qui ante actis faſcibus ' mirabilis continentiæ exempla præbuiſti. G Nam licèt omnes penè honores ſummus æqualiter egeris, habes tamen propoſita conſcientiæ bona, vbi nullam decet eſſe menſuram. Hîc enim decorum eſt, terminum non habere. Hîc honeſta probatur ambitio, cuius etiam & nimietas placet. Omne ſiquidem prædicandum quantò profuſiùs quæritur, tantò glorioſiùs inuenitur.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ATHALARICVS Rex. xxv.

Super eodem.

CVmulauimus quidem P. C. beneficiis noſtris copioſum virtutibus, diuitem moribus, plenum magnis honoribus Senatorem. Cuius ſi merita conſideretis, debemus omne quod ſoluimus. Qua enim compenſatione commendandus eſt, qui aures dominantium * luculenta ſæpiùs prædicatione compleuit? Dignitates ſibi creditas eximia grauitate tractauit: & niſus eſt tempora facere, quæ meritò laudarentur in Principe. H Trahebat regnantis animum veritas & diſertitudo dictorum: cui ſic omnia retulit, vt miraretur ipſe qui fecit. Allegauit ſolus, quòd omnes iotaret: & dum purpuratas auditori ſuo ' feriebat laudes, gratioſum vobis noſtrum fecit imperium. Commendat enim ſuam gentem, qui oratione placabili permulcet regiam ſummitatem: quando ex vobis & alter talis creditur, à quo ſimilia poſtulentur. Patrem quoque clementiæ noſtræ in ipſa Curia libertatis qua diſertitudine deuotus aſſeruit? Recolitis quemadmodum facta eius orator nobis excolebat, virtutes ipſius plus mirabiles faciens, quàm honores. In abſoluto datur probare, quod dicimus. Æſtimate P. C. quali ' gratia potuiſtis ab illo reſpici, à quorum ſe corpore ſic ' videbant ornari. [Glorioſis quippe dominis ' gratioſa ſunt præconia, quàm tributa. Quia ſtipendium & tyranno penditur: prædicatio autem niſi bono Principi non debetur.] Quid præconiales viri

creditis,

Left-margin notes: ' ignotū; ' domini; ' quod; ' quippe principis; ' aſſiduum; ' elogens; ' conceptū; *Quæſtoris laudatio.*; ' beneficij; * locum; ' quoties; ' ſufficeret; ' promouenda; *Clauſa manus, aperta iuſtitia.*; ' largitate; tuæ; *Inculpatus.*; ' aduerſi; *Doctrina recondita.*; *Præfectura Prætoriana.*

Right-margin notes: *Purpurati Philoſophi.*; ' conuertimus; ' cuncta; *Hæres imperij.*; * Fortè viete; *Iudicis boni partes.*; ' inuidiā; ' laxauimus; *Virtù oblata faſtidiuntur.*; ' oblectatione; ' mirabili conditione; *Candidati commendatoria.*; * locuplete; *Purpuratæ laudes.*; ' fecerat; *Curia libertatis.*; ' gloria; ' videbat; ' gratioſiora

A crediditis, ' his tantum fuiſſe contentum, vt dominos niteretur laudare ſuperſtites, à quibus dum viciſſitudo præmiorum forſitan quæritur, laboris tædia non vitantur: tetendit ſe etiam in antiquam proſapiem noſtram, lectione ' diſcens, quod vix ' maiorum notitia cana retinebat. Iſte Reges Gothorum longa obliuione celatos, latibulo vetuſtatis eduxit. Iſte * Amalos cum generis ſui claritate reſtituit, euidenter oſtendens, in decimam ſeptimam progeniem ſtirpem nos habere regalem. Originem Gothicam hiſtoriam fecit eſſe Romanam, colligens quaſi in vnam coronam germen floridum, quod per librorum campos paſſim fuerat ante diſperſum. Perpendite quantum vos in noſtra laude dilexerit, qui veſtri principis nationem docuit ab antiquitate mirabilem. Vt ſicut fuiſtis à Maioribus veſtris ſemper nobiles æſtimati, ita vobis rerum antiqua progenies imperaret. Credimus P. C. & ſi adhuc referre volumus, beneficia collata ' ſuperantur. Noſtis quoque principiis quanto ſe labore conceſſit? cùm nouitas regni multa poſceret ordinari, erat ſolus ad vniuerſa ' ſufficiens, Ipſum dictatio publica, ipſum conſilia noſtra poſcebant: & labore eius factum eſt, ne laboraret imperium. Reperimus eum quidem Magiſtrum, ſed impleuit nobis Quæſturis officium, & mercedes iuſtiſſima * deuoluens cautela, quam ab auctore noſtro didicerat, libenter hæredis vtilitatibus exhibebat. Verùm ' his aliquid maius adiiciens, primordia regni noſtri & armis ' iuuit & literis. Nam dum curæ ' litorum regias cogitationes inceſſerent, ſubitò à literarum penetralibus eiectus, par ſuis maioribus ducatum * præſtitit intrepidus: cui quia deſuit hoſtis, moribus triumphauit eximiis. Nam deputatos Gothos propriis pauit expenſis: vt nec prouinciales percelleret, nec fiſcum noſtrum expenſarum oneribus ingrauaret. Arma eius nulla poſſeſſorum damna ſenſerunt. Fuit nimirum prouincialium veriſſimus cuſtos. Nam ille defenſor propriè dicendus eſt, qui tuetur innoxiè. Mox autem, vt tempus clauſit nauium commeatum, bellique cura ' reſoluta eſt, ingenium ſuum legum potius ductor exercuit: ' ſignans * ſine litigantium, quod ' antè ſub pretio conſtabat eſſe laceratum. Talem Metelli in Aſia, talem Catonis in Hiſpania legimus fuiſſe * dictatum: qui plus de ſua diſciplina, quàm per arma laudati ſunt: non iniuria, quia hoſtem congredi varius ſemper euentus eſt: indubitata verò gloria, morum cuſtodiſſe menſuram. Quid ergo? nunquid tali actione præſumens aliqua ſe ' elatione iactauit? dum eſt familiare hominibus extolli, cùm benè de ſe cognouerint æſtimari. Nonne tanta ſe communione tractauit, vt principis ſibi gratiam ad beneficia ' tanta crederet eſſe ' conceſſam? Beneuolus cunctis, moderatus in proſperis, ignorans niſi grauiter laceſſitus iraſci. Qui cùm ſit iuſtitia regibus ad remiſſionem irarum non perdurat auſterus, ſuarum rerum diſtributor egregius: & dum neſciat aliena quærere, nouit propria largus offerre. Hos igitur mores lectio diuina ſolidauit: * [quoniam ſæpe benè geritur, ſi cœleſtis metus humanis moribus ' opponatur.] Hinc enim virtutum omnium ſumitur manifeſta cognitio: hinc ſapientia veritatis ſapore conditur. Sic ad omnia redditur humilis, quem imbuit doctrina cœleſtis. Huic ergo P. C. Deo auſpice, à duodecima Indictione Præfecturæ Prætorianæ regendam tribuimus dignitatem: vt querelas omnes infidelium nundinatione collectas, Deo præſtante, ſua integritate componat: faciátque tam nimiùm deſideratus, vt cunctis poſſit eſſe beneficus. Aſſint ſuperna ' diſpoſitis: vt quem ' nos probauimus longa conuerſatione prudentem, proſperrimus ſibi, fideliſſimus nobis, vtilis Reipublicæ debeat inueniri, & relinquat poſteris famam per quam glorioſam ſeculis ſuam faciat eſſe familiam.

' iis — ' dicens — ' maiorũ — *Origo Gothorũ.* — * Samalos — ' ſperantur — B — ' ſuſcipiens — * deuotione perſoluens cautelam — ' iis — *Arma & literæ.* — ' viuit — ' litorũ — * ſumpſit — *Defenſor quis propriè dicend.* — C — *dus ſit.* — ' ſolata — ' ſanans — * ſine damno — autem — *Metellus.* — * ductũ — *Modeſtia.* — ' electione — ' tantum — ' commiſſam — *Sacra lectio.* — D — ' quando ſemper — ' imperatur — ' depoſitis — ' non

MAGNI AVRELII
Caſſiodori Senatoris, Variarum
LIBER ' X.

E

§ IVSTINIANO IMPERATORI
1 Amalaſuentha Regina. I.

Significat Regina poſt mortem filij ſui, ſe ad regni faſtigia produxiſſe fratrem ſuum.

ADEO, clementiſſime Principum, vobis amore inhæſimus, vt diſtulerimus hactenus indicare filij noſtri glorioſæ recordationis occaſumne amantis læderemus animum poſt ' triſtitia nunciorum: ſed nunc iuuante Deo, qui conſueuit caſus aſperos in proſpera commutare, illa magis elegimus in veſtram ' deferre notitiam, de quibus nobiſcum ' poſiti, participata exultatione ' gaudeatis. Iuuat enim diuina munera diligentibus confiteri. Perduximus ad ſceptra virum nobis fraterna 2 proximitate coniunctum, qui regiam dignitatem communi nobiſcum conſilij robore ſuſtineret: vt & ille auorum ſuorum 3 purpureo decore fulgeret, & ' animos noſtros ſolatium * prudentis erigeret. Iungite nunc vota felicia. Vt ſicut nos in imperio pietatis veſtræ omnia fieri proſpera deſiderantes expetimus, ita nobis fauere veſtram beneuolentiam comprobemus. Peracto itaque nuntio, vt ' quod vobis pro ingenita clementia credimus eſſe votiuum, addimus etiam grauiſſimæ legationis officium: vt pacem, quam mente ſemper geritis, etiam mihi ' retineatis eſſe collatam, adiectione quoque temporum proteletis. Nam licèt concordia Principum ſemper deceat, veſtra tamen abſolutè me nobilitat: quoniam ille redditur ampliùs ' excelſus, qui veſtræ gloriæ fuerit vnanimiter coniunctus. Sed quoniam epiſtolarum breuitate vniuerſa ſufficienter nequeunt expediri, ſalutantes reuerentia competenti, quædam Legatis noſtris verbo vobis inſinuanda commiſimus, quæ conſuetudine veſtræ ſerenitatis libenter accipite: vt ab omnibus euidenter poſſit agnoſci, quod iuſtè nobis probamus de veſtra manſuetudine polliceri. Conuenit enim de vobis indubitanter præſumi: quando & nos pro deſiderio veſtro in ' his quos commendaſtis, talia facimus, qualia vos ſperaſſe cognouimus.

' ſeptimus — F — ' triſtitiã — ' proferre — ' poſitum — ' gaudere — *Electio regis Gothorum.* — ' animũ noſtrum — * Fortè, prudẽtia — ' quem — ' retinere — G — *Pacis prorogatio & conſtructio.* — ' celſus — *Mãdata legatorũ.* — ' iis quæ

NOTÆ VARIORVM.

H

§ 1. *Amalaſuentha*] Gotthorum regina Theodorici filia Athalarici mater, cuius virtutes & animi magnitudinem Procopius commemorat *lib. 1. de bello Gotthico,* & *lib. 1. de bello Vandalico*: ex quibus libris multa ad ſequentium formularum cognitionem ſumi poſſunt, quæ mihi ſubſeciuo ſtudio hæc feſtinantiùs annotanti colligere non licuit, Filij noſtri Athalarici regis, in quo educando magnam curam mater adhibuiſſe dicitur, corruptus tamen fuit poſtmodum ab æqualibus. Obiit anno Chriſti 532. cùm regnaſſet annos decem. FOR.

§ 2 *Proximitate coniunctum*] Theodahadum conſobrinum, regni ſocium: qui ob multas rapinas ab ea corripitur. Sed tandem vt ſolus regnaret, mox eam in carcerem detruſit, deinde occidi iuſſit, & regnum annis quinque obtinuit. Procopius *lib. 1. de bello Gotthico.* Matthæus Palmerius *in Chronicis*, & Herman. Contractus. FOR.

§ 3 *Purpureo*] à regibus orto. Aurel. Prudentius priore *in Symmachum libro*, de cultu Adriani & catamiti eius.

A

—nunc diui principis illum
Purpureo in gremio ſpoliatum ſorte virili.

Theodahadus enim regia ſtirpe ortus erat, nempe Theoderici ex ſorore Amalafreda nepos, Procop. *lib.* 1. *de bello Gotthico.*

Verba Purpurea, Paryſatis Cyri & Artaxerxis mater, iubebat eum qui regem liberius eſſet allocuturus, verbis nitidioribus & granibus vteretur. Plutarchus *Apophthegm.* ἐκέλευε τὸν βασιλεῖ μέλλοντα μετὰ παῤῥησίας διαλέγεσθαι, βυσσίνοις χρῆσθαι ῥήμασι. Purpuratum filium dixit libri ſequentia epiſt. 1. Crebrum & huic auctori familiare epithetum, cùm quid illuſtre regiúmque ſignificet: vt & Enodio in Panegyrico quem Theodorico regi dixit, *Viſus*, inquit, *in tuorum fidem meritorum teſte purpurato*, & ſub finem: *Vtinam aurei bona ſeculi purpuratum ex te regem amplificet. Vtinam heres regni in tuis finibus ludat, &c.* ſup. lib. 9. epiſt. 24. & lib. 10. epiſtol. 1. Procopius *ſub finem lib.* 2. *de bello Gotthorum.*

B

Theudibaldum communi omnium Gothorum conſenſu ex Verona accitum & ad ſe venientem ſtatim veſte purpurea donauit, regémque cum aſſtantium acclamatione & plauſu creauit. Plin. *lib.* 22. Coccum Imperatoriis dicatum paludamentis ſcribit: qua & duces exercituum prius vſos Plutarchus in Craſſo. For.

¶ IVSTINIANO IMPERATORI
*Theodahadus Rex. 11.

*Theodoaldus

Super eodem.

Regũ mos ad regni faſtigium aſſumptorum.

1 NOuis regibus mos eſt, per diuerſas gentes prouectus ſui gaudia nuntiare: vt acquirant affectum Principis externi de ipſa communione regnandi. Quod facienti mihi, piiſſime Imperator, multò melius diuina tribuerunt: quoniam veſtram gratiam ſecurus expeto, quam præcellentiſſimam dominam 2 ſororem noſtram vobis pepigiſſe cognoſco. Ab eius enim iudicio me nullatenus deuiare certiſſimum eſt, quæ tanta ſapientiæ luce ' reſplendere, vt & propria regna mirabili diſpoſitione componat, & promiſſam cunctis gratiam robuſta firmitate cuſtodiat. Ideo enim me curarum ſuarum fecit eſſe ſocium, quatenus & ego illos deſiderem habere reuerendos, quos ſibi ipſa fecit eſſe pacificos, prudentiæ ſuæ more diiudicans: vt talium amicitias ' eligeret, qui in toto Orbe ſimile nil haberent. Neque enim noua eſt iſta dilectio: nam ſi deceſſorum noſtrorum facta recolatis, ' agnoſcitis quandam eſſe coofuetudinis legem cum illo ' imperio amicitiam 3 Amalos ſemper habuiſſe. Quæ ' tantò certior, quantò vetuſtior: quia 4 facilè mutari non poteſt, quod per longa ' ſæcula cuſtoditur. Suſcipite ' itaque affectuoſis mentibus, & noſtra primordia, & ' dominæ ſororis noſtræ, cui ' ſingulariter ſtudetis, iudicio fauete. Nam ſi me ſimiliter diligitis, Regem quodammodo pariter efficitis. Sed quoniam nos amplius loqui deſideria nouitatis expoſcunt, & literarius ſermo narrare ' plurimum non patitur, ideo tantis meritis (ſicut dignum eſt) ſalutationis honore compleo, harum portitoribus. Legatis noſtris aliqua pietati veſtræ delegauimus intimanda: quia nemo vtilius tractat, quàm qui veſtræ manſuetudini committere ſua vota delibe rat.

C

' reſplendent

' diligeret

' agnoſcentis

' impio

Amali.

' tantum

' quàntum

' tempore

' atque

Amicitia eò certior, quò vetuſtior.

D

' dominæ

' ſingularium

Legatis mandat.

' plurimo

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Nouis regibus mos eſt*] hunc morem teſtatur *l. vlt. tit. vlt. lib.* 12. *Cod.* Philoſtratus *lib.* 5. de Apollonij vita, de Neronis in canendo victoria εὐαγγελιζόμενοι, οἱ εὐαγγελίζοντες τὰς χάριτας dicuntur à Theodoreto in epiſtolam Pauli ad Romanos. For.

¶ 2 *Sororem*] additur in veteri, dominam, vt Amalaſuentham, de qua ſuperiore epiſt. For.

¶ 3 *Amalos*] epiſtola vlt. lib. ſuperioris: lib. 8. epiſt. 5. & epiſt. ſeq. For.

E

¶ 4 *Facilè mutari non poteſt*] certè non debet, *l.* 32. *quibus l. ſeq. de legibus. Nam in rebus nouis conſtituendis, euidens vtilitas eſſe debet, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum viſum eſt, l.* 2. *de conſt. princip.* Concilij Nicæni cap. 6. τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω. Loctorum ſatis nota lex. For.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ ' AMALASVENTHA Regina 12.

Scribit Senatui vrbi Romæ Amalaſuentha Regina, ſe elegiſſe in conſortem regni ſui Theodahadum patrem ſuum.

1 POſt flebilem filij noſtri diuæ recordationis occaſum, vicit animum piæ matris ' generalitatis affectio: vt non mœroris ſui cauſas, ſed veſtra potius augmenta cogitaret. Quæſioimus regales curas quo ſolatio fulciremus. Sed ' auctor ille caſtitatis & miſericordiæ ſingularis, qui nobis primæuum ſubtracturus erat filium, maturi ſtatus reſeruauit affectum. Elegimus, deo auſpice, conſortem regni noſtri feliciſſimum Theodahaldum. Vt qui hactenus Reipub. molem ſolitaria cogitatione pertulimus, nunc vtilitates omnium iunctis conſiliis exequamur: quatenus in tractatibus duo, in ſententiis ' vnum eſſe videamur. Aſtra ipſa cœli mutuo reguntur auxilio, & vicario labore participata Mundum ſuis luminibus adminiſtrant. Ipſi quoque homini duplices manus, ſocias aures, oculos geminos, diuina tribuerunt: vt robuſtius peragereturofficium, quod duorum fuerat ſocietate complexum. Exultate P. C. & factum noſtrum ſuperis commendate virtutibus. Nihil reprehenſibile deſideramus agere, quæ cum conſilio alterius cuncta delegimus ordinare. Communio ' ſiquidem regni mores aſſerit: quoniam placabilis eſſe iuſtè creditur, qui poteſtatis ſuæ habere participem comprobatur. Reſerauimus itaque, deo iuuante, palatia viro noſtri generis, claritate conſpicuo; qui Amalorum ſtirpe progenitus, regalem habeat in actibus dignitatem, patiens in aduerſis, moderatus in proſperis, &, quod difficillimum poteſtatis genus eſt, olim rector ſui. Acceſſit ' his bonis deſiderabilis [eruditio literarum, quæ naturam laudabilem eximiè reddit ornatam.] Ibi prudens inuenit, vnde ſapientior fiat: ibi bellator reperit, vnde animi virtute roboretur: inde princeps accipit, quemadmodum populos ſub æqualitate componat: [Nec aliqua in mundo poteſt eſſe fortuna, quam literarum non augeat glorioſa notitia.] Accipite ' quod maius generalitatis vota meruerunt. Princeps veſter etiam Eccleſiaſticis eſt 2 literis eruditus: à quibus ſemper quicquid eſt pro * honore commonemur iudicare rectè, bonum ſapere, diuina venerari, futura cogitare iudicia. Neceſſe eſt enim, vt ſequatur iuſtitiæ veſtigium, qui de ſua ſententia cauſam ſe credit eſſe dicturum. Videtur quæ lectio acuat ingenium diuina, ſemper efficere nititur pium. Veniamus ad illam priuatæ Eccleſiæ largiſſimam frugalitatem, quæ tantam procurabat donis abundantiam, conuiuiis copiam, vt conſiderato eius antiquo ſtudio, nihil noui habere ' videatur in regno. In hoſpitalitate promptos, in miſeratione piiſſimus. Sic cum multa expenderet, cenſus eius cœleſti remuneratione creſcebat. Talem vniuerſitas debuit optare, qualem nos ' probamur elegiſſe, qui rationabiliter diſponens propria, non appetat aliena. Tollitur enim neceſſitas principibus excedendi, ' quoties aſſueuerint propria moderari. Laudata nimirum ſententia, quæ rerum præcipit modum: quia nimium non placet, etiam quod bonum putatur. Gaudete nunc P. C. & ſupernæ gratiæ pro nobis vota perſoluite: quãdo talem mecum conſtitui principem, qui & de noſtra

' Ama lasuentha

Conſors regni aſſumitur Theodahadus.

F

' generalis

' actor

' vnus

G

Cõmunio dignitatis.

' ſiquidẽ

Theodahadi laus.

' iis

Doctrina litterarũ naturam perficit.

' quid

Princeps literis ſacris eruditus.

* v. homine

H

Virtutes regia.

' videbatur

' probamus

τὸ μέτρον.

' quotiens

Vota pro imperatore ſoluẽda

' oſtendit

A

æquitate bona faciendo propria ſuæ pietatis ᵇ oſtendat. Hunc enim 3 Maiorum ſuorum commonet virtus, & auunculus efficaciter excitat Theodericus.

ᵇ Theodoricus.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Poſt.*] Hæc epiſtola laudes conſortis imperij Theodati continet: qui tandem fraudibus ac periurio ſolus regnum Gothorum inuaſit. For.

§ 2 *Literis eruditus.*] Procop. *lib.* 1. ſcribit Theodatum, ſeu Theodahadum literarum Latinarum, & Platonicorum dogmatum peritum fuiſſe: nullam Theologiæ cognitionem tribuit: diſciplinæ militaris expertem, & pecuniarum cogendarum, & poſſeſſionum accumulandarum ſtudioſum. For.

¶ 3 *Maiorum ſuorum.*] ad vitæ decora domeſticæ laudis exempla prouocare debent, *l. vn. Cod. Theod. de emend. propinq* For.

B

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ THEODAHADVS Rex. IV.

Super eodem ſcribit Theodaldus Rex.

1 Diuina nobis beneficia P. C. peruenisse, feliciter nunciamus: dominam rerum, toto Orbe glorioſam, conſortem me regni ſui larga pietate feciſſe: vt nec illi deeſſet fidele ſolatium, & nobis ᵇ auitum congruè præſtaretur imperium. Suſcipiatur gratiſſimè, quod generalitatem conſtat optaſſe. Referentur nunc ſine metu vota cunctorum. Vt vnde periculum pertuli: inde me vniuerſitas cognoſcat ornari: Præſumpſiſtis enim me in * conſcio ſuſurrare, quod palam non poteratis aſſumere. Quantum vobis debeam, hinc datur intelligi, vt illud mihi feſtinaretis diuinitus euenire, quod meus animus non audebat appetere. Hoc vobis eſt potiùs nouum, ᵇ quàm nobis incognitum. Magna ergo gratia completum debet accipi, quod velocitet quam ᵇ oportebat videbatur aperiri. Sed ſiquid de vobis meremur, cum tamen plurimum apud vos valere noſtram ᵇ glotiam confidamus, ᵇ dominæ & ſororis noſtræ glorioſas laudes iugiter ᵇ perſonate. Quæ magnitudinem imperij ſui noſtra voluit participatione roborari: vt tanquam in duobus luminibus vnus eſſet aſpectus, & concordem ſenſum nemo crederet ſegregatum. Sic ſunt enim ᵇ ſimul, quos & gratia iungit: & parentela ᵇ concilia. Arduum ſibi hoc forſitan æſtiment impares mores: difficile eſt, illos aliter viuere, qui ſibi poſſunt bonarum cogitationum ſimilitudine conuenire. Conſilium quippe ᵇ mutare detrectat improuidus: ſapientiam verò ille quærit in altero, penes quem eſt ſcientiæ magnitudo. Sed inter diuerſa munera, quæ nobis cum regia maieſtate diuina tribuerunt, illud amplius permulcet animum noſtrum, quod nos ſapientiſſima domina, trutina magnæ diſceptationis, elegit: cuius prius ideo iuſtitiam pertulit, vt prius ad eius prouectionis gratiam peruenirem. Cauſas enim, vt ſcitis, iure communi nos fecit dicere cum priuatis. O animi nobilitas ſingularis! En æquitas mirabilis, quam Mundus loquatur. Non dubitauit patentem prius iuri publico ſubdere, quem paulo poſt voluit ipſis quoque legibus anteferre. Explorauit conſcientiam, cui erat regni traditura cenſuram: vt & illa domina cognoſceretur eſſe cunctorum, & me probatum ᵇ perducere dignaretur ad regnum. Quando ᵇ his muneribus, quando ſoluamus tantæ gratiæ quæ debemus? vt * quæcunque paruulo filio imperauit ſola, nunc mecum delegerit regnare ſociata. In ipſa eſt enim decus regnorum omnium, in ipſa noſtræ originis flos honorum. 2 Quicquid fulgemus, ab eius claritate ᵇ ſuſcipimus. Quando non ſolum parentibus laudem contulit, ſed ipſum quoque genus humanitatis ornauit. Quis poſſit ſufficienter edicere, quanta pietate, ᵇ quanto morum pondere decoretur? Diſcerent profectò noua philoſophi, ſi viderent: & minora libris ſuis faterentur condita, quàm huic cognoſcerent attributa. In tractatibus acuta, ſed ad loquendum ſumma moderatione grauiſſima. Hæc eſt regalis procul dubio virtus, celeriùs neceſſaria ſentire, ᵇ & tardiùs in verba prorumpere. Neſcit enim pœnitenda loqui, qui proferenda prius ſuo ᵇ tradidit examini. Hinc eſt, quod eius doctrina mirabilis per multiplices linguas magna vbertate diffunditur: cuius ingenium ita paratum reperitur ad ᵇ ſubitum, vt non putetur eſſe terrenum. In libris Regum regina Auſtri veniſſe legitur ad diſcendam ſapientiam ᵇ Solomonis: hic principes audiant, quod ſub admiratione cognoſcant. Paucis verbis ſenſus clauditur infinitus, & ſumma ᵇ facilitate componitur, quod ab aliis ᵇ nunc ſub longa deliberatione formatur. Beata Reſp. quæ tantæ dominæ gubernatione gloriatur. Minus fuit, vt generalitas ſub libertate ſeruiret, addictum eſt tantis meritis, ne ei ſubderetur & reuerentia principalis. Hoc enim obſequio digniſſimè ᵇ dominamur. Nam cum tantæ prudentiæ pareo, cunctis virtutibus obſecundo. Sub tali ſiquidem ᵇ monitore regni pondere non grauamur. Dum ſi quid fit pro nouitate incognitum, fiet nobis eius inſtructione certiſſimum. Ad bonum publicum ᵇ veritatem non pudet confiteri. Agnoſcite principes viri ſapientiſſimæ eſſe dominæ, ᵇ quod in nobis ᵇ poterit plus placere. Illam enim aut interrogando melius ſentimus, aut eius imitatione proficimus. Viuite nunc felices. Viuite, deo auxiliante, concordes, & æmulamini gratiam, quam regum cognoſcitis tenere concordiam.

Margin (left): ᵇ illis — *Conſors regni.* — ᵇ habitum — * conſortio — C — ᵇ quod — ᵇ ire. — ᵇ gratiam — ᵇ dominæ — ᵇ perſonate. — *Regum concordia.* — ſimiles — ᵇ conciliat — mutari detractet — D — *Ex primas rex.* — ᵇ producere — ᵇ iis — * quæ cũ — ᵇ ſuſcepimus — ᵇ quantoque

Margin (right): E — *Laus Amalaſuenthæ. Prudens magis quam loquax.* — ᵇ ſed — ᵇ tradit — ᵇ ſubditis. — *Regina Saba.* — ᵇ Salomonis. — ᵇ felicitate — ᵇ nec — F — ᵇ dominatur — ᵇ monitione — ᵇ veritate — ᵇ quæ — ᵇ potuit.

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Diuina.* Inſinuat Theodohadus ſe in conſortium regni adſumptum. For.

¶ * 2 *Quidquid fulgemus.*] Laus Amalaſuenthæ de qua & Procop. *lib.* 1. For.

G

§ THEODOSIO 1 HOMINI SVO Theodahadus Rex. V.

De modeſta diſciplina ſeruanda, & illicitis præſumptionibus corrigendis.

Poteſtatis noſtræ cenſuram, rerum volumus eſſe ᵇ modeſtiam, vt quantum diuina beneficia percepimus, tantum æquabilia plus amemus. Priuata ſiquidem ſtudia à noſtro animo probantur excluſa: quia generalis dominus cuſtos factus ſum, Deo auxiliante, cunctorum. Et ideo præſenti iuſſione ᵇ præcipimus, vt quicunque ad domum noſtram ᵇ noſcitur pertinere, & curæ tuæ probatur eſſe commiſſus, nullis præſumptionibus inſoleſcat. Quia ſolus dicendus eſt ille meus, qui legibus potuerit eſſe tranquillus. Augete famam noſtram, per patientiam veſtram. Si quis habuerit cum altero forte negocium, ad communia iura deſcendite, fora vos tueantur, non iniqua præſumptio. A domeſticis inchoare volumus diſciplinam, vt reliquos pudeat errare, quando noſtris cognoſcimur excedendi licentiam non præbere. Mutauimus cum dignitate propoſitum, & ſi antè iuſta diſtrictè defendimus, nunc clementer omnia mitigamus: quia domum exceptam non habent principes, ſed quicquid diuino auxilio regimus, noſtrum propriè confitemur. Eſtote ergo circa eos, qui iuri noſtro ante fuere ſubiecti, omnino ſoliciti: nullum contra legem aliquid permittatis excedere. Laus ad me veſtra potiùs perueniat, quàm aliqua querela procedat: [quia bona conſcientia tunc verè imperat, cum generaliter præſtare feſtinat.

Margin (right): ᵇ modeſtia — ᵇ decreuimus — ᵇ cognoſcitur — *Iure viuendum.* — H — *Domeſticorũ regis diſciplina.*

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Homini ſuo*] Id eſt, domeſtico & clienti, *l.* 4. *C.*

de

A *de dignit. l.pen. C. Theod. de conſitorib. peraquat. & inſpect. l.1. de conductorib. & hominib. domus Auguſtæ. C. Theod.l.5.de reparat. appell.C.eod.* For. Hominem vocat qui ad domum alicuius pertioet, vnda Gallicè *homagium* dicimua. Bros.

¶ PATRITIO V. I. QVÆSTORI Theodahadus Rex. vi.

Et conceditur Quæſtoris honor, & de morum probitate commendatur.

1 NEceſſasium ptobatut eſſe Reipub. perſonas dignitatibus apias eligere; vt cui iuſtitia committitur, ιalia moribus non gtâneτur. ' Alioqui ineffïcax eſt, ab homine eaigere quud ' agnoſcitur non habete: contrà, confidenter quæritur quod ineſſe ſentitur. Et ideo ptimùm nobis placuit tuos morcs inſpicere, ſine qnibus poſſunt quælibet optima diſplicete. Oroamentum enim bonorum omnium eſt ſyncera benignitas, quæ non eſt ſola, quia de virtuiibus ' videtur eſſe genetata. Ordiuem ſerua noſtri iudicij: vt ſicut hæc ' prima qoæſiuimus, ita te cuſtodite iuſtitiam ptæ omnibus ſentiamus. Secunda nobis enta fuit, eloqnentiæ tuæ fluenta petquirere: quam licèt ſingulariter diligamus, moribua tamen iuſtè poſtponimus. In illis enim vita cognoſcitut: hîc ' tantùm lingua laudator: ſed in te valde decorum: quia vtrumque noſceris habere ſatciatum. Æqualiter enim ſplendes actionis merito, & dictationis eloquio: vt inſtè poſſit intelligi, per te voluntas principia expediri. Nam inter cæteras artes oratoriam ſic diligimus, vt eam otnamcotum omnium literarum eiſe fateamnr. Quicquid enim in qualibet diſciplina coucipitur, ab iſta ſub decore proferrur.' Reperiat quamvis ' magna philoſophus, quid proderit ſentire, ſi landabiliter non poſſit ' extollere?' Naturale eſt, inuenire: ſed ' facundiùs decenter aſſerere. Quale ' enim cunctis deſidorantibus loqui: & tes communes ita disertè dicere, quas etiam prudentes ſe ' mirentur audiſſe? In hac te ' cognouimus arte præualidum, vt & ſuadere poſſis ſuauiter, ſuggeſtiunibus tnis neſcias maligna miſcete. Atque ideo Quæſturæ tibi faſces ' per 2 decimam tertiam Indictionem, propitia diuinitate concedimus: 3 vt facias generalitatis votum iuridicotum ſequendo iodicium. Totum te legibus, totom te reſponſis trade prudentium. Sic nobis optimè ' conſulueris, ſi priſcotum ſeruias conſtitutis. Conſidera in verbis tuis laodem poſitam principalem. Fama noſtta eſt, quod loqoeris: conſcientia, ſine dubitatiõne quod ſeotis. Intellige tamen quantum ſit, quod à te exigatur, cui opinio noſtra committitur. ' Hæc ſubiectos noſtros amplectitur, hæc per gentes exteras peruagatur, per hanc vbi non videmor, agnoſcimur. Decreta ooſtra tradunt ciuitatibus prouinciiſque ſermonea. Indicate de nobis poſſunt, qui etiam noſtris iuſſionibua obſequuntur. Summo ergo ſtudio conſtat eſſe ſeruandum, quod de nobis poteſt ferre iudicium.

B C D

Quæſtorum areatia. ' alioquin ' cognoſcitur ' noſcitur ' primò *Iuſtitia. Eloquentia.* ' tamen *Laus eloquentia.* ' reperiatur ' magnas ' excolere ' naturale ' facundi ' enim eſt ' mirâtur ' cognoſcimus *Quæſtoris officium.* ' pro decimatertia indictione ' cõſulatis ' hoc

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Neceſſarium.*] De quæſtoris officio ac eloquentia qua de re ſuprà *lib.6. epiſt.5. & lib.8.epiſt.13.& 14.* For.

¶ * 2 *Decimam tertiam.*] Id eſt anno Chtiſti 538. Beliſario v.c. conſule. For.

¶ 3 *Vt facias generalitatis votum iuridicorum ſequendo iudicium.*] Hioc conſtat quæ fuerint partes Quæſtoris ſub Imperatoribus: ille enim condebar leges, & veritatem precom rimabatur, vt ſubſcriberet illis, ſi iuſta ratione niterentur, qnod liquet ex *l.1.Cod.de petit.bon. ſubl.* vide Symmach. *lib.2.epiſt 8.lib.4.epiſt. 50.lib.5 .epiſt. 52.* & qoæ notauimus ad *epiſt.5.& 6.lib.6.infra.* Bros.

E

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ THEODAHADVS Rex. vii.

Super eodem.

POſt primotdia noſtti imperij vobis feliciter nuntiata, congrua nobis ' contigit P. C. cauſa ſetmonis: vt iudicem nos cognoſcatis elegiſſe, cuios voa lingua poſſit ornare. Quæſtor enim eloquens Reipub. decus eſt, qui & vota noſtra optimè videatur edicere, & Antiquorum iura firmo conſilio cuſtodire. Hinc eſt enim Patritius ſuis iam vocabulis honoratus. ' Nam perpetua ſroitur lande, cui eſt honor in nomine: cuius aſſluentem facundiam 1 ſtudia Romana genuerunt, ' oſteñtans meritò de loei dignitate peritiam. Nam qui illic potuit imbui, meruit vbique laudari: ibi defecatus ſermo Latinus eſt: ' inde diſcuntur verba toto nitore lucentia. Aliæ regiones vina, ' balſama, & oleoria thura tranſmittant: Roma tradit eloquium, quo ſuauius nil ſit auditum. Sic bonis attibus etuditus, mox eſt forenſibus ' aptatus excubiis: vt oratores, quos longa meditatione præceperat,' à ſimili declamatione monſtraret. Notum eſt etiam, quanta cum collegis ſuis ' moderatione contendit. Certaminibus eius modeſtia ſemper affuit: dicendi calore raptatos, ſtuduit laudabilibus inuentia: non, qood plerique faciunt, 2 vacauit iniuriis, qui ſic perotauit cauſas ſub tranquillitate, vt morea proprios ſemper aſſereret. Contendiſſe ſiquidem, non litigaſſe repertus eſt. Alienam enim cauſam faciebat ſoam gloriam. Nam ſic cognitus eſt viocere, vt probaretur contrarium ' non læſiſſe. Talem itaque virum non decuit diutiùs iuſtitiam petere, ſed docere. Quia iudicaria virtus eſt, ' linguæ bonis abundare, & mentis temperantiam cuſtodire. Cognoſcite P. C. quid fieri velimos, quando in iudicibus primùm mores ' elegimus, in ea magis dignitate, quæ iura conſueuit edicere. Non enim temporibus noſtris poteſtate regia eſt armata Quæſtura, ſed legibus probatur eſſe compoſita. Velle noſtrum Antiquorum ' Principum eſt voluntas, quos in tantum deſideramus imitari, quantum illi iuſtitiam ſunt ſecuti. Illa eſt eoim ' venerenda priorum auctoritas, quæ à recto tramite non declinat. Sequendi enim neceſſitatem ' reliquit poſteris, qoi iuſtitiam ſuis miſcuerit conſtitutis. Et ideo P. C. per decimam tertiam Indictionem Illuſtri Patritio Quæſturæ contulimus dignitatem: vt qui eſt clarus nomine, magnificus etiam ſit honore. Fouete in eum noſtra iudicia: vt quod nos præſtitimus, vobis placitum nihilominus ' ſentiatur.

F G

Ad Senatũ pro receptione Quæſtoris commendatio. ' cõtingit *Patritius.* ' nam & ' oſtentas *Rom. eloquentia.* ' ibi ' blaſama ' aptus ' cõſimili ' declamatione *Modeſtia.* ' animum non ' linguam & bonis ' eligimus *Quæſter quia vo ſæculo fuerit.* ' principium ' venerẽdi ' relinquit ' ſentiamus

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Romana ſtudia*] hîc de Romana eloquentia loquitur: & quidem tum inclinante Latini ſermonis dignitate haberi in precio cœperunt qui Latinè ſcirent. Conſtat iam inde ab eo tempore, certè imperij Iuſtinianæi ætate contractus, qui à tabellionibus perſcriberentur, conceptos eo ferè ſermone, quo nunc vulgus Italiæ vtitur, vt conſtat ex Inſtrumento Bibliothecæ regiæ, quo Stephanus tutor Gratiani pupilli cum ipſo tranſegit, quod Rauennæ ſcriptum eſt anno Iuſtinianæi Imperij 38. Indictione 12. cuius exemplum à me deſcriptum in latatio ſeruo. For.

H

¶ 2 *Vacauit iniuriis.*] Laudatur hic quæſtor, ex eo qnod in agendis & perotandis cauſis ab iniuriis ſibi omnino temperauerit: turpiſſimus enim eſt conuiciandi mos, vt teſtatur Valentinianus Imper. in *l.quiſquis C. de poſt.* Prætetea orationes non ſunt conuiciis implendæ. Vide Ammia. Marcellioum. *lib.30.* Bros.

¶ 1 IVSTINIANO AVGVSTO
Amalaſuentha Regina. VIII.

Iuſtiniano Imperatori Amalaſuentha regina petit licentiam transferendi marmora quæ emerat.

ITa nos gratia veſtræ pietatis oblectat, vt quiequid ad decorem noſtrum poteſt proficere, libenter à ˋ veſtris velimus partibus poſtulare. Quis talia vobis diuina tribuerunt, vt & vos eius ˋ affluentet muneribus abundetis, & ſperantibus ˋ benigno animo, quæ ſunt neceſſaria, concedatis. Et ideo manſuetudinem veſtram reuerenter ſalutans, hatum pottitorem illum ad excellentiæ veſtræ beneficia deſtinauit: vt marmora, vel alia neceſſaria quæ quondam Calogenitum comparare feceramus, per præſentium portitorem ad nos peruenire, Domino fauente, iubeatis. Vt cognoſcamus nos à pietate veſtra re vera diligi, quorum facitis vota compleri. Veſtra enim gloria eſt noſter ornatus: quando vos præſtitiſſe cognoſcitur, quod noſtris laudibus applicatur. Decet enim, vt & 3 Orbis iſte Romanus iuuamine veſtro reſplendeat, quem amor veſtræ ſerenitatis illuſtrat.

Marg.: oſtris / mper / ono — armor. — rbis Romanus.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Iuſtiniano.*] Amalaſuentha cogitauit ab Italia Conſtantinopolim vſque adire Iuſtinianum Imp. Procop. *lib. 1. de bello Gothico* For.

¶ 2 *Portitorem.*] lib. 1. epiſt. vlt. lib. 8. epiſt. 8. For.

¶ 3 *Orbis iſte Romanus*] *l. 17. in orbe Romano, De ſtatu hom.* Plin. *lib. 17. cap. 11. lib. 33. cap. 4.* malè priùs, *in vrbe Romana*, legebatur, d. l. 17. quod editio Florentina arguit: & iam Alciat. *lib. 2. cap. 22. diſpunct.* annotarat, cui & hic locus ſuffragatur, & *l. 1. C. de Eunuchis.* For.

¶ IVSTINIANO AVGVSTO THEODAHADVS
Rex. IX.

Super eodem.

AEquum eſt, ſapientiſſime Imperator, vt illa nobis libenti animo faciatis impendi, ad quæ ſi eſſemus deſides, à veſtra potiùs clementia deberemus hortari. Vobis enim gratū eſſe non dubiū eſt, quicquid per nos ad Italiæ decorem contigerit expediri. Quia laudibus veſtris iure proficit, quando videtur creſcere, quod ad noſtræ Reipublicæ poteſt gloriam pertinere. Quapropter exhibens principatu veſtro reuerēdiſſimum ſalutationis affectum, harum portitorem ad illa direximus exhibenda, ad quæ quondam Calogenitus fuerat deſtinatus; vt, etſi perſona rebus humanis ſubtracta eſt, beneficia tamen ˋ veſtra ad ˋ nos, Deo ˋ ordinante veniant. Ne caſſetur deſiderium, quod conuenienter eſt de ˋ veſtra præſumptione ſecuturum.

Marg.: Mandatū finitur morte. — ˋnoſtra ˋvos ˋiuuante venIat For. ˋnoſtra

¶ 1 THEODORÆ AVGVSTÆ
Amalaſuentha Regina. X.

De pace.

ˋ DVm propoſiti noſtri ſit illa quærere, quæ probantur ad ˋ gloriam principis pertinere, dignum eſt vos ſermone venerari, ˋ quos bonis omnibus conſtat ſemper augeri. Concordia non eſt ſola præſentium, quinimò illi ſe meliùs reſpiciunt, qui animi caritate ſe ˋ coniungunt. Atque ideo reddens Auguſtæ reuerentiæ ſalutationis affectum, ſpero vt redeuntibus Legatis noſtris, quos ad clementiſſimum & glorioſſimum Principem deſtinauimus, de veſtra nos faciatis ſoſpitate gaudere. Quia proſpera veſtra ita nobis ˋ grata videntur, vt propria: & neceſſe eſt, ſoſpitatem deſideranter ſuſcipere, quam nos iugiter conſtat optare.

Marg.: ˋCùm ˋgloriam pij ˋquæ — iungunt — ˋgrata eſſe

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Theodora Auguſta.*] Iuſtiniani coniugi, de cuius fortitudine animi Procopius meminit. Ad eandem ſcribitur infrà epiſt. 20. 21. 23. huius libri. For.

¶ MAXIMO DOMESTICO V. I.
Theodahadus Rex. XI.

De conceſſione Primiceriatus.

SI gloria eſt bonorum Principum, incognitas honoribus clarificare perſonas, (dum quicquid à ſubiectis proficiſcitur regnantium laudibus applicatur) quantò nobis præſtantius eſt, nobiliſſimæ familiæ reddere, quod eam cognoſcimus etiam naſcendi ſorte meruiſſe? Sic enim iuſtitiam ſequimur, ſi bonis hæredibus parentum præmia non negemus. Decet enim, etiam priores ſuos vincere, qui ad noſtra meruerunt tempora peruenire. Anitios quidem penè principibus pares ætas priſcas progenuit: quorum nominis dignitas ad te ſanguinis fonte perducta, collectis viribus hilarior inſtaurata rutilauit. Quis ergo relinqueret in poſteris minùs ˋ honoris, quos tam diu conſtat fuiſſe præcipuos? 1 Accuſarentur ſæcula, 2 ſi talis potuiſſet latere familia. ˋ Atque nobis Marios vel Coruinos annoſior vita ˋ ſeruaſſet, vix ſatiaretur Principis votum, ſi nos contingeret perſonas illas talium poſſidere meritorum: quemadmodum nunc profectò negligamus inuenta, qui deſideramus habere præterita? Atque ideo, (quod feliciter dictum ſit) Primiceriatus, qui & Domeſticatus nominatur, ab 3 Indictione decima quarta tibi conferimus dignitatem. Vſurus es omnibus titulis, qui ad eius pertinent actionem. Hic honor quamvis tantis natalibus videatur inferior, cunctis tamen faſcibus tuis videtur eſſe felicior, cuius tempore meruiſti coniugem regiæ ſtirpis accipere, quam in tuis naturalibus nec præſumpſiſſes optare. Age nunc, vt ſicut tibi eſt votiuus, ita nobis reddatur acceptus. Conſidera ˋ quod merueris, & dignum te noſtra affinitate tractabis. Nam qui familiæ regnantis adiungitur, in laudum gremio collocatur. Nunc maior opera manſuetudini detur: nunc omnibus communio benigna ˋ præbeatur: vt talem probemur elegiſſe, quem nulla poſſit proſperitas immutare. Humilis age rem gloriæ: quia de modeſtia laus ſumitur, de ˋ elatione odium concitatur. ˋ Prouectibus quidem proxima eſt indubitanter inuidia: ſed tolerantia meliùs vincitur, quæ contentione ſemper augetur. Supra cæteras enim virtutes amicam ſapientibus ama patientiam: erectus ex nobis, ſuſtinendo potiùs quàm vindicando ˋ laudaberis. Iam vince: benigna dilige: caue ne maior videatur eſſe felicitas moribus tuis: ſed qui noſtro iungeris generi, proximus glorioſis actionibus comproberis. Laudati ˋ ſunt hactenus parentes tui, ſed tanta ˋ non ſunt coniunctione decorati. Nobilitas tua non eſt vlita quod creſcat. Quicquid præconialiter egeris, 4 proprio matrimonio digniſſimus æſtimaris.

Marg.: *Primiceriatum ac domeſticatus cōfertur.* — ˋhonoris — ˋAtque veteram — *Mary. Coruini.* — ˋreſeruaſſet — *Primiceriatus ſeu domeſticatus. Coniux regiæ ſtirpis.* — ˋquid *Affinitas regia.* — ˋtribuatur — *Modeſtia & patientia.* — ˋelatione verò — ˋprouentibus — ˋlaudatis — ˋſūt quidem — ˋnunc

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Accuſarentur ſecula*] diſciplina temporum, & ſeculi felicitas à principibus prædicatur, *lib. 1. epiſt. 5. lib. 2. epiſt. 13. lib. 4. epiſt. 10. hoc lib. epiſt.* 18. & aliàs ſæpenumero. For.

¶ 2 *Si talis potuiſſet latere familia*] Plinius non multum diſſimilia protulit in Panegyrico de ſui ſeculi fœlicitate agens. *Salua eſt omnib vita*, ait, *& dignitas vitæ, nec*

tam

A *tam conſideratus ac ſapiens, qui ætatem in tenebris agit: eadem quippe ſub principe virtutibus præmia, quæ in libertate, nec beneſaͨtis tantum ex conſcientia merces, ſed etiam præmia ſunt.* Brot.

¶ 3 *Indiſtione decimaquarta*] poſt conſulatum Beliſarij V. C. For.

¶ 4 *Propriæ matrimonio*] vetere & eleganti loquendi more, *propria vxor*: Seru. Honoratus in illud Virgil. *lib. 1. & 4. Æneid.*

Connubio iungam ſtabili, propriámque dicabo.

Herſiliæ precatio apud Aul. Gell. *lib. 13. cap. 21. Vt liceat nuptiis propriis & proſperis vti*: nec enim vxor ad tempus, ſed in perpetuæ vitæ conſuetudinem ducitur, *l. t. de rit. nupt.* §. 1. *de patria poteſt. inſtitut. cap. vlt. Extrà de cond. appoſ.*

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ THEODAHADVS Rex. xii.

B

Super eodem.

Cādidati commendatio.

NE quis nos, P. C. in honoribus dandis non æſtimet habuiſſe rationem, quod poſt inſignia Conſulatus minora magis poſteriùs conferimus. Quinimò ſuaſerunt nobis merita candidati, ne iam maturus nulla videretur ſumere, qui primæuus emerita cognoſcitur accepiſſe. Auari quippe principis erat, in vno honore ipſius vitæ tam magna concludere, & ideo magis nihil præſtare, quia prius cognoſcitur ſumma meruiſſe: quin potiùs omnia promiſcuè concedamus. Nulla dignitas minor eſt, cùm bene geritur: quando reuerentiam plerunque actio videtur accipere de claritate perſonæ. Hæc autem tunc ſuos gradibus diſtincta, cum diuerſis fuerint attributa. Nam honorem ſuum ſemper æqualiter retinet quicquid probè * retinet Conſularis. Sic minorum fluminum vocabula maior amnis abſorbet: & quamvis plurima fluenta Tyberis * noſter exceperit, tamen à proprio nomine non declinat. Et ideo, quod feliciter dictum ſit, illuſtri viro atque magnifico Patritio Maximo Primiceriatus, qui & Domeſticatus nominatur, à quartadecima Indictione gerendam tribuimus dignitatem: vt mediocritas honoris merito creſceret præſidentis. Neque enim fas eſt humile dici, quod gerit Anitius: familia toto Orbe prædicata, quæ verè dicitur nobilis, quando ab ea actionis probitas non recedit. Sed his bonis addimus P. C. vt noſtræ affinitati præcelſæ clara familiæ veſtræ gratia miſceatur. Verum hanc gloriam non ſibi tamen poteſt vnus aſſumere, quam nos probamur Romano nomini contuliſſe. Reddite affectui meo pleniſſimam caritatem. Plus eſt amandus à domino, qui parentis nomen dignatus eſt præſtare ſubiecto. Sed æquum eſt P. C. vt carus exiſtat, per quem vobis talia contigerunt. Exultate generaliter, & has nuptias lætitia profuſa celebrate. Vnde profecit nomen omnium, vota debent eſſe cunctorum. Quæ preces à me exigere potuerant, quod meus animus ſpontanea deliberatione conceſſit? vt veſtri ordinis viros parentes verè appellare poſſimus, qui nobis affinitatis claritate iungendi ſunt.

* v. geſſerit

C

* v. veſter acceperit

* iis

tantum nomine

tam feſtiuitatis

Nuptiarū gratulatio.

D

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ THEODAHADVS Rex. xiii.

Quod amoueantur ab ordine Senatorio ſuſpiciones ambiguæ.

Suſpicionibus occurrit.

retulerunt

POſtquam venerabiles viros Epiſcopos agnita legatione remiſimus: nec petitionibus veſtris, quamvis eſſent quædam reprehenſibilia, noſter animus obuiaſſet, venientes ad nos aliqui retulerunt, ciuitatem Romanam adhuc inepta ſolicitudine laborare, & id agere, vt niſi noſtræ manſuetudinis intereſſet, periculis ſibi potiùs certa ex dubiis ſuſpicionibus concitaret. Vnde æſtimate, cui debeat populorum inanis leuitas imputari, niſi veſtro ordini, à quo * decuerat cuncta componi. Per veſtram ſiquidem ſapientiam admoneri prouincias oportuit vniuerſas: vt talia probarentur aſſumere, quæ principis primordia viderentur ornare. Verum quæ ciuitas non fiat excuſabilis, ſi Roma deliquerit? Rex minor ad potioris currit exemplum, & alieni facti iure inuidiam ſuſtinet, quæ peccatis præſtat exemplum. Sed gratias diuinitati referimus, quæ dona ſua veſtris potiùs ornauit exceſſibus. Ecce prius culpas ignoſcimus, quam deuotiones aliquas ſentiamus. Nihil debemus, & ſoluimus: ante beneficii ſumus, vt poſtea gratiſſimos inuenire poſſimus. Sed licet in hac parte noſtræ modeſtiæ grauitas aſſeratur, nolumus tamen nos tantum prædicari, niſi vt deuotionis Romanæ benignitas poſſit oſtendi. Plus enim de veſtra opinione paſcimur, quàm ſi de noſtra ſemper tranquillitate laudaremur. Amouete ſuſpiciones, ab ordine veſtro ſemper extraneas. 1 Non decet Senatum corrigi, qui debet alios paterna exhortatione moderari. Nam ex quibus habebunt genium mores, ſi parentes publicos minores contigerit inueniri? Sufficiunt hæc nobilibus, ſufficiunt iſta verecundis, vt ad ſtudium perfectæ deuotionis incitemus, quos paululum de praua ſuſpicione culpamus. Nos enim quod præſentiam veſtram experiuimus, non vexationis iniuriam, ſed vtilitatis veſtræ cauſas profunda cogitatione tractauimus: vt illud magis debuiſſetis efficere, quod vobis cognouimus expedire. Certè munus eſt, videre principem. Hoc à vobis pro Reipub. vtilitate volumus fieri, quod præmiis ſolebat optari. Sed ne ipſa remedia in aliqua parte viderentur auſtera, cum res popoſcerit aliquos ad nos præcipimus euocari, vt nec Roma ſuis ciuibus euacuetur, & noſtra conſilia viris prudentibus adiuuentur. Redite ergo in priſtinam deuotionem, vt ſolicitudines meæ, quas pro generalitate ſuſtineo, veſtro potius adiuuentur ingenio. Quia hoc vobis ſemper inſitum fuit, principibus veſtris votum puritatis offerre: nec parere neceſſitate terroris, ſed potius amore dominantis. Reliqua per illum harum portitorem verbo dicenda commiſimus: vt ſummotis cogitationibus ambiguis, noſtris admonitionibus credere debeatis.

E

* debuerat

amouere

Exemplo peccatur.

potiorum

qui

F

culpauimus

qui

Videre principem beneficium eſt.

aduocari

G

Mandata legati.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Non decet Senatum corrigi, qui debet alios paterna exhortatione moderari*] Ordo Senatorum carere omni vitio debet, *l. 74. C. Theod. de decur.* qui vitiis anteactæque vitæ opprobriis laborant ampliſſimo ordine indigni iudicantur, quia famoſis dignitatum portæ non patent. Vide Cornel. Tacit. *lib. 11. annal.*

¶ POPVLO ROMANO THEODAHADVS Rex. xiv.

H

Super eodem.

LIcet vobis inſitum, dominos veſtros pura mente diligere, & obſequiis id agere, vt regnantis animum poſſitis habere placabilem: hoc tamen Maiorum veſtrorum ſemper proprium fuit, vt tanquam membra capiti, ita ſuis principibus viderentur adiungi. Quam enim viciſſitudinem reddat, qui maximo labore defenditur; cuius per dies ſingulos ciuilitas cuſtoditur, niſi vt illos diligat ſupra omnia, per quos habere probatur vniuerſa? Abſit enim à temporibus noſtris, vt in vobis aliquid tale reperiamus, quod noſtris indignationibus eſſe poſſit idoneum. Fides veſtra quæ vos hactenus aſſeruit, modo potius euidenter oſtendatur. Non * vanum, non doloſum, nec ſeditionibus plenum, populum decet eſſe Romanū. Mali mores noſtro

Cohortatio ad cōcordiam.

augere

Romani pop. in ſuis principes amor.

oſtendas

* varium

A nomini probantur aduerſi. Sed hoc quoque mirabile eſt, quod grauitatem veſtram cogimur admonere, quem conſtat ſemper ſponte ſapuiſſe. Nullæ vos ineptæ ſuſpiciones, nulla timoris vmbra deterreat. Habetis principem, qui pietatis ſtudio optet in vobis inuenire, quod diligat. Hoſtibus veſtris, non defenſoribus obieris. Inuitare, non excludere debuiſtis auxilium. Sed ſenſus iſte fortaſſis eorum eſt, qui minus probantur intelligere, quæ generaliter poterant expedire. Ad veſtrum potius redite conſilium. Nunquid vos nouæ gentis facies vlla deterruit? Cur expauiſtis, quos parentes hactenus nominaſtis? Qui relictis familiis ad vos venire properabant, de veſtra erant potius ſecuritate ſoliciti. Quando, rogo, talis ab illo viciſſitudo recepta eſt, cui ſalutis præmia debebantur? Illud enim, quod ad nos attinet, ſcire debuiſtis: quia die noctúque inceſſanter optamus, vt quod parentum noſtrorum temporibus conſtat enutritum, ſub nobis potiùs diuinis auxiliis augeatur. Vbi enim fama regnantis erit, ſi vos (quod abſit) patiamur imminui? B Nolite talia cogitare, qualia nos minimè videtis aſſumere. Imò magis, ſi quis aliqua iniquitate depreſſus eſt, ſpem de bona conſcientia non amittat. Quoniam ſubleuare cupimus, quos intendere probis motibus inuenimus. Aliqua etiam vobis per illum dicenda commiſimus: vt noſtrum circa vos in omni parte animum propitium ſentientes, iugiter (ſicut oportet) obſequiis, & oratione ſyncera deuoti eſſe debeat.

Margin: quam. Tumultuantes Romanorum animos conatur emollire Theodahadus. optat. debuiſſetis. repetita. optemus. bonis. Mandatatione.

¶ IVSTINIANO IMPERATORI Theudahadus Rex. xv.

Commendat nuntios euntes pro negocio Eccleſiæ Rauennatis.

Conſtat, deſiderium noſtræ voluntatis expleri, quoties ad pietatem veſtram ſalutiferos apices contigerit deſtinari. C Quia ſemper felici gaudio repletur, qui vobiſcum ſyncera mente colloquitur. Et ideo ſalutans clementiam veſtram honorificentia competenti, latorem portitorem pro negocio Rauennatis Eccleſiæ venientem, gratiſſima vobis petitione commendo. Quando talis offertur cauſa præſtandi, vbi merces videatur acquiri, quam vos facere ſemper exoptant, qui ſerenitatem veſtram florere deſiderant. Non eſt enim dubium, meliora recipere, quos contingit iuſta præſtare.

Margin: quotiens.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ THEODAHADVS Rex. xvi.

De Sacramento à rege præſtito.

Imperioſa nimium res eſt P.C. pietas noſtra, quando propria voluntate vincimur, qui alienis conditionibus non tenemur. D Nam cum (deo præſtante) poſſimus omnia, ſola nobis licere credimus laudanda. Cognoſcitis prudentes viri verba, quæ loquimur: vel nunc clementiam, quam vobis ante promittere debuiſtis agnoſcite. Ecce nec ſollicitos patimur, quibus infenſi eſſe putabamur. Sic eſt à principe grauis vincenda ſuſpicio: ſic curare debuit, qui noxius eſſe non voluit. Poſtulata ſiquidem Sacramenta, vobis ab illo atque illo præſtari, noſtra decreuit auctoritas, quod bene imperaturo non eſt difficile perſuaſu: quia ſic vobis ſecuritatem dedimus, vt nihil noſtro propoſito addere videremur. Talia ſiquidem, qualia promittimus, eramus acturi: quia Deo debemus iſta, non homini. Nam qui per lectiones ſacras antiqua regna cucurrimus, quid aliud optare poſſumus, niſi quod diuinitati in aliis placuiſſe ſentimus? Ipſe enim remunerator eſt bonorum omnium Deus. Nam quicquid in ſubiectos pietatis efficimus, illum nobis repenſare E ſine dubio iudicamus. Quapropter conſcientiam fidelem adepta ſecuritate monſtrate. Quia poſt talia redditur clementiæ noſtræ, potiùs quàm offertur affectus.

Margin: nimium. enim &. Sacramentum à rege præſtitum. perſuaſu. nihil à. Deus. compenſare.

¶ POPVLO ROMANO THEODAHADVS Rex. xvii.

Super eodem.

Cognoſcite Quirites, quali vos princeps veſter firmitate dilexerit, vt tentatus aſperis rebus non vos pateretur eſſe ſolicitos: nec voluimus amplius vota veſtra differri, quos ſemper optamus in ſumma Reip. celebritate lætari. Veſtra enim ſecuritas noſter ornatus eſt: & hoc verè gratanter accipimus, cum gaudia vos habere ſentimus. Quapropter flexi petitionibus veſtris per illum atque illum præſtari vobis Sacramenta cenſuimus, vt Regis veſtri animum non habeatis incognitum, nec liceat falſis ſuſpicionibus errare, F dum manifeſtè teneatur, quod creditis in principe. Æſtimate, quid vobis benignitatis videatur impendi, quando ille iurat, qui non poteſt cogi. Scimus enim pro remedio nos datos eſſe cunctorum: non deſpicimus ſanare ſubiectos: & ideo licet culmini noſtro videretur incongruum, libenter acquieuimus facere, quod generalitatem probamus optaſſe. Intelligite quantum vobis impouerit veller videamur affectus, ſide vobis conſtringimur, qui vel ſolo verbo promiſſa ſeruare ſacris lectionibus admonemur. Oſtendite nunc deuotionem veſtram, ſupernæ maieſtati iugiter ſupplicate, vt tranquilla tempora, quæ vos habere cupimus, cœleſti munere concedantur.

Margin: Sacramentum præſtitum populo. optauimus. ſecuritas. Fidem nō fallere.

¶ SENATVI VRBIS ROMÆ THEODAHADVS Rex. xviii.

Adhuc in nouitate regia titubanti reſcribitur, quod arma erant non ad læſionem comparata.

G Remedium, quod pro vobis P.C. pia mente * tranſmiſimus, non ſinimus vobis fieri acerba ſuſpicione contrarium: quia læſionis inſtar eſt, occultè conſulere, & aliud velle monſtrare. Cognoſcite itaque arma noſtra pro ſalute veſtra potiùs deſtinata, vt qui vos tentauerit appetere, diuino auxilio manus eis Gothorum debeat obuiare. Nam ſi inſidias gregis ſtrenuus paſtor excludit, ſi paterfamilias diligens decipientibus locum ſurreptionis intercipit: quia nos conuenit cautela Romam defendere, quam conſtat in Mundo ſimilem nihil habere? Summa non mittuntur in caſu: quia probatur minùs diligere, qui negligit aduerſa tractare. Sed ne in aliquo vobis grauis exiſteret vel ipſa defenſio, exercitui deſtinato, ordinante illo, annonas fecimus ſecundum forum rerum venalium comparari: vt & illis tolleretur neceſſitas excedendi, & vobis auferretur cauſa diſpendij. H His etiam præfecimus maiorem domus noſtræ vacationem, qui pro ſuarum qualitate virtutum bellatoribus, eſſet iure reuerendus, cuius exemplo & exceſſus vitarent, & fortitudinis inſtrumenta perquirerent. Quos tamen locis aptis præcipimus immorari: vt foris ſit armata defenſio, intus vobis tranquilla ciuilitas. Intelligite quid excogitauerit conſolatorium principis pro vobis ingenium, defenſio vos obſidet, ne manus inimica circundet, & à periculis excepimus, quos noſtrorum ſanguine vindicamus. Abſit enim, vt, noſtris temporibus vrbs illa muris videatur protegi, quam conſtat * hominibus vel ſola opinione fuiſſe terrori. Ita enim de diuino ſperamus auxilio, vt quæ ſemper fuit libera, nullius incluſionis decoloretur iniuria.

*Margin: * tractauimus. Exercitus. non mittuntur. Annona parata. illum. conſultorum. excipimus. * gentibus.*

NOTÆ

A

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Noſtris temporibus*] Identidem hoc inculcatum ſatis indicat, quanta fuerit principibus cura famæ ſui ſæculi, ſuprà epiſt. 11. *huius lib. epiſt.* 5. *lib.* 1. *epiſt.* 13. *lib.* 7. *&* *lib.* 4. *epiſt.* 12. F o r.

§ IVSTINIANO IMPERATORI. Theodahadus Rex. XIX.

De mutuis affectionibus ſuper reformatione pacis hinc inde porrectis.

GRatias diuinitati referimus, cui eſt Regum ſemper accepta tranquillitas, quod prouectum noſtrum clementiæ veſtræ gratiſſimum eſſe declaraſtis. Conſtat enim amare vos poſſe, quem gaudetis ad Regni culmina perueniſſe. Sic decuit ſuſcipi, qui ſe per vos præſumpſit augeri. Præſtate igitur Mundo veſtræ benignitatis exemplum: vt detur intelligi, quantum promoueat, qui ſe puta vobis affectione commendat. Non enim rixas viles ' per regna acquiritis: non vos iniuſta certamina, quæ ſunt bonis moribus inimica, delectant: quia nihil aliud vos conſtat appetere, niſi quod opinionem veſtram poſſit ornare. Quemadmodum enim pacem exorari poteritis abiicere, quam pro ingenita pietate, & iracundis gentibus conſueuiſtis imponere? Bona quidem veſtræ concordiæ non ' taceamus. Totum creditur eximium, quicquid vobis fuerit prædicabili caritate ſociatum. Sed & vobis glorioſi principes, cùm ſitis abſolutè mirabiles, aliquid tamen additur, cùm vos omnia regna venerantur. Nam commune eſt cunctis, in ſuis imperiis prædicari: ſed illud eſt omnimodis ſingulare, in extranea gente laudes proprias inuenire. Quia ibi ſunt vera iudicia, vbi neminem comprimit vlla timiditas. Diligeris quidem piiſſime Imperator, ' in propriis regnis: ſed quantò præſtantiùs in Italiæ partibus plus amari, vnde nomen Romanum per Orbem terrarum conſtat eſſe diffuſum? Oportet ergo noſtram pacem ſeruari, quæ vobis contulit glorioſa exordia vocabuli. Sed vt ſacris affatibus ordine reſpondere videamur, reuerentiſſima ſalutatione decurſa, piis ſenſibus indicamus, beatiſſimum Papam vrbis Romæ, vel ampliſſimum Senatum noſtra præceptione commonitos, vt vir eloquentiſſimus Petrus legatus ſerenitatis veſtræ, & doctrina ſummus, & conſcientiæ claritate præcipuus, ſine aliqua dilatione competentia reſponſa reciperet, nec contra voluntatem veſtram moras incongruas ſuſtineret: quia totum illud deſideramus efficere, quod veſtro nequeat iudicio diſplicere. Quando & pietatem veſtram hoc ſtudere cognoſcimus, quod nobis per omnia prodeſſe ſentimus, cui virum venerabilem illum, Legatum noſtrum adiungendum eſſe credidimus: vt non per ' occaſionem Legationis veſtræ, ſed propria potiùs deſtinatione, noſtra poſſitis vota cognoſcere.

B
' peregrinare quiritis
' taceamus
Laudari ab extraneis.
C
' improprius ' ameris
Papa vrbis Rom. Senatus.
D
Legatio. ' actione

THEODORÆ AVGVSTÆ GAVDELINA Regina XX.

Super ſuſceptione affatus beneuoli de pace petita.

LIteras pietatis veſtræ gratia, qua deſiderata ſemper ſumuntur, accepi: & colloquia oris veſtri, muneribus omnibus celſiora reuerentiſſima gratulatione promerui: cuncta mihi de tam ſereno animo promittens, quando quicquid optare potui, in tam benigna collocutione ſuſcepi. Hortamini enim, vt quicquid expetendum à triumphali principe, domino iugali noſtro credimus, veſtris antè ſenſibus ingeramus. Quis iam dubitet ad affectum peruenire, quod talis poteſtas dignabitur allegare? Antè quidem de cauſarum noſtrarum æquitate præſumpſimus, ſed nunc ampliùs de veſtra promiſſione lætamur. Non enim ' poterunt vota veſtra differri, quando intereſt quæ merentur audiri. Nunc implete promiſſa, vt rem tenere faciatis, cui ſpem certiſſimam contuliſtis. Additum eſt etiam gaudio ' meo, quòd talem virum veſtra ſerenitas deſtinauit, qualem & tanta gloria debuit mittere, & veſtra decet obſequia retinere. Dubium enim non eſt, illum mores * retinere, cui obſeruatur aſſiduè, dum conſtat deſecari animum, bonis præceptionibus inſtitutum. Hinc eſt, quòd veſtra reuerentia commoniti duximus ordinandum, vt ſiue beatiſſimus Papa, ſiue Senatus ampliſſimus ſine aliqua dilatione reſpondeant, quod ab eis expetendum eſſe iudicaſtis: ne gloria veſtra minus reuerenda putetur, cui ſtudium dilationis opponitur, ſed potiùs de celeritate facti, votiua gratia poſſit augeri. Nam & de illa perſona, de qua ' ad nos ' aliquid verbo titillante peruenit, hoc ordinatum eſſe cognoſcite, quod veſtris credimus animis conuenire. Deſiderium enim noſtrum tale eſt, vt interueniente gratia non minùs in regno noſtro, quàm in veſtro in beatis imperio. Significamus itaque, ſupradictum ante nos à venerabili viro Papa egredi feciſſe, quàm veſter Legatus harum portitor de ' vrbe Roma potuiſſet exire: ne aliquid ' accederet, quod veſtris animis obuiaret. Quapropter ſalutans veneratione, quæ tantis debet meritis exhiberi, virum venerabilem illum, & moribus doctrináque pollentem, ſanctitatis etiam honore reuerendum ad veſtram clementiam Legationis officio ' peculiariter curauimus deſtinandum. Quia gratas vobis illas credimus eſſe perſonas, quas diuinis miniſteriis iudicamus acceptas.

E
' potuerunt
' noſtro
* dare ' dicere
Papa Senatusve auctoritas.
' & F
' aliquà ' credidimus.
' vrbis ' accideret
' peculiaritem decentimus
Sacerdos legatus.
G

§ 1 *Literas*] Theodahadus Iuſtiniano Imperat. ipſe quidem proxima ſuperiore epiſtola: Gudelina verò Theodahadi vxor theodoræ Auguſtæ ſemel atque iterùm ſcribit: cui & Amaleſuentha hoc lib. epiſt. 10. Obſerua ſacerdotem, vt gratiorem & acceptiorem, legatum mitti. F o r.

§ THEODORÆ AVGVSTÆ GVDELINA Regina XXI.

De pace ſuenda.

ÆStimare te conuenit, Auguſtarum prudentiſſima, quantis cupiam niſibus gratiam veſtram quærere, quam ' & dominus iugalis meus magno ſtudio deſiderat obtinere. Nam licet hoc illi ſit omnimodis ' carum, mihi tamen cognoſcitur eſſe præcipuum: quando me tantæ dominæ ita poteſt amor erigere, vt ſupra regnum cognoſcat malus aliquid inuenire. Quid enim gratius, quàm ſi gloriæ veſtræ videar caritatis participatione ' ſociari? vt quia vos abundè fulgetis, nobis libenter de proprio ſplendore * impertiamini: cùm damnum non ſit luminis, alteri de ſua claritate largiri. Fouete deſideria noſtra, quæ cognoſcitis ſynceritate præcipua. Gratia veſtra per omnia nos regna commendet. Debetis enim nos claros reddere, qui de veſtra volumus luce fulgere. Quapropter ſerenitati veſtræ reuerentiam ſalutationis impertiens, affectuoſa mo animis veſtris præſumptione commeodo: ſperans, vt ſic omniamirabilis prudentia veſtra componat, quatenus fiducia, quæ nobis de animo veſtro data eſt, vberiùs augeatur: Nam cùm nullam inter Romana regna deceat eſſe diſcordiam, emerſit tamen & qualitas rei, quæ nos efficeat cariores veſtræ debeat æquitati.

' etiam dominus.
' cauſarum
' ſociati
H
* mutuemini

Digitized by Google

A

IVSTINIANO IMPERAT. THEODAHADVS Rex. XXII.

Scribitur per legatum de pacis confirmatione.

De pace legatio.

RETinetis, ſapientiſſime principum, & per Legatos noſtros, & per virum diſertiſſimum Petrum, quem nuper ad nos veſtra pietas deſtinauit, quo ſtudio concordiam auguſtæ ſerenitatis optemus. Et nunc iterum per illum virum ſanctiſſimum eadem credimos eſſe repetenda: vt vera atque affectuoſa iudicetis, quæ frequenter expetita cognoſcitis. Pacem ſiqoidem ſub omni ſynceritate petimus, qui cauſas certaminis non habemus. Talis ergo ad nos veniat, ſic compoſita, ſic decora, vt eam tantis votis meritò quæſiſſe videamur. Abſit autem, vt qood nobis committitur, debeat ingrauare. Pro vobis potiùs ' tractate quod conuenit. Trahitur enim ad beneuola, cui cauſa creditur rationabiliter ordinanda: nec poteſt vtilitatem propriam anteferre, cui magis decorum eſt credenti profutura præſtare. Conſiderate etiam principes docti, & abaui noſtri hiſtorica ' monimenta recolite, quantum deceſſores veſtri ' ſtuduerint de ſuo iure relinquere, vt eis parentum noſtrorum fœdera prouenirent. Æſtimate qua gratia debent oblata ſuſcipi, quæ conſueuerant poſtulari. Non arrogantes loquimur, qui veritatem fatemur. Gloriæ veſtræ potiùs proficit qood demonſtrare contendimus: quando nunc illic veſtram gratiam vltrò quærunt, qui ſuis parentibus meliores ſe eſſe cognoſcunt. ' Aſſocientur amicitia gratuita veſtris animis, quos priùs vobis largitatis ſtudio iungebatis. Ne bona tantùm illorum temporum fuiſſe credantur, quæ vos & copioſa benignitate vincitis, & affluenti munere ſuperatis. Atque ideo ſalutationis honorificentiam præloquuti, illum virum venerabilem, ſacerdotio clarum, doctrinæ laude conſpicuum, legationis noſtræ ad pietatem veſtram fecimus vota deferre. Confidimus enim in virtute diuina, quòd & ſuis meritis vobis abunde placeat, & deſideria probæ petitionis obtineat: ſpetantes vt eum cum affectu rerum celeriùs recipere debeamus. Sed quia epiſtolaris ſeries continere non poterat vniuerſa, aliqua ſacris ſenſibus verbo inſinuanda commiſimus, ne faſtidium vobis faceret lectio diffuſa chartarum.

B

Maiorū merita.
' Monimenta
' ſtuduerunt
' aſſocientur
Sacerdos legatus

C

Mandata legato

THEODORÆ AVGVSTÆ GVDELINA Regina. XXIII.

De pace confirmanda.

SVſcipientes Legatum veſtrum virum eloquentiſſimum Petrum, & quod eſt ipſis dignitatibus honorabilius, veſtris obſequiis inhærentem, optata nobis Auguſtæ gratiæ monumenta ' fulſerunt: vt per eum ' diſceremus, acceptum vobis eſſe, quod in hac Republica conſtat euenisse. ' Oſtenditis, vos diligere, quicquid ad iuſtitiam cognoſcitur pertinere: quando per diuinam ' prouidentiam omni ſuſpicione deterſa, deſiderabilis poteſt vnanimitas permanere. Nunc eſt potiùs, quod regna coniungat promiſſio fixa & votiua concordia. Et ideo illum virum venerabilem, veſtris conſpectibus verè digniſſimum, Legatum noſtrum ad vos ſpecialiter credimus eſſe dirigendum: vt vobis ' annuentibus ſereniſſimi iugalis noſtri pacis gratia ſolidetur: ' quatenus generalitas euidenter agnoſcat, meritò veniſſe nos ad ſuauitatem fœderis, per tale vinculum caritatis. Et [quia ſemel benè inita, nulla debet contraria ' occaſione ſuſpendi, ſi quid eſt, quod difficultate ſui nobis non oportet imponi,] ſapientiæ veſtræ moderatione mitigetur: vt affectum, quem circa regnum veſtrum habere cœpimus, iugibus ſtudiis augeamus. Quapropter ' exigite veſtræ ſapientiæ firmitatem, & hanc vobis palmam concordiæ ſpecialiter ' vendicate. Vt ſicut clementiſſimi Imperatoris fama in præliis inclyta dicitur, ita in pacis ſtudio opinio veſtra cunctorum admiratione laudetur. Familiariter vos & frequenter videat harum portitor, quem direxi: quatenus effectum poſſit celerem promereri, qui ad præſumptam gratiam viſus eſt deſtinari. Speramus enim iuſta, non grauia: cùm tamen nihil videatur impoſſibile, quod per talem gloriam cognoſcamus allegare.

D

' fluxerunt.
' diceremus
' oſtendiſtis
' prudentiam
' concordia.
' admittentibus
' quaniā
' actione
' exigite
E
' vendicate

IVSTINIANO IMPERATORI GVDELINA Regina. XXIV.

De pace recipienda exultatio.

VEniente viro ſapientiſſimo Petro, ita nos amor veſtræ ſerenitatis expleuit, vt vidiſſe nos æſtimemus, cuius colloquia ' benigna ſuſcepimus. Quis enim tanta affabilitate ſuſcepta non reddat venerationis eximia, cui ante dignationis eloquium iure ab omnibus commendationis ſuæ debetur officium? Et ideo per illum virum venerabilem, Legatum ' domni iugalis noſtri, ad vos ſpecialiter directum, ſalutiferos apices curauimus deſtinandos: vt recurrens veſtræ ſerenitatis affatus, & de optata incolumitate lætificet, & de firmiſſimæ gratiæ nos faciat exultatione gaudere. Tali enim compendio cauſarum benè diſponitur ordo, & noſtræ tranquillitatis geminata creſcit affectio. Suſcipiamus ergo veſtri animi bona: quia hoc eſt regale propoſitum, glorioſè viuere, amore cunctorum. Quædam ' vobis per harum portitorem verbo ſuggerenda commiſimus, quæ pro ingenita manſuetudine & libenter accipite, & efficaciter, Deo auxiliante, præſtate.

' benignè
F
' domini
' verò vobis
Mandata leg.
G

IVSTINIANO IMPERATORI Theodahadus Rex. XXV.

Super eodem.

PEr venerabilem virum * Heracleanum presbyterum auguſta nobis pagina veſtræ ſerenitatis illuxit, * ſermones benignè tribuens, & aptè munera ſalutationis impertiens: vt re vera magnum ſit beneficium, tam ſuaue principis meruiſſe colloquium. Cui reddimus quanta valemus claritate reſponſum, optantes, vt & ſoſpitatem veſtram ſæpius nos audire contingat, & regni veſtri felicitas ſemper accreſcat. Quia tale votum nos decet habere, quod gloriam ſalutemque veſtram iugiter poſſit extendere. Significamus etiam, pro veſtro voto ad Papam vrbis Romæ nos literas deſtinaſſe, vt præſentium gerulo literarum ſine aliqua dilatione reſpondeat: quatenus qui à vobis ' dirigi meruit, celeritatis gratiam conſequatur. Noſtri enim voti eſt, cauſas emergere, in quibus poſſimus veſtris deſideriis obedire. Qoia ſic nos ad ' reddendum dilectionem efficaciter commouemus, ſi vobis in aliqua parte pateamus.

* Eracleanum.
* gratiâ ſermonis
Colloquium cū principe.
' diligi
H
' reddendam

IVSTINIANO IMPERATORI THEODAHADVS Rex XXVI.

Vt minuatur tributum ob ſterilitatem.

INtelligimus, ſerenitatis veſtræ gratiam muneribus omnibus ditiorem: quando illa nos hortamini facere, quæ ad mercedem noſtram poſſint omnimodis pertinere. Tale ſiquidem votum ſemper amantis eſt, vt ' cauſas miſericordiæ velitis agere, quæ nos diuinæ poſſint commendare potentiæ. Et ideo ſignificamus ' gloriæ veſtræ, monaſterium famularum Dei, quod vobis inſinuatum eſt tributorum graui ſorte laborare, eo quod ager eius nimia inundatione perfuſus ſterilitatis

Romèlatum Monialium ager ob ſterilitatem.
' cauſas vos

vitia

A
' contraxit, ' Prætorij ' prouiſa

vitia de inimica humectatione ' contraxerit, ad virum eminentiſſimum Senatorem, Præfectum ' Prætorio, dediſſe nos nihilominus iuſſionem: vt eius ordinatio ' prouida ad prædium, de quo querela eſt, diligens inſpector accedat, & rebus moderata inquiſitione trutinatis, quicquid grauaminis poteſt habere poſſeſſio, rationabiliter abrogetur: ita vt competens atque ſufficiens dominis remanere poſſit vtilitas. Quia verè nobis lucrum pretioſiſſimum iudicamus, quod pro manſuetudinis noſtræ voluntate concedimus. Veranildæ quoque cauſa, vnde veſtra ſerenitas me commonere dignata eſt, quamuis ante longum tempus ſub parentum noſtrorum regno contigerit, tamen neceſſe nobis fuit negotium de ' noſtra largitate componere: vt tali facto, eam non pœniteret, mutata religione. Earum ſiquidem rerum iudicium non præſumimus, vnde mandatum ſpecialiter non habemus. Nam [1 cum diuinitas patiatur, ' multas religiones eſſe, nos vnam non audemus imponere. Retinemus enim ' legiſſe, voluntariè ſacrificandum eſſe domino, non cuiuſquam cogentis imperio.] Quod qui aliter facere tentauerit, euidenter cœleſtibus iuſſionibus obuiauit. Meritò ergo, pietas veſtra inuitat nos ad talia, quæ nobis præcipiunt diuina mandata.

' propria ' mendacium
Religio non imponenda.
' diuerſas
B
legiſſe nos

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Cùm diuinitas patiatur multas religiones eſſe, nos vnam non audemus imponere*] Nemo inuitus ad religionem compellendus, quæ ſpontè ſuſcipienda ſit, non vi, ſupra lib. 2. epiſt. 27. Theodoricus vniuerſis Iudæis, *Religionem*, inquit, *imperare non poſſumus: quia nemo cogitur, vt credat inuitus.* Athenagoras in legatione pro Chriſtianis ad imperatores Commodum & Antoninum ſtatim à principio. FOR.

¶ * HONORIO PRÆFECTO THEODAHADVS Rex. XXVII.

' Senatori Præf. P. al. Senatorio præpoſito.
C

Vt frumentum certo pretio vendatur Venetis & Liguribus.

NOn dare, ſed reddere videtur expenſas, quiſquis tributariis aliquo remedio ſubuenire feſtinat: [Quid enim iuſtius eſt, quàm petenti conferre, quod intelligitur ipſe laboraſſe?] Ad miſericordiam forſitan poſcantur otioſi: cultor agri ad futuram famem deſeritur, niſi ei, cùm neceſſe fuerit, ſubuenitur. Quapropter induſtrioſæ Liguriæ deuotiſque Venetiis, copia ſubtracta dicitur eſſe de campis: ſed nunc ' naſcatur in horreis: quia nimis impium eſt, pleniſſimis cellis vacuos eſurire cultores. Atque ideò illuſtris magnitudo ' tua quorum dignitas ad hoc legitur inſtituta, vt de repoſitis copiis populum ſaturare ' poſſeris, Liguribus quos tamen indigere cognoſcitis tertiam portionem ex horreis ' Ticinenſibus atque ' Dertonenſibus per ſolidum * viginti quinque modios diſtrahi cenſitote. Venetis autem ex Taruiſino atque Tridentino horreis ad definitam ſuperius quantitatem ' item dari facite tertiam portionem. Vt miſerata diuinitas copiam largiri poſſit, quam homines in ſe exercuiſſe cognoſcit. Et ideo tales viros ' his diſtributionibus adhibete. Vt indulgentia noſtra maximè ad illos perueniat, qui ſuis viribus paſci minimè potuerunt.

Venetis & Liguribus ob famē ex horreo publico datū frumentum.
' naſcitur
' veſtra ' po...
' Titi-
D
nenſibus ' Dortonenſibus
* al. quindecim
' idem
' iis

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Non dare, ſed reddere*] Diſcrimen hoc nos *lib. 3. cap. 5. ſelect.* tractauimus. FOR.

¶ SENATORI POPVLO THEODAHADVS Rex. XXVIII.

E

Edictum de electione populi in Quinquennium.

DEcet, regiam iuſtitiam cuſtodire, quod à Iudicibus bene agentibus fuerit ordinatum: maximè quorum conſcientia ſic nota eſt, vt nihil incautè, nihil venalitatis ſtudio, feciſſe videantur. Et ideo ' Arcarios prorogatores tritici, vini & caſei, macellarios, vinarios, capitularios horreariorum & tabernariorum, fœnerarios & ' cellerarios, qui ad vrbem ' Romanam, vel ad ' manſionem pertinent Rauennatem, ſed & eos ' qui ripam Ticinenſem & Placentinam, ſiue per alia loca: quicunque publicos titulos adminiſtrare noſcuntur, quos à vobis comperimus ordinatos, cuius iudicia ſic libenter amplectimur, ſic ſeruari deſideramus, tanquam à nobis facta eſſe credantur, nec ſinimus contra illos cuiuſquam præualere malitiam, qui veſtro iudicio adminiſtrationem publicam ſuſceperunt. Quapropter [1 in deſignatis titulis ambitio, inimica ſemper iuſtitiæ, conquieſcat: conſuetudinarium bene agentibus locum protinus tollamus inuidiæ: non liceat cuiquam inter quinquennium prædictis velle ſuccedere, ſi tamen noſtra inquiſitione ' eos nulla culpa reſpuerit. Sint ergo intrepidi, qui veſtra voluntate vel ſunt, vel fuerunt ordinati: procurent ſibi neceſſaria ſecuri. Non ' timeat intra hoc quinquennium expelli, quem commendauerit probitas actionis. Propter ſterilitatem quoque præſentis temporis de ſingulis ſpeciebus prout eminentiæ veſtræ rationabiliter viſum fuerit, pretia facite temperari. Vt ' hi, quibus commiſſum eſt exercere ſingulos apparatus, de iniuſto grauamine non querantur. [Sed quoniam humana ambitio niſi per metum damni non poteſt inhiberi,] ' is qui à nobis titulis ordinatis, ſiue ſuffragiis, ſiue patronorum precibus * viſus fuerit cuiquam ſuccedere, ſtatim triginta librarum auri mulcta feriatur, à vobis nihilominus exigenda. Quod ſi ad hoc damnum idoneus non ' potuerit inueniri, corporali ſupplicio pœnam luat, qui non potuerit in ſupradicta ' percuſſione ſufficere, & fruſtretur auſibus ſuis: pœna etiam inurendus infamiæ, qui contra interdicta noſtra aliqua tergiuerſatione venire tentauerit. [Nihil enim ſecurum, nihil poterit ſtabile reperiri, ſi ſemper inuidentium vota ad illicitas accedere permittantur inſidiæ.] Quod magnitudo veſtra in omnium faciat peruenire notitiam. Ne quis per ignorantiam ſe æſtimet excuſandum, quod non intellexerit fuiſſe prohibitum.

Edictum quo electio populi confirmatur in quinquennium.
' archanos
' cellarios
' Romã
' manſionem
' qui ad
F
Inuidia bonos infeſtatur.
' illos in illa
' timeāt
Precia ſpecierū imminuta.
' ij
' iis
* niſus, vel auſus
G
' poterit
Pœna pecuniaria in corporalem mutata.
' percuſſione
Edictum propoſitū.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Corporali ſupplicio pœnam luat*] *l. 1. ff. de in ius voc.* ſuprà lib. 4. epiſt. 10. in fin. & ſup. lib. 9. epiſt. 2. *Si facultas*, inquit, *vindicta non ſufficiat, per fuſtuaria ſupplicia laceretur.* Item eod lib. 9. epiſt. 18. in edicto Athalarici regis. FOR.

H

¶ * VINSIVADO COMITI THEODAHADVS Rex. XXIX.

' Honorio. P.V.

Honorio Præfecto vrbis datur poteſtas eundi ad balnea ob morbum podagræ.

CVm ' generis tui honoranda nobilitas, & magnæ fidei documenta ſuaſiſſent, vt tibi vrbem Ticinum, quam per bella defenderas, gubernandam pace crederemus, limoſæ podagræ ſubita inundatione ' complutus, aquas ' Bormitias potius ſiccatiuas, ſalutares huic ſpecialiter paſſioni, velle te ' petere poſtulaſti. Deſiderium tuum remediali iuſſione ſanamus: vt ſoſpitatem, quam meritò in te quærimus, iuſſionis beneficio compleamus. Abſit enim, vt bellicoſiſſimum

Cõmeatus ob morbum.
' gentis tuæ
' Ticinū
' complectus
' Bortinas
' expetere

virum

A

Podagræ deſcriptio.

vtrum tyrannis grauiſſimæ calamitatis exarmet, quæ miro modo membra viuentia infuſione pœnalis humoris cogit areſcere, ' nodoſque mobiles replet marmoreo tumore creſcentes, cum nouit aliacuncta vacuare iuncturæ. Petit concauas lacunas, vbi paluſtri ſtatione pigreſcens, ſaxa perficit de liquore: & quæ ad decorem inflexionis Natura laxauerat, in turpiſſimum rigorem ſoliditate peregrina conſtringit. Hæc paſſio inſanabilis, & ſanitas paſſibilis, ligat ſolutos, contrahit neruos, & decreſcere facit corpora, quæ nulla ſunt mutilatione truncata. Conſtantibus membris proceritatis menſura perit, & minor cernitur, cui nihil ſubductum eſſe ſentitur. Subtrahuntur ſuperſtiti miniſteria membrorum: corpus viuum eſt, ' nec mouetur: & intra inſenſibilia redactum, iam non proprio voto, ſed motu fertur alieno. Hæc viua mors ſupra omnia tormenta ſana dicitur: & meliùs habere fertur, qui euaſiſſe cauſas tanti periculi non probatur. Deſerit quidem dolor, ſed dimittit reliquias futuriores, & nouo infelicitatis exemplo, paſſio videtur abſcedere, & æger non deſinit ægrotare. Appendia ipſa eiuſ ciatis dilationibus aliquando ſoluuntur: iſta ' autem vincula ſunt, quæ cùm ſemel potuerint illigare captum, neſciunt in ' tota vita diſſoluere. Infelicia ſigna ' relinquit abſcedens, & more gentium barbararum hoſpitium corporis occupatum ſuis * iuribus violenta defendit: vbi ferox illa cœpit ſuccedere, aduerſa illuc iterum ſanitas audeat fortaſſis intrare. Hoc licet omnibus videatur eſſe contrarium, illis maximè, qui armorum exercitatione floruerunt: ne membra illa dexterrima languoris decoctione molleſcant: & qui ab hoſte foris ſuperari minime potuerunt, ab interna potius contrarietate ' vincantur. Perge igitur, auctore Deo, greſſibus tuis ad locum prædictum. Abſit enim, vt bellator noſter ambulet paſſibus alienis. Equinu dorſo, non humana ſubuectione portetur. Quia viro forti graue eſt ſic viuere, vt nec * in itcm poſſit implere. Quæ ideo tibi exaggerata narratione retulimus, vt ad ſtudium ſanitatis votiua nimis cupiditate rapiaris. Vtere igitur aquis illis, primum potu delinitoriis, deinde thermarum exhibitionibus ſiccatiuis: vbi merito indomabilis ceruix illa paſſionis flectitur, quando interna plurima effuſione mundantur, exteriora attractiua virtute libera ' fuerint, & velut duobus auxiliis congregatis in medium miſſa ſuperantur. Aguntur illic munera conceſſa diuinitus. Cuncta illam humani generis debellatricem data ſunt opportuna munimina lauacrorum, & quam non edomat ingens decennium, non mille potionum ' molliter introitus, voluptuoſis illic remediis effugatur. Præſtent optatum diuina beneficium, vt famam loci veriſſimam tua poriùs ſalubritate noſcamus, quem nobis deſiderabile eſt euadere quicquid ' adimit corpoream ' ſoſpitatem.

' modóque · ' inter · *Podagra, viua mors.* · B · ' enim · ' tota ſua · ' e ba · ' qa'ni · ' in liens · ' vincuntur · * vnum incrementum. · C · ' fuerint · *Lauacra.* · ' molliter · ' adimitur · ' ſanitatem

❡ HONORIO PRÆFECTO THEODAHADVS Rex. xxx.

D

Signa æneorum Elephantum.

RElationis veſtræ tenore comperimus in via ſacra, quam multis ſuperſtitionibus ' ditauit Antiquitas, elephantes æneos vicina omnimodis ruina titubare: & qui ſolent in carnali ſubſtantia ſupra millenos annos viuere, occaſum videantur proximum in ſimulachris ' æreis ſuſtinere. His prouidentia veſtra reddi faciat propriã longæuitatẽ, vncis ferreis hiantia membra ſolidando. Aluum quoque demiſſam ſubdito pariete corroboret. Ne illa magnitudo mirabilis ' ſoluatur turpiter in ruinam. Nam & viuis ipſe caſus aduerſus eſt. Qui dum ingeniis cubationis arte hominum ſuccifis arboribus ingentia membra commiſerint, toto ' pondere ſupinati, nequeunt propriis viribus ſurgere, quos ſemel contigerit corruiſſe: ſcilicet, quia pedes eorum nullis articulis inflectuntur, ſed in modum columnarum rigentes atque incuruabiles, iugiter perſeuerant. Ibi tanta mole proſtrati ſunt, vt tunc magis metallicos poſſis credere, cùm ſe viuos ' aſpicias non mouere. Iacent ſuperſtites ſimilitudine cadauerum. Mortuos putes, quos viuos eſſe non dubites. Et more cadentium fabricatum, neſciunt locum ſponte relinquere, quem ſuis membris ' potuerint occupare. Magnitudo illa terribilis, nec formicis minutiſſimis par eſt: quando beneficium non habet naturæ, quod vltima videntur animalia meruiſſe. Humano ſolatio conſurgunt, cuius arte iacuerunt. Belua tamen ſuis greſſibus reſtituta, nouit memor eſſe beneficij: in magiſtrum quippe recipit, quem ſibi ſubueniſſe cognoſcit: ad ipſius arbitrium greſſus mouet: ipſius voluntate cibos capit. Et, quod omnem intelligentiam quadrupedum ſuperat, non dubitat ' primo aſpectu adorare, quem cunctorum intelligit rectorem eſſe: cui ſi tyrannus appareat, inflexa permanet: nec imponi poteſt beluæ, hoc & malis pendere, quod à ſe nouit bonis principibus exhiberi: inuicem manus promuſcidem tendit, & magiſtro profutura gratanter accipit, quia ſe ipſius cura viuere poſſe cognoſcit. Eſt enim (vt ita dixerim) prædicta beluæ naſuta manus: per quam data ſuſcipit, vt ori ſuo voranda tranſmittat. Nam cùm ſit altum animal, breuiſſima ceruice compoſitum eſt: vt quod cibos ex ' humo non ' præualebit ' carpere, hoc ſe miniſterio videretur poſſe ſatiare. Tentando ſolùm cautus ſemper incedit, retinens initio captiuitatis ſuæ fuiſſe ſibi noxiam ruinam. Flatum ſuum, quia dolori capitis humani mederi dicitur, rogatus exhalat. Hic dum ad aquas venerit hauriendas, per cauum promuſcidis in modum pluuiæ imbrem poſtulatorum effundit: & ſic agnoſcit, quod * patitur: & vt libens faciat quod rogatur, motu corporis ab diuerſis poſtulat, quod magiſtro porrigat, & nutritoris compendia ſua putat alimenta: quod ſi aliquis præbere contempſerit poſtulata, vt ſicæ collectaculo patefacto, ' tantam dicitur alluuionem egerere, vt in eius penatibus quidam fluuius videatur ' intraſſe, contemptum ' vindicans de fœtore. Nam & læſus ſeruat offenſam, & longo pòſt tempore reddere dicitur, à quo iniuriatus eſſe ſentitur. Oculi quidem parui, ſed grauiter ſe mouentes. Credas aliquid regium eius intendiſſe conſpectum. Deſpicit ſcurriliter ludentes: honeſtum aliquid gratanter attendit: & aduertis rectè iudicare, cui leuia ' cognouerit diſplicere. Cutis huius vlceroſis vallibus exaratur (à qua tranſportanorum nefanda paſſio nomen accepit) quæ in tantam duritiam ſolidatur, vt putes eſſe oſſeam cutem. Hæc nulla vi tranſmittitur, nullo ferri acumine penetratur. Ideóque Perſarum Reges hanc beluam ad bella traxerunt, quæ ' & nullis ictibus pulſata cederet, & aduerſarios ſua mole terreret. Quapropter habere eorum vel formas, gratiſſimum eſt: vt qui viuam ſubſtantiam non viderunt, opinatum animal tali imaginatione cognoſcant. Et ideò non patiaris perire: quoniam Romanæ dignitatis eſt, ' artificum ingeniis in illa vrbe ' recondere, quod per diuerſas Mundi partes cognoſcitur diues Natura procreaſſe.

' ſoluatur ponitus · *Elephantum ruina.* · ' pignore · E · ' inſpicias · ' potuerunt · *Elephanti gratitudo.* · *puro ingenio.* · F · ' humera · ' præualebat · ' accipere · * petitur · ' tantam dicit alluuionẽ · G · ' intrare · ' vendicans · ' indicta. · ' cognoſcis · *Tranſportatiønes.* · *Elephantum in bellis vſu.* · ' in · ' artificium · ' recondere · H

❡ VNIVERSIS GOTHIS VITIGIS Rex. xxxi.

Declarat vbi & qualiter fuerit electus, potentia armorum Gothorum.

[QVamuis omnis prouectus ad diuinitatis ' eſt munera ' referendus, nec aliquid conſtat bonum, niſi quod ab ipſa dignoſcitur eſſe collatum:] tamen quàm maximè cauſa regiæ dignitatis ſupernis eſt applicanda iudiciis: quia ipſe nihilominus ordinauit, cui ſuos populos parere ' cognoſcit. Vnde auctori noſtro gratias humillima ſatisfactione referentes, iudicamus parentes noſtros Gothos inter procinctuales

' ſit · ' defendis · ' conceſſit

gladios,

A

gladios, more maiorum ſcutorum ſuppoſito, regalem nobis contuliſſe, præſtante 'Deo dignitatem. Vt honorem arma darent, cui bella opinionem pepererant. Non enim in 'cubilibus anguſtis, ſed in campis latè parentibus electum me eſſe noueritis: nec inter blandientium delicata colloquia, ſed tubis concrepantibus ſum quæſitus: vt tali fremitu concitatus deſiderio virtutis ingenitæ Regem ſibi Martium Geticus populus inueniret. Quandiu enim fortes viri inter bella 'ferventia nutriti, principem 'ferre poterant, non probatum, vt de eius fama laboraret, quamuis de propria virtute præſumeret. Neceſſe eſt enim, talem de cunctis 'opinionem currere, qualem gens meruit habere rectorem. Nam ſicut audire potuiſtis, parentum periculis euocatus adueneram communem cum omnibus ſubire fortunam: ſed illi ducem me ſibi eſſe non paſſi ſunt, qui exercitatum Regem quærere videbantur. Quapropter primum diuinæ gratiæ, deinde Gothorum fauete iudiciis: quia me Regem omnes facitis, qui vnanimiter vota confertis. Deponite nunc damnorum metum, diſpendiorum ſuſpiciones abiicite: nihil ſub nobis aſperum formidetis. Amare nouimus viros fortes, qui ſæpiùs bella peregimus. Additur, quod vnicuique 'virtutum veſtrarum teſtis aſſiſto. Ab alio enim mihi non eſt opus facta veſtra narrari: 'quia omnia vobiſcum laboribus ſociatus agnoui. * Amici Gothorum nulla promiſſionum mearum varietate 'frangendi ſunt. Ad gentis vtilitatem reſpiciet omne, quod agimus: priuatim nec nos amabimus. Hoc ſequi 'promittimus, quod ornet regium nomen. Poſtremò noſtrum per omnia pollicemur imperium, quale Gothos habere deceat poſt inclytum Theodericum: vir ad regni curas ſingulariter & pulchrè compoſitus: vt meritò vnuſquiſque principum tantum præclarus intelligatur, quantum conſilia 'ipſius amare dignoſcitur. Ideircò parens 'ipſius debet credi, qui eius facta potuerit imitari. Et ideo pro regni 'noſtri vtilitate eſtote ſoliciti, de interna conuerſatione, Deo iuuante ſecuri.

[Margin: 'Domino *Gothoris in eligendis regibus mos.* 'cubilis anguſtiis 'ferentia 'habere 'præſumptionem B *Princeps teſtis virtutis militum.* 'virorum veſtrorum 'quo 'arma 'frangenda 'promittitur 'illius 'illius 'veſtri C]

§ IVSTINIANO IMPERATORI VITIGIS Rex XXXI.

De reſtauratione concordiæ, & pacis reformatione.

1 QVanta ſit nobis, clementiſſime Imperator, gratiæ veſtræ votiua ſuauitas, hinc omnino datur intelligi: vt 'poſt grauiſſimas læſiones, ' & tanta effuſione ſanguinis perpetratas, ſic videamur pacem veſtram quærere, tanquam nos nemo veſtrorum potetur antè læſiſſe. Pertulimus talia, qualia & ipſius 'ſuccedere poſſunt, qui fecerunt inſecutiones ſine reatu, odium ſine culpa, damna ſine debitis. Et ne pro paruitate ſui 'negligi potuiſſet, non in prouinciis tantùm, ſed in ipſo rerum capite probatur inflictum. Æſtimate, quos dolores abiicimus, vt veſtram iuſtitiam reperire poſſimus. Talis res effecta eſt, quam 2 Mundus loquatur: quæ ſic à vobis meretur componi, vt æquitatem veſtram generalitas debeat admirari. Nam ſi vindicta Regis * Theobaldi quæritur, mereor diligi: ſi commendatio diuæ memoriæ Amalaſuenthæ Reginæ præ oculis habetur, eius debet filia cogitari, quam 'iuſſis veſtrorum omnium perducere decuiſſet ad regnum, vt cunctæ gentes potuiſſent agnoſcere, viciſſitudinem vos gratiæ tanto pignori reddidiſſe. Illud etenim vos debuit permouere, quod diſtributione mirabili ante regni 'faſtidia inuicem nos diuinitas veſtram fecit habere notitiam, vt amoris cauſam tribueret, quibus aſpectus 'gratia contuliſſet. Quali enim reuerentia Principem colere potui, quem adhuc in illa poſitum fortuna 'ſuſpexi? Sed poteſtis & nunc omnia reintegrare, quæ facta ſunt: quando non eſt difficile illum in affectu retinere, 'qui gratiam conſtat deſideranter expetere. Et ideo ſalutantes clementiam veſtram

[Margin: *Vt pacem tueatur.* 'poſt ſanguinem 'oſtendere 'neglecti D * Theodobaldi 'niſus 'faſtigia 'gratiã 'ſuſpexit 'quem]

E

honorificentia competenti, indicamus nos Legatos noſtros illum atque illum ad ſerenitatis veſtræ ſapientiam deſtinaſſe: vt omnia more veſtro cogitetis, quatenus vtrique Reſpublica reſtaurata concordia, perſeuerent: & quod temporibus retro principum laudabili opinione fundatum eſt, ſub veſtro magis imperio diuinis auxiliis augeatur. Reliqua verò per Legatos prædictos ſerenitati veſtræ verbo inſinuanda commiſimus: vt & aliqua epiſtolaris breuitas 'ſtringeret, & cauſas noſtras ſuggerentes plenius intimarent.

[Margin: *Mandata Legatorum.* 'perſtringeret.]

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Quanta*] Huius epiſtolæ argumentum naſcitur ex victoria Iuſtiniani aduerſus Gotthos, hiſtoriis teſtata ſatis: à quo Vuitigis pacem per legatos petit. FOR.

¶ 2 *Mundus*] hic erat dux exercitus Iuſtiniani & vicit Dalmatas, & Salonem vrbem cœpit. In qua tamen victoria ipſe cum Mauricio filio occiſus eſt à Gottho fugiente percuſſus. Procopius *lib.* 1. *de bello Gotthico*, Matthæus Palmerius in Chronic. Leonardus Aretin. *de bello Italico* aduerſus Gotthos *libro primo*. FOR.

F

§ MAGISTRO OFFICIORVM VITIGIS Rex. XXXII.

Vt inducant Imperatorem ad pacem & concordiæ vnitatem.

ILlum & illum Legatos noſtros ad ſereniſſimum principem dirigentes, congruum fuit, magnitudini veſtræ per eos ſalutiferos apices deſtinare, vt in omni parte veſtra beneficia mereremur, cum noſtræ deportaretur collocutionis affectus. Et ideo epiſtolarem gratiam veſtris meritis exhibentes, ſperamus vt apud clementiſſimi Imperatoris animos eis veſtra prudentia ſuffragetur. Quia ſic ſunt iuſta, quæ petimus, vt omnium 'ſapientium mereantur adniſum. Facilè enim à vobis debet corrigi, quod non decuiſſet admitti. Sed poteſtis omnia gratanter, omnia placabiliter ordinare. Quia dulcior ſolet eſſe gratia poſt amaritudines 'expiatas. Refugere vos enim potuiſſet ignotus: ego autem, qui ornatum Reipublicæ veſtræ vidi, qui tot nobilium corda procerum cognoui, non me deſidero à piiſſimi principis gratia diuidere, ſi me velit, 'quæ ſunt iuſta cogitare. Nam ſi alter offenſam meruit, ego debeo gratiſſimus haberi, qui odioſo cum vindicta ſucceſſi. Veſtros animos ſum ſecutus, præmia mihi fuerant reddenda non læſio. Et ideo non negetur gratia, cui nulla penitus ſunt imputanda: atque 'adeo ſepultum ſit odium cum morte peccantis. Nam & ſi de vobis aliquid minus 'fortè mereamur, Romana libertas cogitetur, quæ per bellorum tumultus vbique concutitur. Pauca dixiſſe ſapientiæ veſtræ ſufficiunt: quia in alto pectore protenditur, quod conſideratum ſemper augetur.

[Margin: *Magiſter officiorũ.* G 'ſapientum 'expiatis 'ea 'ideo 'fortaſſe 'cogitat H]

§ EPISCOPIS SVIS VITIGIS Rex. XXIV.

De Legatione miſſa ad principem.

SI ſacerdotibus, etiam ignotis, honorem debemus: quantò magis illis, quos amabili veneratione conſpeximus? Aliter enim requirimus notum, & aliter appellamus " incognitum. Viſorum maior ſemper affectus eſt, dum gratiſſimè retinetur, qui aſſiduo & ſuaui ſermone coniungitur. Et ideo per harum portitores, Legatos noſtros, quos ad ſereniſſimum principem deſtinauimus, ſanctitati veſtræ præſentamus debitæ venerationis obſequium: ſperantes, vt pro nobis

[Margin: *Colendi ſacerdotes.* "V ignotum. VOR. *Ignoti nulla cupido.*]

orata

A

otate dignemini, & vbi vſus exegerit, ſolatia ᵘ veſtra reperiant. Quia neceſſe eſt, vt bene velitis, quos vobis religione ᵛ iunctos eſſe cognoſcitis.

ᵘ Al. noſtra. F o r. ᵛ vinctos

§ * PATRICIO VIRO QVÆSTORI VITIGIS Rex xxxv.

* Theſſalonicẽſi præf. Muriga F o r.

De Legatione & celeri expeditione legatorum.

Vt legati cito dimittantur.

ILlum & illum, Legatos noſtros, ad ſereniſſimum principem, Deo fauente, direximus, per quos neceſſe fuit magnitudini veſtræ reddere ſalutationis affectum. Quoniam honori veſtro & ſapientiæ debetur, vt vobiſcum collocutionis gratia perfruamur. Spectamus autem ab excellentia veſtra, vt moram non debeant ſuſtinere, quas nos ſub celeritate ᵃ proſpicitis deſtinaſſe: quatenus veſtris beneficiis applicemus, ſi eos remota tarditate peruenire cognoſcimus.

ᵃ conſpiciens

B

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variarum

1 *LIBER XI.*

PRÆFATIO.

Moſſenius nomine Regio Formula ſequentes

C

Ipſius à Caſſiodoro caſe dicto et pro nomine dicta ſa

PRÆFATIONIS auxilium ex coortatione nateſcitur ² chartarum præfecturæ plerunque actionum: ᵇ quoniam illud opitulatur ſcriptori, quod potuit impedire ᶜ cogitanti. Quæ res & ſi laudes adimit, clementer tamen veniam ᵈ tractata concedit. Quod conſtat otioſos debere, nemo poteſt, occupatos exigere. Quapropter adminiſtrator ampliſſimus ſi vacaſſe credatur, opprobrium eſt, cuius etiam * ſecretum dictor, quod tumultuoſis actionibus verſatur. Sed vox ᵉ nobis aliquid præſtabit ad effectum ducta probatio: quoniam & occupati fuiſſe ᶠ credimur, & male ſcribere minimè debuiſſe ᵍ iudicamur. Nam multò [ʰ ſatius eſt, vitioſa tenebris occulere, quam culpanda præſumpta importunitate vulgare.] Verum hoc mihi obiicere potuerit otioſus, ſi verbum improuida celeritate proieci, ſi ſenſum de medio ſumptum non ⁱ ornauerim venuſtate ᵏ ſermonum, ſi præcepto Veterum non reddiderim propria perſonarum: occupatus autem, qui rapitur diuerſitate cauſarum, cui iugiter incumbit reſponſum reddere, & alteri expedienda dictare, non me addicere poterit, qui ſe in talibus periclitatum eſſe cognoſcit. [Facilè enim abſolutor eſt alieni, conſcius ſui: neque in illis ſemper valemus, quæ interdum poſſe iudicamur. Argutum inuentum lætum facit ingenium, * repentina dicta mens concipit occupata aliquando acutum, iugiter ˡ decet eſſe compoſitum: quia dicendi ars in noſtra ſita poteſtate cognoſcitur: alacritas mentis diuinis tantum muneribus applicatur.] Remanet itaque ad excuſandum breuitas inſperata librorum, quam nemo purgat diuitiùs, niſi qui bene creditur eſſe dictatus. Sed ne quis forſitan noſtri offendi, quod in Prætoriano culmine conſtitutus, ſic omnimodis actioſo pauca dictauerim, accipiat viri prudentiſſimi Felicis præſumptione factum, cuius participatus ſum in omni cauſa conſilium. Etenim vir primum eſt morum ſynceritate defecatus, ſerenitate iuris eximios, verborum proprietate diſtinctas, ſenſibus ionenis, altercator ſuauis, menſoratus eloquentis: qui neceſſitates publicas eleganter implendo, ad fauorabilem opinionem ſuo potiùs labore perduxit, ᵐ Alioqui tantis cauſarum molibus oneratus, aut impar eſſe potui, aut forte arrogans inueniri. Sed melius, quod eius fatigatione recreatus, ſic regalibus curia aſſui, vt non potuiſſem in arduis rebus deficiens approbari. Duos itaque libellos dictationum mearum de Præfecturæ actione ſubiunxi. Vt qui decem libris ore regio ſum locutus, ex perſona Propria non haberet incognitus. Quia nimis abſurdum eſt, in adepta dignitate conticeſcere, qui pro aliis videbamur plura dixiſſe. Sed poſtquam duodecim libris opuſculum noſtrum deſiderato fine concluſeram, de Animæ ſubſtantia, vel de virtutibus eius, amici me diſſerere coëgerunt: vt per quam multa diximus, de ipſa quoque dicere videremur. Modo parcite diſerti, fauete potius inchoantes. Nam ſi nihil mereor eloquentiæ munere, conſiderandus ſum potiùs ex officioſiſſimo labore, qui tantis Reipub. neceſſitatibus occupatus, ſic vacare potui ſuburentibus curis, ſi me gloriari contigiſſet fluminibus Tullianis. Nam ipſe quoque ³ fons eloquentiæ, cum dicere peteretur, fertur excuſaſſe, quod pridie non legiſſet. Quid iam aliis accidere poterit, ſi tanta laus facundiæ auctorum viſa eſt beneficia poſtulare. Ægreſcit profectò ingenium niſi iugi lectione reparetur. Citò expenduntur horrea, quæ aſſidua non fuerint adiectione fulcita. Theſaurus ipſe quàm facilè profunditur, ſi nullis iterum pecuniis compleatur? Sic humanus ſenſus cum alieno non * farcitur inuento, citò poteſt attenuari de proprio. Si quid autem in nobis redolet, ſtudiorum flos eſt: quod nihilominus marcidum redditur, ſi à matre lectione carpatur. Ille enim poteſt eſſe lætiſſimum, vnde docetur & natum: quoniam omnia in origine ſua pleniſſimè viuunt, quæ needum à naturalibus finibus auferuntur. Proinde veniæ magna pars eſt, ſi ſcribimus, non vacantes: ſi legimur non legentes. Sed iam remoueamur ab excuſationis voto, ne magis offendat nimia affecta defenſio.

ᵇ quia eo ᶜ cogitanti ᵈ tractatum * indſecretarium ᵉ vobis ᶠ credimus ᵍ iudicamus ʰ ſanctius omnini

D

ⁱ verbaram * repentinas acut

Felix Caſſiodori vicarius.

ᵐ Al. m. 94.

De anima liber Caſſiodori.

Deprecatur eloquentia defectũ.

F

Lectionis beneficium.

* farcitur

E

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 LIB. XI.] Hactenus decem libris ore regio loquutus eſt: duobus verò ſequentibus proprio Caſſiodorus. F o r.

¶ 2 *Præfatio chartarum præfectus*] ſubaudi, *prætoriæ.* F o r.

§ 3 *Fons eloquentia*] Cicero ſeruum manumiſit. quod dilatam in craſtinum comitia renuntiaſſet: adeo paratus meditatuſque tantus artifex ad dicendum accedebat. Plutarch. F o r.

G

§ SENATVI VRBIS ROMÆ Senator P.P. s.

ᵃ id eſt, Præfect. Præt.

Commendatio ſui ipſius.

Commendatoria ſui ipſius ad Senatum.

H

COmmendaris mihi P. C. prouectum meum, ſi vobis intellige fuiſſe votiuum. Credo enim eueniſſe proſperrimè, quod tot felices conſtat optaſſe. Deſideria quippe veſtra, honorum omnium probantur auſpicia: * quoniam nemo poteſt talium fauore ſuſcipi, niſi quem diuinitas præcepit augeri. Mutuamini ergo gratiam, vt exigatis obſequium. Naturæ rerum eſt, amare collegam. Laudes quinimò veſtras extollitis, ſi honorem, qui Senatori datus eſt, erigatis. Solicitudo patrum ad publicas me vtilitates inſtantet impellat: vt veſtro magis imputetur præconio, cum tali meruerit placere ᵇ patrono. Secunda mihi eſt cura, vobis me commendare poſt principes: quia illud vos amare confidimus, quod & rerum dominos iubere ſentimus. Primum, vt hoc putemus vtile, quod honeſtum: vt noſtros actus quaſi pediſequa ſemper iuſtitia comitetur: & quod à continenti principe non emimus, nulli turpiter * vendicemus. Audiſtis, principes viri, quæ rerum pondera prædicatus exceperim. Supra vires exigitur, qui ᶜ dignatus culmina laudatur ingreſſus. Hæc non audemus falſa dicere, ſed confitemur eſſe potiora. Nam talia iudicia non inuenerunt merita, ſed fecerunt.

* quãdo Patit à Senatu probari vt iam à principe fuit. ᵇ ſolatio

* vendicemus ᶜ dignitatus

A fecerunt. Neque enim nos inde iactamus, qui intelligimus dominos noſtros humilia voluiſſe ſuſtollere, ne videantur ' immeritis tam ingentia præſtitiſſe. Rapiunt nos prædicandi temporis bona, & velut longa ariditate ſitientes, ad hauſtum dulciſſimi ſaporis inuitant. O ſæculi beata fortuna! ſub principe feriato matris regnat affectio: per quam totum ſic peragitur, vt generalis nos tegere caritas ſentiatur. Huic glorioſum præſtat obſequium, cui omnia ſeruiunt, & mirabili temperamento concordiæ, antequam poſſit populos regere, ſuis iam cœpit motibus imperare. Hoc eſt profectò difficillimum regnandi genus, cacrcere iuuenem in ſuis ſenſibus principatum. Rarum omnino bonum eſt, dominum triumphare de motibus, & hoc conſequi in florida ætate, ad quod vix creditur cana modeſtia peruenire. Gaudeamus P. C. & ſupernæ maieſtati gratias ſupplici deuotione referamus: quoniam nulla erit acceſſu temporis difficilia clementia noſtro principi, qui in annis puerilibus didicit ſeruire pietati. Sed hoc miraculum vtriuſque moribus demuſtnam tantus eſt genius maternus, cui etiam iure princeps ſeruire debuiſſet exiſtuens. Hanc enim digniſſimè omnia regna venerantur: quam videre, reuerentia eſt: loquentem audire, miraculum. Qua enim lingua non probatur eſſe doctiſſima? Atticæ facundiæ claritate diſerta eſt: Romani eloquij pompa reſplendet: natiui ſermonis vbertate gloriatur: excellit cunctos in propriis, cùm ſit æqualiter vbique mirabilis. Nam ſi vernaculam linguam bene noſſe, prudentis eſt, quid de tali ſapientia poterit æſtimari, quæ tot ' genera eloquij inoffenſa exercitatione cuſtodit? Hinc venit diuerſis nationibus neceſſitatum magnúmque præſidium, quod apud aures prudentiſſimæ dominæ ' nullus eget interprete. Non enim aut Legatus moram, aut interpellans aliquam ſuſtinet de mediatoris tarditate iacturam: quando vterque & ' genuinis verbis auditur, & patriotica reſponſione componitur. Iungitur ' bis rebus, quaſi diadema eximium, impretiabilis notitia literarum, per quam dum veterum prudentia diſcitur, regalis dignitas ſemper augetur. Sed cùm tanta gaudeat perfectione linguarum, in actu publico ſic tacita eſt, vt credatur otioſa. Paucis litigia nodoſa diſſoluit, bella feruentia ſub quiete diſponit, ſilentiosè gerit publicum bonum. Non audis prædici, quod palàm videtur aſſumi: & temperamento mirabili diſſimulando peragit, quod accelerandum eſſe cognoſcit. Quid tale Antiquitas honora promeruit? Placidiam Mundi opinione celebratam, ' aliquorum proſapia glorioſam, purpurato filio ſtuduiſſe percepimus. Cuius dum remiſſè adminiſtrat imperium, indecenter cognoſcitur imminutum. Nurum denique ſibi amiſſione Illyrici comparauit, factáque eſt coniunctio regnantis, diuiſio dolenda prouinciis. Militem quoque nimia quiete diſſoluit. Pertulit à matre protectus, * quæ vix pati potuit deſtitutus. Sub hac autem domina, quæ tot Reges habuit, quot parentes (iuuante Deo) noſter exercitus terret externos, qui prouida diſpoſitione libratus, nec aſſiduis bellis atteritur, nec iterum longa pace mollitur. In ipſis quoque primordiis (quando ſemper nouitas incerta tentatur) contra orientis principis votum, Romanum fecit eſſe Danubium. Notum eſt, quæ pertulerint inuaſores, quæ ideo prætermittenda diiudico, ne genius ſocialis Principis verecundiam ſuſtineat proditoris. Quid enim de veſtris partibus ſenſerit, hinc datur intelligi, quando pacem contulit læſus, quam aliis concedere noluit exoratus. Additur, quòd tantis nos legationibus tam raró requiſitus ornauit, & ſingularis illa potentia, vt Italicos dominos erigeret, reuerentiam Eoi culminis inclinauit. Franci etiam, tot barbarorum victoriis præpotentes, quàm ingenti expeditione turbati ſunt? Laceſſiti ' metuerũt cum noſtris inire certamen, qui * præcipitia ſaltibus prælia ſemper gentibus intulerunt. Sed quamuis ſuperba natio declinauerit conflictum, vitata tamen proprij Regis nequiuit interitum. Nam Theodericus ille diu potenti nomine glorians in triumphum principum noſtrorum ' languoris potiùs pugna ſuperatus occubuit: ordinatione credo diuina, ne nos aut affinium bella pollueren, aut iuſtè productus exercitus vindictam aliquam non haberet. Macte procinctus Gothorum omni felicitate iucundior, qui hoſtem regalem capite cædis, & nobis ' nec vnius vltimi facta ſubdocis. ' Burgundio quinetiam vt ſua reciperet, deuotus effectus eſt, reddens ſe totum, dum accepiſſet exiguum. Elegit quippe integer obedire, quàm ' imminutus obſiſtere: tutiùs tunc defendit regnum, quando arma depoſuit. Recuperauit enim prece, quod amiſit in acie. Beatam te, ' domina, laude multiplici, cui diuino beneficio neceſſitas tollitur cuncta certaminis: quando ' aduerſa Reipublicæ aut cœleſti felicitate vincis, aut tuis imperiis ſpontanea largitate coniungis. Exultate Gothi pariter ac Romani. Dignum miraculum quod omnes loquantur. Ecce (præſtante Deo) felix domina, quod habet eximium vterque ſexus, impleuit. Nam & * glorioſum Regem nobis edidit, & lariſſimum imperium animi fortitudine vindicauit. Hæc quantum ad arma pertinent, ' vtcunque referuntur. Nam ſi pietatis eius velimus atria intrare, vix nobis poterunt centum linguæ, centúmque ora ſufficere: cui par eſt quidem æquitas & voluntas, ſed maior benignitas, quàm poteſtas. Dicamus igitur parua de magnis, pauca de plurimis. Scitis, quanta bona noſtro ordini, cœleſti benignitate largita eſt: nihil eſt dubium, vbi eſt teſtis Senatus. Afflictos ſtatu meliore reſtituit: illæſos ſublimauit honoribus: & ſigillatim bona tribuit, ' quos ſub vniuerſali munimine cuſtodiuit. Ea, quæ aſſerimus, iam creuerunt. Reſpicite namque Patritium Liberium, præfectum etiam Galliarum, exercitualem virum, communione gratiſſimum, meritis clarum, forma conſpicuum, ſed vulneribus pulchriorem, laborum ſuorum munera conſecutum: vt nec præfecturam, quam bene geſſit amitteret, & eximium virum honor geminatus ornaret: confeſſus meritum, cui ſolus non ſufficit ad præmium. Accepit enim & præſentaneam dignitatem: ne de Repub. bene meritus, diu abſens putaretur ingratus. O admiranda beneuolentia dominorum! quæ in tantum extulit prædictum virum, vt donatis faſcibus & patrimonium indicaret addendum: quod ſic ab vniuerſis gratanter ' acceptum eſt, vt in munere eius cuncti ſe potiùs crederent eſſe ditatos. [Quoniam quicquid digno creditur, hoc multis ſine dubio collatum eſſe ſentitur.] Quid ergo de animi firmitate loquar, quæ vicit & philoſophos valde prædicatos? Procedit enim ex ore dominæ beneficus ſermo, & manens ſub ſecuritate promiſſio. Non ſunt nobis P. C. minùs probata quæ loquimur: verus teſtis eſt, qui laudat expertus. Cognouiſtis enim, quæ contra me vota ' conſliaccunt: non aurum, non magnæ valuere preces: tentata ſunt vniuerſa, vt probaretur ſapientiſſimæ dominæ glorioſa conſtantia. Ordo flagitat dictionis, Auguſtarum veterum pompam moderna comparatione diſcutere. Sed quemadmodum illis ſufficere poterunt exempla fœminea, cui virorum laus cedit vniuerſa? Hanc ſi parentum cohors illa regalis aſpiceret, tanquam in ſpeculum puriſſimum ſua præconia mox videret. Enituit enim Amalus felicitate, Oſtrogotha patientia ' Agatha manſuetudine, Moniraurius æquitate, Vnimundus forma * Thoriſmut caſtitate, Vualamer fide, Theudimer pietate, ' patientia (vt iam vidiſtis) inclytus pater. Cognoſcerent hîc profectò vniuerſi ſigillatim propria, feliciter faterentur eſſe ſuperata: quando vnius præconium cum turba ſe iure non poteſt æquare virtutum. Æſtimate, quale eis eſſet de tali hærede gaudium, quæ merita potuit tranſire cunctorum. Quæratis forſitan ſequeſtratim principis bona: abundè prædicat ſobolem, qui eius laudat auctorem. Deinde retinetis facũdiſſimi Symmachi eximium dictum. Specto feliciter virtutis eius augmenta, qui differo laudare principia. Subuenite P. C. & agendo pro me communibus dominis gratias debitum meum veſtra ſatisfactione perſoluite. Nam ſicut vnus ſatiare non valet ' omnium hominum vota, ita multis vnius poſſunt complere diſpoſita.

Marginal notes (left): ' in meritis — *Laudatio regentis.* — B — *Laus matris principis.* — *Cognitio linguarum.* — ' nullius — ' ieiunis — ' iis — C — *Silentium in rebus gerendis.* — *Placidia.* — ' principum — * quod — D — *Danubius.* — *Franci victoriis nobilitati.* — ' inuaſerunt — * præcipitatis — præcipiti ſaltu

Marginal notes (right): E — ' *Theodericus.* — ' languentis — ' Burgundio. — *Burgundia.* — ' imminutus — ' dominam — ' aduerſos — * generoſum — F — ' vtrúque — *Pietas.* — ' quod — *Liberius.* — G — ' exceptum — *Quod digno creditur, multis collatum eſſe ſentitur.* — ' conſiſterunt — H — *Amalus.* — ' Athala — * Thoriſmus — ' ſapientia — *Symmachus.* — ' omnium

A

¶ 1 IOANNI PAPÆ SENATOR
Præf. præt. 11.

Super eiſdem petit orationibus adiuuari.

* beatiſſimi patres | *Sanctorũ oratio.* | *Ieiunia.* | * traheret

SVpplicandum vobis eſt: * beatiſſime Pater, vt lætitiam, quam per vos (Deo largiente) percepimus, cuſtodiri nobis veſtris orationibus ſentiamus. Quis enim dubitet, proſperitatem noſtram veſtris meritis applicandam; quando honorem adipiſcimur, qui à Domino diligi non meremur: & permutatione efficaci bona recipimus, dum talia non agamus. Eccleſiaſticis ſiquidem ieiuniis fames eſt excluſa popularis, decoris lacrymis triſtitia fœda diſceſſit, & per ſanctos viros acceleratum eſt ne * traheretur diutiùs quod grauabat. Et ideo ſalutans officioſitate, qua dignum eſt, precor vt viuaciùs oretis pro ſalute regnantium. Quatenus eorum vitam cœleſtis Princeps faciat eſſe longæuam, Romanæ Reipublicæ hoſtes imminuat, tempora tranquilla concedat: deinde, quod ornat pacem neceſſariam nobis copiam de abundantiæ ſuæ horreis largiatur, mihique filio veſtro intelligentiæ ſenſus aperiat: vt quæ verè ſunt vtilia, ſequar, quæ vitanda, refugiam: vigor ille rationabilis animæ nobis conſilium præſtet: facies veritatis albeſcat, ne mentem noſtram innubilat caligo corporea: ſequamur quod intus eſt, ne foris à nobis ſimus, inſtruat quod de vera ſapientia ſapit: illuminet quod cœleſti claritate reſplendet. Talem denique Iudicem excipiat publicus actus, qualem filium catholica mittat Eccleſia. In ſuis nos etiam muneribus virtus ſancta cuſtodiat. Quia grauiores inſidias antiqui aduerſarij tunc ſubimus, quando eius dona ſuſcipimus. Nolite in me tantum reiicere ciuitatis illius curam, quæ potiùs veſtra laude ſecura eſt. Vos enim ſpeculatores Chriſtiano populo præſidetis: vos patris nomine vniuerſa diligitis. Securitas ergo plebis ad veſtram reſpicit famam, cui diuinitùs eſt commiſſa cuſtodia. Quapropter nos decet * cuſtodire aliqua, ſed vos omnia. Paſcitis quidem ſpiritualiter commiſſum vobis gregem, tamen nec iſta poteſtis negligere, quæ corporis videntur ſubſtantiam continere. Nam ſicut homo conſtat ex dualitate, ita boni patris eſt, vtraque refouere. Primùm penuriã temporis, quam delicta prouarentur, orationibus ſanctis amouete. Si quid tamen (quod abſit) acciderit, tunc bene neceſſitas excluditur, quando contra eam ſub * vbertate tractatur. Mouete me, quæ ſunt gerenda ſolicitè. Bene agere vel correptus exopto. Quia difficilius errat ouis, quæ voces deſiderat audire paſtoris: nec facilè efficitur vitioſus, cui admonitor inſiſtit aſſiduus. Sum quidem Iudex Palatinus, ſed veſter non deſinam eſſe diſcipulus. Nam tunc iſta rectè gerimus, ſi à veſtris regulis minimè diſcedamus. Sed cùm me à vobis deſiderem & moneri conſiliis, & orationibus adiuuari, iam vobis eſt applicandum, ſi quid in me fuerit aliter, quàm * optabatur inuentum. 2 Sedes illa toto Orbe mirabilis, proprios tegat affectione cultores: quæ licèt generalis Mundo ſit præſtita, vobis etiam cognoſcitur & localiter attributa. Tenemus aliquid ſanctorum Apoſtolorum proprium, ſi peccatis diuidentibus non reddatur alienum: quando confeſſiones illas, quas videre vniuerſitas appetit, Roma felicior in ſuis finibus habere promeruit. * Nil ergo timemus talibus patronis, ſi oratio non deſiſtat antiſtitis. Arduum eſt quidem, * multorum deſideriis ſatisfacere, ſed nouit diuinitas magna præſtare. Ipſa retundat inuidos: ipſa nobis faciat ciues, cœleſti * aſpiratione gratiſſimos: & ſupplicationibus veſtris tempora tribuat, quibus ſuperus gratia prædicetur indulta.

B

Papa.

C

* cogitate | *Pontifici maxim. officium cum Regis officio collatũ* | * veritate

* optatur

D

Sedis Apoſtolicæ dignitas.

* Nihil | * cunctorum | * inſpiratione

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Ioanni Papa*] ad quem extat Athalarici regis epiſtola, ac mentio ſuprà *lib. 9. epiſt.* 15. & 17. Narrat Niceph. *lib.* 17. *c.* 9. Ioannem Papam Romanum veniſſe Conſtantinopolim legatum à Theoderico rege, Arianorum fautore, ad Iuſtinum Imperatorem, oratum ne damnarentur Ariani: alioqui in Homouſianos, qui in Italia erant, ſæuitum iri, idque Epiphanij Archiepiſcopi Conſtantinopolitani tempore. FOR.

¶ 2 *Sedes illa toto orbe mirabilis*] Romam intelligit, quam legum domicilium gymnaſium literarum, curiam dignitatum, verticem mundi, & patriam libertatis, Sidonius appellat. Hieronymus etiam in quadam epiſtola miratur Gaditanum quendam Titi Liuij ſolo nomine & gloria potius commotum fuiſſe, quàm Romanæ vrbis ſplendore, cùm Romam pergeret, nunc verò nominis ſui decoctrix iacet, nihilque aliud eſt quàm ſuæ venuſtatis priſtinæ ſpurcum cadauer. BROS.

E

¶ VNIVERSIS EPISCOPIS SENATOR
Præf. Præt.

F

Petit ab Epiſcopis orari pro eo.

Patres. | * ſplendore | *Iudex.* | *Indictum ieiunii.* | * quod

COrporalium patrum naturalis mos eſt de filiorum prouectione gaudere: dum eorum inſtitutionibus applicatur, quicquid laudis in clara prole conceditur. Vos autem ſpirituales parentes, qui auctorem rerum illuminata mente conſpicitis, pro me ſanctæ Trinitati ſedulò ſupplicate, vt * ſplendore latè faciat in medio poſitum candelabrum: quatenus nec mihi interior deſit viſus, & de me aliis pendatur aſpectus. Nunquid proderit Iudicem aliis eſſe perſpicuum, ſi ſibi potiùs reddatur obſcurus? Dignitatem conſcientiæ donec, qui tribunalia conferre dignatus eſt, faciat inoffenſum Iudicem, ne damnet errantem. Sit nobis proſperrimè præſens, vt infauſta vitia reddantur abſentia. Amorem ſuum tribuat, vt peccandi ambitum miſeratus excludat. Quapropter animæ veri parentes, affectuoſa & probabili petitione vos deprecor, vt indicto ieiunio Domino ſupplicetis * qui vitam principum noſtrorum florenti regno protendat, hoſtes Reipublicæ defenſor imminuat, donec quieta tempora & ad laudem ſui nominis copioſa, faciàtque rerum omnium tranquillitatem, vt me vobis reddere dignetur amabilem. Sed quò facilius veſtra quoque exaudiatur oratio, eſtote circa eos, quos deſtinamus attoniti. Quod neſcimus, nobis non debet imputari. Actus eorum teſtimonia veſtra proſequantur: vt aut laudatus gratiam, aut accuſatus apud vos inuenire poſſit offenſam. Neque enim vobis imputare poterunt, ſi delinquunt, quando non iubentur * mala dare, vt perperam cogantur accipere. Orphanis viduiſque contra ſæuos impetus * debent * placita præſtare ſolatia. Ita tamen, ne (quod accidit per nimiam pietatem) dum miſeris ſubuenire * quæritis, locum legibus auferatis. Nam ſi aliquid offendit fortè diſtrictum, talia date cunctis monita, vt iura poſſitis reddere feriata. Excludite ſanctiſſimi inter immundos ſpiritus implacabiles vitiorum ſorores, violentiam temperate, auaritiam depellite, furta remouete, depopulatricem humani generis luxuriam à veſtro populo ſegregate. Sic auctorem iniquitatis efficaciter vincitis, ſi eius perſuaſiones de humanis cordibus auferatis. Epiſcopus doceat, ne iudex poſſit inuenire, quod puniat. Adminiſtratio vobis innocentiæ data eſt. Nam ſi prædicatio veſtra non deſinat, neceſſe eſt, vt pœnalis actio conquieſcat. Et ideo dignitatem meam in omni vobis parte commendo, * quatenus actus noſtri ſanctorum orationibus adiuuentur, qui minus in humana poteſtate præſumimus, familiariter etiam mihi * ſuadete quod iuſtum eſt. Non ſum callidus * adiutator: quod generaliter debeo, incoactus exoluo. Rependo etiam ſanctitati veſtræ honorificæ ſalutationis officium, textúmque epiſtolæ affectuoſo fine concludo, vt in * mente veſtra dulciora remaneant, quia * bene ſibi animus poſteriora commendat.

G

* malè | *Orphani. Viduæ.* | * Deo | * placida præſtare | petitis

H

Innocentia adminiſtratio Epiſcopis attributa. | * quid | * perſuadere | * abiurator | * mentẽ veſtram | * benignè

¶ AMBRO

A

§ AMBROSIO V. I. AGENTI VICES Senator Præf. Præt. XV.

Ambroſius vir iuſtus, agens vices aſſumitur ad officium præſidis.

Aduocatio.

SEcutè vobis, Deo iuuante, opinionem noſtram credimus, cuius conſcientiam per cauſarum varios vſus longa ætate probauimus. Nam ſi in aduocationis ſtudio iuſtitiæ claritate fulſiſtis, quid nunc, prouecti ad conſilia noſtra, facietis? Creſcit enim in illo meritum, cui maius datur officium. Quando iam habendes eſt in ` Iudicum partem, qui meruit aulicis Poteſtatibus aſſidere. Ornentur ergo ſubſcilia, cuius ore fora tonuerunt. Abſens adhære noſtro lateri, pleniorem laudem inde ſumpturus: quia integrum tibi reputabitur, quod bene ordinaueris ſolus. Hanc etiam poſitus mecum etiam participaueris & gloriam: nunc autem tibi tantum cogimur debere, quicquid inde (præſtante Deo) laudis potuerimus accipere. Quapropter officium tibi obſeruare cenſemus, quod noſtris iuſſionibus obſecundat, præceptis etiam tuis pro publicis vtilitatibus iuſtiſſimè deſignatis ` præcipimus obediri. Quatenus & tibi ſit pro publica vtilitate mittendi fiducia, & nullus te contemnendi ſumat audaciam. Si quos etiam fideiuſſoribus committere neceſſarium æſtimaueris, confidenter aſſume: quia illud magis releuare poteſt animum noſtrum, ſi aliquid per vos cognoſcamus impletum. Præſenti enim ſola verba ` præſtaras, nunc autem facta potiùs debentur abſenti. Conſilium quippe tantæ ſedis ingens eſt procul-dubio ſaxis meritorum. Sed conſidera, quid exigatur, cui tale nomen imponitur. Labor veſter procuret mihi omnium quietem. Scitis, quæ turpia neglectus intulerit. Scopulus vitandus eſt, vbi alter oſtendit. Sed ` hoc vos monere, mea potiùs curioſitas, quàm veſtri diffidentia facit. Nam omnia vos illa ` agere credimus, quæ (iuuante Deo) famæ noſtræ, & Reipublicæ vtilia eſſe ` iudicamus.

Abſens adhæreat lateri principis.

B

` Iudicij · ` præcepimus · ` præſtaret · *Scopulus vitandus vbi alter oſtendit.* · ` hæc

C

` gerere · ` cognoſcimus

§ AMBROSIO V. I. AGENTI VICES Senator Præf. Præt. V.

Eidem de principis in ſubditos cura.

GAudere vos quidem in eis credo, quæ caritatem veſtram optaſſe diiudico: nam ipſius quodammodo res agitur, cuius in alterum vota complentur. Sed huic intelligo antiquæ amicitiæ fructum, ` quæ venuſtate felicior eſt, in ſuauiſſimi ſaporis emanaſſe dulcedinem, ſi prius Romanæ ciuitatis copiam per eos, quorum intereſt, tanquam munus eximium noſtris ` hoſpitiis offeratis. Ideò enim peregrinationis incommoda, ideo tot anguſta cogitationis intrauimus, vt populus ille, antiquis delectationibus aſſuetus, beatiſſimis regnantium temporibus, exploſis neceſſitatibus, perfruatur. Procul enim ſit, vt aliquo illius ciuitatis eſuriente ſatiemur. Illorum (quod abſit) indigentia, noſtra penuria eſt. Quid plura? læti eſſe non poſſumus, niſi & illos gaudentes communiter audiamus. Atque ideo ` tanta viuacitate incorrupta ſpecies frumenti congregetur, vt panis inde coctus non horrori, ſed delitiis videatur eſſe propoſitus. Ponderatio iuſta ſeruetur. Vincant coptæ mentium deſideria. Non putatur abundare, quod quæritur. Fugite ſcelerata lucra, vitate nefanda compendia. Quicquid ibi male præſumitur, in mei animi læſione craſſatur. Nemo ` putet veniale, quod in iſta tentauerit parto, præſumere. In nobis faciliùs conſentimus excedi, quam Romanorum vtilitates patiamur imminui: non vt fauorem, plauſúmque popularem, ſed vt (iuuante ` Domino) meum in illis compleam dilectionis arbitrium. Ciues ſiquidem omnes fouendi ſunt, ſed Romani aliquid plus merentur. Vrbs ornata tot eximiis Senatoribus, beata tam nobilibus populis laudes debet noſtrorum principum perſonare, quas homo nationis exteræ ſe miretur audiſſe. Nam iuſtè ſe illic extollit lætitia popularis, quæ dominos cognoſcitur habere victores. Quapropter impendendum eſt quicquid fides, quicquid magna poteſt exhibere cautela. Quia illud verè noſtrum eſt commodum, quod illorum mihi procurat affectum. Lætentur præſentibus gaudiis, qui erant de noſtra actione ſuſpenſi. Illorum me deſideria, illorum me vota iuuerunt. Et hoc mihi apud rerum dominos profuit, quod ab eis vniuerſaliter audiebatur optari. Agite nunc, vt amor iſte, iuuante domino, perſeueret: quia illos amplius in reliquum erendo facere, ` quod ſe in me feliciter ſentiunt incoaſſe. Abundantiam nunc petamus communibus votis: ſuperuæ miſericordiæ ` humiles ſupplicemus, vt primum nobis ſalutem dominorum clementia diuina concedat. Cæterum prouentum, quem præſtiterit, non negligentia diminuit, non venalitas vlla ſubducit. Fidem meam promitto, ſed cum ipſis diuinitatis dona ſuſtineo: cautelam offero, turpia fraudulentiſſimæ nundinationis excludo, ipſi autem domino de promeritа vbertate glorientur.

` qui · *ſuſpicens Principis in ſubditos cura.*

D

` tota *Frumentum.* · ` putat · ` Deo *Romani ciues. Romana vrbis laus.*

E

` qui ` humileſque

F

§ IOANNI CANCELLARIO SENATOR Præf. Præt. V I.

Is conſtituitur cancellarius & conſiſtorij conſcius ſecretorum.

QVamuis ſtatutis gradibus omnis militia peragatur, & tempora ſibi cuſtodiant, qui Iudicum iuſſionibus obſecundant: tuus honor cognoſcitur ſolenni ordine non teneri, qui ſuis primatibus meruit anteponi. Tibi enim reddunt obſequia, qui te præire noſcuntur, & reflexa conditione iuſtitiæ, illis reuerendus aſpiceris, quos ſubſequi poſſe monſtraris. ` Hinc inæquabilem æquitatem, ſpeciale decretum, ſingulare beneficium ſub aſpectu Iudicis agis. Nec poteſt rationabiliter culpari, quod impugnante ordine videatur aſſumi. Nullus tibi de ` temporis qualitate præſcribit. Tranſgreſſio matriculæ actio tua eſt, & ſolus confidenter negligis, quod ` aliis ſeruare ` contendis. Sed talia tibi pro excellentibus meritis conceduntur: dum crederis omnes induſtria fidéque ſuperare, quem nos conſtat elegiſſe. [Nemo enim ſequentem probat, niſi quem ſibi laudanda virtus aſſociat.] Quoniam vituperabile eſt inferiorem erigere, niſi meritis alios videatur excellere. Hoc igitur laudabile præiudicium, ſententiam gratioſam, militiam domeſticam, à duodecima Indictione ` i cancellorum tibi decus attribuit: vt Conſiſtorij noſtri ſecreta fideli integritate cuſtodias: per te præſentandus accedat: per te noſtris auribus deſiderium ſupplicis innoteſcat, iuſſa noſtra ſine ſtudio venalitatis expedias: omniáque ſic geras, vt noſtram poſſis commendare iuſtitiam. Actus enim tui Iudicis opinio eſt, & ſicut penetrale domus de foribus poteſt congruenter intelligi, ſic mens præſulis de te probatur agnoſci: "non iniuria, quia talem vnuſquiſque ` ad reſponſa ſua videtur eligere, qualem ſe ` cuſtos ` decreuit æſtimari. Veſtes ipſæ, quæ noſtris corporibus applicantur, nonne nos deformare poſſunt, ſi aliquo inquinamento ſordeſcant? quanta vero gratia nos decorare videntur, cùm laudabili puritate nituerint? Sic miles ad ſecreta Iudicis proximatus præſulis ſui famam aut ornat, aut maculat. In nobis ſiquidem peccant, qui alios maculant: & dum ſpolium ` obſectantis ambitur, fama præſidentis exuitur. Conſidera ſi negligere debemus, vnde nos culpari poſſe ` cognoſcamus. Vltra omnes * clementes eſt, qui vlciſci non appetit quem graſſatum in ſuo dedecore comprehendit. Reſpice, quo nomine nuncuperis. Latere non poteſt, quod inter ` cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clauſtra patentia, ` feneſtratas ianuas. Et quamuis ſtudioſè claudas neceſſe eſt, vt te cunctis

Militia domeſtica cancellorum. · ` tamen · ` hanc

G

` tempora · ` alios ` compellis · ` cancellariorum

H

"al. nec Pith. · ` de · ` virum debet *Veſtis* · ` cunctos al. *cunctis.* Pith. · ` decreuit · ` obſeruemus · ` cognoſcimus · * dementes *Cancelli* · ` cancellarios · ` feneſtras

A

cunctis appetias. Nam ſi 'foris ſteteris, meis 'emendatia obtutibus: ſi intus ingrediaris, obſeruantiam non potes declinare conſpectus. Vide quo te Antiquitas voluerit collocari: vndique conſpiceris, 'qui in illa claritate verſaris. Proinde ad noſtra monita aures animúmque conuerte: fige menti omnia, quæ iubemus: non te, tanquam vacuam fiſtulam, dicta pertranſeant: quæ tam diu plena conſpicitur, quàm diu in eam 'vndæ influere poſſe, noſcuntur. Eſto potiùs conceptaculum, 'quod audita cuſtodias, 'quod ſuſcepta non fundas. Quia nihil proderit, ſi auribus tuis tranſitura placeant, & in cordis finibus ſe omnia non defigant.

'foras 'nō daret 'qui etiā

'venti *Arcanum cancellary.* 'qui 'qui

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Cancellorum*] Cancellorum nomen non adeò ſanè vetus, vtpote ſub poſterioribus Impp. demum auditum, ſi qui à cancellando, id eſt actis cancellatum lineis perducendo deduxerit ſpecioſè quidem fortaſſe dicere videbitur, ſed à vero tamen ipſo longiſſimè aberit. Nam vt à cancellis potiùs dicantur, vel hæc vna maximè ratio ſuadere poteſt, quòd eorum fere temporum ſcriptores, à cancellis & cancellos agere dicunt Cancellarium ſignificantes. PITHOE. *ſubceſiu.*

B

¶ 2 *Clementes*] vet. *dementes*, procliuis fuit error ex affinitate *cl.* cum *d.* vt aliàs eodem mendi genere laborat Gellius *lib.* 5. *cap.* 14. in nomine ſerui *Androdi* à leone agniti, qui verè *Androclus* apud Ælianum, & Nemeſianus, *diuos leue tacentes*, pro *cliuos*. Deſcribit enim Capitolij aſcenſum, in quo & cliuos fuiſſe conſtat vel ex Alpheno. *l.* 52. *ſi ex plagis*, §. *in cliuo ad l. Aquiliam.* Simile peccatum apud Græcos in χαλίδια, pro χαδόνα, & χαδίνα, pro χαλίνα, Hattungus deprehendit. FOR.

¶ VNIVERSIS IVDICIBVS PROVINCIARVM Senator Præf. Præt. VII.

C

De exactione tributorum.

IVſtiſſimè quæritur, quod annua deuotione præſtatur: 'quoniam ſub 'quodam conſtat * inferri, quod ſoluitur lege naturali. Stipendium namque * eſt, quod ſubiectum facit munificum dici: & offerentis nomen accipit, qui ſe, quod * penditur, debere cognoſcit. Quam cautum eſt, intrepidum foro aſſiſtere, publicum non timere, & inter deuotos laudabilem collocari, qui 'pudore non 'ſinitur habere compulſi? Inhonorum eſt enim omne quod * agitur: nec offerentis habet gratiam, qui damnis ſuis perducitur ad tributum, contra, 'quam libero dignum eſt, 'compulſoribus nihil debere: Ille ſolus delectabilis ager eſt domino, in quo ſuperueniens non timetur exactor. 1 Meritò ergo teſtimonium ſolutionis ſecuritas dicitur, de 'quo non ſolum animus, ſed ſubſtantia communitur. Et ideo, quod feliciter dictum ſit, Indictione duodecima, per diœceſim * dicationis tuæ ſolenni moderamine cuſtodito, poſſeſſorem te officiúmque tuum præcipimus admonere, vt trina illatione deuotus, 'conſtitutis temporibus ſuam compleat functionem: ita vt ceſſet venalis illa dilatio, quæ non ad tributariorum compendia, ſed fraudis ambitum cognoſcitur acquiſita. Nam qui ſe huiuſmodi onera ſubleuare dicunt, aliud maius pondus abominabilis nundinationis imponunt. Abſit à noſtris temporibus deteſtabilis & fugienda verſutia. Poſſeſſor nihil aliud, niſi quod publico debetur, exoluat. Nam ſua damna potius agunt, qui ſub nobis aliqua fraudare contendunt. Quapropter ſicut fiſcalia onera nulla occaſione volumus aggrauari, ita conſtitutis temporibus præfinitas illationes præcipimus, Deo iuuante, compleri: quatenus & poſſeſſorum deuotio gratiſſima dominis innoteſcat, & tarditatis inuoluta confuſio noſtris 'orationibus auferatur. Vnde ſingulis quibuſque temporibus ſolenni more factos Breues ad ſcrinia noſtra tranſmittite: ſicut te & priſca legum, & noſtræ iuſſionis præſens commonere videtur auctoritas. Ne ſi aliquid horum æſtimaueris negligendum, tu tibi abſolutè facias eſſe periculum. Veruntamen vt iuſtiſſimatum præceptionum diligentior procuretur affectus, illum atque illum, præcedentibus meritis comprobatos, tibi officioque tuo iuſſimus imminere: vt nihil poſſit nocere negligentia, vbi adhibetur ſolicitudo geminata. Vnde continenter agite, ſi prouectum veſtrum magis deſideratis extendere. Impia lucra ſint à vobis omnimodis aliena: vos poſſeſſorem deuotum redditis, ſi fraudulentis non grauetur incommodis. De æquitate potiùs, quàm de rapacitate proficitur. Semper metuit iniuſta præſumptio. Quid enim acquiri putatur, vbi bona conſcientia perditur? aut in qua parte poſſit homo proficere, ſi innocentiam probatus fuerit amiſiſſe? Nolite ſine præmio credere, quæ videntur ad bonam conſcientiam pertinere. Habebunt nos bene agentes, in quo poſſumus, * auditores. Remuneratorem enim illi eſſe promitto, quem ſe aliqua honeſtate tractaſſe cognouero. Agite ergo, laudes ad me potiùs veſtræ perueniant, quàm querelæ. Maius commodum non quæritis, quam ſi nihil vendítis. Illa tantùm * ſequenda ſunt lucra, quæ poteſt lætus poſſeſſor offerre, & miles ſolenniter ſecutus accipere. Non cenſor ſed laudator veſter eſſe 'deſidero. Cauete ergo, ne reddatur infeſtus, qui vobis cupit eſſe beneficus. Nam grauiùs ſemper iraſcitur, qui contra propoſitum commouetur.

'quando 'qu m gaudio * deſit forte quidpiā * v. gaudio * imputatur 'pudorē 'ſinitur * cogitat 'quem 'compulſionibus nil *Securitas.* qua *Fortè, ditionis.*

D

'conſtitutus *Venalis mora.*

Onera fiſcalia.

'rationibus *Breues.*

E

* adiutores

F

Lucra quæ ſequenda. * quærenda *Non cenſor, ſed laudator.* 'deſiderio

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Meritò teſtimonium ſolutionis ſecuritas dicitur de qua non ſolum animus, ſed ſubſtantia communitur.*] Apocha ſecuritas dicitur. Petronius in Satyrico, *redde mihi apodixim deſultoriam*, id eſt remiſſionem ſenilis ætatis. Sidonius contra tributa ſecuritatibus, &c. BROS.

¶ 1 EDICTVM PER PROVINCIAS SENATOR Præf. Præt. VIII.

G

De iuſtitia obſeruatione erga ſubditos.

PRiſcorum mos fuit, noua iura decernere, vt ſuccedenti populo aliquid, quod omiſſum videbatur, adiungerent: nunc autem ſufficiens laus conſcientiæ eſt, Veterum decreta ſeruare. Erat antè genus hominum ſub hac nouitate ſolicitum, dum regulam vitæ ſuæ in aliena cognoſceret voluntate pendere: modo verò vnuſquiſque nouit fixum, quod ab Antiquis pleniſſimè non dubitat conſtitutum. Sufficiunt ergo vobis iura, ſi non deſit voluntas optima. Quid a præconum voces? quid periculoſas ſententias præſolum erectis auribus ſuſtinetis? Propriæ vitæ imponit modum, qui ſibi ſe iudicem intelligit conſtitutum. Studete cunctis actibus bonis, & formidanda 'neſcitia. Nolite inardeſcere ad præſumptiones illicitas: amate viuere 'quieti: tranſigite ſemper innoxij. Quid litibus honeſta confunditis? Cur facitis, quæ mox timere poſſitis? Si quæritis lucra, vitate potiùs damnoſa litigia. Si quod tamen emerſerit ciuile certamen, legibus patriis eſtote contenti. Nullus ad ſeditioſa conſurgat: nullus ad violenta confugiat. Furoris genus eſt, in ſæculo pacato turbolento ſtudere propoſito. Sed quia vobis de Iudicibus, etſi non verus, tamen oritur rationabilis metus (dum inexperta poteſtas 'trahit potiùs ad timorem) quantum ad meum propoſitum pertinet, iuuante Deo, rerúmque dominis regnantibus, omnia vobis iuſta, omnia moderata promittite. Primum, quod maximè Iudicem dehoneſtat, nundinatio à me fœda neſcietur. Non enim; verba mea, more veſtiū, ſuſpenſa venduntur. Sperari à vobis aliquid ſola ſpecietū indigentia faciet, non malitioſa venalitas: vbi tamē erit quæ tēpus mitigat moderata præceptio; nō indicimus, quod amatur: nec ad taxationem trahimus, quæ neceſſaria non habētur. Eſtote

Iura antiqua tuenda.

'neſcientia 'quietē *Leges patriæ.*

H

'trahitur

Sordes iudicū.

tantùm

A tantùm ad conſueta ſoliciti, de nouitate ſecuri. ' Quin illud ſolum nobis iudicauimus eſſe commodum, ſi vos, iuuante Domino, ſeruemus illæſos. Non vos quiſquam mihi tum pro ſua voluntate concutiet, non exactor adiectitiis grauabit incommodis: non ſolùm noſtras, ſed & officij innoxias cuſtodiuimus manus. ' Alioqui inutile bonum eſt, Iudicem non accipere, & multis accipiendi licentiam præbuiſſe. Neque enim ſic à nobis egrediuntur, vt ea quæ paſſi fuerint aliis merito feciſſe videantur. Imminuta ſunt enim veſtro more ſuffragia, quæ hactenus omnium detrimento creſcebant. Oſtendimus in vobis, Deo iuuante, continentiam, vt ' ea militibus ſine pudore imperare poſſimus. [Non enim poteſt auctoritatem habere ſermo, qui non iuuatur exemplo: dum iniquum ſit bona præcipere, & talia non feciſſe.] Ordinatio igitur noſtra vtilitatem publicam tantummodò ' reſpiciet, non ſutra priuata. Scimus quæ pro nobis vota fuderitis, quia fuiſtis anxietate ſuſpenſi. Deforme nobis eſt talia facere, vt minùs poſſitis in veſtra exultatione gaudere. B Patebunt, Deo propitio, aures noſtræ ad ſuſcipienda deſideria ſupplicantum: auctor cauſæ ſuis nos oculis ſub libertate viſurus eſt: non redempta, ſed propria lingua ' loquetur. ' Vobis enim nec ſeruitus ' imperabit, nec à nobis nobilitas veneranda fatigabitur. Prætoria denique noſtra nullus turpis actus intrauit: nemo à nobis, quàm venerat, minus locupletior ' redit. Neſciuit domeſticum penetrale à ſubſelliis diſcrepare. Iudicem me obſeruans ' inueniet, quocunque reſpexerit: verecundiæ memores, iuuante Deo, ſic agere nos optamus, quemadmodum à rerum dominis mandata ſuſcepimus, vos ad omnia iuſta eſtote deuoti, vt me prouinciarum 4 patrem faciatis eſſe, quàm Iudicem: quia iterum grauiùs iraſcitur, qui minimè de probitatum actione penſatur. Nam ſi præbuiſtis læſionibus obſequium, quid illi impendere debetis, quem vobis magnopere ſtudere cognoſcitis? 5 Solennia commoda ſedis noſtræ laborantibus militibus non negentur: quia ipſe præbet viam excedendi, qui non patitur iuſta perſolui. C Præceptis etiam noſtris obedientiam æquali moderatione præſtate. Compellat rationabiliter proprius animus, ne vos vrgeat terror ' armatus. Odium ſibi excitat, qui iuſtis ' reſultat imperiis. ' Quæ iam coegero, non amabo. Sic enim cuncta, quæ agenda ſont, volumus explicari, vt vos nullo compulſore faciamus imminui. Seruari vobis cupimus conceſſa ' pridem dominorum beneficia, nulla abominabili præſumptione diſtracta. Honorem noſtrum ſola vos optamus gratulatione ſentire, & regnantibus bona petere, qui veſtra deſideria viſi ſunt præſtitiſſe. Viuite nunc adepta ſecuritate gaudentes. Quem fas non fuit cogere, potuiſtis voluntariis ſponſionibus obligare. Nam qui dubitat ſub Dei confidentia iuſta promittere, vult habere liberum quod non eſt pollicitus immutare. Tenete igitur arbitrij mei idoneum vadem ſpeculum cordis, & imaginem voluntatis: vt quibus non ſum facie notus, fiam morum qualitate recognitus. In hac me potiùs parte conſpicite, qua latent præſentes. Non eſt vobis damnum abſentiæ meæ: vtilius eſt, Iudicem mente noſſe, D quàm corpore.

Marg.: ' Quia — ' alioquin — ' eam — *Auctoritas nulla ſine exemplo.* — ' reſpicit — ' loquatur — ' Nobis — ' imperauit. — ' redijt — ' inueniret — *Solennia cõmoda* — ' armatus — ' reſiſtit — ' Quem — ' quidem — *Iuſiurandum.*

NOTÆ VARIORVM.

§ 1 *Edictum per prouincias.*] Priſcorum mos fuit. Sic Vlpianus ait Proconſulem edictum eius aliquam ſui commendationem continens mittere debere, &c. *l.4. de offic. Proconſ.* For.

¶ 2 *Præconum voces*] ſuprà *lib.6. epiſt.3. l. vlt. C. de feriis.* For.

¶ 3 *Verba more veſtium ſuſpenſa venduntur.* Imp. Conſtantinus: *Non ſit venale iudicis verbum, non ingreſſus redempti, non infame licitationibus ſecretarium, l.1. de offic. rect. prou. C. Theod.* quidam *verbum* pro *velum*; nihil temerè mutem: *arg. l.5. C. de naufrag. l.6. Cod. Theod. eod. tit.* Vide infra hoc *lib.11. epiſt.32.* officij innoxias manus τὰς ἰαζωτὰς, manus puræ. Seneca *lib.7. Controu.* Nouel.8. καθαραὶ χεῖρες. For.

§ 4 *Patrem faciatis, quàm iudicem*] *quàm*, ſine comparationis particula, vt *magis*, vel quidpiam ſimile ſuppleatur, ſuprà, *lib.8. epiſt.2. & lib.9. epiſt.25.* For.

¶ 5 *Solennia commoda*] id eſt ſalaria, *l. Commodis de re iudi.* Victruuius in *præfatione lib.1.* & infra hoc *lib. epiſt.33.* For.

E

¶ IVDICIBVS PROVINCIARVM Senator P.P.S.X.

Admonentur Iudices Prouinciarum.

SCiens, ab eis contrarium poſſe credi, qui præcedentibus malis fuerant imminuti, (dum mens humana facilè ſuſpicatur de quolibet illa quæ pertulit) propoſiti noſtri votum edictali tenore * permiſimus: ne, iuuante Deo, quos ſecuros eſſe cupimus, vel de ipſa ſolicitudine grauaremus. F Non enim eſt paruum tormentum aduerſum aliquid formidare venturum: dum ſemper grauiùs æſtimatur emergere, quod timetur. Abſit a noſtris temporibus vel minima credulitas læſionis. Reo iam vicinus eſt, qui malus putatur: quia tunc aliquid perſuadetur animo, cùm intrauerit pectus * acta ſuſpicio. Quapropter dicatio tua per loca celeberrima proponi faciat deſtinata. Aptum eſt enim, ab ' his iuſſa cognoſci, quos decreuimus admoneri. Excitetur nunc amor omnium circa dominos felices: vt ſicut nos nullum contraria ' voluimus cogitatione ſuſpendere, ita ſe & illi deuotos debeant piè regnantibus exhibere. Sponſiones autem veſtras vos veras efficitis, ſi prouincialibus æquabiliter præſideris. Diligite iuſtitiam, quæ vos & amabiles faciat, & glorioſum commodum ſua participatione concedat. Scitote, officia vobis quaſi actuum veſtrorum teſtes aſſiſtere. Et ideo quàm magnum eſt in tantorum conſpectu facere, quod omnium poſſint ora prædicare: Iudicium, quaſi * iuridicium, cognoſcite vocitatum. Præſulem agere non decet, quod alter accuſet. G Quid timeat reus, quum viderit crimen in faſcibus conſtitutum? [Sola malis illa tormenta ſunt, ſi publica vota moribus ſuis ſentiant eſſe contraria. Dici enim non poteſt diſciplina, quando ipſa fuerit corrigenda. Studete ergo nobiſcum vt boni mores prouincialibus dentur, ſed nuditas auferatur. De remediis potiùs, quàm de læſione tractetur. Graue malum eſt, ' quicquam ad largienda iuris beneficia fieri, & mixtum læſionibus inueniri. Sic agite, vt cùm iuſtitia probata quæritur, annus veſter breuis eſſe videatur.] Honores potiùs vobis offerantur. Neceſſitatem quippe ambitus amittitis, ſi prouincialium vobis vota ſocietis. Nullos veſtrorum actuum facimus eſſe cuſtodes, nec ſub priuato arbitrio ingenium Iudicis inclinamus. Sed omnia ſic gerite, ' ne fiat neceſſarium, quod nunc credimus eſſe turpiſſimum. Inſtar noſtræ geritis dignitatis, ſi vos conſcientiæ puritate tractetis. Obuiate malis, fouete nihilominus innocentes. Si quis tamen eſt, qui auſu temerario contra veſtros faſces erigatur, nec poſſitis exercere quod iuſtum eſt, aut petitorem protinus cum veſtra relatione tranſmittite, H aut ſi viribus deſeritur veniendi, negotium deſtinata relatione declarent: quando & euictiones publicas accepiſtis, & nobis gratum ſit audire de talibus. Atque ideo vobis totius excuſationis cauſa ſummota eſt: quando aut per dignitatem veſtram poteſtis recta gerere, aut certè nobis quæ ſunt neceſſaria nuntiare.

Marg.: * prouiſimus. — * vt apta — ' iis — ' volumus — * iudiciũ — ' iuridicium — ' quenquã — *Annus iudices.* — ' nec — *Relatiões.* — *Euictiones publicæ.*

¶ BEATO V. C. CANCELLARIO Senator P.P.X.

De annonis præbendis infirmo venienti ad locum pro recuperanda ſanitate.

CVm rerum Domini clementia de famuli ſui Dauid ſalute cogitaret, (cuius votum eſt de cũctorum

Marg.: *Lactarius mons.*

A ſoſpitare lætari) remedia Lactarij montis eum inſſit expetere: vt cui medela humana nil profuit, vulgati loci beneficium ſubueniret, qui crebra tuſſi reſonans anhelo pectore membra tenuauit: dum miniſteria Naturæ, nimis concuſſione debilitata, virtutes ſuas explicare nequeunt ad ſalutem. Eſcas enim in auxilium humani corporis contributas, dum aptè non tranſigit, reddit inutiles. Nec intereſt talibus ' aut ſumere cibum, ' aut ſuſtinere ieiunium; in dies ſingulos ſubſtantia viua deficit, &, velut rimoſum dolium, paulatim defluens, donec ' euacuatur expenditur. ' Huic ferociſſimæ paſſioni beneficium montis illius diuina tribuerunt; vbi aëris ' ſalubritas cum pinguis arui fœcunditate conſentiens, herbas producit dulciſſima qualitate conditas: quarum paſtu vaccarum turba ſaginata lac tanta ſalubritate conficit, vt quibus medicorum tot conſilia neſciunt prodeſſe, ſolus videatur potus ille præſtare: reddens priſtino ordini reſolutam paſſionibus vim naturæ. Replet membra vacuata, vires effœtas inſtaurat, & fomento quodam reparabili ægris ita ſubuenit, quemadmodum ſomnus labore fatigatis. Hæc itaque armenta, in tam abundanti pabulo ' hauſta videre, miraculum eſt: vt humor ille lacteus non præſter origini ſuæ, qui corpora mortalium probatur læſa reficere: miróque modo herbis animalia non proficiunt, vnde hominum membra pingueſcunt. Exiles per dumeta diſcurrunt montium, tenues videntur, & inſtar eius, cui medentur, ſuſtinent ' paſſionis. Lac autem iam pingue, vt hæreat digitis cum exprimatur in vaſis. Qua de re annonas deputatas, ſubuentionémque neceſſariam præbete venienti, vt in ſupradicto loco ſalubriter paſtus, eodem alimento reparetur eius iuuentus, quo nutritur infantis. Conſurgite animi tali paſſione laborantium. Iam non amaro antidoto horrebitis dulciſſimam vitam. Voluptuosè bibite, quæ ſaluberrima ſentiatis. Felicitatis genus eſt, inde curari, vnde libens animo æger poſſit expleri.

C

❡ EDICTVM DE PRETIIS CVSTODIENDIS Rauennæ. XI.

Ordinatio circa venditionem victualium.

VEnalitas victualium rerum ' emptoris debet ſubiacere rationi. Vt neque in ' vtilitate caritas, nec in caritate vilitas expetatur: ſed æqualitate perpenſa, & murmur ementibus, & grauamen querulis negociatoribus auferatur. Atque ideo trutinatis omnibus, & ad liquidum calculatione collecta, diuerſarum ſpecierum precia ſubter affiximus: vt omni ambiguitate ſummota, ' definitarum rerum debeat manere cuſtodia. Si quis autem vendentium non ſeruauerit, quæ præſentis edicti tenor eloquitur, per ſingulos exceſſus ſex Solidorum mulctam à ſe nouerit ' exigendum, & a fuſtuario poſſe ſubiacere ſupplicio. Quatenus eum & damni metus terreat, ' prædicta pœna vehementer affligat.

NOTÆ VARIORVM.

❡ 1 *Venalitas*] Hoc ſuprà in formula defenſoris & curatoris Reipubl. *l.* 6. *epiſt.* 18. *&* 7. *epiſt.* 11. *&* 12. Precia iuſta rebus venalibus ſtatuantur, *Nouell.* 122. *edict.* 6. Iuſtiniani ſuprà *lib.* 9. *epiſt.* 5. *c.* 1. *extra de empt. & vend.* Cedrenus *in Theophilo Imperatore.* Athenæus *lib.* 6. *Dipnoſophiſt. c.* 2. de piſcium venditoribus. Moſchopulus & Suidas in οἰτοφύλακες.

❡ 2 *Fuſtuario ſupplicio*] huius mentio in iure crebra, *l.* 7. *ſaccalary, ff. de extr. criminib.* Nouell. Maioriani, Papinian. reſponſ. tit. 14. & tit. 21. *l.* 5. *C. Theo. de epiſc. & cler.* Paulus *lib.* 5. *ſent. tit.* 4. *& tit.* 21. Et ſuprà *lib.* 9. *epiſt.* 2. *lib.* 4. *epiſt.* 10. *lib.* 8. *epiſt. vlt. l.* 2. *tit. vlt. C. qui ad Eccleſ. confug.* Adrianus Papa apud Gratianum: *Qui in alterius famam*, inquit, *publicè ſcripturam aut verba contumelioſa confinxerit, flagelletur, can.* 1. 5. *q.* 1. renouat legem XII. tab. quæ famoſi libelli auctorem fuſtuario puniri iubebat. Cornut. *in Perſij Satyr.* 1. FOR.

E

❡ DICTVM PRETIORVM PER Flaminiam, XII.

Super eodem.

SI ocioſi populi vrbium ſingularum ſub ' pretiorum iuſtitia continentur, quantò magis debet laborantibus ſubueniri, ne vtilitas commeantium ſaucietur diſcrimine fortunarum? Et ideo ſuſceptio tranſeuntium requies debet eſſe curarum. [Ne quod ad leuamen inuentum eſſe conſtat, deteſtabile potius grauamen infligat. Recipiatur hoſpes ad pretia ' definita: iniquitatem non patiatur auaram, quæ inuitatur ad gratiam. Quoniam turpia ' aucupatio eſt, terrere enormitate pretij, & ſuſceptione blandiri. Prædoni ſimilis eſt, qui ſub iniqua cupit voluntate diſtrahere: vtroſque enim conſtat velle aliena diripere, & conſiderationem iuſtitiæ non habere. Neſcitis, quanta poſſitis acquirere moderati. Vltrò ad commoda veſtra veniunt, qui vos temperanter agere poſſe cognoſcunt. Nullus ergo ſe æſtimet, quod eſt familiare ſemper abſentium, longinquitatis obliuione defendi, quando ad nos veniunt qui veſtra mercimonia patiuntur. Cauete potius damna multorum, qui lucrorum auiditates appetitis. Sex enim Solidorum diſpendium ſe nouerit ſuſtinere, & laceratione corporis affligendum, ſi quis aliter vendendum eſſe crediderit, quàm miles noſter in rem directus pretia, cum ciuibus atque Epiſcopis locorum habita ' diſpoſitione, cenſuerit. Sufficere enim debent omnibus honeſta lucra de ciuibus, ne obſeſſa potiùs videantur itinera eſſe latronum.

G

❡ IVSTINIANO AVGVSTO SENATVS vrbis Romæ. XIII.

De conceſſione pacis.

HOneſtum nimis & neceſſarium videtur eſſe negocium, pro ſecuritate Romanæ Reipublicæ pio principi ſupplicare. Quia conuenit à vobis expeti, quod noſtræ poſſit proficere libertati. Nam inter cætera bona, quæ vobis ſingulariter diuina tribuerunt, nihil glorioſius probatur accedere, quàm quod vos cognoſcitis vbique poſſe præſtare. Rogamus ergo, clementiſſime Imperator, & de gremio Curiæ duplices tendimus manus, vt pacem veſtram noſtro Regi firmiſſimam præbeatis, nec nos patiamini abominabiles fieri qui ſemper de veſtra concordia videbamur accepti. Romanum ſiquidem nomen vos commendatis, ſi noſtris dominis benigna conceditis. Gratia veſtra nos erigit ac tuetur: & hoc mereri cognoſcimus, quod de veſtra mente ſentitur. Quietem ergo Italiæ fœdera veſtra componant. Quia tunc amari poſſumus, ſi per vos dilectio votiua copuletur. Cui rei ſi noſtræ preces adhuc non videntur poſſe ſufficere, æſtimate patriam noſtram in ' hæc precatoria verba prorumpere. Si tibi aliquando grata fui, ama, piiſſime principum, defenſores meos. Qui mihi dominantur, tibi debeant eſſe concordes: ne incipiant talia in me facere, quæ à votis tuis cognouerint diſcrepare. Non mihi ſis cauſa crudelis exitij, qui ſemper ' vitæ gaudia præſtitiſti. Ecce alumnos meos ſub tua pace geminaui. Ecce ciuibus ornata reſplenduit. Si me lædi pateris, vbi iam nomen tuæ pietatis oſtendis? Quid enim pro me nitaris amplius agere, cuius religio, quæ mea eſt, cognoſcitur ſic florere? Senatus meus honoribus creſcit, ' facultatibus indeſinenter augetur. Noli per diſcordiam diſſipare,

A ſipate, quod deberes per bella defendere. Habui multos Reges, ſed neminem huiuſmodi literatum: habui prudentes viros, ſed nullum ſic doctrina & pietate pollentem. Diligo Amalum, meis vberibus enutritum, virum fortem, mea conuerſatione compoſitum, Romanis prudentia ' carum, gentibus virtute reuerendum. Iunge quinimmo vota, participare conſilia: vt tuæ gloriæ proficiat, ſi mihi aliquid proſperitatis accedat: Noli me ſic quærere, vt non valeas inuenire. Tua ſum nihilominus caritate, ſic nullum facias mea membra lacerate. Nam ſi Lybia meruit ' per te recipere libertatem, crudele eſt me amittere, quam ſemper viſa ſum poſſidere. Impera ' moribus iracundiæ triumphator egregie. Plus eſt quod generali voce petitur, quàm ſi veſter animus cuiuſlibet ingratitudinis offenſione vincatur. Hæc Roma loquitur, dum vobis per ſuos ſupplicat Senatores. Quod ſi adhuc minus eſt, beatorum Apoſtolorum Petri atque Pauli petitio ſanctiſſima cogitetur. Nam qui ſecuritatem Romanam ſæpe defendiſſe probantur ab hoſtibus, quid erit, quod eorum B meritis veſter non tribuat principatus? Sed vt omnia reuerentiæ veſtræ congruere videantur, per illum virum venerabilem, legatum piiſſimi Regis noſtri ad veſtram clementiam deſtinatum, preces noſtras credimus ' dirigendas: vt tam multa debeant efficere, quæ vel ' ſinguli poterunt apud ' pius animos obtinere.

Amalus. — ' cauſarum — ' parte — ' montibus — *Petrus ac Paulus Apoſtoli.* — ' porrigendas — ' ſinguli potuerunt. — ' piiſſimos

¶ 1 GAVDIOSO CANCELLARIO SENATOR Præf. Præt. X I V.

De conſeruatione indultorum regalium.

DVm multis itineribus ' Como ciuitas expetatur, ita ſe poſſeſſores Parauertedorum aſſiduitate ſuggerunt eſſe fatigatos, vt equorum nimio curſu ipſi potiùs atterantur. Quibus indultu regali beneficium præ C cipimus iugiter cuſtodiri: ne vrbs illa, poſitione ſua libenter habitabilis, tareſcat incolis, frequentia læſionis. Eſt enim poſt montium deuia, & laci puriſſimi vaſtitatem, quaſi murus quidam planæ Liguriæ. Quæ licet munimen clauſtrale probetur eſſe prouinciæ, in tantam pulchritudinem perducitur, vt ad ſolas delicias inſtituta eſſe videatur. Hæc poſt tergum campeſtria culta tranſmittit, amœnis vectationibus apta, & victualibus ' copiis indulgenter accommoda, à fronte ſexaginta millibus dulciſſimi æquoris amœnitate perfruitur: vt & animus recreabili delectatione ſatietur & piſcium copia nullis tempeſtatibus ſubducatur. Meritò ergo Como nomen accepit, quæ tantis lætatur compta muneribus. Hic profectò lacus eſt nimis ampliſſimæ vallis profunditate ſuſceptos, qui concharum formas decenter imitatus, ſpumei litoris albo depingitur. Circa quem conueniunt in coronæ ſpeciem excelſorum montium pulcherrimæ ſummitates: cuius D ora prætoriorum luminibus decenter ornata, quaſi quodam cingulo Palladiæ ſyluæ perpetuis viriditatibus ambiuntur. Super hunc frondoſæ vineæ latus montis aſcendunt. Apex autem ipſe, quaſi quibuſdam capillis, caſtaneatum denſitate criſpatus, ornante natura depingitur. Hinc riui niueo candore relucentes in ' æream laci ' altitudine præcipitante deſcendunt. Huius finibus ab auſtro veniens 2 Addua fluuius, faucibus apertis ' excipitur. Qui ideo tale nomen accepit, quia duobus fontibus acquiſitus, quaſi in proprium mare deuoluitur, qui tanto impetu vaſtiſſimi æquoris vndas incidit, vt nomen retinens & colorem in Septentrionem obeſiore alnei ventre generetur. putes, ' quandam lineam fuſciorem in aquis albentibus eſſe ' deſcriptam: miróque modo influentis diſcolor natura conſpicitur, quæ miſceri poſſe ſimili liquore ſentitur. Hoc & in marinis quidem fluctibus fluuiorum inundatione contingit: ſed ' ratio ipſa vulgariter patet, vt torrentes præcipites limoſa fece corrupti vi-

Cumo Parauerdi. — *Comum.* — ' commodis — ' aream ' altitudinem præcipitantes. — *Addua fluuius.* — ' accipitur — ' quandã lineam fuſcorẽ. — ' deſcriptum — ' rarò

E treo ' ſint æquori diſcolores. Hoc autem iure putabitur ſtupendum, quod ſimile tantis ' qualitatibus elementum per pigrum ſtagnum videas ire celerrime: vt amnem per ſolidos campos putes decurrere, quem ſe peregrinis vndis non videas colore poſſe miſcere. Quapropter incolis harum rerum iure parcitur: quoniam amœna omnia delicata ſunt ad labores: & facilè onus afflictionis ſentiunt, qui vti ſuauibus delitiis conſueuerunt. Fruantor ergo munere regali perpetuo. Vt ſicut gaudent natiuis epulis, ita eos exultare faciat munificentia principalis.

' ſunt ' eulamitatibus

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Gaudioſo*] Hæc inſcriptio paulò plenior ac rectior in veteribus libris legitur, Gaudioſo Cancellario Prouinciæ Liguriæ P. P. Parauedor.] de quibus ſup. lib. 5. epiſt. 39. lib. 3. F o r.

F ¶ 2 *Addua fluuius*] Fluuius eſt in Inſubribus, qui per medium Larium lacum fertur, ita vt aquæ non commiſceantur. Hinc Claudianus:

Addua quo ſciſſas ſpumoſior incitat vndas.

bonos piſces nutrit, & potiſſimum Timulos. vide Plin. *lib. 3. cap.* 103. B r u t.

¶ LIGVRIBVS SENATOR Præf. præt. X V.

De ſubuentione pecuniaria pro rata, ciuibus neceſſitate grauatis.

REgale munus impetratum gaudium debet ' eſſe cunctorum, vt prouocetis ad meliora, cùm de vobis conceſſa probaueritis eſſe gratiſſima. Nam ſi ſubuenire ſemper amaritis eſt, cuiuſmodi vos æſtimatos intelligitis, quos releuatos eſſe ſentitis? Sed ne veſtram lætitiam longis prælocutionibus differamus, G (quia bonarum rerum celerrima ſemper deſideratur agnitio) glorioſiſſimi domini, deuotæ Liguriæ neceſſitatibus conſulentes, centum libras auri per illum atque illum de cubiculo ſuo, pietate ſolita ' deſtinauerunt. Vt iudicio veſtro, quibus eſt cauſa notiſſima, tanta vnuſquiſque huius monetæ participatione lætetur, quanta neceſſitate grauatus eſſe cognoſcitur. Ne quod afflictis datum eſt, vſurpet illæſus: ſed illi reparatis viribus conſurgant, qui damnorum ſarcina prementе corruerant. Aſtenſis autem ciuitas, quæ ſupra cæteras ſuggeritur ingrauata, diſpoſitionis veſtræ iuſtitia maximè ſubleuetur: vt ſecundùm modum diſpendij commoditate beneficij perfruatur. Somite pietatis ſtipendium tributarij & dominorum æſtimate clementiam, qui conditione mutata hoc vos ab ærario videtis accipere, quod conſueueratis inferre. Sed vt beneficia dominorum ſubtractis exactionum incommodis augeantur, celeriùs relatio veſtra nos inſtruat, quid vnicui- H que de hac ſumma relaxandum eſſe ' iudicetis: vt tantum de prima illatione faciamus ſuſpendi, quantum ad nos notitia directa vulgauerit. Quapropter piiſſimis dominis votis ſalutaribus reddite quæ debetis, vt ratio veſtra ſupplicando peragat, quod ſe in ipſo vniuerſitas recepiſſe cognoſcat.

' deſtinarunt — *Aſtenſis ciuitas.* — ' iudicatis

¶ LIGVRIBVS SENATOR PRÆFECT. Præt. X V I.

De libra, pondere, & menſuris.

STudioſè nos oportet erigere, quos ſtatuit regalis pietas ſubleuare: nam quibus dominorum clementia voluit * conſcendere, conuenit etiam ' his ſubiectos de propria dignitate præſtare. Nuper mihi gratias retuliſti, ' quod tam ſpem vobis bonorum, quam fru-

* condeſcendere ' iis ' qui

A *Libra.*

ctum aliquem conſuluiſſem. Iunitaſtis me ad beneficia, quia magna ſuſcepiſtis gratulatione promiſſa. Abſoluimus votum Iudicis obligati. Quæ fuerunt prædicta, nunc probantur impleta. Initium igitur à libra faciemus: quia vbi conſcientiam fas eſt intendere, inde debet ſermo Iudicis inchoare. Hinc eſt, quòd in ponderibus atque menſuris vos ſuggeritis ingrauatos: & ideo noſtra cura prouidebit, vt nullius vos vlteriùs ea ex parte vexare poſſit iniquitas. [Quia graue ſcelus eſſe iudicamus, aut menſuras modum excedere, aut libram æquiſſimi ponderis iuſtitiam non habere.] Milites etiam ſedis noſtræ, nec non Exactores atque Suſceptores, à quibus grauia vobis inferri diſpendia ſuſpiraſtis, præceptis noſtris fecimus conueniri: vt deductis ad liquidum ratiociniis, ſi quid fraudis potuerit inueniri, ſine aliqua dilatione perſoluant. Quia hunc noſtris temporibus ' confitemur inimicum, vt alter alterius lætetur incommodo.]Nunc ad apparatum florentiſſimi exercitus vota conuertite, vniuerſa ſine querela vel tarditate aliqua procurantes. Efficaciter enim me ad omnia benigna conſtringitis, ſi gratanter quæ ſunt iuſſa completis. Lætus obediat, quem cauſa generalitatis inuitat. Illa ſola dolere debent ' ſtipendia, quæ ſtudio videntur cupiditatis impoſita. Nam quod pro rerum neceſſitate præcipitur, inde prudentium animus non grauatur.

Graue ſcelus, peccare in menſura vel pondere.

'profitemur

B

'diſpendia

¶ PROMOTIONES OFFICII PRÆTORIANI, Quæ * natale Domini fiunt, xvii.

*Natali

De natali Domini die.

Natalis Domini feſt.

SI hodierno die redemptionis inuenimus natale remedium: ſi cœleſti beneficio panditur ſpes ſalutis, conuenit etiam nos longo labore fatigatis, gaudij deferre medicinam: vt ſuperna bona, quæ periclitanti mundo collata ſunt, generaliter ſentiantur. [' Alioqui piaculum quoddam eſt, inter triſtes velle gaudere: & humanitatis refugit affectum, qui dolorem non ſequitur alienum.] Contrà ' quantò ſe meliùs excitat de communione lætitia? ' quantum incitamentum magnæ alacritatis eſt, plurimos videre gaudentes? Hinc eſt, quod ſapientes mortale genus vnum hominem eſſe teſtati ſunt: quoniam omnes à cunctis caſibus ſuis indiuiſos eſſe voluerunt. Quapropter vnuſquiſque iuſtæ matriculæ ſeriem, tua deſignatione vulgetur. Vt quem loci ordo poſtulat, ' gradus promotionis aſcendat. Egrediatur vnus, vt anteponat vniuerſos. Totam ſequentium ſeriem ad prouectum trahit, dum prior militiam perfunctus exierit.

'alioquin

C

Inter triſtes gaudere, nefas.

'tanto quanto

Mortale genus vnus homo.

'gradibus

' DE CORNICVLARIO QVI Egreditur. xviii.

'Antianum

Tribuni & Notarij adorare aſpectus principales.

D

AMplectenda eſt promotionum grata ſolennitas, quæ benemeritorum ſoluit excubias: quia tyronibus conceditur; ſpes laboris, dum viciſſitudo fuerit reddita veteranis. Et ideo ' Antianum, qui prætorianis inculpabiliter paruiſſe perhibetur obſequiis, inter Tribunos & Notarios ad adorandos aſpectus propter principales. Vt iuxta conſuetudinem præſentatus, Spectabilitatis decoretur inſignibus.

¶ DE CORNICVLARIO QVI Accedit. xix.

De eadem.

OPtatus ad optata perueniens, ſui nominis ſortiatur effectum. Et ideo ſupradictum aſſiduis laboribus comprobatum, Cornicularioꝝum ſumere cenſemus * effectum. Vt iure inter primates aſſiſtat, qui tyronum inculpabiliter egit excubias.

E

* officiū

Excubia tyronum.

¶ DE PRIMISCRINIO QVI EGREDITVR. xx.

De Primiſcrinio.

OLim quidem efficaciter peragens imperata, meruiſti multorum bona iudicia: ſed nunc & diuino fauore commendatus erigeris, quando militiæ laboribus perfunctus eſſe monſtraris. Quapropter Spectabilitatis honore ſuffultus, inter Tribunos & Notarios [1] venerandam purpuram adoraturus accede. Vt per ſacros aſpectus principis tuæ ſubſiſtat firmitas dignitatis.

Adorare purpurā.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Venerandam purpuram adoraturus accede.*]Pro intellectu huius loci vide quæ notaui ad epiſt. 31. infra hoc eodem libro.

F

¶ DE PRIMISCRINIO QVI ACCEDIT. xxi.

Promotio ad Primiſcriniatum.

DIfferri non patimur merita fidelium: vt ad ſtudia bonorum actuum prouocemus vota cunctorum. Demus igitur quæ ſunt iuſta, laboribus: vt prouectu priorum inuitemus corda ſequentium. Atque ideo Andreas, qui Prætorianis faſcibus inculpabiliter noſcitur obſequutus, gradum feliciter Primiſcriniatus aſcendat. Vt locum, quem verſutia neſciuit exquirere, ſe gaudeat probis moribus inueniſſe.

G

¶ DE SCRINIARIO ACTORVM. xxii.

Promouetur quis ad curam actorum ſcriniorum.

IVſtè potentiora conſequitur, qui de commiſſa ſibi negotij perfectione laudatur. Et ideo Catellum, quem matriculæ ſeries fecit accedere, noſtra auctoritate quoque ' Actorum Scriniorum curā præcepit obtinere.

'auctorū ſcriniarij

¶ DE CVRA ' EPISTOLARVM. xxiii.

'Epiſt. Canonicarum

Prouehitur quis ad curam Canonicarum Epiſtolarum.

COnſtantiniani merita licet plures aſſerant, adſtipulatio quoque noſtra commendat. Tanta eſt etenim in eo ſinceritas mentis, vt & iudice teſte mereatur laudari. Hic itaque epiſtolarum Canonicarum curam prouectus accipiat. Vt ampliùs momenta ſuæ integritatis exhibeat, quando fidem publicam ſibi reſpicit eſſe commiſſam.

Epiſtola Canonica.

H

¶ DE SCRINIARIO CVRÆ MILITARIS. xxiv.

De dignitate Scriniarij curæ militaris.

COnuenienter honoris præſtat augmentum probitas actionis, nec decet differri, quem * decenter efficacem ' contigit approbari. Hinc eſt, quòd Lucillum Scriniarium Curæ Militaris eſſe præcipimus: exhibiturus obſequium, cui ſe meritò non dubitat attributum.

*frequēter

'cōtigit

¶ DE

A

¶ DE PRIMICERIO EXCEPTORVM xxv.

Inſtituitur quis Exceptorum Primicerius.

DEcet, nos incunctanter tribuere promotionis aſcenſus, quos labor militiæ meretur aſſiduus. Sicut enim æquum eſt, 'deſidioſis laborantium præmia denegare, ' ita conuenit excubantibus remunerationis optata concedere. Et ideo Patritius Exceptorum Primicerium ſe à nobis nouerit inſtitutum: vt ad tale perductus officium placuiſſe ſuarum merita gaudeat actionum.

'itaque

¶ DE SEXTO SCHOLARIO xxvi.

De officio Sexti Scholaris.

B

DIgnus eſt noſtro iudicio promoueri, qui à multis Præſulibus meruit approbari. Vni enim acceptum fuiſſe, interdum gratia eſt: multis placuiſſe, iudicium. Iuſtus igitur locum Sexti Scholaris ſe nouerit conſecutum, inuenturus militiæ præmium, cùm ſe actibus ſtuduerit ' ſociare fidelibus.

'exercere

¶ DE PRÆROGATIVARIO. xxvii.

De officio prærogatiuarum.

QVia Ioannem non æſtimet meritò eſſe promouendum, qui noſtro iudicio ' Cancellorum olim ' ſumpſerit officium, & tunc iam prærogatiuam conſcientiæ meruit, quando * decreti munus iudicialis accepit? Fruator itaque gaudio & ordinis & honoris, qui moribus noſcitur placuiſſe laudatis. Hunc igitur * prærogatiuatum ſententia noſtra confirmat, vt gradus potiùs emeriti deuotioribus animis publicè ' pareat, iuſſioni.

Cancelli. 'Cancellariorum 'ſumpſit *ſecreti *prærogatiuarii 'pereant

C

¶ DE COMMENTARIENSE. xxviii.

De officio commentarienſium.

IVuat benemeritorum votis beneficiis reſpondere vicariis: vt deuotiore mente poſſit obſequi, qui meruit anteferri. Quapropter * Cheliodorus Commentarienſium fruator officio. Digne, ſiquidem eius integritati committimus, quæ cuſtodienda eſſe cenſemus.

*ſcrib. Heliodorus

¶ DE REGENDARIO. xxix.

De officio Regendarij.

AEquitati videtur accommodum, ſi efficaci actione laudatis digna moribus viciſſitudo præſtetur. Habet enim ſuam gloriam, qui penſatis excubiis ad militarem noſcitur promouere fortunam. Hinc eſt quod ' Cartherium Regendarij locum feliciter obtinere cenſemus: vt ſpe futuri prouectus, auidiùs prætorianis poſſit inhærere laboribus.

D

'Cartarium Regendarij

¶ DE PRIMICERIO DEPVTATORVM, ET De primicerio Auguſtalium. xxx.

De officio primicerij Deputatorum atque Auguſtalium.

DIgnum eſt, vt ſequatur vota fidelium fructus laborum: & ſuperior gradus excipiat, quos geſtarum rerum integritas ' effecta commendat. Hinc eſt, quod Vrſum Primicerium Deputatorum, atque ' Beatum Auguſtalium eſſe, cenſemus. Vt qui ad maiora prouecti ' tenduntur officia, prædicanda conſcientiæ ſequantur exempla.

'affectata

E

'Beatum Primicerium 'videntur

¶ DE PRIMICERIO SINGVLARIORVM QVI Egreditur. xxxi.

De officio primicerij ſingulariorum.

DEcet palmæ præmia conſequi, qui Sacramentis militaribus videntur eſſe perfuncti: quia diutinus labor ſibi vendicat, quod inexperta vix poteſt inuenire nobilitas. Et ideo quoniam Vrbicus Primiceriatus ſui noſcitur tempora peregiſſe [1] inter Domeſticos & Protectores ſacram purpuram adoraturus accedat. Vt venerandis clarificatus aſpectibus, militaribus excubiis ſe gaudeat liberatum.

Purpurā adorare.

NOTÆ VARIORVM.

F

¶ 1 *Inter domeſticos & protectores ſacram purpuram adoraturus accedat.*] Differentiam eſſe inter domeſticos & protectores conſtat: nam hi armatam militiam ſubeuntes non ſolum defendendi corporis ſui, verumetiam protegendi lateris noſtri ſolicitudinem patiuntur: vnde etiam protectorum nomen ſortiti ſunt, & in acie. Alij vt indicio nominis apparet, familiarius militant & ſunt domeſtici protectores. Sed ex iis alij fuêre pedites, alij equites, vt alij comites domeſticorum equitum, alij comites domeſticorum peditum: viri illuſtres à quibus domeſtici regebantur, cum eis licitum erat attingere ac adorare purpuram principis, *l. 2. C. de fabricenſ. l. 1. Cod. de domeſticis*, in ſalutandis etiam & oſculandis vicariis præfecto prætorio, ac multò magis præſidibus admittantur, quæ omnia ſummi honoris loco tribuuntur, & ſic in *l. 109. C. Theod. de decur.* oſculum his in prouincia iudicantium, & conſeſſus indultus ſit. BROS.

G

¶ DE PRIMICERIO SINGVLARIORVM Qui accedit. xxxiii.

De officio primicerij ſingulariorum.

ADeſt militaribus obſequiis integritas iudicantis: quia gratanter exoluit quod deberi iuſtè cognoſcit. Quapropter Pietius Primicerium Singulariorum ſe noſtra auctoritate cognoſcat effectum. Si qua ſunt talia fiducialiter ' ſuggerentur. Quia non eſt hæſitationis metus, [1] vbi non eſt iudicis venalis * auditus.

'ſuggerantur *Fortè, aditus

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Vbi non eſt iudicis venalis auditus*] meritò quis addubitet, num rectiùs aliquantò legatur, *aditus*, *arg. l. 1. Theod. de off. rect. prouinc. non ſit venale iudicis veſtibulum, non ingreſſus redemptio.* Tullius in Verrem. *Vt adeas, tantùm dabis.* Saluianus Maſſilienſis *lib. 3. de prouidentia: Intra ianuas non modo illuſtrium ſed etiam præſidum aut præpoſitorum, non omnes paſſim intrare præſumunt, niſi quos aut iudex vocauerit, aut negotium traxerit, aut ipſa honoris proprij dignitas introire permiſerit ita vt ſi quiſpiam ingreſſus inſolenter fuerit, aut cædatur, aut propellatur, aut aliqua verecundiæ atque exiſtimationis ſuæ labe mulctetur.* Valentin. & Valens Impp. *apertis foribus intrò vocatis omnibus, &c. l. 2. C. Theod. de off. rect. prouinc. l. 9. quiſquis, Cod. Theod. de hæretic. aperiat forum, &c.* Nolim tamen ab antiqua & edita lectione *auditus*, facilè recedere. Nam aures præbere dicitur iudex. Martian. *Nouell. 1 lib. 3.* neminem exhiberi de prouinc. *integras adeuntibus aures præbere.* Contrà, *aures obſeratæ.* Valer. Maximo *lib. 7. c. 3.* FOR.

H

A

¶ DE CONCEDENDIS DELEGATORIIS. XXXIII.

Conceſſio Delegatoriorum.

MOtas intercipit, quem præſtandi conſuetudo conſtringit: quia plus ille ad beneficia compellitur, qui innata beneuolentia commouetur. Neque enim decet, vt noſtrorum factorum diſſimiles eſſe debeamus: dum oporteat creſcere numeratiſtrare remedij, cui adminiſtrationis tempora videntur augeri. Et ideo de præſenti vobis Delegatorios noſtra largitur humanitas. Vt tunc habeatis commoda præmij, quando eſtis & ſudoris ' terminum conſecuti. Non vos anxia mora ſuſpendimus, nec cruciabili dilatione fatigamus. Vnus ſit finis ſolicitudinis & laboris. Nam differendum quis putet, ſi beneficia ſua vendere non retractet?

'præmia

B

ANTIANO SVGGERENTE DICTVM EST. XXXIV.

PEtitionem tuam retinebit officium, donec conſenſum ſequentium, dum facultas fuerit, inquiramus: quia vni incautè creditur, quod eſt à ' plurimis aſſerendum. Ite omnes prouecti. Eſtote cuncti feliciter approbati. Nil ſuſtinuiſtis dubium, dum omne iudicium habeatur incertum. Sola nos alpha complectitur, vbi ea litera non timetur. Sic enim vnuſquiſque proprio vſus eſt voto, tanquam de alieno non ' pependiſſet arbitrio.

'pluribus

Alpha.

'dependiſſet.

DE LEGATORIA. XXXV.

De exigendis tributis in prouincia ſibi commiſſa.

C

SI Olympiaci currus agitator rapit præmia poſt labores: ſi ferarum certamen inhoneſtum velociter ſolet coronare victores: quam celeritatem remunerationis merebitur, à quo laudabiliter militiæ Sacramenta peraguntur? Cur enim agentium in rebus miles officij poſt tot ' labores incerto aliquid patiatur ambiguum, qui crebris actionibus excubando, idem principis nomen habere promeruit, quia militiæ Sacramentis cæteros antecellit? Obſeruabit enim iugiter imperialibus iuſſis: & vt reuerentiam Prætorianæ ſedis extolleret, tunc ad eius venit obſequium, quando vocabulum cœpit habere præcipuum. Tales ' ergo tardare, piaculum eſt: quia 1 poſt palmam nemo dilatus eſt. Votiuum non poteſt dici, quod triſtis ſuſcipit. Grauamina nulla metuant abſoluti: ne portus hoc ingerat liberis, quod facere potuit procella vexatis. Quapropter experientia tua de illa prouincia ex illatione * tertia, ' fiſcalium tributorum Solidos, quos Principi Auguſtorum prouida deputauit Antiquitas, ſine aliqua dilatione perſoluat, quos noueris tertiæ decimæ Indictionis rationibus imputandos. Sed caue 2 venales moras: declina damnoſa faſtidia: vt qui deſideras ſimilia conſequi exemplum tibi non videatis intuliſſe diſpendij. Quapropter poſcentem ſubmoueas, ſi te actionis tuæ qualitate conſtringas. Honorabiles quidem à cunctis habendi ſunt veterani: ſed ab ' his maximè, qui militiæ labore detinentur. Tibi ergo præſtas, quod parcis alteri: quoniam indemnitas prioris ' lucrum potius fit ſequentis.

Ludorum olympicorum præmia.

'laborum incerta

'igitur

*tertiarũ

'fiſcalia

D

Venales moræ.

'iis

'lucris

NOTÆ VARIORVM.

¶ * 1 *Poſt palmam.*] Hoc ſenſit ſtatim poſt pugnam victori præmium concedi ſolitum. PET. FAB. *in agon.*

¶ 2 *Venales moras*] venalem dilationem ſuprà hoc lib. epiſt. 7. Venalitas ſtudij, Maiorani *Nouell. 7. de bon. caduc.* FOR.

¶ ANATHOLICO CANCELLARIO Prouinciæ Samnij Senator Præf. Præt. XXXVI.

E

De prouiſione facienda illi qui inculpabiliter eſt officium executus.

QVi laborioſas excubias & officia magnæ ſedulitatis inuenit, rationabiliter & temporis definita conſtituit: vt quod erat ſub vitæ termino poſitum, præmium non haberet incertum. Alioqui quis ſufficere ſemper & expectare poſſet, cum ſe mortalibus lux ipſa ſubduceret? Qua de re ſub incerta vita, certa militia eſt. Nec habet, quod poſſit metuere qui ad deſignatum tempus inoffenſè meruit peruenire. Aſtra ipſa, vt aſtronomi volunt, licet aſſidua repetitione voluantur, curſus ſui definita cuſtodiunt: ne quid eſſet ambiguum, quod fine proprio tenetur incluſum. Saturnus annis triginta conſtituta ſibi cœli ſpatia peruagatur. Stella Iouis duodecim annis attributam ſibi regionem illuſtrat. Martis ſidus, ignea celeritate raptatum, decem & octo menſibus deputata ſibi ' diſcurrit. Sol anni ſpatio Zodiaci circuli Signa præteruolat. Aſtrum Veneris menſibus quindecim ſpatia conceſta tranſcendit. Mercurius, velocitate ſuccinctus, tredecim menſibus propoſita ſibi interualla prætervehit. Luna, peculiari nobis vicinitate proximior, triginta diebus peragit, quod anni ſpatio Sol aureus circumactus impleuerit. Merito ergo laboris finem mortales inueniunt: quoniam, vt Philoſophi dicunt, & ipſa quæ deficere nequeunt niſi cum mundo, curſus ſui terminos rationabiliter acceperunt: hac tamen interueniente diſtantia, quod illa opus ſuum finiunt, vt ad principium redeant. Humanum genus ideo militat, vt peractis ſudoribus conquieſcat. Et ideo illi qui inculpabiliter Corniculatij eſt perfunctus officio, ſeptingentos Solidos, quos & longæua conſuetudo deputauit, per illam Indictionem de Samnij prouincia ex illatione tertia ſine ambiguitate contrade. Quia non poteſt dubitare de præmio, quem vera ' principis commendat aſſertio. Præfuit enim curibus Secretarij Prætoriani, vnde ei nomen eſt deriuatum: laudatis actionibus ' comprobatus: eo miniſtrante calculum ſcripſimus ', inempti, quod magnis pretiis oprabatur impleri: gratificati ſumus, cui leges fauerunt: negauimus, cui iuſtitia non promiſit. Nemo triſtis extitit de victoria ſua: quia ſaluis facultatibus obtinuit, quando vt fieret ſuperior non redemit. Noſtis omne quod loquimur, neque enim in cubiculis noſtris ſecretaria ' noſtra peracta ſunt. Quod egimus, cohortes nouerunt. 'Sumus nimirum ad nocendum priuati, ad præſtandum Iudices. Diſtrictio noſtra in verbis eſt habita, & in factis ſenſa benignitas. Iraſcebamur placati, minabamur innoxij: & ne potuiſſemus lædere, terrorem videbamur inferre. Habetis, vt ſolebatis dicere, caſtiſſimum Iudicem, relinquam vos integerrimos teſtes.

Aſtrorum curſus ſiniti.

F

'decurris

G

'iudicis

'comprobatum

'inepti

'veſtra

'Fuerimus

Comminationes iudicum.

H

¶ LVCINO NVNC CANCELLARIO Campaniæ Senator Præf. Præt.

Præmia dignis collata.

BEne antiqua moderatione prouiſum eſt, vt laboris ſui pretia recipiant, qui publicis vtilitatibus obſecundant: ne quis ' haberetur præteritus, qui probabili fuerat actione laudandus. Nam cui officio remuneratio ſolueretur, ſi Prætorianis laboribus tardaretur? Quicquid enim penè in Repub. geritur, eorum ſtrenuitate completur: & quod difficillimum ſeruiendi genus eſt (ſic enim cogitur omnia implere, vt non permittatur excedere) exercitibus paret, armatis obtemperat, & inde reportat gratiam vbi inuenire poteſt alter offenſam. Quid publicas ' ratione perdifficiles

'haberẽt

'illationes

minutias

A minutias referamus eſſe collectas : quas magna ſubtili-
'offerre tate compoſitas, & ab illis exigunt, quos ' offendere
non præſumunt. Eorum aſt etiam ſudoribus applicandum,
dum, quod victuales expenſæ, longè quidem poſitæ,
ſed tanquam in vrbe regia natæ, ſine querela prouin-
cialium congregantur, quia dum ſuis temporibus ali-
quid aptè quæritur, danti diſpendium non paratur.
Actus ipſorum, noſtra gloria eſt : opinio temporum,
virtus explicabilis iuſſionum & quicquid pro conti-
'homini-bus nendis ' omnibus gratificationis accipimus, eorum
iuſtè prouiſionibus applicamus. Splendeſcunt vſu ipſo
laboribus attriti, qui reddunt homines ſemper inſtru-
ctos : labores inquam, violenti magiſtri, ſolliciti pæda-
gogi, per quos cautior quis efficitur, dum incurri pe-
ricula formidantur. Erudiatur quis forenſibus literis,
alter qualibet diſciplina doceatur. Iſte tamen inſtru-
ctior redditur, qui actu continuæ deuotionis eruditur.
Et ideo talibus cum honore ſoluendum eſt, quod me-
accipiat acquirebant rentur : vt & ſibi aliquando ' accipiat, qui ſemper Rei-
pub. vtilitatibus ' acquirebat. Quocirca illi Primiſcri-
B nio, iam militiæ labore perfuncto, ex canone prouin-
ciæ Campaniæ, tertiæ illationis tot Solidos ſolenni-
ter te dare cenſemus : vt & ille iuſtis laboribus per-
fruatur, & poſteri eius exemplum liberæ famulationis
'ſalute hunc accipiant, cum eum pro ' ſua fide bene habitum fuiſſe
cognoſcunt.

¶ IOANNI CANONICARIO THVSCIÆ
Senator Præſ.Præt.XXXVIII.

Mittitur pecunia pro chartis conficiendis, laudatúrque antiquorum prouidentia de conſeruatione ſcripturarum.

Antiquitas, verè moderatrix Charta.
MOderatrix rerum omnium diligenter deſiderauit
Antiquitas, vt quoniam erat plurimis per noſtra
ſcrinia conſulendum, copia non deeſſet procurata
chartarum : quatenus cum Iudices multis profutura
'mores decernerent, odioſas ' moras dulcia beneficia non ha-
C berent. Hoc munus ſupplicantibus datum eſt, ne ſuarè
'cōſtringerent ' conſtringeremur ad commodum, pro quibus à largi-
tate publica conſtabat acceptum. Ademptus eſt impu-
dentiſſimus exactionibus locus : ſpecialiter à damnis
exemit, propter quos principis humanitas dedit. Pul-
Memphitica miracula. Nilus. chrum planè opus Memphis ingenioſa concepit, vt
vniuerſa ſcrinia veſtitet, quod vnius loci labor ele-
gans texuiſſet. Surgit Nilotica ſylua ſine ramis, ne-
mus ſine frondibus aquarum ſeges, paludum pulchra
cæſaries, virgultis mollior, herbis durior, neſcio quæ
'teneritudo vacuitate plena, plenitudine vacua, bibula ' teneritu-
dinis ſpongeum lignum, cui more pomi robur in cor-
tice eſt, mollicies in medullis, proceritas leuis, ſed
'fide ipſa ſe continens, ' fœdæ inundationis pulcherrimus
'prudentium ſenſus fructus. Nam quid tale in qualibet cultura naſcitur,
quàm illud vbi ' prudentum ſenſa ſeruantur ? Pericli-
Charta inuenta tabantur ante hoc dicta ſapientum, cogitata ' Maio-
D rum. Nam quemadmodum velociter potuiſſet ſcribi,
vtilitas. 'Malorū quod repugnante duritia corticis vix poterat expediri?
Ineptas nimirum moras calor animi ſuſtinebat, & cum
differebantur verba, tepeſcere cogebantur ingenia.
Hinc & priſcorum opuſcula libros appellauit Antiqui-
Libri vnde dicti. tas. Nam hodie quoque librum virentis ligni vocita-
mus exuuias. Erat indecorum, fateor, doctos ſermo-
nes committere tabulis impolitis, & in veternoſis ra-
malibus imprimere, quod ſenſualis poterat elegantia
reperire. Grauatis manibus paucis memoriam commo-
nebat, nec inuitabatur plura dicere, cui ſe talis pagina
videbatur offerre. Sed hoc primordiis conſentaneum
fuit : quoniam rude principium tale debuit habere
commentum, quod prouocaret ingenia ſequentium.
Inuitatrix pulchritudo chartarum affluenter dicitur,
vbi exceptionis ſubtrahi materia non timetur. Hæc
enim tergo niueo aperit eloquentibus campum, co-
pioſa ſemper aſſiſtit : & quo fiat habilis, in ſe reuolu-
ta colligitur, dum magnis tractibus explicetur. Iun- E
ctura ſine rimis, continuitas de minutiis, viſcera ni- *Vſus chartarū.*
uea virentium herbarum, ſcripturabilis facies, quæ ni-
gredinem ſuſcipit ad decorem, vbi apicibus eleuatis
fœcundiſſima verborum ' plantatrix ſeges fructum 'plantata
mentibus ' toties ſuauiſſimum reddit, ' quoties deſide- 'totiens 'quotiens
rium lectoris inuenerit : humanorum actuum ſeruans
fidele teſtimonium, præteritorum loquax, obliuionis
inimica. Nam memoria noſtra etſi cauſas retinet, ver-
ba commutat. Illic autem ſecurè reponitur, quod ſem-
per æqualiter audiatur. Quapropter deputatam ſum-
mam tot Solidorum de Thuſcia prouincia illi ex illa-
tione tertia te præbere cenſemus,* tertiam decimæ In- *tertiæ
dictionis rationibus imputandam : quatenus ſcrinium
publicum integritatem fidei ſuæ laudabili debeat per-
petuitate ſeruare, quod defectum inter mortalia neſ-
ciens, annua cumulatione ſemper augeſcit, noua iugiter
accipiens, & vetuſta cuſtodiens.

VITALIANO V. C. CANCELLARIO F
Lucaniæ & Brutiorum Senator Præſ.
Præt. XXXIX.

Remittitur Prouincia humanitatis intuitu medietas tributariæ functionis.

APparet, quantus in Romana ciuitate fuerit popu-
lus, vt eum etiam de longinquis regionibus co-
pis prouiſa ſatiaret : quatenus * circumuectæ peregri- * lectæ prouinciæ
norum victui ſufficerent, cùm illis ' vbertas aduecta 'libertas
ſeruaret. Nam quàm breui numero eſſe poterat, qui
Mundi regimina poſſidebat ? Teſtantur enim turbas ci-
uium ampliſſima ſpatia murorum, Spectaculorum di- *Romæ amplitudo.*
ſtenſus amplexus, mirabilis magnitudo thermarum, &
illa vniuerſitas molarum, quam ſpecialiter contribu-
tam conſtat ad victum. Hoc enim inſtrumentum, niſi
fuerit vſuale, neceſſarium non habetur : ' quoniam nec 'quando
ornatui poteſt proficere, nec parti ' aliæ conuenire. De- 'alij
nique hæc, quaſi veſtimenta pretioſa corporum, ita
ſunt iudicia ciuitatum : dum nullus acquieſcit ſuper- G
flua facere, quæ ſe nouit magnis pretiis explicare. Hinc
enim fuit, vt montuoſa Lucania ſues ' penderet, hinc *Lucania. Brutij.*
vt Brutij boum pecus indigena vbertate præſtarent. 'pēderes
Fuit nimirum vtrumque mirabile, vt & prouinciæ
tantæ ciuitati ſufficerent, & ſic ampla ciuitas ' earum 'eorum
beneficiis victualium indigentiam non haberet. Erat
quidem illis glorioſum Romam paſcere : ſed quanto
diſpendio videbatur poſſe conſtare, adducere ' tam 'quam
multis ' itineribus, quæ darentur ad pondus : dum quæ 'mulieribus
probantur decreſcere, nullus poterat imputare. Reda- *Pondus.*
ctum eſt ad pretium, vbi pati non poterant detrimen-
tum, * quæ nec itineribus minuuntur, nec laboribus * quod nec itineribus imminuitur
ſauciantur. Intelligant prouinciæ bona ſua. Nam ſi an-
tiqui eorum fuerunt ad diſpendia deuoti, cur iſti non
' ſint ad compendia ſoluenda munifici ? Et ideo am- 'ſunt
bos titulos in aſſem publicum iam redactos diligentia
tua ſtatutis illationibus procurauit : ne meis tempori- H
bus negligentes eſſe videantur, qui alienis dignitatibus
laudabili integritate paruerunt. Nam licèt & alias pro-
uincias ' ſtuduerim reficere, ' nil tamen in ' aliis actum 'ſtuduerint 'nihil 'illis
eſt, quod voluerim vindicare. Senſerunt me Iudicem
ſuum, * & quibus priuatus ab auis atauiſque profui, *at
viuaciùs * niſus ſim meis faſcibus adiuuare : vt me ag- * viſus ſum
noſcerent retinere affectum patriæ, quos in meis pro-
uectibus ' ſentiebam propenſa exultatione gaudere. Pa- 'ſentiebāt
reant ergo non compulſione aliqua, ſed ſuo more.
Quando & hanc ſummam illis ' minutò quæ ſolebat 'imminui
offerri. Nam cùm mille ducenti Solidi annuis præſta-
tionibus ſoluerentur, ad mille eos regia largitate reuo-
caui, vt exultarent gaudiorum ' crementis de oneribus 'incrementis
imminutis.

¶ 1 * INDVL

¶ 1 * INDVLGENTIA XI.

Senatoris propoſita deliberatio de relaxatione captiuorum.

QVamvis nomen ipſum Iudicis dicatum videatur iſſe Iuſtitiæ, & totius anni orbitam æquitatis iubeamur ambulare veſtigia: ˈhis tamen diebus in domicilium Pietatis iura deflectimus: vt ad Redemptorem omnium remiſſionis itinere peruenire poſſimus. Ex hac enim virtute ſuauiſſimos fructus legimus, & remittendo aliis nobis parcimus. Nam 2 qui periculoſè iuſti ſumus, ſub ſecuritate ſemper ignoſcimus. Quapropter pœnas ˈabdicamus, tormenta damnamus, & tunc verè iudices ſumus. Macte Indulgentia, quæ ſolaris & præſul es. Tu patrona humani generis, tu afflictis rebus * medicina ſingularis. Quis tuo non egeat munere, cum ſit peccare commune? Ab vniuerſis neceſſariò peteris: quando ſub te ſpes vitæ ſumitur, quæ ſub Iuſtitia non habetur. Nam ˈdum tribus aliis ſororibus cæleſti gratia perfruaris, & amabili amplexatione nectamur, omnes tibi (quamvis & ipſæ virtutes ſint) honorabiliter cedunt: quando te humano generi ſaluiferam eſſe cognoſcunt. Sed quid tantùm de terrena conuerſatione dicamus? Pietas eſt, quæ regit & cœlos. O ſi terrum liceret longis temporibus habitare, totus excluderetur reatus, & parcendo fieret, vt * ˈpæne ˈtolleretur. Sed prouidentiſſimè tanta res feriis ſolùm temporibus videretur eſſe conceſſa: vt gratiùs mundus acciperet, vnde pro rerum nouitate gauderet. Quapropter abſtine noxiam lictor ſecurim, cui licet impunè facere, quod in aliis cognoſceris vindicare, ama paulisper ferrum ſplendidum, non eruentum. Catenas tuas lacrymis madidas felicior rubigo ſuſcipiat. Illud potiùs recondé, quod ˈſolebas incidere. Auditoria feralium vocum meliore ſorte muteſcant. Sit te vera nomen cuſtodia ſine mortibus alienis, quid ſemper inferis laboras? aliquando & Superis milita. Otium tibi clemens actus ˈincidit. Qui iuſtitiæ inexorabili excubat, neceſſe eſt, vt eum pietas benigna diſcingat. Et ideo 3 cella gemituum, triſtitiæ domus, apud Superos Plutonis hoſpitium, locus perpetua nocte cæcatus, tandem infuſione lucis albeſcat: in qua non vnum tormentum ſuſtinet reus, qui antequam incurrat, necis exitus à Supernis probatur abſciſſus. Primùm pedor ille, collega catenarum, abominabili mœrore diſcruciat, auditum alieni gemitus & lamenta conturbant, guſtum ieiunia longa debilitant, tactum pondera prementia defatigant, lumina diutiùs tenebris obtuſa torpeſcunt. Non eſt vnum elatis exitium: multifaria morte perimitur qui carceris ſqualore torquetur. Nunc ergo reos de Auerno tuo victuros emitte. Redeant ad Superos, qui ex magna parte Inferos pertulerunt. Atria ſua vacuitatibus impleantur. Locus ille perennium lachrymarum quondam triſtes incolas ˈperdat. Non ſunt inde, qui læti ſunt: qui tunc profectò habebit gratiam, ſi deſertus appareat. Exite incluſi, vicina morte ſemper pallentes. Redite ad lucem, quos caligantes tenebræ poſſidebant: nihil ampliùs optata morte paſſuri, quòd adhuc poteratis occidi. Sed vos, qui nulla deberis ambitione iam decipi, delicta relinquite cum catenis, dierum beneficiis abſoluti. Viuite nunc honeſtè, qui didiciſtis ſuperſtites mori. Cognoſcite, quàm beneficialis ſit bona conuerſatio: altera contulit teterrimum carcerem, hæc nouit ſplendidam tribuere libertatem. Illa præſtabit, vt velitis viuere: illa dedit, vt ˈeligeretis iam perire. Si leges aſtringunt, vlteriùs vos nullus includit. Secreta paueſcite, ad forum ſine trepidatione venite. Illa iuſtè refugitis, per quæ triſtia pertuliſtis. Mirentur vos liberos, qui viderunt reos. Odiſſe debetis ˈquod vos tradidit neci. Pecora ipſa vitate norunt, quæ ſe læſiſſe cognoſcunt: itinera ˈilla non repetunt, vbi in foueam corruerunt. Tenaces laqueos auis capta declinat, hærentem viſcum alis ſuſpecta non inſidet. Piſceus Lupus arenis ſe mollibus, vt plumbati lini inſidias euadat, immergit: cuius vt ſupradicta retia eius tergum fruſtra diſſerint, alacer in vndas exilit, & vitati periculi gaudio liberatus agnoſcit. Scarus eſca pellectus, cùm iunceum carcerem eccepit introire, mox vt ad ſe exitium ſuum inuitatum fuiſſe cognouerit, in caudam labitur, paulatim ſe ab anguſto ſubducens. Quem ſi alter ˈeiuſdem generis cognouerit irretitum, extrema eius mordicus trahit: vt qui ſibi captus non poteſt ſubuenire, alterius ſolatio probetur euadere. Sic & Sauri argutum piſcium genus, à velocitate nominati, cùm ſe in inſidias neuuſas impulerint, quaſi quibuſdam funibus æquabiliter illigati, totis nixibus trahentes retrorſum, ˈſocios conantur liberare ˈcaptiuos. Plura ſunt, ſi talia perquirantur. Omnia enim, quæ poſſunt habere contrariis facilis caſus abſumeret, ſi curam ſalutis propriæ non haberent. Ad te Clauſtrorum magiſtrum verba reuocemus. Patere, pœnale ſecretarium tuum innocenter eſſe ſecretum. Torqueris quidem, quòd nullus affligitur: à communibus gaudiis mœſtus exciperis, dum tibi ſoli non parcitur venia generali, liuidæ inuidiæ comparandus. Suſtine de omnium ſecuritate iacturam, qui habuiſti de multorum afflictione lætitiam. Sed vt tuos quoque gemitus conſolemur, illos tibi tantummodò vendica, quos lex pietatis gratia non relaxat, ne cum truculentis parceret, aſperrimis facinora leuigaret. ˈSoluamus ergo cuncta, ſecularibus actibus implicati. Patitur omnis homo periculoſos nexus, quos ˈfeſtinat euadere. Clauſtra reos dimittant, hos vincula improbæ rogitationis abſoluant.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Indulgentia*] extat Cod. Theod. *lib. 9. tit. 39. de indulgentiis.* Hic autem propter ſancti Paſchatis diei lætitiam, & *l. 3. 4. 6. C. Theod.* religio anniuerſariæ obſecrationis vocatur, *l. 7.* Et ob Rempub. tyrannide liberatam, *l. vlt.* ſed & ob partum Criſpi & Helenæ Conſtantinus indulſit, *l. 1. eod. tit.* FOR.

¶ * 2 *Qui periculosè iuſti ſumus ſub ſecuritate ſemper ignoſcimus.*] Ait Plutarchus iuſtitiam, virginem incorruptam, pudicam ſeu verecundam, temperantem ac vtilem eſſe oportere. Præterea iuſtitiæ comitem pudicitiam aſſignat Iuuen. lib 2. Satyr. hoc eſt verecundiam, quaſi timere debeat princeps qui iuſtus eſt & politicus non vt accipiat, ſed vt inferat aliquod ſubditis malum, incommodum, iniuriam. Verecundia itaque Iuſtitiæ comes dicitur, quaſi vereri ac metuere principem oporteat, ne cui ſubditorum temerè falſa ex cauſa & contra ius pœnam infligat, præſertim cùm ſub ſecuritate etiam ignoſcatur & iuſtus eſſe niſi periculosè nemo poſſit. BRNS.

¶ * *Cella gemituum, triſtitiæ domus, apud ſuperos Plutonis hoſpitium locus perpetua nocte cæcatus.* Carcer in media primum vrbe, foro imminens ædificatus eſt, vt teſtatur Liuius, in quo barathrum fuit, quo ad vltimum ſupplicium ſontes damnati detrudebantur, quod Tullianum nuncupabatur, qua de re vide Dion. lib. 46. Eſt locus, inquit Saluſtius, In Carcere quod Tullianum appellatur, vbi paululum aſcenderis ad læuam circiter 12. pedes humi depreſſus, eum muniunt vndique parietes: atque inſuper camera lapideis fornicibus iuncta, ſed inculta tenebris odore fœda, atque terribilis eius facies eſt. BROS.

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, Variarum.

LIBER XII.

A

Nonus

¶ DIVERSIS CANCELLARIIS Prouinciarum ſingularum Senatos Præſ. Præt.

I.

Conſtituitur quis in Cancellarium ad quandam prouinciam.

NEſcio quis maior eſſe creditur,* qui de penetralibus Iudicis deſtinatur. Quoniam tantò plus æſtimatur quis amare iuſtitiam, quantò ab illo frequentiùs conſtat auditam. Per militea ſuos Iudex intelligitur: & ſicut diſcipuli magiſtri ſcientiam produnt, ſic nos obſequentium morea aperiunt.' Præceps non putatur 'obſeruaſſe moderato: auarus patuiſſe non 'aduertitur continenti: ſtultus prudentibus ſeruiſſe non creditur. Periclitamur fateor in actionibus veſtris, ſi vos mala intentione tractetis: & quod nulli accidit veſtrum, alienum vitium, noſtrum celebratur opprobrium. Suſtinemus tales caſus, quales nos in alios vindicare non poſſumus: & lex qua fruuntur cuncti, in nobis non poteſt cuſtodiri. Sed habemus iterum ex alia parte ſolatium, quod veſtra bona noſtra creduntur eſſe mandata, & nobis ociosis acquiritur, quicquid gloriæ veſtris laboribus expeditur. Si te enim aliquis ſapienter agere videat, ſtatim famam tui præceptoris exaltat: dum tale inſtitutum fuiſſe creditur, qualia geſta nihilominus ſentiuntur. Vna eſt ſententia plebis tales eſſe Iudicea, qualea vos contigerit approbari. Et ideo magnopere cauendum eſt, ne ille de vobis incipiat iudicare, cuius vos opinionem contigerit ante lacerâſſe. Vlciſcitur pœnis, qui 'inſiſtit in fabulis: vt tormentis veſtris compenſat, quod populus vulneratus exaggerat. Quàm periculoſum eſt, pati Iudicem rationabiliter iratum? & illum de fortunis tuis decernere quem te conſtat grauiter irritâſſe? Quapropter ſtude magis, vt noſtra potiùs voce lauderis. Quia ſicut te poteſt Iudicis vel ſermo aduerſus deprimere, ita proſperrima ſententia ſubleuare. Perge igitur, per illam Iudictionem, iuuante Deo, ad illam prouinciam, Cancellorum pompa decoratus, & glorioſa grauitate præcinctus. Abſens cogita præſentis pudorem. Nam quid debeas tentare 'viſe, qui militas ſub honore? Faſces tibi Iudicum parent, & dum ioſſa Prætorianæ ſedis portare credetis, ipſam quodammodo poteſtatem reuerendus aſſumis. Edicta noſtra 'imprimis obſerua, oſtende bonam te intendentibus viam. Nam cuius eſt Iudicis cuſtodire mandata, ſi militea noſtra videantur negligere conſtituta? Reginam illam procacium vitiorum Auaritiam fuge, cui cuncta crimina deteſtabili 'deuotione famulantur quæ dum pectus hominis ingreſſa fuerit, gregatim quoque malefidas cohortes admittit. Ferri non poteſt recepta, quia neſcit eſſe ſolitaria. Agmen habet blandiſſimum: arma ſuſcipit ex talentis: & per dulcedinem ſuperat, quoa amara deceptione captiuat. Proinde ad vtilitates publicas eſto ſolicitus: iniuncta morali compulſione procura. Plus agit inculcator rationis, quàm poſſit exercere terribilis. Perſona tua refugium ſit oppreſſo, 'infirmo defenſio, præſidium aliqua calamitate concluſo. Sic enim propriè noſtros Cancellus agitis, ſi læſorum impia clauſtra ſoluatis.

Marginalia: * quam — B — 'Princeps, 'obſecũdaſſe 'creditur — C — 'quod inſiſtis — *Iudicis ira.* — * videa — * iudiciis — 'in primis — D — *Auaritia.* — 'veneratione — 'infirmi — *Cancellos agere.*

¶ VNIVERSIS IVDICIBVS PROVINCIARVM Senator Præſ. Præt. c s.

E

Laus Caſſiodori.

GRatias diuinitati refero: quia & prouinciales fecerunt, quæ monui, & ego compleui omnia, quæ promiſi. Nec me ſenſit quiſquam aliqua venalitate pollutum, nec ego perculi Tributarios indeuotos. Habemus vtrique quod in vobis diligere debeamus: illi reperetunt affectuoſos Iudices, nos acquiſiuimus integerrimos præcones. Agamus itaque Deo præſtante, quod cœpimus. Poſſeſſor mihi publicas pecunias libens inſerat, ego illi in conuentus iuſtitiæ tributa perſoluam. Vobis autem commodè repetitur, quo veraciter actum eſſe ſentitur, quando de rebus præteritis ſpes magna redditur in futuris. Probaſtis enim, quia nullum coëgimus dare, quod non debuiſſet offerre. Non publicis, non priuatis à me quiſquam damnis afflictus eſt. Priſcorum terrores fecimus ignorari. Nec extraordinaria quæſiuimus, qui cuncta geri legibus optabamus. Sed nec vos ſitis in ea parte diſſimiles. Præſules imitatores eſſe dignitatis noſtræ, iura voluerunt: quibus pene eandem, quam nobis, iuriſdictionem per prouincias contulerunt. Nullum repudiat ſequenda iuſtitia, omnes clarificat, quos ſui participatione ſublimat, minorem ſe ille ſolus facit, qui ab ipſa diſceſſit. Cur accipiendi vota ſectemur? Nullam gloriam recipit, qui diues vocatur. Cõtra omni laude decoratur qui iuſtus edicitur. Deſideremus potius, quod nos precioſiores locupletibus facit. Faſcea accipimus, vt graues eſſe debeamus. Tribunalia conſcendimus, vt motum gradibus euchamur. [Nil vile, nil cupidum Iudices decet.] Claras enim ſuas maculas reddunt, ſi illi ad quos multi reſpiciunt, aliqua reprehenſione ſordeſcunt.* Alioqui expedit non videri, quã cunctorum irriſione ſignari. Omnes ergo, qui præmiorum celſa petimus, vitiorum humilia deſeramus. [Sit in nobis frons libera, vt aliorum poſſimus emendare peccata.] Æquat crimen * omne, quod inquinat, & ideo diſſimilis ab accuſato debet eſſe, qui iudicat. Hæc nos annuu ſermone conuenit loqui: quia bonarum rerum nulla ſatietas eſt. Fateor auiditatem deſiderij mei, cupio me vobiſcum velle prædicari. Veniamus nunc ad conſuera: quæ ideo debent ſuſcipi grata, quia probantur eſſe ſolennia. Quapropter, quod feliciter dictum ſit, te officiúmque tuum cum Dei iuuamine, poſſeſſores præcipimus admonere, vt tributa Indictionis tertiæ decimæ deuota mente perſoluant: quatenus trinæ illationis moderamine cuſtodito, debitam Reipub. inferant functionem. Tempora exactionum ſtatuta ſeruentur: ita tamen, vt nullus ſub immaturæ compulſionis iniuria ſe ingemiſcat exactum: nec iterum ſub turpi venalitate iudiciarum largitas damnoſa præbeatur. Dilatio enim tributi maior fit cauſa diſpendij, quando irritè ſuſpenditur, quod nullis protractionibus euitatur. 1 Expenſarum quoque fidelem notitiam, quaternis menſibus comprehenſam, conſuetudine cuſtodita, ad ſcrinia noſtra dirigere maturabis: vt totius erroris * diſcuſſa caligine, publici ratiocinij poſſit claritas apparere. Nam ſi aliter facias, te damna reſpiciunt, quæ per neglectum tuum publicis vtilitatibus ingeruntur. Et vt faciliùs poſſis, Deo auxiliante, quæ ſunt ſtatuta perficere, illum atque illum ſedis noſtræ milites, tibi officioque veſtro conſuetudinariè præcipimus imminere: quatenus ordinatio noſtra incolpabiliter ſortiatur effectum. Caue ergo ne te imparem noſtris præſtes admonitis. Quia nimis fœdum eſt, vt à quo laudãda repoſcimus, reſecanda potiùs approbemus.

Marginalia: *Caſſiodori abſtinentia.* — F — *Præſules.* — *Probrum abſit à magiſtratu.* — * al. aliquando expedit — G — nõ adiri, quã c.i.ſ. — *omnes quos — *Solennia.* — *Exactionum tempora.* — *Inducta tributi.* — *Expenſa.* — H — * deterſa

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Expenſarum fidelem notitiam quaternis menſibus.* Hinc quadrimenſtrui breues, qui de ſingulis penſionibus conficiuntur à chartulariis, & ad officium palatinũ aut præfectum prætorio tranſmittuntur, conſtat enim tribus penſionibus anni cuiuſque indictiones ſolui, *h*

A *vlt.C.de annon.& trib.l.15.& 16.C.Theod.eod.tit.* & inde ſingularum penſionum breuea quadrimenſtrui ſunt, vt hoc loco videre eſt. Hæc autem authoris verba Accurſius vſurpauit in *l.1.C.de apochis publicis,* & Marcianus Nouella *de ind.rel.* Bros.

¶ VNIVERSIS SAIONIBVS QVI SVNT Cancellariis deputati Senator Præf. Præt. III.

De Cancellariis.

OPortet quidem cuncta ſub tranquillitate peragi, quemadmodum poſſit bonis moribus conuenire. Sed tanta eſt in Repub. de morum varietate diuerſitas, vt nemo valeat leges defendere, niſi terror videatur aliqua temperare. Ægris non vna cauſa ſalutis eſt, alter cibis reficitur, alter per abſtinentiæ beneficia tenuatur, hic lauacra mollis, ille ferrum quærit ad vulnera, & varium poſcit remedium diuerſa qualitas paſſionum: ſic qui populis præeſſe cognoſcitur, non vno conſilio præditus inuenitur. Feroces diſtrictione premendi ſunt, manſueti ciuiliter admonendi, doloſi cautè, ſimplices ſub lenitate tractandi ſunt. Et ideo vbique probatur eſſe neceſſaria prudentia, quoniam rebus omnibus adhibere videtur accommoda. Quapropter deuotionem tuam ſolatiis illius viri clariſſimi Cancellarij noſtri ſolenni more deputamus: vt contra nullum alium erigaris, niſi qui legibus parere deſpexerit. Ad forum trahe, qui iuſta non recipit: ſub continentia itaſcere, ſub maturitate diſtringe. Timeri te amplius volumus quàm probari: quia maximè illud vigori tuo reputabitur, ſi nullius præſumptione peccetur. Cogitetur præ omnibus pecuniæ publicæ fidelis exactio. Sit tuum commodum contemptus alienus. Coactus faciat, qui iuſta ſponte complere neglexerit. Cauſis tantum te delegatis impende. Si præcepta ſequeris, deuia non requiris. Caret culpa, qui imperata perfecerit. In executore illud eſt peſſimum, ſi Iudicis relinquat arbitrium. Non inde iacteris, quod tibi non poteſt obuiari. Nec aſſumere ſuperbiam velis, quia te multorum humilitas pertimeſcit. Viri fortes ſemper in pace modeſti ſunt: & iuſtitiam nimis diligunt, qui frequenter prælia tractauerunt. Quam gratum eſt, ſi inter parentes reuerſus, querelarum non reportes opprobrium: ſed ita te cognoſcant egiſſe, quemadmodum diligentes probantur optare? Nos etiam gratanter excipimus cum laude venientem, & ocio vacare non ſinimus, quem probabiliter geſſiſſe ſentimus. His etiam & rerum dominus maiora credit, quos bona conſcientia vtilitates ſuas egiſſe probauerit. Quanta ſunt, quæ poſſunt tollere ſapientes? Nemo amplius acquirit, quam qui ſe bona conuerſatione tractauit.

B

C

¶ CANONICARIO VENETIARVM SENATOR Præf. Præt. IV.

D

De vinis Italiæ & Græciæ.

Piſces. Menſa principis.

MEnſuræ regalis apparatus ditiſſimus non parens Reipub. probatur ornatus: quia tanta dominus poſſidere creditur, quantis nouitatibus epulatur. Priuati eſt, habere quod locus continet: in principali conuiuio: hoc profectò decet exquiri, quod viſum debeat admirari. Deſtinet Carpam Danubius, 1 à Rheno veniat Ancorago * exormiſ, Tonſicula quibuſlibet laboribus offeratur, Brutiorum mare dulces mittat * Acernias, ſapori piſces de diuerſis finibus afferantor. Sic decet Regem paſcere, vt à Legatis gentium credatur pene omnia poſſidere. Et ideo procuranda ſunt vina, quæ ſingulariter fœcunda nutrit Italia: ne qui exteros debemus appetere, videamur propria non quæſiſſe. Comitis itaque Patrimonij relatione declaratum

Exormiſton Sicula quibuſlibet laboribus offeratur. &c. Inf. epiſt. c. 4.
** Acernias al. Acernias. Vina Italiæ.*

E *Acinaticum.*

eſt, Acinaticum, cui nomen ex acino eſt, Enthecis aulicis fuiſſe tenuatum. Et quia cunctæ dignitates morem ſibi debent neceſſaria miniſtrare, quæ probantur ad rerum dominos pertinere, ad Poſſeſſores Veronenſes, vbi eius rei cura præcipua eſt, vos iubemus accedere: quatenus accepto pretio competenti, nullos tardet vendere, quod principali gratiæ debetur offerre. Digna planè ſpecies, de qua ſe iactet Italia. Nam licet ingenioſa Græcia multifaria ſe diligentiæ ſubtilitate commendet, & 2 vina ſua aut odoribus condiat, aut marinis permixtionibus inſaporet, ſub tanta tamen exquiſitione reperitur ſimile nil habere. Hoc eſt enim merum, & colore regium, & ſapore præcipuum: vt blattam aut ipſius putes fontibus tingi, aut liquores eius à purpura credantur expreſſi. Dulcedo illi ineffabili ſuauitate ſentitur, ſtipia neſcio qua firmitate roboratur: tactus eius denſitate pingueſcit, vt dicas eſſe aut carneum liquorem, aut edibilem potionem. Libet referre, quam ſingularis eſſe videatur eius collectio. Autumno lecta de vineis in pergulis domeſticis vua reſupina ſuſpenditur, ſeruatur in vaſis ſuis, thecis naturalibus cuſtoditur. Rigeſcit non liqueſcit ex ſenio, tunc fatuus humores exundans, magna ſuauitate dulceſcit. Trahitur ad menſem Decembrem, donec fluxum eius hyemis tempus aperiat: miróque modo incipit eſſe nouum, quando cellis omnibus reperitur antiquum. Hyemale muſtum, vuarum frigidus ſanguis, in rigore vindemia, cruentus liquor, purpura potabilis, violeum nectar: deferuet primum in origine ſua, & cùm potuerit adoleſcere, perpetuam incipit habere nouitatem: non calcibus iniurioſè tunditur, nec aliqua ſordium adiuiatione fuſcatur: ſed quemadmodum decet nobilitas tanta prouocatur, defluit, dum aqua dureſcit, fœcunda eſt, cum omnis agrorum fructus abſcedit. Diſtillat gemmis comparem liquorem. Iucundum neſcio quid illacrymat: & præter quod eius delectat dulcedo, in aſpectu ſingularis eius eſt pulchritudo. Hoc * quantocius perquiſitum, & competentibus pretiis aggregatum, Chartariis, qui in rem directi ſunt, tradite deferendum. Nec illud negligendum putetis, quod lacteo poculo reluceſcit: quando plus eſt mirabile, quod potueritis difficilius inuenire. Albedo ibi decora eſt, & ſerena puritas: vt illud de roſis, hoc credatur natum eſſe de liliis. Colore quidem extraneum, ſed ſapore germanum eſt. Aſpectu diſpar, & ſimilis in vtroque ſuauitas. Nam quod acutè ſapit, quod citò reficit, commune illis intelligitur: ſed magna eſt diſtantia quæ videtur. Illud ruboris robore lætum, hoc inſpicis candore feſtiuum. Et ideo procuratio eorum debet eſſe celerrima: quando in ambobus eſſe cognoſcitur, quod pariter expetatur.

Vina Græc.

Eorum collectio.

F

* quam ocyus

G

Albedo.

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *A Rheno veniat, Ancorago exormis Tonſicula quibuſlibet laboribus offeratur.*] Mendum hic eſſe autumo, etenim ſine dubio ſic legendum eſt, *A Rheno veniat Ancorago Exormiſton ſicula quibuſlibet laboribus offeratur.* Vbi notabis Exormiſton fœminino genere enuntiari. Bros.

H

¶ 2 *Vina ſua aut odoribus condiat.*] Notandum hic eſt veteres frequenter vſos fuiſſe, vino odoribus condito teſte Athenæo *lib.2.cap.1.* Ælian. *lib.12.hiſt.* Eunap. Sardian. *in Iamblico,* & Arnob. *lib.5.* Bros.

¶ VALERIANO V. S. SENATOR Præf. Præt. V.

De Iudice.

1 GEneraliter quidem ampliſſimum cognitorem decet beneficia dilatare: quoniam qui omnibus præeſſe cognoſcitur, cunctis impendere profutura cenſetur. Sed gratificante natura illis amplius debemus, qui

Ob ... ſicuum ... litum ... miſſa ... buta.

nobis

A nobis aliqua proximitate iunguntur: dum quoddam genus tecti videatur eſſe propoſiti, ab æqualitate diſcedi. [Nam modeſtiam Collegio impendimus, reuerentiam Patribus exhibemus.] Ciuibus debemus communem gratiam, ſed affectum filiis ſingularem: & tanta neceſſitudinum vis eſt, vt nullus ſe contemptum diiudicet, ſi ſibi aliena pignora prælata eſſe cognoſcit. Et ideo non eſt aliquid iniuſtum, de patria plus eſſe ſolicitum, eo præſertim tempore cùm eius videamur periculis ſubuenire. Plus enim eos diligere credimus, quos eripere feſtinamus. Veniens itaque numeroſus exercitus, qui ad defenſionem Reipubl. noſcitur deſtinatus, Lucaniæ Brutiorùmque dicitur culta vaſtaſſe, & abundantiam regionum ſtudio tenuaſſe rapinarum. Sed quoniam & illis dare, & iſtis ſumere, pro temporis qualitate, neceſſe eſt, pretia quæ antiquus ordo conſtituit, ea iuſſione Rerum domini cognoſcite temperata: vt multò arctiùs, quàm vendere ſolebatis in aſſem publicum præbita debeant imputari: quatenus nec poſſeſſor diſpendia, nec exercitus laborans ſuſtinere poſſit inopiam.

B Nolite igitur eſſe ſolicitii. Euaſiſtis exigentium manus: tributa vobis præſens adimit apparatus. Sed quò faciliùs inſtrueretur veſtra notitia, imputationum ſummas infrà ſcriptis Breuibus credidimus exprimendas: vt nemo vobis vendat beneficium, quod publica noſcitis largitate collatum. Continere ergo poſſeſſorum intemperatus motus. Ament quieta, quos nullus ad incerta præcipitat. Dum belligerat Gothorum exercitus, ſit in pace Romanus. Felicium votum eſt, quod iubetur. Ne ruſtici, agreſte hominum genus, dum laborandi tædia fugiunt, illicitis auſibus efferantur: & contra vos incipiant erigi, quos vix poterati in pace moderari. Quapropter ex regia iuſſione ſingulos Conductores Maſſarum, & Poſſeſſores validos admonete, vt nullam contrahant in concertatione barbariem: ne non tantùm feſtinent bellis prodeſſe, quantum quiete confundere. Arripiant ferrum, ſed vnde agros excolant: [a] ſummat cuſpides, boum ſtimulos non furoris.

Discedere ab æqualitate, genus recti propoſiti.

Nemo beneficium vendat publica collatum largitate.

Conductores Maſſarum.

Vſus ferri. [a] *ſumat*

C Defenſorum maxima laus eſt, ſi cùm illi videantur prædictas regiones protegere, iſti non deſinant patrioticas poſſeſſiones excolere. Sit iudicibus vigor ex legibus. Subſellia non deſinant iura malis moribus intonare. Timeat latro [b] indicium, quod ſemper expauit. Adulter gremium Iudicis intremiſcat. Falſarius vocem præconis exhorreat. Fur ſota non rideat. Quia tunc libertas gaudet, ſi talia non latentur. Sic enim proſperrimè geri non ſentietis bellum, ſi vobis ſit communiter de ciuilitate conſilium. Nullus opprimat indigentem: inuadite peruaſores: inſequimini perſequentes. Eſt vobis competens pugna ciuilis. Omnia pacata vos redditis, ſi duces ſcelerum comprimatis. In annonis verò reputandis eſto ſolicitus, ne aliquem cuiuſquam poſſit fraudare verſutia. Rectoribus autem exercitus à Rerum dominis ſub mea præſentia cognoſcite delegatum: vt dum à vobis neceſſariò fuerint commoniti, grauatis per iniuriam debeat ſubueniri. Cuſtodiant nihilominus diſciplinam, vnde robuſtiùs armatur ſemper exercitus. Additum eſt etiam beneficij genus, vt à præſenti deuo-

Signa pacis. [b] *iudicium* *Vox præconis.*

Annona.

Diſciplina exercitûs.

D tione præceptis Regis nec diuina domus videatur excepta, ſed totum communiter ſuſtineant, quod pro generalitate cenſetur. Nunc ergo cum omnibus fratribus veſtris ſtudioſè conſurgite omnibus, & ſub omni cautela neceſſaria prouidete: vt proſit re vera nobiliſſimæ patriæ talia volumina prætuliſſe. Quieta enim regere, & ex vſu adminiſtrare prouincias, homines vel mediocris intelligentiæ poſſunt: ſed hoc opus, hic labor eſt, illud magis regere, quod ſe relictum non poteſt continere. Ceſſat enim nautarum in tranquillitate peritia; nec nomen præſtat artifici, niſi fuerit via magna periculi. Habetis ergo tempus, vbi & famam ſapientum poſſitis acquirere, & in omni parte vos laudabiliter, iuuante Domino, cuſtodire. Meos autem vltra cæteros minimè commendo: quia omnibus hoc cupimus accidere, quod noſtris laboribus deſideramus euenire. Mihi enim propria cura dilapſa eſt, poſtquam generalem cœpi cogitare cuſtodiam. Opto meis bene, ſed quod poſſit eſſe commune: quia magnæ iniuſtitiæ genus eſt, aliud ſibi Iudicem, velle quàm poteſt generalitas ſuſtinere.

Difficilia, quæ pulchra. Iudex eodem cum priuatis iure.

NOTÆ VARIORVM.

[1] *Generaliter.*] Hac formulâ tributum remittitur ob tranſitum militum, quem innocentem eſſe debere conſtituitur Nouell. 130. vt ob eandem cauſam priuatis conductoribus cenſiones iure noſtro remittuntur, *l. 15. ex conducto, § ſi vis §. ſi exercitus præteriens. D. locat. & cond.* ſup. lib. 5. epiſt. 16. FOR.

E

VNIVERSIS PRÆFECTVRÆ TITVLOS
Adminiſtrantibus Senator Præf. Præt. VI.

Quòd ſceleratis pecuniis redimi minimè debeant.

F QVamvis abundè ſufficiant, quæ Rerum Domini ingenita pietate præceperunt interminationes tamen importunis & fatuis adhibita diſtrictione geminamus: [vt qui nequeunt erubeſcere, ſaltem ſe contineant per timorem.] Quis enim de ſua præſumptione gratuletur, quando famam perditurus eſt, qui interdicta tentauerit? Retundatur ambitio cæca cupientum: proteruæ refrænetur audacia. [Qui lucrum de malo quærit, pœna propoſita terreatur: qui honorem per nefanda deſiderat, amiſſa potius opinione turbetur. Additur etiam, quòd noſtris temporibus ſceleratæ pecuniæ non valebunt: nec culpam ſuam redemit, qui reum ſe eſſe cognoſcit.] Iniquis fraudibus non patebit occaſio: perſequimur, non vendimus excedentes. Vbi iam malè capientes ſpem habebitis, quando vobis & Rerum domini, & veſtri Iudices comminantur? Vos tamen, quos ad publicas adminiſtrationes peruenire, noſtra fecit electio, de actionum honeſtate confidite. Quia vos nulla venalitas excludit, ſi probitas continuerit actionis.

Solicitudi temporis ſermonis.

Ne pecuniis redimantur ſcelera.

G Publicis vtilitatibus ſeruire fiat: quoniam vos nulla priuata damna concutient. Reddite hanc viciſſitudinem iudicio meo: vt qui vos nullo proprio ſuffragio grauati ſcci, ſtudeatis in vobis mea facta laudari. Præfatum itaque tempus à Rerum dominis noueritis eſſe ſeruandum: ita tamen, vt ex quæ vobis pro publica vtilitate decreta ſunt, prouidere ac ſoluere debeatis.

¶ CANONICARIO VENETIARVM SENATOR
Præt. Præf. VII.

Remittuntur tributa.

SVb clementia boni principis nihil conſtat licere fortunis: quando ſiniſtros caſus corrigunt, qui præſtare proſperrimè conſueuerunt. Nam quemadmodum inferret nudus ſæuam barbariem, & diſtrictum principem quando ſpoliatus iure negat, quod affluens inferre diſicerat. Atque ideo illi vel illi Sueuorum incurſione

H vaſtatis, fiſcum decimæ quintæ Indictionis ſerenitas regalis indulſit, ſicut te poterit inſtruere relecta præceptio. Vnde obedientiam commendantes à ſupradictis poſſeſſoribus de prædiis, quæ tamen cognoueris eſſe vaſtata, præſentis Indictionis tributa non exigas: reliqua verò ſolenni compulſione procura: vt conſtitutis temporibus Arcario noſtro reſiduam ſuppleas quantitatem. Caue ergo, ne grauior fias hoſtibus, ſi adhuc nudatæ velis cautos: chlamydes non paneſcant, qui arma timuerant: rapinas non ſentiant poſt prædones. Validas contra te apochas inuenerunt: inuictas ſecuritates illis dedit calamitas ſua: violentus abſtulit quod quærebas. Cui nihil videtur relictum, à tributis conſtas eſſe liberatum.

Indulgentia tributorum. A nudo nihil exigendum.

Parcendum inopibus.

A

¶ CONSVLARI PROVINCIÆ LIGVRIÆ Senator Præf.Præt.VIII.

De Arcariis

Compulſores exigant tributũ moderatè.

NOuum genus videtur eſſe compendij, poſtulantea acquirere, & præſtantes nulla damna ſentire. Nam ſic accipitur ab vno, vt perire non poſſit ab altero: donatur ſine diſpendio: ceditur ſine imminutione: & nomen habet munificentiæ, quod iura domini neſcit exire. Quapropter ille caſatum ſuarum, in illa prouincia conſtitutarum, quas Breuis ſubter conſcriptus eloquitur, exactorum ſuggerit enormitate vexari. Deſiderans ſine aliqua imminutione publicæ vtilitatis inferre ſe debere noſtris Arcariis debitam functionem. Quod nos, qui nullorum damnis ſtudere cognoſcimus, dummodò fiſco competentia rationabili ſatisfactione ſoluantur, libenter annuimus. Quia hoc eſt bona deſideria ſuſpendere, quod illicita perpetrare. Qua de re ſpectabilitas tua commonitis Curialibus vel Compulſoribus, nec non & his, quorum intereſſe cognoſcit, ab illa Indictione prædictis caſis exactionem facies ſub hac conditione remoueri, vt ſi intra illas Calendas ſumma, quæ competit, non fuerit Arcario perſoluta, intra prouinciam ſolennia exactio peragatur. Minus ne ſi

B

Arcariorum apocha.

fidem ſuæ promiſſionis Arcariorum apochis probauerit eſſe completam, ab omni inquietudine compulſorum deſignata prædia liberentur. Quia illa magis debent eligi, quæ ſine ſuſpicione damni libenti animo probantur offerri. Grata enim nobis eſt ſine inſtantia compulſoris exactio, & hoc deuotum facere, quod vix poterat coactus implere. Atque vtinam poſſeſſor vltroneus, & nobis neceſſitatem motarum tolleret, & ſibi damna competentibus illationibus abrogaret. Ipſe enim imminentem neceſſarium facit, qui ſolennia præbere diſtulerit.

C

¶ PASCHASIO PRÆFECTO ANNONÆ Senator Præf.Præt.IX.

De beneficiis exteris præſtandis.

Etiã exteri beneficiis obligandi publicè.

PIetate plenum eſt, peregrinam gentem publicis beneficiis obligare, & non tantum conſanguineos ad ſubſtantiæ lucra mittere, quantum ipſos quoque aduenas inuitare. Hæreditas, quæ eſt ſine proximis, abſque parentela ſucceſſio, ſolaque fides generis eſt, patrios ſonare ſermones. Aſſet enim ſic experti beneficia, vt ſibi olim doceat fuiſſe conceſſa: donum ſine accipientis nomine, præter perſonam largitas: quia primum collatum eſt genti, vt poſtea petentium vocabulum potuiſſet affigi. Hinc eſt, quod iure quodam poſtulant hæreditates alienas, & illis tantùm videtur competere, quod Romanus non poteſt in cauſis ſimilibus obtinere. Beneficium tale non habuerunt in patria ſua, ſed hic omnes ſub hac conditione parentes ſunt: vniuerſa natio,

D

quorum ad ſucceſſiona beneficium, vna familia eſt. Quocirca experientia tua preces illius diligenti examinatione diſcutiat, & ſi reuera ille, quem ſuggerit de hac luce tranſiſſe, filios non reliquit, nec ab alio conſtat rationabiliter poſſideri, introductionem memoratæ rei officium veſtrum celebret ex more: quatenus antiqua pietas regnantium præſentium reputet beneficia dominorum, & poſſit pro illis ſupplicare, ſub quibus ſe magis intelligit votiua meruiſſe. Reſumat facultatem, qui ſe ſuſpirauerat amiſiſſe. Peregrinum ſe vltra dicere non potuit, qui optata tota conquirit. Habeat poſſeſſorum ſimilem dignitatem, & iam tributa reparatus inferat, qui opem ab alienis manibus expetebat. Gaudeat ſe ad hoc perductum, vt daret, quod vtique niſi habenti non probatur emergere: cæteris dominis in hac tantum ſorte deterior, quoniam alienare nequit, quod poſſidere præualuit. Sed & hoc quoque magna credimus æquita-

Aliena no vendenda.

te repertum, vt qui loco ſuccedit pignoria, ſubſtantiam ſuam effectam partis iure ſeruet extraneis. Miſeratione paſtus, nunc paſcat & alios: felix illi contigit & prædicanda captiuitas, Romana ciuitate perfrui, & Aſtorum priuilegiis potuiſſe miſceri.

E

Felix captiuitas.

¶ * DIVERSIS CANCELLARIIS Prouinciarum Senator Præf.Præt.X.

** Vniuerſis*

De debitore.

RAtionum publicarum reliquiæ infauſtæ ſunt ægritudini comparandæ, quæ * grauatum debilitant, niſi ſub celeritate diſcedant. Reatus quidam eſt, eſſe ſub debito: nec liber poteſt veraciter dici, qui probatur obnoxius reperiri. Prudẽs ſe ipſe compellit: minus cautus eſt, qui vrgetur ab altero. Nam qui egit totius anni ſuſcepta compulſio? Summa futuræ Indictionis & quantitas exigatur. Parcendo, non parcitis: exonerando, prægrauatis: & dum venales moras quæritis, tributi onera duplicatis. Relinquite tandem crudelem miſericordiam, beneficia tota deteſtatione fellita. [Grauius percutit, qui blandiendo graſſatur: & ſub indulgentia lædit, qui conſuetis temporibus exigere tributa diſtulerit.]. Et ideo deſinite aliquando poſſeſſorum damna mercari: quia totum * conſcripti per incommoda redditis, quod iniquis dilationibus abſtuliſtis. Poſt ita enim non vos credatis verbis iterum commoneri, ſed irremiſſibili exactione compelli. Quapropter ſi ad illum diem * Archario noſtro, quæ de prouinciis ſolenniter poſtulantur, diſpoſitis rationibus non aut per te intuleris, aut deſtinaueris quantitatẽ, degeniatos in prouincia velociter reddes, quæ te malè diſtuliſſe cognoſcis. Quia nimis iniquum eſt, vt aſſis publicus ſub tua negligentia iaceat, & * Archarius mutuatam pecuniam publicis vtilitatibus inceſſanter expendas.

** grauant & Debere graue eſt.*

F

Crudelis miſericordia.

** conſtricti*

** Arcario*

** Arcarius*

G

¶ PETRO NVNC EROGATORI OBSONIORVM Senator Præf.Præt. XI.

Populo Romano obſonia à principe data abſque fraude tribuantur.

PRobatæ debet eſſe conſcientiæ, qui principalia beneficia præponitur erogare: ne aliqua cupiditatis ſorte deſiccetur, quod à tanta liberalitate profunditur. Mutant enim quaſlibet largitates rapientium manus. Et ſicut fontia puritas per limoſa corrumpitur, ſic affluentia boni regis auaris diſtributionibus immutatur. Aurum ipſum, cum ſoluitur in liquorem, niſi mundiſſimo * caliculo ſuſcipiatur, inficitur: quando puritatem ſui illa ſola cuſtodiunt, quæ nulla ſordium admiſſione fuſcantur. Quam gratum per mundos caliculos riuulos videre currentes: & ipſam quodammodo Naturæ liberam videre puritatem, quando in nullis maculis iniuriata turpatur? Sic dona Rerum domini nulla debent pollutione fuſcari: ſed ſicut ab ipſo exeunt copioſa, ita debent ad Romanos peruenire puriſſima. Nam licet omnis fraus grauis eſſe videatur, illa tamen importabilis redditur, quæ in Romulea plebe graſſatur, turba quæ viuit quieta: populus qui neſcitur, niſi cum * locus eſt: clamor ſine ſeditione: ſtrepitus furoris neſcius: quibus ſola contentio eſt, paupertatem fugere & diuitias non amare. Neſciunt enim eſſe lucripetes, nec aliqua ſe negociationis calliditate diſcruciant: viuunt fortuna mediocrium, & conſcientia diuitum. Nonne piaculum eſt, talibus rapere qui neſciunt aliena fraudare? Quapropter obſonia, Romano populo diſtribuenda, ab illa Indictione propitia tibi diuinitate concedimus: vt ſine aliqua diminutione percipere poſſit, quod regia largitate promeruit. Caue, ne quod illi meruerũt aliter accipiat, & tua gratia noſtra peregrina reddaris, ſi à ciuico amore diſceſſeris.

Auri puritas.

** Fonte æqualiculo*

H

** v. latus*

A

diſceſſeris. Non fiat Latialis pretio, qui ciuitatis illius non habet iura naſcendo. Honorandum ſemper eſt, quod nomen gentibus dedit: quando potior in humanis redditur, de cuius aliquid claritate præſtatur. Munera iſta Quiritum ſunt. Non ſurripiat locum liberi fortuna ſeruilis. In maieſtatem Romani populi peccat, qui ſanguinis illius puritatem famulorum ſocietate commaculat.

❡ ANASTASIO CANCELLARIO LVCANIÆ Et Brutiorum Senator Præf. Præt. XII.

Vini & lactis deſcriptio.

CVm apud Rerum dominum ſolenni more prandęremus, & diuerſæ prouinciæ de ſuis deliciis laudarentur, ad vina Brutiorum & * Silanica ei ſuauitate, currente vt aſſolet ſermone, peruentum eſt: quod herbarum beneficiis tanta ibi Naturæ iucunditate conficitur, vt non credas deeſſe mellis guſtum, quem nulla conſpicis qualitate permixtum. Manat illic leniter prouocatum lac vberibus fiſtuloſis, & quaſi in alios ventres Naturæ vbertate collectum, non guttis impluit, ſed quibuſdam repentinis torrentibus influeſcit. Redolet ſuauis & varius odor herbarum: naribus agnoſcitur pecudum paſtus, qui flagrans virtute diuerſa, thuris ſentitur inſpirare ſimilia. Huic tanta pinguedo ſociatur, vt arbitreris ſimul decurrere palladium liquorem, niſi quod ab illa praſina viriditate niueo candore diſcernitur. Tunc cadis latè patentibus copia illa mirabilis læto nimirum paſtore ſuſcepta, cum admixtione coaguli in calloſam cœperit teneritudinem condurari, ad pulcherrimum orbem forma perducitur: quæ ſubterraneis horreis aliquantulum congregata, diuturnam caſei facit eſſe ſubſtantiam. Hoc quantocius ſuper impoſitum nauigiis deſtinabis, vt deſideriis regalibus paruo munere ſatisfeciſſe videamur. Vinum quoque, quod laudare cupiens * Palmatianum nominauit Antiquitas: non ſtipſi aſperum, ſed gratum ſuauitate perquire. Nam licet inter vina Brutia videatur extremum, factum tamen eſt pene generali opinione præcipuum. Ibi enim reperitur & * Gazeto par, & Sabino ſimile, & magnis odoribus ſingulare. Sed quia illud famam ſibi nobiliſſimam vindicauit. Hoc & in ſuo genere omnis elegans perquiratur, ne prudentiam Maiorum aliquid appellaſſe videatur improprium. Eſt enim ſuaui pinguedine, molliter ſatum, viuacitate firmiſſimum, naribus violentum, candore quoque perſpicuum: quod ita redolet ore ructatum, vt meritò illi à palma nomen videatur impoſitum. Viſcera defecta conſtringit, vulnera madida deſiccat, laſſum reficit pectus: & quod vix præualet implere potus arte compoſitus, hic naturaliter præſtat infectus. Sed prouidè, vt ſupradictas ſpecies exactas debeas deſtinare: quia falli non poſſumus, qui hoc patriotica veritate retinemus. Ad præſens enim de cellariis noſtris, quæ deſiderabantur, obtulimus. Tu autem tuo periculo diſſimilia facis, quorum iam iudicia teneri poſſe cognoſcis.

*Silani caſei ſuauitatem

B

Lactis deſcriptio.

* Palmatinum. al. Palmarium.

C

* Vazeo

D

❡ EDICTVM CAPITVLI POPVLO. XIII.

De principum pietate Sacrilegis.

* VSu contineri debet, omnium largitas impenſa dominorum: quando neceſſe eſt vniuerſitati proficere, quod illos impulſu diuinitatis probatum fuerit effeciſſe. Pietas ſiquidem principum totum cuſtodit imperium: & dum illis viciſſitudo digna redditur incolumia Reipub. membra ſeruantur. Dudum ſiquidem Imperialia conſtituta per Brutios atque Lucaniam ſacroſanctas Eccleſias aliqua munerum deuotione iuuerunt. Sed vt eſt ſacrilegis mentibus familiare, & in ipſa quoque reuerentia diuina peccare, nonnullatu exinde partem Numerariorum nomine Canonicarij ſubtrahebant: facientes laicum commodum ſubſtantiam clericorum: quod ſedia noſtræ Numeratij exſecratione deteſtabili reſpuentes, nunquam ſibi illatum fuiſſe ſuggerunt, quod de tali ſcelere manus impiæ defraudauerunt. Quid adhuc minimè audacia humana tentabis, ſi & ibi furta porrigis, vbi te minimè latere poſſe cognoſcis? Vt illudas oculis fortaſſe mortalibus, quamuis iniqua, tamen aliqua videtur præſumptio: quanta verò cæcitate damnatur, qui ſe æſtimat perpetrare, quod diuinitas non poſſit aduertere? Sed ne ſimilis vlterius graſſetur forte præſumptio, aut diuinam patientiam frequens prouocare poſſit exceſſus, edictali programmate definimus, vt qui in hac fuerit vlterius fraude verſatus, & militia careat, & compendium propriæ facultatis amittat. Grauiore ſiquidem pœna plectendus eſt, qui vſque ad iniuriam diuinam ſuam nihilominus tetendit audaciam. Habeant pauperes dona regnantum: poſſideant aliquid, quibus nulla facultas eſt. Cur aliena ſubſtantia in regali poſita largitate peruaditur? Poſſeſſio eius, principis munus eſt. Quemadmodum præſumat ſubiectus contingere, quod Deo reſpicit humilitatem dominantis offerre? Additur, quod talibus non dare, tuliſſe eſt: & meritò, quando qui poterit eſurientibus ſubuenire, ſi non paſcit, extinguit. Pudeat illis tollere, quibus iubentur offerre. Vltra omnes crudelitates eſt, diuitem velle fieri de exiguitate mendici. Ament honeſta lucra: horreant damnoſa compendia: nullus audeat inde tollere, quod poſſit collecta diſpergere. Addendo perdidit, qui retinendo collegerit: & paupertatem potiùs ad ſe trahit, ſi exigentium pecunias non repellit.

* Etſi, al. Sic. al. Niſi

Res pauperum inuadentem

E

Numerary. Canonicary.

Militia adempta ſacrilegis.

F

❡ ANASTASIO CANCELLARIO LVCANIÆ Et Brutiorum Senator Præf. Præt. XIV.

Ob ſterilitatem indulta conceſſa Athenienſibus.

RHegienſes ciues, vltimi Brutiorum, quos à Siciliæ corpore violenti quodam maris impetus ſegregauit, vnde ciuitas eorum nomen accepit, diuiſio enim *ῥῆγμα* Græca lingua vocitatur, iniqua ſuggerunt ſe exactorum præſumptione fatigari, implorantes non auditum, ſed oculorum noſtrorum nota remedia, qui poſſumus ſcire territorium eorum quod petitur non habere. Eſt enim montanis lapillis terra rariſſima, arida paſcuis, ſed vodoſa vindemiis: ſegetibus aduerſa, ſed oliuis accommoda: & ideo cultura eius omnis in ſarculis eſt, quia ſuperficies ipſius ſicca nutrire non valet ſupernè naſcentia. Tergore illic ager nudus, induſtria potiùs quam Natura veſtitur. Nam Palladiæ ſyluæ * .... viriditate contegitur, qui in ſolo aridiſſimus approbatur. Talibus enim locis illi proficiunt, quæ radicibus proceris ad humi penetrale deſcendunt. Segetes rigantur, vt viuant, & conditione mutata hoc ariſtis impenditur, quod olitibus exhibetur. Quanta ſeges eſt, quæ manu colligitur? rarò illic ab area venit humeris grauatus agricola: vt non meſſis in horreis colligatur, ſed vix poſſit aliquos cophinos de ſumma vbertate complere. In hortis autem ruſticorum agmen habetur operoſum: quia olus illic omne ſaporum eſt marina irroratione reſperſum: quod humana induſtria fieri conſueuit. Hic cùm nutritetur, accepit. Contra Maronis autem ſententiam, intyborum illic fibræ dulciſſimæ ſunt, quæ præcinctæ foliis tortuoſis calloſa teneritudine conglobantur: vnde in morem nitri aliquid decerptum frangitur, dum à fœcundo ceſpite ſegregatur. His victualibus, ſi vis noſſe, regio illa fœcunda eſt, nam & marinis deliciis copioſa iucunditate perfruitur: quia ibi mare Supernum ac Inferum, inſertis frontibus adunatum, delicias vtriuſque pelagi in vnam congregationem ſinus ſui volubilitate perducit. Neceſſe eſt enim illic & piſces properare, vbi conſtat & vndam poſſe defluere. * Exormiſton quoque inter piſces

G

Fructus induſtriales.

* Fort. opera

H

Intybi.

Conſluſi.

Exormiſton.

A ſces regium genus, compat murenis corpore, vel colore diſtans, naribus ſeroſis, coloſtrea delicata teneritudine præditum, oleoſo ac ſuaui liquore coagulatum, appetibilis gratáque pinguedo, cùm ſpumis fluctuantibus inter aeris confinia cœperit enatare, neſcit ad cubilia redire: quæ deſerit, credo, aut immemor reuerſionis, aut teneritudine ſumma mollitus, nequit vndis eleuantibus contraria obluctatione demergere: fertur velut corpus exanime, nullis niſibus periculum, nulla arte deuitans, & hinc viribus deſtitutus, redire non creditur, quia nec fugere poſſe ſentitur. Hic planè tantæ dulcedinis eſſe dignoſcitur, vt ei nemo piſcium comparetur. Hæc ſunt in litore Rhegino, quæ diximus, quod non alio referente cognouimus, etſi viſuali probatione retinemus. Quapropter lapidi atque tritici ſpecies nullis temporibus coëmptionis nomine inde decernimus poſtulari. Quia [nimis calumnioſè petitur: quod loci beneficio non habetur. Deinde ſufficere debet defenſio veritatis & teſtimonium Iudicis.] Quia nimis execrabile malum eſt, ſi cùm aliud nouerit conſcientia, aliud lingua decernat. Additur etiam quod tantis commeantium fatigantur aduentibus, tanta excurrentium laceratione deteritur, vt rationabiliter illi remitti debuiſſet, vt quod apud ipſum naſci non poſſe conſtaret.

B

NOTÆ VARIORVM.

¶ 1 *Exormiſton quoque, &c.*] Eſt piſcis genus ita à Græcis illis qui vltimam oram Græciæ in Italia accolebant, vocatum, quia fundum maris deſerere ſolet, vt in ſummum enatet, quod dicitur propriè de naui ſublatis anchoris, & contra cum eſt fundata anchoris dicitur ὁρμοθῆναι. BROS.

¶ MAXIMO V. I. CANCELLARIO Lucaniæ & Bruttiorum Senator Præf. Præt. XV.

C

Paraueredorum & annonarum præbitionem conſtituit eſſe publicam, & Præſulibus tridui tantum annonas præberi vult.

SCillacium prima vrbium Bruttiorum, quam Troiæ deſtructor Vlyſſes creditur condidiſſe, irrationabiliter dicitur præſumentium nimietate vexari: quod nobis præſidentibus non oportuiſſet aſſumi: quia læſiones eius cogimur plus dolere, dum patriotica nos probatur affectione contingere. Ciuitas ſupra ſinum Adriaticum conſtituta, in modum botrionis pendet in collibus, non quod difficili aſcenſione turgeſcat, ſed vt voluptuoſè campos virentes & cærula maris terga reſpiciat. Hæc naſcentem Solem ab ipſis cunabulis intuetur, vbi ventura dies non præmittit auroram, ſed mox vt oriri cœperit lampadem ſuam vibrans fulgor oſtendit. Gaudentem reſpicit Phœbum, propria illic luminis claritate reſplendet, vt ipſa magis Solis putetur eſſe patria, Rhodi opinione ſuperata. Fruitur luce perſpicua, aëris quoque temperie donata, apricas hyemes, refrigeratas ſentit æſtates: & ſine aliquo mœrore tranſigitur, vbi infeſta tempora non timentur. Hinc & homo ſenſu liberior eſt, quia temperies cuncta moderatur. Patria ſiquidem feruens leues efficit & acutos, frigida tardus, & ſubdolos: ſola temperata eſt, quæ mores hominum ſua qualitate componit. Hinc eſt quod Antiqui Athenas ſedem ſapientium eſſe dixerunt, quæ aëris puritate perfuncta, lucidiſſimos ſenſus ad contemplatiuam partem felici largitate præparauit. Nunquid enim tale eſt corpora aquas cœnoſas ſorbere, quale perſpicuitatem dulciſſimi fontis haurire? Sic animæ vigor ornatur, dum ſpiritu grauiore comprimitur. Subiacemus enim neceſſariò talibus rebus, quando nubilo triſtes efficimur: & iterum naturaliter ad ſerena gaudemus: quia cœleſtis animæ ſubſtantia ad infecta * quoque & puriſſima lætatur. Fruitur marinis quoque

D

copioſa deliciis, dum poſſidet vicina, quæ nos fecimus clauſtra Neptunia. Ad pedem ſiquidem * Moſcij montis ſaxorum viſceribus excauatis, fluenta Nerei gurgitis decenter immiſimus. Vbi agmen piſcium, ſub libera captiuitate ludentium, & delectatione reficit animos, & admiratione mulcet obtutus. Currunt auidi ad manus hominum, & antequam cibi fiant, eſcas expetunt. Paſcit homo delicias ſuas: & dum habet in poteſtatem quod capiat, frequenter euenit, vt repletus omnia derelinquat. Spectaculum quoque pulchrè laborantium non adimitur in ciuitate ſedentibus. Cernuntur affatim copioſæ vindemiæ. Arearum pinguis tritura conſpicitur. Oliuarum quoque virentium vultus aperitur. Non eget aliquis agrorum amœnitate, cui datum eſt de vrbe cuncta conſpicere. Hoc mihi modo non habet muros, ciuitatem credis ruralem, villam iudicare poſſis vrbanam: & inter vtrumque poſita copioſa noſcitur laude ditata. Hanc dum frequenter inuiſere deſiderant commeantes, dum tædia laboris refugere cupiunt, amœnitate ciuitatis in parauεredorum & annonarum præbitione propriis ciues fatigantur expenſis. Quapropter ne lædat vrbem amœnitas ſua, aut res præconij fiat cauſa diſpendij parauεredorum & annonarum præbitionem, ſecundum euectiones conceſſas, in aſſem publicum conſtituimus imputari, pulueratica quoque Iudicis funditus amputantes, trium tantùm etiam dierum præſulibus annonas præberi ſecundùm vetera conſtituta decernimus, ſuis expenſis facta tarditate vecturæ. Leges enim adminiſtrantes, remedio non oneri eſſe voluerunt. Qua de re æquitatis intuitu ciuitas veſtra releuare: iudiciarium eſt, quod tibi referimus, non remiſſum. Viue iuuante Deo, iuſtitia ſæculi, & ſecuritatis gaudio ſingulari. Alij dicant inſulas ego habitationes tuas appellarem potiùs, Fortunatas.

E *Clauſtra maris.* *v. Moyſtij al. Moſtij.*

Villa vrbana.

F

Pulueritrea Iudicis.

Inſula fortunata.

¶ CANONICARIO. XVI.

De annona.

G

TEmpus admonet humanis rebus indeſinenter accommodum (dum res nobis etiam aſperas captata ſemper opinione conciliat) vt illationum fiſcalium curam annua feſtiuitate reparemus: quoniam Reipub. ordo tali conſtituto & merito votorum ſiſte te * cernitur, quod pro cunctorum vtilitate præſtatur. [Diligenda ſunt iſta, vnde Reſpublica videtur eſſe firmiſſima,] Quæ dum redeunte cenſu reficitur, ſtatus ſui firmiſſimo robore continetur. Quapropter magna eſt quolibet tempore monſtrata deuotio, ſed tunc acceptior redditur, quando neceſſaria plus habetur. Præbeant igitur poſſeſſores ſtipendia ſuæ gratiæ profutura.] Debitum ſiquidem, quod non poteſt euitari, prona debet mente ſemper offerri, vt fiat beneficium, quod ſine compulſione conſtat illatum.] Atque ideo, quod feliciter dictum ſit, per Indictionem primam in diœceſi tua poſſeſſorem te præcipimus admonere, vt trina illatione ſeruata, aſſem tributarium deuotus exoluat: quatenus nec aliqui ſe ſub immatura compulſione ingemiſcat exactum, nec iterum remiſſione lætata, quiſquam ſe dicat eſſe præteritum. Nullus quantitatem iuſtæ ponderationis excedat, ſitque libra iuſtiſſima: modus non erit rapiendi, ſi pondera fas ſit excedere. Expenſarum quoque fidelem notitiam, per quaternos menſes ad ſcrinia noſtra ſolenniter deſtinabis: vt totius erroris obſcuritate deterſa, rationibus publicis veritas eluceſcat. Sed quò faciliùs poſſit, Deo iuuante, quæ ſunt inſtituta complere; illum atque illum ſedis noſtræ milites, tibi officioque tuo periculorum ſuorum memores præcipimus imminere. Quatenus quod agnoſcis iuſſum, inculpabiliter ſortiaris effectum. Caue ergo, ne te aut improbatæ redemptionis, aut torpentis deſidiæ culpa reſpiciat: & quod expedire neglexeris, tuis inferat damna fortunis.

Illationes annona.

* *decernitur.*

Quæ præſtanda nō coacte.

H *Aſſis tributarius.*

Pondera & libra.

Mulcta comminatio.

¶ IOANNI

A

* Athalaricus rex.

§ IOANNI SILVATARIO RAVENNATI * Senator Præſ. Præt. XVII.

Ciuitas in pace munienda.

Munitio oppidorū.

MVnitio ciuitatum ſpes eſt certa cunctorum: quando in pace ab caeteris gentibus diſcitur, quod veraciter in certamine timeatur. Plena eſt enim diuerſis generibus hominum habitatio vrbium ſingularum. Quis nouit, cum qua gente confligat? Ideóque omnes debent agnoſcere, quod futuris hoſtibus gratum non ſit audire. Quapropter ex noſtra iuſſione poſſeſſores admonere curabis, vt iuxta montem Caprarium, & loca circumiecta muris, fouearum ingentiora ora pandantur, taliſque ibi pateat hiatus, vt nullus relinquatur introitus. Cor nefandi homines perſcrutamini acceſſus illicitos, quibus portarum permittitur licenter ingreſſus? Neſcio quid videmini regere, qui palàm non deſideratis intrare. Conſcientia recta vias publicas tenet, * plurimorum collocutione gratulatur, & cùm diuerſos gratanter inquirit, laboris tædio non grauatur. Amicum eſt autem crimini, velle neſciri: & qui vias ſuas occulit, conſcientiam prodit. Proinde in vſus generales itinera priſca reuocentur: ne dum compendium laboris quærunt, vitæ diſpendia patiantur. [ille enim iure habendus eſt hoſtis, qui munimina nititur violare ciuitatis.]

Mūs Caprarius.

B

* v. obuiorum

Cōſcientia vis. Odit lucem, qui prauè agit.

§ * CONSTANTINIANO VIRO experientiſſimo Senator Præſ. Præt. XVIII.

* Conſtantino v. expertiſſ.

Occurritur Principi.

REgius apparatus ſicut negligentius affert periculum, ſic ſtrenue laborantibus præſtat ornatum. Quia [præmium eſt vitæ, domino vidente ſeruire:] cui nec culpa celari, nec bonum poſſit abſcondi. Quàm gratum eſt, ſine offenſione aliqua iter agere deſtinatum? videre iudicia * diligentiæ? dubia ſine timore tranſire? greſſu facili montuoſa conſcendere? in pontibus * trabem non tremere: viámque ſic conficere, vt omnia probentur animo conſueuiſſe? Militiam veſtram tranſcenditis, ſi Rerum domino placere poſſitis. Nam cui nos parere contendimus, magnus prouectus eſt, ſi mereamini ad eius placidos venire conſpectus. Quocirca iter * Flaminiæ riuis ſulcantibus exaratum, hiantes ripas latiſſima pontium interiectione coniungite: oppreſſas margines plateatum aſperrimis ſyluis enudate: parauedorum aſcriptus numerus procuretur, cum electa qualitate membrorum: annonarum deſignatarum copia ſine aliquo poſſeſſorum diſpendio congregentur. Quia ſic omnia grata redditis, ſi in nulla parte peccetis. Res vna ſubtracta cuncta deformat & totum deeſſe creditur, vbi vel minima querelæ aſperitas commouetur. Species præterea, quæ menſis regiis apparentur, exactas tota ſedulitate perquirite. Nam quid proderit exercitui ſatisfacere, ſi vos contigerit in ipſa dominorum paſtione peccare? Pareant prouinciales admoniti: ciuitates ſingulæ declarata Breuibus ſubminiſtrent. Nam quoties læto principi occurritur, efficaciter beneficia poſtulantur. Cogitate etiam, quod præſens facta veſtra diiudico, aut gratias vobis domini gaudens reddo, aut commonitionem principis iratus attribuo. Agite ergo, ne mihi imputetur veſter exceſſus: quia cunctis de vobis ſatisfacio, quod culpis veſtris offendero. Perſoluat mihi potius gratiam vniuerſus exercitus. Magna nobis erit gloria, & me ſecurum reddere, & tantorum bona iudicia meruiſſe.

C

* v. diligentia

* v. trabium, al. contractum

Aſpectus principis.

* Flaminæ

D

§ MAXIMIANO VICARIO VRBIS ROMÆ Senator Præſ. Præt. XIX.

E

De Principis aduentu, cuius occurrit Senatus.

Aduētus principis per Tyberim.

ADuentum quidem regium ex ipſa poteſtis cognoſcere frequentia commeantium: quia neceſſe eſt, vt res magna competentia præmittat ſemper Indicia. Venturum diem Lucifer demonſtrat exortus: ſerena ſecutura fauens ventus oſtendit: imminentia bona quadam animi præſagitione dignoſcimus: & difficilè magna res geritur, quæ ſignorum præcurſione minimè declaratur. Veruntamen & vos neceſſariò commonemus, vt pontis iunctione Tyberinos fluctus ſolenniter veſtiatis: quatenus tranſitum præbeat intremulum, fixum concathenatione nauigium: & de ſuo ſitu celerem nobis præſtet excurſum. Non moueatur pigria funibus, vt ſolebat: non manibus trahentium moles tanta torpeſcat: celeritatem potiùs ſua conferat, quàm ſe mouens antea non præbebat. Ambulent commeantium greges, profectò non nauigiis incluſa nos vnda deportet. Sic decet dominum ſuſcipi, vt aliqua debeat nouitate gratulari. Tabularum fortiter iunctura conſtricta, ſoliditatem debet præbere neceſſariam, vt pauorem vndas dubitantium terrena ſimilitudine poſſit auferre. Optetur quinimò longior fuiſſe, cum tranſitur innocuè. Cancellorum tutamen dextra læuáque decenter aptetur. Proſper tamen tranſitus, cùm fuerit caſus aſper excluſus. Vide quemadmodum reliqua ad te pertinentia præpares, qui te occurſurum eſſe cognoſcis. Quale eſt enim in tanta frequentia non potuiſſe culpari. [Vniuerſos affligit, qui Regi aliquid neceſſarium ſubtrahit: quia dum lætus optatur ab omnibus, cunctos contriſtat, ſi probetur offenſus.] Adde, quod ſic præclarum eſt ſub tanta Senatorum occurſione laudari, principem ſic ſuſcipere: vt omnes intelligant, nil deeſſe, ante ipſum quoque dominum venire lætum, quam aliqua trepidatione confuſum. Inſperatum bonum eſt, ſi is ad quem deceptionis pertinet periculum, ſibi gratiæ procuret augmentum. In quam rem illum ſedis noſtræ militem nos direxiſſe cognoſce, qui tibi officióque tuo debeat imminere, quatenus nobis omnia parata renuntiet: quia [committi non poteſt caſui, quod noſtro periculo conſtat aſcribi.]

Praſagiū rerū bonarum.

F

Occurſus Senat.

G

§ THOMACI ET PETRO V V. CC. ARCARIIS Senator Præſ. Præt. XX.

De pignoribus.

REtinetis mecum, fideliſſimi viri, ſanctum Agapitum, vrbis Romæ Papam, cùm ad Orientis principem legationis gratia mitteretur, iuſſione regia datis pignoribus, à vobis tot libras auri facto pictatio ſolenniter accepiſſe: vt cui prouidus dominator iuſſit ad ſubditum eius etiam vrgere exceſſum. Primum quidē benignè præſtitit, qui in neceſſitate mutuas pecunias dedit: ſed quantò glorioſiùs fecit, etiam illud largiri, quod cum gratiarum actione potuiſſet offerri? Victa eſt ſine damno neceſſitas: manus Papæ dabat, quod eius ſubſtantia non habebat: & illud iter eſt iodemne redditum, quod donis conſtat expletum. Quale, rogo, videbatur antiſtitem petentibus Eccleſiam, & Eccleſiam nulla detrimenta ſentire? Diſtributor fuit potiùs, quàm donator: quia neceſſe eſt illi applicari, de cuius facultatibus videbatur expendi. Quid non agat apud ipſum principem talis legatio, quam deſtinatam ſingulari conſtat exemplo? Quapropter noſtra præceptione commoniti, & regia iuſſione ſecuri, ſanctorum vaſa, cum obligatione chirographi auctoribus ſancti Petri Apoſtoli, ſine aliqua dilatione refundite, vt lucroſè

Vaſa ſacra pignori data, reſtituta.

H

Diſtributor nō donator.

A reddita celeriter impetrata videantur: optata referantur manibus Leuitarum miniſteria, toto Orbe narranda donetur, quod proprium fuit: quoniam iuſtè per largitatem recipit, quod ſacerdos legibus obligauit. Superatum eſt exemplum, quod in hiſtoria noſtra magna intentione retulimus. Nam cùm Rex Alaricus vrbis Romæ deprædatione ſatiatus, apoſtoli Petri vaſa ſuis deferentibus excepiſſet, mox vt rei cauſam habita interrogatione cognouit, ſacris liminibus deportari diripientium manibus imperauit: vt cupiditas, quæ deprædationis ambitu admiſerat ſcelus, deuotione largiſſima deleret exceſſum. Sed quid mirum ſi reuerendorum Sanctorum decipere noluit, qui tanta ſe vrbis vaſtatione ditauit? Rex autem noſter religioſo propoſito reddidit vaſa, quæ iure pignoris propria videbantur effecta. Et ideo talibus factis frequens præſtetur oratio: quando læta concedi poſſe credimus, cum retributionem bonis actibus poſtulamus.

Alarici tum direptione vr.

B

¶ DEVS DEDIT SCRIBÆ RAVENNATI Senator Præf. Præt. XXI.

De Scribarum ſeu Tabellionum officio.

SCribatum officium, ſecuritas ſolet eſſe cunctorum: quoniam ius omnium, eius ſolicitudine cuſtoditur. Alios enim depopulantur incendia, alios nudat furtiua ſurreptio, nonnullis negligentia perit, quod diligens auctor acquirit, ſed de fide publica robuſtiſſimè reparatur, quicquid à priuatis amittitur. Diligentior eſt in alienis, quam poteſt eſſe cura de propriis, non admonitus facit, quod vix rogatus impleret, & requiſitus non poteſt negare, quod is cuius intereſt ſe fatetur amiſiſſe. [Armarium ipſius fortuna cunctorum eſt, & meritò refugium omnium dicitur, vbi vniuerſorum ſecuritas inuenitur.] Ad paterna tranſit officia, * ſi incorrupta ſit veritas cuſtodita. Nam ſicut diligens genitor ſeruat, quod otioſus ſucceſſor inueniat: ſic arbiter artium nullum patitur propria vtilitate fraudari. Et ideo tantæ rei iugiter præcipimus eſſe cuſtodem. Vt qui hactenus de integritate placuiſti, nulla debeas varietate fuſcari. Vide, quod tibi committitur antiqua fides, & quotidiana diligentia dirimis iurgantium litem. Apud cunctos præſules de tua cura litigatur: & tu potius iudicas, qui cauſarum vincula diſſoluis. Hoc honorabile ſecus, indiſputabile teſtimonium, vox antiqua chartarum, cùm de tuis adytis incorrupta præceſſerit, cognitores reuerenter excipiunt, litigantes quamuis improbi, coacti tamen obediunt. Et cùm fas ſit, promulgatam ſententiam ſuſpendi, tibi non licet obuiari. Quocirca non habeat venale propoſitum. Tinea documentorum eſt, obliquo maligna redimentis, dum quærunt conſumere, quod ſe cognouerunt impedire. Paſcat te * editio decora veritatis, facultas tua habeatur integritas. Da parentibus, quæ olim facta ſunt. Tranſlator eſto, non conditor antiquorum geſtorum. Exemplar, velut annulum, ceris imprime: vt ſicut vultus expreſſa non poſſunt ſigna refugere, ita manus tua ab authentico nequeat diſcrepare. Quod ſi te aliquis iniqua ſurreptione traduxerit, quemadmodum in alia cauſa tibi acquieſcat credi, quem ſcit potuiſſe corrumpi? Impugnat te fraude ſua, & facilè conuincit, quem in vna parte decipit. Ama iuſtitiam, de qua nemo queritur: vt etiam iratus, teſtimonium ſalubre poſſit dicere, qui te incaſſum voluit deuiare. Publicum eſt omne, quod feceris: dum aut laudatus gratiam, aut accuſatus inuenire poſſis offenſam.

Scribarum ... & tabellionum. C *Si incorrupta.* *... venale propoſitum.* D ** editio*

§ PROVINCIALIBVS ISTRIÆ SENATOR Præf. Præt. XXII.

De emptione & venditione.

E EXpenſæ publicæ, diuerſorum temporum varietate turbantes, hac ratione ſe poterunt continere, ſi prouentum locorum ſequatur ſalubritas iuſſionum. Illic enim facilis eſt procuratio, vbi fuerit fructus vberior. Nam ſi * iudicatur, quod ſterilitas ieiuna denegauit, tunc & prouincia læditur, & effectus optabilis non habetur. Commeantium igitur atteſtatione didicimus, Iſtriam prouinciam matribus egregiis fructibus ſub laude nominatam, diuino munere grauidam, vini, olei, vel tritici præſenti anno fœcunditate gratulari. Et ideo memoratæ ſpecies in tot Solidos datæ pro tributaria functione, qui vobis de præſenti prima Indictione reputentur. Reliqua verò propter ſolennes expenſas relinquimus deuotæ prouinciæ. Sed quoniam nobis in maiore ſumma ſunt quærenda, quæ diximus, tot Solidos etiam de arca tranſmiſimus, vt res neceſſariæ ſine veſtro diſpendio vberrimè debeant congregari. Frequenter enim dum extraneis vrgemini vendere, ſoletis damna ſentire, eo præſertim tempore, cum vobis peregrinus emptor ereptus, & rarum eſt aurum capere, quando mercatores cognoſcitis non adeſſe. Quantò verò melius eſt parere dominis, quàm præſtare longinquis? & debita fructibus ſoluere, quàm ementum faſtidia ſuſtinere? Prodimus etiam amore iuſtitiæ, quod nobis ſuggerere poteratis: quia in pretio lædere non debemus, vnde naulorum præbitionibus non grauamur. Eſt enim proxima vobis regio ſupra ſinum maris Ionij conſtituta, oliuis referta, ſegetibus ornata, vite copioſa: vbi quaſi tribus vberibus, egregia vbertate largitis, omnis fructus optabili fœcunditate profluxit. Quæ non immeritò dicitur Rauennæ Campania, vrbis regiæ cella penaria, voluptuoſa nimis & delitioſa digreſſio, fruitur in Septentrione progreſſa, cœli admiranda temperie. Habet & quaſdam; non abſurdè dixerim, Baias ſuas: vbi vndoſum mare terrenas concauitates ingrediens, in faciem decoram ſtagni æqualitate deponitur. Hæc loca & gariſmatia plura nutriunt, & piſcium vbertate gloriantur. Auernus ibi non vnus eſt. Numeroſæ conſpiciuntur piſcinæ Neptuniæ: quibus, etiam ceſſante induſtria, paſſim oſtrea naſcuntur inuiſa. Sic nec ſtudium in nutriendis, nec dubietas in capiendis probatur eſſe deliciis. Prætoria longè latéque licentia in margaritarum ſpeciem putes eſſe diſpoſita: vt hinc appareat qualia fuerint illius prouinciæ * Maiorum iudicia, quam tantis fabricis conſtat ornatam. Additur etiam illi litori ordo pulcherrimus inſularum, qui amabili vtilitate diſpoſitus, & à periculis vindicat naues, & ditat magna vbertate cultores. Reficit planè Comitatenſes excubias, Italiæ ornat Imperium, primates deliciis, mediocres victualium paſcit expenſis: & quod illic naſcitur, penè totum in vrbe regia poſſidetur. Præſtet nunc copias ſuas ſponte, magis deuota prouincia ampliùs pareat, dum ſperatur: quando gratiſſimè faciebat, dum minimè quæreretur. Sed ne aliqua iuſſionibus noſtris dubietas naſceretur, Laurentium virum experientiſſimum, & magnis nobis in Republica laboribus comprobatum, cum præſenti auctoritate direximus: vt ſecundùm Breues ſubter anneaos incunctanter expediat, quod ſibi pro expenſis publicis iniunctum eſſe cognoſcit. Nunc procurate, quæ iuſſa ſunt. Vos enim facitis deuotum militem, cùm libenter ſuſcipitis iuſſionem. Pretia verò vobis moderata ſequenti iuſſione declaramus, cùm nobis geſtus præſentium natiuitatis modum miſſa relatione ſuggeſſerit. Taxari enim aliquid non poteſt iuſtè, niſi copia rei euidenter potuerit indagari. Inæqualis quippe eſt arbiter, qui ſententiam mittit * in caſum: & mali ſibi probatur conſcius, qui eſt indeliberata dicturus.

Emptio ſpecierū principe comparante. ... indicatur ſterilitas ieiuna. F *Regio.* *Rauenna.* G *Campania.* *Baia.* *Gariſmatia & piſcina.* *Prætoria.* ** maiorū* H *Pretia taxata.* ** incaſſum.*

¶ LAVREN

A

❡ LAVRENTIO VIRO EXPERIENTISSIMO Senator Præf. Præt. xxiii.

In ſterilitate quid agendum ſit.

DEliberatio Iudicis probatos viros debet publicis actionibus adhibere: vt facilè poſſit impleri, quod ſub ſterilitate temporis videtur inquiri. In abundantia rerum quælibet ſe poteſt expedire perſona: electis opus eſt militibus cùm fuerit neceſſitatis impulſus. Atque ideo experientiam tuam, frequentibus nobiſque tali deuotione gratiſſimam, ad Iſtriam prouinciam iubemus excurrere: vt in tot ſolidos vini, olei, vel tritiei ſpecies de tributario * Solido debeas procurare, in aliis verò tot Solidis, quos à noſtro Arcario percepiſti, tam à negotiatoribus, quàm à poſſeſſoribus emere maturabis, ſicut te à numerariis inſtruxit portecta notitia. Quapropter exige nunc animos ad parendum, qui tantis excubiis indiſcreta ſorte placuiſti. Admoneat te prioris conuerſationis exemplum: quia nimis graue eſt emeritum delinquere, quem tyronem nullatenus conſtat erraſſe. Qualis autem ſupradictarum ſpecierum vbertas ſe optata laxauerat, veraci nobis, vt de te credimus relatione ſignifice: vt nos habito modo conſtituere debeamus, quod nec prouinciales lædat, nec publicas grauare poſſit expenſas.

* ſolido

B

❡ TRIBVNIS MARITIMORVM SENATOR Præf. Præt. xxiv.

De rebus maritimis.

DAte pridem iuſſione cenſuimus, vt Iſtria vini & olei ſpecies, quarum præſenti anno copia indulta perfruitur, ad Rauennatem feliciter dirigeret manſionem. Sed vos, qui numeroſa nauigia in eius confinio poſſidetis, pari deuotionis gratiæ prouidete, vt quod illa parata eſt tradere, vos ſtudeatis ſub celeritate portare. Similis erit quippe vtriuſque gratia perfectionis, quando vnum ex his diſſociatum impleri non permittit effectum. Eſtote ergo promptiſſimi ad vicina, qui ſæpe ſpatia tranſmittitis infinita. Per hoſpitia quodammodo veſtra diſcurritis, qui per patriam nauigatis. Accedit etiam commodis veſtris, quod vobis aliud iter aperitur perpetua ſecuritate tranquillum. Nam cùm ventis ſæuientibus mare fuerit clauſum, via vobis panditur per amœniſſima fluuiorum. Carinæ veſtræ flatus aſperos non paueſcunt, terram cum ſumma felicitate contingunt, & perire neſciunt, quæ frequenter impingunt. Putantur eminus quaſi per prata ferri, cùm eorum contingit alueum non videri. Tractæ funibus ambulant, quæ ſtare rudentibus conſueuerunt: & conditione mutata pedibus iuuant homines naues ſuas: vectrices ſine labore trahunt, & pro pauore velorum vtuntur paſſu proſperiore nautarum. Iuuat referre, quemadmodum habitationes veſtras ſitas eſſe proſpeximus. Venetiæ prædicabiles quondam plenæ nobilibus, ab auſtro Rauennam Padúmque contingunt, ab Oriente iucunditate Ionij litoris perfruuntur: vbi alternus æſtus egrediens modò claudit, modò aperit faciem reciproca inundatione camporum. Hic vobis aliquantulum aquatilium auium more domus eſt. Namque nunc terreſtris, modò cernitur inſularis. Vt illic magis æſtimes eſſe Cycladas, vbi ſubitò locorum facies reſpicis * immutatas. Earum quippe ſimilitudine, per æquora longè patentia, domicilia videntur ſparſa, quæ Natura non protulit, ſed hominum cura fundauit. Viminibus enim flexibilibus illigatis terrena illic ſoliditas aggregatur, & marino fluctui tam fragilis munitio non dubitatur opponi: ſcilicet quando vadoſum litus moles eiicere neſcit vndarum, & ſine viribus fertur, quod altitudinis auxilio non iuuatur. Habitatoribus

Rauenna.

C

D

Venetia.

Cyclades.

* imminutas

E

igitur vna copia eſt, vt ſolis piſcibus expleantur. Paupertas ibi cum diuitibus ſub * æqualitate conuiuit. Vnus cibus omnes reficit: habitatio ſimilis vniuerſa concludit: neſciunt de penatibus inuidere: & ſub hac menſura degentes euadunt vitium, cui Mundum conſtat eſſe obnoxium. In ſalinis autem exercendis tota contentio eſt: pro aratris, pro falcibus, cylindros voluitis: inde vobis fructus omnis enaſcitur: quando in ipſis, & quæ non facitis, poſſidetis. Moneta illic quodammodo percutitur victualis. Arti veſtræ omnis fluctus addictus eſt. Poteſt aurum aliquis minùs quærere: nemò eſt, qui ſalem non deſideret inuenire: meritò, quando iſti * debet omnis cibus, qui poteſt eſſe gratiſſimus. Proinde naues, quas more animalium veſtris parietibus illigaſtis, diligenti cura reficite: vt cùm vos vir experientiſſimus Laurentius, qui ad procurandas ſpecies directus eſt, commonere tentauerit, feſtinetis excurrere. Quatenus expenſas neceſſarias nulla difficultate tardetis, qui pro qualitate aëris compendium vobis eligere poteſtis itineris.

* æqualitate

* v. debetur

F

❡ AMBROSIO V. I. AGENTI VICES SENATOR Præf. præt. xxv.

De rebus naturalibus.

PLerunque ſoliciti fiunt, qui mutatos rerum ordines intuentur: quia ſæpe prætendunt aliqua, quæ conſuetudini probantur aduerſa. [Nihil enim ſine cauſa geritur, nec Mundus fortuitis caſibus implicatur: ſed quicquid venire videmus ad terminum, diuinum conſtat eſſe conſilium.] Suſpenduntur homines, cùm ſua Reges conſtitute mutauerunt: ſi aliter inducti procedant, quàm eorum vſus inoleuerit. Quis autem de talibus non magna curioſitate turbetur, ſi verſa vice conſuetudinum, à ſideribus aliquid venire videatur obſcurum? Nam ſicut certa ſecuritas eſt, ſuis vicibus tempora notare currentia: ſic magna curioſitate complemur, cùm mutari talia ſentiuntur. Quale eſt, rogo, ſtellarum primarium conſpicere, & eius lumina ſolita non videre? Lunam, noctis decus, intueri orbe ſuo plenam, & naturali ſplendore vacuatam? Cernimus adhuc cuncti quaſi Venetum Solem, miramus medie die vmbras corpora non habere, & vigorem illum fortiſſimi caloris vſque ad extremam temporis inertiam perueniſſe, quod non eclipſis momentaneo defectu, ſed totius penè anni agi nihilominus conſtat excurſu. Qualis ergo timor eſt, diutiùs ſuſtinere, quod vel in ſumma ſolet populos celeritate terrere? Habuimus itaque ſine procellis hyemem, ſine temperie vernum, ſine ardoribus æſtatem. Vnde iam ſperetur poſſe venire temperies: quando menſes, qui fructus decoquere poterant, borcis flatibus vehementes algebant? Quid enim fertilitatem producat, ſi terra æſtiuis menſibus non caleſcat? Quid germen aperiat, ſi * matris pluuiam non reſumet? Duo hæc elementis omnibus probamus aduerſa, rigorem perpetuum, & contrariam ſiccitatem. Mutauerunt ſe tempora non mutando, & quod mixtis imbribus ſolebat effici, ex ariditate ſole non poteſt obtineri. Atque ideo de veteribus frugibus prudentia tua futuram vincat inopiam: quia tanta fuit anni præteriti felix vbertas, vt etiam venturis menſibus prouiſa ſufficiant. Reponatur omne, quod ad victum quæritur: facilè priuatus neceſſaria reperit, cùm ſe publicus apparatus expleuerit. Sed ne te præſens cauſa magna hæſitatione diſcruciet ad conſiderationem reuertere naturalium rerum, & fit ratione certum, quod ſtupenti vulgo videtur ambiguum. Sic enim conſtat diuina ordinatione diſpoſitum, ſic aſtra præſentis in domiciliis ſuis mutuis adminiſtrationibus conuenerunt, vt ſupra ſolitum hyems ſicca redderetur & frigida. Hinc aër niuibus nimio rigore denſatus, ardore Solis in nulla raritate perductus eſt, ſed in aſſumpta craſſitudine perdurans, & caloribus eius obſtitit,

Mundus ſapientia, non caſu regitur.

G

De ſtellis.

De Luna.

De Sole.

* materna

H

al. maternam

&

A & aſpectum humanæ fragilitatis eluſit. Media enim quæ ſunt, noſtris dominantur obtutibus, & per ipſa tantum videre poſſumus, quantum nobis ſui corporis tenuitate concedunt. Hoc enim inane magnum, quod inter cœlum terrámque elementi more peruagatur, dum contigerit eſſe purum & Solis claritate reſperſum, veſtros veraciter pandit aſpectus: ſi verò aliqua fuerit permixtione congregatum, tunc tenſo quaſi quodam corio, nec colores proprios, nec calores peruenire facit aſtrorum. Quod etiam aliis ſæculis aëre nubilo pro tempore frequenter efficitur. Hinc eſt, quòd diutiùs radij ſiderum inſolito colore fuſcati ſunt, quod nouum frigus meſſor expauit, quod acceſſu temporis poma duruerunt, quòd vuarum ſenectus acerba eſt. Sed ſi hoc diuinæ prouidentiæ tradatur, ſtagere non debemus, quando ipſius Imperio prodigia quærere prohibemur. Illud tamen ſine dubio terrenis fructibus aduerſarium eſſe cognoſcimus, vbi alimonia conſueta nutriri lege propria non videmus. Proinde agat ſolicitudo veſtra, ne nos vnius anni ſterilitas turbare videatur: dum ſic ab illo primo adminiſtratore dignitatis noſtræ prouiſum eſt, vt præcedens copia ſequentem valuiſſet mitigare penuriam.

Vbertate ſterilitas B penſata.

¶ * PAVLO VIRO STRENVO SENATOR Præf. Præt. XXVI.

* Dacio Epiſcop. Mediol. al. Theodoſio v. illuſt.

De ſterilitate vini ac tritici.

Succurrit ſterilitati indulgentia principis.

FRequenter vtilitas publica compendioſa pietate ſeruatur: quando illud magis acquirit, quod bonorum intercesſione remiſerit. Veniens itaque vir venerabilis Auguſtinus, vita clarus & nomine, Venetum nobis neceſſitates flebili allegatione declarauit, non vini, non tritici, non panici ſpecies apud ipſos fuiſſe procreatas: aſſerens ad tantam penuriam prouincialium perueniſſe fortunas, vt vitæ pericula ſuſtinere non poſſint, niſi eis pietas regalis ſolita humanitate proſpexerit. Quod nobis crudele viſum eſt, aliquid à petentibus poſtulare: & illud ſperare, quo prouincia cognoſcitur indigere. A talibus enim ſolas lachrymas exigit, qui quod non inuenitur, imponit. Et ideo C tanti viri allegatione permoti, vinum & triticum, quod nos in apparatu exercitus ex Concordienſe, Aquileienſe, & Forolilienſe ciuitatibus colligere feceramus, præſenti auctoritate remittimus: carnes tantum, ſicut litteris vobis datus continet, exinde prouidentes. Hinc enim, cùm neceſſe fuerit, ſufficientem tritici ſpeciem deſtinamus. Et quoniam in Iſtria vinum abundè natum eſſe comperimus, exinde quantum de ſupradictis ciuitatibus ſperatum eſt poſtulare, ſicut in foro rerum venalium reperitur: quatenus nec ipſi lædi poſſint, cum eis pretia iuſta ſeruantur. Quapropter præſentem indulgentiam nulla credatis venalitate taxandam: vt dum fuerit remedium gratuitum, poſſit exiſtere nihilominus glorioſum. Noueritis enim, graui vos ſubiici D poſſe vindictæ, ſi quod interdictum eſt dari, à vobis videatur acceptum.

¶ I DATIO EPISCOPO MEDIOLANENSI Senator Præſ. Præt. XXVII.

De fame quæ fuit eo anno per vniuerſum.

[MInus prodeſt bonum iubere, niſi hoc per viros ſanctiſſimos velimus efficere.] Auget enim beneficium voluntas recta iuſtorum: & quicquid ſine fraude geritur, hoc verè donantis meritis applicatur. Decet enim, vt munificentiam principalem ſacerdotalis puritas exequatur. Nam cui eſt ſtudium, bonum de proprio facere, laudabiliter poteſt aliena vota complere. Et ideo ſanctitatem veſtram petimus (cuius propoſiti eſt, diuinis inſeruire mandatis) vt de horreis Ticinenſibus & Dertonenſibus panici ſpeciem, ſicut à principe iuſſum eſt, tertiam portionem eſurienti populo, ad viginti quinque modios per Solidum diſtrahi ſub noſtra ordinatione faciatis: ne cuiuſquam venalitate ad illos perueniat, qui ſe de proprio videntur poſſe tranſigere. Accipiat minus, habens indulgentiam principalem. Egentibus viſum eſt, non diuitibus, ſubuenire. Fundit potius, qui mittit in plenum: nam illud potiùs reconditur, quod vaſis vacuis congregatur. Quapropter ſanctitas veſtra miſerationis officia non putet iniuriam: quia totum vobis dignum eſt, vbi pietas inuenitur. Si quidem aliena deſideria fideliter gerere, hoc eſt bona propria perfeciſſe. Ad quam rem, Deo iuuante, procurandam, illum atque illum curauimus deſtinare. Qui ſanctitatis veſtræ ordinationibus obſecuti, nihil ex ſe faciant, ſed tantummodo vobis obedire contendant. Solidi verò quanti ex ſupradicta quantitate panici poterunt congregari, veſtra nobis relatione declarate: vt apud Arcarium reconditi ad ſupra memoratam ſpeciem reparandam, futuris reſeruentur, Deo auxiliante, temporibus: more veſtis rediuiuæ, cuius adunatio per fila reſoluitur, vt in nouam faciem ſplendido potius decore * texetur.

E *Panici ſpecies donata pauperibus.*

F

* Forte texatur.

NOTÆ VARIORVM.

¶ I *Datio Epiſcopo Mediolanenſi.*] Hoc ſcriptum eſt poſt conſulatum Beliſarij: quo tempore aduerſus Vuitigem Gothorum regem, (cuius aliquot ſupra lib. 10. extant reſcripta) Beliſarius Romam vi obtinens reſiſtebat. Nam eo anno tanta per vniuerſum fames fuit, vt Datius Epiſcopus Mediolanenſis relatione ſua hoc euidenter curauerit, quaſdam mulieres in Liguriæ partibus ex familia Eccleſiæ ſuæ proprios filios præ nimia fame comediſſe. Hæc ex libro Pontificali in vita Syluerij Papæ, quæ extat ſecundo tomo Conciliorum, item ex Paulo Diacono *lib.* 17. vide ſuprà, lib. 4. epiſt. 5. FOR.

G ¶ Digniſſimus profectò hic auctor, ad cuius exornationem certatim ingenioſi omnes induſtriæ neruos intendant: verùm mihi hactenus hæc in procinctu notaſſe ſufficiat. Neque enim plura nunc, præſertim occupato, licet: & id quod ſubceſiuum à ſcholaſtico, & forenſi labore ocium conceditur, multò lubentiùs aliò contuliſſem, totóque hoc ſcribendi genere ſuperſediſſem, niſi me optimi & amiciſſimi collegæ Lugdus Triputius, & Ioann. Manſirmius reſtitantem incitaſſent. Quibus acceſſit aſſidua & propè quotidiana ingenuorum maximéque ſpei adoleſcentium Ioan. Iacobi Memmij, Iacobi Daneſij & Lodoici Dureti cohortatio: qui cùm incredibili liberalium diſciplinarum ac iuris amore teneantur, tum Caſſiodori imprimis formulas ſtudioſè colant, non priùs vt iſta ederem, quàm exorarint, orare deſtiterunt. FOR.

¶ *Hîc noſtrarum Animaduerſionum finis eſto, quibus ea perſequi tantum fuit animus, quæ ad illuſtrandum hunc authorem maximè conducerent, nolens longiore verborum & digreſſionum circuitu lectorum aures oculóſque obtundere. Hæc igitur ſufficiant, plura aliquando dicturus.* BROE. H

¶ EDICTVM CASSIODORI SENATORIS XXIX.

Indulgentia dimidij tributi, & nunciata hoſtium victoria.

QVis neſciat, prouidentiam diuinam vſibus noſtris aliqua velle ſubducere, vt humanum poſſit animum comprobare? Nam ſi nullum penitiùs indigere contingeret, locum proinde largitas non haberet. Data eſt prouinciis in Regis noſtri laude penuria. Steriles

facti

A facti ſunt agri, vt vbertas domini † poſſit agnoſci. Minus eſſet acceptiſſimum donum, niſi præceſſiſſet incommodum. Gaudete prouinciæ, maſiſque veſtris potiùs gratiam referte: quando talem probatis animum principis, vt nullis cedat aduerſis. En pietas mirabilis, quæ vbique noſtris repugnat incommodis. Nam cùm ſe ferias gentilis prioris temporis animaſſet, Æmylia & Liguria noſtra, ſicut vos retinere neceſſe eſt, Burgundiorum * iuſſione quateretur, gererétque bellum de vicinitate furtiuum, ſubito præſentis imperij tanquam Solis ortus fama radiauit. Expugnatum ſe hoſtis ſua præſumptione congemuit: quando illum cognouit nominatæ gentis eſſe rectorem, quem ſub militis nomine probauerat eſſe ſingularem. Quoties ſe optauit de ſuis finibus non exire Burgundio, ne principe noſtro pugnaret aduerſo? cuius licèt præſentiam reiecatus euaſerit, felicitatem tamen præcipitatus incurrit. Nam mox vt Gothi ad belli ſtudium gemina ſe fortitudine contulerunt, ita proſpera concertatione cæſa eſt rebellium manus, quaſi inde nudos, hinc ſtare contigiſſet armatos: diuini æquitate iudicij, vt in ipſis campis prædo corrueret, quos vaſtare præſumpſit. Exulta aduerſariorum cadaueribus ornata prouincia: aceruum vide funerum, quem inimicorum vitio conſtat effectum. Nunc melius culta Liguria, cui negato fructu ſegetis, meſſis prouenit hoſtilis. Nam & ſi tributa tua minus potuerunt accipi, triumphos in te natos feliciter obtuliſti. His additur Alamannorum nuper fugata ſurreptio, quæ in primis conatibus ſuis ſic probatur oppreſſa, vt ſimul aduentum ſuum invenisset & exitum, quaſi ſalutaris ferri caecatione purgata: quatenus & malè præſumentium vindicaretur exceſſus, & ſubiectorum non omnino graſſaretur interitus. Poſſem quidem vobis dinumerare, quanta in aliis locis hoſtium turba ceciderit: ſed more humani animi ad veſtra felicia feſtinantes, illud nos tantum dicere cupitis, quod ad vos ſpecialiter pertinere ſentitis.

C Redeamus ergo ad ſuaue principium: quando quos defendit à belli clade, nec inopiæ patitur pericula ſuſtinere. Nam qui perculit hoſtem prouinciæ, & famem iuſſit exire. O certamen toto orbe prædicandum! contra indigentiam ſæuam glorioſi principis pugnat humanitas, cuius verè caſtra ſunt horrea referta: quæ ſi claudere voluiſſet, tunc importabilis * intraſſet inimica: ſed quia magis aperuit, ſæuientem aduerſariam non fugauit. Neſcio quæ principis noſtri bella mundus potius admiretur: ego tamen dicam, quod ſentio. In vſum eſt viris fortibus, feliciter egiſſe pugnas: ſed ſupra humanitatem virtutem eſſe conſtat viciſſe penuriam. Verum cum his tantis ac talibus bonis nulla potuiſſent ſupplicum vota ſufficere, adhuc & dimidiam relaxare pertulit fiſcalis calculi functionem: ne triſtes in aliqua parte faceret, quibus tot felicia præſtitiſſet. Ioſeph legimus contra famem funeſtam, emendi quidem tritici dediſſe lætitiam, ſed tale poſuiſſe precium, vt ſuæ ſubuentionis auidus, ſe potius venderet alimonia mercaturus. Quale fuit, rogo, tunc miſeris viuere,

D quibus acerba ſubuentio libertatem ſuam videbatur adimere? vbi non minus ingemuit liberatus, quàm potuit flere captiuus. Credo virum ſanctum hac neceſſitate conſtrictum, vt & auaro principi ſatisfaceret, & periclitanti populo ſubueniret. Pace tanti patris dixerim, quantò præſtantius eſt, libertate ſalua frumentum vendere, & propter indigentiam tributa laxare? Gratis conſtat iſta venalitas, quando & vnde emaris ceſſi, & pretium quod vos oblectet, impoſui. Vendit itaque largitas publica vicenos quinos modios: dum poſſeſſor inuenire non poſſit, ad denos ordinem rerum ſæculi mutauit humanitas: nos iubemus vile diſtrahere, cùm eſuriens paratus ſit carius comparare. O nouum prædicationis euentum! Affectu damni negociatio prouenit, & votum eſt vendenti magis perdere, vt quæſtum comparans valeat inuenire. Talia profectò Regem decet tractare commercia, talem conuenit nundinationem exercere pietatem, vt tunc mi-

E nus acquieſcat accipere, quando emptor plurima præcipitatur offerre. Licet referte, qualis etiam vobis ſit dominantis affectus: quia & primo ceſſit, quantum ſufficere credidit, & nunc iterum poſtulata geminauit. Verecundum vobis erat aliquid ſperare poſt dona, cùm ſe adhuc ad beneficia principis reſeruaret humanitas non audita deſpexit, quando ipſe viſa teſtatus eſt. Felix illa calamitas, quæ prius miſerantem reperit teſtem, vt poſt diſtrictum iudicem non haberet. Gaude igitur aſſuete iam bono Ligur, in vſu tum ſecunda venerunt: nam collatos tibi Ægyptios magna proſperitate viciſti, euadis tempora neceſſitatis, & libertatis præmia non amittis: immo illo tempore ſecutus es ab hoſte redditus, quando & de famis periculo cognoſceris eſſe liberatus. Adhuc te prædictum ornat exemplum: adhuc eſt in qua parte ſuperetur. Legitur enim Ioſeph fratribus ſuis tantum ſaccis occulta pretia reddidiſſe, quid mirum, ſi natura compellente proximis ſuis humanior viſus eſt extitiſſe? Hic autem cunctis large vendidit,

F functionem debitam reliquit. Et plus iſte generaliter contulit tributariis, quàm ille ſolis viſus eſt præſtitiſſe germanis. Breuiter dicantur effuſa, hinc bona ſua diſcat vniuerſitas: quando non regibus comparantur noſtra ſæcula, ſed Prophetis. Sed ne diutius beneficiorum regalium cupidos occupemus, præcepta noſtra ad eos, quorum intereſt, manaſſe cognoſcite, vt ſecundum tenorem iuſſionis ad vos perueniat munificentia principalis.

Explicit liber xij. Variarum.

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris,

G

DE ANIMA.

Hoc eſt de Animæ ſubſtantia, & eius virtutibus. Opus maximè pium & Chriſtianum.

CVM iam ſuſcepti operis optato fine gauderem, méque duodecim voluminibus iactatum quietis portus exciperet; vbi etſi non laudatus, certè liberatus aduenatum, amicorum me ſuaue collegium in ſalum rurſus cogitationis expreſſit: poſtulans vt aliqua, quæ tam in libris ſacris, quàm in ſecularibus abſtruſa comperetam, de Animæ ſubſtantia, vel de eius virtutibus aperirem, cui datum eſt tam ingentium rerum ſecreta † reſerare, addens, nimis ineptum eſſe, ſi eam per quam plura cognoſcimus, quaſi à nobis alienam ignorare patiamur: dum ad omnia ſit vtile noſſe, qua ſapimus. Nulla enim peregrina res eſt

H de ſenſu proprio loqui: quando ſibi Natura interrogata reſpondet, nec longè tendit, vt ſe inuenire præualeat, nobiſcum ſemper eſt ipſa, quam quærimus, adeſt, tractat; loquitur, & ſi fas eſt inter iſta neſcitur. Proinde nota eſſe debet, quæ ſibi præſto eſt. Quia tunc magis ante ſe ponitur, cùm ſubtilius de ipſa tractatur. Nam dum à ſapientibus præceptum ſit, vt cognoſcamus noſmetipſos, quemadmodum ſuſtineri poteſt, ſi nos habemus incognitos? Cupimus enim noſſe planetarum cœlo contrarios curſus, ſignorum conſentaneum lapſum. Sunt enim ex eis alia manentia, motúque carentia, alia verò quæ mobili ſemper rotatione vertuntur, nec vllis temporibus conquieſcunt. Hæc vt mundani doctores exquirere tentauerunt, armoniacis delectationibus inæſtimabili modulatione voluuntur, quorum tinnitus atque concentus † adunitus efficit † dulciſonum melos. Deſideramus etiam comprehendere altitudinem ætheris, menſuram telluris,

Marginal notes: † poſſet; Liguria. * ſuaſione al. incarſione; Gothorum fortitudo.; Alamannorum fuga.; † eſſet; Ioſeph tradition.; Ioſeph.; Edictum propoſ.; † reſerare; † adunatur; † concordiſſimum

A nubigeras pluuias, ſiue grandinis procellas, tremorem ſtabilium terrarum, naturam vagantium ventorum, profunditatem inconſtantis maris, poteſtates virentium herbarum, quatuor elementorum per omne corpus diſſociatas complexiones: & ſcendum eſt ipſam ſe ſcire non poſſe, cui ſuperne datum eſt tanta diſcutere? Non enim aliquid contentioſe quærimus, ſed res profundiſſimas modeſtiſſimè noſſe deſideramus. Diſcamus ergo primum, quare anima dicatur. Deinde, qualis ſit eius definitio. Tertio, quæ ſit eius qualitas ſubſtantialis. Quarto, ſi formam aliquam habere credenda eſt. Quinto, quas virtutes habeat morales, quas Græci ἀρετάς vocant, ad decus eius & gloriam contributas. Sexto, quæ in illis ſunt virtutes naturales, ad ſubſtantiam ſcilicet corporis continendam. Septimo, de origine Animæ diſſeratur. Octauo, cùm ſit per omnia membra diffuſa, vbi potius inſidere credenda ſit. Nono, de corporis ipſius forma & compoſitione noſcamus. Decimo, quas proprietates habeat Anima peccatorum per competentia nobis ſigna declaretur. Vndecimo, qua noſcantur diſcretione iuſtorum: quatenus quos oculis iſtis videre non poſſumus, per indicia probabilia colligamus. Duodecimo, in reſurrectione, quam verè ſapiens credit, quid de ſingulis fieri ſentiatur, maximè deſideramus agnoſcere, quatenus fragilia corda mortalium ad diuinitus promiſſa deſideria concitentur. Hæc nobis præſtante Deo, ordine cuſtodito reſponde: vt & nos facilè poſſimus imbui, & tu gloriam debeas inuenire doctoris.

Animam ſe ipſam ſcire debet.

B

Dixi propoſitiones has non præceptis Regum, quæ nuper agebantur: ſed profundis & remotis dialogis conuenire, qui non iam iſtas aures corporeas, ſed interioris hominis intentum atque puriſſimum quærere probantur auditum, nec ideo facile poſſe de ipſa dici, quia per eam innumera nouimus explicari. Oculus enim, qui vſque ad ſidera tendit, ſe videre non præualet: & palatus noſter cùm diuerſa guſtu ſentiat, cuius ipſe ſit ſaporis, ignorat. Nares etiam fragrantium corporum varios odores attrahunt: ſed quid oleant, ipſæ non ſentiunt. Cerebrum denique noſtrum, licet ſenſum membris reliquis tradat, ipſum tamen ſenſum legitur non habere. Deinde qualia fatigatus poſſim diſſerere, qui iam ad laboris terminum auida mente properatem: Poſtremo tam ſuaues amici imponitis iterum cogitare, quod à cogendo dici abſoluta cognoſcitis ratione conſtare: præſertim dum hæc res à multis diſputata, ſed pene inexplicabilis videatur eſſe derelicta. Sed cùm his ac talibus ingenia eorum multis allegationibus ſuperare nequiuerim, nec mihi concedere † meum velle decreuiſſent: victus perij vt me ſaltem diebus aliquot ſuſtinerent, nec præcipitanter quærerent, quòd plenum difficultatibus impetrarent. Quocirca illud mihi accidit Prothei, qui quod voluntate non eligebat pandere, conſtrictus vinculis cogebatur abſoluere. Hoc tamen † inde tolerabile viſum eſt: quia de tali re vigebar dicere, quæ ſi (Deo fauente) veraciter exprimatur, & audientem meritò recreat, & ſenſum bene perſuadentis illuminat. Quapropter antequam rem aggrediar expetitam, oportet prius nominum ſimilitudines, quaſi ramos obuiantes abſcindere, ne ſemitam diſputationis noſtræ vocabulorum conſonantium ſylua vmbroſis imaginibus videatur intexere.

C

† in eum

† mihi

D

CAPVT I.

Quare anima dicatur.

ANima igitur hominis propriè dicitur, non etiam pecudum, quia illorum vita in ſanguine tantùm noſcitur conſtituta. Hæc verò quoniam immortalis eſt, anima rectè appellatur, quaſi ἄναιμα, id eſt a ſanguine longè diſcreta: quoniam & poſt mortem corporis perfectam eius conſtat eſſe ſubſtantiam: ſicut in ſubſequentibus ſuo loco declarabitur. Alij verò appellatam animam dicunt, eo quòd animet ſubſtantiam corporis ſui atque viuificet. Animus verò dicitur ἀπὸ τοῦ ἀνέμου, id eſt à vento, † quod velociſſima cogitatio eius ad ſimilitudinem venti motu celeri peruagatur. Fit autem ex appetitu animæ pro deſiderij eius qualitate commotus. Mens autem dicitur ἀπὸ τῆς μήνης, id eſt à luna: quæ licet varia viciſſitudine commutetur, quadam ſe tamen in id quod fuit, perfecta nouitate reſtituit. Modo enim tribulationibus attenuata, quaſi probatur obſcura: modo iterum in vigorem naturalem lætitia commeante reparatur. Spiritus itaque triplici modo dicitur. Appellatur enim veraciter & propriè ſpiritus Deus, nullius indigens, ipſe verò à creaturis omnibus indigetur, inſpirans quos vult, & diſpenſans omnia prout vult, complens vniuerſa, totus in toto, immobilis loco, & volubilitate æternus, cunctáque quæ ſumma ſunt ſingulariter potens. Vocamus & ſpiritum ſubſtantiam tenuem, nobiſque inuiſibilem, creatam, immortalem, quantùm illi vtiliter datum eſt valentem. Tertiò, ſpiritum dicimus per totum corpus emiſſum, atque receptum, per quem vita mortalium flatu neceſſariò continetur, nec aliquando ocium capiens, iugi mobilitate reparatur. Atque ideo ſciendum eſt, animum & mentem propriè animam non vocari. Sed quia res iſtæ in anima excellunt, interdum per licentiam ſic dicuntur. Nec pro anima vtique ſpiritus diſtinctè ponitur: quia hoc illi nomen eſt commune cum cæteris, id eſt Angelis, poteſtatibus aëris, & quæcunque ſpiritu continetur. Nec iſte ſpiritus veraciter poteſt dici anima: qui aëris alternatione reſoluitur, quando cum pecoribus illi res iſta communis eſt. Reſtat vt ſegregatim atque ſignificanter anima hominis dicatur ſpiritalis ſubſtantia, quæ nullatenus ſanguinis effuſione conſumitur. Nunc de ipſius animæ ſubſtantia liberius diſſeramus: quando eam à ſimilitudine nominum neceſſaria ſeparatione diſcreuimus. Quapropter in primis primatem rerum definitionem cautiſſima deliberatione formemus: vt conſequentia, quæ inde potuerint naſci, ſide † genitoris ſui facillimè videantur agnoſci.

E

Animus unde dicatur.

† eo quod

F

G

† generis.

CAPVT II.

Definitio animæ.

MAgiſtri ſecularium literarum aiunt. Animam eſſe ſubſtantiam ſimplicem, ſpeciem naturalem, diſtantem à materia corporis ſui, organum membrorum, & virtutem vitæ habentem. Anima autem hominis, vt veracium Doctorum conſentit auctoritas, eſt à Deo creata, ſpiritalis propriáque ſubſtantia, ſui corporis viuificatrix, † rationabilis quidem & immortalis, ſed in bonum malúmque conuertibilis. Editum eſt, quaſi patternale ouum, vbi vita futuræ auis, pennarúmque grata varietas continentur. Nunc aperiatur in partes, quia hominum conſuetudo eſt, facilius diſcere, quæ diuiſa poſſunt euidentius elucere.

† rationalis

H

CAPVT III.

De qualitate animæ.

A Deo fieri, vel factas animas, prudentium nullus ignorat. Quando omne quod † exiſtit, aut creator eſt, aut creatura. Creatrix igitur nulla creata poteſt eſſe ſubſtantia: quoniam vt ipſa ſubſiſtat indiget Deo, & dare non poteſt alteri ſubſiſtentiam, quam tantùm vt haberet, accepit. Supereſt vt eam veriſſimè à diuinitate conditam eſſe fateamur, quæ ſola creare poteſt mortalia & immortalia. Euidenter enim legitur in Salomone, Et reuertatur puluis in terram ſicut erat: & ſpiritus reuertatur ad Deum, qui dedit eum. Et alibi, Omnem flatum ego feci.

† viuificat

Digitized by Google

A

CAPVT IV.

Formam animam non habere.

† ſpiritualem

HAne proinde † ſpecialem ſubſtantiam probabilis & abſoluta ratio confitetur. Quia dum omnia corporalia tribus nouerimus lineis contineri, longitudine, latitudine, & profunditate, nihil tale probatur in anima reperiri. Deinde, quod corpori ſociata, quamuis ipſius mole prægrauetur, opiniones rerum ſolicita curioſitate perpendit, cœleſtia profundè cogitat, naturalia ſubtili indagatione veſtigat, & de ipſo quoque conditore ſuo ardua noſſe deſiderat. Quod ſi eſſet corporalis, cogitationibus ſuis ſpiritalia nec cerneret vtique nec videret. Ceſſet ergo de eius corporalitate ſuſpicio: quando & definitionem corporis à ſe omnibus modis reddit alienam, & tales cauſas exquirit, ad quas ſolos ſublimis ſpiritus peruenire contendit. Hinc eſt, quod & ſcripturis ſanctis iuſtiſſimè commonetur, omnia mundi iſtius viſualia contemnere, quoniam ipſa incorporea eſt: vt merito ad ſpiritalia tendat, quibus ſe ſimilem cognoſcit eſſe formatam. Propria eſt vtique illi ſubſtantia, quando nullus ſpiritus alter carnem ſuſcipit, vt eius paſſionibus aut condoleat aut lætetur.

B

CAPVT V.

De virtutibus moralibus.

ILlud autem, quod diximus, ſui corporis viuificatrix, quia mox vt data fuerit, ineffabili conditione diligit, carcerem ſuum amat, propter quod libera eſſe non poteſt doloribus eius vehementer afficitur: formidat interitum, quæ non poteſt mori, & ſic ad corporis ſui caſus trepida, vt ipſam magis ſuſtinere credas extrema, quæ non poteſt deficere per naturam. Saluberrima quoque carnis temperatione perfruitur, oculorum ſpeculatione depaſcitur, ſonoris delectatur auditibus, ſuauiſſimis iucundatur odoribus, neceſſaria guſtus epulatione delinitur: & licet his rebus nullatenus ipſa veſcatur, ſubductis tamen talibus grauiſſimo mœrore conficitur deſiderans non ſibi naturaliter accommoda, ſed adiunctis artubus profutura. Hinc nonnunquam ſurrepunt vitia contraria rationi, quando animi dilecto corpori indulgentius remittendo, locum noſcitur præbere peccato. Vita igitur corporis, ſuſceptæ animæ præſentia eſt: mors autem, eius probatur abſceſſus. Sic diem dicimus luſtrante ſole, qui cùm diſceſſerit, nox vocatur. Viuit ergo corpus animæ præſidio, & ex ipſa probatur accipere vnde ſe præualet mouere.

C

CAPVT VI.

D

Quod anima tota eſt in partibus corporis.

† corporeis

SEd quoniam & hoc quoque ad vitæ genus, de quo loquimur, noſcitur pertinere, ſciendum eſt cum ſe partibus † corporis ille vigor ignitus infuderit, materiámque carnalem ſpiritus vitalis afflauerit, ſi quod forte vulnus acceperit, ſtatim condolet, quia vbique ſubſtantialiter inſerta eſt. Quod niſi virtus eius, ſcilicet calor, tantum membra vegetaret, inciſum digitum non poterat condolere; ſicut nec Sol probatur quicquam ſentire, ſi eius radios ſecare tentaueris. Tota ergo eſt in partibus ſuis, nec alibi minor, alibi maior eſt, ſed alicubi intenſius, alicubi remiſſius, vbique tamen vitali intentione porrigitur. Colligit ſe in vnum atque copulat: † membra non ſinit defluere vel contabeſcere, quæ vitali vigore cuſtodit: alimenta competentia vbique diſpergit, congruentiam in eis modúmque

† membra ſua non ſinit tamen.

conſeruans. Mirum præterea videtur, rem incorpoream membris ſolidiſſimis colligatam, & ſic diſtantes naturas in vnam conuenientiam fuiſſe perductas, vt nec anima ſe poſſit ſegregare, cùm velit: nec retinere, cum iuſſionem creatoris agnouerit. Clauſa illi ſunt vniuerſa, cùm præcipitur inſidere, aperta redduntur omnia, cum iubetur exire. Nam ſi acerbus dolor vulneris infligatur, ſine auctoris imperio non amittitur: ſicut nec ſine ipſius munere cuſtoditur. Hinc eſt, quod frequenter grauiter vulneratos videmus euadere, & rurſus leuibus occaſionibus interire.

E

CAPVT VII.

Quod anima non poteſt præterire vitæ terminum, nec ante illum mori.

F

RAtionem verò homini ineſſe, quis dubitet? quando diuina tractat, humana ſapit, artibus docetur egregiis, diſciplinis eruditur eximiis: & hinc cætera animalia decenter excellit, quod eum ratio decora componit. Rationem vero dico animi probabilem motum, qui per ea quæ conceduntur, atque nota ſunt, ad aliquod incognitum ducit, perueniens ad veritatis arcanum. Hæc coniecturis atque argumentis ad illud properare cupit, quod in rerum natura eſſe cognoſcit. Ipſa enim vera & pura & certa ratio dicenda eſt, quæ ab omni imagine falſitatis redditur aliena. Datum eſt ergo illi, cogitationes ſuas quodammodo apprehendere, & per obſequium linguæ volubili motione differere. In corpore poſita anima, quam multa videt non à ſe egrediens, quam diuerſa circumſpicit, vbique quaſi diſtenditur, & animæ fieri diſceſſio non probatur: mouetur, erigitur, fluctuari cognoſcitur, & in ſe ipſa tanquam in magno curreus ſpatio, peruagatur. Hæc non exit ad cauſas, ſed tractibus ſuis ſibi repræſentat, quod ſua cogitatione reſpiciat, modo quod oculis carnalibus vidit, modo quod fantaſtica imaginatione conceperit. Cogitat plane ſigillatim ſicut & loquitur, per ordinem ſeoſus nil proficie, cum ſe diuerſitate confundit: quia diuinitatis eſt proprium multa diſponere, & omnia ſimul modulis competentibus explicare. Rationis itaque largitate dotata, quot bona munere diuinitatis inuenit? Literarum formas reperit, diuerſarum artium vtilitates diſciplináſque protulit, ciuitates defenſibili muro cinxit, varij generis amictus eiecit, meliores fructus per induſtriam exegit, terras tranſcurrit, abyſſos alato nauigio, vaſtos montes in vſu viantium perforauit: portus ad vtilitatem nauigantium lunari diſpoſitione concluſit, ornauit pulcherrima fabricarum diſpoſitione tellurem. Quis iam de eius ratione dubitet, quando ab auctore ſuo illuminata, facit arte conſpici, quod debeat ſub omni celebritate laudari? Conuenit nunc de eius immortalitate differere.

G

H

CAPVT VIII.

Quod anima ſit immortalis.

IMmortales animas, auctores ſecularium litterarum multifariè probauerunt, dicentes: Si omne quod viuificat aliud, in ſemetipſo viuit, anima autem quoniam viuificat corpus, & in ſemetipſa viuit, vtique immortalis eſt. Dicunt etiam, Omnia immortalia ſimplicia ſunt: anima autem non eſt armonica, neque conſtat ex pluribus, ſed ſimplex natura eſt, anima igitur immortalis eſt. Iterúmque proponunt. Quicquid à contrarietate originali non corrumpitur, immortale igitur perſeuerat: anima enim, quoniam ſimplex atque pura eſt, ſine dubio immortalis eſt. Adiiciunt quoque, Si omne rationale, quod ſeipſum monet,

A immortale eſt, anima autem rationalis ſe ipſam mouet, igitur immortalis eſt. Nos autem, immortales eſſe animas, facile veridicis lectionibus approbamus. Nam cùm eas ad imaginem & ſimilitudinem auctoris ſui legamus effectas, quis audeat contra ſanctam auctoritatem mortales dicere? vt impudenter potius aſſeratur, eas à creatoris ſui ſimilitudine diſcrepare. Nam quemadmodum poterat eſſe imago aut ſimilitudo Dei, ſi animæ hominum mortis termino clauderentur? Ille enim ineffabiliter ſemper viuens, ineſtabiliter ſemper manens, perennitatem ipſe cuſtodiens, qui omnia continet: omnia diſponit, potens eſt ſine dubitatione immortalis immortalia facere, & pro ſuo modulo vitæ competentiam dare. Dicet aliquis, Quomodo ſum ſimilis Deo, cùm immortalia minime creare valeam? Cui ſic per aliquam comparationem reſpondendum eſſe iudicamus. Nunquid pictura, quæ nobis eſt B ſimilis, poteſt imitari quæ facimus? Imago enim aliquam poteſt habere ſimilitudinem, cæterum hoc non poteſt implere quod veritas. Nam & hinc immortalem debemus agnoſcere, quod appetit de æternitate cogitare: deſiderat enim poſt mortem corporis, ſui nominis famam relinquere: cupit ſine fine laudari, & bona conſcientia plus eſt de futuris attonita, ne à poſteris maculetur relata. Hinc eſt, quod inter ſublimiores conſtat auctores, quia quicquid dignitate rationis erigitur, mortis iniuria non premitur. Adde, quod veritas abſolutè profitetur, malis iuge ſupplicium, bonis perpetua gaudia, ſe daturam: vt non ſit fas cum hæſitatione recipi, quod dignatur omnipotens diuinitas polliceri. Verum hanc immortalitatem animæ non talem debemus aduertere, quæ nullam recipiat paſſionem: eſt enim mutabilitati obnoxia, & mœroribus prauia: ſed tamen inter quæuis tædia vel anxietates continuationis beneficio perſeuerat. Singulariter autem immortalis Deus eſt, ſingulariter iuſtus, ſingulariter potens, ſingulariter bonus, ſingulariter C ſanctus: quoniam licet iſta, vel his ſimilia, hominibus vel Angelis ineſſe dicantur, nulla tamen ad eius altitudinem reuerendæ poteſtatis attingunt. Omnes enim arduæ virtutes in ſummitate illa pleniſſimæ, atque perfectiſſimæ ſunt, quæ creaturis vniuerſis ipſius largitate pro ſuo modulo conceduntur. Nunc ſciendum eſt, hæc immortalis anima quemadmodum degere ſentiatur. Viuit in ſe, poſt huius ſeculi amiſſionem, non reſtante ſpiritu, ſicut corpus, ſed æquali mobilitate, quæ † illic attributa eſt, pura, ſubtilis, cita, æterna, videt, audit, tangit, ac reliquis ſenſibus efficacius valet, non iam ex partibus ſuis hæc intelligens, ſed omnia ſpecialiter ex toto cognoſcens. Alioqui abſurdum eſt putare, minus poſſe liberam, quàm mole brutiſſimi corporis ingrauatam. Talia enim intelligere poſſe, non dubium eſt, & Angelos, & poteſtates aërias, vel cætera quæ ſublimi atque immortali ſubſtantia conſtare cognoſcuntur. Reliquum eſt, vt nunc obnoxiam mobilitati, currente ordine doceamus. Atque vtinam eſſet D ambiguum: & non facile probaremus: in qua parte frequenter incurrimus.

CAPVT IX.

De varietate humanæ naturæ.

† nos eſſe

QVis autem dubitet, modo † nos gaudio ſubleuatos, modo mœrore deiectos, modo pietate mites, modo indignatione terribiles, nunc iterum ad vitia declinare? Alia tenaciter aſſumimus, alia obliuione reſpuimus. Quod nunc placet, pòſt diſplicet. Bonorum etiam ſermonibus ædificamur, malorum collocutione deſtruimur: & quantum proficimus cum rectis tantum deteriores nouimus eſſe cum peſſimis. Nam ſi nos vnus rigor, vnum propoſitum contineret, nec boni ex malis, nec beati ex improbis mutabilitatis beneficio redderemur. Sed vt cauſa varietatis huius E euidentius poſſit agnoſci, recordemur, vt dictum eſt, prudentiam non eſſe nobis immutabilem attributam. Et ideo ſapimus, cum diuina illuminatione bene gerimus: atque iterum deſipimus, cùm delictis caligantibus obcæcamur. Affectio enim, quæ venit & recedit, ſemper incerta eſt. Solus omnipotens Deus eſt, cui hoc eſt eſſe, quod ſapere: hoc eſt poſſe, quod viuere: hoc eſt velle, quod facere. Et meritò, quando vniuerſa, quæ verè bona ſunt, non ad illum veniunt, ſed ab illo procedunt. Quapropter hæc animæ, quam diximus, origo non intelligenda eſt pars Dei, vt quidam dementium irreligioſa voluntate putauerunt, quia conuertibilis eſt: neque Angelorum, quia carni ſociabilis eſt, neque ex aëre, neque ex igne, neque ex aqua, neque ex terra, neque ex eis, quæ mutua complexione iunguntur, ſed ſimplex, & propria quædam natura, & ab aliis ſpiritibus diſcreta ſubſtantia, quam longè F ſubtiliorem & lucidiorem aëre debemus aduertere: quando iſtum vulgariter intuemur, illam verò, conditione carnis aſpicere non valemus. Hanc ſpeciem naturalis mobilitas ſemper exagitat ad cogitationes ſuas communiter explicandas. Hinc eſt, quòd per quietem remiſſi, dum materia nobis fuerit ſolitæ cogitationis abſtracta, nec intenti ad quotidianas fuerimus ſolenniter actiones, res varias nunc falſis, nunc veris inſpectionibus ſomniamus. Parum eſt, quòd ſopitis ſenſibus volatica imaginatione deludimur, dum frequenter etiam vigilantes à noſtra contemplatione traducimur. Sæpe enim cùm nos in oratione magna intentione dirigimus, ludo neſcio quo inſpiratis ſubito cogitationibus amouemur: & ita prouenit, vt menti neſcio quid aduerſum ſuggeratur, quod diſpoſitum non habemus. Conſtat ergo, animam in hoc mundo inſtabili & variabili voluntate conuerti, bonarúmque rerum eſſe amiſſibilem ac receptibilem: nec vno ſemper voluntatis ſuæ rigore ſubſiſtere, ſed etiam contra † diſpoſitum ſuum multiplici ſe conuerſatione mutare. Nec de illis ſumus, qui dicunt recolere magis animas quàm diſcere vſuales artes & reliquas diſciplinas, cùm & ad interrogata ſunt paratæ, vbi potuerint intellectu interueniente contingere, & noua ſic audiant, quaſi nihil ex eis ante didiciſſent. Ecce grauida definitio illa iam ferè facta eſt. Ecce in lucem, ni fallor, quæ fuerant clauſa proruperunt. Non eſt quicquam de propoſita complexione derelictum, cuius talis eſt diſciplina, vt id quod intendit, ita explicet atque determinet, vt neque minus, neque amplius aliquid dixiſſe videatur. Nunc ad ſubſtantialem eius qualitatem ſolicitis ſenſibus accedamus, quam interrogationis noſtræ tertium locum tenere memoramini.

Inſtabilitas animæ in hoc mundo.

G

† propoſitum

Animam non recordari, ſed diſcere.

CAPVT X.

De ſubſtantiali qualitate animæ.

H

QVaIitatem itaque ſubſtantiæ huius, auctores igneam eſſe dixerunt, propterea quòd mobili ſemper ardore vegetetur, & iuncta corpori calore ſuo membra viuificet: deinde, quòd cuncta cœleſtia flammeo referunt vigore conſtare: non iſto fumeo conſumptibili & temporali, ſed ex tranquillo nutritore, atque immortali. Hoc neque minuitur, neque creſcit ſed in ſuſceptæ originis dignitate iugiter perſeuerat. Quod ideo finiri nequit, quia nulla, vt corpus aliquod elementorum diuerſitate concretum eſt. Vnum enim atque ſimplex habere neſcit aduerſum: & ideo ſemper manet, quoniam in eſſentia ſua non habet litem. Sic immortalia cuncta creata dicunt, quibus † ſpiritalis eſt conceſſa ſubſtantia. Nos autem lumen eſſe potius, non improbè dixerimus propter imaginem Dei: quoniam inter conditiones rerum, quantum illi pro modulo ſuo neceſſarium fuit, decenter accepiſſe memoratur. Ipſe enim Deus omnipotens, ſolus

† ſpiritualis

habena

A habens immortalitatem, lumen habitat inacceſſibile, quod ſupra omnes claritates vel admirationes ſanitas mentis intelligit. Sed imago aliquam habet ſimilitudinem: cæterum hæc lumen habere non poteſt, quòd veritas. Illud autem, quod ineffabile veremur arcanum, quod vbique totum & inuiſibiliter præſens eſt, pater, & filius, & ſpiritus ſanctus, vna eſſentia & indiſcreta maieſtas, ſplendor ſupra omnes fulgores, gloria ſuper omne præconium, quod mundiſſima mens, & Deo dicata, poteſt quidem ex aliqua parte ſentire, ſed idoneè non poteſt explicare. Nam quemadmodum fas eſt de illo ſufficienter dici, qui creaturæ ſenſu non poteſt comprehendi? Egrediamur licet pietate nimia modum nomæ noſtræ, & immenſa religione ſupra noſmetipſos alta † cogitatione ſileamus, tranſcamus etiam poteſtatem cœleſtium creaturarum, profundéque tractemus, quis ſit qui tam magna vna iuſſione, vno momento fecerit: tamen quicquid miramur, amplius eſt: quicquid ſentimus, excelſius: dum ad illam B inperſpicabilem maieſtatem mens humana non penetrat. Vna ergo ratio potentiæ huius eſt venerari quod inueſtigabile eſt: non definitiuè quærere, qualis quantúſque ſit. His itaque rebus edocti, lumen aliquod ſubſtantiale animas habere, haud improbè videmur aduertere: quando in Euangelio legitur, Lumen quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: deinde, quod in cogitatione poſiti, neſcio quid tenue, volubile, clarum, † nobis ineſſe ſentimus, quod reſpicit ſine Sole, quod videt ſine externo lumine. Nam ſi ipſum in ſe lucidum non eſſet, rerum tantam conſpicientiam non haberet. Tenebroſis iſta non data ſunt. Omnia cæca torpeſcunt. Iſtius enim tam violenta ſunt lumina, vt etiam intueantur abſentia: quæ tamen tunc multò clariores atque immutabiles efficiuntur, cùm à Dei gratia bonis factis non recedunt. Earum enim ſpeculatiua virtute multa atque ardua, quæ in arcano naturæ recondita ſunt, inſpici C & comprehendi vſu ipſo certiſſimum eſt. Nunc inſpiciamus, vtrum formas animæ habere credantur, quas incorporeas eſſe iam diximus.

† viſione

† in nobis

CAPVT XI.

Vtrum anima habeat formam.

PRius ſcire conuenit, definitione Maiorum, formæ ipſius veraciſſimam complexionem: formam vero dico, quæ aliquod ſpatium lineis lineiſve concludit: & ſic facile dame intelligi, ſi eam poſſunt animæ ſuſcipere, quas ſpiritali certum eſt vigore ſubſiſtere. Nam cùm omnis forma aut in ſuperficie ſit, aut in corpore, ſuperficies non niſi in corpore, corpus verò ſolidum atque palpabile, ab his autem rebus animam conſtet manifeſtè exemptam: reſiduum eſt, vt formas animæ nullatenus habere putandæ ſint, ſed infiguratæ atque incorporales in ſua qualitate permaneant. Nec illud moueat, quod Apoſtolus de Chriſto D Domino dicit, Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, &c. Ibi enim naturam vult intelligi. Cæterum incorporeus Deus, qui vbique totus atque incomprehenſibilis eſt, quam potuit habere formam? Illud autem, quod in Euangelio legitur, Poſt huius lucis occaſum Abrahæ ſinibus egentem Lazarum fuiſſe ſuſceptum, diuitem vero flammis adurentibus æſtuantem guttam poſtulaſſe, vnde eius temperaretur incendium: ideo intelligitur poſitum, vt humani generis rerum ruinoſa præſumptio, quod formidare debuiſſet, agnoſceret. Cæterum nec ille lingua locutus eſt, quam conſtat eſſe corpoream: nec ille digitos habuit, vnde cadentibus guttis incendium diuitis temperare potuiſſet. Nam & reliqua in hunc modum ſuſcipienda ſunt, quæ lectione ſimili continentur. Parum eſt enim quòd de creaturis iſta memorantur ad conſuetudinem humani generis inſtruendam: ipſum quoque auctorem impaſſibilem, immutabilem, perennem, vno modo manentem, furere legimus, dormitare frequenter audimus: non quòd talia poſſint Domino conuenire, ſed vt res aliquæ ex humana conſuetudine faciliùs, compendioſiúſque noſcantur. Sic animas nobis informes, formas legimus frequenter recipere. Solet etiam aliquos permouere, ſi anima non habeat quantitatem, dum eam conſtet intra corpus hominis contineri. Sed ſi definitionem veraciſſimam quantitatis reuocemus in medium, quæ res ſingulas breuiter ſemper abſoluit, facilè nobis probata veritas eluceſcit. Sic enim Arithmetici eam compendioſa veritate deſcribunt. Omnis quantitas aut de continuatis conſtat, vt arbor, homo, & mons: aut de diſiunctis, vt chorus, populus, vel aceruus, & his ſimilia. Sed cum anima neque de continuatis, neque de diſiunctis ſit, quia corpus non eſt: clarum eſt, eam quantitatem penitus non habere: ſed vbicunque eſt, nec formam recipit, nec habere nobis F dicenda eſt aliquam quantitatem. Creatori tamen circumſtantias earum & quantitates patere poſſe credendum eſt, qui omnia ſub menſura, numero, & pondere creauit: & ipſi ſoli ſunt verè nota, qui ea fecit, qui mira potentia ipſas quoque cogitationes noſtras quaſi res viſibiles intuetur, qui innocentis ſanguinem audit clamantem, ad poſtremum qui nouit omnia & antequam fiant. Tempus eſt venire ad virtutes morales, quæ ſunt ambiendæ diuitiæ, & reuera pretioſus cenſus animarum, quas Græci ἀρετὰς vocant, quibus contra immunditiam corporalem ſuam nititur bona conſcientia vendicare puritatem.

CAPVT XII.

De moralibus virtutibus animæ.

PRimum aduerſum praua vel iniqua iuſtitiæ munimen obiectum eſt, cuius, vt Veteres definire voG luerunt, talis noſcitur eſſe complexio. Iuſtitia eſt habitus animi, pro communi vtilitate ſeruatus, ſuam cuique tribuens † dignitatem. Contra confuſa & incerta, prudentia vtiliter adhibetur. Prudentia vero, eſt rerum bonarum & malarum veras ſcientia. Contra aduerſa vel proſpera, † remedialis opponitur fortitudo. Fortitudo autem, eſt conſiderata periculorum ſuſceptio, & laborum firma perpeſſio. Contra delectationes igitur illicitas, & voluptates feruidas, moderatrix nobis temperantia ſuffragatur. Temperantia quippè, eſt aduerſus libidinem atque alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. His igitur munitionibus diuina opitulatione conceſſis, velut quadruplici thorace circumdata, in hoc Mundo mortifero ſalus animæ cuſtoditur: nec poteſt à vitiis adiri, quæ tanta meruit tuitione vallari. Sed hoc virtutum quadripertitum decus trina, vt ita dixerim, parte completur. Prima eſt, contemplatio: quæ aciem noſtræ mentis extendit ad res ſubtiliſſimas intuendas. Secunda, iudicialis: quæ diſH cretionem boni malique rationabili æſtimatione pertractat. Tertia, memoria: cùm res inſpectæ atque deliberatæ in animi penetralibus fida commendatione reponuntur, vt quaſi in quodam conceptaculo ſuſcipiamus, quæ frequenti meditatione combibimus. Veſtiaria noſtra cum fuerint plena nihil capiunt. Hoc theſaurarium non grauatur onerarum, ſed cùm multa condiderit, ſciendi deſiderio plus requirit. Tetigimus ſupradictas partes, quaſi harmoniam tricordem. Tali enim numero delectatur anima, ipſo etiam noſcitur gaudere diuinitas. Commouere ſolent aliqui ſubtiliſſimas quæſtiones, dicentes: Si diuinitas perfectas & rationabiles animas creat, cur aut poſito ſenſu viuunt infantes, aut iuuenes inueniunt excordes? Sed quis non attendat, animas paruulorum imbecillitate corporis, nec officia ſenſuū, nec miniſteria poſſe explicare membrorum? vt ſi ignem anguſto vaſe concludas,

† quantitatem.

† remediabilis.

[A] altum (vt illius moris eſt) nequit appetere: quia eum arctiſſimum obſtaculum conſtat operire. Tunc enim vnicuique rei facultas ſua videtur ſuppetere, cùm illi nihil contrarium præualet impedire. Sic & ſtultis iuuenibus obuiat, quod aut imparilitate partium, aut craſſitudine humorum materni vteri vitio ſuſcepto anima inepta nimis habitatione deprimitur, & vim ſuam exercere non præualet, inconuenientis domicilij ſede prædita: quod ſtultis accidere hodiéque conſpicimus, quos Græci moriones vocant. Nam vt de vſuali quoque dicamus euentu, quam † multis morbis [† multi] accidentibus, aut onerato, aut præcordiorum ſtupore confuſi, acumen ſolitæ ſapientiæ perdiderunt? quanti etiam momentanea læſione mutati ſunt? Nam & ipſe qui celeberrimus ſapiens habetur, copioſo prândio refertus, quàm facilè in crapulam dilapſus obtunditur? vt virum illum prudentiſſime diſcernentem difficile vel viuum credas, quem ſe nec mouere poſſe conſpicias. [B] Vnum tamen certiſſimè ſcio, ſapientes omnis feliciſſimos fieri, qui miſericordia Domini à talibus aduerſitatibus redduntur alieni. Fortè † ſint & [† ſunt] aliæ cauſæ, quæ rationali animæ ad motus proprios explicandos aduerſum ire videantur. Cæterum animæ nec creſcunt cum paruulis, nec fatuis aliæ varia diſcretione tribuuntur: ſed ſicut immortalitatem iugiter ſumunt, ita & rationales eſſe generaliter ſentiuntur. Paruulis enim ratio creſcit longa meditatione, non anima. Nunc ad reliqua currente ordine tranſeamus.

CAPVT XIII.

De naturalibus virtutibus animæ.

Virtutes animæ naturales, quinquepertitas Veteres eſſe voluerunt. Primam, in vtraque parte ſenſibilem, quæ nobis tribuit intelligentiæ ſenſum, per [C] quam omnia incorporalia varia imaginatione ſentimus: facit etiam corporales vigere ſenſus, id eſt, viſum, auditum, odoratum, guſtum & tactum: quo dura & mollia, læuia, aſperáque ſentimus. Secundam, imperatiuam, quæ iubet organis corporalibus motus diuerſos, quos implere decreuerit: hoc eſt transferri de loco ad locum, voces edere, membra curuare. Hæc exempli cauſa poſuimus, vt in his ſimilia dixiſſe videamur. Tertiam, principalem, cùm ab omni actu remoti in otium reponimur, & corporalibus ſenſibus quietis, profundius aliquid firmiúſque tractamus. Hinc eſt, quod ætate maturi melius ſapere iudicantur, quia ſeneſcentibus membris & corporalibus ſenſibus emollitis, † proxima parte in conſilium tranſeunt [† pro maxima]: vbi dum mens amplius occupatur, robuſtior virtute adunationis efficitur. Sed iterum deſipiunt, cùm nimia debilitate deponuntur: quoniam datum eſt animabus ad tempus ſuorum ſequi corporum neceſſitates. Quartam vitalem, id eſt calorem animi naturalem, qui nobis, [D] propter ſuum feruorem moderandum auras æthereas hauriendo atque reddendo, vitam tribuit & ſalutem. Quintam, delectationem, hoc eſt, appetitum boni malique, quem ſub iucunditate animus concupiſcit. Ecce iterum quadripartita ſubdiuiſione, ad ſuſtentationem corporis explicandam, pars iſta refunditur. Prima eſt attractiua, rapiens de naturali, quod ſibi neceſſarium ſentit. Secunda retentoria, aſſumpta retinens, donec ex his vtilis decoctio procuretur. Tertia tranſlatiua, quæ accepta in aliud conuertit atque tranſponit. Quarta expulſiua, quæ vt natura fiat libera, ſibi nocitura depellit. Soluimus, vt datum eſt, quaſi alium nodum: inclinauimus velut ſextum collem; vt difficultatis cacumine deplanato: inoffenſè ad reliqua gradiamur. Nunc ad originem animæ, quoniam difficultatibus plena eſt, cautiſſimè veniamus.

CAPVT XIV.

De origine animæ.

[E] Legimus in conditione rerum, mox vt de limo terræ corpus effectum eſt, ſtatim dominum inſufflaſſe, factúmque eſſe Adam in animam viuentem. Inſufflauit enim, dictum eſt ad exprimendam operis dignitatem, vt agnoſceretur aliquid eximium, quod eius ore prolatum eſt. Cæterum hoc ſignificat inſufflatio eius, quod mandatum & iuſſio. Nam inſufflare quemadmodum poteſt, qui neque ſpiritum reſoluit, neque buccas habet, quæ conſtat eſſe corporea? Hoc nonnulli ſecuti dixerunt, mox vt ſemen humanum coagulatum fuerit in vitalem ſubſtantiam, illico creatas animas corporibus dari diſcretas atque perfectas. Medendi autem artifices quadrageſimo die humanum atque mortale pecus animam dicunt accipere, cùm ſe in ventre matris cœperit commouere. [F] Opinione quoque fertur aliquorum, quòd creator ille potentiſſimus, ſicut de corpore noſtro ſemen carnis educit, ita & de animæ qualitate animam poſſe nouam generari: quatenus originalis illius peccati, quod catholica confitetur Eccleſia, per traducem peccati rea poſſit oſtendi, niſi dono fuerit baptiſmatis abſoluta. Nam quemadmodum infans, qui peccandi non habet votum, reus debeat † vllatenus inueniri [† quæ inueniri nullatenus], niſi aliqua ratione in ipſa origine animarum culpa videatur eſſe transfuſa? Vnde pater Auguſtinus religioſiſſima deuotione laudandus, nihil temere dicit eſſe affirmandum: ſed in ipſius eſſe ſecreto, ſicut & alia multa, quæ noſtra non poteſt eſſe mediocritas. Hoc autem veraciter fixéque credendum eſt, & Deum animas creare, & occulta quadam ratione iuſtiſſime illis imputare, quòd primi hominis peccato teneantur obnoxiæ. Melius eſt enim in tam occultis cauſis confiteri ignorantiam, quàm periculoſam aſſumere fortaſſis audaciam: cùm dicat Apoſtolus, [G] Quis enim cognouit ſenſum Domini? aut quis conſiliarius eius fuit? Et iterum, Ex parte enim ſcimus, & ex parte prophetamus. Sed quoniam in hunc locum terror nos diſputationis adduxit, vt animas reas per traducem peccati generaliter eſſe diceremus, conuenit animam Chriſti Domini in medium deducere, ne quis calumnioſa intentione peruerſus, ſimili eam putet conditione conſtrictam. Audiamus igitur, originem eius ſanctam Mariæ ſemper virgini, digno præcone, fuiſſe prophetatam. Ait Angelus, Spiritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſſimi obumbrabit tibi: propterea quod naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Quis, † rogo, in hac maieſtate naſcendi, aut [† ergo,] originalis peccati credat eſſe culpam, aut prophanam aliquam carnis ſuſpicetur offenſam? Abſque peccato ſine dubio venit, qui erat omnium peccata ſoluturus: conceptus myſtico ſpiramine: natus ex virgine. Nihil de Adam traxit, qui vt Adæ malum ſolueretur, aduenit. Funis ille longiſſimus, quo nos ligabamur, abruptus eſt: Torrens, qui nos rapiebat, ibi ſiccatus eſt. [H] Iura ſua mors perdidit, dum conditio noſtra vitam redemptoris accepit. Nam primus homo poſteris tranſmiſit exitium, veniens Chriſtus Dominus credentibus contulit regna cœlorum. Per iſtum enim reparat anima ſtatum, quæ per illum perdiderat meritum. Natus in gloria, conuerſatus ſine macula, quid potuit de illo trahere, quem contraria venit actione deſtruere? Sanctæ origini ſancta vita reſpondit. Qui ſine peccato eſt genitus, nulla eſt Mundi labe ſuperatus. Suſcepit verum hominem, natura non vitiis. Reſpuit quod protoplaſtus deliquit, & aſſumpſit hominem puriſſimum, quem creauit: non peccatum ſuſcipiens, ſed carnem peccati ſine aliqua iniuria pollutionis aſſumens. Satis quidem nimium mihi facta digreſſio eſt, dum ſuſpiciones improbas amouere contendo. Sed dum ad aliud tendimus, hic dicere multa non poſſumus. Reſtat nunc, vt ordinem & propoſitum proſequentes, de ſede animæ dicere debeamus.

A

CAPVT XV.

De ſede animæ.

QVidam ſedem animæ, quamuis ſit in corpore toto diffuſa, in corde eſſe voluerunt, dicentes, quòd ibi puriſſimus ſanguis & vitalia ſpiritus continentur, vt inde etiam cogitationes ſiue bonas, ſiue malas exire confirment, quòd animæ virtutem operari poſſe non dubium eſt. Plurimi autem in capite incidere manifeſtant, ſi fas eſt cum reuerentia tamen dicere, ad ſimilitudinem aliquam diuinitatis, quæ licet omnia ineffabili ſubſtantia ſua repleat, ſcriptura tamen cœlo inſidere confirmat. Dignum enim fuit, vt arcem peteret, quæ ſe nouerat cœleſti operatione ſublimem: & tali loco præ cæteris verſari, vnde reliqua membra debuiſſent competenti regimine gubernari. Nam & ipſa figura capitis † ſphæroides pulcherrima eſt, in qua ſibi immortalis atque rationalis anima dignam faceret manſionem. (B) († ſphæroa) Certe corporalia videamus. Ignis ille immortalis ſemper tendit ad ſummum, & quòd habet ſubtiliſſimam naturam, ad ſuperiora ſine dubitatione feſtinat. Sunt & † alia huius crudelitatis indicia. († aliqu) Nam cùm medendi peritiſſimi teſtam capitis humani, grauiſſima percuſſione contractam, in ſoliditatem priſtinam reuocare contendunt, membranam qua teneritudo cerebri communitur, cum à ſanguinea fæce detergere cupiunt, frequenter attingunt: quæ ſtatim vt tacta fuerit, in tantum ſtuporem homo peruenit, vt vel percuſſus alibi grauiter ſentire non poſſit: ſed mox iterum vt ſe manus à cerebri impreſſione ſuſpenderit, ad intellectum conſuetudinarium redit, vocem ſenſumque recipiens, † quod de ſeipſo iam agatur agnoſcit. († quid de ipſo) Quod in aliis vtique membris non probatur accidere, quamuis immanium vulnerum foueis excauentur. (C) Additur etiam, quòd & ſano corpori ad hanc rem pertinentia non minima ſigna proueniunt. Nam cùm fuerit aliquis nimia indignatione flammatus, animumque ſuum æſtu cogitationis accenderit, non fluctu viſcerum, non pectoris commotione vexatur, ſed ſtatim capitis dolore percutitur: vt illic videatur animus fatigationis ſigna reliquiſſe, vbi magna viſa eſt virtute contendere. Ibi etiam fieri abſolutè ſentimus, animæ noſtræ quoſdam fluctus, quoſdam impetus grandiores, vt ante oculos noſtros veniant, quæ abſentia nullus ignorat. Tendimus quidem vigorem animi in diuerſas partes multaſque regiones, & phantaſtica imaginatione ad capitis noſtri iudicium perducitur, quòd per diuerſas Mundi partes cognoſcitur exquiſitum. Denique oculos noſtros defigimus omnino cogitantes, aurium ſenſus obſtruitur, guſtus ceſſat, nares ab odoratibus vacant, lingua non habet vocem: & multimodis per talia ſigna cognoſcitur, animam in ſuis quodammodo cubiculis occupatam. Hæc ergo, vt putatur, in edito conſtituta, quaſi pro tribunali ſedens, appetituum ſuorum noſcitur eſſe moderatrix, (D) boni malique iudex, ambigua diſcernens, noxia reſpuens, cùm tamen ei gratia diuinitatis infulſerit. Fuit quidem in primo homine beatitudo naturalis, liberi arbitrij potens & inuiolata ſententia, ſed infælici tranſgreſſione deceptus, diabolica fraude perdens, quod poſteris traditurus acceperat, ad nos tranſmittere non potuit, quod amiſit. Inde propagatus interitus, inde humani generis nutrita defectio, inde ignorantia rationi contraria, inde noxiæ curæ, inde pœnitenda conſilia, inde obſcurata cognitio, turpe deſiderium, iuſtitiæ neglectus: inde mille criminum lapſus, & plura nobis cum pecoribus communia, quæ diuinitas fecerat eſſe diſcreta. Prænuntiat enim nobis (proh dolor) Solis diſceſſio ſerenitatis aduentum, futuras tempeſtates ventorum commotione dignoſcimus, venturam ſeculis vbertatem temporum ratione colligimus, lætitiam nobis interdum ignari animi præſagitione promittimus. Sed quid tale ignorare potuiſſet anima, ſi eius fuiſſet dignitas cuſtodita? (E) Depreſſa eſt iuſte ad ignorantiam, quæ ſcire voluit contumaciter vetita. Modo enim ſignis aut coniecturis ſapit aliqua, quæ ſine labore † ſcire potuit vniuerſa. († noſtr) Illud tamen, ſancta conuerſatione purgata, diuinitatis auxilio recipit, quòd inſitis decipientis amiſit. Illuminata videt a creatore, quæ ſuſcitata non poteſt à ſemetipſa cognoſcere. Narrata ſunt de anima, quanta probantur eſſe conceſſa. Sed conuenit vt de eius templo dicamus: quoniam illa imago Dei non patitur, vt corpori deformi coniuncta eſſe videatur.

CAPVT XVI.

De templo.

PRocerum animal, & in effigiem pulcherrimæ ſpeculationis erectum ad res ſupernas & rationabiles intuendas, cuius harmoniaca diſpoſitio ingentia nobis ſacramenta declarat. (F) In primis caput noſtrum ſex oſſibus compaginatum, in ſimilitudinem cæleſtis ſphæræ rotunda concauitate formatum eſt, vt ſenarium illum perfectiſſimum numerum ſedes noſtri cerebri, cuius organo ſapimus, contineret. Hinc & oculi, quaſi ſacrorum teſtamentorum pulcherrima duo lumina collocantur, ad quorum ſimilitudinem omnia nobis combinata deſcendunt, vt aures, nares, labia, brachia, latera, crura, tibiæ, pedes. In hac enim myſtica dualitate compago totius corporis continetur: & ſicut illa teſtamenta ad vnum reſpiciunt, vnum ſapiunt: ita hæc officia in vnam ſe conuenientiam operationemque coniungunt. Sed licet hæc paritas pulcherrima ſe diſtributione conſerat, & alterutram ſibi mutuetur ornatum, ſunt & ſingularia in medio conſtituta, ne in vnam partem præiudicialiter † vigentia, alteram competenti decore nudarent, († vegetantia) naſus, os, guttur, pectus, vmbilicus, & genitalium virga deſcendens, quæ laudabilia & † honora monſtrantur, quando in medio collocata conſiſtunt. (G) († honorabilia) Capiti autem noſtro, quod ſenſus capit vniuerſos, rectè ceruix quaſi quædam columna ſupponitur, docens nos religionem ſanctam in vnam fidei conſiſtere validiſſimam firmitatem. Lingua quoque, vocis noſtræ decentiſſimum plectrum, data eſt ad ſermonum noſtrorum conuenientiam temperandam, vt nos articulata verba ab animalium confuſione diſtinguerent. Nec illud videatur inceſſum, quòd vni gutturi duæ ſeruiunt digeſtiones, ſcilicet, vt omnia intellectus prudentis animæ, quaſi cibus acceptus, & rationis calore decoctus, per gemina teſtamentorum itinera competentibus tractatibus expliceret. Et quoniam neque cornu, neque dente, neque fuga (ſicut alia animalia) corporis humani forma ſe prævalet vindicare, robuſtus illi thorax brachiaque conceſſa ſunt: vt illatam iniuriam manu defenderet, & obiectu corporis quaſi quodam clypeo vindicaret. (H) Genitalia verò noſtra in magnum miniſterium quis dubitet attributa? vnde, præſtante Deo, hominis reparatio fœcunda procedit, vnde mortales neſciunt habere defectum, quando perſonis pereuntibus genus noſcitur ſeruari poſſe continuum, decorum membrum, ſi non fuiſſet turpi libidine ſordidatum. Quid enim illo pretioſius eſſet, ſi inde humanum genus ſine culpa deſcenderet? Sic omnia præconialia creata ſunt, ſi peccatis pollentibus non redderentur obſcœna. Hoc autem corpus animatum, quinque ſenſibus adminiſtratur ac regitur, qui licet ſint communes cum beluis, à nobis tamen rationabili iudicio melius diſtinguuntur atque cōplentur. Primus eorū viſus eſt, qui aere illuminato colores recipit corporales, & in eis ſuas proprietates agnoſcit. Aſpectus n eſt (vt Veteres definire † maluerūt) vis animæ ſpiritalis, egrediens per oculi pupillam, res non adeò longinquas attingens, ſed ad quas poterit peruenire diiudicās: († voluerunt) illud videns, ad quod deſtinatur vt videat. Nam ſi de

A *Auditus quid ſit.* interioribus ſuis oculi viderent, etiam ſe ipſos ſine dubitatione conſpicerent. Hoc etiam pater ſenſit Auguſtinus. Secundus, auditus eſt, qui concauis & cochlearia auribus ſonos accipit, aëris verberationibus concrepantes, ratione diiudicans, quid ſit auditum. Tertius, odoratus eſt: qui diuerſos odores aſſumens vim redolentium corporum, quaſi quodam inuiſibili fumo naribus ſuſcepto, competenti aſpiratione perpendit. Quartus, eſt guſtus: quo multarum rerum ſaporem palati diiudicatione cognoſcimus. Quintus, eſt tactus: qui etiam cuncta membra communiter noſcitur attributus. Elegantior in manibus nobis eſt: quæ ſingulariter datæ ſunt ad multas cognitiones noſtras communiter explicandas. Altera enim per illas euenit firmiorque memoria. Nam quod obliuiſci poſſumus, iſtis ſcribentibus ſine labore retinemus. Hæ ſunt diuerſarum artium opifices, & pene totius noſtræ operationis effectus. Nam quid proderit, ſenſum aliqua B facienda concipere, ſi hæc laboriola manus non probaretur implere? Nec illud arbitror prætereundum, quod pedes noſtri manuſque denaria digitorum quantitate formantur: vt curſus vitæ noſtræ atque operatio Sacramenta cœleſtia Decalogi contineret, ne præter legem Domini, aut cogitare aliquid, aut agere deberemus. Facies ipſa quemadmodum prudentiæ patefacit iudicia in effigiem noſtram exeunt occultæ cogitationes: & ex parte cognoſcitur, qualis intus animus voluntaſque verſetur. Vultus ſiquidem noſter, qui a voluntate nominatur, ſpeculum quoddam eſt animæ ſuæ, & quod ſubſtantialiter non cernitur, per eius habitum euidentiſſime declaratur. Quanta poſſint de membris eius reliquis dici? cur triginta duobus dentibus gingiuarum noſtrarum ordo clauatus ſit? quare ceruix noſtra ſeptem nodis, ſpina viginti tribus † ſpondylis colligatur? coſtæ viginti quatuor radiis pro viſcerum defenſione flectantur, ne teneritudo illa interaneorum importuna faciliùs læderetur iniuria? nerui *† ſpondilis* C quam congrua diſperſione corpus omne continent? quomodo venæ nutribili ſanguine competenter irrigent membra? quemadmodum oſſa nos medullata corroborent? cur vnguibus noſtris commune ſit, iugiter creſcere cum capillis? quam decorè, quam vtiliter carnes noſtras veſtiat cutis, vt nec humor internus turpiter defluat, nec pulchritudo coloris ſubducta venuſtate diſpereat? Sed cùm membra ſingula diuerſa corpori præbere videantur officia, aliudque nobis ſublime, aliud mediocre, aliud ſit in vltimo conſtitutum, in tantam complexionis gratiam conuenerunt, vt omnia ſibi neceſſaria, omnia probentur accommoda: ſicut Apoſtolus ait, cùm Eccleſiam Dei ſtudio caritatis adunaret, Non poteſt dicere oculus manui, non es mihi neceſſaria, aut iterum caput pedibus, non deſidero operam veſtram, ſed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora eſſe, neceſſaria ſunt: & quæ putamus ignobiliora eſſe corporis, his honorem abundantiorem circundamus. Deus enim ita temperauit D corpus atque diſtribuit, vt membra inter ſe mutuis adiutoriis indigerent. Sed hoc, propter nimiam prolixitatem in ſummam dictum, abundè ſufficiat, nullum corporale animal in tantam myſteriorum ſignificationem fuiſſe formatum. Debuit enim conſilio ſummo fieri, quòd videbatur rationabili animæ † eſſe coniungendum. *† poſſe coniungi* O ſummi opificis creatura mirabilis, quæ ſic humani corporis lineamenta diſpoſuit, vt ſi primi hominis non eſſet peccatis grauantibus onerata, magnis muneribus non fuiſſet exuta. Qualia enim meruit tunc habere libera, quæ nunc tot bona noſcitur retinere damnata? Verum iſta caro quamuis diuerſis vitiis appetatur, multiſque vulneribus lacerata ſublaceat, ipſa tamen eſt, quæ cœleſte pſalterium canit, quæ glorioſos Martyres facit, quæ conditorem ſuum viſitans promouerit, quæ ipſam quoque vitalem crucem ſancti Redemptoris accepit: meritò iam ſpiritalis futura creditur, quando & hic mortalis tanto munere perfuncta gloriatur. *Carnis humanæ laus.* Sic enim iſta magna quidem natura, ſed originali delicto peccatis quotidianis obnoxia, E ieiuniis, eleemoſynis, aſſiduiſque orationibus diuina ſe ſuffragatione componit: ſic emundatis ſordibus peccatorum, lucidam præparat mentem, vt ſuum ſuſcipere mereatur auctorem. Fit Dei templum, quæ ſe criminibus non conceſſit hoſpitium. Credo diuina miſeratione prouiſum, vt corpus ſubderet animæ, animam ſibi, totúmque ſalutariter ad Deum reſpiceret creatorem. Peractis his, quæ dicenda fuerunt, congruum videtur de animarum ſignis indiciiſque diſſerere. Quia licet earum ſubſtantia vna eſſe videatur, longè tamen diſparibus qualitatibus † ſegregatur. *† ſegregantur* Ac primùm dicamus, quemadmodum malorum hominum conſuetudo moreſque declarentur: quatenus quos interius videre non poſſumus, quibuſdam indiciis extrinſecus approbemus.

CAPVT XVII. F

De cognitione malarum animarum.

OMnes igitur animæ ſine recta fide teterrimæ ſunt, vt philoſophorum, qui non creatoris legem, ſed humanum potiùs errorem ſequuntur: & quamuis Doctores videantur eſſe mortalium, & ſe diſciplinarum cotibus nitantur abſtergere, ſuperſtitionis tamen ærugines non declinant. Qualis enim dementia eſt, illum colere, quo melior eſt? & credere, præſtare poſſe, qui ſibi non præualet ſubuenire? Nihil enim cuiquam prodeſt vitaſſe noxias cupiditates, eneruatam non amaſſe luxuriam, deceptricem fugiſſe fallaciam, alienum ſe a terrenis vitiis effeciſſe, quia neceſſe eſt laboret incaſſum, qui remuneratorem bonorum omnium ſibi reddit † offenſum. *† infenſum* Cuius enim præceptis obediet, ſi latorem legis ignoret? Graditur ſine via, G reſpicit ſine lumine, cogitat ſine ſapore, currit veloci greſſu, nec reperit quò venire diſpoſuit. Hi poſſunt ad præſens florere, ſed fructum non probantur inferre: quia gratia eorum non in radice viguit, ſed in foliorum ſe tantùm oſtentatione iactauit. Nam & illi in eadem parte ſunt, qui etſi rectè credunt, fœdis tamen ſceleribus polluuntur: quoniam cùm ſe grauibus peccatis connectunt, à creatore diſſoluunt. Tunc immortalis anima, fit mortua tenebris ſuis: incipit amare † quod periit, incipit odiſſe † quod viuit: virtutes odit, vitia ſemper affectat: & lamentabili obſcuritate fuſcata, rationem mundiſſimam non habet: quia in gurgitem ſe peruerſitatis immerſit: mox ab antiquo hoſte capta, ad vitia præceps agitur, & per corporis illecebras ſumit de eius obnoxietate victorias. *† quo periit* *† quo* Eſt enim ægra, & † peccati ſemper anxia: ipſa ſe condemnans, quam nullus accuſat: vt meritò mors vitalis, ac vita mortalis, talibus proueniſſe dicatur. *† pœnitentis* Hanc ſi miſerator ille reſpexerit, oculúmque mentis corporeis exceſſibus obcæcatum fuerit illuminare dignatus, ad libe- H ratricem † plenitudinem trahit: euadendi donat effectum, quæ pereundi priùs videbatur habuiſſe deſiderium. *† pœnitudinem* Tunc fœlicior, cùm fleuerit: tunc celſior, cùm ſe proſtrauerit: lachrymis reparat, quod gaudendo perdiderat: & quæ ad hoſtem voluptatibus inultata peruenit, ad ſalutarem Dominum proſperrimè contriſtata feſtinat. Sed quamuis eas non ſit fas hominibus intueri, tamen euidentibus indiciis ſuas qualitates aperiunt: vt & illos poſſimus aduertere, de quibus aliquid non probamus audiſſe. Malis nubilus vultus eſt in qualibet gratia corporali, † mœſti etiam cùm lætantur agunt, cùm paulò poſt pœniteant, deſerti impetu voluptatis ſuæ, ſubitò in triſtitiam redeunt, oculi interdum ſupra quàm neceſſe eſt, commouentur: iterúmque cogitantes infixi ſunt, incerti, vagi, fluctuantes, ad omnia tepidi, de cunctorum voluntate ſuſpenſi, curis anxii, ſuſpicionibus inquieti, aliena de ſe iudicia ſollicitè perſcrutantur, quia dementer propria *† mœſtitié cum lætantur*

perdide

A perdiderunt, quærendo mundanam vitam, calamitatem infernæ mortis incurrunt, & dum lucem temporalem auidè cupiunt, tenebras perpetuæ † noctis acquirunt. Relationes ſuas inexplicatas ſæpe derelinquunt. Saltu quodam ad aliud tranſferuntur. Cùm nihil agant, ſemper eos æſtimes occupatos. Formidoloſè viuunt, etiam cum nullius inſecutione vexantur. Pœna eſt illis conſcientia ſua: & à ſe ſuſtinent omnia, cum ab aliis grauia nulla patiantur. Eorum & ipſe odor acerbus eſt, niſi cum ſuauiſſimis inhalationibus ſuperſtites condiuntur. Neceſſe eſt enim, vt odore delectetur peregrino, qui offenditur proprio. Veniamus ad illas ſanctæ Trinitatis fideles animas, quæ prædicatam retinent Apoſtolicam diſciplinam, in glorioſiſſima voluntate conſtantes, te vera ſimilitudinem ſupernæ ſeruare probantur imaginis.

† mortis

B

CAPVT XVIII.

De cognoſcendis bonorum animabus.

SAnctarum igitur animarum & in iſta communi vita magna iam virtus eſt. Nam carnem illam expugnatricem humani generis per quietem debellant: victrices ſui ſunt, dum ſtudentes conſtantiæ viuo corpori mortem delectantur infligere. Væ autem carni, quæ hic ſuperata non fuerit. Nam quæ in hac conuerſatione vincitur, illic ſine dubio coronatur. Vir denique fixus, purus, innocuus, omnes laudat, ſe ſemper accuſat, & cum placeat vniuerſis, ſibi ſoli diſplicet. Nimia enim magnitudo eſt, ſuam intelligere † paruitatem. Nec præualet hæc noſſe, † niſi qui iam cœperant diuina pateſcere. Hi tantum expeditius ad ſuperna volant, quantum ſe oneroſius in humana conuerſatione calligant. Imperant corpori, quia famulantur auctori: &

† prauitatem
† ſi cui non

C dum ſe exiguos cognoſcunt, ad culmen magnæ perfectionis euadunt. Nullum lædere cupiunt, læſi ſemper ignoſcunt. Caritatem & illis impendunt, qui eos ſcelerato odio perſequuntur. Tales animæ, Domino præſtante, etiam noxiis ſpiritibus imperant: & illi, quos Mundus patitur infeſtos, à creatura minore ſuperantur. Adhuc in corpore poſitæ fortiores ſunt angelis malis, adhuc indutæ carni iubent poteſtatibus aëreis: & quorum tentationibus non cedunt, eis diuina virtute dominantur. Iſtæ enim immortales propriæ ſunt dicendæ, quas nulla pœnitudo diſcruciat, nullus mœror affligit: quæ ſibi nequeunt reputare, quod probantur exiſtere. Inopia diteſcunt, carceribus lætæ ſunt: & inter hæc iure ſecula illa obediunt, quia ſemper bonos ſequuntur: contra perſecutores fortiore ſemper eriguntur audacia, quando ſinis lucis illis principium eſt bonorum: & in æterna beatitudine recipiunt, quod in temporali conuerſatione geſſerunt. Sic ſanctorum animæ adhuc in iſto ſeculo † commorantes, dum longa ſimi habitationis contrarietate diſtractæ, tamen bonis Angelis videntur eſſe conciues, & iam ex magna

† habitantes
D

parte conſortes. Moſes enim per maria terrenum iter aperuit, aquarum domicilia ſiccis pedibus tranſmeauit: & tam magni fluctus quaſi latere vtroque conſtructi, in ſpeciem rupis peregrina ſoliditate riguerunt. Meruit Helias ne plueret: obtinuit etiam vt ſe deſideratus imber effunderet: & unus homo beatis ſupplicationibus egit, quod generalitas cum ſuſpenderetur impetrare non meruit. Iſtis enim, qui ſe cœleſti conuerſatione mundificant, virtus ſupernæ miſerationis conceditur, quam homo propter originale vitium habere non poteſt. Cum cæteri per mundum tranſeuntes, maieſtati ſemper affixi ſunt: quibus tam aſſiduè præſtantur magnalia, vt pene iure deſinant eſſe miracula. Heliſeus diſcipuli ſui oculos, cœleſtem militiam non videntes, aperuit: exercitus hoſtium cæcitate percuſſit. Ademerunt nonnulli flammis incendia, vitalem calorem frigidis cadaueribus reddiderunt, leones feroces ad ſepeliendum corpus conuenire fecerunt, & inuicem ratis homines legimus vixiſſe crocodillos: liquorem conuerterunt in duritiam ſilicum, latices iuſſerunt manare de ſiccitate ſaxorum, illæſis veſtibus prunas accipimus fuiſſe portatas. Ambulare claudum, Solem præceperunt ſtare celerrimum. Humano verbo facta eſt Naturæ diuerſitas, & in tantam gratiam ſunt recepti, vt & ipſis potuiſſet famulari quod ſeruire Mundus mirabatur auctori. Quid iam de imperio vocis dicamus: quando & veſtis eorum tacta effectum † ſoſpitatis attribuit: & Apoſtolici vmbra corporis, periculum mortis excluſit. Sic abundantia meritorum & per illud videbatur ſonare, quod conſtat in ſe ſubſtantiam non habere. Talis anima abſolutè ſentitur, etiam cum eius exiſtentia non videtur. Hilaris illi ſemper vultus eſt & quietus, macie validus, pallore decoratus, lachrymis aſſiduis lætus, promiſſa barba reuerendus, nullo cultu mundiſſimus. Sic per iuſtitiam mentis de rebus

E

† ſanitatis

F contrariis redduntur homines pulchriores: oculi læti & honeſtè blandi: ſermo veriloquus bonorum pectorum penetrabilis, cupiens amorem Dei omnibus ſuadere, quo plenus eſt: vox ipſa mediocris, nec debilis vicino ſilentio, nec robuſta clamore dilatato, aſperitate non frangitur: accedentibus gaudiis non mouetur: moribus vultúque vnus eſt: templum ſanctum, domicilium virtutum: cuius ora ſe nequeunt immutare, dum ſemper probantur ſtudere conſtantiæ. Gradus quoque ipſius nec tardos reſpicit, nec veloces: nullum propter ſe ipſum videt: nulli propter alterum parcit. Suaſor recti, ſine arrogantia docens, cum humilitate liber, cum caritate diſtrictus: vt tam graue ſit illum diſſerere, quàm inuitum eſt ab ipſa quoque vita diſcedere. Amator ſalutiferi ſecreti, vbi nulla libidine ſauciatur, concretione nulla ſuccenditur, ſuperbia non inflatur, inuidiam non habet, iratum

G nulli loquitur quod pœniteat, nil audit abſurdum. Multa turba vitiorum ſine certamine vincitur, quando ſolicitudinis gratia ſuffragatur. Tunicam poſtremo ſuam, quamuis more cutis vnæ ſit, ſuauiſſimis implet odoribus: fragrat quod diuitia Indiæ pigmenta tranſcendat. Agnoſcitur in illis nullum humanum corpus habere aromata ſua, ſcilicet dum nulla crapulatione diſtentum, in odores non exudat acerrimos. Facile eſt aduertere, quem ſuperna potentia dignatur inuiſere. Nam & ipſe quoque animus noſter mox gaudet ad talem, & non admonitus intelligit, quem cœleſti inſpiratione cognoſcit. Verùm hæc in ſexu validiore non adeo miranda ſunt: quis autem dignè ſufficiat virginum ac viduarum maximas explicare virtutes? quæ ſi ad præcepta Dei ſancto amore rapiuntur, vt magnæ patientiæ ſe vigore diſcrucient, & ad martyrij coronam, victa carnis infirmitate, perueniant. Locuti ſumus multa de anima: diximus etiam de corpore noſtro, quæ viſa ſunt. Tendamus nunc aciem mentis in futuras retributiones. Conuenit enim, vt poſtquam ſe creatura cognouit, ad creatorem ſuum pura mente feſtinet.

Aduertere facile eſt quē ſuperna potentia dignatur inuiſere.

H

CAPVT XIX.

Quid anima poſt mortem.

QVæretis forſitan, poſt hoc ſæculum animæ noſtræ quid agant, qualéſque permaneant? Reſpondemus, vt diuerſa lectione collegimus, Mors eſt animæ corporiſque facta reſolutio, vitæ huius abſentia, carnis deſideria vel neceſſitates protſus ignorans. Nam cum fuerimus hac luce imperio creatoris exuti, ſimul corporis appetitiones & imbecillitates amittimus. Non enim vlterius labore frangimur, non cibo reficimur, non ieiunij diuturnitate quaſſamur: ſed in animæ noſtræ natura iugiter perſeuerantes, nihil homini boni malique faciemus, ſed vſque ad tempus iudicij, aut de præteri-

A

torum actuum prauitate mœremus, aut de operationis noſtræ probitate lætamur. Tunc ' autem recipiemus factorum omnium plenissimum fructum, quando voce domini aut repudiati fuerimus, aut ad regnum perennitatis admiſſi. Hanc igitur mortem in illa vita pene quietus ſomnus imitatur: quando ſeculi iſtius deſideria cuncta ' arbitriúmque deponit, & quicquid hic agitur, tranquillus animus ſopore mentis ignorat. Nam dum corpora ſenſus ſuos die reſurrectionis in illa celeritate, qua ſunt omnia creata, receperint, quæ erit calamitas miſeris in æternum cruciari, nunquamque deficere. Ita enim perpetuæ pœnæ tradentur, vt infauſtè ſemper exiſtere comprobentur. Dolor ſine fine, pœna ſine requie, afflictio ſine ſpe, malum incommutabile. Sic enim varietas vitioſa punitur, vt eius damnatio nullatenus immutetur. Miſerrimi omnium, & perdendo quod diligunt, & iugiter patiendo quod nolunt. Æuum ſine dulci vita, mora ſine remediabili fine, ciuitas ſine lætitia, patria exoſa, amara domicilia, cœtus triſtium, turba lugentium: & quod ſupra omnes

B

confuſiones deterius eſt, illos ibi torqueri ſecum poſſe cognoſcunt, quos decepti numina crediderunt. In ipſo tamen ſupplicio pro meritorum qualitate diuerſitas eſt. Nam & diſtans beatitudo bonos continet, & impios diſpar pœna conſtringit. Ætas plane omnibus vna atque perfecta futura eſt. Nam quemadmodum ibi erit minor, vbi non creſcitur? aut quare ſenes, vbi non deficitur? Mutabilitates iſtæ ad interitum tendunt. Vnum eſt quodcunque perpetuum eſt. Ex hoc igitur quaſi vaſto flumine quidam videtur riuulus altercationis exire, ſi iugis pœnæ concedatur æternitas: dum conſumptio vix ſubſtantiam permittat exiſtere, quam nullo ſe permittit tempore reparare. Sed iſtud omnino ſuperfluum eſt in cauſarum perennium ratione cogitare. Nam & talis pœna eſſe poteſt, quæ torqueat non imminuat: & talis ſubſtantia, quæ ſenſum doloris augeat, non defectum mortalitatis incurrat. Ipſa denique anima noſtra quantis hic cruciatibus afficitur, cùm tamen nulla defectione ſoluatur? Montes quoque nonnulli quam nimio torrentur incendio, & tamen inter

C

ſalamādra

flammas ſuas ſtabiles perſeuerant? Salamandra incendio reficitur, & ignis calore reparatur. Vermiculi quidam aquis æſtuantibus nutriuntur. Sic dat iſtis victum, quod alijs minatur interitum. Quòd ſi inter has mortales materias talia nos exempla corroborant, quid de illa æternitate credendum eſt, vbi mortalem non inuenit, quam pœna conſumat? Erit ergo miſeris conflagratio inextricabilis, & æterna combuſtio. ' Bonorum autem dona quis dubitet eſſe perpetua? cum ſe

beatorū

cognoſcunt lætitiam percipere, & vlterius triſtitiam non timere: mereri gaudium, quòd norunt eſſe continuum. Illic animus ſua proſpera non pateſcat: ſed exultationem propriam ſemper retinet in æternum cognita proſperitas. Aduertunt enim beatitudinem ſuam in ſumma eſſe ſecuritate, cùm ſe intelligunt iam non poſſe peccare. Nulla ibi iam quatitur varietate noſtra ſecuritate: fixa mens non nutat, non fluctuat, non mouetur: & in tantæ pacis ſtabilitate defigitur,

D

vt nihil aliud præter illam contemplationem vel quærere, vel cogitare patiatur. Sic prouenit ſemper quod libeat, quando non erit quod pœniteat. Vacabimus ibi (ſi tamen concedatur diuino munere) non torpore deſidiæ reſoluti, ſed ad gratiam perfectionis intenti. Senſus noſter complebitur puritate mitiſſima. Tranquillum erit omne, quod volumus. Sine cogitatione ſapiemus ſine errore ſentiemus. Malum iam nec ab '

vllo

alio capietur, nec extra voluntatem generabitur. Habebimus hanc eſuriem, quæ delectet: habebimus hanc aſſiduitatem, quam mens faſtidire non poſſit, iugiter amando creatorem, ſempérque eius gloriam ſuauiter contuendo. Non ibi moleſta tædia prægrauabunt, non varietas imbecillia confundet: quando talia ſunt, quibus afficimur, vt nullum in eis finem optare patiamur. Quies operoſa, opera quieta, animi indefecta vnitas. Tunc enim diuinæ ſapientiæ agnitione complemur,

E

nec rerum veraciſſimus intellectus diſciplinis operoſis imbuitur, ſed inelaborato mentis lumine declaratur. Ibi numerus, quantus eſt, notus efficitur. Ibi linearum diſcretio abſolutè conſpicitur. Ibi conuenientia muſicæ patet. Ibi aſtrorum motus viſuali cognitione certiſſimus eſt. Ibi veritas ſuperna, videndo nota eſt. Dei ſapientia ' contuebimur, qua maieſtate ſingula quæque diſponat. Ibi videbimus, quàm irritè à peruerſis Catholica lacerabatur Eccleſia. Ibi eam conſpiciemus in veſtito deaurato aſtare Reginam à dextris ſponſi & Regis ſui. Ibi cognoſcemus, quanta fuerit ſub Sole vanitas vanitatum. Ibi re vera cernemus, quàm ſalubriter monebamur, Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſerulies: cui omnia comparata viliſſima ſunt. Qui nunquam aliter fuit, nunquam aliter erit. Cum quo eſſe nemo, niſi fœliciter * poteſt: ſine quo eſſe nemo, niſi infeliciter valet. Sic dum talis agnitio ab anima rationali etiam purgata reuoluitur, inueniri ab ea non poteſt, quod amplius expetatur. Opinari quidem poſſumus, ſpiritualis homo quarum

'contuebimur

* valet

F

cauſarum delectatione ſaginetur. Sed quis ſit ille ſuauitatis modus, ſicut legitur, nec mente poteſt intelligi, nec ſermonibus explicari. Fœlices qui habent omnia quæ volunt, & nulla aduerſitate quatiuntur. Ibi enim caro animáque æterna pace compoſita, nequeunt inter ſe ſentire contraria. Ibi erunt artus, qui ſpirituali conſenſu obtemperent, non concupiſcentia carnali degenerent. Ibi denique cœleſti ſobrietate fulgebunt, non autem mundanis cogitationibus ebriè polluentur. Domicilia planè eorum, vt putamus, in ſupernis erunt: & terras non appetent, quarum vſum neceſſarium non habebunt. Quocirca non erit permixta, ſicut in hoc mundo habitatio: ſed ſequeſtrati ab impiis electi, magna locorum qualitate & regione diuidentur. Ciuitas cœleſtis, manſio ſecura: patria totum continens, quod delectet: populus ſine murmure, incolæ quieti. Homines humanarum rerum indigentiam non habentes: vbi nullum auida moleſtat eſuries, nullum morbida ægritudo conſumit, nullus probatur liberam erubeſcere nuditatem, nec quenquam grauia frigora coarctant, non æſtus anhelum corpus exurit, nullus reparatores appetit ſomnos, vbi nemo cognoſcitur eſſe laſſatus. Omnia blanda, omnia ſuauia, omnia tranquilla:

G

quando & ipſe mundus noxiam deponens temperiem, habebit ſaluberrimam perpetuis ſeculis vnitatem. Erit illic etiam dies continua, & ſerenitas æterna. Sol ibi quippè nulla nube fuſcatur: ſed omnia de auctoris gratia plus lucebunt. Ibi enim beatis talis ſplendor mentis eſt, & lumen intelligentiæ, vt ipſum, ſicut in maieſtate ſua eſt, mereantur conſpicere creatorem. Quocirca libris veterum rationabiliter commonemur, quòd pars illa emundata, atque meliorata diuino munere veraciter ſpeculetur auctorem, quæ eius nihilominus portat imaginem. Inde denique videbimus, vnde credimus, & ex ea parte illud ſummum, eximium, ſingulare contemplabimur, vnde vtique meliores ſumus. Globus iſte Solis cum hic ſerenus infulſerit, quemadmodum noſtri animi * permulcet? Lumen quoque terrenum quanta nos implet gratia, cum videtur? Aſpecti flores gratiſſima nos iocunditate reficiunt. Terram viridem, mare cæruleum, aëris puritatem, ſtellas micantes eximiis delectationibus intuemur. Quod ſi magnam præſtant dulcedinem cùm ad obtutus noſtros venerint, res creatæ, quid illa maieſtas tunc viſa conferre creditur, cui nihil ſimile reperitur? Tunc perfectè cognoſcemus, quo modo ſalubriter credimus. Nec enim aliter animaduertere merebimur, niſi nunc quæ ſunt vera fateamur: h. e. coæternam, incommotabilem, diſtinctam perſonis & inſeparabilem trinitatem, replentem omnia ſimul ſubſtantiali virtute ſua; vnam triplex, trinúmque ſimplabile. Paritas in omnipotentia, æqualitas in caritate, vnitas in natura. Hæc excellenter & ſingulariter ſimul iudicat iuſtitia ſua, ſimul parcit pietate ſua, ſimul cooperatur virtute ſua: poteſtas incomprehenſibilis, beatitudo mirabilis ex qua beantur,

* ſenſus

H

quæcun

A quæcunque beata ſunt: viuificantur, quæcunque viuentia ſunt: continentur, quæcunque ſubſiſtunt. Cuncta librans, ſimul cuncta diſcernens. Quæ ideo in iudicando non labitur, quoniam in cognoſcendo non fallitur: cùm non appareat, præſens bonis eſt: & cùm nuſquam deſit, abſens malis eſt: immobilis, quia vbique tota eſt: inceſſabilis, quia voluntates ſuas ſemper operatur: de toto ſe audit, de toto ſe videt: non ex aliqua parte tanquam de membris reſpiciens, ſed omnia vndique, ita vt ſunt, perſcrutabili virtute cognoſcens. Dicitur etiam odorare, guſtare, ambulare: ſed hæc propter intelligentiam noſtram humana conſuetudine facere perhibetur, dum inenarrabili potentia maieſtatis ſuæ longe aliter cuncta perficiat. Virtus ſancta, vniuerſa creans atque diſponens, regnat in maieſtate propria & gloria ſempiterna: incomprehenſibilis, inæſtimabilis, & æterna potentia cœlos mirabili ſuſpenſione conſolidat, terras ſuper * inane defigit, dat fontibus curſum, mari terminum ponit: ſerenus coruſcat, pius fulminat: ima ſummaque ſapientiæ ſuæ lege moderatur, ſcilicet, quia in gubernatione ipſius conſiſtunt omnia, non in ſuo poſſe derelicta. Iraſcitur placidus, iudicat tranquillus, & ſine mutabilitate eius prouenit, quod delinquentium reatus exceperit. Rerum humanarum valde miſerator, conuerſis ſtatim parcens, peccantes expectando recorrigens, & cùm pati nil poſſit contrarium, magna tolerantia ſuſtentat aduerſum. Quantulum eſt, quod hic de illa ineffabilitate ſentimus? Ibi planè * cognoſcimus, quàm ſubiecta ſint in conſpectu gloriæ eius, quæ miramur, cui præbet miniſterium Angelica magnitudo, cariſſimo famulantur excelſi principatus obſequio, innumerabiles poteſtates fideliter & conſtanter obediunt, cuius ſemper indiget quæuis excellentia ſummitatis. Quid iam de eius ſingulari potentia coniiciamus? quando nec illud modo comprehendere ſufficimus, quod ei patere poſſe minime dubitamus. Tunc liberam intelligimus, cui dementes reſiſtere tentabamur: ad quam magnifica prouocari, quibus videbamur ſordibus occupari. Illud vel in momento videre ſufficeret, quod nos in æternum promittit veritas intueri. Illic conuincitur omnis prauitas quæſtionum. Illic malè credita veritatis ipſius voce ſuperantur. Sine fine regnum, ſine nocte lux, ſine vitiis corpus, ſine mortibus vita: & cùm omnia dirigantur ad æternum, ſolum ibi morietur exitium. Magnum eſt his perfrui, ſed multo melius, quod inde non probatur exiri. Viuent vota, qui vocantur ad præmia: tunc verè cognoſcunt, quàm feliciter creati ſunt, qui ad tam magna * peruenerint. O incomprehenſibilis maieſtas & pietas! nam inter opera rerum, quibus mundi ambitus opificis laude completur: nihil egregius probatur exiſtere, quàm ſubſtantiæ ſpiritales, quæ creatorem ſuum pura mente noſcuntur cogitare. Reliqua enim facta ſunt ad intelligentium delectationem: hæc autem ad ſuam beatitudinem, quæ veneratur auctorem.

*mare

*cognoſcemus

*peruenerunt

B

C

Tempus eſt, vt quæſtionum varietate dimiſſa, dictorum copioſiſſimam denſitatem in quibuſdam manipulis colligamus: vt fideli calculo numerata, horreis memoriæ compendioſa breuitate condatur. Primo igitur vt tenetis, auditores prudentiſſimi, propriè dici animam etymologiæ ipſius conſonatione docuimus: ſequeſtrantes ab ea vocabula, quæ nominum ſimilitudinem audientes confundere * poterunt. Secundo, definitionem ſubſtantiæ huius, cum ſuis expoſitionibus, vt datum conſtat abſoluimus. Tertio, de ſubſtantiali eius qualitate decurſum eſt. Quarto, monſtrauimus quemadmodum anima formam habere non poſſit. Quinto, virtutes eius morales relatæ ſunt, quæ contra vitia huius ſeculi velut quædam arma opponuntur. Sexto, de virtutibus animæ naturalibus non pauca profuſa ſunt. Septimo, de origine eius, quæ ſunt lecta, narrauimus. Octauo, ſedem ipſius, iudiciumque deſcripſimus. Nono, de corporis noſtri diſpoſitione tractatum eſt. Decimo, anima infidelis, cum ſuis ſignis, prout conceſſum videtur, oſtenſa eſt. Vndecimo, lucidam mentem & plenam diuinitatis, pro captu noſtræ poſſibilitatis, attigimus. Duodecimo, de ſpe futuri ſeculi nonnulla, Domino largiente, memorata ſunt: vt quam immortalem credimus, perennes retributiones nihilominus habere ſentiamus. Clauſimus itaque noſtrum munuſculum numero duodenario, qui cœlos ſignorum diuerſitate decorauit, qui annum menſtruali venuſtate compoſuit, qui ventos principales terrenæ indigentiæ prouida diſpoſitione conceſſit, qui diei noctiſque ſpatia horarum congrua quantitate diuiſit. Vt meritò & ad animæ dilucidationem hæc ſupputatio adhiberetur, quæ tantarum rerum naturalium diſpoſitionibus conſecrantur. Reſtat nunc, ſapientiſſimi viri, qui floretis ingenio, vt mole iſtius Mundi ſalutariter tranſilita, diuinæ miſericordiæ noſmetipſos velociter offeramus, per quam pleniſſime illuminantur cogitantis obtutus. Intelligamus eum, diligamus ipſum: & tunc animas noſtras vere cognoſcimus, ſi de ipſius largitate ſapiamus. Ipſe enim magiſter potens atque perfectus eſt, qui & vera dicat animæ noſtræ, & quæ dixerit, eam faciat illuminata mente conſpicere. In ſchola ſiquidem Chriſti cor indocile non poteſt inueniri, quoniam qui ſe ei tota mentis integritate tradiderit, nec ignorare poteſt, quod quærit: nec amittere, quod pia remuneratione ſuſceperit. Fit ergo magna, pretioſa, diues anima, cùm ſe ex proprio pauperem eſſe cognoſcit: potens, ſi humilitatem ſaluberrimam non declinet: fœliciſſima denique, ſi ſeruet in carne, quæ in æthere ſuperbi Angeli probantur amiſiſſe. Ad te enim, ſancte Domine nemo ſe erigendo peruenit, ſed potius humiliatus aſcendit. Cum altiſſimus ſis, proximior redderis ſupplicatione curuatis. Noſtra tibi humilitas accepta eſt. Amas, quod propter te quæris: deſiderat, quo non indiges. Ipſa eſt enim vitæ noſtræ mater, germana caritatis, æſtuantis animæ ſingulare præſidium, contraria debellatrix. que ſuperbiæ: & ſicut illa per diabolum origo criminum: ita iſta per te noſcitur fons eſſe virtutum. Hanc vt Domine Chriſte ſic nobilitare voluiſti, vt eam non ſolùm præcipere, ſed etiam ſuſcipere dignareris? Subiiſti quippe in aſſumpta hominis natura iudicium, qui iudicaturus es Mundum. Cæſus es flagellis, qui exaltas & humilias Reges. Pertuliſti in faciem odioſos conſputus, quam inſatiabiliter videre * cupiunt Angeli. Felle potatus es, qui humanum genus ſic habuiſti dulce, vt Rerum Dominus naturam ſerui dignareris aſſumere. Patienter coronam ſpineam ſuſcepiſti, qui comples orbem terrarum diuerſo flore præmiorum. Conditionem ſubiiſti mortis, qui vitam creaturis tribuis vniuerſis: Tantáque fuit in ſancta incarnatione humilitas, quanta eſt in diuinitate incomprehenſibilis maieſtas. Per te enim, admirande Domine, pœna facta eſt æterna requies, paſſio remediabilis, mors fidelium ſalutis introitus. Hæc enim perpetuo dat viuere, quæ ſolebat extinguere: non iniuria, quoniam quæ vitam hominum ſuſcepit, meritò ius peremptionis amiſit. Data in * decore, manet in honore. Quondam res quæ pandebat inferos, nunc perducit ad cœlos. Vere omnipotens, qui & ipſas miſerias feciſti potentes. Nullus Regum egentibus tuis par eſt. Nullæ purpuræ piſcatorum ſuorum retibus adæquantur: quando illæ in mundanas tempeſtates impellunt: hæ ad litus æternæ ſecuritatis adducunt. Pauper de nobis, diues ex tuo. Factus es ſocius mortalitatis noſtræ, vt nos participes redderes æternitatis tuæ. Superbiam humiliare curas, lethum morte proſternis. Noſti etiam bona facere per iniquos: conuertens in adiutorium, quod paratum eſt ad nocendum: potentius eſſe diiudicans, læſiones ad vtilitatem conuertere, quàm cauſas malorum radicitus amputare. Nam quomodo beneficiorum tuorum cognoſcerentur ſigna, ſi & aduerſæ partis non monſtrarentur indicia?

D

*poterāt

E

F

G

*deſiderant

H

*dedecore

CAPVT

A

CAPVT XX.

Oratio Caſſiodori.

TV ergo Domine Ieſu Chriſte, qui ſic pro nobis flexus es, vt homo fieri dignareris, non in nobis patiaris perire, quod decreuiſti miſeratus aſſumere. Meritum noſtrum indulgentia tua eſt: dona quod offeram, cuſtodi quod exigas, vt velis coronare, quod præſtas. Vince in nobis inuidam poteſtatem, quæ ſic decipit, vt delectet, ſic delectat, vt perimat. Hoſtia dulcis, amicus amarus eſt. Noſti enim, quàm ſeraciter lubricus anguis illabitur, ſquamis repentibus minutatim corpus eſſe ſulcitat: & ne eius intelligatur aduentus, fixum non habet impreſſa varicatione veſtigium. Inuidit, proh dolor, tam magnis populis cùm duo eſſent, & adhuc temporales perſequitur, quos impio ambitu fecit eſſe mortales. Se intercipit, qui alios decipit: & nullo fine corrigi meretur, qui de omnium

B

deceptione damnandus eſt. Quapropter non poſſit iniquus, ne conualeſcat interitus: dominatum in nobis non exerceat, qui nunquam præſtitit: ſed virtus tua poſſideat, quæ creauit. Doleat periſſe quod fecit, dum nos inde non patiatur perire, quod voluit. Domine, quia in nobis non eſt, quod remuneteris, ſed in te ſemper eſt, quod largiaris, eripe me à me, & conſerua me in te. Impugna, quod feci: & vindica, quod feciſti. Tunc ero meus, cùm fuero tuus. Via ſine errore, veritas ſine ambiguitate, vita ſine fine. Dona noxia odiſſe, profutura diligere. In te ponam proſpera, mihi applicem ſemper aduerſa: quam nihil ſim ſine te, ſapiam: qualis verò tecum poſſim eſſe, cognoſcam. Intelligam quid ſum, vt ad illud merear peruenire, quod non ſum. Nam ſicut præter te exiſtere non cœpimus, ita & ſine te eſſe proficere non valemus. Omnia vergunt nihilominus in ruinam, quæ à maieſtatis tuæ pietate fuerint

C

ſegregata. Te autem amare ſaluari, formidari gaudere, inuenire creuiſſe, amiſiſſe perire eſt. Tibi denique nobilius eſt ſeruire, quàm Mundi regna capeſſere: merito, quando ex ſeruis filij, ex impiis iuſti, de captiuis reddimur abſoluti. Quapropter contra peccata noſtra miſericordiæ tuæ munimen inſurgat, quæ nominis ſui teſtimonio miſeris datur, vt trina remunerati conditione ſentiamus nobis propitiam Trinitatem. Petimus, quia iubes: pulſamus, quia præcipis: & ſine fine conferre manus, qui ſemper commones, vt rogeris. O altitudo pietatis! ô clementiæ incomprehenſa profunditas! cùm nemo poſſit aliquid accipere, ſi reſiſtis, vim te precibus noſtris pati poſſe teſtaris: meritò, quando à Iudice petimus, vt ad pœnale iudicium non vocemur, & per legiſlatoris gratiam ſperamus eripi, ne poſſimus à promulgata conſtitutione damnari. Tibi ſancte Domine Rex rerum confidenter dicimus, Dimitte peccata, & concede * nobis debita. Omnis te creatura operis

*nobis

ſui bonitate collaudat. Debemus tibi, quòd exiſtimus: obligamur etiam, quòd quotidiano munere continemur. Gaudeamus & hinc quoque glorioſiſſime Domi-

D

ne, quòd tua beneficia non irritè poſtulamus. Tempera, bone artifex, organum cordis noſtri, vt harmoniæ mentis poſſit aptari, nec ſic roboretur, vt ſuperbiat: nec ſic langueſcat, vt deficiat. Tu noſti, quæ vere moderata ſunt. Vaſa tua ſic reple proſperis, vt capacitas non præbeatur aduerſis. Dominetur ratio, ſeruiat caro: quoniam à te ſolo poteſt effici, ne fragilitate corporis poſſit offendi. Verùm hæc pro noſtro modulo, non pro rerum ipſarum magnitudine dicta ſufficiant: quando & ampliùs quàm expetebamus, edidimus, & alma lumina veracium literarum breuiter talia camé q; docuerunt. Illi enim potuerunt de his inoffenſe dicere, qui purificati diuino munere, probabili ſe meruerunt conuerſatione tractare.

E

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris,

DE INSTITVTIONE Diuinarum Scripturarum

LIBER I.

Incipit Præfatio Caſſiodori Senatoris.

CVM ſtudia ſecularium literarum magno deſiderio feruere cognoſcerem, ita vt multa pars hominum per ipſa ſe mundi prudentiam crederet adipiſci; grauiſſimo ſum, fateor, dolore permotus, quòd ſcripturis diuinis magiſtri publici deeſſent:

F

cùm mundani auctores celeberrima procul dubio traditione pollerent; Niſus ſum enim beatiſſimo Agapito vrbis Romæ, vt ſicut apud Alexandriam multo tempore fuiſſe traditur inſtitutum, nunc etiam in Niſibi ciuitate Syrorũ Hebræis ſedulo fertur exponi; collectis expenſis in vrbe Romana profeſſos Doctores Scholæ potiùs acciperent Christianæ, vnde anima ſuſciperet æternam ſalutem, & caſto atque puriſſimo eloquio fidelium lingua comeretur. Sed cùm ʿ propter bella feruentia, & turbulenta nimis in Italico regno certamina, deſiderium meum nullatenus valuiſſet impleri, quoniam non habet locum res pacis, temporibus inquietis: ad hoc diuina caritate probor eſſe compulſus, vt ad vicem magiſtri introductorios vobis libros iſtos, Domino præſtante, ʾ conſecerim, per quos, ſicut

Inſtitutũ Agapiti Papæ de erigenda vniuerſitate Romana bellis impeditum.

v. c. profeſſus v. & anima.

ʿv per Salus rei non habet locum temporibus inquietis.

æſtimo, & ſcripturarum diuinarum ſeries, & ſecularium literarum compendioſa notitia Domini munere

G

ʾconficerem

panderetur: Minus fortaſſe diſertos, quoniam in eis non affectata eloquentia, ſed relatio neceſſaria reperitur; vtilitas verò ineſſe magna cognoſcitur, quando per eos diſcitur, vnde & ſalus animæ, & ſecularis eruditio prouenire monſtratur. In quibus non propriam doctrinam, ſed priſcorum dicta commendo, quæ poſteris laudare fas eſt, & prædicare glorioſum: quoniã quicquid de priſcis ſub laude Domini dicitur, odioſa iactantia non putatur. Huc accedit quod magiſtrum grauem pateris, ſi frequenter interroges: ad iſtos autem quoties redire volueris, nulla aſperitate mordearia. Quapropter, dilectiſſimi fratres indubitanter aſcendamus ad diuinam ſcripturam per expoſitiones probabiles patrum, velut per quandam ſcalam viſionis; vt corum ſenſibus prouecti, ad contemplationem Domi-

Patrum expoſitiones in ſcripturis ſacris, ſequenda.

ni efficaciter peruenire mereamur. Iſta eſt enim fortaſſe ſcala Iacob, per quam Angeli aſcendunt, atque deſcendunt, cui Dominus innititur laſſis porrigens ma-

H

Geneſ. 28.

num, & feſſos aſcendentium greſſus ſui contemplatione ſuſtentans. Quocirca ſi placet hunc debemus lectionis ordinem cuſtodire, vt primum tyrones Chriſti, poſtquam Pſalmos didicerint, auctoritatem diuinam in codicibus emendatis iugi exercitatione meditentur, donec illis fiat, Domino præſtante, notiſſima; ne vitia librariorum impoliis mentibus inoleſcant, quia difficile poteſt erui quod memoriæ ſinibus radicatum conſtat infigi. Felix quidem anima quæ tanti

Quid primũ agendũ ſacrarũ literarũ tyronib.

Memoria ſinibus radicatũ difficile poteſt erui.

muneris ſecretum memoriæ ſinibus Domino largiente condiderit, ſed multo felicior quæ vias intelligentiæ vitali indignatione cognouerit; eóque fit, vt & humanas cogitationes à ſe grauiter expellat, & diuinis eloquiis ſalubriter occupetur. Multos enim vos vidiſſe retinemus memoriæ firmitate pollentes de locis obſcuriſſimis inquiſitos, exemplis tantum auctoritatis diuinæ ſoluiſſe propoſitas quæſtiones: quoniam in

A

alio libro clarius poſitum eſt, quod alibi dictum conſtat obſcurius. Teſtis eſt Paulus Apoſtolus, qui ex maxima parte, in epiſtola quæ ſcribitur ad Hebræos, teſtamenti veteris ſcripturas nouorum temporum perfectione dilucidat. Quapropter, chariſſimi fratres, poſtquam ſe milites Chriſti diuina lectione compleuerint, & frequenti meditatione cognoſcere cœperint loca librorum opportunè nominata; tunc huius operis inſtituta quiſpiam fortaſſe non inaniter tranſibit: vbi quæ legenda ſunt his duobus libris aptiſſimè ſuis locis & breuiter indicantur, eóque prouenit, vt ſtudioſi cognoſcant à quibus Latinis expoſitoribus ſingula quæque declarata ' ſint. Quòd ſi aliquid in iiſdem negligenter dictum reperit: tunc quibus lingua nota eſt, à Græcis explanatoribus, quæ ſunt ſalubriter tractata perquirant. Quatenus in ſchola Chriſti, negligentiæ tempore ſublato, vitalis agnitio flammatis mentibus inquiratur. Ferunt itaque ſcripturas diuinas veteris nouique Teſtamenti ab ipſo principio vſque ad finem Græco ſermone declaraſſe Clementem Alexandrinum cognomento Stromatheum, & Cyrillum eiuſdem ciuitatis Epiſcopum, & Ioannem Chryſoſtomum, Gregorium, & Baſilium, nec non & alios ſtudioſiſſimos viros quos Græca facundia concelebrat. Sed nos potius Latinos ſcriptores Domino iuuante ſectamur; vt quoniam Italis ſcribimus, Romanos quoque expoſitores commodiſſimè indicaſſe videamur. Dulcius enim ab vnoquoque ſuſcipitur, quod patrio ſermone narratur. Vnde fieri poteſt vt per magiſtros agatur antiquos, quod impleri non potuit per nouellus. Quapropter tractatores vobis doctiſſimos indicaſſe ſufficiat: quando ad tales remiſiſſe, competens plenitudo probatur eſſe doctrinæ. Nam & vobis quoque erit præſtantius præſumpta nouitate non ' imbui, ſed priſcorum fonti ſatiari. Hinc conſequetur ' vt tutius edoceam, & ſine culpabili præſumptione vos inſtruam, quòd genus doctrinæ & nobis arbitror eſſe proficuum ſic alios imbuere, vt inſidias calumniantium commodiſſimè declinaſſe videamur. Habetis igitur in primo volumine antiqui ſeculi magiſtros præſentes ſempérque paratiſſimos, qui non vos doceant, tam ſuis linguis, quàm veſtris potius oculis. Moderamini ergo ſtudioſi fratres ſapienter deſideria veſtra; per ordinem quæ ſunt legenda diſcentes: imitantes ſcilicet eos qui corpoream habere deſiderant ſoſpitatem. Nam qui ſanari volunt, à medicis quærunt quas eſcas primùm, quas ſecunda refectione percipiant, ne tenuiſſimas vires debilium membrorum oneret potius quàm reficiat confuſa voracitas. In ſecundo verò libro de artibus, ac diſciplinis liberalium litterarum pauca libanda ſunt: vbi tamen minore periculo delinquetur, ſi quid ſalua fidei ſtabilitate peccetur. Quicquid autem in ſcripturis diuinis de talibus rebus inuentum fuerit, præcedenti notitia melius probatur intelligi. Conſtat enim quaſi in origine ſpiritalis ſapientiæ rerum iſtarum indicia fuiſſe ſeminata, quæ poſtea doctores ſecularium litterarum ad ſuas regulas prudentiſſimè tranſtulerunt, quod apto loco in expoſitione Pſalterij fortaſſe probauimus. Quapropter Domino ſupplicantes, à quo venit omne quod expedit, legite precor aſſiduè, recurrite diligenter. Mater eſt enim intelligentiæ, frequens & intenta meditatio. Nec me præterit eloquentiſſimum Caſſianum in quinto collationum dixiſſe volumine: quendam ſenem & ſimplicem de obſcuriſſimo loco ſcripturæ diuinæ fuiſſe requiſitum, eúmque oratione crebertima ſuperno lumine cognouiſſe; vt quod antè per humanos magiſtros non didicerat, ſubitò diuina inſpiratione completus, quærentibus res difficillimas explanaſſet. Simile eſt & illud ſancti Auguſtini dictum quod in libris de doctrina Chriſtiana commemorat; quendam famulum barbarum, litteris imperitum, orationibus crebris ita ſibi traditum codicem ſubitò legiſſe, quaſi in ſchola fuerit longis meditationibus eruditus, de qua re ſic ipſe ſubſequens dicit. Licet hæc fuerint ſtupenda miracula, & omnia poſſibilia credentibus approbentur, non nos tamen debere talia frequenter expetere, ſed in vſu communis doctrinæ ſatius permanere; ne cùm illa quæ ſunt ſupra nos audacter exquirimus, culpam tentationis contra præceptum Domini potiùs incurrere videamur, dicentis in Deuteronomio: Non tentabis Dominum Deum tuum. Et iterum in Euangelio ait: Generatio mala & adultera ſignum quærit, &c. Quapropter oremus vt nobis aperiantur illa quæ clauſa ſunt, & à ſtudio legendi nullatenus abſcedamus. Nam & Dauid cum eſſet in lege Domini iugiter occupatus, tamen clamabat ad Dominum, dicens: Da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua. Tale eſt enim huius rei ſuauiſſimum donum, vt quantò plus accipitur, tanto amplius expetatur. Sed quamuis omnis ſcriptura diuina, ſuperna luce reſplendeat, & in ea virtus Spiritus ſancti irradire euidenter, in Pſalterio tamen & Prophetis, & Epiſtolis Apoſtolorum maximum ſtudium laboris impendi. Quoniam mihi viſi ſunt profundiorem abyſſum commouere, & quaſi arcem totius ſcripturæ diuinæ atque altitudinem glorioſiſſimam continere. Quos ego cunctos nouem codices auctoritatis diuinæ (vt ſenex potui) ' ſub collatione priſcorum codicum amicis ante me legentibus ſedula lectione tranſiui. Vbi multum me laboraſſe, Domino iuuante, profiteor, quatenus nec eloquio modificato deeſſem, nec libros ſacros temeraria præſumptione laceratem. Illud quoque credimus commonendum; ſanctum Hieronymum ſimplicium fratrum conſideratione pellectum, in Prophetarum præfatione dixiſſe; Propter eos qui diſtinctiones non didicerant apud magiſtros ſecularium litterarum, colis & commatibus tranſlationem ſuam, ſicut hodie legitur, diſtinxiſſe. Quod nos quoque tanti viri auctoritate commoti ſequendum eſſe iudicauimus, vt cætera diſtinctionibus ordinentur. Iſta verò ſufficiant ſimpliciſſimæ lectioni, quæ ſupradictus vir, ſicut dictum eſt, ad vicem diſtinctionum colis & commatibus ordinauit, ne ſupra iudicium tanti viri vituperabili præſumptione veniſſe videamur. Reliquos verò codices, qui non ſunt tali diſtinctione ſignati, notariis, diligenti tamen cura ſollicitis, relegendos atque emendandos reliqui, qui etſi non potuerint in totum Orthographiæ minutias cuſtodire, emendationem tamen codicum antiquorum (vt opinor) adimplere modis omnibus feſtinabunt. Habent enim ſcientiam notarum ſuarum, quæ ex maxima parte hanc peritiam tangere atque admonere noſcuntur. Sed vt error inolitus aliquatenus de medio tolleretur, factum eſt, vt in ſequenti libro de Orthographiæ regulis perſtrictim pro captu ingenij nonnulla poneremus, ne præcipitanter emendantium impolita præſumptio poſteris carpenda traderetur. Patauí quoque quantum potui priſcos Orthographos inuenire, per quos etſi non omnino correcti, tamen ex magna parte meliorati eſſe videantur. Orthographia ſiquidem apud Græcos plerumque ſine ambiguitate probatur expreſſa: inter Latinos verò ſub ardua difficultate relicta monſtratur, vnde & iam modò ſtudium magnum lectoris inquirit. Inſtituti operis ordine celebrato, nunc tempus eſt, vt veniamus ad ' religioſæ doctrinæ ſaluberrimum decus, deuotarum lumen animarum, cœleſte donum, & gaudium ſine fine manſurum. Quod ego arbitror duobus libris qui ſequuntur, eſt breuiter intimatum.

Argumentũ operis. — ' ſunt — B — *Commentatores Græci in vtrumq; Teſtamentum.* — *Dulcius eſt quod patrio ſermone narratur.* — ' docuit — C — *Exacta ſeperanter ſumenda ad valetudinem recuperandam. Libri ſecundi argumentũ.* — D — *Expoſitionis ſuæ in Pſalterium auctor meminit Caſſianus.* — *In Prologo.* — *Articul. D. Auguſt.* — E — *dictum de ſcripturis ſacris: non ſolum diuina inſpiratione intelligendis.* — Deut. 6. — Matth. 12. — *Studendũ pro ſerio & nibilominus auxilium diuinum imperandum.* — Pſal. 118. — *Scriptura diuina ſuperna* — F — *luce reſplendet. Pſalterium, Propheta & Epiſtolæ D. Pauli omnium ſcriptura ſunt difficilima.* — *Quòd D. Hieronymus colis & commatibus non diſtinxerat, diſtincta à Caſſiodoro.* — G — *Orthographia Latinorũ difficilior quã Græcorum.* — H — ' religionem

A

LIBER CASSIODORI SENATORIS

Indicans quo ordine diuini in lectionibus aſſumendi ſint libri, ſimúlque Doctores oſtendens qui ſuper quibus ſcripruris explanauerint, quáque cautela diuina auctoritas legenda ſit vel emendanda ſit, quæque Synodi recipiantur.

INCIPIVNT CAPITVLA.

I. *De octateucho.*
II. *De libro Regum.*
B
III. *De Prophetis.*
IV. *De Pſalterio.*
V. *De Salomone.*
VI. *De Hagiographis.*
VII. *De Euangelijs.*
VIII. *De Epiſtolis Apoſtolorum.*
IX. *De actibus Apoſtolorum.*
X. *De modis intelligentiæ.*
XI. *De IV. Synodis recipiendis.*
XII. *Diuiſio ſcripturæ diuinæ ſecundum S. Hieronymum.*
XIII. *Diuiſio ſcripturæ diuinæ ſecundum S. Auguſtinum.*
XIV. *Diuiſio ſcripturæ diuinæ ſecundum ſeptuaginta.*
XV. *Sub qua cautela relegi debeat cœleſtis auctoritas.*
XVI. *De virtute ſcripturæ diuinæ.*
XVII. *De hiſtoricis Chriſtianis.*
XVIII. *De ſancto Hilario.*
C
XIX. *De ſancto Cypriano.*
XX. *De ſancto Ambroſio.*
XXI. *De ſancto Hieronymo.*
XXII. *De ſancto Auguſtino.*
XXIII. *De Abbate Eugypia & Abbate Dionyſio.*
XXIV. *Recapitulatio generalis quo ſtudio ſcriptura ſancta legenda ſit.*
XXV. *Coſmographos legendos à monachis.*
XXVI. *De notis affigendis.*
XXVII. *De ſchematibus ac diſciplinis.*
XXVIII. *Quid legant qui ſcripturas logicas intraire non poſſunt.*
XXIX. *De poſitione monaſterij Viuarienſis.*
XXX. *De antiquarijs & commemoratione Orthographiæ.*
XXXI. *De medicis.*
XXXII. *Commonitio Abbatis congregationiſque Monachorum.*
XXXIII. *Oratio.*

D

LIBER CASSIODORI, De inſtitutione diuinarum ſcripturarum.

DE OCTATEVCHO.

Octateuchus liber. In principium Geneſis qui ſcripſerunt.

PRIMVS ſcripturarum diuinarum codex eſt Octateuchus, qui initium illuminationis noſtræ hiſtorica relatione fecit à Geneſi. Huius principia ſancta Baſilius Attico ſermone lucidauit, quam Euſtathius vir diſertiſſimus ita tranſtulit in Latinum, vt ingenium doctiſſimi viri facundiæ ſuæ viribus æquiparaſſe videatur; qui vſque ad hominis conditionem nouem libros tetendit. Vbi & cœli & terræ naturam, aëris & aquarum, vel creaturarum pene omnium qualitates aperuit, vt quod in auctoritate breuitatis ſtudio prætermiſſum eſt, tractatum latius, minutiſſimè atque clariſſimè diſceretur. Nam & Pater Auguſtinus contra Manichæos duobus libris diſputans, ita textum Geneſis diligenter expoſuit; vt penè nihil relinquere probaretur ambiguum. Vnde contigit vt nolens præſtaret hæreſis confutata, quatenus, dum illa fortiter vincitur, Catholici diligentius inſtruantur. Quos libros in codice ſupradicti Baſilij, vt opinor, forſitan competenter adiunximus, vt textus prædictæ Geneſis lucidius legentibus panderetur. Deinde ſanctus Ambroſius, vt eſt planus & ſuauiſſimus doctor, exinde ſex libros eloquentiæ ſuæ more confecit, quos appellauit Hexámeron. De iiſdem principiis ſanctus quoque Auguſtinus diſertus atque cautiſſimus diſputator duodecim volumina conſcripſit, quæ doctrinarum penè omnium decore veſtiuit, hæcque vocauit de Geneſi ad litteram. Qui quamvis de eadem re tractauerit, de qua beatus Baſilius, & ſanctus Ambroſius celeberrima laude fulſerunt: tamen, quod poſt diſertos viros difficile contingere ſolet, opus ſuum longè in aliam ſummitatem Domino largiente perduxit: ſcripſit etiam contra Manichæum Fauſtum triginta tres libros, vbi & eius nequiſſimam prauitatem manifeſta ratione conuicit, & de libro Geneſis iterum mirabiliter diſputauit. Pari quoque modo duos libros vir prædictus effecit, quibus titulum poſuit, contra inimicum legis & Prophetarum, vbi ſimili modo multa de legis diuinæ quæſtionibus enodauit. Contra quos ita feruore pietatis incanduit, vt diligentius atque viuacius aduerſus eos dixerit, quàm contra hæreſes alias diſputauit. In libris quoque confeſſionum, poſterioribus tribus voluminibus, de Geneſis explanatione diſſeruit: confeſſus altitudinem rei, quam toties repetita expoſitione, tractauit. Quæſtiones etiam quæ in voluminibus ſacris arduæ difficultate poterant operiri, libris ſeptem neceſſaria nimia, & ſyllogiſtica probatione declarauit, eniſus magiſter optimus, & * veracis ingenij, vt quod ad ſalutem animarum conſtat eſſe conceſſum, nequaquam indiſcuſſum, mortiferis negligentiis linqueretur. Scripſit etiam de modis locutionum ſeptem alios mirabiles libros, vbi & ſchemata ſecularium litterarum, & multas alias locutiones diuinæ ſcripturæ propias, id eſt, quas communis vſus non haberet expreſſit: cõſiderans ne cõpoſitionum nouitate reperta, legentis animus nõnullis offenſionibus angeretur, ſimúlque vt illud oſtenderet magiſter egregius, generales locutiones, hoc eſt, ſchemata Grammaticorum, atque Rhetorum, exinde fuiſſe progreſſa, & aliquid tamen illis peculiariter eſſe derelictum, quod adhuc nemo Doctorum ſecularium præualuit imitari. Dicitur enim de ſeptem diebus Geneſis, feciſſe ſeptem ſermones, quos ſedula cura perquirimus, & inuenire deſiderantes optamus. Item ſanctus Ambroſius de Patriarchis ſeptem libros edidit, qui multa loca veteris teſtamenti ſacris quæſtionibus ſuauiter enodauit. Sanctus etiam Hieronymus vno volumine de libro Geneſeos Hebraicas ſoluit quæſtiones propoſitas, quæ per vtriuſque teſtamenti ſcripturas diuinas, tanquam lineæ vno calamo deducta, pari nitore deſcendunt. Hæc à Catholicis neceſſariò perleguntur, quando tantis quæſtionibus reſolutis, textus planiſſimus relinquitur, & clara luce vulgatur explanationes quoque Hebræorum nominum & locorum, quæ ad magnam intelligentiæ partem, in librorum veterum auctoritate ſunt poſitæ, vno volumine ſua nobis in Latinum interpretatione lucidauit. De nouo quoque teſtamento fecit alterum librum, vbi quæſtiones ad eandem legem pertinentes diligentiſſimus doctor enodauit. Sanctus quoque Proſper ſedula cura legendus eſt, qui tres libros totius auctoritatis diuinæ, in centum quinquaginta tribus titulis comprehendit, ad inſtar piſcium, quos Euangelica

E *rome. Extat in M. S. tráſlatio Euſtathij.*

Hæreſis dum fortiter vincitur Catholici inſtruuntur.

D. Auguſtinus D. Baſilio & D. Am- F *broſio pal. ma ferre haud ambigitur.*

De Geneſi neque S. Ambroſij benemeritis.

G *'erit logiſt. * vt veritate ingenio legitur.*

Enim pro etiam familiare Caſſiodoro.

Deſiderantur hodie hi ſeptem ſermones D. H *Ambroſij libri de Patriarchis varios hodie habent titulos.*

D. Hieronymi quæſt. Hebraicæ in Geneſin.

Explanationes Hebræorum nominum & locorum partim tráſlatis.

A *partim compoſuit D. Hieronymus. S. Proſper de autoritate diuina. Octateuchus liber. Extant hodie titulo proceſſionū & prædictionum. Origenes à Vigilio Papa damnatus Errores*

B *eius 35. Theophylus ſcripſit contra Origenē, Epiphanius Cyprius contra Origenem. Quomodo legi debeat, ex Epiſtola D. Hieronymi ad Tranquillum. Pulmentaria ſcrarum literar.*

C *Aurū in ſtercore quaſitum de Ennio & Origene.* ' Ad hæreſimis repudiatione. al. ad hæreſis diſputatione *Homilia Origenis in Heptateuchum. Bellator presbyter perſuaſus à Caſſiodoro in librum*

D *Ruth. commentatus eſt.*

llea retia de huius ſeculi tempeſtuoſa profunditate traxerunt. Item in Octateucho eloquentiſſimæ nimis Homeliæ ſunt Origenis, in codicibus tribus, quem multorum quidem patrum ſententia deſignat hæreticum. Sanctus vero Hieronymus eius aliqua opuſcula diſertiſſimo ſermone tranſtulit in Latinum. Hunc licet tot Patrum impugnet auctoritas, præſenti tamen tempore & à Vigilio viro beatiſſimo Papa, denuo conſtas eſſe damnatum. Theophilus autem Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex triginta quinque ſenſus eius hæretica prauitate diſtortos, Catholica veritate conuincit. Nec non & Epiphanius Cyprius Salaminæ Eccleſiæ multa cum deteſtatione perſequitur, cum dolore maximo, dicta ipſius iniquiſſima calliditate peruerſa, Pontificis auctoritate, redarguens. Sed quemadmodum legi debeat, in Epiſtola quam ſcripſit ad Tranquillum, ſanctus Hieronymus probabiliter iudicauit, vt nec ſtudioſos ab eius neceſſaria lectione remoueat, nec iterum incautos præcipitet ad ruinam. Quem quidam non immerito more aneti habendum eſſe dixerunt: qui dum ſaporum condiat pulmentaria litterarum, ipſe tamen decoctus exſiccatuſque proiicitur. De quo concluſiuè dictum eſt: Vbi bene, nemo melius: vbi male, nemo peius. Et ideo caute ſapientérque legendus eſt, vt ſic inde ſuccos ſaluberrimos aſſumamus, ne pariter eius venena perfidiæ, vitæ noſtræ contraria ſorbeamus. Cui & illud conuenienter aptari poteſt, quòd Virgilius, dum Ennium legeret, à quodam quid faceret, inquiſitus reſpondit: Aurum in ſtercore quæro. Quapropter in operibus eiuſdem Origenis, quantum tranſiens inuenire præualui, loca quæ contra regulas Patrum dicta ſunt ' hæreſim diſputatione ſignaui, vt decipere non præualeat, qui tali ſigno in prauis ſenſibus cauendus eſſe monſtratur. Poſteriores autem in toto dicunt fugiendum, propterea quia ſubtiliter decipit innocentes. Quod ſi adiutorio Domini adhibeatur cautela, nequeunt eius nocere venenoſa. Reliqui etiam vobis, præſtante Domino, ſi legere volueritis, Homilias prædicti Origenis, id eſt, in Geneſ. 16. in Exod. 12. in Leuitico 16. in Num. 28. In Deuteronomio ſermones 8. in quibus eſt minuta nimis & ſubtilis expoſitio. In Ieſu Naue 26. in Iudicum 8. in Ruth. verò priſcas explanationes nequaquam potui reperire, nouellas autem virum religioſiſſimum presbyterum Bellatorem condere perſuaſi, qui multa de præconiis huius fœminæ aliarumque ſubſequentium, duobus libris copioſa laude celebrauit. Quos libros expoſitionibus Origenis forſitan competenter adiunxi, vt explanatio totius codicis Octateuchi conſummato termino clauderetur. Sed vt textus memorati Octateuchi quodam nobis compendio panderetur, in principiis librorum de vniuerſa ſerie lectionis titulos eis credimus imprimendos, à maioribus noſtris ordine currente deſcriptos: vt lector vtiliter admonitus, ſalubriter reddatur attentus, & facilè vnamquamque rem dum quærit inueniat, quam ſibi cognoſcit breuiter indicatam.

CAPVT II.

De Regum.

Fragmenta quædā commentariorum in libros Regum.

D. Aug. lib. 1. ad Simplicianum. 1. Reg. 16. 1. Reg. 16 1. Reg 28

IN ſecundo verò Regum codice, quoniam continui textus expoſitionem reperire non potui, quædam fruſta diſertiſſimorum virorum, velut quodam in vno veſtimento contexui, vt membratim poſſit adunata collectione cognoſci, quod ſub vno corpore nequaquam potuit inueniri. Primi ſiquidem voluminis quatuor Homelias Origenis inueni. De quo libro etiam Auguſtinus ad Simplicianum Epiſcopum Mediolanenſem ſcribens, ſex ſoluit propoſitas quæſtiones. Quarum prima eſt de loco, vbi ait: Inſiliuit ſpiritus Domini malus in Saul. Secunda verò quæſtio eſt eiuſdem libri, quomodo dictum ſit: Pœnitet me quod conſtituerim regem Saul. Tertia quoque vtrum ſpiritus immundus qui erat in Phitoniſſa, potuiſſet agere vt Samuël à Saul videretur, & cum ipſo verba miſceret. Quarta eſt de ſecundo libro Regum, vbi ait: Intrauit rex Dauid, & ſedit ante Dominum. Quinta eſt de tertio libro Regū quod ait Elias: O Domine teſtis huius viduæ cum qua ego habito apud ipſam, tu male feciſti vt occideres filium eius. Sexta eſt in eodem libro de ſpiritu mendacij, per quem deceptus eſt Achab rex. Inuenimus etiam in ſecundo libro eiuſdem ſancti Auguſtini ſermonem vnum de Abeſſalon, qui patrem ſuum Dauid ob regni cupiditatem decreuit extinguere. Reperi etiam de eodem codice beati Auguſtini tres opinatiſſimas quæſtiones. Quarum prima ante omnes eſt de primo libro Regum, vbi Dauid pugnauit cum Goliat. Secunda eſt tertij libri Regum de Elia, & vidua Sareptana. Tertia eſt de quarto libro Regum, vbi Eliſeus fontem mortiferum benedixit. Nam & beatus Hieronymus ad Aotiom ſcribens, obſcuriſſimas tres alias expoſuit quæſtiones. Quarum prima eſt, cur Dauid qui ad expugnandum Saul cum Achis Allophylorum rege, victoreus veniebat, hominem qui eiuſdem Saulis mortem poſtea nuntiauit, occiderit. Secunda eſt, cur Dauid moriens præcepit filio ſuo Salomoni magiſtrum militiæ ſuæ Ioab interficere. Tertia vero quæſtio eſt de Semei, qui fugiente Dauid intolerabiles maledictionum iniurias, miſſis etiam lapidibus irrogauit. In ſecundo quoque volumine codicis eiuſdem, Origenis vnam reperi nihilominus Homiliam. In tertio igitur libro antefati codicis, ſanctus Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus ſermonem fecit de Iudicio Salomonis. De quo loco ſanctus quoque Hieronymus dulciſſima ſicut ſolet explanatione diſſeruit. Vnde etiam & ſanctum Auguſtinum diſertiſſimum comperimus edidiſſe ſermonem; vt miraculum tale relatum dignis conſtaret auctoribus, de quo libro etiam memoratus ſanctus Hieronymus ad Vitalem ſcripſit Epiſcopum, quomodo Salomon & Achaz cum eſſent ' in vndecim annorum curriculis conſtituti, filios genuiſſe dicantur, quòd natura minimè probatur habere communis. Nam & ſanctus Auguſtinus in libro Ciuitatis Dei ſeptimo decimo, titulo 4. dum inter alia de Regum temporibus facundiſſimus diſputator eloquitur, canticum Annæ dilucidauit ex ordine in Paralipomenon autem libro ſecundo vnam tantum Homiliam prolixam Origenis inueni. Quæ tamen omnia in vnius codicis corpore congregaui, vt in vicem commentariorum ad libros ipſos pertinentia Domino præſtante relegaris. Cui codici etiam puros quaterniones adiunxi, vt quod de præfato opere adhuc repertum fuerit, prædictis expoſitionibus aggregetur. In memoratis autem Paralipomenon libris duobus à patribus magna prædicatur vtilitas, qui rerum geſtarum notitiam breuiter quidem, ſed pleniſſimè continere noſcuntur. Et quoniam titulos antiquos non repeci: nouos, ad præcedentium ſimilitudinem, locis ſingulis, vt æſtimo conſequenter impreſſi: vt qualicunque obſequio ſermonis deuotionis noſtræ qualitas potuiſſet agnoſci.

E *2. Reg. 9. 3. Reg. 15. 3. Reg. 22. Deſideratur hic ſermo & quæſtiones quoq; tres, ni fallor, quarum inibi meminit. 1 Reg. 17 3. Reg. 17 4. Reg. 2. Neq; harum quæſtionum hodie extat veſtigium.*

F *2. Reg. 1. 3. Reg. 2. 2. Reg. 16*

De iudicio Salomonis ſcripſerūt D. Ambr. Hieron. & Aug. Epiſtola D. Hier. ad Vitalē ' vndecennis *1. Reg.*

G

CAPVT III.

De Prophetis.

H

D. Hieronymus adnotationes breues ſcripſit in Tyronum gratiam deſiderantur. Maiores illius commentarij in Prophetas.

EX omni igitur Prophetarum codice tertio ſanctus Hieronymus primum annotationes faciens, propter tyrones vt paruulos competenter eos & breuiter explanauit, quas vobis in annotato nuper codice, Domino præſtante, dereliqui. In quo bottionum formulæ, ex ipſis annotationibus forſitan competenter appoſitæ ſunt, quatenus vinea Domini cœleſti vbertate completa, ſuauiſſimos fructus intuliſſe videatur. Maturis autem & aliqua iam meditatione valentibus, ſupradictus vir alias copioſas atque pleniſſimas expoſitiones Chriſto Domino largiēte profudit: Qui Prophetarum abſtruſos ac latebroſos ſermones, modo per varietates tranſlationum, modo reſolutis ænigmatum nodis,

Digitized by Google

A

Eſaiam nō tam Prophetā quàm Euāgeliſtā dicendum.

nudis, ita facit intelligi, vt magnum arcanum cœleſtis tegis humanis ſenſibus pius ductor aperiat. Nam Eſaiam, qui apertè referendo Chriſti Eccleſiæque myſteria, non tam Propheta, quàm Euangeliſta dicendus, decem & octo libris, mirabiliter ſupradictus ſanctus Hieronymus explanauit. Ieremiam verò qui ciuitatis ſuæ ruinas quadruplici fleuit alphabeto, quadraginta quinque Homiliis Attico ſermone Origenes expoſuit. Ex quibus 14. inueni, vobiſque dereliqui. Quem etiam ſanctus Hieronymus 29. libris commentatus eſſe monſtratur: ex quibus ſex tantùm nos potuimus inuenire, reſiduos verò adhuc Domino iuuante perquirimus. Ezechielem verò (cui in Hebræo ſermo nec omnino diſertus, nec admodum ruſticus eſt) 14. libris ſanctus Hieronymus explanauit. Itémque Daniel (licet apud Hebræos nequaquam prophetico choro recipitur, ſed inter eos annumeratur, qui agiographa conſcripſerunt) tribus libris à ſupra memorato ſancto Hieronymo noſcitur explanatus. Reſiduos verò duodecim Prophetas, quos ſermo vulgaris propter breuitatem librorum ſuorum, minores appellat, 28. libris ſupradictus ſanctus Hieronymus commentatus eſſe dignoſcitur, id eſt, Oſee libris 3. Abdiam libro vno Amos libris tribus, Ioël libro vno, Ionam libro vno, Naum libro vno, Abacuc libris 2. Sophoniam libro vno, Aggeum vno, Zachariam libris tribus, Micheam libris duobus, Malachiam libro vno. De quibus vt nihil inquireretur ambiguum, nomina quoque eorum quemadmodum Latina lingua intelligi debeant, etymologiis propriis pulcherrimo decore patefecit. Sic nobis ager dominicus quaſi quibuſdam laborioſis mercenariis exaratus, & cœleſti rore complutus, ſpiritales fructus Domino largiente concеſſit. Dicitur etiam & ſanctus Ambroſius Prophetarum commenta, eloquij ſoliti dulcedine confeciſſe, quæ tamen adhuc nullatenus potui reperire, quæ vobis magno ſtudio quærenda derelinquo, vt propoſitio multiplicata peritorum, copioſam vobis doctrinam, & animæ feliciſſimam conferat ſoſpitatem.

In Hieronymiā nam tu ætate Caſſiodori exſtabant ſex libri commentariorum dūtaxat. Ezechielis ſcripta.

B

Prophetæ minores.

D. Ambroſius in Prophetas ſcripſiſſe dicitur.

C

CAPVT IV.

De Pſalterio.

SEquitur Pſalterij codex quartus, qui nobis primus eſt in Commentatorum labore, ſed bis binum locum tenet in ordine. Hunc in quibuſdam Pſalmis beatus Hilarius, beatus Ambroſius, & beatus Hieronymus, in omnibus tamen beatus Auguſtinus ſtudioſè nimis latiuſque tractauit. Ex quibus iam duas decadas Domino præſtante collegi, à quo vt fieri ſolet mutuans lumen de lumine, aliqua de ipſo, Domino largiente conſcripſi: vt illud in me dictum Mantuani vatis veraciter impleretur, & argutos inter ſtrepere anſer olores. Vbi nullam cauſam, digreſſi à ſua relatione miſcuimus, ſed in vicem annotationum breuiter de ſingulis locis diximus, quod textus ipſius qualitas expetebat. Quem poſt tales viros fortaſſe, ſi aliquis dignatus fuerit relegere, cognoſcet (ſicut & alij Patres ſententia indubitata dixerunt) de ſcripturis diuinis emanaſſe, quod doctores ſecularium literarum ad ſua ſtudia poſtea tranſtulerunt. Quæ nos, vt ſe locus obtulit, Domino iuuante, quantum valuimus, ni fallor, oſtendimus. Legendus eſt etiam libellus Athanaſij Alexandrinæ ciuitatis Epiſcopi, quem Marcellino poſt ægritudinem in locum refectionis dulciſſime deſtinauit, qui inſcribitur; de libro Pſalmorum: vbi diuerſa commonens, virtutem operis ipſius minutiſſimis diſcuſſione patefecit, diuerſos hominum caſus cum ſuis remediis ſuauiter introducens. Pſalterium eſt enim quædam cœleſtis ſphæra, ſtellis denſa micantibus, & (vt ita dixerim) quidam pauo pulcherrimus, qui velut oculorum orbibus, & cœlorum multiplici & decora varietate depingitur, Paradiſus quinetiam animarum, poma continens innumera, quibus ſuauiter mens humana ſaginata pingueſcat. Quod tamen Pſalmorum corpus vniuerſum, & in tribus codicibus per quinquagenos Pſalmos iudicabimus conſcribendum, vt Iubilæi anni quantitas triplicata, ſanctæ Trinitatis votiua nobis remiſſionis beneficia renunciaret. Et quoniam vnus codex oneroſus quibuſdam fratribus poterat inueniri, tali diſtributione completa, ſpem precioſæ ſalutis acciperem, & multi, compendia lectionis, præſtante Domino, ſalubriter inuenirent: Habeat ergo Bibliotheca veſtra, vnum ex eis codicem, ad quem recurratis, ſi vos mendoſitas offenderit, fratrum verò curioſitas partibus ſe expleat diſtributis.

Pſalmos quoſdam DD Hilarius Ambroſ. & Hier. tractarunt.

D autem Auguſt. omnes.

Auctor etiam in

D

Pſalmos commentatus.

* *digreſſiua*

D Athanaſij libellus ad Marcellinum de argumentis Pſalmorum.

* *colorū*

E

Pſalterij diuiſio per quinquagena.

* *iudicauimus*

CAPVT V.

De Salomone,

QVintus codex eſt Salomonis cuius primum, qui appellatur Prouerbia, quadrifaria reperi diuiſione partitum: de quibus partibus in prologo eiuſdem voluminis æſtimaui aliqua commonenda, vt eius intentio prædictis complexionibus breuiter innoteſcat. In quo libro Didymum expoſitorem in Græca lingua reperimus, qui ab amico noſtro viro diſertiſſimo Epiphanio in Latinum ſermonem diligentiſſime, Domino iuuante, tranſlatus eſt. Quem Didymum quamvis carne cæcum, merito beatus Antonius pater Monachorum prophetali lumine vocauit videntem: quando perſpicuo corde perſpexit, quod corporeis * affectibus non valet intueri. Mirum eſt enim dicere, quantis diſciplinis, atque artibus audiendo imbutus fuerit, qui ipſos apices quoque literarum priuatus carnali lumine nequibat inſpicere. Quod mihi penè impoſſibile, fateor, videbatur eſſe cùm legerem: niſi de partibus Aſiæ quendam ad nos venire Euſebium nomine contigiſſet, qui ſe infantem quinque annorum ſic cæcatum eſſe narrabat: vt ſiniſtrum eius oculum excauatum orbis profundiſſimus indicaret, dexter vero globus vitreo colore confuſus, ſine videndi gratia infructuoſis orbibus voluebatur. Hic tantos auctores, tantos libros in memoriæ ſuæ Bibliotheca condiderat, vt legentes probabiliter admuneret, in qua parte codicis quod prædixerat inuenirent: diſciplinas omnes & animo retinebat, & expoſitione planiſſima lucidabat. Commonuit etiam tabernaculum templi Domini ad inſtar cœli fuiſſe formatum, quæ depicta ſubtiliter lineamentis propriis in pandecte Latino corporis grandioris competenter aptaui. De veſte quoque ſacerdotali plurima Domini Sacramenta texebat, aſſerens nihil otioſe poſitum, quod non alicuius rei pulcherrimam portaret imaginem. Hoc etiam Ioſephum, Origenem, & Hieronymum commemoraſſe, in ſuis opuſculis aſſerebat. Quid plura? fecit credi de Didymo quæ ſuo præſentabat exemplo: cuius etiam inſtructione commonitus multos codices antiquos reperi, qui apud me habebantur incogniti. Quem tamen adhuc Nouatianæ prauitatis errore detentum, miſericordia Domini ſuffragante, rectæ fidei credimus illuminatione complendum: vt quem ſcripturas ſuas animo fecit diſcere, iubeat Catholicæ fidei integritate pollere. Secundus verò liber Salomonis, qui appellatur Eccleſiaſtes, à beato Hieronymo potenter expoſitus eſt, quem Latino ſermone nuncupat Concionatorem, quòd loquatur ad populum & ſermo eius non ſpecialiter ad vnum, ſed ad vniuerſos generaliter dirigatur. Eccleſiaſtes autem noſter eſt Dominus Chriſtus, qui medio pariete deſtructo, inimicitias carnis euacuans, fecit * vtraque vnū: hic ſuper omnia * ſecunda dicit iuſſa diuina, cuncta mūdi iſtius, vanitatem vanitatum eſſe commemorans. De quo libro & Victorinus ex oratore Epiſcopus nonnulla diſſeruit. In Cantico Canticorum duabus homiliis expoſitionem Origenis, idem S. Hieronymus Latinæ linguæ multipli-

F

Didymi in Prouerbia commentarij tranſlati ab Epiphanio auctore Caſſiodori.

* *aſpectib.*

G

Memoria bibliotheca.

De veſte ſacerdotali ſcripſere Ioſephus, Origenes & Hieronymus.

Cæci do-

H

ctiſſimi de Dydimo & Euſebio.

In Eccleſiaſten D. Hieronymus commentatus eſt,

Concionator liber.

* *vtrunque*

* *ſequēda*

D. Hieronymus Latina lingua multiplicator egregius.

A

Hodie extat titulo D. Hieronymi Homiliæ quarum hic meminit.

Epiphanius in Cantica canticorũ ſcripſit interprete Epiphanio ſcholaſtico.

Librum tertium Patriarcharum nuncupatus de

B

Iſaac Ambroſio aſcribitur.

Sapientia liber à Philone conſcriptus.

In illum Bellator presbyter cõmentariũ ediderat & ſunt dd homiliæ D. Ambroſii & D. Auguſt.

Eccleſiaſtici auctor

C

Ieſus filius Sirach. Bellator presbyter.

Eccleſiaſtæ & Eccleſiaſtici differentia.

D. Hier. in Prologo πανάρετον.

Volens omnium virtutũ capax.

Agiographi numerantur.

V. C. ſeu Iob præ-

D

clarum glorioſumq; patientiæ documentum.

Reſurrectio carnis à Iobo expreſſè prophetata.

Dialectica à ſacris ſcripturis ortu habet.

Iob. 19.

multiplicator egregius, ſua nobis, vt conlucuit, probabili tranſlatione proſpexit, quos item Rufinus interpres eloquentiſſimus, adiectis quibuſdam lucis vſque ad illud præceptum quod ait: Capite nobis vulpes puſillas exterminantes vineas: tribus libris latius explanauit. Poſt quos Epiphanius antiſtes Cyprius totum librum Græco ſermone vno volumine ſub breuitate complexus eſt. Hunc nos vt alios in Latinam linguam per amicum noſtrum virum diſertiſſimum Epiphanium fecimus Domino iuuante transferri. Quapropter prædicti libri diligentiſſimos expoſitores ſub vno codice comprehendi, vt ſimul omnibus legentibus offerantur, qui tractatores vnius voluminis exiſterunt. Vnde etiam & ſanctus Ambroſius in libro tertio Patriarcharum, vbi de perſona Iſaac loquitur, multa ſalubriter luculentéque diſſeruit. Sæpe dictus autem pater Hieronymus aſſerit Sapientiæ librum non à Salomone (vt vſus habet) ſed à Philone doctiſſimo quodam Iudæo fuiſſe conſcriptum: quem pſeudographum prænotauit, propterea quod vſurpationem nominis portat alterius: cuius voluminis expoſitionem presbyter Bellator octo libris ſe aſſumpſiſſe teſtatus eſt, quem cum aliis opuſculis eius pariter ſuſtinemus, de quo & pater Auguſtinus & ſanctus Ambroſius Homiliarum nomine nonnulla dixerunt. Dictio nimis ſuauiſſima, & re vera nominis ſui dignitate reſplendens. Eccleſiaſticum vero librum ſupra dictus Hieronymus, Ieſu filij Syrach eſſe commemorat, qui Congregator poteſt Latino ſermone vocitari. Sed inter Eccleſiaſten & Eccleſiaſticum iſtam Patres poſuere diſtantiam: quod Eccleſiaſtes ad Chriſtum Dominum ſolummodo debet referri, Eccleſiaſticus verò cuicunque iuſto prædicatori poteſt abſolute congruere, qui Eccleſiam Domini ſanctiſſimis ſolet monitis congregare. Quod librum vtique præſentem feciſſe manifeſtum eſt, quem propter excellentiam virtutum ſuarum πανάρετον appellat, id eſt virtutum omnium capacem: cuius tanta claritas, tantáque Latinitas eſt, vt ſibi tantus ipſe commenta ſint. Atque vtinam quam cito mente capitur, tam facile actuum qualitate reddatur. Quibus libris iuuante Domino capitula inſignire curauimus: ne in tam neceſſaria lectione, vt ſæpe dictum eſt, confuſa tyronis nouitas linqueretur.

CAPVT VI.

De Agiographis.

SEquitur Agiographorum codex ſextus, habens libros octo, qui in capite ſui continet Iob præclarum patientiæ glorioſúmque documentum, quem labore beati Hieronymi Latina lingua, ſicut & alia multa, ſanctiſſimè tranſlatum expoſitúmque promeruit: cuius explanationibus actum eſt, vt ſicut Dominus de ipſo teſtari dignatus eſt, inculpabiliter cuncta locutus fuiſſe doceatur. Quanta enim liber ille continet ſuauia Sacramenta verborum, ſicut beatus Hieronymus dicit in Epiſtola quam dirigit ad Paulinum? Proſa incipit, verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur, omniáque legibus dialecticæ, propoſitione, aſſumptione, confirmatione, concluſione determinat. Quod ſi ita eſt, nec aliter eſſe poteſt quàm quod tanti viri celebrat auctoritas, vbi ſunt qui dicunt artem Dialecticam à ſcripturis ſanctiſſimis non cœpiſſe? Singula in eo verba plena ſunt ænigmatibus, propoſitionibus, & quæſtionibus ſacris: & (vt de cæteris ſileam) reſurrectionem carnis ſic prophetat, vt nullus de ea vel manifeſtius, vel cautius aliquid ſcripſiſſe videatur. Sic enim ait: Scio quod redemptor meus viuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum: Et ruſus circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum: quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius, repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo Sanctus quoque Auguſtinus in eodem libro annotationes faciens, cum ſolita curioſitate tractauit. Quidam etiam eſt anonymus, ex cuius ſtylo beatum eſſe ſuſpicamur Hilarium, qui commenta libri ipſius ſcripſit in ordinem. Quæ ſi legatis attentè, poterunt vos diligentat inſtruere. Magnus planè liber Iob, & in ſalutem humani generis vtilitatémque conſcriptus, quando ſanctus vir tanta & pertuliſſe monſtratus eſt, vt leuia ſibi vnuſquiſque peccator faciat, quæcunque ſuſtinere cognoſcit. Tobiæ autem in libris quinque: Eſther in libris ſex; Iudith in libris ſeptem, & Machabæorum in libris decem, expoſitio, in Latinum ſermonem prædicti Bellatoris Presbyteri vt præualet labore collecta eſt. Quorum tamen librorum titulos ſub breuitate collegi, quando inſtructionis non minimum creditur eſſe compendium, res fuſas latiſſimè, paucis ſermonibus indicare. His enim remediis lectoris animus introductus ſaluberrimam ſcripturarum ſeriem prouocatus excurrit. Sed eos licet hiſtorici ſint, & planiſſima relatione fundantur: tamen propter virtutes excellentiſſimas morum conſcriptos eſſe cognoſcite, vt patientiam, vt ſpem, vt charitatem, vt etiam in fœminis fortitudinem, vt pro Deo contemptam præſentis ſeculi vitam, vel cætera quæ illic virtutum genera Domino præſtante floruerunt, noſtris animis competenter infunderent. In Eſdræ verò libris duobus Græco ſermone ſingulas Homelias expoſitas Origenis inueni, quæ eiuſdem religioſi viri Belatoris labore tranſlatæ ſunt. Nam & ſanctus Ambroſius in libro Patriarcharum, vbi de perſona Eſdræ ipſe loquitur, ſecundum librum Machabæorum exempli cauſa commemorat. Cuius maximam partem ad demonſtrandam tolerantiam, eloquentiæ ſuæ dulciſſimo liquore patefecit. Libri verò Machabæorum ſupradicto amico noſtro Bellatore ſedula expoſitione, Domino iuuante, confecti ſunt: ne tam magna lectio inexplanata forſitan linqueretur, quæ nobis tot virtutum exempla declarauit.

E

D. Hilarius eſſe cenſet qui anonymus circumferebatur.

In Tobiã, Eſther, Iudith & Machabæorũ libros commentatus eſt Bellator presbyter.

F

In Eſdrã homiliæ Origenis duæ tranſlatæ à Bellatore presbytero.

CAPVT VII.

De Euangeliis.

G

SEptimus igitur codex ſcripturæ diuinæ, qui eſt noui Teſtamenti primus, nobiſque dedit adorabile principium ac vitale remedium, quatuor Euangeliſtarum ſuperna luce reſplendet. Quorum omnia propria diſcutiens ſanctus Hieronymus diligenti cura diſſeruit, quæ in vno volumine comprehendi, ne legentis intentio diuiſis codicibus traheretur. Matthæum beatus Hieronymus iterum bis binis libris expoſuit, quem etiam ſanctus Hilarius in vno volumine declarauit, de quo & Victorinus ex Oratore Epiſcopus nonnulla diſſeruit. Lucam ſanctus Ambroſius mirabiliter explanauit. Ioannem beatus Auguſtinus copioſa & inſigni expoſitione lucidauit, qui etiam de concordia Euangeliſtarum quatuor libros ſubtiliſſima nimis & neceſſaria diſputatione complexus eſt. Euſebius quoque Cæſarienſis canones Euangelicos compendioſa breuitate collegit, vt in quibus locis communia dicunt, in quibus propria tangunt, veriſſima diſtinctione monſtraret, vbi quanta eſt plenitudo fidei, tanto floret & diuerſorum tractantium doctrina mirabilis.

In Euangeliſtas cõmentarij Euangeliſtarũ omnia propria diſſeruit D. Hieronymus qui vnus exſtaret cõmentar. In Matthæum ſcripſere DD. Hilar. Hier.

H

ac Victor.

Canones Euangelici ab Euſebio conſcripti.

CAPVT VIII.

OCtauus codex canonicas epiſtolas continet Apoſtolorum. Sed in epiſtolis tredecim ſancti Pauli annotationes conſcriptas in ipſo initio meæ lectionis inueni, quæ in cunctorum manibus ita celebres habebantur, vt eas à ſancto Gelaſio Papa vrbis Romæ doctiſſimi viri ſtudio dicerent fuiſſe cõſcriptas.

A *Extant hodie tituli Primaſij, Sedulij & D. Hieronymi: Pelagij autē eſſe ex D. Auguſt. colligere licet. Anonymus commentarius Catholicus. Mutianus interpres Chryſoſtomi.*

Quod ſolent facere qui res vitioſas cupiunt glorioſi nominis auctoritate defendere, ſed nobis ex præcedentibus lectionibus diligenti retractatione patuerunt ſubtiliſſimas quidem eſſe ac breuiſſimas dictiones, ſed Pelagiani erroris venena illic eſſe ſeminata. Et vt procul à vobis fieret error hæreticus, primam Epiſtolam ad Romanos qua potui curioſitate purgaui, reliquas in chartaceo codice conſcriptas vobis emendandas reliqui, quod facile ſubiacebit, quando præcedenti exemplo audacior redditur ſequentis imitatio. Sed inter has ſollicitudines grauiter æſtuatus quendam anonymum codicem ſubnotatum diuina reperi prouiſione collata, qui tredecim epiſtolas ſancti Pauli non ignobili annotatione tractauit, hic diligenter excuſſus, ſecundum vobis ac ſecutum genus commentorum, Domino largiente, præſtabit. Ad Hebræos verò epiſtolam, quam ſanctus Ioannes Conſtantinopolitanus Epiſcopus triginta quatuor Homeliis Attico ſermone tractauit, Mutianum virum diſertiſſimum transferre fecimus in Latinum, ne epiſtolarum ordo continuus indecoro termino ſubito rumperetur. In epiſtolis autem Canonicis Clemens Alexandrinus Presbyter, qui & Stromatheus vocatur, id eſt in Epiſtola ſancti Petri prima, ſancti Ioannis prima & ſecunda, & Iacobi, Attico ſermone declarauit. Vbi multa quidem ſubtiliter, ſed aliqua incautè locutus eſt: quæ nos ita transferri fecimus in Latinum, vt exclusis quibuſdam offendiculis purificata doctrina eius ſecurior poſſit hauriri. Sanctus quoque Auguſtinus epiſtolas Iacobi Apoſtoli ſolita diligentiæ ſuæ curioſitate tractauit, quam vobis in membranaceo codice ſcriptam reliqui. Sed cùm de reliquis canonicis Epiſtolis magna nos cogitatio fatigaret, ſubito nobis codex Didymi Græco ſtilo conſcriptus: in expoſitionem ſeptem Canonicarum epiſtolarum, Domino largiente, conceſſus eſt, qui ab Epiphanio viro diſertiſſimo, Diuinitate iuuante tranſlatus eſt. In Epiſtola verò prima beati Ioannis, ſanctus Auguſtinus decem ſermonibus multa & mirabiliter de charitate diſſeruit. Tertium verò codicem reperi Epiſtolarum ſancti Pauli, qui à nonnullis beati Hieronymi annotationes breuiſſimas dicitur continere, quem vobis pariter Chriſto largiente dereliqui. Poſt hæc verò tria paria quæ diximus commentorum, Petrus Abbas Tripolitanæ prouinciæ, ſancti Pauli Epiſtolas, exemplis opuſculorum beati Auguſtini, ſubnotaſſe narratur: vt per os alienum ſui cordis declararet arcanum, quæ ita locis ſingulis competenter aptauit, vt hoc magis ſtudio beati Auguſtini credas eſſe perfectum. Mirum eſt enim ſic alterum ex altero dilucidaſſe, vt nulla verborum ſuorum adiectione permixta, deſiderium cordis proprij compleſſe videatur: qui vobis inter alios codices diuina gratia ſuffragante de Africana parte mittendus eſt. Sic totus ordo Epiſtolarum canonicarum tam ſancti Pauli quàm diuerſorum Apoſtolorum, Domini fauore, complexus eſt. Dictæ ſunt igitur annotationes Epiſtolarum à nonnullis breuiter comprehenſæ. dicitur etiam & beatum Ambroſium ſubnotatum codicem Epiſtolarum omnium ſancti Pauli reliquiſſe ſuauiſſima expoſitione completum, quem tamen adhuc inuenire non potui, ſed diligenti cura perquiro. Nunc per ordinem dicamus (ſicut & in Prophetis factum eſt) qui eas latius exponere maluerunt, vt illud datum inchoantibus, hoc reſeruatum videatur eſſe perfectis. Sancti Pauli prima omnium & admirabilior deſtinata cognoſcitur ad Romanos, quam Origenes viginti libris Græco ſermone declarauit. Quos tamen ſupradictus Rufinus in decem libros redigens, adhuc copioſè tranſtulit in Latinum. Sanctus verò Auguſtinus ipſam Epiſtolam inchoauerat exponendam, in cuius tantùm ſalutatione vnum librum ſe profudiſſe commemorat, & vt verbis eius vtar: operis ipſius magnitudine ac labore deterritus in alia faciliora deflexus eſt. Qui etiam ſcribens ad Simplicianum Epiſcopum Mediolanenſem ſublimes & exquiſitas de eadem Epiſtola tractauit aliquas quæſtiones, quas nos prædicto codici indicauimus inſerendas, ne dum expoſitio diuiſa quæritur, legentis intentio noxiè differatur. Ad Galatas autem idem ſanctus Auguſtinus latius explanauit. De qua & ſanctus Hieronymus tribus libris expoſitionem tetendit. Idem pater Hieronymus aliis tribus libris Epiſtolam ad Epheſios diligenter aperuit: Ad Titum quoque expoſitionem vno volumine comprehendit. Ad Philemonem etiam vno libro patefecit. Reſiduas verò epiſtolas ſancti Pauli, id eſt, ad Corinthios duas, Ad Theſſalonicenſes duas, Ad Coloſſenſes vnam, Ad Timothæum duas, ſanctus Hieronymus dicitur explanaſſe, vnde multa pars ſcientiæ tribuitur, cùm prouenerit ignorantibus noſſe quod quærant. Quas tamen continuò de diuerſis partibus, vbi direximus inquirendas, ſuſcepturos nos eſſe Domini miſeratione confidimus, & ideo ſtudioſè ſuſtinere debemus quod nobis tranſmittendum eſſe cognouimus. Eóque fiat, vt ſi cuicunque veſtrum, antequam veniant, aliquid eorum fortaſſis occurrerit, ſtudeat diligenti cura tranſcribere, & prædictis expoſitoribus aggregare: quatenus, iuuante Domino, & labore veſtro monaſterij Bibliotheca proficiat, quibus tantæ noſcuntur eſſe præparata. Quòd ſi forſitan ſenectus noſtra, priuſquam hæc compleantur, iuſſione Domini cum remiſſione peccatorum, ſicut vos orare deprecor, votiuo fine tranſiuerit ad vos, vt credere dignum eſt, quandoque res ſperata perueniet. Commemoratas tamen epiſtolas à Ioanne Chryſoſtomo expoſitas Attico ſermone, in ſupraſcripto octauo armario dereliqui, vbi ſunt Græci codices congregati: vt ſi Latina non potuerint latoria commenta procurari, de iſtis ſubinde transferatur quod pleniſſimam poterit præſtare notitiam, quatenus in omnibus libris canonicis, ſicut à ſancto patre Auguſtino noſcitur comprehenſum, antiquorum expoſitiones, Domino largiente velut ſpiritalia poma Paradiſi ſumenda veſtris epulis offerantur. Quòd ſi in his quæ dicta ſunt, aliqua fortaſſe loca dubia ſunt relicta, nec explanatione planiſſima ſatiſfacere potuerunt nequaquam vobis modernos expoſitores interdico, ' cautè quærendos eſſe Catholicos, quoniam acceſſu temporum multis nouiter gratia diuinitatis infunditur, quæ forſitan priſcis doctoribus celata monſtratur.

B *Epiſtolam ad Hebræos eo auctore. Quaſdā epiſtolas Canonicas Clemens Alexandrinus expoſuit. Extabat ætate auctoris D. Aug. commentarius in epiſtolam Iacobi. Didymi*

C *in epiſtolas Canonicas commentarij tranſlati ab Epiphanio. Adnotationes breues D. Hieronymi in epiſtolas Pauli. Petri Abbatis collectanea ex operibus D. Aug.*

D *D. Ambr. in epiſtolas Pauli perquirebatur à Caſſiodoro.*

Origenis lib. 20. contraxit in decem Rufinus.

E *Præter commentarios quos extat dicitur ſcripſiſſe D. Hieronymus in epiſtolas quaſdam alias D. Pauli.*

F

Commentarij Græci Dini Chryſoſtomi in epiſtolas Pauli.

G

CAPVT IX.

De actibus Apoſtolorum & Apocalypſi.

Nouus igitur codex, Actus Apoſtolorum & Apocalypſin noſcitur continere, quoniam & hæc quoque Apocalypſis, id eſt, reuelatio, probatur Ioannis Apoſtoli. Sed in Actibus Apoſtolorum ſancti Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani in Græco ſermone commenta reperimus, quæ amici noſtri in duobus codicibus, quinquaginta quinque Homiliis, iuuante Domino, tranſtulerunt. Apocalypſis verò quæ ſtudioſè legentium animos ad ſupernam contemplationem deducit, & facit mente cernere quod Angeli videndo beati ſunt, ſancti Hieronymi expoſitione conſpicua eſt, de quo libro & Victorinus ſæpe dictus Epiſcopus difficilia quædam loca tractauit. Vigilius quoque Afer antiſtes de mille annorum intelligentia, quæ in prædicta Apocalypſi continetur, vnde magna quæſtio nonnullis oboritur, pleniſſima & diligenti narratione diſſeruit. Ticonius etiam Donatiſta in eodem volumine quædam reſpuenda ſubiunxit, quædam verò venenoſi dogmatis ſui feculenta permiſcuit. Cui tantum in bonis dictis χρησιμῶν, in malis ἀχρεσῶν, quantum tranſiens volui reperire (vt arbitror) competenter aſſixi. Quod & vobis ſimiliter in ſuſceptis expoſitorib. facere ſuademus, ne lectoris animus fortaſſe turbetur nefandi dogmatis permixtione

D. Ioannis Epiſcopi Conſtantinopolitani Hom. 55. in Actus Apoſtolorum.

H

D. Hieronymi in Apocalypſin expoſitio. Victorini in loca quædam. Vigilius Afer.

confuſus:

A

D. Primaſij in Apocalypſin commentarius liber.

Eiuſdem liber, quid faciat hæreticum.

confuſus : de quo volumine ſanctus quoque Auguſtinus in libris ciuitatis Dei plura præſtantius & diligenter aperuit. Noſtris quoque temporibus Apocalypſis prædicta beati Epiſcopi Primaſij antiſtitis Africani ſtudio, minutè ac diligenter quinque libris expoſita eſt. Quibus etiam libris vnus, quid faciat hæreticum, cautiſſima diſputatione ſubiunctus eſt. Quæ in templo Domini ſacrata donaria ſanctis altaribus offerantur. Sed quoniam diximus expoſitores quaſdam vel inuenire preſſos potuimus, vel nuper per amicos noſtros de Græca lingua transferri vel noua cudi fecimus, nunc de ſex modis intelligentiæ aliquid diſſeramus, vt ſæpius illuc redeuntes peſtiferos vitemus errores.

CAPVT X.

De modis intelligentiæ.

B

Tīconius Donatiſta.

Auctores de modis intelligentiæ Scripturæ ſacræ.

PRimum eſt poſt huius operis inſtituta, vt ad introductores ſcripturæ diuinæ : quos poſtea reperimus ſollicita mente redeamus, id eſt, Tīconium Donatiſtam, ſanctum Auguſtin. de doctrina Chriſtiana, Adrianum, Eucherium, & Iunilium, quos ſedula curioſitate collegi, vt quibus erat ſimilis intentio, in vno corpore adunati codices clauderentur. Qui modos elocutionum explanationis cauſa formantes, per exemplorum diuerſas ſimilitudines intelligi faciunt, quæ prius clauſa manſerunt. Quod ſi ab introductoribus forraſſe aliqua prætermiſſa ſunt, tunc librorum expoſitores ſedulò requiramus, & aperire nobis incipiunt, quæ prius clauſa manſerunt. Deinde ſtudioſiſſime legamus Catholicos magiſtros, qui propoſitionibus factis ſoluunt obſcuriſſimas quæſtiones. Quinto per libros ſingulos, atque epiſtolas diuerſorum Patrum, loca præcipua, quæ exempli cauſa commemorant, diligenti cura notanda ſunt. Ita fit vt diuerſorum Catholicorum libri commodiſſimè perlegantur, quando & intentiones ſuas decenter aperiunt, & ex incidentibus apud illos quæſtionibus nobis notitia magna præſtatur. Poſtremo collocutio periti ſſimorum ſeniorum crebrius appetatur, quoniam confabulatione ſubito, quod non opinabamur, aduertimus dum nobis ſtudioſè referuntur, quod longis ætatibus ſuis diſcere potuerunt. Vtile eſt enim per iſtos ſex modos intelligentiæ ſtudioſa voluntate diſcurrere, potius quàm irreligioſo ſtupore torpere.

Catholicorum diuerſorum libri vtiliter perleguntur.

C

CAPVT XI.

De quatuor Synodis receptis.

Synodi receptæ.

DIcamus nunc quemadmodum vniuerſalia ſanctáque Concilia fidei noſtræ ſalutaria Sacramenta ſolidauerint, vt ibi cognoſcentes veræ religionis arcanum, peſtiferos vitemus errores. Primo loco Nicæna Synodus legitur conſtituta. Deinde Conſtantinopolitana Tertia Epheſina prior. Quarta Chalcedonenſis. Quas merito probat Eccleſia, quæ tanta fidei noſtræ lumina præſtiterunt, vt nullum peruerſitatis ſcopulum, ſi tamen Domino protegente cuſtodimur, cæcatis mentibus incedere debeamus. Nam ſanctiſſimi Patres iniuriam rectæ fidei non ferentes, regulas quoque Eccleſiaſticas ibidem ſtatuere maluerunt, & inuentores nouarum hæreſum pertinaces diuino gladio perculerunt, decernentes nullum vlterius debere nouas incutere quæſtiones, ſed probatorum veterum auctoritate contentos ſine dolo & perfidia decretis ſalubribus obedire. Sunt enim nonnulli, qui putant eſſe laudabile, ſi quid contra antiquos ſapiant, & aliquid noui vnde periti videantur inueniant. Chalcedonenſis autem Synodi teſtis eſt codex Encyclius, qui eius reuerentiam tanta laude concelebrat, vt ſanctæ auctoritati merito iudicet comparandam. Quem codicem *ἐγκύκλιον*, id eſt, totius orbis epiſtolarum, à viro diſertiſſimo Epiphanio fecimus in Latinum de Græco ſermone conuerti. Sed quoniam ſactas litteras in nouem codicibus cum introductoribus, & penè cum omnibus Latinis expoſitoribus ſuis, vt datum eſt, Domino iuuante, collegimus: nunc videamus quemadmodum lex diuina tribus generibus diuiſionum à diuerſis patribus fuerit intimata, quam tamen veneratur & concorditer ſuſcipit vniuerſarum Eccleſia regionum.

D

Hæreticorum nouarum damnandi inuentores.

Codex Encyclius ab Epiphanio tráſlatus.

E

CAPVT XII.

Diuiſio ſcripturæ diuinæ ſecundum Hieronymum.

D. Hieronymus omnes vet. Teſtamenti

F

libros ex Hebræo fonte tráſlulit. Librorum ſacræ Scripturæ numerus.

SCiendum eſt planè ſanctum Hieronymum ideo diuerſorum tranſlationes legiſſe, atque correxiſſe, eo quòd auctoritati Hebraicæ nequaquam eas perſpiceret conſonare. Vnde factum eſt vt omnes libros veteris Teſtamenti diligenti cura in Latinum ſermonem de Hebræo fonte transfunderet, & ad viginti duarum litterarum modum, qui apud Hebræos manet, competenter adduceret, per quas omnis ſapientia diſcitur, & memoria dictorum in æuum ſcripta ſeruatur. Huic etiam adiecti ſunt noui Teſtamenti libri viginti ſeptem, qui colliguntur ſimul 49. Cui numero adde omnipotentem, & indiuiſibilem Trinitatem, per quam hæc facta & propter quam iſta prædicta ſunt, & quinquagenarius numerus indubitanter efficitur; quia ad inſtar Iubilæi anni magna pietate beneficij debita relaxat, & purè pœnitentium peccata diſſoluit. Hunc autem pandecten propter copiam lectionis minutiore manu in ſenionibus quinquaginta tribus æſtimauimus conſcribendum; vt quod lectio copioſa tetendit, ſcripturæ denſitas adunata contraheret. Meminiſſe autem debemus memoratum Hieronymum omnem tranſlationem ſuam in auctoritate diuina (ſicut ipſe teſtatur) propter ſimplicitatem fratrū, colis & commatibus ordinaſſe, vt qui diſtinctiones ſecularium litterarum comprehendere, minimè potuerunt, hoc remedio ſuffulti inculpabiliter pronunciarent ſacratiſſimas lectiones.

Verſio de Hebræo in Latinum D. Hieronymi.

G

CAPVT XIII.

Diuiſio ſcripturæ diuinæ ſecundum Auguſtinum.

Aliquid videtur deſiderari ad initium huius capitis.

IN hiſtoria libri viginti duo ſunt : Moyſi libri quinque. Ieſus Naue liber vnus. Iudicum liber vnus. Ruth liber vnus. Regum libri quatuor. Paralipomenon libri duo. Iob liber vnus. Tobiæ vnus. Heſter liber vnus. Iudith liber vnus. Eſdræ duo. Machabæorum libri duo. In Prophetia libri viginti duo. Dauid Pſalmorum liber vnus. Salomonis libri quatuor. Ieſu filij Sirac liber vnus. Prophetæ maiores quatuor, id eſt, Iſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel: & minores duodecim, id eſt, Oſee, Ioel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Zacharias, Aggeus, Malachias. In Epiſtolis Apoſtolorum, id eſt Pauli Apoſtoli ad Romanos vna. Ad Corinthios duæ. Ad Galatas vna. Ad Epheſios vna. Ad Philippenſes vna. Ad Theſſalonicenſes duæ. Ad Coloſſenſes vna. Ad Timotheum duæ. Ad Titum vna. Ad Philemonem vna. Ad Hebræos vna. Petri duæ. Ioannis tres. Iudæ vna. Iacobi vna. In Euangeliis quatuor, id eſt, ſecundum Matthæum, ſecundum Marcum, ſecundum Lucam, ſecundum Ioannem. In Actibus Apoſtolorum liber vnus. In Apocalypſi liber vnus. Beatus igitur Auguſt. ſecundum præfatos nouem codices, quos ſancta meditatur Eccleſia, ſecundo libro de doctrina Chriſtiana, ſcripturas diuinas LXXI. librorum calculo comprehendit: cui cùm ſanctæ Trinitatis addideris vnitatem, fit totius libri competens & glorioſa perfectio.

H

ſunt ſe. ſiſ XXI.

A

CAPVT XIV.

Diuiſio Scripturæ diuinæ ſecundum ſeptuaginta.

Etiā hic aliquid videtur deſiderari. Videtur deeſſe Salomonis, vide infrà c. xxvi. Septuaginta interpretū trāſlatio veteris Teſtamenti.

IN Geneſin, Exodum, Leuiticum, Numerorum, Deuteronomium, Ieſu Naue, Iudicum, Ruth, Regum libri quatuor, Paralypomenon libri duo, Pſalterium libri quinque, id eſt, Prouerbia, Sapientia, Eccleſiaſticum, Eccleſiaſtes, Canticum Canticorum, Prophetæ, id eſt, Eſaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel, Oſee, Amos, Micheas, Ioel, Abdias, Ionas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias qui & Angelus Iob, Tobiæ, Heſther, Iudith, Eſdræ duo, Machabæorum duo, Euangeliſtæ quatuor, id eſt, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes, Actus Apoſtolorum, Epiſtolæ Petri ad Gentes, Iudæ, Iacobi, Ioannis ad Parthos, Epiſtolæ Pauli ad Romanos vna, ad Corinthios duæ, ad Galatas vna, ad Philippenſes vna, ad Coloſſenſes vna, ad Hebræos vna, ad Theſſalonicenſes duæ, ad Thimotheum duæ, ad Titum vna, ad Philemonem vna, Apocalypſis Ioannis.

B

Vet. Teſtamenti tranſl. LXX in libris 44

Tertia vero diuiſio eſt inter alias in codice grandiore conſcripto, qui habet quaterniones nonaginta quinque. In quo LXX. Interpretum tranſlatio veteris Teſtamenti in libris quadraginta quatuor continetur: Cui ſubiuncti ſunt noui Teſtamenti libri viginti ſex, ſiuntque ſimul lib. 70, io † illarum palmarum numero præſagari, quas in manſione Helim inuenit populus Hebræorum.

† V. illa Pſalmorum

Hic textus multorum tranſlatione variatus, ſicut in prologo Pſalterij poſitum eſt, patris Hieronymi diligenti cura emendatus, compoſitus, & relictus eſt. Vbi nos omnia triginta genera diuiſionum iudicabimus affigenda, vt inſpecta diligenter atque tractata, non impugnare, ſed inuicem ſe potius exponere videantur. Vnde licet multi Patres, id eſt, ſanctus Hilarius Pictauienſis vrbis antiſtes, & Rufinus presbyter Aquileienſis, & Epiphanius Epiſcopus Cypri, & Synodus Chalcedonenſis non contraria dixerunt; ſed diuerſa, omnes tamen per diuiſiones ſuas libros diuinos ſacramentis competentibus aptauerunt.

C

... rum vna fides in rebus, diuerſitas tamē ... in ſcripturis,

Sicut in Euangeliſtarum concordia probatur effectum: vbi vna quidem eſt fides rerum, & ratio diuerſa ſermonum. Sed quoniam prædictus pater Auguſtinus in libro ſecundo memorati operis, id eſt, de doctrina Chriſtiana commonet ita dicens: Latini codices veteris nouique Teſtamenti, ſi neceſſe fuerit, Græcorum auctoritate corrigendi ſunt: vnde & nobis poſt Hebræum fontem tranſlatio cuncta peruenit. Ideóque vobis & Græcum Pandecten reliqui, comprehenſum in libris 75. qui continet quaterniones, in armario ſupradicto octauo.

Deſideratur quaternionum numerus.

Vbi & alios Græcos diuerſis opuſculis neceſſarios congregaui: ne quid ſanctiſſimæ inſtructioni veſtræ neceſſarium deeſſe videretur, qui numerus duobus miraculis conſecratur. Nam & ſeptuaginta quinque animæ de terra Chanaan cum Patriarcha Iacob fines Ægyptios intrauerunt: & ſeptuaginta quinque Abraham fuit annorum, quando promiſſionem Domini lætus accepit.

Gen. 46. Gen. 12.

D

Reſtat nunc vt dicere feſtinemus quemadmodum in ſcripturis diuinis librariorum vitia corrigere debeamus. Nam quid prodeſt multas tranſcurrere lectiones, & ea quæ ſunt probabiliter corrigenda neſcire?

CAPVT XV.

Sub qua cautela relegi debeat cæleſtis auctoritas.

VOs igitur qui diuinarum & ſecularium litterarum cognitione polletis, & ſcientia vobis eſt, ab vſu communi reperire quod diſſonat, tali modo facias percurrere lectiones.

Emendationes ſcripturæ ſacræ

A paucis enim doctiſque faciendum eſt, quod ſimplici & minus eruditæ congregationi noſcitur eſſe præparandum. Quapropter prius intente diligenter, & ſic ſcriptorum delicta corrigite: ne iuſtè arguamini, ſi præcipitanter alios emendare tentetis. Illud enim genus emendationis (vt arbitror) valde pulcherrimum eſt: & doctiſſimorum hominum negotium glorioſum.

E

genus glorioſū, ſi ſeruentur ſupra regulæ de quibus infrà.

Imprimis igitur idiomata ſcripturæ diuinæ nulla præſumptione † temeretis: ne cùm ad intellectum communem quæ dicta ſunt trahere cupitis, quod abſit, cæleſtium verborum puritas diſſipetur.

† temeretis

I. Idiomata in ſacra ſcriptura non immutanda.

Idiomata enim legis diuinæ dicuntur propriæ locutiones, quas communis vſus non habere cognoſcitur. Vt eſt illud: Secundum innocentiam manuum mearum, vel de vultu tuo iudicium meum prodeat. Auribus percipe lachrymas meas & effundite coram illo corda veſtra. Adhæſit anima mea poſt te, multiplicaſti locupletare eam, ita lætabimur in idipſum, & inclinabit ex hoc in hoc, miſit Moyſen ſeruum ſuum & Aaron quem elegit ipſum. Defecerunt oculi mei in eloquium meum, fiat manus tua vt ſaluum me faciat. Hæc & his ſimilia quæ omnis probantur eſſe numeroſa, licet communis vſus refugiat, tamen ne diſſipare liceat, auctoritas illa procul dubio ſancta commendat.

Pſal. 16. Pſ. 118. Pſal. 61. Pſal. 74. Pſ. 104. Pſ. 118.

F

Quod ſi ea latius noſſe deſideratis, legite ſancti Auguſtini ſeptem libros de modis locutionum, quos fecit de quinque libris Moyſi, & vno Ieſu Naue, & altero Iudicum, & tunc de tali re poteritis abundantiſſima largitate ſatiari.

Libri locutionū D. Auguſtini.

In ſequenti verò auctoritate vobis ſimilia reperire copioſiſſimè ſubiacebit. Hebræa quædam verò nomina hominum vel locorum, declinatione nulla frangatis, ſeruetur in eis linguæ ſuæ decora ſinceritas. Illas tantum litteras commutemus quæ vocabuli ipſius poſſunt exprimere qualitatem, quoniam interpretationem nominis ſui vnumquodque eorum magno ſacramento rei alicuius conſtat appoſitum. Vt eſt Seth, Enoch, Lamec, Noë, Sem, Cham, & Iapheth, Aaron, Dauid & his ſimilia, Locorum autem nomina, vt eſt Sion, Choreb, Geon, Hermon, vel his ſimilia pari deuotione relinquamus.

II. Hebræa nomina non frangēda declinatione.

Tertiò res quæ in bono & in malo ponuntur, non ſunt vllatenus temerandæ vt mons, leo, cedrus, catulus, leonis, clamor, homo, fructus, calix, vitulus, paſtor, theſaurus, vermis, canis, & his ſimilia.

III. Seruanda nomina quæ tam in bonā, tam in

G

malam partem accipiuntur.

Nec illa nomina mutanda ſunt, quæ pro aliis nominibus apponuntur, vt Satanas, qui à recto calle diſcedit: manus lauare ſignificat non eſſe participem, quod pedes pro actu ponuntur. Iurate Deum, pro confirmare dicitur. Iſta enim nobis ab expoſitoribus aperienda deſideremus, non aliquid eorum ſacrilega voluntate truncemus.

Nomina quæ aliquando ſeruanda.

Nec illa verba tangenda ſunt, quæ interdum contra artem quidem humanam poſitas reperiuntur, ſed auctoritate multorum codicum vincuntur: corrumpi ſiquidem nequeunt, quæ inſpirante Domino dicta noſcuntur. Vt eſt: Obliti non ſumus te, Et illud: Viri ſanguinum & doloſi, fabricatus eſt templum, & radetur caput ſuum, & inflabitur ventrem, pro inflabitur venter. Et protulerunt exploratores pauorem terræ quam explorauerant eam. Viri ſi præuaricata fuerit vxor eius. Et: Imponent ſuper altare omnia vaſa eius, in quibus miniſtrant in ipſis. Terra in qua habitant in ea. Et: de manu canis vnicam meam: & flumina plaudebunt manibus in ſe, tunc exultabunt omnia ligna ſyluarum.

Item illa in quibus conſentiūt plerique codices.

Pſal. 48. Pſal. 54. Nū. 33.

Quæ ſequuntur teſtimonia, ex ... iuxta

H

editionem LXX.

Num. 5. Num. 5. Num. 5. Pſal. 21. Pſal. 95.

Et quoniam interdum caſus generáque nominum vel temporum humanis regulis nequeunt conuenire, ſed tamen eorum vſum Eccleſiaſticus conſenſus amplectitur, duorum vel trium priſcorum emendatorúmque codicum auctoritas inquiratur (ſcriptum eſt enim, in ore duorum vel trium ſtabit omne verbum) & præſumi non liceat, quod diuino vindicatur eloquio. Vt eſt in Pſalmo vigeſimo primo: Populo qui naſcetur, quem fecit Dominus. Et illud Euangelij: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filij, & Spiritus ſancti. Similiter & in centeſimo quadrageſimo tertio Pſalmo, Beatus eſt populus cuius eſt Dominus Deus eorum, & his ſimilia.

Pſal. 21. Matth. 28.

Regulas igitur elocutionum Latinarum, id eſt quadrigam Meſſij, omnimodis non ſequaris, vbi tamen auctoritate priſcorum codicum reuincetis. Expedit enim

Pſ. 143.

interdum

A Interdum prætermittere humanarum formulas dictionum, & diuini magis eloquij cuſtodire menſuram. In proſa, caput verſus heroici finémque non corrigas, quinque longas totidémque breues, non audeas improbare, trocheum tripliceem laudabilis neglectus abſcondat, Mitacismos & hiatus vocalium omnino derelinque, quoniam hic locum habere non poſſunt, quæ doctores litterarum liberalium regulariter cuſtodire nituntur. Illud enim inter humanas dictiones conuenit præcaueri, in diuinis autem eloquiis tales compoſitiones nullatenus accuſantur. Maneat † vtique incorrupta locutio quæ Deo placuiſſe cognoſcitur, ita vt fulgore ſuo niteat, non humano deſiderio carpenda ſubiaceat. Hæc enim & ſimplices ſuauiter inſtruit, & doctos pro ſua reuerentia decenter oblectat. Poſt ſuperiorem igitur diuiſionem vbi diximus, idiomata legis diuinæ non eſſe tangenda, vel cætera quæ ſequuntur, locus admonet more maiorum hanc quoque ponere ſubdiuiſionem, vt ad particulas partium diſtinctius

B venire debeamus. Vnde enim doctiſſimus Ariſtoteles peri hermenias ſuas ad liquidū producere potuiſſet, ni ſi diuiſionum & ſubdiuiſionum, iterúmque particularium diuiſionum ordine cuſtodito cuncta tractaſſet. Quem ſecuti nunc dicimus in quibus litteris ſunt librariorum vitia corrigenda. In verbis quæ accuſatiuis & ablatiuis præpoſitionibus ſeruiunt, ſitum, motúmque diligenter obſerua: quoniam librarij grammaticæ artis expertes, ibi maximè probantur errare. Nam ſi m literarum inconuenienter addas aut demas, dictio tota confuſa eſt. Caſus verò nominum, exceptis monoptotis, declinationéſque verborum, quæ defectiua non ſunt, totáſque partes orationis, vbi tamen ſacra non impugnat auctoritas, conſidera diligenter, ſuiſque locis aptata cuſtodi, ne locutionis ordine permixto, totum (quod abſit) poſſideat indecora confuſio. B, pro v, v pro b, o pro v, n, pro m, contra ortographiæ præ-

C cepta vitiosè poſitas non relinquas. Aſpirationem verò ſuperfluam deme, aut adiice competenter. Caſus nominum temporáque verborum, vbi tamen permittitur, cuſtodi diligenter. Reperies enim frequenter in auctoritate conſuetudini diſſona; quæ ibi non liceat immutare. Sed in his emendatorum codicum ſeruetur exemplum. Cætera verò quæ ſunt malè præſumpta recorrige. Quoniam antiquarij exinde potius probantur offendere, dum elocutione Latinæ linguæ neſciunt ſeruire diſpoſitæ: æ in fine aduerbij non relinquas, æ iterum caſui genitiuo non ſubtrahas. Multa etiam reſpectu Euphoniæ propter ſubſequentes literas probabiliter immutamus: vt illuminatio: irriſio, immutabilis, impius, improbus. † G. literam à narratione tolle ſuperfluam, à gnaru enim, id eſt, ſcito ſeu perito venit nominis iſta compoſitio. Quod, cum pronomen eſt, per d, non t literam: cùm verò aduerbium numeri eſt, per t literam, non per d ſcribendum eſt. Quicquam magis in prima ſyllaba, c ponendum eſt,

D quàm d, propter Euphoniam, quam præcepimus ſequi. Quid plura? ſecundum regulas artigraphorum, quæ tamen ſunt emendanda percurre, ne articulatæ vocis pulchra modulatio, peregrinis literis maculata, abſona potius & indecora reddatur. Orthographos priſcos frequenter relege, quos ego inferius titulo trigeſimo vbi de antiquariis legitur, propter notitiam librorum vtiliter inſtruendam deflorandos eſſe iudicaui, & extrinſecus huic libro de ortographia titulum dedi. Ita contingit, vt & iſtud ſtudioſo proſit legere, vbi cognoſcit, quæ in ſcripturis ſanctis minimè debeat violare & illud neceſſariò latius diſcitur, vbi generaliter præſumpta vitia corrigantur: Quod ſi tamen alia verba reperiuntur abſurdè poſita, aut ea his codicibus quos beatus Hieronymus in editione ſeptuaginta interpretum emendauit, vel quos ipſe ex Hebræo tranſtulit, intrepide corrigenda ſunt: aut, ſicut beatus Auguſtinus ait, recurratur ad Græcum pandecten, qui omnem legem diuinam dignoſcitur continere collectam, vel quibus poſſibile fuerit Hebræam ſcripturam vel eius doctores requirere, non detrectent. Decet enim vt vnde ad nos venit ſalutaris tranſlatio, inde iterum redeat decora ſectio. Merito enim patribus noſtris de hac re

E maxima cura fuit, ne tunica Domini quam truculentis militibus ſcindere non licuit, lectoribus ſubiaceat imperitis. Audiat Spiritus ſanctus ſinceriſſima quæ donauit, recipiat illa beata quæ contulit. Tunc nos fideles ſibi eſſe cognoſcit, ſi dicta illius nulla præſumptione carpamus: Nam quemadmodum ſaluari volumus, ſi quod dictu nefas, remedium ſalutare pro noſtra voluntate corrumpamus? Sed vt his omnibus addatis videatis ornatum, poſituras, quas Græci theſes vocant, id eſt, cuncta breuiſſima, pariter & rotunda, & planiſſima, vt in præfatione iam dictum eſt, ſingulis quibúſque pone capitibus, præter tranſlationem ſancti Hieronymi, quæ colis & commatibus ornata conſiſtit. † Quoniam illuſtrem & planiſſimam faciunt orationem, quando ſuis locis, ſicut inferius exponetur, apta

F reſplendent. Quale eſt enim, inoffenſo gradu per ſenſus ire ſanctiſſimus, venáſque præceptorum ſaluberrimas ſubtiliter introire, terminos ſuos modulatæ voci competenter affigere, totámque dictionem ſic per membra diuidere, vt ſuis partibus conſiderata pulcreſcant? Nam ſi corpus noſtrum indiget per membra cognoſci, cur lectio cùm ſuis partibus videatur eſſe diſtincta, confuſa relinquitur? Iſtæ ſiquidem poſituræ, ſeu puncta, quaſi quædam viæ ſunt ſenſuum, & lumina dictionum, quæ ſic lectores dociles faciunt, tanquam ſi clariſſimis expoſitoribus imbuantur. Prima eſt media, Secunda ſubdiſtinctio, Tertia plena. Quas à maioribus noſtris ideo conſtat inuentas, vt ſpiritus longa dictione fatigatus vires ſuas per ſpacia decreta reſumeret. Quas ſi mauis cupidius lector agnoſcere, Donatum lege, qui te poſſit de hac re breui compendio diligenter inſtruere. Has dictiones in Pſalterio archetypo nos poſuiſſe retinemus, cuius obſcuritates ta-

G libus remediis ex maxima parte, Domino præſtante, lucidauimus. Ita ſeptenarius numerus ab vtraque parte completus eſt, vt à quibus rebus abſtineamus, & quas res in auctoritate emendare præſumamus, ſicut opinor euidenter appareat. Quod ſi tamen & hoc deſiderium alio modo potuerit adiuuari, adiiciatur ſtudiis veſtris, ne more humanitatis nos aliquid neceſſarium prætermiſiſſe videamur. Nunc quemadmodum extra auctoritatem reliquas lectiones debeamus emendare, dicendum eſt. Commenta legis diuinæ auctoritate, vnuſquiſque epiſtolas, ſermones, libróſque priſcorum emendatorum ſic legat, vt correctiones eorum, magiſtris conſociet ſecularium literarum. Et vbicunque paragrammata in diſertis hominibus reperta fuerint, intrepidus vitioſa recorrigat. Quoniam viri ſupradicti ſic dicta ſua compoſuiſſe credendi ſunt, vt regulas artis grammaticæ quas didicerant, cuſtodiſſe iudicentur. Epiſtolæ quoque Patrum, ſermones & libri diuerſorum, nec non & Homiliæ, vel cum hæreticis altercationes fidelium, quoniam diuerſa loca ſcripturæ diui-

H næ ſuauiter ac diligiter aperiunt, magno ſtudio relegantur. Quatenus in Eccleſia Domini quaſi quibuſdam lampadibus competenter accenſis, totum nitidum, totum ſplendidum, Domino præſtante, colluceat. Si quid tamen in eis ad ſcripturas diuinas exponendas conueniens inueni, non dubiteris ſociare voluminibus diuinis, ſicut & nos in libris Regum feciſſe cognoſcimus. Multa enim reperiuntur à probatiſſimis hominibus per occaſionem alterius operis latiùs de libris dicta diuinis, quæ auctoritati videlicet ſacræ competenter aptantur; Vnde ſupplicio, vt quod nos parum legendo minus explicare potuimus, vos copioſiſſima lectione ſaginati, tam de iſtis codicibus, quos dereliquimus, quam quos putueritis feliciter inuenire perfectius in Chriſti nomine compleatis. Precor etiam vos qui tamen emendare præſumitis, vt ſuper adiectas litteras ita pulcherrimas facere ſtudeatis, vt potius ab antiquariis ſcriptæ fuiſſe iudicentur. Non enim in illo decore quicquam turpe conuenit inuenire, quod

Margin notes (left): † vbique — Quæ corrigenda transpoſitiones literarum, quæ non — Antiquarij 178. — Immutanda quædam euphoniæ gratia. † V.C.R. — VI. Si quæ abſurda reperiantur, caſtiganda ad Græcos aut Hebræos codices.

Margin notes (right): VII. Obſeruanda diligenter cola & cōmata, & [illegible] — † vnde — Quo pacto cæteri auctores caſtigandi V. C. commentator. — Paragrammata. — Patrum ſcripta ſtudioſè legenda. — Exhortatio auctoris, vt quod ipſe cœperit, ſtudioſus quiſque perficiat.

A poſtea ſtudioſorum oculos videatur offendere. Conſiderate igitur qualis vobis cauſa commiſſa ſit: vtilitas Chriſtianorum, theſaurus Eccleſiæ, lumen animarum. Studete ergo ne qua remaneat in veritate mendoſitas, in puritate falſitas, in integritate peruerſitas literarum. Sed quoniam nouem codices legis diuinæ prima fronte poſuimus: eorumque introductores cum expoſitoribus ſuis, iuuante Domino, quanta valuimus curioſitate memorauimus, ad poſtremum tres diuiſiones à maioribus datas totius legis diuinæ attigimus: deinde adiecimus quemadmodum emendari cautè debeat cœleſtis authoritas: ne diſcerperetur præſumpta licentia, aut traderetur ſequentium manibus indecora confuſio. Nunc de virtute lectionis diuinæ eſt omnino differendum, vt ſua quæque loca propria dulcedine farciantur.

B

CAPVT XVI.

De virtute Scripturæ diuinæ.

Intuemini ſodales egregij, quàm mirabilis, quàm dulcis in diuinis ſcripturis decurrit ordo dictorum, deſiderium ſemper excreſcens ſatietas ſine fine, eſuries glorioſa beatorum, vbi nimietas non arguitur, ſed magis importunitas crebra laudatur. Et merito, quando & notitia rerum ſalutarium ingeritur, & credentibus, atque eadem operantibus, æterna vita præſtatur: præterita ſine falſitate deſcribuntur, præſentia pluſquam quod videntur oſtenduntur: futura quaſi iam perfecta narrantur. Vbique in eis veritas regnat: vbique diuina virtus irradiat, vbique panduntur humano generi profutura. Et dum hæc ita ſe habeant, in te eis nobis pro captu ingenij, parabolis & propoſitionibus ſcripturis, cœleſtis veritas intimatur, ſicut ipſe in ſeptuageſimo Pſalmo teſtatur: Aperiam in Parabolis os meum, loquar propoſitiones ab initio. Tradunt etiam nobis (vt mirifica cuncta vincant) ſanctæ Trinitatis adorabilem cognitionem, quam per tot ſeculorum tractus idolis dedita, cæca, & flebilis ignorauit gentilitas, Patrem ſcilicet & Filium, & Spiritum ſanctum, vnum Deum, creaturarum omnium conditorem atque rectorem, facere quæ vult in cœlo & in terra. Eius ſi pietatem quæris, audi breuiter comprehenſum: Adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Si potentiam, auſcultato: Et qui reſiſtit poteſtati tuæ? Si iuſtitiam, lege: Qui iudicauit orbem terræ in æquitate. Nam & vbique eſſe totum Deum manifeſtiſſimè declaratur, dicente Pſalmographo: Quò ibo à ſpiritu tuo, & à facie tua quò fugiam? Si aſcendero in cœlum tu illic es, ſi deſcendero in infernum ades. Et cætera quæ de illa maieſtate ſacris lectionibus continentur. Iſtas ſiquidem literas non ratio humana reperit, ſed hominibus ſanctis virtus cœleſtis infudit: quas tunc bene datur intelligi, quando eas vera & vtilia prædicare mens deuota crediderit. Quid enim in illis literis vtilitatis & ſuauitatis non inuenies, ſi purifſimæ lumine mentis intendas? Lectio cuncta virtutum eſt, verbum non inaniter cadens, nec tardat effectus quod promittit afflatus, obedientibus conferens æternam ſalutem, ſuperbis retribuens perenne ſupplicium. Atque ideo eam ſolam audire, ſed implere ſanctis operibus commonemus. Modò ſiquidem charitatem Dei & proximi monet: modò vt ſeculi peritura contemnas, inſinuat: modò vt illam patriam recorderis, in qua es perpetuò manſurus, inſtendit. Patientiam monet, ſpem tribuit, humilitatem proficuam laudat, ſuperbiam tumidam ſemper accuſat, piis eleemoſynas crebertimè fieri perſuadet. Tunc, quod ſupra omnes pietates indulgentiſſimum eſt, acceptam ſibi pœnitentiam iudex ipſe teſtatur; quando etiam verba quibus rogetur clementiſſimus redemptor indulget. Terret, vt corrigat: iudicium minatur, vt pateat. Et

E ſic nos præcipit viuere, vt piis Angelis mereamur eſſe conſortes, fiatque illud in nobis, quod nimis ſuaue atque perpetuum eſt, vt ſit Deus omnia in omnibus: deinde vt eum videamus ſicuti eſt, & ſic de gloriæ ipſius copia compleamur, vt nulla vlterius indigentiæ ſterilitate fatigemur. Talibus ergo iuſſis quis parere non ambiat, niſi qui omnimodò in æternum perire feſtinat? Vltra omnes dementias eſt, redemptoris ſui iuſſa negligere, & crudeliſſimi hoſtis vota complere. Quot verba, tot præmia: quot ſententiæ, totidem vltiones: nihil vacat ab vtili doctrina, niſi cum ſilet lingua magnalia. O ſi nunquam ceſſaretur à talibus, peccatis profectò tolleretur locus, ſi otioſum tempus non haberet mens inquieta mortalium. His beneficiis larga pietate collatis, addita eſt nobis ſanctæ Trinitatis adorabilis & veneranda cognitio, quod vitæ genus peccatis mortua gentilitas funditus ignorabat. Reſtat nunc vt memoriam faciamus illorum, qui libris ſuis aliquid venerabiliter de ſancta Trinitate docuerunt. Ad confirmationem igitur fidei noſtræ, & hæreticorum præcauendas inſidias, legendi ſunt tredecim libri beati F Hilarij, quos de ſancta Trinitate profunda & diſertiſſima nimis oratione conſcripſit. Sancti quoque Ambroſij, quos de eadem re ad Gratianum principem multum elatos & venuſto ſermone compoſitos deſignauit. Deinde ſancti Auguſtini qui decem libri, quos idem de Trinitate mirabili profunditate conſcripſit, curioſa vobis intentione meditandi ſunt. Si quis verò de Patre, & de Filio, & Spiritu ſancto aliquid ſummatim præoptat attingere, nec ſe mauult longa lectione fatigari, legat Nicæi Epiſcopi librum quem de fide conſcripſit, & doctrinæ cœleſtis claritate completus, in contemplationem diuinam compendioſa breuitate producetur. Qui voluminibus ſancti Ambroſij ſociatus eſt, quos ad Gratianum principem deſtinauit. O inæſtimabilis virtus, qua creatoris aperti ſunt cœli, ſancta Trinitas cordibus fidelium patefacta reſplenduit; & paganitas, quæ honorem occupauerat alienum, à vero Domino confutata diſceſſit! Vtiles G enim ſunt ad inſtructionem Eccleſiaſticæ diſciplinæ memorati ſancti Ambroſij de officiis mellifluis libri tres. Nec non & beati Auguſtini de vera religione liber vnus, & de doctrina Chriſtiana libri quatuor. Item eiuſdem liber vnus, quem de agone Chriſtiano compoſuit, maximè vobis neceſſarius, qui calcato ſeculo deſudatis in certamine Chriſtiano. Similiter etiam liber eiuſdem quaſi philoſophiæ moralis, quem pro moribus inſtituendis atque corrigendis ex diuina auctoritate collegit, ſpeculúmque nominauit, magna intentione legendus eſt. Nam & S. Auguſtini viginti duos libros, quos de ciuitate Dei confecit, infaſtidibili ſedulitate percurramus. Vbi & Babylonia confuſa ciuitas Diaboli, & ſplendida Ieruſalem vrbs Domini Chriſti, in hominum conuerſatione, competenti diuerſitate monſtratæ ſunt. Scripſit etiam quinque quæſtiones de nouo Teſtamento ad Honoratum presbyterum, & octoginta tres alias mirifica deliberatione formatas. Si quis autem dicta ſua diligenti cœpit examinatione purgare, nec incauta temeritate delinquere, duos libros H retractationum ſancti Auguſtini ſtudioſa lectione percurrat: vnde & ſe conat imitando, & agnoſcat quantam ſapientiæ copiam beatiſſimo patri indulgentia diuina contulerit, vt quem nemo poterat fortaſſe reprehendere, ipſe ſe videatur cautiſſima retractatione corrigere. Longum eſt illius viri ſingula quæque memorare, dum de eius opuſculis indicandis codex non paruus exiſtat, qui quamlibet dicta ipſius breuiter commemoret, tamen in numeroſas progreſſus eſt paginas lectionum.

1. Cor. 15. 1. Ioan. 3. — *Qui veteres de ſancta Trinitate aliquid ſcripſerint.* — V. C. Niceta al. Anchira. *Scripta veterũ de ſancta Trinitate.* — *Vtilitatis nomine das librorum qui de diſciplina tractant Eccleſiaſtica.* — *D. Auguſtini de ciuitate Dei libri 22. ſedulò euoluendi.* — Pſal. 9. Pſa. 138. — *Vtilitas & ſuauitas omnis inuenitur in ſacra Scriptura.* — *Pœnitentia Deo grata.*

A

Hiſtorici Chriſtiani.

CAPVT XVII.

De hiſtoricis Chriſtianis.

HAbent etiam poſt tractatores, diuerſos relatores temporum ſtudia Chriſtiana, qui Eccleſiaſtica grauitate compoſiti, per viciſſitudines rerum mutabilitatéſque regnorum, lacteo quidem, ſed cautiſſimo nitore decurrunt. Qui cùm res Eccleſiaſticas referant, & viciſſitudines accedentes per tempora diuerſa deſcribant, neceſſe eſt vt ſenſus legentium rebus cœleſtibus ſemper erudiant, quando nihil ad fortuitos caſus, nihil ad * deorum poteſtates infirmas, vt Gentiles fecerunt, ſed arbitrio creatoris applicare veraciter vniuerſa contendant. Vt eſt Ioſephus, penè ſecundus Liuius, in libris antiquitatum Iudaicarum latè diffuſus, quem pater Hieronymus ſcribens ad Lucinum Beticum, propter magnitudinem prolixi operis, à ſe perhibet non potuiſſe transferri. Hunc tamen ab amicis noſtris, qui eſt ſubtiliſſimus & multiplex, magno labore in libris viginti duobus conuerti fecimus in Latinum. Qui etiam & alios ſeptem libros captiuitatis Iudaicæ mirabili nitore conſcripſit: quam tranſlationem, alij Hieronymo, alij Ambroſio, alij deputant Rufino; quæ dum talibus viris aſcribitur, omnino dictionis eximia merita declarantur. Poſt hæc autem legenda eſt hiſtoria, quæ ab Euſebio quidem decem voluminibus Græco ſermone conſcripta, à Rufino autem cum adiectione temporum, quæ ſecuta ſunt, vndecim libris monſtratur explicita. Poſt hiſtoriam verò Euſebij apud Græcos Socrates, Zozomenus & Theodoritus ſequentia conſcripſerunt, quos à viro Epiphanio diſertiſſimo in vno corpore duodecim libris fecimus Deo auxiliante transferri: ne inſultet habere ſe facunda Græcia neceſſarium, quod vobis iudicet eſſe ſubtractum. Oroſius quoque Chriſtianorum temporum paganorúmque collator præſto vobis eſt, ſi eum volueritis legere. Marcellinus etiam quatuor libros de temporum qualitatibus & poſitionibus locorum pulcherrima proprietate conficiens, itineris ſui tramitem laudabiliter percurrit, quem vobis pariter dereliqui. Chronica verò, quæ ſunt imagines hiſtoriarum, breuiſſimæque temporum commemorationes, ſcripſit Græcè Euſebius, quem tranſtulit Hieronymus in Latinum, & vſque ad tempora ſua deduxit eximiè. Hunc ſubſecutus eſt ſuprascriptus Marcellinus Illyricianus, qui adhuc patricij Iuſtiniani fertur egiſſe cancellos, ſed meliore dictione deuotus à tempore Theodoſij principis vſque ad fores imperij triomphalis Auguſti Iuſtiniani opus ſuum Domino iuuante perduxit: vt qui ante fuit in obſequio ſuſcepto gratus, poſtea ipſius imperio copioſè amantiſſimus appareret. Sanctus quoque Proſper Chronica ab Adam ad Genſerici tempora & vrbis deprædationem vſque perduxit. Fortè inuenietis & alios ſubſequentes, quia non deſunt ſcriptores temporum, cum ſecula ſibi iugiter peracta ſuccedant. Sed cum te de memoratis rebus diligens lector expleueris, ingeniúmque tuum diuina fuerit luce radiatum; lege librum de viris illuſtribus S. Hieronymi, vbi diuerſos patres atque opuſcula eorum breuiter & honoratè tetigit. Deinde & alterum Gennadij Maſſilienſis; qui de ſcriptoribus legis diuinæ quos ſtudio perquiſiuerat certiſſimus iudicauit. Hos in vno corpore ſociatos reliqui, ne per diuerſos codices cognoſcendæ rei tarditas afferatur; ſequuntur enim multarum lectionum venerabilium conditores. Modo enim doctiſſimi viri, aut libros diuina inſpiratione conficiunt, aut inuicem ſe epiſtularum gratia conſolantur, aut populos dulciſſimo ſermone deliniunt: Ita vt quidam eorum ſingulari certamine, & cum hæreticis viuaciſſima nimis altercatione confligant, controuerſias ſubeant, & iudicibus mediis glorioſa diſceptatione confligant. Sic cum prauos quiſque deſtruitur, præſtante Domino, fideliſſimus inde ſolidatur. Tunc in illo choro ſanctiſſimo atque facundiſſimo patrum, tibi cum eligere potueris, cum quo ſuauiſſimè colloquaris. Difficile quoque dictu eſt, quàm frequenti occaſione reperta, Scripturæ ſanctæ locis aptiſſimis potenter ſe aperiant, vt ſubitò tranſiens diſcas, quod te negligenter præteriſſe cognoſcis. Teſtes ſunt doctiſſimi diuerſa laude præcipui, quibus, velut ſtellis micantibus cœlum, fulget Eccleſia.

V.C. decorum

B

Ioſephi antiquitatũ libri, iuſſu Caſſiodori tranſlati.
De bello Iudaico aſcripta olim verſio, tũ D. Hieronymo, tũ D. Ambroſio, tum Rufino.
Euſebij hiſtoria.
Hiſtoria Tripartita.
Oroſij hiſtoria.

C

Marcellini hiſtoriarum lib. 4.
Chronicã Euſebij cõtinuatum à D. Hieronymo & deinde à Marcellino Illyriciano.
D. Proſper Chronica ab Adamo ad Genſericũ vſque tempora conſcripſit.

D

Libro de viris illuſtrib. D. Hieronymi & Genadij.

Chorus patrũ eloquẽtiſſimus

E

& facundiſſimus.

CAPVT XVIII.

De ſancto Hilario.

INter quos ſanctus Hilarius Pictauienſis Epiſcopus nimia profunditate ſubtilis & cautiſſimus diſputator incedit, altaſque diuinarum ſcripturarum abyſſos in medium reuerenter adducens, facit præſtante Deo illuminata mente conſpici, quæ prius parabolis velabantur obſcuris.

Hilarius Epiſcopus Pictauienſis.

F

CAPVT XIX.

De ſancto Cypriano.

IMpoſſibile eſt omnino complecti, quantum inter alios ſcriptores, * præterita ratione baptiſmatis (quam * vſus gratia repudiauit Eccleſiæ) conferat beatiſſimus Cyprianus, velut oleum decurrens in omnem ſuauitatem lingua compoſita, declamator inſignis, doctórque mirabilis. Quantos enim ille dubitantes non pertulit labi, lapſos verò firmiſſima prædicatione ſolidauit, Confeſſores ad Martyrium ipſe perduxit? Et ne minor eſſet prædicationibus ſuis, ipſe quoque Martyrij corona Domino præſtante decoratus eſt. Nam inter alia quæ nobis facundiæ ſuæ clara monimenta dereliquit, in expoſitione orationis dominicæ, quæ contra ſubrepentia vitia, velut inuictus clypeus, ſemper opponitur, libellum declamatoria venuſtate conſcripſit.

præter rationem
vſus atq. gratiæ

D. Cypriani libellus de Oratione Dominica.

G

CAPVT XX.

De ſancto Ambroſio.

SAnctus quoque Ambroſius lactei ſermonis emanator, cum grauitate acutus, perviolenta perſuaſione dulciſſimus; cui fuit æqualis doctrina cum vita, quando ei non paruis miraculis gratia diuinitatis arriſit.

Ambroſius lactei ſermonis emanator.

CAPVT XXI.

De ſancto Hieronymo.

BEatus etiam Hieronymus Latinæ linguæ dilatator eximius, qui nobis in tranſlatione diuinæ ſcripturæ tantum præſtitit, vt ad Hebræum fontem penè non egeamus accedere, quando nos facundiæ ſuæ multa cognoſcitur vbertate ſatiaſſe; plurimis libris copioſis epiſtolis fecit beatos, quibus ſcribere Domino præſtante dignatus eſt. Planus, doctus, dulcis, parata copia ſermonum ad quamcunque partem conuertit ingenium: modò humilibus ſuauiter blanditur, modò ſuperborum colla confringit, modò derogatoribus ſuis vicem neceſſaria mordacitate reſtituens, modò virginitatem prædicans, modò matrimonis caſta defendens, modò virtutum certamina glorioſa collaudans, modò lapſus in clericis atque monachis prauitates accuſans: ſed tamen vbicunque ſe locus attulit, Gentilium exempla dulciſſima varietate permiſcuit, totum explicans, totum exornans, & per diuerſa diſputationum

H

D. Hieronymus Latinæ linguæ multiplicator egregius.

genera

A

'diſſertus *'finis eius ſemper gratus eſt.* *Lāparo, pro ſplendere, à verbo Græco λάμπω, vſurpatum etiā Beda in Hymnis.* *D. Hieronymi epiſtola ad Paulinū. Scriptura ſacra quomodo legenda.*

genera' diſertus ſemper & æqualis incedens. Nam cùm alios magna vbertate libros protendat, tamen pro dulcedine dictorum' ſuorum ſemper gratum eſt. Quem in Bethleem habitaſſe ocioſum non arbitror, niſi vt in terra illa miraculorum, ad inſtar ſolis, eius quoque ab oriente nobis lamparet eloquium. Is epiſtolam ſuam ad Paulinum & Senatorem, & Presbyterum mirificam deſtinauit, docens quemadmodum ſcripturas diuinas adhibita cautela perlegeret. Vbi breuiter virtutem vniuſcuiuſque libri veteris & noui Teſtamenti mirabiliter indicauit. Quam ſi ante reperiſſem, eloquentiæ ipſius cedens, contentus fortaſſe fuetam, de eadem parte nihil dicere: Sed quia & ille alia, & nos diuerſa in opere iam confecto Domino largiente conſcripſeramus, credo quod lector diligens & in hoc opuſculo non inutiliter occupetur. Ille enim ſcripſit ad diuinæ legis nouum lectorem, qui tamen erat litteris ſecularibus eruditus, vt etiam librum de Theodoſio principe prudenter, ornatéque confecerit. Nec illa tempeſtate, vt datur intelligi, tantos ſcriptores ſuæ partis habuit, quos eum in ordine legere commoneret: quoniam illo tempore milites Chriſti in gymnaſio legis diuinæ, ſalutari adhuc laborabant ſudore, in quos & ipſe poſtea multa conſcripſit. Nobis verò fuit cauſa diuerſa. Primùm quod ad ſimplices ſimul & impolitos ſcripſimus inſtruendos, vt per multos auctores qui iam noſtra ætate declarati ſunt, cœleſtium ſcripturarum plenitudine complectantur, & non tam ex nobis, qui huius rei pauperes ſumus, quàm ex copioſis & antiquis patribus laudabiliter imbuantur. Sed & ne aliquid eis deeſſe poſſit, qui ad ſtudia huius ſeculi non fuerunt', tam de artibus, quàm de diſciplinis ſecularium litterarum in ſecundo volumine breuiter credidimus admonendos, vt ſimplicibus viris famuletur in mundanarum peritia litterarum, quæ præter additamenta quorundam doctorum, à ſcripturis diuinis cognoſcitur eſſe progreſſa. Ita fit vt nec vituperatio de noua præſumptione nos carpat, & de paruo voluminis obſequio gratiæ forſitan momenta proueniant.

B

Paulini liber de Theodoſio principe.

C

CAPVT XXII.

De ſancto Auguſto.

D. Aug. hæreticorum bellator. *'reconditus.* *Confeſſiones D. Auguſt. ſedulò euoluēda. Mathematica diſciplina abſq; magiſtro à D. Aug. comprehenſa.* *lib. D. Aug. de hæreſib.* *'ſi quid tale.*

IPſe etiam doctor eximius beatiſſimus Auguſtinus, bellator hæreticorum, defenſor fidelium, & famoſorum palma certaminum, in quibuſdam libris nimia difficultate' reconditur, in quibuſdam ſic eſt planiſſimus, vt etiam paruulis probetur acceptus: cuius aperta ſuauia ſunt, obſcura verò magnis vtilitatibus farcita pingueſcunt. Huius autem ingenij viuacitatem ſi quis noſſe deſiderat, libros ipſius Confeſſionum legat, vbi ſe refert omnes Mathematicas diſciplinas ſine magiſtro comprehendiſſe, quas aliis ſub doctis expoſitoribus vix datur attingere. Symbolum quoque noſtræ fidei, teſtimonium recti cordis, promiſſionis inſolubile Sacramentum, frequenti expoſitione patefecit, vt profundiùs intelligentes illa quæ credere nos profitemur, cautiſſimè promiſſa ſeruemus. Legendus eſt etiam liber eiuſdem, vbi diuerſas hæreſes poſt Epiphanium Pontificem compendioſa breuitate complexus eſt, quando nullius ſanæ mentis acquieſcit ingenium in illas cautes incidere, in quas alterum cognouerit pertuliſſe naufragium. Illorum ſiquidem ſenſus omnino cauendus eſt, quos prouidè damnauit Eccleſia. Et' ſi quidem tali modo præſumitur, cauta nimis obſeruatione declinetur.

D

CAPVT XXIII.

De Abbate' Eugepio & Abbate Dionyſio.

E

'Eugipio *Eugipij ad Probā virginem Theſaurus liber ex Aug.*

COnuenit etiam, vt Presbyteri Eugenij opera neceſſariò legere debeatis, quem nos quoque vidimus, virum quidem non vſque adeo ſecularibus litteris eruditum, ſed ſcripturarum diuinarum lectione pleniſſimum. Hic ad parentem noſtram Probam virginem ſacram, ex operibus ſancti Auguſtini valde beatiſſimis quæſtiones ac ſententias, ac diuerſas res deflorans, in vno corpore neceſſaria omnis diſpenſatione collegit, & in trecentis triginta octo capitulis collocauit. Qui codex vt arbitror vtiliter legitur, quando in vno corpore diligentia ſtudioſi viri potuit recondi, quæ in magna Bibliotheca vix præualet inueniri. Generet etiam hodiéque Catholica Eccleſia viros illuſtres probabilium dogmatum' decore fulgentes: fuit enim noſtris temporibus & Dionyſius monachus, Scytha natione, ſed moribus omnino Romanus, in vtraque lingua valde doctiſſimus, reddens actionibus ſuis, quam in libris Domini legerat æquitatem, qui ſcripturas diuinas tanta curioſitate diſcuſſerat, atque intellexerat, vt vndecunque interrogatus fuiſſet,' paratum haberet competens ſine aliqua dilatione reſponſum, qui mecum dialecticam legit, & in exemplo glorioſi magiſterij plurimos annos vitam ſuam Domino præſtante tranſegit. Pudet me de conſorte dicere, quod in me nequeo reperire. Fuit enim in illo cum ſapientia magna ſimplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas: vt in nullo ſe vel extremis famulis anteferret, cum dignus eſſet Regum ſine dubitatione colloquiis. Interueniet pro nobis, qui nobiſcum orare conſueuerat: vt cuius hic ſumus oratione ſuffulti, eius poſſimus nunc meritis adiuuari. Qui petitus à Stephano Epiſcopo Solonitano, ex Græcis exemplaribus canones Eccleſiaſticos moribus ſuis, vt erat planus atque diſertus, magnæ eloquentiæ luce compoſuit, quos hodie vſu celeberrimo Eccleſia Romana complectitur. Hos etiam oportet vos aſſiduè legere, ne videamini tam ſalutares Eccleſiaſticas regulas culpabiliter ignorare. Alia quoque multa ex Græco tranſtulit in Latinum, quæ vtilitati poſſunt Eccleſiæ conuenire. Qui tanta Latinitatis & Græcitatis peritia fungebatur: vt quoſcunque libros Græcos in manibus acciperet, Latinè ſine offenſione tranſcurreret, iterúmque Latinos Attico ſermone' legeret, vt crederes hoc eſſe conſcriptum, quod os eius inoffenſa velocitate fundebat. Longum eſt de illo viro cuncta retexere, qui inter reliquas virtutes hoc habuiſſe probatur eximium, vt cùm ſe totum Deo tradidiſſet, non aſpernaretur ſecularium conuerſationibus intereſſe. Caſtus nimirum, cum alienas quotidie videret vxores, mitis cùm ferè gentium veſano turbine pulſaretur. Fundebat lacrymas motus compunctione, cùm audiret garrula verba lætitiæ: ieiunabat ſine exprobratione prandentium; & ideo conuiuiis gratanter intererat, vt inter corporales epulas inquiſitiue ſpiritales copias ſemper exhiberet. Quod ſi tamen aliquando comederet, paruo quidem cibo, ſed tamen eſcis communibus vtebatur. Vnde ſummum genus æſtimo patientiæ, inter humanas eſſe delicias, & abſtinentiæ cuſtodire menſuram. Sed, vt bona mentis eius infucata laude teſtemur, erat totus Catholicus, totus paternis regulis perſeueranter' adiunctus, & quicquid poſſunt legentes per diuerſos quærere, in illius ſcientia cognoſcebatur poſſe fulgere. Cuius nomini aliqua praui homines calumnioſe nituntur ingerere, vnde ſua videantur errata aliquatenus excuſare. Sed ille iam ſeculi peruerſitate derelicta, præſtante Domino, in Eccleſiæ pace' ſepultus, inter Dei famulos credendus eſt habere conſortium, dicerem adhuc fortaſſe reliqua de ſancto viro quæ nobis totius probationis veritate comperta ſunt, ſed neceſſe eſt vt propoſitum noſtrum potius exequamur, ac cùm ſimus debitores al-

'de corpore

F

Dionyſius Monachus Scytha natione. *'paratus*

G

Canones de Paſchali cyclo Dionyſij Abbatis. Multa quoque Dionyſius ille è Græco tranſtulit. *'releg.*

'adeo

H

'adiunctus *'ſuſceptus*

terius

A *Concilia Epheſinum, & Chalcedonenſe & epiſtola encyclia.*

teris promiſſionis, aliud diu referre importuna loquacitate videamur. Et vt vobis in regulis fidei nulla poſſit nocere ſurreptio, legite quas habetis in promptu Synodum Epheſinam & Chalcedonenſem, nec non & encyclia, id eſt, epiſtolas confirmationis ſupradicti concilij. Quæ ſi diligenter excurritis, verſutiæ improborum nulla vobis occaſione præualebunt.

CAPVT XXIV.

Recapitulatio generalis quo ſtudio Scriptura ſancta legenda ſit.

B

DEmus itaque operam, & poſt introductorios libros auctoritatem cum expoſitoribus ſuis ſedula intentione curramus, viáſque intelligentiæ patrum labore repertas pio ſtudio ſubſequamur, non ad quæſtiones inaniſſimas auida ſuperfluitate tendamus. Quod dictum rationabiliter in tractatoribus probatiſſimis inuenitur, hoc proculdubio credamus eſſe diuinum, ſi quid diſſonum aut diſcordans patrum regulis contigerit inueniri, vitandum eſſe iudicemus. Origo enim ſæuiſſimi erroris eſt, in ſuſpectis auctoribus amare totum, & ſine iudicio defendere velle quod inuenis, ſcriptum eſt enim, omnia probate, quod bonum eſt tenete. Sed vt in † ſumma quæ ſunt dicenda complectar, cuncta quæ antiqui expoſitores probabiliter dixerunt, ſollicita mente tenenda ſunt: illa verò quæ ab eis intractata relicta ſunt, ne infructuoſo labore fatigemur, primum rimanda ſunt quas virtutes habeant, aut ad quæ nos inſtituta perducant, deinde quid nos velint de ſe legendo contrahere. Nam licet textus planiſſimus eſſe videatur, & hiſtorica relatione reluceat, modò tamen aut iuſtitiam perſuadet, aut impietatem redarguit, aut tolerantiam prædicat, aut vitia mobilitatis accuſat, aut ſuperbiam damnat, aut bona humilitatis exaltat, aut impacatos reprimit, aut caritate pleniſſimos conſolatur, aut aliquid tale commemorat, quo ad probos mores incitet, & à nefariis cogitationibus reſpectu pietatis abducat. Deus enim ſi ſolis bonis præmia polliceretur, benignitas ipſius neglecta tepeſceret. Si verò magis iugiter minaretur exitium, deſperatio ſalutis præcipitaret ad vitia. Et ideo plus Redemptor pro ſalute noſtra vtrumque moderatus eſt, vt & peccatores denunciata pœna terreat, & bonis digna præmia compromittat. Quapropter ad intentiones librorum generaliter ſemper animus erigatur, mentémque noſtram in illa contemplatione defigamus, quæ non tantum auribus ſonat, ſed oculis interioribus eluceſcit. Nam & ſi ſimplex videatur eſſe relatio, nihil vacuum, nihil otioſum diuinis litteris continetur, ſed ſemper ad vtilitatem aliquam dicitur, quæ rectiſſimis ſenſibus ſalubriter hauriatur. Et ideo quando bona referuntur, ad imitationem protinus erigamur, quando facinora punienda narrantur, operari talia formidemus. Ita fit vt ſemper aliquid vtilitatis acquiramus, ſi quapropter referuntur, aduertimus.

1. Theſ. 5.

† ſummam

C

D

CAPVT XXV.

Coſmographos legendos à monachis.

Coſmographi à Monachis legendi. Iulij Oratoris Coſmographia.

COſmographorum quoque notitiam vobis percurrendam eſſe non immerito ſuademus: vt loca ſingula, quæ in libris Sanctis legitis, in qua parte mundi ſint poſita, euidenter cognoſcere debeatis. Quod vobis proueniet abſolutè, ſi libellum Iulij oratoris, quem vobis reliqui, ſtudioſe legere feſtinetis, qui maria, inſulas, montes famoſos, prouincias ciuitates, flumina, gentes, ita quadrifaria diſtinctione complexus eſt, vt penè nihil libro ipſi deſit quod ad Coſmographi notitiam cognoſcitur pertinere. Marcellinus, de quo iam dixi, pari cura legendus eſt, qui Conſtantinopolitanam ciuitatem & vrbem Hieroſolymorum quatuor libellis minutiſſima narratione conſcripſit. Deinde penacem Dionyſij diſcite breuiter comprehenſum: vt quod auribus in ſupradicto libro percipitur, penè oculis intuentibus videre poſſitis. Tum ſi vos notitiæ nobilis cura flammauerit, habetis Ptolomæi codicem, qui ſic omnia loca euidenter expreſſit, vt eum cunctarum regionum penè incolam fuiſſe iudicetis. Eóque fiat vt vno loco poſiti, ſicut monachos decet animo percurratis, quod aliquorum peregrinatio plurimo labore collegit.

E *Marcellini Conſtantinopolitana & Hieroſolymitana deſcriptio.*

Ptolomæus.

CAPVT XXVI.

De notis affigendis.

F

ILlud etiam indicandum eſſe curauimus, vt vos labor noſter inſtrueret, & qualicunque munuſculo ſtudium veſtræ ſanctitatis ornaret, præſtante Domino, quantum aut ſenex, aut longa peregrinatione fatigatus relegere præualui, quibuſdam codicibus patrum præſentes notas minio deſignatas, quæ ſunt indices codicum; ſingulis quibuſque locis, vt arbitror competenter impreſſi. Nam expoſitionibus Octateuchi hanc dedimus notam: Oct. Alteram, Regum: Reg. Tertiam, Pſalterij: Pſ. Quartam, Salomonis: Sal. Quintam, Prophetarum: Proph. Sextam, Agiographorum: AA. Septimam, Euangeliorum: Euan. Octauam, Epiſtolis Apoſtolorum: Apoſto. Nonam, Actibus Apoſtolorum: Ac Apocalypſi, Aaa. Quas in primordiis connexui, quos tamen ſub ipſo ſtudio tranſire præualui, ſemper aicrij ſi; vt vos illas in textu poſitas ſine ambiguitate poſſitis agnoſcere, ſi paginas ſingulas ſtudioſa mente curratis. Tunc ſi placet, qui tamen plurima lectione præſumitis, per tractatores probatiſſimos innatio vobis facile ſubiacebit. Ita fiet vt aliud inde genus expoſitionis acutiſſimum pulcherrimúmque naſcatur, & quod fortiſan priores noſtri in commentis minimè dilucidauerunt, ibi aliquatenus reperiantur eſſe declarata. Idiomata quoque legis diuinæ, id eſt, proprias dictiones tali charactere pp. ſignauimus, vt vbicunque reperta fuerint, verba ipſa nulla præſumptione violentur.

Notarubra in libros olim ex præcepto vulgares.

G

CAPVT XXVII.

De Schematibus ac diſciplinis.

H *De ſchematibus & diſciplinis Scripturæ ſacræ.*

ILlud quoque commonendum eſſe credimus, quoniam tam in litteris ſacris quam in expoſitionibus doctiſſimis; multa per ſchemata, multa per definitiones, multa per artem Grammaticam, multa per artem Rhetoricam, multa per Dialecticam, multa per diſciplinam Arithmeticam, multa per Muſicam, multa per diſciplinam Geometricam, multa per Aſtronomicam intelligere poſſumus: non abs re eſſe inſtituta ſecularium magiſtrorum, artes ſcilicet ac diſciplinas cum ſuis diuiſionibus, in ſequenti libro paucis attingere: quatenus & qui talia didicerunt, breuiter admoneantur, & qui latiùs fortaſſe legere minimè potuerunt, aliquid exinde compendioſa breuitate cognoſcant. Eſt enim rerum iſtarum procul dubio, ſicut & patribus noſtris viſum eſt, vtilis & non refugienda cognitio, quando eam in litteris tanquam in origine generalis perfectæque ſapientiæ vbique reperis eſſe diffuſam. Nam cùm ibi reddita fuerit atque monſtrata, ſenſus noſter ad intelligendum modis omnibus adiuuatur. Sit ergo antiquorum labor opus noſtrum, vt † quod illi

Argumentum libri ſecundi.

Epitomarum vtilitas.

† quæ

latiùs

A

† pluribus

latiùs † plurimis codicibus ediderunt, nos breuiſſimè ſicut iam dictum eſt, ſecundo volumine collecta pandamus, & quod illi ad exercendas verſutias deriuauerunt, nos ad veritatis obſequia laudabili deuotione reuocemus, quatenus quæ inde furtiuè ſublata ſunt, in obſequium rectæ intelligentiæ honeſta conditione reddantur. Opus quidem, vt arbitror neceſſarium, ſed conſiderata difficultate perarduum, in duobus libris comprehendere velle diuinarum & humanarum fontes copioſiſſimus literarum. Vbi Sedulij verſus illi dicendi ſunt:

Sedulij verſus.

Grandia priſco quidem, ſed tu dare grandia noſtri,
Quem magis offendit, quiſquis ſperando tepeſcit.

CAPVT XXVIII.

Quid legunt qui ſcripturas Logicas introire non poſſunt.

B

Exiſtimo legendū Logicas.

QVod ſi quorundam ſimplicitas fratrum non potuerit, quæ ſunt in ſequenti libro deflorata cognoſcere, quia penè breuitas omnis obſcura eſt, ſufficiat eis ſummatim earum rerum diuiſiones, vtilitates virtutéſque perpendere, vt ad † cognoſcendam legem diuinam feruida mentis intentione rapiantur. Per diuerſos enim ſanctiſſimos patres inuenient vnde deſiderium ſuum pleniſſima poſſint vbertate ſatiare. Tantum ſit legendi ſincerus affectus, & intelligendi ſobrium votum. Tunc ſalutaris aſſiduitas eruditos efficiet, quos in prima fronte profunditas lectionis exterruit. Sciamus tamen non in ſolis litteris poſitam eſſe prudentiam, ſed perfectam ſapientiam dare Deum vnicuique prout vult. Nam ſi tantùm in litteris eſſet ſcientia rerum bonarum: qui litteras neſciunt, vtique rectam ſapientiam non haberent. Sed cum multi agrammati ad verum intellectum perueniant, rectamque fidem percipiant cœlitus aſpiratam, dubium non eſt puris ac deuotis ſenſibus Deum concedere, quod eis iudicat expedire. Scriptum eſt enim: Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum. Quapropter actibus bonis & orationibus aſſiduis petendum eſt, vt ad veram fidem, operáſque ſanctiſſimas, vbi eſt vita noſtra perpetua Domino comitante veniamus. Legitur enim: Niſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborant, qui ædificant eam. Verumtamen nec illud patres ſanctiſſimi decreuerunt, vt ſecularium literarum ſtudia reſpuantur, quia non exinde minimum ad ſacras Scripturas intelligendas ſenſus noſter inſtruitur. Si tamen diuina gratia ſuffragante notitia ipſarum rerum ſobriè ac rationabiliter inquiratur; non vt in ipſis habeamus ſpem profectus noſtri, ſed ipſa † tranſeunter deſideremus nobis à patre luminum proficuam ſalutaremque ſapientiam debere concedi. Quanti enim philoſophi hæc ſolummodo lectitantes, ad fontem ſapientiæ non venerunt, & vero lumine priuati, ignorantiæ cæcitate demerſi ſunt! Quoniam, ſicut à quodam dictum eſt, nunquam poteſt pleniſſimè inueſtigari, quod non per viam ſuam quæritur. Multi iterum patres noſtri talibus litteris eruditi & in lege Domini permanentes, ad veram ſapientiam peruenerunt. Sicut beatus Auguſtinus in libro de doctrina Chriſtiana meminit: dicens: Non aſpicimus quanto auro & argento & veſte ſuffarcinatus exierit de Ægypto Cyprianus & doctor ſuauiſſimus, & martyr beatiſſimus: quanto Lactantius, quanto Victorinus, Optatus, Hilarius, (non addimus Ambroſium, ipſúmque Auguſtinum, atque Hieronymum, multóſque alios innumerabiles Græcos.) Hoc etiam ipſe fideliſſimus Dei famulus Moyſes fecit. De quo ſcriptum eſt, quòd eruditus fuerit omni ſapientia Ægyptiorum: quos nos imitantes, acutiſſimè quidem, ſed incunctanter vtraſque doctrinas ſi poſſumus legere feſtinemus. Quis enim audeat habere dubium, vbi virorum talium multiplex præcedit exemplum? ſcitote planè ſicut iam

† agnoſcendam

Prudentia non in ſolis literis, ſed perfectio eius datur à Deo.

C

Pſal. 93.

Pſ. 126.

† tranſeuntes

D

D. Aug. de doctrina Chriſtiana.

dictum eſt, rectam, verámque ſapientiam Dominum poſſe concedere. Sicut ait liber Sapientiæ: Sapientia à Domino Deo eſt, & cum ipſo fuit ſemper & permanet in æternum. Quapropter toto niſu, toto labore, totis deſideriis exquiramus, vt ad tale tantúmque munus Domino largiente peruenire mereamur. Hoc enim nobis eſt ſalutare, proficuum, glorioſum, perpetuum: quoniam nulla mors, nulla mobilitas, nulla ſeparare poſſit obliuio, ſed in illa ſuauitate patriæ, cum Domino faciet æterna exultatione gaudere. Quod ſi alicui fratrum (vt meminit Virgilius)

E

Act. 7. Sapientia vera à Deo eſt.

Frigidus obſtiterit circum præcordia ſanguis.

vt nec humanis nec diuinis litteris perfectè poſſit erudiri, aliqua tamen ſcientiæ mediocritate ſuffultus, eligat certè quod ſequitur:

Rura mihi & rigui placeant in vallibus amnes.

Quia nec ipſum à Monachis alienum, hortos colere, agros exercere, & pomorum fœcunditate gratulari. Legitur enim Pſalmo 127. labores fructuum tuorum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Quod ſi huius ſtudij requirantur auctores, de hortis ſcripſit pulcherrimè Gargilius Marcialis, qui & nutrimenta olerum & virtutes eorum diligenter expoſuit, vt ex illius commentarij lectione, præſtante Domino, vnuſquiſque & ſaturari valeat & ſanari, quem vobis inter alios codices reliqui. Pari etiam modo in agris colendis, in apibus, in columbis, nec non & piſcibus alendis inter cœteros Columella, & † Emilianus auctores probabiles extiterunt. Sed Columella ſexdecim libris per diuerſas agriculturæ ſpecies eloquens ac facundus illabitur, diſertis potiùs quàm imperitis accommodus, vt operis eius † ſtudio non ſolum communi fructu, ſed etiam gratiſſimis epulis † explicantur. Emilianus etiam explanatos duodecim libros de hortis vel pecoribus aliíſque rebus planiſſima lucidatione diſſeruit; quem vobis inter alios lectitandum, Domino præſtante, dereliqui. Hæc tamen cum peregrinis atque ægrotis præparantur, fiunt cœleſtia, quamuis videantur eſſe terrena. Quale eſt enim languentes aut dulcibus pomis reficere, aut † columbarum fœtibus enutrire, aut piſcibus alere, aut mellis ſuauitate mulcere? Nam cùm vel aquam frigidam in nomine ſuo Dominus pauperi præcipiat offerri, quanto gratius erit diuerſis egentibus eſcas ſuauiſſimas dare, pro quibus in illo iudicio fructum multiplicata poſſitis mercede recipere? Non debet negligi, vndecunque poteſt homini ſubueniri probabiliter.

Auctores de re hortenſi. Locus obſcurus.

F

Columella.

† V. Emilianus

† ſtudioſi.

† explicentur

Emilianus.

G

† columborum

CAPVT XXIX.

De poſitione monaſterij Viuarienſis ſiue Caſtellenſis.

INuitat ſiquidem vos locus Viuarienſis monaſterij ad multa peregrinis & egentibus præparanda, quando habetis hortos irriguos, & piſcoſi amnis Pellenæ fluenta vicina: qui nec magnitudine vndarum ſuſpectus habetur, nec exiguitate temnibilis, influit vobis arte moderatus, vbicunque neceſſarios iudicatur, & hortis veſtris ſufficiens & irriguus. Adeſt enim cùm deſideratur, & cùm vota compleuerit, remotus abſcedit, ſic quodammodo monaſterio deuotus exiſtens, vt nec onerat importunus, nec † poteſt deeſſe cum quæritur. Maria quoque vobis ita ſubiacent, vt piſcationibus variis pateant, & captus piſcis cùm libuerit variis poſſit includi. Fecimus enim illic iuuante Domino grata receptacula, vbi ſub clauſtro fideli vagetur piſcium multitudo; ita conſentanea montium ſpeluncis, vt nullatenus ſe ſentiat captum, cui libertas eſt eſcas ſumere, & per ſolitas ſe cauernas abſcondere. Balnea quoque congruenter ægris præparata corporibus iuſſimus ædificari. Vbi fontium perſpicuitas decenter illabitur, quæ & potui gratiſſima cognoſcitur & lauacris. Ita fit vt monaſterium veſtrum potius quæratur

H

Viuarienſe monaſterium.

† poſſit

ab

A ab aliis, quam vos extranea loca deſideratis poſſitis. Verum hæc vt ſcitis oblectamenta ſunt præſentium rerum, non ſpes futura fidelium, iſtud tranſiturum, illud ſine fine eſt manſurum. Sed illic poſiti ad illa potius deſideria transferamur, quæ nos faciant regnare cum Chriſto. Caſſianum presbyterum, qui conſcripſit de inſtitutione fidelium Monachorum ſedulo legite & libenter audite. Qui inter ipſa initia ſancti propoſiti, octo principalia vitia dicit eſſe fugienda. Hic noxios motus animorum ita competenter inſinuat, vt exceſſus ſuos hominem pene videre faciat, & vitare compellat, quos antea confuſione caliginis ignorabat: qui tamen de libero arbitrio, à beato Proſpero iure culpatus eſt. Vnde monemus vt in rebus talibus excedentem ſub cautela legere debeatis. Cuius dicta Victor † Martyritanus Epiſcopus Afer, ita Domino iuuante purgauit, vt quæ minus erant addidit, vt ei rerum iſtarum palma merito conferatur, quem inter alios de Africæ partibus citò nobis credimus eſſe dirigendum.

Caſſiani libri de Inſtitutione monachorum qua cautela legendi.

† V. C. Mattaritanus. Victor Epiſcopus Afer Caſſiani dicta purgauit.

B Cætera verò genera Monachorum vehementer accuſat. Sed vos cariſſimi fratres Deo iuuante eas partes legite quas ſalubriter cognoſcitur ille laudaſſe. Nam ſi vos in Monaſterio Viuarienſi, ſicut credere dignum eſt, diuina gratia ſuffragante cœnobiorum conſuetudo competenter audiat, & aliquid ſublimius defectos animos optare contingat, habetis montes caſtelli Secreta ſuauia, vt velut anachoritæ, præſtante Domino, feliciter eſſe poſſitis. Sunt enim remota & imitantia Eremi loca, quando muris priſtinis ambientibus probantur incluſa. Quapropter aptum vobis erit eligere exercitatis iámque probatiſſimis illud habitaculum, ſi prius in corde veſtro fuerit præparatus aſcenſus. Legendo enim cognoſcetis vnum de duobus, quid aut deſiderare, aut tolerare poſſitis. Tantum, eſt vt conuerſationis probitate ſeruata, qui non valet alios ſermonibus docere, moribus videlicet

C inſtruat ſanctitate.

CAPVT XXX.

De antiquariis, & commemoratione orthographiæ.

EGo tamen fateor votum meum inter vos quæcunque poſſunt corporeo labore compleri, Antiquariorum mihi ſtudia, ſi tamen veraciter ſcribant, non immeritò forſitan plus placere: quòd & mentem ſuam relegendo ſcripturas diuinas ſalutariter inſtruunt, & Domini præcepta ſcribendo longè latéque diſſeminant. Felix intentio, laudanda ſeduitas, manu hominibus prædicare, digitis linguas aperire, ſalutem mortalibus tacitum dare, & contra diaboli ſurreptiones illicitas calamo atramentóque pugnare. Tot enim vulnera Satanas accipit, quot Antiquarius Domini verba deſcribit. Vno itaque loco ſitus, operis ſui diſſeminatione per diuerſas prouincias vadit.

Antiquariorum ſtudium commendat in deſcribendis S. ſcripturarũ codicibus.

D In locis ſanctis legitur labor ipſius, audiunt populi vnde ſe à praua voluntate conuertant, & Domino pura mente deſeruiant. Operatur abſens de opere ſuo. Nequeo dicere, vicißitudinem illum de doctorum bonis non poſſe percipere, ſi tamen non cupiditatis ambitu, ſed recto ſtudio talia noſcatur efficere. Verba cœleſtia multiplicat homo: & quadam ſignificatione comprobabili, ſi fas eſt dicere, tribus digitis, ſcribitur quod virtus ſanctæ Trinitatis affatur. O ſpectaculum bene conſiderantibus glorioſum! Arundine currente verba cœleſtia deſcribuntur, vt vnde diabolus caput Domini in paßione fecit percuti, inde eius calliditas poſſit extingui. Accedit etiam laudibus eorum, quod factum Domini aliquo modo videntur imitari, qui legem ſuam, licet figuraliter ſit dictum, omnipotentis digiti operatione conſcripſit. Multa ſunt quidem, quæ de tam inſigni arte referantur, ſed ſufficit eos dici librarios qui libræ Domini iuſtitiæque deſeruiunt. Sed ne tanto bono mutatis litteris, ſcriptores verba vitioſa permiſceant, aut ineruditus

Arundine ſcribuntur Sacræ Scripturæ, quia Diabolus caput Chriſti arundine fecit percuti.

E emendator neſciat errata corrigere: Orthographos antiquos legant, Velium Longum, Curtium Valerianum, Papirianum, Adamantium Martyrium, de v & b, eiuſdem de primis, mediis, atque vltimis ſyllabis, eiuſdem de b litera trifariam in vnum polita; & Eutychen de aſpiratione, ſed & Focam de differentia generis. Quos ego † quantum potui ſtudioſa curioſitate collegi. Et ne quempiam memoratorum codicum obſcuritas derelicta turbaret, quoniam antiquarum declinationum promiatione propria partes confuſæ ſunt, magno ſtudio laboris incubui, vt in libro ſequeſtrato atque compoſito, qui inſcribitur de orthographia ad vos deflorata regulæ peruenirent, & dubietate ſublata liberior animus viam emendationis incederet. Diomedem quoque & Theoctiſtum aliqua de tali arte conſcripſiſſe comperimus: qui ſi inuenti fuerint, vos quoque eorum deflorata colligite. Fortè & alios inuenire poſſitis, per quos notitia veſtra potius inſtruatur.

Orthographi antiqui.

† quanta

Liber Caſſiodori de orthographia cõmendatur.

F Iſti tamen qui memorati ſunt, ſi aſſiduo ſtudio relegantur, omnem vobis caliginem ignorationis abſcindunt: vt quod hactenus ignoratum eſt, habeatur ex maxima parte notiſſimum. His etiam addidimus in codicibus cooperiendis doctos artifices: vt litterarum ſacrarum pulchritudinem facies deſuper decora veſtiret; exemplum illud dominicæ figurationis ex aliqua parte forſitan imitantes, qui eos quos ad cœnam æſtimauit inuitandos, in gloria cœleſtis conuiuij ſtolis nuptialibus operuit. Quibus multiplices ſpecies facturarum in vno codice depictas, ni fallor expreſſimus, vt qualem maluerit ſtudioſus tegumenti formam ipſe ſibi poſſit eligere. Parauimus etiam nocturnis vigiliis mechanicas lucernas, conſeruatrices illuminantium flammarum, ipſas ſibi nutrientes incendium, quæ humano miniſterio ceſſante, prolixè cuſtodiant vberrimi luminis abundantiſſimam claritatem, vbi olei pinguedo non deficit, quamuis flammis ardentibus iugiter torreatur.

Codicum comperiendorũ artifices.

Lucernæ ipſæ ſibi nutrientes incendium.

G Sed nec horarum modulos paßi ſumus vos vllatenus ignorare, qui ad magnas vtilitates humani generis noſcuntur inuenti. Quapropter Horologium vobis vnum, quod ſolis claritas indicet, præparaſſe cognoſcor: alterum vero aquatile, quod die noctúque horarum iugiter indicat quantitatem: quia frequenter nonnullis diebus ſolis claritas abeſſe cognoſcitur, miróque modo in terris aqua peragit, quod ſolis flammeus vigor deſuper modulatus excurrit. Ita quæ natura diuiſa ſunt ars hominum fecit ire concorditer: in quibus fides rerum tanta veritate conſiſtit, vt quod ab vtriſque geritur, per internuncios æſtimes eſſe conſtitutum. Hæc ergo procurata ſunt, vt milites Chriſti certiſſimis ſignis admoniti, ad opus exercendum diuinum quaſi tubis clangentibus † euocentur.

Horologia duo.

† V. C. conuocentur.

CAPVT XXXI.

H

De Medicis.

SEd & vos alloquor fratres egregios, qui humani corporis ſalutem ſedula curioſitate tractatis, & confugientibus ad loca Sanctorum, officia beatæ pietatis impenditis: triſtes paßionibus alienis, de periclitantibus mœſti, ſuſceptorum dolore confixi, & in alienis calamitatibus mœrore proprio ſemper attoniti: vt ſicut artis veſtræ peritia docet, languentibus ſyncero ſtudio ſeruiatis, ab illo mercedem recepturi à quo poſſunt pro temporalibus æterna retribui. Et ideo diſcite quidem naturas herbarum, commixtionéſque ſpecierum ſollicita mente tractate: ſed non ponatis in herbis ſpem, non in humanis conſiliis ſoſpitatem. Nam quamuis medicina legatur à Domino conſtituta, ipſe tamen ſanos efficit, qui vitam ſine fine concedit. Scriptum eſt enim: Omne quod facitis in verbo aut in opere, in nomine Domini Ieſu facite,

De Medicis antiquis.

Eccl. 38.

A

gratias agentes Deo & Patri per ipſum. Quod ſi vobis non fuerit Græcarum literarum nota facundia, imprimis habetis herbarium Dioſcoridis, qui herbas agrorum mirabili proprietate diſſeruit, atque depinxit. Poſt hæc legite Hippocratem atque Galenum Latina lingua conuerſus, id eſt, Therapeutica Galeni ad Philoſophum Glauconem, deſtinata, & anonymum quendam qui ex diuerſis auctoribus probatur eſſe collectus. Deinde Cœlij Aurelij de medicina, & Hippocratis de herbis & curis, diuerſóſque alios medendi arte compoſitos, quos vobis in Bibliothecæ noſtræ ſinibus reconditos Deo auxiliante dereliqui.

Therapeutica Galeni. — *Cœlij Aurelij de medicina. Hippocrates de herbis & curis libri.*

CAPVT XXXII.

Commonitio Abbatis congregationiſque Monachorum.

Commonitio Abbatis congregationiſque monachorum Abbates Chalcedonius & Gerontius.

B

QVapropter omnes quos monaſterij ſepta concludunt, tam patrum regulas, quam præceptoris proprij iuſſa ſeruate, & libenter quæ vobis ſalubriter imperantur efficite; quia magnæ remunerationis præmium ſine aliquo munere præceptis ſalutaribus obedire. Vos autem ſanctiſſimos viros Abbates Chalcedonium & Gerontium deprecor, vt ſic cuncta diſponatis, quatenus gregem vobis creditum præſtante Domino ad beatitudinis dona perducere debeatis. Peregrinum igitur ante omnia ſuſcipite, elemoſynam date. Nudum veſtite, eſurienti panem frangite, quoniam iſte verè dicendus eſt conſulatus, qui miſeros conſolatur. Ipſos autem ruſticos qui ad veſtrum monaſterium pertinent, bonis moribus erudite, quos adiectarum penſionum pondere non grauetis. Scriptum eſt enim: Iugum meum ſuaue eſt, & onus meum leue eſt. Illud verò quod familiare ruſticis comprobatur, furta neſciant, lucos colere prorſus ignorent, viuant innoxio propoſito & ſimplicitate fœlici. Secundus illis ordo conuerſationis puriſſimus imponatur, frequenter ad monaſteria ſancta conueniant, vt erubeſcant veſtros ſe dici, & non de veſtra inſtitutione cognoſci. Sciant etiam Deum vbertatem agris eorum dignanter infundere, ſi eum fideliter conſueuerint inuocare. Data eſt itaque vobis quædam vrbs propria ciues religioſi, in qua ſi concorditer & ſpiritaliter Domino præſtante tranſigitis, cœleſtis iam patriæ præfiguratione gaudetis: Nolite amare deſidiam, quam Domino cognoſcitis odioſam. Præſtò vobis ſunt ſanctarum ſcripturarum inſtrumenta dogmatica cum expoſitoribus ſuis, qui veri ſunt floriferi campi, cœleſtis paradiſi poma ſuauia, vnde & fideles animæ ſalubriter imbuantur, & linguæ veſtræ non caduco, ſed fructiſecо nimis inſtruantur eloquio. Quapropter deſideranter introite myſteria Domini, vt ſequentibus iter indicare poſſitis, quia magnæ verecundiæ pondus eſt habere quod legas, & ignorare quod doceas. Et ideo futuræ beatitudinis memores, vitas patrum, confeſſiones fidelium, paſſiones martyrum legite conſtanter, quas inter alia in epiſtola ſancti Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum deſtinata, procul dubio reperitis, qui per totum orbem terrarum floruere, vt ſancta imitatio vos prouocans, ad cœleſtia regna perducat. Scientes quia non ſolùm in agone ſanguinis, aut in virginitate carnis poſitæ ſint coronæ, ſed & omnes, qui iuuante Deo vitia ſui corporis vincunt, rectéque credunt, palmam ſanctæ remunerationis accipiunt. Sed quo faciliùs, ſicut dictum eſt, mortiferas mundi delectationes noxiáque blandimenta Domino præſtante vincatis, & ſitis huius ſeculi (ſicut de beatis legitur) tranſeuntes, ad illud ſemper primi Pſalmi feſtinate remedium ſalutare, vt legem Domini diebus noctibúſque meditemini. Tunc non inueniet inimicus proteruus locum, cùm totum Chriſtus occupauerit animum. Nam & pater Hieronymus pulchre complexus eſt, dicens: Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia

Matth. 11.

C

De Hieronymi epiſtola ad Chromatium & Heliodorũ de paſſionibus martyrum.

D

D. Hieronymus.

E

non amabis. Dicite mihi viri prudentiſſimi, quid beatius quam illum habere proprium, quem iracundum non valemus effugere? Nam ſi præfectum vox præconis † enuntiet, ſi carpentum ipſius ſtrepentibus totis tranſire noſcamus, nónne omnes voluptates cordis abiicimus, dum conſpectum ipſius reuerentiámque metuimus? Deus intonat per conuexa cœli, fulgura demonſtrat in nubibus, frequenter commouet fundamenta terrarum, & proh dolor! præſentia ipſius non timetur, qui vbique totus & omnipotens eſſe cognoſcitur. Quapropter abſentem iudicem non credamus, & rei ad ipſius tribunalia non veniemus. Qui minus peccat, gratias agat quoniam non eſt deſertus à Domini miſericordia, vt præceps laberetur ad vitia. Qui plurimum deliquit, inceſſanter exoret, nemo ad excuſationes perfidas & ſubdola vota conuertat. Reos nos fateamur, qui abſoluta † delinquimus, nihil eſt ſtultius, quàm illi velle mentiri, cui nullatenus probatur illud. Parata eſt miſericordia ſi putamr mente puriſſima, nulla eſt cauſa deterior apud pium iudicem, niſi quando ſubiectus ſuam negligit ſoſpitatem. Oremus ergo fratres chariſſimi, quatenus qui humano generi tam magna largitus eſt, vt ouem perditam reportare ſuis humeris dignaretur, & per incorporationis beneficium rumperet vincula peccatorum, vt ignaris atque alienatis fidei arcana patefaceret, baptiſma donaret, martyrium concederet, eleemoſynas fieri ſuaderet, ſancta quoque nos orationis inſtitutione purgaret, remittere nos fratribus peccata præciperet, vt ipſe quoque ſimiliter debita noſtra laxaret, vt conuerteremus errantes, quatenus erroris noſtri ligamina ſoluerentur, vt pœnitentiam ſummo ſtudio quæreremus, vt haberemus abundantiam charitatis circa Deum & proximum noſtrum. Super his etiam communicationem corporis & ſanguinis ſui clementiſſimus Redemptor indulſit, quatenus pietas Creatoris hinc maximè poſſit intelligi, cùm nos tantis beneficiis, ſi tamen eum puro corde quæramus, feciſſet abſolui. Addat ipſe quoque nunc cumulum muneribus ſuis, noſtros ſenſus illuminet, corda noſtra purificet, vt ſcripturas ſanctas mente puriſſima cognoſcere mereamur, & mandata ipſius ſuffragante nobis eius gratia compleamus.

† enuntiat

† delinq.

Scripturarum F ſcientia amanda vt carnis vitia vitentur.

Hyperbaton.

G

CAPVT XXXIII.

Oratio.

PRæſta Domine legentibus profectum, quærentibus legem tuam, peccatorum omnium remiſſionem: vt qui deſiderio magno ad lumen ſcripturarum tuarum peruenire cupimus, nullis peccatis caligantibus obſcuremur. Attrahe nos ad te virtute omnipotentiæ tuæ, non relinquas ſua voluntate vagari, quos pretioſo ſanguine redemiſti, imaginem tuam in nobis non ſinas obſcurari: quæ ſi te præſente defendatur, ſemper egregia eſt. Non diabolo, non nobis liceat tua dona ſubuertere: quia totum fragile eſt, quicquid tibi nititur obuiare. Audi nos pie Rex contra peccata noſtra, & prius, illa nobis † præmone, antequam nos per ea iuſtè poſſis in tua examinatione damnare. Quid nobis noſtra inſidiatur iniquitas, quid contra nos delicta confligunt, creaturam tuam euertere cupiunt, qui nulla ſubſtantia firmitate conſiſtunt? Dicat certè Diabolus, cur non inſaturabili dolore perſequitur? nunquid illi conſilium dedimus, vt tibi Domino ſuperbus exiſteret, & de beatitudine collata caderet, cùm tantæ per te virtutis inſignia poſſideret? ſufficiat quod nos in Adam percuſſit, quare quotidianis deceptionibus impius calumniator inſequitur? & ſicut à gratia tua per culpam ſuam excidit, nos quoque vt ab eadem ſeparemur, exquirit? Concede Domine contra hoſtem crudeliſſimum pium tuæ defenſionis auxilium, vt ſicut iſte fragilitatem noſtram

Oratio Caſſiodori ad Deum.

H

† præmoue,

Renunciare Diabolo & credere in Deum.

non

A non deſinit † impetere, ita tuis poſſit viribus confuſus abſcedere. Non permittas bone Rex in nobis ſæuiſſimum hoſtem ſua vota complere, qui te grauiter elegit offendere. Quid nos ſicut leo rugiens circuit, quid deuorare contendit? Semel illi in baptiſmate ſacro renuntiauimus, ſemel tibi Domine credere profeſſi ſumus, tales nos per tuam defenſionem concede ſeruari, quales nos fieri per aquam regenerationis creator altiſſime præſtitiſti. Qui tui eſſe cœpimus, alium Dominum neſciamus. Tua gratia redempti ſumus, tua mandata te donante faciamus. Si nos relinquis tergiuerſator inuadit, indefectus atque impudens ſemper aſſiſtit, lucra ſua computans humanas ruinas: blanditur vt decipiat: inſtigat vt perimat, maximè per corpus noſtrum animas decipit: Et ita labilis per deſideria humana diffunditur, vt nulla penè prouidentia, nullo prorſus conſilio ſentiatur. Longum eſt per cuncta

† impedire

Renunciatio diaboli. Credo in Deum.

B diſcurrere, vt aliquis poſſit obſiſtere, niſi tu Domine illi decreueris obuiare. Quid enim de nobis poſſit facere, qui te in noſtro corpore auſus fuit per ſubdola machinamenta tentare? Exaudi nos ô cuſtos hominum, hîc nos ab illo indulgentia tua libera, qui nos trahere nititur ad gehennam. Cum illo ſortem non habeamus, vt tecum Domine habere poſſimus: vindica fabricam tuam ab illo qui deſtruit; damnati alios non faciat, qui ſe ipſe damnauit: ſed potiùs ille cum ſuis pereat, qui perdere cuncta feſtinat. Eia nunc chariſſimi fratres, feſtinate in Scripturis ſanctis proficere: quando me cognoſcitis, pro doctrinæ veſtræ copia, adiutorio dominicæ gratiæ tanta vobis & talia congregaſſe. Conferte nunc legentes viciſſitudinem rerum, vt pro me Domino iugiter ſupplicare dignemini: quoniam ſcriptum eſt, Orate pro inuicem, vt ſaluemini. O inæſtimabilis pietas virtúſque creatoris, quando in commune vtile eſſe promittitur, ſi pro nobis inuicem pio Domino ſupplicemus?

Epilogus.

Iacob. 5.

C

Explicit liber II. Caſſiodori Senatoris de inſtitutione diuinarum ſcripturarum.

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, de Schematibus & tropis Collectio ex Sacerdote, id eſt, ex Beda Presbytero.

Beda poſterior eſt Caſſiodoro.

I. DE SCHEMATIBVS.

D SOLET aliquoties in ſcripturis ordo verborum cauſa decoris, aliter quam vulgatis via habet, figuratus inueniri. Quod grammatici Græce ſchema vocant, nos habitum, vel formam, vel figuram rectè nominamus: quia per hæc quodammodo veſtitur & ornatur oratio. Solet item tropica locutio reperiri, quæ fit tranſlata dictione, à propria ſignificatione ad non propriam, neceſſitudinis ſimilitudine, aut ornatus gratia. Et quidem gloriantur Græci talium ſe figurarum vel troporum fuiſſe repertores. Sed vt cognoſcas, dilectiſſime fili, & cognoſcant omnes qui hæc legere voluerint: quia ſacra Scriptura cæteris omnibus ſcripturis non ſolùm auctoritate, quia diuina eſt; vel vtilitate, quia ad vitam ducit æternam; ſed & antiquitate præeminet, & poſitione dicendi, vnde placuit mihi collectis de ipſa exemplis aliqua oſtendere: quia nihil huiuſmodi ſchematum vel troporum valent prætendere ſecularis eloquentiæ magiſtri, quod non illa præceſſerit. Sunt au-

E tem multæ ſchematum ſpecies: ſed eminentiores hæ ſunt: Prolepſis, Zeugma, Hypozeuxis, Syllepſis, Anadiploſis, Anaphora, Epanalepſis, Epizeuxis, Paranomaſia, Scheſiſonomaton, Paromœon, Homœoteleuton, Homœoptoton, Polyptoton, Hyrmos, Polyſyntheton, Dialyton. *Prolepſis*, id eſt, præoccupatio, ſiue præſumptio dicitur: figura eſt quando ea quæ ſequi debent, anteponuntur: vt in Pſalmis: Fundamenta eius in montibus ſanctis, diligit Dominus portas Syon ſuper omnia tabernacula Iacob. Antè poſuit eius: & poſtea, cuius, id eſt, Domini, & alibi: Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & in veſtem miſerunt ſortem: pro diuident & mittent. Et Ezechiel nihil antepoonens ita incipit: Et factum eſt in trigeſimo anno, &c. Coniunctionem præpóſuit, quæ habet ſubiungi. *Zeugma*, quæ dicitur coniunctio, & eſt figura quando multa præcedentia aut vno verbo, aut vna ſententia concluduntur. Verbi gratia, vt in Apoſtolo: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blaſphemia tollatur à vobis. Sententia autem concluditur; vt Pſalmiſta præponens: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Et ad vltimum ita concludit: Quia facit hæc, non commouebitur in æternum. *Hypozeuxis* eſt figura ſuperiori contraria, vbi ſingula verba vel ſententiæ quibuſcunque clauſis ſubiunguntur, Verba, vt in Pſalmo: Virtutem terribilium tuorum dicent. Et Apoſtolus: Siue prophetiæ, inquit, euacuabuntur; ſiue linguæ ceſſabunt: ſiue ſcientia deſtruetur. Sententiæ, vt: Si conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meum: Si inſurgat aduerſum me prælium, in hoc ego, &c. *Syllepſis* eſt figura, cùm diſcrepantes cauſas in vnam ſignificantiam congregamus: vt ibi: Attendite popule meus legem meam. Et iterum: Ad faciendam vindictam in nationibus. Vindictam enim ſingularis eſt numeri, quod verò addit, increpationes in populis, eſt pluralis. Fit etiam Syllepſis in ſenſu, vbi pro multis vnus, vel pro vno multi ponuntur. Pro

Prolepſis quid.

Zeugma quid.

F

Hypozeuxis.

Syllepſis.

G multis vnum, vt: Miſit in eis muſcam caninam, & comedit eos: ranam, & diſperdidit eos. Cùm non tantum muſcam vel ranam vnam, ſed plures & innumeras ad exterminandos Ægyptios mitteret. Pro vno multi, vt: Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum, &c. Reges, pro Herode: principes, pro Pilato, poſitos, Apoſtoli intellexerunt. Lege actus Apoſtolorum. *Anadiploſis* eſt congeminatio dictionis in vltima parte verſus præcedentis, & prima ſequentis? vt ibi: Stantes erant pedes noſtri in atriis tuis Hieruſalem. Hieruſalem, quæ ædificatur vt ciuitas, &c. Et Hier. Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas. Ciſternas diſſipatas, quæ aquam non valent continere. *Anaphora* eſt congeminatio vel relatio, cum eadem dictio bis ſæpiúſve per principia verſuum repetitur: vt ibi: Dominus illuminatio mea, &c. Dominus protector vitæ meæ, &c. Et iterum: Si conſiſtant aduerſum me caſtra, non timebit cor meum. Si exurgat aduerſum me prælium, &c. Fit autem Anaphora & in eodem verſu per principia verſuum: vt ibi: Vox Domini in virtute. Vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros. Quæ figura in Pſalmis vſitatiſſima eſt. Hanc quidam Epanaphoram vocant. *Epanalepſis* eſt ſermonis in principio verſus poſiti, in eiuſdem fine repetitio: vt in Apoſtolo: Gaudete in Domino ſemper, iterum dico gaudete. Et in Pſalmis: Deus quis ſimilis erit tibi, nequando taceas, neque compeſcaris Deus. *Epizeuxis* eſt eiuſdem verbi in eodem verſu ſine aliqua dilatione congeminatio, vt Eſaia: Conſolamini, conſolamini populе meus, &c. Et in eodem: Eleuare eleuare, &c. Et in Pſalmo: Dies diei eructat verbum, &c. Alibi repetitio eiuſdem ſermonis, palilogiæ obtinet nomen. *Paronomaſia* denominatio dicitur, quotiens dicto penè ſimilis ponitur in ſignificatione diuerſa; ſcilicet mutata littera vel ſyllaba, vt in Pſalmo xxxi. iuxta Hebraicam

Anadiploſis.

Anaphora.

H

Epanalepſis.

Epizeuxis.

Paronomaſia.

A veritatem; In te confiſi ſunt patres noſtri, & non ſunt confuſi. Et Apoſtolus: Videte malos operarios, videte conciſionem nos enim ſumus circunciſio, qui ſpiritu ſeruimus Deo. Quam figuram Eſayas elegaoter in ſua lingua coofecit, vbi ait: Expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas; & iuſtitiam, & ecce clamor: Hebraica enim veritate, iudicium, meſphat, iniquitas meſphaa; iuſtitia ſadacha, clamor appellatur ſuaca. Pulchre itaque vna vel addita, vel mutata littera ſic verborum temperauit ſimilitudinem, vt pro meſphaa, meſphat diceret: & pro ſadacha poneret ſuaca. *Schoſiſonomaton* eſt multitudo nominum coniunctorum, diuerſo ſono rem vnam ſignificantium, vt: Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis. Et in Pſalmis: Peccauimus cum patribus noſtris, iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus. *Paromœon.* *Paromœon* eſt cum ab eiſdem litteris diuerſa ponuntur verba. Quæ nimirum figura, quantum ad poſitionem litterarum pertinet melius in lingua ſua in qua eſt edita requiritur: Huius tamen B & nos & in tranſlatione noſtra vnum demus exemplum. Dictum eſt in pſalmis: Benediximus vobis de domo Domini, Deus Dominus, &c. Et iterum in alio pſalmo: Furor illis ſecundum ſimilitudinem ſerpentis ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas, &c. *Homœoteleuton.* *Homœoteleuton*, id eſt, ſimilis terminatio, dicitur quoties media & poſtrema verſus ſententiæ ſimili ſyllaba finiuntur, vt Eccleſiaſtes: Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi. Hac figura & Poetæ & Oratores ſæpe vſi ſunt. Poetæ hoc modo: Peruia diuiſi patuerunt cœrula ponti. Oratores ſic: Beatus Iob Deo ſoli ſibique cognitus in tranquillitate ad noſtram notitiam perducendus: tactúſque verbere, vt odorem ſuarum virium tanto longius ſpargeret, quanto, more aromatum, melius ex inciſione flagraret. Quo ſchemate, ille qui hoc ſcripſit, beatus Papa Gregorius, vſus ſæpe reperitur, & huiuſmodi orationes eſſe reor, quas Hieronymus presbyter concinnas rhetorum declamationes appellare conſueuit. C *Homœoptoton.* *Homœoptoton* eſt, cum in ſimili ſono exeunt dicta plurima, vt: Cantate, exultate & pſallite. Ezechiel propheta: Quod ſi genuerit filium latronem effundentem ſanguinem. Et paulo poſt: In montibus comedentem, vxorem proximi ſui polluentem, egenum & pauperem contriſtantem, rapinas rapientem, pignus non reddentem, & ad idola oculos ſuos leuantem, abominationem facientem, ad vſuram dantem, & amplius accipientem: nunquid viuet? *Polyptoton.* *Polyptoton* eſt cùm diuerſis caſibus variatur oratio: vt Apoſtolus: Quoniam ex ipſo, & per ipſum & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſecula ſeculorum, amen. Et in pſalmo: Nunc dealbabuntur in ſeculum mons Dei, mons pinguis. Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos, montem in quo beneplacitum eſt Deo habitare? *Hyrmos.* *Hyrmos*, id eſt conuenientia: dicitur quando ſeries orationis tenorem ſuum vſque ad vltimum ſeruat, nulla videlicet aliâ de cauſa vel perſona mutata: vt in pſalmis: Deus in nomine tuo ſaluum me fac, &c. Vſque dum ait; Non propoſuerunt Dominum ante conſpectum ſuum. D Orat enim propheta, vt auxilio Dei ſaluatoris ab hoſtium inſequutione liberetur. *Polyſyntheton.* *Polyſyntheton* eſt oratio multis annexa coniunctionibus, vt: Deus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra viuentium, & emundet in terra animam eius, & non tradat eum in animam inimicorum eius. *Dialyton.* *Dialyton* vel Aſyntheton eſt figura ſuperiori contraria, carens coniunctionibus, vt Iubilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius: Dicite Deo, quàm terribilia ſunt opera tua Domine in multitudine virtutis tuæ! id eſt, vt multa & magna eſſe oſtendantur.

CAPVT II.

De tropis.

E *De Tropis.* TRopos eſt dictio tranſlata à propria ſignificatione ad non propriam ſimilitudinem, ornatus neceſſitatíſve cauſa. Sunt autem tropi qui Latinè dicuntur vel modi, vel mores poſſunt appellari, numero tredecim: Metaphora, Catachreſis, Metalepſis, Metonymia, Antonomaſia, Epitheton, Synecdoche, Onomatopœia, Periphraſis, Hyperbaton, Hyperbole, Allegoria, Homœoſis. *Metaphora.* *Metaphora* eſt rerum verborúmque tranſlatio. Hæc fit quatuor modis. Ab animali ad animale, ab inanimali ad inanimale, ab animali ad inanimale, ab inanimali ad animale. Ergo ab animali ad animale vt: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati ſunt inania? Et: Deus qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrſi. Et: Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. F Nam & homines, & beſtiæ, & volucres animam habent. Ab inanimali ad inanimale, vt; Aperi Libane portas tuas, & qui perambulant ſemitas maris. Tranſlatio eſt enim à ciuitate ad montem, & à terra ad mare, quorum nulla animam habẽt. Ab animali ad inanimale, vt: Exſiccatus eſt vertex Carmeli: homines enim, non montes verticem habent. Ab inanimali ad animale, vt: Auferam à vobis cor lapideum. Non enim lapis, ſed populus animam vel cor habet. Hic tropus & ad Dominum multipliciter pertinet. A volucribus, vt: Sub vmbra alarum tuarum protege me Domine. A feris, vt Dominus de Sion rugiet. A membris humanis, vt: Qui menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit. Ab homine interiori, vt: Inueni Dauid filium Ieſſe virum ſecundùm cor meum. A motibus humanis, vt: Cùm loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Et iterum: Pœnitet me feciſſe hominem. Et in alio loco: Zelatus ſum Sion, zelo meo: & innumerabilia huiuſmodi. G A rebus inſenſibilibus, vt: Ecce, ego ſtridebo ſuper vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno. Qui videlicet tropus & in communi locutione eſt vſitatiſſimus, vt cùm dicimus. Fluctuare ſegetes, germinare vites, floridam iuuentutem, lacteam caniciem. *Catachreſis.* *Catachreſis*, id eſt, abuſio, nominis aut verbi ad ſignificandam rem, quæ propria appellatione deficit, vt: Pones vectes in quatuor angulos menſæ per ſingulos pedes, & ſextum ſagum in fronte duplicabis. Et ibi: Conſtringes cornua arcuum, & labium calicis, & repandidi. Hæc eò à metaphora differt, quòd illa vocabulum habenti, aliud largitur: hæc quia non habet proprium, alieno vtitur. Pedes quippe, & frons, & cornu, & labium, hominum tantum ſunt & animantium, non etiam rerum inſenſibilium. Quæ nomina ſi ſcriptura præfatis rebus non impoſuiſſet, quod proprium his diceret, non haberet. Ad hunc tropum pertinet quod ſcriptum eſt: Erat autem Hieroſolymis probatica piſcina: à piſcibus enim vocabulum trahit, & accepit pro aqua, quæ nequaquam H propter piſces, ſed propter lauandas hoſtias, vt fertur eſt collecta. Vnde & Græcè nomen Probaton eſt ſortita. *Metalepſis.* *Metalepſis* eſt dictio gradatim aſcendens ad id, quod oſtendit, & ab eo quod præcedit, id quod ſequitur inſinuans. Vt in pſalmo legimus: Labores manuum tuarum, &c. labores poſuit, pro his quæ laborando acquirunt homines, bonis. *Metonymia.* *Metonymia* eſt quædam veluti tranſnominatio. Huius multæ ſunt & oſtenduntur ſpecies. Aut enim per id quod continet, id quod continetur oſtendit, vt: Effundens hydriam in canalibus. Aut contrà, vt: Accipe litteras tuas. Nec enim hydria effundebatur, ſed quod in ea continebatur: nec litteræ in manus, ſed charta, quæ litteras continet, aſſumitur. Et iterum in libris Regum: Et dimitte arcam, & vadat, & aſpicietis. Non enim arca, ſed plauſtrum quod continebat arcam, vel boues qui ducebant plauſtrum, ire poterant. Hæc & per efficientem id quod facit, & econtrà per quod fit efficien-

tem

A tem ſæpe deſignat. *Antonomaſia* eſt ſignificatio vice nominis poſita, quæ ex accidentibus propriam ſignificat perſonam: quæ fit tribus modis; ab animo, à corpore, extrinſecus. Ab animo, vt: Nunquid tu percuſſiſti ſuperbum? A corpore, vt: Vir ſpurius altitudinis ſex cubitorum & palmo: ab elatione enim animi, diabolos, à corporis quantitate gygas ſignificatur. Extrinſecus quæ ſumuntur, in plures ſpecies diuiduntur. Deſcendunt enim à genere, vt: Nunquid omnibus vobis dabit filius Iſai agros? A loco, vt: Auctorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum. Ab actu, vt: Qui autem tradidit illum, dedit eis ſignum dicens. Ab euentu, vt: Diſcipulus ille quem diligebat Ieſus. Per hunc tropum aliquoties & Deus ille demonſtratur. A genere, vt: Oſanna filio Dauid. A loco, vt: Qui ſedes ſuper Cherubin, appare. Ab actu, vt Peccaui, quid faciam tibi ô cuſtos hominum? *Epitheton* eſt præpoſita dictio proprio nomini. Nam Antonomaſia vicem nominis ſuſtinet: Epitheton nunquam ſine nomine B fit: vt: Dilectus Deo & hominibus Moyſes, &: Miſericors & miſerator Dominus, & iuſtum oppreſſum. Fit autem Epitheton tribus modis: Ab animo, à corpore, extrinſecus. His duobus tropis vel vituperamus aliquem, vel laudamus. *Synecdoche* eſt ſignificatio pleni intellectus capax, cùm plus minúſve pronunciat. Aut enim totum apertè oſtendit, vt: Verbum caro factum eſt. Et: Eramus in naui vniuerſæ animæ ducenti ſeptuaginta quatuor. Aut contrà, vt ibi: Ergo propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, ibi poſuerunt Ieſum. *Onomatopœia* eſt verbum de ſono factum, vt: Cymbalum tinniens, & clangor tubarum, &: ſtridebant cardines cœli. Ad hunc tropum quidam pertinere aſſerunt, fremitus leonum, balatus pecorum, rugitus aſinorum, ſibilos ſerpentum, cæterorumque vocem confuſam animalium, quæ & ipſa ſcripturis ſanctis ſæpius indita reperitur, vt: Rugitus leonis, & vox leænæ, & feruens & fremens ſorbet terram. *Periphraſis* eſt circumloquutio quæ fit vt C breuitatem ſplendidè deſcribat & producat, aut fœditatem circuitu euitet. Splendidè producta deſcribitur breuitas, vt Apoſtolus: Scimus quod ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur quod ædificationem habemus à Deo, domum non manufactam æternam in cœlis. Fœditatem circuitu euitans, vt: Nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum, in eum vſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi, relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt inuicem concupiſcentiis ſuis, maſculi in maſculos turpitudinem operantes. *Hyperbaton* eſt tranſcenſio quædam verborum ordinem turbans, cuius ſpecies quinque ſunt, Hyſterologia, Anaſtrophe, Parentheſis, Tmeſis, Syncreſis. *Hyſterologia* vel Hyſterum-proteron eſt ſententiæ, cum verbis ordo commutatus, vt: Hic accipiet benedictionem à Domino, & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo. Prius enim Deus miſerando iuſtificat impium, & ſic benedicendo coronat iuſtum. *Anaſtrophe*, D eſt verborum tantùm ordo præpoſterus, vt: quamobrem deprecabor Dominum, pro, ob quam rem. *Parentheſis* eſt interpoſita ratiocinatio diuerſæ ſententiæ, vt: Cùm vidiſſent gratiam, quæ data eſt mihi, (qui cooperatus eſt Petro in Apoſtolatum circunciſionis, operatus eſt & mihi inter gentes) Iacobus, Ioannes, & Cephas dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis. *Tmeſis* eſt vnius compoſiti aut ſimplicis verbi ſectio vna dictione vel pluribus interiectis: quæ ſpecies non facilè in ſcripturis, quæ ex Hebræo ſermone vel Græco tranſlatæ ſunt poteſt inueniri. Eſt autem huiuſmodi: Hieróque genuit ſolymis Dauidica proles: hoc eſt, Hieroſolymis. *Syncreſis* eſt Hyperbaton ea omni parte confuſum, vt: Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon, mons Dei, mons pinguis. Prius enim hîc, vt Auguſtinus ait, quærendus eſt ordo verborum, quomodo finiatur ſententia, quæ vtique pendet, cùm dicitur: Si dormiatis, &c. Deniq quod ait: Pennæ columbæ deargentatæ, vtrum ſingu lari numero intelligendum ſit, huius pennæ, an plu rali, hæ pennæ. Sed ſingularem numerum Græcus ex cludit, vt enim bona pluraliter hic poſitum legitu Sed adhuc incertum eſt, vtrum hæ pennæ, an ô vo pennæ, vt ad ipſas pennas loqui videatur. Vtrum er go verbis, quæ præceſſerunt, finiatur iſta ſententia, v ordo ſit: Deus dabit verbum euangelizantibus virtu te multa. Si dormiatis inter medios cleros: vt iſtu hic dicere intelligatur qui ſpeciei domus tanquar ſpolia diuiduntur, id eſt, ſi dormiatis inter medios cle ros, ô vos qui diuidimini ſpeciei domus per manifeſta tionem ſpiritus ad vtilitatem, vt alij quidem detur pe ſpiritum ſermo ſapientiæ: alij ſermo ſcientiæ ſecun dum eundem ſpiritum: alij fides, alij linguarum gene ra, alij gratia curationum in eodem ſpiritu: Si erg vos dormiatis inter medios cleros, tunc niue dealba buntur in Selmon pennæ columbæ deargentatæ. Po teſt etiam ſic accipi, Si vos pennæ columbæ deargen tatæ inter medios cleros dormiatis, niue dealbabuntu in Selmon, vt ſubintelligantur homines, qui per gra tiam remiſſionem accipiunt peccatorum. Vnde & d ipſa Eccleſia dicitur in canticis canticorum: Quæ e iſta, quæ aſcendit de deſerto? Promiſſio quippe De tenetur per Prophetam dicentis: Si fuerint peccata ve ſtra ſicut coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fue tint rubra, quaſi vermiculus, vt lac alba erunt. Poteſt & ſic intelligi, vt in eo quod dictum eſt: Pennæ colum bæ, ſubaudiatis, eritis: vt iſte ſit ſenſus: O vos qu tanquam ſpolia domus diuidimini, ſi dormiatis inte medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ eritis, i eſt, in altiora eleuabimini compagini Eccleſiæ coha rentes. Nullam quippe meliùs puto intelligi colum bam deargentatam, quàm illam, de qua dictum eſt: Vr eſt columba mea. Deargentata eſt autem, quæ diuin eloquiis eſt erudita. Eloquia namque alio loco dicun tur argentum igne examinatum, probatum, terræ pu gatum ſeptuplum. Magnum namque aliquod bonu eſt, dormire inter medios cleros, in eorum teſtame torum auctoritate quieſcere, id eſt, vtriuſque teſtamer ti teſtimoniis acquieſcere. Vt quando aliquid ex h. profertur & probatur, omnis intentio pacifica quiet finiatur. *Hyperbole* eſt dictio fidem excedens augen minuendive cauſa. Augendi, vt: Aquilæ velociore leonibus fortiores. Minuendi, vt: Terrebit te ſonitu volantis folii, &: Denigrata eſt facies eorum ſuper car bones. *Allegoria* eſt tropus, quo aliud ſignificatur, quà dicatur, vt: Leuate oculos veſtros, & videte regic nes quæ albæ ſunt iam ad meſſem: hoc eſt, intelligi quia populi iam parati ſunt ad credendum. Huius ſpe cies multæ ſunt, ex quibus eminent ſeptem: Ironi Antiphraſis, Ænigma, Carientiſmos, Parœmia, Sa caſmos, Aſteiſmos. *Ironia* eſt tropus per contrariu quod conatur oſtendens, vt: Clamate voce maior ſurdus eſt enim Deus Baal, & forte loquitur, & in d uerſorio eſt, aut dormit, vt excitetur. Hanc enim f guram, niſi grauitas aduenerit pronunciationis, conf teri videbitur quod negare contendit. *Antiphraſis* e vnius verbi Ironia, vt: Amice ad quid veniſti? Ite Ironia ab Antiphraſi diſtat, quòd Ironia pronunciatic ne indicat, quod intelligi vult: Antiphraſis verò no voce pronunciationis indicat contrarium, ſed ſuis ta tum verbis, quorum origo contraria eſt. *Ænigma* e quæſtio obſcura, vel ſententia tenebroſa per occultar ſimilitudinem rerum, vt: Pennæ columbæ deargent tæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri: cùm ſignif cet eloquia ſcripturæ ſpiritualia diuino lumine plena ſenſum verò eius interiorem maioris cœleſtis ſapienti gratia refulgentem. Vel certè vitam ſanctæ Eccleſi præſentem, virtutum pennis ſcandentem, futura qu in cœlis eſt æterna cum Domino claritate fruitura *Carientiſmos* eſt tropus quo dura dictu gratiùs prof runtur, vt: Nonne pro Rachel ſeruiui tibi? qua impoſuiſti mihi? Vno enim leuiſſimo præpoſition

Epitheton. Synecdoche. Onomatopœia. Periphraſis. Hyperbaton. Hyſterologia. Anaſtrophe. Parentheſis. Tmeſis. Syncreſis.

A nomine inimicam, quam grauiſſimam ſuſtinebat, temperantiùs loquens ſignauit. *Parœmia* eſt commodatum rebus temporibuſque prouerbium, vt: Canis reuertens ad vomitum, & ſus ad volutabrum luti, &: Num eſt Saul inter prophetas? Quorum vno cum quiſlibet ad vitia relabitur poſt peractam pœnitentiam: altero tunc vtimur, cùm indoctum quemque, vel aliud quid artis, quam non didicit, vſurpare viderimus. Hic tropus adeo latè patet, vt liber Salomonis, quem nos ſecundum Hebræos parabolarum dicimus, apud Græcos ex eo tamen parœmiarum, hoc eſt, prouerbiorum acceperit. *Sarcaſmos* eſt plena odio atque hoſtilis irriſio, vt: Alios ſaluos facit, ſe ipſum autem non poteſt ſaluum facere. Si rex Iſrael eſt, deſcendat de cruce, & credimus. *Aſteiſmos* eſt tropus multiplex numeroſæque virtutis. Namque Aſteiſmos putatur, omne quod ſimplicitate ruſtica caret, & facunda ſatis vrbanitate expolitum eſt, vt: Vtinam abſcindantur, qui vos conturbant! Notandum ſanè quod Allegoria aliquando

Parœmia. *Sarcaſmos.* *Aſteiſmos.*

B factis, aliquando dictis tantummodo fit. Factis quidem, vt ſcriptum eſt: Quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, quæ ſunt duo teſtamenta, vt Apoſtolus exponit. Verbis autem tantummodo, vt: Egredietur virga de radice Ieſſè, & flos de radice eius aſcendet: quo ſignificatus de ſtirpe Dauid per Mariam virginem Dominum ſaluatorem fuiſſe naſciturum. Aliquando ſimul verbis & factis vna eademque res allegoricè ſignificatur. Factis quidem, vt: Vendiderunt Ioſeph in Ægyptum Iſmaelitis triginta argenteis. Verbis verò, vt: Appenderunt mercedem meam triginta argenteis, quibus appreciatus ſum a filiis Iſrael. Iterum factis, vt: Erat autem Dauid ruffus, & pulcher aſpectu: & iuxta Samuelem in medio fratrum ſuorum. Verbis, vt: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Quorum vtrumque ſignificat mediatorem Dei & hominum: decorum quidem ſapientiæ virtute, ſed ſui ſanguinis effuſione ſuffuſum roſeum, eundemque vnctum à Deo patre, oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis. Iterum Allegoria verbi ſiue operis aliquando hiſtoricam rem ſignificat, aliquando typicam, aliquando tropologicam, id eſt, moralem & rationalem, aliquando Anagogen, id eſt, ſenſum ad ſuperiora ducentem figuratè denunciat. Per Allegoriam facti namque hiſtoria ſignificatur, cùm opus primorum ſex dierum ſiue ſeptem, totidem huius ſeculi comparatur ætatibus. Per verbum hiſtoria ſignificatur, de hoc quod dicit Iacob Patriarcha. Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi aſcendiſti, &c. de regno & victoriis eius ſcripta ſunt: Dauid intelligitur etiam per verbum, ſpecialiter de Chriſto ſiue Eccleſia ſenſus: cùm idem ſermo Patriarchæ de Dominica paſſione & reſurrectione accipitur. Iterum Allegoria facti tropologiam, id eſt, moralem perfectionem deſignat, vt: Tunica talaris & polymita, quam Iacob filio ſuo Ioſeph fecit, variarum virtutum gratiam, quam nos pater vſque ad

D terminum vitæ induit & donat. Et inſinuat Allegoria verbi eandem morum perfectionem, vt: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Allegoria facti, anagogicam, hoc eſt, ad ſuperiora ducentem ſenſum exprimit, vt: Septimus ab Adam Enoch tranſlatus de mundo, ſabbathum futuræ beatitudinis, quæ poſt bona opera ſeculi, quod ſex ætatibus voluitur, electis in fine ſeruatur, figuratè tempus ſignat. Allegoria verbi, eadem vitæ cæleſtis gaudia demonſtrat, vt: Vbicunque fuerit corpus, ibi congregabuntur aquilæ: quia vbi mediator Dei & hominum eſt corpore, ibi nimirum exiſtunt ſubleuatæ ad cœlus animæ, & celebrata gloria reſurrectionis, colligentur & corpora iuſtorum. Nonnunquam in eodem verbo hiſtoria ſimul, & myſticus de Chriſto ſiue Eccleſia ſenſus, & tropologia & anagoge figuraliter intimatur, vt: Templum Domini iuxta hiſtoriam, eſt domus quam Salomon ædificauit, iuxta Allegoriam, eſt corpus dominicum, de quo ait, Soluite templum hoc, &c. vel vt alius Euangeliſta ait, in tribus diebus excitabo illud: ſiue eius cui dicitur: Templum enim Dei

B ſanctum eſt, quod eſtis vos, per tropologiam, quiſque fidelium, quibus dicitur: An neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt Chriſti, & templum Spiritus ſancti qui in cœlis eſt? per Anagogem, ſupernæ gaudia manſionis, cui ſuſpirabat, qui ait: Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſecula ſeculorum laudabunt te. Simili modo dicitur: Lauda Hieruſalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum, & benedixit filiis tuis in te. De ciuibus terrenæ Hieruſalem, de Chriſti Eccleſia, de anima quoque electa, de patria cœleſti, iuxta Hiſtoriam, iuxta Allegoriam, iuxta Tropologiam, iuxta Anagogem, recte poteſt accipi. Iuxta Allegoriam de Eccleſia diximus, ſequentes exemplum doctiſſimi Gregorij tractatoris, qui in libris moralibus ea quæ de Chriſto ſiue Eccleſia per figuram dicta, ſiue facta interpretantur, Allegoriam propriè ſolet nuncupare. *Homœoſis* eſt minus notæ rei per ſimilitudinem eius quæ magis nota eſt demonſtratio. Huius ſpecies ſunt

F tres: Eicon, Parabole, Paradigma. *Eicon*, eſt perſonarum inter ſe, vel eorum quæ perſonis accidunt comparatio, vt in Euangelio Ioannis: Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre. Et in alio loco: Neque nubent, neque nubentur, neque ducent vxores: ſed erunt ſicut Angeli in cœlo. Neque enim vltra mori poterunt, æquales quippe Angelis erunt. *Parabola*, eſt rerum inter ſe genere diſſimilium comparatio, vt: Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, &: Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ſic exaltari oportet filium hominis. *Paradigma*, eſt propoſitio exempli exhortantis, vel deterrentis. Exhortantis, vt in libro Regum: Elias homo erat ſimilis nobis paſſibilis, & oratione orauit, vt non plueret ſuper terram annos tres, & menſes ſex. Et iterum: Reſpicite volatilia cœli, quoniam non metunt, neque ſeminant,

G neque congregant in horrea. De terrenis, vt: Qui in illa hora fuerit in tecto, & vaſa eius in domo, non deſcendat tollere ea: & qui in agro, ſimiliter non redeat retro. Memores eſtote vxoris Loth.

Homœoſis. *Eicon.* *Parabola.* *Paradigma.*

INCIPIT PROLOGVS Magni Aurelij Caſſiodori Senatoris,

In Orthographiam.

CVM inter nos talia gererentur, & de complexionibus Apoſtolorum nonnulla naſcerentur mentio, monachi mei ſubitò clamare cœperunt; Quid prodeſt cognoſcere nos, vel quæ antiqui fecerunt, vel ea quæ ſagacitas veſtra addenda curauit noſſe diligenter, ſi quemadmodum ea ſcribere debeamus, omnimodis ignoramus, nec in voce noſtra poſſumus reddere, quod in ſcriptura comprehendere non valemus? Quibus reſpondi, hæc quæ diceret, de-

H ſignata eſſe, quemadmodum & intelligi debeant, & proferri. Sed labor nobis antiquorum omnino ſeruandus eſt, ne nos auctores earum rerum mentiamur, † quarum ſequaces eſſe cognoſcimus. Et ideo duodecim auctorum opuſcula deduximus in medium, quæ ab illis breuiter & copioſè dicta ſunt, vt & nos ea compendioſius dicamus, & à priſcis auctoribus ſine varietatis ſtudio dicta recolantur, quatenus & vobis pleniſſimè ſatisfacere videamur, & auctoritate firma ſit relatio, quam duodecim auctorum textus inſinuat. Iam tempus eſt, vt totius operis noſtri concluſionem facere debeamus: vt melius in animo recondantur, quæ ſeptenaria concluſione diſtincta ſunt.

† qui

CAPVT I.

Incipit Præfatio.

POſt commenta Pſalterij, vbi præſtante Domino, conuerſionis meæ tempore primo ſtudium laboris impendi. II. Deinde poſt inſtitutiones quemadmodum diuinæ & humanæ debeant intelligi lectiones, duobus libris, vt opinor, ſufficienter impletis, vbi plus vtilitatis inuenies quàm decoris. III. Poſt expoſitionem epiſtolæ, quæ ſcribitur ad Romanos, vnde Pelagianæ hæreſeos prauitates amoui, quod etiam in reliquo commentario facere ſequentes admonui. IIII. Poſt codicem, in quo artes Donati cum commentis ſuis, & librum de Etymologiis, & alium librum Sacerdotis de ſchematibus Domino præſtante collegi: vt inſtructi ſimplices fratres, vbi neceſſe fuerit, ſinoſta dicta ſine confuſione percipiant. V. Poſt librum quoque titulorum, quem de diuina ſcriptura collectum, Memorialem volui nuncupari, vt breuiter cuncta percurrant, qui legere prolixa faſtidiunt. VI. Poſt complexiones in Epiſtolis Apoſtolorum, & Actibus Apoſtolorum, & Apocalypſi, quaſi breuiſſimas explanationes decurſas. VII. Ad amantiſſimos Orthographos diſcutiendos anno ætatis meæ nonageſimo tertio, Domino adiuuante, perueni. Ex quibus ſi non vnum valuero deflorata colligere, quantum ad eos pertinet, quos breuiandos eſſe ſuſcepi, confuſionem emendator atque ſcriptor, ſi bene arbitror, vlterius non habebis. Minutus labor ſyllabis litteriſque tractandis, modò factus ex nominum deriuatione, modò caſibus ſermonum, modò ex motu atque ſitu, modò ex Euphoniæ conſonantia, modò ex Græcarum litterarum ſimilitudine, probans quid ſcribere debeas, & quid vitare contendas. Vel quoque littera ſimplex in quibuſdam ſermonibus rectè quidem ſcribi datur, ſed n litteræ ſonum plerumque illi ſuccedere poſſe teſtatur. Itaque quod antè ſcribebatur per u & o, per duo u u modò ſcribere nobilis rectitudo ſcribendi per vias certiſſimas inueſtigata eſſe videtur: & ideo præſens opus non deſit directum, vt volnus, vulnus, i pro e, vt quæ antiqui magnai, nos magnæ. c pro q. veteres qom, moderni, cum, rectiùs æſtimarunt: & cætera quæ ſubtili quidem, ſed neceſſaria diſtinctione narrantur, velociter tranſcurri, ſed ſolita mentis intentione tractari, vt quæ incipis bene diſcere, ad finem perfectionis inoffenſa debeas pronunciatione perducere. Nam ſi vobis adſit capiendi deſiderium, quæ prius per moram quæſiſtis, protinus inoffenſa velocitate tranſcurritis. Glorioſum profectò ſtudium, & humanis ac diuinis litteris, vt videtur, accommodum, quod loqui debeas, competenter ſcribere: & quæ ſcripta ſunt, ſine aliqua erroris ambiguitate proferre. Vox enim articulata à pecoribus nos ſequeſtrat: ſcribendi verò ratio ab imperitis diuidit & confuſis: ita perfectum hominem duo ſibi ita vindicant ac defendunt. Nam cùm ſibi talia quæ ſunt duo lumina conſentiunt, vtraque recta, vtraque decora ſunt: cùm verò à ſe diſcrepare cœperint, vitium ſtrabæ fœditatis incurrunt. Erit itaque propoſitum noſtrum, quæ competenter modernæ conſuetudini ab antiquis tradita ſunt, quaſi in vnam coronam redigere, & vſui celeberrimo deputare: illa verò quæ antiquis magis conueniant, expedit ſine dubitatione relinquere, ne labor aſſumatur incongruus, qui præſenti ſeculo videtur inutilis. Sic ergo in primo libro inſtitutionum noſtrarum titulo tertiodecimo, quemadmodum legi debeat cœleſtis auctoritas, vbi idiomata legis diuinæ communi vſui repugnantia non permiſimus diſſipari. Hic autem, in libro ſcilicet Orthographiæ, liberiùs & generaliter appetatur: quemadmodum ex regulis artium humanarum, ſalua auctoritate ſeniorum, cuncta lectio decora nimis & correcta reddatur. Si quis autem auctores Orthographos in textu ſuo legere fortaſſe voluerit, tranſcriptos inueniet, quos ego, quantos potui reperire, monaſterio meo, præſtante Domino, dereliqui, vt latiùs dicta probare poſſeris in auctoribus ſuis, quos non propter faſtidium veſtrum deflorandos eſſe putauimus. Illud etiam vos magnopere credidi commonendos, vt diſtinctiones ſenſuum ſolicita mente perquirere ac ponere debeatis, ſine quibus neque legere quicquam competenter, neque intelligere præualemus. Scire autem debemus Donatum artigraphum de poſituris ita tractaſſe, vt non ibi ordinem, ſed virtutes earum potiùs exprimere videatur. Nam ſi diſtinctionum ſeriem per gradus congruos ſequeretur, primò plenam, deinde mediam nequaquam ponere potuiſſet: deinde magis inciperet, vbi prædictæ poſituræ ad finem tendere comprobantur. Sequitur diſtinctio, deinde media quæ plena ſemper præcedunt potiùs quàm ſequantur. Sed ſicut viſum conſtat eſſe doctiſſimis, hunc debemus ordinem cuſtodire: vt primò de ſubdiſtinctione dicamus, quæ ibi ſemper apponitur, vbi in commate ſermo ſuſpenſus adhuc reddendus eſſe cognoſcitur: vt,

Arma, virúmque cano, —— Vbi totius operis ſumma concluſa eſt, Arma † enim ancilia Virgilius, virúmque dicturus eſt. Sed quoniam cano, reſpicit ad vtrumque hic in arma, ſubdiſtinctio rectè ponenda eſt. Mediam verò aſſigendam conſtat in commate, cùm nullus ſermo deeſt, ſed gradatim tendit ad plenam, vt,

† Æria

Diuidimus muros, & mœnia pandimus vrbis:

Plena eſt autem, vbi finitur perfecta ſententia: vt eſt illud,

Tantæ molis erat Romanam condere gentem!

Subdiſtinctionem verò, vel mediam non credas ipſum ordinem ſemper tenere, quem diximus, vt ſubdiſtinctio præcedat, & media conſequatur: ſed pro ratione ſupradicta locis congruis apponuntur, vt diſtinctiones iſtæ bene poſitæ, ſenſum nobis lectionis euidenter aperiant. Nam ſi aliter diſtinguas, ſine dubitatione cuncta confundis. Has verò diſtinctiones, ſeu poſituras, Donato teſtante, Græci *Θέσεις* vocant. Periodus eſt autem per longum plenæ ſententiæ ducta pauſatio, cuius partes ſunt cola, & commata. Sed antequam opus Orthographiæ inchoare videamur, præfationem Phocæ artigraphi, exempli cauſa, indicauimus apponendam, quæ cuncto operi noſtro quaſi a nobis prolata ſit, ita omnibus modis videtur accommoda.

Ars mea multorum eſt, quos ſecula priſca tulerunt:
Sed noua te breuitas aſſerit eſſe meam.
Omnia cùm veterum ſint explorata libellis,
Multa loqui breuiter ſit nouitatis opus.
Te relegat iuuenis, quem garrula pagina terret,
Aut ſi quem paucis ſeria noſſe iuuat.
Te longinqua petens comitem ſibi ferre viator,
Ne dubitet, paruo pondere multa † vehens.
Te ſi quis ſcripſiſſe volet, non vlla queretur,
Damna, nec ingrati triſte laboris onus.
Eſt quod quiſque petat: nunquam cenſura diſerti,
Hoc contemnet opus, ſi modo liuor abeſt.

† vehis, vet. lib.

EXPLICIT PRÆFATIO.

I. EX † Gneo Cornuto de Enunciatione, vel Orthographia. II. Ex Velio Longo. III. Ex Curtio Valeriano. IV. Ex Papiriano. V. Ex Adamantio Martyrio de b & v. VI. Ex eodem de medijs ſyllabis. VII. Ex eodem de vltimis ſyllabis. VIII. Ex eodem de b littera trifariam in nomine poſita. IX. Ex Eutice de aſpiratione X. Ex Cæcilio Orthographo collecta ſunt. XI. Ex Lucio Cæcilio Vindice deflorata ſunt. XII. Ex Priſciano moderno auctore decerpta ſunt.

† Annæo

Commemorati ſunt auctores Orthographiæ, ex quibus alij ipſo, alij præpoſtero ordine ſimilia dicunt, alij verò diuerſa deſcribunt, ſed omnia nobis abſolutè noſſe conuenit. Nam & illi qui paria dicunt, communia dicta confirmant, & iſti qui varia ponunt, per verba multiplicia commonent quemadmodum ſcribere

Orthographiæ laus.

Vox articulata à pecudibus nos ſequeſtrat.

A bere debeamus, & loqui. Nunc ordo ſcripturæ, qui ab antiquis poſitus cognoſcitur, nihilominus eſt dicendus.

CAPVT I.

'AGNAEI Gnæus Cornutius.

' Gnei Cornuti de enuntiatione vel Orthographia iſta relata ſunt.

ANimaduerti quoſdam, Emili amice, eruditos etiam m litteram, nec vbi oporteat dicentes, nec vbi oporteat ſupprimentes. Hoc ne fiat, hinc obſeruari poterit, ſi ſimul ſubiiciam ſi quid ad rectam ſcripturam pertinet, & ad diuiſionem ſyllabarum. Igitur ſi duo verba coniungantur, quorum prius m conſonantem nouiſſimam habeat, poſterius à vocali, à vocalibuſque incipiat, m conſonans perſcribitur quidem: cæterùm in enuntiando durum & barbarum ſonat. B At ſi poſterius verbum quamlibet conſonantem habuerit, vel vocalem poſitam loco conſonantis, ſeruat m litteræ ſonum: par enim atque idem eſt vitium, ita cum vocali ſicut conſonanti m litteram exprimere. Eſt quædam littera in F litteræ ſpeciem 'figurata, quæ digamma nominatur, quæ duos apices ' ex gamma littera habere videtur. Ad huius ſimilitudinem ſoni noſtri coniunctas vocales digammon appellare voluerunt, vt eſt votum, virgo. Itaque in prima ſyllaba digamma & vocalem oportuit poni, Fotum, Firgo: quæ & Æoli fecerunt & antiqui, ſicut ſcriptura in quibuſdam libellis declarat. Hanc litteram Terentius Varro dum vult demonſtrare, ita perſcribit VA. qui ergo in hac ſyllaba ſonus eſt, idem littera erit. Nos hodie v litteram in duarum litterarum poteſtatem cogimus: nam modò pro digamma ſcribitur, modò pro vocali. Vocalis eſt, cùm ipſa per ſe eſt. Hoc enim cum cæteris quinque vocalibus paritur. Si cum alia vocali eſt, digamma eſt, quæ eſt conſonans. C Tres vocales quibuſdam videntur eſſe ſub vna ſyllaba v r. Errant ſi ita putant. Nam nuſquam apud Græcos, neque apud Latinos ex tribus vocalibus ſyllaba conſtat. Similiter h quoque digamma erit, & duæ vocales ſimiliter. Sed, cadit in quæſtionem, & aliis per t, aliis per d, placet ſcribi. Apud antiquos enim ſcio Sedum fuiſſe. vnde nos duabus litteris nouiſſimis ablatis, reliquas litteras ſalua d, in vſum habemus: quemadmodum ſi quæras, Sat qualiter ſcribi oporteat, dicemus per t, quia integrum eius ſit Satis. Q littera tunc rectè ponitur, cùm illi ſtatim v littera, & alia quælibet vna, pluréſve vocales coniunctæ fuerint, ita vt vna ſyllaba fiat. Cætera per c ſcribuntur. Hoc ' Lucio quoque videtur. Nonnulli putant auribus deſeruiendum, atque ita ſcribendum vt auditur. Eſt enim ferè certamen de recta ſcriptura, in hoc, vtrum quod audimus, an quod ſcribi oportet, ſcribendum ſit, ego non omnia auribus dederim. D Quotidie, ſunt qui per co, cotidie ſcribant: quibus peccare licet deſinere, ſi ſciant quotidie inde tractum eſſe, à quot diebus, hoc eſt, omnibus diebus. Qui, ſyllaba per q, u, i, ſcribitur: ſi diuiditur, vt, ſi cui, vt huic, per c. Hoc item in cæteris notauimus, vt diuiſionem c littera ſequatur, ſi tamen ſecundum antiquam enuntiationem fuerit, qua genitiuus & ablatiuus non diuiditur. Cauſam, per vnam ſ, nec quemquam moueat antiqua ſcriptura. Nam & accaſare per duo ſſ, ſcripſerunt: ſicut fuiſſe, iuiſſe, eſſe, & ' cauſaſſe per duo ſſ, ſcriptum inuenio. In qua enuntiatione quomodo duarum conſonantium ſonus exaudiatur, non inuenio. Voſtra olim ita per o, hodie per e: vt, aduorſa, aduerſa, peruorſa, peruerſa, vorare, vertare, vortex. vertex, conuollere, conuellere, amplectere, amplectere. Malo, qui putant ab eo quod eſt Græcè μᾶλλον comparatiuo modo deſcendiſſe, & per duo ll ſcribunt, peccant. Non enim à Græco tranſlatum eſt, ſed ab antiquorum conſuetudine, qui primò Magis ſuo loco dixerunt, poſtea à pluribus eliſionibus hoc verbum anguſtauerunt, vt, magneuolo, deinde E manolo, quod frequentiſſimum apud illos eſt: nouiſſimò hoc ſubſiſtit, vt malo eſſet. Sed malle per duas ll, velle eſt. Item nolo per vnum l. Nolle per duo ll. Nolo enim ne volo eſt, nolle, ne velle. Denique vt ſe verbum habet, ita ea quæ ex illo componuntur. Alia ſunt quæ per duo v ſcribuntur, quibus numerus quoque ſyllabarum creſcit. Simili enim vocali vocalis adiuncta, non ſolùm non cohæret, ſed etiam ſyllabam auget: vt, vacuus, ingenuus, occiduus, exiguus. Eadem diuiſio vocalium in verbis quoque, metuunt, ſtatuunt, tribuunt, acuunt. Ergo hic quoque c littera, non q apponenda eſt. Lacrumæ, an lacrimæ, maxumus an maximus, & ſi qua ſimilia ſunt quomodo ſcribi debent, quæſitum eſt. Terentius Varro tradit Cæſarem per i eiuſmodi verba ſolitum eſſe enuntiare & ſcribere: inde propter auctoritatem viri conſuetudinem factam, ſed ego in antiquiorum multò libris quàm Gaius Cæſar eſt, per v pleriſque ſcripta inuenio. Optumus, intumus, pulcherrumus, lubido, dicundum, faciundum, maxumæ, monumentum, contumelia, minumæ. F Melius tamen eſt, & ad enuntiandum, & ad ſcribendum, i litteram pro v ponere, in quod iam conſuetudine inclinauit. Vincas, per e quidam ſcribendum tradiderunt, ſi ſignificarent, quas in agris viderimus: ac contrà per i vinias illas, ſub quibus latere miles ſolet, quod diſcrimen ſtultiſſimum eſt. Nam neque aliunde vineæ caſtrenſes dictæ ſunt, quàm quod vineis illis agreſtes ſimiles ſunt. Extinguunt, per v & u: qualem rationem ſuprà reddidi de q littera, quam dixi oportere in omni declinatione duas vocales habere, talis hic quoque intelligenda eſt, extinguo. Eſt enim & ob hoc extinguunt, licet enuntiari non poſſit. Interuallum duas ll habet: Vallum enim ipſum non aliter ſcribitur, à quo interuallum. Varro dicit interualla eſſe ſpatia, quæ ſint inter capita vallorum, id eſt ſtipitum, quibus vallum ſit, vnde cætera quoque ſpatia dicunt. Obſeruanda puſillo diligentius præpoſitionum cum verbis à vocalibus compoſitio, vt conſonantes nouiſſimas præpoſitionum ſciamus non durare, ſed mutari plerumque. G Itaque nonnunquam quæ conſonantes verborum aut vocabulorum primo loco ſunt, eaſdem neceſſe eſt fieri & in præpoſitionibus, quæ propter lenitatem quoque omninò enuntiari ſæpe litteræ præpoſitionum non poſſunt: quando autem fiant, quando non, ſono internunciamus. Accedo duo cc, attuli duo tt, aſſiduus duo ſſ, Arrideo duo rr, Apparo duo pp. Annuo duo nn, Alligo duo ll. In his non ſolum propter lenitatem conſonantes mutantur: ſed & quid nullo modo ſonare d littera poteſt. Ibi ſonat, & ibi ſcribitur, cum f conſonanti adiungitur: vt adfluo, adſui, adfectus: vt contra b non ſonat, offui, offero, offendo. In aliis etiam conſonantibus idem patitur, vt: Suggero, oſtendi enim ſuprà digammam conſonantis vim habere. Eſt vbi h, quod vix credibile eſt in ſ cogatur: vt, Suſcipere, ſuſtinere, ſuſpendere, ſuſcitare, & quia antiqui dixerunt ſuſtollere, non prætereo ſuſtuli. Item ex H præpoſitio ad f litteram: vt, effluo, effodio, effero, efficio, nec minus informatur efendo: alicubi tamen ſonat & ob hoc neceſſariò ſcribitur exſilio, exſicco. Itaque vbi ſonuerit, ibi ponemus. Tantus & quamuis in medio m habere debent, quam enim & tam eſt, vnde quantitas, quantus, tantus. Nec quoſdam moueat, ſi o ſonat: iam enim ſuprà docui n ſonare debere, tametſi in prima ſcriptura m poſita ſit. Exſilium cum ſ (ex ſolo enim ire eſt) quaſi exſolium, quod Græci ἐξόριστον dicunt: antiqui exſoles dicebant. H, ſicut in quæſtione eſt littera ſit, nécne ſit, ita nunquam dubitatum eſt ſecundo loco à conſonante poni debere, quod ſolus Varro dubitat. Vult enim auctoritate ſua efficere, vt h prius ponatur ea littera, quæ adſpirationem conſerat: & tanto magis hoc tempiat ſuadere, vt vocalibus quoque dicat anteponi; vt, hæres, hircus. Sed Varronem præterit, conſonantem ideo ſecundo loco h recipere, quia non poſſit ante adſpirationem niſi vocales habere. Itaque & antè, & pòſt, h lit-

tera

'ex grã ma litteram

'Fit is Lucius Cæcilius vindex

'cauſi

A tera cuicunque tali adiungatur, non ſonat. Hæc enim natura vocalium eſt, vt ante ſe aut poſt ſe habeant b, enunciationem non impediant. Præterea in libro qui eſt in Grammatica, Varro cùm de litteris diſſereret, ita h inter litteras non eſſe diſputat. Quod multò minus mirum, quàm quod x quoque litteram eſſe negat. In quo quid viderit, nondum deprehendi: ipſius verba ſubiiciam. Litterarum partim ſunt & dicuntur: vt, a, & b, & h, & x, partim ſunt quæ neque dicuntur: quædam neque ſunt, neque dicuntur: vt φ, ψ. Vehemens & vemens apud antiquos, & apud Ciceronem lego: æquè prehendo: & prendo, herculè & herclè, nihil & nil. Hæc obſeruare eatenus poterunt, conſuetudine potius quàm ratione, in his præcipuè verbis quæ adſpirationem habere debent. Y littera antiqui non ſemper vſi ſunt, ſed aliquando loco illius, v, ponebant. Itaque in illorum quidem libris hanc ſcripturam obſeruandam cenſeo, Suriam, Suracuſam, Sumbola, Sucofantas. At noſtris corrumpi non debet. Illud enim non video, B quare huic litteræ h adſpirationis gratiam amoueam, ipſa enim per ſe adſpiratiua eſt, & quocunque vocabulo primum locum habuerit, adſpiratur, Yacintus, Ylius, Ymetus: & tantò magis adſpiratio addenda non eſt, quantò apud Latinos vocabula non ſunt hac littera notata. Varroni enim placet, h littera ſi primo loco ponatur, non aſpirari. Lector enim ipſe, inquit, intelligere debet Rhodum, tamen etſi h habet, Rhodum eſſe, ſed eadem obſeruatio non neceſſaria eſt r litteræ, ſunt enim verba primo loco r litteram habentia, non minus Latina quàm Græca. Itaque meritò auferemus aut amonebimus adſpirationem, Roma, regina, rapa, rodus. Z in antiquis libellis modò ſcriptum eſt, modò non: ſed pro illo duæ ſſ ponebantur, Crotalizo, crotaliſſo, malacizo, malaciſſo, & his ſimilia. Sed videriut illi, qui cùm verbis integris Græcorum vti non erubuerunt, erubeſcendum crediderunt litteras Græcas intermiſcere. Nobis ſatius alieno bene vti, quàm ineleganter noſtra apponere.

C

C A P V T II.

Ex Velio longo iſta 'relata ſunt.

'deflorata *Vellius Longus de Orthographia.*

AT, ſi coniunctio fuerit, per t ſcribendum eſt: vt eſt,

At te nocturnis iuuat impalleſcere chartis.

ſi præpoſitio, per d: vt eſt,

Fando aliquid ſi fortè tuas peruenit ad aures.

Atque, item coniunctio compoſita, per t ſimiliter ſcribenda. Apud, præpoſitio per d ſcribi debet: ſicut ad patrem, quoniam veteres ſæpe apud, pro ad vſi ſunt: & duabus ex eis mediis litteris ſublatis, id eſt, p & v, ad remanet. Item quit, per t ſcriptum, verbum eſt tertiæ perſonæ, cuius prima eſt queo, ſecunda quis, tertia quit: ex quibus componuntur nequeo, nequis, nequit: inquio, inquis, inquit. Per d autem aduerbium: vt,

D *Quid faciat lætas ſegetes:--* & quæ ex eo componuntur t vt, quicquid, ſiquid, aliquid nunquid, & his ſimilia. Id, per d ſcriptum, pronomen eſt neutri generis, ab eo quod eſt, is ea, id: per t verò ſignatum, indicat verbum tertiæ perſonæ, ab eo quod eſt, eo, is, it. Placet etiam Delmatiam ſcribamus non Dalmatiam, quoniam à Delminio maxima eiuſdem prouinciæ ciuitate tractum nomen exiſtimant. Feriæ quoque, non feteæ ſcribendæ ſunt: quia apud antiquos feriæ, non feteæ dicebantur. Actuarij & actarij, vtrumque dicitur. Sed actuarij nominantur, diuerſis actibus generaliter occupati: actarij verò ſcriptores tantùm dicuntur actorum. Item aliud eſt Cilonem, aliud Chilonem. Cilones, vocantur homines anguſti capitis & longi, & h aſpirationem non habet: Chilones verò, cum h aſpiratione ſcripti, à breuioribus labiis homines vocitantur, quod eſt à Græco vocabulo deriuatum, ἀπὸ τῶν χειλῶν: vnde Achillem quoque ferunt eſſe nominatum.

E Coniux ſine n putat 'Niſus Artigraphus eſſe ſcribendum, quoniam in genitiuo caſu facit coniugis. Mihi autem videtur non euellendam exinde hanc litteram, qua ſonus Enuntiationis exprimitur. Nam quamvis aſſerat non eſſe onerandam ſuperuacuis litteris dictionem, ego tamen non fraudandum ſonum æſtimo ſuis litteris, quibus 'integer & plenus auribus intimamur.

De h grāma[tico] vide Ludou. Carion. antiqu. rū lect. nam C mentar 11.c 11 'integi & plen:

C A P V T III.

Ex Curtio Valerio iſta collecta ſunt.

Curtio Valerio nus Orthogra

QLittera tunc rectè ponitur, cùm eam ſtatim v littera ſequitur, iuncta cum alia vocali vel vocalibus diphthongis, ita vt vnam ſyllabam faciat, vt: Quirites, quæſtio, quærite. Cætera verò per c ſcribi debent, vt: cuius, Cumæ, & reliqua huiuſmodi. Cum quando F præpoſitio erit, per c ſcribi debet: vt eſt illud:

Diuiſum imperium cum Ioue Cæſar 'habet.

'habes

quando autem aduerbium eſt, per q ſcribendum. Veteres enim quando, quum dixerunt: vt eſt, quum nauis ex Aſia veneris: cæteráque huiuſmodi aduerbia ſimiliter ſcribenda ſunt, vt quoquumque, vbiquumque. Huiuſce, per c litteram ſcribendum eſt, antiqui enim pronominibus c addebant, vt: hicce, illicce, iſticce: vnde ſubtracta eadem nouiſſima littera, c relictum eſt, vt hic, illic, iſtic: ſed hoc in ſolo genitiuo caſu articularis pronominis, qui eſt huiuſce, ad hoc eadem ſyllaba ce integra manet. Cur, alij per c ſcribendum putauerunt, dicentes non poſſe q litteram poni, vbi v eſſet ſine alia vocali, ſecundum regulam ſupradictam: alij per q, eò quòd originem trahat ab interrogatiuis aduerbiis, quæ ſunt quando, quorſum. Vſus autem obtinuit, vt cur, per c ſcribatur. Partubus, & partibus, arcubus, & arcibus, artubus & artibus, veteres quidem indifferenter ſcripſerunt: Nos poſſumus obſeruare vt ab eo quod G ſunt partus, id eſt, fœtus, partubus ſcribamus: ab eo autem quod ſunt partes, partibus. Itémque ab eo quod ſunt arcus, arcubus: ab eo autem quod ſunt arces, arcibus: & rurſum ab eo quod ſunt artus, id eſt, membra, artubus: ab eo autem quod ſunt artes, artibus. Tres litteræ ſunt apud Græcos ζ. ξ. ψ. Ex his in vſum noſtrum tranſtulimus Z. item pro ξ. nos X. vtimur. ψ. nullo modo transferri potuit, ſed vis ipſius tranſlata eſt in p ſ: vt quæ per ψ ſcribuntur, per p ſ ſcribamus. In cæteris caſibus, aut in bis exeunt, aut in pis, vt: Celebs, celebis, auceps, aucupis, cynips, cynipis. Diuiſionem præterea ſyllabarum ad b ſ & p ſ pertinentem, hinc obſeruabis: quòd vbicunque p ſ erunt, diuidi non poſſunt, ſed ad ſequentem aut antecedentem ſyllabam applicabuntur, tanquam vnius litteræ poteſtatem habeant, Apſtinui, aps, & tenui, Apſceſſi, aps & ceſſi, Apſcondo, aps & condo. At vbi b ſ fuerunt, diuidantur neceſſe eſt, vt: Obſtupui, obſtupeo, obſum, obſtrepo. Præterea b ſ nunquam coniunctas inuenies, non enim poſſunt facere ſyllabam, & ſi pri- H mam quidem vocalem habeant: fallunt ipſæ conſonent, vt: trabs, quam dicimus trabem. Cæterùm ſi ante vocalem ponantur, nullo modo Enunciationem capiunt: contrà p ſ etiam præpoſitæ ſic ſonant, vt apud Græcos ψ. Tandem rationem hanc puto obſeruandam & in verbis, quæ præterito tempore & futuro incertum eſt p an b habere debeant. Nam ſicut in caſibus nominum p littera in b commutatur, vt eſt celeps celebis, ita in temporibus quoque verborum è contrario b in p commutatum videmus, vt: Scribo, ſcripſi, ſcripturus: Labor, lapſus, lapſurus: Nubo, nupſi, nupturus. X in antiquis libris Latinorum ſcriptum non eſt: ſed pro illo, duo ſſ ponebantur, Crotalizare, crotaliſſare. Sed viderint illi, qui cùm verbis quibuſdam integris Græcorum vti in Latina lingua non erubuerunt, erubeſcendum crediderunt litteras

Græcas

A Græcas intermiſcere. Nam ſatius eſt alienis bene vti, quàm noſtra ineleganter apponere. Præſtò per o ſcribimus: veteres per v ſcripſerunt. Sed Præſtò dicendum eſt, vt ſedulò, & optatò, & ſortitò. Inde & Præſtolari, non præſtulari. Non mirum veteres v littera pro o vſos, nam & o pro v vſi ſunt. Poblicum enim quod nos publicum, & quod nos culpam, illi colpam dixerũt. Super per p ſcribendum, non per b. Neglegere per g, non per c ſcribendum, & alia huiuſmodi quidam per y litteram putauerunt, eo quòd Græca eſſe dicerent. Sed apud nos y littera nunquam vocali coniungitur.

CAPVT IV.

Ex ᵃ Papiriano iſta collecta ſunt.

ᵃ Hunc grammaticum B præ cæteros aduocat aliquãdo Priſcianus

AE ſyllaba, quam nunc in fine ſermonis diphthongon ſcribimus, vt, cogitationes magnæ, apud antiquos per ai ſcribebatur, vt eſſet diſtractio genitiuorum à datiuis. Nam genitiuo hanc diuiſionem dabant, vt non eſſet ſyllabis ſimilis datiuo, ſi triſyllabus inueniretur, vt: Magnai, Aſiai, aulai, rugai, ferai. Reliquiæ, & reliqui per c ſcribebantur, & ſicut relicuus & vacuus, ſic relicui & vacui, ſic mortuus, & mortui, ſtrenuus, ſtrenui: At nunc reliquiæ, vel exequiæ, per q ſcribuntur. Cotidie, per c & o dicitur, vt ſcribitur, non per q: quia non à quoto die, ſed à continenti die dictum eſt. Haud, quod aduerbium eſt negandi, d littera terminatur, & aſpiratur in capite: quando autem coniunctio diſiunctiua eſt, per t litteram ſine aſpiratione ſcribitur. Malo per vnum l, quod eſt maguolo. Malle, per duo ll, quod eſt maguelle. Nolo per vnum l, eſt enim nouolo, Nolle, per duo ll, quod eſt non velle. Primò Querela apud Latinos per vnum l ſcribebatur, ſicut ſuadela, tutela, candela, corruptela: quamuis vſus ſibi etiam apud eos vindicaret, vt aliqua C in figura diminutiuorum per duo ll ſcriberentur, vt: Capella, fabella. Nunc autem etiam Querela per vnum l ſcribitur. Narare per vnum r ſcribitur, vt Varroni placet, ſecutus eſt enim etymologiam nominis eius, qua gnarus dicitur quis, qui ſcit quid loqui debeat. Denique compoſitio verbi ita ſcribitur, ignorare, quod non per duo r, ſed per vnum ſcribitur. Ideo & Naratio, vnum habere debet. Quod, quando numerus eſt, per t: quando pronomen, per d ſcribendum eſt. Nam Totidem per t ſcribitur, quia numerus eſt. Quæcunque verba ab s littera incipiunt, ſi compoſita ſint, vt Ex præpoſitionem accipiant, ſeruata s littera ſcribuntur, vt: Specto, exſpecto: Salio, exſilio. Cætera verba quæ s in principio non habent, onerari non debent: Æſtimo, exiſtimo: Acuo, exacuo: Agito, exagito. Prendo dicimus & prehendo, vt herclè & Herculè, Nihil & nihili. Sed in his verbis, quæ aſpirationem habere debent, hæc obſeruari eatenus poterunt, quatenus conſuetudo permiſerit. Sed tamen libellus nos euidenter D docet, qui inferiùs de aſpiratione ſcriptus eſt. Trabs ab eo quod dicitur trabis, & vrbs, per p debent ſcribi, licèt Varro per b ſcribendum putet, quòd in reliquis caſibus b habent. Sed tamen cum ψ litera Græca nullo modo transferri potuerit in vſum noſtrum, & vis eius per per p & s litteras ſcribatur, neceſſarium eſt, vt vbi ψ Græcum ſonat apud nos, quod vitari non poteſt, per has litteras ſcribatur, id eſt, p s, licet in obliquis caſibus b habeant, vt: Celeps celibis, Vrps vrbis: item in aliis ipſam retineant, vt: Auceps aucupis. Vnde apparet in his caſibus mutare nos debere p & b, in quibus ſa etiam ambæ conſequuntur interpoſita vocali. Hanc etiam regulam ſequitur & φ, quæ & ipſa per p & h conſtat, vt: Cynips, cyniphis, quæ in nominatiuo caſu p & s, in aliis caſibus per p & h ſcribitur. Quicquam, in medio per c, non per d, ſcribi debet. In compoſitione enim plerunque de in e E commutatur, vt in præpoſitionibus, Accedo, accumulo. Formoſus ſine n, ſecunda ſyllaba ſcribendum eſt, vt: Harenoſus, frondoſus, aquoſus, herboſus: participia verò habent n, vt Tonſus, tunſus, menſus, ᵇ penſus. Antiquorum nulla obſeruantia fuit, cum o, aut ſine n, ſcriberent, illi enim Toſus, tuſus plerumque ſcribebant. Y Græcum nos in quibuſdam in u conuertimus, vt: Cymas, Comas, Cyminum, cuminum: in quibuſdam non vertimus, vt: Syria, Cyriacus, ſymbolum, ſycophanta. Forfices ſecundum Etymologiam debemus dicere, & ſcribere: vt ſi à filo dicamus, f debeamus ponere, vt forfices quæ ſunt ſartorum: & ſi à pilo, per p, vt forpices, quæ ſunt tonſorum: ſi à capiendo, per c, vt forcipes, eo quod formum capiant, quæ ſunt fabrorum, formum enim dixerunt antiqui calidum, vnde eſt formoſus. Vulgus, voltum, paruum, toruum, ſunt qui putant per duo o ſcribi non debere: quia ſimilis vocalis vocali adiuncta, non ſolum non cohæreat, ſed etiam ſyllabam augeat: vt eſt, vacuus, ingenuus, occiduus, exiguus, perſpicuus, & in verbis F metuunt, tribuunt, ſtatuunt. Sed Velius Longus per rationem præſumptam decipi eos putat, qui primitiuus, & adoptiuus, & nominatiuus, & alia per u & o ſcribebant. Nam aliter ſcribere, & aliter pronuntiare vecordis eſt. Cùm enim per o ſcribant, per u enuntiant. Præterea qui contrà ſentiunt, non reſpexerunt vnum u, totiens conſonantis vim habere, quotiens pro conſonante ponitur, quod apud Græcos Digammon vocatur: ac ſic fieri, vt nominatiuus duas quidem u litteras habeat, ſed priorem pro conſonante, poſteriorem pro vocali ſcilicet poſitam. Sic & Donatus dicit, quotiens o & i, ſeu ſibi, ſeu aliis vocalibus præponuntur, loco habendas eſſe conſonantium. Hiemps, vt ᶜ Cecilio videtur, p habere poſt m litteram non debet; quod ſatis ſine ea littera conſonet, vel quòd per omnes caſus nec veſtigium quidem illius appareat: Sumpſi, autem quæritur an poſſit ſine p littera, vt hyemps ſonare. Sed quia & in alia declinatione p reſpondit, cùm dicimus Sumpsus, ſumptutos, neceſſario per p ſcribi debet. A, & ab, & abs, & au G præpoſitiones, generis ſunt: velut cùm dicimus. A me, ab illo, abſtuli, aufugi, ſed obſernandum, vt tunc Ab præpoſitio ſcribatur, quotiens parti cuilibet orationis coniungitur, quæ à vocali incipiat, ne dictio multis conſonantibus oneretur. Si verò à conſonante pars aliqua, cui præponitur, incipiat, non eſt ponenda Ab præpoſitio, ſed a ſolum, vt: A fratre, à vicino, ab homine, ab vrbe. Abs verò apud nos nominibus, cum quibus in compoſitione venit, reſpuenda eſt: vt eſt, Ab vrbe venio, non Abs vrbe venio. Nam in compoſitione non eſt euitanda, vt: Abſcondo, abſtineo. Au, quoque his præponenda eſt, quæ à conſonantibus incipiunt. In, præpoſitio ſi compoſita ſit, & p, aut b, vel m, ſequatur, n in m conuertit, vt: improbus, imbuit, immutat. Quotiens verò g illam ſequitur, n amittit, vt: Ignaros, ignotus. Nam ignarus & Gnotus ſimplices ſint. Ad, præpoſitio interdum retinet d litteram, vt: Adfert, adfuit, interdum variat, vt: Ammonet, ammiuiculum. Plerumque euenit, vt conſonantes H quædam verborum aut vocabulorum coniunctæ huic præpoſitioni, mutentur, quando autem fiat, quando non, ſono internoſcimus, Accedo duo cc, Attuli duo tt, vt: Aſſiduus duo ſſ, Appareo duo pp, Alligo duo ll, Annuo duo nn, eſt enim vbi neceſſe eſt hanc litteram interire, id eſt, d, vt: Aſpiro, aſpicio. Nulla enim conſonans per d, intercedit, ſed omnino d deperit. Ex, præpoſitio ſequentibus b, d, g, l, m, n, litteris & u, & i, cum pro conſonantibus ſunt x litteram ammittit, vt: Ebibit, edidit, egeſſit, eluſit, emicuit, enarrauit: ſequente verò f, noſtra conſuetudine in eandem litteram mutat, vt: Effundo. Ob, præpoſitio interdum ponitur plena. vt eſt, Obire, oberrare, interdum in eandem litteram tranſit, à qua ſequens ſermo incipit, vt: Offulſit, ommutuit, oppoſuit, ſequente verò u, loco conſonantis poſita, integra cuſtoditur: vt Obuerſus,

ᵇ pranſus

ᶜ Cecilius eſt qui ſupra Lucius Cæcilius de quo in Cantio diximus

obuius.

A obuius. Sub, præpoſitio ſuperior, interdum b litteram ſeruat, vt: Subire, ſobeſſe, ſubauſcultare: interdum mutat in eandem litteram, à qua ſeqoens inchoat verbum, vt: Sufficit, ſuffigit, ſummouet, ſumminiſtrat, ſopponit, ſupprimit, ſuggerit, ſequente r: littera integra manet, vt: Subrado, ſubremigo, ſubrideo, nec vnquam ſequente c littera corrumpitur: b in s mutatur, ſequentibus t & c: vt Soſt.lit ſuſcepit. De, præpoſitio aut plena in compoſitionibus ponitur: vt, Deducere, demonſtrare, detrudere: aut correptione e litteræ corrumpitur: vt, Deorſum. Nam quando in i litteram tranſit, vt eſt,

Aera dimouit tenebroſum, & diſpulit vmbras:

non eſt a præpoſitione de, ſed dis, vt, diſtraho, diſpereo. Dis, præpoſitio ſequentem litteram s non amittit: vt, Deſpicio: ſequentibus verò b, d, g, l, m, n, r, amittit: vt, Dibucinat, diducit, digerit, dilacerat, dimouet, dinoſcit, diripit. Interdum s littera, ſequente r, in eandem litteram mutatur: vt, Dirumpo: ſequente f, conſuetudine in eandem mutat litteram: vt, Diffundo. Re, præpoſitio

B non tantùm plena præponitur quibuſdam partibus orationis: vt, Remouet, refricat, reſpirat ſed & d litteram aſſumit: vt eſt, Redire, redolere. Sed interdum d hæc littera geminatur, quotiens ab eadem littera ſequens incipit ſyllaba, & vna pars orationis expleetur: vt, Reddere dicimus, geminata d, Reducere autem ſimplici vtimur. Trans, præpoſitio interdum plena eſt: vt, Tranſtulit, tranſactum, tranſeo, tranſitus: Interdum minuitur: vt, Traicit, traducit. Sine, præpoſitio interdum aſſumptione litteræ d, corrumpitur: vt, Seditio, ſedulò. Pro, præpoſitio cum ſit naturaliter longa, interdum in compoſitione corrumpitur, partim correptione: vt, Proauus, partim aſſumptione litteræ d: vt, Prodeſt, proditus, prodigus. Interdum integra eſt & ipſa, & pars cui coniungitur: vt, Procuro. Sequentibus i & o, cùm pro conſonantibus ſunt, nonnunquam litteram perdit, aut mutat: vt, Prouidens: aut adſumit, aut corripitur: vt, profertur. Circum, præpoſitio ſequentibus vocalibus, m litteram in enuntiatione mutat, in ſcriptura ſeruat: ſed cum i & u vocales loco conſonantium

C poſitæ ſequuntur, & ſcribitur, & enuntiatur: vt, Circumuenis, circumiacet. Ante, præpoſitio interdum integra manet: vt Anteactum, antevenit, antecedit: interdum mutatione in i litteram corrumpitur: vt, Antiſtat, anticipat. Inter, præpoſitio in vna voce ſequente l littera, r in eandem mutat: vt, Intellego. Cæteris litteris ſequentibus vocalibus, pro voce integra manet: vt, Interius. Cuius, & Cui, pronomina per q ſcribebantur. Nos autem & ad breuitatem feſtinauimus ſcribendi & illam pinguedinem limare maluimus. Accerſo per c, & Acceſſo per t, ſed Acceſſo ſignificat aduoco: Acceſſo, repello, prohibeo. Coqui, [1] Gratus artigraphus per c primam ſyllabam, ſecundam per q ſcribendam putauit. Non enim dicimus Cocere, ſed Coquere, vt, Virgilius,

[1] Coqui vetus liber fortaſſe Gratius vel Cratius orthographus.

—apricis coquitur vindemia ſaxis.

V, littera in quibuſdam partibus orationis vitiosè inſeritur, vt in eo quod eſt vnguere, Virgil.

D *Vnguntur pennæ—* ſine u poſitum eſt: & illud,

Vngere tela manu, ferrúmque armare veneno.

Nam quominus vnguo debeat dici, euidenter apparet: quòd nullum verbum eſt vo terminatum, ſiue iunctim, ſiue ſolutim, vt non eandem o ſeruet in præterito: vt, Voluo, volui, Eruo, erui. Vngo, non vugui, ſed vnxi facie: quomodo Pingo pinxi: & tamen nomini quod hinc fingitur, ſic inſertam videmus o litteram vt euelli non poſſit, ſicut apud eundem Virgilium,

—& pingues vnguine tedas, & in conſuetudinem vſurpatum vnguentorum dicitur, quod tamen ſine u debet ſcribi. Leproſi à prorſus nimio ipſos ſcabiei dicti ſunt, & ideo per p ſcribi debent. Mille, numerus à quibuſdam per vnum l ſcribitur: quod milia dicimus, non millia. Alij melius per duo ll, exiſtimant ſcribendum.

CAPVT V.

Adamantij Martyrij de v & b.

E VA, ſyllaba præfulgens in capite nominis, per u vocalem ſcribetur: quoniam h apud Latinos littera plus valet quàm b muta, quia vocalis eſt: & dum craſſiorem exprimit ſonum, tranſit in conſonantium poteſtatem, vt: Vates, vanus, vagus, validus, vacuus, exceptis Baſo, Balineo, & Baculo, à quo Bacillus naſcitur deminutiuus. [2] Illa quoque nomina, quorum ſecunda ſyllaba in a litteram deſinit, per b mutam ſcribentur, vt: Bambalo, [Greek], bacca, balathro [Greek], balatus, [Greek], baratrum, barbarus, ac talia. Vt correpta, nominis principium obſidens, u ſimiliter habebit in ſcriptura, vt: Venenum, venena, verecundus, venerabilis, vetus, vehemens, vehiculum: ita tamen, ſi non ab aduerbio, quod eſt bene, compoſitionem habuerint

[2] Vide Ludouici Cationis commentarium 11.c.11.

F nomina. Hæc itaque per b mutam notabuntur, eò quòd aduerbium Bene per b mutam ſcribi ratio regulatum compellit. hac de cauſa, quòd conſtat quædã aduerbia à nomine venire, & ſi nominis datiuus caſus ſingularis in o deſinat, vltima o litteram e tam breuem, quàm longam conuerſa facit aduerbium, vt: Doctus, docti, docto, doctè: Malus, mali, malo, malè. Ergo & Bonus, boni, bono, bonè debuit facere. Sed ne vocatiuus caſus non aduerbium putetur, vt eſt, O bone vir, viſum eſt etiam ô litteram in e conuertere: vt hoc aduerbium, illud nomen iudicetur. Igitur à bono factum eſt aduerbium benè. Bonum verò per hanc litteram ſignificari, monſtrabunt ſequentia. Itaque ſi ab aduerbio, quod eſt Benè, compoſita fuerint nomina, per b mutam ſcribuntur, vt: Benignus, beniuolus, beneficus, duntaxat à benefaciendo, nam à veneno per u ſcribi nullus ignorat. Meminerimus tamen Beatum à ſuperiora abhorrere regula, quòd primam ſyllabam nulla ſequitur conſonans: Et quoniam huic opponitur re-

G gulæ, vehemens & vehiculum, ammonemus hoc facere aſpirationem, vt in multis, hic quoque u prælatam videmus, quam poni pro conſonanti poſſibile eſt. Ve, producta ſimiliter in capite conſtituta, ſi quidem maſculini vel neutri generis erunt nomina, in quibus hæc propoſita ſyllaba, per u vocalem, pro conſonante ſignabitur, vt: Venator, velum, veretrum, [Greek], venabulum. Si verò erunt fœminina, tantummodò, quorum origo à maſculino venire non concernitur, per b mutam ſcribentur, vt: Beſica, belua, beſtia: ita tamen ſi non duarum fuerint ſyllabarum, nam mutabunt ſcripturam, vt: Vena, veſpa, & his ſimilia. Hic quoque apponitur Beta, quæ Græcè [Greek] appellatur: quoniam in Græco idem genus obſeruari non potuit. Præterea quærimus cur veritas, & fœminini generis exiſtens, & ſuperans diſſyllaborum menſuram, per u, non per b, ſcribatur. Sed dicimus, quòd non eſt primæ nomen poſitionis, ſed deſcendit à mobili genere, eſt enim verus, vera, verum, ex quo naſcitur appellatio, veritas: & ideo pri-

H miformis ſui regulam neceſſariò defendit. Simili modo & Venatrix, maſculi ſui originem ſequitur. Vi, longa vel breuis, nomini præbens initium, ſi à numero bis, id eſt ſecundo, compoſita fuerint, per b mutam ſcribuntur, diſcretionis enim gratia, bis numerus per hanc litteram ſcribitur, vt ſeparetur à nomine monoſyllabo, quod vim & neceſſitatem ſignificat: veluti, Biceps, bilinguis, biformis, [3] bipartens, biennium, bimum, biga, biduum, bicolor, bipennis, biiugum, ac talia. Si autem pura remaneant numero u, traductam in [4] conſonantem poteſtatem habent poſitam, vt: Victor, vinum, vitis, victus, vinitor, vita, vidua, vipera, viator, vitiſator, præter Bitumen, quod neutri generis conſiſtens, numerum ſyllabarum excedit. Bile etiam diſcretionis cauſa dicitur. Nam ſi fel ſignificat, per b mutam: ſi abiectum aliquid, ac parui pretij, per u ſcribetur. Bibula autem à verbo, quod eſt Bibo, traducitur, cuius poſtea regulas dabimus. Vo, breuis vel producta,

[3] bipatens

[4] conſonantium

A

cta, ſeruans principium nominis, per u litteram, vocalis amiſſa poteſtate, ſcribetur: vt Voluntas, vorago, vocabulum, vomitus, votum: Botto tantummodò regulam ſuperante, eò quòd in tria genera diſpertitum ſit, cùm prædictorum mobilium recipit. Bu, ſeu producta, ſeu correpta fuerit, præpoſitam b mutam habebit: vt, Buxus, Buffo, Buſtum, Bucina, Bucula, & huiuſcemodi omnia. Nullo enim modo poterat ipſa ſibi u præponi, non coniuncta etiam aliæ conſonanti in prima ſyllaba: cùm tamen diſſimilis continuò littera fuerit ſubſecuta: vt Vultus, volgus, Vulcanus, per u Digammon ſcribentur. Nam ſi prima ſyllaba deſinat in conſonantem, ex qua etiam ſecunda incipiat, b mutam retinet ſcriptura: vt, Bucca, Bulla, & ſimilia. Vac, ſyllaba quotiens præpoſita fuerit, u vocalem habet pro conſonante: vacca, id eſt, iumentum: vaccinium ſcilicet flos. Nam Bacchus, & Bacha, Bachat, per b ſcribenda ſunt. Bec, & Bic, ſyllabis inueni deficere. Boc, vnum Barbarum didici, id eſt, Bocchos, quod b mutam habere cognoui in ſcriptura. Et ſciendum quòd nomina peregrina, ſi trahantur ad Latinum ſermonem, b mutam ſibi plerumque defendunt. Ideo autem diximus plerumque, quia ſunt quæ Latinis regulis ſeruiunt, vt Maſſiua; hoc enim nomen, licet Barbarum conſtet, tamen regulam Latinam ſcriptura conſeruat, quam ſuus locus monſtrabit. Buc, ſyllabam in vno repperi ſolummodò nomine, hoc eſt Bucca, quòd per mutam ſcribitur. Val, prima ſyllaba, ſi quidem littera fuerit conſecuta, per u ſcribetur: vt Vales, & vallum, nam Bellena & Balliſtra, per b ſcribenda ſunt. Si verò l, non ſequatur litera per b mutam ſignabitur: vt, Balteus, Balbus, Baluæ, id eſt, ianuæ: præter aduerbium valde, quod per detractionem i litteræ, dictum eſſe non dubium eſt, validè, eſt enim integra dictio, conſiſtit, vt arbitror: & hoc namque [*]venit de nomine: facit enim validus, validi, valido: ergo validè aduerbium facere debet. Inde ſi voluerimus in correptam emittere dictionem, primæ ſyllabarum ſubiaceat regulæ. Vel, ſi ſyllaba, ſiquidem ſola permaneat, erit coniunctio diſiunctiua, quæ per v omnifariam ſcribetur: ſi verò caput fuerit nominis, b mutam habeat in ſcriptura: vt, Bellum, belliſſimum & bellaria: præter Vellus, diſcretionis gratia. Nam ſi per u vellus ſcribatur genere neutro, ac declinatione tertia nuncupetur, vt lanam ſignificet, hoc vellus enim, huius velleris facit; ſi autem per b mutam notetur, genere maſculino ac declinatione ſecunda declarabitur, vt ſcitum denuntiet. Hic enim Bellus, huius belli, ſcitus, vel iocoſus, per caſus declinabitur. Vil, ſyllaba ſi fuerit antecedens, u vocalem habebit pro conſonante, vt: Villus, veſtimenti: villa, poſſeſſio. [*]Bam etiam vocalibus aliis interuenientibus in prima nullius nominis enuntiati cognoui: niſi in gluſſematibus, Bammum, ἐμβαμμα, atque Bambalo, [illegible]: quæ per b, mutam ſcribuntur. Van, & Ven, & Vin, ſyllabæ, u, vocalem habebunt pro conſonante, vt: Vannus, ventus, vindicta. Vap, præfinita ſyllaba, u vocalem habebit pro conſonante, vt: Vappa, [illegible], alias vocales inter u & p collocatas inueni deficere. Bar, cùm incipit ſyllaba, b mutam habebit poſitam, vt, Barrus [illegible], bardus [illegible], bargus [illegible], barba, Excipitur nomen proprium Varro tantummodò, Ver, & Vir, ſyllabæ longæ vel breues, u vocalem loco poſitam conſonantis habebunt, vt: Vertex, virgiliæ [illegible], verbum, [*]virum, virga, virgo, virtus, virbina. Excipiunt ab hac regula tantummodo [*]Berna, quod nomen licet ego inuenerim per u ſcriptum, tamen Mennam in luſtris memoriæ audiui, Mennonium, hominem omnis facundiæ iudicem, ſe dicentem de hoc reprehenſum à Romano quodam diſertiſſimo, quòd per hanc enuntiauerit litteram. Nos quoque notauimus, ac temptauimus rationem reddere, quaſi diuerſitatis cauſa: Si enim Berna, domi genitus, ſignificet, id eſt [illegible], communone eſt duum generum ſecundum veteres, trium verò ſecundum eam ſententiam: & per b mutam ſcribitur. Si verò temporale quoddam denunciet, erit mobile. Quare? Namque vernus, verna, vernum fit, vt ſi quis dicat, vernus ſol, verna hirundo, vernum tempus: & u, ſicut primitiuum eius, in ſcriptura tenebit. His ita ſe habentibus, poſſumus etiam intelligere Bernam dictum eſſe eum, qui in bonis hæreditatis notus eſt. Bona verò per b litteram ſcribi ſupradicta ratio demonſtrat. Vor, ſyllabam neque breuem, neque longam in Latino ſermone, vlli inueni præpoſitam nomini, niſi vortex, pro eo quod eſt vertex: ſicuti volnus antiquos figuraſſe meminimus. Bur, ſimiliter cognoui deficere, præter hoc quod in proprio dicimus nomine, id eſt, Burra: quod etiam per b mutam ſcriptum eſſe ſecundum regulam nouimus in ſupradictis expoſitam. Bes longam ſimiliter nomen monoſyllabum repperi, ſignificat autem vncias octo; quod b mutam tenere conſuetudo tradidit in ſcriptoris, breuem inuenire non potui. Nam veſper, veſtir, ac ſimilia, licet per u vocalem pro conſonante ſcribantur, tamen iuxta rationem ſupradictam, vbi fecimus Bes [*]longam, debent per s ſcribi: quoniam s littera ſequenti ſyllabæ ſine dubio iungitur. Vos, ſi pronomen fuerit, in monoſyllaba per u litteram ſcribitur: cum verò diſſyllabum fuerit, id eſt vobis, prima ſyllaba per u, ſecunda per b ſcribetur: quando autem iumenti nomen inuenitur, vt eſt,

B

C

D

E

F

G

Margin notes: [*]venit

[*]Vide Ludouici Caſtionis antiquarum lectionum Commentariorum 11. c. 11.

[*]Virus, Ita hunc locum ex veteribus libris reſtituimus antea corruptum. Vide Pithoei aduerſariorum lib. 1. c. 6.

--*Procumbit humi bos*, b mutam habebit in monoſyllabo nominatiui & vocatiui caſus. Cùm verò per alios caſus cœperit geminari, in prima ſyllaba, b continet, in ſecunda u, vt: Bouis, boui, bouem, à boue, ſicut in ſupradicto pronomine variatis commutatio litteris conſtat effectum. Bat, in vno tantum repperi nomine generis neutri, pluraliter enuntiato, id eſt, Battualia, quæ vulgò battalia dicuntur, quæ b mutam habere cognouimus, exercitationes autem militum vel gladiatorum ſignificant. Inde etiam [*]Battuatores vel [illegible] dici puto. Vir, per u ſcribitur: vt, Vita, Vix, & vox, monoſyllabas didici tantummodò, quæ per u litteram ſcribentur. Alias vocales x quidem litteræ antepoſitas, b autem litteræ cohærentes. Latina neſcit omninò facundia,

CAPVT VI.

De mediis ſyllabis eiuſdem Adamantij Martyrij.

Adamantius Martyrius. De mediis ſyllabis.

DE ſyllabis in capitibus nominum poſitis quantum potuimus, ſine prætermiſſione tractauimus. Notum enim omnibus eſſe credo quia neceſſe b litteram ſyllabæ præpoſitam, ſi conſonans fuerit conſecuta in quacumque dictione, eam ſine dubio ſcribi: vt Blandus, gibbus, [illegible], brauium, latebræ, tenebræ: atque omnia talia. Nunc rationabilius mediæ ſyllabæ [*]nomen ſortientur laborem. Va, ſyllaba in medio nominis poſita, per v ſcribetur: vt, Auarus, [*]caluare, præter Carbaſum, quod nomen Græcum magis quàm Latinum arbitror. Ambages enim per b mutam notatur, aut quòd præpoſita eſt in littera, aut quòd ex duobus corruptis nomen arbitramur compoſitum, quaſi vade dicitur & ambire: & proconſina, vel appellatiua, vel traducticia, ſiue factitia, id eſt, quæ ex aliis facta ſunt, notare debemus, ſequente prototypa, id eſt primas poſitiones; vt, nouus, noualis, riuus, riualis, & deriuatum ab Alba, Albanus, à ſylua, ſyluanus, à priuo, priuatum, à libo, libatum. Ve, correpta, ſiue ſola fuerit, ſiue adiecta conſonanti, per u vocalem, loco poſitam conſonantis notetur: vt, iuuenis, alueus, fouea, aduena, iuuencus, cauerna, nouerca, & aduerſus præpoſitio, præter Trabeam, Gubernator enim licet per b mutam ſcribatur, tamen hoc nomen arbitror à guberno verbo figuratum conſiſtere: cuius regulas poſteà meditabimur: cùm ad tractatum b litteræ tranſitum in nomine poſitæ venerimos: ita tamen, ſi non diminutiua nomina, vel deriuatiua fuerint. Illa enim ſicut ſuperiùs diximus, prototypa ſua ſequentur: vt,

H

Margin notes: [*]nouum caluaria.

libet,

liber, libertua, libellus: vel bymber, bymberuus: flabrum, flabellum: tabula, tabella: taberna, tabernaculum: bellator, imbellis vel imbecillis: ſabula, fabella, quæ omnia per b mutam ceu primiformia ſcribentur certiſſimè. Be producta, per b mutam omnifariam ſcribetur, vt Verbena, tubera, ambeſum, habena. Excipitur Auena, quæ ſignificat tibiam, vel ſtipulam, diſcretionis gratia. Nam Seuerus, quia à ſæuo venit, poſteritatis cauſa ve ſyllabæ conſequitur regulam. Vi, breuia per u vocalem habentem vim conſonantis, ſcribetur: vt, Fauius, flauius, auidus, fluuius, ciuitas, fauilla, prouincia, exuuiæ, manuuiæ, obliuium, diluuium, ſuauium, liuidum, ſimpuuium, [illegible]: præter obitum nomen, & ſubitò, atque obiter aduerbia: quæ ob & ſub, vtpote præpoſitiones, antiquos puto in ſcriptura ſeruaſſe, b litteram, non mediæ, ſed primæ adiungentea ſyllabæ. Vibius etiam abſtractus à regula, quoniam virum bis factum eſſe memorant: quem numerum per b mutam ſcribi antedicta declarant, quidam virum bonum, alij herobium, tanquam ſit [illegible], Alij Deum eſſe qui præeſt, interpretantur. Ambigua namque, m ſemiuocali præpoſita in vna eadémque dictione, nunquam u littera pro conſonante ſequitur. Huic opponitur quamuis: ſed hoc videtur eſſe compoſitum, cùm poſterior vis ſyllaba ſubiungitur plurimis: vt abs quouis, quorumuis, vtrumuis, ac talia. Obſeruandum tamen, ne ea pura ſyllaba terminauerit nomina. Si enim fuerint ita enunciata, per b mutam mediæ ſyllabæ ſine dubio ſcribentur: vt, Abies, ſcabies, rabies: at hæc quoque ſpecies bipertita conſiſtit. Nam ſi triſyllaborum maiorem habuerit numerum per v neceſſariò notabitur: vt, Illuuies, proluuies, ingluuies, ſubluuies. Li ſyllaba terminata, per b mutam ſcribi compulit nomina: vt, Nobilis, mobilis, laudabilis, mirabilis, debilis, habilis, effabilis: exceptis ſeruili, ciuili, & ouile: quæ à ſeruo, à ciue, atque oue, à vis ſyllaba poſteritatis dum ducunt originem, cuius poſtea regulam meditabimur. Licet enim habitus, eacubiæ, probitas, arbitrium, dubium, ac talia, per b mutam ſcribantur, tamen hac de cauſa, quoniam à verbis figurata conſiſtunt: & ſciendum, quod quæcumque nomina cum verbis habent ſocietatem, verborum regulis, quæ poſtea cum loco ſuo dederimus, ipſa quoque neceſſariò ſubiacebunt. Bi, longa ſi penultima fuerit, per b mutam ſcribetur: vt, Libido, rubigo, tibicen, ambitus, concubina, cubile. Sed b etiam maniſeſtamus, quòd harum quædam in transfiguratione corripiuntur: vt, Tubicen, tibia, cubile, cubitus, vel connubium: quæ licet vim longarum amiſerint, tamen eandem ſcripturam & in deriuationibus deſiderant cuſtodire. Sciendum præterea, quia ſi in compoſitis nominibus, vel antepenultima ſede, vi longa inciderit ſyllaba, per u vocalem pro conſonante ſcribetur: vt, Iouitus, diuigenus, Lauinia, priuilegium, ac talia. Priuignum etiam huic regulæ inſeruire non dubito: quod per detractionem e litteræ dici puto. Priuigenuum enim integram magis eſſe dictionem noſter animus arbitratur. Ammonemus quoque, quod in deriuatiuis hîc etiam, ſicut vbique, ſpectauimus primiformium regulas: vt, Ceruia, ceruicale, Puluis, puluinarium: quas à poſteritate ſyllabæ venientes paulò pòſt tetegemus. Hanc regularum diuiſionem confirmat ſcriptura conuiuij. Nam ſimili tempore viui ſyllabæ conſtituit: notatur ſimiliter quæ prior, id eſt, antepenultima longa eſt, vt ſpeciem regulæ meruit paulò antè memoratæ, vbi meminimus vi longam in ante penultima ſede conſtitutam per v vocalem habentem vim conſonantis neceſſariò ſcribi: manens altera breuis, ſupradictæ ſeruit regulæ, vbi diximus, vi breuem in medio nominis poſitam, per u notari. Regulam ego abſurdè non arbitror eſſe diuiſam. Vo, ſyllaba longa vel breuis, in medio nominis poſita, per u ſcribetur: vt, Aduocatus, friuolum, deuotus, Fauonium, diuortium. Abortus & Suboles, regulam præpoſitionis, vt puto, ſequuntur. Bu ſyllaba per b mutam notetur certiſſimè: vt, Tribunal, robuſtus, vocabulum, ſtabulum, ebulum, veſtibulum, cunabulum, moribundus, furibundus, atque omnia talia: Auunculo tamen nomine minùs regulæ connumerato: ideóque formam deminutiui, vel deriuatiui ſeruare minime dubitatur, & quaſi venire ab auo demonſtratur. Auum verò per u digammon ſcribi ſuus locus monſtrauit. Hæc de mediis ſyllabis.

CAPVT VII.

Item eiuſdem Martyrij de vltimis ſyllabis.

Adamantius Martyrius. De vltimis ſyllabis.

Reliquum eſt vltimis nominum ſyllabis imponere ſtudium. Va ſyllaba nominis terminata, ſiquidem l antelata littera, vel vobis natura longa in penultima fuerit, per u ſcribetur: Silua, malua, vlua, vulua, clauα, vua, ſtiua, oliua, ſaliua: præter Balbua, ſi tamen prior ſyllaba per b mutam ſcribetur, diſcretionis gratia: ideo ne non fores, ſed ineffabile vocis denunciet. Nam ſi per b mutam enuncias [illegible], per u digammon vltimam ſcilicet ſyllabam, de qua & nunc loquimur, Tauellas ſignificat. Perſius, *Balba de nare locutus*: ſi verò hæc, id eſt l, non præfulgeat littera, per b mutam ſcribentur: vel ea vna vocale natura longa non erit penultima. B muta decenter in ſcriptura tenebit locum u: ita tamen ſi non à maſculino genere nomina fuerint figurata: vt, herba, tuba, turba, larba, *ſuperbus*, barba, obba, gleba, pronuba, orba. Excipiuntur Caterua: Mineruα, quæ diſſyllaborum huius regulæ ſuperant numerum, habent longam poſitione penultimam. Ve ſyllaba correpta, per u ſine dubio ſcribentur, ſiue a ſe oriantur nomina, ſeu ab aliis veniant: vt, Conclaue, ſuaue, ſiue, quidue, atque his ſimilia. Bi non inueni terminatam, niſi in pronominibus datiui caſus, & in aduerbiis quæ per b mutam omnifariam ſcribuntur: vt, tibi, ſibi, vbi, ibi, & in pluralibus nobis, vobis. Et ſemel ſciendum, quotcunque nomina, ſiue pronomina in datiuo caſu ſingulari vel plurali b litteram habeant, in alio caſu penitus eadem non fulgente littera per b mutam ſcribentur, vt, Omnibus, ſimilibus, pluribus ac talia. Bo, ſyllaba definita, per b mutam ſcribetur: vt, Turbo, & orbo, bubo & tabo, licet per ablatiuum caſum enuncietur: excepto Pauone ſolummodò. Bal, ſyllaba terminata, per b mutam ſcribentur. quæ in barbaris nominibus, aut Latinis nos nouimus inueniſſe: vt, Hannibal, Haſdrubal. Alias vocales inter b & l conlocatas reperire non potui. Bem, & bam ſyllabas, cum aliis vocalibus in nominatiuo caſu à Latino ſermone abhorrere cognouimus, excepto vno nomine, ſignificat autem indeclinabilem numerum qui per u ſcribitur: notatis etiam quibuſdam neutralibus quæ poſtmodum aliis ſubiiciemus generibus. Bar, & Ber, ſyllabæ terminatæ, per b mutam ſcribentur ſi diſſyllaborum non egrediantur numerum, quorum naturaliter longa minimè carebit penultima: id eſt, ſi non fuerit triſſyllaba, quæ naturalem longam non habebit penultimam; vt, iubar, liber, imber, vber, faber, ſuber, Calaber, Mulciber. Si enim triſyllaba fuerint neutri generis, quæ longam penultimam naturaliter habebunt, per u vocalem loco poſitam conſonantis notentur: vt, Cadauer, papauer, & ſimilia. Nam Puluer licet ſit diſſyllabum: tamen antiqui, quoniam duplicem nominatiuum, enuntiare maluerunt, non ſolùm enim puluer, ſed etiam puluis hac de cauſa per u ſcribitur. Vir per u vocalem vim conſonantis habentē ſcribitur, vt: Semiuir, Triumuir, licèt compoſita, non ſimplicia ſint. Vaor, per u notetur, vt: Liuor, & Mauors (ſi tamen hoc nomen in hac parte poni neceſſarium ducimus, quidam enim non ſolum Mars, ſed etiam Mauors, vo de & Mauortia, dicere volunt) excepto arbore quod nuncupatur & Arbos: quæ per b mutam ſcribi docuit conſuetudo. Nam Lauor, fauor, ſeruor, pauor, ex verbo figurata, verbi quoque non abnegant regulam. Bur, ſyllaba terminata, b mutam in ſcriptura tenebunt,

A vt, Ebur, robur. Ves, breuis deſinitáque ſyllaba, per u vocalem pro conſonante ſcribitur, vt diues. Bes, longa cùm fuerint terminata, b mutam tenebunt in ſcriptura, vt: Labes, tabes, pubes, nubes: quamuis nubis quidam nominatiuum enuntiare maluerunt. Vis per v vocalem loco poſitam conſonantis, vt, ciuis, niuis, nauis, clauis, grauis, puluis, ſuauis. Licet enim Scrobis & Orbis per b mutam ſcribantur, tamen hac de cauſa: quoniam quidam nominatiuum ſingularẽ ſine i littera enuntiare voluerunt. Bos per b mutam, vt Arbos, ſicut ſuperiùs meminiſſe cognoſcimur. Bus, ſiquidem maſculini generis nomina fuerint, per b mutam ſcribentur, vt: Cibus, nebus, morbus, tubus, globus, nimbus, lembus, lumbus: Neruo notatu ſolummodò: quod ſi illi e longa fuerit præpoſita, faciet verbum. Eneruo enim ἀντιστρέφω poſitio verbi dicitur, cuius rationem cùm de verbo loqui fuerimus, monſtrabimus reddere. Obſeruabimus tamen, ſi diſſyllaborum non egreſſa fuerint numerum, aut penultimam ex vna vo-

B cali naturaliter longam minus habeant, non mutabunt ſcripturam, vt: Riuus, cliuus, aceruus, nominatiuus, & cæteri. Sed quòd Corœbus ſupergreditur numerum diſſyllaborum, per b mutam notatur. Sciendum autem quòd ideo hanc litteram tenuit in ſcriptura, vel quia peregrinum nomen, minimeque Latinum exiſtit, vel quòd penultimam longam non ex vna vocali, ſed ex diphthongo meruit. Si verò mobilia vel promiſcua fuerint, per u vocalem loco poſitam conſonantis ſcribentur, vt: Nouus, noua, nouum: Sæuus, ſæua, ſæuum: Ceruus, cerua: Curuus, curua, curuum: Toruus, torua, toruum: & Clauus, claua, clauum: licet alia per genera ſignificationem ſuſcipiant. Auus, aua: Ceruus, cerua: Flauus, flaua: quam ſimiliter alter intellectus ſequitur, niſi fœmininum diſcretionis gratia per b mutam voluerimus ſcribere. Caluus, calua, vt Ceruus, promiſcuum: vt hic Clauus alterum peregrinus ſignificans. Orbo, gibbo, probo, ſubductis à regula, albo etiam diſcretionis gratia: Nam cùm ventrem ſignificet, per digammon u: cùm colorem, per b mutam ſcri-

C betur, certiſſimè. Sciendum ſimiliter, quia hic quoque diſſyllaborum ſuperantia numerum, eandem ſcripturam retineant: vt, Superbus, ſuperba, ſuperbum: Acerbus, acerba acerbum: & Palumbus, promiſcuè, licet Virgilius fœminino genere extulerit,

Nec tamen interea raucæ tua cura palumbæ.

Excipitur Proteruus. Nam Laſciuus per u ſcribitur: quoniam longam naturaliter penultimam tenuit. Et ſciendum, quòd ſiue erunt diſſyllaba, ſiue hunc ampliauerint numerum, ſiue vnius, ſiue trium generum fuerint, ſi ſecundam ab vltima longam habeant, omnia per u vocalem pro conſonante ſcribentur: vt, Riuus, cliuus, flauus, poſitiuus, compoſititius, & alia. Meminerimus tamen, quòd mobilium nominum fœminina, neutráque genera, ſimilem maſculinorum ſuorum ſcripturam ſuſcipiunt: vt, Flauus, flaua, flauum: Albus, alba, album, ac talia: Sed quæ non omnia in bus deſinentia exiſtunt mobilia, ſicut in principio huius regulæ genera diuidentes nos diſſeruiſſe meminimus.

D Quædam enim maſculini generis inueniuntur ſolummodò: vt, Cibus, nimbus: quædam maſculini & fœminini, vt, Ceruus, cerua: quædam neutra, vt Æuum: ſciendúmque etiam neutra, quæ à poſteritatibus ſyllabæ non veniunt per u digammon ſcribuntur: vt, Ouum, aruum, heruum: excepto libo, id eſt πινάκιον. Verbum, enim vltima ſyllaba per b mutam ſcribiunt hac de cauſa quòd à verbere dictum eſſe veteres exiſtimarunt, cuius rationem in antelatis tradidiſſe cognouimus. Vax, & vex & vix vnum tantummodo nomen per vnamquamque ſyllabam reperi terminatum: vt, viuus, vibex, vernex, ceruix: quorum mediam per b mutam, quæ verò vtrimque vel extrinſecus ſunt, per u ſignificari cognouimus. Reliquas ab his conſonantibus inſertas vocales Latinum minùs adſcribit eloquium. Ea verò, quorum ſolutio ſuperiùs compromiſſa eſt, in tractatu ſequenti de b littera tri-

E fariam in nomine poſita, congrua declinatione pateſcent.

CAPVT VIII.

Eiuſdem Adamantij Martyris de b littera triſariam in nomine poſita.

B Littera triſariâ in nomine poſita.

DE b littera, triſariam in nomine poſita quantum poſſibilitatis fuerit, ſufficienter, vt puto, tractauimus. Ab expoſitis enim rectè iam intelligere poſſumus, ſi quid euenerit dictorum contrarium. Ibi namque conſiderare debebimus, ne aliquod diſſimile fuerit, vel genere, vel numero ſyllabarum, vel temporum ſignificatione, vel ſi ex alia parte orationis deſcenderint: quæ obſeruantes, minus, vt reor, errabimus. Reſtat nos de b littera quæ ſimiliter in verbis etiam inuenitur, tractare, plenam imponentes, vt puto, laboris rationem. Nam ſi ex nomine verbóque oratio perfecta componitur, hanc quoque partem & im-

F meditatam relinquere non neceſſarium, & ſupra eam laborare non ſuperuacuum iudico. De hac igitur parte regulas, quãtum poſſumus breuiter meditemur: Indicatiui modi primam inſpicientis perſonam, verbi ſcilicet actiui, vel etiã neutri: ſicut enim actiuum, ſic & paſſiuũ ſcribetur. Nam in communibus, & deponentibus, nullam inuenire potui quæſtionem: ex datiuis enim in nomine regulis, exponendiſque quæ in verbo inueniuntur, indicabuntur faciliùs. Primæ autem ſyllabæ perſonæ ſimilem formam ſequentes retinere non dubium eſt, & quæ omnia prima ſyllaba verborum in communibus aut deponentibus. Media quoque per u vocalem loco poſitam conſonantis ſcribitur: excepto Bibulo, Bullio, etiam iuxta quam in prima nominum ſyllaba dedimus rationem. Bibo quoque propter diſcretionem, u vita per v: à potu, per b ſcribendum eſt: & Abeo, id eſt diſcedo, abeo, circumeo, ſubeo, ſuccedo, ac ſimilia, præpoſitionum gratia per b arbitror

G ſcribenda: etiam deponentia b mutam in ſcriptura tenere vſus & conſuetudo antiquitus tradidit. Reliquas, vt vires ſufficiunt, vna regula generali tractate tentabimus quoque in regulis, nominibus datis firmis ac manentibus, etſi in verba figurentur. Vt enim verba in nomen ducta, verborum regulas non amittunt, ita nomina loco poſita verborum, origine regularum carere non poſſunt. Ergò ſi tempus præteritum modi indicatiui, in vi terminauit ſyllabam, media atque vltima ſyllaba perſonæ primæ temporis præſentis, per u vocalem loco poſitam conſonantis ſcribetur: eo quòd omne præteritum perfectum vi ſyllaba terminatum, præter Bibi, per u ſcribitur. Foueo, foui, Faueo, faui, Moueo, moui, Paueo, paui, vel cauaui, Lauo, laui, Iuuo, iuui, Seruio, ſeruiui: exceptis † Lambio, lambiui, Ambio, ambiui, ac talibus, quam litteram præpoſita ſcriptura mutauit. Ferueo, & ſi in præterito perfecto ferui facit per u, cui etiam ego magis aſſentior, ferbui per b mutam ſcribetur,

Lambo, lambui, ambio, ambiui, verus liber forte cambio.

H ita tamen, ſi primæ coniugationis ac primæ ſpeciei verba non fuerint. Illa enim per b mutam ſcribentur: vt, Libero, liberas, liberaui: Guberno, gubernas, gubernaui: Exubero, exuberas, exuberaui: Sibilo ſibilas, ſibilaui: Dubito, dubitas, dubitaui: Hebeto, hebetas, hebetaui: Titubo, titubas, titubaui: Habito, habitas, habitaui. Excipiuntur Inuito, & deuio, iuxta rationem quam ſuperius diximus, omnem primam verborum ſyllabam, præter hæc quæ paulò ante numerauimus, per u ſcribi: quoniam in & de præpoſitiones eſſe nemo dubitat. Nauigo enim & Aceruo, ὁμωνυμῶ ναυτίλω, ac talia, in nomine datis ſubſeruiunt regulis, & hæ quæ ſpecies in duas partes diuidit. * Nam ſi diſſyllaba fuerint, ſcripturam mutabunt: vt, Leuo, leuas, leuaui: Seruo, ſeruas, ſeruaui: Curuo, curuas, curuaui: Nouo, nouas, nouaui: Ouo, ouas, ouaui: excepto Orbo. Nam

A turba à turbo nomine deſcendens, Ba, ſyllaba poſteritatis iure detinuit regulam. Probo enim puto dici per detractionem t litteræ, cùm contrarium eius Exprobro nuncupatur: & ideo b mutam arbitror apponendam, iuxta regulam, quam nominibus nos dediſſe meminimus. Et Libo a Græco * tranſlatum eſſe confidimus, vt eſt ~.

* delinatum

Præterea quærimus, quare verbum Eneruo, diſſyllaborum ſupergrediens numerum & coniugationis primæ, ac primæ ſpeciei conſiſtens, non per b mutam, ſed per u ſcribitur: & dicimus, quæſtionem ſoluentes, quæ eſt longa, præpoſitio eſt, & ideo diſſyllaborum arripuit regulam: ſed quia euenit quædam verba in vltima quidem aut antecedente ſyllaba primæ perſonæ u litteram non habere, in ſecunda verò continere perſona: vt, Volo, vis, Malo, mauis: quædam in præterito anteperfecto, non tamen in præpoſitione ſua: vt, Gaudeo, gauiſus ſum: & ruſus in præterito perfecto u litteram penitus non habente, alias perſonas in temporibus aliis eandem te-

B nere litteram: vt, Viuo, vixi, ſciendúmque etiam illam u litteram, vocalem pro conſonante haberi in ſcriptura. Si verò præteritum ſupradictum in Bui, aut in ſi, aut in p ſyllaba deſinat, per b mutam ſine dubio ſcribentur: vt, Præbeo, præbui, Iubeo, iuſſi, Scribo, ſcripſi, ac talia. Credo etiam de verbis hanc regulam nos dediſſe pleniſſimam, cùm temporis omnis præteriti imperfecti vltimam ſyllabam, modi ſcilicet indicatiui, per b mutã: vt, Amabam, volebam: & præteriti perfecti eandem vltimam, & pluſquamperfecti penultimam, per u vocalem loco poſitam conſonantis: vt, Amaui, amaueram, Volui, volueram. Futuri quoque einſdem terminus: ſi primæ & ſecundæ tertiæque productæ coniugationis verba fuerint, per b mutam ſcribentur: vt, Amo, amabo: Voco, vocabo: Doceo, doceo, docebo: Moneo, monebo: Nutrio, nutribo, Audio, audibo: Et ſubiunctiui ſeu coniunctiui vltimas per u vocalem pro conſonante ſcribi debere, antiquos tradidiſſe cognoſcimus, vt, Volebam, volueram, voluerim, voluiſſem, voluero, ac talia, eorum ſcili-

C cet verborum, quorum prima perſona aut u vocalem habuerit pro conſonante in vltima ſyllaba: vt, Leuo, priuo: aut penitus eadem littera non apparente, eodem loco ſcilicet, eadémque perſona, vt, Habito, hiberno, amo, doceo, ac talia. Nam quæ habebunt b mutam in prima ſyllaba præſentia, vt dictum eſt temporis, quorum præteritum in bui, aut in pſi ſyllabas deſinit, eadem b mutam in omnibus temporibus modorum omnium, vbicunque inciderit, ſeruare deſiderant.

CAPVT IX.

Euticis de Aſpiratione.

Euticis liber de Orthographia

QVamquam alias quoque voces ad aſpirationem pertinentes non paucas, quæ non erant ab idoneis auctoribus frequentatæ, ſciens præterij, ne nimia lon-

D gitudine voluminis eſſem moleſtus: tamen quoniam pleriſque legentium plus libet ſterilis breuitas, quàm vtilis commentariorum prolixitas, quaſi per epitomen, eadem mihi repetere placuit, & omnium tam veterum teſtimoniis, quam reddita vbique rationibus præmiſſis, ipſas tantummodò meas ruſus exponere regulas, vt antedicta ſtudioſioribus, & poſteriora ſatisfacere videantur his qui longiora faſtidiunt. Omnis vox in Græca vel barbara, ſitum ſeruat apud Romanos, tam in vocalibus, quàm in conſonantibus ſpiritum: vt, Holus, Hecuba, Hegio, Hieron, Homerus, hymen, hora diei, Thybris, Phœbus, Chorus, Rhenus, Hannibal. Omnes articuli à vocali incipientes, cum aſpiratione proferuntur: vt: Hic, hæc, hoc: hi, hæ, hæc abſque vocatiuo o & a. Aduerbiis tamen localibus aſpiratur: vt hic, huc, hinc, hac: niſi cum pronominibus componuntur. Illic, iſtic, iſtæc, iſtuc, iſtac: tunc enim amittit colliſione vocalium ſpiritum, quem aliæ compoſitiones etiam in me-

E dijs ſemper vocalibus ſeruant: vt, Adhuc, prohibeo: exceptis paucis corruptis, quæ excludunt penitus ſpiritum, ſicut ſuperiùs dictum eſt: vt, Poſtumus, poſthuma, tum, id eſt, poſt ſepultum patrem natus Bimus, Trimus, Quadrimus, quaſi à bis, ter, quater, & hieme dicta. Manubrium, manu haberium: Peteredium à petandis hæreditatibus, cùm hoc ipſum etiam quibuſdam ſolet euenire ſimplicibus, vt Veho, traho, vexi, traxi: Mihi, mi, Nihil, nil: Prehendo, prendo: Vehemens, vemens, & ſimilia, ſicut antè relatum eſt. Omnis vocalis, vocali inlata, ſeu diuiſa, ſeu in diphthongo copulata, caret aſpiratione: vt, Euius, æneus, ędes, ædilis, æger. Ælius, Æmilius, æquus, æquutum, æs, æſtimo, æſtas, æuum, auceps, audeo, audax, auius, audio, augurium, augeo, aufero, alucum, aura, auris, autum, auſculta, autumo, & aut coniunctio: exceptis Ædis, aureo, haud, haurio, hio, hiſco, & quicquid ab his componitur, vel deriuatur. Nam hæc aut articulo aſpiratur, Heu & hei: aut interiectionibus, & verbo heiulo, quod ab Ei vel heu traductum eſt. Heus, & heia

F & aduerbiia vel interiectionibus. Omnis vocalis, b ſequente, leniter enuntiatur: vt, Abies, ebur, ibi, ob, vber: notatis habeo, habes, hibicus, & quicquid ab vnoquoque eorum fit. Omnis vocalis, c ſequente, leniter profertur. vt, Acies, ecce, oculus, ocior: abſque articulis & aduerbiis. Cùm mutatur, vocalem aſpiratam ſequitur. In pronominibus modò aſpiratur: vt, Hic & hæc & hoc. Omnis vocalis, d ſequente leniter enuntiatur: vt, Ador edax, odor, vdus, Notatur in Hadria, hedera. Hodie enim ex hoc die compoſitum ſeruant articuli aſpirati ſcripturã. Omnis vocalis f, g, l, m, p, q, r, n, pro conſonante, ſequentibus, caret aſpiratione: vt, Afer, ager, ala, apis, aqua, ater, anus, affecto, egeo, enim, epulæ, equus, &, coniunctio, ignis, iter, opus, ociũ, ouis, vter, vua. De agni enim apſo, id eſt vellere, in ſuperioribus dictum eſt. Omnis vocalis l ſequente, abſque e, leniter enunciatur: vt, Alia, aler, alo, id eſt nutrio, albus, id eſt, color, alga, almus, alnus, alius, aluus, id eſt venter, ilex, ilerda, ilico, ille, olor, id eſt cygnus, oleum, vlcus, vlciſcor, vlmus, vlna. Notantur halo,

G verbum, hilum, hilaris, holus, nomina. E enim ſequente l, plerunque grauiter effertur: vt, Helluo, * heluus, helucus, helops, & quicquid ab vnoquoque eorum fit. Omnia vocalis m ſequente, leniter enunciatur: vt, Amor, amicus, amœnus, amans, amictos, amurca, emo, emax, imus, immò, omen, omaſum, omentum, vmor, vmerum, vmidus: notatis hamus, hamen, homo, humus, & quicquid ab his fit. Omnis vocalis n ſequente, leniter effertur: vt, Annus, anulus, enſis, inanis, inicium, inula, onus, onuſtus, vnus, vnicus: notatis honor, honeſtas, & Iohannes: vel peregrinis & Punicis vocibus: vt, Hannibal, hanno, haënna, & innulus vel hinnulus, & quicquid ab his fit. A, vel u vocales r ſequente, leniter enunciantur: vt, Area, aries, aranea, arcus, arma, arduus, artus, aro, vrtica, vrna: notatis Hara, harena, harundo. Nam Harmonia, harpyiæ, harpalice, Græca ſunt: & ob hoc aſpirantur. E vocalis, r ſequẽte, leniter effertur: vt, Erus, error, eruum, ergo: niſi poſt r ſequatur b, vel u, vel s, vel e, longa: tunc enim grauiter enunciantur: vt, Herba, herbidus, herbilis,

* Hellus

H herboſus, proprium Herne, vnde eſt, Hernica ſaxa colunt. Herſilia, heres, heredium, Herennius proprium, & Hercules à Græco per ſyncopen factum, iure habet h aſpirationem. Heri, & aduerbium temporis, differentiæ cauſa, ne genitiuus putetur, ab eo quod eſt Erus, eri. I vocalis ante, r ſemper aſpiratur: vt, Hircus, hirquitallis, hirpinus, hirſutus, hirrus, hirtaleus, Hirtus proprium, niſi aut monoſyllabum ſit: vt, It: aut ex more verbi, vt Eo, is, irem, ires, ire, id eſt artus, aut niſi a poſt r ſequatur: tunc enim aſpiratione caret, vt, Ira, iratus, iracundus, iraſcor, & quicquid ab vnoquoque eorum fit. O vocalis r ſequente, leniter effertur, vt: Orbus, orcus, ordior, orſus, orior, oriens, ortus, id eſt natus. Si verò alia r ſequatur, aut r, hoc fit non ex declinatione verbi, nam tunc & aſpiratur: vt: Horreo, horror, horreum hortus, holcum, horrenſius, notatur ordeum. A, vel e, vel u, vocales, s littera ſequente, carent aſpiratione, vt: As, aſſis, aſtutus, aſcendo, aſpicio, eſca, eſt, eſſem,

A aſſemus, vſus, vſora. Notantur Haſta, haſtile, baſtim, heſternus (eſt enim ab herˈaduerbio) & Heſpetia Græcum. I verò vel u ſequenta s, poſtquàm erit p vel t, eom aſpitatione proferuntur, vt: Hiſpania, hiſpo, hiſpidus, hiſtoria, hiſtrio, hiſter (ſeo proprium, ſeu flominis ſit, ſeu gentis vocabulum) boſpes, hoſpita, boſpitium, hoſtilus, hoſtia. Notatur pronomen iſte: & ab eo compoſita: Os, oris, ex eo oſtendo, oſtentum, leniter prolata, ſicut alia, quæ poſt s carent ˈo, vel t, & itidem, vt: Oſcitant.

ˈR carent p vel t & idem cõſertans, locus in omnibus libris planè corruptus.

CAPVT X.

De Orthographo Caſſellio iſta collecta ſunt.

Caſſellius orthographus.

COn propoſitio, ſi ad verba à vocalibus incipientia accedat, n conſonantem perdit, vt Æquo, coæquo, eo, coeo, ortus, coortus: ſin autem ad verba accedat à digamma incipientia, id eſt, quæ u loeo conſonantis poſitam retinent, non perdit n litteram, vt: B Voluo, conuoluo, vinco, conuinco. Contrà euenit in re, præpoſitione, D enim litteram extrinſecus accipit, cum ad vocalem ˈincipientem verbi alicuius acceſſit: quam d litteram non accipit, ſi ad digammam, id eſt u poſitam loeo conſonantis, accedat, vt: Vlcero, redulcero, Ago, redigo, Eo redeo, Voco, reuoco, Vinco, reuinco. Qui, ſi vna ſyllaba eſt, per q litteram ſcribendum eſt, vt: Qui homo: ſi duæ per c, vt: Cui homini. Aliqunde, per qom debet ſcribi, diuiſio enim illius, Aliquu, & vnde, hoc eſt, ex aliquo loco. Sed certè n non in erit: quum vnde ita ſcribitur. Et aliquobi, ex aliquo enim & vbi eſt, hoc eſt in aliquo loco. Sed hæ ſyllabæ, quæ litteris q, u, n, conſtant, non excluduntur. Re, præpoſitio nonnunquam cùm ad conſonantes accedit, geminat illas, quod plerumque apud antiquos eſt, vt: Duco, redduco, Cado, reccido, Tuli, rettuli, Pello, repello, Do, reddo, Lego, rellego, vnde C relliquias & relligionem ſcribunt, quod apud Poëtas ita oportere ſcribi conceſſerim, tametſi apud oratores quoque antiquos eſt. Nobis iam decor & lenitas obtinenda eſt, quæ maximus fructus eſt lenitatis. Tantus & quantus, in medio n habere debent: Quam & tam, vnde quantitas, quantus, tantus. Nec quaſdam moueat, ſi non ſonat. Ita enim ſupra docui u ſonare debere, tametſi in ſcriptura n poſitum ſit. Quæcumqua verba primo loco ab s littera incipiant, ea cum præpoſitione ex compoſita littera eandem s habere debebunt: cætera minimè onerari oportet, vt: Salio, exſilio: Specto, exſpecto, Æſtimo, exiſtimo, s non habent, ſicut Æquo, exæquo, Peto, expeto, eáque non habent: quod diſcrimine facilè intelligitur, aliud eſte Pecto aliud Specto: & ideo ab eo, quod pecto, id eſt pectino, cùm compoſitum fuerit expecto, s litteram non habet: ab eo verò quod eſt ſpecto, id eſt, rei alicuius ſpectaculo vtor, cùm compoſitum fuerit, expecto, s litteram, ſicut ſuprà diximus, neceſſariò retinet. D Item Exſereo, cum s ſereare ſit: ſi ſine s, creare. Exſilium quoque cum s ſcribi debet (ea ſolo enim ire eſt Exſulare) quaſi Exſolium, quod Græci ἐξοριμὸν dicunt, & antiqui Exſoles dicebant, quos nos exſules dicimus. Extorrem verò ſine s. Extra enim eiectum ſignificat. Exſui, habet s. Sui enim eſt, inſui, quaſi alicui rei immitti. Vnde exſui, quaſi iam emitti, enudari. Inde Exſuuiæ, vnde exſuti, id eſt, ſpoliati. Exire, ſine s. Ire enim ſimplex eſt, & quæcumque ex hoc formabuntur, vt: Exitus, axienm, exiciale, & exercere, non habent s in compoſitione: quia ſimplicia quoque s ſimiliter non habent. Etenim Exercere aſt, & Exercere, vt exercitus, qui ſub diſciplina certa arcetur, vnde Exercitatiu. Exſcindo s habere debet: ſcindo enim eſt ſimplex, Similiter Exſculpo, & Exſiſto. Sculpere enim & Siſtere, ſimplicitat dicitur. Expurgo etiam, eodémque modo Excedo, s non deſiderat: Eximo ſimiliter. Nam & ex aliis præpoſitionibus ſine hac E littera eſt: vt, Redimo, interimo, dirimo: atque Exemptus iam ſcribitur, & Eximius, qoi eſt quaſi exemptos, & extra cæteros poſitus. Extremus quoque ſine s. Ex enim eſt, vnde Extra, & Extremus: vnde Extrinſecus, Exter, Extrarium, & ſi qua alia hinc trahi poſſunt. Exſequiæ verò habent s. Sequi enim eſt in ſimplici. Exiguæ non habent s, ſicut indiguæ, quæ egeant. Exiguitas. Similiter Exoletus, quod ex alterius partis præpoſitione manifeſtum fit. Adoleuit enim eſt. Obſoleuit autem s ſi qoidem habet, ſed non ipſius verbi, verùm præpoſitionis, quæ eſt Obs ſicut Abs: Ab quaſi aboleuit, id eſt, inueterauit & abſorduit diuturnitate. Hæc & quæ his ſimilia ſunt, hoc modo animaduertentur. Cætera quæ ſimplicia ſunt, & non componuntur, ſine vlla dubitatione x tantùm habebunt: vt, Vixi, dixi, vexaui, faxi, vxor, auxilium, examen, axis, & axemplum.

F

CAPVT XI.

De diuiſione Syllabarum.

De diuiſione ſyllabarum.

DVæ ſunt conſonantes impares, quæ tamen hærere poſſunt, ſi hinc inde vocalem accipiant. Poſteriorem ſyllabam ſequuntur pares vel impares, ſinguli ſcilicet, & in priorem & in poſteriorem diuiduntur. Poteſtas nouiſſimæ ſyllabæ ſtas erit. Noſter ſter, Capto pto: at vbi tres ſunt, vt Ploſtrum, ſtrum, Luſtrant, ſtrant, Capiſtrum, ſtrum: æquè clauſtrum, raſtrum, campeſtre. Ferè autem tres hæ conſonantes tertio loco t habeot, & Aliæ l, litteram: vt, Aſtcla, & in eliſione Aſcla, Peſtulum: aliter nullo modo in tribus conſonantibus vnitas ſyllabæ datur. Cùm pares ſunt, ſingulæ ad ſingulas ibunt. Duæ enim pares litteræ, ſeu vocales ſint, ſeu conſonantes, non coëunt, ſimiliterque ſyllaham non faciont, ſi vocalem accipiant, tametſi G impares ſunt: vt Carpo, dorſum, Portius. Vna conſonans inter duas vocales poſita, poſteriorem ſequitur: vt, Patis, Lapis, turis: ac ſi inter vocales conſonans fuerit, vt digamma, poſterius vocali digammæ adhærebit. Iam enim dixi, Exceptáque littera & g, nullam aliam conſonantem cum eiuſmodi ſyllabis conſentire: vt, Soluo, neruo, voluo, larua, puluis: itaqua tenois, ſi triſyllabon erit, n conſonans ad u accedit: ſi diſyllabon adæquè, Belua, malua, Diſpicio, verbum compoſitum, quærit vtrum per duo ſſ, aut per vnum ſcribi debeat: & vtrum ita diuidi, Dis & ſpicio. Et diuiſionis quidem aius facilis ratio eſt, quoniam omnes præpoſitiones integræ ſeparandæ ſunt: vt eſt, Abſtulit, abs & tulit: Tranſtulit, trans & tulit: Abſcondit, abs & condit, & cætera his ſimilia, Per duo autem ſſ ſcribendum eſt, non per vnum: quoniam ex præpoſitione & verbo conſtat eſſe compoſitum: quemadmodum eſt Conſpicio, Aſpicio, deſpicio: ac per hoc per duo ſſ, diſſpicio ſcribi debet, & ita diuidi, Dis & H ſpicio. Nonnulli verò Diſpicio per vnum ſ ſcribendum putant, quòd præpoſitio dis interdum litteram perdit: vt eſt, Didoco, diuido, diiudico: ſed melius eſt per duo ſſ ſcribi diſſpicio. Obliuiſcor, compoſitúmne, an ſimplex eſt? compoſitum ſcilicet, huius ſimplex later in antiquis monumentis. Liuiſci enim, obliuiſci eſt: & Liuitus: quod nos hodie per eliſionem oblitus. Quòd cùm manifeſtum fuerit, pleniſſimè quiuis intelleget in ſcriptura verbi huius diuiſionem, Ob, & liuiſcor. Pompeius, Tarpeius, per duo ij ſcribenda ſunt, & propter ſonum (pleniùs enim ſonant & propter metra, nunquam enim longa fiet ſyllaba, niſi ſi per i geminum ſcribatur. Hanc ſcripturam ita diuidimos, vt prædixi. Nunc illud genitiui eorum, & nominatiui plurales & datiui, quemadmodum ſcribantur, videamus. Quidam huius Pompei, Tarpei, hi Pompei, Tarpei, his Pompeis, his Tarpeis, per vnum i ſcribunt.

Nonnulli

A Nonnulli puſillo diligentiores, alteram i addunt. Ego quoque tertiam addendam præcipio. Si enim, vt docui nominatiuus duo ij habet pro duabus conſonantibus, hæ perire nulla declinatione poſſunt, quæ tamen omnimodis modernus vſus excludit.

CAPVT XII.

Ex Lucio Cæcilio Vindice iſta collecta ſunt.

Lucius Cæcilius Vindex de Orthographia

MLitteram, ad vocales primo loco in verbis poſitas ſi acceſſerit, non enunciabimus. Cùm autem ad conſonantes, aut in digammon Æolicum, pro quo nos u loco conſonantis vtimur, tunc pro m littera, n litteræ ſonum decentiùs efferimus. Lucij, magnij, magij, cum in genitiuis ſingularibus dicimus, intereſt, quos nominatiuos habeant. B Proinde enim intererit, vtrum per duo i, an per vnum debeant ſcribi. Si Lucas, magnus, magus ſunt nominatiui eorum, vnum i in genitiuo habebunt, pluralı quoque nominatiuo & vocatiuo: ſed & datiuo & ablatiuo ſimiliter ſcribentur. Si autem Lucius, magnius, magius, proferantur, duo ij in genitiuo habebunt: vt, Lucij, magnij, magij: quæ ipſe Lucilius annotauit, cùm a numero numeros diſcerneret. Cum, præpoſitio per c ſcribenda eſt. Cùm, aduerbium temporis, quod ſignificat quando, per q ſcribendum eſt, diſcretionis cauſa: vt apud Ennium:

** Verſus Lucilij qui hac de re in Crisio exciderunt ex vetere libro apud eundem repoſuimus.*

Cum legionibus quum proficiſcitur Induperator.

Quiuus, per q, non per c ſcribitur: ſed per q ſenſum quoque alium habet. Nam huiuſce hominis, huius hominis eſt: at cuinſque hominis, quoiuſque ordinis, vniuſcuiuſque hominis, & vniuſcuiuſque ordinis ſignificat. Accedo, per duo cc, Attuli, per duo tt, Aſſiduus per duo ſſ, Appareo, per duo pp, Annuo per C duo nn, Alligo per duo ll: in his non ſolùm propter ſoni lenitatem conſonantes mutantur, ſed etiam quòd nullo modo in eis ſonare d littera poteſt. Sonat autem d littera & aſcribitur, cùm f conſonanti adiuncta eſt: vt, Adfluo, adfari, adfuturum, adfatus, adfero. Contra b non ſonat: vt, Offui, offero, offendo.

CAPVT XIII.

Ex Priſciano Grammatico, qui noſtro tempore Conſtantinopoli doctor fuit, iſta collecta ſunt.

Priſcianus Grammaticus de Orthographia.

NOtandum igitur quòd hamus, qui à Græcis ἄγκιστρον appellatur, cum aſpiratione debet ſcribi. Scientium & hæc pro e Græco, Latinis in ſcribendo ph poni debere in Græcis duntaxat nominibus: vt Orpheus, Phaëton. In cæteris autem Latinis nominibus f ponendum: vt fama, filius, fatio. Phœbus, D quo nomine Apollo ſignificatur, ita ponendum eſt, vt p ... p, b ponatur. Similiter & Hetictonios, Hiucus, per ... rationem debent ſcribi. b enim conſonans ante ſe aſpirationem non recipit, niſi tantum vocalis. Beatus per aſpirationem ſcribendum eſt. Celebs, ante terminalem litteram s, b ſcribi debet, non u: quoniam u vocalis cùm in conſonantis tranſierit poteſtatem poteſt aliam præcedere conſonantem. Aſpiratio ante omnes vocales poni poteſt: Poſt conſonantes autem quatuor tantummodò ponitur, c, t, p, r, vt habeo, Herennius, heros, hians, homo, humus, Chremes Thraſo, Philippus, Rhodus. Ideo à vocalibus extrinſecus aſcribitur, vt minus ſonet. Gnatus, per g & n ſcribendum eſt; ſic Gnauus. Ecquid per e ſcribendum in prima ſyllaba, quoniam en quid ſignificat, n littera conſonante in c conuerſa. Sanguis in prima ſyllaba per m ſcribendum in nominatiuo caſu: in cæteris autem caſibus per n: quoniam m littera in n E conuertitur, B a Latinæ litteræ pro ψ Græca littera non aliter ſcribi debent in vna eadémque littera coniunctæ, niſi in fine nominatiui, cuius genitiuus in bis deſinit, vt Vrbs, vrbis, Celebs, celibis, Arabs, arabis. Sciendum autem Surripio per r geminam, non per b & r ſcribendum: ſimiliter & Corripio, arripio, quoniam b in c quoque commutatur. Suſpicor & ſuſpicio, verba compoſita ab aduerbiis: Surſum vel ſuſum, in prima ſyllaba per vnum s non per duo, ſcribenda ſunt: quoniam duplicari conſonans ſubſequente alia conſonante non poteſt, ſicut nec antecedente, niſi fuerit muta ante liquidam: vt Supplex, ſuffragor, ſufflo, effringo. Quicquam in prima ſyllaba per c ſcribendum, quod d littera in c litteram commutatur. Aggero per g ſcribendum, & Aggregatus, non per d. Arpyia, quod Græcum nomen eſt, per y Græcum, ſequente r Latino ſcribendum eſt: quoniam apud eos yι diphthongon eſt. Ara cùm altare ſignificat, ſine aſpiratione: cùm verò cubile porcorum, cum aſpiratione ſcribendum. F

CAPVT XIV.

Concluſio.

COngregatis igitur, quæ apud ſupradictos Orthographos neceſſariò repperi fuiſſe conſcripta, nunc finem libri, Domino iuuante, faciamus. Datur enim intelligi rem nimis vtilem fuiſſe, quæ tot ac tantis auctoribus cognoſcitur eſſe tractata: quoniam ſi quid à prioribus prætermiſſum eſt, a ſequentibus conſtat impletum. Meminiſſe autem debemus frequenter Artigraphos de Orthographia tractaſſe, & iterum Orthographos de partium declinatione diſſeruiſſe, cùm tamen res ſibi pugnare videantur. Ars enim tractat de partium declinatione: Orthographia verò, quemadmodum ſcribi debeat, deſignat, quod partium G declinatione decorare repererit. Hoc ſi in auctoribus ſemper intenderetis, vt pro locis ſuis poſitum diligenter accipias, nullo errore fatigabetis. Nunc animos legentes erigite, & gaudete tantos ad vos priſcos perueniſſe auctores, vt eis credere indubitata mente debeatis. Poſſémque Aquilam & Quintilianum, ſed & Auitum, quos nonnulli in Orthographiæ peritia laudandos eſſe putauerunt, quos tamen venturos in Chriſti nomine celerrimè ſuſtinemus ſuperioribus auctoribus addere. Sed neceſſarium non eſt multiplici numero dare licentiam: cùm non ſint omnino definiti, quanti de eadem re ſcribere maluerunt. Nam ſi duodecim horarum ſpatia diem protinus complere noſcuntur, ſi duodecim quoque menſes annum volubili varietate reſtituunt, ſi duodecim ſigna cœleſtia, totius nobis circuli campos ſolida rotunditate concludunt, debet nobis omnino ſufficere, quod duodecim Orthographorum libris rectitudinem ſcripturæ docentium defloratas regulas poſteris legendas exhibui. H

Valete, fratres, atque in orationibus veſtris mei memores eſſe dignemini, quos inter cætera de Orthographiæ virtute, & de diſtinctione ponenda, quæ nimis precioſa cognoſcitur, ſub breuitate commonui, & quemadmodum ſcripturæ diuinæ intelligi debeant, copioſiſſimè legenda præparaui: quatenus ſicut ego vos ab imperitorum numero ſequeſtratos eſſe volui, ita nos virtus diuina non patiatur cum nequiſſimis pœnali ſocietate coniungi.

Explicit Caſſiodori Senatoris de Orthographia liber, ex duodecim auctorum opuſculis defloratus.

A

PRÆFATIO DE ARTE Grammatica, ſiue Rhetorica, vel de Diſciplinis.

De Grãmatica.

INTENTVS nobis eſt de arte Grammatica, ſiue Rhetorica, vel diſciplinis aliqua breuiter velle conſcribere, quarum rerum principia neceſſe nobis eſt inchoare. Dicendúmque priùs eſt de arte Grammatica, quæ eſt videlicet origo & fundamentum liberalium litterarum. Liber autem dictus eſt à libro, id eſt, arboris cortice, dempto atque libetato, ante copiam chartarum antiqui carmina deſcribebant. Scire autem debemus, ſicut Varro dicit, vtilitatis cuius cauſa: omnium rerum extitiſſe principia. Ars verò dicta eſt, quòd nouis regulis arctet, atque conſtringat. Alij dicunt à Græcis hoc tractum eſſe vocabulum, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id eſt, à virtute doctrinæ, quam diſerti, vniuſcuiuſque bonæ rei ſcientiam vocant. Secundò de arte Rhetorica, quæ propter nitorem, ac copiam eloquentiæ ſuæ, maximè in ciuilibus quæſtionibus neceſſaria nimis & honorabilis æſtimatur. Tertiò de Logica, quæ Dialectica nuncupatur. Hæc, quantum magiſtri ſeculares dicunt, diſputationibus ſubtiliſſimis ac breuibus, vera ſequeſtrat à falſis. Quartò de Mathematica, quæ quatuor complectitur diſciplinas, id eſt, Arithmeticam, Geometricam, Muſicam, & Aſtronomicam. Quam Mathematicam Latino ſermone, doctrinalem poſſumus appellare, quo nomine licet omnia doctrinalia dicere valeamus, quæcunque docent: hæc ſibi tamen commune vocabulum, propter ſuam excellentiam propriè vindicauit: vt poëta dictus intelligitur Virgilius, orator enuntiatur, aduertitur Cicero: quamuis multi & poëtæ & oratores in Latina lingua eſſe doceantur. Quod etiam de Homero atque Demoſthene Græcia facunda concelebrat. Mathematica verò eſt ſcientia, quæ abſtractam conſiderat quantitatem, abſtracta enim quantitas dicitur, quam intellectu à materia ſeparantes, vel ab aliis accidentibus ſola ratiocinatione tractamus. Sic totius voluminis ordo, quaſi quodam vado, præmiſſus eſt. Nunc quemadmodum pollicita ſunt per diuiſiones definitionéſque ſuas, Domino iuuante, reddamus. Quia duplex quodammodo diſcendi genus eſt: quando & linealis deſcriptio imbuit diligenter aſpectum: & poſt aurium præparatus intrat auditus. Nec illud quoque tacebimus, quibus auctoribus, tam Græcis, quàm Latinis, quæ dicimus, expoſita claruerunt: vt qui ſtudioſè legere voluerit quibuſdam compendiis introductus, lucidiùs maiorum dicta percipiat.

B

C

D

CAPVT I.

Inſtitutio de arte Grammatica.

De Grãmatica. Cadmus literarũ primus inuentor. Helenus. Grammaticus.

GRammatica à litteris nomen accepit, ſicut vocabuli ipſius deriuatus ſonus oſtendit, quas primus omnium Cadmus ſexdecim tantùm legitur inueniſſe, eáſque Græcis ſtudioſiſſimis tradidiſſe: reliquas ipſi viuacitate animi ſuppleuerunt: de quarum formulis atque virtutibus Helenus & Priſcianus ſubtiliter antiquo ſermone loquuti ſunt. Grammatica verò eſt peritia pulchrè eloquendi ex poëtis illuſtribus, oratoribúſque collecta. Officium eius ſine vitio dictionem proſalem, metricámque componere: finis verò elimatæ loquutionis, vel ſcripturæ, inculpabili placere peritia. Sed quamuis auctores temporum ſuperiorum de arte Grammatica, ordine diuerſo, tractauerint ſuiſque ſeculis honoris decus habuerint, vt Palæmon, Phocas, Probus & Cenſorinus: nobis tamen placet in medium, Donatum deducere: qui & pueris ſpecialiter aptus, & tyronibus probatur accommodus: cuius gemina commenta reliquimus, vt ſuprà quod ipſe Latinus eſt, fiat clarior dupliciter explanatus.

Palæmon Grammaticus.

E

Cenſorinus, Grãmaticus. Phocas Grammaticus. Donatus Grammaticus.

Donatus igitur in ſecunda parte ita diſceptat:

- De voce articulata.
- De littera.
- De ſyllaba.
- De pedibus.
- De accentibus.
- De poſituris ſeu diſtinctionibus.
- Et iterum de partibus orationis.
- De ſchematibus.
- De etymologiis.
- De Orthographia.

F

Vox articulata, eſt aër percuſſus ſenſibilis auditu, quantùm in ipſo eſt. Littera eſt pars minima vocis articulatæ. Syllaba eſt comprehenſio litterarum, vel vnius vocalis enunciatio temporum capax. Pes eſt ſyllabarum & temporum certa dinumeratio. Accentus eſt vitio carens vocis artificioſa pronunciatio. Poſitura, ſiue diſtinctio eſt moderatæ pronunciationis apta pauſatio. Partes autem orationis ſunt octo: Nomen, Pronomen, Verbum, Aduerbium, Participium, Coniunctio, Præpoſitio, Interiectio. Nomen eſt pars orationis cum caſu, corpus aut rem propriè, communitérve ſignificans: propriè, vt Roma, Tyberis: communiter, vt, vrbs, flumen. Pronomen eſt pars orationis, quæ pro nomine poſita tantundem penè ſignificat, perſonámque interdum recipit. Verbum eſt pars orationis cum tempore & perſona ſine caſu. Aduerbium eſt pars orationis, quæ adiecta verbo ſignificationem eius explanat atque implet: vt iam faciam, vel non faciam. Participium eſt pars orationis, dicta, quòd partem capiat nominis, partémque verbi: recipit enim à nomine genera & caſus, à verbo tempora & ſignificationes, ab vtroque numeros & figuras. Coniunctio eſt pars orationis annectens ordinánſq; ſententiam. Præpoſitio eſt pars orationis, quæ præpoſita aliis partibus orationis, ſignificationem eius aut mutat, aut complet, aut minuit. Interiectio eſt pars orationis ſignificans mentis affectum, voce incondita. Schemata ſunt transformationes ſermonum, vel ſententiarum ornatus cauſa poſita: quæ à quodam Artigrapho, nomine Sacerdote, collecta ſunt numero nonaginta & octo: ita tamen, vt quæ à Donato inter vitia poſita ſunt, in ipſo numero collecta claudantur: quod & mihi quoque durum videtur, vitia dicere, quæ auctorum exemplis, & maximè legis diuinæ auctoritate firmantur. Hæc Grammaticis, Oratoribúſque communia ſunt: quæ tamen in vtraque parte probabiliter repetiuntur aptata. Addendum eſt etiam de Etymologia & Orthographia, de quibus alios ſcripſiſſe certiſſimum eſt. Etymologia eſt aut vera, aut veriſimilis demonſtratio, declarans ex qua origine verba deſcendant. Orthographia eſt rectitudo ſcribendi nullo errore vitiata, quæ manum componit & linguam. Hæc breuiter dicta ſufficiant. Cæterùm, qui ea voluerit latiùs pleniúſque cognoſcere, cum præfatione ſua codicem legat, quem noſtra curioſitate formauimus, id eſt artem Donati, cui de Orthographia librum, & alium de Etymologiis inſeruimus, quartum quoque de ſchematibus Sacerdotis adiunximus: quatenus diligens lector in vno codice reperire poſſit, quod arti Grammaticæ deputatum eſſe cognoſcit: ſed quia continentia magis artis Grammaticæ dicta eſt, curauimus aliqua de nominis, verbíque regulis pro parte ſubiicere, quas rectè tantùm Ariſtoteles orationis partes adſeruit. Græca nomina, quæ apud nos in vs, vt vulgus, pelagus, virus, Lucretius viri dicit, quamquam rectiùs inflexum maneat. Secundæ ſpecies ſunt, quæ per obliquos caſus creſcunt & genitiuo ſingulari in is litteras

Orationis partes octo.

G

Schemata quid ſint. Sacerdos Artigraphus.

Etymologia diuiſio.

H

Orthographia quid.

exeunt,

A exeunt, vt genus, nemus, ex quibus quædam u in e mutant: vt olus oleris, vlcus vlceris: quædam in o: vt nemus nemoris, pecus pecoris. In dubitationem veniunt, Fœnus, & ſtercus, in e, an in o mutent, quoniam quæ in us ſyllabam finiunt, u in e mutant: vt vulnus, ſcelus, funus, & fœneratos dicimus, Fœnus enim exemplo non debet nocere, cùm inter dubia genera ponatur. Inter veteres ſtercuratos agros dicebant, non ſtercoratos. S littera finita nomina, præcurrentibus n vel r, omnia ſunt vnius generis: niſi quæ ante ſ, r habent, interdum d recipiunt, vt ſocors ſocordis: interdum t, vt ſolers, iners. In plurali quoque, excepto genitiuo & accuſatiuo, omnibus caſibus ſimiliter declinantur. Nam quædam in um genitiuo, accuſatiuum in ea exeunt, vt Mars, ara: quædam in ium, vt ſapiens, patiens, & ob hoc accuſatiui eorum in ia exeunt. Pleraque autem ex his nomina tribus generibus communia ſunt, & in litteram quam habent, neutra in nominatiuo plurali dant etiam genitiuis reliquorum
B generum cum quibus communia ſunt. T littera, neutra tantùm nomina quædam, pauca finiuntur: vt git, quod non declinatur: vt caput, ſinciput. Quidam cùm lac dicunt, adiiciunt i, propter quod facit lactis: ſed Virgilius:

Lac mihi non æſtate nouum, non frigore defit.

quippe cùm nulla apud nos nomina in duas mutas exeant, & ideo veteres lacte in nominatiuo dixerant. X littera terminat quædam in genitiuo plurali: in quibus omnia communia in ium exeunt, ob hoc accuſatiuo in i & a. Plurima verò genitiuo in i, & m, non præcurrente i, & ob hoc in e & s accuſatiuo exeunt: nam in reliquis conſentiunt. Vtpote cum ſingulariter omnia nominatiuo & vocatiuo habeant genitiuum in i & s, agant datiuum in i littera: ablatiuum definiant, adiectáque m accuſatiuum definiant, impleántque, pluraliter verò datiuum ablatiuúmque bus ſyllaba finiunt. Nam de cæteris, quibus diſſident
C veteres, quidam atrocum & ferocum, qua ratione omnium x littera finitorum vna ſpecies videbitur. Huic x litteræ omnes vocales præferuntur, vt capax, frutex, pernix, atrox, redux. Ex iis nominibus quædam corripiuntur: quædam conſentiunt in nominatiuo, in obliquis diſſentiunt. Pax enim, & rapax, item rex & pumex, item nux & lux etiam primam poſitionem variant ad nix & nutrix. Item nox & atrox ſic in prima poſitione conſentiunt, vt diſcrepent per obliquos. Et illud animaduertendum eſt, quædam ex iis x litteram in g, quædam in c per declinationes compellere. Lex enim legis, grex gregis facit, vt pix picis, nux nucis. Nam in his quæ non ſunt monoſyllaba, nunquam non x littera genitiuo in c conuertitur: vt frutex fruticis. Supellex autem, & ſenex, & nix priuilegio quodam contra rationem declinantur: quoniam ſupellex duabus ſyllabis creſcit, quod vetat ratio: & ſenex vt in nominatiuo item genitiuo diſſyllabus manet, cum omnia x littera terminata creſcant. Et nix nec in c con-
D uertitur, vt pix: nec in g vt rex: ſed in u conſonans, in vocalem tranſire non poſſit. In plurali autem genitiuo, ablatiuus ſingularis formas vertit. Nam in a aut o terminatus in rum exit, e correpta in um producta, in rum i terminatus in u terminatus in um datiuus & ablatiuus pluralis. Item a in is exeunt, & in bus: quæ præcepta in ſcholis ſunt tritiora: ſed quotiens in is exeunt, longa ſyllaba terminantur: quotiens in bos, breui. Decurſis nominum regulis, æque m eſt conſequenter adiicere canones verborum primæ coniugationis. Verba quæ vel o littera, vel alia præcedente vocali terminantur, vel præeunte vocali qualibet, formas habent quatuor. Secundæ coniugationis correptæ verba, formas habent viginti. Sic quæcunque verba indicatiuo modo, tempore præſenti, perſona prima, in o littera terminantur, formas habent ſex, quæ voces formas habent duas. Quæ nulla præcedente vocali o littera terminantur, formas habent duodecim. Tertiæ coniugationis productæ verba,

quæ indicatiuo modo, tempore præſenti, perſona prima in n littera terminantur, formas habent quinque. E Quæcunque autem verba cuiuſcunque coniugationis indicatiuo modo, tempore præſenti, perſona prima, vel nulla præcedente vocali, vel qualibet alia præcedente, o littera terminantur, eorum declinatio hoc numero, formarum continetur. De quibus ſingulis dicam. Primæ coniugationis verba indicatiuo modo, tempore præſenti, perſona prima, aut o littera nulla alia præcedente vocali terminantur, vt amo, canto: aut eo, vt commeo, calceo: aut io, vt lanio, ſatio: aut uo, vt æſtuo, continuo. Primæ coniugationis verba imperatiuo modo, tempore præſenti ad ſecundam perſonam a littera producta terminantur, vt amo, ama: canto, canta: infinitiuo modo ad imperatiuum modum, re ſyllaba manente productione terminantur, vt ama, amare: canta, cantare. Item prima coniugatio, quæ indicatiuo modo, tempore præterito, ſpecie abſoluta, adiecta ad imperatiuum ui ſyllaba manente productione terminantur, vt: Commeo, commea, commeaui: Lanio, lania, laniaui: Satio, ſatia, ſatiaui. Eodem
F modo, eodem tempore, ſpecie inchoatiua, adiecta ad imperatiuum modum am ſyllaba terminantur: vt commea commeabam, lania laniabam, æſtua æſtuabam. Prima coniugatione eodem modo, eodem tempore, ſpecie recordatiua, adiectis ad imperatiuum modum veram ſyllabis, terminantur partes: vt Commea, commeaueram, lania, laniaueram, æſtua, æſtuaueram. Prima coniugatione, eodem modo, tempore futuro, adiecta ad imperatiuum modum bo ſyllaba, terminantur: vt Commea, commeabo, lania, laniabo, æſtua æſtuabo. Quæ verò indicatiuo modo, tempore præſenti, ad primam perſonam o littera, nulla alia præcedente vocali terminantur, ea indicatiuo modo, tempore præterito, ſpecie abſoluta & exacta, quatuor modis proferuntur. Et eſt primus, qui ſimilem regulam his habet. Qui indicatiuo modo, tempore præſenti,
G prima perſona penultimam vocalem habet: vt Amo, ama, amaui, amabam, amaueram, amabo, amare. Secundus eſt, qui o in i conuertit, & penultimam in præterito perfecto, tertiam ab vltima in plusquàm perfecto, e producit: vt Adiuuo, adiuui, adiuueram. Tertius, qui ſimilem quidem regulam habet primi modi, ſed detracta a littera disiungit: vt Seco, ſecaui, ſecaueram, ſecabo, ſecare. Facit enim ſpecie abſoluta, ſecui, & exacta ſecueram. Quartus eſt, qui per geminationem ſyllabæ profertur: vt Sto, ſta, ſteti, ſtabam, ſteteram, ſtabo, ſtare. Huic ſimile Do, da, dedi, dabam, dederam, dabo, dare, correpta littera a contra regulam, in eo quod eſt, dabam, dabo, dare. Proferuntur ſecundæ coniugationis verba, quæ indicatiuo modo, tempore præſenti perſona prima, eo litteris terminantur: vt Video, vides, moneo, mones. Secundæ coniugationis verba, indicatiuo modo, tempore præſenti, ad ſecundam perſonam e littera producta, terminantur: vt Video, vide, moneo, mone. Secundæ coniugationis ver-
H ba, infinito modo, adiecta ad imperatiuum modum re ſyllaba, manente productione terminantur: vt Vide, videre, mone, monete. Secundæ coniugationis verba, indicatiuo modo, tempore præterito, ſpecie abſoluta & exacta, ſeptem modis declinantur: & eſt primus qui formam regulæ oſtendit. Nam forma hæc eſt: cùm ſecundæ coniugationis verbum, indicatiuo modo, tempore præterito quidem perfecto, adiecta ad imperatiuum modum ui ſyllaba manente productione.

Verba primæ coniugationum.

Secunda coniugationis verba.

Cætera quæ deſiderantur de Grammatica, in manuſcripto exemplari deerant: & quod ſequitur de Rhetorica, ſuppleuimus ex compendio à ſtudioſo quodam artium diligenter collecto.

A

RHETORICÆ COMPENDIVM,
Ex Magno Aurelio Caſſiodoro Senatore viro clariſſimo.

DE ARTIVM DIVISIONE.

Rhetorica compendium ex Caſſiodoro.

ARtium aliæ ſunt poſitæ in inſpectione, id eſt cognitione & æſtimatione rerum, qualis eſt Aſtrologia, nullum exigens actum, ſed ipſo rei, cuius ſtudium habet, intellectu contenta, quæ θεωρητικὴ vocatur. Aliæ in agendo: quarum in hoc finis eſt, vt ipſo actu perficiatur, nihilque poſt actum operis relinquat, quæ πρακτικὴ dicitur, qualis ſaltatio eſt. Alia in effectu, quæ operis, quod oculis ſubiicitur, conſummatione finem ſortitur, quam ἀποτελεστικὴν appellamus, qualis eſt pictura.

B

Orationum genera.

Orationum duo genera Zenonis ſimilia de Rhetorica & Dialectica.

Duo ſunt orationis genera: alterum enim perpetuum eſt, quæ Rhetorica dicitur: alterum conciſum, quæ Dialectica. Quæ quidem Zeno adeo coniunxit, vt hoc compreſſæ in pugnum manui, illud explicatæ ſimile dixerit. Nam quæ attingit argumentis tantummodo Dialecticus, ea ſi incidant in Rhetorem, ſic tractantur, vt nihil nec ad ornatum, nec ad elegantiam reliquum cuiquam faciat. Initium dicendi natura ſuppeditauit, arti verò obſeruatio dedit initium. Homines enim, ſicut in medicina, quum viderent alia ſalubria, inſalubria alia, ex obſeruatione eorum artem fecerunt. Atque hic accidit, quod & alibi, vt ſerò quid eſſet facto opus, animaduerteretur, id poſtquam eſt ſemel deprehenſum, cœptum eſt regulis præceptiſque in poſterum cuſtodiri: hinc tandem artis emerſit perpetua obſeruatio. Facultas orandi conſummatur, natura, arte, exercitatione. Quibus partem quartam adiiciunt quidam imitationem, quam nos arti ſubiicimus, ſecuti Fabium Quintilianum. Sunt autem ei qui ad dicendum venerit, tria peculiariter efficienda, vt doceat, moueat, delectet. Hæc enim clarior eſt diuiſio, quàm eorum qui totum opus, res & affectus partiuntur, quamuis tamen ipſa ſic tractet orator, vt quædam ſint veluti legitima: nam quis feret Oratorem niſi docuerit? Vt autem delectet, id iure habitum & honorarium, ita vt ne quidem ſemper debeat expectari, præſtari verò nequaquam poſſit vbi libet.

C

Fabius Quintilianus.

Suaſorium genus.

Suaſorium genus.

In ſuadendo ac diſſuadendo tria præcipuè ſunt ſpectanda: Quid ſit de quo deliberetur. Qui ſint qui deliberent, qui ſit qui ſuadeat rem de qua deliberatur. Ita plurimum intererit cuiuſmodi ſuſtineat perſonam, qui ſuadet: Cato quippiam dixerit, an Therſites: Cunctator Fabius, an Flaminius, & quædam per ſe ſuaſu quidem erant vtilia, tamen quia alienos ſortiuntur auditores, locum, tempus, ideo amittunt pondus. Partes ſuadendi ſunt honeſtum, vtile, neceſſarium. Quidam, vt Quintil. δυνατὸν, hoc eſt poſſibile quoque approbant & recipiunt. Nec putamus hic noſtri eſſe officij quicquam de vtili & honeſto diſſerere, quemadmodum natura ſint coniuncta; nam hic locus non modò à Cicerone, verum etiam à Fabio prolixè tractatur. Optimum autem quenque admonitum eſſe volumus, ne vnquam in eam opinionem veniat, vt putet quid eſſe vtile, niſi id quoque honeſtum, neque è diuerſo.

Fabius cunctator.

D

Suadendi partes.

Prooemium vnde dictum ſit.

Procemium vnde dictum.

Clarè pars ante ingreſſum rei, de qua dicendum ſit, oſtenditur hoc verbo. Nam ſiue propterea quòd οἴμη cantus eſt, & citharœdi pauca illa quæ antequam legitimum certamen inchoënt emerendi fauoris gratia canunt, prooemium cognominarunt: Oratores quoque ea quæ prius quàm cauſam exordiantur ad conciliandos ſibi iudicum animos præloquuntur, prooemij appellatione ſignarunt, ſiue quod οἶμον Græci viam appellant, ſic quod ante ingreſſum rei ponitur, inſtitutum eſt hoc modo vocari. Principij cauſa hæc eſt, vt auditorem, quò ſit nobis in cæteris partibus accommodatior, præparemus. Id fit tribus modis, ſi beneuolum, attentum, docilémque feceris. Quamuis verò in cæteris quoque partibus illa animorum conciliatione ſit opus, initiis tamen maximè, & veluti ea conditio tribuitur.

E

Prooemium ab epilogo quemadmodum differat.

Prooemium quomodo differat ab Epilogo.

Quidam putarunt ſic differre, quòd in prooemio præterita, in epilogo futura dicantur. Quintil. autem eo differre exiſtimat, quòd in ingreſſu parciùs & modeſtius prætentanda ſit iudicis miſericordia: in epilogo verò liceat totos effundere affectus, & fictam orationem inducere perſonis & defunctos excitare, & pignora reorum producere, quæ omnia in prooemiis parum rectè fiunt.

F

De Narratione.

Narratio & eius virtutes.

Narratio aut tota pro nobis eſt, aut tota pro aduerſariis, aut mixta ex vtriſque. Si erit tota pro nobis, contenti ſimus his tribus partibus, vt Iudex intelligat, meminerit, credat. Nec quicquam reprehenſione dignum ducat; nam id principio maximè cauetur.

Narrationis virtutes.

Quoties ſequentia ſatis rem declarant, iis contenti eſſe debemus, & priora omittere. Satius eſt narrationi aliquid ſupereſſe, quàm deeſſe: nam ſuperuacua cum tædio dicuntur, neceſſaria cum periculo ſubtrahuntur. Quæ probatione tractaturi ſumus perſona, loco, tempore, inſtrumento, occaſione, in narratione delibabimus. Multæ ſæpe in vna cauſa ſunt narrationes, maximè ſi cauſa ſit multiplex, vt eſt Repetundarum. Non ſemper eo ordine eſt narrandum, quo res geſta eſt: quare in re cauſæ conditionem ſpectabimus. Tanta eſt enim varietas cauſarum, vt qui aut eundem ordinem vbique ſequatur, vt præceptia quenquam certis alliget, non modo operam perdat, verùm etiam cogat in re diuerſiſſima vnum ſemper ſpectare finem; quod quàm ſit abſurdum, facilè intelliget qui Ciceronis orationes legerit. Ἐπιδιήγησις fit ad augmentum vel inuidiæ vel miſerationis in aduerſis. Initium narrationis à perſona fit: & ea ſi noſtra eſt ornetur: ſi aliena, infametur. Finis narrationis fit, quum eò perducitur expoſitio, vnde quæſtio oritur.

G

De egreſſionibus.

Egreſſiones in oratione quid ſint.

Egreſſus eſt vel egreſſio, hoc παρέκβασιν, quum intermiſſa parum re propoſita, quiddam interſeritur delectationis vtilitatiſve cauſa. Sed hæ ſunt plures, quæ per totam cauſam varios excurſus habent: vt laus hominum, locorúmque, & deſcriptio regionum, expoſitio quarundam rerum geſtarum, vel etiam fabuloſarum. Sed Indignatio, miſeratio, inuidia, conuicium, excuſatio, conciliatio, maledictorum refutatio, & ſimilia: amplificatio, minutio, omnis affectus genus, de luxuria, de auaritia, de religione, aut officiis neglectis vel oblitis, cum ſuis argumentis quia cohærent, egredi non videntur.

H

De credibilibus.

Credibilium tria genera.

Credibilium tria ſunt genera, vnum fortiſſimum, quia ferè ſemper accidit, vt liberos à parentibus amari. Alterum velut propenſius: vt eum qui rectè valeat, ad craſtinum peruenturum. Tertium tantùm non re-

A pugnans, ab eo in domo furtum factum, qui domi fuerit, munus aliquod domi adminiſtrauerit.

Argumenta unde ducantur.

Argumenta rhetorices unde ducantur. Argumenta ducuntur à perſonis, cauſis, temporibus. Cuius tres partes ſunt: præcedens, inſequens, coniunctum. Si agimus noſtra confirmanda ſunt prius: tum ea quæ noſtris opponuntur refutanda. Si reſpondemus, ſæpius incipiendum a refutatione: locuples enim, ſpecioſa, & imperioſa eſſe debet eloquentia.

Epilogus.

Epilogus quæ peroratio orationis. Concluſio, quæ peroratio dicitur, duplicem habet rationem. Ponitur enim aut in rebus, aut in affectibus, rerum repetitione & cumulo, quæ Græcè ἀνακεφαλαίωσις dicitur, a Latinis quibuſdam enumeratio appellata.
B Ea autem memoriam iudicis reficit, & totam ſimul cauſam ponit ante oculos, vt etiam ſi ſingula minus valeant, turba tamen moueat: ita tamen, vt breuiter eorum capita curſimque tangantur. Sed tunc fit, quando multæ quæſtiones inferuntur. Nam ſi breuis ſimplexque ſit, non eſt neceſſaria.

De affectibus.

Affectuum duæ ſpecies. Affectuum duæ ſunt ſpecies quas Græci ἦθος & πάθος vocant, quaſi dicas mores & affectus concitatos, πάθος quidem affectus turbulentos, ἦθος verò mites atque compoſitos. In illis vehementes motus, in iis leues. Et πάθος quidem imperat ἦθος verò perſuadet. His ad perturbationem, illis ad beneuolentiam vtimur. Et eſt πάθος temporale, ἦθος verò perpetuum. Vtrumque ex eadem natura, ſed illud maius, hoc minus. In aduerſarios plus valet iracundia, quàm conuicium: quia iracundia aduerſarios, conuicium nos inuiſos facit. Nam
C ſunt quædam quæ ſi imprudentibus excidant, ſtulta ſunt quum ſimulamus, venuſta creduntur. Altercator, iracundiæ vitio careat: nullus enim affectus rationi magis obſtat, & fert extra cauſam plerumque, ac deformia conuicia facere ac mereri cogit, & nonnunquam in ipſos iudices incurrit. *Coniecturam aut de re, aut de animo eſſe.* Coniectura omnis aut de re, aut de animo eſt. Vtriuſque tria ſunt tempora, præteritum, præſens, futurum. De re generales ſunt quæſtiones, & definitæ, id eſt & quæ non continentur perſonis, aliiſque circumſtantiis, & quæ continentur. De animo quæri non poteſt, niſi vbi perſona eſt & de facto conſtat. Ergo cum de re agitur: aut quid factum ſit, in dubium venit, aut quid fiat, aut quid futurum ſit, & ſimilia.

De amphibologia.

D Amphibologiæ ſpecies ſunt innumerabiles adeò vt nonnulli philoſophi putent nullum eſſe verbum quod non plura ſignificet. Aut enim vocibus ſingulis accidit, per ὁμωνυμίαν, aut coniunctis per ambiguam conſtructionem. Vitioſa oratio fit, quum inter duo nomina medium verbum ponitur. Alias tamen vitioſæ orationis ſpecies nec enumerare cuiquam facilè promptum eſt: in vniuerſum verò id ſic præcipitur, vt quicquid parum propriè, clarè, locóque dicatur, id ferè in vitium incurrat.

Genus dicendi nullum in genere demonſtratiuo. Rhetoricæ partis definitiones & diuiſiones. Nunc ad artis Rhetoricæ definitiones diuiſionéſque veniamus, quæ ſicuti eſt copioſa & varia, ita & à multis & clariſſimis ſcriptoribus tractata eſt, non eodem modo. Nam ſunt qui genus demonſtratiuum in ſcholas ſic relegant, vt oratori nec faciant copiam alterius partis, aut maiorem aut frequentiorem quàm iudicialis. Qua quidem in re quid ſpectent, video, nam eam demum partem multò ſpecioſiſſimam ſe tantum iudicant dignam: in qua multum ſit & oſtentationis & vtilitatis: quum interim vt ad hanc forenſem lucem peruenlatur, in demonſtratiuis ferè ludamus: ideoque fit, vt in ſcholis, vbi variarum actionum progymnaſmata tractantur, nullus locus tractetur aut ſcilicet aut ſæpius quam laudis vituperationiſque, qui eſt demonſtratiui generis proprius. Hoc tamen ſciat futurus Orator, non eſſe genus vllum dicendi, quod admittere poſſit aliquid e genere demonſtratiuo, id quod ſic ſe habere ſibi perſuadebit, qui veterum ſcripta legerit accuratiùs.
E Rhetorica, vt fert communis ferè omnium opinio, eſt bene dicendi ſcientia in ciuilibus quæſtionibus. Orator igitur eſt vir bonus dicendi peritus. Oratoris autem officium eſt appoſite dicere ad perſuadendum. Finis, perſuadere dictione, quatenus rerum & perſonarum conditio videtur admittere in ciuilibus quæſtionibus: ſic enim Hermagoras calumniis occurrit plurimis. Ciuiles quæſtiones ſunt, quæ in communem animi conceptionem poſſunt cadere, id eſt, quas vnuſquiſque poteſt intelligere, quum de æquo quæritur & bono. Cauſa eſt res quæ in ſe habet controuerſiam in dicendo poſitam, cum perſonarum certarum interpoſitione, quæ ὑπόθεσις dicitur: vt ſitne philoſopho vxor ducenda? F

Amphibologiæ ſpecies innumerabiles. Quæſtio eſt res quæ in ſe habet controuerſiam poſitam in dicendo ſine certarum perſonarum interpoſitione, quæ a Græcis θέσις appellatur: vt ſitne nauigandum. In hypotheſi naſcitur ſæpe quæſtio: in theſi continetur. Circumſtantiæ rerum ſi plurimum habent locum, quæ ab Hermagora μόρια περιστάσεως vocantur, quas & elementi nomine appellant, eò quòd ex earum coniunctione tanquam ex elementis quibuſdam quæſtiones fiant. Sunt autem numero ſeptem: quis, quid, quando, vbi, cur, quemadmodum, quibus adminiculis.

De partibus Rhetoricæ.

Rhetoricæ partes. Partes autem, atque, vt ſic dixerim, membra Rhetoricæ ſunt quinque, inuentio, diſpoſitio, elocutio, memoria, pronunciatio. G

Inuentio eſt excogitatio rerum verarum aut veriſimilium, quæ cauſam probabilem reddunt. Ex præceptis non conſtat, ſed quo quiſque eſt ingenio promptior, hoc magis hac re excellit. Diſpoſitio eſt rerum inuentarum in ordinem pulchra diſtributio. Vbi cauendum, ne ſic diſtribuamus, vt partium multitudo afferat obſcuritatem. Elocutio eſt idoneorum verborum ad inuentionem accommodata perceptio. Memoria eſt firma animi rerum ac verborum ad inuentionem perceptio. Pronunciatio eſt rerum ac verborum cum dignitate vocis & corporis decora moderatio.

Genera cauſarum.

Genera cauſarum. Deliberatiuum, demonſtratiuum genus. Tria maxima Rhetorum pars fecit genera cauſarum, licet aliis atque aliis nominibus appellauerint. Demonſtratiuum, quod Græci ἐγκωμιαστικὸν a laude dicunt: & ἐπιδεικτικὸν quod demonſtrationis vim habeat, Deliberatiuum συμβουλευτικὸν quod Ariſtoteles concionale appellat. Et iudiciale. Demonſtratiuum in laudem & vituperationem diuiditur. Deliberatiuum in ſuaſionem & diſſuaſionem, adhibeturque maxime vtilitas & inutilitas. Iudiciale in accuſationem & defenſionem, petitionem præmij, & negationem. Demonſtratiuum genus eſt quum aliquid demonſtramus, in quo laus aut vituperatio tractatur, quod quum in prophanis ſtudiis ſit vſitatiſſimum, tum etiam nonnunquam incidit in ſacris literis, vt in Dauide: Domine, in cœlo miſericordia tua, &c. H

Demonſtratiui orationis & iudicialis orationum genus. Deliberatiuum genus eſt, in quo ſuaſio aut diſſuaſio occurrit: appetere & fugere. Iudiciale, in quo eſt accuſatio: defenſio, præmij petitio vel negatio.

De ſtatibus.

Status, qui Græcè στάσις dicitur, eſt veluti cardo in quo tota cauſa vertitur. Fit autem ex intentione & depulſione. Eum vocant nonnulli conſtitutionem: alij

A quæſtionem: alij quod ex quæſtione appareat.

Status cauſarũ. Statuum alij ſunt rationales, alij legales. Rationales diuiduntur in quatuor: in coniecturales, finitiuos, qualitatis, tranſlationis. Coniecturalis ſtatus eſt, quum factum quod ab aliquo obiicitur, ab aduerſario pernegatur: vt, feciſti, non feci. Finitiuus eſt, quum id quod obiicitur, non hoc eſſe contendimus, ſed quid illud ſit, adhibitis definitionibus, probamus: vt, non erat ſacrilegij crimen intentandum, qui priuatam rem ſuſtuli. Hic maximè opus erit definitione ſacrilegii. Qualitatis, eſt ſtatus, quum qualis ſit res, quæritur: & quia ſit res, quæritur: & quia de re & genere negocij controuerſia eſt, conſtitutio generalis vocatur. Tranſlatiuus eſt, quum cauſa ex eo pendet, quod non is agat qui aut agere deberet, aut non apud quos, quo tempore, qua lege, quo crimine, qua pœna oportet. Huic ſubiicitur confutatio. Conſtitutione cauſæ reperta, protinus conſiderandum eſt, ſimplex vtrum ſit quæſtio cauſæ, an coniuncta. Simplex eſt, quæ vnam in ſe quæſtionem complectitur: ſi quæratur, ſintne litteræ virtutum incunabula? Et ſitne Corinthiis bellum indicendum? Coniuncta eſt, quæ ex pluribus quæſtionibus conſtat, vt ſi quæratur, ſitne Carthago diruenda? an Carthaginenſibus reddenda, an colonia deducenda? Legales verò ſtatus in ſcripti & rationis verſantur controuerſia. Scripti autem controuerſia eſt, quæ plurimum pendet ex ambiguitate vnius, aut alterius verbi, dum tuentur mordicus legis verba, interim nihil facientes rationem, hoc eſt, animum medullámque legum, quæ æquum bonúmque tuetur, ſéque ad animum legumlatorum accommodat. Supereſt tum, vt quum cognitus fuerit controuerſiæ locus, videamus quæ quæſtio, quæ ratio, quæ iudicatio, quod denique firmamentum ſit cauſæ. Eſt ergo quæſtio, in qua cauſæ diſceptatio conſtat: vt, iure feci, non iure feciſti. Ratio eſt, qua reus vtitur cur iure fecerit: vt Oreſtes accuſatus parricidij, inquit, iure feci, illa enim patrem meum occiderat. Iudicatio eſt ex ratione deducta ſumma, huiuſmodi, rectúmne fuerit ab Oreſte matrem occidi, quum illa patrem Oreſtis occiderit. Firmamentum eſt firmiſſima argumentatio defenſoris: vt ſi Oreſtes dicit eiuſmodi fuiſſe matris animum in patrem ſuum, in ſeipſum, in regnum, demum in omnem familiam, vt ab ea liberi potiſſimum deberent pœnas ſumere. Generalis conſtitutio eſt, quæ quale factum ſit quod reo obiicitur, docet. Et habet partes duas, iuridicialem, & negocialem. Negocialis eſt, in qua quid iuris ſit, ex ciuili more per æquitatem conſideratur: cui diligentiæ præſunt iudices: & habet ſibi connexam controuerſiam. Iuridicialis eſt, in qua æqui, rectíque natura, præmij & pœnæ ratio quæritur. Huius partes ſunt duæ, abſoluta & aſſumptiua. Abſoluta eſt, quæ in ſe continet iuris & iniuriæ quæſtionem. Aſſumptiua verò eſt, quæ ex ſe nihil dat firmi ad recuſationem, foris autem aliquid defenſionis aſſumit. Cuius ſunt quatuor partes, comparatio, relatio criminis, remotio criminis, conceſſio. Comparatio eſt, quum aliud aliquod factum honeſtum aut vtile contenditur, quod vt fieret, & illud quod arguitur, dicitur eſſe commiſſum. Remotio criminis eſt, quum id crimen quod infertur, à ſe & a ſua culpa in alium reus transferre conatur. Relatio criminis, quum ideo iure quid factum dicitur, quòd aliquis ante laceſſiuerit. Conceſſio criminis eſt, quum reus non id quod factum eſt defendit, ſed vt ignoſcatur poſtulat. Eius partes ſunt duæ, purgatio, & deprecatio. Purgatio eſt, per quam eius qui accuſatur, non factum ipſum, ſed voluntas defenditur. Ea rurſus tres habet partes, imprudentiam, caſum, neceſſitatem. Imprudentia eſt, quum ſciſſe ſe aliquid is qui arguitur, negat.

Caſus autem infertur in conceſſionem, quum demonſtratur aliquam fortunæ vim obſtitiſſe voluntati. Neceſſitudo autem erit, quum vi quadam reus id quod fecerit, feciſſe ſe dixerit.

Scripti & voluntatis eſt controuerſia, quando verba ipſa cum ſententia ſcriptoris pugnare videntur: quæ eſt in iure ciuili frequentiſſima, & tractatur à Cicerone quum aliàs, tum in Oratore. Legum contrariarum ſtatus ſunt, quando inter ſe duæ aut plures leges pugnare videntur, quam Græci appellant ἀντινομίαν. Qua in re hoc memoriæ reliquerunt veteres, vt ſemper veterem legem noua & nuper lata putemus aboleri. Ambiguitas eſt, quum id quod ſcriptum eſt, duas aut plures res ſignificare videtur. Collectio, quæ & ratiocinatio vocatur, eſt quando ex eo quod ſcriptum eſt, quid inuenitur. Definitio legalis eſt, quum vis verbi quaſi in definitiua conſtitutione in qua poſita ſit quæritur. Status ergo tam rationales quàm legales à quibuſdam XVIII. ſunt numerati. Cæterum ſecundum Ciceronem XIX. inueniuntur: eò quòd tranſlationem inter rationales præcipuè ſtatus recenſuerit, qui tamen ſe ipſum in aliis libris reprehendens, tranſlationem legalibus ſtatibus annumerauit.

B — *Scripti & voluntatis cõtrouerſia.* E — *Ambiguitas quid ſit. Collectio ſeu ratiocinatio. Definitio legalis quid ſit.* F

De generibus cauſarum.

Genera cauſarũ. Quinque ſunt genera cauſarum: honeſtum, admirabile, humile, anceps, obſcurum. † Honeſtum cauſarum genus eſt, cui ſtatim ſine oratione noſtra fauet auditoris animus. Admirabile eſt, à quo eſt alienatus animus eorum qui auditori ſunt. Humile eſt, quod negligitur ab auditore, & non magnopere attendendum videtur. Anceps eſt, in quo aut iudicatio dubia eſt, aut cauſa & honeſtatis & turpitudinis particeps, vt beneuolentiam pariat & offenſionem. Obſcurum eſt, in quo aut tardi auditores ſunt, aut difficilioribus ad cognoſcendum negotiis cauſa implicata eſt.

† Hactenus ex compendio: deinceps ex ipſo Caſſiodoro. Admirabile cauſæ genus. Humile cauſæ genus. Anceps genus cauſæ. Obſcurũ cauſæ genus. G

Partes orationis Rhetoricæ ſunt ſex:
- Exordium.
- Narratio.
- Partitio.
- Confirmatio.
- Reprehenſio.
- Concluſio.

Orationis Rhetoricæ partes. Exordiũ quid ſit. Exordium eſt oratio animum auditoris idoneè comparans ad reliquam dictionem. Narratio eſt rerum geſtarum, aut vt geſtarum expoſitio. Partitio eſt, quæ ſi rectè habita fuerit, illuſtrem, & perſpicuam totam efficit orationem. *Confirmatio quid ſit.* Confirmatio eſt, per quam argumentando noſtræ cauſæ fidem & auctoritatem & firmamentum adiungit oratio.

Reprehenſio quid ſit. Reprehenſio eſt, per quam argumentando aduerſariorum confirmatio diluitur, aut eleuatur. Concluſio eſt, exitus & determinatio totius orationis, vbi interdum & epilogorum allegatio flebilis adhibetur.

Hæc licet Cicero Latinæ eloquentiæ lumen eximium per varia volumina copiosè nimis & diligenter effuderit, & in arte Rhetorica duobus libris videatur amplexus, quorum commenta à Mario Victorino compoſita in Bibliotheca mea vobis reliquiſſe cognoſcor.

H — *Quintilianus Rhetor.* Quintilianus etiam doctor egregius, qui poſt fluuios Tullianos ſingulariter valuit implere quæ docuit, virum bonum dicendi peritum à prima ætate ſuſcipiens, per cunctas artes ac diſciplinas nobilium litterarum erudiendum eſſe monſtrauit: quem meritò ad defendendum totius ciuitatis vota requirerent. Libros autem duos Ciceronis de arte Rhetorica & Quintiliani in duodecim inſtitutionum iudicauimus eſſe iungendos: vt nec codicis excreſceret magnitudo, & vtrique dum neceſſarij fuerint, parati ſemper occurrant.

Fortunatianum verò doctorem nouellum, qui tribus voluminibus de hac re ſubtiliter minutéque tractauit, in pugillari codice aptè fortaſſis congruentérque redigimus: vt & faſtidium lectori tollat, & quæ ſunt neceſſaria competenter inſinuet. Hunc legat, qui breuitatis amator eſt. Nam cùm opus ſuum in multos libros non tetenderit, plurima tamen acutiſſima ratione diſſeruit: quos codices cum præfatione ſua in vno corpore reperietis eſſe collectos.

Rhetorica

A *Rhetorica argumentatio quemodo tractetur.*

Rhetorica argumentatio tractatur
- aut per inductionem: cuius mēbra ſunt hæc:
  - Propoſitio.
  - Illatio, quæ & aſſumptio dicitur.
  - Concluſio.
- aut per Ratiocinationem.
  - aut per Enthymema, qui eſt imperfectus ſyllogiſmus atque Rhetoricus: qui, ſicut Fortunatianus dicit explicatur
    - Conuincibili.
    - Oſtentabili.
    - Sententiali.
    - Exemplabili.
    - Collectiuo.
  - aut per Epicherema, qui eſt Rhetoricus & latior ſyllogiſmus: qui fit
    - aut tripertitus
    - aut quatripertitus.
    - aut quinquepertitus.

Argumentatio quid ſit, & unde dicta. B

Argumentatio dicta eſt quaſi argutæ mentis oratio. Argumentatio eſt enim oratio ipſa, qua inuentum probabiliter exequimur argumentum: Inductio eſt oratio, qua rebus non dubiis captamus aſſenſionem eius, cum quo inſtituta eſt, ſiue inter Philoſophos, ſiue inter Rhetores, ſiue inter Sermocinantes. Propoſitio inductionis eſt, quæ ſimilitudines concedendæ rei neceſſariò vnius inducit aut plurium.

Inductio quid ſit. Propoſitio inductionis quid ſit. Illatio inductionis quid ſit.

Illatio inductionis eſt, quæ & aſſumptio dicitur, quæ rem de qua contendimus, & cuius cauſa ſimilitudines adhibitæ ſunt, introducit.

Concluſio inductionis eſt, quæ aut conceſſionem illationis confirmat, aut quid ex ea conficiatur, oſtendit.

Ratiocinatio quid ſit.

Ratiocinatio, eſt oratio qua id de quo eſt quæſtio comprobamus. Enthymema igitur eſt quod Latinè interpretatur mentis conceptio, quam imperfectum ſyllogiſmum ſolent Artigraphi nuncupare. Nam in duabus partibus hæc argumenti forma conſiſtit: quando id quod ad fidem pertinet faciendam, vtitur ſyllogiſmorum lege præterita: vt eſt illud: Si tempeſtas vitanda eſt, non eſt igitur nauigandum. Ex ſola enim propoſitione & concluſione conſtat eſſe perfectum: vnde magis oratoribus quàm dialecticis conuenire iudicatum eſt. De dialecticis autem ſyllogiſmis ſuo loco dicemus. Conuincibile eſt quod euidenti ratione conuincitur: ſicut fecit Cicero pro Milone. Eius igitur mortis ſedetis vltores, cuius vitam ſi poſſeris, per vos reſtitui poſſe nolletis. Oſtentabile eſt, quod certa rei demonſtratione conſtringit: ſic Cicero in Catilinam: Hic tamen viuit, viuit. Imò etiam in Senatum venit. Sententiale eſt, quod ſententia generalis addidit: vt apud Terentium: Obſequium amicos, veritas odium parit. Exemplabile eſt, quod alicuius exempli comparatione euentum ſimilem comminatur: ſicut Cicero in Philippicis dicit: Te miror, Antoni, quorum facta imitere, eorum exitus non perhorreſcere. Collectiuum eſt, cùm in vnum, quæ argumentata ſunt, colliguntur: ſicut ait Cicero pro Milone: Quem igitur cum gratia noluit, hunc voluit cum aliquorum querela: quem iure, quem loco, quem tempore cum periculo capitis non dubitauit occidere.

C

D *Enthymema ex ſola propoſitione & ex ſola concluſione.*

Præterea ſecundum Victorinum Enthymematis altera eſt definitio. Ex ſola propoſitione, ſicut iam dictum eſt, ita conſtat Enthymema: vt eſt, illud: Si tempeſtas vitanda eſt, non eſt nauigatio requirenda. Ex ſola aſſumptione: vt eſt illud: Sunt autem qui mundum dicant ſine adminiſtratione diſcuttere.

Ex ſola concluſione: vt eſt illud: Vera eſt igitur diuina ſententia. Ex propoſitione & aſſumptione: vt eſt illud: Si inimicus eſt, occidit. Inimicus autem eſt: & quia illi deeſt concluſio, Enthymema vocatur. Sequitur Epicherema. Epicherema eſt, quod ſuperiùs diximus, deſcendens de ratione latior excurſio Rhetorici ſyllogiſmi, latitudine diſtans & productione ſermonis à dialecticis ſyllogiſmis, propter quod Rhetoribus datur. Tripertitus epicherematicus ſyllogiſmus eſt, qui conſtat membris tribus: id eſt, propoſitione, aſſumptione, concluſione. Quadripertitus eſt, qui conſtat membris quatuor propoſitione, aſſumptione, & vna propoſitionis ſiue aſſumptionis coniuncta probatione, & concluſione. Quinquepertitus is eſt, qui conſtat membris quinque: id eſt propoſitione & probatione aſſumptione & eius probatione & concluſione.

Epicherema quid ſit.

Hunc Cicero ita facit in arte Rhetorica: Si deliberatio & demonſtratio genera ſunt cauſarum, non poſſunt rectè partes alicuius generis cauſæ putari. Eadem enim res, alij genus, alij pars eſſe poteſt: idem genus & pars eſſe non poteſt, vel cætera: quouſque ſyllogiſmi huius membra claudantur. Sed video quantum in aliis partibus lector ſuum exercere poſſit ingenium.

Memoratus autem Fortunatianus in tertio libro meminit de oratoris memoria, de pronunciatione & voce: vnde tamen Monachus etiam aliqua vtilitate diſcedit: quando ad ſuas partes non improbè videtur attrahere, quod illi ad exercendas controuerſias vtiliter aptauerunt. Memoriam ſiquidem lectionis diuinæ recognita cautela ſeruabit, cum in ſupradicto libro eius vim qualitatémque cognouerit: artem verò pronuntiationis in diuinæ legis effatione concipiet. Vocis autem diligentiam in pſalmodiæ decantatione cuſtodiet. Sic inſtructus in opere ſancto redditur, quamuis libris ſecularibus occupetur.

Nunc ad Logicam, quæ & Dialectica dicitur, ſequenti ordine veniamus, quam quidam diſciplinam, quidam artem appellare maluerunt, dicentes: quando apodicticis, id eſt, probabilibus diſputationibus aliquid diſſerit, diſciplina debeat nuncupari: quando verò aliquid veriſimile tractat, vt ſunt ſyllogiſmi ſophiſtici nomen artis accipiat. Ita vtrumque vocabulum pro argumentationis ſuæ qualitate promeretur.

DE DIALECTICA.

Dialecticam primi Philoſophi in dictionum ſuarum quidem argumentationibus habuerunt: non tamen ad artis redegere peritiam: Poſt quos Ariſtoteles vt fuit doctrinarum omnium diligens inquiſitor, ad regulas quaſdam, huius doctrinæ argumenta perduxit quæ priùs ſub certis præceptionibus non fuerunt. Hic libros faciens exquiſitos, Græcorum ſcholam multiplici laude decorauit. Quem noſtri non perferentes diutiùs, alienum tranſlatum expoſitúmque Romanæ eloquentiæ contulerunt. Dialecticam verò, & Rhetoricam Varro in nouem libris tali ſimilitudine definiuit. Dialectica & Rhetorica, eſt: quod in manu hominis pugnus aſtrictus & palma diſtenſa: illa breui oratione argumenta concludens, iſta facundiæ campos copioſo ſermone diſcurrens: illa verba contrahens, iſta diſtendens. Dialectica ſiquidem ad diſcernendas res acutior Rhetorica ad illa, quæ nititur docenda, facundior. Illa ad ſcholas nonnunquam venit, iſta iugiter procedit in forum: illa requirit rariſſimos ſtudioſos, hæc ſequentes & populos. Sed priuſquam de ſyllogiſmis dicamus, vbi totius Dialecticæ vtilitas & virtus oſtenditur, oportet de eius initiis, quaſi quibuſdam elementis, pauca diſſerere: vt ſicut eſt a maioribus diſtinctus ordo, ita & noſtræ diſpoſitionis currat intentio. Conſuetudo itaque eſt Doctoribus Philoſophiæ, antequam ad Iſagogen veniant exponendam, diuiſionem Philoſophiæ paucis attingere: quam nos quoque ſeruantes, præſenti tempore non immeritò credimus intimandam.

Philoſophiæ diuiſio.

Philoſophia diuiditur in
- Inſpectiuam, quæ diuiditur in
  - Naturalem.
  - Doctrinalem: hæc ſubdiuiditur in diuinalem.
    - Arithmeticam.
    - Muſicam.
    - Geometricam.
    - Aſtronomicam.

A

Actualem hæc ſubdiuiditur in	Moralem.
	Diſpenſatiuam.
	Ciuilem.

Philoſo... defi.

Philoſophia eſt diuinarum, humanarúmque rerum, in quantum homini poſſibile eſt, probabilis ſcientia: Aliter, Philoſophia eſt ars artium, & diſciplina diſciplinarum. Rurſus, Philoſophia eſt meditatio mortis, quod magis conuenit Chriſtianis, qui ſeculi ambitione calcata, conuerſatione diſciplinabili, ſimilitudine futuræ patriæ viuunt: Sicut dicit Apoſtolus, In carne enim ambulantes, non ſecundum carnem militamus: & alibi, Conuerſatio noſtra in cœlis eſt. Inſpectiua dicitur, qua ſupergreſſi viſibilia de diuinis aliquid & cœleſtibus contemplamur, eaque mente ſolummodo conſpicimus, quantum incorporeum ſupergreditur aſpectum. Naturalis dicitur, vbi vniuſcuiuſque rei natura diſcutitur, quia nihil contra naturam generatur in vita: ſed vnumquodque his vſibus deputatur, in quibus a creatore productum eſt: niſi forte cum voluntate diuina aliquod miraculum prouenire monſtretur. B Doctrinalis dicitur ſcientia, quæ abſtractam conſiderat quantitatem. Abſtracta enim quantitas dicitur, quam intellectu à materia ſeparantes, vel ab aliis accidentibus: vt eſt, par, impar: vel alia huiuſcemodi in ſola ratiocinatione tractamus. Diuinalis dicitur: quando aut ineffabilem naturam diuinam, aut ſpirituales creaturas, ex aliqua parte, profundiſſima qualitate diſſerimus. Arithmetica, eſt diſciplina quantitatis numerabilis ſecundum ſe. Muſica eſt diſciplina quæ de numeris loquitur qui ad aliquid ſunt his, qui inueniuntur in ſonis. Geometrica, eſt diſciplina magnitudinis immobilis & formarum. Aſtronomia, eſt diſciplina quæ curſus cœleſtium, ſyderúmque figuras contemplatur omnes, & habitudines ſtellarum circa ſe & circa terram, indagabili ratione percurrit. Actualis dicitur, quæ res propoſitas operationibus ſuis explicare contendit: Moralis C dicitur, per quam mos viuendi honeſtus appetitur, & inſtituta ad virtutem tendentia præparantur. Diſpenſatiua dicitur, domeſticarum rerum ſapienter ordo diſpoſitus. Ciuilis dicitur: per quam totius ciuitatis adminiſtratur vtilitas. Philoſophiæ diuiſionibus definitionibuſque tractatis, in quibus generaliter omnia continentur, nunc ad Porphyrij librum, qui Iſagoge inſcribitur, accedamus.

De Iſagoge Porphyrij.

...Porphyrij ... quinque tract...

Iſagoge Porphyrij tractat	De genere.
	De ſpecie.
	De Differentia.
	De Proprio.
	De Accidente.

Genus eſt ad ſpecies pertinens, quod de differentibus ſpecie: in eo quod quid ſit prædicatur: vt animal. D Per ſingulas enim ſpecies, id eſt, hominis, equi, bouis, & cæterorum genus animal prædicatur atque ſignificatur. Species eſt, quod de pluribus & differentibus numero, in eo quod quid ſit, prædicatur. Nam de Socrate, Platone, & Cicerone homo prædicatur. Differentia eſt, quod de pluribus & differentibus ſpecie in eo quod quale ſit de homine prædicatur: ſicut rationale & mortale in eo quod quale ſit de homine prædicatur. Proprium eſt, quo vnaquæque ſpecies vel perſona certo additamento inſignitur, & ab omni communione ſeparatur. Accidens eſt, quod accedit & recedit præter ſubiecti corruptionem: vel ea quæ ſic accidunt, vt penitus non recedant. Hæc qui plenius noſſe deſiderant, introductionem legant Porphyrij: qui licet ad vtilitatem alicuius operis ſe dicat ſcribere, non tamen ſine propria laude viſus eſt alia dicta ſummaſſe.

Sequuntur Ariſtotelis Categoria, ſiue Prædicamenta, quibus mirum in modum per varias ſignificantias omnis ſermo concluſus eſt: quorum organa ſiue inſtrumenta ſunt tria.

E

Organa vel inſtrumenta Categoriarum ſiue Prædicamentorum ſunt æquiuoca, vniuoca, denominatiua. Æquiuoca dicuntur quorum nomen ſolùm commune eſt, ſecundum nomen verò ſubſtantiæ ratio diuerſa: vt animal, homo, & quod pingitur. Vniuoca dicuntur, quorum & nomen commune eſt, & ſecundum nomen diſcrepare eadem ſubſtantiæ ratio non probatur: vt animal homo, atque bos. Denominatiua, id eſt deriuatiua, dicuntur quæcunque ab aliquo ſola differentia caſus ſecundum nomen habent appellationem: vt à Grammatica grammaticus, à fortitudine fortis.

Ariſtotelis Categoria ſiue prædicamenta decem.

Ariſtotelis Categoriæ vel Prædicamenta decem ſunt:	Subſtantia.
	Quantitas.
	Qualitas.
	Ad aliquid.
	Facere.
	Pati.
	Situs.
	Quando.
	Vbi.
	Habere.

F

Subſtantia eſt, quæ propriè, & principaliter, & maximè dicitur: quæ neque de ſubiecto prædicatur, neque in ſubiecto eſt: vt aliquis homo, vel aliquis equus. Secundæ autem ſubſtantiæ dicuntur, in quibus ſpeciebus, illæ quæ principaliter ſubſtantiæ primò dictæ ſunt, inſunt atque clauduntur: vt in homine, Cicero. Quantitas aut diſcreta eſt, & habet partes ab alterutro diſcretas, nec communicantes, ſecundum aliquem communem terminum, velut numerus, & ſermo qui profertur; aut continua eſt, & habet partes quæ ſecundum aliquem communem terminum adinuicem conectuntur: velut linea, ſuperficies, opus, locus, motus, tempus. Ad aliquid verò ſunt; quæcunque hoc ipſum quod ſunt aliorum eſſe dicuntur: velut, maius duplum, habitus, diſpoſitio, ſcientia, ſenſus, poſitio. Qualitas, eſt, ſecundum quam aliqui quales dicimur, vt bonus, malus. Facere, eſt: vt ſecare, vel vrere: id eſt aliquid operari. Pati eſt: vt ſecari vel vri. G Situs, eſt: vt ſtat, ſedet, iacet. Quando eſt: vt heſterno, vel cras. Vbi, eſt: vt in Aſia, in Europa, in Lybia. Habere eſt, vt calceatum, vel armatum eſſe.

Hoc opus Ariſtotelis intentè legendum eſt, quando ſicut dictum eſt: quicquid homo loquitur, inter decem iſta Prædicamenta ineuitabiliter inuenitur: proficit etiam ad libros intelligendos, qui ſiue Rhetoribus, ſiue Dialecticis applicantur. Sequitur liber Perihermenias ſubtiliſſimus nimis, & per varias formas, iterationeſque cautiſſimus, de quo dictum eſt: Ariſtoteles, quando librum Perihermenias ſcriptitabat, calamum in mente tingebat. Definitionum prima eſt [illegible], id eſt, ſubſtantialis, quæ propriè & verè dicitur definitio, vt eſt homo animal rationale, mortale, ſenſus diſciplinæque capax; hæc enim definitio per ſpecies & differentias deſcendens venit ad proprium, & deſignat pleniſſimè quid ſit homo. Secunda eſt ſpecies definitionis, quæ Græcè [illegible] dicitur, Latinè notio nuncupatur: quam notionem communi, non proprio nomine poſſumus dicere. Hæc iſto modo ſemper efficitur: Homo eſt quod rationali conceptione & exercitio præeſt animalibus cunctis. Non enim dixit quid eſt homo, ſed quid agat, quaſi quodam ſigno in notitiam denotato: In iſta enim & in reliquis notio rei profertur: non ſubſtantialis, vt in illa primaria explicatione declaratur: & quia illa ſubſtantialis eſt, definitionum omnium obtinet principatum. Tertia ſpecies definitionis eſt, quæ Græcè [illegible] dicitur, Latinè qualitatiua. Hæc dicendo quid quale ſit, id quod ſit, euidenter oſtendit. Cuius exemplum tale eſt: Homo eſt qui ingenio valet, artibus pollet, & cognitione rerum: aut quæ agere debeat eligit, aut animaduerſione quod inutile ſit contemnit: his enim qualitatibus expreſſus ac definitus homo eſt. Quarta ſpecies definitionis

Calamū in mente tingere dictū de Ariſtotele, quando ſcripſit librū Peri hermenias.

H

Definitionis variæ ſpecies.

tionis eſt quæ Græcè ὑπογραφικὴ, Latinè deſcriptiona-lis noncupatur: quæ adhibita circuitione dictorum factorúmque rem quæ quid ſit deſcriptione declarat: vt ſi luxurioſum volumus definire, dicimus: Luxurioſus, eſt victus non neceſſarij & ſumptuoſi & oneroſi appetens, in deliciis affluens, in libidine promptus, hæc & talia definiunt luxurioſum: Quæ ſpecies definitionis, oratoribus magis apta eſt, quam dialecticis, quia latitudines habet: hæc ſimili modo in bonis rebus ponitur & in malis. Quinta ſpecies definitionis eſt quam Græcè * κατ᾽ ἀντίλεξιν: Latinè ad verbum dicimus: hæc vocem illam de cuius requiritur, alio ſermone deſignat vno ac ſingulari, & quodammodo quid illud ſit in vno verbo poſitum, vno verbo alio declarat: vt conticeſcere eſt tacere: item cùm terminum dicimus finem, aut terras populatas interpretemur eſſe vaſtatas. Sexta ſpecies definitionis eſt, quam Græcè κατ᾽ τὴν διαφορὰν, per differentiam dicimus. Id eſt: cùm quæritur quid interſit inter regem & tyrannum, adiecta differentia quid vtrque ſit definitur: id eſt, rex eſt modeſtus & temperans, tyrannus verò impius & immitis. Septima eſt ſpecies definitionis: quam Græci κατ᾽ μεταφορὰν, Latini per tranſlationem dicunt: vt Cicero in Topicis, litus eſt, qua fluctus eludit. Hoc variè tractari poteſt: modò enim vt moueat, ſicut illud, caput eſt arx corporis: modò vt vituperet, vt illud, Diuitiæ ſunt breuis vitæ longum viaticum: modò vt laudet, vt adoleſcentia eſt flos ætatis. Octaua ſpecies definitionis eſt, quam Græci κατ᾽ ἀφαίρεσιν vocant, vt Latini per priuantiam contrarij eius quod definitur, dicunt: vt bonum eſt, quod malum non eſt: iuſtum eſt, quod iniuſtum non eſt. Et his ſimilia: quod ſe ita naturaliter ligat, vt neceſſariam cognitionem ſibi vnius comprehenſione connectat. Hoc autem genere definitionis vti debemus, cùm contrarium notum eſt. Nam certa ex incertis nemo probat. Sub qua ſpecie.

*Margin: * κατ᾽ ἀντίλεξιν.*

Modi formulæ primæ ſunt nouem.

Margin: Modi nouem primæ formulæ.

Primus modus eſt: qui concludit, id eſt, qui colligit ex vniuerſalibus dedicatiuis, dedicatiuum vniuerſale directum: vt, omne iuſtum honeſtum, omne honeſtum bonum, omne igitur iuſtum bonum.

Secundus modus eſt, qui concludit ex vniuerſalibus dedicatiua & abdicatiua abdicatiuum, vniuerſale directum: vt omne iuſtum honeſtum, nullum honeſtum turpe, nullum igitur iuſtum turpe.

Tertius modus eſt, qui concludit ex dedicatiuis particulari & vniuerſali, abdicatiuum particulare directum: vt quoddam iuſtum eſt honeſtum, omne honeſtum vtile, quoddam igitur iuſtum vtile.

Quartus modus eſt, qui conducit vel concludit ex particulari dedicatiua & vniuerſali, abdicatiuum particulare directum: vt quoddam iuſtum honeſtum, nullum honeſtum turpe, quoddam igitur iuſtum non eſt turpe.

Quintus modus eſt, qui conducit ex vniuerſalibus dedicatiuis particulare dedicatiuum per reflexionem: vt omne iuſtum honeſtum, omne honeſtum bonum, quoddam igitur bonum iuſtum.

Sextus modus eſt, qui conducit ex vniuerſali dedicatiua & vniuerſali abdicatiua vniuerſale per reflexionem: vt omne iuſtum honeſtum, nullum honeſtum turpe, nullum igitur turpe iuſtum.

Septimus modus eſt, qui conducit ex vniuerſali dedicatiuum particulare per reflexionem: vt quoddam iuſtum honeſtum, omne honeſtum vtile, quoddam igitur vtile iuſtum.

Octauus modus, qui conducit ex vniuerſali abdicatiua particulari, abdicatiuum per reflexionem: velut nullum turpe honeſtum, omne honeſtum iuſtum, quoddam igitur iuſtum non eſt turpe.

Nonus modus eſt, qui conducit ex vniuerſalibus abdicatiua & particulari dedicatiua, abdicatiuum particulare per reflexionem: velut nullum turpe honeſtum, quoddam honeſtum iuſtum, quoddam igitur iuſtum honeſtum.

Modi formulæ ſecundæ ſunt quatuor.

Margin: Formulæ ſecundæ quatuor modi.

Primus modus eſt, qui conducit ex vniuerſalibus dedicatiua & abdicatiua, abdicatiuum vniuerſale directum: velut omne iuſtum honeſtum, nullum turpe honeſtum, igitur nec iuſtum turpe.

Secundus modus eſt, qui conducit ex vniuerſalibus abdicatiua & dedicatiua, abdicatiuum vniuerſale directum: velut nullum turpe honeſtum, omne iuſtum honeſtum, nullum igitur turpe iuſtum.

Tertius modus eſt, qui conducit ex particulari dedicatiua & vniuerſali abdicatiua, abdicatiuum particulare directum: velut quoddam iuſtum honeſtum, nullum turpe honeſtum, quoddam igitur iuſtum turpe.

Quartus modus eſt, qui conducit ex particulari abdicatiua & vniuerſali dedicatiua: abdicatiuum particulare directum: velut quoddam iuſtum non eſt turpe, omne malum turpe, quoddam igitur iuſtum non eſt malum.

Modi formulæ tertiæ ſunt ſex.

Margin: Tertiæ formulæ ſex modi.

Primus modus eſt, qui conducit ex dedicatiuis vniuerſalibus dedicatiuum particulare, tam directum, quàm reflexum, vt omne iuſtum honeſtum, omne iuſtum bonum, quoddam igitur honeſtum bonum, vel quoddam bonum honeſtum.

Secundus modus eſt, qui conducit ex dedicatiuis particulari & vniuerſali dedicatiuum particulare directum: vt quoddam iuſtum honeſtum, omne iuſtum bonum, quoddam igitur honeſtum bonum.

Tertius modus eſt, qui conducit ex dedicatiuis vniuerſali & particulari dedicatiuum particulare directum: vt omne iuſtum bonum, quoddam iuſtum bonum, quoddam igitur honeſtum bonum.

Quartus modus eſt, qui conducit ex vniuerſali dedicatiua abdicatiuum particulare directum: vt omne iuſtum honeſtum, nullum iuſtum malum, quoddam igitur honeſtum non eſt malum.

Quintus modus eſt, qui conducit ex dedicatiua particulari, & abdicatiua vniuerſali abdicatiuum particulare directum: vt, quoddam iuſtum honeſtum, omne honeſtum bonum, igitur quoddam honeſtum non eſt malum.

Sextus modus eſt, qui conducit ex dedicatiua vniuerſali & abdicatiua particulari, abdicatiuum particulare directum: vt, omne iuſtum honeſtum, quoddam iuſtum non eſt malum, quoddam igitur honeſtum non eſt malum.

Has formulas. Categoricorum ſyllogiſmorum qui plenè noſſe deſiderat, librum legat, qui inſcribitur Peri hermenias Apuleij, & quæ ſubtiliùs ſunt tractata cognoſcet. Nec faſtidium nobis verba repetita congeminent: diſtincta enim, atque conſiderata ad magnas intelligentiæ vias, præſtante Domino, nos vtiliter introducent. Nunc ad hypotheticos ſyllogiſmos, ordine currente, veniamus.

Modi ſyllogiſmorum hypotheticorum ſeptem ſunt.

Margin: Syllogiſmorū hypotheticorū ſeptem modi.

Primus modus eſt, velut: Si dies eſt lucet, eſt autem dies, lucet igitur.

Secundus modus eſt ita: Si dies eſt lucet, non lucet, non eſt igitur dies.

Tertius modus eſt ita: non & dies eſt, & non lucet, atqui dies eſt, lucet igitur.

Quartus modus eſt ita: aut nox aut dies eſt, atqui dies eſt, non igitur nox eſt.

Quintus modus eſt ita: aut dies eſt aut nox, atqui nox non eſt, dies igitur eſt.

A Sextus modos eſt ita : & non dies eſt, & non lucet, dies autem eſt, nox igitur non eſt.

Septimus modus eſt ita : non & dies eſt & nox, atqui nox non eſt, dies igitur eſt.

Modos autem hypotheticorum ſyllogiſmorum ſi quis plenius noſſe deſiderat, legat librum Marij Victorini, qui inſcribitur de ſyllogiſmis hypotheticis. Sciendum quoque quoniam Tullius Marcellus Carthaginenſis de categoricis & hypotheticis ſyllogiſmis, quod à diuerſis philoſophis latiſſimè dictum eſt, ſeptem libris breuiter ſubtiliterque tractauit, ita vt primo libro de regula, vt ipſe dicit, colligentiarum artis dialecticæ diſputaret. Et quod ab Ariſtotele de categoricis ſyllogiſmis multis libris editum eſt : ab iſto ſecundo & tertio libro breuiter expleretur. Quod autem de hypotheticis ſyllogiſmis à Stoicis innumeris voluminibus tractatum eſt, ab iſto quarto & quinto libro colligeretur. In ſexto verò de mixtis ſyllogiſmis, B in ſeptimo autem de compoſitis diſputauit : quem codicem vobis legendum reliqui. Hinc ad pulcherrimas definitionum ſpecies accedamus : quæ tanta dignitate præcellunt, vt poſſint dici orationum maximum decus & quædam lumina dictionum. Definitio verò eſt oratio breuis vniuſcuiuſque rei naturam à communione diuiſam propria ſignificatione concludens : hæc multis modis, præceptiſque conficitur.

Peri hermenias diuiſio, & liber de quibus tractet.

In libro Peri hermenias, id eſt, de interpretatione, prædictus philoſophus de his tractat.	De nomine.
	De verbo.
	De oratione.
	De enunciatione.
	De affirmatione.
	De negatione.
	De contradictione.

Nomen eſt vox ſignificatiua ſecundùm placitum, ſine tempore : cuius nulla pars eſt ſignificatiua ſeparata : vt Socrates. C Verbum eſt, quod conſignificat tempus : cuius pars, nihil extra ſignificat : & eſt ſemper eorum quæ de altero dicuntur nota : vt ille cogitat, diſputat. Oratio eſt vox ſignificatiua, cuius partium aliquod ſeparatim ſignificatiuum eſt : vt Socrates diſputat. Enunciatiua oratio eſt, vox ſignificatiua de eo quod eſt aliquid vel non eſt : vt Socrates eſt, Socrates non eſt. Affirmatio eſt enunciatio alicuius de aliquo : vt Socrates eſt. Negatio eſt alicuius de aliquo negatio : vt Socrates non eſt. Contradictio eſt affirmationis & negationis oppoſitio : vt, Socrates diſputat. Socrates non diſputat. Hæc omnia per librum ſuprà memoratum minutiſſimè diuiſa, & ſubdiuiſa tractantur, quæ nos breuiter intimaſſe ſufficiat, quando in ipſo competens explanatio reperitur : maximè cùm eum ſex libris à Boëtio viro magnifico conſtet expoſitum, qui vobis inter alios codices eſt relictus. Nunc ad ſyllogiſticas ſpecie formulaſque veniamus, in quibus nobilium philoſophorum iugiter exercetur inge- D nium.

Prædicatiuorum ſyllogiſmorum formulæ tres.

Formulæ Categoricorum, id eſt, prædicatiuorũ ſyllogiſmorum ſunt tres.	In prima formula modi IX.
	In ſecunda formula modi IV.
	In tertia formula modi VI.

Subſtantia quid ſit.

Sunt hæ definitiones. Subſtantia eſt, quod neque qualitas eſt, neque quantitas, neque aliqua accidentia, quo genere definitionis Deus definiri poteſt. Etenim cùm quid ſit Deus, nullo modo comprehendere valeamus : ſublatio omnium, quæ Græci ἄτα appellant, cognitionem Dei nobis circunciſa & ablata notarum rerum cognitione ſupponet : vt ſi dicamus, Deus eſt, quod neque corpus eſt, neque vllum elementum, neque animal, neque mens, neque ſenſus, neque intellectus, neque aliquid quod ex his capi poteſt : his enim ac talibus ſublatis : quid ſit Deus, non poteſt definiri. E Nona ſpecies definitionis eſt, quam Græci κατ' τύπωσιν, Latini per quandam imaginationem dicunt : vt, Æneas eſt Veneris & Anchiſæ filius. Hæc ſemper in indiuiduis verſatur, quæ Græci ἄτομα appellant. Item accidit in eo genere dictionis, vbi aliquis pudor, aut metus eſt nominare : vt Cicero, cùm me videlicet ſicarij illi deſcribant. Decima ſpecies definitionis eſt, quam Græci ὡς τύπος, Latini exemplum veluti diximus appellant : vt ſi quæratur quid ſit animal, reſpondeatur, homo ; non enim manifeſtè dicitur animal ſolùm eſſe hominem, cùm ſint alia innumerabilia : ſed cùm dicitur homo, veluti ipſum hominem animal deſignat : cùm tamen huic nomini multa ſubiaceant. Rem enim quæſitam prædictum declarauit exemplum ; hoc eſt autem proprium definitionis, quid ſit illud, quod quæritur, declarare. Vndecima ſpecies definitionis eſt, quam Græci κατ' τὴν ἔλλειψιν, Latini per indigentiam F pleni ex eodem genere vocant : vt ſi quæratur quid ſit triens, reſpondeatur, cui dodrans deeſt, vt ſit aſſis. Duodecima ſpecies definitionis eſt, quam Græci, κατ' ἔπαινον, Latini per laudem dicunt : vt Tullius pro Cluentio : Lex eſt mens, & animus, & conſilium, & ſententia ciuitatis. Et aliter : pax eſt tranquilla libertas. Fit & per vituperationem, quam Græci ψόγον vocant : ſeruitus eſt poſtremum malorum omnium, non modo bello, ſed morte quoque repellenda. Tertia decima eſt ſpecies definitionis, quam Græci κατ' λόγον, Latini iuxta rationem dicunt, ſed hoc contingit, cùm maioris rei nomine res definitur inferior : vt eſt illud, homo minor mundus. Cicero hac definitione ſic vſus eſt : edictum, legem annuam dicunt eſſe. Quartadecima eſt ſpecies definitionis, quam Græci πρός τι Latini ad aliquid vocant : vt eſt illud, pater eſt, cui eſt filius : dominus eſt cui eſt ſeruus : & Cicero in Rhetoricis, genus eſt, quod plures partes amplectitur : item pars eſt, quod ſubeſt generi. G Quintadecima eſt ſpecies definitionis, quam Græci κατ' αἰτιολογίαν, Latini ſecundum rei rationem vocant : vt dies eſt ſol ſupra terras : nox eſt ſol ſub terris. Scite autem debemus præfictas ſpecies definitionum, Topicis meritò eſſe ſociatas, quoniam inter quædam argumenta ſunt poſitæ, & nonnullis locis commemorantur.

Subiectum terminum.

De Topicis.

De Topicis locum topicum quid ſit.

Nunc ad Topica veniamus, quæ ſunt argumentorum ſedes, fontes ſenſuum, origines dictionum, de quibus breuiter aliqua dicenda ſunt, vt & dialecticos locos, & rhetoricos ſiue eorum differentias agnoſcere debeamus : ac priùs de dialecticis dicendum eſt. Propoſitio, eſt oratio verum falſumve ſignificans, vt ſi quis dicat, cœlum eſſe volubile : hæc enunciatio & proloquium nuncupatur : quæſtio verò eſt, in dubitationem ambiguitatémque adducta propoſitio : vt ſi qui quærant, an ſit cœlum volubile ? Concluſio eſt, argumentis adprobata propoſitio : vt ſi quis ex aliis rebus probet cœlum eſſe volubile. Enunciatio quippe ſiue ſui tantum cauſa dicitur, ſiue aliud adſeritur ad probandum, propoſitio eſt. Si de ipſa quæritur, quæſtio. Si ipſa eſt adprobata, concluſio. Idem igitur propoſitio, quæſtio & concluſio, ſed differunt modo. Argumentum eſt oratio rei dubiæ faciens fidem. Non verò idem eſt argumentum, quod & argumentatio. Nam vis ſententiæ ratióque ea, quæ clauditur oratione, cùm aliquid probatur ambiguum, argumentum vocatur : ipſa verò argumenti locutio, argumentatio dicitur, quò ſit, vt argumentũ quidem mens argumentationis ſit atque ſententiæ : argumentatio verò argumenti per orationem explicatio. Locus verò eſt argumenti ſedes, vel vnde ad propoſitam quæſtionem conueniens trahitur argumentum. Quæ cùm ita ſint, ſingulorum diligentius natura tractanda eſt, eorúmque per ſpecies ac membra figuráſque facienda diuiſio. Ac primùm de propoſitione

Propoſitio quid ſit.

H *Concluſio quid ſit.*

Argumentum quid ſit.

eſt

A eſt diſſerendum: hanc eſſe dicimus orationem, veritatem vel mendacium continentem. Huius duæ ſunt ſpecies: vna affirmatio, altera verò negatio. Affirmatio eſt, ſi quis ſic efferat, Cœlum volubile eſt, negatio, ſi quis ita pronuntiet, cœlum volubile non eſt. Harum verò aliæ ſunt vniuerſales, aliæ ſunt particulares, aliæ indefinitæ, aliæ ſingulares. Vniuerſales quidem, vt ſi quis ita proponat: Omnis homo iuſtus eſt, nullus homo iuſtus eſt. Particulares verò, ſi quis hoc modo: Quidam homo iuſtus eſt, quidam homo iuſtus non eſt. Indefinitè ſic: Homo iuſtus eſt, homo iuſtus non eſt. Singulares verò ſunt quæ de indiuiduo aliquid ſingulariíque proponunt: vt Cato iuſtus eſt, Cato iuſtus non eſt. Etenim Cato indiuiduus eſt ac ſingularis. Harum verò alias prædicatiuas, alias conditionales vocamus. Prædicatiuæ ſunt, quæ ſimpliciter proponuntur, id eſt, quibus nulla vis conditionis

B adiungitur: vt ſi quis ſimpliciter dicat, Cœlum eſſe volubile. At ſi huic conditio copuletur, fit ex duabus propoſitionibus vna conditionalis, hoc modo: Cœlum ſi rotundum ſit, eſſe volubile: hic enim conditio id efficit, vt ita demum cœlum volubile eſſe intelligatur, ſi ſit rotundum. Quoniam igitur aliæ propoſitiones prædicatiuæ ſunt, aliæ conditionales: prædicatiuarum partes, terminos appellamus. Hi ſunt prædicatus atque ſubiectus. Terminos autem voco verba & nomina, quibus propoſitio nectitur, vt in ea propoſitione qua dicimus: Homo iuſtus eſt: hæc duo nomina, id eſt, homo & iuſtus, propoſitionis partes vocantur. Eoſdem etiam terminos dicimus: quorum quidem alter ſubiectus eſt, alter verò prædicatus. Subiectus eſt terminus, qui minor eſt: prædicatus verò, qui maior: vt in ea propoſitione, qua dicitur, Homo iuſtus, homo quidem minus eſt, quam iuſtus. Non enim in ſolo homine iuſtitia eſſe poteſt, verùm etiam in corporeis diuiniſque ſubſtantiis, atque ideo maior eſt terminus, iuſtus: homo verò, minor: quo fit, vt homo quidem

Termini quid ſint.

C ſubiectus ſit terminus, iuſtus verò prædicatus. Quoniam verò huiuſmodi ſimplices propoſitiones alterum habent prædicatiuum terminum, alterum verò ſubiectum, à maioris priuilegio partis propoſitio prædicatiua vocata eſt. Sæpe autem euenit, vt hi termini ſibimet inueniantur æquales vt homo riſibilis eſt. Homo namque & riſibilis, vterque ſibi æquus eſt terminus. Nam neque riſibile vltra hominem, nec vltra riſibile homo porrigitur: ſed in his hoc euenire neceſſe eſt, vt ſi quidem inæquales termini ſunt, maior ſemper de ſubiecto prædicetur: ſi verò æquales, vtrique conuerſa de ſe prædicatione dicantur. Vt verò minor de maiore prædicetur, in nulla propoſitione contingit. Fieri autem poteſt, vt propoſitionum partes, quas terminos dicimus, non ſolum in nominibus, verum etiam in orationibus inueniamus. Nam ſæpe oratio de oratione prædicatur hoc modo: Socra-

D tes cum Platone & diſcipulis de Philoſophiæ ratione pertractat, hæc quippe oratio, quæ eſt, Socrates cum Platone & diſcipulis, ſubiecta eſt: illa verò, quæ eſt, de Philoſophiæ ratione pertractat, prædicatur. Rurſus aliquando nomen ſubiectum eſt, oratio prædicatum, hoc modo: Socrates de Philoſophiæ ratione pertractat: hic enim Socrates, ſolus, ſubiectus eſt, oratio verò quam dicimus, de Philoſophiæ ratione pertractat, prædicatur. Euenit etiam vt ſupponatur oratio, & ſimplex vocabulum prædicetur hoc modo: Similitudo cum ſuperuis diuiniſque ſubſtantiis, iuſtitia eſt: hic enim oratio per quam profertur ſimilitudo, cum ſupernis diuiniſque ſubſtantiis ſubiicitur: iuſtitia verò prædicatur. Sed de huiuſmodi propoſitionibus in his commentariis, quos in Peri hermenias Ariſtotelis libros ſcripſimus, diligentiùs diſſeruimus. Argumentum eſt oratio rei dubiæ faciens fidem, hanc ſemper notiorem quæſtione eſſe neceſſe eſt. Nam ſi ignota nobis probantur, argumentum verò rem dubiam probat, neceſſe eſt vt quod ad fidem quæſtionis affertur, ſit ipſa notius quæſtione. Argumentorum verò omnium alia

Argumentum quid ſit.

E ſunt probabilia & neceſſaria: alia verò probabilia quidem, ſed non neceſſaria: alia neceſſaria, ſed non probabilia: alia nec probabilia nec neceſſaria. Probabile verò eſt, quod videtur vel omnibus, vel pluribus, vel ſapientibus, & his vel omnibus, vel pluribus, vel maximè notis, atque præcipuis: vel quod vnicuique artifici ſecundum propriam facultatem: vt de medicina medico, gubernatori de nauibus gubernandis: & præterea quod ei videtur cum quo ſermo conſeritur: vel ipſi qui iudicat. In quo nihil attinet verum falſúmve ſit argumentum; ſi tantùm veriſimilitudinem tenet. Neceſſarium verò eſt, quod vt dicitur, ita eſt, atque aliter eſſe non poteſt: & probabile quidem, ac neceſſarium eſt: vt hoc, ſi quid cuilibet rei ſit additum, totum maius efficitur. Neque enim quiſquam ab hac propoſitione diſſentiet, & ita ſe habere neceſſe eſt. Probabilia verò ac non neceſſaria, quibus facilè quidem animus acquieſcit,

Argumentorum diuiſio.

F ſed veritatem non tenet firmitatémque: vt hoc, ſi mater eſt, diligit. Neceſſaria verò ſunt, ac non probabilia, quæ ita quidem eſſe vt dicuntur ſe habere neceſſe eſt, ſed his facilè non conſentit auditor: vt ob obiectum Lunaris corporis, Solis euenire defectum. Neque neceſſaria verò, neque probabilia ſunt, quæ neque in opinione hominum, neque in veritate conſiſtunt: vt hoc, habere quæ non perdiderit cornua Diogenem, quoniam habeat id quiſque quod non perdiderit, quæ quidem nec argumenta dici poſſunt: argumenta enim rei dubiæ faciunt fidem. Ex his autem nulla fides eſt, quæ neque in opinione neque in veritate ſunt conſtituta: dici tamen poteſt, ne illa quidem eſſe argumenta, quæ cùm ſint neceſſaria, minimè tamen audientibus approbantur. Nam ſi rei dubiæ ſit fides, cogendus eſt animus auditoris, per ea quibus ipſe adquieſcit, vt concluſioni quoque quam nondum probat poſſit accedere. Quod ſi quæ tantùm neceſſaria ſunt,

G ac non probabilia, non probat ille qui iudicat, eſt neceſſe vt ne illud quidem probet quod ex huiuſcemodi ratione conficitur. Itaque euênit ex huiuſmodi ratiocinatione, vt ea, quæ tantum neceſſaria ſunt, at non probabilia, non eſſe argumenta. Sed non ita eſt, atque hæc interpretatio non rectæ probabilitatis intelligentiam tenet. Ea ſunt enim probabilia, quibus ſponte atque vltrò conſenſus adiungitur: ſcilicet vt mox audita ſint, approbentur. Quæ verò neceſſaria ſunt, ac non probabilia, aliis probabilibus ac neceſſariis argumentis antea demonſtrantur, cognitáque & credita, ad alterius rei, de qua dubitatur, fidem trahuntur: vt ſunt ſpeculationes, id eſt theoremata, quæ in geometria conſiderantur. Nam quæ illic proponuntur, non ſunt talia, vt in his ſponte animus diſcentis accedat: ſed quoniam demonſtrantur aliis argumentis, illa quoque ſcita & cognita ad aliarum ſpeculationum argumenta ducuntur. Itaque probabilia non ſunt, ſed ſunt neceſſaria his quidem auditoribus, quibus nondum

H demonſtrata ſunt: ad aliud aliquid adprobandum, argumenta eſſe non poſſunt: hi autem qui prioribus rationibus eorum, quibus non adquieſcebant, fidem cœperunt: poſſunt eas quæ non ambigunt, ad argumentum vocare. Sed quia quatuor facultatibus diſſerendi omne artificium continetur; dicendum eſt quæ quibus vti nouerit argumentis: vt cui potiſſimum diſciplinæ locorum atque argumentorum paritur vbertas, euidenter appareat. Quatuor igitur facultatibus, earúmque velut opificibus, diſſerendi omnis ratio ſubiecta eſt, id eſt Dialectico, Oratori, Philoſopho, Sophiſtæ. Quorum quidem dialecticus atque orator in communi argumentorum materia verſantur: vterque enim, ſiue neceſſaria, ſiue minimè, probabilia tamen ſequitur argumenta. His igitur illæ duæ ſpecies argumenti famulantur, quæ ſunt probabile ac non neceſſarium, Philoſophus verò ac demonſtrator de ſola tantum veritate pertractant. Atque ideò ſiue ſint probabilia, ſiue non ſint, nihil refert, modò dum ſint neceſſaria, hic quoque his duabus ſpeciebus vtitur argumenti, quæ ſunt probabile ac neceſſarium, ne-

Diſſerendi ratio quibus ſit ſubiecta.

A ceſſarium ſe non probabile. Patet igitur, in quo Philoſophus ab oratore ac dialectico in propria conſideratione diſſideat, in eo ſcilicet: quòd illi probabilitatem, huic veritatem conſtat eſſe propoſitam. Quarta verò ſpecies argumenti, quam ne argumentum quidem rectè dici ſuprà monſtrauimus, ſophiſticis ſola eſt attributa. Topicorum verò intentio eſt, veriſimilium argumentorum copiam demonſtrare: deſignatis enim locis è quibus probabilia argumenta ducuntur, abundans & copioſa neceſſe fiet materia diſſerendi. Sed quoniam, vt ſuprà dictum eſt, probabilium argumentorum alia ſunt neceſſaria, alia non neceſſaria, cùm loci probabilium argumentorum dicuntur, euenit, vt neceſſariorum quoque doceantur, quo fit, vt oratoribus quidem ac dialecticis hæc principaliter facultas paretur, ſecundo verò loco Philoſophis. Nam in quo probabilia quidem omnia conquiruntur, dialectici atque oratores iuuantur: in quibus verò probabilia, ac neceſſaria docentur, Philoſophicæ demonſtrationi miniſtratur vbertas. Non modò igitur Dialecticis orator, atque verùm etiam demonſtrator, ac veræ argumentationis effector, habet quod ex propoſitis locis ſibi poſſit adſumere. Cùm inter argumentorum probabilium locos neceſſariorum quoque

Topicorũ intentio.

B principia tradito mixta contineat, Illa verò argumenta, quæ neceſſaria quidem ſunt, ſed non probabilia: atque illud vltimum genus, ſcilicet nec probabile, nec neceſſarium, à propoſiti operis conſideratione ſeiunctum eſt: Niſi quòd interdum quidem ſophiſtici loci exercendi gratia lectoris adhibeotur. Quocirca Topicorum pariter vtilitas intentióque pariter acta eſt, his enim & dicendi facultas,& inueſtigatio veritatis augetur. Nam quid dialecticos atque oratores locorum iuuat agnitio? Orationi, per inuentionem, copiam præſtant. Quid verò neceſſariorum doctrinam locorum Philoſophus tradit? viam quoque modo veritatis illuſtrat. Quò magis peruestiganda eſt rimandaque magis diſciplina ea, quæ cùm cognitione percepta ſit, vſu atque exercitatione firmanda.

C Magnum enim aliquid locorum conſideratio pollicetur, ſcilicet, inueniendi vias, quod quidem hi qui ſunt huius orationis expertes, ſoli prorſus ingenio deputantur, neque intelligunt quantum hac conſideratione quæratur, quæ in artem redigit vim poteſtatemque naturæ. Sed de his hactenus: nunc de reliquis expedimus. Syllogiſmorum verò alij ſunt prædicatiui, qui categorici vocantur, alij conditionales, quos hypotheticos dicimus. Et prædicatiui quidem ſunt, qui ex omnibus prædicatiuis propoſitionibus connectuntur: vt is, quem exempli gratia ſuperiùs adnotaui: omnibus enim propoſitionibus prædicatiuis texitur. Hypothetici verò ſunt, quorum propoſitiones a conditione nituntur. Si dies eſt, lux eſt: eſt autem dies, lux igitur eſt. Propoſitio enim prima conditionem tenet hanc, quoniam ita demum lux eſt, ſi dies eſt. Atque ideo ſyllogiſmus hic hypotheticus, id eſt conditionalis, vocatur. Inductio verò eſt oratio, per quam fit à particularibus ad vniuerſale progreſſio: hoc modo: ſi in regendis nauibus non ſorte, ſed arte legitur gubernator: ſi regendis equis auriga non ſortis eucolu, ſed commendatione artis adſumitur: ſi in adminiſtranda republica non ſors principem facit, ſed peritia moderandi: Et ſimilia, quæ in pluribus conquiruntur, quibus inferuntur: & in omni quoque re, quam quiſque regi, atque adminiſtrari grauiter volet, qui non ſorte accommodat, ſed arte, ad rectorem: Vides igitur quemadmodum per ſingulas res curtat oratio, vt ad vniuerſale perueniat. Nam cùm non ſorte regi, ſed arte, nauim, currum, rempublicam collegiſſet, quaſi in cæteris ſeſe quoque ita habeat, quod erat vniuerſale concluſit: in omnibus quoque rebus, non ſorte ductum, ſed arte, præcipuum debere præponi. Sæpe autem multorum collecta particularitas aliud quiddam particulare demonſtrat: vt ſi quis ſic dicat: Si neque nauibus, neque curribus, neque agris ſorte præponuntur: nec rebus quidem publicis rectores eſſe ſorte ducendi ſunt. Quod argumentationis genus maximè ſolet eſſe probabile, & ſi non æquam ſyllogiſmi habeat firmitatem. Syllogiſmus namque ab vniuerſalibus ad particularia decurret. Eſtque in eo, ſi veris propoſitionibus contexatur, firma atque immutabilis veritas. Vt inductio habet quidem maximam probabilitatem, ſed interdum veritate deficitur: vt in hac, Qui ſcit cauere, cautor eſt: & qui vult luctari luctator: quique ædificare, ædificator, quibus multis ſimili ratione collectis, inferri poteſt: Qui ſcit igitur malum, malus eſt: quod non procedit, mali quippe notitia deeſſe non poteſt bono, virtus enim ſeſe diligit, aſpernatúrque contraria, nec vitare vitium niſi cognitum queat. His igitur duobus velut principiis & generibus argumentandi, dum quidem alij deprehenduntur argumentationis modi: vnus quidem ſyllogiſmo, alter verò inductione ſuppoſitus. in quibus quidem promptum ſit conſiderare, quòd ille quidem à ſyllogiſmo, ille verò ab inductione ducat exordium: non tamen aut hic ſyllogiſmum, aut ille impleat inductionem: hæc autem ſunt enthymema, atque exemplum.

Inductio quid ſit.

D E F Enthymema quippe eſt imperfectus ſyllogiſmus, id eſt oratio, in qua non omnibus antea propoſitionibus conſtitutis infertur feſtinata conclusio: vt ſi quis ſic dicat: homo animal eſt, ſubſtantia igitur eſt; prætermiſit enim alteram propoſitionem, qua proponitur omne animal eſſe ſubſtantiam. Ergo quum enthymema ab vniuerſalibus ad particularia probanda contendit, quaſi ſimile ſyllogiſmo eſt. Quòd verò non omnibus quæ conueniunt ſyllogiſmo propoſitionibus vtitur, à ſyllogiſmi ratione diſcedit, atque ideo imperfectus vocatus eſt ſyllogiſmus.

Enthymema quid ſit.

G Exemplum quoque inductioni ſimili ratione & copulatur, & ab ea diſcedit. Eſt enim exemplum, quod per particulare propoſitum, particulare quidem contendit oſtendere, hoc modo, Oportet à Tullio conſule necari Catilinam, cum à Scipione Gracchus fuerit interemptus: approbatum eſt enim Catilinam à Cicerone debere perimi, quòd à Scipione Gracchus fuerit occiſus: quæ vtraque particularia eſſe, ac non vniuerſalia, ſingularum deſignat interpoſitio perſonarum. Quoniam igitur ex parte pars approbatur, quaſi inductionis ſimilitudinem tenet id quod exemplum vocamus: quoniam verò non plures quibus id efficiat colligit partes, ab inductione diſcedit. Ita igitur duæ quidem ſunt argumentandi ſpecies principales: vna, quæ dicitur ſyllogiſmus, altera quæ vocatur inductio; ſub his autem, & velut ex his manantia, enthymema atque exemplum. Quæ quidem omnia ex ſyllogiſmo ducuntur: & ex ſyllogiſmo vires accipiunt: ſiue enim ſit enthymema, ſicut inductio, ſiue etiam exemplum, ex ſyllogiſmo quàm maximè fidem capit: quod in prioribus reſolutoriis, quæ ab Ariſtotele tranſtulimus, demonſtratum eſt. Quocirca ſatis eſt de ſyllogiſmo diſſerere, quaſi principali, & cæteras argumentandi ſpecies continente.

H Reſtat nunc quid ſit locus, aperire. Locus namque eſt, vt Marco Tullio placet, argumenti ſedes: cuius definitionis quæ ſit vis, paucis abſoluam. Argumenti enim ſedes partim maxima propoſitio intelligi poteſt, partim propoſitionis maximæ differentia. Nam cùm ſint aliæ propoſitiones, quæ cùm per ſe notæ ſint, cùm nihil vlteriùs habeant, quo demonſtrentur, atque hæc maximæ & principales vocentur. Súntque aliæ quarum fidem primæ ac maximæ ſuppleant propoſitiones: neceſſe eſt vt omnium quæ dubitantur, illæ antiquiſſimam teneant probationem, quæ ita aliis fidem facere poſſunt, vt ipſis nihil queat notius inueniri. Nam ſi argumentum eſt, quod rei dubiæ faciat fidem, idque notius ac probabilius eſſe oportet, quàm illud eſt, quod probatur: neceſſe eſt, vt argumentis omnibus illam maximam fidem tribuant, quæ ita per ſe nota

Locus topicus.

ſunt,

A ſunt, vt aliena probatione non egeant. Sed huiuſmodi propoſitio aliquotiens quidem intra argumenti ambitum continetur: aliquotiens verò extra poſita, argumenti vires ſupplet ac perficit. Omnes igitur loci, id eſt, maximarum differentiæ propoſitionum, aut ab his ducantur neceſſe eſt terminis, qui in quæſtione ſunt propoſiti, prædicato ſcilicet atque ſubiecto: aut extrinſecus aſſumantur: aut horum medij, atque inter vtroſque verſentur. Eorum verò locorum, qui ab his ducuntur terminis, de quibus in quæſtione dubitatur, duplex modus eſt: vnus quidem ab eorum ſubſtantia, alter verò ab his, quæ eorum ſubſtantiam conſequuntur: hi verò qui à ſubſtantia ſunt, in ſola definitione conſiſtunt. Definitione enim ſubſtantiam monſtrat, & ſubſtantiæ integra demonſtratio, definitio eſt. Sed, id quod dicimus, patefaciamus exemplis: vt omnis vel quæſtionum, vel argumentationum, vel locorum tractatio conquieſcat. Age enim quæratur: an arbores animalia ſint, fiátque huiuſmodi ſyllogiſmus: animal eſt

B ſubſtantia animata, ſenſibilis, non eſt arbor ſubſtantia animata, ſenſibilis, igitur arbor animal non eſt. Hic quæſtio de genere eſt, vtrùm enim arbores ſub animalium genere ponendæ ſint, quæritur: locus qui in vniuerſali propoſitione conſiſtit, hic eſt, cui generis definitio non conuenit: id eius, cuius ea definitio eſt, ſpecies non eſt, loci ſuperioris differentia: qui locus nihilominus nuncupatur à definitione. Vides igitur vt tota dubitatio quæſtionis ſyllogiſmi argumentatione tractata ſit per conuenientes & congruas propoſitiones, quæ vim ſuam ex prima & maxima propoſitione cuſtodiunt, ex ea ſcilicet, quæ negat eſſe ſpeciem cui non conueniat generis definitio. Atque ipſa vniuerſalis propoſitio à ſubſtantia tracta eſt vnius eorum termini, qui in quæſtione locati ſunt: vt animalis, id eſt, ab eius definitione, quæ eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Igitur in cæteris quæſtionibus ſtrictim ac breuiter locorum differentiis commemoratis, oportet vniuſcuiuſque proprietatem vigilantis animi alacritate percipe-

C re. Huius autem loci, qui ex ſubſtantia ducitur, duplex modus eſt, partim namque à definitione, partim à deſcriptione argumenta ducuntur. Differt autem definitio à deſcriptione: quòd definitio genus ac differentias aſſumit, deſcriptio verò ſubiecta intelligentiam claudit: quibuſdam vel accidentibus vnam efficientibus proprietatem, vel ſubſtantialibus præter genus conueniens aggregatis. Sed definitiones quæ ab accidentibus fiunt, tamen videntur nullo modo ſubſtantiam demonſtrare, tamen quoniam ſæpè veræ definitiones ita ponuntur, quæ ſubſtantiam monſtrant, illæ etiam propoſitiones, quæ à deſcriptione ſumuntur, à ſubſtantiæ loco videntur aſſumi. Huius verò tale ſit exemplum: quæratur enim, an albedo ſubſtantia ſit: hic quæritur, an albedo ſubſtantiæ, velut generi ſupponatur. Dicimus igitur: ſubſtantia eſt, quod omnibus accidentibus poſſit eſſe ſubiectum. Albedo verò nullis accidentibus ſubiacet, albedo igitur ſubſtantia

Definitio & deſcriptio quomodo differant.

D non eſt. Locus, id eſt, maxima propoſitio, eadem quæ ſuperiùs, cuius enim definitio vel deſcriptio ei quod dicitur ſpecies eſſe non conuenit, id eius quod eſſe ſpecies perhibetur, genus non eſt. Deſcriptio verò ſubſtantiæ albedini non conuenit, albedo igitur ſubſtantia non eſt. Locus differentia ſuperior à deſcriptione, quam dudum locauimus, in ratione ſubſtantiæ. Sunt etiam definitiones, quæ non à rei ſubſtantia, ſed à nominis ſignificatione ducuntur, atque ita rei, de qua quæritur, applicantur: vt ſi ſit quæſtio vtrùmne philoſophiæ ſtudendum ſit: erit argumentatio talis: Philoſophia ſapientiæ amor eſt, huic ſtudendum nemo dubitat: ſtudendum igitur eſt philoſophiæ. Hic enim non definitio rei, ſed nominis interpretatio argumentum dedit. Quod etiam Tullius in oſtenſione eiuſdem philoſophiæ vſus eſt defenſione, & vocatur Græcè quidem ὀνοματώδης, Latinè autem nominis definitio. Hæc de his quidem argumentis, qui ex ſubſtantia terminorum in quæſtione poſitorum ſumuntur, claris vt

E arbitror patefecimus exemplis; nunc de his dicendum eſt, qui terminorum ſubſtantiam conſequuntur. Horum verò multiplex diuiſio eſt: plura enim ſunt, quæ ſingulis ſubſtantiis adhæreſcunt ab his igitur, quæ cuiuſlibet ſubſtantiam comitantur, argumenta duci ſolent, aut ex toto, aut ex partibus, aut ex cauſis vel efficientibus, vel materia, vel fine. Et eſt efficiens quidem cauſa, quæ mouet atque operatur, vt aliquid explicetur: materia verò ex qua fit aliquid vel in qua fit: finis propter quod fit. Sunt etiam inter eos locus, qui ex his ſumuntur, quæ ſubſtantiam conſequuntur, aut ab effectibus, aut à corruptionibus, aut ab vſibus, aut præter hos omnes ex communiter accidentibus. Quæ cùm ita ſint cum priùs locum, qui à toto ſumitur, inſpiciamus. Totum duobus modis dici ſolet: aut vt genus, aut vt id quod ex pluribus integrum partibus conſtat. Et illud quidem quod vt genus totum eſt, hoc modo ſæpe quæſtionibus argumenta

F ſuppeditat: vt ſi ſit quæſtio, an iuſtitia vtilis ſit, hic ſyllogiſmus: Omnis virtus vtilis eſt: iuſtitia autem virtus eſt, ergo iuſtitia vtilis eſt. Quæſtio de accidenti, id eſt, an accidat iuſtitiæ vtilitas. Locus is qui in maxima propoſitione conſiſtit. Quæ generi adſunt & ſpeciei. Huius ſuperior locus à toto, id eſt, à genere, virtute ſcilicet, quæ iuſtitiæ genus eſt. Rurſus ſit quæſtio, an humanæ res prouidentia regantur. Cum dicimus ſi mundus prouidentia regitur: homines autem pars mundi ſunt: humanæ igitur res prouidentia reguntur. Quæſtio de accidenti. Locus quod toti euenit, id congruit etiam parti. Supremus locus à toto, id eſt, ab integro. Quod partibus conſtat, id verò eſt mundus, qui hominum totum eſt. A partibus etiam duobus modis argumenta naſcuntur: aut enim à generis partibus, quæ ſunt ſpecies: aut ab integri, id eſt, totius, quæ partes tantùm proprio vocabulo nuncupantur. Et de his quidem partibus quæ ſpecies ſunt. Hoc modo ſit quæſtio, an virtus mentis bene conſtitutæ ſit

G habitus: quæſtio de definitione, id eſt, an habitus bene conſtitutæ mentis virtutis ſit definitio: faciemus itaque ab ſpeciebus argumentationem: Si iuſtitia fortitudo moderatio, atque prudentia, habitus bene conſtitutæ mentis ſunt: hæc autem quatuor vni virtuti vel generi ſubiiciuntur: virtus igitur bene conſtitutæ mentis eſt habitus. Maxima propoſitio: quod enim ſingulis partibus, ineſt, id toti ineſſe neceſſe eſt. Argumentum verò à partibus, id eſt, à generis partibus, quæ ſpecies nuncupantur. Iuſtitia enim, fortitudo, modeſtia & prudentia, virtutis ſpecies ſunt. Item ab his partibus, quæ integri partes eſſe dicuntur. Sit quæſtio, an ſit vtilis medicina. Hæc in accidentis dubitatione conſtituta eſt. Dicimus igitur, ſi depelli morbos, ſalutémque ſeruari, mederíque vulneribus vtile eſt, igitur medicina vtilis. Sæpe autem & vna quælibet pars valet, vt argumentationis firmitas conſtet, hoc modo: vt ſi de aliquo dubitetur, an ſit liber. Si eum vel cenſu, vel teſtamento, vel vindicta, manumiſſum eſſe monſtre-

H mus, liber oſtenſus eſt: atque aliæ partes erant dandæ libertatis. Vel rurſus ſi dubitetur, an ſit domus quod eminus proſpicitur: dicimus quoniam non eſt, nam vel tectum ei, vel parietes, vel fundamenta deſunt, ab vna rurſus parte factum eſt argumentum. Oportet autem non ſolùm in ſubſtantiis, verùm etiam in modo, temporibus, quantitatibus, totum, partéſque reſpicere. Id enim quod dicimus aliquando in tempore, pars: rurſus ſi ſimpliciter aliquid proponamus in modo, totum eſt: ſi cum adiectione aliqua pars ſit in modo. Item ſi omnia dicamus in quantitate, totum dicimus: ſi aliquid quantitatis excepimus, quantitatis ponimus partem. Eodem modo & in loco: quod vbique eſt, totum eſt: quod alicubi, pars. Horum autem omnium communiter dentur exempla. A toto ad partem, ſecundum tempus: ſi Deus ſemper eſt, & nunc eſt. A parte ad totum ſecundum modum: ſi anima aliquo modo mouetur, & ſimpliciter mouetur, mouetur autem cùm iraſcitur vniuerſaliter: igitur & ſimpliciter mouetur.

A

Ruſus à toto ad partes in quantitate: ſi verus in omnibus Apollo vates eſt, verum erit Pyrrhum Romanos ſuperare. Ruſus in loco, ſi Deus vbique eſt, & hic igitur eſt. Sequitur locus: qui nuncupatur à cauſis. Sunt verò plures cauſæ, id eſt, quæ vel principium præſtant motus atque efficiunt: vel ſpecierum formas ſubiectæ ſuſcipiunt: vel propter eas aliquid, vel quæ cuiuſlibet forma eſt. Argumentum igitur ab efficiente cauſis: vt ſi quis iuſtitiam naturalem velit oſtendere, dicat, congregatio hominum naturalis eſt: iuſtitiam verò congregatio hominum fecit: iuſtitia igitur naturalis eſt. Quæſtio de accidente: maxima propoſitio: Quorum efficientes cauſæ naturales ſunt, ipſa quoque ſunt naturalia. Locus ab efficientibus, quod enim vniuſcuiuſque cauſa eſt, id efficit eam rem, cuius cauſa eſt. Ruſus ſi quis Mauros arma non habere contendat, dicit idcirco eos minime armis vti, quia his ferrum deſit: maxima propoſitio, vbi materia eſt, & quod ex materia

B

deficitur, deſit locus a materia: vtrumque verò, id eſt, ex efficientibus atque materia, vno nomine à cauſa dicitur. Æque enim id quod efficit, atque id quod operantis actum ſuſcipit, eius rei, quæ efficitur, cauſæ ſunt. Ruſus à fine ſit propoſitum, an iuſtitia bona ſit, fiet argumentatio talis. Si beatum eſſe, bonum eſt, & iuſtitia bona eſt, hic eſt enim iuſtitiæ finis, vt qui ſecundum iuſtitiam viuit, ad beatitudinem perducatur. Maxima propoſitio, cuius finis bonus eſt, ipſum quoque bonum eſt. Locus à fine. Ab eo verò, quæ cuiuſque forma eſt ita, non potuiſſe volare Dædalum, quoniam nullas naturalis formæ pennas habuiſſet. Maxima propoſitio, tantum quemque poſſe, quantum formæ permiſerit: locus à forma. Ab effectibus verò & corruptionibus & vſibus hoc modo: nam ſi bonum eſt, domus conſtructio, bonum eſt domus. Ruſus ſi malum eſt, deſtructio domus, malum eſt domus: & ſi bonum eſt equitare, bonum eſt equus: & ſi bonus eſt

C

equus, bonum eſt equitare. Eſt autem primum quidem exemplum a generationibus, quod idem ab effectibus vocari poteſt. Secundum à corruptionibus, tertium ab vſibus: omnium autem maximæ propoſitiones, cuius effectus bona eſt, ipſum quoque bonum eſt: & è conuerſo, & cuius corruptio mala eſt, ipſum bonum eſt: & è conuerſo & cuius vſus bonus eſt, ipſum bonum eſt, & è conuerſo. A communiter autem accidentibus argumenta fiunt, quotiens ea ſumuntur accidentia, quæ relinquere ſubiectum, vel non poſſunt, vel non ſolent: Vt ſi quis hoc modo dicat, ſapiens non pœnitebit, pœnitentia enim malum factum comitatur: quod quia in ſapientem non cadit, ne pœnitentia quidem. Quæſtio de accidente. Propoſitio maxima: cui non ineſt aliquid ei ne illud quidem: quod eius eſt conſequens ineſſe poteſt. Locus à communiter accidentibus. Expeditis igitur locis his, qui ab ipſis terminis in propoſitione poſitis, aſſumuntur, nunc de his dicendum eſt, qui licet extrinſecus poſiti, argu-

D

menta tamen quæſtionibus ſubminiſtrant; hi verò ſunt vel ex rei iudicio, vel ex ſimilibus, vel à maiore, vel à minore, vel à proportione, vel ex oppoſitis, vel ex tranſſumptione. Et ille quidem locus, qui rei iudicium tenet, huiuſmodi eſt: vt id dicamus eſſe, vel quod omnes iudicant, vel plures: & hi vel ſapientes, vel ſecundum vnamquamque artem penitus eruditi. Huius exemplum eſt, cœlum eſſe volubile: quòd ita ſapientes, atque in aſtrologia doctiſſimi diiudicauerint. Quæſtio de accidente. Propoſitio, quod omnibus vel pluribus: vel doctis videtur hominibus: ei contradici non poſſe. Locus à rei iudicio: à ſimilibus verò hoc modo, ſi dubitetur, an hominis proprium ſit eſſe bipedem dicimus ſimiliter: ineſt equo quadrupes, & homini bipes: non eſt autem equi quadrupes proprium: non eſt igitur homini proprium bipes. quæſtio de proprio: Maxima propoſitio. Si quod ſimiliter ineſt proprium, ne id quidem de quo quæritur eſſe proprium poteſt. Locus à ſimilibus: hic verò in gemina diuiditur. Hæc enim ſimilitudo, aut in qualitate, aut in

E

quantitate conſiſtit: ſed in quantitate paritas nuncupatur, id eſt æqualitas. Ruſus ab eo quod eſt maius, ſi an ſit animalis definitio, quod ex ſe moueri poſſit, dicimus, ſi magis oportet eſſe animalis definitionem, quòd naturaliter viuat, quàm quod ex ſe moueri poſſit: Non eſt autem hæc definitio animalis, quòd naturaliter viuat, ne equi quidem, quæ minùs videtur eſſe definitio. Quod ex ſe moueri poſſit, animalis definitio eſſe putanda eſt. Quæſtio de definitione. Propoſitio maxima. Si id quod magis videbitur ineſſe, non ineſt, ne illud quidem quod minùs ineſſe videbitur, inerit. Locus ab eo quòd eſt maius: à minoribus verò conuerſo modo. Nam ſi eſt hominis definitio, animal greſſibile bipes: cùmque id bipes videatur eſſe definitio hominis, magis quàm animal rationale mortale ſit. Quæ definitio ea hominis, quæ dicit animal greſſibile bipes, erit definitio hominis, animal rationale morta-

F

le: quæſtio de definitione, maxima propoſitio. Si id quod minus videtur ineſſe, ineſt: & id quod magis videtur ineſſe, inerit. Multæ autem diuerſitates locorum ſunt, ab eo quod eſſe magis ac minùs, argumenta miniſtrantium: quos in expoſitione topicorum Ariſtotelis diligentiùs perſequuti ſumus. Item ex proportione: vt ſi quæratur, an ſorte ſint legendi in ciuitatibus magiſtratus, dicamus minimè: quia ne in nauibus quidem gubernator ſorte præficitur: eſt enim proportio: nam vt ſeſe habet gubernator ad nauem, ita magiſtratus ad ciuitatem. Hic autem locus diſtat ab eo quod ex ſimilibus dicitur. Ibi enim vna res quæ ciuibus & alij comparatur: in proportione verò non eſt ſimilitudo rerum, ſed quædam habitudinis comparatio. Quæſtio de accidenti proportione, quæ in quaque re euenit, id in eius proportionali euenire neceſſe eſt. Locus à proportione. Ex oppoſitis verò multiplex locus eſt. Quatuor enim ſubiuncto opponuntur modi: aut enim vt contraria aduerſo ſeſe loco conſtituta reſpiciunt: aut vt priuatio, & habitus, aut relatio: aut affirmatio

G

& negatio: Quorum diſcretiones in eo libro qui decem prædicamentis ſcriptus eſt, commemoratæ ſunt: ab his hoc modo argumenta naſcuntur. A contrariis ſi quæratur, an ſit virtutis proprium laudari, dicam minimè, quoniam ne vitij quidem vituperari. Quæſtio de proprio, maxima propoſitio: quoniam contrariis contraria conueniunt. Locus ab oppoſitis, id eſt ex contrario. Ruſus ſit in quæſtione poſitum: An ſit proprium oculos habentium videre, dicam minimè, eos namque qui vident, alias etiam cæcos eſſe contingit. Nam in quibus eſt habitus, in eiſdem poterit eſſe priuatio: & quod eſt proprium, non poteſt à ſubiecto diſcedere. Et quoniam veniente cæcitate viſus abſcedit: non eſſe proprium oculos habentium videre conuincitur. Quæſtio de proprio. Propoſitio vbi priuatio adeſſe poteſt & habitus, proprium non eſt. Locus ab oppoſitis, ſecundum habitum ac priuationem. Ruſus ſit in quæſtione poſitum, patris ſit proprium procrea-

H

torem eſſe dicam rectè videri: quia filij eſt proprium procreatorem eſſe, vt enim ſeſe habet pater ad filium, ita procreator ad procreatum. Quæſtio de proprio propoſitio maxima; ad ſe relatorum propria, & ipſa ad ſe referuntur: Locus à relatiuis oppoſitis. Item ſit in quæſtione poſitum, an ſit animalis proprium moueri, negem. quia nec in animali quidem eſt proprium non moueri. Quæſtio de proprio, propoſitio maxima: oppoſitarum oppoſita eſſe propria, oportere. Locus ab oppoſitis ſecundum affirmationem ac negationem: moueri enim & non moueri, ſecundum affirmationem negationémque ſibimet opponuntur. Ex tranſſumptione verò hoc modo fit, cùm ex terminis in quibus quæſtio conſtituta eſt, ad aliud quidem notius dubitatio transfertur, atque ex eius probatione, ea quæ in quæſtione ſunt poſita, confirmantur: vt Socrates, cùm quid poſſet in vnoquoque iuſtitia, quæreret, omnem tractatum ad reipublicæ tranſtulit magnitudinem: atque ex eo quod ille efficeret in ſingulis, etiam valere firmauit, qui locus à toto forſitan eſſe videtur:

A deretur: ſed quoniam non inhæret in his de quibus
propoſitus terminis, ſed extra poſita res, hoc tantum
quia notior videtur, aſſumitur, idcirco ea tranſſum-
ptione locus id conuenienti vocabulo nuncupatus eſt.
Fit verò hæc tranſſumptio & in hominem, quoties
ab obſcuro vocabulo ad notius transfertur argumenta-
tio, hoc modo: vt ſi quæratur, an philoſophus inui-
deat atque ignotum quid philoſophi ſignificet no-
men, dicemus ad vocabulum notius transferentes, non
inuidere, qui ſapiens ſit, notius enim ſapientis voca-
bulum quam philoſophi. Ac de his quidem locis qui
extrinſecus aſſumuntur idoneè dictum eſt: nunc de
medijs diſputabitur. Medij enim loci ſumuntur, vel ex
caſu, vel ex coniugatis, vel ex diuiſione naſcentes. Ca-
ſus eſt alicuius nominis principalis inflexio in aduer-
bium: vt à iuſtitia inflectitur iuſtè, caſus igitur eſt iu-
ſtitia. id quod dicimus iuſtè aduerbium. Coniugata ve-
B rò dicuntur quæ ab eodem diuerſo modo ducta fluxe-
runt: vt à iuſtitia iuſtum, hæc igitur inter ſe & cum
Loci mixti vnde dicantur ipſa iuſtitia coniugata dicuntur, ex quibus omnibus
in promptu ſunt argumenta. Nam ſi id quod iuſtum eſt,
bonum eſt: & id quod iuſtè eſt, bene eſt: & qui iu-
ſtus eſt, bonus eſt, iuſtitia bona eſt: & hæc igitur ſe-
cundum proprij nominis ſimilitudinem conſequuntur.
Mixti verò loci appellantur: quoniam ſi de iuſtitia
quæritur, & à caſu, vel à coniugatis argumenta ducun-
tur, neque ab ipſa propriè atque coniunctè, neque ab
his quæ ſunt extrinſecus poſita videntur trahi, ſed ex
ipſorū caſibus eidem quadam ab ipſis leui immutatione
deductis: Iure igitur hi loci medij inter eos, qui ab ip-
ſis, & eos qui ſunt extrinſecus collocantur. Reſtat lo-
cus à diuiſione, qui tractatur hoc modo. Omnis diui-
ſio vel negatione fit, vel partitione: vt ſi quis ita pro-
nunciet: omne animal aut habet pedes, aut non ha-
bet. Partitione verò, velut ſi quis diuidat: omnis ho-
mo aut ſanus, aut æger eſt. Fit autem vniuerſa diuiſio,
C velut generis in ſpecies, vel totius in partes, vel vocis
in proprias ſignificationes, vel accidentis in ſubiecta,
vel ſubiecti in accidentia, vel accidentis in accidentia.
Quorum omnium rationem in meo libro diligentius
explicaui, quem de diuiſione compoſui: atque idcirco
ad horum cognitionem congrua petantur exempla.
Fiunt verò argumentationes per diuiſionem, tum ea
ſegregatione, quæ per negationem fit, tum ea quæ per
partitionem. Sed qui his diuiſionibus vtuntur, vt di-
recta ratiocinatione contendant: aut in aliquid impoſ-
ſibile atque inconueniens ducunt: atque ita id quod
reliquerant rurſus adſumunt. Quæ faciliùs quiſque co-
gnoſcet, ſi prioribus Analyticis operam dederit: ho-
rum tamen in præſenti talia præſtabunt exempla noti-
tiam. Sit in quæſtione poſitum, an vlla origo ſit tem-
poris: quod qui negare volet, id omnium ratiocina-
tione firmabit, nullo modo eſſe ortum: idque directa
ratiocinatione monſtrabit hoc modo: quoniam mun-
dus æternus eſt, id enim paulisper argumenti gratia
D concedatur, mundus verò ſine tempore eſſe non po-
tuit, tempus quoque eſt æternum, ſed quod æternum
eſt, caret origine: tempus igitur originem non habet.
At ſi per impoſſibilitatem idem deſideretur oſtendi,
dicetur hoc modo: Si tempus habet originem, non
fuit ſemper tempus: fuit igitur quando non fuit tem-
pus, ſed fuiſſe ſignificatio eſt temporis, fuit igitur tem-
pus quando non fuit tempus: quod fieri non poteſt,
non igitur eſt vllum temporis principium poſitum.
Namque vt ab vllo principio cœperit, inconueniens
quiddam atque impoſſibile contingit fuiſſe tempus,
quando non fuerit tempus. Reditur igitur ad alteram
partem, quòd origine careat: ſed hæc quæ ex negatio-
ne diuiſio eſt, cùm per eam quælibet argumenta ſu-
muntur, nequit fieri vt vtrumque ſit quod affirmatio-
ne & negatione diuiditur, itaque ſublato vno, alterum
manet, poſitóque altero, reliquum tollitur, vocatúr-
que hic à diuiſione locus, medius inter eos qui ab ip-
ſis duci ſolent, atque eos qui extrinſecus adſumuntur.
Cùm enim quæritur, an vlla temporis ſit origo, ſu-

mit quidem eſſe originem: & ex eo propoſitum con[…]
quentiam à re ipſa quæ quæritur, fit impoſſibilita[…]
& mendacij ſyllogiſmus: quo concluſo reditur […]
pilus quod verum eſſe neceſſe eſt. Siquidem ad qu[…]
ei oppoſitum eſt, ad impoſſibile aliquid inconueni[…]
que perducit. Itaque quoniam ea ipſa re, de qua qu[…]
ritur, fieri ſyllogiſmus ſolet, & quaſi ab ipſis locus […]
ductus: quoniam verò non in eo permanet, ſed ad p[…]
ſitum redit, quaſi extrinſecus ſumitur, idcirco igit[…]
hic à diuiſione locus inter vtrumque medius colloc[…]
tur. At verò hi qui ex partitione ſumuntur, multipl[…]
ſunt modo. Aliquotiens enim quæ diuiduntur, ſim[…]
eſſe poſſunt, vt ſi vocem in ſignificationes diuidam[…]
omnes ſimul eſſe poſſunt: velut cùm dicimus ampl[…]
ctor, aut actionem ſignificat, aut paſſionem: vtrumq[…]
ſimul ſignificare poteſt. Aliquotiens velut in negati[…]
nis modo, quæ diuiduntur ſimul eſſe non poſſunt:
ſanus eſt, aut æger. Fit autem ratiocinatio in prio[…]
quidem modo diuiſionis, tum quia omnibus adeſt qu[…]
quæritur, vel non eſt: tum verò idcirco aliem ad[…]
vel non adeſſe quod alijs adſit, vel minimè. Nec in h[…]
explicandis diutiùs laboramus, ſi priores Reſolutio[…]
vel Topica diligentiùs ingenium lectoris inſtruxerin[…]
Nam ſi quæratur, vtrùm canis ſubſtantia ſit, atque h[…]
diuiſio fiat; canis vel latrabilis animalis eſt, vel ma[…]
næ beluæ, vel cœleſtis ſideris, nomen demõſtratetiqu[…]
per ſingula & canem latrabilem ſubſtantiam eſſe, m[…]
rinámque vel cœleſtem, & ſidus ſubſtãtiæ poſſe ſupp[…]
ni, monſtrauit canem eſſe ſubſtantiam. Atque hic q[…]
dem ea ipſis in quæſtione propoſitis videbitur argu[…]
ta traxiſſe. At in talibus ſyllogiſmis, aut ſanus eſt, a[…]
æger: ſed ſanus eſt, non eſt igitur æger: ſed ſanus n[…]
eſt, æger igitur eſt: vel ita: ſed æger eſt, ſanus igitur […]
Ab his quæ ſunt extrinſecus, ſumptus eſt ſyllogiſm[…]
id eſt, ab oppoſitis. Idcirco ergo totus hic à diuiſio[…]
locus inter vtroſque medius eſſe perhibetur: quia […]
negatione ſit conſtitutus, aliquo modo quidem ex i[…]
ſis ſumitur, aliquo modo ab exterioribus venit. Si v[…]
rò à partitione argumenta ducuntur, nunc quidem […]
ipſis, nunc verò ab exterioribus copiam præſtant.
ea Græci quidem Themiſtij diligentiſſimi ſcriptoris
lucidi, & omnia ad facultatem intelligentiæ reduce[…]
tis & reuocantis, talia locorum videtur eſſe partiti[…]
Quæ cùm ita ſint, breuiter mihi locorum diuiſio con[…]
memoranda eſt, vt nihil præterea relictum eſſe mo[…]
ſtretur, quod non intra eam probetur incluſum. De q[…]
enim in qualibet quæſtione dubitatur, id ita firmab[…]
tur argumentis: vt ea vel ex ipſis ſumantur, quæ […]
quæſtione ſunt conſtituta, vel extrinſecus ducantu[…]
vel quaſi in confinio horum poſita veſtigentur. […]
præter hanc quidem diuiſionem nihil extra inueni[…]
poteſt: ſed ſi ab ipſis ſumitur argumentum, aut ab i[…]
ſorum neceſſe eſt ſubſtantia ſumatur, aut ab his qu[…]
ea conſequuntur, aut ab his quæ inſeparabiliter acc[…]
dunt, vel eis adhærent, & ab eorum ſubſtantia ſep[…]
rari ſeiungique vel non poſſunt, vel non ſolent. Qu[…]
verò ab eorum ſubſtantia ducuntur, ea aut in deſc[…]
ptione, aut in definitione ſunt: & præter hæc à n[…]
minis interpretatione. Quæ verò ea velut ſubſta[…]
tias continentia conſequuntur, alia ſunt, vt vel g[…]
neris, vel differentiæ, vel integræ formæ, vel ſp[…]
cierum, vel partium loco circa ea quæ inquirent[…]
aſſiſtens. Item; vel cauſæ, vel fines, vel effectu[…]
vel corruptiones, vel vſus, vel quantitas, vel te[…]
pus, vel ſubſiſtendi modus. Quod verò propriè inſep[…]
rabile, vel adhærens accidens nuncupatur, id in co[…]
muniter accidentibus numerabitur. Et præter h[…]
quid aliud cuiquam ineſſe poſſit, non poteſt inueni[…]
Quibus ita poſitis inſpiciamus nunc eos locos, qu[…]
dudum extrinſecus pronunciabamus aſſumi: ea eni[…]
quæ extrinſecus aſſumuntur, non ſunt ita ſeparata […]
qua diſiuncta vt non aliquando quaſi è regione q[…]
dam, ea quæ quæruntur, aſpiciant. Nam & ſimilitu[…]
nes & oppoſita ad ea ſine dubio referuntur, quibus […]
milia vel oppoſita ſunt, licet iure atque ordine vide.

tur extrinſecus collocata. Sunt autem hæc, ſimilitudo, oppoſitio, maius ac minus rei iudicium. In ſimilitudine enim tum rei ſimilitudo, tum proportionis ratio continetur. Omnia enim ſimilitudinem tenent. Oppoſita verò in contrariis, in priuationibus, in relationibus, in negationibus conſtant. Comparatio verò maioris ad minus quædam quaſi ſimilium diſſimilitudo eſt, rerum enim per ſe ſimilium in quantitate diſcretio maius fecit ac minus. Quod enim omni qualitate, omnique ratione diſiunctum eſt, id nullo modo poterit comparari. Ex rei verò iudicio, quæ ſunt argumenta quaſi teſtimonium præbent, & ſunt inartificiales loci atque omnino diſiuncti: nec rem potius quam opinionem iudiciumque ſectantes. Transſumptionis verò locus nunc quidem in æqualitate, nunc verò in maioris minoriſve comparatione conſiſtit. Aut enim ad id quod eſt ſimile, aut id quod eſt maius, aut minus fit argumentorum rationumque tranſumptio. Hi verò loci quot maiores eſſe prædiximus, aut ex caſibus, aut ex coniugatis, aut ea diuiſione naſcuntur: in quibus omnibus conſequentia, & repugnantia cuſtoditur. Sed ea quidem quæ ex definitione, vel genere, vel differentia, vel cauſis argumenta ducuntur, demonſtrationis maximè ſyllogiſmis vires atque ordinem ſubminiſtrant: reliqua verò veriſimilibus ea dialecticis. Atque hi loci maximè in eorum ſubſtantia ſunt, de quibus in quæſtione dubitatur ad prædicatiuos ac ſimplices, reliqui verò ad hypotheticos & conditionales reſpiciunt ſyllogiſmos. Ex prædictis igitur locis & diligenter, tam definitione quàm exemplorum etiam luce patefactis, dicendum videtur, quomodo hi loci maximarum ſint differentiæ propoſitionum: idque breui, neque enim longa diſputatione res eget. Omnes enim maximæ propoſitiones vel definitiones, in eo quòd ſunt maximæ, non differunt: ſed in eo quòd hæ quidem à definitione, illæ verò à genere, vel aliæ veniant ab aliis locis, & his iure differre, hæque earum differentiæ eſſe dicuntur.

Topica ſunt argumentorum ſedes, fontes ſenſuum, origines dictionum, itaque licet definire locum eſſe argumenti ſedem: argumentum autem rationem quæ rei dubiæ faciat fidem. Et ſunt argumenta aut in ipſo negotio de quo agitur: aut ducuntur ea his rebus quæ quodammodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur, & ex rebus aliis tractæ noſcuntur: aut certè aſſumuntur extrinſecus. Ergo hærentia loca argumentorum in eo ipſo negotio ſunt tria, id eſt, à toto, à partibus, à nota. A toto eſt argumentum etiam, cùm definitio adhibetur ad id quod quæritur: ſicut ait Cicero, gloria eſt laus rectè factorum magnorumque in rempublicam fama meritorum: ex ſe quia gloria totum eſt, per definitionem oſtendit quid ſit gloria. Argumentum à partibus ſic: vt puta, ſi oculus videt, non ideo totum corpus videt. A nota autem ſic ducitur argumentum, quod & etymologia dicitur: Si conſul eſt qui conſulit reipublicæ, quid aliud Tullius fecit cùm adfecit ſupplicio coniuratos? Nunc ducuntur argumenta & ea his rebus, quæ quodammodo affectæ ſunt ad id de quo quæritur, & ea rebus aliis tractæ noſcuntur: & ſunt loca tredecim, id eſt, alia a coniugatis, alia à genere, alia à forma generis, id eſt, ſpecie, alia à ſimilitudine, alia à differentia, alia ea contrario, alia a coniunctis, alia ab antecedentibus, alia à conſequentibus, alia à repugnantibus, alia à cauſis, alia ab effectibus, alia à comparatione minorum, maiorum, aut parium. Primo ergo à coniugatis. Coniugata dicuntur, cùm declinatur à nomine & fit verbum: vt Cicero Verrem dicit euerriſſe prouinciam Siciliam; vel nomen à verbo, cùm latrocinari dicitur latro: aut nomen à nomine, vt Terentius, Inceptio eſt amentium, haud amantium. A genere argumentum eſt quando a re generali ad ſpeciem aliquam deſcendit: vt illud Virgilij, Varium & mutabile ſemper fœmina, potuit & Dido quòd eſt ſpecies varia & mutabilis eſſe. Vt illud Ciceronis quod fecit argumentum deſcendens à genere ad ſpeciem: nam

Argumentorum varia genera.

Coniugata quænam dicantur.

cùm omnium prouinciarum ſociorùmque rationem diligenter habere debeatis, tum præcipuè Siciliæ, iudices. A ſpecie argumentum ducitur, cùm generali quæſtioni fidem ſpecies facit: vt illud Virgilij, An non ſic Phrygius penetrat Lacedæmona paſtor: quia Phrygius paſtor ſpecies eſt: & iſtud, illic vnus fecit, & alij hoc Troiani generaliter facere poſſunt. A ſimili argumentum eſt, quando de rebus aliquibus ſimilia proferuntur: vt Virgilius, Suggere tela mihi; nam nullum dextera fruſtra Torſerit in Rutulos, ſteterintque in corpore Graium Iliacis campis. A differentia argumentum ducitur, quando per differentiam aliquæ res ſeparantur: Virgilius, Non diomedis equos nec currum cernis Achillis. A contrariis argumentum ſumitur, quando res diſcrepantes ſibimet opponuntur: vt Terentius, Nam ſi illum obiurges vitæ qui auxilium tulit, quid facies illi qui dederit damnum malum? A coniunctis autem fides petitur argumentis: cùm quæ ſingula infirma ſunt, ſi coniunguntur, vim veritatis aſſumunt: vt qui accidit vt tenuis ante fuerit, quid ſicut auarus, quid ſicut audax, quid ſicut eius qui occiſus eſt inimicus? ſingula hæc quia non ſufficiunt: idcirco congregata ponuntur, vt ea multis iunctis res aliqua confirmetur. Ab antecedentibus argumentum eſt, quando aliqua ex his quæ priùs geſta ſunt comprobantur: vt Cicero pro Milone, Cùm non dubitauerit aperire quid cogitauerit, vos poteſtis dubitare quid fecerit? præceſſit enim prædictio vbi eſt argumentum, & ſecutum eſt factum. A conſequentibus verò argumentum eſt, quando poſitam rem aliquid ineuitabiliter conſequitur: vt ſi mulier peperit, cum viro concubuit. A repugnantibus argumentum eſt, quando illud quod obiicitur, aliqua contrarietate deſtruitur: vt Cicero dicit: Is igitur non modò à te periculo liberatus, ſed etiam honore ampliſſimo ditatus, arguitur domi ſuæ te interficere voluiſſe. A cauſis argumentum eſt, quando ea conſuetudine communi res quæ tractatur fieri potuiſſe conuincitur: vt in Terentio, Ego nonnihil veritus ſum dudum abs te, Dane, ne faceres quod vulgus ſeruorum ſolet, dolis vt me deluderes. Ab effectibus ducitur argumentum, cùm ex his quæ facta ſunt, aliquid approbatur: vt in Virgilio, Degeneres animos timor arguit: nam timor eſt cauſa vt degener ſit animus, quod timoris effectum eſt. A comparatione argumentum ducitur, quando per collationem perſonarum ſiue cauſarum ſententiæ ratio confirmatur, & à maiori ratione hoc modo: Tu potes vnanimes armare in prælia fratres. Ergo qui hoc in fratribus poteſt, quantò magis in aliis? Animorum comparatione, ſicut Publius Scipio pontificem maximum Tiberium Gracchum non mediocriter labefactantem ſtatum reipublicæ priuatus interfecit. A parium comparatione: ſic Cicero, In ipſo ne nihil intereſſe, vtrum ipſa Conſul improbis concionibus, pernicioſis legibus Rempublicam vexat, an alios vexare patiatur. Extrinſecus verò aſſumuntur argumenta hæc, quæ Græci ἀτέχνα vocant, id eſt, inartificialia, quod, teſtimonium ab aliqua externa re ſumitur ad faciendam fidem: & priùs à perſona, vt non qualiſcunque ſit illa quæ teſtimonij pondus habet ad faciendam fidem, ſed & morum probitate debet eſſe laudabilis. A natura auctoritas eſt, quæ maxima virtute conſiſtit: & a tempore ſunt, quæ afferunt auctoritatem: vt ſunt, ingenium, opes, ætas fortuna, ars, vſus, neceſſitas, concurſio rerum fortuitarum. A dictis factiſque maiorum petitur fides: cùm priſcorum dicta factàque narrantur. Et à tormentis fides probatur, poſt quæ nemo creditur velle mentiri. Memoriæ quoque credendum eſt, Topicam oratoribus, dialecticis, poëtis & iuriſperitis, communiter quidem argumenta præſtare, ſed quando aliquid ſpecialiter probant, ad Rhetores, poëtas, iuriſperitoſque pertinent: quando verò generaliter diſputant, ad dialecticos attinere manifeſtum eſt. Mirabile planè genus operis, potuiſſe colligi, quicquid mobilitas, ac varietas humanæ mentis in ſenſibus exquirendis per di-

uerſas

A uerſas cauſas poterat inueniri, concluſit liberum ac voluntarium intellectum, nam quocunque ſe verterit, quaſcunque cogitationes intrauerit, in aliquid eorum quæ prædicta ſunt neceſſe eſt vt in humanum cadat ingenium. Prima figura modos habet quatuor, qui vniuerſaliter vel particulariter affirmatiuam vel negatiuam concludent. Secunda item quatuor modos, qui ab negatiua concludent ſiue vniuerſaliter, ſiue particulariter. Tertia figura habet ſex modos, qui affirmatiuè vel negatiuè, ſed particulares facient concluſiones.

Primæ figuræ modi quatuor.

Ergo primæ figuræ modus primus eſt, qui conficitur ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis habens concluſionem vniuerſaliter affirmatiuam hoc modo:

Omne iuſtum bonum eſt.
Omne bonum eſt amabile.
Omne igitur iuſtum amabile eſt.

vel ſic.
Omne animal eſt ſubſtantia.
Omnis homo eſt animal.
Ergo omnis homo eſt ſubſtantia.

B Secundus modus figuræ primæ conficitur ex vniuerſali negatiua & vniuerſali affirmatiua, habens concluſionem vniuerſaliter hoc modo.

Nullus homo lapis eſt.
Omnis lapis eſt irrationalis.
Nullus igitur homo irrationalis.

vel ſic.
Nullum honeſtum eſt turpe.
Omnis virtus honeſta eſt.
Ergo nulla virtus eſt turpis.

Tertius modus primæ figuræ eſt, qui conficitur ex vniuerſali affirmatiua & particulari affirmatiua, particularem affirmatiuam concludens hoc modo.

Omnis homo animal.
Quoddam animal mouetur.
Quidam igitur homo mouetur.

vel ſic.
Omnis ars requirit doctrinam & exercitationem.
Eloquentia eſt ars.
Ergo eloquentia requirit doctrinam & exercitationem.

C Quartus modus primæ figuræ eſt, quæ conficitur ex vniuerſali negatiua & particulari affirmatiua, particularem negatiuam concludens hoc modo.

Nullus lapis eſt animatus.
Quod ambulat animatum eſt.
Quidam igitur lapis animatus non eſt.

vel ſic.
Nullus ſtultus eſt liber.
Clodius eſt ſtultus.
Ergo Clodius non eſt liber.

Secundæ verò figuræ primus modus eſt, qui ex vniuerſali negatiua & vniuerſali affirmatiua concludit hoc modo vniuerſale negatiuum.

Nullum iuſtum bonum eſt.
Omne iuſtum bonum eſt.
Nullum igitur iuſtum malum.

vel ſic.
Nullus lapis eſt animal.
Omnis homo eſt animal.
Ergo nullus homo eſt lapis.

D *Secundæ figuræ modi quatuor.*

Secundæ verò figuræ ſecundus modus eſt, qui ex vniuerſali priore affirmatiua & poſteriore vniuerſali negatiua conficitur, vniuerſali negatiua concluſione hoc modo.

Omnes mali oderunt iuſtitiam.
Nulli boni oderunt iuſtitiam.
Ergo nulli boni ſunt mali.

vel ſic.
Omnis homo eſt animal.
Nullus lapis eſt animal.
Ergo nullus lapis eſt homo.

Tertius ſecundæ figuræ modus, qui ex priore vniuerſali negatiua & poſteriore particulari affirmatiua, negationem colligit particularem hoc modo.

Nullus Chriſtianus eſt fœnerator.
Iudæi ſunt fœneratores.
Ergo Iudæi non ſunt Chriſtiani.

E
vel ſic.
Nulli filij Dei aſpernantur Sacramenta.
Hæretici aſpernantur Sacramenta.
Ergo hæretici non ſunt filij Dei.

Quartus modus eſt ſecundæ figuræ, qui ex affirmatiua & priore vniuerſali & poſteriore particulari negatiua, particularem negationem concludit hoc modo.

Omnis homo eſt animal.
Quidam lapis non eſt animal.
Ergo quidam lapis non eſt homo.

vel ſic.
Qui ex Deo ſunt verba Dei audiunt.
Hæretici verba Dei non audiunt.
Ergo hæretici non ſunt ex Deo.

Tertiæ figuræ ſex modi.

Primus modus tertiæ figuræ eſt, qui ex duabus vniuerſalibus affirmatiuis particularem affirmatiuam concludit, quia vniuerſalem affirmatiuam licet in particularem affirmatiuam conuerti hoc modo.

Omnis ambitio ſecum vehit infœlices exitus.
Omnis ambitio naſcitur ex rebus ſecundis.
Ergo quædam res ſecundæ ſortiuntur infœlices exitus.

F
vel ſic.
Omne ius naturale concedit vim vi repellere.
Omne ius eſt diuinum.
Ergo ius diuinum concedit vim poteſtatis.

Item ſecundus modus tertiæ figuræ eſt, cùm ex vniuerſali negatione & vniuerſali affirmatiua ſit particularia negatiua concluſio.

Nulla virtus fugienda eſt.
Omnis virtus labore paratur.
Ergo quidam labor non eſt fugiendus.

vel ſic.
Nulli ambitioſi cœlicolis iunguntur.
Omnes ambitioſi per res ſecundas intumeſcunt.
Ergo quidam ambitioſi per res ſecundas cœlicolis non ſociabuntur.

Tertius modus eſt tertiæ figuræ, qui ex particulari & vniuerſali affirmatiuis particularem affirmatiuam concludit hoc modo.

G
Quidam cibus eſt venenoſus.
Omnis cibus nutrit.
Ergo quoddam nutrimentum eſt venenoſum.

vel ſic.
Titij prouocatio fuit licita.
Omnis prouocatio eſt iudicio contendere.
Ergo contendere iudicio eſt licitum.

Quartus verò modus tertiæ figuræ eſt, qui ex vniuerſali & particulari affirmatiuis particulare affirmatiuum concludit hoc modo.

Omnibus magiſtratibus eſt obtemperandum.
Quidam magiſtratus iniqua iubent.
Ergo aliquibus magiſtratibus iniqua ſuadentibus obtemperandum.

vel ſic.
Omnes libri auctorum ſunt perlegendi.
Aliquot libri auctorum ſunt mali.
Ergo quidam mali auctores ſunt perlegendi.

H Quintus verò modus tertiæ figuræ eſt, qui ex particulari negatiua & vniuerſali affirmatiua negationem particularem concludit hoc modo.

Quidam docti non ſunt boni.
Omnes docti norunt veritatem.
Ergo quidam, qui norunt veritatem, non ſunt boni.

vel ſic.
Quoddam bellum non eſt fugiendum.
Omne bellum eſt calamitoſum.
Ergo quædam calamitoſa non ſunt fugienda.

Sextus modus tertiæ figuræ eſt, qui ex vniuerſali negatiua, & particulari affirmatiua particularem negatiuam concludit hoc modo.

Nullæ antiquæ leges è Republica tollendæ ſunt.
Pleræque antiquæ quid vitij habent.
Ergo quædam vitia non ſunt à republica tollenda.

Nullus

A

vel ſic. { Nullus homo eſt immortalis.
Quidam homo eſt animal.
Ergo quoddam animal non eſt immortale. }

Paralogiſmi primæ figuræ quomodo fiant.

Demonſtrati ſunt omnes modi trium figurarum categorici ſyllogiſmi, licèt quidam primæ figuræ alios quinque modos addiderint. Paralogiſmi verò primæ figuræ ita fiunt, ex priori affirmatiua vniuerſali & ſecunda negatiua vniuerſali. Omnis homo eſt animal: nullum animal eſt lapis: nullus igitur homo lapis eſt. Et quia mutato termino & vniuerſale & particulare concludet & negatiuam & affirmatiuam: ob hoc eſt inutilis approbatus idem paralogiſmus, qui ex duabus negatiuis vniuerſalibus fit hoc modo: Nullus lapis animal eſt: nullum animal immobile eſt: nullus igitur immobilis eſt lapis. Idem paralogiſmus, qui ex duabus particularibus affirmatiuis fit hoc modo: Quidam equus animal eſt: quoddam animal bipes eſt: quidam igitur equus bipes eſt. Rurſum ex duabus particularibus negatiuis hoc modo: Quidam homo albus non eſt: quoddam album non mouetur: quidam igitur homo non mouetur. Dein ſi prior affirmatiua particularis & ſecunda negatiua particularis fuerit hoc modo: Quidam equus animal eſt: quoddam animal quadrupes non eſt: quidam igitur equus quadrupes non eſt. Idem ſi prior negatiua particularis, ſecunda affirmatiua fuerit particularis, hoc modo: Quidam homo equus non eſt, quidam equus immobilis eſt, quidam igitur homo immobilis eſt. Idem ſi maior propoſitio affirmatiua fuerit vniuerſalis, & minor propoſitio negatiua fuerit particularis, paralogiſmus erit hoc modo: Omnis homo animal eſt, quoddam animal rationabile non eſt, quidam igitur homo rationabilis non eſt. At verò ſi maior fuerit propoſitio vniuerſalis negatiua & minor particularis fuerit negatiua, nullus poterit eſſe ſyllogiſmus hoc modo: Nullus lapis animal pinnatum eſt, quoddam animal pinnatum eſt, nullus igitur lapis pinnatus eſt. Rurſus ſi prima fuerit particularis, ſecunda verò vniuerſalis & vtræque affirmatiuæ propoſitiones, non erit ſyllogiſmus hoc modo: Quidam lapis corpus eſt, omne corpus menſurabile eſt, quidam igitur lapis menſurabilis eſt. Idem ſi prima fuerit particularis propoſitio negatiua, & ſecunda vniuerſalis negatiua, non erit ſyllogiſmus hoc modo: Quoddam animal vipis non eſt, nullum vipis hinnibile eſt, quoddam igitur animal hinnibile non eſt. Idem ſi prior affirmatiua particularis, ſecunda negatiua vniuerſalis propoſitio fuerit, ſyllogiſmum non facit hoc modo: Quidam lapis inſenſatus eſt, nullum inſenſatum viuit, quidam igitur lapis inſenſatus non eſt. Idem ſi prior negatiua particularis propoſitio fuerit, & ſecunda affirmatiua vniuerſalis, paralogiſmus erit hoc modo: Quoddam nigrum animatum non eſt, omne animatum mouetur, quoddam igitur nigrum non mouetur. Et de futuris propoſitionibus ſyllogiſmus non fit, quia particulares ſimiles ſunt.

B

C

Omnes propoſitiones his modis conſtant.

D

Propoſitionum modi.

Id eſt, ſimplicis, ita. Contrariæ:
Omnis homo iuſtus eſt. Nullus homo iuſtus eſt.
Quidam homo iuſtus eſt.
Quidam homo iuſtus non eſt. Contradictione.
Omnis homo rationalis eſt.
Nullus homo rationalis eſt.
Quidam homo rationalis eſt.
Quidam homo rationalis non eſt.
Ex vtriſque terminis infinitis.
Omnis non homo non rationalis eſt.
Nullus non homo non rationalis eſt.
Quidam non homo non rationalis eſt.
Quidam non homo non rationalis non eſt.
Item ex infinito ſubiecto.
Omnis non homo rationalis eſt.
Nullus non homo rationalis.
Quidam non homo rationalis eſt.
Quidam non homo rationalis non eſt.
Item ex infinito prædicato.
Omnis homo non rationalis eſt.
Nullus homo non rationalis eſt.
Quidam homo non rationalis eſt.
Quidam homo non rationalis non eſt.
Item quæ conuenient.
Omnis homo rationalis eſt.
Nullus homo non rationalis eſt.
Omnis homo non rationalis eſt.
Nullus homo non rationalis eſt.
Quidam homo rationalis eſt.
Quidam homo non rationalis non eſt.
Quidam homo non rationalis eſt.
Quidam homo non rationalis non eſt.

E

Item. Omne non animal non homo eſt.
Nullum non animal non homo eſt.
Quiddam non animal non homo eſt.
Quoddam non animal non homo non eſt.
Item conuerſæ ex prædicato infinito.
Omne non animal homo eſt.
Nullum non animal homo eſt.
Quoddam non animal homo eſt.
Quoddam non animal homo non eſt.
Item conuerſæ in infinito ſubiecto.
Omne animal non homo eſt.
Nullum animal non homo eſt.
Quiddam animal non homo eſt.
Quoddam animal non homo non eſt.
Item propoſitiones indefinitiuæ.
Homo iuſtus eſt.
Homo iuſtus non eſt.
Indefinitarum propoſitiones cum ſubiecto infinito.
Non homo iuſtus eſt.
Non homo iuſtus non eſt.
Ex prædicato infinito.
Homo iuſtus non eſt.
Homo non iuſtus non eſt.
Ex vtriſque terminis infinitis.
Non homo non iuſtus eſt.
Non homo non iuſtus non eſt.
Propoſitiones ſingulares vel indiuiduæ.
Plato iuſtus eſt.
Plato iuſtus non eſt.
Ex infinito ſubiecto.
Non Plato iuſtus eſt.
Plato iuſtus non eſt.
Ex infinito prædicato.
Plato non iuſtus eſt.
Plato non iuſtus non eſt.
Ex vtriſque terminis infinitis.
Non Plato non iuſtus eſt.
Non Plato non iuſtus non eſt.

F

G

De locis Rhetoricis.

Rhetoricæ orationis partes.

H

Rhetorica oratio habet partes ſex: procemium, quod exordium eſt: narrationem, partitionem, confirmationem, reprehenſionem, perorationem. Quæ partes inſtrumenta ſunt Rhetoricæ facultatis, quoniam Rhetorica in omnibus ſuis ſpeciebus ineſt, & ſpecies eidem inerunt. Nec potiùs inerunt, quàm hiſdem ea quæ peragunt, adminiſtrabunt. Itaque in iudiciali genere cauſarum neceſſarius eſt ordo procemij, & narrationis atque cæterorum: & in demonſtratiuo deliberatiuóque neceſſaria ſunt. Opus autem Rhetoricæ facultatis docere & mouere: quod nihilominus iiſdem ferè ſuis inſtrumentis, id eſt orationis partibus, adminiſtratur. Partes autem Rhetoricæ, quoniam partes ſunt facultatis, ipſæ quoque ſunt facultates, quocirca ipſæ quoque orationis partibus, quaſi inſtrumentis vtentur. Atque vt his operentur, eiſdem inerunt. Nam in exordiis niſi quinque ſint ſupradictæ Rhetoricæ partes: vt inueniat, eloquatur, diſponat, meminerit,

pronun

A pronunciet : nihil agat orator. Eodem quoque modo & reliquæ ferè partes inſtrumenti, niſi habeant omnes Rhetoricæ partes, fruſtra ſunt. Huius autem facultatis effector, orator eſt : cuius eſt officium dicere appoſitè ad perſuaſionem : finis tum in ipſo quidem bene dixiſſe, id eſt dixiſſe appoſitè ad perſuaſionem. In altera verò perſuaſione, Neque enim ſi qua impediunt oratorem, quo minus perſuadeat, facto officio, finem non eſt conſequutus, ſed is quidem, qui officio fuit contiguus & cognatus, conſequitur, facto officio. Is verò, qui extra eſt, ſæpe non conſequitur : neque tamen Rhetoricam ſuo fine contentam honore vacuauit. Hæc quidem ita ſunt mixta, vt rhetorica inſit ſpeciebus, ſpecies verò inſint cauſis. Cauſarum verò partes ſtatus eſſe dicuntur : quos etiam aliis nominibus tum conſtitutiones, tum quæſtiones nominare licet : qui quidem diuiduntur ita, vt rerum quoque natura diuiſa eſt. Sed à principio quæſtionum differentias ordiamur. Quoniam Rhetoricæ quæſtiones circunſtantiis inuo-

B lutæ ſunt omnes, aut in ſcripti alicuius controuerſia verſantur, aut præter ſcriptum ex re ipſa ſumunt contentionis exordium. Et illæ quidem quæſtiones, quæ in ſcripto ſunt, quinque modis fieri poſſunt. Vno quidem, cùm hic ſcriptoris verba defendit, & ille ſententiam, atque hic appellatur ſcriptum & voluntas. Alio verò, ſi inter ſe leges quadam contrarietate diſſentiunt, quarum ex aduerſa parte aliæ defendunt, faciunt controuerſiam, atque hic vocatur ſtatus legis contrariæ. Tertiò, cum ſcriptum, de quo contenditur, ſententiam claudit ambiguam : ambiguitas ex ſuo nomine nuncupatur. Quarto verò, cùm in eo quod ſcriptum eſt, aliud non ſcriptum intelligitur : quod quia per ratiocinationem & quandam ſyllogiſmi conſequentiam veſtigatur, ratiocinatorius vel ſyllogiſmus dicitur. Quinto, cum ſermo ſcriptus eſt, cuius non facilè vis ac natura clareſcat, niſi definitione detecta ſit, hic vocatur finis in ſcripto nominis. Hæc autem ſpeculanda doctis, non rudibus diſcenda proponimus : quamuis de eorum differentia in Topicorum commentis per tran-

C ſitum diſſeruerim. Earum autem conſtitutionum, quæ præter ſcriptum in ipſarum rerum contentione ſunt poſitæ, ita differentiæ ſegregantur, vt rerum quoque ipſarum natura diuiſa ſit. In omni enim Rhetorica quæſtione dubitatur, an ſit, quid ſit, quale ſit : & propter hoc, an iure vel more poſſit exerceri iudicium. Sed ſi factum, vel res quæ intenditur ab aduerſario negatur, quæſtio eſt vtrùm ſit ea : quæ coniecturalis conſtitutio nominatur. Quòd ſi factum quidem eſſe conſtiterit, ſed quidnam ſit id quod factum eſt, ignoretur : quoniam vis eius definitione monſtranda eſt, finitiua dicitur conſtitutio. At ſi & eſſe conſtiterit, & de rei definitione conueniat, ſed quale ſit inquiratur : tunc quia cui generi ſubiici debet ambigitur, generalis qualitas nuncupatur. In hac verò quæſtione & qualitatis, & quantitatis, & comparationis ratio verſatur. Sed quoniam de genere quæſtio eſt, ſecundum generis formam in plura neceſſe eſt huius conſtitutionis membra

D diſtribui. Omnis enim quæſtio generalis, id eſt, cùm de genere & qualitate vel quantitate quæritur facti, in duas tribuitur partes. Nam aut in præterito quæritur de qualitate propoſiti, aut in præſenti, aut in futuro. Si in præteritum, iuridicialis conſtitutio nuncupatur : ſi præſentis vel futuri temporis teneat quæſtionem, negotialis dicitur. Iuridicialis verò, cuius inquiſitio præteritum reſpicit, duabus partibus ſegregatur. Aut enim in ipſo facto, vis defenſionis eſt, & abſoluta qualitas nuncupatur. Aut extrinſecus aſſumitur, & aſſumptiua dicitur conſtitutio. Sed hæc in partes quatuor deriuatur, aut enim conceditur crimen, aut remouetur, aut refertur, aut, quod eſt vltimum, comparatur. Conceditur crimen, cùm nulla introducitur facti defenſio, ſed venia poſtulatur. Id fieri duobus modis poteſt, ſi deprecéris, aut purges. Deprecaris, cùm nihil excuſationis attuleris. Purgas, cùm facti culpa his aſcribitur, quibus obuiari non poſſit, neque tamen perſonæ ſunt :

Quæſtionis generalis duæ partes.

Iuridicialis conſtitutio quid.

E id enim in aliam conſtitutionem cadit. Sunt verò hæc, imprudentia, caſus, atque neceſſitas. Remouetur verò crimen, cùm ab eo, qui neceſſitent, transfertur in alium. Sed remotio criminis duobus fieri modis poteſt : aut cauſa refertur : aut factum. Cauſa refertur, cùm aliena poteſtate aliquid factum eſſe contenditur : factum verò, cùm alius aut potuiſſe, aut debuiſſe facere demonſtratur. Atque hæc in his maximè valent, ſi cius nominis in nos intendatur actio, quòd non fecerimus id quod oportuit fieri. Refertur crimen, cùm iuſtè in aliquem facinus commiſſum eſſe conceditur : quoniam is in quem commiſſum ſit iniurius ſæpe fuerit, atque id quod intenditur meruit pati. Comparatio eſt, cùm propter meliorem vtilioremve rem factum, quod aduerſarius arguit, commiſſum eſſe defenditur. Atque hæc hactenus : nunc de inuentione tractandum eſt : etenim priùs quidem dialecticos dedimus, nunc Rhetoricos promimus locos, quos ex attributis perſonæ ac negotio venire neceſſe eſt. Perſona, quæ in iudicium vocatur, cuius dictum aliquod factúmve repre-

Remouetur crimen duobus modis.

Rhetorici loci.

F henditur. Negotium, factum dictumve perſonæ, propter quod in iudicium vocatur. Itaque in his duobus, omnis locorum ratio conſtituta eſt : quæ enim habent reprehenſionis occaſionem, eadem niſi ad excuſabilem partem vergant, defenſionis copiam non miniſtrant, ex eiſdem enim locis accuſatio defenſióque conſiſtit. Si igitur perſona in iudicium vocatur, neque factum dictúmve vllum reprehenditur, cauſa eſſe non poterit. Nec verò factum dictúmve aliquod in iudicium proferri poteſt, ſi perſona non extiterit. Itaque in his duobus omnis iudiciorum ratio verſatur, in perſona ſcilicet, atque negotio. Sed, vt dictum eſt, perſona eſt, quæ in iudicium vocatur : negotium, factum dictúmve perſonæ, propter quod reus ſtatuitur. Perſona igitur & negotium ſuggerere argumenta non poſſunt : de ipſis enim quæſtio eſt, de quibus autem dubitatur, ea dubitationi fidem facere nequeunt. Argumentum verò erat ratio rei dubiæ faciens fidem. Faciunt autem negotio fidem ea, quæ ſunt perſonis ac

G negotiis attributa. At ſi quando perſona negotio faciat fidem, velut ſi credatur contra rempublicam ſenſiſſe Catilinam, quoniam perſona eſt vitiorum turpitudine denotata : tunc non in eo quod perſona eſt, & in iudicium vocatur, fidem negotio facit, ſed in eo quod ex attributis perſonæ quandam ſuſcipit qualitatem. Sed vt rerum ordo clariùs colliqueſcat, de circunſtantiis arbitror eſſe dicendum. Circunſtantiæ ſunt, quæ conuenientes ſubſtantiam quæſtionis efficiunt. Niſi enim ſit qui fecerit, & quod fecerit, cauſáque cur fecerit, locus, tempúſque quo fecerit, modus, etiam facultas : quæ ſi deſint cauſa non ſtabit. Has igitur circunſtantias in gemina Cicero partitur, vt eam quæ eſt, quis, circunſtantiam in attributis perſonæ ponat : reliquas verò circunſtantias in attributis negotio conſtituat. Et primùm quidem ex circunſtantiis, eam quæ eſt, quis, quam perſonæ attribuit, ſecat in vndecim partes, Nomen vt Verres, natura vt barbarus, vi-

Circunſtantiæ quænam ſint.

H ctus vt amicus nobilium, perſona vt diues, ſtudium vt Geometra, caſus vt exul, affectio vt amans, habitus vt ſapiens : Conſilium, facta, & orationes. Eáque extra illud factum dictúmque ſunt quæ nunc in iudicium deuocantur. Reliquas verò circunſtantias, quæ ſunt, quid, cur, quando, vbi, quomodo, quibus auxiliis, in attributis negotio ponit, Quid, & cur, dicens continentia cum ipſo negotio : cur in cauſa conſtituens : ea enim cauſa eſt vniuſcuiuſque facti, propter quam facta eſt. Quid verò ſecat in quatuor partes. In ſummam facti, vt parentis occiſio. Ex hac maximè locus ſumitur amplificationis ante factum, vt concitus rapuit gladium : dum fit, vt vehementer percuſſit. Poſt factum, in abdita ſepeliuit. Quæ omnia cùm ſint facta, tamen quoniam ad geſtum negotium, de quo quæritur, pertinent, non ſunt ea quæ facta, quæ in attributis perſonæ numerata ſunt. Illa enim extra negotium, quòd extra poſita perſonam informantia fidem ei ne-

gotio

A goiio præſtant, de quo verſatus intentio, hæc verò facta, quæ continentia ſunt cum ipſo negotio, ad ipſum negotium, de quo quæritur, pertinent. Poſtremas verò quatuor circunſtantias Cicero ponit in geſtione negotij, quæ eſt ſecunda pars attributorum negotiis. Et eam quidem circunſtantiam, quæ eſt quando, diuidit in tempus, vt modò fecit: & in occaſionem, vt conctis dormientibus. Eam verò circunſtantiam quæ eſt vbi, locum dicit, vt in cubiculo fecit, quomodo verò ex circunſtantiis modus, vt clam fecit, quibus auxiliis circunſtantiam, facultatem appellat, vt cum multo exercitu. Quorum quidem locorum & ſi ex circunſtantiarum, naturalis diſcretio clara eſt, nos tamen beneuolentiùs faciemus, ſi vberiorem ad ſe differentias oſtendamus. Nam cum ex circunſtantiis alia M. Tullius propoſuerit eſſe continentia cum ipſo negotio: alia verò in geſtione negotij atque in continentibus cum ipſo negotio; illum adnumerauerit locum quem appellauit, dum fit, ex ipſa

B prolationis ſignificatione: idem videtur eſſe locus hic dum fit, cum eo, qui eſt in geſtione negotij: ſed non ita eſt, quia dum fit, illud eſt, quod eo tempore admiſſum eſt dum facinus perpetrauit, vt percuſſit. In geſtione verò negotij, ea ſunt, quæ & ante factum, & dum fit, & poſt factum, quod geſtum eſt continent: In omnibus enim tempus, locus, occaſio, modus, facultas inquiritur. Rurſus dum fit, factum eſt, quod adminiſtratur, eſt negotium, quæ verò ſunt in geſtione negotij, non ſunt facta, ſed facto adhærent, in illis enim, tempus, occaſionem, locum, modum, facultatem, facta eſſe conſeoſerit: ſed, vt dictum eſt, quæ cuilibet facto adhærentia ſint, atque in nullo modo derelinquant, quia quadam ratione ſubiecta ſunt ipſi, quod geſtum eſt, negotio. Item ea quæ ſunt in geſtione negotij, ſine his, quæ ſunt continentia cum ipſo negotio, eſſe poſſunt. Poteſt enim, & locus, & tempus, & occaſio, & modus, & facultas facti cuiuſlibet intelligi, etiamſi nemo faciat quod illo loco, vel tempore, vel occaſione, vel modo, vel facultate fieri

C poſſet. Itaque ea quæ ſunt, in geſtione negotij, ſine his quæ ſunt continentia cum ipſo negotio, eſſe poſſunt. Illa verò ſine his eſſe non poſſunt, factum enim præter locum, tempus, occaſionem, modum, facultatémque eſſe non poterit. Atque hæc ſunt, quæ in attributis perſonæ ac negotio conſiſtant, velut in Dialecticis locis ea quæ in ipſis cohærent, de quibus quæritur, reliqua verò quæ vel ſunt adiuncta negotio, vel negotium geſtum conſequuntur, talia ſunt qualia in Dialecticis locis ea, quæ ſecundùm Themiſtium quidem partim rei ſubſtantiam conſequuntur, partim ſunt extrinſecus, partim verſantur in mediis, ſecundum Ciceronem verò inter affecta numerare ſunt vel extrinſecus poſita. Sunt enim adiuncta negotio ipſa etiam quæ fidem faciunt quæſtioni, affecta quodam modo ad id, de quo quæritur, reſpicientia negotium, de quo agitur, hoc modo. Nam circunſtantiæ ſeptem quæ in attributis perſonæ, vel negotiis, numeratæ ſunt, hæc cùm cœperint comparari, & quaſi in relationem venire, ſi quid ad ſe continens referetur, vel ad id quod continet, ſit aut ſpecies, aut ge-

D nus, aut ſi id referatur, quod ab eo longiſſimè diſtet, contrarium, ac ſi ad finem ſuum atque exitum referatur, euentus eſt. Eodem quoque modo ad maiora, & minora, & paria comparantur. Atque omnino tales loci in his quæ ſunt ad aliquid conſiderantur. Nam maius, aut minus, aut ſimile, aut æquè magnum, aut diſparatum, accedunt circunſtantiis, quæ in attributis negotio atque perſonæ numeratæ ſunt: vt dum ipſæ circunſtantiæ aliis comparantur, fiat ex iis argumentum facti dictive quod in iudicium trahitur. Diſtat autem à ſuperioribus, quòd ſuperiores loci, vel facta continebant, vel factis ita adhærebant, vt ſeparari non poſſint: vt locus, tempus, & cætera, quæ geſtum negotium non relinquunt. Hæc verò, quæ ſunt adiuncta negotio, non inhærent ipſi negotio, ſed accedunt circunſtantiis, & tunc demum argumenta præſtant, cum ad comparationem venerint; ſumunt verò argumenta non ex contrarietate, ſed ex contrario, & non ex ſimilitudine, ſed ex ſimili: vt appareat

E ex relatione ſumi argumentum in adiuncta negotio. Et ea eſſe adiuncta negotio, quæ ſunt ad ipſum, de quo agitur, negotium affecta. Conſecutio verò, quæ pars quarta eſt eorum, quæ negotiis attributa ſunt, neque in ipſis ſunt rebus, neque rerum ſubſtantiam relinquunt, neque ex comparatione reperiuntur: ſed rem geſtam vel antecedunt, vel etiam conſequuntur. Atque hic totus locus extrinſecus eſt. Primùm enim in eo quæritur id quod factum eſt, quo nomine appellari conueniat: in quo non de re, ſed de vocabulo laboratur. Qui deinde auctores eius facti & inuentores, comprobatores atque æmuli, id totum ex iudicio & quodam teſtimonio extrinſecus poſito ad ſubſidium conſluit argumenti. Deinde & quæ eius rei ſit ex conſueto pacto, iudicium, ſcientia, artificium. Deinde naturæ eius quid euenire vulgò ſoleat, an inſolenter & tarò homines id ſua auctoritate comprobare, an offendere in his conſueuerint: & cætera quæ factum aliquod ſimiliter confeſtim, aut interuallo ſoleant conſequi, quæ neceſſe eſt extrinſecus poſita ad opinionem magis tendere, quàm id ipſam

F rerum naturam. Itaque in hæc quattuor licet negotiis attributa diuidere; vt ſint partim continentia cum ipſo negotio, quæ facta eſſe ſuperius dictum eſt: partim in geſtione negotij, quæ non eſſe facta, ſed factis adhærentia dudum monſtrauimus: partim adiuncta negotio, hæc, vt dictum eſt, in relatione ponuntur: partim geſtum negotium conſequuntur, horum fides extrinſecus ſumitur. Ac de Rhetoricis quidem locis ſatis dictum. Nunc illud eſt explicandum, quæ ſit his ſimilitudo cum Dialecticis, quæve diuerſitas, quod cùm idoneè conuenienterque monſtrauero, propoſiti operis explicetur intentio. Primò adeò vt è Dialecticis locis, ſicut Themiſtio placet, alij ſunt, qui in ipſis hærent, de quibus quæritur: alij verò aſſumuntur extrinſecus, alij verò medij inter vtroſque locati ſunt. Sic in Rhetoricis quoque locis: alij in perſonæ atque negotio conſiſtunt, de quibus ex aduerſa parte certatur: alij verò extrinſecus, vt hi qui geſtum negotium conſequuntur: alij verò medij. Quorum proximi quidem negotio ſunt hi, qui ex circumſtantiis: reliqui in geſtione negotij conſide-

G rantur. Illi verò qui in adiuncta negotio collocantur, ipſi quoque inter medios locos poſiti ſunt: quoniam negotium, de quo agitur, quadam affectione reſpiciunt. Vel ſi quis ea quidem quæ perſonis attributa ſunt, vel quæ continentia ſunt cum ipſo negotio, vel in geſtione negotij conſiderantur: his ſimilia locis dicat qui ab ipſis in Dialectica trahuntur, de quibus in quæſtione dubitatur. Conſequentia verò negotio ponet extrinſecus. Adiuncta verò inter vtrumque conſtituat. Ciceroniana verò diuiſioni hoc modo ſit ſimilis. Nam ea quæ continentia ſunt cum ipſo negotio, vel ea quæ in geſtione negotij conſiderantur, in ipſis hærent de quibus quæritur. Ea verò, quæ adiunctæ ſunt, inter affecta ponuntur. Sed ea quæ geſtum negotium conſequuntur, extrinſecus collocata ſunt. Vel ſi quis ea quidem, quæ continentia ſunt cum ipſo negotio in ipſis hærere arbitretur. Affecta verò eſſe ea quæ ſunt in geſtione negotij vel adiuncta negotio: extrinſecus verò ea, quæ

H geſtum negotium conſequuntur. Nam iam illæ perſpiciæ communitates, quod quidam ipſi penè in vtriſque facultatibus verſantur loci, vt genus, vt pars, vt ſimilitudo: vt contrarium, vt maius ac minus. De communitatibus quidem ſatis dictum. Differentiæ verò illæ ſunt, quòd Dialectici etiam theſibus apti ſunt, Rhetorici tantum ad hypotheſes, id eſt, quæſtiones informatas circunſtantiis aſſumuntur: Nam ſicut ipſæ facultates à ſemetipſis vniuerſalitate & particularitate diſtinctæ ſunt: ita earum loci ambitu & contractione diſcreti ſunt. Nam Dialecticorum locorum maior eſt ambitus: & quoniam præter circunſtantias ſunt quæ ſingulares faciunt cauſas, non modo ad theſes vtiles ſunt, verùm etiam ad argumenta, quæ in hypotheſibus poſita ſunt, eóſque locos qui ex circunſtantiis conſtant, claudunt atque ambiunt. Itaque fit vt ſemper egeat Rhetor dialecticis locis: Dialecticus verò ſuis poſſit *Dialectici theſibus apti, Rhetorici ad hypotheſes.*

eſſe

Digitized by Google

A eſſe contentus, Rhetor enim quoniam cauſas ex circumſtantiis tractat, ex eiſdem circumſtantiis argumenta præſumit, quæ neceſſe eſt ab vniuerſalibus & ſimplicioribus confirmari, qui ſunt Dialectici. Dialecticus verò, qui prior eſt, poſteriore non eget, niſi aliquando inciderit quæſtio perſonæ: vt cùm in incidens Dialectico ad probandam ſuam theſim, cauſam circumſtantiis incluſam, tunc demum Rhetoricis vtatur locis. Itaque in Dialecticis locis (ſi ita contingit) à genere argumenta ſumuntur, id eſt, ab ipſa generis natura. Sed in Rhetoricis ab eo genere quod illi genus eſt de quo agitur, nec à natura generis, ſed à re ſcilicet ipſa quæ genus eſt. Sed vt progrediatur ratio, ex eo pendet, quòd natura generis ante præcognita eſt: vt ſi dubitetur, an fuerit aliquis ebrius, dicitur, ſi refellere velimus non fuiſſe: quoniam in eo nulla luxuries anteceſſerit. Idcircò nimirum, quia cùm luxuries ebrietatis quaſi quoddam genus ſit, cùm luxuries nulla fuerit, nec ebrietas quidem fuit, ſed hoc pendet ex altero. Cur enim ſi luxuries non

B fuit ebrietas eſſe non potuit, ex natura generis demonſtratur, quod Dialectica ratio ſubminiſtrat. Vnde enim genus abeſt, inde etiam ſpecies abeſſe neceſſe eſt, quoniam genus ſpecies non relinquit. Et de ſimilibus quidem, & de contrariis, eodem modo, in quibus maxima ſimilitudo eſt inter Rhetoricos ac Dialecticos locos: Dialectica enim ex ipſis qualitatibus, Rhetorica ex qualitatem ſuſcipientibus rebus argumenta veſtigat: vt Dialecticus ex genere, id eſt, ex ipſa generis natura: Rhetor ex ea re quæ genus eſt Dialecticus ex ſimilitudine, Rhetor ex ſimili, id eſt, ex ea re quæ ſimilitudinem cepit. Eodem modo illa ex contrarietate, hic ex contrario. Memoriæ quoque condendum eſt, Topica oratoribus, Dialecticis, poëtis, & iuriſperitis communiter quidem argumenta præſtare: ſed quando aliquid ſpecialiter probant, ad Rhetores, poëtas, iuriſperitóſque pertinent. Quando verò generaliter diſputant, ad Dialecticos attinere manifeſtum eſt. Mirabile planè genus operis in vnum potuiſſe colligi, quicquid mobilitas ac varietas humanæ mentis in ſenſibus exqui-

Dialectica & Rhetorica vnde argumenta colligant.

C rendis per diuerſas cauſas poterat inuenire, concluſit liberum ac voluntarium intellectum. Nam quocunque ſe verterit, quaſcunque cogitationes intrauerit, in aliquid eorum quæ prædicta ſunt, neceſſe eſt vt humanum cadat ingenium. Illud autem competens iudicauimus recapitulare breuiter, quorum labore in Latium eloquium res iſtæ peruenerint: vt nec auctoribus gloria ſua pereat: nobis pleniſſimè rei veritas innoteſcat. Iſagogen tranſtulit patricius Boëtius, commentaque eius gemina derelinquens. Categorias idem tranſtulit patritius Boëtius, cuius commenta tribus libris ipſe quoque formauit. Peri hermenias ſuprà memoratus patritius Boëtius tranſtulit in Latinum: cuius commenta ipſe duplicia minutiſſima diſputatione tractauit. Apuleius verò Madaurenſis ſyllogiſmos categoricos breuiter enodauit. Suprà memoratus verò patritius Boëtius de ſyllogiſmis hypotheticis lucidiſſimè pertractauit. Topica Ariſtotelis, vno libro Cicero tranſtulit in Latinum, cuius commenta proſpector atque

D amator Latinorum patritius Boëtius octo libris expoſuit. Nam & prædictus Boëtius patritius eadem Topica Ariſtotelis octo libris in Latium vertit eloquium. Conſiderandum eſt autem, quòd iam quia locus ſe attulit in Rhetorica parte, libabimus quid interſit inter artem & diſciplinam, ne ſe diuerſitas nominum permixta confundat. Inter artem & diſciplinam Plato & Ariſtoteles, opinabiles magiſtri ſecularium litterarum, hanc differentiam eſſe voluerunt, dicentes: Artem eſſe habitudinem operatricem contingentium, quæ ſe & aliter habere poſſunt. Diſciplina verò eſt, quæ de his agit, quæ aliter euenire non poſſunt. Nunc ergo ad Mathematicæ veniamus initium.

E

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, viri clariſſimi Mathematica.

MATHEMATICA, quam Latinè poſſumus dicere doctrinalem, ſcientia eſt quæ abſtractam conſiderat quantitatem. Abſtracta enim quantitas dicitur, quæ intellectu à materia ſeparatur, vel ab aliis accidentibus: vt eſt, par, impar, vel alia huiuſcemodi, quæ in ſola ratiocinatione tractamus, hæc ita diuiditur.

F

Diuiſio Mathematicæ in	Arithmeticam.
	Muſicam.
	Geometriam.
	Aſtronomiam.

Arithmetica eſt diſciplina quantitatis numerabilis ſecundum ſe. Muſica eſt diſciplina quæ de numeris loquitur, qui ad aliquid ſunt his qui inueniuntur in ſonis. Geometria eſt diſciplina magnitudinis immobilis & formarum. Aſtronomia diſciplina eſt curſus cœleſtium ſyderum, quæ figuras contemplatur omnes & habitudines ſtellarum circa ſe, & circa terram indagabili ratione percurrit. Quas ſuo loco paulò latiùs exponemus, vt commemoratarum rerum virtus competenter poſſit oſtendi. Modò de diſciplinarum nomine diſſeramus Diſciplinæ ſunt, quæ ſicut iam dictum eſt, nunquam opinionibus deceptæ fallunt, & ideo tali nomine nuncupantur, quia neceſſariò ſuas regulas ſeruant, hæ nec intentione creſcunt, nec ſubductione minuuntur, nec aliis varietatibus permutantur, ſed in vi

G propria permanentes, regulas ſuas inconuertibili firmitate cuſtodiunt. Has dum frequenti meditatione reuoluimus, ſenſum noſtrum acuunt limúmque ignorantiæ detergunt, & ad illam inſpectiuam contemplationem, ſi tamen ſanitas mentis arrideat, Domino largiente perducunt. Scire autem debemus Ioſephum Hebræorum doctiſſimum, in primo libro Antiquitatum, titulo nono, dicere, Arithmeticam & Aſtronomiam Abraham primum Ægyptiis tradidiſſe, vnde ſemina ſuſcipientes (vt ſunt homines acerrimi ingenii) excoluiſſe ſibi reliquas latiùs diſciplinas, quas meritò ſancti patres noſtri legendas ſtudioſiſſimis perſuadent. Quoniam ex magna parte per eas à carnalibus rebus appetitus noſter abſtrahitur, & faciunt deſiderare quæ præſtante Domino ſolo poſſumus corde conſpicere. Quocirca tempus eſt, vt de eis ſigillatim ac breuiter diſſerere debeamus.

Abrahã Arithmeticam & Aſtronomiã primus tradidit Ægyptiis.

H

De Arithmetica.

SCriptores ſecularium literarum inter diſciplinas Mathematicas, primam omnium Arithmeticam eſſe voluerunt: propterea quod Muſica, & Geometria, & Aſtronomia, quæ ſequuntur, indigent. Arithmetica, vt virtutes ſuas valeant explicare. Verbi gratia, ſimplum ad duplum, quod habet Muſica, indiget Arithmetica: Geometria verò, quòd habet trigonum: quadrangulum, vel his ſimilia, eadem indiget Arithmetica. Aſtronomia etiam, quòd habet in motu ſyderum numeros punctorum, indiget Arithmetica. Arithmetica verò vt ſit, neque Muſica, neque Geometria, neque Aſtronomia, egere cognoſcitur. Propterea his

A fons & mater Arithmetica reperitur, quam diſciplinam Pythagoras ſic laudaſſe monſtratur, vt omnia ſub numero & menſura à Deo creata fuiſſe memoret, dicens, alia in motu, alia in ſtatu eſſe formata: vt tamen nulla earum, præter iſta quæ dicta ſunt, ſubſtantiam percepiſſent. Credo trahens hoc initium, vt multi philoſophorum fecerunt ab illa ſententia prophetali, quæ dicit omnia Deum menſura numero, & pondere diſpoſuiſſe. Hæc itaque conſiſtit ex quantitate diſcreta, quæ parit genera numerorum, nullo ſibi communi termino ſociata v. enim ad x, vj. ad iv. vij. ad iij. per nullum communem terminum alterutrum ſibi ſocietate nectuntur. Arithmetica verò dicitur, eò quòd numeris præeſt. Numerus verò, eſt ex monadibus multitudo compoſita: vt iij. v. xx. & cætera. Intentio Arithmeticæ eſt docere nos naturam abſtracti numeri & quæ ei accidunt: vt verbi gratia parilitas, imparilitas, & cætera.

B Numerus, qui congregatio monadum eſt
- vel par, qui eſt
  - Pariter par.
  - Pariter impar.
  - Impariter par.
- vel impar, qui eſt
  - Primus & ſimplex.
  - Secundus & compoſitus.
  - Tertius mediocris, qui quodammodo primus, & compoſitus, alio verò modo ſecundus & compoſitus.

Par, ſcilicet, numerus qui in duas partes æquales diuidi poteſt, vt ij. iv. vj. viij. x. & reliqui. impar numerus eſt, qui in duas partes æquales diuidi nullatenus poteſt, vt iij. v. vij. viiij. xj. & reliqui. Pariter par numerus eſt, cuius diuiſio in duabus æqualibus partibus fieri poteſt vſq; ad monada: vt verb. gr. lxiv. diuiditur in xxxij. xxxij. in xvj. & xvj. in viij. viij. in iiij. iiij. in duo: ij. verò in j. & j. Pariter impar numerus eſt, qui ſimiliter ſolummodo in duas partes diuidi poteſt æqualer, vt x. in v. xiiij. in vij. xviij. in viiij. & his ſimilia: Impariter par numerus C eſt, qui plures diuiſiones, ſecundum æqualitatem partium diuidere poteſt, non tamen vſque ad aſſem perueniat: vt verbi gratia xxiiij. in bis xij. xij. in bis vj. ſex in bis tres, & ampliùs non procedit. Primus & ſimplex numerus eſt qui monadicam menſuram ſolam recipere poteſt: vt verbi gratia iij. v. vij. xj. xiij. xviij. & his ſimilia. Secundus & compoſitus numerus eſt qui non ſolùm monadicam menſuram, ſed & Arithmeticam recipere poteſt: vt verbi gratia viiij. xv. xxj. & his ſimilia. Mediocris numerus eſt, qui quodammodo ſimplex & incompoſitus eſſe videtur, alio verò modo ſecundus eſt & compoſitus: vt verbi gratia ix. ad xxv. dum comparatus fuerit, primus eſt & incompoſitus, quia non habet communem numerum, niſi ſolum monadicum: ad xv. verò ſi comparatus fuerit, ſecundus eſt & compoſitus: quoniam ineſt illi communis numerus præter monadicum, id eſt, ternarius numerus, qui nouem menſurat ter terni & xv. quini.

D *Altera diuiſio de paribus & imparibus numeris.*

Numerus
- aut par eſt.
- aut impar.
  - aut ſuperfluus.
  - aut indigens.
  - aut perfectus.

Superfluus numerus eſt, qui deſcendit de paribus, is dum par ſit ſuperfluas partes quantitatis ſuæ habere videtur: vt xij. habet medietatem vj. ſexta pars duo, quarta pars tria: tertia pars iiij. & duodecima pars vnum: qui omnes aſſumpti fiunt xvi. Indigens numerus eſt qui & ipſe de paribus deſcendit, quantitatis ſuæ ſummam partium inferiorem habet: vt viij. cuius medietas iiij. quarta pars ij. octaua pars, j. quæ ſimul congregatæ partes fiunt vij. Perfectus numerus eſt, qui tamen & ipſe de paribus deſcendit: is dum par ſit, omnes partes ſuas ſimul aſſumptas æquales habet: vt vj. cuius E medietas tria, tertia pars ij. vj. pars vnum. Quæ aſſumptæ partes faciunt ipſum ſenarium numerum.

Tertia diuiſio totius numeri.

Hæc tertia diuiſio adiecta eſt, quæ in manuſcripto deſiderabatur.

Numeros
- aut ſecundum ſe conſideratur.
  - Numeri ſunt alij inæquales.
    - Numeri multiplices.
    - Superparticulares.
    - Superpartientes.
    - Multiplices ſuperparticulares.
    - Multiplices ſuperpartientes.
- aut ad aliquid
  - alij æquales.
    - Submultiplices.
    - Subſuperparticulares.
  - Alij ſunt: maiores.
    - Subſuperpartientes.
    - Submultiplices ſuperparticulares.
  - alij ſunt minores.
    - Submultiplices ſuperpartientes.

F Iam in confeſſo eſt numerum eſſe congregationem monadum, vel venientem à monade multitudinem. Et qui numerus ſecundum ſe conſideratur, putatur eſſe qui à nullo numero diuidi poteſt, niſi à monade tantùm: cùm tamen componi poſſe videatur: vt puta vii. xi. xiii. xvii. & cætera. Quapropter eiuſmodi numeri appellantur primi, quoniam à nullo numero naſcantur, nec æquis analogiis diſtinguantur. Qui verò numeri ab eiuſmodi fluunt, & ab illis exoriuntur. Ab imparibus enim, paria fiunt, nec è pari impar fieri poteſt.

Qui æqualis putatur numerus, ſic iudicandum eſt, vt æqualis omni multiplicatione ſic prodeat, vt æqualis duplo augeatur: ij. iiij. xvj. triplo, ij. vj. xviij. quadruplo iiij. xvj. & lxiiij.

G Inæqualitas inæquali multiplicatione augeri poteſt, vt inæqualis maneat: nam bis terna ſex, item bis quaterna octo fiunt: eadémque ratione quater terna xij. quater quina xx. quinquies quina xxv. Quod & in omnibus multiplicationibus accidere ſolet.

Maior numerus multiplicatione procedit, vel membrorum, vel partium, aut ſimul multiplicatione membrorum & partium. Ratio membrorum in vno pluribúſve: ratio partium in vna parte pluribúſve.

Minor verò eſt numerus, qui vel replicatione minuitur, aut ratione membrorum vel partium. Neque vllam rationem numeri ad numerum inire poſſumus, quæ non intra hæc ſit. *Multiplex numerus.*

Cúmque primæ ſint in multiplicatione rationes: multiplicationis ratio fuerit, ſenioni ad ternionem, octonario ad quaternarium: contra ternioni ad ſenionem, quaternario ad octonarium. Aut membrorum rationem vincit is numerus, qui nimirum ſolido membro membriſve procedit, qualis eſt nouenarius ad ſenarium. *Superparticularis.* H

Verùm vbi inter maiores, minoréſque numeros ratio membrorum maior eſt, vincitque ſuperdimidio, aut ſupertertio, aut ſuperquarto, & ſic ad ſuperquintum, ſuperſextum, vlterioremque ratio procedat. Superdimidius ſit, qui ipſum aliquem numerum, & dimidium eius habet. Supertertius, qui ipſum aliquem, & tertium eius. Superquartus, qui ipſum aliquem, & quartam partem eius. Eadémque ratio eſt inſtimenda in vlterioribus. Verbi gratia, v. ad iij. dum comparati fuerint, habet in ſe quinarius numerus, ternarium numerum, & ſuper hæc alias partes eius duas. Septem ad quatuor, dum comparati fuerint habent in ſe quatuor, & alias tres partes eius. viiij. ad v. dum comparati fuerint, habent in ſe quinque & alias iv. partes eius. Subſuperpartiens numerus eſt, qui continetur in numero ſuperpartienti cum aliquibus partibus ſuis duabus aut tribus, *Hæc omnia diligentius perpende.*

A bus, aut pluribus: vt verbi gratia xij. continetur a v. cum aliis duabus partibus ſuis iv. à vij. cum aliis tribus partibus ſuis. Multiplex ſuperparticularis numerus eſt, qui dum comparatus ad inferiorem ſibi numerum fuerit, continet in ſe totum inferiorem numerum multipliciter cum aliqua parte eius: vt verbi gratia, v. ad ij. dum comparati fuerint continent in ſe bis bini & vnam partem eius. Nouem ad quatuor dum comparati fuerint, continent in ſe bis quatuor & vnam partem eius & cæteri. Submultiplex ſuperparticularis numerus eſt, qui dum ad fortiorem ſibi numerum comparatus fuerit, continetur à fortiore ſibi multipliciter cum alia vna parte ſua: vt verbi gratia ij. ad v. dum comparati fuerint continetur ab eo bis cum vna parte ſua. Multiplex ſuperparticularis numerus eſt, qui dum comparatus ad inferiorem ſibi numerum fuerit, continet eum multipliciter cum aliis partibus eius: vt verbi gratia viij. ad iij. dum comparati fuerint continent in ſe bis ternos cum aliis duabus partibus eius vj. ad xiv.

da, in iiſ- que error aliquis videtur, vt primoribus reſidebant.

B dum comparati fuerint, continent intra ſe bis ſeni cum aliis duabus partibus eius x. ad quatuor dum comparati fuerint continent eum bis cum aliis duabus partibus eius xviij. ad octo dum comparati fuerint continent intra ſe bis octo cum aliis tribus partibus eius. Submultiplex ſuperparticularis numerus eſt, qui dum ad fortiorem ſibi comparatus fuerit, continetur ab eo multipliciter cum aliquibus partibus ſuis: vt verbi gratia, iij. ad viij. continentur bis cum duabus partibus ſuis iv. ad xv. continentur ter, cum tribus partibus ſuis.

Sequitur quarta diuiſio totius numeri.

Numeri	
aut diſcreti ſunt	lineales.
aut continentes: qui ſunt,	Superficiales. Circulares. Solidi.

C Diſcretus numerus eſt, qui à diſcretis monadibus continetur: vt verbi gratia, iij. a iv. v. à vj. & reliqui. Continens numerus eſt, qui a coniunctis monadibus continetur: vt verbi gratia, ternarius numerus, ſi in magnitudine intelligatur, id eſt, in linea, aut ſpatium aut ſolidum dicitur continens. Similiter quaternarius & quinarius numeri. Linealis numerus eſt, qui inchoans à monade linealiter ſcribitur vſque ad infinitum. Vnde alpha ponitur pro deſignatione linearum, quoniam hæc litera vnum ſignificat apud Græcos. Superficialis numerus eſt, qui non ſolùm longitudine, ſed & latitudine continetur: vt trigonus numerus, quadratus numerus, quinqueangulus numerus, circularis numerus & cæteri, qui ſemper in ſuperficie continentur. Circularis numerus eſt, qui dum ſimiliter multiplicatus fuerit, à ſe inchoans ad ſe conuertitur: vt verbi gratia, quinquies quini, vicies quinque.

D Solidus numerus eſt, qui longitudine & latitudine vel altitudine continetur: vt ſunt pyramides, quæ in modum flammæ conſurgunt. Cubi, vt ſunt teſſeræ. Sphæræ, quibus eſt æqualis vndique rotunditas. Sphæricus autem numerus eſt, qui à circulato numero multiplicatus, à ſe inchoans ad ſe conuertitur: vt verbi gratia, quinquies quini viginti quinque. Hinc circulus, dum in ſe ipſum multiplicatus fuerit, facit ſphæram, id eſt, quinquies xxv. cxxv. His igitur rebus ſollicitata mente tractatis, memento quòd hæc diſciplina ideo cæteris antefertur: quoniam ipſa, ſicut ſuperiùs dictum eſt, vt ſit, nullius alterius indiget diſciplinæ. Reliquæ verò quæ ſequuntur, ſicut eius iam qualitas vicerit oſtendi, vt ſint atque ſubſiſtant, indigent Arithmetica diſciplina: quam apud Græcos Nicomachus diligenter expoſuit. Hanc primùm Madaurenſis Apuleius, deinde magnificus vir Boetius Latino

E ſermone tranſlatum, Romanis contulit lectitandum. Quibus, vt aiunt, ſi quis ſæpius vtitur, quantum hominibus fas eſt, luculentiſſima procul dubio ratione perfunditur. Datum eſt etiam nobis ex magna parte ſub ipſa viuere diſciplina, quando horas ſphæræ diſcimus: quando menſium circula ſupputamus: quando ſpatium anni redeuntis agnoſcimus. Per numerum ſiquidem ne confundamur, inſtruimur. Tolle ſeculo computum, & omnia ignorantia cæca complectitur. Nec differre poteſt a cæteris animalibus qui calculi non intelligit quantitatem, & ideo tam glorioſa res eſt quantum vitæ noſtræ neceſſaria comprobatur: quoniam per ipſam & ſubſtantia noſtra certiſſimè diſcitur, & expenſarum modus librata ſupputatione erogatur. Numerus eſt qui cuncta diſponit. Per ipſum dicimus quid primo, quid ſecundo facere debeamus. Nunc veniamus ad Muſicam, quæ ipſo nomine & propria virtute ſuauis eſt.

F

De Muſica.

Gaudentius quidam de Muſica ſcribens, Pythagoram dicit huius rei inueniſſe primordia, ex malleorum ſonitu, & chordarum extenſione percuſſa. Quam amicus noſter vir diſertiſſimus, Mutianus tranſtulit in Latinum, vt ingenium eius aſſumpti operis qualitas indagaret. Clemens verò Alexandrinus Preſbyter in libro, quem contra Paganos edidit, Muſicam ex Muſis dicit ſumpſiſſe exordium ſiue principium: Muſaſque ipſas, qua de cauſa inuentæ fuerint, diligenter exponit. Quæ Muſæ ipſæ appellatæ ſunt ἀπὸ τοῦ μάσαι, id eſt, à quærendo: quòd per ipſas, ſicut antiqui voluerunt, vis carminum & vocis modulatio quæreretur. Inuenimus etiam Cenſorinum, qui ad Q. Cerellium ſcripſit de natali eius die, vbi de Muſica diſciplina, vel de alia parte matheſis non negligenda diſſeruit, quoniam non inutiliter legitur: vt res ipſæ penetrabilius animo frequenti meditatione condantur.

G Muſica ergo diſciplina per omnes actus vitæ noſtræ à creatione diffunditur. Primùm ſi Creatoris mandata faciamus, & puris mentibus ſtatuta ab eo regulis ſeruiamus: Quicquid enim loquimur, vel intrinſecus venarum pulſibus commouemur, per Muſicos rhythmos harmoniæ virtutibus probatur eſſe ſociatum. Muſica quippe eſt ſcientia bene modulandi, quòd ſi nos bona conuerſatione tractemus, tali diſciplinæ probamur ſemper eſſe ſociati, quando verò iniquitates gerimus Muſicam non habemus: Cœlum quoque, & terram, vel omnia quæ in eis diſpenſatione ſuperna peraguntur, non ſunt ſine Muſica diſciplina: quum Pythagoras hunc mundum per Muſicam conditum, & gubernari poſſe, teſtatur. In ipſa quoque religione valde permixta eſt: vt decalogi decachordus, tinnitus cytharæ, tympana organi melodis, cymbalorum ſonus. Ipſum quoque pſalterium ad inſtar inſtrumenti Muſici nominatum eſſe non dubium eſt: eo quòd in ipſo contineatur cœleſtium virtutum ſuauiſſima, & grata modulatio.

H Nunc de Muſicæ partibus, ſicut eſt à maioribus traditum, diſſeramus. Muſica eſt diſciplina vel ſcientia quæ de numeris loquitur, qui ad aliquid ſunt his qui inueniuntur in ſonis: vt duplum, triplum, quadruplum, & his ſimilia quæ dicuntur ad aliquid.

Muſicæ partes ſunt tres, nam vel eſt illa	
	Harmonica.
	Rhythmica.
	Metrica.

Harmonica ſcientia eſt Muſica, quæ decernit in ſonis acutum, & graue. Rhythmica eſt, quæ requiritur in concurſione verborum vtrum bene ſonus an malè cohæreat. Metrica eſt quæ menſuras diuerſorum metrorum probabili ratione cognoſcit. Vt verbi gratia, heroicum, iambicum, elegiacum, & cætera.

A

Inſtrumentorum Muſicorum genera ſunt tria.
- Percuſſionale.
- Tenſibile.
- Inflatile.

Percuſſionalia acitabula ænea & argentea, vel alia quæ & aliquo rigore percuſſa reddunt cum ſuauitate tinnitum. Tenſibilia ſunt chordarum fila, ſub arte religata, quæ amodo plectro percuſſa mulcent aurium delectabiliter ſenſum: in quibus ſunt ſpecies cythararum diuerſarum. Inflatilia ſunt, quæ ſpiritu teflante completa in ſonum vocis animantur: vt ſunt tubæ, calami, organa, panduria, & cætera huiuſmodi. Reſtat nunc, vt de ſymphoniis dicere debeamus. Symphonia eſt temperamentum ſonitus grauis ad acutum, vel acuti ad grauem modulamen efficiens: ſiue in voce, ſiue in percuſſione, ſiue in flatu.

B

Symphoniæ ſunt ſex
- ptima, Diateſſaron.
- ſecunda, Diapente.
- tertia, Diapaſon.
- quarta, Diapaſon ſimul & Diateſſaron.
- quinta, Diapaſon ſimul & Diapente.
- ſexta, Diſdiapaſon.

Diateſſaron, ſymphonia eſt, quæ conſtat ex ratione epitritis, & fit ex ſonitibus quatuor, vnde nomen accepit. Diapente, ſymphonia eſt, quæ conſtat ex ratione hemiolia, & fit ex ſonitibus quinque, vnde etiam nomen accepit. Tertia diapaſon, ſymphonia eſt, quæ etiam diocto dicitur, conſtat ex ratione diplaſia, hoc eſt, dopla: fit autem per ſonitus octo, vnde & nomen accepit, ſiue diocto, ſiue diapaſon, quia apud veteres cytharæ ex octo chordis conſtabant. Diapaſon ergo dicta eſt, quaſi ex omnibus ſonitibus conſtans. Quarta, diapaſon ſimul & diateſſaron, ſymphonia eſt, quæ conſtat ex ratione quam habet xxiv. numerus ad octo numerum: fit autem per ſonitus vndecim. Quinta, Diapaſon ſimul & diapente, ſymphonia eſt, quæ conſtat C ex ratione triplaſia: fit autem per ſonitus duodecim. Sexta diſdiapaſon, id eſt, dupla diapaſon, ſymphonia eſt, quæ conſtat ex ratione tetraplaſia: fit autem per ſonitus quindecim. Tonus eſt totius conſtitutionis harmonicæ differentia & quantitas, quæ in vocis accentu ſiue tenore conſiſtit.

Toni ſunt quindecim
- Hypodorius.
- Hypoiaſtius.
- Hypophrygius.
- Hypoæolius.
- Hypolydius.
- Dorius.
- Iaſtius.
- Phrygius.
- Æolius.
- Lydius.
- Hyperdorius.
- Hyperiaſtius.
- Hyperphrygius.
- Hyperæolius.
- Hyperlydius.

D

i. Hypodorius, tonus eſt omnium grauiſſimè ſonans, propter quod & inferior nuncupatur.

ii. Hypoiaſtius autem, hypodorium hemitonio præcedens.

iii. Hypophrygius, eſt hypoiaſtium hemitonio, hypodorium tono præcedens.

iv. Hypoæolius eſt hypophrygium hemitonio, hypoiaſtium tono, hypodorium tono ſemis præcedens.

v. Hypolydius eſt hypoæolium hemitonio, hypophrygium tono, hypoiaſtium tono ſemis, hypodorium ditono præcedens.

vi. Dorius eſt hypolydium hemitonio, hypoæolium tono hypophrygium tono ſemis, hypoiaſtium ditono, hypodorium duobus ſemis tonis, hoc eſt, diateſſaron ſymphonia præcedens. E

vii. Iaſtius, eſt dorium hemitonio, hypolydium tono, hypoæolium tono ſemis, hypophrygium ditono, hypoiaſtium duobus ſemis, hoc eſt, diateſſaron ſymphonia, hyperdorium tribus tonis præcedens.

viii. Phrygius eſt, iaſtium hemitonio, dorium tono, hypolydium tono ſemis, hypoæolium ditono, hypophrygium duobus ſemis tonis, hoc eſt, diateſſaron ſymphonia: hypoiaſtium tribus tonis, hypodorium tribus ſemis tonis, hoc eſt, diapente ſymphonia præcedens.

ix. Æolius phrygium hemitonio, iaſtium tono, dorium tono ſemis, hypolydium duobus tonis, hypoæolium ſemis, hoc eſt, diateſſaron ſymphonia: hypophrygium tribus tonis, hypoiaſtium tribus ſemis, hoc eſt diapente ſymphonia: hypodorium quatuor tonis præcedens.

x. Lydius eſt æolium hemitonio, phrygium tono, iaſtium tono ſemis, dorium duobus, tonis, hypolydium F duobus ſemis tonis, hoc eſt diateſſaron ſymphonia: & hypoæolium tribus tonis, hypophrygium tribus ſemis tonis, hoc eſt, diapente ſymphonia: hypoiaſtium quatuor tonis, hypodorium quatuor ſemis tonis præcedens.

xi. Hyperdorius eſt lydium hemitonio, æolium tono, phrygium tono ſemis, iaſtium duobus tonis, hoc eſt diateſſaron ſymphonia, hypolydium tribus tonis, hypoæolium tribus ſemis tonis, hoc eſt, diapente ſymphonia: hypophrygium quatuor tonis, hypoiaſtium quatuor ſemis: hypodorium quinque.

xii. Hyperiaſtius eſt hypodorium hemitonio, lydium tono, æolium tono ſemis, phrygium duobus tonis, iaſtium duobus ſemis tonis, hoc eſt, diateſſaron ſymphonia: dorium tribus tonis, hypolydium tribus ſemis tonis, hoc eſt, diapente ſymphonia: hypoæolium quatuor tonis, hypophrygium quatuor ſemis, hypoiaſtium quinque tonis, hypodorium quinque ſemis.

xiii. Hyperphrygius eſt hyperiaſtium hemitonio, G hyperdorium tono, lydium tono ſemis, æolium duobus, phrygium duobus ſemis, hoc eſt diateſſaron ſymphonia: iaſtium tribus tonis, dorium tribus ſemis, hoc eſt diapente ſymphonia: hypolydium quatuor tonis, hypoæolium quatuor ſemis, hypophrygium quinque ſemis, hypodorium ſex, hoe eſt, diapaſon ſymphonia præcedens.

xiv. Hyperæolius eſt hyperphrygium hemitonio, hyperiaſtium tono, hyperdorium tono ſemis: lydium duobus tonis. Æolium duobus ſemis, hoc eſt diateſſaron ſymphonia: phrygium tribus tonis, iaſtium tribus ſemis tonis, hoc eſt diapente ſymphonia: dorium quatuor tonis, hypolydium quatuor ſemis, hypoæolium quinque tonis, hypophrygium quinque ſemis, hypoiaſtium ſex tonis, hoc eſt, diapaſon ſymphonia: hypodorium ſex ſemis tonis.

xv. Hyperlydius eſt nouiſſimus & acutiſſimus omnium, hyperæolium hemitonis, hyperphrygium tono, hyperiaſtium tono ſemis, hyperdorium duobus ſemis tonis, hoc eſt diateſſaron ſymphonia: æolium H tribus tonis, phrygium tribus ſemis tonis, hoc eſt diapente ſymphonia: iaſtium quatuor tonis, dorium quatuor ſemis hypolydium quinque, hypoæolium quinque ſemis tonis, hypophrygium ſex tonis, hoc eſt diapaſon ſymphonia: hypoiaſtium ſex ſemis tonis, hypodorium ſeptem tonis. Vnde claret quoniam hyperlydius tonus omnium acutiſſimus, ſeptem tonis præcedit hypodorium omnium grauiſſimum, in quibus, vt Varro meminit, tantæ vtilitatis virtus oſtenſa eſt, vt excitatos animos ſedaret, ipſas quoque beſtias nec non & ſerpentes, volucres atque delphinas ad auditum ſuæ modulationis attraheret. Nam vt Orphei lyram, Sirenarum cantus, tanquam fabuloſa taceamus: quid de Dauid dicimus, qui à ſpiritibus immundis Saulem diſciplina

ſalubetri

A ſaluberrimæ modulationis eripuit, nouóque modo per
auditum ſanitatem contulit regi, quam medici non
poterant herbarum poteſtatibus operari? Aſclepiades
quoque medicus, maiorum atteſtatione doctiſſimus,
phreneticum quendam per ſymphoniam naturæ ſuæ
reddidiſſe memoratur. Multa ſunt autem in ægris ho-
minibus per hanc diſciplinam facta miracula. Cœlum
ipſum, ſicut ſuprà memorauimus, dicitur ſub harmo-
niæ dulcedine reuolui. Et vt breuiter cuncta comple-
ctar, quicquid in ſupernis ſiue terrenis rebus conue-
nienter ſecundùm auctoris ſui diſpoſitionem geritur,
ab hac diſciplina non refertur exceptum. Gratiſſima
ergo nimis vtiliſque cognitio, quæ & ſenſum no-
ſtrum ad ſuperna erigit, & aures modulatione permul-
cet: quam apud Græcos Alypius, Euclydes, Ptolo-
mæus, & cæteri probabili inſtitutione docuerunt.
Apud Latinos autem vir magnificus Albinus librum
de hac re, compendio, ſub breuitate conſcripſit,
quem in bibliotheca Romæ nos habuiſſe atque ſtu-
B dioſè legiſſe retinemus. Qui ſi forte gentili incurſio-
ne ſublatus eſt, habetis hic Gaudentium Mutiani La-
tinum: quem ſi ſolicita intentione legitis, huius ſcien-
tiæ vobis atria patefacit. Fertur etiam Latino ſermone
& Apuleium Madaurenſem inſtituta huius operis ef-
feciſſe. Scripſit etiam & pater Auguſtinus de Muſica
ſex libros, in quibus humanam vocem, rhythmicos
ſonos & harmoniam modulabilem in longis ſyllabis
atque breuibus naturaliter habere monſtrauit. Cenſo-
rinus quoque de accentibus, vocis noſtræ adneceſſa-
riis ſubtiliter diſputauit, pertinere dicens ad muſi-
cam diſciplinam: quem vobis inter cæteros tranſcri-
ptum reliqui.

De Geometria.

NVnc ad Geometriam veniamus, quæ eſt deſcri-
C ptio contemplatiua formarum, documentum
etiam viſuale philoſophorum: quod vt præconiis ce-
lebertimis efferrent, Iouem ſuum in operibus pro-
priis Geometram fuiſſe teſtantur: quod neſcio vtrum
laudibus an vituperationibus applicetur: quando
quòd illi pingunt in puluere coloreo, Iouem facere
mentiuntur in cœlo. Quòd ſi verò creatori & omni-
potenti Domino ſalubriter applicemus, poteſt ex ſen-
tentia forſitan conuenire veritati. Geometria etenim,
ſi fas eſt dicere, ſancta diuinitas, quando creaturis ſui,
quas hodiéque facit exiſtere, diuerſas ſpecies formu-
laſque concedit: quando curſus ſtellarum potentia ve-
neranda diſtribuit, & ſtatutis lineis facit currere quæ
mouentur, certáque ſede quæ ſunt fixa conſtituit.
Quicquid enim bene diſponitur atque completur, po-
teſt diſciplinæ huius qualitatibus applicari. Geometria
Latinè dicitur terræ dimenſio: quoniam per diuerſas
formas ipſius diſciplinæ, vt nonnulli dicunt, primùm
Ægyptus campus dominis propriis fertur eſſe parti-
tus, cuius diſciplinæ magiſtri menſores antè diceban-
D tur: ſed Varro peritiſſimus Latinorum huius nomi-
nis cauſam ſic extitiſſe commemorat, dicens priùs qui-
dem homines dimenſiones terrarum terminis poſitis,
vacantibus populis, pacis vtilia præſtitiſſe: deinde
totius anni circulum menſtruali numero fuiſſe parti-
tos: vnde & ipſi menſes, quòd annum metiantur di-
cti ſunt: verùm poſtquam iſta reperta ſunt, prouoca-
ti ſtudioſi ad illa inuiſibilia cognoſcenda, cœperunt
quærere, quanto ſpatio à terra luna, à luna ſol ipſe
diſtaret & vſque ad verticem cœli quanta ſe menſura
diſtenderet: quod peritiſſimos Geometras aſſecutos
eſſe commemorat: tunc & dimenſionem vniuerſæ ter-
ræ probabili refert ratione collectam: ideóque fa-
ctum eſt, vt diſciplina ipſa Geometriæ nomen acci-
peret, quod per ſecula longa cuſtodit: vnde Cenſo-
rinus in libro quem ſcripſit ad Q. Cerellium, ſpatia
ipſa cœli terræque ambitum: per numerum ſtadio-
rum diſtincta curioſitate deſcripſit. Quem ſi quis re- E
cenſere voluerit, multa philoſophorum myſteria vbi
legeris, agnoſcet. Geometria verò eſt diſciplina magni-
tudinis, immobilis & formarum.

Geometria diuiditur,
- In planum.
- In magnitudinem numerabilem.
- In magnitudinem rationabilem, & irrationabilem.
- In figuras ſolidas.

Planæ figuræ ſunt, quæ longitudine, & latitudine
continentur. Numerabilis magnitudo eſt, quæ nume-
ris Arithmeticæ diuidi poteſt. Magnitudines rationa-
les, & irrationales ſunt: rationales, quarum menſu-
ram ſcire poſſumus: irrationales verò, quarum
menſuræ quantitas cognita non habetur. Figuræ ſo-
lidæ ſunt, quæ longitudine, latitudine & altitudine F
continentur. His partibus, atque diuiſionibus totius
Geometriæ diſciplina tractatur. Et numeroſitas illa
formarum, quæ ſiue in terreſtribus, ſiue in cœleſtibus
eſt, tali expoſitione excluditur: cuius diſciplinæ apud
Græcos Euclydes, Apollonius, Archimedes, nec non
& alij ſcriptores probabiles extiterunt, ex quibus Eu-
clydem tranſlatum in Romanam linguam, idem vir
magnificus Boëtius dedit: qui ſi diligenti cura relega-
tur, hoc quod diuiſionibus prædictis apertum eſt, ma-
nifeſta intelligentia & clara veritate cognoſcetur.

De Aſtronomia.

AStronomia ſupereſt, quam ſi caſta ac moderata
mente perquirimus, ſenſus quoque noſtros, vt
veteres dicunt, magna claritate perfundit, quale eſt
enim ad cœlos animo ſubire, totámque illam machi-
nam ſupernam indagabili ratione diſcurrere, & inſpe- G
ctiua mentis ſubtilitate, ex aliqua parte colligere,
quod tantæ magnitudinis arcana velauerunt. Nam
mundus ipſe, vt quidam dicunt, ſphærica fertur ro-
tunditate collectus, vt diuerſos rerum formarúmque
ambitus ſui circuitione concluderetur. De quo librum
Seneca conſentanea philoſophis diſputatione forma-
uit, cui titulus eſt, de forma mundi: quem vobis idem
relinquimus relegendum. Aſtronomia itaque dicitur,
vnde nobis ſermo eſt, aſtrorum lex: quia neſciunt vl-
lo modo, quàm à ſuo creatore diſpoſita ſunt, vel con-
ſiſtere vel moueri: niſi fortè quando aliquo miraculo
facto diuinitatis arbitrio commutantur, ſicut Ieſus Na-
ue, tribus horis ſoli in Gabaum vt ſtaret, legitur im-
peraſſe: & oſtenſam Magis ſtellam, quæ mundo ſalu-
tarem aduentum Domini nunciaret: in paſſione quo-
que Domini Chriſti tribus horis ſol tenebroſus effe-
ctus eſt, & his ſimilia, ideo enim & miracula dicun-
tur, quoniam contra rerum conſuetudines admiranda
contingunt. Feruntur enim, ſicut dicunt Aſtronomi, H
quæ cœlo fixa ſunt: mouentur verò planetæ, id eſt er-
raticæ, quæ curſus ſuos certa tamen definitione conſi-
ciunt. Aſtronomia eſt itaque, ſicut iam dictum eſt, diſci-
plina, quæ curſus cœleſtium ſyderum, & figuras con-
templatur omnes, & habitudines ſtellarum circa ſe, &
circa terram indagabili ratione percurrit.

Diuiſio Aſtronomiæ eſt, vt ſit
- vel Sphæries poſitio.
- Sphæricus motus.
- Orientalis locus.
- Occidentalis locus.
- Septentrionalis locus.
- Auſtralis locus.
- Hemiſphærion, quod eſt ſuper terram.
- Hemiſphærion, quod dicitur eſſe ſub terris.

A

Diuiſio Aſtronomiæ eſt, vt ſit	
	Numerus circulatorius.
	Præcedentia, vel antegradatio ſtellarum.
	Remotio, vel retrogradatio ſtellarum.
	Status ſtellarum.
	Augmentum computi.
	Ablatio computi.
	In magnitudinem ſolis, lunæ & terræ.
	Eclipſis, & cætera ſchemata, quæ in his continentur.

Sphærica poſitio eſt, per quam cognoſcitur, poſitio ſphæræ qualiter ſit. Sphæricus motus eſt, per quẽ ſphæræ rite mouentur. Orientalis locus eſt, vnde ſtellæ oriuntur. Occidentalis locus eſt, vbi nobis occidunt aliquæ ſtellæ. Septentrionalis locus eſt, vbi ſol peruenit in fortioribus diebus. Auſtralis locus eſt, vbi ſol B peruenit in fortioribus noctibus. Hemiſphærion eſt, quod eſt ſuper terram, pars cœli quæ tota à nobis videtur. Hemiſphærion eſt, quod eſt ſuper terram, pars cœli quæ tota à nobis videtur. Hemiſphærion ſub terra eſt, vt aiunt, quod videri non poteſt quandiu ſub terra fuerit. Numerus ſtellarum circularium, & per quem cognoſci dicitur per quantum tempus vnaquæque ſtella circulum ſuum implere poteſt, ſiue per longitudinem, ſiue per latitudinem. Præcedentia, vel antegradatio ſtellarum eſt, quam Græci προποδισμὸν vocant: dum ſtella motum ſuum conſuetum cogere videtur, & aliquid præter [con]ſuetudinem præcedit. Remotio, vel retrogradatio [ſtell]arum eſt, quam Græci ὑποποδισμὸν, aut ἀναποδισμὸν vocant, in quo ſtella, dum motum ſuum agat, ſimul & retrorſum moueri videtur. Status ſtellarum eſt quod Græci στηριγμὸν vocant, quia dum ſtella ſemper moueatur, attamen in aliquibus locis ſtare videtur: nam & Varro, libro quem de Aſtrologia conſcripſit, ſtellam commemorat ab ſtando C dictam. Augmentum computi eſt, quotiens Aſtronomi ſecundum Aſtronomicas regulas computantes, computum computo addere videntur. Ablatio computi eſt in qua Aſtronomi ſecundùm aſtronomicas regulas computantes, computum à computo iudicant auferendum. *Ablat. computi.* Magnitudo ſolis, lunæ & terræ eſt, quando oſtendunt, quia ſol fortior eſt terra: terra fortior eſt luna, per aliquam quantitatem. Eclypſis ſolis eſt, quotiens in luna triceſima ipſa luna nobis apparet, & per ipſam nobis ſol obſcuratur. Eclypſis Lunæ eſt, quotiens in vmbram terræ luna incurrit. De Aſtronomia verò diſciplina in vtraque lingua diuerſorum quidem ſunt ſcripta volumina: inter quos tamen Ptolomæus apud Græcos præcipuus habetur, qui de hac re duos codices edidit, quorum vnum minorem, alterum maiorem vocauit. Aſtronomum is etiam & canones, quibus curſus aſtrorum inueniantur, inſtituit: ex quibus, vt mihi videtur, climata forſitan noſſe, horarum ſpatia comprehendere, lunæ curſum pro inquiſitione paſchali, ſolis D eclypſin, ne ſimplices aliqua confuſione turbentur, qua ratione fiant aduertere non videtur abſurdum. Sed enim, vt dictum eſt, climata quaſi ſeptem lineæ ab Oriente, in occidentem directæ, in quibus & mores hominum diſpares, & quædam animalia ſpecialiter diuerſa naſcuntur, quæ vocitata ſunt à locis quibuſdam famoſis: quorum primus eſt Meroë, ſecundus Syene, tertius Catochoras, id eſt, Africa, quartus Rhodus, quintus Helleſpontus, ſextus Meſopontus, ſeptimus Boryſthenes. Horologia quoque, quæ ſolis claritate monſtrantur, diſtinctis quibuſdam regulis, per ſingulos tractus climatum, veraciter aptata conſiſtunt. Quod vtiliter priorum, & maximè Ptolomæi conſtat diligentia perquiſitum eſſe. Alia quoque de talibus non deſpicienda commoditas, ſi opportunitatem nauigationis, ſi tempus aſcenſiuum, ſi æſtatis caniculam, ſi autumni ſuſpectus imbres, inde diſcamus. Dedit enim Dominus vnicuique creaturæ ſuæ aliquam virtutem: vt tamen innoxiè de propria qualitate noſcatur. Cætera E verò, quæ ſe ad cognitionem ſyderum coniungunt, id eſt, ad notitiam fatorum, fidei noſtræ ſine dubitatione contraria ſunt, & ſic ignorari debent, vt nec ſcripta eſſe videantur. Vnde doctiſſimus quoque pater Baſilius libro ſexto, quem appellauit Hexameron, cautiſſimè diligentérque tractauit, ab animis hominum huiuſmodi curas ſanctiſſima diſceptatione detruncans: quem prima fronte in octoteucho diximus legi. Hinc & pater Auguſtinus in ſecundo libro de doctrina Chriſtiana meminit dicens, quia familiaris eſt pernicioſiſſimo errori fatua facta cantantium, vnde commodius, honeſtiúſque contemnitur, ſi talis perſuaſio neſciatur. Mundi quoque figuram curioſiſſimus Varro longæ rotunditati in Geometriæ volumine comparauit, formam ipſius ad oui ſimilitudinem trahens, quod in latitudine quidem rotundum, ſed in longitudine probatur oblongum, comparauit ipſi ouo conſimilans. Sed nobis ſufficit, quantum in ſcripturis ſacris legitur, tantum F de hac arte ſentire, quia omnis indecorum eſt, hinc humanam ſequi ſententiam, vnde quantum nobis expedit diuinam noſcimus habere doctrinam.

Explicit liber de Aſtronomia.

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, viri clariſſimi & Illuſtriſſimi Exquæſtoris ordinarij, & Magiſtri officiorum Præpoſiti, atque Patricij, libri de Amicitia. G

PROLOGVS.

QVONIAM diminutæ ſunt veritates à filiis hominum, & refrigeſcente caritate multorum vix aliquis in alio integritatem fidei experitur: vix inuenitur dilectio, quæ non ſit quæſtuaria & venalis, communi malo condolui, proponens mihi aliquid ſcriptitare ſecretius ad doctrinam, & exercitium diligendi. Fodi ergo mihi fontem proprium, cui non communicet alienus, de diuerſis ſcriptoribus quaſi flores excipiens, vt mellificem mihi, plurimúmque ſententias de Amicitia, & dilectione Dei, ac proximi in vnum compendioſæ lectionis reſtringens inuolucrum, non niſi conſcientiæ meæ teſtimonio conglorians: theſauro, quem abſconditum teneo, præfiguraui titulum hoc ſigillo impreſſione ſignatum; Secretum meum mihi, H ſecretum meum mihi. Securius quidem mihi eſt opuſculum præſens in ſinu meo quaſi ſub modio claudere: quàm exponere palpebris æmulantium: & faſciculum, quem inter vbera mea ſecretius tenere delectat, transferre in theatrum & deriſum. Scio enim quod ſtatim gruniet æmulos, & labio vinilento ſubmurmurans, compilationi adſcribet, quòd ſic ſententias veterum iam ſenio caligantes, vel ambigui intellectus dubitatione perplexas, ſtudeo reducere ad euidentiam, vt quæ ſito, & neglectu vetuſtatis abiecerant, feruentiore ſtudio digerantur in materiam virtutis, & in fructum cœleſtis gratiæ coaleſcant. Sicut enim in libro Saturni & epiſtolis Senecæ ad Lucium ſæpe legi, Apes imitari debemus quæ floribus in varios ſuccos mirabili natura digeſtis, non um in eos ſaporem, maximámque virtutem, quadam ſui ſpiritus proprietate transfundunt. *Seneca.* Iterum in libro Saturni Affranius togarum ſcriptor in ea togata, quæ Compitalia inſcribitur, ſuis *Affranij liber citatur.*

te ſpon

A *pitalia inſcriptum.*

reſpondens detractoribus, dicentibus eum de libro Menandri, non ſolum ſententias, ſed verba integra tranſſumpſiſſe; tranſſumpſi inquit, ſed ea quæ melius me poſſe inuenire non credidi. Et in eodem, Quis fraudi Virgilio vertat? mutuatus eſt, quæ iam negligentia, & vetuſta longæuitas aboleſcet. Et poſt pauca: Denique in hoc ipſo commendandus, quis id quod apud eum alumnum eſt, melius ibi, quàm vbi natum eſt, ſonare miramur. Quæ ergo inuidia eſt, ſi inter ſarmenta ſterilia de vite veteri plantaris eliguntur, quibus in ordinem complanatis, vberioris vineæ ſucceſſio propagetur: Verbum eſt Poëtæ: Dixeris egregiè notum ſi callida verbum Reddiderit iunctura nouum. Quid ergo æmulus detrahit & oblatrat, ſi ſententias in ſterili congerie & neglectu vetuſtior ſqualentes explaner apertiùs diligentia modernorum? Et quas nuper faſtidiebat legentis animus, ornatu elegantiore indutas, nunc voto auidius dicere auditor appetat etiam delicatus? Rno contra iam per æmulum meum: contra opuſculum præſens, non ſibilet lingua Serpentis antiqui: Obſtruantur os loquentis iniqua: obturentur aures aſpidis & anticipes Innocentiæ viſus oculos Baſiliſci. Gomor enim quod colligo mihi, nemini communico, ſed illis duntaxat, quibus datur eſt manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem, vt in ſimplicitate cordis hunc libellum familiarius ſi velior, inſpiciant, & ſi quid in eo inuenerint ſcrupuloſum, illud quæſo lima diligenter complanent. Subſannabit aliquis, & arguet, quod ſenex amatoria ludam, quia iam delibor, & in membris meis reſponſionem mortis accepi: Sed Micol irridente nuditatem Dauid ſaltantis, vtinam ego cum Dauid ludam, & viliora faciam, quatenus cum eodem in Syon arcam fœderis introducam. Mihi tamen pro magno eſt, ſi vel paucos de maſſa vniuerſitatis eorum qui ſeculari amore abſtracti & ſumpti ſunt, & effoſſis oculis, crinibúſque abſciſis in mola cum Samſone laborant, per hoc opuſculum ineant fœdus Ionathæ cum Dauid, & in ſuauiſſimo amore Chriſti à tribulatione malorum, & dolore reſpirent. Nimirum ex quo Caleph adeptus eſt Ebron per Ioſué, populus quieuit à prœliis. Ceſſant enim tentationum pugnæ, poſtquam contemplatione cor ſe ad fructum amoris incipit exercere.

Horat. in Arte.

Pſal. 62

B

Pſal. 57

Exod. 16.

2. Reg 6.

Iud. 16

1 Reg 18.

C

Damnus de amicitia hoc arg. libro ſcripſit ante Iudic. 1

Amoris ſiquidem campus latius patet. Et cæteris affectibus animæ citius diffuſiores expandit. Amor enim eſt quædam vis appetitiua rerum, quas deſiderio eligimus & amplectimur ad fruendum. Amor autem in brutis animalibus, quæ ratione aliena ſunt, ſuos frequenter appetitus exercet: & licet Frui ſpecialiter ſit in his, quæ ad Deum pertinere dicuntur, Paulus tamen Apoſtolus, Frui verbo aliter vtitur. Hic ad Philemonem ſcribens dicit: Vt te ſemper fruar in Domino, reſice. Sane Dilectio ex certo animi iudicio vires capit: Amicitia verò, ex quadam vi diligendi cum electione rei quæ diligenda eſt, ex deliberatione procedit. Teſte autem Tullio: Amicitia eſt rerum humanarum & diuinarum cum beneuolentia & caritate, conſenſio: per Caritatem fortè mentis affectum intelligens, & per Beneuolentiam, mutuæ obſequelæ effectum. Quod enim Ethnicus hîc nomine Caritatis eam intellexerit, quæ omnium mater & radix virtutum eſt, hoc eſſe videtur, quia ſit cauſa, propter quam amicos noſtros Caros appellaſſe ſolemus. Quidam Philoſophi inter ſummas, perpetuáſque virtutes Amicitiam collocaſſe leguntur: quos Salomon videtur in Prouerbiis imitari: Dicit enim: Omni tempore diligit qui amicus eſt. Vnde beatus Hieronymus: Amicitia, inquit, quæ deſinere eſſe poteſt, nunquam vera fuit. Ideo qui vel læſus deſiit diligere quem amauerat, amicus in veritate non fuit. Ille nimirum longè eſt à lege amicitiæ alienus, qui ſic hodie amat, vt heri oderit: ſic omni homini amicus, vt nemini fidus: hodie laudans: cras vituperans: hodie blandiens, cras mordens: hodie promptus ad oſcula, cras ad opprobria, cuius amicitia leuiter comparatur, & leui exſufflatur offenſa. Vera denique

Amor quid ſit.

Epiſt. ad Philemonem.

Amicitia D *quid ſit.*

Cap 17 *Amicus qui eſt, omni tempore diligit.*

Amicitia vera

Amicitia in ſe ſolida eſt, & in omnibus amici neceſſitatibus adeſt: compaſſionem & tolerantiam ſecum quadrans. Gratior ex compaſſione amicus, Apoſtolus, qualiter confirmatur infirmis, ſcandalizatis comitatur: & eſt illi triſtitia magna pro fratribus ſuis: & dolor continuus cordi eius. Verè amicus erat, nunc, vt magiſter corripiens, nunc timens ne ſenſus illorum corrumperetur, nunc eos cum dolore, & lachrymis ad pœnitentiam prouocans, nunc eos qui non pœnitentiam egerant lugens. Refert Tullius, vix tria vel quatuor Amicorum paria in tot retro ſeculis extitiſſe: ſed nemo miretur inter fideles populos raros fuiſſe amicitiæ veræ profeſſores: Illum enim ignorabant, qui Caritas eſt, qui amor eſt: cuius caritas eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Verum vbi vox Turturis audita eſt in terra noſtra, vox annunciantis pacem, annunciantis amicitiæ veritatem, atque dicentis. Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis inuicem: multam alia hominum amicitias connexere veraces, diligentes ſe inuicem honeſtius, verius, ſanctius, prudentius, & fortius, quàm Pilades, & Oreſtes. Nonne inter eos rerum diuinarum & humanarum erat cum caritate & beneuolentia ſummus conſenſio? De quibus ſcriptum eſt: Multitudinis erat credentium cor vnum, & anima vna. Nec quiſquam aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia. Etenim poſtquam veritas proteſtata eſt, Quod maiorem dilectionem nemo habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis, paritas amicorum multiplicata eſt ſuper numerum. Quot enim tactu tam non ſolum rei familiaris pro fratribus ſuis in Chriſto paſſi ſunt, ſed etiam cruciatus corporis gratanter amplectentes pro amicis animas poſuerunt? In rebus humanis nihil amicitia dulcius inuenitur, nihil ſanctius appetitur, nihil fructuoſius cuſtoditur: Habet enim fructum vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Ipſa propria ſuauitate virtutes alias condit, aduerſa temperat, proſpera componit, triſtiáque iocundat. Homo ſine amico non habet cui vota & affectus ſuos communicet, cui conſcientiæ ſuæ ſinum, cui ſolatium ſuum, aut aliquid de moleſtiis irruentibus euaporet: ſolus eſt, qui ſine amico eſt: verè autem ſolus, quia ſi ceciderit, non habet ſubleuationem. E diuerſo, quanta eſt iocunditas, quanta ſecuritas habere cum quo loquaris, vt tecum? cui arcanum committere? quem in tuis ſecretioribus habeas vt te ipſum? cui plena ſecuritate reueles, quantum in ſtudiis ſpiritualibus à te ipſo defeceris, aut profeceris apud Deum? Quid denique deſiderabilius, aut dulcius, quàm vt duorum tanta ſit vnio amicorum, quod ſi alter corripiatur ab altero, vel laudetur, nulla interueniat ira, nulla ſeditio, nulla inter eos formidetur criminis adulatio, ſiue ſuſpitio? Amicus (ait ſapiens) medicamentum vitæ eſt. Optima enim medicina eſt, homini, homo: qui eius remediatur aduerſis, qui eius condeſcendit incommodis: qui grauis leuigat, qui amici onera quaſi iniuncto humero ſimul portat. Nec enim vetus amicus inuitius propriam iniuriam ſuſtinet, quàm amici, verbum Philoſophi Tullij eſt: Non aqua, non igne, non aëre pluries vtimur, quàm amico. In omni ſtudio, in rebus certis, in dubiis, in omni euentu, in ſecreto, in publico, in omni conſultatione domi & foris, &, vt multa paucis includam, in omnibus quæ ad diuina pertinent vel humana, gratia mutuo diligentium vtilis inuenitur. Audi Tullium. Tanta eſt, inquit, amicitiæ virtus, quod eius beneficio abſentes amici ſibi præſentes aſſiſtunt, egentes abundant, valent imbecilles, & quod mirabilius eſt, mortui viuunt. Demum Amicitia eſt diuitibus pro gloria, pauperibus pro cenſu, exulibus pro patria, imbecillibus pro virtute, pro medicina ægrotis, mortuis pro vitá. Sicut idem Tullius aiebat, Solem videntur è mundo tollere, qui de vita hominum amicitiam tollunt: Amicitia enim quædam vis eſt hominum, ſine qua nullum eſt vitæ humanæ ſolatium. Amicitia quidam gradus eſt hominibus ad Deum: dilectione enim mediante, homo

E

1. Cor. 11.

Amicorũ paria vix tria aut quatuor narrata à Cicerone.

Rom. 5.

Cant. 2.

Ioan. 15.

F

Actor. 4.

Ioan. 15.

Amicitia nihil dulcius in rebus humanis.

G

Amicus homini neceſſarius.

Eccl. 5.

Amico H *pluries vtimur quàm aqua, igni, aut aere.*

Amicus medicamentum vitæ eſt.

A Deo approximatur, dum ex hominis amico, Dei amicus afficitur. Audi Dominum ad eos loquentem, quos in proximi dilectione firmauerat, & dicentem: Iam non dicam vos ſeruos, quia ſeruus neſcit quid faciat *Ioan. 15.* Dominus eius: Vos autem dixi amicos, quia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Quæ omnia ſicut plerumque Sancti aſſerunt, in Dei & proximi dilectione conſiſtunt.

Amicitia vera partes. Illud autem ſciendum eſt, quod in Amicitia vera nihil eſt inhoneſtum, nihil ſimulatorium, nihil lucri temporalis, aut inanis gloriæ venatiuum. Non enim amor ille nomine, vel honore amicitiæ dignus eſt, quod alicuius mundanæ vtilitatis obtentu contrahitur. Amicitia ſiquidem ipſa ſui cauſa eſt: ipſa ſibi merces eſt, & longè infra fines amicitiæ amor ille ſubſiſtit, quem expectatio ambiguoſa, vel ſpes quæſtuaria antecedit. Fons ſanè, & origo amicitiæ amor eſt, & quaſi genus ad ſpeciem. Nam cùm amor ſæpe ſine Amicitia, B Amicitia nunquam ſine amore conſiſtit. Amor itaque *Gen. 37. 2. Reg. 18.* quandoque ex naturæ inſtinctu, quandoque ex motu carnali, quandoque ex officio cauſam recipit, quandoque verò ex ratione ſola, plerúmque etiam ex ratione & affectione procedit. Natura originem amicitiæ, modúmque præſcribit: per hunc mater diligit filium: per hunc gallina congregat pullos ſuos, portans eos in humeris ſuis: ſed & Lamiæ nudauerunt mamillas ſuas, lactauerunt catulos ſuos. Amor incluſit Iacob, vt plangeret ſuum filium Ioſeph. Naturali amore impulſus Dauid plangebat filium parricidam, & dicebat: Abſalon fili mi, fili mi Abſalon: quis mihi det, vt moriar pro te, fili mi Abſalon? Porrò naturalis Amicitia modeſtiæ legem ſæpe tranſgreditur, Dei & ſalutis ſuæ obliuiſcens, eximia teneritudine & affectione parentum. Ex officio contrahitur amicitia, dum ratione dati & accepti inter amicos gratia coaleſcit. Sed timeat quiſquis veræ amicitiæ eſt profeſſor, ne ſub libertatis obtentu, venenum amicitiæ venalis obrepat. Sanè pura, & ſola ratio amicitiæ cauſam ponit, cùm aliquos C diuina potius auctoritate, quam proprio affectu diligimus. Sic enim non ſolum pacificos homines, ſed diſcolos & peruerſos, qui nobis oneri ſunt & dolori, pro *Math. 5. Luc. 6.* Chriſto, qui dicit: Diligite inimicos veſtros, benefacite iis, qui oderunt vos, brachiis ſinceræ dilectionis in Chriſto amplectimur, eiſque ſine omni fictione conſulimus, condeſcendimus afflictis, & eorum onera compaſſionis humero ſupportamus. Ex ratione ſimul & affectu amicitia generatur, vt aliquis quem nobis dictat ratio, diligendum ſe propria virtute, & amabilem reddit: Vt amor, qui ex ratione caſtus eſt, & affectione ſit dulcis. Hunc verò amorem diuinæ moderationis diſpenſatio introduxit: præcipiens homini, vt ſic diligeret proximum, ſicut diligebat ſe ipſum. Vnde quia in hoc effrenis, & præceps erat humana voluntas, Deus ei frenum impoſuit. Et ne ei liberum eſſet extra modeſtiæ limitem euagari: eum quem habebat ad ſe coartauit affectum, & dilectioni proximi proportione D commenſurabili coaptauit: Diliges, inquit, proximum tuum ſicut te ipſum. Credo quod te ipſum diligas, ſi *Math. 19. 22.* tamen diligas Deum: Qui enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Et ſic neque diligit ſe, neque Deum. Vide igitur ſi huius dilectionis, qua te ipſum diligis, putas mercedem aliquam exigendam, profectò nequaquam. Quiſquis enim per ſe ſibi carus eſt, nec intrinſeca opera indiget, vt ad ſe diligendum vehementius excitetur. Ergo alium æquè vt te ipſum diligas neceſſe eſt, vt in eum transfundas illum, quem habes ad te, dilectionis affectum, vt ſit tibi quaſi alter tu. Nec de huius Amicitia fructus quæritur exterior, cùm ipſa ſit *1. Cor. 13.* Caritas, quæ nunquam excidit, cuius fructus eſt gaudium, & pax in Spiritu ſancto. Hunc fructum inſinuans *Ioan. 15.* Veritas, in Euangelio ait, Poſui vos, vt eatis, & fructum afferatis, & fructus veſter maneat. Sane amor ex *De amore carnali qui non verè amor.* carne proueniens, ſequitur aures, & oculos ſuos per varia fornicantes, atque per eorum aditus vſque ad ipſam mentem, rerum concupiſcibilium imaginem introducit. Sic more meretricario diuaricat pedes ſuos, E omniúmque ſpirituum immundorum ſpurcitiæ ſe exponit, productoris vitæ ſibi ſpatium pollicetur: & contemnit terribilia Dei iudicia: & hoc ſolum vitæ ſuæ aſcribit, & indulget extraordinariæ voluptati. Sic animus aſpectibus impudicis, verbis, & nutibus, & obſequiis illectus, & attractus, in malum miſerabiliter captiuatur. Dúmque duæ mentes quodam fœdere fœdo in vna voluntate conflantur, quod odibilius eſt Deo, & animæ pernicioſiùs operantes, & infœlices omnia lege amicitiæ facere arbitrantur. Porro hæc amicitia non ex deliberatione nititur, nec probatur iudicio, nec ratione regitur, ſed ſequens vagæ affectionis impetum, per illicita indiſcretè raptatur, nimirum nec modum tenens, nec ſeruiens honeſtati, nec inter commoda & damnoſa diſcernens (ſpiritu ſiquidem vertiginis ducitur) & affectus concupiſcentiæ flammia exæſtuans, quaſi quibuſdam interioribus furiis † exagitur. Hæc au- *† exagitatur* F tem ſpuria & degenerans amicitia, quam ſcilicet libido contaminat, vel alterius peſtis reatus inceſtat, delectabilis quidem ad tempus, ſed perpetuò exitialis experitur affectus. Cito enim præterit quod delectat, & permanet ſine fine quod cruciat. Honeſta ergo, & caſta contrahatur amicitia: in hac enim omnia ſecreta ſunt dulcia, pacifica, ſuauia, & iocunda: amiciti quam mundana cupiditas introducit, fraudulenta eſt: nihil verum, nihil ſecurum, aut ſtabile habet: bona hominis amat, non hominem, amorem metitur ex quæſtu: fortunam votis amplectitur, non perſonam: iuxta illud: Non eſt perſonæ, ſed proſperitatis amicus: Quem for- *Eccl. 6.* tuna tenet dulcis, acerba fugat. Teſte ſacra ſcriptura, eſt amicus ſecundum tempus, & non permanebit in die tribulationis: mortalis eſt hæc amicitia, quæ quanto accedentius conſentanea eſt cupiditati, tanto longius eſt à palatio amicitiæ relegata, licet in amicitiæ cultoribus plurimæ commoditates ex ipſa ſoleant prouenire, vera tamen amicitia in ſe ipſa fructus ſuos conſtituit: omnémque ſpem futuri obuentus mera liberali- G tate præcurrit. A beneficiis ſiquidem quibus Berzebay *2. Reg. 17. 19.* Galaatides Dauid ſuſcepit, fouit, & inter amicos præcipuos initiauit, nemo credit eorum amicitiam habuiſſe initium, ſed cauſam præſtitiſſe impenſæ humanitati, tantæ amicitiæ præueniens affectum: notum quidem eſt, quod Rex ope illius non eguit: cúmque vir ille opulentiſſimus eſſet, nullam à rege retributionem propter hoc expectauerat: vnde cum illi diuitias, & delicias totius ciuitatis offerret, ille nihil ſuſcipere acquieuit. Sed & illud venerabile fœdus inter Dauid & *1. Reg. 18.* Ionatham, non terrenæ vtilitatis expectatio, ſed approbatio virtutis contemplatio conſecrauit: emerſus tamen alterius vtrobique profectus, vt vita vnius alterius cuſtodiretur induſtria, & vnius beneficio alterius poſteritatis minimè deleretur. Non eſt ergo Amicitia in geſtu, non in oſtentatione, ſed in veritate & fide. Audi beatum Ambroſium: non eſt, inquit, amicitia *Amicitia vectigalis nihil eſt.* vectigalis, ſed liberalis: virtus enim eſt, & non quæ- H ſtus: non pecunia conciliatur, ſed gratia: non litigatione pretiorum, ſed concertatione mutuæ beneuolentiæ gignitur & fouetur. Eſt enim amicitiæ ſuauiſſimus fomes, ſinceritas affectionum, mutua obſequela rerum honeſtarum, crebra collatio, parilitas voluntatum, ingis & inuiolabilis fides. Certè Chuſi Arachites ami- *2. Reg. 15.* citiam tanta fide ſtuduit extollere & fouere, vt ſolitudinem ſecuritati præferret: mortis pericula & labores gaudio, & quieti: præeligens amici communicare doloribus, quàm honoribus homicidæ. Verbum Ethay *Ibidem* Gethei erat, cum fugeret Dauid, & diceret ei Dauid vt reuerteretur: Viuit Dominus, nec in vita, nec in morte derelinquam te.

A

QVOD QVÆDAM AMICITIA commendatur, quædam reprobatur, & quædam permittitur,

Amicitia probata, alia reprobata. Pſal. 4.

AMori qui ex concupiſcentia carnis, aut ex concupiſcentia oculorum, aut ex ſuperbia vitæ cauſam & originem trahit, plerumque affinis eſt amor mundi: qui totus de ſola vanitate nititur, iuxta illud: Filij hominum vſquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Sunt & alij amores, qui ordinati ſi fuerint, approbantur: vt eſt ſocialis fraternus, & coniugalis, Socialis, vt inter Dauid & Ionathan. Amoris huius affectio Dauid vrgebat ad planctum, vt diceret: Doleo ſuper te ionatha frater mi, decore nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum. (2. Reg. 1.) Sicut mater amat filium ſuum, ſic & te diligebam. Frater & ſoror, dulciſſimi amoris viciſſitudinem in ſe gerunt: ac mutuos & indiuiſos affectus conſenſu mutuæ voluntatis enutriunt. (B) Sponſus & ſponſa domeſticis affectionibus indiſſolubili fœdere pudicitiam fidei coniugalis obſeruant. Notandum verò eſt, quandam amicitiam initialem eſſe, de qua beatus Auguſtinus ſcribit, eámque deſcribit, Colloqui ſcilicet atque corridere amico, beneuole ſubſequi, vel legere, & conferre, diſſentire inter ſe ſine odio, ſicut diſſentit aliquis à ſe ipſo: deſiderare abſentes cum moleſtia, venientes cum lætitia ſuſcipere, redamare amantem, præſentes defendere, excuſare abſentes, dentem detractorum retundere: atque omnibus modis feruorem intimæ dilectionis fideliter exhibere. Porrò beatus Auguſtinus quaſdam hic primitias adhuc teneræ dilectionis inſinuat: cui boni, & mali plerumque communicant. Nam illa de qua loquimur amicitia inter bonos tantùm oriri ſolet, inter meliores proficere, inter optimos conſumare.

C

De origine Amicitiæ.

Amicitiæ origo.

DEnique ſi amicitiæ inſpiciamus originem à ſumma natura, quæ Deus eſt, ſuam traxit eſſentiam. Deus quidem mentibus humanis primos amicitiæ impreſſit affectus: auxerunt eam vſus & experientia, ipſáque Domini legis ordinauit auctoritas. Deus equidem ſummè bonus, ſummè potens, ſibi in ſua beatitudine, quæ ipſe eſt, in ſua ineffabili gloria ſibi ſufficiens, nec cœlo, nec terra, nec Angelo, nec homine indiget. Eius nimirum ſufficientiam omnis creatura proteſtatur, & dicit: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges. (Pſal. 15.) Ipſe enim omnium eſt exiſtentium cauſa, ſentientium vita, intelligentium ſapientia, amor & gloria Angelorum. Dignatus eſt hominem ad ſe amandum allicere, & ipſum per hæc viſibilia ad appetitum ſuorum inuiſibilium inuitare. Vnde non ſolum quatuor elementis, ſed omnibus etiam creaturis quoddam amicitiæ vinculum æterna ratione præſcripſit. Bona enim non eſſent, niſi mutuò ſibi quoddam amicabili fœdere conſortirent. (Gen. 1.) (D) Legimus autem, quod vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant bona. Bona quidem ſunt, in quantum à Deo ſunt: Pulchra, in quantum quælibet pars ſuo congruit vniuerſo. Ordinata ſunt, in quantum vnaquæque res in hac vniuerſitate congruum ſibi locum, tempus etiam ſortitur, & modum: locum, quia Angeli obtinuerunt cœlum: irrationabilia, ſolum: homo, medius, paradiſum: Tempus, quia Angeli in vno eodem tempore facti ſunt: homines diuerſis temporibus creati ſunt: & quantum ad animam, ſemper erunt. Irrationabilia verò, nec ſimul facta ſunt, nec ſemper erunt. Cæterùm rationabili creaturæ Deus indixit in hunc modum: vt, ſi iuſta eſt, beatitudinis particeps fiat: Si iniqua eſt, æternæ damnationi ſubiaceat. Irrationabili & inſenſibili creaturæ hic à Deo præfixus eſt modus: vt, quia nec beata, nec miſera eſſe poteſt, videlicet prædeſtinatorum ſaluti ſubſeruiat, & infœlicitatem accumulet præſcitorum. (E) Ideo proinde Sapiens dicit: Aqua, ignis & ferrum, lac & panis, & mel, botrus, vuæ, oleum, & veſtimentum, ſicut omnia ſanctis in bonum, ita impiis conuertuntur in malum. (Eccl. 39.) Si Deus eſt ſummum & incommutabile eſſe, cui eſt ſemper idem eſſe (dicente Propheta: Tu ſemper ipſe es.) (Eſa. 102.) Sic ordinat creaturas, vt ſingula naturam habeant, quia bona ſunt: ſpeciem, quia pulchra ſunt: vſum, per quem bene ordinata rationabili creaturæ proficiunt. In hoc autem vehementer admiranda & prædicanda eſt ſapientia creatoris: quia cùm nihil fecerit malum, ipſe tamen mala noſtra ſic ordinat & diſponit, vt nobis nocendo, non noceant: ſed ad correptionem, & vltionem nobis propoſita, proficiant ad ſalutem, maximè iis qui diligunt Deum. Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum. (Rom. 8.) Ipſe ergo incommutabiliter bonus & beatus ſolam rationabilem creaturam prouidit, & voluit eſſe beatitudinis ſuæ capacem, vt idonea ſit ei adhærere, diligendo & ſpectando, (F) cui imago eſt: atque omnia deſiderabilia ſua in eius notitiam & obſequium iactare: quem noſſe, viuere: cui ſeruire regnare eſt.

QVOD OMNES VIRTVTES ANIMÆ Dilectione dulceſcunt.

Adhæremus Deo tribus rebus poſſimili.

TRis ſunt, quibus Deo ſpecialiter adhæremus, memoria, ſcientia ſeu notitia, voluntas amoris. In his rebus primus homo Deum in memoria tenebat ſine obliuione, ſcientia cognoſcebat ſine errore, amare affectabat ſine alterius rei cupiditate. Cúmque his tribus eſſet homo beatus, in tertio tamen id eſt amore, creatori ſuo tanto familiarius adhærebat, quanto dulcius guſtabat, quoniam ſuauis eſt Deus. (Pſal. 33. 99. 144.) Quanto nimirùm maior fuerit boni delectatio, & tanto beatitudo: (G) licet enim memoria multa præterita retineat, licet ſcientia profundiſſima percipiat; nulla tamen delectatio ibi eſt, niſi ſe dulcedo amoris infundat. In rebus itaque ratione vtentibus, Deus ordinat memoriam, ſcientiam, & amorem: Vt amor ex memoria & ſcientia conualeſcat: & illa duo in amore dulceſcant. Ex his formatur, & firmatur in hominibus quidam affectus in Deum: & inter ſe quædam blanda, & ſocialis communio voluntatum. Denique in creatione hominis, fœdus, & vinculum ſociale ſpecialiter commendatur: Non eſt, inquit Deus, bonum, eſſe hominem ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſibi. (Geneſ. 2.) Et ad maius & expreſſius amoris indicium, vnius ſubſtantiam de alterius ſubſtantia propagauit; Ideo etiam de latere Adæ ſocia eius aſſumpta eſt: vt qui collaterales erant eſſentia, eſſent vitæ & moribus coæquales. (Ibid.) Sic namque primi communis ſenſus iter poſtea quodam diligendi vſu, quaſi quodam guſtu dulciſſimæ ſuauitatis, adauxit.

H

QVALITER DILECTIO PRIVS deformetur peccato: poſtea deformet.

DEmum per eorum præuaricationem refrigeſcente charitate cupiditas ſubintrauit, quæ bona propria communibus præferens, ſuſpiciones, æmulationes, contentiones, & odia introduxit. Imago tamen Creatoris licet in homine ſit corrupta, non eſt prorſus abolita: propterea memoriam habet, ſed obliuioni obnoxiam: ſcientiámque, ſed errori ſubiectam: amorem quoque, ſed pronum ad cupiditatem; Cœleſti ſiquidem iuſtitiæ congruebat, vt qui libero abuſus arbitrio, amorem ſuum à vero & incommutabili bono, ad bonum fallax & tranſitorium deflexerat, ſimilitudinem Dei ſibi per rapinam vſurpans, addiceretur ſimilitudini iumentorum: Homo enim cùm in honore (Pſal. 48.)

eſſet,

A eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis: ſic perfectum inſolenter appetens, decidit in defectum: & præſumens Deo eſſe ſimilior, ei diſſimilis, & Deum perdidit, & ſeipſum, qualitercunque beatæ Trinitatis Imaginem Dei. Animus enim hominis ſui reminiſcitur, ſe cognoſcit, ſe diligit, & ſicut ſcientiæ ſuæ reminiſcitur, ac vtramque recognoſcit, vt videas quaſi in vna ſubſtantia animæ vnitatem: & in tribus ſcientia, memoria, & amore, in quibus animæ ſubſtantia in Deo eſt, Trinitatis
Pſal. 38. imaginem. Propterea credimus dixiſſe Pſalmiſtam: Veruntamen in Imagine pertranſit homo, ſed & fruſtra conturbatur: inſinuans in homine eſſe Imaginem Dei ex natura, ſed ineſſe corruptionem ex culpa. Memoriam enim corrumpit obliuio, ſcientia obnubilatur errore, amor cupiditate degenerarur. Sane ſoluto per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum debito præuaricationis antiquæ, deleto Typographo mortis, cuius
B obligatio nos tenebat aſtrictos: triumphatis etiam Principibus & poteſtatibus, quibus nos addixerat diuina ſententia, cœpit humana memoria reparari per ſacrum eloquium: ſcientia reſtitui per fidei ſacramentum: amor reficitur etiam per illius, quod crucifixus Chriſtus in cruce nobis exhibuit, charitatis exemplum. Erit autem reformatio huius imaginis plena: vbi memoriam non interpolabit obliuio: nec obnubilabitur ſcientia errore: nec amorem Dei rei alienæ cupiditas deprauabit. In prima hæc erunt, vbi nullus erit locus obliuioni viuentibus in æternitate: nulla ſubreptio erroris fruentibus veritate: nulla cupiditatis titillatio abſorptis à charitate. Ibi erit ſumma pax, plena requies, æterna fœlicitas, fœlix, & iocunda, indeficiénſque tranquillitas. Interim ad amicitiam reuertentes, dicimus, quod amicitia oritur, conſeruatur, atque perficitur inter eos dumtaxat, qui ſobriè, piéque & iuſtè viuunt in hoc ſæculo: nihil inhoneſtum volentes petere, vel patrare: nihil agere, ſeu conſulere, aut
C conſentire quod diſplicere Deo, vel in animæ diſcrimen, aut commune incommodum ſentiant redundare. Et in hoc quorundam ſententia reprobatur, qui contra fidem, aut contra honeſtatem, ſeu contra Rempublicam bonúmve commune amicitiam exiſtimant ineundam. Certè ſecundum leges Saul fidem domino ſuo laudabilius ſeruauerunt nolentes parere atrocitati eius in effuſione ſanguinis ſacerdotum, quam Doeg Ydu-
1. Reg. 22. meus, qui eiuſdem ſacrilegij militia ſe ad imperium
2. Reg. 13. Domini ſui pariter inquinauit. Ionadab amicus Amon conſilio ſuo ſuggerens, & procurans illius inceſtum, dum ad turpitudinem obſequium præſtitit, crudeliter legem amicitiæ violauit. Patet amicos Abſalon ſanctæ
Ibid. 16. fuiſſe amicitiæ tranſgreſſores, qui in regem, ſuis in regnum prælia excitantes, cùm Abſalon perduellionis flagitium incurrerunt. Erubeſcant itaque veræ nomen amicitiæ profiteri, qui eam vitiorum aſſenſu, vel cooperatione contaminant, & honeſtatis vocabulo abu-
D tentes, mutuæ gloriam amicitiæ ſibi ſacrilega præſumptione vſurpant. Porrò qui non amat, amicus non eſt. Ille autem non amat, imo proculdubio animam odit, cuius amat iniquitatem, & ita neque alterius amat animam, nec ſuam.

DE ELECTIONE AMICI, ET QVÆ illam impediant.

De electione amici, & quæ illā impediant. IN contractum amicitiæ multa veniunt, ex quibus formatur amicitia, & firmatur, atque continuum in ſe recipit incrementum. Cum enim amicum talem eſſe oporteat, cui tua tuum, & omnia cordis arcana committas, prius eſt eligendus, deinde probandus, deinde admittendus, ſumma tractandus reuerentia, & continua deuotione colendus. Vt autem in amicitia ordinatè vniuerſa procedant, ideo primitus, vel in fundamen-

E to dilectionis primitiæ conſecrentur, poſtea verò electione, probatione, conſenſu etiam, & iugi familiaritate amicitia foueatur: Vt ſit in ea non ſolum ſtabilitatis, ſed quoddam æternitatis exemplar. Sic ergo tu *Amicus qualis eſſe debeat.* illius & ille tuus ſit, nec in ſpiritualibus inter vos, neque in corporalibus obrepat aliqua animorum, ſententiarum, affectuum, verborúmve diſſentio. Amicitiam enim firmant atque perficiunt electio, probatio, admiſſio rerum diuinarum, & humanarum cum beneuolentia, & caritate plena conſenſio. Ad electionem autem pertinet, vt nullus in amicitiam eligatur, cuius opinio alicuius criminis enormitate laboret: poterit tamen eligi & admitti, ſi alias ſit commendabilis vitæ, & facile ſanari valeat à vitio, cuius næuus mores eius commendabiles decolorat. Sunt autem quatuor vitia, quibus præclarus honor amicitiæ ſæpius obfuſcatur. Iracundia, inſtabilitas ſuſpicio, atque garrulitas: ſacra ſcriptura de iracundo ſic dicit, Noli eſſe amicus homini iracundo. Ita enim furor breuis eſt. Vnde eadem F
Prou. 22. ſcriptura ſubiungit: Ne ambules cum homine furioſo: Ira, inquit, in ſinu ſtulti requieſcit, & iterum: Eſt ami-
Ibid. Eccl. 7. Eccl. 6. cus qui odium, & rixam, atque conuitia denudabit. Verùm quidam ex propriæ complexionis naturali conditione iracundi ſunt: ſui tamen motum animi vſque ad ea, quæ teſtimonio ſcripturæ diſſoluunt amicitiam, procedere non permittunt. Talis quandiu certa eſt affectio, patienter expedit tolerare, & exceſſum verbi aut operis blandè corrigendo, & benignè docendo, vel diſſimulare patienter, vel amicabiliter indulgere. Ex vitio iracundiæ prodire ſolent quinque vitia, quorum ſingulis amicitia ſæpe diſſoluitur: & quaſi hydræ capita pullulare: Hæc ſunt, conuitium, improperium, ſuperbia, reuelatio ſecreti, & plaga doloſa. Audi non mea, ſed ſacræ ſcripturæ verba dicentis: Qui conuici- Eccl. 22
atur amico, diſſoluit amicitiam. Veruntamen ſi amicus aliqua ſubreptione præuentus, verbum aliquod triſte protulerit: in his & conſimilibus amicitiam G
Ibid. diſſolui non expedit. Eſt enim adhuc ſicut idem Sapiens ait: concordia ad amicum, excepto conuitio, improperio, ſuperbia, iniuſta reuelatione, & plaga doloſa. Ideo autem conuitium vulnerat caritatem: quia quicquid ira inſtigante aliquis dixerit in amicum, verum exiſtimatur ab aliis: eo quòd propalatum ſit à conſcio ſecretorum. Improperium verò deteſtabile eſt, cùm quis ſcilicet falſa obiiciens perfudit confuſibili rubore innocentiæ faciem: grauans eius opinionem exterius, & interius caritatem. Superbia humilitatis inimica eſt: eò potiſſimè deteſtanda, quia remedium pœnitendi, aut humilitatem confitendi excludens, reddit hominem audacem ad iniurias: ad correctionem & concilium contumacem: denique myſterij, vel ſecreti reuelatio execrabilis eſt: amicos enim amouet, amaritudine odij atque indignationis aſpergens. Ideo
Eccl. 27. Sapiens dicit: Qui denudat arcanum amici, perdit fi-
Ibid. dem, & paulò poſt: Amici miſeriam denudare, deſpe- H
ratio eſt animæ infelicis. Reintegratio enim amicitiæ deſperanda eſt in eo, qui primam fidem irritam fecit: & reuelando quæ ſibi commiſſa fuerant, tanquam Deo nulla tribuit. Plaga doloſa morſus eſt ſerpentis &
Eccl. 10. Aſpidis. Verbum enim Salomonis eſt: Si mordet ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet, qui detrahit in occulto.

EXEMPLA EORVM QVÆ AMICITIAM impediunt.

Amicitia impedita exempla. ET de conuitio, & improperio, atque cæteris ſubiiciamus exempla: recolamus, quod cum Semey perſequeretur conuitiis Dauid à facie Abſalon fugientem, inter verba Dauid teſtamentaria Semey mortis
2. Reg. 16. 3. Reg. 2. ſupplicio addixit, ſui ſceleris in exemplum. De pœna improperij habes, quia cùm Nabal Carmelus improperaſſet ſancto Dauid, quod eſſet ſeruus & fugitiuus,

A tinns, idem Nabal à Domino percuſſus interiit. Pœnam ſuperbiæ habemus in Amoo filio Naas Regis filiorum Amon. 1. Reg. 25. Cùm enim Rex Dauid diu cum Rege Naas amicitiam coluiſſet, & eo mortuo, filio eius Amon fœdus amicitiæ obtuliſſet, ille ſuperbus, & ingratus amico coutumeliam adiecit contemptui. 2. Reg. 10. In cuius criminis vltionem Dauid eum, & populum eius, vrbes etiam ipſins igne & gladio deuaſtauit. De reuelatione Secreti exemplum habemus in Achitofel, qui cooſeoriens filio patricidæ, cum ei patris ſui Dauid pradidiſſet conſilium, dignum flagitio proditionis finem imponens, laqueo ſe ſuſpendit. 2. Reg. 17. De veneno detractionis exemplum habemus in Maria ſorore Moyſi, quæ dum fratri ſuo præſumptuoſè obiurgando detraxit, Deus lepra percuſſam, & caſtris eiectam ſeptem diebus à populi communione præcluſit. Non ſolum iracundi, ſed inſtabiles & ſuſpitioſi debent eſſe ab electione amicitiæ alieni; Num. 12. cùm enim magnus ſit amicitiæ fructus, ſecuritas, quare credis, & committis amico? B quo modo poteſt eſſe de illius amore ſecurus, qui circumfertur omni ventu? qui Prothei vultus tota die induit, & in eadem voluntate, vel etiam ad modicum, non ſubſiſtit? Suſpicioſi quoque longè ſunt ab electione amicitiæ relegandi. Nihil enim amicitiæ magis congruit, quàm quædam pax, & quieta tranquillitas cordis. At ſuſpicioſum ſemper curioſitas inquietat, timoris ſtimulos ſuggerit, & multiplicem turbationis materiam ſubminiſtrat. Si enim amicum viderit alij ſecretiùs colloquentem, proditionem putat: Si amicum ſe aliis beniuolum & iocundum viderit exhibentem, ſe contemni exiſtimat: correptionem amici interpretatur contumeliam: laudem verò, irriſionem: ſic in omnibus peruerſus eſt, vniuerſa peruertens. Linguoſos ad amicitiæ ſecreta non arbitror eligendos: vir enim linguoſus non dirigetur in terra, & teſtimonio Sapientis: Si videris hominem promptum ad loquendum, non plus de ipſo ſperare poteris, quàm de ſtulto. Pſ. 139. C Talem itaque tibi eligas in amicum, qui tuis moribus, qui tuæ honeſtati conueniat: nam teſte beato Ambroſio: Prouerb. 29. inter diſpares mores amicitia eſſe non poteſt. Licet autem iracundia, inſtabilitas, ſuſpicio, & acerboſitas frequenter ſoleant electionem amicitiæ impedire, mihi tamen videntur non eſſe ab hac electione amicitiæ repellendos, qui patientia reprimunt iracundiam, leuitatem debita grauitate coërcent, qui vera dilectione ſuſpiciones euacuant, & iſtos probatiores crediderim, & potius ad amicitiam eligendos, tantòque deuotiùs amplectendos, quanto fortiùs cohibent vitia virtutibus, & pugnantes contra ſe, voluntatibus propriis dominantur.

DE FIDE AMICITIÆ, ET QVÆ IN amicitia diligenda ſunt.

D PRobatur amicitia fide, intentione, diſcretione, patientia: Fide, per quam & omnia ei quem diligis ſine omni ſuſpicione communicas. Intentione, vt nihil ex amicitia niſi Deus, & naturale bonum, cuius ipſe auctor eſt, expectetur. Diſcretione, quid amico præſtandum ſit: in quibus etiam pro amico triſtandum, vel in quibus ei congratulandum: in quibus denique corripiendus ſit: aut etiam in quibus, & qualiter tolerandus, Diligenti cautela etiam exquiſita examinatione diſquirat. Fides in amicitia maximum locum tenet: ipſa in lætis & triſtibus, atque in quolibet vitæ ſtatu ſe præbet æqualem: intuens eodem oculo amicum diuitem, aut mendicum, fortem, aut debilem, ſanum, aut ægrum, humilem, aut ſublimem. Ipſa tamen ad ea, quæ intra animum amici ſunt, diligentia propenſiore attendit, oculóque acutiori aſpicit: Ea verò quæ extra animum amici ſunt, non multum conſiderans: ſi affuerint, non magis facit, ſi abfuerint, non requirit. Sunt autem circa animum hominis, morum gratia & virtutes: extra animum, fama, diuitiæ, honoréſque. E Et notandum: ſicut aurum in conflatorio, ſic fides in neceſſitate probatur. ſcriptum eſt enim; In neceſſitate probatur amicus: Prouerb. 14. & idem: amici diuitis multi: ſed in diuitiis fides amicitiæ latet: qui ſimulatoriè amat, in proſperis erit amicus, aduerſarius in aduerſis. Deponat laruam dilectionis hypocrita in procella turbinis, & faciem ſubornatæ familiaritatis retegat, qui nunc ſimulatè obſequitur, & ſe ad veræ amicitiæ regulam ſophiſticè commetitur. Verbum Salomonis eſt: Omni tempore diligit qui amicus eſt: & ſemper in anguſtiis comprobatur. Prouerb. 17. Et arguens infidelem Deus, inquit: Putridus dens, & pes lapſus, qui ſperat ſuper infidelem in die anguſtiæ. Prouerb. 25. Non ſolum per aduerſitatem, ſed etiam ſilentio ſecretorum examinatur amicitiæ fides. Euangelica quidem ſua ſententia eſt: Quod qui in modico fidelis eſt, & in multo fidelis erit. Si ergo fidem amici experiri volueris, non ei prius tui cordis arcana committas; Matth. 25. ſed aliqua exteriora & modica, de quibus non magnum emergat diſpendium, ſi fuerint reuelata: F & ea nihilhominus ſub ea cautione, & admiratione terribili credas, ac ſi obeſſent prodita, & celata prodeſſent. Luc. 16. 19 Probamr igitur in minoribus, dum ſecurius poteris in maioribus experiri. Denique ſi fama ſiniſtrum aliquod de te diuulgauerit, aut percunctator aliquid turpitudinis tibi abſenti intulerit, & ille nullatenus inclinari valeat ad credendum, nulla moueri ſuſpicione, nulla dubitatione mutari, quod fides eius certa ſit & ſtabilis, nulla tibi debet cunctatio ſupereſſe. Legimus in libro Valerij Maximi quendam ſuggeſſiſſe Platoni, quod Xenocrates ei multipliciter detraxiſſet, & hoc ipſum relator offerebat iuramento firmare: cui Plato, non eſt credibile quod me non amet fideliter, quem fideliter amo. Cúmque criminator inſtaret, Plato ſubiecit: Et ſi hæc in me dixit, hæc ipſa mihi expedire cognouit. Ægrotabat Alexander, & de cõmuni ſententia Medicorum, Philippus medicus & amicus eius ei medicinam ſuis confectam manibus porrigebat: ſuperuenerunt litteræ Parmenionis hortantis, vt Rex Philippi caueret inſidias, vtporè quem Darius pecunia corrupiſſet. G *Alexandri conſtans in medico fides.* Quibus lectis, ille hauſit incunctanter: & tunc tradidit Philippo litteras legendas.

QVIBVS MODIS PROBATVR intentio diligentis.

REſtat inſpicere qualiter intentio ſit probanda. Sunt enim qui non intendunt aut ſperant in amicitia niſi quæſtum. Tales enim amicos ſuos diligunt, ſicut bouem aut aſinum ſuum: de quibus expectant non gratiam, non pacem mentis captare, ſed lucrum. Illius itaque, quem in ſacrarium tuæ familiaritatis proponis admittere, probetur intentio, ne ſpe commodi temporalis inire tecum amicitias velit, venalis eſt enim intentio, & non gratuita. Propterea ſolidiores inueniuntur plurium pauperum amicitiæ, quàm magnatum. H Diuitibus enim equidem aſſentatione gratificatur à multis. Nullus verò erga inopem ſimulatione agit, ſed tanto purior eſt erga pauperem charitatis affectio, quanto nulla circa eum ſubeſt adulationis, aut ſimulationis tractatio. Si videris hominem aliquid anxiè appetentem, quod per te præſtare vel per alium poſſis, nunc in huius caſu, ex riſu ficto, nunc ex reuerentia, & obſequio negligentiore ambitioſæ mentis ægritudo poterit deprehendi. Diſſenſio inter amicos plurimum neceſſaria eſt. Sicut enim nauis ſine remige, ſic ſpiritus amicorum ſine diſſenſione, motu quodam irrationabili & inſtabili circumferuntur. Tales ſunt qui leues amicorum erratus ferunt impatienter, auſterè corripiunt: & in ſuis actionibus præcipites, negligunt magna: contra minima inflammantur: & omnia confundentes, non perſonam, non locum, aut tempus, ſeu cauſam ignorantiæ, aut neceſſitatis attendunt. Talis

indiſcre

A indiſcreto animi motu neſcit quibus, quando rem publicare debeat, aut celare.

QVOD PATIENTIA PROBATVR Amicitia.

PRobetur autem amici patientia, ſi opportunum videris eum, durius arguendo, vt exerceatur eius patientia, & probetur. Quod ſi quandoque in tacita ſecreti reuelatione, vel aliqua leui tranſgreſſione offenderit, non ideo ab eius electione, vel dilectione reſilias, quandiu aliqua correctionis ſpes ſupereſt. Nec te in eligendis, aut probandis amicis decet exactiſſima deliberatione verſari: aut cum ex tali ſtudio præcipias deſiderabilem fructum; medicamentum, ſcilicet vitæ, & iugis lætitiæ ſolidiſſimum fundamentum. Vide autem, ſicut frequenter accidere ſolet, ne quidam amoris
B impetus probationis ſpatium præcurrat, & præcludat probandi iudicium. Vir itaque prudens paulatim cohibeat, & retineat hunc impetum, cui beneuolentiæ modum imponens, & regulam diſcretè in affectum transfeat; & ſe tandem amico, præmiſſa probatione, committat. Neceſſaria demum probatio eſt inter homines parum bonos; vel vbi eſt malorum bonorumve commixtio. Sed examinatione non indigeor, quos probauit Deus, quorum iam conuerſatio eſt in cœlis: quos vnius moris facit in domo regularis conditio, æqualitas voluntatum, fida & certa communio charitatis. Inter quos quiſque ſic alium diligit, vt ſe ipſum; atque omnium exultatio affectione mutua, propria efficitur ſingulorum, vbi vniuerſitatis gaudium, quod de conſcientiæ bonæ teſtimonio interiore contrahitur, communione charitatis, & amicitiæ beneficio, quibuſlibet facit ſuum.

C

QVIBVS MODIS AMICITIA SIT fouenda.

Amicitia quibus modis fouenda ſit.

FOuenda eſt amicitia cum exactiſſima ſollicitudine & cautela. In primis, omnis ab ea relegetur ſuſpicio, ipſa enim amicitiæ venenum eſt. In hoc ergo noſtræ mentes quaſi in petra ſolidiore firmentur, vt maledicenti de illo credere, nec vel in modico conſentire poſſumus. Si videres aliquem alios omnes habere ſuſpectos, in ſingulis ſuſpicantem proditionis inſidias, nullum diligentem, nec ſe diligi ab aliquo exiſtimantem, nonne hunc damnabiliter miſerum reputares? Diuersò, eum fœliciſſimum puta, qui ſic amat omnes, vt amari videatur ab omnibus: vt ſuæ mentis tranquillitas nullo timoris, aut ſuſpicionis ſcrupulo moueatur. Sic ergo fouenda amicitia, vt ſit in noſtro ſermone iocunditas, hilaritas in vultu, ſuauitas in moribus: & in ipſo aſpectu quidam color fauorabilis, &
D grata iocunditas. Sit in honeſtis rebus crebra collatio, communicatio arcanorum, & in alterius voluntatibus mutua obſequela. Veritas in Euangelio loquens: Iam
Ioan. 15. non dicam, inquit, vos ſeruos; quia ſeruus neſcit, quid faciat Dominus eius, vos autem dixi amicos: quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis, & rurſum: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ præcipio vobis. In his verbis, ſicut ait Beatus Ambroſius, de-
Ibid. dit nobis veritas formam, quam ſequamur, vt ſcetera teneremus inuicem, & amicorum voluntatem mutuam faciamus. Amicitia itaque vicaria congratulatione nutritur, & ſi ſeuerior amici facies quandoque mutuam exhibeat grauitatem, ipſa grauitas tantò commendabilior erit, quantò benignius ad affectum deſcendet ſocialem: nec mirum, lex enim amicitiæ ſuperiorem humiliori cohumiliat, & qui ordine, dignitateve præeminerit, pleno humilitatis ſpiritu iunioribus condeſcendit.

E

QVOD DEI AVT NATVRÆ DONA, & non alia ſunt in bonis diligenda.

Amicus qua bona in amico diligere debeat.

EXiſtimet autem homo bona Dei, & naturæ munera reputanda ſpecialiter in amico; & omnia quæ extra hæc ſunt, pro nihilo æſtimentur. Amicitia namque non gemmis ornatur, aut ſericis; non deliciis impinguatur, non tumeſcit honoribus, non amplis poſſeſſionibus dilatatur. In amico igitur conſideretur æqualitas, non fortunæ circumpœnitentia, vel accidentia requirantur. Sed ſic amicorum paritas inter amicos vniuerſa diſponat, vt deſcendat ſublimis, humiliſque aſcendat: diteſcat pauper, diues indigeat: & ex compari affectuum communione fiat æqualitas; ſi-
F cut ſcriptum eſt: Qui multum habuerat, non abun- 2. Cor. 8.
dauit; & qui modicum, non minorauit. Lex amicitiæ eſt tanto reuerentiùs amicum ſuſcipere, quanto maiori neceſſitate intelligit laborare. Ionathas amicus Dauid, non ſucceſſionem in regno patris quærebat, ſed quem in amicitia ſuſceperat, à patre fugatum, morti addictum, in antro abſconditum, ſibi ad regni gloriam præferebat: Tu eris, inquit, Rex: & ego ero ſe- 1. Reg. 23.
cundus poſt te. Audiant homines venerandum amicitiæ verbum & imitatione digniſſimum. Saül David Ibid 22. 23.
quærebat ad mortem, & proditionis arguens Sacerdotes, eos ſolos ſuſpicionis intuitu cruci dabat. Rupes, & montes, & valles, & nemora militibus obſidebat, omneſque Principes coniurare in David exitium compellebat. Solus Ionathas, qui David, quaſi æmulo & exhæredatori ſuo inuidere poterat, aut offendere, reſiſtebat patri, deferebat amico, præbebat afflicto ſolatium; & amicitiam regno præferens: Tu eris, inquit, Rex, 1. Reg. 21.
& ego ero ſecundus poſt te. Vrgebat Saül Ionatham conuiciis, vrgebat terribilibus minis, vt amicum David in eius odium prouocaret. Cúmque Saül mortis
G ſententiam dictaret in David, Ionathas quaſi à ſententia paternæ inhumanitatis diſcedens, quid fecit? etiam loquutus eſt bona de eo, dicens: Opera eius ſunt bo- 1. Reg. 19.
na tibi valde, & poſuit animam ſuam in manu tua, & percuſſit Philiſtæum, Vidiſti & lætatus es. Quare ergo morietur? Saül verò in veſaniam verſus, niſus eſt cum lancea confodere. Et Ionathæ ſuperaddens, vocauit eum filium mulieris, virum vltro rapientis. Adiecit Ibid 20.
etiam, quod diligeret David in cõfuſionem Ionathæ, & ignominioſæ matris eius, totúmque inuidiæ virus euomens, atque ambitionis & odij ſuſcitare cupiens incendium: Quandiu, inquit, vixerit filius Yſai, non ſtabi- Ibid.
litetur regnum tuum. Quem non mouerent hæc verba? cuius amicitiæ non deprauarent modum? Quis ſe, & generationem ſuam alij non præferret? Quis fidei compromiſſum in hac parte non rumperet? Porro fortis & verus amicus ad conuitia patiens, & ad minas,
H amicum filiis, & honorem eius honori proprio anteponens in omnibus, meretur gratiæ incrementa: Tu eris, inquit, rex; & ego ero ſecundus poſt te. Teſte Tullio: Quidam erant, qui præferre pecuniam amici- Ibid. 23
tiæ ſordidum exiſtimabant. Illos autem erat impoſſibile reperiri, qui honores, magiſtratus, imperia, potentiam amicitiæ non poſtponant. Imbecilis enim eſt mens, & natura hominis ad oblatam ſibi potentiam contemnendam. Sed inuentus Ionathas, victor naturæ, & contra naturam, contemptor poteſtatis & gloriæ. Hæc eſt amicitiæ natura ſtabilis & æterna, quæ ſit tanta, vt arietibus & machinis pulſata non mutet, non ſuſpicione moueatur: Vt non ambitione, non iniuriis, non comminationibus, vel improperiis laceſſita vacillet. Sic amicitia æqualitate fouetur. Vnde beatus Ambroſius: defer amico, vt, vt æquali: nec te pudeat amicum præuenire officio.

A

QVANTA LIBERALITAS IN Amicitia requiratur.

LEx amicitiæ eſt, ſicut Scripturum clamat auctoritas, vt non niſi honeſta petamus ab his, quos in amicitiæ ſinu recipimus, eiſque poſtulantibus aliquid ſine difficultate, & dilatione conſenſum & conuenientiam commodemus: ſcriptum eſt: Perde pecu-
Eccl. 29. niam propter amicum, ſi pecunia pro amico perdenda eſt, multo fortius eius commodis & neceſſitatibus exhibenda. Porrò non omnes per omnia, ſed certa
Amico nihil vnquã improperandum. per certa ditiores aut pauperiores inueniuntur, ideóque non omnia poſſumus omnes. Abundat iſte pecuniis, ille agris, alter honoribus, alius plus in conſilia poteſt, in familiaritate potentum. Quicquid amico impenderis: nunquam improperes: recolens id Iacobi verbum: Si quis, ait, indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impro-
B perat. Quotiens igitur amicum ditaueris, non auertas faciem, non frontem obducas, non deponas oculos, non mercedem expectes, non differas, aut prolonges, ſed hilari vultu, ſerena facie, & ſermone iocundo condire ſtudeas munificentiam tuam, & quaſi voluntatem petentis præſagiens, occurras, & deſiderium eius præcurras. Animus ingenuus nihil magis erubeſcit, quàm petere. Cùm ergo tibi debeat eſſe cum amico cor vnum, & anima vna, obſeruandum eſt, quod ſit vna cum amico pecunia. Si petitur, beneficiis præuenire curemus, vt ille qui accepit potius videatur præſtare gratiam, quàm ille qui dedit.
Ruth. 2. Booz aduertens inopiam Ruth Moabitidis colligentis ſpicas poſt meſſores ſuos, alloquitur, eam conſolatur, & inuitat ad conuiuium puerorum & puellarum ſuarum, eius etiam verecundiæ parcens præcipit meſſoribus ſpicas de induſtria relinquere, quas illa poſſit ſine pudore colligere. Sane in hac liberalitate neminem paupertas excuſat: & vtinam omnes eſſent pau-
C peres ſpiritu. Vberior enim eſſet in beneficiis mutuæ benignitatis obuentus, Sapiens dixit: Fœliciſſimam agerent homines vitam, ſi duo ſublata eſſent de medio, Meum, & Tuum. Seneca refert in libro de Beneficiis, quod cùm multi multa pro ſuis facultatibus datori ſuo Socrati obtuliſſent, Eſchines pauper eius auditor: Nihil, inquit, dignum quod dare tibi poſſim inuenio, & in hoc vno me pauperem ſentio. Hoc ſolum quod habeo, id eſt, me ipſum, tibi do. Cæteri multa dederunt tibi, ſibi plurima reliquerunt, ego quod ſum, & quod habeo, totum dono. Cui Socrates: Magnum mihi munus dediſti, niſi te parui exiſtimes, gratum donum eſt, & illud melius reddam tibi. De ſuo itaque dedit, qui quod daret de bonis fortunæ non habuit. Et ſic inter paupertatis anguſtias, libe-
Act. 3. ralitas materiam largitatis inuenit. Si ergo Chriſti filius es, aut Petri diſcipulus, vt poſſis dicere, Aurum, & argentum non eſt mecum, habes tamen quod auro precioſius eſt, & argento. Potes pro amicis ſtare, con-
D ſolari afflictos, lapſos erigere, compati patientibus, & gaudentibus congaudere, potes docere ignaros, propitiare diſcolos, puſillanimes roborare.

QVALI DISCRETIONE, ET cautela beneficiandi ſunt amici.

ILlud autem inter amicitiæ mandata prouida diſpenſatione curetur, vt cum omnes amicos tuos diligas, non tamen omnes munificentia æquali ad beneficia, vel honores oblata opportunitate promoueas. (Sunt equidem plerique, qui ſe non diligi conqueruntur: & queruntur habere ſe contemptui ſi alios, & non ſe, viderint curis, & officiis implicari.) Sed quid & quantum ille, cui donaturus es, ferre valeat & ſufficienter

E implere, diſcernas. Multos nimirum in amicitiæ ſinu recipimus & fouemus, quos ſine diſpendio famæ noſtræ, ſine ipſorum periculo, ſine communi ſcandalo communi ad eminentiam quam appetunt, erigere non valemus. Virtutem itaque & prudentiam hominis nos metiri oportet: vt in diſtributione bonorum præualeat ratio, non affectus. Suas tamen partes in talibus obtineat liberalis affectio, vbi virtutum æqualitas inuenitur, aliàs tamen nemo exiſtimet ſe contemptum, ſi ei melior præferatur. Sæpe Dominus Iohanni prætu- Ioan. 13. 21.
lit Petrum. Nec affectum ſubtraxit diſcipulo quem diligebat, Petro conferens principatum. Claues regni Matth. 16.
cœlorum Petro contulit, vt cœlum aperiret & clau- Ioan. 1.
deret: Iohanni verò nobis aperiendi ſua arcana pectoris facultatem reſeruauit. Petro commiſit curam & regimen Eccleſiæ ſuæ: Iohanni verò curam & cuſtodiam matris ſuæ. Petrus ergo ſublimior, ſed Iohannes ca- Ioan. 19.
rior. Petrus exponitur actioni, Iohannes affectui. Petro Dominus ſuam paſſionem indicat, prædicans quod alius cingeret, & duceret quò non vellet. De Iohanne: Ioan. 21
Sic eum volo manere, donec veniam. Non audet Pe- F
trus inquirere à Domino, quis eum traderet. Ioannes ibid. Ioan. 13
autem, innuente Petro (quod Princeps Apoſtolorum inquirere verebatur) confidenter interrogat. Tali ergo modeſtia & tam prouida conſideratione diſtribuantur inter amicos officia, vt omnibus præſit ratio, non affectus: & iuxta omnium facultatem quid vnicuique ſit portabile aut vtile, diſcernatur. Ideo omnibus tamen æqualis affectio impendatur, quia ſecundum mores, & conuictum, & merita hominum nobis certa diligendi forma præſcribitur. Diligebatur Iohannes à Chriſto familiarius: ſed dubium eſſe poteſt, vtrum Petrus feruentius. Paulus de Timotheo ſcribit, ſe nemi- Philip. 2.
nem ita habere in animo. De Tito etiam loquens: 2. Cor. 2.
Cùm veniſſem, inquit, Troadem, non habui requiem ſpiritui meo, eo quòd non inueniſſem Titum fratrem meum, & idem: Cum veniſſem Macedoniam, non 2. Cor. 7.
habuit requiem caro mea, ſed qui conſolatur humi- G
les conſolatus eſt nos Deus in aduentu Titi. Sit ergo amicos rationabilis, & moderata diſpenſatione beneficiorum collatio. Sit alter manus, ſit oculus, ſit baculus ſuſtentationis, ſit mutua ſpirituum requies, ſit in anguſtiis refugij portus. Denique ſic in amicitia conuerſentur, vt ad illum amorem condeſcendere mereantur, quo Chriſtus toto corde diligitur, & plenum in eo fructum amicitiæ carpant, quando timore ſublato & ſollicitudine, quam nunc ſibi viciſſim exhibent, plena & æterna ſecuritate fruentur.

DE REVERENTIA EXHIBENDA inter amicos, & mutua correctione inter eos.

AMicus præterea ſic faciem reuereatur amici, vt aures vel oculos eius verbo ſeu geſtu, vel opere non offendat. Optimus autem amicitiæ comes, & or- H
namentum eius precioſiſſimum verecundia eſt, & e diuerſo, peremptoria eius eſt inuerecunda frons: & frontis infirmitas pleriſque accidit. Quod cum iracundiæ ignis in eorum corde conceptus iam prodierit in publicum: aut cum iam verbum contumeliæ prorumpiſſet ad fauces, ſuperuenientis aſpectus amici ſedebat excuſantis animi motus, turbationem mentis, faciem quadam placatione vultus, & auctoritate venerabili ſerenabat. In hoc enim apparet amicitiæ magna virtus, quod id ſuadendo, & diſſuadendo aliquid plurimum poteſt. Quippe cùm nec fides eius ſit dubia, nec blanda admonitio exegerit, eundem non timeas obiurgare. Cùm autem plerumque moleſta ſit veritas, hoc habet aſperitas plerumque vt turbetur, iuxta Comicum illud: Obſequium amicos, ve- Terent. 1. Andria.
ritas odium parit. Illud tamen obſequium damnabile eſt; quod amicum indulgentiorem vitiis facit.

A

Sic itaque admonitio non acerba, obiurgatio non contumelioſa adſit, honeſta, & ſuauis affabilitas. Omnis autem aſſentatio ſit procul à conditione amicitiæ aliena. Verbum beati Ambroſij eſt: Si quid vitioſum deprehendis in amico, illum prius occulte corripe: ſi verò ſe lædi putat, tu tamen eum corripe. Tolerabiliora enim ſunt amici vulnera, quàm adulantium oſcula. Sicut Romani ſcribit auctor eloquij, obiurgationes nonnunquam neceſſariæ ſunt, quas fieri oportet & maiore vocis contentione, & acriore grauitate verborum, ita vt videamur irati. Verùm ſicut ad vrendum & ſecandum, ſic ad hoc genus caſtigandi inuiti & rariſſime veniamus maximè ſi nulla medicina ſuperſit. Ita verò procul abſit, cum qua nihil conſideratè, nihil rectè fieri poteſt. Caſtigatio eius ſic ex grauitate, & clementia condiatur, vt repellatur contumelia: & qui obiurgatur, ſeipſum cauſam eſſe huius acerbitatis agnoſcat. In omnibus denique ſeruetur cenſura modeſtiæ, ne videatur quis plus iracundiæ ſuæ ſatisfacere,

B

quàm amori. Sunt enim qui ebullientem interius æſtum veſaniæ, nomine zeli palliant & celant. Sed qui ſequuntur ſuæ mentis impetum, & non potius rationem, vix aut nunquam in corripiendo proficiunt. Sit ergo quæſo in corripiendo ſermo tritior, deiectior vultus, intercipiant verba ſingultus, & lachrymæ, vt ſentiat qui corripitur, totum hoc ex amore, non ex rancore procedere. Si primam correptionem forte reſpuit, recipiat vel ſecundam: & intimiora ſuſpiria gemitus intercidat. Agat amicus in veritate quicquid emollire poteſt alterius animum. Nihil tamen ſit in verbo vel planctu aut geſtu ſimulatione aliqua ſubornatum. Simulatio ſiquidem & aſſentatio duæ virulentiſſimæ peſtes ſunt: quæ ſemper procul amicitia relegentur. Verbum Sapientis eſt: Simulator & callidus

Iob. 36

prouocat iram Dei: per callidum intelligens adulatoris aſtutiam. Sicut Comicus exprimit in Gnatone: Negat, ait, quis, nego: ait, aio. Poſtremo imperaui egomet

Iſa. 9.

C

mihi omnia aſſentari. Scriptum eſt per Prophetam: Popule meus, qui te beatificant, in errorem inducunt: & viam greſſuum tuorum diſſipant. Item de aſſentatoribus loquitur Propheta in perſona populi infidelis: Videte nobis vana, loquimini nobis placentia: & rurſum: Prophetæ prophetabant mendacium, & Sacer-

Ibid. 30. Ierem. 5.

dotes plaudebant manu: & talia dilexit populus meus. De ſimulatore item Salomon dicit: Simulator decipit

Prouerb. 26

amicum ſuum: & tempore auerſionis meditabitur dolum: Amici ergo correptio tota de medullis animæ & de intima compaſſione procedit. Vt ſe ſic habeat in memoratione amici, ſicut circa ſe fieri Propheta deſiderat, dicens: Vtinam corripiat me iuſtus in miſericordia, & increpet me: oleum autem peccatoris non

Pſ. 140.

impinguet caput meum. Sicut autem ſimulatio, & aſſentatio amicitiæ intoxicat puritatem: ſic diſſimulatio inter amicos quandoque parit & nutrit affectuum puritatem. Eſt enim quædam diſſimulatoria ſeu diſpenſatoria correctionis dilatio, pro loco, pro tempore, pro perſona. Nam ſi amicus publicè, & in palpe-

D

bris communis famæ deliquerit, non eſt ſubito obiurgandus: ſed, quantum ſalua lege amicitiæ fieri poteſt, decet nos eius erratum diſſimulare, aut excuſare erratum, & ad correptionem eius exquirere tempus opportunum, & familiare & ſecretum. Dum enim ex turbatione recenti adhuc eſt inquietor æger animus, tanta diſſimulatione opus eſt, donec mentis nubilo ſerenato, auris pacatior verba blande monentis admittat.

2. Reg. 12.

Certè cùm Rex Dauid adulterio proditionem, & homicidium adiecisset, correpturus Propheta Natham, regiæ tamen deferens maieſtati, non ſubito, nec mente turbata tanti ſceleris ei crimen impegit, ſed congrua ſimulatione præmiſſa, & propoſito ænigmate competenti, ſententiam contra ſe iudicantis extorſit.

NON EST AMICVS TOLERANDVS
Si in aliquo errorum vitio incorrigibiliter perſeuerat.

E

Amicus non tolerandus ſi in aliquo errorum vitio incorrigibiliter perſeuerat.

FRequenter autem reperire eſt aliquos, qui non ſolum amici, ſed in amicitia confirmati, ſiniſtra opinione laborant, ita quod in ſuorum damnum, vel infamiam amicorum, eorundem peccata redundant. Hi ſalutaribus monitis ſunt curandi: Qui ſi ſe incorrigibiles exhibuerint, non ſtatim rumpenda eſt amicitia, ſed paulatim, ſicut eleganter docet quidam Sapiens, diſſoluenda. Et hoc ipſum habet exceptionem. Rumpenda eſt enim amicitia, ſi crimen adeo enorme eſt, vt ſine famæ diſpendio tolerari non poſſit: velut ſi contra fidem Chriſti, ſi contra publicam vtilitatem, vel ſimile aliquid præſumptione damnabili attentauit. Diſſuenda eſt ita amicitia, quòd non proſiliatur ad iurgia, non ad ſeditiones, aut contumeliæ verba. Inhoneſtum eſt enim bellum cum eo gerere, quem tu familiaritatis ſecretarium habuiſti. Amicitia diſſoluta, nolli maledicta congerant in amicos: non ſuſurrent in tenebris, non in angulis detrahent, non

F

excuſent ſe mendaciter, vt alius dehoneſtent. Soluta denique amicitia, ſemper quem amicum habueras, ſic hoc exhibendum eſt, vt qui infert, non qui patitur iniuriam, ſit in culpa. Amicitia igitur nunquam à ſua æternitate degeneret. Qui enim amicus eſt, ſemper diligit: Ideóque ſemper eum dilige qui te læſit, & ſi amicitia ſubtrahatur, tamen dilectio perſeueret. Conſule famæ, conſule ſaluti, & proſpice eius paci, nec vnquam ſecreta amicitiæ prodas, licet hæc ipſe prodiderit. In his tamen omnibus ita cautè ambules, ne bonum odorem opinionis tuæ ei conſulendo, aut alias colloquendo aliena communione contamines. Sed ſic ſtatum animi tui ordines, vt nullius amor religioni, aut fidei, ſed paci multorum patriæve ſaluti præſit. Rex equidem Aſſuerus, qui ſuperbum

Eſther 7.

G

Aman præ cæteris ad penetiora ſuæ familiaritatis admiſerat, in cruce ſuſpendit, iugis pollutorem fœderis, & ſalutem multitudinis amicitiæ, quam ille conſilijs violauerat fraudolentis, antepoſuit. Iohel vxor Aber Cynei, licet pax confirmata fuiſſet inter Syſaram, & domum viri ſui, illa tamen veram religionem

Iudic. 4.

paci populi præferens, Syſaræ caput clauo, & malleo tranſfixit. Dauid rex licet de iure veteris amicitiæ Ionathæ poſteritati pepercisse debuerit, audiens tamen propter Saul, & domum eius ob ſanguinem Gabaonitarum, quos Saul occiderat populum à Domino fame grauiſſima tribus annis afflictum, ſeptem viros de cognatione Saul, & Ionathæ Gabaonitis tradit puniendos.

2. Reg. 21.

QVALITER AMICITIA.
Diſſoluenda ſit, & quam modeſtè.

H

Amicitia diſſoluenda quatuor cauſa.

ILlud autem eſt in amicitiæ diſſolutione notandum, quod in parte illius, qui amicus eſt, ſolutio amicitiæ nunquam cadit. Qui enim læditur, lædenti amicus eſſe non deſinit. Diligit enim non diligentem, benedicit maledicenti, ſuum contemptorem honorat, animique beneficium exhibet ſibi maleficia machinanti. Turpe eſt, maxime homini orthodoxo, refricare iniurias, & odiorum ſopitos cineres denuo ſuſcitare, in lege Moyſi ſcriptum eſt, non quæres vltionem,

Leuitic. 19.

nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Cicero de laude Cæſaris ſcribens: Nihil, inquit, ſolet obliuiſci niſi iniurias. Et in Eccleſiaſtico: Qui vindictam

Cap. 28. 1. Pet. 3.

quærit, inueniet vindictam à Deo. Apoſtolus: Nemini malum pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto. In Euangelio legimus, quod ille ſeruus qui

Matth. 18.

ſeruo ſuo noluit miſereri, datus eſt tortoribus, donec vniuerſum debitum perſoluiſſet. Semper ſit ergo

in

A in memoria gratia familiaritatis antiquæ, nec eam ſu-
peruenientes vnquam poſſit malignitas abolere.

EX QVIBVS CAVSIS, ET IN QVIBVS Amicitia diſſoluatur.

SVnt autem quatuor ex quibus amici diſiunctio cau-
ſam habet. Dilectio, Affectio, Securitas, atque
Iocunditas. Dilectionis eſt conſulere, prouidere, &
amico beneficia exhibere. Ad affectionem verò ſpe-
ctat quædam iocunda & ſuauiſſima delectatio. Ad ſe-
curitatem pertinet quorumlibet ſecretorum ſine om-
ni timore, & ſuſpicione communicatio. Ad iocundi-
tatem verò, de proſperis, & aduerſis; de vtilibus, &
nociuis, atque de omnibus quibus humana mens affi-
citur, amica & familiaris, dulcis & blanda collatio.
In his itaque amicitia patitur ſectionem, quia licet
B dilectio in aliquo ſtatu remaneat, ſubtrahitur tamen
illa ſuauiſſima dilectionis affectio. Perit ſecuritas, per
quam ſua reuelabat arcana; turbatur iocunditas, quam
blanda confabulatio ſeminabat. Manet itaque dilectio;
ſed gratia familiaritatis aufertur. Veteris tamen amici-
tiæ veſtigiis aliqua reuerentia ſemper impendenda eſt,
niſi eam enormitas reatus elimiinet.

DE CHARITATE, SEV Dilectione Dei.

SIcut præcedentia docuerunt, Amicitia vera non
eſt, niſi ſuum in Deo habeat fundamentum. Ea-
propter cùm amicitia Dei donum ſit, iuſtum eſt, vt
qui ex dono Dei diligit, nihil præter Deum diligat,
vt illuc flumina refluant, vnde fluunt: nec riuus à ſuo
fonte degeneret, qui de plenitudine gratiæ affluenter
C emanat. Illam ſiquidem vnicè & ſingulariter veram at-
que ſummam amicitiam profitemur, per quam nos
Deus amicos ſuos vocare dignatus eſt, ſi eius præce-
Ioan. 15. pta fecerimus: Vos, inquit, amici mei eſtis, ſi fece-
ritis quæ ego præcipio vobis. Hæc Dei amicitia, eſt
Caritas, qua nos dilexit ante mundi conſtitutionem,
& elegit in dilecto filio ſuo. Ipſa enim fons omnium
eſt bonorum, omniúmque donorum, quæ nobis à
munificentia ſuper cœleſti proueniunt. Hæc omnia
amor legitimus ordinem, formam, ſortitur: nec or-
dinata poteſt aliqua mentis eſſe affectio: niſi ab ea
cauſam, modum, & ordinem metiatur. De hac ordi-
natiſſima caritate, ſapientia in libro ſui nominis di-
Prou. 8 cit: Ab æterno ordinata ſum: hæc ordinata à Deo,
ordinat Angelos in miniſteriis ſuis. Hæc ſtudia, &
exercitia iuſtorum diſponit in profeſſionibus ſuis: hac
mediante ordinata lex eſt per Angelos in manu media-
toris. Sine hac, amicitia inter homines ordinata eſſe
1. Cor. 14. non poteſt: Nam cùm Apoſtolus dicat: Omnia ſe-
D cundum ordinem fiant in vobis: & ipſe iterum: Om-
Ibid. 16. nia veſtra fiant in caritate, patet ea ordinem non habe-
re, quæ in caritate non fiunt. Ipſa eſt via & vita virtu-
tum: ipſa eſt via eminentior: & illac itur, quò oſten-
ditur ſalutare Dei. Vnde Apoſtolus in prima epiſtola
Cap 12. ad Corinthios: Adhuc, inquit, viam eminentiorem vo-
Epheſ. bis demonſtro. Et idem: Scire etiam ſupereminentem
Cap. 32. ſcientiæ charitatem Dei. Hæc eſt via, de qua Iſaias di-
cebat: Ambulabunt hanc viam qui liberati fuerint, &
redempti à Domino: Et venient in Sion cum laude:
fugiet dolor & gemitus, lætitia ſempiterna ſuper capi-
Pſal. 18. ta eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt. Caritas eſt
præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Ipſa
eſt enim lumen cordis, omnes ſenſus hominis, & af-
fectus clarificans & ſerenans, vt diſcat homo, & ſciat
vbi ſit lumen oculorum & pax. Caritas eſt oleum, quod
omni liquori ſupernatat: quod ſanat, quod illuminat,
quod omnem aſperitatem propria ſuauitate lætificat.
Hoc oleo inuncti Apoſtoli, & Martyres ſuauiſſimam re- E
putabant mortis amaritudinem, & immanem ſæuitiam
tormentorum. Chriſtus enim vnctus à Deo præ parti-
cipibus ſuis hoc oleo ſuos vngit, & exactoris iugum à
facie olei computreſcere facit: Spiritus, inquit, Domi- Heb. 11.
ni ſuper me, eo quòd vnxerit me. Caritas non ſolum Luc. 4.
mortis, & ſuppliciorum amaritudinem ſuauificat, ſed
etiam ipſam mortem potentiſſima virtute mortificat,
Nonne Chriſti caritas peremptoria mortis erat: cùm
ipſe dux vitæ, mortis deſtructione, illi comminaretur,
& diceret: Ero mors tua, ó mors, Dilectio ſiquidem for- Oſee 13.
tis eſt, vt mors: imò fortior morte. Cùm enim mors
vitam eripiat temporalem, nos ad vitam caritatis intro-
ducit æternam. Illa nos à vita tranſitoria deiecit: hæc
ad vitam & gloriam ſine fine reſtituit. Caritas eſt por- Act. 3.
ta ſpecioſa, quæ in euerſione Ieruſalem portis aliis om-
nino deſtructis, integra & intacta permanſit. Charitas
enim nunquam excidit. Hæc eſt ſpecioſiſſima Sunami- 1. Cor. 13.
tis, quæ Dauid in virginitate ſua calefaciebat: eo quòd 3. Reg. 1.
non poterat calefieri pellibus animalium mortuorum.
Qui enim verſantur in operibus mortuis refrigeſcen- F
te caritate, cogitatione paſſionum Chriſti denuò re- 3. Reg. 18.
caleſcunt: hæc eſt nubicula, quæ ad preces Eliæ ma-
gnam excreuit in pluuiam. Cùm enim aliquis Domi-
num cœperit ex toto corde diligere, ſtatim non ſo-
lùm ad proximos, ſed etiam ad inimicos beneuolen-
tiæ ſtillicidia, & gratiæ fluenta diffundit, nec mirum:
Caritas enim eſt oleum viduæ, quod continuum ex
ſui diſtributione ſuſcipit incrementum. Mulier ſiqui- 4. Reg. 4.
dem de vxoribus prophetarum, Abdiæ clamauit ad
Helyſeum dicens: Vir meus mortuus eſt, & ecce cre-
ditores tollunt à me duos filios ad ſeruiendum ſibi.
Impleuit ad vocem prophetæ vaſa oleo, quo debebat
inungi: Sunt filij, Timor & Amor; qui vaſa non pau- *Allegoria, eiuſque interpretatio pauculis mu-*
ca afferunt, quibus mater Gratia oleum beneuolen-
tiæ & deuotionis infundit. Claudit tamen oſtium con-
ſcientiæ, & fauore laudis humanæ, ne ſine oleo in-
ter virgines fatuas reputetur. Creditores ſunt impor- G
tuniſſimi exactores, maligni ſpiritus, qui pro volun-
tate tranſitoria æternos exigunt cruciatus. Viciniæ, à *Lege ejus glossa.* Luc. 23.
quibus vaſa mutuo accipiuntur, ſunt Angelicæ pote-
ſtates, animæque ſanctorum, qui nos conſiliis eru-
diunt, & exemplis. Quod oleum miſericordiæ in pri-
mis infundamus, ſcientes quòd quandiu vaſa huius ſo-
perſuerint non ſtabit oleum. Et caritas impenſa plu-
ribus, vberius ſortietur augmentum. Linguæ Angelo-
rum, linguæ hominum, ſuſtentatio pauperum, mar-
tyrium, ſine caritate nihil ſunt. Prophetia prædicit,
ſcientia comprehendit, fides credit: ſed nec prophe-
tia, nec ſcientia, nec fides, etiam ſi montes transferat,
nequaquam ſine caritate valebit: ſine charitate nihil
poteſt prodeſſe, nihil verò cum caritate obeſſe. Cari- 1. Cor. 13.
tatis beneficio impediente, peccata non ſunt. Caritas Iac. 5.
enim operit multitudinem peccatorum: caritas eſt lex
vitæ, diſciplina morum, pax contubernij, gloria
concordium, criminum abolitio, legis plenitudo, ſa-
cræ Scripturæ compendium, præceptorum Dei con-
ſummatio, Virtutum virtus, & bonorum impletio me- H
ritorum. Omnia mandata vitæ, omnia Iuſtitiæ ope-
ra referuntur ad eam. Ex hac ſuum ſortiuntur effectum,
operum commendatio, deuotæ orationes, ab ipſa tan-
quam fructus ab arbore, tanquam † ramos à vita, pen- † racemus à vite.
dent tota lex & prophetiæ. Sicut enim fructus à pal-
mite ſuum recipit alimentum, donec ad maturitatem
perueniat, ſic boni operis fructus, ſic ſancta deuotio,
ſic omne quod piè agitur, ſuum à caritate recipit ini-
tium & progreſſum.

QVOD CARITAS EST CONSERVATIO Legis & fid. i.

VT autem ſub certa definitione, quid ſit caritas,
poſſit apertius, & efficacius comprehendi, audia-
mus qualiter eam definiat, aut deſcribat Apoſtolus,

[A] Ipſe enim ad Timotheum ſcribens: Finis, inquit, præcepti charitas de corde puro, & conſcientia bona, & [1. Tim. 1.] fide non ficta. Præceptum lex dicitur, cuius præceptis vita hominum informatur. Eſt autem lex Sancti Moyſi, vel principium terræ, de qua Paulus Apoſtolus dicit: Lex iuſto non eſt poſita, ſed iniuſtis. Et [Ibid.] alia eſt lex, quam Pſalmiſta poſtulat, dicens: Legem [Pſ. 118.] pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum. Iſta lex ſpiritalis eſt, illa carnalis. Iſtius profeſſor coram principibus, & inter gladios nihil timet. Illa iniuſtos, & maleficos terret: illa iniuſtis poſita eſt, quibus præcipit, ne occidant: hæc iuſto non eſt poſita, quia lex principum nihil in hominibus iuſtis inuenit puniendum. Audi quid dicat Apoſtolus: Vis non timere poteſtatem, bonum fac & habebis laudem ex illa: & adiungit: Si malum feceris, time. Ab hoc equi- [Rom. 13.] [Ibid.] dem timore iuſtum eximit charitas de puro corde. Ideóque ipſa finis legis illius eſt, quæ timorem incutit. Vnde & ipſa timoris eſt finis legiſque, quæ iuſto [B] poſita non eſt. Caritas etiam finis eſt, cùm ſit omnium operum bonorum conſumatio, & malorum abolitio: & ſic finis eſt vtriuſque legis. Vnius ſcilicet legis malorum, quam abolet, & alterius, quam adimplet. Sane fides eorum ficta eſt, de quibus dicitur: Dilexe- [Pſal. 77.] runt eum in ore ſuo, & lingua ſua mentiti ſunt ei. A qua malitia Ioannes Apoſtolus nos dehortans: Noli- [1. Iohan. 3.] te, inquit, diligere verbo, nec lingua, ſed opere & veritate. Veritas operis eſt actio rectæ intentionis, veritas in ore eſt, ſimplicitas, in ſermone. Sicut autem cor purum non ſimulat, ita intentio non errat. Vbi autem non eſt error, aut ſimulatio, aut fictio, eſt pura & ſimplex intentio, & in ea charitas requieſcit. Fictio verò fidei longè à caritate relegata eſt, & dicitur fides ficta eorum, qui de corde ſuo fingunt ſuæ fidei formam, & ſanæ doctrinæ aduerſari non dubitant. Ficta etiam à quodam ſapiente dicitur, quaſi fictilis, eo quod tanquam vas fictile & fragile, tempore tentatio- [C] nis citò à veritate recedit. De charitatis laude, & [Cant. 8.] commendatione ſcriptum eſt: Si dederit homo ſubſtantiam domus ſuæ, pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam. Petrus autem Apoſtolus nos ad eam inui- [1. Pet. 4.] tans: Ante omnia (inquit) mutuam in nobiſmetipſis charitatem habentes. Et Paulus: Super omnia, inquit, [Coloſ. 3.] hic charitatem habete. Et idem: Sectamini charitatem. Et rurſus, Æmulamini chariſmata meliora, cha- [1. Cor. 14.] ritatem intelligens, propter quam omnia quæ reputauerat lucrum, dicit ſe exiſtimare detrimentum, & ar- [2. Cor. 13.] bitrari vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaceret. Paulus in [Phil. 3.] ea caritate, quæ finis præcepti de corde puro, & fide non ficta, ſimiliter ſtabilitus: Quis nos, inquit, ſepa- [Rom. 8.] rabit à caritate Chriſti? tribulatio, & anguſtia? an perſecutio, an fames, an nuditas, an gladius? Certus ſum, inquit, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Poteſtates, neque altitudo, neque profundum, neque inſtantia, neque futura, neque creatura aliqua poterit nos ſeparare à caritate Dei, quæ [D] eſt in Chriſto Ieſu, vera de corde puro, & fide non ficta. Caritas quaſi ignis ſcintillans feruebat in Paulo. [1. Tim. 1.] Vnde adhuc non ceſſat incendere plures illius ignea locutio. Ipſe autem per hanc fidem dicit Chriſtum ha- [Epheſ. 3.] bitare in nobis: quæ quandiu in nobis viuit, & Chriſtus in nobis per fidem viuit. Iuſtus etiam per hanc viuere dicitur: Sicut teſtimonio Abacuc Prophetæ, & [Abac. 2.] Pauli Apoſtoli probatur apertè dicentium, Quod iuſtus [Heb. 10.] ex fide viuit. Oportet ſane quod viua ſit fides, de qua, [Rom. 1.] [Gal. 3.] vel per quam viuere nos oportet. Notandum ergo, quod ſicut vitam corporis ex motu cognoſcimus, ita ex operibus bonis vitam fidei fieri comprobamus. Illa [Gal. 5.] ſiquidem fides ſola viuit, quæ per dilectionem operatur. Eſt ergo Caritas vita fidei qua frigeſcente aliqua [Rom. 5.] deſinit. Spiritus autem Dei eſt per quem Caritas diffunditur in cordibus noſtris. Sunt tamen qui eum ſpiritu cœperint, † .... carne conſumantur. Et eis conue- [† viuere.] nit verbum illud: Non permanebit ſpiritus meus in [Geneſ. 6.] homine in æternum: quia caro eſt.

QVALITER COGITANDVS EST Deus Caritas:

[E] SCiendum quòd quanto terra inferior eſt altitudine cœli, tanto elegantior, eminentior, & inæſtimabiliter dulcior eſt amore proximi amor Dei. Et vt de Dei dilectione loquentibus cauſa prius, vel præcepti propoſiti deſiderabilius, & liberius ad intelligentiam ſe diffundat, pauca de Deo, quaſi delibando perſtringimus, vt appareat quàm ineffabili gratia, & dignatione incomparabili, Deus gloriæ mediante beneficio caritatis, homini condeſcendat. Credendus itaque & cogitandus eſt Deus, Quædam vita æterna, vita viuens in ſe, & omnia viuificans, immutabilis, & omnia mutabilia immutabiliter faciens, omnia intelligens, omnémque intelligentiam creans: Sapiens, & ipſa ſapientia, veritas ſina, iuſtitia indeclinabilis, ſcientia, virtus, ſumma bonitas, diuini- [F] tas, æternitas, magnitudo, immenſitas, ſumma eſſentia, qua eſt Eſſe: ſumma & æterna ſubſtantia, non ſubiecta prædicamentis vocum, aut cogitabilium, ſed omnium rerum cauſale efficiens, & ſupereſſentiale principium. Cogitandus eſt Deus ſimplex, purus, integer, & perfectus, nihil habens quod in numerum [*Altitudinē Dei quemodo comprehendamus.*] tranſeat, nihil trahens à tempore, vel à loco; ſic in omni loco, quod nec includatur à loco: cogitandus eſt Deus ſine forma viſibili, ſine ſpecie corporali, ſine compoſitione partium, ſiue diſtinctione membrorum, in quo omnia, non vt in loco, ſed in virtute, ſine qualitate bonus, ſine quantitate magnus, ſine ſitu præſidens, ſine habitu continens omnia, & diſponens. Diſponit enim, vt ſapientia, operatur vt virtus, amat vt caritas, reuelat vt lux, miſeretur vt pietas, ſcit vt veritas, iudicat vt æquitas, præſidet vt maieſtas. Non comprehendis eius altitudinem, niſi vileſcas apud te contemplatione ipſius. Non compre- [G] hendis eius magnitudinem, niſi ſis paruulus in oculis tuis, ſubiiciens te humanæ creaturæ propter ipſum. Deus caritas eſt, Spiritus tamen ſanctus, ſpecialiter caritatis appellatione ſignatur. Ipſa eſt amor patris & filij, & ſuauitas & voluntas & oſculum & amplexus, & quicquid eſſe poteſt commune amborum. Quia verò per gratiam ſancti Spiritus anima hominis Deo mirabiliter & miraculosè vnitur, ſciendum eſt quod idem Spiritus in illa vnione donatio eſt Dei, & donum. Propterea Paulus Apoſtolus Spiritum Sanctum interſerit in catalogo munerum Dei. Dicens: In [2. Cor. 6.] caſtitate, in ſcientia, in longanimitate, in ſuauitate, in Spiritu Sancto, in caritate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei. Spiritum ſanctum ponit in medio, quaſi artificem totius bonæ voluntatis, ad Deum, formationi affectionis diligentem actionem, agentem omnia fortiter, & vniuerſa ſuauiter diſponentem. Spi- [Sap. 8.] [Ioan. 6.] ritus eſt qui viuificat ſpiritum hominis, ipſúmque inſtruit, & format Deum diligere, quærere, inuenire, te- [H] nere & frui. Ipſe eſt ſollicitudo quærentis Deum in humilitate: pietas adorantis in ſpiritu, & veritate: Ipſa eſt ſapientia inuenientis, amor habentis, & gaudium perfruentis.

QVOD CVPIDITAS FACIT HOMINEM multipliciter errare à vero bono, quod eſt in caritate.

POrro quidam ad perfruendum ſibi eligunt ea, quæ peremptoria ſunt ſalutis. Veneno enim cupiditatis infecti, & abſorpti à malitia huius mundi, in fallacibus diuitiis, in tranſitoriiſque honoribus, in voluptatibus carnis, ſeculíque fauoribus ſuæ intentionis finem conſtituunt, & his, quæ ſunt æternæ damnationis, actionibus fœlicitatem ſuam falſa opinione, quaſi ſomniando depingunt. Iſti, vt metam ſuæ intentionis

Digitized by Google

A tionis attingent, viarum diſpendia eligunt, & cœcæ cupiditatis multiplici præſtigio dementati, ad ſui deſiderij finem per diuortium, & anfractus incedunt. Tendit enim vnus ad brauium ſui curſus, militia mediante: alius negotiatione alicuius artis: alius latrociniis aut rapinis. Id autē ſpecialiter ab vnoquoque diligitur, ad quod ſingulariter intentio eius tota dirigitur. Cætera verò quaſi quædam adminicula ſunt, militia atque negotiatio, & cætera, quibus mediantibus, id quod quis ad fruendum eligit, obtinere conatur. Iterum autem mens eluſa, quæ ſibi fœlicitatis imaginem in re præſagiebat inutili; dum poſt rei deſideratæ obtentum, maiori ſe ſentit indigentia laborare, præoptata incipit faſtidire, & denuo in alterius rei ſuccenditur appetitus: non tamen ſatianda, ſed alterius falſæ fœlicitatis imaginatione fallenda. Hic eſt circuitus impiorum, hæc eſt vituperatio multorum commorantium in circuitu, hæc eſt mola Samſonis, quam deciſis virtutum crinibus, & effoſſis prudentiæ oculis circumuoluit ſequens cupiditatum circuitum, etiam relicto compendio charitatis: Caput, inquit, circuitus eorum; labor labiorum ipſorum operiet eos. Porrò de hoc labore non ſatiabitur homo, niſi de ſiliquis porcorum illa fortè ſatietas inducatur: quæ diuitem dormire non ſinit. Vbi enim copia maior diuitiarum exuberat, ibi ſe grauior moleſtia ſollicitudinum totius perturbatiua quietis intrudit. Rationalis itaque anima licet ad ſuam beatitudinem deſideranter aſpiret, aliis tamen abſtrahitur, & eam quædam falſæ fœlicitatis imago deludit, aut veræ miſeriæ ſimilitudo deterret. Quis enim paupertatem, perſecutionem, ægritudinem, luctum famem non reputet magnam miſeriæ portionem? Iſtis tamen & vera miſeria præcauetur, & vera beatitudo acquiritur, nimirum paupertas, regni cœleſtis adacquiſitiua eſt: Beati enim pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum: Beati qui lugent, qui eſuriunt, qui perſecutionem ſuſtinent, quia illi ſaturabuntur, illi conſolationem recipient: Iſti iam cœleſte regnum adepti ſunt, non ſolum ad habendum ſibi, ſed aliis conferendum.

Pſal. 30. Iud. 16. B Pſ. 134. Luc. 15 Math. 5 C

QVANTA MALA SINT IN Diuitiis.

VT autem de temporalium diuitiarum vmbratili & peremptoria fœlicitate, cauſa exempli, aliqua inducamus, & quòd à beatitudine, quæ in caritate eſt, eam liqueat eſſe penitus alienam, vide in primis quanta cum pecunia moleſtiarum turba verſetur, pecunia cum labore acquiritur: acquiſita cum timore ſeruatur, & tandem cum dolore amittitur. Et prouentus pecuniæ poteſt exiſtimari miſeriæ incrementum. Ydropici enim more, qui plus bibendo, plus ſitit, pecuniæ cupiditas ea multiplicatione grandeſcit. Timetur prætetea, potenſne auferat, ſeruuſque ne prodat, fur ne ſurripiat: & frequenter impletur verbum illud Sapientis, vt ſint diuitiæ conſeruatæ in malum Domini ſui. Melius eſt ergo pauperi, qui nec metuit potentem, nec proditorem formidat, aut furem. Pauper cantat, diues plorat. Ploratur lachrymis amiſſa pecunia veris. Pauperi enim ſi Chriſtus ſufficit, nihil deficit. Diues autem quanto plura poſſidet, pluribus eget: nec diuitus vnquam inuenit copiam, quam inquirit. Verbum Salomonis eſt: Auarus non ſatiabitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. Circumſpectè dictum eſt, Qui amat diuitias: vnde Pſalmiſta: Diuitiæ ſi affluant, non apponas cor. Propterea præcipit Apoſtolus, prædicandum diuitibus, non ſuperbè ſapere, nec ſperare in incerto diuitiarum, ſed vt facile tribuant, & communicent, & theſaurizent ſibi bonum fundamentum, vt apprehendant bonam vitam. Ipſo teſte, non qui diuites ſunt, ſed qui diuites eſſe volunt, incidunt in tentationem & laqueum diaboli, ſibique theſaurizant iram in die iræ. Quod inſinuans Abacuc, dicit: Væ ei qui congregat non ſua: vſquequo & aggrauat contra ſe damnoſum lutum? Sanctos equidem inter diuitias nec ſollicitudo ſeruandi, nec timor amittendi ſollicitat. Hanc eis ſollicitudinem Dominus interdicit: Nolite, inquit, ſolliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bibemus? & paulò poſt: Primùm quærite regnum Dei, & iuſtitiam eius, & hæc omnia adiicientur vobis. Iſti ſicut nunquam de diuitiis gloriantur: Sic nec murmurant de amiſſione illarum. Imò rapinam bonorum ſuorum cum gaudio ſuſcipiunt, conſiderantes ſe habere meliorem, & manentem ſubſtantiam. Peruerſis denique totum in contrarium cedit. Dum enim rationalis animæ appetitui, quem ſolus Deus explet, ſufficere poſſe exiſtimant, vilem affluentiam mundialium rerum, quia nihil ex quantalibet rerum ingeſtione proficiunt, nec ſe curis infœlicibus eximunt, nec à labore quieſcunt, & quod miſerabilius eſt, talium vana delectatione tumeſcunt. Talium (dico) gloria in confuſione eſt: quorum finis, interitus, quorum vita in continuo labore: quorum exitus in miſeria ſine fine. Quocirca, nugatoria, & fallaci temporalium diuitiarum fœlicitate deluſi, præteritæ vitæ fructum conuertunt in materiam lachrymarum.

Eccl. 5. D Ibid. Pſal. 61. 1. Tim. 6. E Cap. 2. Math. 6. Ibid. Heb. 10. F

LAMENTABILIS QVERELA Eorum, qui à Charitate deuiant per cupiditatem.

MIſeriam ſiquidem talium Sacra Scriptura patenter exprimit ac deſcribit: Dicent (inquit) intra ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis: ambulauimus vias difficiles: Viam autem Domini ignorauimus: Quid nobis profuit ſuperbia? & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? tranſierunt omnia velut vmbra, & tanquam nuncius præcurrens, & tanquam nauis quæ pertranſit fluctuantes aquas, cuius cùm tranſierit non eſt veſtigium in mari: Ita & nos, nati continuò deſinimus eſſe, & virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere: In malignitate noſtra conſumpti ſumus. Talia dixerunt in inferno, qui peccauerunt, quoniam ſpes impij tanquam lanugo eſt, quæ à vento tollitur, & tanquam ſpuma gracilis, quæ à procella diſpergitur, & tanquam fumus, qui à vento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis. Quàm fallax & deluſoria ſit illa pernicioſa fœlicitas, quam plerique in carnis voluptate conſtituunt in libro ſapientiæ legitur incessanter: dum in opere impudicitiæ citò præterit quod delectat, & permanet ſine fine quod cruciat. De actu quidem immunditiæ nihil remanet, niſi fœda & fœtida recordatio peccati in tormentum animæ, expectationémque gehennæ. De talibus ergo lugendum potius cenſeo, quàm loquendum, dum eos, qui ad imaginem Dei creati, in beſtiales motus & impetus belluinos degenerare videmus, quærentes quæ de ventre & ſub ventre ſunt, & impudenter impudicitiæ data tremenda ſuper ſe iudicia non attendunt. Quid ergo indignius, quam ſuam animam, pro qua Chriſtus mortuus eſt, viliori corporis parti ſubiicere, & ſe brutis irrationalibus conformare? Porrò multis eſt annexa doloribus hæc voluptas. In primis vix vſus exercetur illius, quin naturales limites facultatis excedat. Idémque & iſtius conſuetudo, & quarumlibet voluptatum frequenter non ſolum animæ periculum, ſed etiam corporis inducit exitium. Quocirca ſicut hoc voluptario ſuis nihil eſt fœdius, nihil erubeſcibilius, ita nihil inquietius eſt, nihil à vera tranquillitate remotius. Hæc nimirum lues ſordidiſſima contaminat carnem, & mentem effœminat. Si quid verò in homine aut ho-

Sap. 5. G H Rom. 5.

A neſtum, aut virile eſt, totum obruit & eneruat. Cumque cætera vitia ſe quibuſdam virtutum tegumentis obpalliant, & frequenter ad humanos aſpectus quadam extollentia intumeſcant, mens huius turpitudinis conſcia, tantùm prima fronte præfert ſuæ accuſationis horrorem: Vt non ſolùm ea hora, qua impia carnis pernicioſa voluptate perſtringitur, ſed etiam quoties audit aliquos de turpitudine ſua, rubore perfunditur: abſentiamque captat, & immundi operis recordatione torquetur. Ea propter hæc ſemper latebras quærit: quia qui male agit, odit lucem. Sed in latebroſis abſconditos non poterit tremendum Iudicem declinare, non ſolummodo corporum, ſed & cordium ſecreta videntem. Nec illud eſt ſub ſilentio transeundum, quod omnium creator genitalia membra tanta obſcœnitate damnauit, vt et paterna maledictio, & perpetua ſeruitus ſit inflicta, qui eadem in patre reuerenter operire contempſit. Sanè cùm hodie circumquaque crux Chriſti triumphet, potentiſſima luxuriæ debellatrix, abſurdiſſimum eſt, quod plurimi profeſſores filij beatæ B Mariæ virginis, quaſi iumenta, in ſuis ſtercoribus computreſcunt. Bibunt vrinam peccatorum ſuorum, verſantur in abominationibus ſuis, & iram Dei ſentiunt improuiſam: ignem qui iam ſuccenſus eſt in furore eius, non cogitant, non formidant. Porrò antequam comprehendatur peccator in operibus ſuis, intelligit miſer carnis immunditiam, in qua ſuam ſopiuit beatitudinem, fuiſſe à Deo quibuſdam loco pœnæ grauiſſimæ irrogatam. Volens eos in hoc puniri, quod eos ſuæ dimiſerit voluptati. Verba enim Domini ſunt in Pſalmiſta: Et non audiuit populus meus vocem meam, & Iſrael non intendit mihi: & dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis. Apoſtolus quoque de his qui commutauerunt gloriam Dei in Idololatriæ cultum, terribiliter loquens, dicit: Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum, in immunditiam, vt contumeliis afficiant corpora in ſemetipſis, non quod Deus ſit inuentor mali, ſed quod ſentiant C immiſſiones per Angelos malos, a gratia derelicti. De inceſtuoſis, & his, quorum peccatum in Sodomis Deus igne & ſulphure condemnauit, vt innoteſceret abhominatio iniquitatis eius fœtore & horrore ſupplicij, ſub ſilentio claudi oportet, ne opuſculum præſens, in quo de caſtitate agimus, quæ eſt intima tepores animæ, abhorrenda colluuie dehoneſtet. Ex prædictis apertiſſime liquet, quam pernicioſus ſit amor carnis, vſuſque libidinum: ad quarum deteſtationem Deus de purpurata meretrice executoribus Angelis dicit: Quantum exaltauit ſe in deliciis, tantum date tormenta & luctum. Reſtat perſequi, quod in voluptate oculorum, vel aurium, cæterorùmque ſenſuum, non eſt beatitudo vel requies, nec in his, quæ pertinent ad delicias vitæ huius, ad ambitioſum honorem, aut potentiam dominantium. Veniat igitur rex ditiſſimus, potentiſſimus, delicatiſſimus, & tamen Sapientiſſimus, Salomon ſcilicet: & quid de fine tali diiudicet, audia- D mus: Dixi, inquit, in corde meo: vadam, affluam deliciis, & fruar bonis, & infra: Ædificaui domos, plantaui vineas, feci hortos, & pometia conſeui cunctis arborum generibus: & multa his proſequendo, adiecit: Poſſedi ſeruos, & ancillas, & familiam multam nimis; coaceruaui mihi argentum, & aurum, ſubſtantias regnorum, & prouinciarum. Et addens de voluptate aurium: Feci mihi cantores & cantatrices: poſt pauca ſubiecit: Omnia quæ deſiderauerunt oculi mei, non negaui eis, nec prohibui cor meum, ne omni voluptate frueretur in his quæ parauerant mihi. Quid quæſo delicatius? quidve iocundius? ſed attende, quia nihil vanius, nihil mutabilius, continuat Salomon, & ſubiungit: Cùmque conuertiſſem me, inquit, ad cuncta opera mea, in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in omnibus vanitatem, & afflictionem ſpiritus, & nihil permanere ſub Sole. Sententiam quidem generalem præmiſerat dicens: Vidi cuncta quæ fiunt ſub Sole, & ecce omnia vanitas, & afflictio ſpiritus. Habes ex verbis

Salomonis vanitatem, & afflictionem ſpiritus. Apponit: Veritas tertium, ſcilicet ſeruitutem: Omnis, inquit, E qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Coniungantur hæc tria, Vanitas, ſeruitus, & ſpiritus etiam afflictio. Vbi ergo requies? Vbi Sabbatum? Nonne verbum legis eſt? nullum ſeruile opus facietis in eo. Quis enim peccatum non fecit? Quis ergo eſt, qui non ſit ſeruus peccati? Dicit Dauid: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea. Si dixerimus, inquit, Iohannes, quòd peccatum non habemus, noſmetipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Quid ergo nos liberabit à iugo veteri, & à ſeruitute peccati? Ille, de quo Veritas in Euangelio dicit: Si filius vos liberauerit, verè liberi eſtis. Ipſe ad Sabbatum nos inuitans; Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Et ecce refectio, quaſi ſabbati præparatio. Audiamus & Sabbatum: Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Ecce Sabbatum, & ecce quieta F tranquillitas: Iugum enim meum ſuaue, & onus meum leue. Iugum enim hoc non reprimit, ſed erigit: pennas habet, quibus eleuet, non pœnas, quibus aliquos grauet. Iugum iſtud charitas eſt Dei, proximique dilectio. Sic Sabbatizatur, ſic ab omni opere ſeruili vacatur. Nimirum charitas non agit perperam, non cogitat malum, ſed & dilectio proximi malum non operatur. Vides Andreæ ſabbatum vbi ſit, in quo etſi aliqua peccati ſurreptio ex infirmitate contingat, non tamen perit ſabbati feriatio, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Videmus tamen aliquos qui cum ſuauiter reſpirare deberent ſub iugo & onere ſuaui & leui, ſub vtroque laborant, & murmurant. Addicti Babylonicæ ſeruituti, vitium inoletæ conſuetudinis non poſſunt dediſcere, nec intelligunt, hæc de morbo proprio, non de iugo, vel onere Domini prouenire. Sciant autem quicunque cauſantur iugum, vel onus Domini, quod aut nondum abiecerunt mundanæ con- G cupiſcentiæ iugum: vel pernicioſè reſumpſerunt abiectum. Illud etenim frequenter euenit in quibuſdam, vt iugum Domini in habitu præferens, mentis humeros negotiorum ſecularium preſſuræ ſupponant: atque iugo Dei laborum impatientiam, quos pro ſeculo patiuntur, aſcribant. Iſti vt immundi canes ad proprium vomitum recurrentes, ſub habitu abſtinentiæ ventrem colunt: ſub cilicio pœnitentiæ gloriam mundi captant, ſub ſacro amictu pudicitiæ, immunditiæ militant: Sub ouis vellere lupum operiunt: & auaritia inexplebili æſtuantes, vt domum domui, agrum agro copulent, armantur ad lites & contentiones: non patent pauperi, viduæ, aut pupillis: nec mouentur ſuper contritionem Ioſeph. Ad iugum vtique mundi pertinet quod curis exæſtuant, quod inflammantur odiis, & torquentur inuidia. Et hoc iugum cupiditatis eſt, & onus ſeculi graue. Iugum autem Dei ſuaue eſt, & onus eius leue. Et quid quæſo ſuauius eſt homini, quid iocundius, H quàm mundum contemnere, & ſe reputare ſeculo celſiorem? Atque in bonæ & ſecuræ conſcientiæ vertice conſiſtentem, mundum habere ſub pedibus? nihil videre in eo, quod appetat? Nulli enim inuideat, vel metuat, nihil mali eſſe, quod ab alio ſibi poſſit inferri: Nihil boni eſſe, quod ab alio ſibi poſſit offerri. Sed in illam hæreditatem incorruptibilem, incontaminatam, & immarceſſibilem, conſeruatam in cœlis oculos dirigere, fallaces diuitias, & honores pernicioſos, & damnabiles delicias conculcare. Quid quæſo deſiderabilius, quid tranquillius, quàm ſuam ſic animam ſtabilire, vt nullis motibus carnalis concupiſcentiæ agitetur: Extraordinarij appetitus incentiua non ſentiat: aſpectus tenebroſos abhorrens: carnem rore pudicitiæ tepeſcentem compellat ancillari ſpiritui: carnem ad lenocinia illectricem, ſcilicet ad exercitium militiæ ſpiritualis promptiſſimam habeat admittere. Quid præterea ita diuinæ tranquillitatis imaginem gerit, quàm animæ? Quæ ſic ad omnium iniuriarum tole-

Leuit. 23. Num. 29. Pſal. 50. 1. Ioan. 1. Ioan. 8. Matth. 11. Ibid. 1. Cor. 13. Rom. 13. 1. Per. 4. Matth. 11.

rantiam

A rantiam ſe obfirmat, vt eam contumeliæ iſtæ non moueant, mentem eius à ſtatu ſuo nullæ comminationum, aut iniuriarum machinæ deiiciant? Eadem in proſperis & aduerſis ſeruare conſtantiam: amicum & inimicum eodem oculo intueri, nonne ſimilis ei, qui facit ſolem ſuum oriri ſuper bonos & malos: pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos? (Math. 5.) Et hic omnes Sagena caritatis attrahit, & amplexatur in Chriſto: quod cùm circa eum omnia mutabiliter fiant, nulla eſt in eius corde mutatio. Verè verum eſt in caritate Sabbathum. Cùm enim ceteræ virtutes vicem vehiculi vel viatici gerant ad legem obtinendam, omnes in caritate quieſcunt. Illud denique admiratione dignum eſt, quod ſine charitate nihil eſt virtus. Et ipſa vnicuique virtutum exhibet, vt ſit virtus: fides equidem quæ hîc operatur ad vitam, in Dei viſione tunc non erit iam fides, ſed veritas, Ibi enim abhorrebitur fides, cùm id videbitur quod ſuper omnia diligetur. Nec opus erit credere, quod nobis licebit plena cognitione percipere. Non B erit etiam ibi de cætero ſpei locus, vbi Deo fruentes non habebimus vlterius quod ſperemus. Hic temperantia pugnat contra libidines: Prudentia contra errores: fortitudo contra aduerſitates, iuſtitia contra iniquitates. Portò in charitate ſemper eſt perfecta charitas. Ideóque non eſt ibi libido, cui repugnat temperantia. In charitate eſt perfecta ſcientia. Ideóque nullus error, quem prudentia eliminet. In charitate vera beatitudo eſt; ideóque nulla aduerſitas quam fortitudo expugnet. In charitate omnia ſiunt tranquilla & coæquata: ideóque nulla ibi eſt inæqualitas, quam iuſtificari oporteat. Denique nec fides virtus eſt, niſi per dilectionem operetur: nec ſpes virtus eſt. Rurſum ſi velis virtutum naturam æſtimare ſubtilius: quid eſt temperantia niſi amor, quem nulla voluptas illicit? Quid eſt prudentia, niſi amor, quem error aliquis non ſeducit? Quid fortitudo, niſi amor, qui nulli aduerſitati ſuccumbit? Quid denique iuſtitia niſi amor, qui quod ſuum eſt vnicuique diſtribuit?

C

QVOD CARITAS EST SABBATVM
Et ſex virtutes, quaſi ſex Dies ante Sabbatum.

SIcut autem caritas eſt vera mentis humanæ requies, perfectum Sabbatum: ſic ſex prædictæ virtutes, fides, ſpes, temperantia, prudentia, fortitudo, iuſtitia ſunt quaſi quædam dies operationis. Caritas verò quædam luminoſiſſima dies eſt tranquillitatis & pacis: Et (Pſal. 38.) nunc quæ eſt expectatio mea, niſi tu Domine? (Pſalm. 9.) Si forte deſiderium pauperis exaudiuit auris tua, (Iob. 3.) vt ad modicum tempus requieſcam cum regibus, & conſulibus, qui ædificant ſibi ſolitudines, & replent domos ſuas argento. Porro lux ad momentum mihi permittatur, requies ab exactoribus Pharaonis. Vtinam mihi Sabbatizare liceat vel hora dimidia. Vtinam mihi detur D vocare & videre, quoniam Ieſus ipſe eſt Deus. (Pſal. 45) Ipſe eſt Sabbatum animæ quærentis eum; imperans diligentibus ſe tranquillum, & impermutabilem Sabbatiſmum. (Pſal. 41.) O quam beati ſunt, qui ingredientur locum tabernaculi admirabilis vſque ad domum Dei, atque in voce exultationis & confeſſionis tripudiant & exultant: (Habac. 3.) memores verborum tuorum Ieſus, cum Abacuc propheta cantantes: Ego autem cantabo & exultabo in (Gen. 2. 2.) Deo Ieſo meo. Sabbatizat Iudæus, quia legit Deum ſex diebus operatum fuiſſe, & quaſi labore operis fatigatum die ſeptimo quieuiſſe. Non eſt Deum ſic cogi- (Pſ. 148.) tare, ſed in Dei contumeliam idolum fabricare. Non laborauit operando creator: ſed dixit, & facta ſunt omnia, pro beneplacito ſuo mandauit, & creata ſunt vniuerſa. Summa & æterna eſt ſcientia, æternus Deus, nullius indigens, plenè ſibi ſufficiens, in ſua tranquilliſſima caritate indeclinabiliter & immutabiliter manens: & mutabilia operans requieſcit in ſe: vita in ſe viuens, beatorum pax, indeficiens quies. Quocirca E ſicut in ſucceſſione dierum mane, & veſpere viciſſim variantium creaturæ mutabilitas deſignatur: ſic in Deo, cui nihil aduenit, nihil præterit, aut ſuccedit, æterna tranquillitas, & quieta æternitas intimatur. Notandum verò, quod operibus Dei Senarius, Septenarius diuinæ quieti aſcribitur. (*Senarius numerus perfectus.*) Nimirum Senarius numerus perfectus conſtat ex partibus ſuis. Sic enim coniunxeris vnum, duo, tria, perfectum habes Senarium: qui Dei operibus ſpecialiter aſſignatur. Vt in rerum vniuerſitate nihil ſuperfluum, nihil reperias imperfectum. (Geneſ. 1.) Manè quidem excellentiæ Deus eſt, in quo prima lux Deo iubente reſplenduit. Nec mediocris prærogatiuæ dies eſt: in quo Deus ſuperiores aquas ab inferioribus firmamento mediante diuiſit. Nec minoris eſſe arbitror dignitatis diem, in quo aquis in vnum congregatis a Deo arida veſtita eſt herbis, & arboribus decorata, venuſtata floribus, & fructibus fœcundata. Nec eſt dies ille reputandus inferior, quo Deus cœlum F ſuis luminaribus adornauit. Et iuxta ipſorum ſucceſſus, ſingulorumque vires excurſum totius anni diſpoſuit. Sed nec ille dies alienus à laude eſt, in quo Deus partem animantium in aquis, partem in aëre collocauit. Ab iſtorum eminentia & priuilegio non degenerat dies ſextus, in quo ad imaginem ſuam Deus plaſmauit hominem: & vitam inſpirans, ipſum animantium vniuerſitati præfecit. Porrò diei ſeptimæ præeminentia omnibus antecellit: in quo nullius rei creatio, ſed omnium creaturarum perfectio, & Dei requies commendatur: De ſingulis diebus ſcriptum eſt, Factum eſt veſpere & mane dies vnus, aut ſecundus & deinceps. (Geneſ. 1. Ibid. 2.) At die ſeptimo non mane, aut veſpere, non initium, aut finis aſcribitur: dies enim requietionis, dies immutabilis & æternus. Mutua ſiquidem Patris Filiique dilectio, ſuauiſſimi amplexus, amborum caritas (ſcilicet qua Pater in Filio, & Filius requieſcit in Patre) ipſa eſt eorum iocundiſſima quies, indiuiſibilis vnitas, pax imperturbabilis, æterna tranquillitas, G Spiritus ſanctus, qui ab vtroque procedit. Quod inſinuans filius Dei, inquit: (Ioan. 15. Ioan. 10. Math. 3) Patris mei mandata ſeruaui, & maneo in eius dilectione: & rurſum: Ego & Pater vnum ſumus, & idem de Filio Pater: Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Expreſſa igitur congruæ collationis imagine, ſi ſex diebus circa piæ intentionis opera exercemus: vt poſt ſanctarum viciſſitudines actionum, in tranquillo caritatis, quaſi in vero mentis ſabbato reſpiremus. Quocirca, fidem ponimus diem primum, quo fideles ab infidelibus, quaſi lux a tenebris, ſeparantur. Spes & ſecundæ diei vicem obtineat, per quam ij quorum conuerſatio in cœlis eſt diſcernuntur ab aliis, qui terrena ſapiunt, & liqueſcentes in ſeipſis, dilabuntur & defluunt. Temperantia, quaſi dies tertius illuceſcit, in quo membra noſtra mortificantes ſuper terram, carnalis concupiſcentiæ fluxum, quaſi aquas amariſſimas, certis conſcientiæ limitibus coarctamus, vt terra cordis noſtri appareat. Et ſitiens fontem vitæ, virtutum flores fructúſque producat. H Prudentia quaſi dies quartus faciat ſcientiæ lumen erumpere. Vt inter facienda diſcernens, diuidat inter diem & noctem: quatenus ſapientiæ lumen velut ſolis ſplendor effulgeat. Lux verò ſcientiæ ſpiritualis, quæ in quibuſdam deficit, quaſi lunæ lux minor, appareat. Exempla etiam præcedentium patrum, quaſi ſtellæ inter dies, & annos, menſéſque diſtinguant, quid videlicet diſtet inter eos, qui ante legem, & eos qui ſub lege, vel ſub gratia profecerunt: ceremoniæque, præceptáque, iudiciáque promiſſa, ſub quo intellectu noſtræ ſaluti conueniant. Fortitudo autem ſit dies quintus, per quem in hoc mari magno & ſpatioſo, quaſi piſces ſpirituales, procelloſa fluctuum moliminа toleremus, & cohibeamus linguæ lubricum ſub cenſura ſilentij: & quaſi volatilia pennata, nunc ad cœleſtia nos erigamus: nunc & conſcendentes operibus miſericordiæ, fructus bonorum operum ſub Dei gratia & benedictione reddamus. Conſtruatur de-

Digitized by Google

A nique iuſtitiæ dies ſextus: per quam ad diuinam ima-
ginem reformati, beſtialibus deſideriis, vitiiſque re-
ptilibus imperantes, corpus ſpiritui, ſpiritum Deo
ſubiiciamus. Et ſic vtrique quod ſuum eſt tribuatur.
Et notandum quòd Dominus nondum beſtiis, non-
dum iumentis, non reptilibus, ſed hominibus & aui-
bus, atque piſcibus benedicit, homini autem iumenta
& beſtiæ ſubiiciuntur. His enim qui in ſe Dei repræ-
ſentant imaginem, iumenta id eſt corpora ſubiiciun-
tur, & beſtiæ, id eſt, nequitiæ ſpirituales. De quibus
Pſal.73. propheta prædicat: Ne tradas beſtiis animas confiten-
Oſee 2. tium tibi, & Dominus per alium prophetam: Aufe-
ram, inquit, malas beſtias de terra veſtra, & dormire
vos faciam fiducialiter: hæc eſt dormitio, & Septimæ
diei tranquilliſſima quies, dies enim ſeptimus eſt ca-
ritas, dies Sabbati, dies requietionis, iocunditatis &
Pſal.4. pacis: per quam homo ſecuriſſime dicit: In pace in id
ipſum dormiam, & requieſcam, ipſa eſt omnium vir-
tutum conſeruatio, ſauciatarum animarum ſtratis refe-
B ctio, tranquilla mentis refectio. Ipſa eſt ſeptimus
dies, in qua manna cœleſti nos reficiet: ipſa eſt men-
ſis ſeptimus, in quo poſt diluuium tentationum ir-
ruentium, arca ſuauiſſime requieſcit. Ipſe eſt id Sab-
Iſa.66. batum, quod Iſaias propheta deſcribens: Erit inquit
Sabbatum ex ſabbato, & menſis ex menſe: vt poſt ſe-
pties ſeptimum annum, annus iubilæus incipiat, annus
placabilis Domino, in quo ſua ſingulis reſtituatur hæ-
reditas: plenaria iocunditatis antiquæ poſſeſſio, & æter-
na libertas. Hic latè epulabimur ab introitu gloriæ
Iſa.55. eius: & implebitur quod Dominus in Iſaia promittit:
Ecce inquit ego creo Ieruſalem exultationem, & po-
pulum eius gaudium: exultabo in Ieruſalem, & gaude-
bo in populo meo: & non audietur vltra in ea vox fle-
Pſal. tus, & vox clamoris. Domine Deus quandiu prolon-
141. 58. gabitur iubilæus? quando præueniet me miſericordia
Iſai.15. tua, vt ſit portio mea in terra viuentium? tu es Domi-
Pſal.19. ne pars hæreditatis meæ, & calicis mei qui reſtitues
Geneſ.3. hæreditatem meam mihi. Differtur equidem, ſed non
Prou.31. aufertur illa iocunditas, qua ſatiabor, cùm apparuerit
C gloria tua. Iterum comedam panem meum in ſudore
vultus mei, & cum lachrymis in menſura: donec vi-
num detur mœrentibus, & ſicera his qui bono ſunt
animo; & tota deliciis illis] abſorbeatur anima mea;
Pſal.1. quarum primitias iam degusto. Audite cœli, & auri-
Gen.15. bus percipe terra, quantum magnificauerit Deus no-
biſcum miſericordiam ſuam. Et quis abyſſum tam in-
ſtabilis gratiæ conſiderauit? quis de fonte tantæ dul-
cedinis guſtauit? & non amauit? nónne Deo ſubiecta
Pſal.39. erit anima mea? quare non effundis in Deum vniuer-
Pſal 41. ſos affectus, quos dirigis ad vanitates, & inſanias fal-
42. ſas? quare triſtis es anima mea, & quare conturbas
Ierem.8. me? nunquid non eſt tibi conſiliarius, aut ſaluator?
Cant.5. nunquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non
eſt ibi? Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere ad
Dominum tuum. Diuulſa mea, dilacerata mea, perdita
mea, ſed Chriſti denique ſuſcitata, Chriſti paſſione re-
dempta, cur quæſo diligis aliquem præter illum, qui
tam benigne, tam miſericorditer à tot miſeriis te re-
D demit? Iugi ſcrutinio, & aſſidua meditatione reuolue
Hebr.1. qualiter vnigenitus Dei patris, cùm eſſet ſplendor, &
Phil 2. figura ſubſtantiæ eius, poſt exinanitionem vſque ad
Luc.4. formam ſerui, poſt famem, poſt ſitim, poſt laſſitudi-
nem, poſt lacrymas, poſt vincula, poſt fel & acetum,
Matth.2. poſt coronam ſpineam, poſt clauos & lanceam, ob ſa-
lutem tuam inter duos latrones in cruce pendebat, cru-
Luc.10. cis equidem cornua in manibus eius. Sic de illis pius
ille Samaritanus tuis vulneribus & vinum & oleum
infundebat. Porro erat ibi abſcondita fortitudo eius,
& in amaritudine mortis, dulcedo ipſius. O quàm ma-
gna vis dulcedinis tuæ Deus, quam abſcondiſti timen-
Cap 45. tibus te: teſtimonio Iſaiæ: Vere Deus abſconditus
tu es, Rex Iſraël Saluator. Moriebatur Saluator tuus
anima mea, vt te viuificaret: aſſixus erat cruci, vt ini-
quitates tuas propriis manibus cruci affigeret: manus
eleuauit ad Patrem in ſacrificium veſpertinum, vt te

ad amplexus amicabiles inuitaret: vitam quoque ſuam: E
quæ in nullo morti obnoxia erat, pro te ad mortem
obtulit; vt dum à principe tenebrarum iuſtus iniuſtè
occiditur, quia quod ſuum non erat vſurpaſſe conui-
ctus eſt, ea, quam habebat, vitæ poteſtate priuatur. In
tanto exuberanti beneficio, in tanto cumulo gratia-
rum, quo te largitio diuina quaſi obruit & confundit,
vide ne ingrata ſis, ingratitudo enim peremptoria eſt
ſalutis. ipſa eſt flatus aſpidis, virus animi, rubedo vitio-
rum, ventus peſtilens, & amara corrumpens ſtillicidia
pietatis, rorem gratiæ, & miſericordiæ fluenta deſic-
cans. Adhuc dico: nihil eſt enim ſatis dictum, quod
ſemper dicendum, atque recordatione continua repli-
candum Eras illi grauiſſimo creditori (angelum Satha- Matt.18
næ loquor) illi quidem immaniſſimo exactori, tot de-
bitis, quot peccatis, vinculo chirographi obligata; nec
ſoluendo eras; Dei autem filius non rapuerat, ſed quia
rapueras, pro te ſoluit, & (quod dignatio propenſior,
& gratia vberior erat) non delegauit alium debito-
rem, ſed dedit animam ſuam in cauſam ſoluti. Cumque F
ille angelus transfuga, & emancipator deinde deteſtabi-
lem peteret ancillatum, Chriſtus litem contra te poſi-
tam ſuam fecit, & poſt diuerſas productiones teſtium,
legis, oraculorum, Prophetarum, ſignorum, prouer-
biorum, ſanguinem allegauit. Obtinuit allegatio illa
tuæ ſententiam libertatis: Super calculo ſcriptæ ſunt
litteræ in membrana corporis crucifixi: & confirma- Pſal.84.
tæ oſculo miſericordiæ & veritatis, iuſtitiæ & pacis
occurrentium ſibi. Denique impreſſum eſt ſigillum,
plaga ſcilicet lateris, quam in pretium redemptionis
noſtræ, & expiationem noſtram continuam iugiter ex-
hibet ante oculos. Adhuc extat titulus cauſæ, inſcri-
ptus in tantæ caritatis memoriam. Scias quòd ſi te in-
gratum reperit, nec velle tanto vti beneficio, exiget à
te diſtrictiſſime mortem ſuam: vereórque ne quando-
que indignantiſſime tibi dicat: Tolle manum tuam, & Ioan.20.
mitte in latus meum dextrum; mitte digitos in fixu-
ram clauorum, & vide quanta pro te paſſus ſum O in-
grata, crudelis, impia, non putas Deum de collatis tibi
beneficiis pœnitere, ſi ea viderit per ingratitudinem G
periiſſe? propterea oratio noſtra ſæpe reicitur, & hoc
pia Dei diſpenſatione fieri exiſtimo, vt qui de iis per-
ceptis beneficiis ingrati fuimus, ex noua largitione
cœleſtium munerum, grauiore culpa ingratitudinis
oneremur. Cùm enim Deus beneficium perditum re-
putet, quod non confeſtim proſequitur actio gratia-
rum, nobis expedit non exaudiri potius, quàm ad cu-
mulum damnationis ingratitudinis materiam obtine-
re, quam petimus. Qua ergo præſumptione non dili-
ges eum, qui te non diligentem dilexit? qui te pecca-
tricem non deſpexit. Vide quæſo qua compenſatione
quo merito ſummæ & æternæ reſpondeas Trinitati. Rom.8.
Tradidit pro te Pater vnigenitum ſuum morti; tradidit Gal.2.
& Filius ſe ipſum pro tua ſalute in morte: Datus eſt
denique tibi Spiritus Sanctus, teſtante Apoſtolo: Quia
caritas eſt diffuſa in cordibus veſtris per Spiritum San- Rom 5.
ctum, qui datus eſt nobis. Si amat Spiritus Sanctus,
amat nos Trinitas tota, amat te Deus æternus, omni-
potens, & immenſus: cuius magnitudinis non eſt fi- H
nis, cuius ſapientiæ non eſt numerus: cuius pax exſu-
perat omnem ſenſum, à quo, & in quo vniuerſa ſunt
viſibilia & inuiſibilia, cœleſtia & terreſtria Sane ſi eum Pſal 44
diliges, facis hoc ipſe gratuito. Attendite celſitudinem 146.
cœli, & magnitudinem firmamenti, & modicum in lo- Philip 4
cis paluſtribus lutum: talis eſt, & adhuc inæſtimabili- Coloſ.3
ter diſpar comparatio tui ad eum, ſicut luti ad cœlum,
quæ enim collatio tui ad ineffabilem, ad incomprehen-
ſibilem, ad incomparabilem? Nihil ei ad menſuram
minuti tribuere poſſes, ſi in retributionem eorum, quæ
pro te ſuſtinuit, te mille millies annis etiam gehennali
incendio cruciares. Omnia quidem quæ in Deo ſunt in-
æſtimabiliter excellentiora ſunt his, quæ noſtra ſunt.
Ipſe enim diligit vt caritas, iudicat vt æquitas, diſpo-
nit vt Sapientia, reuelat vt lux, miſeretur vt pietas,
ſcit vt veritas, operatur vt virtus, præſidet vt maieſtas.

A Circumſcriptis autem omnibus, quæ ad diſpenſatio-
nem incarnationis ſuæ pertinent, diligenter attende,
quod tibi vniuerſitas mundi de mandato eius obſequi-
tur. Omnis natura tuis famulatur obſequiis: Cœlum,
aër, terra, mare, & ea quæ in eis ſunt, tuis pariter vti-
litatibus & oblectamentis inſeruiunt. Annuæ tempo-
rum reuolutio, flores, fructúſque arborum, & herba-
rum rediuiuatione reformat, atque labentibus & re-
pullulantibus naturis graminum antiquatis continua
Dei munera tibi circuitus temporum ſubminiſtrat. Re-
cognoſce anime quando non eras. Cum autem melius
eſſet eſſe, quàm non eſſe, gratia eſſe contulit, omni-
Geneſ.1. bus illis te præferens, quæ de non eſſe poterat pro-
ducere, nec produxit adiecit tibi ſpeciem: & cuius eſ-
ſentia de nihilo prodierat per gratiam creatoris, ipſe
ſua te imagine & ſimilitudine inſigniuit. Adhibuit cum
pulchritudine vitam. Vnde tanta & tam inaudita di-
gnatio, vt fieres ad imaginem, & ſimilitudinem eius,
niſi vt ſimile tuum diligeres, & ei, qui te gratuita di-
B lectione præuenit, dilectione mutua conformares, ni-
mirum decenter diligendo retribueres. Ei ergo & me-
dullarum tuarum interiora exhibe ad diligendum, qui
diligere dignatus eſt; nihil tamen in te reperiens dili-
gendum, ama ſignaculum tuum, & imaginem tuam. Et
vt expreſſior in te forma tui creantis appareat, ei qui
caritas eſt, te & caritate conforma, & in materiam
gratiarum beneficia eius iugi meditatione recogita.
Cantic.8. Amator tuus ad hæc exhortatione Prophetica te inui-
tat: Pone me, inquit, ſignaculum ſuper cor tuum, ſu-
per brachium dextrum tuum, ac ſi dicat, pone memo-
riale tuum in corpore & brachio, id eſt in corde, &
opere: vt depoſita imagine terreni hominis, cœleſtis
imaginem portes, & attendens Diuinæ lectionis argu-
menta, quæ refelli non poſſunt, pone me ſuper cor
tuum, vt fidei ſignaculum, vt amoris exemplum. Tale
ſignaculum ante præuaricationem ſuam in ſe angelus
Ezec.28. apoſtata exprimebat, teſtimonio Ieſaiæ dicentis: Tu ſi-
gnaculum ſimilitudinis, plenus Sapientia, & perfe-
C ctus decore. Angelus ſiquidem in ſua creatione tanta
Deo conformitate vnitus eſt, vt eſſet potius ſignaculum
ſimilitudinis, quàm ſimile, vel ſignatum. De ſigillo
quippe talis ſimilitudo imaginaliter exprimitur, qualis
in eodem ſigillo eſſentialiter habetur, & hoc homini
competit. Angelus verò, pro ſuæ ſubtilitate naturæ,
Deo expreſſiori ſimilitudine adhærebat, quia totus &
tantummodo ſpiritus erat. Nunc autem nos luteo in-
cluſos carcere, & habitatione terrena depreſſos, cari-
Sap.9. tas ad dignitatis Angelicæ ſtatum reparat. Et licet cor-
pus, quod corrumpitur, aggrauet animam, & depri-
mat terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem, ta-
men peccato deformatos nouum diligendi mandatum
ad Dei ſimilitudinem nos reformat. Multiplicauit in te
Dominus dicta ſua; dedit enim pulchritudini tuæ
viuere, ſentire, atque diſcernere: & in omnibus, quæ
munificentia eius contulit, & accepit indigentia tua,
gratia eius, non exigentia tui meriti, anteceſſit. De-
ſponſaui te fide. Foris ornauit ſenſibus, quaſi qui-
D buſdam præfulgentibus gemmis. Te verò interius,
quaſi naturali pulchritudine, Sapientiæ inſigniuit. No-
uit quis ornatus tibi competentior eſſet; ideóque de-
dit, quod te deceret; & in tantum, vt etiam propter
hoc ipſe te diligeret, qui hæc dedit. Sanè inſana es,
ſi eum mediocriter amas, qui te tanto amore præue-
nit, qui tanta & tam pretioſa largiens, maiora etiam
diligenti ſe pollicetur; quæ nec oculus vidit, nec au-
ris audiuit; quorum æſtimatio in cor hominis non aſ-
1.Cor.2. cendit. Ex eius munere penſare teneris, quantum ſit
diligendus, qui tantum diligit, vt iam non tantùm te-
merarium, ſed etiam nefarium debeas reputare non
ſolùm diligentem non diligere, ſed tanti & tam præ-
cellentis támque potentis amatorem, totis viſceribus,
totis interioribus præcordiis non amplecti. Omnium
Pſal.44. pulcherrimus eſt: Specioſus enim præ filiis homi-
Ioan 1. num: ama ſponſum, ama Regem in decore ſuo, regem
Pſal.8. virtutum, plenum gratiæ & veritatis, coronatum glo-
Hebr.2. ria & honore, Dominum maieſtatis. Concupiuit equi- E
dem Rex decorem tuum, & munera, quibus te orna- Pſal.18.
te dignatus eſt, in tuum amorem eius inclinauerunt Pſal.44.
affectum, emet te in muneribus ſuis. Si enim habes
aliquod bonum, illud debes intelligere Dei donum.
Verbum Apoſtoli eſt: Quid habes, quod non accepi- 1.Cor.4.
ſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non accepe-
ris? Si de aliquo gloriaris quaſi illud à te ipſo, & non
à Deo acceperis, furaris Deo quod ſuum eſt; honorem
alterius tibi rapis: & te in alienam gloriam præſum-
ptuosè intrudens, habes quidem gloriam, ſed non
apud Deum. Vide ergò, ne vnquam tibi obrepat ingra-
titudinis nota, recole inceſſanter te tua iniquitate per-
ditam; ipſius miſericordia reparatam. Stude illi place-
re modis omnibus quibus potes, qui te talem facere
dignatus eſt, vt placeres. Viuens te ipſam agnoſcere,
vt tui gratiam Creatoris in tuæ plenitudinis inſpe-
ctione probares; porro oculus cuncta videns ſe ipſum
non videns, ideo faciem cordis tui quandoque in ſpe-
culo Sacræ ſcripturæ, quandoque in ſpeculo propriæ F
rationis, ne tuæ facias iniuriam dignitati. Quod equi-
dem facies, ſi vis tibi te obiectiua proponere, & ea
quæ decorem imaginarium, & vmbratilem habent, ti-
bi, quæ in veritate pulcherrima es, coæquare. A tua
dignitate nimis enormiter & ignominiosè te deiicis
ſi tranſitorias, & inanes rerum pulchritudines appe-
tis, aut miraris. Mundus nimirum propter te factus eſt,
ideo mundum non ames; quia mundus non eſt te di-
gnus, cum ſis eo longè dignior; & Sole, & Luna, &
omnibus creaturis. Omnia quippe temporali ſuæ pul-
chritudinis defectus agnoſcunt; tu nec labore deficis,
nec palleſcis ægritudine, nec marces ſenio, nec morte
tabeſcis. quocirca ſi aliquid diligis in hoc mundo, qu-
cumque tibi ſubiectus eſt, humana temeritas eſt; niſi ea
diligere velis, vt tibi ſeruientia, vt munera ſponſi, vt
amici venia, vt beneficia Domini: nec iſta diligas
cum illo, ſed propter illum, illum propter iſta, &
ipſum diligens ſuper iſta. Degenerabis equidem in
amorem meretricium, ſi plus amas dantis munera, G
quàm amantis affectum; donanti quidem iniuriam fa-
cis, imo & meretricabili turpitudine dehoneſtas, ſi re-
cipis dona, & dilectionis viciſſitudinem non rependis.
Ipſum ergo dilige propter ſe; & omnia, propter
eum, done ipſius diligite, te illi, & illum tibi diligere
ipſum, vt eo fruaris, vt in eo pauſas affectionis tuas.
Et cùm diligetis feruentiùs, affectuoſiùs diligatis. Hic
amor ſanctus eſt, nihil habens ſordidum, vel impu-
rum, ſed in Dei recordatione dulciſſimus, omnis mun-
di ſupergrediens delicias, & quodammodo ex natura
ſuæ ſubtilitatis æternus: Illud aut iugi memoria te-
neas, quòd quanto differentiæ præeminentior eſt eſ-
ſentia eius fragilitate humana, tanto ſuauius, & in-
comparabiliter dulcius & delectabilius diligit atque
diligitur, quam Angelus, quàm homo, vel aurum, ſeu
argentum, ſeu lapis pretioſus, vel ſcius, vel libertas
vel quæcunque alia quibus corda hominum diſtrahan-
tur. Nec te ab eo minus diligi credas, ſi quibuſdam ani-
mantibus terræ tecum pariter beneficium Solis, & Lu- H
næ, & cætera gratiæ ſuæ dona communicet, nimirum
quæcunque illis donata ſunt, propter te donata eſſe
non dubites: vt enim tibi ſeruiant vniuerſa, ipſa de di-
uina bonitate neceſſaria ſibi dona recipiunt, ſine qui-
bus eſſe, aut ſeruire non poſſunt. Nunquid ideo vide-
retur circa te dilectio ipſius intenſior, ſi tibi ſoli om-
nia contuliſſet? Nunquid beatior eſſes, ſi ſola habita-
res in mundo, & omnia quæ in eo ſunt, ſine vllo ſo-
cialis vitæ ſolatio poſſideres? quod ſi etiam de malo-
rum hominum ſocietate cauſaris, ſcias proculdubio,
quod ſicut tibi, & malis hominibus cætera ſeruiunt,
ita malorum hominum vitam facit diuina diſpenſatio
in tuum militare præſidium. Malorum ſiquidem ſocie-
tate ij qui boni ſunt melius exercentur, docentur
etiam effectare virtutes, & alia dona Dei, quibus ipſi
carent: & quæ longè meliora ſunt, quàm omnia quæ
cum iniuſtis hominibus poſſidentur. Denique cùm vi-

dcant

A Tom.8. daant malos reuerti interitum, de ſuæ ſalutis expectatione creſcit eorum affectus in Deum & te Diuinis muneribus locupletem, quorum cum impiis nulla ſequitur exhibitio gratiarum. Cum ergo tibi omnia cooperantur in bonum, cum mali tibi exemplo, & boni ſolatio fiant, non reputes minus à Deo diligi, quia ſingulariter ſe non amat; qui tuoe quadam amoris ſingularitate te diligit, dum & bonos, & malos in vſum ſuæ vtilitatis inflectit, cùmque iure ipſo & debito caritatis voluerit omnes alios æternæ beatitudinis eſſe participes, tua bona voluntas, bonum alienum tibi proprium facit. Et Spiritus Sancti communicatione beatitudini tuæ omnium beatitudo accreſcit. Fit igitur amor ex ipſa communicatione ſingularis, dum nihil ex plurium participatione minuitur, & diffuſus in omnes totus in ſingulis reperitur. Te vtique vſque ſingulariter diligit; qui nihil ſine te diligens alia propter te diligit: licet enim amor diffundatur in plures, tamen eſt in ſingulis totus; Vt omnes vnice diligens ab B omnibus vnice diligatur: proptèrea hic amor vnicus, non priuatus, ſolus, non ſolitarius, communis non proprius, nec vſu deficiens, nec tempore, nec participatione deliteſcens. Repone igitur in theſauro memoriæ, ac recole hicellanter, quæ tibi à Deo donata Verge. ſunt, vt nec de non primitias, nec vnquam ſuper acceptis eius beneficiis in gratiarum actione lenteſcas. Si recenſeas diligenter effuſam, & indefeſſam circa te magnificentiam gratiæ Dei, licet ipſe ſit generalis omnium diſpenſator, videbis tunc eum circa commoditates tuas quaſi totum, & ſingulariter occupatum. Quocunque te vertas, tibi ſollicitus, & diligens promitor aſſiſtit. In tentationibus, & in meditationibus, in verbis, in conſiliis, in operibus, in aduerſis, foris, & intus eius gratia, in omni tribulatione remedium; Sanat infirmam, reducit erroneam, corripit delinquentem, conſolatur afflictam, erigit lapſam, triſtem lætificat, nec diu vacillare ſuſtinet diffidentem. Illud anima mea, tibi tanquam animæ conſulo, ſicut aliàs me recolo monuiſſe, vt primitias tuæ exiſtimationis C attendens, iugi ſcrutinio, & ſollicita meditatione reuolvas, quòd ſpecioſam te fecit, quòd multiplices gratiæ dotes adiecit, quòd cum poſtea per te fœda, & fœtida facta eſſes, ipſe pius & miſericors gratuita benignitate ſua tuæ aduerſioni compatiens, ſicut te non exiſtentem dilexit, vt conderet, ita te conditam, ſed perditam ſua gratia reparauit. Loquitur in Iſaia fons miſericordiæ dicens, vulgo dicitur, mulier ſi dormierit cum altero viro, nunquid reuertetur ad ſuum priorem? tu autem fornicata es cum amatoribus multis, reuertere tamen ad me, & ego ſuſcipiam dicit Dominus. Qui te integram & illibatam creauerat, tibi multiplices gratiæ dona ſponſalitia liberalitate contulerat; tu verò amatoribus adhærens, dediſti ſponſo tuo libellum repudij, tuam integritatem expoſuiſti corruptoribus, & illicitos amplexus affectans diuaricabas pedes tuos ſpiritibus immundis. Tandem frons meretricis tibi facta eſt. Noluiſti erubeſcere, ſed animo ad illicita tuens, te ipſam deuoluebas in abyſſum damnationis æternæ. Ipſe verò tam excelſus, tam admirabilis, D tam præpotens, tam inſignis, poſt lapſum adeò damnabilem oculo miſericordiæ te proſpexit. Ipſe vt te de luto fœditatis erigeret, de ſuæ gloriæ majeſtate deſcendit: & vt tuæ corruptionis ignominiam abolaret, pro te dira, ignominioſa ſuſtinuit. Et vt multa paucis includam, vt te liberaret à morte, damnatiſſimæ ſe morti obtulit. Nec expreſſius, nec fideliùs, nec dulcius, nec benigniùs exhibere potuit, quanto te diligeret caritatis affectu. Tunc etiam tuæ præuaricationis oblitus refundit tibi gratiam, quam amiſeras; reintegrat amorem, quem corruperas, nec ſua beneficia tibi, nec tuos exceſſus improperat. Immo ſi ei humiliter, & fideliter adhærere digneris, accumulabit gratiam, vt pulchrior quam vnquam fueris, & purior fias. Et quanta ſit circa te dilectio eius, ex tui lapſus reparatione cognoſcas. Scies quantum fructuoſum ſit eum diligere, qui tam ineffabiliter bonus, & incomparabiliter E manſuetus, quod nunquam fortaſſe ſine tanti periculis experientia didiciſſes: ſenties te ex infirmitate fortem, ex caſu ſtabilem, tandem ex periculo ſecuram, ex infœlicitate fœlicem. Quocirca adhuc, & iterum tibi vſque ad nauſeam replicabo, vt aſſiduè cogites, quanta tulerit tantus pro te tantilla, & tam perdita. Sanguinem, & mortem ſuam poſuit pretium ſuum, cùm ſit eius ſanguis inpreciabilis, & mors eius æſtimationis non recipiat modum. Illud etiam ſuper omnia te cauere oportet, vt non arrogantet de ipſius effuſa liberalitate præſumat. Sed continuè recolas, qualiter te in lupanaris opprobrio proſtitutam ab immunditiis ſanguine ſuo lauit, ornauit, integritati tuæ reſtituit. Amorem ipſius violentem reintegrauit. Licet autem faciem eius non videas, ipſum tamen tibi ſemper eſſe præſentem non dubites. Vide ergo ne aliqua indecantia tui oculos præſentia offendas. Et ſcias indubitanter, quòd qui te dilexit turpem, pleniùs diliget ſpecioſam. Indue F te ergo quæſo veſte innocentiæ: orna te quaſi veſte polimita varietate virtutum. Et qui te æmulo fidei ſubarrauit, in te odorata lætetur aromata gratiarum. Dilige quæſo te, tota Dominum & ſponſum tuum, viam tutam, ſolatium tuum, conſilium tuum, auxilium tuum. Denique dilige illum; illum qui tibi eſt, quicquid optabile, aut amabile eſſe poteſt. Dilige eum caſte, deuotè, ſanctè, non verbo, nec lingua, ſed opere, & veritate. Quære in amore tuo non quæ tua ſunt, ſed quæ Domini. Sic enim diligere nos docebat Propheta cùm diceret, Confitemini Domino, quoniam Pſ.105. bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. De illo Pſal.48. autem qui quærit quæ ſua ſunt, ſcriptum eſt, Confitebor tibi cùm benefeceris mihi. Sic ergo totam te facies in eum, ſic amando tota tranſeat in amatum, vt tui oblita, factaque apud te tanquam vas perditum, viuas in Chriſto, & à te ipſa deficias, vt poſſis dicere Pſal.-8. Pſal.25 cum Propheta, Defecit cor meum, & caro mea Deus in æternum. Domine, Deus meus tibi dixit cor meum: exquiſiuit te facies mea, sed quando fiet hoc, Deus? G Quando venies anima mea, & apparebis ante faciem Dei? Quando ſiniſtra in dextera conuertetur? Quando te ſponſus exhibebit non habentem maculam, nec rugam: cùm fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei, cùm templum ſanctum quod tu es, ornabitur coronis aureis: cùm majeſtate Dei replebitur omnis terra, cùm tibi exultanti in conſpectu Dei, & delectanti miniſtrabit Pſal.71 tranſiens, dico ab illa ſpecie corporali, quam Apoſtolis ſuis exhibuit ad illam gloriæ ſpeciem, in qua eſt coæqualis, coæternus, & omnipotens Deo Patri. Te itaque in ſpe, & expectatione futurorum iugiter exerceas votis ac deſideriis; ac de perceptione præſentium ſit apud te gratiarum actio, & vox laudis, habeas memoriam filij Dei pro tua miſeria, & ſua miſericordia crucifixi. Vnicuique moleſtiſſimum videretur, ſi compari ſuo magnum impendiſſet obſequium, & ſuper beneficij exhibitione inueniret ingratum. Quid ergo faciet Dominus majeſtatis, ſi nos qui cinis, & pulu͏is ſumus, tantæ miſericordiæ ingratos inuenerit? Si enim H aliquem indurat, iudicat, & condemnat: non ab eo eſt, ſed à nobis. Licet enim cui vult miſereatur, & quem vult induret, ipſe tamen, cui proprium miſereri ſemper, & parcere, & ſuas miſericordias coronat in nobis, & malitias noſtras punit. Ipſe nimirum pater miſericordiarum per Prophetam loquitur dicens, Nunquid voluntas mea eſt mors impij & non magis vt conuertatur, & viuat? Recole, recole, quod Deus Dei vnigenitus pro ſalute tua inclinauit cœlos, & deſcendit, vt te de luto fecis erigeret, quodam artificio ineffabili manendo quod erat: vſque ad vagitus infantiæ, vſque ad liuores, & vulnera paſſionis, ſe à ſua majeſtate depoſuit. Moyſes Æthiopiſſam duxit, ſed in ea pellis nigredinem non mutauit. Te filius Dei reperit multiplici peccatorum turpitudine denigratam lachrymis ſuis, & baptiſmo ſuo, tandem cruoris vnda celauit, & ſibi exhibuit glorioſam. Scis ne ambigere potes, Ezec 33. Pſal.50. Num.12.

A quanto ſponſo tuo ſis inferior genere, ſpecie, & digni-
tate? Vnde igitur tibi tantus & tam inæſtimabilis ho-
nor, quod te ſibi dignatus in ſponſam eligere, per
quem omnia facta ſunt, qui habet poteſtatem vitæ &
mortis, Rex cœli, & terræ? ſplendor, & imago ſub-
1.Pet.1. ſtantiæ patris, in quem deſiderant Angeli reſpicere,
cuius pulchritudinem Sol, & Luna mirantur, creator
vniuerſitatis, Angelorum deſiderium, Deus gloriæ, &
Dominus maieſtatis. Vnde hoc tibi quod te recipit in
ſociam gloriæ, & conſortem regni, participem thala-
mi? quem cùm tetigeris, caſta es, cùm cognoueris, de-
cta es, cùm videris, beata, & cùm frui eo poteris, glo-
rioſa. Fac ergo confidat in te cor viri tui: obliuiſcere
populum, nec mentem tuam declines ab eo, vel etiam
ad momentum: ſtat Angelus Domini, qui ſecet te me-
diam, ſi alienum amatorem receperis: Si ergo eum re-
puerit amor tuus, ſi te in medicum inde ceptam exhi-
bueris, vel ingratam. Recole quanta tibi fecerit Deus,
attraxit te ad thronum gratiæ ſuæ, denuo ad thronum
B gloriæ prouecturus, quæ non audebas de ſcabello pe-
dum aut de venia cogitare. Quàm affectuosè, quam ſin-
cerè, quam ſuauiter, quàm dulciter Deum diligere te-
Deut.6. nearis. Dominus per Moyſen (ait) dicens. Diliges Do-
Matt.22. minum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ani-
Marc.12. ma tua, ex totis viribus tuis. Hoc Dei præceptum exa-
Luc.10. ctiſſimam obſeruantiæ vtilitatem ſibi habet implici-
tam. Poteſt equidem aliquis excuſare quod vigilare, ie-
iunare, aut laborare idoneus non ſit, ſed nullus excuſa-
re ſe poteſt, quòd amare non poſſit. De virginitate di-
1.Cor.7. citur conſilium, non præceptum; Qui poteſt. De virgi-
Matt.19. nibus quidem præceptum non habeo: conſilium do.
Caritas autem à Deo præcipitur, ipſiuſque præceptum
fortiter, & enixè, & ſub intimatione pœnali cordibus
Pſal.118. humanis indicitur. Mandauit & quidem hoc mandatum
Dominus cuſtodiri nimis, & vt ipſe cordibus noſtris
altiùs quaſi clauum infigeret, velut crebros ictus ſæpius
inclinauit prius vt diligeremus ex toto corde, poſtea
ſubiungit, quod ex tota anima: demum adiicit, quòd ex
tota virtute noſtra. Vel quaſi clauus, aut ſtimulus eſt hoc
C præceptum. Nam ſicut Salomon dicit, verba ſapientiæ
Eccl.12. ſtimuli ſunt, & quaſi claui in altum defixi. Nónne pluſ-
Hebr.4. quàm ſtimulus eſt, aut clauus ſermo Dei viuus, & effi-
cax, & penetrabilior omni gladio ancipiti? Sane duritia
cordis noſtri hanc exigebat inculcationis inſtantiam: vt
præceptum ad noſtrorum cordium interiora tranſiret,
ſicut duro ſtipiti clauus crebra percuſſione infigitur, do-
nec interiùs adigatur. Expediebat etiam nobis, quorum
corda mundanus amor infecerat, & interiores animæ
latebras obtinebat, vt eiiceretur de omnibus cordis cel-
lulis: vt etiam princeps mundi huius eiiceretur foras,
exulans à corde noſtro, vt in Deo maneret, & Deus in
Pſal.39. eo. Sed quis totum cor ſuum habere confidat, cum Pro-
pheta de corde ſuo conqueratur, & dicat, Multiplicaſti
ſuper capillos capitis mei, & cor meum dereliquit? Et
iterum tui cordis recuperationi congratulans, inuenit
(Inquit) ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret te oratione
hac. Sæpe in libro experientiæ legimus, quomodo à
corde noſtro relinquimur. Nunc eſt nobiſcum, nunc
D alibi, nunc auolat, nunc recurrit, & in ſola lubricitate
manens, in nulla vnquam ſui ſoliditate ſubſiſtit. Quo
modo igitur diligam toto corde, qui à toto corde meo
excidi? aut quo modo cor meum habere valeo totum,
niſi Deus fecerit meum? Nihil equidem de corde meo
habiturus ſum, niſi quantum Deus fecerit meum. Porrò
ſi omnes affectus, & Intentiones, ac motus mei cordis,
Deo adiuuante, in ipſum dirigerem, fixóſque in eo im-
mobili deuotione tenerem, inſuper & medullas animæ
meæ ille cœleſtis ignis accenderet, de quo Propheta
Thren.1. commemorat: Ignem miſit Dominus in oſſibus meis, &
erudiuit me, liberum forſitan eſſet mihi toto corde dili-
Pſal.138. gere. Nunc autem imperfectum noſtrum videant oculi
tui Deus, vt ſi quantum debemus non datur nobis dili-
Luc.1. gere, ſaltem quantum poſſimus diligamus. Si recolamus
beneficia Dei: non equidem tantum, in quibus per car-
nis diſpenſationem viſitauit nos oriens ex alto, ſed quo-
tidiana, & ferè continua, quibus nos in anguſtia, & af- E
flictione ſpiritus conſtitutos, pater miſericordiarum aſ-
ſiduè conſolatur. Quis enim vnum pro mille repende-
re, aut reddere poſſit, qui tot miſerationes inculcans, &
ingerens, & in omnibus vobiſcum magna faciens, tam
crebris munificentiis obruit, & confundit? Vt ergo cor
noſtrum totum in gratiam ſuæ dilectionis alliciat, &
ab amore mundi nos prorſus auellat cum amicis ipſius;
& hoc docet nos ſacra eruditio, Cor noſtrum ad amo-
rem ſuum paterna lenitate inuitat. Quod enim præci- Deut.6.
pimur Dominum diligere ex toto corde noſtro, ex to-
ta anima, & ex tota mente, perinde eſt, ac ſi inſtruat
Deus diligere ſe dulciter, prudenter, & fortiter.

QVOD SICVT DILIGENDVS EST DEVS In beneficiis ſuis dulciter, ſic in ſuis promiſſis prudenter.

DEnique cùm ex toto corde diligendus ſit Deus in F
beneficiis, ſicut in ſuperiori tractatu perſtrinxi-
mus, ſic eum tota anima in ſuis promiſſis amare tene-
mur. Ille quidem qui veritas eſt, qui ſeruare nouit, & Ioan.14.
vult, & poteſt: promittit nobis requiem à labore, ſecuri-
tatem à timore, gaudium à mœrore, reſurrectionem à
morte, vitam æternam à tranſitu huius vitæ. Promittit Matth.5.
regnum cœlorum, refectionem in menſa patris; pro- 7.19.25.
mittit quod nec in cor hominis aſcendit, ſicut iurauit 1.Cor.2.
ad Abraham patrem noſtrum daturum ſe nobis. In om- Luc.1.
nibus promiſſionibus ſuis excitat deſiderium noſtrum,
vt ad ipſius promiſſiones, quæ omne deſiderium ſupe-
rant, tota animæ poſſibilitate curramus: licet enim ſine
modo debeat eſſe ad hoc hominis deſiderium, tamen ex
defectu hominis in ſe recipit modum, quod deſiderium
circa Dei promiſſiones modum excedat, non habet hic
exceſſus exceſſum. Et hæc eſt impatientia commenda-
bilis, dum ſpes differtur cruciat animam: & amor ex
deſiderio iuge recipit incrementum. Quemadmodum, Pſal.41.
inquit, deſiderat ceruus ad fontes aquarum, ita deſide-
rat anima mea ad te Deus. Apoſtolus autem, etiam pa- Philip.1.
tientiæ impatiens: Coarctor, inquit, ex duobus: deſide-
rium habens diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Multò enim
melius permanere in carne neceſſarium propter nos.
Sponſa etiam deſiderio ſponſi ardenter & impatienter
exæſtuans, atque cœleſtium virtutum ſanctorúmque
precibus ſuos commendans affectus: Adiuro vos, in- Cant.5.
quit, filiæ Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum, nunciate
ei, quia amore langueo. Et notandum quod amor qui
procedit ex deſiderio promiſſorum, proprius eſt ani-
mæ. Nam in ſanctorum deſideriis hæc affectio animæ
frequenter exprimitur. Vt eſt illud: Concupiſcit & defi- Pſal.83.
cit anima mea in atria Domini, & Item: Sitiuit anima Pſal.41. 61.
mea ad te Deus: & in alio Propheta: Nomen tuum, & Eſai.26.
memoriale tuum in deſiderio animæ. Anima mea deſi-
derauit te in nocte: ſed & ſpiritus meus in præcordiis
meis.

QVOD DEVS IN SVIS IVDICIIS SIT Diligendus fortiter.

SIcut autem ex beneficiis Dei procedit affectio, qua H
Deum toto corde diligimus, vnde deſiderium ſur-
git, quo mediante, Deum tota anima affectamus, ſic ex
iudiciis Dei cauſam & initium habet amor, quo Deum
tota virtute, totiſque viribus, id eſt, fortiter & con-
ſtanter amamus. Eſt enim iudicium Dei deſiderabile
(Inquit Dominus) capere capiat. Et Apoſtolus, iuxta Pſal.118.
illud: Aſpice in me Domine, & miſerere mei ſecun-
dum iudicium diligentium nomen tuum. Et eſt iudi-
cium terribile; de quo dicitur: Non intres Domine
in iudicium cum ſeruo tuo. Ex hoc horrendo iudicio Pſal.142.
nemo Deum diligat, aut ſe ipſum. Deus itaque iuſtiſ-

A ſimo iudicio ſuo quibuſdam hic miſeretur, non miſerturus in futuro: quoſdam autem flagellat tanquam iratus, vt ita & flagellum ipſius afflictis Pſal.80. ſit in gratiam. Dimittit illos ſecundum deſideria Pſal.68. cordis eorum, vt eant in adinuentionibus ſuis, vt iniquitatem iniquitati apponant; Et qui in ſordibus ſunt Apoc.22. plus ſordeſcant. De hac miſeria, & de hac ira Propheta Pſal.188. loquitur dicens: Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc, & Pſal.89. intelliget miſericordias Domini? & idem: Quis nouit poteſtatem iræ tuæ? aut præ timore tuo iram tuam dinumerare? O quam magnificata ſunt opera tua, Deus! Pſal.91. nimis profundæ factæ ſunt cogitationes. Vir inſipiens non cognoſcit: & ſtultus non intelliget. Propterea Prou.1. proſperitas ſtultorum perdet eos. Quod ſi à Domino corrigantur, neque mundantur, nec emendantur, ſed eſt emendatio eis ſuæ deſtructionis occaſio, iuxta illud: Pſal 88. Deſtruaiſti eos ab emendatione. Illi inter flagella Dei murmurant & blaſphemant, & pœnis præſentibus pœnas gehennales accumulant. Sancti verò Domini flagella ipſius diligunt propter Deum. Gratias etiam agunt B Deo de iudiciis eius: ſe accuſantes, & cum Propheta dicentes: Omnia quidem feciſti, quia peccauimus tibi: ſed Dan 3. da gloriam nomini tuo. Talibus conuenit illud Pro- Pſal 96 pheticum, Exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine. Sunt qui non ſolùm iudicia Dei ſuſtinent patienter, ſed & ipſi ſe ipſos iudicant, & manum adiuuant, flagellantis, accuſant ſe, & teſtificantur contra ſe ipſos: Rom.5. iudicant, & propriæ ſunt accuſatores conſcientiæ. Iudicium Dei operatur patientes in afflictis: Tribulatio enim patientiam operatur. patientia probationem: probatio verò ſpem: ſpes autem non confundit. Quomodo enim eſſet confuſio, vbi eſt quod omnem ſpem & fiduciam tranſcendit, æternæ ſcilicet gloriæ certitudo? Sub hac expectatione propheta dicebat: Domine in iu- Eſa.115. diciis tuis ſemper ſperaui, & idem. Iudicia, inquit, tua Pſal.18. iocunda: & idem: Iudicia Domini vera: deſiderabilia ſu- Pſal.48. per aurum & lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel & fauum. Cur ergo timebo in die mala? C Conſultius eſt hic puniri, hic nos accuſando & iudicando torquere, quàm incidere in manus Dei viuentis: & in die tremenda damnationis æternæ ſupplicium à terribili & inexorabili iudice expectare.

QVOD PROBATVR CARITAS IN Obedientia mandatorum Dei.

DEvs tota mente diligendus eſt in ſuis mandatis. Vult enim Deus, vt tota mens hominis ita ſe inclinet ad obediendum, vt omnes ſenſus & affectiones ſuas impendat obſeruantiæ mandatorum cœleſtium. Obedire ſiquidem Deo eſt, voluntati eius per omnia conſentire, & ſic, obediendo, viuere: quia vita eſt in voluntate eius. Cùm autem voluntas eius exprimatur in mandatis ipſius, nec Deum quis poteſt diligere, niſi eius diligat voluntatem, conſtat neminem Deum poſſe Pſal 118. diligere, niſi diligat mandata eius. Denique probatio eſt Ibid. dilectionis, ex mandatis Dei, ſi in eis meditamur: ſi ſe- D cundum ea operamur, quod inſinuans propheta: Me- Ibid. ditabor, inquit, ex mandatis tuis quæ dilexi; ecce ſollicita meditatio, &: Leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, ecce diligens operatio: Exercebor, in iuſtificationibus tuis, ecce iuſtificans exercitatio. De meditatione ſcriptum eſt: Quæ præcipit tibi Deus, hæc Eccl.3. cogita ſemper. Cogitentur ſiquidem mandata Dei, quam ſancta, quam honeſta ſint, quam dulcia, quam ſalubria, quam fidelia, & confirmata in ſeculum ſeculi. In eleuatione manuum ſancta operatio deſignatur, cui iuſtus libenter inſiſtit; certus eſt enim quod meritis eius æterna retributio exuberãtiſſimè reſpõdebit. Iugis verò exercitatio, luctam ſibi annexam habet, laborémque continuum: iuſtus autem pugnat, vt coronetur; recepturus ab eo requiem pro labore, qui fingit laborem in præcepto. Eſt itaque probatio caritatis verum ſit vere? ſi homo Dei mandata dilexerit: ſi ei ſcilicet in meditatione, operatione, & operum exercitatione ſeruierit, cui ſeruire regnare eſt. Mandatorum E ſiquidem obedientia nullius eſt meriti, niſi ex caritate procedat. Sola etenim obedientiam præſtat caritas. Ioan.14 Item, qui non diligit, nec mandata cuſtodit. Audi Ibid. eum, qui veritas eſt. Si quis diligit me, ſermonem Ibid. meum ſeruabit: manifeſtè inſinuans, quòd ſi quis diligit, obedit; ſi non diligit, non obedit. Vera ſane Ibid. obedientia inſeparabiliter caritati adhæret, propter quod ſcriptum eſt: Qui offendit in vno, omnium eſt Iac.2. reus, quod in bono mandatorum breuiter exponi poteſt, vt de ſimilibus cenſura ſimilis habeatur. Huic mandato, non occides, ille qui diligit & non occidit, in dilectione obedit: qui verò non diligit & non occidit, mandatum quidem ad litteram facit, ſed non facit ſecundum mentem mandati: quia non diligit. Legem autem facere, non eſt verba legis exterius ſequi, ſed mentem & intentionem legis obedienter implere: quia ergo non eſt ſincera obedientia, quæ ex ima dilectione non fit, non dicitur obedire, qui non diligit, licet non occidat: eo quòd legem opere tan- F tum, & non intentione pura, cuſtodiat. Caritas ſiqui- 1.Cor.13 dem patiens eſt, benigna eſt, in quibus obedientia commendatur: non agit perperam, quia nihil contra conſcientiam facit ſuam, non flatur de beneficiis Dei: non eſt ambitioſa, quia omnem reſpuit dominatum: non quærit quæ ſua ſunt, ſed quæ Chriſti vel proximi ſui: imo etiam ablata non repetit: non irritatur, ad iracundiam, ſubaudi: non cogitat malum, vt malum pro malo refundat; non gaudet ſuper iniquitate, ſubintellige, alterius. Eius enim iniquitas nulla, omnia ſuffert patienter: omnia ſperat dicta vel promiſſa à Deo: omnia ſuſtinet obediendo humiliter. Qui ergo ex caritate obedit, legem mandatorum Dei adimplet, quam ſine caritate aliquis omnino implere non poteſt: ideo eſt ipſa finis legis, mandatorum impletio, & terminus. Perfectæ conſummationis vidi finem latum mandatum tuum nimis: hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ; hæc eſt gloria nobis obedientis à ſpiritu veritatis; qui perhibet teſtimonium G ſpiritui noſtro quod filij Dei ſumus, regenerati in Rom.8. ſpem vitæ per reſurrectionem Iesv ex mortuis. Quam 1 Pet.1. generationem Iohannes Euangeliſta inſinuans dicit: 1.Ioan.5 Scimus quia qui natus eſt ex Deo non peccat; quia cœleſtis generatio, innouatio ſcilicet caritatis, eum ſeruat, id eſt caritas, per quam præuidit Deus, eum fieri conformem imagini ſui filij. Nam & ſi Dauid proditioni adulterium homicidiúmque adiecerit, licet 2.Reg. ſeptem dæmonibus Magdalena laborauerit, licet Pe- 11. trus culpam apoſtaſiæ incurrerit. Caritas vitæ innoua- Marc 16. tio eſt, per quam crucifigitur in nobis vetus homo, Marc. 16. terrenus, carnalis, & animalis. Sic ambitiones, & con- Luc 22. cupiſcentiæ, mala opera, praua deſideria, caritate noua Ioan. 18. faciente noua, euaneſcunt. Nunc autem ſi qua noua creatura eſt, in ipſa vetera tranſierunt.

DE DILECTIONE PROXIMI, Et progreſſu eius.

H CAritas nunquam otioſa eſt: ſemper in alterum ſe porrigit; vel in proximum, vel in Deum. Natura nimirum caritatis eſt, & amare, & velle amari. Luc.12. Sicut enim ignis non poteſt non ardere, ſic caritas non poteſt non amare. Amor ſiquidem ignis eſt: & ideo amare, ardere eſt: ignem, inquit, veni mittere in terram, ignis ſemper ad exteriora ſe porrigit; & incendens alia exterius in ſe creſcit. Sunt equidem homines amantes ſe, & ſuis inſeruientes deſideriis; hi mortui ſunt viuentes, ſicut ſcribit Apoſtolus de vidua, 1.Tim.5 quæ in deliciis mortua eſt, proprium amorem ſeu priuatum Apoſtolus reprehendens: Erunt, inquit, homines 2.Tim.3 ſe ipſos amãtes: ita ſolliciti circa propriã curã, vt de proximi vtilitate non curent. Dilectio ſanè ſe transfundit in

A alium, quia eſſe ſolitaria dedignatur. Nam vult com-
municari alij, ne ſit ſola. Quia igitur illo ſummo
& beatiſſimo bono, cùm illud obtinuerimus, vnuſ-
quiſque pro ſua capacitate fouetur: capaciores autem
erunt omnes ſimul, quoniam ſingulariter, ſi per ſe
cenſeatur, proculdubio cumulatior erit illa fœlicitas.
Sed quod plenè habere in ſe non poteſt, habere poſſit
in altero. Verùm habere ſuum, vel facere bonum in al-
terius, in eo delectet. Sed nec bonum in altero dili-
git, niſi alterum ipſe amet. Congrue igitur, ſecundo
præcepto, diuinæ legis auctoritas nos informat: Dili-
Deut. 15. Leu. c. 19. Matth. 5. ges, inquit, proximum tuum. Cæterum quia Deus,
ſumma noſtra beatitudo, eſt fructus & in nobis, at-
que in proximo, ideo ipſe ex toto diligendus eſt tibi,
vt diligas eum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua,
Mat. 22. Marc. 12. & ex omni virtute tua. Propterea, quia de fœlicitate
proximi tantùm gaudebis, quantum de propria, rectè
ſubiungitur: Diliges proximum tuum ſicut te ipſum.
Duo igitur nobis diligenda ſunt ad fruendum, Deus
B & Proximus: diſſimiliter tamen, Deus, vt eo fruamur
in ſe ipſo, & propter ſe ipſum; Proximus, vt ipſo
fruamur in Deo, & propter Deum. Proprie autem di-
citur, Fruamur Deo, proximo autem, improprie, licet
Ad Philem. Apoſtolus ad diſcipulum dicat: ita ego te fruar in Do-
Ioan. 1. mino, cùm autem ſcriptum ſit: Deum nemo vidit vn-
1. Ioan. 4. 1. Tim. 6. quam. Deus tamen qui lucem habitat inacceſſibilem,
noſtris cordibus ſæpe aliquantulum ſuæ lucis elemen-
ter infundit, cùm ipſe ſit caritas, per Spiritum San-
ctum ſe nobis pro modulo noſtræ infirmitatis inſi-
Pſal. 35. nuat, cùmque de illo ſcriptum ſit: Domine apud te
eſt fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, ipſe
nihilominus eſt fluuius, cuius impetus lætificat ciuita-
Pſal. 45. Cap. 65. tem Dei, ipſe per Iſaiam Prophetam dicit, Ecce ego
declino in vos, vt flumen pacis, & vt torrens inun-
dans gloriæ gentium. Et quæ eſt hæc ciuitas, quam
fluminis impetus lætificat, quæ à voluptatis & gloriæ
torrente potatur, niſi eorum communio, quorum
vnum cor & animam vnam facit Deus in glutino ca-
Matt. 22. ritatis? Diliges, inquit, proximum tuum ſicut te
C ipſum; ac ſi dicat, dilige conſortem tuæ naturæ, qui
tibi futurus eſt conſors gloriæ meæ. Dilige te ipſum
in altero; agnoſce te in imagine mea, & propter me
miſericorditer age cum proximo tuo, ne tibi apud me
miſericordiæ aditum intercludas. Quocirca Deus bo-
norum noſtrorum non indigens, nobis delegauit pro
ſe fratres & proximos noſtros, quibus quaſi eius vica-
riis beneficia impendamus, qui ſi egeret, eiſdem exhi-
bere vellemus. Quomodo enim quis Deo, qui nullo
eget, & quem videre non poteſt, impendit miſericor-
diam, ſi fratri, qui indiget, & quem videt, compaſſio-
nis affectum non exhibet? Prius equidem diligebat ſe
homo propter ſe, & erat carnalis hic amor: prius enim
quod animale, deinde ſpirituale, ideo autem hic amor
Epheſ. 5. carnalis eſt, quia nemo carnem ſuam odio habuit. Por-
rò ne de cætero hic amor euagetur in malum, apponi-
tur ei frenum temperantiæ: & indicitur ei præce-
ptum, quo conſortem naturæ diligat, vt ſe ipſum.
Quantum ergo homo ſe ipſum diligat, dummodo pro-
D ximum in menſuram eiuſdem dilectionis admittat. Exi-
git autem amor proximi idem velle, idem diligere,
idem appetere, & omnibus ſecundum Deum in mutuis
voluntatibus conſentire.

QVOD IN AMORE PROXIMI DEBET
Omnium eſſe plena communio.

EST equidem in vera proximi caritate plena com-
munio. Siue enim aliquid quod deceat communi-
cari, quis habeat, vel non habeat, tum caritas illud ha-
benti & non habenti communicat. Quod ſi habet,
commune facit aliis, & amat in aliis, quod non habet.
In aduerſis etiam ſpecialiter habet locum voluntatum
communio, per quam efficitur vtriuſque vnius neceſ-
ſitas; vt cùm vnus patiatur dolendo, patiatur & alius
E condolendo. Gratia ſiquidem Domini noſtri Ieſu Chri-
2. Cor. 13. ſti & caritas Dei, & communio Sancti Spiritus, iſtos
mutuæ communionis affectus operatur in nobis. Nec
enim caritas ſine communione eſt, nec ſine commu-
Rom. 5. nione, Spiritus Sanctus. Caritas autem diffunditur in
cordibus electorum per Spiritum Sanctum, qui datus
eſt eis.

QVOD SANCTA COMMVNIO MANAVIT
A Deo in Angelos & homines.

DE hac ineffabili vnione, de qua filius dicit: Ego
Ioan. 10. & pater vnum ſumus, emanauit quædam commu-
nio in Angelos, in qua per Filium & Spiritum San-
ctum firmati ſunt. Scriptum eſt enim: Verbo Domini
cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eo-
Pſal. 32. rum. Propterea in eis eſt idem velle, idem nolle. Ideo
amantur ſinguli à ſingulis, vniuerſi ab vniuerſis, ad in-
ſtar communionis Angelicæ diffuſa eſt Dei caritas ho-
F minum cordibus per Spiritum Sanctum. Sic enim Do
Ioel. 2. minus per Iohelem quandoque promiſit: Effundam,
inquit, de ſpiritu meo ſuper omnem carnem. Huius
ſpiritus communio procedit in hominum corda, vt ſci-
licet quæ propria ſunt vnius, fiant aliis ex caritate
1. Pet. 4. communia. Quod beatus Petrus inſinuans dicit:
vnuſquiſque ſicut accepiſtis gratiam alterutrum admi-
niſtrantes: Si quis loquitur, ſicut ſermones Dei: ſi-
quis miniſtrat, ſicut ex virtute quam adminiſtrat Deus,
vt in omnibus honorificetur Deus. Ab ineffabili fonte
ſummæ Trinitatis diuinationes accepit iſta commu-
nio. Et in vnitate ſpiritus Dei & baptiſmi, Eccleſia
Epheſ. 4. primitiua fundata eſt. Sicut Apoſtolus breuiter tan-
gens: vnus, inquit, ſpiritus, vna fides, vnum baptiſ-
ma: In hac autem communione ſpiritus fidei & ba-
ptiſmi, erat multitudinis credentium cor vnum & ani-
Act. 4. Ibid. ma vna. Ecce mira vnio cordium, & identitas volun-
tatum. Nec quiſquam eorum poſſidebat aliquid, quod
ſuum eſſe diceret, ſed omnia erant eis communia. Di-
G uidebantur autem ſingulis prout vnicuique opus erat.
Sed quid ſibi volunt iſta communio, & iſta diſtributio?
Si diſtributio erat tibi, quo modo ergo communio?
Nam diſtributio rem diſtributam ei cui datur, appro-
priat. Communia autem habere aliquid proprium de-
teſtatur. Porrò caritas, abhorrens quæ diſtribuuntur,
non vult eſſe propria, ſed vt in communionem tranſ-
1. Cor. 12 eant diſtributa. Teſtimonio Apoſtoli: Diuiſiones gra-
tiarum ſunt, & diuiſiones miniſtrationum, & diuiſio-
nes operationum ſunt. Vnicuique datur manifeſtatio
ſpiritus ad vtilitatem, & vnuſquiſque proprium do-
num habet ex Deo. Alius quidem ſic, alius verò ſic.
Facit autem caritas, vt quod vnuſquiſque accepit, non
ſibi, ſed Deo, ſed proximo accepit: vt non ſuam, ſed
Dei gloriam, non ſuam, ſed vtilitatem proximi, ex
1. Cor. 13. Dei munere quærat. Caritas enim non quærit quæ
ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti, aut in Chriſto Ieſu
proximi ſui. Vides oculo fidei, quòd in illa ſanctiſſi-
ma Trinitate vna eſt virtus, vna eſſentia, quæ tribus
perſonis communis eſt. Perſona verò à perſona pro-
H prietatum ratione diſcernitur. Nec beneficia communio-
nis, aut potius vnionis impedit, quod ſolus pater eſt
pater, vel ſolus filius filius: eſt enim pater non ſibi, ſed
filio, cui de ſua ſubſtantia genito dedit vitam habere in
ſemetipſo. Facit ergo caritas, vt omnia ſint inter pro-
ximos communia; & tunc ſingulis propter proprias
neceſſitates propria ſunt conferenda ſubſidia. Quod
enim vnuſquiſque ſibi recepit, à communionis bene-
ficio non recedit. Habet enim & ſibi & alij quicquid
habet, imo alij amplius, minus ſibi. Intelligant ergo
homines quicquid recipiunt ex dono cœleſtis gratiæ,
non ſuum, ſed omnium eſſe, timeant obeſſe, ſi illud
quod eis à Deo indultum eſt, non faciant in com-
mune prodeſſe. Eis enim gratia obeſt, ſi aliis per
eos non prodeſt. Quòd ſi communicant gratiam,
transferunt eam in Dei gloriam, propterea qui-

Digitized by Google

A cunque communicat donum, & dabitur, & abunda-
bit. Et ſic vere habet id quod habet. Et vero qui ſic
non habet, & id quod videtur habere, auferetur ab eo.
Gratia ſiquidem Dei homini data eſt in creditum, & in
cauſam mutui tranſit. Accipientem enim obligat Deo,
& proximo, Deo ad exhibendam gloriam: proximo
ad gratiam communicandam. Hic eſt iuſtus, qui mi-
ſeretur, & commodat. Homo verò delinquit, ſi contra
pactum dati & accepti, ſeu crediti & mutui venire
Pſal. 36. præſumat. Scriptum eſt enim: Mutuabitur peccator, &
non ſoluet.

QVOD NON EST COMMVNIO
Bonorum ad malos.

HVic fonti, huic ſanctæ communicationi non com-
municat alienus, auarus, aut cupidus, ſeu quiſquis
B eſt fidei Chriſtianæ aut contrarius, aut diuerſus, qui
autem dona Dei communicat, indiuiſos ad proximum
Geſ. 15. conſeruat affectus. Ille, vt columba & turtur. Abraham
ex præcepto Domini diuidente vaccam, & capram, at-
que arietem ponente vtraſque partes altrinſecus, nul-
lam recipit ſectionem. Sit ergo proximum indiuidua
communis affectio, Sic tamen in vnum, quòd ibi non
ſit aſſenſus in malo: Sic diligatur proximus, ne laude-
tur in deſideriis animæ ſuæ. Qui enim peccatorem in
hoc non diligit, proximum bene odit, nam ſicut præ-
diximus, non eſt proximi vera dilectio, ſi non firme-
tur & fundetur in Chriſto. Chriſtus equidem ipſe eſt
noſtræ communionis vinculum: firmans inter nos
Epeſ. 2. vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Et qui, iuxta ver-
bum Iob, facit pacem in ſimilibus ſuis. Ipſe eſt pax no-
1. Pet. 4. ſtra, qui facit vtraque vnum. Conſilio itaque beati Pe-
tri mutuam in nobiſmetipſis caritatem ſtudeamus ha-
bere: quam ſincera beneuolentia, foueat, quam ſimu-
latio adumbret, nec ſuſpicio interrumpat. Hanc ho-
C minum cordibus Chriſtus impriimit: & exemplo con-
Ioan. 15. firmat: Hoc eſt, inquit, præceptum meum, vt diligatis
vos inuicem, ſicut dilexi vos.

QVANTO SIT DVLCIOR AMOR, QVO
Nos diligit Deus, amore, quo eum diligimus.

QVantum præeminentior eſt humanitate diuinitas,
tanto amor Chriſti quem habet ad nos, amore
illo quem habemus ad illum, vel ad proximum, dul-
cior, firmior, atque profundior, violentior, penetra-
bilior, interior, & compaſſibilior, feruentior, atque
ſuauior. Omnes maternos affectus, omnes fratrum
coniugúmve conſenſus, illa quam habet ad nos ex
inæſtimabili caritate, tranſcendit. Ipſe paternæ gra-
tiam leuitatis exprimens in ſe ipſo, fidelem ad ani-
D mam loquitur dicens: amodo voca me, pater meus es
Ierem. 3. tu. Dux virginitatis meæ tu es. Et illud: patrem voca-
Ibid.
Iſa. 62. bis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. Ipſe materna
nos benignitate præueniens: Quemadmodum, inquit,
mater conſolatur filios ſuós, ita ego conſolabor vos,
Iſa. 49. & rurſum: Nunquid poteſt mater obliuiſci infantem
ſuum, vt non miſereatur filio vteri ſui? Et ſi mater
oblita fuerit, ego tamen non obliuiſcar tui. Ipſe in ſe
modum ſupernæ dilectionis aſſumens, animæ fideli ſic
Cant. 4. loquitur: Hortus concluſus ſoror mea, & item: Vul-
Ibid. neraſti cor meum ſoror mea ſponſa. Amicus eſt, cùm
Cant. 5. & ipſa de illo: Talis eſt, inquit, dilectus meus, &
ipſe eſt amicus meus. Sponſus eſt, cum de illo dicitur:
Iſa. 62. Gaudebit ſponſus ſuper te Deus tuus. Hoc ergo ſen-
Matt. 12. tiamus in nobis, quod in Chriſto Ieſu, qui extendens
manus in diſcipulos ſuos, vocat eos fratres, & quod
amplius eſt, matrem, & patrem, atque ſoro-
rem, omnem ſcilicet qui humiliter, qui ſanctè,
qui caſtè, qui ſocialiter eius, aut proximi fecerit E
voluntatem. Marc. 3. Luc. 8.

QVOD EX MVTVO MEMBRORVM
Noſtrorum obſequio in amorem proximi erudimur.

ILlud etiam in proximi dilectione notetur atten-
tius, quod ipſa natura corporis noſtri ad mutuæ ca-
ritatis etiam obſeruantiam nos informat. Multi enim Rom. 12
vnum corpus ſumus: alter verò alterius membra.
Vnus autem ſpiritus vniuerſa membra viuificat, eo-
rúmque compages mutuis obſequiis, & alterna com-
paſſione conciliat. Oculus non ſolummodo ſibi videt,
ſed dirigit greſſus pedum. Os non ſibi ſoli comedit,
nec ſtomachus ſibi ſoli digerit, ſed vtrunque com-
muni membrorum vtilitati deſeruit. Lingua, ſi quod
membrum læditur, moleſtiam illius, compaſſione, F.
ſuam faciens, lædentem redarguit, dicens, quid me læ-
dis: cor de communi vtilitate ſollicitum, conſilia
membris omnibus profutura diſponit. Manus, quæ nec
famulari quandoque membris abiectioribus erubeſ-
cunt, ſe in vſum publicæ vtilitatis exercent. Quod ſi
manus vna, caſu aliquo forte lædat alteram, illa quæ
læſa eſt, non repercutit, nec ſe erigit in vindictam. Ma-
nus autem quæ lædit, quaſi ſe ipſam accuſans, remedia
meliora, quæ poteſt, læſæ ſorori apponit: ex humili-
tate & ſolicitudine ſua ſibi indulgeri poſtulat: & om-
nem ſuſpicionum malitiæ, ſtudio ſollicitæ compenſa-
tionis eliminat. Si manus oculorum obſequio vibra-
tum in aliud membrum ſenſerit gladium imminen-
tem, ipſa ſuum minimè diſcrimen attendens, plus alij
quam ſibi timens, gladium excipit: Et vt alij parca-
tur, ipſa ſibi non parcit. Sit ergo in nobis lex illa com-
munionis, quæ in membris noſtris ſcripta eſt, vt vnus
Spiritus nos omnes, quaſi vnum corpus viuificet, vt
per veram cordium vnionem maneamus in Deo, & G
Deus in nobis, quatenus omne corpus per nexus, &
iuncturas, membrorumque compages creſcat in men-
ſuram plenitudinis Chriſti.

QVOD EX PRÆCEPTO DEI TENEMVR
Diligere inimicos.

INter proximos diligere præcipimur inimicum, &, Matth. 5
quod præcedentibus aduerſari videtur, odio habere Luc. 6.
amicos, quod mirabili artificio caritatis diſpenſatio
diuina decreuit, vt ſcilicet voluntas hominis, quæ
prompta in odium inimici, mandatæ dilectionis im-
perio refrenetur: Et quæ nimis prompta erat ad dili-
gendum amicum, cenſura Diuinæ legis, quæ amico in-
dicit odium temperetur. De virginitate, de eleemoſy-
na, de humilitate, de poſſeſſione dimittenda & danda
pauperibus, de viſitandis infirmis & de aliis operibus
miſericordiæ conſilium habemus à Domino, & de his,
licet adiunctam quandoque vtilitatem non habeat, re- H
tributionem expectamus æternam. Veruntamen de
inimici dilectione, certo & expreſſo decreto Dominus
in Euangelio nos aſtringit: Ita quod ſi quis inimi-
cum odit, diuinæ legis præuaricator exiſtit: Diligite, Matth. 5
inquit, inimicos veſtros: benedicite iis, qui oderunt Luc. 6.
vos: Et orate pro perſequentibus & calumniantibus
vos. Et modum mercedis adiungens: Vt ſitis, inquit,
filij patris veſtri qui in cœlis eſt, ſumma bonitas Deus.
Pro cuius amore vim tuæ voluntatis facere te oportet:
Vt ſicut ipſe ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos &
malos, ita eodem oculo gratiæ amicum & inimicum,
pro ipſo, reſpicias. Si autem eum diligas, quia te amat,
lex amicitiæ hoc exigit. Si amicum pro Chriſto amas,
hoc cedit ad meritum: Sed tanto differentius & emi-
nentius mereris gratiam Dei, ſi tuæ pro Chriſto impe-
rans voluntati, inimicum diligis propter Deum. Audi

quid

A Matth. 5. quid Veritas in Euangelio dicat: Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nónne hoc publicani faciunt? Sed & vrſi, & leones, & lamiæ circa ſuorum dilectionem, natura inſtruuntur. At ſi Chriſti diſcipulus es, aut profeſſor, malefacientibus benefacere, & orare pro perſequentibus te oportet. Exigunt enim ordo cæleſtis iuſtitiæ, & Diuinæ, & gloriæ æqualitatis, vt qui tam illuminati ſunt à ſole iuſtitiæ, vtentur & illuminent eorum aduerſarij, & qui tenebræ ſunt, fiant lux in Domino iuxta orationem Prophetæ dicentis: Quoniam illuminas lucernam meam Domine, illumina tenebras meas. Paulus dicit: Nemini Pſal. 17. Rom. 12. 1 Petr. 2. malum pro malo reddentes, nec maledictum pro maledicto. Chriſtus, teſte beato Petro, pro nobis paſſus, nobis reliquit exemplum, vt ſequamur veſtigia eius. Ipſe pro ſuis crucifixoribus exorauit. Pater, inquit, ignoſce Luc. 23. Act. 7. illis, quia neſciunt quid faciunt: Hæc veſtigia ſecuti ſunt tam Iacobus & Stephanus, quàm etiam alij, qui inter anguſtias mortis, occiſores ſuos totis præcordiis B animæ, aſtrinxerunt amplexibus intimæ caritatis. Ille ſiquidem, quem tu tibi reputas inimicum, ſibi & non tibi inimicus eſt, ſibi obeſt & non tibi. Cui nocere homo exiſtimas, & ipſe ad innocentiam te promouit. Scriptum eſt enim: Abel eſſe non poteſt, quem Cain malitia non exercet. Si malum pro malo, maledictum pro maledicto retribuis, ius in cauſa propria tibi dicis, téque in re tua tibi iudicem faciens, eum, cui omne iuDeut. 32. Rom. 12. Hebr. 10. dicium dedit Pater, qui dicit, Mihi vindictam & ego retribuam, quantum in te eſt, iudicandi ac retribuendi poteſtate deſtituis. Tuis igitur inimicis illum, pro Chriſto, amorem exhibeas, quem te diligentibus exhibes: licet hoc tibi prima facie videatur amarum, hoc amore dulciſſimos in te fructus percipies. Nouum quidem præceptum eſt, à quo emanat illa dilectio: nam cùm veteris legis edicto præcipiamur amicum diligere non vmbraticè, non ſimulatoriè, ſed opere & veritate, ideo legiſlator non contentus dicere, Diligi C te inimicos veſtros, ſed, aperte intimans voluntate & opere diligendos, adiecit, Benedicite iis qui oderunt Matth. 5. Luc. 6. Rom. 12. vos, & iterum: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum: Si ſitit, da illi potum. Hoc enim faciens carbones congeres ſuper caput eius. Caput interioris hominis eſt ratio, nec aliquis eſt adeo crudelis, qui ad collata beneficia non miteſcat qui ad proximi beneuolentiam odium odio non habeat, qui cogitationes caritatis, quaſi carbones ignis, remoto calore iracundiæ, non attendat. In eo itaque, qui te moleſtiis inquietat, dilige imaginem Dei naturæ. Et ſic peccatum eius odio habeas, vt diligas peccatorem. Hoc eſt enim odium perfectum: Perfecto, inquit, odio oderam il-Pſal. 138. Gen. 45. Exod. 32. Samuel 1. ſeu 1. Reg. 1. los. Recole caritatem Ioſeph ad fratres impios, Moyſi ad populum rebellem, Dauid lugentis perſecutores grauiſſimos Saul, & filium parricidam. Et vide, quod licet Euangelicus legiſlator Chriſtus proprius promulgault huius dilectionis decretum: Multi tamen patres D antiqui, gratia inſpirante, humiles, prius ipſius obſeruantiam coluerunt.

QVOD SECVNDVM DIVERSOS STATVS Hominum, in dilectione diuerſi ſunt gradus.

ILlud autem dignum annotatione cenſemus, quod in proximi dilectione, ordo & gradus eorum qui diliguntur, aut diligunt, ſæpius variat. Conſtat enim quoſdam aliis præeſſe, quoſdam ſubeſſe, aliis verò coæquari, quoſdam etiam prodeſſe aliis, vel obeſſe. His omnibus neceſſe eſt iudicium diſcretionis adeſſe. Superior quidem debet inferiorem corripere. Et neceſſe eſt ad virtutis opera diſtrictè compellere, ſic tamen vt in correptione dilectio exhibeatur, in coactione compaſſio. Si verò inferior in ordine ſuo legitimè conuerſetur, vt ad meliora conſcendat moneri poteſt, niſi

E ſanctitatibus monitis vel exemplis. Maximè, ſi ſuperior ad hoc inferiorem anhelare cognouit proprio deſiderio voluntatis. Ad inferiorem pertinet conſilium in dubiis a ſuperiori petere, reuerentia aſſiſtere, ſupplicare deuotè, humiliter obedire. Debet æqualis ſuo æquali honeſta ſuggerere, in lætis aut triſtibus, congratulationis vel compaſſionis affectus impendere, eius vtilitati, vel neceſſitati ſuccurrere, ſe mutuò fouere. *Æqualis ſuo æquali debet honeſta ſuggerere.* Sanctis collocutionibus, & honore inuicem præuenire: Eum qui prodeſt, id eſt amicum, tenetur amicus in præcordiis animæ & viſceribus caritatis amplecti: Eum verò qui obeſt, id eſt inimicum, ſuſtineat patienter: errata clementer indulgeat, & impendat illi neceſſaria propter Deum. Sic autem diligendus eſt proximus, vt non habeatur ad illum caritatis affectus, quo ſupra te diligis Deum: nam ſi Deum non diligis, nec proximum diliges vt te ipſum. Scias quod ea dilectionis menſura, qua diligis Deum, potes exiſtimare quantum proximum diligas, vel te ipſum. Porrò qui Deum F non diligunt, nec ſe. Si autem non diligunt ſe, nec proximum ſicut ſe: Ideo ex dilectione Dei potes, quam habes ad te & proximum, dilectionem certa exiſtimatione metiri.

STVLTA EST DILECTIO, QVÆ PRO Vtilitate aliena, ſuæ patitur animæ detrimentum.

ILli autem enormiter errant, qui ſic arbitrantur vnumquemque proximum diligendum, vt duos plus quàm vnum diligere teneantur, vt ex numero proximorum diligendi quantitas cenſeatur. Sanè non dicitur: Diliges proximum quantitate, ſed ſicut te. Nec ea multiplicitate perſonarum multiplicanda eſt affectio caritatis. Sic enim centum, aut omnium vniuerſitatem tenerer diligere ſupra me. Quod omnino ratio Marc. 8. G ni obuiat, & ſaluti humanæ. Quam enim æſtimationem dabit homo pro anima ſua? vel quid prodeſt ei ad ſalutem æternam, ſi lucretur vniuerſum mundum, ſuæ autem patiatur animæ detrimentum? Nec videtur huic ſententiæ aduerſari quod Moyſes ſupplicans pro Exod. 32. populo Iſraël, dicit: Domine aut dimitte eis, aut dele me de libro tuo. Nec illud, quod Apoſtolus dicit, Optabam aliquando Anathema eſſe à Chriſto pro fraRom. 9. tribus meis ſecundum carnem. Moyſes enim quaſi materno affectu populum diligebat. Mater autem paupercula ſi non aliàs intromittatur ad deſiderabiles ſibi cibos, niſi foris filium derelinquat, quid diceret illa, niſi aut mecum admittas filium meum, aut vtrique interdicas introitum? Affectum quidem Moyſes prodidit, quem habebat ad populum, ſed conſilium non expreſſit: Sic etiam Apoſtoli verba ex affectu potiùs, quàm ex conſilij iudicio cenſeantur. Quidam tamen hoc verbum ſic intelligunt, quod ſcilicet amplius optabat pro fratribus ſuis anathema eſſe à Chriſto, id eſt, à ſecreto meditationis, ab orationis inſtantia, & à contempla H tionis arcano. Nam pro fratrum ſalute quodammodo ſeparabatur à Chriſto, qui cùm orando & contemplando vacaret, ad mundi ſtrepitum & ad labores ſeculi rediens, quodammodo auellebatur à Chriſto. Sanè nullus aliquo præcepto, vel aliqua ratione tenetur ſalutem animæ proximi, perditione animæ ſuæ, aut corporis eius liberatione citra ſpem perpetuæ ſalutis, proprij corporis interitu, procurare. Quod & præcipimus pro fratribus animas ponere, ad vitæ contemptum, non ad animæ, pro qua Chriſtus mortuus eſt, pertinet detrimentum. Sic enim pro fratribus vitam ponere, non eſt animam perdere, ſed ſaluare. Proinde ij qui morte propria temporali dominos ſuos à morte redimunt, rectè quidem hoc faciunt, ſi potius ſalutem animæ ſuæ, quàm liberationem alieni corporis in cauſa conſtituunt. Cùm enim eis conſcientia dictet, quod fidem dominis ſuis debeant exhibere, videntur

etiam conſonum rationi, quod ſuæ vitæ corporali, vitam dominorum debeant anteferre. Verùm ſi pro captanda gloria, aut pro fama ſeruanda tali ſe diſcrimini obiecerint egerunt temeratie:quia in ſola fama populari, mercedem ſui ſanguinis poſuerunt. Dilectione itaque,& maxime pro ſalute multorum,poteſt quis ſalubriter morti ſuum corpus exponere. Vt autem, pro ſalute totius mundi, ſuæ patiatur animæ detrimentum, nec poteſt ratio, nec amoris regula tolerare. Animam enim ſuam perdere, eſt recedere a dilectione Dei, carere iuſſione illius,& ſententiam perpetuæ damnationis incurrere.

SECVNDVM MANSIONES ANIMANTIVM In Archa Noë,aſſignantur in anima dilectionis varij gradus.

Sic ergo proximos diligamus, vt ſecundum exigentiam meriti,aut dignitatis ipſius, vnus alteri præferatur: & maior in exhibitione certi ordinis menſura fruetur. Præterea ſic graduum modos,& ordinum ſtatus vnicuique dilectionis cenſura diſtribuat,prout ei debentur. Ad cuius rei euidentiam exemplarem in anima dilectionis,quaſi in Archa Noë de imputribilibus lignis, id eſt de ſanctis compacta virtutibus aſſignemus, triſtegia & manſiunculas,& inimicos & amicos,extraneos & familiares in ſinu cordis, iuxta ſingulorum dignitatem & ordinem collocemus. Beſtias itaque, beſtiali ſcilicet crudelitate graſſantes, perſecutores videlicet noſtros, receptaculis inferioribus deputemus, quibus & orationum ſuffragia, & ſolatia vitæ communis,ex Euangelica conſtitutione debentur: Quia non ſunt manſiunculæ exteriorea iis de hoc hominum genere, qui foris ſunt, exteriora concedimus. Illos verò qui nobiſcum eiuſdem fidei profeſſione cenſentur, nequaquam ab interiori manſione repellimus:locum iſtis aſſignamus ſuperiorem reptilibus, iumentis, iis ſcilicet qui terrena ſapiunt, aut qui ventri & libidini ſeruientes, in ſtercoribus vt iumenta putreſcunt, talibus & orationis conſilium,flagellúmque correctionis impendimus,& præ interioribus. Sed poſt ſuperiores viuendi ſubſidia indulgemus:in quibus qui proximitate naturæ, vel humanitate officij, vel beneficio nutrituræ nos tangunt, interiora committimus: interiora cæteri non merentur. Sunt qui nec beſtias, feritate: nec reptilia terrenorum deſiderio imitantur,Sed nec ſtatum humanæ firmitatis, aut virtutem tranſcendunt. Inter iſtos autem,qui quanto nobis eſt aut carne coniunctior, aut gratia mentalitatis acceptior, tanto ſit nobis ad animæ præcordia & ſinum caritatis interior, ſane locus prædictus eminentior volatilibus cedit:Iſti pennis virtutum ſupra hominem tranſcendentes,tanto ſint in archa noſtri ſpiritus altiores, quanto eos credimus Deo familiarius inhærentes, Inter quos illi, quos affectio nobis arctius glutino caritatis vniuit, ſecretius in noſtri pectoris area & ſuauius reconditi, exactiſſima cordis beneuolentia foueantur. His omnibus præeminet quidam glorioſior locus, cui huius archæ ſabricator & rector, ſpecioſus forma præ filiis hominum, ſplendor & figura ſubſtantiæ Dei patris, præſidet;omnéſque cæteros ordines ineffabili claritate ſerenans attingit:à fine vſq; ad finem fortiter, ſuauiter vniuerſa diſponens: ipſe huius ſpiritualis archæ latitudinem ad vnum dilectionis cubitum lineari dimenſione traducit: ipſe præ omnibus noſtros affectus in ſe dirigit,Ipſe in habitaculo cordis noſtri & ſuperiorem & inferiorem ſibi locum exigens,à ſe ipſo diuitias gloriæ ſuæ nobis indefeſſa,& indeclinabili bonitate proponit.

DE DIVERSITATE AFFECTVVM, EX QVIBVS Motus,& vſus dilectionis excitatur,& fructus.

Iuxta hanc ordinum varietatem & graduum diuerſitatem, formantur affectus: motum & vſum dilectio mutuatur:ad expreſſiorem verò notitiam affectuum dilectio naſcitur,proficit exercetur. Sciendum eſt quid ſit dilectio,qualiter in caritatem tranſeat,vel ab ea degeneret, aut in ſuæ natiuitatis informitate ſubſiſtat. Iudicio & exiſtimatione quorundam. Dilectio eſt quædam vis E [illegible] Dilectio.
animæ rationalis,appetitiua rerum quas ſibi quis eligit ad fruendum. Et licet hæc vis animæ ſimpliciter in ſe ſit quoddam bonum, homo tamen pro ſua libertate arbitrij bene vtitur hoc bono per gratiam adiutus:vel abvtitur,per iuſtitiam derelictus. Illius itaque bonus vſus bonum amorem,& hominem commendabilem facit: è conuerſo,abuſus eiuſdem amorem malum,& hominem damnabilem facit.Vſus autem verſatur in tribus,in electione,in motu, in fructu. Electio eſt ex deliberatione: Motus ex deſiderio, & actu; fructus ex vtilitate penſatur. Et ex fine deliberationis quidem eſt diſcernere inter amara & dulcia:inter delectabilia & aſpera: inter creatorem & creaturam:inter corporalia & æterna. Procedit ergo electio rei,quam quis deſiderat ad fruendum. Ex illa electione occulte mouetur animus ad deſideriũ; F
vt cùm adeptus fuerit quod elegerit, fruatur eo: idem cum delectatur,vtatur Sic eſt electio,amoris inchoatio: motus deſiderij, actus:finis verò ſiue vtilitas fructus. Si ergo mens id ad fruendum elegerit quod oportet: & appetitus eius moueatur,vt decet,eodémque fruatur vt debet,tam diſcreta electio, tam competens motus, tam ſalubris & deſiderabilis fructus merito caritatis appellatione cenſetur. Sic electione caritas inchoatur, exercetur motu,fruitione perficitur. Verum ſi animus eligat imprudenter,moueatur indecenter,turpiter abutatur,ex iſtis cupiditas oritur, inualeſcit atque perficitur. Habes itaque duos fontes boni,& mali duas origines ſeu radices. Omnium enim bonorum radix eſt caritas,Omnium 1.Tim.6.
malorum radix cupiditas. Porro iis erit deliberatio circumſpectior,intelligẽtior, purior: oculus ratione acutior, conſiderans quantum homo alij creaturæ præcellit:quòd quicquid deſiderabile eſt in mundo,perplexius hominem inuoluit miſerius,quàm promoueat ad beatitudinis ſtatum,metiens ſuæ per omnia priuilegium dignitatis:vide quam ſalubriter homini lex diuina præcipiat. Et ſoli obedire,cui ſeruire regnare eſt, & id ſolùm G
appetere, in quo ſolo ſumma largitudo eſt. Indignans ergo,diuitiis aut deliciis temporalibus quoſdam latriam exhibere:Nõ ſint ſerui auaritiæ. Idololatriæ,pecuniæ,ei duntaxat deuotam exhibet obſequelam, de quo Sacra Scriptura præcipit dicens:Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Quia igitur intelligit homo, Deut.6.
quòd tanta ſcientia,tam ſublimis,& præeminens ſit diuina natura,vt ſola poſſit hominem beatum facere,eum ſibi ſpecialiter eligit ad fruendum quidem, beati merito videt obſequium ſingulare. Sic Dei dilectio inchoatur,ſic promouetur,exercitio deſiderij comitatur. Ponit itaque lex diuina,& quaſi in corde hominis ſcribit primum de dilectione præceptum: Diliges inquit,Dominum Deum tuum. Deut.6. Matt.22 Marc 12 Luc 10.

DE MOTV AD DESIDERIVM. H

Porrò qualiter in electione rerum, quæ prætendunt vmbratilem felicitatis imaginem, quoſdam exagitet ſpiritus vertiginis & erroris, iam delibauimus: Reſtatque diligentius aperire, qualiter & quibus adminiculis ad electionem appetendorum moueatur. Fit autem motus,vel intus ad deſiderium, vel foris ad actũ. Ad deſiderium ſcilicet, cùm quodam interno appetitu mouemur & allicimur ad fruendum. Ad actum verò mouemur cum ad aliquid exterius agendum quadam amoris affectione compellimur. Et notandum quod amor quibuſdam velut incentiuis excitatur ad deſiderium vel ad actum: quæ curſum amoris dirigunt; eiqua formarum diuerſitatem pro varia ſui qualitate præſcribũt.Sunt duo præcipuè quæ mouent & excitãt

animum

A animum ad deſiderium & ad actum, eiqoa diuerſaa ſpecies imprimont, affectua, & ratio: nec mirum, aliquando enim amoria affectos & ratio, vel ad actum exteriorem, vel ad interiorem ſtimulat appetitum. Affectus eſt erga alıquem quædam animi ſpontanea dulciſque ac ſuauis inflectio affectuum verò alius ſpiritualis, alius rationalis, alius officialis, alius naturalis.

DE SPIRITVALI MOTV AD Deſiderium.

SPiritualis eſt quoticos Deus occulta immiſſione gratiæ, vel alicuius verbo ſeu exemplo, aut correptionis paternæ flagello, aliquem ad diligendum, quod honeſtum aſt & ſalubre, inuitat: ac deſiderium vitæ correctionis inſpirat. Eſt etiam ſpiritualis à contrario, quoticus in eum, quem Deus reprobat, fieri immiſ- [Oſee 4.] ſiones per Angelos malos permittit, Sic miſer ad illi- [B] cita defluit. Sicut de quibuſdam propheta commemo- [2. Reg. 13.] rat: Spiritus fornicationis decipit eos, ni fallor. Ammon filius Dauid, mali Spiritus immiſſione reſolutus, affectu noxiæ voluptatis inpropriæ ſororis exarſit amplexus: domúmque tanti patris contaminans inceſtu, fratris in ſe gladium prouocauit. Futuri denique parricidij, quo patrem ſuum infœlix Abſalon regni cupidus infeſtaturus erat, cautionem & materiam ſeminauit.

DE RATIONALI MOTV.

RAtionalis affectus eſt, qui ex alienæ virtutis conſideratione accedit. Hic affectus auditu naſcitur: quoniam triumphali martyrum paſſione audientium [1. Cor. 11.] accendit corda quadam ſuauiſſima deuotione. Quis enim audiens in beati Pauli memoria pericula latro- [Philip. 4] [C] num, & cætera, quæ longum eſt enarrare: inſuper vocem fortitudinis: vocem victoris: hominem in omnibus inſtitutum poſſe omnia in eo qui ipſum con- [Act. 21.] fortabat: paratum ſatiari, & eſurire: abondare, & pe- [2. Ioan. 3] nuriam pati: paratum alligari in Ieruſalem: & ani- [Philip.] mam ponere pro fratribus ſuis: deſiderantem diſſolui, & eſſe cum Chriſto: Quis, inquam, hæc in animo ſollicita commemoratione deſcribat, & non moueat eum quædam grata ſuauis affectio? Quis recogitans verba conſtantiæ in beato Laurentio, beatóque Vincentio, cæteriſque martyribus, quaſi ſcintillantia de corde ignito, & non accendatur erga eos ſuauiſſimus amor, & [1. Reg. 17.] prompta deuotio? Hic affectus in Dauid & Ionatham ſacratiſſimi amoris primitias conſecrauit; ac ſocialis vinculum gratiæ paterna comminatione ſoluendum gratiſſimo fœdere mutuæ caritatis iunxerunt. Viſa namque immutabili pectoris in adoleſcente conſtantia, qua luticatum gigantem puer inermis proſtrauerat: quod aliis fuiſſet inuidiæ ſeminarium, fuit in Io- [D] nathæ virtutis augmentum. Anima ergo Ionathæ, teſti- [1. Reg. 18.] monio ſcripturæ, alligata aſt animæ Dauid: & dilexit eum Ionathas, quaſi animam ſuam. Hunc ipſe IESVS, miſericorditer in ſe transformans affectum intuitus adoleſcentem, qui ei virtutes ſuas annunciauerat, vt ait Euangeliſta, dilexit eum. Huic affectui contrarius eſt irrationalis; qui competto alicuius vitio, aut artificio turpi, vt philoſophia inani, aut ſtultiſſima in re militari audacia, alios ad indebitum eius amorem inclinat, & quod miſerabilius eſt, multis qoi prodigi ſunt detractores, Deo odibiles, aut ſcurrilitatis aut ſecularis ineptiæ ſectatores, hæc commemoratio plurimum fauoris & applauſus accommodat.

DE OFFICIALI MOTV.

[E] OFficialem cenſemus affectum, qui obſeqoio conciliatur, vt, dum Moyſes Ægyptij ſæuitiam declinaret, officio ſibi ſacerdotis Madiam conciliauit [Exod. 2.] affectum. Cuius filias virgines licet alienigenas viriliter paſtorum improbitate protexerat, admiratúſque beneuolentiam adoleſcentis, eundem non ſolùm ſibi [2. Reg. 17.] amicum, ſed & generum, fieri poſtulauit. Cæterum cùm Rex Dauid fugeret a facie Abſalon, cum officioſiſſima deuotione ſuſcipiens eum Bertzelai Galaatites, ipſius etiam muneribus excitauit affectum; qui eiuſdem animo adeo perſeueranter inhæſit, vt rex, inter [3. Reg. 2.] præcepta teſtamenti, à filio ſuo Salomone tantæ munificentiæ recompenſationem ſtatim de hac vita grarutus indiceret.

DE NATVRALI MOTV.

[F] ESt etiam naturalis affectus viri ad coniugem, ma- [Epeſ. 5.] tris ad filium, hominis ad domeſticum ſanguinis [Iſa 49.] [1. Tim. 5] ſui. Nemo enim carnem ſuam odio habuit, & non poteſt mater obliuiſci infantis ſui, vt non miſereatur filio vteri ſui. Et qui domeſticorum maximè ſuorum curam non habet, fidem negauit, & aſt infideli deterior. Hoc affectu ducti patres antiqui, narrantur aſtrinxiſſe ſuos poſteros Sacramentis, vt non in alienis, ſed in patrum ſepulchris, eorum corpora ſepelirent, vt quorum animæ fuerant glutino caritatis vnitæ corpora etiam vnirentur beneficio ſepulturæ. Matris affectum cenſuit ſapiens Salomon in duarum me- [3. Reg.] retricum diſceptatione gladio explorandum: Cúmque, delato enſe, diuiſionem pueri regis prudentia decreuiſſet, matrem affectus prodidit naturalis. Sic ceſſit affectui, quæ probitati non ceſſerat, & quæ laborauerat ne proprio pignore fruſtraretur, ſupplicat vt potius inimicæ tradatur: Obſecro, inquit date huic in- [G] fantem viuum, & non occidatur: & è diuerſo, quæ maternæ pietatis expers ſe ipſam ubſtinauerat in iactura alterius, nec mihi, inquit, nec tibi ſit, ſed diuidatur. Porro tertius affectus in pectore ſancti Ioſeph, præponderauit iniuriæ: qui cum fratribus diſpenſatoria ſeueritate crimen explorationis intueret, videns eos ſera ſatis pœnitentia de fratris proditione torqueri, ſentiens affectum, auertit ſe parumper ab [Gen. 4 45.] eis, & prorumpit in fletum. Hunc affectum à piis viſceribus Dauid, nec filij perſecutoris abraſit immanitas. A quo cùm ipſa quæreretur ad mortem, iniuriæ oblitus eſt: memor naturæ, miſit qui eius obuiarent inſaniæ: ſe patrem in omnibus exhibens, perſecutionem filij homicidæ diſſimulans, Seruate, inquit, mihi [2. Reg. 18] puerum Abſalon. Hunc Saluator in ſe mirabili com- [Matt.] [Luc. 1] paſſione transfudit affectum; dum videns ciuitatem, [Rom.] quæ ipſius metropolis erat, ex qua illi patres ſecundum carnem, naturali pietate commotus futurum eius [H] deplorauit excidium. Reor etiam quod Paulus, naturali compunctus affectu, optabat quandoque anathema eſſe à Chriſto pro fratribus ſuis ſecundum carnem.

DE NATVRALI AFFECTV MIXTO.

AFfectui naturali, plurimum affinis eſt carnalis affectus qui bifariam diuiditur. Frequenter enim alicuius hominis non virtus penſatur aut vitium, ſed quædam exterioris hominis habitudo, vel motus, ad diligendum aliquem intuentis animum impellit: verbi cauſa, ſi forma elegantior, ſi ſermo vrbanior fuerit, ſi competentior habitus, ſi maturus inceſſus. Hæc [Exo. 1 Hebr] in Moyſa adhuc puero adeo gratia relucebat, vt contra tyranni Pharaonis imperium quo infantulos Hebræorum occiſioni decreuerat, tribus menſibus à ſuis

A patentibus ſeruaretur; ſicut Apoſtolus ait, eo quòd vidiſſent elegantem infantem. Oppoſitus denique periculo mortis, elegantia formæ illius pietatem filiæ Pharaonis illexit; qui adoptatus in filium magnus effectus eſt coram omnibus ſeruis Pharaonis. Eſt autem alius carnalis affectus, qui animam hominis ad deſiderium noxiæ voluptatis emollit. Hic Dauid ambulantem in ſolatio domus ſuæ ad ſpeciem Bethſabeæ peruertit, nec tantum peruertit, ſed etiam diſſoluit, & ſtruit in diſſolutum, & qui in alienæ vxoris damnabilem exarſit amplexum, quodam tertio motu in proprij militis crudelem armauit interitum. Hic affectus ſapientiam Salomonis abſorbuit, carnalique libidine diſſolutum, in ſpiritualis fornicationis barathrum, deteſtabiles Idolorum culturas deiecit.

2.Reg. 11.

3.Reg. 11.

QVOD AFFECTVS SINE CONSENSV NON multum proſit vel obſit.

B *Affectus ſine conſenſu nec prodeſt multum, nec obeſt.*

IN omnibus iſtis affectibus circumſpecta moderatione vtendum eſt. Cùm enim ſunt quædam origines vel radices amoris, eis excitari nec multum vtile ſi boni, nec execrabile ſi mali ſunt, exiſtimamus. Non eſt enim affectus amor, ſed amoris origo. Nam ſpirituali, quem primo loco poſuimus, plerique in ſui perniciem ſæpius abutuntur: Et per hunc vltimum carnalem, quamuis cæteris ſuſpectior habeatur, iuſtiſſimi homines ad probitatis meritum titillantur. Quocirca non iis affectibus moueri, ſed ſecundum eos moueri, vtile vel noxium iudicamus. Quando enim his affectus mouent animum, aut viſitatio, aut tentatio, ſi citra conſenſum animi, iſti in ſua firmitate ſubſiſtunt. Porro ſi ſecundum hos affectus mouetur animus, iam ibi plena eſt ipſius conſenſio voluntatis. Conſenſio aut occulta eſt, & verſatur interius, aut manifeſta, & vſque ad actum exterius exercetur. Vtrum autem ſecundùm prædictos affectus, mens humana moueri debeat ad amandum qualiter, & quanta moderatione, ſequentia plenius declarabunt.

C Verùm quia duo quaſi amoris incentiua & curricula diligendi poſuimus, affectum ſcilicet & rationem, expedit vt cauſa maioris euidentiæ, de motu rationis aliquid memoremus. Mentem etenim, quam ad Dei proximique dilectionem nullus affectus excitat, plerumque ratio monet, & tanto ſanctius, tanto ſecurius, tanto defæcatius, quanto nihil eſt rationali amore præſtantius.

QVOD RATIONALIS TRIPLICITER excitatur.

RAtio ſiquidem, vt ad ſui deſiderium Conditoris excitet animam torpeſcentem, tribus innititur argumentis: Neceſſitati noſtræ, vtilitati noſtræ etiam dignitati. Suadet enim ratio eſſe diligendum, quia hoc nobis eſt neceſſarium, quia commodum, quia dignum, neceſſarium, ne damnemur, cômodum, vt ſaluemur; dignum, quia ipſe prius dilexit nos. Et recompenſatio

D huius dilectionis à nobis exigitur, cùm Deus ſit ſummum bonum, ſine quo nihil bonum. Neceſſe eſt vt deſideretur, qui bonorum noſtrorum non eget, & cuius beneficiis quotidie indigemus. Si ergo ratio ad Dei dilectionem animum mouere inceperit, proſequitus negotium ſuum, ſciens non poſſe obtinere, niſi præceptis eius, ad probationem veræ dilectionis, obediat, quia non poſſit ratio quantum noſtræ naturæ conſortem non ſolum propria deliberatione, ſed ex præceptione diuina diligere teneatur: inclinans propoſitum ſuum vt proximo conſulat, beneficiúmque quod ſibi vellet impendit exhibens, in eo ſui creatoris imaginem recognoſcat. Cùm autem omnis prout amicus nobis ſit, aut non inimicus officiendo, vides quòd amicus eſt ex ſanguine, vel ex gratia, non inimicus, innocentia, inimicus, ex iniuria: Vt ergo ſe amico impendat, tua

1.Ioan. 4.

E proponit ratio, vt non inimico ſubueniat, dico vt inimico, beneficio ex natura, ex officio, ex præcepto. Ex natura, quia homo vel fortè domeſticus eſt: ex officio, quia beneficus, vt amicus: ex præcepto, quia proximus licet ſit inimicus. Amplectitur ratio Dei præceptum quod diligit, & licet in hac dilectione non habeat affectum caritatis, tamen meritum non amittit.

QVOD MAGNA CAVTELA VTENDVM eſt, vt ſinguli pro ſuis meritis diligantur.

POrrò cùm caritatis ordo, & regula diligendi hoc exigat, vt non diligat homo quod diligendum non eſt, diligátque quod diligendum, nec æquè aut ſimiliter diligat quæ inæqualiter aut diſſimiliter diligenda ſunt, & ſubtiliter & cautè cenſeo diſtinguendum inter duos amores, qui ex affectu & ratione procedunt. Pro-

F ponantur enim homines duo, quorum vnus ſit tranquillus, ſuauis, hilaris, ſapiens, & vrbanus, qui ſuæ moralitatis fauore omnes ſibi conciliet in amorem. Sit alter honeſtate maturior, prouectior ſapientia, dotibus etiam omnium virtutum perfectior, ſed auſterior vultu, fronte triſtior, ſermone ſæuior, vt illum diligat mouetur intuentis affectus; vt hunc diligat vrget ratio & charitatis intuitus. Sentiens itaque homo animam ſuam ad aſpectum illius quadam amoris ſuauitate perfundi; ad iſtius verò intuitum circa proprium indurari, perplexus eſt & veretur ne ipſum oporteat fines excedere caritatis. Cæterum cùm aliquem diligere inceperim, quia eum credebam ſancta & ſuaui moralitate conſpicuum, ſi eum in aliquo vitioſum inuenero, quædam pœnitudo inciperet abſorbere inchoatæ dilectionis affectum; & ex vitio fit mihi horrificus, quem virtutis opinio fecerat gratioſum.

G

SIMILITVDINES INTER EFFECTVS Amoris, & appetituum cibi vel deſiderium verbi.

POnamus ergo duplicem eſſe animæ cibum, virtutem ſcilicet & vitium; ſic, alter cibus vtilis, alter noxius. Exterius autem hominis, auſteritas & benignitas, quaſi duo vaſa, alterum ruſticanum, alterum verò vrbanum; in quibus duo miniſtrentur cibaria, cenſeantur. Cibus equidem vtilis in vaſis plerumque deformibus ſcienter ſumitur; noxius autem nec in precioſis admittitur. Et euenit etiam, vt cibus vilior, ob vaſis decorem quandoque iocundius admittatur. Pretioſiſſimus autem ob horrorem vaſis, vel non accipiatur, vel cum rancore ſumatur. Sic in homine auſtero & graui, placet quandoque durior habitudo, quæ ex eius virtute procedit in alio, qui moribus compoſitus, diſplicet ex vitio eius vrbana iocunditas; quamuis prius fuerit dilectionis actio. Pone iterum quod veritas virtus, falſitas, vitium exiſtimetur, nimia verò morum ſeueritas,

H quaſi ſermo incompoſitus & ruſticanus, exterior autem hominis beniuolentia quædam condita ſit, quaſi ſermo eloquentior & efficacior ad monendum. Vides ſicut in ſuſurloquio non eſt falſitas omittenda, ſic in duro ruſticóque ſermone non veritas aſpernanda: Expreſſa ſimilitudinis forma, nec in homine blando, exterius acceptio, placet, niſi in homine duro vitius conuertatur in tædium. Quod ſi vterque vera, & ſalubria perſuadere noſcatur, illius omnino in crudo & indigeſto ſermone grataner admittantur: Et in alterius aſſertione, prouidæ & ornatæ ſententiæ ſalubri cum ſuauitate recipiantur. Poteſt vtique tam diffuſa, diuulſa eſſe atque inepta oratio, vt licet vtilitatem in ſe plurimam habeat: tædio tamen audientem afficiat.

A Denique ſicut in iuuenili ætate ſolet eloquentia eſſe innatior, hilarior, expeditior, ita & in ſenectute grauior, circumſpectior. Nec hilaritas eius in diſſolutionis vitium tranſit: nec iſtius matura grauitas vitium nimiæ auſteritatis incurrit. Amatur ergo aliquis ex ſolo affectu naturali, quando diligendum externa habitudine arbitramur. Vbi verò ſola virtus in cauſa diligendi, ex ſola ratione diligimus, quòd ſi ratio & affectus in voluntate conueniant, hic ſuus amor erit præteritis quadam prærogatiua præcipuus. Primus affectus dulcis eſt, ſed periculoſus: ſecundus, durus ſed fructuoſus, ex ratione: tertius, ex affectu & ratione ſecurus. Ad primum ſenſus ex parte dulcedinis mentem allicit: Ad ſecundum ratio manifeſta compellit: in tertio ratio ipſa ex affectione dulceſcit.

QVOD EX ELECTIONE diſcernuntur affectus.

B EX præcedentium ſerie colligere potes, quòd ſi in his quæ eligimus ad fruendum, peruerſa fuerit electio, ſequitur vt talis amor non caritatis nomine, ſed cupiditatis merito cenſeatur. Poteſt præterea electio ipſa ſana eſſe, motus tamen interior, peruerſus. Poterit denique & electio & motus, qui in deſiderio eſt, ex ratione procedere: motus verò, qui in actu eſt, poterit & electionem & interiorem motum ſua corruptione peruertere. Pone enim quod aliquis Deum eligat ad fruendum, & in fructu aliquid carnale conſtituat (ſic fingunt fabulæ Iudæorum, quòd in vita futura epulis & carnis voluptatibus affluent; & quòd carnes Behemoth in illa materia deliciarum nunquam deficient,) electio quidem commendabilis erat, ſed bonitatem illius expectatio deſiderij perniciosa contaminat. Sicut autem hic interior motus deſiderij electionem reprobabilem facit, ita quandoque

C & actus exterior: vt ſi ad fructum vitæ ſacrificiis gentilium, aut Iudæorum ceremoniis, vel ſuperſtitione, aut ventre contendit. Porrò ſi ſit electio ſana, deſiderium competens, actus commendabilis, ſequetur hic amor rectè diligendi regulam: nec exorbitabit à limine caritatis, erit itaque affectuoſa, diſcreta, & fortis iſta dilectio, ſi dulciter ac perſeueranter rei dilectæ adhæreat. Dulcedine ſua mutat quicquid dulce & concupiſcibile eſt in hac vita. Contra verſutias Sathanæ & tentationes occultas conſilium diſcretionis opponat, fortitudine verò contra perſecutiones inſurgat.

SICVT IN DILECTIONE DEI, SIC In dilectione proximi, electio habet locum.

D CIrca proximi verò dilectionem, eadem ferè notanda ſunt: nam ſi electionem illius amoris aliquod deſiderium turpe, vel actus reprehenſibilis ſubſequitur, reſtat vt ipſius electionis integritas violetur: iſtúdque conſiderandum eſt, quod Deum diligendo, nobis conſulimus, & non Deo, Deus enim bonorum

Pſal. 15. noſtrorum non eget. In dilectione verò proximi, quia opera mutua indigemus, expedit, vt in his, quæ ad vtilitatem corporis & ad ſalutem animæ ſpectant, nobis inuicem conſulamus. Quanto enim circa hæc erit quiſque feruentior, tanto in caritate perfectior. Hunc etiam amorem nunc affectus, nunc ratio mouet: quocirca diligenti conſideratione notandum eſt, quis affectus, & in quantum, ab homine ſit ſequendus. Sane ſpiritualis affectus, qui ex diabolica ſuggeſtione procedit, irrationalis etiam & carnalia, quos vitioſos, eſſe nullus ambigit, non ſolùm non ſequendi ſunt, ſed à cordibus noſtris radicitus eruendi. Proinde ſpiritualis affectus, qui ex Deo eſt, modis omnibus excitandus eſt, & ſalubriter promouendus.

E

ACTVS NOSTER NON EST ordinandus ſecundum affectum ſpiritualem.

Actum noſtrum non eſſe ordinandum ſecundum affectum ſpiritualem.

POrro ſi affectum noſtrum expedit deſiderium feruentius excitari, excitandus eſt etiam eodem affectu noſter actus: ſed ſecundum hunc ordinari non debet. Voluntas enim bene operandi quantò feruentior, tantò fructuoſior ſemper erit, ſi operationem noſtram hic affectus ordinet. Erit inordinata operatio, quia metas corporeæ poſſibilitatis excedit. Cùm enim corpus hoc luteæ ſit qualitatis, ex ſua fragilitate paſſionibus diuerſis obnoxium, inde ferventes affectus ferè non ſuſtinet, idcóque niſi actus exterior aliquo moderamine temperetur, infecto negotio, quod aſſumpſit, deficiet & ſuccumbet. Nimirum, affectus modum

F *Affectus modum ſeruare neſcit.*

neſcit, vires corporis non metitur, quodam impetu cæco irruens in dilectum, ſolum id metitur quod appetit; quod graue, quod arduum, quod moleſtum, quod impoſſibile, quod denique peremptorium vitæ præſentis, dulciſſima illectus delectatione, non ſentit. Proinde quidam in hoc affectu omnem modeſtiam ignorantes, ſuíque impetum deſiderij ſequentes, præcipitantur; & inopportuna ſequentes, debiliores ſunt quàm ſanctiores; dum ipſa voluntas, actu immoderatiore oppreſſa, repeſcit. Et qui per ſuarum diſpenſationem vitium animum ſuum conquadrare debuerat, conuertitur in die belli: & vbi victoria ex virtute pendebat, ſibi ex ſua temeritate ſuccumbit.

QVOD SECVNDVM RATIONALEM Affectum, noſter actus, quandoque dirigendus eſt, ſed non ſemper.

G *Actus noſter ſecundum rationalem affectũ quandoque dirigendus, ſed non ſemper.*

RAtionalis affectus, qui ex alienæ virtutis contemplatione oboritur, cæteris perfectior eſt, quibus ad dilectionem proximi excitamur. Nec enim modicum virtutis, & ad maximum cedit meritum, æmulatio cariſmatum meliorum. Quòd ſi deſiderium noſtrum, & motus interior, ſecundum hunc dirigatur, non arbitror arguendum; imò commendabile reputatur, ſi quis præſentiam eius deſiderat, cuius inſtruitur verbo, cuius geſtu & habitu eruditur, cuius informatur exemplo, ſed in actum, quæſo non tranſeat ille motus, vt quis corporaliter propter hoc longa itineratione vexetur. Quos itaque corporaliter adire non poſſumus, videamus oculo cordis, & ſanctarum affectionum brachiis etiam amplectamur. Quanto enim indignius eſt cœlum terra paluſtri, tanto ſpiritualis viſus eſt elegantior carnali. In iure ſiquidem tituli, poſſeſſio animi, poſſeſſione naturali, id eſt incubatione corporali præ-

H ſtantior eſt, nec enim ita facilè amittitur, & per ipſam rei dominium vſucapiendo acquiritur. Chriſtus denique ſpiritualem fidei tactum à Maria exigit, dum eam à tactu prohibet corporali. De hoc tactu: Beati qui non viderunt, & crediderunt. Ac ſi dicat: Glorioſius eſt Chriſtum videre per fidem, quàm vidiſſe in carne mortalem. Illorum verò præſentia præcipue deſideranda, quam expectamus in cohabitatione cœleſti. Si autem Sanctorum æternam deſideramus præſentiam, expedit vt iuſtè, ſanctè, & piè in hoc ſeculo conuerſemur. Et iſta quidem Sanctorum præſentia corporalis deſideratur vtiliter, & quæritur. Ideóque hunc actum non affectus, sed oratio moderatur. Gratiſſima erat fratribus Antiochenis Pauli & Barnabæ præſentia corporalis, quorum doctrina, quorum collatione & diſputatione firmabantur in fide. Audientes tamen à Spiritu ſancto: ſegregate mihi Barnabam & Paulum in miniſterium, quo vocaui eos, quanquam repugna-

Ioan. 20. Ibid.

Act. 13.

ret affectus, prævaluit ratio; & imponentes eis manus, dimiſerunt eos.

QVOD OFFICIALIS AFFECTVS
Licet periculoſus, tamen commendabilis eſt interdum.

SEquitur officialis affectus; qui licet admittendus ſit, tamen periculosè admittitur: dignum ſiquidem eſt, & rationi conſonum, vt vicem rependamos amanti obſequenti, munera largienti. Illud tamen ſummè cauendum eſt, vt illectus obſequio, vel muneribus delinitus, aut vitia foueat, aut faciat vitioſos. Nec mihi de illis ſermo eſt, qui diligunt munera ſecundum retributiones: qui iuſtitiam venalem habentes, non omnibus, ſed muneribus fauent; de his loquimur quidem, qui prius amauerunt hominem, quàm munera eius; nec hominem propter munera, ſed munera propter hominem dilexerunt. At hic tamen ſuſpicioni locus eſt, ne ſit mutuus eius conſentaneus, dum eius obſequiis timet eſſe ingratus. Quocirca diligenti conſideratione perſpiciendus eſt ſtatus illius, qui diligitur: Ne ſi tanti meriti non ſit, qui dilectionis affectu ſit dignus, tranſeat officialis affectus in rationalem, & quem ob exhibita diligebamus, incipiamus diligere ob virtutem: tali etenim modo, & quem diligebamus rationabiliter hominem auſterum & grauem, dulciter diligere incipimus, ſi ſe nobis exhibuerit manſuetum & benignum: qui prius placebat, ſed non ſapiebat, ſed non in deſiderium noſtrum ſuam affectionem refundebat.

QVIS MODVS ESSE DEBEAT IN
naturali affecto.

QVis autem modus in affectu naturali ſeruandus ſit, de cætero dicendum eſt. Sicut hunc affectum non amittere impoſſibile eſt, ſic eum non ſequi ſummæ virtutis eſt. Domeſtica ſiquidem erga parentes affectio refrenatur, dum electus diſcipulus à parentis ſepultura retractus, accipit à Domino: Dimitte mortuos: tu autem vade & annuncia regnum Dei. Naturalis affectus quædam portio eſt amoris ſui, equidem nemo ſe ipſum odio habuit. Vt tamen, Qui venit ad me, ait veritas, & non odit animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Et item, qui venit ad me, & non odit patrem & matrem, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Sed cùm Apoſtolus contrarium dicere videatur, vt ſcilicet cenſeatur infidelis fideique tranſgreſſor, qui ſuorum, & maximè domeſticorum, curam non habet, quid in tanta contrarietate dicemus? Sed inter iſtos amores diſtinguitur, vt licet homo erga ſe & ſuos naturali moueatur affectu: hunc tamen motum ratio moderat. Quòd enim affectus ex carne ſit, perhibet Apoſtolus dicens: Nemo vnquam carnem ſuam odio habuit. Hunc autem affectum circa parentes & circa vitam propriam, in quibus ſolet eſſe pronior, Dominus interdicit: Qui non odit, inquit, patrem & matrem, adhuc autem, & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Amoris autem motus ſecundum rationem Apoſtolica auctoritate inducitur. Qui ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, eſt infideli deterior. Nam amor iſte rationem ſequitur potius, quàm affectum: vt domeſtico notitia penſetur, aut vtilitas, ſeu æſtimatio meritorum. Quod autem affectus erga ſe, & erga parentes motum illiciti amoris inſinuet, ex verbis Apoſtoli colligere potes, qui ad Timotheum ſcribens: Scito, inquit, quia in nouiſſimis diebus inſtabunt tempora periculoſa, & erunt homines ſe ipſos amantes, cupidi, elati, voluptatum amatores magis quàm Dei. Hic enim affectus mollia ſuggerit & ſuauia; quod delicatum, quod iocundum, quod verò aridum, quod aſperum, quod vtile, quod honeſtum refugit & abhorret. Vtrumque amoris motum ſecundùm affectum & ſecundùm rationem Saluator breui ſermone diſtinguit; Qui amat, inquit, animam ſuam perdet eam; & qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternam cuſtodit eam. Hic amor, affectionis eſt: hoc odium, rationis, propterea dicit Sanctus quidam: Si malè amaueris, tunc odiſti: ſi benè oderis, tunc amaſti: Qui enim amat ſecundum affectum, vtique odit: quia qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam: qui non odit ſecundùm affectum, ſecundùm rationem diligit. Ideo verò additur in hoc mundo, vt maior affectus expreſſio fiat. Quicquid enim in hoc mũdo eſt, teſtimonio beati Ioannis, aut concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. Qui ergo ſecundum affectum amat animam ſuam, eam in hoc mundo vtique amat, quia in concupiſcentia carnis, vel in concupiſcentia oculorum, vel in ſuperbia vitæ. Quæ omnia ex affectu procedunt.

E

Ioan. 12.

Amare malè odiſſe eſt, odiſſe benè amaſſe eſt.

1. Ioann. 2.

F

DE DIVERSIS CAVSIS
Affectuum.

ET notandum eſt, quod alius eſt amor in Deo, alius propter Deum, amatur quis propter ſe: nam virtutes eius hominem excitant ad amandum. Iſte nec in Deo, nec propter Deum diligitur. Si tamen amor iſte diuinam bonitatem ex gratiarum actione reſpiciat, iam cauſa amoris huius eſt, non affectus, ſed ratio. Et licet non diligatur ſpecialiter propter Deum, ſalubriter tamen exercetur in Deo. Inimicus autem, quem ratio, & diuini præcepti auctoritas ſuggerit diligendum, non meretur diligi propter ſe; ſed diligitur propter Deum. Sic alios in Deo, vt amicos: alios propter Deum vt inimicos, diligere certa ratione tenemur. Expedit ergo, vt hic naturalis affectus in omnibus, & propter omnia rationis moderatione ducatur: vt ſit prius mollis, dulciſque. Sic ex eo, aliquantulum indureſcat beneficio rationis. Patriarcha Ioſeph prius erga fratres naturalem lachrymis proteſtatus affectum, vt à proditionis crimine purgarentur, eis notam exprobrationis impoſuit. Saluator ciuitatem Ieruſalem prius compaſſione intima deplorauit: Et poſt impendium naturalis affectus, calamitates quas pro ſuis iniquitatibus meruerat ſuſtinere, prædixit. Proximos itaque ſalubriter affectu naturali complectimur, ſi honeſti ſunt. Si verò laborare aliquo vitio cognoſcantur, inſtemus correctioni: vt ſicut diſtinximus in officiali affectu, diſcernatur ſubtiliter, ne in aliquo conſenſu alieni vitij maculemur.

Affectuũ cauſa diuerſa.

G

Gen. 44 45.

Luc. 17.

QVOD AFFECTVS VNVS PLERVMQVE
terminatur, aut mutatur in alterum.

EVenit autem plerumque, quod vnus affectus terminetur, aut muteretur in alterum, & qui à virtute cœpit originem, habet frequenter exitum vitioſum. Erat virgo in patribus noſtris, nominatiſſima in abſtinentiis, in orationum inſtantia, in lachrymis, vigiliis, diſciplinis: cœpit eam vir ſanctus diligere, virtutis obtentu, & tantæ opinionis intuitu cœpit eam viſitare nunciis, venerari muneribus, recreare colloquiis. Sic amor, cui etiam præſtabat honeſtas, cœpit ex mutua libertate vigere: ſubitóque in officialem affectum tranſiit, qui ex ſola prodierat communione: denique hic affectus dum ſe familiarius ad quædam blandimenta † prolexit, cœpitque ex naturali & officiali affectu carnalis ille, qui cæteris pernicioſior eſt, latenter obrepere. Audiuimus quoſdam ſummæ perfectionis, & probatiſſimæ opinionis, qui dum adoleſcentes pudicos,

Affectus vnus plerumque terminari aut mutari in alterum. Hiſtorica narratio.

H

† pellexit

Amor caſtus in

A *Amor impudicitum facile degenerat.* dicos, & omni virtute conſpicuos, in vlteriorem familiaritatem, virtutis amore & rationis intuitu, admiſiſſent, officioſa ſedulitate circa eos exhibita, cœpit rationalis affectus degenerare in alium: prius in officialem, poſtea in carnalem depravatum affectum: & qui prius ſecundùm rationis arbitrium, modum dilectionis ordinauerat, caput in oculis ſuis ſemper in huius aſpectu, licet carnali vel tranſitorio, motu illicito titillabat. Conſultius ergo eſt, inſpecta ætate vel ſexu, ſinus propriæ mentis prouida circumſpectione claudatur, ne ad verba familiaritatis & inania blandimenta, permittatur diffluere, nam in quantumlibet perfectis & ſanctis, vnus effectus in alium, & ſubitò inſenſibiliter, atque tam pernicioſè, quàm prodigioſè, mutatur.

B

QVOD AFFECTVS SÆPE SIBI Contrarij ſint, & inuicem ſe impugnent.

ILlud etiam conſiderare oportet, quod ipſi affectus frequenter inter ſe alterantur, & inuicem ſe oppugnant. Alter alterum à corde hominis eliminare nititur: vt homo in varia vota diuiſus, & perplexus inter ambigua fluctuet in ſe, ignorans de duobus contrariis, quid potius eligatur. Summa igitur cautela vtendum eſt, ne ab inferiore affectu, ſuperior & excellentior expellatur. *Abraham filium ſuum immolare iuſſus eſt transnaturale affectum obdurauit ſed vicit ſpiritualis.* Abraham iuſſus à Domino filium immolare, contra naturalem affectum nequaquam obdurauit, ſed cum naturalis, ei miſericordiam in filium, ſpiritualis eum ad obedientiam excitaret in Deum, duo illi affectus in ſancti viri pectore compugnabant. Ipſe tamen mandatum filio prætulit: & affectum naturalem ſpirituali poſthabuit. Optimus adoleſcens Ionathas, cuius animam Dauid animæ rationalis affectu, *1 Reg. 23.* glutino caritatis vnierat, non prodidit in iniuriam patris conſilium, quòd Dauid morti addixerat, ſed rationalem affectum naturali diſcrete præpoſuit. Nec C mirandum ſi amici gratiam paternæ crudelitati præpoſuit, qui propriam, ſicut publice putabatur, iniuriam pro amico immutabili virtute contempſit. Ipſi etiam *Affectus quomodo ſit ordinandus.* Dauid, cùm de eius filio parricida, populus victoriam reportaſſet, prius, profeſſor naturalis affectus, filij lugebat interitum: ſed correptus à milite affectum of- *Eph. 5.* ficialem naturali præpoſuit; depoſitóque luctu, vi- *Matth. 26* ctori populo, qui pacem fecerat in Iſraël, gratulabundus occurrit. Saluator etiam, affectus naturalis intui- *Marc. 14.* tu, quo nemo vnquam carnem ſuam odio habuit, cùm *Luc. 14.* clamaſſet ad Patrem, vt calix mortis tranſiret ab eo ſi fieri poſſet, eundem ſpirituali, per quem patri erat obediens, pro ſua gratia & pro noſtra ſalute, ſubmiſit: dicens: Verumtamen non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Proinde regula hæc generaliter in his affectibus obſeruetur: vt ille, quo mens humana excitatur in Deum, cæteris omnibus præponatur: deinde rationalis officiali, officialis naturali, naturalis carnali.

D

QVOD DELECTABILIS ET NECESSARIVS ſit fructus in exercitio iſtorum affectuum ordinato.

Cant. 2. VT ergo in affectibus iſtis prouida circumſpectione ſe anima rationalis exerceat, ſentiat de Domino in bonitate & in ſimplicitate cordis ſui, ſéque cellam vinariam, ignisque diuini receptaculum ſancta vigilantia ſtudeat exhibere, vt in die bonorum Domini, & in hora beneplaciti eius, cùm audierit vocem *Pſal. 68.* Spiritus, & velut ſibilum auræ diuinæ, ſummam affectat affectionem, puram fidelémque intelligentiam: vt ſpirituales fructus, quaſi de ligno vitæ colligere mereatur. Sunt autem fructus Spiritus, teſte Apoſtolo, *Galat. 5.* Caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, manſuetudo, fides, modeſtia, caſtitas. O fœlix E anima, ſi beneuolentiam eius, & inſpirationem gratiæ cœleſtis ſuam circa te præſentiam tibi certis ſinquat indiciis experiri, tanget enim te in ipſius recordationem ſuauitas, afficiens noua & inexperta dulcedine: vt quaſi abſtracta, & à te prorſus aliena, exultes quadam amœnitate cœleſti. Facit ſtatim ſuæ præſentiæ fidem, quod omnes tui ſenſus hilareſcunt: Serenatur intelligentia tua, deſideria vitalia incaleſcunt, geſtis & aſpiras in amplexus illius, quem tenere te ſentis, & vereris ne elabatur, & ideo quantumuis ipſum quodam delectabili nexu intimæ caritatis aſtringis. Iſte eſt ô anima dilectus tuus, inuiſibiliter, miſericorditer & dignanter accedens, vt excitet te, vt ſe tibi inſpiret in ſinu tui amoris, tibi ſe inſinuet, & tuum accendat deſiderium, vt illuminet interiores oculos, vt inflammet affectum. Sic primitias, non plenitudinem ſuæ dulcedinis, non ad ſatietatem, ſed ad deguſtationem tibi exhibet, vt tali experientia probes, quam dulcem, quàm ſuauem, quàm iocundum, delectabi- F lem ſe tibi præbebit, cùm apparuerit gloria eius: cùm eum videris reuelata facie, & ornatum diademate patris ſui, quem nunc adoras, & amas in diademate fœ- *Pſal. 18.* matris. Hoc eſt ebrietas, ſobria tamen, vnde Apoſto- *1 Cor. 4.* lus: Siue viuimus, ſiue morimur, Deo ſobrij ſumus. *Rom. 14* Hoc, ſobria ebrietas, imo caritas efficitur, ſicut Spon- *Cant. 5.* ſus in cantico amoris inſinuat, dicens: Comedite amici, & bibite, & inebriamini. In vita præſenti panem lachrymarum in ſudore vultus ſui comedit Anima militans Deo, poſt exitum huius vitæ non paſcetur pane doloris, quia iam non erit dolor, neque luctus, quoniam priora tranſierunt: ſed amatorio poculo reficietur & inebriabitur iuxta illud: Et calix meus ine- *Pſal. 22.* brians quam præclarus eſt! De hoc calice credo Iſaiam *Thren. 4* dixiſſe: Ad te quoque filia Edom veniet calix, & inebriaberis: inebriabitur ergo ab vbertate domus Dei *Pſal. 35.* bibens vinum merum, & nouum in regno patris *Cant. 5.* Chriſti. Interim autem bibit vinum ſuum cum lachrymis in menſura, donec rex introducat eam in cellam vinariam, vel ipſam ſibi cellam efficiat, & in me ordinet G caritatem. Illa ſiquidem nunc diligens, ſed nondum percipiens, & in ſolis affectibus ſe exercens, nunc dicit: Vulnerata caritate ego ſum, & ad Angelus atque *Cant. 4* animas Sanctorum loquitur dicens: Adiuro vos filiæ *Cant. 5* Ieruſalem, ſi inueneritis dilectum meum, dicite illi, quia amore langueo.

QVOD CARITAS DVM EST IN deſiderio, langor eſt.

MIrum tamen eſt, quomodo amor ſiue caritas ſit langor ſponſæ vel animæ, cùm caritas operiat *1. Pet. 4* multitudinem peccatorum: & cùm Maria Magdalena, *Marc. 16.* quia multum dilexit, ab infeſtatione ſeptem dæmonum, & ſeptem † criminalium, langore ſanata ſit. Por- *† peccatorum.* ro amor langor eſt, dum amans ex deſiderij dilatione H torquetur, dum ſponſi ſuſpirat amplexus. Sed qui ſanat *2. Cor. 3.* omnes langores & infirmitates tuas, anima mea, tuum langorem amoris fruitione curabit, quando ſe tibi ad videndum, ad fruendum, facie reuelata præſtabit. Nunquã de cætero ſeparaberis ab oſculo, vel amplexu illius. Gaudebit equidem ſponſus ſuper ſponſam: & gaudebit *Iſa. 62.* ſuper te deus tuus. Tum lãgoris anguſtiam fructus amo- *1. Cor. 13.* ris excludet: quia caritas nunquã excidit. Amor igitur, nunc langor, dum cruciatur deſiderio videndi, erit ſanitas, quando iocundabitur vſu deſiderij. Videndi enim deſiderium tantum differt ab vſu deſiderij quantum fames à ſatietate, quantum appetitus à plenitudine ventri. Interim ergo grauiter infirmatur, & langore conficitur: Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris eius. Vox autem langoentis, & plangentis: Stipate *Cant.* me malis: fulcite me floribus, quia amore langueo, initia ſiquidem virtutum flores ſunt atque fructus

honoris

·noris & honeſtatis. Mala matutina, patientiæ ſunt ·rcitia & exempla. Stipatur itaque malis anima, dum ·nporis præterita percipit, conuertens in vtilitatem ·opriam Chriſti flagella, opprobria, & dolores, & ·ætera quæ paſſus eſt vſque ad ignominiam crucis, & ·ce omnia tranſierunt. Chriſtus enim iam non mori·r: fructum tamen quotidianum de ipſius paſſione ·lligimus, fulcitur autem ſponſa floribus, quos natu·humanæ innouatio de Chriſti reſurrectione pro·xit. Hiems enim tranſiit, imber abiit & receſſit, flo·s apparuerunt in terra noſtra: ille nimirum qui di·t: Ego flos campi & lilium conuallium. Terra car·is veſtræ, quæ ſub maledicto veteri, ſpinas & tribu·s germinabat, reſurgens à mortuis, refloreſcere fe·t, & in nouæ generationis infantiam nos reduxit. His ·alis, & his floribus ſtipanda & fulcienda eſt, vt ea ·nam habet ad Deum, non torpeſcat affectio; donec ·cepta in amplexibus ſponſi, dicat: Læua eius ſub ca·ite meo, & dextra illius amplexabitur me. Quicquid ·num de impluperio ſponſi ad meritum de illius ſini·tra nunc recipit, comparatione gloriæ, quam in am·lexu dextræ ſuſceptura eſt, modicum reputabit, ſcri·tum autem: In ſiniſtra eius diuitiæ & gloria, & in ·extra eius longitudinitas vitæ.

E DIMENSIONIBVS CARITATIS
Et communione ſecretorum.

SAné ſicut nunc Deus imperfectè, & ex parte co·gnoſcitur, ſic etiam imperfectè diligitur: cognitio ·num quam de Deo in præſenti habemus, ſi compare·tur ad notitiam patriæ, quando reuelata facie videbi·mus Deum, quando videbimus in gloria ſua, quando ·oſtendet faciem ſuam, & ſalui erimus, eſt ſicut in·greſſus matutinæ lucis per tenuiſſimam rimam, ſi ad ·meridianum ſplendorem conferatur; quando ſol lucet ·n virtute ſua, ſic dilectio Dei, quæ in hac peregrina·ione habetur, quaſi ſcintilla ignis exigua eſt ad ma·gnum illius amoris ignem, quo iuſti cum Seraphin in ·uperna Ieruſalem ardebunt. Cùm autem in amore Dei ·rga nos, ſicut teſtatur Apoſtolus, ſit longitudo, ſubli·mitas & profundum, caritati diuinæ humana dilectio ·pro ſuæ inſufficientiæ modulo ſe coaptat. Deus equi·tem non ſuperficialiter dilexit nos, non ſimulatoriè, ·non mediocriter, ſed plane, ſed ſincere, ſed medulli·us. Vtinam & nos comprehendere poſſimus cum om·nibus ſanctis, quæ ſit tantæ caritatis altitudo, longitu·do, latitudo, profundum. Altitudo eſt excellentia gra·tiæ, quam præparauit Deus diligentibus ſe; quam ·nec oculus vidit, nec auris audiuit: profunditas eius ·eſt, inclinatio diuinæ maieſtatis à patris coæqualitate, ·& exinanitio filij vſque ad formam ſerui, & pluſquam ·ſerui: quia vſque ad mortem & ignominiam crucifixi, ·Longitudo eius eſt ſine initio, ſine fine; dilectio enim ·illius nec deſinit, quæ ante mundi conſtitutionem ele·git nos in dilecto filio ſuo; & ſicut ſcriptum eſt, Mi·ſericordia eius ab æterno, & vſque in æternum ſuper ·timentes eum. Latitudo eius ampla, extenſa & diffuſa ·eſt in omnem beneuolentiæ modum. Ipſe enim vult ·omnes homines ſaluos fieri; per ipſam proprio filio ·non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum; ·ipſúmque nobis donans, teſte Apoſtolo, donauit no·bis omnia in eo: ſic etiam pari viciſſitudine caritas ·hominis ſe diuinæ caritati conformi dimenſione coa·ptat: alta eſt, dum æterna & cœleſtia contemplatur; ·profunda eſt, cùm ab homine, propter Deum, vilitas ·& abiectio affectatur: Longa eſt, quia finaliter perſe·uerat: fides enim & ſpes, atque ſcientia, & cætera ·euacuabuntur, caritas nunquam excidit; Lata eſt, quia ·læta eſt, quando in dilectione iuſtitiæ cor hominis di·latatur: Lata eſt, cùm extendit ſe non ſolum ad ·Deum & proximum, ſed etiam amore pio amplexatur ·inimicum: Lata eſt, cuius mandatum latum eſt, di·cente Propheta; Omnis conſummationis vidi finem E latum mandatum tuum nimis. *Pſal. 118* O lata, & dilatans ca·ritas, quam magna eſt domus tua, & ingens eſt locus poſſeſſionis tuæ! Cuius latitudinem, & profundum comprehendunt ſancti. Vtinam & nos cum eis in ea·dem lagena caritatis poſſimus pariter comprehendi. Dilatat vtique caritas in ſanctis tentorium ſuum, vt ſi Deum & proximom dilexerimus, recipiamur in communi exultatione ſanctorum. Quocirca non an·guſtemur in viſceribus noſtris, non coarctemus inter limites quantulæcunque iuſtitiæ noſtræ: *Pſal. 132* credamus in Spiritum Sanctum, ſanctam Eccleſiam Catholicam, ſanctorum communionem; vt imperfectum noſtrum videant oculi tui Iesv; & in beneplacito tuo, ſancto·rum communione, noſtra inſufficientia ſuppleatur. Si enim in ſanctis dilexerimus Deum, & ipſi pro ſuo·rum meritorum exigentia, ſuam nobis communica·bunt beatitudinem apud Deum. Vbi enim in medio diligentium ſe erit Deus, omnia in nobis, neceſſe eſt vt affectus communes, gaudiorum communio commi·tetur. F Non ſolum itaque proximi, ſed tota Chriſti beatitudo, commonione amoris & exultationis atque alieni participatione gaudij, noſtra erit, quia ego bea·titudinem in me habiturus de beatitudine aliena ſup·plebo. Bonum enim quod in Deo vel in proximo di·ligam, diligendo faciam meum, vt perfectio gaudij alieni, mèum omnino ſuppleat imperfectum. Vis vt familiari exemplo rei huius faciam tibi fidem? *Affectus maternus in filium exemplũ* Videt mater filium ſuum, quem ſuper omnia diligit, regali vnctione, ac diademate imperiali, ſceptróque & iuſu·lis imperialibus inſigniri: quanta eſt matris dilectio, tanta eſt exultatio eius: & ex filij honore, propriique feruore amoris, ſui gaudij commetitur affectus. Sicut ergo gaudium filij ſui, atque popularis applauſus om·nium congratulationem ſibi mater appropriat, ſic in·terea viuentium vnuſquiſque beneficia caritatis omni beatitudini coëxultat. O excellentia caritatis, ô dulce·do amoris, ô ſecuritas, ô requies, ô ſabbathum deifi·catum, ô æternæ fœlicitatis introitus, quam precioſio·rem omnibus regnis operatur caritas de corde puro, G & fide non ficta! *1. Tim.* Quia mihi dabit hoc amatorio poto inebriari, hoc lethargo ſopiri virus? A corde meo mortuus, totus à me tranſlatus in amorem Dei & pro·ximi, inter has duas ſortes, in pace in idipſum dor·miam & requieſcam. *Pſal. 4.* Quis me illi ſanctæ communio·ni aſcribet, vbi iocunditas ſingulorum transfundetur in omnes, & ab omnibus refunderur in Deum, eritque Deus omnia in omnibus: vt ſit ipſe vniuerſis diligenti·bus eum, amor, gaudium, pax, vita, requies, claritas, ſecuritas, & iubilatio, ſatietas omnium deſideriorum æterna, & conſernata gloriæ plenitudo.

INCIPIT COMPVTVS Paſchalis.

H SI noſſe via quotus annus eſt ab incarna·tione Domini noſtri Iesv Christi, computa triginta ſex per quindecim, fiunt quingenti quadraginta: his ſemper adde duodecim, fiunt quingenti quin·quaginta duo. Adde & Indictiones anni cuius volue·ris: vt puta decimam vicies ſemel poſt conſulatum Baſilij iunioris, ſunt quingenti ſexaginta duo. Iſti an·ni ſunt ab incarnatione Chriſti. Hoc tantum memor eſto ſollicitius, vt quotiens quintam decimam comple·ueris Indictionem quo argumentum poſſit integ[illegible] cuſtodiri quindecim non aſſumas, ſed ad primam ſum·mam, id eſt, in triginta ſex vnum ſemper adiicias: vt pu·ta pro triginta ſex, finita quintadecima Indictione, quam in ſuperiore computo addis triginta ſeptem per quindecim computabis, & annos Domini ſine vllo er·rore poteris reperire.

Si

A Si vis ſcire quota eſt Indictio, vt puta vicies ſemel, poſt conſulatum Baſilij iunioris: ſume annos ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti, id eſt quingentos, ſexaginta duo: his ſemper adiice tria fiunt quingenti ſexaginta quinque. Hæc partire per quindecim, remanent decem, decima eſt Indictio. Si verò nihil remanſerit, quinta decima eſt Indictio.

Si vis cognoſcere quot ſint Epactæ, id eſt adiectiones lunares: ſume annos ab incarnatione Domini quot fuerint, vt puta quingentos: hos partite per decem & nouem, remanent vndecim: hos per vndecim multiplica, fiunt centum viginti vnum: hos item partire per triginta, remanet vnus: vna eſt adiectio lunaris.

Si vis ſcire adiectiones ſolis, id eſt, concurrentes ſeptimanæ dies: ſume annos ab incarnatione Domini quot fuerint, vt puta quingentos ſexaginta duo, per indictionem decimam annorum, qui fuerint, quartam ſemper adiice, id eſt, nunc centum quadraginta,

B qui fiunt ſimul ſeptingenti duo; his adde quatuor, hos partire per ſeptem, remanent ſex. Sex ſunt Epactæ ſolis, id eſt, concurrentes ſeptimanæ dies per ſupraſcriptam Indictionem vicies ſemel poſt conſulatum Baſilij iunioris.

Si vis ſcire quotus ſit annus circuli decem & nouem annorum: ſume annos Domini, vt puta quingentos ſexaginta duo, & vnum ſemper adiice, fiunt quingenti ſexaginta tres: hos partire per decem & nouem, remanent duodecim, Duodecimus annus eſt cycli decemnouennalis. Quod ſi nihil remanſerit, nonus decimus annus eſt.

Si vis ſcire quotus cyclus lunæ eſt, qui decemnouennali circulo continetur: ſume annos Domini, vt puta quingentos ſexaginta duo, & ſubtrahe ſemper duo, fiunt quingenti ſexaginta: hos partire per decem & nouem, remanent nouem: nonus cyclus lunæ eſt decemnouennalis circuli: quoties autem nihil remaner, nonus decimus annus eſt.

C Si vis ſcire quando biſſextus dies ſit: ſume annos Domini, vt puta quingentos ſexaginta duo: partire hos per quatuor, ſi nihil remanſerit, biſſextus eſt. Si vnum aut duo, vel tres, biſſextus non eſt. Et ne tibi forſitan aliqua caligo erroris occurrat, per omnem Computum quem ducis, ſi nihil ſuperfuerit, eundem computum eſſe per quem duces agnoſce: vt puta ſi per decem & nouem ducens nihil ſuperauerit, ſcias nonum decimum eſſe: ſi per quindecim, quintum decimum: ſi per ſeptem, ſeptimum.

Si vis cognoſcere quota luna feſtus paſchalis occurrat: Si Martio menſe paſcha celebratur, computa à Septembri vſque ad Februarium fiunt ſex: his ſemper adiice duo, fiunt octo: & Epactas, id eſt, adiectiones Lunæ, cuius volueris anni, vt puta Indictionis decimæ, vna fiunt nouem, & dies menſis quo paſcha celebratur, id eſt Martij: triceſimus fiunt ſimul quadraginta: deduc triginta, remanent decem: luna eſt in die ſuperiùs indicato.

D Si vero menſe Aprili Paſcha celebramus, computa menſes à Septembri vſque ad Martium, fiunt ſeptem; his ſemper adiice duo, ſunt nouem: adde & Epactas, id eſt, adiectiones lunæ, cuius volueris anni, vt puta Indictionis decimæ vna, qui fiunt decem: & dies menſis quo paſcha celebramus, idem Aprilis nonum, qui ſimul fiunt decem & nouem, ſanè ſi ſuper triginta habueris, ſemper triginta ſubtrahas: tunc autem nona decima erit.

Si vis cognoſcere quotus dies ſeptimanæ eſt, ſume dies à Ianuario vſque ad menſem quem volueris, vt que ad nonum diem menſis Aprilis, fiunt dies xcvIII. his adiice ſemper vnum, fiunt centum. Et ſemper adde Epactas ſolis, cuius volueris anni, vt puta decimæ Indictionis ſextæ, fiunt ſimul centum ſex: hos partire in ſeptem, remanet vna: ipſa eſt Dominica paſchalis.

E

MAGNI AVRELII Caſſiodori Senatoris, v. c. & Inluſtris, Exquæſtoris ſacri Palatij, Exconſulis ordinarij, Exmagiſtri offic. Præf. præt. atque Patritij.

In Chronicon ad Theodoricum regem.

PRÆFATIO.

F SAPIENTIA principali, qua ſemper magna reuoluitis, in ordinem me conſules digerere cenſuiſtis: vt qui annum ornaueratis glorioſo nomine, redderetis Faſtis veritatis priſtinæ veritatem. Parui libens præceptis, & librariorum varietate deterſa, operi fidem hiſtoricæ auctoritatis impreſſi, quatenus veſter animus per inluſtres delectatus euentus, blando compendio longiſſimam mundi percurrat ætatem.

Ab Adam primo homine vſque ad diluuium, quod factum eſt ſub Noe, colliguntur anni II. DCCXLII.

Diluuium autem factum eſt propter gigantum nimiam feritatem, qui corporis magnitudine parique animi ſæuitia præualentes, humanitatis ius omne confuderant.

Et a diluuio vſque ad Ninum, qui prius omnium apud Aſſyrios regnauit, ann. DCCCCXCIX.

Reges Aſſyrij.

G Ninus itaque regnauit apud Aſſyrios annis lij. Huius imperij annis xliij. natus eſt Abraham. Is etiam condidit Niniuem.

Semiramis vxor Nini regnauit annos xlij. Hæc Babyloniæ muros inſtauraſſe memoratur.

Ninias filius Nini & Semiramidis regnauit annis xxxviij.

Arius regnauit ann. xxx.

Aralius regnauit ann. xl.

Xerxes, qui & Balaneus regnauit ann. xxx.

Armamitres regnauit ann. xxxviij.

Belochus regnauit annis xxxv.

Baleus regnauit ann. lij.

Altadas regnauit annis xxxij.

Huius temporibus fuit Prometheus vir ſapiens.

Mamithus regnauit ann. xxx.

Manchaleus regnauit annis xxx.

Huius temporibus Atlas frater Promethei præcipuus Aſtrologus habetur.

H Sphereus regnauit annis xx.

Mamylus regnauit annis xxx.

Sparetus regnauit ann. xl.

Huius temporibus à Cecrope rege Athenæ ſunt conditæ.

Aſcades regnauit ann. xl.

Huius temporibus Moſes in Monte Sina diuinam ſuſcepit legem.

Amyntes regnauit ann. xlv.

Huius temporibus Ieſus ſucceſſor Moſi terram Paleſtinorum Iudæ ac genti diſtribuit.

Belochus regnauit annis xxv.

Bellepares regnauit ann. xxx.

Lamprides regnauit ann. xxxij.

Soſares regnauit ann. xx.

Huius temporibus equus velociſſimus Pegaſus inuenitur.

Lampares regnauit ann. xxx.

anias regnauit ann. xlv.
oſarmus regnauit annis xix.
luius temporibus Argonautarum nauigatio, & Orpheus Thrax muſicus opinabilis habetur.
lithreus regnauit annis xxvij.
Huius temporibus Hercules athleticam exercuit, & Priamus apud Ilium regnat.
er hos igitur reges Aſſyriorum colliguntur anni dccclij.

Reges Latini.

atinus regnauit annis xxxij. A quo Latini ſunt appellati.
Huius imperij ann. xxv. Troia capta eſt, ad quem Æneas profugus venit, factúſque gener eius, ei ſucceſſit in regnum.
Eneas poſt viij annos Troiæ captæ regnauit in Italia an. iij.
ſcanius filius eius regnauit annis xxxviij. qui Albanum condidit.
iluius Æneæ filius de Lauinia regnauit ann. xix.
Huius temporibus Homerus poeta fuiſſe memoratur.
Eneas Siluius regnauit annis xxxj.
Huius temporibus Hebræorum rex Dauid Hieroſolymis regnat.
atinus Siluius regnauit annis l.
Huius temporibus Amazones Aſiam vaſtauerunt. Carthago condita eſt à Carcedone Tyrio, vt quidam dicunt. Solomon quoque filius Dauid regnans Hieroſolymis templum famoſiſſimum condit.
lba Siluius regnauit annis xxxix.
gyptus Siluius regnauit annis xxiv.
apys Siluius regnauit ann. xxviij.
apetus Siluius regnauit ann. xiij.
iberinus Siluius regnauit ann. viij.
grippa Siluius regnauit ann. xl.
remulus Siluius regnauit ann. xix.
Huius temporibus Lycurgus apud Lacedæmonas iura compoſuit.
uentinus Siluius regnauit ann. xxxviij.
A quo mons Romanorum, quia ibi ſepultus eſt, nomen accepit.
Procas Siluius regnauit ann. xxiij.
Amulius Siluius regnauit ann. xliv.
Qui fratrem ſuum Numitorem regno expulit, cuius tempora iſti ſunt applicita.

Reges Romani.

Romulus regnauit annis xxxviij. A quo Roma condita eſt, & ex Latinis Romani ſunt conditi. Hic primum C. conſtituit Senatores.
Huius temporibus Syracuſa, & Catina in Sicilia condita ſunt.
Numa Pompilius regnauit annis xlj. Qui duos menſes anno addidit, Ianuarium & Februarium, cum ante hunc x. tantum menſes apud Romanos fuiſſent. Capitolium quoque à fundamentis conſtruxit. *Cuius etiam temporibus Sibylla in Samo inſignis habita eſt.*
Tullus hoſtilius regnauit ann. xxxij. Qui primus apud Romanos purpura vſus eſt.
Huius temporibus Chalcedon conditur, & Bizantium, quæ nunc Conſtantinopolis appellantur.
Ancus Marcius regnauit ann. xxiij. qui ſexto decimo miliario ab vrbe Roma Oſtiam condidit.
Tarquinius Priſcus regnauit ann. xxxvij.
Huius temporibus Maſſilia in Galliis condita eſt.
Ser. Tullius regnauit ann. xxxiv. qui primus cenſum inſtituit ciuium Romanorum.
Huius temporibus apud Perſas Cyrus primum regnare cœpit.
Tarquinius Superbus regnauit ann. xxxv.
Huius temporibus Pythagoras Phyſicus philoſophus clarus habetur. Expulſo autem vrbe Tarquinio bini

Conſules cœperunt pro vno rege annis ſingulis adminiſtrare rempublicam. E

Hinc Conſules.

L. Iunius Brutus, & L. Tarquinius Collatinus.
Hi annum integrum minime tenuerunt ad peragendum tempus aliis ſubrogatis, id eſt: P. Valerio, Sp. Lucretio, & Horatio puluillo,
P. Valerius ij. & T. Lucretius.
Sp. Lartius, & T. Herminius.
P. Valerius iij. & P. Poſthumius.
P. Valerius iv. & T. Lucretius ij.
Agrippa Menenius, & P. Poſthumius.
Opiter Virginius, & Sp. Caſſius.
Poſthumus Cominius, & T. Lartius.
His Coſſ. dictator primus T. Lartius, & magiſter equitum Sp. Caſſius ordinantur.
Ser. Sulpicius, & M. Tullius.
T. Æbutius, & L. Vetuſius. F
Q. Clœlius, & L. Lartius.
A. Sempronius, & M. Minucius.
A. Poſthumius, & T. Virginius.
App. Claudius, & P. Seruilius.
C. Virginius, & T. Vetuſius.
Sp. Caſſius & Poſthumus Cominius.
T. Geganius, & P. Minucius.
M. Minucius, & A. Sempronius.
Sp. Nautius, & Sex. Furius.
T. Sicinius, alias Siccius, & C. Aquillius.
Sp. Caſſius, & Proculus Virginius.
Ser. Cornelius & Q. Fab.
L. Æmilius, & K. Fabius.
M. Fabius, & L. Valerius.
Q. Fabius, & L. Valerius.
Q. Fabius, & C. Iulius.
K. Fabius, & Sp. Furius.
M. Fabius, & Cn. Manlius.
K. Fabius, & T. Virginius. G
L. Æmilius, & C. Seruilius.
C. Horatius, & T. Menenius.
A. Virginius, & Sp. Seruilius.
C. Nautius & P. Valerius.
L. Furius, & C. Manlius.
L. Æmilius, & Opiter Virginius.
L. Pinarius, & P. Furius.
Ap. Claudius, & T. Quinctius Capitolinus.
L. Valerius, & Tit. Æmilius.
T. Numicius, & A. Virginius.
T. Quinctius ij. & Q. Seruius.
T. Æmilius ij. & Q. Fabius.
Q. Seruilius, & Sp. Poſthumius.
Q. Fabius ij. & T. Quinctius iij.
A. Poſthumius Albus, & Sp. Furius.
L. Æbutius, & P. Seruilius.
L. Lucretius Tricipitinus, & T. Veturius Geminus.
P. Volumnius, & Ser. Sulpicius.
G. Claudius, & P. Valerius.
Q. Fabius iij. & L. Cornelius Maluginenſis. H
L. Minucius, & L. Nautius.
L. Minucius, & M. Horatius Puluillus.
M. Valerius, & Sp. Virginius.
G. Veturius, & T. Romilius.
Sp. Tarpeius, & A. Aternius.
His Coſſ. legati Athenas miſſi ad leges deſcribendas.
P. Curiatius, & Sex. Quinctilius.
* Menenius, & P. Seſtius.
Hoc tempore à Coſſ. ad decem viros tranſlatum imperium eſt, per quos iij. annis adminiſtrata reſpublica eſt, atque iterum conſules creati ſunt.
L. Valerius, & M. Horatius.
L. Herminius, & T. Virginius.
M. Geganius, & C. Iulius.
T. Quinctius iv. & Agrippa Furius.
M. Genucius, & T. Curiatius.

L. Papirius,

A L. Papirius, & L. Sempronius.
M. Geganius ij. & T. Quinctius v.
M. Fabius, & Poſthumus Æbutius.
C. Furius Pacilus, & M. Papirius Craſſus.
Proculus Geganius, & L. Menenius.
T. Quinctius vj. & Agrippa Menenius.
M. Geganius iij. & L. Sergius
M. Cornelius Maluginenſis, & L. Papirius Craſſus.
C. Iulius ij. & L. Virginius.
C. Iulius iij. & L. Virginius ij.
T. Quinctius Penus, & Cn. Iulius Mento.
L. Papirius Craſſus. & L. Iulius.
L. Sergius ij. & Hoſtius Lucretius.
A. Cornelius Coſſus, & T. Quinctius Pennus ij.
C. Seruilius Ahala, & L. Papirius Mugillanus.
C. Sempronius, & Qu. Fabius Vibulanus.
M. Fabius Vibulanus, & T. Quinctius Capitolinus.
M. Cornelius Coſſus, & L. Furius Medullinus.
Q. Fabius Ambuſtus, & Furius Pacilus.
B M. Papirius, & C. Nautius.
M. Æmilius, & C. Valerius.
Cn. Cornelius, & L. Furius ij.
L. Lucretius, & Ser. Sulpicius Camerinus.
L. Valerius Potitus, & M. Manlius.
His Coſſ. poſt vrbem captam redeuntes Gallos dux Romanus nomine Camillus extinxit, de quibus triumphans in vrbe quaſi & ipſa patriæ conditor, Romulus meruit nuncupari. Tunc dignitates mutatæ ſunt, & in loco Conſulum per annos xxvij. tribuni militares fuerunt, quibus ob inſolentiam remotis per annos iv. poteſtas conſulum tribunorúmque ceſſauit. Deinde rurſus tribus annis per tribunos militares eſt adminiſtrata reſpublica. Poſt ann. xxiv. reuerſa eſt dignitas conſularis.
L. Sextius de plebe, & L. Æmilius Mamercus Patricius.
L. Genucius, & Qu. Seruilius.
C C. Sulpicius Peticus, & C. Licinius Stolo.
Cn. Genucius, & L. Æmilius Mamercus ij.
Qu. Seruilius Ahala, & L. Genucius.
C. Sulpicius ij. & C. Licinius.
C. Poetelius Balbus, & M. Fabius Ambuſtus.
M. Popillius Lænas, & Cn. Manlius.
C. Plautius, & C. Fabius.
C. Marcius, & Cn. Manlius.
M. Fabius Ambuſtus ij. & M. Popillius Lænas ij.
C. Sulpicius Peticus iij. & Marcus Valerius Publicola.
M. Fabius iij. & T. Quinctius.
C. Sulpicius iv. & M. Valerius ij.
P. Valerius, & C. Marcius Rutilus ij.
C. Sulpicius Peticus, & T. Quinctius Pennus,
M. Popilius iij. & L. Cornelius Scipio.
L. Furius Camillus, & Ap. Claudius Craſſus.
M. Valerius Coruinus, & M. Popillius Lænas iv.
T. Manlius Torquatus, & C. Plautius.
M. Valerius ij. & C. Poetilius ij.
M. Fabius Dorſo, & Ser. Sulpicius Camerinus,
D C. Marcius iij. & T. Manlius ij.
M. Valerius iij. & A. Cornelius Coſſus.
C. Marcius Rutilus, & Qu. Seruilius.
C. Plautius ij. & L. Æmilius Mamercus.
T. Manlius iij. & P. Decius Mus.
Tit. Æmilius Mamercus, & Qu. Publilius Philo.
L. Furius Camillus, & C. Mænius.
His Coſſ. roſtra nauium de Antiatibus in foro fixa ſunt.
C. Sulpicius Longus, & P. Ælius Pætus.
L. Papirius Craſſus, & K. Duilius.
M. Valerius iv. & M. Attilius Regulus.
Tit. Veturius, & Sp. Poſthumius.
A. Cornelius ij. & Cn. Domitius.
His Coſſ. pax cum Alexandro rege Ægypti facta eſt.
M. Claud. Marcellus, & C. Valerius. L. Papirius Craſſ. ij. & L. Plautius Venno. L. Æmilius Mamercus, & C. Plautius. C. Plautius Procul. & P. Cornel. Scapula. E
L. Cornelius Lentulus, & Q. Publius Philo ij.
C. Poetelius iij. & L. Papirius Mugillanus.
His Coſſ. Alexandria in Ægypto condita.
L. Furius Camillus ij. & Iunius Brutus Scæua. C. Sulpicius Longus ij. & Qu. Aulius. Q. Fabius, & L. Fuluius. T. Veturius Caluinus, & Sp. Poſthumius. L. Papirius, & Qu. Publilius Philo. L. Papirius & Q. Aulius Cærretanus. M. Foſſius, & L. Plautius Venno.
C. Iunius Bubulcus, & Q. Æmilius Barbula. SP. Nautius, & M. Popillius. L. Papirius Iun. & Qu. Publilius. M. Poetelius, & C. Sulpicius L. Papirius Curſor. & C. Iunius Bubulcus ij. M. Valer. & P. Decius.
His Coſſ. per Ap. Claudium Cenſorem via facta, & aqua inducta eſt, quæ ipſius nomine nuncupatur.
C. Iunius Bubulcus iij. & Q. Æmilius Barbula ij.
Q. Fabius ij. & C. Marcius Rutilus. Q. Fabius iij. & P. Decius ij. App. Claudius, & L. Volumnius.
His Coſſ via per agros publica facta.
P. Cornel. Aruina, & Qu. Marcius Tremulus L. Poſthumius, & T. Minucius. P. Sulpicius Sauerrio, & P. Sempronius Sophus. L. Genucius, & Ser. Cornelius. M. Liuius, & L. Æmilius. M. Valerius, & Q. Apuleius. P. Sulpicius Seuerrio, & P. Sempronius Suphus. F
L. Genucius, & Ser. Cornelius, M. Liuius, & L. Æmilius. M. Valerius, & Qu. Appuleius.
M. Fuluius Pætus, & T. Manlius Torquatus.
L. Cornelius Scipio, & Cn. Fuluius. Q. Fabius Maximus iv. & P. Decius Mus iij. L. Volumnius, & App. Claudius. Q. Fabius v. & P. Decius iv. L. Poſthumius Megellus, & M. Attilius Regulus.
L. Papirius Curſor, & Sp. Caruilius. Q. Fabius Gurges, & D. Iunius Brutus Scæua. L. Poſthumius, & C. Iunius. P. Cornelius Rufinus, & M. Curius Dentatus. M. Valerius, & Q. Cædicius.
Q. Marcius, & P. Cornelius.
M. Marcellus, & C. Nautius.
M. Valerius, & C. Ælius, C. Claudius M. Æmilius.
C. Seruilius, & L. Cælius. G
P. Cornelius Dolabella, & Cn. Domitius.
C. Fabricius, & Q. Æmilius.
L. Æmilius, & Q. Marcius.
P. Valerius, & T. Coruncanius.
P. Sulpicius, & P. Decius.
C. Fabricius, & Q. Æmilius.
P. Cornelius, & C. Iunius. Q. Fabius, & C. Genucius.
M. Curius, & L. Lentulus.
Ser. Cornelius, & M. Curius.
C. Fabius, & C. Claudius.
L. Papirius Curſor, & S. Caruilius.
C. Quinctius, & L. Genucius.
C. Genucius, & Cn. Cornelius.
P. Sempronius, & App. Claudius.
M. Atilius, & L. Iulius Libo. C. Iunius, & N. Fabius.
App. Claudius, & Q. Fuluius. M. Valer. & M. Otacilius.
L. Poſthumius, & Qu. Mamilius.
L. Valerius, & T. Otacilius.
Cn. Cornelius, & C. Duilius.
C. Aquillius, & L. Cornelius. H
A. Atilius Calatinus, & Qu. Sulpicius.
C. Cornelius, & C. Atilius Serranus.
Qu. Cædicius, & L. Manlius.
M. Æmilius Paulus, & Ser. Fuluius nobilior,
Cn. Cornelius, & A. Atilius.
Cn. Seruilius, & C. Sempronius.
C. Aurelius Cotta, & P. Seruilius.
L. Cæcilius Metellus, & C. Furius.
C. Atilius Regulus, & L. Manlius.
P. Claudius, & L. Iunius. P. Seruilius, & C. Aurelius.
L. Cæcilius, & N. Fabius. M. Fabius, & M. Otacilius.
M. Fabius, & C. Atilius.
A. Manlius, & C. Sempronius.
C. Fundanius, & C. Sulpicius.
C. Lutatius Cerco, & A. Poſthumius.
Qu. Lutatius Catulus, & A. Manlius.

C. Claudius Centho, & M. Sempronius.
C. Mamilius, & Qu. Valer.
His Coſſ. ludis Romanis primum tragœdia & comœdia à L. Liuio ad ſcænam data.
T. Sempronius, & P. Corn.
L. Cornelius, & Qu. Fuluius.
G. Licinius, & P. Cornelius.
T. Manlius Torquatus, & C. Atilius.
L. Poſthumius, & Sp. Caruillus.
Q Fabius, & M. Pomponius.
M. Lepidus, & M. Publicius.
C. Papirius, & M. Pomponius.
M. Æmilius, & M. Iunius.
His Coſſ. Hamilcar Hannibalis pater in Hiſpania bellum Romanis parans occiſus eſt. Hic ſolitus dicere: quatuor filios contra P. R. ſe velut catulos leoninos educare.
L. Poſthu. & Cn. Fuluius.
Q. Fabius ij. & Sp. Caruillus.
P. Valerius, & M. Atilius.
L. Apuſtius, & M. Valer.
C. Atilius, & L. Æmilius.
T. Manlius, & Q. Fuluius ij.
C. Flaminius, & P. Furius Philus.
M. Marcellus, & Cn. Cornelius.
P. Cornelius, & M. Minucius.
L. Veturius, & C. Lutatius.
His Coſſ. via Flaminia munita, & circus factus, qui Flaminius appellatur.
L. Liuius, & L. Æmilius.
His Coſſ. Hannibal Hamilcaris filius in Hiſpania bellum molitur.
P. Cornelius Scipio, & T. Sempronius Longus.
Cn. Seruilius Geminus, & C. Flaminius.
L. Æmilius Paulus, & C. Terentius Varro.
Tit. Sempronius Gracchus, & Quint. Fabius Maximus iij.
Q. Fabius Maximus iv. & M. Marcellus ij.
Q. Fabius Maximus, & T. Sempronius Gracchus.
Qu. Fuluius Flaccus iij. & Appius Claudius Pulcher ij.
Cn. Fuluius. Centumalus, & P. Sulpicius Galba.
M. Marcellus iij. & M. Valerius Læuinus.
Q. Fabius v. & Q. Fuluius Flaccus iv.
M. Marcellus iv. & Tit. Quinctius.
C. Claudius Nero, & M. Liuius Sallnator.
L. Veturius Philo, & Qu. Cæcilius Marcellus.
P. Scipio, & P. Licinius Craſſus.
M. Cornelius Cethegus, & P. Sempronius Tuditanus.
Cn. Seruilius Cæpio, & Cn. Seruilius Geminus.
M. Seruilius Geminus, & T. Claudius Nero.
C. Cornelius Lentulus, & P. Ælius Pætus.
P. Sulpicius Galba, & C. Aurelius Cotta.
L. Cornelius Lentulus, & P. Villius.
Sex. Ælius Pætus, & T. Quinctius Flamininus.
P. Furius, & M. Marcellus.
L. Valerius Flaccus, & M. Porcius Cato.
P. Scipio Africanus ij. & Tit. Sempronius Longus.
L. Cornelius Merula, & Qu. Minucius Thermus.
L. Quinctius, & Cn. Domitius Ahenobardus.
P. Cornelius Scipio Naſica, & M. Acilius Glabrio.
L. Cornelius Scipio, & C. Lælius Africanus.
M. Fuluius Nobilior, & Cn. Manlius Vulſo.
M. Valerius Meſſala, & C. Liuius Salinator.
M. Æmilius Lepidus, & C. Flaminius.
Sp. Poſthumius Albinus, & Q. Marcius Philippus.
His Coſſ. Athletarum certamina primum à Fuluio edita.
Ap. Claudius Pulcher, & M. Sempronius Tuditanus.
P. Claudius Pulcher, & L. Porcius Licinus.
M. Claudius Marcellus. & Qu. Fabius Labeo.
His Coſſ. Hannibal apud Pruſiam veneno periit.
L. Æmilius Paulus, & Cn. Bæbius Tamphilus.
P. Cornelius Lentulus, & M. Bæbius Tamphilus.
A. Poſthumius Albinus. & C. Calpurnius Piſo.
Qu. Fuluius, & L. Manlius.

M. Iunius, & Cn. Manlius. E
T. Sempronius, & C. Claudius.
Cn. Cornelius, & Qu. Petillius.
M. Lepidus, & P. Mucius.
Sp. Poſthumius, & Qu. Mucius.
L. Poſthumius Albinus, & M. Popillius.
C. Popillius, & P. Ælius.
P. Licinius, & C. Caſſius,
C. Hoſtilius Mancinus, & C. Atilius.
L. Marcius Philippus, & Q. Seruilius.
L. Paulus ij. & C. Licinius.
Qu. Ælius Pætus, & M. Iunius.
M. Marcellus, & C. Sulpicius.
Cn. Octauius, & T. Manlius.
A. Manlius, & Qu. Caſſius.
T. Sempronius, & M. Iuuentius.
P. Scipio Naſica, & C. Marcius.
M. Meſſalla, & C. Fannius.
L. Anicius, & M. Cornelius.
Cn. Cornelius Dolabella, M. Fuluius.
M. Æmilius, & C. Popillius. F
His Coſſ. Metalla in Macedonia inſtituta.
Sex. Iulius, & L. Aurelius.
L. Lentulus, & C. Marcius.
P. Scipio, & M. Claudius.
L. Poſthumius, & Qu. Opimius.
Qu. Fuluius, & T. Annius.
Hi primi conſules Kalendis Ianuariis magiſtratum inierunt propter ſubitum Celtiberia bellum.
M. Marcellus, & L. Valerius.
L. Lucullus, & A. Poſthumius.
L. Quinctius, & M. Acilius.
L. Marcius, & M. Manilius.
Sp. Poſthumius, & L. Piſo.
P. Africanus, & C. Liuius.
Cn. Cornelius, & L. Mummius.
Qu. Fabius Maximus, & L. Hoſtilius.
Ser. Galba, & L. Aurelius.
App. Claudius, & Qu. Metellus.
L. Metellus, & Q. Maximus. G
Cn. Cæpio, & Q. Pompeius.
Q. Cæpio, & C. Lælius.
Cn. Piſo, & M. Popillius.
P. Scipio, & D. Brutus.
M. Æmilius, & C. Hoſtilius Mancinus.
P. Furius, & Sex. Atilius Serranus.
Ser. Fuluius, & Qu. Calpurnius.
His Coſſ. Æmilianus Scipio ob Numantinum bellum, quum candidatus non eſſet, conſul creatur.
P. Africanus, & C. Fluuius Flaccus.
C. Mucius, & L. Calpurnius.
P. Popillius, & P. Rupilius.
P. Craſſus, & L. Valerius Flaccus,
App. Claudius, & M. Perperna.
C. Sempronius, & M. Apuillius.
Cn. Octauius, & T. Annius.
L. Caſſius, & L. Cinna.
M. Æmilius, & L. Aurelius. H
M. Plautius, & M. Fuluius.
C. Caſſius Longinus, C. Sextius.
Qu. Cæcilius, & T. Quinctius.
Cn. Domitius, & C. Fannius.
His Coſſ. Sextius oppidum ædificauit, in quo Aquæ Sextiæ in Gallis.
L. Opimius, & Qu. Maximus.
P. Manilius, & C. Papirius.
L. Cæcilius, & L. Aurelius.
M. Cato, & Qu. Marcius.
L. Cæcilius, & Qu. Mucius.
C. Licinius Geta, & Qu. Maximus.
M. Metellus, & M. Scaurus.
His Coſſ. L. Metellus, & Cn. Domitius cenſores artem ludicram ex vrbe remouerunt, præter Latinum tibicinem cum cantore, & ludum talorum.

M. Acilius

A M. Acilius Balbus, & C.Caro.
C. Cæcilius, & Cn. Papirius.
M. Liuius Druſus, & L.Piſo.
P.Scipio, & L. Calpurnius. Beſtia.
Sp.Poſthomius, & M. Minucius.
Q. Metellus, & M.Silanus.
Ser. Galba, & M. Scaurus.
L. Caſſius, & C.Marius.
Q Seruilius, & C.Atilius Serranus.
His Coſſ. per Seruilium Capionem conſulem iudicia equitibus & ſenatoribus communicata.
P Rutilius Rufus, & C.Manilius.
C.Marius ij. & C. Flauius Fimbria.
C.Marius iij. & L.Aurelius Oreſtes.
C.Marius iv. & Qu.Lutatius.
C. Marius v. & M. Aquillius.
C: Marius vj. & L.Valerius Flaccus.
M.Antonius, & A.Poſthumius.
Q. Metellus, & T.Didius.
B Cn.Lentulus, & P.Craſſus.
Cn. Domitius, & C.Caſſius.
His Coſſ. Ptolemæus Ægypti rex populum Romanum heredem reliquit.
P.Craſſus, & Q.Scæuola.
C. Cælius, & L. Domitius.
C.Valerius Flaccus, & L.Herennius.
C. Claudius Pulcher, & M.Perperna.
L.Marcius, & Sex. Iulius.
L. Cæſar, & C.Rutilius Lupus.
Cn. Pompeius, & L.Porcius Cato.
L.Sylla, & Q.Pompeius.
L.Cinna, & Cn. Octauius.
L.Cinna ij. & C.Marius.vij.
L.Cinna iij. & Cn.Papirius.
L Cinna iv. & Cn.Papirius ij.
His Coſſ. Aſiam in xliv. regiones Sylla diſtribuit.
L.Scipio, & C.Norbanus.
His Coſſ. Capitolium cuſtodum negligentia concrematur.
C Cn. Carbo iij. & C. Marius.
M.Tullius, & Cn.Dolabella.
L. Sylla ij. & Q.Metellus.
P. Seruilius, & App. Claudius.
M.Lepidus, & Q Catulus.
M Æmilius, & D.Brutus.
Cn. Octauius, & C.Curio.
L. Octauius, & C.Cotta.
L. Licinius Lucullus, & M. Cotta.
M.Lucullus, & C.Caſſius.
L.Gellius, & Cn.Lentulus.
Cn. Aufidius, & P. Lentulus.
M.Craſſus, & Cn. Pompeius.
Qu. Metellus, & Q.Hortenſius.
His Coſſ. a Q. Catulo reparatum dedicatumque Capitolium eſt.
L.Metellus, & Qu Marcius.
C.Piſo, & M. Glabrio.
M.Lepidus, & L. Torquatus.
L.Cæſar, & Q. Marcius.
D M.Cicero, & C.Antonius.
D.Silanus, & L.Murena.
M. Pupius, & M. Valerius.
His Coſſ. Catilina in agro Piſtorienſi à C. Antonio bello peremptus eſt.
Qu. Metellus, & L.Afranius.
C.Cæſar & M.Bibulus.
L.Piſo, & A. Gabinius.
His Coſſ. Clodij rogatione Cicero in exilium eſt profectus.
P.Lentulus, & Qu. Metellus.
His Coſſ. propter ciuiles diſſenſiones per S. C. de exilio Cicero reuocatur.
Cn. Lentulus, & L.Philippus.
Cn.Pompeius, & M.Craſſus.
App.Claudius, & L. Domitius.

Cn.Domitius, & M. Meſſalla. E
Cn. Pompeius, & Q. Metellus.
M.Marcellus, & Ser.Sulpicius.
L.Paulus, & M. Marcellus.
L.Lentulus, & C Marcellus.
His Coſſ. pernicioſa in Curia conflatur de Pompeio Cæſareque diſcordia. Sed C. Iulius Cæſar de Gallijs veniens Pompeium fugauit Italia: aurum atque argentum Romæ de ærario ſuſtulit, ac primus Romanorum ſingulare obtinuit imperium, a quo Cæſares Romani principes appellati: Imperauit autem annis iv. menſibus vj. Sub quo hi conſules fuerunt.

Imperatores Romani.

C.Iulius Cæſar j.
C.Iulius Cæſar ij. & P. Seruilius.
Q.Fuſius, & P. Vattoius.
His Coſſ. Cæſar Pompeium Pharſalico prælio ſuperauit, Pompeius fugiens in Ægyptum, occiſus eſt. F
C.Iulius Cæſar iij. & M. Lepidus.
C.Iulius Cæſar iv. & Fabius Maximus.
His Coſſ. C. Iulius Cæſar per quatriduum triumphauit.
C.Iulius Cæſar v. & M.Antonius.
His Coſſ. M. Antonius Lupercalibus ſella aurea ſedenti Cæſari diadema renuenti impoſuit, atque Idibus Martiis Cæſar in Pompeia curia occiſus eſt: cui ſucceſſit Octauianus Cæſar, qui regnauit annis lvj. menſibus vj per quæ tempora hi conſules extiterunt.

Octauianus Auguſtus ij.

C.Panſa & A. Hirtius.
His Coſſ. Cæſar Octauianus, Antonius & Lepidus amicitiæ fœdus inierunt, M. Cicero per Popillium militem Caietæ occiſus eſt annorum lxiij. Cæſar Octauianus forum Auguſteum ædificauit.
M.Lepidus, & L.Plancus.
P. Seruilius ij. & L Antonius. G
C. Domitius, & C.Aſinius.
L.Cenſorinus, & C.Caluiſius.
App. Claudius, & C. Norbanus.
M. Aggripa, & L. Caninius.
His Coſ. lacus Lucrinus in portum conuerſus eſt.
L.Gellius, & M.Cocceius.
Sex. Pompeius, & L.Cornificius.
L.Scribonius, & L. Atracinus.
C.Cæſar, & L. Volcatius.
Cn. Domitius, & C.Soſius.
C.Cæſar ij. & M.Meſſalla.
His Coſ. apud Actium M. Antonius à Cæſare ſuperatur.
C.Cæſar iij. & M. Craſſus.
His Coſ. Nicopolim Cæſar conſtruit, ludos Actiacos inſtituit. Antonius a Cæſare prælio peremptus, Alexandria in mauſoleo cum Cleopatra reconditur.
C.Cæſar iv. & Sex. Appuleius.
C.Cæſar v. & M. Agrippa ij.
His Coſ. Parthorum diſſenſiones per Cæſarem ſedata. H
C. Cæſar vj. & M. Agrippa iij.
Cæſar leges protulit, iudices ordinauit, prouincias diſpoſuit, & ideo Auguſtus cognominatus eſt. Cuius temporibus floruerunt Virgilius, Horatius, & Liuius.
C. Auguſtus Cæſar vij. & T.Statilius.
C. Auguſtus Cæſar viij. & M.Silanus.
His Coſ Cantabros, Germanos, Salaſſos Cæſar perdomuit.
C. Auguſtus Cæſar ix. & C. Norbanus.
His Coſ. Aſturices & Cantabros per L. Lamiam Cæſar perdomuit.
C. Auguſtus Cæſar x. & Cn.Piſo.
M.Marcellus, & L. Arruntius.
M. Lollius, & Q.Lepidus.
M.Appuleius, & P.Silius.
His Coſ. aquilas & ſigna Craſſiana de Parthis Cæſar recepit.

. Sentius, & Qu. Lucterius.
Hu Coſſ. Cæſari ex prouinciis redeunti currus cum corona aurea decretus eſt, quo aſcendere noluit.
n. Lentulus, & P. Lentulus.
. Furnius, & C. Silanus.
. Domitius, & P. Scipio.
I. Druſus, & L. Piſo.
n. Lentulus, & M. Craſſus.
it. Nero, & P. Quinctilius.
I. Meſſalla, & P. Sulpicius.
aulus Fabius, & Qu. Ælius.
lus Antonius, & Africanus Fabius.
Druſus Nero, & L. Quinctius.
Hu Coſſ. apud Lingonum gentem templum Cæſari Druſus ſacrauit.
C. Aſinius, & C. Marcius.
Hu Coſſ. inter Albim & Rhenum, Germani omnes Tit. Neroni dediti, per Sex. Appuleium Pannoni ſubacti.
Tir. Nero, & Cn. Piſo.
D. Lælius, & C. Antiſtius.
C. Auguſtus Cæſar xj. L. Sylla.
C. Caluiſius, & L. Paſſienus.
C. Lentulus, & M. Meſſalla.
Hu Coſſ. Dominus noſter Ieſus Chriſtus filius Dei in Bethleem naſcitur anno imperij Auguſti xlj.
C. Auguſtus Cæſar xij. & M. Plautius.
Coſſus Lentulus & L. Piſo.
C. Auguſtus Cæſar xiij. & L. Paulus.
P. Vinicius, & P. Alphenus.
M. Seruilius, & L. Lamia.
Sex. Ælius, & C. Sentius.
Cn. Cinna, & L. Valerius.
Hu Coſſ. per dies viij. impetu miſeranda clades hominum domorúmque fuit.
M. Lepidus, & L. Aruntius.
Q. Cæcilius, & A. Licinius.
M. Furius, & Sex. Nonius.
Q. Sulpicius, & C. Poppæus.
P. Dolabella, & C. Silanus.
M. Lepidus, & T. Statilius.
Germanicus Cæſar, & C. Fonteius.
L. Plancus, & C. Silius.
Sex. Pompeius, & Sex. Apuleius.
His Coſſ. Imp. Auguſtus obiit lxxvj. anno ætatis ſuæ, imperij autem lvj. Nolæ. Huic ſucceſſit in imperium Tib. Cæſar, qui imperauit annis xxiij. ſub quo hi conſules fuerunt.

Tib. Cæſar iij.

Druſus Cæſar, & C. Norbanus.
Seſenna Statilius, & L. Scribonius.
Hu Coſſ. Mathematici vrbe pelluntur.
L. Pomponius, & C. Cæcilius.
Tib. Cæſar, & Germanicus Cæſar.
M. Silanus & C. Norbanus.
Hu Coſſ. Germanicus Cæſar in Syria mortuus.
M. Valerius, & M. Aurelius.
Tib. Cæſar, & Druſus Cæſar.
D. Haterius, & C. Sulpicius.
C. Aſinius, & C. Antiſtius.
Hu Coſſ. Druſus Cæſar publicè funeratur.
Ser. Cornelius, & L. Viſellius.
M. Aſinius, & Coſſus Cornelius.
C. Caluiſius, & Cn. Gerulicus.
L. Piſo, & M. Craſſus.
Ap. Silanus, & P. Silius.
C. Rubellius, & C. Fuſius.
M. Vinicius, & L. Caſſius.
Tib. Cæſar v. * Coſs.
Hu Coſſ. Dominus noſter Ieſus Chriſtus paſſus eſt, viij. Kalend. Aprilis, & defectio ſolis facta eſt, qualis ante vel poſt modum nunquam fuit.
Vinicius & Longinus.
Sulpicius & Silla. E
Perſicus, & Vitellius.
Gallus, & Nonianus.
Hu Coſſ. Perſius Flaccus Satyricus poeta Volaterris naſcitur.
Gallienus, & Plautianus.
Hi Coſſ. Tyberius Imperator in Campania moritur, cui ſucceſſit C. Cæſar cognomento Caligula, qui regnauit annis tribus & menſibus x. Sub quo hi conſules extiterunt.

C. Caligula iv.

Proculus, & Nigrinus.
Iulianus, & Aſprenas.
Publicola, & Nerua.
Hu Coſſ. Pilatus in multas incidens calamitates, propria ſe manu interfecit.
Cæſar, & Iulianus.
Hu Coſſ. C. Cæſar cognomento Caligula, à protectoribus ſuis occiditur in Palatio, ann. ætatis xxiv. cui ſucceſſit Claudius, qui imperauit annis xiij. menſibus viij. diebus xxviij. ſub quo hi conſules fuerunt. F

Claudius v.

Cæſar ij. & Saturninus.
Secundus, & Venuſtus.
Hu Coſſ. Petrus Apoſtolus Romam mittitur, vbi Euangelium prædicans xxv. annis eiuſdem vrbis Epiſcopus perſeuerat.
Tiberius, & Gallus.
Criſpinus, & Taurus.
His Coſſ. Claudius de Britannis triumphauit, & Orcadas inſulas Romano adiecit imperio.
Vinicius, & Cornelius.
His Coſſ. inter Theram, & Theraſiam exorta eſt inſula habens ſtadia xxx.
Aſiaticus, & Cornelius.
His Coſſ. deſcriptio Romæ facta eſt, & inuenta ſunt ciuium Romanorum centena millia, & xliij. Thracia hucuſque regnum in prouinciam redigitur. G
Tiberius ij. & Vitellius.
Vitellius ij. & Publicola.
Vecannius, & Gallus.
Vetus, & Seruilianus.
Claudius, & Orfitus.
Siluanus, & Siluius.
Tiber. ij. & Antoninus.
Silanus, & Otho.
His Coſſ. Claudius moritur in Palatio anno ætatis lxiv. Huic ſucceſſit Nero, qui regnauit annis xiij. menſibus vij. diebus xxviij. Sub quo hi conſules fuerunt.

Nero Claudius vj.

Silanus ij. & Antoninus ij.
Marcellinus, & Auiola.
His Coſſ. ſanctus Paulus Apoſtolus Romam vinctus à Felice præſide deſtinatur. H
Probus etiam eruditiſſimus grammaticus Romæ cognoſcitur.
Vrſulus Tholoſenſis celeberrimè in Galliam rhetoricam docet.
Nero, & Vetus.
Nero ij. & Piſo.
Nero iij. & Meſſalla.
Nero iv. & Cornelius.
Pius, & Turpilianus.
Macrinus, & Gallus.
Craſſus, & Baſſus.
His Coſſ. thermæ à Nerone ædificatæ, quas Neronianas appellauit, cuius odio mutato vocabulo nunc Alexandrinas nominantur.

Siluanus,

A Siluanus, & Paulinus.
His Coſſ. Nero vt ſimilitudinem Troiæ ardentis inſpiceret, plurimam partem Romæ vrbis incendit.
Teleſinus, & Apulcius.
His Coſſ. duæ prouinciæ factæ ſunt, Pontus Polemoniacus, & Alpes Cottiæ, Cottio rege defuncto.
Captio, & Rufus.
Italicus, & Turpilianus.
Siluanus, & Otho.
His Coſſ. Romæ ſancti Petrus & Paulus Apoſtoli trucidati ſunt à Nerone, qui turpiter viuens, cùm à Senatu quæreretur ad pœnam, è Palatio fugiens ad iv. vrbis milliarium in ſuburbano Nomentana via ſeſe interfecit, anno ætatis xxxij. cui ſucceſſit Galba, qui regnauit menſibus vij. Poſt hunc Otho menſibus iij. diebus quinque. Poſt Vitellius regnauit menſibus viij. die vno. Qui omnes infraſcriptos duos Conſules tenuerunt.
Veſpaſianus, & Titus.
B Veſpaſianus ij. & Titus ij.
His Coſſ. Veſpaſianus ſuſcepit imperium qui regnauit annis ix. menſibus xj. diebus xxij. ſub quo hi cõſules fuerunt.

Veſpaſianus vij.

Veſpaſianus iij. & Netua.
Veſpaſianus iv. & Titus iij.
His Coſſ. Titus filius Veſpaſiani Iudæa capta, præter quos gladio interfecit, centum millia captiuorum publicè venundauit.
Veſpaſianus v. & Titus iv.
Veſpaſianus vj. & Titus v.
Veſpaſianus vij. & Titus vj.
His Coſſ. Veſpaſianus incenſum Capitolium ædificare orſus eſt.
Commodus, & Rufus.
C Veſpaſianus viij. & Titus vij.
His Coſſ. Coloſſus erectus eſt habens altitudinis pedes c. & vij.
Veſpaſiſuus ix. & Titus viij.
Siluanus, & Verus.
Domitianus, & Meſſalinus.
His Coſſ. Veſpaſianus eſt mortuus profluuio ventris, in villa propria circa Sabinos, cui Titus filius eius ſuccedens, in vtraque lingua diſertiſſimus regnauit annis ij. menſibus ij. ſub quo hi conſules extiterunt.

Titus Veſpaſianus viij.

Domitianus ij. & Rufus ij.
His Coſſ. Titus amphitheatrum Romæ ædificauit, & in dedicatione eius quinque millia ferarum occidit.
Domitianus iij. & Sabinus.
His Coſſ. Titus morbo periit in eadem villa qua pater eius, anno ætatis xlij. Qui ob inſignem manſuetudinem deliciæ humani generis appellatus eſt, cui ſucceſſit
D *Domitianus frater Titi iunior crudeliſſimus, qui imperauit annis xv. menſibus v. Sub quo hi conſules fuerunt.*

Flauius Domitianus ix.

Domitianus iv. & Rufus iij.
His Coſſ. Domitianus eunuchos fieri prohibuit.
Domitianus v. & Dolabella.
Domitianus vj. & Rufus iv.
Flauius, & Traianus.
Domitianus vij. & Netua.
Traianus ij. & Glabrio.
His Coſſ. primus domitianus dominum & Deum ſe appellari iuſſit.
Domitianus viij. & Saturninus.
Siluanus, & Priſcus.
His Coſſ. Quintilianus ex Hiſpania primus Romæ ſcholam publicam, & ſalarium è fiſco accepit, & claruit. E
Aſprenas, & Clemens.
His Coſſ. Multa mœnia, & celeberrima Romæ facta ſunt, id eſt, Capitolium, forum Tranſitorium, Diuorum porticus, Iſeum, Serapium, ſtadium, Horrea piperataria, Veſpaſiani templum, Mineruæ Chalcidica, Odæum.
Domitianus ix. & Clemens ij.
His Coſſ. inſigniſſima Romæ facta ſunt, id eſt, forum Traiani, thermæ Traiani, & Tiſianæ, Senatus, ludus Matutinus, Meta aurea, Meta ſudans, & Pantheon.
Netua ij. & Rufus.
Fuluius, & Verus.
Sabinus, & Antoninus.
Nerua iij. & Traianus iij.
Senecio, & Palma.
Traianus iv. & Fronto.
His Coſſ. Apollonius Tyaneus philoſophus inſignis habetur. Domitianus occiſus in Palatio, anno ætatis xxxv. cui Nerua ſuccedens, regnat annum vnum, menſes iv. ſub quo hi Conſules fuerunt. F

Nerua Cocceius x.

Traiſnus v. & Orfitus.
Senecio ij. & Sura.
His Coſſ. Nerua morbo periit in hortis Saluſtianis anno ætatis lxxij. cùm iam Traianum adoptaſſet in filium, cui ſuccedens imperauit annis xix. menſibus vj. diebus xv. ſub quo hi conſules fuerunt.

D. Traianus xj.

Traianus vj. & Maximus.
Senecciu iij. & Sura ij.
Vrbanus, & Marcellus.
Candidus, & Quadratus.
His Coſſ. Traianus de Dacis, & Scytis triumphauit.
Commodus, & Cerealis.
His Coſſ. Trmianus Hiberos, Sauromatas, Oſroenos, Arabas, Boſphoranos, Colchos in fœdus accepit. Seleuciam, Cteſiphontem, & Babylonem occupauit, & tenuit. G
Senecio iv. & Sura iij.
His Coſſ. Troianus in mari rubro claſſem inſtituit, vt per eam Indiæ fines vaſtaret.
Gallus, & Bradua.
Africanus, & Criſpinus.
Criſpinus ij. & Soleuus.
Piſo, & Ruſticus.
Traianus vij. & Africanus.
Celſus, & Criſpinus.
His Coſſ. Plinius ſecundus Nouocomenſis orator & hiſtoricus inſignis habetur, cuius ingenij plurima opera extant.
Aſta, & Piſo.
Meſalla, & Pedo.
Æmilius, & Vetus.
Niger, & Apronianus.
His Coſſ. Traianus Armeniam, Aſſyriam, & Meſopotamiam prouincias fecit. H
Clarus, Alexander.
Hadrianus, & Salinator.
Hadrianus ij. & Ruſticus.
Catilius, & Fuluus.
His Coſſ. Traianus apud Seleuciam Iſauriæ profluuio ventris extinctus eſt, anno ætatis lxiij. menſe ix. die iv. Cuius oſſa in vrna aurea conlocata ſub columna fori, quæ eius nomine vocitatur, recondita ſunt: cuius columnæ altitudo in cxl. pedes erigitur. Huic ſucceſſit Hadrianus vtraque lingua peritiſſimus, Italica [illegible] ex conſobrina Traiani, qui regnauit annis xx. menſibus x. diebus xix. Sub quo hi Conſules fuerunt.

Hadrianus xij.

Verus, & Augur.

A *His Coſſ. Adrianus Alexandriam à Romanis ſuburſam, publicis inſtaurauit expenſis.*
Auiols, & Panſa.
His Coſſ. Hadrianus reliqua tributorum vrbibus relaxauit, chartis publicis incenſis, plurimos etiam ipſis tributis liberos fecit.
Paternus, & Torquatus.
His Coſſ. Plutarchus Philoſophus inſignis habetur.
Glabrio, & Aptunianus.
His Coſſ. Nicomedia & Nicena vrbis plurimis terramotu conlapſis Hadrianus ad inſtaurationem earum publicas largitur expenſas.
Aſiaticus, & Quinius.
Verus, & Ambiguus.
His Coſſ. Athenienſibus leges petentibus Hadrianus ex Draconis & Solonis reliquorúmque libris iura compoſuit.
Gallicanus, & Titianus.
B *His Coſſ. iuxta Eleuſinam ciuitatem in Cephiſo fluuio Hadrianus pontem conſtrauit.*
Torquatus, & Libo.
Celſus, & Marcellinus.
Pontianus, & Rufinus.
Augurinus, & Sergianus.
Hiberus, & Silanus.
His Coſſ. Hadrianus à Chriſtianorum perſecutione ceſſauit, & pater patria eſt appellatus.
Sergius ij. & Verus.
Pumpeianus, & Atilianus.
His Coſſ. templum Roma & Veneris factum eſt, quod nunc Vrbis appellatur.
Pumpeianus ij. & Cummodus.
His Coſſ. Hadrianus cum inſignes & plurimas ades Athenis feciſſe agonem edidit, bibliothecámque miri operis extruxit.
L. Ælius, & Balbinus.
Camerinus, & Niger.
C Antoninus, & Præſens.
Autuninus ij. & Præſens ij.
Seuerus, & Syluanus.
His Coſſ. Aelia ciuitas id eſt Hieruſalem ab Aelio Hadriano condita eſt, & in fronte eius porta qua Bethleem egredimur, ſus ſculptus in marmore, ſignificans Romana poteſtati ſubiacere iudaeos.
Rufinus, & Torquatus.
His Coſſ. Hadrianus morbo intercutis aqua apud Baias moritur, maior ſexagenario, cui ſucceſſit Antoninus Pius, qui regnauit annis xxj. Sub quo hi Conſules fuerunt.

Antoninus Pius xiij.

Torquatus ij. & Herodes.
Auiols, & Maximus.
Antuninus iij. & Aurelius.
D Gratus, & Seleucus.
His Coſſ. Iuſtinus Philoſophus librum pro Chriſtiana religione ſcriptum tradidit Antonino.
Antoninus iv. & Aurelius ij.
Largus, & Meſſalianus.
Turquatus iij. & Iulianus.
Orfitus, & Priſcus.
Glabrio, & Verus.
Gordianus, & Maximus.
Glabrio ij. & Homulus.
Præſens, & Rufus.
Commodus, & Lateranus.
His Coſſ. Apollonius Stoicus, natione Chalcidicus, & Baſilides Scythopolitanus, Philoſophi illuſtres habentur, qui Caſaris praceptores
Verus, & Sabinus.
Siluanus, & Augurinus.
Barbatus, & Regulus.

Tertullus, & Sacerdus. E
Quinctillus, & Priſcus.
Verus ij. & Bradua.
Antoninus v. & Aurelius iij.
P. C. Antonini v. & Aurelij iv.
Hoc tempore Antoninus Pius apud Lorium villam ſuam xij. ab vrbe miliario moritur, anno vita lxxvij. Vſque ad hoc tempus ſinguli Auguſti fuerunt. Cui ſucceſſerunt filij ſui, id eſt Marcus Antoninus Verus, & Lucius Annius Antoninus Seuerus, qui regnauerunt annis xix. Sub quibus hi Conſules fuerunt.

M. Antoninus Verus xij. & L. Antoninus Seuerus.

Duo Auguſti Coſſ.
Ruſticus, & Aquilinus.
His Coſſ. Lucio Caſari Athenis ſacrificanti ignis in cælo ab Occidente in Orientem ferri viſus eſt.
L. Ælianus, & Paſtor. F
Macrinus, & Celſus.
His Coſſ. Fronto Orator inſignis habetur, qui Marcum Antoninum Latinis literis erudiuit.
Orfitus, & Pudens.
His Coſſ. Lucius Caſar de Parthis cum fratre Antonino triumphauit.
Pudens ij. & Pollio.
Verus iij. & Quadratus.
Aptunianus, & Paullus.
Priſcus, & Apollinaris.
Cethegus, & Clarus.
Seuerus, & Herennianus.
His Coſſ. Lucius Annius Antoninus Seuerus anno regni vndecimo inter Concordiam, & Altinum apoplexi extinctus eſt, ſedens cum fratre in vehiculo.
Orfitus, & Maximus.
Seuerus ij. & Pompeianus. G
Gallus, & Flaccus.
Piſo, & Iulianus.
Pollio, & Aſper.
Commodus, & Quinctillus.
His Coſſ. Marcus Antoninus Verus Imperator Commodum filium ſuum conſortem regni facit.
Orfitus, & Rufus.
His Coſſ. Imperatores de hoſtibus triumphant, & pecuniam qua fiſco debebatur prouinciis concedentes, tabulas debitorum in medio Romana vrbis foro incendio concremarunt, ac ne quid bonitatis deeſſet, ſeueriores quaſque leges nouis conſtitutionibus temperarunt.
Commodus ij. & Verus ij.
His Coſſ. Antoninus verus adeo in editione munerum magnificus fuit, vt centum ſimul leones exhibuerit, qui poſt in Pannonia morbo periit. Commodus filius eius à Senatu Auguſtus eſt appellatus, qui regnauit annis xiij. ſub quo hi conſules fuerunt.

Antonius Commodus xv. H

Præſens, & Gordianus.
Commodus iij. & Byrrhus.
Mamertinus, & Rufus.
Cummodus iv. & Victorinus.
Marullus, & Ælianus.
His Coſſ. Therma Commodiana, Roma facta ſunt.
Naternus, & Bradua.
Cummodus v. & Glabrio.
Criſpinus, & Ælianus.
Fuſcianus, & Silanus.
Duo Silani.
His Coſſ. Commodus Imperator Coloſſi capite ſublato ſua imaginis caput iuſſit imponi.
Commodus vj. & Septimianus.
Aptonianus, & Bradua.

A Commodus vij. & Pettinsa.
His Coſſ. Commodus ſtrangulatur in domo Veſtiliani, cui ſucceſſit Heluius Pertinax, qui regnauit menſibus vj.

Heluius Pertinax xvj.

Faſco, & Clarus.
His Coſſ. Pertinax occiditur in Palatio maior ſeptuagenario, cui ſucceſſit Seuerus, prouincia Tripolitana natus oppido Lepti, ſolúſque Afer Imperator Romanus fuit, qui regnauit annis xviij. ſub quo hi Conſules fuerunt.

Seuerus xvij.

Seuerus, & Albinos.
Tertollus, & Clemens.
Dexter, & Priſcos.
Lateranus, & Ruffinus.
B Satorninus, & Gallus.
Annulinus, & Fronto.
His Coſſ. Seuerus Parthos & Adiabenos ſuperauit, Arabeſque interiores ita cecidit, vt regionem eorum Romanam prouinciam faceret.
Seuerus ij. & Victorinus.
Fabianos, & Mucianus.
His Coſſ. Thermæ Seuerianæ apud Antiochiam & Romæ factæ, & Septizonium inſtructum eſt.
Seuerus iij. & Antoninus.
Geta, & Plautianos.
Cilo, & Libo.
Antoninus ij. & Geta ij.
Albinus, & Ælianus.
Aſper, & Maximus.
His Coſſ. Seuerus in Britannos bellum mouit, vbi vt receptas prouincias ab incurſione barbarica faceret ſecuriores, vallum per cxxxij. paſſuum millia à mari ad mare duxit.
C Antoninus iij. & Geta iij.
Pompeianos, & Aoitos.
His Coſſ. Tertullianus Afer Chriſtianorum ſcriptor celeberrimus habetur.
Faultious, & Rufus.
His Coſſ. Origenes ſcriptor Alexandriæ ſtudiis eruditur.
Gentianus, & Baſſus.
His Coſſ. Seuerus Imperator Eboraci in Britannia moritur, cui ſucceſſit Antoninus Caracalla Seueri filius, qui regnauit annis vij. Sub quo hi conſules fuerunt.

Antoninus Caracalla xviij.

Duo Aſpri.
Antoninus & Balbinus.
Meſſalla, & Sabinus.
His Coſſ. Antoninus Caracalla cognominatur propter genus veſtis, quod Romæ erogauerat.
Lætus & Carealis.
D Sabinus ij. & Venuſtus.
His Coſſ. Antoninus Romæ Thermas ſui nominis ædificauit.
Præſens, & Extricatus.
Antoninus, & Adoentos.
His Coſſ. Antoninus interficitur inter Edeſſam & Carras, anno ætatis xliij. cui ſucceſſit Macrinus præfecturam prætorianam gerens: Regnauit autem annum vnum. Sub quo hi conſules fuerunt.

Macrinus xix.

Aotoninus ij. & Sacerdos.
His Coſſ. Macrinus occiditur in Archelaide, cui ſucceſſit M. Aurelius Antoninus, qui regnauit annis iiij. Sub quo hi conſules fuerunt.

E

Marcus Aurelius Antoninus xx.

Antoninus iij. & Camazon.
Gratus & Seleucus.
His Coſſ. Heliogabalum templum Romæ ædificatur.
Alexander, & Auguſtus.
His Coſſ. in Paleſtina Nicopolis, quæ prius Emmaus vocabatur, vrbs condita eſt.
Maximus, & Ælianus.
His Coſſ. M. Aurelius Antoninus Romæ occiditur tumultu militari, cui ſucceſſit Alexander Mammææ filius, qui regnauit annis xxiij. Sub quo hi conſules fuerunt.

Alexander Mammææ xxj.

Iulianus, & Criſpinus.
His Coſſ. Alexander Xerxem regem Perſarum vicit.
Fuſcus & Dexter.
F Alexander ij. & Marcellus.
Annianus & Maximus.
His Coſſ. Vlpianus Iuriſconſultus aſſeſſor Alexandri inſigniſſimus habetur.
Albinus, & Maximus.
His Coſſ. Thermæ Neronianæ Alexandrinæ vocatæ ſunt.
Modeſtus, & Probus.
Alexander iij. & Dio.
Gratus, & Seleucus.
His Coſſ. Origenes Alexandriæ clarus habetur.
Pompeianus, & Felicianus.
Lupus, & Maximos.
His Coſſ. Alexander in Matrem Mammæam vnicè pius fuit, & ob hoc cunctis amabilis.
Maximus, & Paternus.
Maximus ij. & Vrbanus.
Seueros, & Quinctianus.
His Coſſ. Alexander occiditur Moguntiaci tumultu militari, cui ſucceſſit Maximinus, regnans annis iij. primus omnium ex corpore militari Imperator electus. Sub quo hi conſules fuerunt. G

Maximinus xxij.

Maximinus, & Africanus.
Perpetous, & Cornelianus.
Pius, & Proculus.
His Coſſ. Maxim. Aquileiæ occiditur, cui ſucceſſit Gordianus, qui regnauit annis vj. Sub quo hi conſules fuerunt.

Gordianus xxiij.

Gordianus, & Auiola.
Sabinus, & Venoſtus.
His Coſſ. Gordiano Romam ingreſſo, Papienus & Balbinus, qui imperium arripuerant, in Palatio occiſi ſunt.
Gordianus ij. & Pompeianus.
Atticus, & Prætextatos. H
Arrianus, & Papus.
Peregrinus, & Æmilianus.
His Coſſ. Gordianus admodum adoleſcens, Parthorum natione ſuperata, cum victor reuerteretur ad patriam fraude Philippi præfecti præt. haud longè à Romano ſolo interfectus eſt: Gordiano milites tumulum ædificant ſupra Euphratem, oſſibus eius Romam reuectis: cui ſucceſſit Philippus, qui regnauit annis vj. Qui mox Philippum filium ſuum conſortem regni facit, primúſque omnium ex Romanis Imperatoribus Chriſtianus fuit. Sub quo hi conſules fuerunt.

Philippus xxiv.

Philippus & Titianus.
Præſens, & Albinus.
Philippus ij. & Philippus.

Philippus iij. & Philippus ij.
Æmilianus, & Aquilinus.
His Coſſ. Milleſimus annus vrbis Romæ expletus eſt, ob quam ſolennitatem innumerabiles Philippus cum filio ſuo beſtias in Circo magno interfecit, ludoſque in campo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus populo peruigilante celebrauit: quadraginta etiam miſſus natali Romanæ vrbis concurrerunt, & Agon mille annorum actus. Philippus vrbem nominis ſui in Thracia conſtruxit.
Decius, & Gratus.
Decius ij. & Etruſcus.
His Coſſ. Philippus ſenior Veronæ, Romæ verò iunior occiditur. His ſucceſsit Decius, qui regnauit anno j. menſibus iij. Quantum ad conſulatum autem annum vnum. Sub quo hi conſules.

Decius xxv.

Gallus, & Voluſianus.
His Coſſ. Decius lauacra publica ædificauit, quæ ſuo nomine appellari iuſſit. Decius cum filio ſuo in Abricie Thraciæ loco à Gothis occiditur, cui ſucceſsit Gallus cum Voluſiano filio, qui regnauerunt annis ij. & menſibus v. quantum ad conſulatum autem annis tantum duobus. Sub quibus hi conſules fuerunt.

Gallus & Voluſianus xxvj.

Voluſianus ij. & Maximus.
His Coſſ. Nouatianus apparuit.
Valerianus & Gallienus.
His Coſſ. Gallus & Voluſianus Interramnæ interfecti ſunt, quibus ſucceſſerunt Valerianus & Gallienus, qui regnauerunt annis xv. Sub quibus hi conſules fuerunt.

Valerianus & Gallienus xxvij.

Valerianus ij. & Gallienus ij.
Maximus ij & Glabrio.
Valerianus iij. & Gallienus iij.
His Coſſ. Cyprianus primum rhetor deinde presbyter, ad extremum Carthaginenſis Epiſcopus martyrio coronatur.
Tuſcus, & Baſſus.
His Coſſ. Valerianus in Chriſtianos perſecutione commota, ſtatim à Sapore Perſarum rege capitur, ibique ſeruitute miſerabili conſeneſcit.
Æmilianus, & Baſſus.
Secularis, & Donatus.
Gallienus iv. & Gentianus.
Gallienus v. & Victorinus.
Albinus, & Maximus.
His Coſſ. Græcia, Macedonia, Pontus, Aſia depopulata per Gothos, aliaſque prouincias Barbarorum quaſſauit irruptio.
Gallienus vj. & Saturninus.
Valerianus, & Lucillus.
Gallienus vij. & Sabinillus.
Paternus, & Arceſilaus.
Paternus ij. & Marinianus.
Claudius, & Paternus.

His Coſſ. Mediolani occiditur Gallienus, cui ſucceſsit Claudius, qui regnauit anno vno, menſibus ix. Sub quo hi conſules fuerunt.

Claudius xxviij

Antiochianus, & Orfitus.
Valerianus, & Baſſus.

His Coſſ. Claudius barbaros vaſtantes repellit, & Syrmij moritur. Huic ſucceſsit Quintillus Claudij frater, à ſenatu Auguſtus appellatus, qui xvij. imperij ſui die Aquileiæ occiditur. Poſt quem Aurelianus factus eſt Imperator, qui regnauit annis v. menſibus vj. Sub quo hi conſules fuerunt. E

Aurelianus xxix.

Quietus, & Voldumianus.
Tacitus, & Placidianus.
Aurelianus, & Capitolinus.
His Coſſ. Aurelianum Romæ triumphantem captiui Tetricus & Zenobia præceſſerunt.
Aurelian. ij & Marcellus.
His Coſſ. Aurelianus templum Soli ædificauit, Romam firmioribus muris vallat.
Probus, & Paulinus.
Probus ij. & Paternus ij.
His Coſſ. inter Conſtantinopolim & Heracleam Aurelianus occiditur: cui ſucceſsit Tacitus, qui regnauit menſis vj. Sub quo hi conſules fuerunt.

Tacitus xxx. F

Probus iij. & Paternus iij.
His Coſſ. Tacitus in Ponto occiſus eſt, & obtinuit Florianus imperium diebus lxxxiij. Hoc quoque apud Tharſum interfecto, Probus factus eſt Imperator, qui regnauit annis vj. menſibus iv. Sub quo hi conſules fuerunt.

Probus xxxj.

Meſſalla, & Gratus.
His Coſſ. Galliæ, quæ fuerant à barbaris occupatæ, à Probo Romano reſtituuntur imperio.
Probus iv. & Tiberianus.
Probus v. & Victorinus.
His Coſſ. inſana Manichæorum hæreſis exorta eſt.
Carus, & Carinus.
Carus ij. & Numerianus.
Diocletianus, & Ariſtobolus.
His Coſſ. Probus apud Syrmium tumultu militari in turri, quæ vocatur Ferrata, occiditur: cui ſuceſſit Carus cum filiis ſuis Carino & Numeriano, qui regnauerunt annis ij. Sub quibus hi conſules fuerunt. G

Carus xxxij.

Maximus, & Aquilinus.
His Coſſ. quum Carus deuictis Parthis caſtra ſupra Tigridem poſuiſſet, fulmine ictus interiit.
Diocletianus ij. & Maximianus.
His Coſſ. Numerianus occiditur, Carinus apud Margum prælio victus interiit. Poſt quos Diocletianus Dalmata ſuſcepit imperium, qui regnauit annis xx. Sub quo hi conſules fuerunt.

Diocletianus xxxiij.

Maximianus ij. & Ianuarius.
Baſſus, & Quinctianus.
His Coſſ. Diocletianus in conſortium regni Herculium Maximianum adſumit. H
Diocletianus iij. & Maximianus iij.
Tiberianus & Dio.
Hannibalianus, & Aſclepiodotus.
Diocletianus iv. & Maximianus iv.
Conſtantius, & Maximus.
Tuſcus, & Maximus.
Tuſcus, & Annulinus.
Diocletianus v. & Conſtantius ij.
Fauſtus, & Gallus.
His Coſſ. primus Diocletianus adorari ſe iuſſit vt Deum, & gemmas veſtibus calceamentiſque conſeruit, cum ante eum omnes Imperatores in modum iudicum ſalutarentur, & tantum chlamydem purpuream à priuato habitu plus haberent.
Diocletianus vj. & Maximianus vj.

A Conſtantius iij. & Maximus iv.
Titianus, & Nepotianus.
Conſtantius iv. & Maximus iv.
His Coſſ. lx. millia Alemannorum caſa ſunt.
Diocletianus vij & Maximianus vij.
Diocletianus viij. & Maximianus viij.
Conſtantius v. & Maximus v.
Conſtantius vj. & Maximus vj.

His Coſſ. Diocletianus & Maximianus Auguſt. inſigni pompa Roma triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narſes coniuge, ſororibus, liberis, & omni pompa, qua Parthos expoliauerant.

Diocletianus ix. & Conſtantinus.
Diocletianus x. & Maximus vij.

B *His Coſſ. Diocletianus Nicomedia, Maximianus Mediolani purpuram depoſuerunt ob ætatis defectum. Et creati ſunt Conſtantius & Galerius. Sed Conſtantius tantum Auguſti dignitate contentus, cum eſſet occiſus anni ipſius adſcribuntur filio eius Conſtantino qui natus dicitur ex Helena concubina, qui regnauit annos xxx. menſes x. Sub quo hi conſules fuerunt.*

Conſtantinus & Galerius xxxiv.

P.C. Diocletiani x. & Maximi vij.
II. P.C. Diocletiani x. & Maximi vij.
Maximus viij. & Licinius.
Conſtantinus ij. & Licinius ij.
Conſtantinus iij. & Licinius iij.
Voluſianus, & Annianus.
Conſtantinus iv. & Licinius iv.
Sabinus, & Ruffinus.
Gallicanus, & Baſſus.
Licinius v. & Criſpus.
Conſtantinus v. & Licinius Cæſar.
Conſtantinus vj. & Conſtantinus Cæſar.
C Criſpus ij. & Conſtantinus Cæſar ij.
Probianus, & Iulianus.
Seuerus, & Ruffinus.
Criſpus iij. & Conſtantinus iij.
Paulinus, & Iulianus.
Conſtantinus viij. & Conſtantinus iv.
Conſtantinus v. & Maximus.
Ianuarius, & Iuſtus.
His Coſſ. vicennalia Conſtantini Nicomediæ acta, & ſequenti anno Romæ edita.
Conſtantinus viij & Conſtantinus vj.
Conſtantinus vij. & Symmachus.
Baſſus, & Ablabius.
Pacatianus, & Hilarianus.
His Coſſ. ciuitas, quæ prius Byzantium dicta eſt, mutato nomine à Conſtantino Conſtantinopolis dedicatur.
Delmatius, & Xenophilus.
Optatus, & Paullinus.
Conſtantius, & Albinus.
Nepotianus, & Facundus.
D Felicianus, & Titianus.
Viſus, & Polemius.
Conſtantius, ij. & Conſtans.

His Coſſ. Conſtantinus Imperator dum bellum pararet in Perſas, in Acyrone villa publica, iuxta Nicomediam moritur, anno ætatis lxvj. Poſt quem tres liberi eius id eſt Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans, qui regnauerunt annis xxiv. Sub quibus hi conſules fuerunt.

Conſtantinus, Conſtantius, & Conſtans xxxv.

Acyndinus, & Proculus.
Marcellinus, & Probinus.
Conſtantius iij. & Conſtans ij.

E *His Coſſ. Conſtantinus bellum fratri Conſtanti inferens, iuxta Aquileiam Alſa occiditur.*
Placidus & Romulus.
Leontius, & Saluſtius.
His Coſſ. Franci à Conſtante perdomiti, in pacem recepti ſunt.
Conſtantius iv. & Conſtantius iij.
Amantius, & Albinus.
P.C. Amantij, & Albini.
Rufinus, & Euſebius.
His Coſſ. magnis reipublicæ expenſis in Seleucia Syriæ portus efficitur.
Philippus, & Sallia.
His Coſſ. Solis facta defectio.
Limenius, & Catullinus.
Sergius, & Nigrinianus.
His Coſſ. Conſtans, haud longè ab Hiſpania, in caſtro cui Helena nomen eſt, interficitur, anno ætatis xxx. & Conſtantius remanſit in regno. F
P.C. Sergij, & Nigriniani.
Conſtantius v. & Conſtans Cæſar.
Conſtantius vj. & Conſtans Cæſ. ij.
Conſtantius vij. & Conſtans Cæſ. iij.
Arbetio, & Lollianus.
His Coſſ. Victorinus rhetor, & Donatus grammaticus Romæ inſignes habentur.
Conſtantius viij. & Iulianus Cæſar.
Conſtantius iv. & Iulianus Cæſ. ij.
His Coſſ. magnæ Alemannorum copiæ apud Argentoratum, oppidum Galliarum deletæ ſunt.
Titianus, & Cærealis.
Euſebius, & Hypatius.
Conſtantius x. & Iulianus Cæſ. iij.
His Coſſ. Honoratus nomine, primus Conſtantinopoli præfectus vrbis eſſe cœpit.
Taurus, & Florentinus.
Mamertinus, & Neuitta.
His Coſſ. Conſtantius Mopſocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur, anno ætatis xlvj. cui ſucceſſit Iulianus, qui regnauit anno vno. Sub quo hi conſules fuerunt. G

Iulianus xxxvj.

Iulianus iv. & Saluſtius.
His Coſſ. Iulianus poſt victoriam apud Perſas occiditur, anno ætatis xxxj. Poſt quem ſequenti die Iouianus ex Primicerio domeſticorum factus eſt Imperator, qui regnauit menſibus vij. Sub quo hi conſules fuerunt.

Iouianus xxxvij.

Iouianus & Varronianus.
His Coſſ. Iouianus imp. moritur anno ætatis xxxiv. Poſt quem Valentinianus tribunus Scutariorum apud Nicæam Auguſtus appellatus fratrem Valentem Conſtantinopoli in conſortium adſumit imperij, qui regnauit annis xiv. menſibus v. Sub quo hi conſules fuerunt. H

Valentinianus xxxviij.

Valentinianus, & Valens.
Gratianus, & Dagalaiphus.
Lupicinus, & Iouinus.
His Coſſ. Gratianus Valentiniani filius Ambianis Imperator factus eſt. Apud Atrebatas lana cælo pluuia mixta defluxit.
Valentinianus ij. & Valens.
Valentinianus N.P. & Victor.
Valentinianus iij. & Valens iij.
Gratianus ij. & Probus.
Modeſtus, & Arintheus.
Valentinianus iv. & Valens iv.
His Coſſ. Saxones caſi. De Vſone in regione Francorum
Burgundio

A *Burgundionum lxxx. ferè millia, quot nunquam antea ad Rhenum deſcenderunt. Clearchus vrbi Conſtantinopoli neceſſariam aquam, & quandiu ciuitas optabat induxit.*

Gratianus iij. & Equitius.

P.C. Gratiani iij. & Equitij.

Valens v. & Valentinianus.

His Coſſ. Valentinianus apoplexi Brigitione moritur. Poſt quem Gratianus adſumpto in imperio Valentiniano fratre cum patruo Valente regnat.

Gratianus iv & Merobaudes.

His Coſ. Alemannorum circiter xxx. millia apud Argentariam oppidum Galliarum caſa. Gothi diffunduntur in Thracia.

Valens vj. & Valentinianus ij.

His Coſſ. à Gothis in Thracia Valentis trucidatur exercitus. Ipſe quoque Imperator incenſa domo vbi ſe occultauerat, igne combuſtus eſt: cui ſucceſſit in Oriente Theodoſius Theodoſij filius, quem ſibi in conſortium Gratianus aſciuit. B *Gratianus itaque cum xiv. regnaſſet annis cum Theodoſio regnat annis vj. Sub quibus hi conſules fuerunt.*

Theodoſius xxxix.

Auſonius, & Olybrius.

Gratianus v. & Theodoſius.

His Coſ. Ambroſius Epiſcopus de Chriſtiana fide multa ſublimiter ſcribit.

Syagrius, & Eucherius.

His Coſ. Martinus Epiſcopus Turonum Galliæ ciuitatis clarus habetur.

Antonius, & Syagrius.

His Coſſ. Athalaricus rex Gothorum Conſtantinopolim venit ibique vitam exegit.

Merobaudes ij. & Saturninus.

His Coſ. Arcadius Theodoſij Imperatoris filius Auguſtus appellatur.

C Ricimer, & Clearchus.

His Coſſ. Gratianus apud Lugdunum captus occiditur. Reſiduus Valentinianus & Theodoſius regnant annis viij. Sub quibus hi conſules fuerunt.

Valentinianus & Theodoſius xl.

Arcadius, & Bauto.

His Coſſ. Hieronymus presbyter in Bethleem poſitus, toto mundo mirabilis habetur.

Honorius N.P. & Euodius.

Valeotinianus iij. & Eutropius.

Theodoſius ij. & Cynegius.

Timaſius, & Promotus.

Valentinianus iv. & Neoterius.

Titisnos, & Symmachus.

Areadios ij. & Rufinus.

D *His Coſ. Valentinianus vitæ tædio apud Viennam laqueo perijt. Theodoſius cum iam per xiv. annos regnaſſet, cum Arcadio & Honorio regnat annis ij. Sub quibus hi conſules fuerunt.*

Theodoſius, Arcadius, & Honorius xlj.

Theodoſius iij. & Habundantius.

Arcadius iij. & Honorius ij.

His Coſſ. Ioannes monachus gratia præditus Theodoſium conſulentem de euentu belli, quod aduerſum Eugenium mouebat, victorem fore pronunciat.

Olybrius, & Probinus.

His Coſſ. Theodoſius Eugenium tyrannum vincit & perimit. Auguſtinus beati Ambroſij diſcipulus multa facundia doctrináque excellens, Hippone regionis Africæ Epiſcopus ordinatur.

Hoc tempore Claudianus poëta inſignis habetur, Theodoſius Imperator Mediolani moritur. Poſt quem Arca- E *dius cùm iam regnaſſet annis xij. cum fratre Honorio regnat annis xiij Sub quibus hi conſules fuerunt.*

Arcadius lxij.

Arcadius Iv. & Honorius iij.

Cæſarius, & Atticus.

Honorius iv. & Eutychianus.

Mallius, & Theodoros.

Stilico, & Aurelianus.

His Coſſ. Gothi Halarico & Radagaiſo regibus ingrediuntur Italiam.

Vincentius, & Fravitta.

Arcadius v. & Honorius v.

His Coſſ. Polentiæ Stiliconem cum exercitu Romano Gothi victum acie fugauerunt.

Theodoſius Auguſt. j. & Rumoridus.

Honorius vj. & Ariſtenetus.

Stilico ij. & Anthemius.

Arcadius vj. & Probus. F

His Coſſ. Vandali, & Alani traiecto Rheno Gallias intrauerunt.

Honorius vij. & Theodoſius ij.

Baſſus, & Philippus.

His Coſſ. Arcadius Imperator Conſtantinopoli moritur. Honorius cum Theodoſio fratris filio regnauit annis xv. Sub quibus hi conſules fuerunt.

Honorius, & Theodoſius xliij.

Honorius viij & Theodoſius iij.

His Coſſ. Vandali Hiſpanias occupauerunt.

Flauius Varari, & Tertullus.

His Coſſ. Roma à Gothis Halarico duce capta eſt, vbi clementer vſi victoria ſunt.

Theodoſius Auguſt. iv. cos.

Honorius ix. & Theodoſius v.

His Coſſ. Gothi rege Ataulpho Gallias intrauerunt.

Lucianus V. C. cos. G

His Coſſ. Burgundiones partem Galliæ Rheno tenuere coniunctam.

Conſtantios, & Conſtans.

Honorius x. & Theodoſius vj.

Theodoſius vij & Palladius.

His Coſſ. Gothi placati, Conſtantio Placidiam reddiderunt, cuius nuptias promeretur.

Honorius xj. & Conſtantius ij.

Honoratus xij. & Theodoſius viij.

Monaxius, & Plinta.

Theodoſius ix. & Conſtantius iij.

His Coſſ. Conſtantius ab Honorio in ſocietatem regni recipitur.

Agricola, & Euſtathius.

His Coſſ. Conſtantius Imperator moritur.

Honorius xiij. & Theodoſius x.

His Coſſ. exercitus ad Hiſpanias contra Vandalos miſſus eſt.

Marinianus Aſclepiodotus.

His Coſſ. Placidia Auguſta à fratre Honorio ob ſuſpicionem inuitatorum hoſtium cum Honorio & Valentiniano filiis ad orientem mittitur, Honorius moritur, & ſolus Theodoſius Romanum imperium tenet annis xxvij. Sub quo hi conſules fuerunt. H

Theodoſius xliv.

Caſtinus, & Victor.

His Coſſ. Theodoſius Valentinianum conſobrinum Cæſarem facit, & cum Auguſta matre ad recipiendum occidentale mittit imperium.

Theodoſius xj. & Valentinianus Cæſar.

His Coſſ. Ioannem tyrannum Valentinianus Imperator extinxit, Hunnóſque, qui in Italia erant Ioannis præſidio, per Ætium mira felicitate dimouit.

Theodoſius xij. & Valeotinianus ij.

Hierius, & Ardabures.

His

Digitized by Google

A *His Coſſ. B... Bonifacio Africam tenenti infauſtè bellum geritur. Gens Vandalorum à Gothis excluſa, de Hiſpaniis ad Africam tranſiit.*

Felix, & Taurus.

His Coſſ. Ætius Multis Francis caſis, quam occupauerant propinquam Rheno partem recepit Galliarum.

Florentinus, & Dionyſius.

Theodoſius xiij. & Valentinianus iij.

Baſſus, & Antiochus.

Ætius, & Valerius.

Theodoſius xiv. & Maximus.

Aſper, & Arcobinda.

Theodoſios xv. & Valentinianus iv.

His Coſſ. pax facta cum Vandalis, data eis ad habitandum Africa portione Cundicharium Burgundionum regem Ætius bello ſubegit, pacémque ei reddidit ſupplicanti, quem non multò poſt Hunni peremerant.

Iſidorus, & Senator.

B Ætius ij. & Sigiſuultus.

His Coſſ. Aug. Valentinianus ad Theodoſium principem Conſtantinopolim proficiſcitur, filiámque eius in matrimonium accipit.

Theodoſius xvj. & Fauſtus.

Theodoſius xvij. & Feſtus.

His Coſſ. bellum aduerſus Gothos Hunnis auxiliaribus geritur, & Litorius dux Romanus ab eis capitur. Gensericus, de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginem dolo pacis inuadit.

Valentinianus Aug. v. & Anatolius.

His Coſſ. Gensericus Siciliam grauiter affligit.

Cyrus V.C. Cos.

His Coſſ. Theodoſius Imperator bellum contra Vandalos inefficaciter mouit.

Dioſcorus, & Eudoxius.

His Coſſ. Hunni Thracias & Illyricum ſaua populatione vaſtarunt, cum Ginſerico ab Auguſt. Valentiniano pax confirmata & certis ſpacijs Africa inter vtroſque diuiſa eſt.

C Maximus ij. & Paternus.

Theodoſius xviij. & Albinus.

His Coſſ. Attila rex Hunnorum Bledam fratrem & conſortem in regno ſuo perimit, cuiúſque populos ſibi parere compellit.

Valentinianus vj. & Nonius.

Ætius iij. & Symmachus.

Callepius, & Ardabures.

Poſthumianus, & Zeno.

Aſterius, & Protogenes.

Valentinianus vij. & Auienus.

His Coſſ. Theodoſius moritur. Poſt quem Marcianus adſciuus in imperium qui regnauit annis vij. Sub quo hi conſules fuerunt.

Marcianus Aug. & Adelphius.

His Coſſ. Romani Ætio duce Gothis auxiliaribus contra Attilam in campis Catalaunicis pugnauerunt, qui virtute Gothorum ſuperatus abſceſſit.

D Herculanus, & Aſporatius.

His Coſſ. Attila redintegratis viribus Aquileiam magna vi dimicans introiuit, cum quo à Valentiniano Imperatore Papa Leo directus pacem fecit.

Opilio, & Vincomalus.

His Coſſ. Attila in ſedibus ſuis moritur.

Ætius, & Studius.

His Coſſ. Ætius Patricius in Palatio manu Valentiniani Imp. extinctus eſt Boetius verò præfectus præt. amicis eius circumſtantibus interemptus.

Valentinianus viij. & Anthemius.

His Coſſ. in campo Martis ab amicis Ætij Valentinianus occiditur. Poſt quem Maximus inuaſit imperium, qui intra duos menſes à militibus extinctus in Tiberim præcitur. Eodem anno per Genſericum omnibus opibus ſuis Roma vacuata eſt. Poſt Maximum Auitus in Gallias ſumit imperium.

Ioannes, & Varari.

His Coſſ. Placentia depoſuit Auitus imperium.

Conſtantinus, & Rufus. E

His Coſſ. Marciano defuncto Leo Orientis, Maiorianus Italiæ ſuſcepit imperium. Sub quibus hi Coſſ. fuerunt.

Leo xlvj.

Leo Aug. & Maiorianus Aug.

His Coſſ. Maiorianus in Africam mouit procinctum.

Ricimer, & Patricius.

Magnus, & Apollonius.

Seuerinus, & Dagalaiphus.

His Coſſ. Maiorianus immiſſione Ricimeris extinguitur, cui Seuerum natione Lucanum Rauenna ſuccedere fecit in regno.

Leo Aug. ij. & Seuerus Aug.

Baſilios, & Vibianus.

Ruſticus, & Olybrius.

His Coſſ. Rex Halanorum Bergor apud Bergamum à patricio Ricimere peremptus eſt.

Herminericus, & Baſilicus. F

His Coſſ. vt dicitur, Ricimeris fraude, Seuerus Romæ in Palatio veneno peremptus eſt.

Leo Aug. iij. Cos.

Puſæus, & Iohannes.

His Coſſ. Anthemius à Leone Imp. ad Italiam mittitur, qui tertio ab vrbe milliario in loco Brontotas ſuſcepit imperium.

Anthemius Aug. ij. Cos.

Hoc Coſſ. in Sicilia Marcellinus occiditur.

Marcianus, & Zeno.

His Coſſ. Ardaburius imperium tentans, iuſſu Anthemij exilio deportatur.

Seuerus, & Iordanes.

His Coſſ. Romanus Patricius affectans imperium capitaliter eſt punitus.

Leo Aug. iv. & Probianus.

His Coſſ. Conſtantinopoli affectata tyrannide à Leone principe Aſper occiditur.

Feſtus, & Marcianus. G

His Coſſ. Patricius Ricimer Roma facto Imperatore Olybrio, Anthemium contra reuerentiam principis & iuris affinitatis, cum graui clade ciuitatis extinguit, qui non diutius per hoc ſcelere gloriatus, poſt xl. dies defunctus eſt, Olybrius autem vij. imperij menſe vitam peregit.

Leo Aug. V. Cos.

Hoc Coſ. Gundibato hortante Glicerius Rauennæ ſumpſit imperium. Eodem anno Leo nepotem ſuum Leonem conſortem facit imperij.

Leo Iunior Aug. cos.

Hoc Coſ. Imp. Leo ſenior defunctus eſt, cui Zeno ſucceſſit in imperio, qui regnauit annis xvij. Sub quo hi Coſſ. fuerunt. Eo etiam anno Romæ Glicerio nepos ſucceſſit in regno.

Poſt Cos. Leonis Aug. iunioris.

Zenon xlvij.

Eodem anno Oreſtes, Nepote in Dalmatias fugato filio ſuo Auguſto dedit imperium. H

Baſiliſcus ij. Armatus.

His Coſſ. ab Odouacre Oreſtes & frater eius Paulus extincti ſunt, noménque regis Odouacer adſumpſit, cum tamen nec purpura, nec regalibus vteretur inſignibus.

P. C. Baſiliſci ij. & Armati.

Illus V.C. cos.

Zeno Aug ij. cos.

Baſilius V.C. Iun. cos.

Placidius V.C. cos.

Hoc Coſſ. Odouacer in Dalmatiis Odiuam vincit & perimit.

Senerious V.C. cos.

Fauſtus V. C. cos.

D. N. Theodericus, & Venantios.

Symmachus V.C. cos.

Decius, & Longinus.

Boëtius V.C.cos.

Hoc Coſ. Odonacer Phebo rege Rugorum victo captoque potitus eſt.

Dinamius,& Sifidius.

Probinus, & Euſebius.

His Coſſ. felicißimus atque fortißimus D.N. rex Theodericus intrauit Italiam, cui Odonacer ad Iſontium pugnam parans, victus cum tota gente fugatus eſt. Eodem anno repetito conflictu Veronæ vincitur Odonacer.

Fauſtus Iun. Cos.

Hoc Coſ ad Ducam Fluuium Odonacrem D.N. Theodericus rex tertio certamine ſuperauit, qui Rauennam fugiens, obſidetur incluſus.

Olybrius Iun. Cos.

Hoc Coſ. Odonacer cum Erulis egreſſus Rauenna, nocturnis horis ad pontem Candidum à D.N. rege Theoderico memorabili certamine ſuperatur. Tunc etiam Vandalis pace ſuppliciter poſtulata, à Sicilia ſolita depredatione ceſſarunt. Eodem anno Zeno occubuit, cui Anaſtaſius in orientali ſucceßit imperio.

Anaſtaſius xlviij.

Anaſtaſius Aug.& Rufus.

Albinus V.C. cos.

Hoc Coſ. N. D. rex Theodericus Rauennam ingreſſus, Odonacrem molientem ſibi inſidias interemit.

Aſterius & Præſidius.

Viator V.C.cos.

Paulus V.C. cos.

Anaſtaſius Aug. ij. cos.

Paulinus, & Ioannes.

Ioannes V.C.cos.

Patricius, & Hypatius.

Hoc anno D. N. rex Theodericus Romam cunctorum votis expetitus aduenit, & Senatum ſuum mira affabilitate tractans, Romanæ plebi donauit annonas, atque admirandis mœnibus deputata per annos ſingulos maxima pecuniæ quantitate ſubuenit, ſub cuius felici imperio plurimæ renouantur vrbes, munitißima caſtella conduntur, conſurgunt admiranda palatia, magniſque eius operibus antiqua miracula ſuperantur.

Aniennus,& Pompeius.

Inſticius Iun.& Probus.

His Coſſ. D.N. rex Theodericus aquam Rauennam perduxit, cuius formam ſumptu proprio inſtaurauit, quæ longis antè fuerat ad ſolum reducta temporibus.

Cethæus V. C. cos.

Hoc Coſ. Virtute D.N. regis Theoderici victis Bulgaribus Syrmium recepit Italia.

Theodorus, & Sabinianus.

Meſſala & Areobinda. E

Anaſtaſius Aug. iij. & Venantius.

Venantius Iunior, & Celer.

His Coſſ contra Francos à D.N. deſtinatur exercitus, qui Gallias Francorum depradatione confuſas, victis hoſtibus ac fugatis ſuo adquiſiuit imperio.

Importunus V.C. cos.

Boëtius V. C. cos.

Felix, & Secundinus.

Paulus, & Muſchianus.

Probus, & Clementiuus.

Senator V.C.cos.

Me etiam Coſule veſtrorum laude temporum adunato clero vel populo Romanæ Eccleſiæ redijt optata concordia.

Florentius,& Anthemius.

His Coſſ. D. N. rex Theodericus filiam ſuam Dominam Amalaſuntam glorioſi viri D. N. Eutharici matrimonio, Deo auſpice, copulauit.

Petrus V.C. cos.

Eo anno D.N. Eutharicus Cillica mirabili gratia ſenatus & plebis ad edendum exceptus eſt feliciter conſulatum. F

D.N. Eutharicus Cillica,& Iuſtinus Aug. cos.

Et anno multa vidit Roma miracula editionibus ſingulis, ſtupente etiam Symmacho orientis legato diuitias Gothis Romaniſque donatas dignitates ceſſit in curia: muneribus amphitheatralibus diuerſi generis feras, quas præſens ætas pro nouitate miraretur, exhibuit. Cuius ſpectaculi voluptates etiam exquiſitas Africa ſub deuotione tranſmiſit. Cunctis itaque eximia laude completis, tanto amore ciuibus Romanis inſederat, vt eius adhuc præſentiam deſiderantibus Rauennam ad glorioſi patris remearet affectus, vbi iteratis editionibus tanta Gothis Romaniſque dona largitus eſt, vt ſolus potuerit ſuperare, quem Roma celebrauerat conſulatum.

Igitur vt effuſam annorum ſeriem auctorum teſtificatione digeſtam, ſub breuitatis compendio redigamus.

Ab Adam vſque ad diluuium, ſicut ex Chronicis Euſebij Hieronymi collegimus, anni ſunt ∞ ∞ ccxlij. G

A diluuio vſque ad Ninum Aſſyriorum regem anni ſunt dcccxcix.

A Nino vſque ad Latinum regem anni ſunt dccclij.

A Latino rege vſque ad Romulum anni ſunt cccclvij.

A Romulo vſque ad Brutum & Tarquinium primos conſules anni ſunt ccxl.

A Bruto & Tarquinio vſque ad conſulatum veſtrum ſicut ex Tito Liuio & Aufidio Baſſo, & Paſchali virorum clarorum auctoritate firmata collegimus, anni ſunt ∞ xxxj.

Ac ſi totus ordo ſeculorum vſque ad conſulatum veſtrum colligitur, anni ſunt V ∞ dccxxj.

Finis Tomi ſexti, partis ſecundæ Bibl. Patrum. H

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google